Digitized by Google

Digitized by Google

CAII CRISPI
SALLUSTII
QUAE EXSTANT.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAII CRISPI SALLUSTII QUAE EXSTANT

ITEM

EPISTOLAE DE REPUBLICA ORDINANDA

DECLAMATIO IN CICERONEM ET PSEUDO-CICERONIS IN SALLUSTIUM

NEC NON

JUL. EXSUPERANTIUS DE BELLIS CIVILIBUS

AC PORCIUS LATRO IN CATILINAM

Recenſuit diligentiſſime

ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

GOTTLIEB CORTIUS

ACCEDUNT

FRAGMENTA VETERUM HISTORICORUM

Conſtantius Felicius Durantinus de Conjuratione Catilinæ

ET INDEX NECESSARIUS.



VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA


VENETIIS,

Excudit Jo. BAPTISTA PASCHALIUS.

cIↄ Iↄ CCXXXVII.

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

Digitized by Google



TRIUMVIRIS LITTERARIIS

JO. FRANCISCO MAUROCENO EQ.

JOANNI EMO D. M. PROC.

PETRO GRIMANO EQ. & D. M. PR.

JO. BAPTISTA PASCHALIUS

F.

IN hac, quam edere inſtitui, Latinorum Auctorum Bibliotheca, Salluſtium ceteris

Digitized by Google

praeire volui, qui ſoluta oratione ſcripſerunt: quod tamen non meo, ſed ſapientum virorum judicio, & auctoritate feci. Id vero mei conſilii eſt, quod vos potiſſimum, VIRI SUMMI, ad rei tantae praeſidium & auſpicium appello, veſtraque nomina longe ſplendidiſſima huic operi praemitto: ut ſi quis forte dubitat, num re praeſtare velim, quod pollicitus verbo ſum, eos meae hujus voluntatis ſponſores habeat, de quorum fide dubitare nemini mortalium liceat. Siqua procuratio eſt in hac urbe, quae magnos viros & publici conſilii principes poſcere videatur, ea certe litteraria eſt, quae

tanto aliis praeſtat, quanto animi cultus reliquis humanae vitae commodis & ornamentis praeferri ſolet. Qui Rempublicam hanc conſtituerunt iis legibus moribuſque temperatam, quibus maxime populorum felicitas contineretur, hoc vel in primis ſpectaſſe videntur, ut cunctas nationes, ſi opibus & potentia non poſſet, litterarum tamen & bonarum artium cura ſuperaret. Id porro fieri non poterat, niſi ſimul de peculiari quodam Magiſtratu cogitaſſent, cui ſumma arcani hujus concrederetur; quique ea eſſet dignitate ac poteſtate, ut rem tantam inter humanas viciſſitudines,

quae

quae omnia corrumpunt, ſartam tectamque ſervare poſſet. Quanta porro cura ſit adhibita, quot quantaeque ſollicitudines ſuſceptae ſint, nequid unquam detrimenti caperet, nihil attinet commemorare. Quod ſi tam graves cogitationes efficere non potuerunt, ut aliqua ejus particula interdum non laboraret; id tamen effecerunt, ut cito levaretur, & priſtinas vires vigoremque reciperet. Videtis, opinor, me de induſtria loqui typographorum, quae cum ſuperioribus annis remiſſior videretur, nunc rurſus ſe ſe effert, & ad priſtinam laudem refloreſcit. Ego certe, quantum in tantulo eſ-

ſe homine poteſt, omnia movi, ut typis Venetis ſua dignitas & fama redderetur. Quod cum ex aliis mea opera editis voluminibus judicare poteſtis, tum ex hoc ipſo maxime judicabitis, quod veſtris nominibus ornatum in vulgus exit. Ad externam formam & apparatum quid praeſtiterim, quilibet facile cognoſcet; internae diligentiae, quae rem ipſam attingit, illi dumtaxat judices erunt, qui Salluſtianas hiſtorias tractare voluerint, noſtramque hanc editionem cum Lipſienſi conferre. Non magnum ſane eſt, quod fecimus, ſed tamen fecimus aliquid. Quidquid eſt, in

veſtram fidem ac tutelam concedit, vobiſque ſe etiam atque etiam commendat; a quibus tamen nihil aliud, quam communia illa praeſidia petit, quae ad rem litterariam promovendam majorum ſapientia paravit, veſtriſque judiciis commiſit. Pergite, ut cœpiſtis; ſingulis atque univerſis ex ordine noſtro benefacere; qui ordo jam ita crevit, ut ne illa quidem tempora, quae aurea dicuntur, in hujus laudis contentionem venire poſſint.

VIRIS
PERILLUSTRIBUS ATQUE EXCELLENTISSIMIS

DOMINO
GOTTLIEB HIERONYMO
DE LEIPZIGER

POTENTISSIMI POLONIARUM REGIS ET ELECTORIS SAXONIAE CUBICULI PRAEFECTO, CONSILIARIO AULAE ET JUSTITIAE, SUPREMI ADPELLATIONUM JUDICII, UT ET SUMMI CONSILII ECCLESIASTICI PRAESIDI, DOMINO HEREDITARIO IN HEYDA, *reliqua*

ET

DOMINO
BERNHARDO N. D.
DE ZECH

POTENTISSIMI POLONIARUM REGIS ET ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIO AULAE ET JUSTITIAE, PRIMO STATUS ATQUE CONSILII SANCTIORIS REFERENDARIO, *reliqua*

LITTERARUM PATRONIS MAXIMIS

SALLUSTIANUM SUUM LABOREM

D. D. D.

GOTTLIEB CORTIUS

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII VITA

Auctore

JOANNE CLERICO.

Bonorum virorum timiditati, inconſtantiae, aut imprudentiae vix ignoſcere poſſumus, ſi quid aliquando moribus ſuis indignum, & ante actae vitae minus conſentaneum protulerint. Sed multo magis iram noſtram movent improborum honeſti ſermones; quibus, ut nequitiam ſuam occultent, certiuſque noceant, uti ſolent; nihil enim ſceleratius, quam armis virtutis uti, ut vitium tuearis. Non puto autem quemquam pravae hujus ſimulationis labe magis infectum vixiſſe, quam celeberrimum hiſtoricum C. Crispum Sallustium, ut liquebit ex ejus vita; quam ex veteribus colligere ſtatui, ut quicumque eam legent, hoc exemplo intelligant non eſſe propterea exiſtimandum bonum quemquam fuiſſe, quod virtutem calamo defenderit, niſi conſtet mores cum ſermonibus conſenſiſſe. Nemo certe elegantius & acrius in ſuae aetatis vitia, quam *Salluſtius*, invectus eſt; nec quiſquam vitae minus ſeverae fuit.

Natus erat (1) Amiterni, in Sabinis, apud quos exſtant etiamnum antiquae ſeveritatis reliquiae, anno ab Urbe Condita DCLXIX. (2) L. Cornelio Cinna III. & Cn. Papirio Carbone coſs. Hi Sullae infenſi bellum civile concitarunt, quod non deſiit, niſi poſtquam Sulla, triennio poſt, rerum potitus eſt. His annis, omnis generis flagitia in Italia commiſſa, plebejaeque & nobiles familiae graviſſimas calamitates paſſae ſunt; unde intelligere licet miſerrimo ac flagitioſiſſimo aevo natum eſſe *Salluſtium*, & quo multo plura quae vitaret, quam quae ſequeretur, videbat. Parentes tamen ejus inculpatae vitae fuiſſe credibile fit, quod priſcus declamator, qui nomine Ciceronis in *Salluſtium* invectus eſt, omniaque conquiſivit quae in eum dici poſſent, nihil in fama, rumoribusque ſubſequentis aetatis invenerit quod iis exprobraret. Patrem certe *Salluſtii* ſe *praeterire* ait (3); *qui ſi*, inquit, *numquam in vita ſua peccaſſet, tamen majorem injuriam reipublicae facere non potuiſſet, quam quod eum talem filium genuerat*. Subjicit, ſe *non exſequi ſi*

(1) *Vide Euſebium in Chron. ad An.* MDCCCCXXXI.
(2) A. C. N. LXXXV. (3) *cap.* 7.

Digitized by Google

pore nullos honores, ad tribunatum uſque plebis, geſſit. In ipſo adoleſcentiae ardore, videtur ea admiſiſſe quae aeternam nomini ejus infamiam inuſſerunt. (1) M. Varro ſcriptor graviſſimus, in libro quem inſcripſerat *Pius*, aut *de Pace*, C. *Salluſtium* in adulterio deprehenſum cum Fauſta, Sullae filia, a Milone ejus viro loris bene caeſum, &, cum pecuniam dediſſet, dimiſſum fuiſſe prodidit.

Attamen A. U. C. DCCII. (2) tribunatum plebis adeptus eſt, tempore quo uſque adeo turbata erat reſpublica, ut eo deventum ſit, ut Cn. Pompejus Magnus conſul, ſine collega, crearetur. Cum autem paullo ante T. Annius Milo P. Clodium occidiſſet, Pompejusque legem de vi tulisset, qua inſtituebatur quaeſtio de ea caede; ulciſcendi occaſionem nactus *Salluſtius*, ſibi non defuit. Cum duobus aliis tribunis plebis inimiciſſimas conciones, ut ſcribit Aſconius Pedianus in Ciceronis Milonianam, de Milone habuit, invidioſas etiam de Cicerone, quod Milonem ſummo ſtudio defenderet; eratque maxima pars multitudinis infenſa non ſolum Miloni, ſed ipſi etiam, propter inviſum patrocinium, Ciceroni. Poſtea tamen cum de accuſandi ſtudio multum remiſiſset *Salluſtius*, in ſuſpicione fuit in gratiam rediiſse cum Milone & Cicerone.

Crediderim, hiſce temporibus, ſcriptam fuiſse hiſtoriam Catilinariae Conjurationis; cum *Salluſtius*, exacto tribunatus tempore, privatus ageret, nec Ciceroni eſset infenſus; rem enim ita narrat, ut ea lecta hiſtoria, nemo non acta Ciceronis ſit probaturus. Forte & Bellum Jugurthinum, & Civilia, quae id inſecuta ſunt, aliaque cum iis connexa, eodem illo tempore conſcripſit, aut aliquanto poſterius. Certe non ſunt ea ſcripta hominis adoleſcentis, teſtaturque ipſe, initio Conjurationis Catilinariae, ſe tum demum hiſtoriam aggreſsum ſcribere, (3) *ubi animus ex multis miſeriis, atque periculis requievit, & ſibi reliquam aetatem a republica procul habendam decrevit*; quod vix ante tribunatum, quem anno aetatis XLI. geſſit, fieri potuit. Tum vero *ſtatuit*, *res geſtas populi Romani carptim* (ſic ipſe loquitur) *ut quaeque memoria digna videbantur, perſcribere: eo magis quod ei a ſpe, metu, partibus reipublicae animus liber erat*. Haec ſunt verba hominis honores nullos amplius ſperantis, aut certe ambitionem egregie diſſimulantis. At nec ante diſſimularat honorum cupiditatem; nec poſtea, rerum potiente Caeſare, eorum contemtum prae ſe tulit.

Itaque ante omnia Catilinariam Conjurationem, quae contigerat anno ejus vitae XXX. ac proinde cujus teſtis fuerat, ſcribere undecim circiter poſt annis aggreſsus eſt, ſi calculos recte ponimus. Tum Jugurthinum Bellum, quod diu ante quam naſceretur, & Civile, quod eo puero geſtum eſt, conſcripſit. Periit poſtremum opus, ſi fragmenta quaedam excipias, quae tamen ſat ampla ad nos pervenerunt, ut ex iis intelligere poſſimus, non minus accurate ac cetera perſcriptum fuiſse. Sed mihi videor ex loco Auſonii poſse colligere tempora quorum hiſtoriam ſcripſerat *Salluſtius* in iis libris qui perierunt. Auſonius in Idyllio XXXII. ad Nepotem, docet pue-

†† 2 rum,

(1) *Apud Aul. Gellium lib.* 17. *cap.* 18, *Vide & veterem Scholiaſten Horatii ad Sat.* II. *lib.* I. (2) A. C. N. LII. (3) *cap.* 4.

rum, quos libros legere eum oporteat, & quos ipſe in gratiam ejus in manum iterum ſumere ſit paratus. Itaque memorato Terentio, ſic loquitur de *Salluſtii libris*.

Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Jam lego civili miſtum maverte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero,

Haec ſunt omnia opera *Salluſtii*, excepto Bello Jugurthino, quod cur omiſerit Auſonius, non intelligo. Forte aliquot verſus vetuſtate interciderunt. I. Occurrit Bellum Catilinarium, de quo nihil neceſse eſt dicere. II. Hiſtoria tumultus excitati a Marco Aemilio Lepido, anno Urbis Conditae DCLXXXVII. poſtquam anno ſuperiori conſul fuiſset. Is tumultus a Pompejo & Catulo oppreſsus eſt eodem anno. III. Inde *Salluſtius* ſcripſerat Hiſtoriam rerum in republica Romana per duodecim annos geſtarum, ante Lepidi tumultum; quorum duodecim annorum initium fecerim circiter ab anno Urb. Cond. DCLXIII. quo bellum Marſicum inchoatum, ab eo enim tempore uſque ad extremam dictaturam Sullae, duodecim circiter anni fluxerunt. Multa autem inveniuntur fragmenta *Salluſtii*, ex quibus liquet eum res a Sulla geſtas ſcripſiſse; quae ea temporis intercapedine continentur. IV. Bellum ſcripſerat Sertorianum, quod coeperat ſub finem vitae Sullae, proximeque duodecim annos memoratos conſequebatur; Metellus enim in Hiſpaniam contra Sertorium miſsus eſt anno Urb. Cond. DCLXXIV. qui duodecim illorum annorum ultimus fuit. Si ea Hiſtoria ad receptas uſque Hiſpanias pertexta eſt, quod credibile videtur, pertinuit ad annum DCLXXXI. nam eo demum anno, occiſis Sertorio & Perperna, pacatae ſunt Hiſpaniae.

Hinc videmus quamvis *Salluſtius* carptim ſcripſiſset Hiſtoriam Romanam, nec continua temporum ſerie lucubrationes ſuas edidiſset, ex tribus poſtremo memoratis operibus potuiſse contexi circiter octodecim annorum hiſtoriam; quae utinam ſane exſtaret. Fragmenta enim ejus ſitim noſtram excitant, non reſtinguunt. Hi autem libri, quamvis ab auctore eo ordine quem memorat Auſonius, editi, videntur poſtea a Grammaticis in ordinem quemdam redacti, ut ex tribus operibus una conflaretur Hiſtoria, librique ejus perpetuo ordine a primo ad ultimum decurrerent, commodiusque ad teſtimonium citarentur. Aſinius Pollio in libro (1) quo *Salluſtii* ſcripta reprehenderat, ut nimia priſcorum verborum adfectatione oblita, tradebat: *In eam rem adjutorium ei feciſſe maxime quemdam Attejum Praetextatum, nobilem Grammaticum Latinum, declamantium deinde adjutorem, atque praeceptorem*. Ab hoc, ajebat, *Salluſtium*, *hiſtoriam componere aggreſſum, breviaria rerum omnium Romanorum, ex quibus quas vellet eligeret, inſtructum fuiſſe, antiquaque ei verba & figuras ſolitum*

(1) *Suetonius de Illuſtr. Gramm. cap.* 10.

tum eum eſſe colligere. Videtur Grammaticus non ignobilis ea in re ingenio ac voluntati *Salluſtii* gratificatus eſse, potius quam ſuum ipſius judicium ſecutus; nam in Praeceptis Rhetoricis ad Aſinium Pollionem, ei *nil aliud ſuadebat*, ut prodidit Suetonius (1), *quam ut noto, civilique, & proprio ſermone uteretur, vitaretque maxime obſcuritatem* Salluſtii, *& audaciam in translationibus*. Credibile eſt *Salluſtium* ea re gravitatem ſtyli captaſse, & priſcorum illorum Romanorum ſermonem imitatum, quorum moribus erat diſſimillimus, ut flagitioſae vitae maculas elueret, perſuaderetque iis quibus ſatis notus non erat, falſa eſse omnia quae de illo minus honeſta jactabantur.

Verum hae artes belle homini non ceſserunt; nam anno Urb. Cond. DCCIV. (2) coſs. L. Aemilio Paullo, & C. Claudio Marcello, Appius Claudius Pulcher cenſor, non repugnante collega L. Calpurnio Piſone, omnes libertinos, ut docet Dio lib. XL. multos etiam nobilium, atque inter eos *Criſpum Salluſtium* qui hiſtoriam conſcripſit, ſenatu ejecit. Quod factum, ſi veteribus (3) Grammaticis credimus, propter adulteria; dicitur enim ab iis *Salluſtius tanto ardore inſaniviſſe in libertinas, quanto moechus in matronas: quod cum illi in ſenatu a cenſoribus objectum eſſet, reſpondit: Se non matronarum, ſed libertinarum ſectatorem eſſe. Quare ex ſenatu*, inquiunt, *ejectus eſt*. Hoc quoque ei exprobrat perſonatus ille (4) Cicero, qui Declamatione in ejus mores invectus eſt. Idem nos docet, poſtquam cenſores ſenatum more majorum legiſſent, nuſquam conſpectum eſſe *Salluſtium* Romae, ſuſpicaturque tum ſe *conjeciſſe in ea caſtra quo omnis ſentina reipublicae confluxerat;* hoc eſt, in Galliam ad Caeſarem ſe contuliſſe. Non minoribus (5) conviciis eum exagitavit Lenaeus, Pompeii Magni libertus, ex amore erga patroni memoriam, quem *Salluſtius* ſcripſerat *oris probi, animo inverecundo fuiſſe*. Ideo Lenaeus poſtea hiſtoricum noſtrum *acerbiſſima ſatyra*, ut docet Suetonius, *laceravit, laſtaurum & lurconem, & nebulonem popinonemque appellans, & vita ſcriptiſque monſtroſum; praeterea priſcorum, Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem*. Qua ex occaſione ſic de Pompejo ſcripſiſſet *Salluſtius*, poſt interitum ejus hiſtoriae, conjicere non poſſumus; at conſtat Caeſarianis partibus e ſenatu expulſum faviſſe.

Certe poſteaquam reſpublica armis oppreſſa eſt, anno ſequente, U. C. DCCV. (6) C. Claudio Marcello, & L. Cornelio Lentulo coſs. a Caeſare (7) eſt in ſenatum reductus; quaeſtura iterum accepta, ut honeſtius in ampliſſimum ordinem reciperetur. Eum autem *honorem*, ſi adverſae famae credimus, *ita geſſit, uti nihil non venale in eo habuerit, cujus aliquis emtor fuit: nihil non aequum, ac verum duxerit quod ipſi facere collibuiſſet*. Propter iteratam quaeſturam, priſcus declamator, cujus verba protulimus, *bis ſenatorem, bis quaeſtorem factum* ait. At Dio Lib. XLII. vult, ut recuperaret dignitatem ſenatoriam, praetorem creatum. Malim, quaeſtura in

†† 3 eum

(1) *Suetonius de Illuſtr. Grammat. cap.* 10. (2) A. Chr. N. L.
(3) *Schol. in Sat.* 2. *lib.* 1. *Horatii*. (4) *cap.* 8. *&* 9.
(5) *Suetonius de Illuſtr. Gramm. cap.* 15. (6) A. C. N. XLIX.
(7) *Cicero in Salluſt. cap.* 9.

eum collata, factum hoc eſſe; eo enim magiſtratu capto, Romana juventus ingrediebatur ſenatum.

Hoc tempore, viris doctis videtur ſcripſiſſe ad Caeſarem duas illas Literas quae perperam *Orationes* inſcribuntur, *de Republica Ordinanda*. Sed poſteriores quidem, hoc tempore ſcripſiſſe potuit; at priores non niſi propemodum confecto bello ſcripſit. Malim ergo haſce differre in annum DCCVII. aut certe ad finem anni antecedentis, cum victus eſſet Cn. Pompejus.

Igitur ſub finem anni DCCVI. (1) cum in Aſia eſſet Caeſar, ab iis (2) qui Roma ad eum venerant cognovit, literiſque urbanis animadvertit, multa Romae male & inutiliter adminiſtrari, neque ullam partem reipublicae ſatis commode geri; quod & contentionibus tribuniciis pernicioſae ſeditiones orirentur, & ambitione atque indulgentia tribunorum militum, & qui legionibus praeerant, multa contra morem, conſuetudinemque militarem fierent, quae diſsolvendae diſciplinae, ſeveritatisque eſsent. Hanc crediderim occaſionem fuiſse ſcribendi iterum ad Caeſarem de ordinanda republica; qua de re cogitare ſerio non potuit niſi poſt victum Pompejum. Antea quidem *Salluſtius*, Caeſare nondum in Macedoniam profecto, vigenteque bello, multa monuerat ea de re, in Epiſtola quae II. Oratio perperam dicitur, ubi de M. Bibulo, & L. Domitio, quaſi viventibus loquitur, cum Bibulus mortuus ſit ante pugnam Pharſalicam, & Domitius ex ea fugiens interfectus. Sed in altera Epiſtola, in qua de bello, quaſi confecto, loquitur, rem eamdem iterum aggreditur. Itaque quae prior eſt, eam oporteret eſse poſteriorem, quod etiam ipſum ejus quae poſterior eſt, prooemium ſatis oſtendit.

Antequam autem Caeſar contra Scipionem, Pompeii ſocerum, in Africam iret, anno Urb. Cond. DCCVII. quo Caeſar iterum dictator fuit, M. Antonius magiſter equitum, praetor factus eſt *Salluſtius*; qui honor videtur non tam monitorum de republica ordinanda, quam turpium adulationum iis admiſsarum praemium fuiſse. At *Salluſtio* propemodum fatalis fuit; (3) cum enim eſset in Campania, apud Caeſarianos milites mox in Africam tranſmittendos, motaque ab iis eſset ſeditio, quam fruſtra compeſcere tentavit, ab iis ferme eſt interfectus. Quin etiam cum Romam ad Caeſarem contenderet, ut hac de re certiorem faceret, inſecuti eum complures militum, obvios quoſque occiderunt; ipſum, ſi adipiſci potuiſsent, e medio ſublaturi.

Caeſar vero, placatis militibus, ſub brumam in Africam cum parte exercitus trajecit, ſecumque *Salluſtium* duxit, quem, paucis diebus poſtquam adpuliſset, cum penuria annonae premeretur, (4) ad Cercinam inſulam, quam adverſarii tenebant, cum parte navium ire juſſit, quod ibi magnum numerum frumenti eſse audiebat. (5) Ejus adventu C. Decimius quaeſtorius, qui ibi cum grandi familiae ſuae praeſidio praeerat commea-

(1) A. C. N. XLVII. (2) *Hirtius de Bel. Alexand. cap.* 65.
(3) *Ex Dione lib.* 42. (4) *Hirtius de Bello Afric. cap.* 8.
(5) *Ibid. cap.* 34.

Digitized by Google

meatui, parvulum navigium nactus conſcendit, ac ſe fugae commendavit. *Salluſtius* interim a Cercinatibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi ſatis magna copia fuit, complevit, atque in caſtra ad Caeſarem miſit. Quid aliud in eo bello geſſerit *Salluſtius*, nemo prodidit, ſed fidelem ac ſtrenuam operam Caeſari navaſſe, ex praemio intelligere eſt. Anno enim Urb. Cond. DCCVII. (1) confecto Africano bello, (2) Caeſar eum in Numidia recepta, verbo quidem adminiſtrandae provinciae cauſſa, reipſa autem expilandae, pro praetore reliquit. Itaque dona multa *Salluſtius* accepit, multa rapuit, Romamque deinde reverſus, cum a Numidis accuſaretur, maximam infamiam retulit; quod cum libros ſcripſiſſet in quibus copioſa & acerba oratione invectus erat in eos qui ex provinciis quaeſtum feciſſent, rebus ipſis quod ſcripſerat non expreſſiſſet. Ne (3) tamen cauſſam diceret, (4) ſeſtertio duodecies cum Caeſare pactus eſt, ſi credimus perſonato Ciceroni. Graviſſimus certe hiſtoricus Dio prodidit, eum, licet a Caeſare dimiſſum, ſuis ipſius ſcriptis perennem infamiam ſibi creaſſe, quod vita ab iis prorſus diſſentiret.

Ea praeda, (5) qui modo ne paternam quidem domum redimere poterat, repente tamquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, qui (6) *Salluſtiani* ab ejus nomine dicti ſunt, villam Tiburtinam, & alias poſſeſſiones ſibi comparavit.

Qua ratione vitam poſtea traduxerit *Salluſtius*, veteribus tacentibus, nobis non liquet. Credibile eſt ornandae domui, exſtruendis villis, deliciiſque undequaque ſibi parandis occupatum fuiſſe; ita ut ſaluberrimis praeceptis quae in hiſtoriis tradiderat, exemplo ſuo, vim pondusque detrahere pergeret. De ejus oratione in Ciceronem, & Ciceronis in *Salluſtium*, nihil addam; quia, licet antiquae ſint, nec infra aevum Tiberianum, animi cauſſa a rhetore quopiam confictas nemo amplius dubitat.

Septuageſimo aetatis anno, fato functus eſt, quadriennio (7) ante bellum Actiacum, hoc eſt, anno Urb. Cond. DCCXIX. (8) S. Pompejo, & S. Cornificio coſs. Vir ſane fuit memorabilis, ſi hiſtorias ejus ſpectes; quae, ſi nimium antiquioris ſtyli ſtudium excipias, nullis aliis poſtponendae ſunt, principemque locum inter Romanos hiſtoricos, etiam judicio veterum, ei pepererunt. Nec brevitatem ac efficaciam ſingularem dictionis dumtaxat laudant, ſed etiam veritatis ſtudium; quod ita intelligendum, ut de aliis loquenti fides habeatur, de ſe ipſi nihil credatur niſi quod re ipſa comprobatum eſt. Facile credo, cum ſe reipublicae longum vale dixiſſe putaret, (9) *Conſilium ei non fuiſſe*, ut ipſe dicit, *ſecordia atque deſidia bonum otium conterere: neque vero agrum colendo, aut venando, ſervilibus officiis intentum, aetatem egiſſe*, ſed honeſtioribus ſtudiis & ſcriptionibus operam dediſſe. At nec oblitum deliciarum ac voluptatum opinor; quibus & puer & adoleſcens & ſe-

(1) A. C. N. XLVI. (2) *Dio libr.* 43. (3) *Cicero in Salluſt. cap.* 10.
(4) *Nonageſies mille ſſ. eoque amplius*. (5) *Cicero in Salluſt. cap.* 10.
(6) *De iis vide Fam. Nardinum Vet. Romae lib.* 4. *cap.* 7.
(7) *Vide Euſeb. in Chron.* (8) A. C. N. XXXV. (9) *Conjur. Catil. cap.* 4.

& ſenex, quaſi ſirenibus quibusdam adhaeſit ; nec, ut puto, dum hiſtorias florente aetate ſcriptitaret, nuntium remiſit.

Idem fecit quod (1) *plerique philoſophorum, diſertorum in convicium ſuum, quos ſi audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, judicium ſuum profeſſos putes. adeo redundant ad ipſos maledicta in publicum miſſa.* Interea ejus hiſtoria, ut ceteris omnibus, utamur oportet, quippe quae non minus gravia ac utilia praecepta, exemplaque continet, quam ſi ſcriptor ſanctitate morum priſcos omnes Romanos ſuperaſset.

(1) *Seneca apud Lactant. lib. 3. cap. 15.*

LE-

Digitized by Google

Lectori Benevolo

S.

CAjum Criſpum Salluſtium oculis Tuis ſubjicio, cura mea emendatum atque illuſtratum. Operae autem pretium erit, ſupellectilem noſtram recenſere, & quorum opera, aut ſtudio aliquid in Criſpum collatum eſt, commemorare. Sic enim teſtabimur, in gratia nosmet habere, quidquid docti viri nobis gratificati ſunt: & lectoris commodo conſulemus, qui de ipſis Codicibus ſententiam ferre, eorumque auctoritatem vere aeſtimare poterit; ſimul videbit, non injuria ſaepe unius aut paucorum librorum lectionem ceteris omnibus praelatam eſſe.

Primus Vir πολυμαθέστατος & litteris ornandis natus Jo. Albertus Fabricius, pro inſolita ſua facilitate, obtulit duos Codices in membranis adcuratiſſime ſcriptos. Eorum prior excedit aetatem ſeptingentorum annorum, & tantum non omnia venerandae antiquitatis veſtigia oſtentat. Raro, & non, niſi ubi omnes fere libri aberrarunt, dormitat; rariſſime Gloſſas, pro ſcriptura genuina, recepit. Corrupit illum paſſim mala manus, ſed, ut facile primas lectiones adſequaris. Alter paullo junior, forma, ut ajunt, octuplici, ſed haud protritae auctoritatis: Vix enim diſcernas, primus ille, an hic ſecundus propius ad Criſpi manum accedat. Hi ſunt, quos *Fabricianos* adpellamus; & ne permutarentur cum alio quodam, quem Rivius tractavit, ejusdem nominis, nos quidem diligenter providimus. Idem ille communicavit nobiscum ἀπόγραφον variarum lectionum, quas Vir Celeberrimus Marquardus Gudius ex duobus Codd. qui *Remis* in Bibliotheca Cathedralis Eccleſiae ſervantur, olim deſumſit. De his *Remenſibus* haec adnotaverat Gudius: „ Ille, qui primus vocatur, ſcriptus forma oblongiori, „ ut quartam paullo excederet, littera aequali, non invenuſta. Aetatem e- „ jus deprehendimus in medio libro ad marginem. Verba haec erant bar- „ bara, ut ipſa tempora.

M. C. ſexageſimo octavo
Indictione prima
Omnes qui haec lecturi eſtis
Orate pro Matthaeum ſcriptorem
Ut Deum ſemper habeat is propitiatorem.
Amen.

„ Alter codex membranam habebat formae quartae, manu antiquiori, „ immo accuratiori exaratus, quae annorum amplius ſeptingentorum aeta- „ tem prae ſe ferebat. “ Haec Gudius: quem vellemus majore cura hos libros perſpexiſſe. Saepius enim haeſitantes nos reliquit, ſaepe talia propinavit, quae ex membranis deſumta eſſe, perſuadere nobis non potuimus.

Cum haec in manus meas pervenirent, optima quaeque de inſtituto no-

Digitized by Google

ſtro concipiebam. Sed longe majora ſperabam, cum indicio Viri illuſtriſſimi, qui Potentiſſimo Boruſſorum Regi eſt a ſanctioribus belli pacisque conſiliis, JACOBI PAULI de GUNDLING cognoſcerem, latere in Bibliotheca Academiae *Baſileenſis* membranas Salluſtii, aevo Carolingorum ſcriptas. Nec mora. Optimus meus MENCKENIUS ab celeberrimo Baſileenſium Mathematico Joanne Bernoullio nunciat, Doctorem Theologum atque Philologum praeſtantiſſimum JACOBUM CHRISTOFORUM ISELIUM velle inter graviſſima negotia hoc publico emolumento dare, ut & membranaceum iſtum codicem, & praeterea duos chartaceos, qui tamen Catilinam tantummodo comprehendebant, excuteret, atque minimas etiam lectionum diverſitates excerptas mihi tranſmitteret. Factum iſtud, quod promiſerat, tanto ſtudio Viri ſumme Reverendi, ut hodieque laetitia perfundar, quando aut familiaris adloquii ejus per litteras crebriores, aut transmiſſarum ſchedularum memini. Videbis, lector, paſſim in notis noſtris judicium ILLIUS de variis lectionibus ſimul exſcriptum: unde per Te colliges, aptiſſimum fuiſſe ad hujusmodi libros evolvendos. De aetate & pretio librorum haec pauca ex litteris Iſelianis accipe: „ In Bibliotheca publica Baſileenſis Academiae „ tres omnino exſtant Salluſtiani codices. Unus membranaceus (*primum* vo- „ camus) qui Catilinariam pariter conjurationem & bellum Jugurthinum „ continet, nono ſaeculo, vel certe, ut quam recentiſſimum faciamus, deci- „ mo exaratus. Notatus eſt litteris notisque E. III. 7. emendatus jam olim „ non tantum ab erroribus amanuenſium, verum etiam cum alio codice „ collatus videtur. Reliqui chartacei, Catilinae dumtaxat hiſtoriam comple- „ ctuntur, neuterque ſupra trecentorum annorum aetatem aſcendit, etſi ex „ exemplari haud malo fuerint deſcripti. alter (*ſecundi* nobis nomine venit) „ notatur F. IV. 1. alter autem (*tertius*) F. VIII. 8. “ Hactenus ille, cui pro ſummo ſtudio & egregio beneficio perpetuo erimus devincti. Unum hic addendum eſt, me tribus locis haeſitanter, aut falſo de ſcriptura horum MSS. pronunciaſſe, cum poſtea meliora edoctus ſim ab Cl. Iſelio. Nempe Cat. c. XXII. n. 1. Baſil. 2. & 3. habent, ut bene multi alii, *ad jusjurandum adiceret;* quamquam alter eorum, non ſine manifeſtis eraſi *g* factique inde *c* veſtigiis, *adiceret* ſcripſerit. Cap. XL. n. 5. ſcriptum fuerat in *primo: nam tum Brutus Roma aberat*, ſed ab eadem manu ſupra verſum additum eſt *ab*, ut legeretur *ab Roma aberat*, quomodo etiam perſpicue in Uratislavienſi primo ſcriptum offendi. Cap. LI. n. 19. ex Baſil. 1. citavi *praeſenti conſilio:* at ille non *praeſenti*, ſed *praeſertim* cum ceteris MSS. omnibus exhibet. Ceterum habent vetuſtiſſimae illae membranae aliquid commune cum laudatiſſimo Nazariano & melioribus noſtris, quod vide adnotatum ad Jugurth. cap. CIII. num. 2.

Quod cupientibus omnibus uſu venire ſolet, id neque a me alienum fuiſſe fateor. Tantum enim aberat, ut praeclara iſta ſubſidia, quae Hamburgum & Baſilea ſuppeditaverat, animo meo ſatisfacerent, ut potius vehementius accenderent illum. Suſcepto itaque itinere, excellentiſſimam *Guelferbytanam* Bibliothecam, vere regiae opulentiae monumentum, & quae ſola Heidelbergenſis amiſſae deſiderium lenire poteſt, petii: eo avidius, quod Cl.

Digitized by Google

Cl. Joſephum Waſſium cognoveram fruſtra ſeptem, quos tunc temporis theſaurus ille habebat, codicum varias lectiones a celeberr. Leibnitio exſpectaſſe, nec, praeter guſtum, quidquam accepiſſe: Votis inveni majora: nec inveni tantum & adſpexi, ſed per benevolentiam plane eximiam Ampliſſimi LAURENTII HERTTELII, qui divitiis iſtis Praefectus & Sereniſs. Duci Brunſuico-Luneburgenſi a Legationibus eſt, communicata mecum Lipſiam portavi quindecim volumina, quae quantum profuerint nitori Salluſtii, res ipſa docebit. De ſingulis pauca monere debemus: cum praeſertim aliis numeris, ob uſum ſcribentis & operarum, quam quibus Guelferbyti inſignes ſunt, inſcripſerimus.

Primum quem vocamus in Gudiana Bibliotheca, quae nunc Guelferbytanae acceſſio facta eſt, portabat Num. 279. in membrana eſt luculenter ſcriptus & Gloſſis antiquis ad marginem paſſim ornatus. Poſſedit illum aliquando Bernardus Rottendorffius. In fronte libri hi verſus leguntur:

Inter Romuleos genuini ceſpitis ortos
Haud vilis pretii trutinaris Criſpe Salluſti:
Cujus odorifero redolent ructamine bella
Cruda peroſorum Catilinae deinde Jugurthae.
Culmine rhetorico graſſaris, arſa retexens
Congrua ceu titulis, imitans praecepta Platonis.
Hoſtes namque notas beluino more furentes
Viribus Herculeis; at contra rite Quirites
Arx Romana cluit, cervix reſupina tumeſcit,
Fagus adeſt paſcens, pubertas hinc vitulaſcens.
Imperitans populis reſpublica protemeratur.
Pugnat utrimque tiro, gladius vibratur in hoſtem.
Cornua taurorum tandem Leo rumpit inermis,
Rex nemorum, recubare ſolens ſub fronde moroſa:
Hunc jugulans, hunc lore premens, hinc inde triumphans.
Stat decus imperii, ſedantur caede manipli,
Turbine depoſito, gentes famularier inſtant
Curvantur ſceptro ſublimi, ſeque dedendo
Dextras dant fidei, ſocianturque obſide amici
E totâ fabrica, quae conſtat cardine quadro,
Hoc totum quia rex regum jam vaſſat in unum:
Culmina regnorum valeant quo principe Petro
Pace ſub eximia coelorum tendere regna.

Ex quibus, qui otio abundant, aetatem codicis eruant. id ſtatim oculos incurrit, quod Anno Aer. Chriſt. MCCVII. ſcriptus eſt, ſi auctor initialibus litteris annum denotare voluit. Sed hoc dubium. *Secundus*, qui Numeris *68: 16.* inter MSS. Guelferbytanos notatur, ejuſdem aetatis eſſe videtur. Habet membranas octuplicibus minores, & adcurate quidem ſcriptus, ſed magis, quam primus, correctrices manus perpeſſus eſt. Haud ju-

Digitized by Google

nior, qui nobis *Tertius*, domi autem 50:4. cenſetur, in membranis octuplicibus ab antiquiſsimo exemplari deſcriptus. Magno ille nobis uſui fuit, Bello maxime Jugurthino. Paſsim genuinam Criſpi brevitatem repraeſentat: paſsim tamen Gloſſas, etſi eruditas, recepit in contextum. Quotiescumque neceſſaria ſenſui primus librarius omiſerat, reliquerat vacua ſpatia, quae deinde alia manus explevit. Suppar etiam eſt *Quartus*, qui in erudito illo grege poſt 8. eſt *6.* membranas habet quadruplicatas. Is ubicumque prima manus adparet, ſatis probas lectiones ſectatur. at quia multis locis litterae vetuſtate evanuerant, priora etiam folia lacerata ſint, etiam ſaepe manum & multo priore recentiorem exhibet. Multa etiam inter verſus adjecta, &, pro more correctorum, quae videbantur ad faciliorem ſenſum facere, ipſi contextui intruſa habet: quae tamen facile a genuinis diſcerni potuerunt. *Quintus* in vetuſtiſsimis membranis, ſuperiores vincentibus, exaratus eſt, quae ne compactae quidem adſervantur ſub Numeris 17. aut 11*6*. Qui ſi integer eſſet, aut vexatiſsimis locis medicinam praebuiſſet, aut ſaltem conjecturarum certiorum copiam dediſſet. Sed deficit B. Jug. *c.* XV. n. 4. Litterarum eam praefert figuram, quae ſolet eſſe ſaeculis decimo & undecimo. Ad cetera autem infortunia, quae hae quidem omnium optimae membranae ſunt perpeſsae, accedere debuit, ut non in omnibus vetuſtiſsimam oſtenderet manum, quae fere numquam veritatem deſeruit. Nam quae poſt principium Orationis Caeſaris Cat. *cap.* LI. ſequuntur, non tanta religione exarata ſunt. *Sextus* membranaceus forma octuplici, inter Guelferbytanos Num. 51:12. inſcriptus, fideliter inprimis & Salluſtium, & interpretationes repraeſentat: quas ubi ſeparare potuimus, ſuffragio ejus multum dedimus. Sed in Bello Jugurthino triginta aliquot folia injuria hominum, aut temporis perierunt. Longe infra hujus aetatem poſitus eſt *Septimus*, ſive in Bibliotheca Gudiana 29*6*. membranaceus quidem & eleganter ſcriptus, ſed eo tempore, ut exiſtimo, quo jam ars typis ſcribendi orta erat. Illi adpactus eſt chartaceus, qui nobis *Octavus* eſt, in plerisque lectionibus ſuperioris adſecla. Sed uti ille Catilinam, Jugurtham & praeterea Declamationem in Ciceronem ſervat, ita hic tantummodo Catilinam, & ſtatim in primo cap. B. Jugurth. deficit. Vetuſtior eſt, & circa Saeculum XIII. ſcriptus *Nonus* chartaceus, Num. 17 : 21. 2. inter Guelferbytanos praeferens. Scriptura ſatis religioſa eſt, ſed codices non optimos habuit, quos exprimit. *Decimus* ex Gudianis 295. foliis membranaceis & chartaceis inter ſe mixtis. Non ita quidem vetuſtus, ut vel proximo praeferri poſset; minime tamen omnium correctorem expertus eſt: & ob id ſaepe non ſine fructu illum conſuluimus. *Undecimus* membranas habet quadruplices & Numeros 12 : 10. Externo ſplendore tantis loculis digniſsimus. Litteris facillimis, auro, minio variisque aliis coloribus diſtinctis, ſcriptus eſt, ſed vix ante trecentos annos. Semel atque iterum nobis ſingulariter profuit: ſaepius aliis probis lectionibus, veluti pars minima, acceſsit. *Duodecimus* membranaceus eſt, forma quadruplici oblonga, Numeris *6* : 2. notatus & litteris elegantiſsimis ſcriptus, iis ductibus, quos Bergerianus codex repraeſentat. Sed a capite ad calcem eum quidam corrector recenſuit, multa immu-

immutavit, plura addidit, plurima eraſit & hujuſmodi ſigna - ° - ° - in locum deletarum vocum repoſuit. Hi ſunt duodecim MSS. quos admirabilis ille theſaurus uſibus noſtris conceſsit, ut inde Catilinam & Jugurtham Scriptoris noſtri emacularemus. Acceſsit praeterea *editio pervetuſta* B. Catilinarii, *Scholae Jo. Frid. Gronovii*, de quibus infra, *Aruſianus Meſſus* de exemplis Elocutionum, ex Cicerone, Terentio & Salluſtio collectis, manu Gudii ex MS. codice deſcriptus: qui non fruſtra nobis ad manus fuit: codex denique membranaceus, Biblioth. Gudianae 181. quem propterea *Gudianum* vocamus; in quo praeter varia Ciceronis aliorumque opuſcula, etiam duae Declamationes fictitiae, quae Criſpo adjungi ſolent, legebantur. Tantum vel ſoli Guelferbytanae debemus ipſe & Salluſtius meus: & dignum erat, ut hoc exemplum inſolitae benevolentiae multis extolleremus laudibus, niſi vir laudatiſsimus, cujus favore diu ſatis tot codices evolvere nobis licuit, Ampliſsimus ille *Herttelius* mallet laudatu digna perficere, quam inanibus verbis ſeſe paſcere. Inde tamen diſcant, qui melioribus litteris operantur, eſse in patria noſtra, ubi tot numero dura & horrida ingenia reperiuntur, a quibus pretio, gratia, aut iterum iterumque repetitis precibus aegre unius libelli uſuram breviſsimam obtineas, quod ipſe memet fatigando & valetudinem etiam affligendo bene expertus ſum, eſse, inquam, in ea tales etiam viros, qui vel ſponte, vel leviter admoniti pretioſiſsima cimelia utilitati publicae non invideant.

Vix redieram, & augebatur fama, quae olim percrebuerat, Vitebergae latere codicem vetuſtiſsimum Salluſtii, qui aliquando Reineſii, nuper C. S. Schurtzfleiſchii fuerat. Evolavi eo magna cum ſpe: ſed vacuum dimiſere, quos dictas membranas poſsidere acceperam. Interim certiora didici, & inſtructiſsimum librarium theſaurum Sereniſsimi DUCIS SAXO-VINARIENSIS eo & alio MS. codice nunc ſuperbire, poſtquam Schurtzfleiſchiani libri in illum translati ſunt, cognovi. Accepi paullo poſt ipſos codices, & Reineſianum quidem, quem *primum Vinarienſem* vocare ſoleo, forma oblonga in membranis nitide deſcriptum. Schurtzfleiſchius in fronte notaverat, fuiſse olim in prima pagina additum annum, quo ſcriptae ſint iſtae membranae. is erat, quantum memini, ſaeculi decimi ſexageſimus quintus. Me autem judice, paullo juniores ſunt, & ſaeculo forſitan undecimo natae. Fabricii olim fuiſse, a quo accepiſset Rivius, docti quidam opinati ſunt: quod contra eſse, variis exemplis notae noſtrae monſtrabunt. Lectiones ſequuntur ſaepe probatas: alibi tamen impuriores. Praeterea miſere interpolavit eas quidam ſciolus; ut parum abfuerit, quin omnem meam exſpectationem fefelliſsent. *Secundus Vinarienſis* membranas habet octuplices, ſcripturam omnium elegantiſsimam & adcuratiſsimam: Ornatam etiam omnibus illis modis, quos in Guelferb. undecimo ſupra indicavi. Neſcio, quo fato antiqua manu in prima pagina ſcriptum exhibeat Ann. MDCCXXIII. cum trecentorum amplius annorum aetatem habere, imperitiſsimus etiam videre queat. Eum non inter pedarios noſtros ſenatores numerandum eſse, luculenter paſsim docui: & quotiescumque ſententiam rogatus eſt, optima quaeque cenſuit, aut minori ac meliori parti adſenſum praebuit.

Eodem tempore Vir Excellentiſſimus Jo. Georgius Eccardus, qui Potentiſſimo Regi Magnae Britanniae & Electori Hannoverano tum erat a Conſiliis & conſcribenda Hiſtoria Brunſuico-Luneburgenſi, Praefectus etiam Bibliothecae Hannoveranae, tranſmiſit codicem membranaceum ejusdem formae, ejusdem etiam, quae noſtra conjectura, aetatis, iisdem certe litterarum ductibus exaratus, ac ille, de quo modo diximus, Vinarienſis primus. *Eccardianum* vocamus, quod nobis certo non conſtaret, utrum ex nominatis, an ex aliis loculis protraxiſſet. Neque vero ob id nobis quisquam ſuccenſeat. aequum enim exiſtimamus, eorum nomini & famae conſuli, qui ſtudio & opera ſua plus, quam ipſae Bibliothecae, aut rariſſimorum librorum domini rei litterariae contulerunt. Ipſe codex ab librario non optimo erat confectus; ſed exemplar optimum prae oculis habuit. Quod ſi ubivis pari diligentia ſcriba voluiſſet uti, multo plura inde profluxiſſent, quam quae nunc tam ad ſanitatem, quam ad nitorem Criſpi derivavimus. Ea tamen talia ſunt, ut eum librum conſuluiſſe, nos quidem nunquam poenituerit.

Eccardum nobiliſſimum ſequebatur illuſtris Burckhardus Gotthelff Struvius, vir omni praedicatione major, qui per V. Cl. mihique amiciſſimum *Chriſtianum Gottlieb Buderum*, Bibliothecae Jenenſis Praefectum, communicavit mecum membranas Salluſtianas, quae olim fuerunt Rittershuſii, ſummi atque litteratiſſimi JCti. Compararunt illas jam ante me cum Salluſtii editionibus Viri Clariſſimi Chriſtoph. Colerus & Helias Putſchius; ſed ea fide, ea diligentia atque prudentia, ut non piguerit ſtudioſe & adcurate denuo perlegere. Alter enim eorum ſaepe talia lectoribus, pro Rittershuſiani codicis ſcriptura, propinat, quae recentior manus, cum ne prima quidem ſit vetuſtiſſima, inter verſus, aut in margine adlevit: alter vero optimas lectiones neglexit & peſſimas quasque pro genuinis venditat. Quos mores in tractandis omnibus noſtris libris longe a nobis fuiſſe, ſancte teſtamur: & maluimus moroſe atque acerbe omnia potius conſectari, quam inanibus cuiquam lectorum imponere, aut mala fide agere. Permittimus etiam quemlibet ſuo frui judicio, in novitiis ſaepe libris genuinam ſcripturam expreſſam eſſe; nos ipſi etiam tali judicio hic, illic obtemperavimus: At ubi res ipſa aliud exigit, ubi omnes alii libri reclamant, & cauſſa manifeſta deprehenditur, cur ſcioli aut librarii blandientem quodammodo lectionem nuper invexerint, ad eam confirmandam juniorum membranarum auctoritate abuti velle, ea mera temeritas eſt.

Dum ita inter exteros Salluſtii mei fautores obambulo, & dulciſſima beneficiorum memoria animo meo obtempero; oblitus paene eram *Lipſiae* noſtrae, quae non adeo ſterilis eſt eorum, qui ingeniis favent, aut eruditae ſupellectilis, ut nihil nobis ſuppeditaverit. Nam, ut taceam ſaluberrima monita V.C. D. Jo. Jacobi Mascovii, elegantiori litteratura ornatiſſimi, Ejuſdemque prolixiſſimam ſtudiis noſtris inſerviendi voluntatem, Vir ſumme Reverendus, Theologiae Doctor in Academia noſtra primarius, & inclitae Paullinae Bibliothecae Praefectus, Christian. Fridericus Boernerus, ſimul ac de inſtituto noſtro certior factus eſt, ut eſt incredibili

credibili humanitate, & quae eum non minus, quam omnis doctrinae ſingularis peritia, vere reddit incomparabilem, tradidit librum in charta formae majoris exaratum, qui & integra, ut hodie habemus, Criſpi opera, & Declamationem utramque, inter Ciceronis opuſcula, quae eodem volumine legebantur, continebat. *Academicum* nominavi, &, quamquam corruptus ſatis videbatur, neque multos annos ferebat, eo tamen lubentius adhibui, quod is paſſim corruptarum lectionum fontem monſtrabat. Humaniſſimum Boernerum aemulatus eſt Vir Ampliſſimus atque Conſultiſſimus D. GOTTFRIED LEONHARDUS BAUDISIUS, cui, inter alia munera publica, cura demandata eſt ſplendidiſſimae Bibliothecae, quam Senatus reipublicae Lipſienſis inſtruxit, & in dies magis magisque locupletat. Is non modo numos veteres exornando Salluſtio benigne obtulit, quod alio loco praedicabo, ſed etiam duos Codices, quantivis pretii, *Senatorios* adpello, commodavit. *Prior* membranaceus eſt, forma majore, in duas, quod dicunt, columnas diſtinctus & adeo religioſe ſcriptus, ut ejus auctoritati haud temere obniti auſus ſim. Annos minimum quingentos natus eſt: & ſi maxime junior etiam eſſet, anilibus tamen & ſanctiſſimis membranis ob eam, quam dixi, laudem adnumerari meretur. Cum voluptate ſingulari comperi, illum ubivis fere Baſileenſis & Fabriciani primorum, ut & Guelferbytani quinti adſeclam eſſe. Alibi tam docte errat, quod tamen vix ſemel atque iterum factum eſt, ut vel prudentiſſimo fucum facere queat. *Poſterior* chartaceus quidem eſt, ſed eadem forma, &, quod potius eſt, eadem religione, ab initio maxime, ſcriptus: is etiam Commeliniano, quem tanta gloria decoravit Gruterus, ubi reliqui omnes deſerunt, adhaereſcit: ut in eam opinionem ſim ingreſſus, vetuſtiſſimum exemplar fuiſſe, e quo ſit derivatus, ſed quod ductibus non fuerit apertiſſimis ſcriptum, qui bonum librarium interdum deceperint.

Haec Lipſia. At primo loco *Memmingam*, ſive V. Clariſſimum, amicorum praecipuum, JO. GEORGIUM SCHELHORNIUM *Memmingenſem* nominare debuiſſem, propter primarium ejus & ardentiſſimum in litteras noſtras ſtudium. Ille enim ex tot fautoribus proprium hoc habet, quod ultro & nullis litteris compellatus, cum novam Criſpi editionem nos moliri aliunde accepiſſet, manibus meis & uſibus commendavit Editionem Gryphianam, collatam, quam potuit, diligentiſſime cum duobus MSptis, quos, cum ubi nunc latitent, Cl. Schelhornius ignoraret, *Incertorum* nomine citavi. Praeſcribitur quidem nomen Immanuelis Hoeſchelii iis litteris, quae non ſint valde diſsimiles his, quibus variae lectiones adpictae ſunt; adjectum eſt etiam ad Adnotationes Jac. Bononienſis hoc indicium: *Conſentit Manuſcriptum exemplar, quo ego primo ex commodato I. G. uſus ſum. Secundus, quo uſus ſum ex commodato I. P. beneficio V. H. habebat: de qua conjuratione*, &c. nec difficile foret nomina ex litteris I. G. & I. P. & V. H. exſculpere: verum tamen ſi haec omnia ignoramus, parum detrimenti variae iſtae lectiones capient. Tanta enim induſtria, etiam minutiſsima, excerptae ſunt, ut, ſi ſcirem, ubi ipſa MSS. exempla inſpicere poſſem, non multum taedii propterea ſubiturus eſſem. Poſt paullo idem doctiſsimus Schelhornius miſit codicem chartaceum,

taceum, quem ab Reverendo HEUSSIO, verbi divini apud Memmingenſes miniſtro praeclare merente, meo nomine impetraverat. Hic eſt *Heuſſianus* ille, qui recentiſſimus quidem inter noſtros, eo tamen gratus atque acceptus fuit, quod Senatorio ſecundo ſecundas ubivis fere egit; ut ab illo deſcriptum eſſe, haud immerito ſuſpicari deberem. Adjecit etiam varias lectiones Orationum ex libris Hiſtoriarum & Epiſtolarum de Republica Ordinanda, excerptas ex editione vetere. Sed ipſam etiam editionem illam in Paullina noſtra conſului, & illa eſt, quam Ann. MCCCCXCIX. prodiiſſe autumo.

Ita inſtructus eram, cum primas plagulas excudendas Typographo traderem. Subſequebantur paullo ſerius variae lectiones codicis, qui quondam V. C. *Petri Francii* fuerat; quas ob id tantummodo ad finem B. Catilinarii adhibere potui. Notatae erant in margine editionis Gruteriani, & ex publica auctione Bibliothecae Schalbruchianae comparaverat ſibi Illuſtris noſter Menckenius. In fronte ita ſcriptum erat: „ Contuli Salluſtium Ann. „ 1705. d. 23. Apr. cum codice MS. membranaceo, ſed recentiore, qui olim fuit Cl. P. Francii, in Catal. librorum ejus pag. 94. n. 600. in 4.to „ Erat in 8.vo forma oblonga: emtus a Bollardo bibliopola Anglo, & miſſus in Angliam." Bene monuit, quod codex fuerit recentior. adde etiam corruptiſsimus. Quo minus deſiderabis ea, quae ab initio Salluſtii ex iſtis variis lectionibus ſubjicere non licuit.

Idem fere judicandum de MSS. *Uratiſlavienſibus*, quos tum demum in manus accepi, cum jam B. Catilinarium prelum reliquiſſet. Servantur illi in Bibliotheca Redigeriana, quae Uratiſlaviae eſt, & adnitente Viro Clariſſimo, uti de Gymnaſio Eliſabethano, ita de re litteraria meritiſſimo GOTTLOB KRANTZIO, fidei meae aliquod tempus commiſſi ſunt. *Primus* eorum membranis conſtat quadruplicibus, diligenter & perſpicue ſcriptis. In fine legitur: „Nicolaus Phileticus hunc libellum ſcripſit anno Domini MCCCCLVII." Paullo vetuſtior eſt *Secundus*, eadem forma, ſed foliis membranaceis & chartaceis junctis, ut Guelferbytanus decimus, cui etiam in litterarum ductibus eſt valde ſimilis. *Tertius* autem chartaceus, recentiſsimus & negligentiſsime ſcriptus eſt. Uſui tamen omnes nobis fuerunt, modo ad firmandam auctoritatem meliorum librorum, modo ad eruendas cauſſas, de quibus in aliis locis libri corrupti ſunt. Ultimus enim maxime Verba *eſſe*, *ſunt*, *dicitque*, *docebat*, & quae ſunt alia ſupervacanea, fideliter omnibus locis inculcat: etiam iis, ubi nec ſcripti, nec impreſsi reliqui agnoſcunt.

Tandem, cum jam ad finem properaret Bell. Jugurthinum, a Viro Excellentiſsimo JOANNE GUILIELMO BERGERO, Conſiliario & Hiſtoriographo Regio, Eloquentiae in Academia Vitebergenſi Profeſſore digniſſimo accepi nitidas membranas, quadringentorum fortaſſe annorum aetatem excedentes. Ex Bibliotheca Miſenenſi eas depromtas eſſe, narratum nobis eſt: nihilo minus *Bergerianas* vocavimus, ut ipſo nomine, quo in Germania noſtra vix aliud illuſtrius eſt, illuſtriores eſſent. Doleo quidem tam ſero eas reliquis noſtris acceſsiſſe. Non tamen operae pretium videbatur, ſe-

para-

paratim lectionum diverſitates excerpere & in Addendis ſubjicere: tum quod nimis longum illud foret, tum quia nihil habet, quod non ex aliis etiam codicibus jam ſit adnotatum.

Tot ſcriptorum librorum auctoritate ſuffultus quidvis audere poteram in caſtigando principe Romanae hiſtoriae: Sed non minoris adjumenti fuerunt vetuſtiores impreſſi. Belli Catilinarii habui vetuſtiſſimam, quae ſine indicio anni, loci, aut imprimentis inter MSS. Guelferbytanos N.80. inſignita eſt, eamque praeciſe *ed. vet.* citare ſoleo. Habui eodem modo Belli ſolum Jugurthini duas, utramque ſaeculo decimo ſexto ſed adcuratiſſime impreſſam. Alteram *Vitebergenſem* nominavimus, eo, quod ex Bibliotheca publica Vitebergenſi mecum communicata ſit; ſed Lipſiae eam, pariter ac alteram circa Annum Aer. Chr. MDVIII. & ab ipſo Martino Herbipolenſi excuſam eſſe, manifeſta indicia adſunt. Altera autem A. MDX. per laudatum illum Martinum, qui pertinaciſſimae diligentiae fuit, prodiit. Adhibui etiam, beneficio Cl. VINHOLDI, Gymnaſii, quod Cygneae floret, Directoris & Bibliothecae Curatoris, editionem Venetam A. MCCCCLXX. quam, quod vetuſtior adhuc non eſt certo cognita, pro principe recte habemus. In extremo libro hi verſus ſubſcripti ſunt:

Quadringenta dedit formata volumina Criſpi
Nunc lector Venetis Spirea Vindelinus.
Et calamo libros audes ſpectare notatos
Aere magis quando littera ducta nitet.

Conſuluit eamdem, ut perſuaſi ſumus, exactiſſimus Gruterus, &, quod palam additis etiam numeris 1470. profitetur, V. Cl. Joſephus Waſſius; ſed, quod pace tantorum virorum dixerim, remiſſiore cura. Quod cum multis locis a nobis patefactum ſit, nunc etiam de uno, nempe Cat. *c.* LIII. n. 5. aperire debemus. ibi nos, Waſſium ſecuti, editioni illi tribuimus *parentium*; cum tamen ea manifeſte *parentum* oſtendat. Ceterum non eſt illa ejus pretii, cujus vulgo principes editiones habentur: immo, ſi ex illa de omnibus judicandum foret, aequo animo interitum omnium ferre poſſemus. Quo magis admiratus ſum ingenium doctiſſimorum virorum, qui quidquid in Salluſtio contra vett. codicum fidem immutatum eſt, id Pomponii Laeti importunae diligentiae adſcribunt. Nam vel iſta Veneta docere poterit jam ante Laeti operam, plurima eſſe immutata, plurima infeliciter intruſa. Nos certe Pomponio cujus importunitatis in Catilina & Jugurtha Salluſtii patrocinium haud ſuſcipio, plurimum debemus, quod ex codice Vaticano Orationes illas, quae ſunt in Fragmentis & reliqua opuſcula Salluſtio adjudicata in lucem cum reliquis emiſerit. Exſtant illa omnia in Editione Veneta A. MCCCCXCIII. &, quae illa antiquior eſt, nullo vero anni indicio notatur, & a nobis diſcriminis cauſſa, tamquam A. MCCCCXC. prodiiſſet, paſſim laudatur: item in illa, quae Venetiis ex recenſione Pomp. Laeti prodiit Ann. MD. & quae ibidem impreſſa eſt citra anni adjectionem, paullo vetuſtior & propterea a nobis Veneta A. MCCCCXCIX. vocatur; ut reliquas taceamus. Has quatuor editiones Venetas non ſine magno fructu conſuluimus ad exornandum & poliendum tabulas illas, quae ex triſtiſſimo Salluſtii

Digitized by Google

Hiſtoriarum naufragio, ſalvae evaſerunt. Obſcura pleraque erant & depravatiſſima in recentioribus editionibus: non alia de cauſſa, quam quod Pomponius perpetuo fere puram putam Salluſtii manum expreſſerat. Eam nunc demum revocavimus, illuſtravimus; & pro certo adfirmare poſſumus, qui genium Salluſtii, emendatiſſimum genus dicendi, praegnantem brevitatem propius noſſe cupit, illum prius Orationes illas, quam integra duo Criſpi opera legere debere. Hae enim cum non toties librariis obnoxiae fuerint, quam Catilina & Jugurtha, non tam foede corruptae per Pomponium ad nos pervenerunt. Hunc tamen, credo, magis, quod non intelligeret omnia, fideliter lectiones exemplaris ſui repraeſentaſſe, quam quod conſilio praeclare ita meruiſſet: contra in reliquis male feriati homines intelligendo fecerunt, ut nihil intelligerent, & nos poſteri infinito labore ſordes illas eluere debeamus. Haec de Venetis noſtris. Plures impreſſos illius aetatis libros nanciſci non potuimus; neque adeo magnopere laboravimus: quod praeclaros viros otium nobis feciſſe ſentiremus. At ex his, qui hoc & proximis duobus ſaeculis prodierunt, pauciſſimi erunt, qui nobis praeſto non fuerint, &, ubi opus, evoluti ſint. Perpetuo autem inſpiciendae erant editiones Gryphii Lugdunenſis Ann. 1533. Jo. Rivii Lipſienſis Ann. 1539. Baſileenſis A. 1564. & 1571. Aldi nepotis Veneta Ann. 1567. Coleri Noribergenſis Ann. 1599. Gruteri Francofurtenſis A. 1607. Colonienſis A. 1615. Parei Francofurtenſis A. 1649. Thyſii ex Officina Hackiana A. 1665. & ex eadem Gronovii, ut index libri mentitur, A. 1677. Criſpini Pariſienſis Ann. 1674. & quae erat inſtar omnium, Joſephi Waſſii Cantabrigienſis A. 1710. Has, inquam, ne de Ruperti Commentario & aliis talibus loquamur, perpetuo inſpicere neceſſe fuit. Interdum & illud taedium devorandum erat, ut proletarios libros & quos cum maxime Germania noſtra manibus terit, evolveremus: quippe magiſtelli ad eos, veluti ad ſaxum tempeſtate delati, adhaereſcere ſolent. Tanta ac tam diverſa veterum recentiorumque, ſcriptorum impreſſorumque codicum copia obrutus ſicubi lapſus, aut in tranſverſum actus ſum, periti lectores facile ignoſcent, quibus nimirum conſtat, quanta cum moleſtia talis labor ſit conjunctus, & quam animus, ubi feſtinatio accedit, defatigetur.

Sed nondum copias noſtras omnes enumeravimus, quibus ſtipati ad debellandum errores & priſtinam faciem Criſpo reſtituendum proceſſimus. Aderant etiam *Scholae* Jo. FRIDERICI GRONOVII *in Salluſtium* ex Gudiano theſauro depromtae. Has primum integras ſubjicere animus erat, quod ita videbatur his, quorum voluntati raro deeſſe conſuevi. Sed cum libri moles, praeter opinionem noſtram, nimium excreſceret, mutato conſilio, potiora ſaltem inde excerpere placuit. Dubius eram, & Praeſtantiſſimi Viri, qui in noſtris litteris hodie principatum tenet, *Petri Burmanni* litterae mihi adferuntur, quibus ſerio admonebat, operam darem, ne quid fama Gronovii detrimenti caperet: ſeſe quidem numquam poſteris exemplum proditurum, ut quae viri docti privatim paucis dictitaverint, omnibus legenda evulgaret. Ita optime tetigerat Vir Celeberrimus potiſſimas meas rationes. Nam, praeterquam quod exemplum Gudianum mancum erat,

rat, ipſae illae Scholae non parem ubivis adtentionem, immo ne eumdem quidem auctorem prae ſe ferebant. Tot enim trita, tot Germanica immixta erant, quae jam ab initio ex ore Gronovii fluxiſse negabam. Malui itaque quater & amplius lectorem fruſtra ad Gronovii Scholas ablegare, quam cineres tanti viri temerare, aut divino ingenio injuriam facere. Eaedem propemodum rationes fuerunt, quae impulerunt, ut *Giſberti Cuperi Obſervationes in Salluſtii Catilinam*, ex auctione Bibliothecae Schalbruchianae redemtas, omiſerim. Nihil enim continebant, quod vel dignum eſset celeberrimo illo nomine, vel ad illuſtrationem Salluſtii faceret. Nam quas indidem paratas habui *Witticbii notas*, quibus, ut ferebatur, *Schultingius* paſſim ſuas interſperſerat, eas quotcumque viderunt, luce indignas habebant. Tales enim ſunt, quales Minellius, Junckerus & hujus farinae paedagogi publicare ſolebant; ſaepe etiam his deteriores. Si vero quis exiſtimet, mala nos fide egiſse, ut ſunt quaedam peſtes hominum ad ſuſpicandum proclives, habebit Gronovii, Cuperi Wittichiique opuſculorum inſpiciendi copiam apud Batavos, aut Guelferbyti, aut apud ſaepius laudatum noſtrum Menckenium. Nos certe, qui toties viros doctos, per quos profecimus, nominibus ſuis compellavimus, illis etiam hoc genus officii libenter tribuiſſemus: dum ab nemine longius diſſideamus, quam ab illis, qui aliorum laborem, gloriam ſuam faciunt.

Tempus admonet, ut de opera noſtra paucis abſolvamus. Ubi primum Salluſtium non explicare tantum & illuſtrare, ſed etiam, quantum licuerit, perpurgare ingreſſi ſumus; ſedulo operam dedimus, ut omnia, minutiſſima etiam, ad priſcos codices examinarentur. Ita evenit, ut multa in lucem protraheremus, quae doctiſſimorum interpretum induſtriam fugerant, multa vulgo recepta damnarentur, quae alius alium ſecuti, proinde ac ſi in MSS. omnibus inventa eſſent, adprobaverant. Numquam tamen, ne vetuſtiſſimis quidem, membranis tantum adtribui, ut ex iis ſolis novare aliquid auderem: ad Latinitatem ſemper ſimul, & potiſſimum ad genium Salluſtii ejusque numeros reſpexi. Ergo ubi genus dicendi exquiſitius & a vulgari ſermone paullo remotius exturbatum videbam, ejusque peſſimi facinoris cauſſas perſpicere poteram, auctoritas autem unius pluriumve librorum addicebat; non veritus ſum vulgares lectiones deſerere, aliasque in ipſum contextum inferre. Scio, quam periculoſum ſit hoc exemplum, & quod viri exercitatiſſimi, ne audaciae imperitorum aliquid adderent, maluerint etiam liquidam veritatem in notis proponere, non filo orationis intexere. Qui forte vitio mihi vertent mores meos, ob eam, quam innui, cauſſam. Sed eam nullam eſſe, & me contra iſtam prudentiam haud peccaſſe, facile monſtrabo. Eant indocti illi audaculi, a quibus tantum periculi optimis libris impendet, & vel centies amplius perlegant ſuum ſcriptorem, comparent illum cum tot codicibus vetuſtis, conſulant omnes interpretes & quicumque aliis ſcriptis Latinitatem declararunt, eruant ex probato libro lectionem & oſtendant, eam has virtutes habere, quas de noſtris memoravimus, adjiciant ſuffragia aliorum & maxime ſui auctoris: profecto rariſſime illi ineptias tentabunt, aut in munus veri interpretis peccabunt. Tale

autem exemplum, niſi plane fallor, hominibus illis praeivi; & qui majore, quam ego, fiducia praediti ſunt, magis timiditatem, quam temeritatem culpandi materiem deprehendent. Vix enim ſemel atque iterum ſolas conjecturas ſuſcepi: & cum multae paſſim mihi naſcerentur, ſaepe ſtatim easdem ſuppreſſi, ne mediocriter conſtituta ſubruere velle viderer. Sicubi vero unius aut plurium codicum, quorum fides perſpecta erat, lectiones male receptis praetulerim; permittent mihi aequi rerum judices tantum dare priſcis temporibus, quantum alii Grutero, Aldo, Laeto, aut alii editori dederunt, qui paſſim talia expreſſerunt, quae eſſent contra optimas membranas. Videbis quidem ejusmodi etiam varias lectiones excerptas, quarum uſus non adeo magnus videtur, aut quae ſunt mera ludibria & aberrationes ſcribarum. Sed poſtquam viri doctiſſimi idoneis rationibus demonſtrarunt, habere & illam rem ſuas utilitates; imperitorum tantummodo erit, hanc operam condemnare. Sane quibus multos veteres libros evolvendi copia non fuit, & ex uno, aut altero codice auctores emendare, aut corrumpere potius audent; his fortaſſe nihil utilius fuerit, quam tales libros conſuluiſſe, ex quibus diſcant, quot modis ſcribarum vitio veterum monumenta corrumpantur: ut eo cautius ex omni ſterquilinio uniones eruere diſcant. Exſtant utiliſſimae in auctores adnotationes, hoc maxime ſaeculo elaboratae, quarum pars maxima in eo verſatur, ut oſtendat, quoties apud hunc illumve ſcriptorem certum vocabulum in aliud ſit depravatum. Neque eas facile quis laude ſua privabit, cum ita, documentis aliis accedentibus, ſuaviter animus lectoris in hanc ſententiam abripiatur, quod aliis locis acciderit, illi etiam, de quo quaeritur, accidiſſe; ſaltem accidere potuiſſe. Libenter hac oratione ſuperſedisſem; niſi certo ſcirem, fore, quibus illa minutiarum, errorum, & manifeſto falſarum lectionum coacervatio, taedio futura ſit. Qui ſi didicerint, omni generi lectorum nos, pro virili parte, ut prodesſemus, adniſos eſse; veniam mihi hanc dabunt plurium utilitatem paucorum commoditati anteferendi. Sibi vero optime quiſque conſulet, quando talia, quae non ſint ſuae cupiditatis, non legat; aut, ſi legerit, ſtatim obliviſcatur & ad alia properet.

Idem expeto mihi ab illis, quibus interpretationes noſtrae, eaeque multis exemplis illuſtratae; Latinitatis rationes adlatae, explicitae & confirmatae ſupervacanei laboris videbuntur. Sunt in iis vulgata multa, fateor, & dudum eruditis cognita, quae etiam, ſi ingenium oſtentare voluiſsem, omittenda erant. Ii vero quos habebam quotidie monitores, & quorum uſibus proſpicere conſtitueram, nil, niſi talia, flagitabant: & pluribus noſtris emendationibus vel unicam ejusmodi obſervationem redemiſsent, ſi res eorum arbitrii fuiſset. Juventuti, inquam, elegantiorum litterarum cupidae inſervire; Interpretationem, cujus optima inſtrumenta apud multos popularium meorum neglecta jacent, juvare; & per Salluſtium viam ad quosvis auctores utiliter evolvendos munire volui. Quae omnia nusquam opportunius, niſi in explanatione hujuſmodi ſcriptoris, qui proprietatem verborum, quam poteſt maxime, ſequitur, & rariores conſtructiones plurimas adhibet, brevitate ſua ſuaviſſima lectores adtentos habet, & permultis

Digitized by Google

tis aliis auctoribus praeivit atque exemplar fuit, obtineri potuit. Nuda & ſterili interpretatione ad illa commoda graſsari, ineptum judicavi; verum contra, exemplis & formulis ſimilibus eam auctoritatem permittere, quam dudum habuerunt. Et ſi in his dicta ab aliis & ſaepius dicta reperiuntur; tanto certius iis inniti poteris. Erunt tamen etiam multa minus trita, aut, quantum ſcimus, ab aliis nondum obſervata: quo maxime referes, quae de numero Orationis multis locis docuimus. Uſi ſumus auctoritate omnium fere, ex omni certe aetate Latinorum ſcriptorum, ita, ut ad Guntherum uſque, Petrum Cellenſem, Jo. Garzonem & ſimiles proceſserimus. Cujus rei cum multae fuerint cauſsae, paucas Te ignorare, non committam. Ex Pacuvio, Ennio, Catone, Varrone & Plauto ſolummodo Salluſtii dicendi genus confirmare, exigui emolumenti erat: quippe de Criſpo ea opinio pervulgata eſt, quod aemulatus ſit vetuſtiſſimos, quod Catonem exſcripſerit & non contentus fuerit eloquentia ſaeculi ſui. Nullum igitur paullo elegantius vocabulum legunt homines minus exercitati, quin ab antiquiſſimis derivatum & Ciceronis aevo jam obſoletum fuiſse cenſeant. Optimum propterea factu erat, rariora vocabula & conſtructiones, ubi aliquis haeſitare potuiſset, non a Livio modo, aut Cicerone, non ab Gellio tantum & Apulejo, vetuſtiſsimorum aemulis, ſed etiam a multo recentioribus uſurpata eſse, atque quam diutiſsime apud omnes Latinos viguiſse, docere. Deinde juniores, rerum geſtarum ſcriptores potiſsimum, pro ſe quisque Salluſtium imitari, formulas ejus exprimere ſtuduerunt: rati, tantum ſe ad faſtigium elegantiſsimae ſcriptionis accedere, quantum Salluſtio proximi, aut aequales fuiſsent. Quod cum ſaepe valde infeliciter illis ceſserit, plerumque tamen eorum verba, aut ſententiae, pro interpretatione Salluſtiana haberi poſsunt. His denique temporibus Caeſaris, Tullii aliorumque talium occupata fere ſunt omnia, poſtquam tot adnotationes conſcriptae ſunt. Quorum auctoritate ſi uteris, ſemper periculum eſt, ne talia adſcribas, quae ab aliis jam in eodem genere laudata, & forte cum ipſo Tuo ſcriptore comparata ſunt. Moleſtiae itaque multae ſubeundae fuerunt, ut de ea re certiores fieremus: iis vero liberi eſse potuimus, ubi tales adhibemus, quos rarius in manibus doctorum fuiſse, ab aliis autem prorſus neglectos eſse, certo conſtabat. Familiarior haec fuit cauſsa, &, quando ſola conſcientia ſtare liceret, exigui momenti: at quia iſtud quidem teſtimonium, ut ſunt ingenia hominum, parum procedit, ii facile hujus rei gratiam mihi facient, qui unquam ipſi ſimile tentarunt. Factum autem iſtud eſse, adparatus, neſcio cujus, oſtentandi cauſsa, puſilli animi foret cogitare. Nam nullum in illis rebus magnae gloriae locum relictum exiſtimo, quae ſunt documenta mediocris diligentiae. A nobis autem oſtentationem procul abſuiſse, & omnia ad juventutis commoda collata eſse, inter alia multa, illud etiam indicio erit, quod, ubi multa collegimus, ibi etiam virorum clariſsimorum nomina adpoſita ſunt, quibus jam idem obſervatum eſse, oſtendimus; cum his omiſsis, ut alii multi fecerunt, nobis apud imperitiores laudem primae inventionis vindicare licuiſſet. quo pertinet, quod alibi, veriore quadam lectione ſive conjectura, ſive ex libris prolata, ſaepe nullis exemplis eam ſtabilitam invenies; ne in ſcripo

po nodum quaeſiviſſe diceres, ut largam ſegetem exemplorum adſpergeremus.

Hac via proceſſimus ut in Catilina & Jugurtha, ſic etiam in Fragmentis Salluſtii, maxime tamen in Orationibus & Epiſtolis, quae inter ea leguntur. Haec opera, quanta laude digna ſint, jam ſupra dixiſſe memini; &, ſi feſtinationem evitare potuiſſem, latiores obſervationes in illa legeres. Quae cum diligentiſſime perlegerem & in adtentione cum intima quadam voluptate aliquantiſper perſeverarem, multum animum meum confirmarunt in eo, quod olim ceperam, de EPISTOLIS AD CAESAREM judicio. Dubius ante eram, &, cum magnae doctrinae viros viderem pro Salluſtianis Epiſtolis habere, opinioni eorum ſubſcribere, quam meo, aut paucorum judicio obſequi, malui. Tandem vero cum iterum eas perlegerem, & dictionem cum cura examinarem, liquido cognovi fraudem, & quemcumque potius, quam Criſpum, ad Caeſarem de Republica ordinanda ſcripſiſſe, conſtitui. Faſcinaverant viros doctos ſententiae quaedam argutae his Epiſtolis inſperſae; & formulae dicendi copioſiores Salluſtianis ſimiles. Contra hoc ipſum, quod ita crebro Salluſtium exſcribit, & ipſas formulas non proprie, ſed importune ſaepe inculcat, jam dudum mihi auctorem reddiderat ſuſpectum. Et ad ceteras Criſpi criminationes accedere poſset, quod egenus verborum, κακόζηλοι & obſcurorum hominum, qui hodie Latine diſcunt, ſocius fuiſset, ſi quis certo illi has Epiſtolas adjudicaret. Sed iſtae ineptiae inimicis ejus fuerint. De ſententiis autem praeclaris exiguae noſtrae adnotationes oſtendent, quod eae perquam vulgares ſint, & a Pſeudo-Salluſtio ex Cicerone, Seneca, Ariſtotele aliiſque ſcriptoribus deſumtae: ut propterea tanto auctore, qui vulgo fuit, ſint indignae. Reliqua hic omitto, quae jam ad principium harum Epiſtolarum ſunt prolata, & Lectori facile perſuadebunt, quod ego perſuaſiſſimum & compertum habeo, perperam Criſpo adſcriptas eſſe Epiſtolas de Republica Ordinanda. Quis vero concinnaverit, reperire nondum potui. veterum aliquem ex ertio, aut quarto poſt natum Chriſtum ſaeculo non eſſe, id etiam perſpicuum eſt. Plura non addo. Erit autem aliquando, ubi haec, & quae noſtra ſit de PORCIO LATRONE, cujus nomen Declamationi in Catilinam praeſcribitur, ſententia, pluribus aperiemus. Nam & hoc nomine male abuſi ſunt librarii; cum ſcateat barbariſmis & ſoloeciſmis, qui a Porcio longe alieni fuerunt. Circumfertur Catilinae in Ciceronem Declamatio, eamque in opuſculo Joannis Felicii expreſſam legere poteris. Qui hanc & illam, quae Porcium auctorem mentitur, ex eodem ingenio proveniſſe adfirmaverit, mea opinione, haud peccabit. Longe doctior fuit, quiſquis ille auctor DECLAMATIONIS IN CICERONEM ET SALLUSTIUM: & ſi uterque foetus eumdem parentem agnoſcit, habuit ille, praeter ceteram doctrinam, egregiam etiam prudentiam, qui tam ſcite Criſpo brevitatem & Ciceroni copiam dedit, & utramque illam virtutem haud inepte expreſſit. Quid, quod ſimul vitae Salluſtii ſcriptoribus uſui eſſe, & magnam difficultatem tollere quaeſivit. Nam cum inexplicabile videret, Criſpum Tullii aetate vixiſſe, non tamen ab hoc uſquam illius mentionem factam eſſe, finxit inimicitias inter illos. Quam parum

parum tamen proficiat, ſentiunt ſtatim, qui Ciceronem Clodii, Antonii, Vatinii aliorumque ſuorum inimicorum nomina in ſcriptis ſuis exhibere, recordantur. De Julii Exsuperantii Opuſculo nihil compertum habemus, quod non ab aliis jam pridem ſit prolatum. Ne quid deeſſet ab aliis Salluſtio junctum, addidimus illum. dictio autem ejus & errores in ipſa rerum geſtarum recenſione meruiſſent, ut omnino excluderetur. Propterea dedimus operam, ut vitia ejus exſtantiora notaremus, & quae tironi offendiculo futura judicavimus, removerentur.

Fragmenta Veterum Historicorum, quae pleriſque Criſpi editionibus ſubjunguntur, neque nos deſiderari paſſi ſumus. Illuſtrare autem ſuperſedimus, cum quod eo otio non abundaremus, tum quod illis, qui ad has epulas accedunt, abunde conſultum eſse putaremus, ſi quam adcuratiſſime, ſine tali ornatu, paratae eſsent. Secuti autem ſumus Cl. Waſſium, quod omnium optime de his particulis promeritus eſset. Agmen claudit libellus *Conſtantii Felicii Durantini* de conjuratione Catilinae, cujus primam diu, ſed fruſtra, editionem quaeſivimus. Deſcripſimus itaque ex editione Salluſtii Baſileenſi Anni MDLXIV. Non ingratum tale additamentum erit illis, qui eamdem rem aliis atque aliis verbis enarratam legere cupiunt. Praeterea ex eo adparebit, quod multa jam tum aliter, ac hodie, in Salluſtio lecta fuerint: ſive ex ingenio Felicius ea immutaverit, ſive in codicibus ſuis ita invenerit. Nam quod quaedam a Salluſtio omiſsa inſeruerit, id non magnopere curamus, neque in invidiam duci volumus. Sunt illa ejusmodi, quae de rebus Ciceronis ſcribenti adferenda fuiſsent; non vero illi, qui de conjuratione Catilinae paucis abſolvere conſtituerat. De ornatu, quem ab numis aliquot antiquis libro noſtro comparare voluimus, tribus verbis monebimus. Salluſtii effigiem Gronovianus theſaurus ſuppeditavit. Quem bello Jugurthino praefiximus, is numus oſtendere perhibetur, quomodo Bocchus Sullae tradiderit Jugurtham. Viſitur in Familiis Patini, & quae pauca immutari in eo curavimus, ea nituntur fide Rever. Joannis Harduini, qui eumdem nuperrimae Plinii ſui editioni adjecit. Reliqui tres in Gaza Ampliſſimi Senatus Lipſienſis ſervantur, eorumque primus, qui Mithridatem oſtentat, vulgatiſſimus eſt; ſecundum genuinum eſse, negat Patinus aliique, hic tamen quem in oculis manibusque habuimus, permagnam antiquitatis ſpeciem habet, & faciem duri illius Marii elegantiſſime expreſſit: in altera parte tropaeum viſitur cum litteris VIC. CIM. h. e. *Victoria Cimbrica;* tertius Pompeii nomen praeferens omnium optimus & ita comparatus eſt, ut genuinum eſse, qui adſpexerit, haud facile dubitare queat: quod ipſius Pompeii facies ſit, non ita compertum habeo, cum varia ſimul impellant, ut Amplius pronunciemus. in averſa parte exprimitur aedes cum ſtatua adpoſita, & elogio infra ſcripto: CONSECRATIO, ad latus vero legitur COS. III. Vale.

COM-

Digitized by Google

COMPENDIA SCRIPTURAE,

Quibus in denotandis Libris ſcriptis & editis uſi ſumus.

Fabric. & Fab.	MSS.	Fabriciani, de quibus Praefat. pag. I.
Remenſ. & Rem.		Remenſes. pag. I.
Baſil. & Baſ.		Baſileenſes. pag. II.
Guelf. & Gu.		Guelferbytani. pag. II.
Gudian. & Gud.		Gudianus. pag. V.
Vinar. & Vin.		Vinarienſes. pag. V.
Eccard. & Ecc.		Eccardianus. pag. VI.
Struvian. & Struv.		Struvianus. pag. VI.
Incert. & Inc.		Incerti. pag. VIII.
Heuſſian. & Heuſſ.		Heuſſianus. pag. VII.
Academ. & Ac.		Academicus. pag. VII.
Senat. & Sen.		Senatorii. pag. VII.
Francian. & Franc.		Francianus. pag. VIII.
Uratisl. & Urat.		Uratislavienſes. pag. VIII.
Berger. & Berg.		Bergerianus. pag. VIII.
Ed. vet.		Guelferbytanae Bibliothecae editio vetus Catilinae. pag. IX.
Venet. & Ven.		Editiones Venetae. Ann. 1470. 1490. 1493. 1499. 1500. pag. IX.
Viteb. & Vit.		Editio Vitebergenſis Bibliothecae. pagin. IX.
Lipſ.		Editio Lipſienſis A. 1510. pag. IX.
Gryph.		Gryphii A. 1533. pag. X.

C. CRIS-

Digitized by Google



CAII CRISPI SALLUSTII BELLUM CATILINARIUM *SIVE* DE CONJURATIONE CATILINAE *EJUSQUE SOCIORUM.*

CAII CRISPI SALLUSTII. Hoc poſitu auctoris noſtri Nomina praeferunt optimi Codic. tam ſcripti, quam impreſſi. Pauci immutarunt ordinem, veriti, credo, ne Cognomen inepte ſecundo loco ponatur. Sed amant potius Latini ejusmodi transpoſitionem. Sic Livius lib.II. modo *Agrippa Menenius*, modo *Menenius Agrippa*. Idem XXVII. c. VI. *Licinius Craſſus* & *Craſſus Licinius*. Corn. Nep. Attic. *cap.* XVIII. n. 4. *Marcellus Claudius*, *Scipio Cornelius*. Tacit. II. Ann. c. LXXV. *Capito Atejus*. Plin. VI. Hiſt. Nat. c. II. *Nepos Cornelius*. Cicero II. ad Q. Fr. ep. IV. *Macer Licinius*. Vellei. Pat. II. c. XXVII. *Ofella Lucretius*. Idem II. c. XVI. *Cato Porcius*. adde infra Jug. cap. XXVII. n. 3. Solus Pſeudo-Cares librum ſuum inſcripſit *Salluſtio Criſpo*; at longe melius Horat. II. Od. II. non modo in carmine v. 3. *Criſpe Salluſti* dixit, ſed ſimiliter etiam inſcripſit. Neque aliter Pſeudo-Cicero in Declamatione, & quaedam Inſcriptiones. Ex his etiam duabus LL *Salluſtii* nomen ſcribendum eſſe docuit Voſſius, qualis & illa apud Gruter. p. 636. n. 6. quam emendatiorem dedit R. Ainsworth in recenſione Monumentorum Vetuſtatis Kempianorum p. 39. n. II. Sed multae etiam dantur, in quibus unica tantum L ſculptum eſt. Neque ex editionibus Scriptorum, qui Noſtri mentionem faciunt, aliquid certi ſtatuere licet: cum hodiernae fere omnes per duas, vetuſtiores vero per unam conſonantem *Saluſtius* ſcribant. & his quidem accedunt MS. noſtri, accedunt etiam Graeci, qui aut hujus, aut *Saluſtii* Philoſophi meminerunt. e. g. Suidas to. 2. p. 7. voce Ζηνόβιος. Εγραψεν Μετάφρασιν ἑλληνικῶς Ιστορικῶν Σαλουστίου τοῦ Ρωμαϊκοῦ Ιστορικοῦ, & tom. 3. p. 276. ſeqq. cum aliis. Mihi in his non libuit refugere judicium virorum doctorum, quod probis nititur rationibus, quarum unam expono ad cap. XVII. n. 3.

BELLUM CATILINARIUM. Hoc indice notatur in MS. Guelf. 2. alterum vero *de Conjura-*

1 OMNIS homines, qui ſeſe ſtudent praeſtare ceteris animalibus, ſumma ope niti decet, vitam ſilentio ne tranſeant, veluti pecora,

juratione &c. deſumſi ex Guelferb. 12. Reliqui enim omnes aut *librum primum* vocant, aut ſimpliciter *Catilinarium*, uti alterum *Jugurthinum*. Gemino autem titulo veteres lucubrationes ſuas ornaſſe, multis exemplis conſtat: Neque tamen alterum a Salluſtio eſſe praeſtiterim. At Fab. Mar. Victorino, A. Gellio, Nonio aliiſque Grammaticis citatur ſaepe nude, ut mos eſt, *Salluſtius in Catilina:* quomodo Poetae potiſſimum poemata ſua inſcripſerunt, ut Valerius Cato apud Sueton. Grammat. c. XI. Porphyrio in Horat. I. Od. XII. canto Lalagen. *compono ſc. librum Lalagen. ita liber Sex. Decii* Collyra *inſcribitur, eo quod de Collyra amica ſcriptus ſit. Etiam nos ſic plerumque loquimur.* Bellum Jugurthinum quaedam editiones primo loco ponunt, ideo forſitan, quod prius fuerit geſtum; Sed cum omnes noſtri MSS. Catilinarium praepoſuerint, & vel ipſum Prooemium ſatis evincat, quod hoc prius a Criſpo noſtro conſcriptum ſit, non fuit conſilium ordinem iſtum perturbare. Hiſtoria, vel in primis memorabilis, in omnibus rerum Rom. ſcriptoribus reperitur, quos citavit jam Camers ad Flor. IV. *c.* I. ſi addideris Dion. Caſſ. XXXVII. L. Ampelium, Vellei. Paterc. II. *c.* XXXIV. XXXV. A. Licin. Archiam verſibus eam componere inchoaſſe, teſtatur Tullius Or. pro illo *c.* XI. XII. Denique breviter perſtringitur in Fragm. Antiquit. Etruſc. Curtii Inghiramii p. 2. adde ibidem p. 155. & ride.

CAP. I. 1. OMNIS HOMINES. MSS. Codd. aut aperte, aut per notam hoc loco, etſi non alibi, manum Salluſtii repraeſentant; recentiora ſunt aliorum *Omneis* & *Omnes*, quod poſterius tamen habet uterque Senat. *Omnis* certe citant Charis. Lib. I. p. 113. Priſcian. Lib. VII. p. 775. Eugraphius ad Terent. Eunuch. Act. 2. Sc. 2. Lege quae de hac terminatione contuli ad c. XLIV. n. I. *ad* civis *perferant*.

QUI SESE STUDENT PRAESTARE, Recte hunc ordinem verborum ex MSS. aliiſque vetuſtis reſtituit Jo. Rivius, quibuscum faciunt noſtri, praeter MS. Incert. 2. ac Guelferb. 9. & 12. qui cum aliquot editis: *qui ſtudent ſeſe p.* In Academ. eſt: *qui* ſeſe natura *ſtudent praeſtare*. Utrique male. Librarii non ceperunt elegantiam, qua Pronomen iſtud a verbo ſuo ſeparatur, uti infra c. XLVIII. n. 4. *cum* ſe diceret *indicaturum*. ubi plura. Non enim aliter poſt verba *Studii* & *deſiderii* Pronomen exponitur, quam per *ut ipſi* praeſtent, etſi nos fere omittere conſueverimus. Non vero Plautus Aſinar. Act. I. Sc. 3. v. 31. Vult *placere* ſeſe *amicae*. Coel. Antipater apud Feſtum in Topper: *Ita uti* ſeſe *quisque vobis* ſtudeat *aemulari;* Non Cicero pro Arch. P. c. V. *quod ſemper* ſe *Heraclienſem eſſe* voluit. Sulpic. Sever. de Vit. Mart. c. X. extr. *Quae enim eſſet civitas aut eccleſia, quae non* ſe *de Martini monaſterio* cuperet *habere ſacerdotes:* Non multi alii. *Student* intellige *cupiunt*, uti c. XXXVII. n. 2.

PRAESTARE CETERIS ANIMALIBUS. Eadem conſtructione dixit Terent. Eun. Act. 2. Sc. 2. v. 1. *Di immortales*, Homini *homo quid* praeſtat! Livius I. c. LVII. *quantum* ceteris praeſtet *Lucretia ſua.* & ſic A. Gellius XX. cap. VI. Cum quarto caſu Quinctil. II. c. XX. *Ea in quoque animalium eſt virtus, qua* praeſtat cetera *vel* pleraque. Homines igitur ſtudent ſeſe praeſtare ceteris animalibus, quando cogitant ſeſe vere homines eſſe, qui praeclaris factis memoriam ſui quam maxime longam efficere, & aliis modis rationi convenienter vivere debent, quod in ſequentibus latius deducitur. Silius Italic. XV. Pun. v. 72.

- - - mortalibus alti
Quantum Coelicolae, tantumdem animalibus *iſti*
Praecellunt cunctis.

adde Cic. I. de Leg. c. X. & Senec. Epiſt. CXXI. Cererum Diphthongum *ae* in *praeſtare* & aliis perpetuo ſejungimus, auctoritate non tantum vetuſtiſſimorum MSS. [Cl. Salmaſius inde argumentum aetatis MSS. deſumit Ep. ad Sarravium inter Sarravianas p. 237. cui addas, ſi lubet, infra notam ad c. XXI. n. I. Ex noſtris certe Fabricianus I. non quidem hanc vocem, quam per notam exhibet, ut c. II. *aeſtumo.* c. VI. *conſervandae*, *augendae*. Jug. cap. I. n. I. *aevi brevis.* &c. & ſic Baſil. I. & Guelferb. maxime c. XLVIII.] ſed etiam Virorum hujus ſaeculi celeberrimorum; eo magis, quod ſcripturae velocitatis cauſſa, quam quidam ſolam pro conjunctione hujus Diphthongi praetendere poſſunt, in typis & ipſa etiam alia ſcriptura omnino ceſſat.

ANIMALIBUS. Sic etiam noſtri, praeter Guelf. 7. 9. 12. & a manu correctrice II. & utrumque Remenſem ac Incert. I. niſi me Excerpta fallunt, qui *animantibus*, adprobante I. Fr. Gronovio in Scholis. Non placet. *cetera* quidem *animantia* opponere elegantius potuiſſet *Diis immortalibus*, ut fecit Apulejus de Mundo p. 59. ed. Elmenh. *Superna quapropter Dii ſuperi ſedes habent, infima* ceterorum animantium *terrena poſſident genera;* at *hominibus* re-

cte

coſa, quae natura prona atque ventri obedientia finxit. Sed noſtra 2
omnis

ćte etiam *cetera animalia* opponuntur, ut oppoſuit Quinctilianus, Silius, Seneca ll. cc. Neque aliter citat Chariſius. Male igitur utrumque pro irreptitio declaratur.

SUMMA OPE NITI DECET. Summa opera, & omnibus viribus contendere. Jug. c. XIV. *maxuma* ope niti. & iisdem verbis Cat. c. XXXVIII. n. 2. ubi vide.

NE VITAM SILENTIO TRANSEANT. Socordia & *ignavia*, ubi nullam memoriam, aut famam virtutis rerumque geſtarum per vitam ſuam produnt, quod tamen ſoli homines poſſunt, non bruta, quorum proprie eſt *ſilentium*. Egregia ſententia egregiorum verborum, ad quam non pertingunt Gloſſae MSS. Guelferb. 1. *ne ita vivant, ut de illis merito ſileatur, ſive vivis, ſive defunctis. Silentia* ſic poſuit Silius inter imitatores Salluſtii III. *v.* 145.

Quantum enim diſtant a morte ſilentia *vitae.*

Tacit. Agric. c. III. n. 5. *exemtis e media vita tot annis, quibus juvenes ad ſenectutem, ſenes prope ad ipſos exactae aetatis terminos* per ſilentium *venimus. Tranſire* vitam dixit, ut Seneca Epiſt. XC. tranſire *hiemem*. & eadem metaphora Epiſt. XCIII. *Hoc a me exige, ne velut* per tenebras *aevum* ignobile *emetiar, ut* agam *vitam, non* ut praetervehar. quem locum citat I. Waſſe, ut & Tacit. Agr. c. VI. n. 5. *Mox inter Quaeſturam ac Tribunatum pl. atque etiam ipſum Tribunatus* annum *quiete &* otio tranſit, *gnarus ſub Nerone temporum, quibus* inertia *pro ſapientia fuit. idem praeturae tenor &* ſilentium. adi & Senec. Thyeſt. v. 396. ſeqq. & Gronovii Scholas. Male quidam *tranſigant*, quomodo editio obſoleta, cetera ſatis proba & Vinar. 2. in hoc refutati conſenſu omnium MSS. quorum tamen quidam Ordinem variant. Academ. & Vinar. 1. *ne vitam tranſeant ſilentio.* Guelferb. II. *ne vit. ſil. veluti pecora tranſeant. 5. vitam ſilentio ne tranſeant:* qui tum ipſe eximia ſua bonitate ſe ſatis defendit, tum iis, quae ſcripſi ad Jug. c. CII. n. 3.

VELUTI PECORA. Seneca de Vit. Beat. c. V. *Eodem loco* pone homines, *quos in numerum* pecorum *& animalium redegit hebes natura &* ignoratio ſui. *Nihil intereſt inter hos & illa.* adde Ei. Epiſt. VIII. Cic. Parad. 1. c. VIII.

PRONA ATQUE VENTRI OBEDIENTIA. Eccard. Struv. Incert. 2. Guelf. 3. & 12. poſitura inverſa *obedientia ventri;* Guelf. vero 5. *prona ventri atque obedientia.* Remenſis etiam 2. *obaudientia.* Unde conjiceret quis Salluſtium tantum dediſſe: *quae natura* prona ventri *finxit*, qua ſtructura Valer. Max. VII. c. III. extr. 10. *paci proniores.* Certe Apulejus, ſi reſpexit, non aliter legit de Mundo p. 65. *Proxima quaeque animalia &* in alvum prona *atque projecta venenati ſpiritus contagione corripiunt.* Accedit Cicero 1. de Leg. c. IX. *Nam cum ceteras animantes* abjeciſſet ad paſtum, *ſolum hominem erexit, ad coelique, quaſi cognationis domiciliique priſtini conſpectum excitavit.* & Silius Ital. XV. v. 86.

Cum pecudes, volucrumque genus, formasque ferarum
Segnem atque obſcenam paſſim ſtraviſſet in alvum.

Sed probe utrumque in rem praeſentem trahi poteſt, (defendente inſuper *ventri obedientia* Seneca Epiſt. LX. & Zenone Veron. Serm. XXV. quod & captum corrumpentium ſuperat) ita quidem, ut PRONA per ſe denotet *terram ſpectantia*, quomodo in notiſſimis verſibus Ovid. 1. Metam. v. 84. Juvenal. Sat. XV. v. 147.

Cujus egens prona & terram ſpectantia. Homo contra, qui pecoribus praeſtare cupit, terram deſpicere & aeternitatem quamdam meditari debet, quod ex erecta ejus forma Boetius V. Conſ. Phil. Metr. V. elegantiſſime concludit. Concludit etiam Minuc. Felix Octav. c. XVII. Lactant. II. c. I. & IX. immo omnes reliqui Eccleſiaſtici & alii, quos ad Minucium citarunt editores. Sed Noſter habuit praeeuntem Platonem VII. de Rep. cui adde Ariſtotel. IV. de Part. Anim. c. X. Ita VENTRI OBEDIENTIA erunt appetitui tantum ſervientia & voluptati indulgentia. nam hac etiam ex parte homo contra agere debet, quod docuit Cic. 1. Offic. c. XXX. Senec. de Vit. B. c. IX. extr. Hominis *bonum quaero, non* ventris, *qui* pecudibus *ac* belluis *eſt laxior.* De *ventre* vide c. II. n. 8. quod *obedire* Noſter, illud *ſervire* alii dicunt. Seneca Epiſt. XIV. in. *Fateor inſitam eſſe nobis* corporis *noſtri caritatem; non nego indulgendum illi*, ſerviendum *nego.* Id. Ep. XC. *corpori animum addixit, & illius* deſervire libidini *juſſit.* D. Paullus ad Rom. XVI. com. 18. δουλεύουσι τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ. Imitatur plane Aur. Victor Caeſ. c. IV. n. 1. *Claudius* ventri *foede* obediens. & Epitom. c. IV. n. 3. *Hic* ventri, *vino, libidini foedae* obediens.

2. SED NOSTRA OMNIS VIS. Ita ſe verba excipiunt in Eccard. Fabric. 2. Senat. 1. Baſil. 1. & 2. Vinar. 2. Heuſſ. Incert. 2. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 12. & editione vetuſta: ita etiam Servius citat, &, ſi hoc addendum, Plautus voluit Caſin. A. II. Sc. VIII. v. 73. Noſtra omnis *lis eſt.* VIS autem notat ſubſtantiam & οὐσίαν, a qua voce, leviter tranſpoſitis litteris, mihi

omnis vis in animo & corpore ſita: animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. alterum nobis cum dis, alterum cum belluis commune eſt.

certe latinorum *Vis* formatæ videtur. (imo ex *ἶς*, *nervus*. Pro natura capiunt Varro III. de R.R. c. II. extr. *Induce me in viam diſciplinae villaticae paſtionis*, *ac* vim formamque *ejus expone*. Cic. I. de Offic. c. V. in. *Ex quatuor autem locis*, *in quos honeſti* naturam vimque *diviſimus*. Idem Orat. c. III. *Eloquentiae* vim *ac* naturam *explicemus*. adde pro Roſc. Amer. c. XLV. III. Fam. ep. XI. n. 6. IX. ep. XII. n. I. ep. XVI. n. 12. Senec. Ep. LVIII. A. Gellius II. c. VII. *quae* ſua vi *recta aut honeſta ſunt*, *ut fidem colere*, cetera. Boetius V. Proſa IV. *omnia quae quisque novit*, *ex ipſorum tantum* vi *ac* natura *cognoſci exiſtimat*. Pariter Graeci voce *δύναμις* utuntur, in quibus etiam M. Camariota contra Plethonem p. 74.

IN ANIMO ET CORPORE. Non haec ſolius eſt Salluſtii opinio, ſed etiam Maxim. Tyrii Serm. XLI. Cic. IV. de Fin. c. VII. V. c. XII. Prudentii Apotheos. *v.* 559. multorumque praeterea. Fulgentius Contin. Virg. p. 143. *Omnis* perfectio *in virtute conſtat* corporis *&* *ſapientia* ingenii. vide & Jugurth. c. II. *Eſt* delevi; rationem reddo ad Jug. extr.

ANIMI IMPERIO. Qui eſt Stoicorum *ἡγεμονικόν*. unde Chryſippus apud Claudian. Mamert. de ſtatu An. II. c. VIII. *ab ipſo paene principio ſui operis* Animo dominandi *jus tribuit*, corpori *legem* ſervitutis *imponit*. Sed jam inde a Platone hoc nomine notatus eſt. Apulei. de Hab. Doctr. Plat. p. 9. *Quare idem bene pronunciat*, *hominis* animam *eſſe corporis* dominam. Jugurth. c. I. Dux *&* imperator *vitae mortalium* animus *eſt*. Lactant. de Ira D. *c.* X. Animus rector *eſt corporis*, *cui membra* obſequuntur *tamquam* Regi *&* Imperatori. *Omne corpus mens &* animus gubernat. Id. de Opiſ. D. *c.* XVI. Prudent. Apotheos. *v.* 803. de anima

-- reginaque *rerum* Imperat. & *v.* 813.
Majoremque aliis atque omnibus imperitantem

Idem Hamartig. *v.* 527. ſq. & II. in Symmach. *v.* 628.

At ſi mentis *apex* regnandi *jure potitus*.

& ex pluribus Senec. Epiſt. CXIV.

CORPORIS SERVITIO. Senec. Epiſt. LXV. *Quem in hoc mundo locum Deus obtinet*, *hunc in homine* animus: *quod eſt illic materia*, *id nobis* corpus *eſt*. ſerviant *ergo deteriora melioribus*. Auguſtin. VIII. Confeſſ. *c.* IX. *Imperat animus* corpori, *&* paretur *ſtatim* – *Imperat animus*, *ut moveatur manus*, *& tanta eſt facilitas*, *ut vix a* ſervitio *diſcernatur* imperium. Pap. Stat. V. Sylv. II. *v.* III.

Par vigor eſt membris, *promtaeque ad fortia vires*
Sufficiunt animo atque ingentia juſſa ſequuntur.

adde Senec. de Beneſ. VII. *c.* II. Lactant. II. *c.* XII. de Opiſ. *c.* I. & VIII. Ariſtotel. I. Polit. *c.* I.

MAGIS UTIMUR. Hoc eſt, animus *plerumque* & *juſtius* imperat, corpus ſervit. de verbo *uti* vide *c.* XXV. n. 5. & Jug. *c.* XXXI. n. 22. *Magis* autem quam vim nominibus interdum addere ſolet, eam nunc verbo reddidit. omittit tamen Senat. 2.

ALTERUM NOBIS CUM DIS. Secutus ſum Vinar. 2. editionem pervetuſtam & Waſſianamnam manu exarati *diis* fere, vel *dys*. Sed *dii* & *diis* etiam Priſciani aetate pro monoſyllabis poſita ſunt, quod patet ex ejus Lib. VII. p. 736. & 737. Ennium quoque *iſdem* pro *iiſdem* dixiſſe, memorat Cicero in Bruto p. 656. Et in Inſcriptionibus permultis non tantum Genitivi *Imperi*, *Aedifici*, *Peculi*, ſed & Dativi & Ablativi per unum *i* ſculpta deprehenduntur. Voſſius quidem I. de Art. Gramm. *c.* XXIX. in. longiuſculum I in talia immittit: cujus ad opinionem *dIs* hic ſcribendum fuiſſet; ſed hoc non perpetuae eſſe obſervationis egregie oſtendit Eminentiſſ. Noriſius Diſſert. IV. ad Cenot. Piſan. *c.* II. §. III. & ſine tali diſcrimine habes apud Gruter. p. 795. n. 4. 6. & 9.

D I S. M A N I B V S

& Auſon. Epitaph. XVIII.

Nec dis, *nec viribus aequis*.

Horat. III. Od. XVI. *v.* 22.

Ab dis *plura feret*.

& in MSS. noſtris Jug. *c.* XIV. n. 19. alibi. vide infra *c.* XV. n. 4. addito Pierio ad Virg. I. Eclog. *v.* 69. Cum dis nobis animum communem eſſe dixit ita magnifice, ut Cicero V. Tuſc. Quaeſt. *c.* XIII. *Humanus* animus *decerptus ex mente divina*, *cum alio nullo*, *niſi cum ipſo* Deo, *ſi hoc fas eſt dictu*, *comparari poteſt*. Similia legas I. de Offic. *c.* XLIII. III. *c.* X. I. de Legib. *c.* VII. ſeqq. Hujuſmodi etiam Euryſus apud Stobaeum Eclog. p. 16. Ariſtotel. Metaph. *c.* ult. Plato Phaed. & VI. de Rep. Antonin. ad ſe ipſum XII. §. XXVI. Senec. Epiſt. XXXI. & paſſim. adde Lact. VI. *c.* XXIV. ibique Galaeum p. 633. Quinctil. II. *c.* XVII. Prudent. Apotheos. *v.* 782. ſeqq.

ALTERUM-ALTERUM. Elegantius hoc & magis latinum, quam aliorum *unum-alterum*. Infra *c.* XLI. n. 2. *In* altera *parte-at in* altera.

Ovid.

eſt. Quo mihi rectius videtur, ingenii, quam virium opibus gloriam 3
quaerere, &, quoniam vita ipſa, qua fruimur, brevis eſt, memoriam

Ovid. Heroid. Epiſt. VII. *v.* 13.

-- quaerenda per orbem

Altera, *quaeſita eſt* altera *terra tibi.*

adde Cic. IV. Fam. ep. XIV. n. 1. & mox n. 7.

CUM BELLUIS COMMUNE EST. *Commune* abundare hoc loco falſo putant, quod demonſtrat Cic. IX. ep. XV. n. 4. eſt *id quidem magnum*, *ſed* tibi commune cum *multis*. adde X. ep. III. n. 3. Ovid. II. Pont. ep. IX. *v.* 21.

Hoc tecum commune Deo: *quod uterque rogati*

Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.

Seneca Epiſt. CXXIII. *Voluptas humilis res & puſilla eſt*, communis cum *mutis animalibus*. Gellius XIX. bis uno cap. II. Apulei. de Hab. D. Plat. p. 9. *& ſenſus quidem ipſi* nobis communes ſunt cum *ceteris animalibus*. de Deo Socrat. p. 49. Ex *his quinque quae commemoravi*, *tria a principio* eademque nobiſcum, *quartum proprium*, *poſtremum* commune cum diis *immortalibus habent*. ad Aſclep. Adloc. p. 89. *propter victum*, *quem neceſſario* habemus cum *omnibus* animalibus communem. Cic. pro Roſc. Comœd. *c.* IX. *is* [ſervus] fuit ei cum *Roſcio* communis. Auſon. Profeſſ. extrem.

Dum remeat illud, *judicis dono dei*

Commune cum dis *ſaeculum*.

De re vide Cic. I. Offic. *c.* III.

3. QUO MIHI RECTIUS VIDETUR. *Quo* eſt *propter quod*, vi caſus ſexti. Sic Jug. *c.* LXXXV. Quo *mihi acrius adnitendum eſt*. *c.* II. n. 4. Quo *magis pravitas eorum admiranda eſt*. hoc libro *c.* XXXVII. quo *minus mirandum eſt*. Donatus ad Terent. Andr. A. II. Sc. V. *v.* 18. *quo aequior*, *hoc eſt*, quare *aequior Pamphilo*, *benivolentior*, *non iratus*, *vel minus iniquus*. Apulei. Florid. p. 345. Quo *major religio dicendi habenda eſt*. Paedagogi turpiter haec tamquam inſeparabilia nobis propinant, *quo minus*, *eo major* & ſimilia, cum ratio ſeparationis tam ſit manifeſta. adde *c.* XXXIV. n. 2.

RECTIUS VIDETUR. Multi ex MSS. & editis addunt verbum ſubſtantivum, *rectius* eſſe *videtur*, in quibus & Gruteriana. ex noſtris omittunt edit. antiq. Inc. 1. Baſil. 3. & Guelf. 6. cum utroque Remenſi. locum mutat in 2. 3. 4. 10. 12. Baſil. 1. Incert. 2. Vinar. utroque, Eccard. Fabric. 1. & Acad. qui *rectius videtur eſſe* habent. Sed Noſter in primis poſt verba *Exiſtimandi*, illud verbum exulare juſſit, ut infra *c.* XXI. n. 1. *magna merces* videbatur. Jug. *c.* LXXIX. n. 1. *non indignum* videtur, *egregium facinus memorare*. I. de Rep. Ord. *c.* VIII. *non pejus* videtur, *pauca nunc de facto meo diſſerere*. & ſic frequenter. quare ejeci, cum etiam alios ejeciſſe viderem. at Senat. I. *quo mihi videtur eſſe*, quod pro Palmerio facit, qui legit: *quo mihi videtur*. Ceterum ſimili forma concludendi utitur Quinctil. XII. *c.* II. *Si divina noſtris* animis *origo*, *tendendum ad* virtutem, *nec voluptatibus terreni corporis ſerviendum*. Junge Cic. IV. de Fin. *c.* XXVI. ſeqq. Senec. Epiſt. XV. Lactant. I. *c.* I. & XVIII.

QUAM VIRIUM OPIBUS. *Quam* omittit Guelf. 3. *ingenii* magis, *quam vir. opibus* habent Rem. 1. & Inc. 1. praeter ſenſus neceſſitatem. *Opes* virium, ſunt opera & praeſtantia earundem, quas Curtius in loco noſtra memoria ſatis vexata lib. IX. *c.* VII. n. 16. *virtutem virium* dixit, Noſter infra *vim corporis*, *virtutem animi*. Cicero *opera animi & corporis*. De re vide elegans dictum Juliani in Scholis Gronovii. pro *gloriam quaerere* Eccardianus habet *adquirere*. Sed *quaerere* eſt Salluſtianum. ſic Jug. *c.* IV. n. 2. *gratiam quaerere*. ibi vide.

VITA IPSA - BREVIS EST. Guelf. 2. 7. 8. & Acad. *ipſa vita*; Guelf. 10. *vita iſta*. Parum decederet Salluſtio, ſi Pronomen plane abeſſet; *ipſa* tamen magis eſt appoſitum, & trahit aliquid ex ea ſignificatione, qua *decem* ipſi *dies* & ſimilia auctores dicunt, vide Cic. II. Fam. ep. VIII. n. 6. hoc eſt, *integra* vita, etiam longiſſima, uti eleganter Plin. III. epiſt. VII. n. 11. *Quid enim tam* circumciſum, *tam* breve, *quam hominis* vita *longiſſima?*

VITA, QUA FRUIMUR. Non penitus ſupervacuum eſt hoc loco acumen Laur. Vallae, qui per Verbum *frui* ejuſmodi vitam innui putat, qua aliquid egregium facimus: praeclara quippe facta eſſe vitae fructum. vide Cic. I. Fam. ep. IX. n. 76. adde *c.* II. n. 9. Verius tamen eſt, quod *vita frui* hic nihil aliud ſit, quam *vitam* naturae munere conceſſam *vivere*, quod cum *delectatione* eſt conjunctum, quomodo Cic. IV. Catil. *c.* IV. *Alter eos*, *qui nos vita privare conati ſunt*, *punctum temporis* frui vita *& hoc communi ſpiritu non putat oportere*.

MEMORIAM NOSTRI. In Guel. 2. primitus fuit *noſtram*, quod adhuc Baſil. 2. ſervavit non male, ut ex dictis ad *c.* XXXI. extr. *incendium* meum *ruina reſtinguam*, patebit.

QUAM MAXUME. Recte haec & ſimilia per U vocalem in ſua editione ſcripſit Gruterus, cum haec ſcriptura Criſpi aetate communis & receptiſſimae conſuetudinis fuerit. Servant eumdem modum ſcribendi *tres* ex noſtris MSS. ſatis conſtanter. Praeterea vide ad cap. IX. n. 1. Heuſſ. *quam* maximam *longant*.

4 riam noſtri quam maxume longam efficere. Nam divitiarum & formae
5 gloria fluxa atque fragilis: Virtus clara aeternaque habetur. Sed diu
magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis, an virtute animi

LONGAM EFFICERE. Diutinam, & multum temporis durantem. Sic Cicero *Senatum* frequentem *efficere*, *milites* firmos *efficere*. Phaedr. III. Fab. XIX. *iter longius Efficit* brevius. Alii una voce *Extendere* hoc proferunt, ut Plin. VII. ep. XXXI. memoriam *praedicatione prorogat & extendit*. Solin. Pol. *c.* LIII. Nomen *memoria ſceleris* extendere. iterum Plin. V. ep. VIII. *famam extendere*. Silius IX. *v.* 375.

- Brevis hoc vitae *quodcumque relictum*
Extendamus.

Guelf. 3. Vinar. I. & Struviano verbum ſuperadditum eſt: *longam efficere decet*, quod in ſpatio interlineari exhibet Academ. quaſi non ab *rectius videtur* Infinitivus regatur, & iſte quidem conjungatur cum *ingenii opibus gloriam quaerere*.

4. DIVITIARUM ET FORMAE GLORIA. Ciacconius & Urſinus ex vet. cod. malunt *gratia*, neque aliter Gronovius in Scholis. Nihil muto. Loquitur enim de *quaerenda gloria*, *fama* & *longa memoria;* quae quomodo cum *gratia* comparari poſſint, quilibet videt. Pacuvius quidem apud Nonium ſcripſit: *Hiccine eſt quem famae* gratia *ante omnes* nobilitat *viros*. ſed ibi *nobilitat* additum eſt, quod noſter optime uno verbo *gloria* expreſſit, quae eſt *frequens de aliquo fama cum laude*. Cic. II. de Invent. *c.* LV. adde Ariſtotel. I. Rhet. *c.* V. Notae praeterea ſunt *gloriae meretricum*. Plauti Truc. A. IV. Sc. IV. *v.* 36. & *gloria aritudinis*, Rud. A. II. Sc. VI. *v.* 40. Et *divitiis* non obſcure, etſi falſam, *gloriam* tribuit Cic. V. Phil. *c.* XVIII. *quid enim ſtultius, quam invidioſas* opes *anteferre verae, gravi, ſolidae* gloriae. De *forma* vero res pervulgata. De inconſtantia & vanitate tam divitiarum, quam formae vide inprimis Senec. Conſ. ad Polyb. *c.* XXVIII. Hippol. *v.* 758. Octav. *v.* 541. Plutarch. in Solone. Diogen. Laert. V. de Vit. Phil. Lact. III. *c.* XII.

FLUXA ATQUE FRAGILIS EST. Labilis, praeteriens & non *ſolida*, quod eleganter *fragili* oppoſuit Lactant. l. c. *fluxum*, quod tranſit inſtar aquae. Lucret. II. v. 68.

Et quaſi longinquo fluere *omnia cernimus aevo*

Manilius IV. v. 17.

Tunc & opes & regna fluunt

Lactant. Mort. Perſec. c. XXIV. in. *Res ejus dilabi ac* fluere *coeperunt*. Seneca Epiſt. LVIII. Fluunt *enim, & in aſſidua diminutione atque adjectione ſunt*. — *Corpora noſtra* rapiuntur fluminum *more, quidquid vides* currit *cum tempore*. vide ibi dictum Heracliti Lipſio citatum. Sic *fidem fluxam* pro inconſtanti & vana dixit Plautus, Livius, Noſter Jug. cap. CXI. num. 2. Apul. Flor. p. 350. *Omnia* fluxa *infirmaque eſſe*. Alan. Anticlaudian. I. *v.* 268.

Haec manet, illa fluit; *haec durat, deperit illa*,

Paullinus Petroc. V. Vit. Mart. *v.* 644.

- - terrena & gaudia calcent
Quaeque fluunt, *celeri cupiant evadere niſu*.

Divitiae quippe alium poſt alium ſortiuntur dominum, quod Plutarchus dixit l. c. Forma autem bonum *fragile*, ut omnia hominum & mortalia caduca. Plin. Paneg. *c.* LXXVII. *hominum aevum omne & breve &* fragile *eſt*. Senec. Epiſt. LXVI. *Satorum vero animaliumque virtutes cum mortales ſint*, fragiles *caducaeque*. Ceterum ex noſtris Guelf. 4. Fabric. I. *fluxa* & *fragilis*. Vinar. I. Academ. & *fluxa* atque *fragilis*. Baſil. I. & 2. ut & optimo Rivii deficit *eſt:* & abeſſe omnino debet, vide *c.* XI. n. 3. XVI. n. 5.

VIRTUS CLARA AETERNAQUE HABETUR. *Eſt* cum ſumma *gloria* & *fama:* hanc notionem verbo *haberi* adſtruit Noſter infra *c.* LIII. n. I. *Cato magnus atque clarus* habetur. II. de Rep. Ord. *c.* VIII. *ubi divitiae* clarae habentur, *ibi omnia bona vilia ſunt*. Caeſar. I. B. Gall. *c.* XXI. *Conſidius rei militaris peritiſſimus* habebatur. Sulpic. Sever. II. *c.* VII. *Daniel* clarus *ante*, clarior haberi *coepit*. ut Jug. cap. XCII. num. I. aliter Gronovius, quaſi dixiſſet: qui virtutem habet, non fluxum quid & fragile amplectitur; ſed ea eſt cum claritudine & perpetuitate conjuncta. & in hac ſententia citat Criſpi verba etiam ad Sen. VII. Qu. Nat. *cap.* XXII. Et ſic quidem Graeci, uti Thucyd. I. *c.* XIII. alibi. & Noſter infra *c.* VI. n. 3. XXXVII. n. 2. Sic etiam verbum *habetur* ad ſuperiora *fluxa atque fragilis* trahi poterit: uti Jug. cap. XXXI. n. 24. ubi vide. De re Seneca apud Lactant. III. *c.* XII. *Una res eſt* virtus, *quae nos* immortalitate *donare poſſit*. Idem Firmianus VII. *c.* XII. Virtus *eſt* immortalitatis *fabricatrix*. adde *c.* IX. X. & XI. Seneca Epiſt. XCVIII. *Nam illud verum bonum non* moritur, *certum eſt* ſempiternumque, *ſapientia &* virtus: *hoc unum contigit* immortale *mortalibus*. adde Cic. V. Tuſc. Qu. *c.* III. & Tacit. Agric. *c.* XLVI.

5. INTER MORTALIS. *homines*. Synechdoche noſtro aliisque Hiſtoricis frequentior, quam Ora-

Digitized by Google

mi res militaris magis procederet. Nam & prius, quam incipias, con- 6
ſulto: &, ubi conſulueris, mature facto opus eſt. Ita utrumque per ſe 7
indigens, alterum alterius auxilio eget.

CAP.

Oratoribus. Sic Graeci *θνητός*. Sophocles apud Dicaearchum:

> *Θήβας λέγεις μοι, τὰς πύλας ἑπταστόμους*
> *Οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.*

Hebraei autem contra [illegible] uſurpant. Fronto apud A. Gellium XIII. *c.* XXXVII. amplius quid & prolixius, quam *homines* [inprimis quando *omnes* additur] eſſe exiſtimat *ſenſu quodam*, ut ait, *inenarrabili*, *omne* ſcilicet *genus fere & ordinum*, *& aetatum*, *& ſexus* eo vocabulo *comprehendi*. Sed bene ſimul ibi monet *non ubique hujusmodi ἔμφασιν eſſe quaerendam*. Sic *mortalia* pro rebus *hominum* dixit Horatius, Prudentius, Ovidius, & Auſonius: Plautus etiam ſingulariter *mortalem catum*, *mortalis quisquam* Poenul. Act. 4. Sc. 3. *v.* 63. 65. & ſimilia de homine: quemadmodum & Sulpic. Sever. I. Hiſt. Sacr. *c.* IX. n. 6. Sic & Seneca Epiſt. XCI. *Omnia* mortalium *opera mortalitate damnata ſunt*. Tacit. I. Ann. *c.* LXXII. *Omnia* mortalium *incerta*. Feſtus in *Tyria maria*: *ut omnibus* mortalibus *navigatio eſſet periculoſa*. Et ſic *mortalitatis* etiam voce praeter Curtium & Plinium uſus eſt Quinctil. VIII. Declam. *c.* XVI. *publico potius* mortalitatis *contendo nomine*, *non debere genus iſtud curationis admitti*.

CERTAMEN FUIT. Quod adumbratum eſt in contentione Aiacis & Ulyſſis apud Homerum Odyſſ. Λ *v.* 544. & Ovid. Metam. XIII. ſi ad hunc legeris Sabinum p. m. 437. Non ſpernenda eſt lectio Guelf. 3. prout a manu prima profecta eſt: *Sed diu inter mortales certamen fuit*, *corporis*, *an virtute animi res militaris magis procederet.* quo & alludit Senat. 3. *an ne corporis*, *an virtute animi*: *virtutem* enim tam de corpore, quam animo dicere potuit; & priorem interrogandi particulam *ne* omitti, doceo ad ea verba *c.* LII. noſtra, *an nobiſcum una hoſtium futura ſint.*

MAGIS PROCEDERET. Proſpere cederet, perficeretur. Infra *c.* XXVII. *Poſtremo*, *ubi multa agitanti nihil* procedit *c.* XXXII. *Neque inſidiae conſuli* procedebant. Jug. *c.* LXI. *quoniam armis bellum* parum procedebat. Cato: *quia haec res tam ſecunde* proceſſit. Livius I. *c.* LVII. *ubi id* parum proceſſit, *obſidione munitionibusque coepti premi hoſtes*. Corn. Nepos Datam. *c.* VI. in. *Sed haec propter hiemale tempus* minus proſpere procedebant. Remenſis 2. & Baſil. I. omittunt *magis*, incuria, ut vides, librarii. & Baſileenſi quidem ſecunda manus adlevit.

6. INCIPIAS. Ita Latini eleganter reddunt Impersonalia: *ehe* man *etwas fürnimmt*, vide ad Jug. *c.* I. n. 2. *incipias* praeciſe poſuit, ſubintelligendo *aliquid*, *factum*, de quo ad *c.* VIII. n. 4. & ipſum *incipere* appoſitum eſt, uti *c.* XX. n. 3. *animus auſus eſt maximum*, *atque pulcherrumum facinus* incipere.

CONSULTO. Conſilio opus eſt, deliberandum eſt. quaſi dixiſſet *deliberatu.* Sed Drackenborch. ad Sil. VI. *v.* 455. haec citat pro ſignificatione *conſilii*: Noſter cap. XLIII. *facto*, *non* conſulto *in tali periculo opus eſſe.* melius citare potuiſſet Jug. *c.* CVIII. conſulta *ſeſe omnia cum illo integra habere*. Plaut. Mil. Act. 3. Sc. I. *v.* 6.

> *Nam bene* conſultum, *inconſultum eſt*, *ſi inimicis ſit uſui*.

uti Noſter Jug. *c.* XCII. n. I. quomodo *cogitatum* & *factum* conjungit Corn. Nepos Datam. *c.* VI. n. 8. Livius II. *c.* II. *ſi quid in tam ſubitis rebus* conſulto *opus eſſet*. Unde vides in *conſulto* eſſe *conſulendum*, quod hoc loco valet; & perfectum etiam *conſilium.* Sed Priſcian. XVIII. p. 1130. pro *conſulere* & *facere* Infinitivis poſita exiſtimat.

MATURE FACTO. Inepte quidam Adverbium *mature* ad praecedens *conſulueris* trahunt, quod & ex noſtris faciunt Guelf. I. & 8. Fabric. vero I. plane *mature conſulueris*. Reliqui omnes aut aperte poſt *conſulueris* diſtinguunt, aut taciti conſentiunt veritati. Noſter Demoſthenem expreſſit, qui ita Ex. XXII. *Δεῖ δὲ βουλεύεσθαι μὲν ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα* ΜΕΤΑ ΣΠΟΥΔΗΣ, aut Iſocratem ad Demonic. *βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ* ΤΑΧΕΩΣ, *τὰ δόξαντα*, aut alium quem veterem. nam Ariſtoteles VI. Ethic. *c.* X. proverbio celebrari ait: *πράττειν μὲν δεῖν* ΤΑΧΥ *τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως*. & ſic Herodian. II. *c.* IX. Miror Joſ. Waſſium Themiſtium Or. 3. p. 82. Zoſimum Lib. I. p. 49. citare, & tamen omittere potuiſſe Leonem in Tactic. *c.* III. n. 9. qui manifeſte noſtrum reddidit; adde Herodot. VII. *c.* XLIX. Valer. Max. II. *c.* VII. ext. I. III. *c.* VIII. ext. 2. Corn. Nep. Them. *c.* IV. Datam. *c.* VII. Vellei. Par. II. *c.* LXXIX. qui & *c.* CX. confirmat, quod *mature* hic ſit *celeriter*: *Nulla*, inquit, *umquam natio tam* mature *conſilio belli bellum junxit*, *ac decreta patravit*. Porro *facto opus eſt*, habes bis apud Plaut. Merc. A. III. Sc. III. *v.* 4. 5. ſimiliter Apulejus Florid. p. 352. *cum* dicto *eſt* opus, *impigre dicere*; *& cum* tacito opus *eſt*, *libenter tacere*. Tandem *maturo facto* dixit, cum nobis familiarius accidiſſet *maturo facto*; ſed Adverbia ita pro Nominibus poni, doceo ad *c.* XI. *ea* privatim *ac* publice *rapere*.

7. ITA UTRUMQUE PER SE INDIGENS. Guelf. 7. & 8.

Digitized by Google

CAP. II.

1 IGITUR initio Reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diverſi, pars ingenium, alii corpus exercebant: & iam tum vita hominum

& 8. cum Incert. 2. *Itaque.* non probo. *Ita* Salluſtio eſt particula *Concluſionis*, uti *c.* LV. extr. Ita *ille patricius dignum moribus exitum vitae invenit.* ibi vide. *Per ſe* eſt ſolum, non conjunctum cum altero, ut apud Cic. I. epiſt. IX. n. 24. & Lucret. I. *v.* 508.

ALTERUM ALTERIUS AUXILIO VEGET. MSS. omnes *eget*. Palmerius conjecit *veget*, quod nec Grutero diſplicuit, ut quod ſignificaret *vegetum eſt*, *vales*. Sed vide EXCURSUM I. in Catilin. ut cognoſcas, me non ſine ratione Codd. potius, quam conjecturas ſequi. *alterum* autem *alterius* eleganter exprimit, quod dicimus *invicem*, *mutuo unum alterius*. Sic Horatius, ſic Noſter Jug. *c.* LXXIX. âlteri alteros *aliquantum attriverant*, & alibi. ſic Livius XL. *c.* XLVI. alter alteri *diſplicetis*, cum ceteris.

CAP. II. I. INITIO. Eccard. Fabric. I. (ſed a manu ſecunda) Academ. Heuſſ. Senat. 2. Struv. Incert. uterque, Baſ. 3. Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 11. & 12. habent *in initio*. Similitudinem litterarum eam Praepoſitionem primum progenuiſſe arbitror. Cod. enim Eccardianus etiam *c.* XIII. in *juventutem* manu ſcripta habet: & alibi ſaepiſſime hujusmodi lapſus in Codd. deprehenduntur, quod ſemel monuiſſe ſatis erat. Infra *c.* VI. n. I. *Urbem Romam habuere* initio *Trojani*. Nec aliter Ennius apud Lactant. I. *c.* XIII. Initio *primus in terris imperium ſummum Uranus habuit.* Juſtin. I. *c.* I. Principio *rerum*, *gentium nationumque imperium penes Reges erat*.

NOMEN IMPERII. Id nomen habuit, ita nominatum eſt proprium imperium: eodem redit, ſi verteris *Regierungs-Form.* nam a forma nomen trahit imperium quodque. ſic *c.* VI. *imperium legitimum*, nomen imperii *regium habebant.* Declam. in Cic. *Quaſi inter te*, *Sullamque dictatorem*, *praeter* nomen imperii, *quidquam interfuerit*. Seneca I. de Clem. *c.* IV. *Ideo* Principes, Regesque, *& quocumque alio* nomine *ſunt tutores ſtatus publici*. Tacit. I. Ann. *c.* I. *Qui cuncta*, nomine Principis, *ſub imperium accepit*. adi ad *c.* VI. Inter*reges*, atque *id nomen imperii* ea latinitatis ratio, quae apud Liv. XXIV. Puellis *ut ſaltem parcerent*, *a* qua aetate *etiam hoſtes iratos abſtinere*. vide Gronov. ad XXIII. *c.* XI. & Jug. *c.* XVII. n. 2.

PRIMUM. In quam ſententiam Ariſtotel. IV. Polit. *c.* II. πρώτη μὲν, ϗ θειοτάτη (πολιτεία) ἡ βασιλεία. adde I. *c.* I. III. *c.* X. & XI. Cic. III. de Leg. *cap.* II. *omnes antiquae gentes* Regibus primum *paruerunt*. Sic per totum fere Orientem civitatum etiam & regionum Toparchae *Reges* appellati. vide Geneſ. *c.* XIII. Pſalm. CV. Juſtin. XXXVI. *c.* II. Richard. Montacut. de Or. Eccleſ. P. I. p. 205.

DIVERSI. Modo & inſtituto diverſo, diverſa ſequentes. Guelf. 5. *diviſi*, qui error ex compendio ſcripturae ortus, aliis etiam locis in MSS. eſt obvius, quod nos infra indicavimus, indicavit etiam Scaliger ad Propert. I. eleg. III. p. 347. *Diverſi* valde appoſitum, ut Plaut. Epid. A. III. Sc. III. *v.* 22.

Divortunt *mores virgini longe ac lupae.* Sed eadem Figura, etſi de loco, Livius IX. *cap.* II. *pecoraque* diverſos, *alium alibi paſcere jubet.* & X. *c.* XXVII. *inde* diverſae *ferae*, *cerva ad Gallos*, *lupus ad Romanos curſum deflexit. cap.* XLIV. *Itaque* diverſi, *Papirius ad Sepinum*, *Carvilius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt*. C. Nep. Dat. *c.* XI. *cum aliquamdiu in colloquio fuiſſent*, *&* diverſi *diſceſſiſſent.* uti noſter Jug. *c.* LXXXVII. & *c.* CI. diverſi *redeuntes*, *alius ab alia parte*. Adde Cat. *c.* LXI. *inter* ſiniſtros *montes*, & *c.* LXI. *quos* medios *cohors praetoria disjecerat*.

PARS ALII. Cur non *pars-pars*; aut *alii-alii?* Sed ejusmodi aequalitatem fruſtra in Noſtro quaeſiveris, & vulgus tantum quaerere ſolet. Jug. *c.* LI. n. I. pars *cedere*, alii *inſequi. c.* LVII. n. 4. *Romani pro ingenio quisque* pars *eminus glande aut lapidibus pugnare*, alii *ſuccedere.* & ſic ſaepiſſime. Ovid. I. Faſt. *v.* 405.

Naides effuſis aliae *ſine pectinis uſu*,
Pars *aderant poſitis arte manuque comis*.

INGENIUM CORPUS EXERCEBAT. Excolebant, & aut corporis aut ingenii *opibus* gloriam adepti ſunt, dum *vel* pecoris & agri, corporis & virium culturae, *vel* ingenii artibus, ſapientiae, meditationibus, inventionibus &c. intenti erant. Nam ita haec cum ſuperioribus cohaerent. Jug. *c.* LXI. I. *Non Graeca facundia neque urbanis munditiis* ſeſe exercuit. Fragm. Inc. ingenium *ad malefaciendum* exercere. II. de Rep. Ord. *cap.* IX. Corpus *atque* ingenium *patriae*, *non ſuae quisque potentiae* exercitabat. Mela III. *c.* III. *immanes ſunt* animis *atque* corporibus, *& ad inſitam feritatem vaſte* utraque exercent, *bellando animos*, *corpora adſuetudine laborum*. Seneca Epiſt. LXXX. *Cogito mecum*, *quam multi* corpora exerceant, *quam* ingenia *pauci*. Ea autem exercitiorum diverſitas ex ſacris etiam litteris conſtat. *Herculem* etiam antiqui-

Digitized by Google

minum ſine cupiditate agitabatur, ſua cuique ſatis placebant. Poſtea 2
vero quam in Aſia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii & Athenienſes coepere urbes atque nationes ſubigere, lubidinem dominandi cauſſam belli

tiquitas vel propter *vires* celebravit; contra *Zoroaſtres* ſummam gloriam *ingenio* adeptus eſt. Sed cum ea omnia, quae ante Cyri aetatem traduntur, incerta, aut tenebris obvoluta ſint, quem aut quos Criſpus innuerit, dicere non praeſumo.

ETIAM TUM. Tunc temporis *praeciſe*, quae vis eſt particulae *jam*, ur Donatus docuit. quam male omittit Guelf. 10. *c.*XVIII. n.7. Jam tum *non conſulibus modo* &c. *c.*XIX. n.2. etiam tum *potentia Cn. Pompeii formidoloſa erat*. Igitur & ſejunxi, quae vulgo cohaerebant, *& jam*, ex aliquot ſcriptis. adde Virg. III. Georg. v.189. cum nota Pierii. Audacter alii & inepte: *etiamſi tum*. Guelf. 2. Eccard. Remenſ. 1. Incert. 1. Struv. *& jam tunc*. Sed *tum* ſaepiſſime idem quod *tunc*, ut *cap.* XL. XLVII. LII. aliis. Jug. *c.* XL. *trepida* & jam tum *civitate*. *c.* LI. n. 1. *c.* LXIII. extr. & jam tum *alios magiſtratus plebes, Conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat*. Virgil. Aen. VII. *v.*737.

> - - *late* jam tum *ditione premebat*
> *Sarraſtis populos*.

Similiter *& jam nunc* Caeſar VI. Gall. *cap.*XL. *nullo* & jam nunc *uſu rei militaris percepto*. vide Herald. ad Minuc. Fel. *c.* 1. & Criſp. Jug. *c.* CIX. n. 3.

SINE CUPIDITATE. Quaſi aureo illo ſaeculo. Tacit. III. Ann. *c.* XXVI. *Vetuſtiſſimi mortalium nulla adbuc* mala libidine, *ſine probro, ſcelere, eoque poena agebant. nihil contra morem* cupiebant. adde Juſtin. I. *c.* 1. & II. *c.* II. Lactant. V. *c.* V. & in primis Senecam Epiſt. XC. Confer mox *c.* VI.

VITA AGITABATUR. Uti *c.* LI. *qui demiſſi in obſcuro* vitam agunt, & *c.* XXXVII. *aetatem agere.* & Edit. quidem antiqua h. l. *agebatur*, quomodo Baſil. 2. & 3. cum utroque Vinatienſi. Sed Noſtro, pro illa aetate, Frequentativa grata ſunt, uti *ductare exercitum*, *c.* XI. *agitare laetitiam*, *c.* LXI. *adventare cum exercitu*, *c.* LVIII. n. 3. *objectare periculis*, Jug. *c.* VII. n. 1. *moenia defenſari*, *c.* XXVI. *praeſidia agitare*, *c.* LXXXV. *agitare* etiam abſolute, pro vivere utitur Jug. *c.* XVIII. & I. Hiſtor. Sic Cato: *Emtito*, *Redemtito*; Lucretius: *Imperito*; *Negito*; Varro: *Tracto* & ſimilia frequentant.

SUA CUIQUE SATIS PLACEBANT. Sufficiebant, ſuo quisque contentus erat. Formulam redolet, uti Jug. *c.* LXIV. *debere illi res ſuas* ſatis placere. Plaut. Trinum. Act. II. Sc. II. *v.*40.

> *Qui ipſus ſibi* ſatis placet, *nec probus eſt*,
> *nec frugi bonae*.

Terent. Eunuch. Act. V. Sc. II. *v.* 12. Satin' *id tibi* placet. Senec. Epiſt. XIII. ſatis *adverſus fortunam* placebas tibi. Addeſis Horat. I. Sat. I. init.

2. POSTEA VERO QUAM. Guelf. 10. & Acad. *Poſteaquam vero*. Illis ſcilicet, ut quibuſdam hodie, *Poſteaquam* una vox fuit, quae non eſſet ſeparanda. Sic *c.* V. n. 3. cujus *rei* libet, alii: *cujuslibet rei*, *c.* IX. *ſeque* remque publicam *curabant*. *c.* LI. *neque* prius *finis jugulandi fuit*, quam *Sulla omnis ſuos explevit*. *c.* LII. cujus *haec* cumque *modi videntur*. Adde *c.* LVIII. n. 5.

IN ASIA CYRUS. Hunc poſitum retinendum cenſeo in verbis, etſi Guelf. 7. 8. Acad. & Vinar. 1. (non pervetuſtus ille, ſed a recentiſſima manu in prima pagina reformatus) *Cyrus in Aſia L. & Ath. in Graecia*. Niſi tamen Guelf. 3. & Struvianus audiendi ſunt, qui: *Cyrus in Aſia, in Graecia Laced. & Athen.* ejuſmodi quippe variationibus delectantur auctores, multo magis, quando ſimiles voces (hic utraque regionem notat) componere poſſunt, uti in vulgatis illis *c.* XIII. *domum* alius, alius *agros cupere*. *c.* XV. *citus* modo, modo *tardus inceſſus*. *c.* X. n. 5. *aliud clauſum* in pectore, *aliud* in lingua *promtum habere*. Sic Senec. Epiſt. CI. *trahere* animam, tormenta *tracturam*. Capitolin. Macrin. *c.* III. *Commodus* quartus, quintus *Caracallus*. Pollio XXX. Tyr. *c.* XXXIII. *tertio* conſularis, legatus *praetorio ſecundo*. Vopiſcus Aurel. *c.* XXXII. *ut erat ferox* animi, cogitatione *multus*. Spartian. Adrian. *c.* XXRI. *promiſſa* barba, habitudine *robuſta*. adde mox n. 9. & *c.* V. n. 4. & ad IX. n. 1.

CYRUS, -- LACEDAEMONII ET ATHENIENSES. Apud Juſtin. I. *c.* 1. jam *Ninus* incuſatur, quod *veterem, & quaſi avitum gentibus morem* nova imperii cupiditate *mutaverit*. Mela id *Phoenicibus* tribuit I. *c.* XII. aliis ex Moſ. Geneſ. XIV. Sulpic. Sev. I. Hiſt. S. *c.* V. De Cyro Herodotus, Diodorus, Thucydides, Pauſanias, Juſtinus, Oroſius, alii. Is quidem prima ſtatim aetate lubidine dominandi agitabatur, quae neque devicta Aſia, neque univerſo Oriente in poteſtatem redacto ſedata eſt, quin & Scythis bellum inferret. De *cupiditate Lacedaemoniorum* praeter Hiſtoricos Plato VIII. de Rep. τὸ φιλόνεικον, καὶ φιλότιμον κατὰ τὴν Λακωνικὸν

ſτόν.

belli habere, maxumam gloriam in maxumo imperio putare: tum demum periculo atque negotiis compertum eſt, in bello plurimum ingenium

ἰδίας πολιτείας: qualia ſunt, quae ex eodem Cic. I. Offic. *c.* XIX. docet. Ariſtotel. VII. Polit. *c.* XIV. *πάντα πρὸς τὸ κρατεῖν, καὶ πρὸς πόλεμον νενομοθετῆσθαι* apud Lacedaemonios. adde Solin. Pol. *c.* XIV. De *Athenienſibus* qui, praeter vim, etiam dolis ad principatum graſſati ſunt. vide Plutarch. Dion. extr. Thucyd. I. *c.* LXIX. & LXX. II. *c.* LXV. VIII. *c.* II. Juſtin. V. *c.* I.

NATIONES SUBIGERE. Gentes, uti Graeci *γένος* pro *ἔθνη*. vide *c.* XX. *populi*, nationes *ſtipendia pendere*. *c.* X. nationes *ferae*, *& populi ingentes vi* ſubacti. Livius II. *c.* XLIX. *Omnes finitimos* ſubigi *populos poſſe*. Sueton. Jul. *c.* XLIX. n. 7. *Gallias Caeſar* ſubegit, *Nicomedes Caeſarem: Ecce Caeſar nunc triumphat*, *qui* ſubegit *Gallias*. Copula *atque* eraſa eſt in Baſil. 3.

LUBIDINEM DOMINANDI. Cupiditatem imperii, voluptatem dominandi, *pro cauſſa belli* habere. quoniam imperitare quam plurimis cupiebant, bellum etiam aliis inferre poſſe putabant. Nam *libido* eſt *quaelibet voluntas temere ſuſcepta* Donato ad Terent. Hec. A. II. Sc. II. ſive, quod vulgo dicunt, quilibet *affectus*. *c.* XIII. libido *ſtupri*, *ganeae ceterique cultus*. adde *c.* VII. n. 3. *c.* VIII. n. I. Eccard. Senat. I. Incert. uterque, Vinar. 2. Guelf. 3. II. 12. *libidine dominandi*, & quaſi id verum eſſet, Guelf. 4. *propter libidinem dominandi*; praeterea Guelf. 7. & II. *habuere*; Academ. vero & Vinar. I. *libidinem dominandi & cauſſas belli habere*. Offenſi forte ſunt quarto caſu bis poſito *libidinem* habere *cauſſam*, cum tamen & Lentulus Cic. XII. ep. XV. n. 5. eosdem *ſe* hoſtes habituros, *quos Senatus P. Q. R.* & dictum Ciceronis XII. ad Attic. ep. XXII. extr. habe *tuum* negotium, recte interpretantur viri docti: *habe hoc* ut *tuum negotium*. Noſter Jug. *c.* LXXXV. *neque* gloriam *meam* laborem *illorum faciam*. Oroſius III. *c.* XX. *qui* miſerias *aliorum* felicitatem *ſuam reputent*. adde Jug. *c.* LXXXI. n. I. ubi in MSS. ſimiliter peccatur. Solinus Pol. *c.* XV. *homines* victimas *habent*. De cupiditate imperii, ut cauſſa belli vide infra *c.* XXXIII.

IN MAXUMO IMPERIO PUTARE. Quomodo fere Sidonius II. epiſt. XIII. *ſummam* beatitudinem *exiſtimant ſummam* poteſtatem. De verbo *putare* in hac ſtructura dico quaedam ad Jug. *c.* LIII. n. 3. *dum* in *elephantis auxilium* putant. hic tantum nota, quod valde proprie ita conſtruatur, cum ſit a *ponere*, quaſi *ponito*. idem ergo eſt, ac *in maxumo imperio* ponere *maxumam gloriam*. adde infra *c.* XLIII. extr.

TUM DEMUM. Sic noſtri omnes, uno ore, & qui ex ſolo Nonio *tum vero* praeferunt, Grammatico plus juſto tribuunt. *Demum* vero hic & *temporis*, & *adſeverandi* particula eſt, uti mox n. 9. *is* demum *mihi vivere videtur*, & alibi.

PERICULO ATQUE NEGOTIIS. Gronovius *periculo* interpretatur *experiundo*, *experimentis*. & ſic Dan. Pareus. Melius longe Gloſſ. MS. Guelf. I. *periculoſis negotiis*, ut ſit figura *ἓν διὰ δυοῖν*. Certe *rebus*, *factis comperire* tam frequens eſt, quam *experimentis*. Et alibi Noſter ea figura utitur. mox *c.* III. extr. *eadem*, *quae ceteros*, fama atque invidia *vexabat*. pro *invidioſa fama*, quod dicere non potuit. *c.* XVI. n. 4. *Sullani milites* rapinarum & victoriae veteris *memores*. victoria attulerat rapinas. Cic. V. ep. XIII. n. 5. Caſus *enim* gladiatorii, ſimilitudineſque *hae*. h. e. caſus gladiatorii per ſimilitudinem propoſiti. Juſtin. II. *c.* II. Lanae *iis uſus* ac veſtium *ignotus eſt*. pro *lanearum veſtium*. Caeſar III. Gall. *c.* III. *quum neque* opus hibernorum munitioneſque *plene eſſent perfectae*. h. e. *opus hibernorum munitionum*. & ſic Thucyd. I. *c.* XVIII. *μετὰ κινδύνων*. *c.* LXX. *μετὰ πόνων καὶ κινδύνων*. pro quo Dionyſ. Hal. VII. *c.* VI. *ἐπιπόνως καὶ κινδυνωδῶς*. ut adeo & ſine illa figura ſenſus conſtare poſſit. vide, quae ad *c.* VII. n. 4. Excurſu II. diſputo. Ad ſententiam egregie Manilius I. *v.* 80.

> *Et* labor ingenium *miſeris* dedit, *& ſua quemque*
> Advigilare *ſibi juſſit Fortuna* premendo.

Et Cic. IX. ep. III. n. 5. *Gravitas morbi facit*, *ut medicinae egeamus*, *eaque* nunc appareat, *cujus vim non ſentiebamus*, *cum valebamus*.

COMPERTUM EST. Certo cognitum. *c.* LVIII. in. *Compertum habeo*. Sed adi notam ad Jug. *c.* XVII. n. 2. *de iis haud facile* compertum *narraverim*.

IN BELLO PLURIMUM INGENIUM POSSE. Saepe enim ipſis rebus cognitum eſt, quod canit Valer. Flaccus IV. Arg. *v.* 620.

> - - - *non ſolis viribus aequum*
> *Credere*, *ſaepe acri* potior prudentia *dextra*.

& docet Euripides apud Stobaeum Serm. LII. pr. *Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ*. Tacit. XIII. Ann. *c.* VI. *Pleraque in ſumma fortuna auſpiciis &* conſiliis, *quam* telis *& manibus geruntur*. adde Polybium I. *c.* LXXXIV. Cicer. I. Offic. *c.* XXII. XXIII. & maxime Syneſium

Digitized by Google

nium poſſe. Quod ſi regum atque imperatorum animi virtus in pace 3
ita, uti in bello, valeret, aequabilius atque conſtantius ſeſe res humanae haberent; neque aliud alio ferri, neque mutari ac miſceri omnia cer-

neſium Serm. ad Pœonium, ubi docet, antiquitus arctam fuiſſe Philoſophiae & rei militaris cognationem. quo etiam tendit *c.* XIV. Libr. VII. Var. Hiſt. Aeliani, quod agit, ut habet inſcriptio, *περὶ φιλοσόφων στρατηγῶν καὶ πολιτευσαμένων*. *Poſſe* eſt *valere*, ut ſaepe apud Caeſarem & quoſvis alios. Incert. 1. *quam plurimum*. Baſil. 2. non legit *in bello*. & qua ſingulari vi, aut ſententia, gratia denique (mox enim eaedem voces occurrunt) addatur, non video. Heuſſ. non habet *ingenium*.

3. REGUM ATQUE IMPERATORUM. Ita placuit Salluſtio omne genus imperantium exprimere. cave enim *imperatores* vulgari notione pro *Ducibus* accipias. de Conſulibus dixit *c.* VI. *annua imperia*, *binoſque* imperatores *ſibi fecere*.

ANIMI VIRTUS. Quam modo *ingenium* dixerat; intelligit circumſpectionem, conſilia aliasque artes animi, uti Caeſar. VII. Gall. *c.* LIX. extr. *ab* animi virtute *auxilium petere*. Sed ego potius *virtutem* pro primaria voce habeo cum Gronovio, quo ſequentia ducunt, quam & *c.* 1. n. 4. pro *animo*, opponendo poſuerat. nam *animi* ſolemne eſt Noſtro addere. uti *c.* LIII. n. 1. *virtutem* animi *ad cœlum ferunt*. *c.* LVIII. *timor* animi *auribus officit*. & ſic Jug. *c.* XXXV. ibid. *c.* VII. extr. *Huc accedebat munificentia* animi *& ingenii ſollertia*. Herodian. V. *c.* I. n. II. *Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀρετή*. Firmat valde Cicero 1. de invent. *c.* II. *nec ratione* animi *quidquam*, *ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant*. Idem Bruto p. 176. *diligentia tamen &* virtute animi *atque vita bonus auctor in ſenatu*. De ipſa *virtute* ita diſſerit Lactant. III. *c.* XII. *Multa ſunt propria animi*, *multa propria corporis*, *multa utrique communia*, *ſicut eſt ipſa* virtus: *quae quoties ad corpus refertur*, *diſcernendi gratia*, *fortitudo nominatur*, & quae ſequuntur. Quomodocumque intellexeris, *animi praeſtantiam* ejuſque commoda & hic ſignificari intelliges.

IN PACE ITA, UTI IN BELLO. Plurimorum Codd. repraeſentavi lectionem. Academ. Baſil. 1. & 2. reticent *ita*: & loco non ſuo exhibet Incert. 2. qui *in pace*, *ut in bello* ita *valeret*. Struv. ita *valeret in pace*, *ut in bello*. *Uti* vero magis Salluſtianum eſt, quod vidit Jo. Rivius, & propter ſequentem litteram *i* alii facile abjecerunt extremum *i* in *uti*, atque *ut* nobis reliquerunt: quomodo librarii non raro lapſi ſunt, vide *c.* XXIII. n. 1. Jug. *c.* XXVI. n. 2. ita, uti *conſuerant Italici deditionem fecit*. *c.* XXXIX. n. 3. *Senatus* ita, uti *par fuerat*, *decernit*. Cur vero in pace & otio a bonis artibus facile deſciſcatur, rationem reddidit Tacit. I. Hiſt. *c.* XV. *Secundae res acrioribus ſtimulis animos explorant: quia miſeriae tolerantur*, *felicitate corrumpimur*. Eleganter Ariſtoteles VII. Polit. *c.* XIV. extr. *πολεμοῦσαι μὲν σώζονται*, *κατακτησάμεναι δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπόλλυνται. τὴν γὰρ βαφὴν ἀφιᾶσιν*, *ὥσπερ ὁ σίδηρος*, *εἰρήνην ἄγοντες*. Hinc Livius II. *c.* XLIII. *Excellentibus ingeniis citius defuit ars*, *qua civem regant*, *quam qua hoſtem ſuperent*. Quare Plato III. de Rep. a bono imperante duplicem harmoniam, quam vocat, deſiderat *πολεμικὴν καὶ βίαιον*, *εἰρηνικὴν καὶ μὴ βίαιον*. adde Curt. X. *c.* 1. n. 22. 39. 20. Corn. Nep. Conon. *c.* V. Quod cum non eſſet in Mario, inhoneſto titulo notatus eſt a Vellei. Pat. II. *c.* XI. *Marius* bello *optimus*, pace *peſſimus*. Idem de Sulla Valer. Max. IX. *c.* II. n. 1. Et Alexander *bello*, *quam poſt victoriam clarior* habitus eſt, Curt. VIII. *c.* IX. n. 1. item Tarquinius, Liv. I. *c.* LIII. Antonius Primus, Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXXVI. & alii complures.

VALERET. Vigeret, exerceretur. infra *c.* XVII. extr. *ſimul confiſum*, *ſi conjuratio* valuiſſet, *facile apud illos principem ſe fore*.

AEQUABILIUS. Sic Noſtri laudabili conſenſu. eſt enim *aequabilius* idem quod *uno magis tenore*, *ſtatu* magis *imperturbato*, quali ſenſu Cicero *aequabilitatem in omni vita* laudat. Noſter Jug. *c.* XLIII. n. 1. *fama tamen* aequabili *& inviolata*. Seneca Epiſt. LXXIV. *virium illis major eſt &* aequabilior *firmitas*. Apulej. de Deo Socrat. p. 48. *Cuncti enim coelites ſemper* eodem ſtatu *mentis*, *aeterna* aequabilitate *potiuntur*. Pomp. Mela III. *c.* VIII. *recedentes oras* aequabiliter *impellit*. ſic reſtituit Jac. Gronovius ex MSS. cum antea ederent *aequaliter*. quam grata autem hujus formae Adjectiva hac aetate fuerint, diſce ex dictis ad Jug. *c.* 1. n. 2.

ALIUD ALIO FERRI. *Aliud* huc, aliud *alio* in vernacula dicimus, quod Latini circumſcriptius proferre poſſunt. Sic cap. extr. aliud alii *natura iter oſtendit*. Jug. *c.* XII. n. 2. *Reguli* alius alio *conceſſere*. infra *c.* LI. alia aliis *licentia eſt*. nec aliter Graeci & Latini, quotquot habemus. Alio modo *c.* VI. alius alium *hortari*, pro *alter alterum*, quod tamen proprie de *duobus* tantum dicitur. ipſum etenim *aliud* diverſitatis per ſe nomen eſt. Heuſſ. *aliud alio tranſfer-*

4 cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus initio
5 partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia, pro continentia & aequitate lubido atque ſuperbia invaſere; fortuna ſimul cum moribus immutatur.

ferri. Sed *Ferri* eſt verbum violentum, uti apud Graecos.

NEQUE MUTARI AC MISCERI. turbari, confundi. Vet. Ed. & Vinar. 2. *commiſceri:* Struv. *ita miſceri*, male, uti & Guelf. 7. qui *immitari*, forte pro *immutari*. Plaut. Trin. A. II. Sc. II. *v.* 7. *Turbant*, miſcent *mores mali*. Cic. de Har. Reſp. *c.* XXII. *ea* miſcet, *ea turbat*. adde V. epiſt. XVI. n. 4. Plin. I. epiſt. XX. n. 19. *omnia denique perturbat ac* miſcet. Sulpic. Sever. Hiſt. S. II. extr. *turbari aut* miſceri *omnia cernerentur*. Phaedr. I. Fab. II. *v.* 2.

Procax libertas civitatem miſcuit.

adde *c.* X. n. 1. *fortuna ſaevire ac* miſcere *omnia coepit*.

CERNERES. Imperſonaliter pro *cerneretur*, vel *cerneret quis*, ſi Donatum atque Chariſium audias. vide ad Jug. *c.* I. n. 2. infra *c.* XXV. *pecuniae, an famae minus parceret, haud facile* decerneres.

4. FACILE HIS ARTIBUS RETINETUR. *Artes* ſunt mores, ſtudia, & modo *virtutes*, modo *vitia*, vide *c.* III. n. 4. V. n. 7. & mox n. 9. verbo, quod nos *media* dicere ſolemus. Et Donatus quidem ad Andr. A. I. Sc. I. *v.* 4. docet *artem ab* ἀρετῇ dictam eſſe. conſentit Diomedes Libr. II. qui addit: *unde veteres* artem *pro* virtute *appellabant*. Plaut. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 34.

Nam ſi in te aegrotant artes *antiquae tuae*,
Sive immutare vis ingenium moribus
Aut ſi demutant mores ingenium *tuum*,
Omnibus amicis morbum tu incuties gravem.

Livius Praef. *per quos viros, quibusque* artibus *domi militiaeque & partum & auctum imperium ſit*. adde Jug. *c.* XLVIII. n. 1. Q. Septimius IV. *c.* I. *in pace etiam praeclara* pudicitia *ex qua haud minorem, quam ex reliquis* artibus *gloriam adeptus erat*. Hoc dictum autem adeo veritati conſentaneum eſt, ut ſaepe *ſcelera, etiam ſceleribus tuenda fuerint*, Senec. I. de Clem. *c.* XIII. uti *armis quaeſita, armis tuenda*, Vellei. II. *c.* LVII. Qui vero initio bonas artes ſimulaverunt, ut ſibi regnum pararent, ad proprias malas reverſi omnia miſcuerunt, vide Juſtin. XXI. *c.* I. Herodian. II. *c.* III. Plin. Pan. *c.* LXVI. Tac. XV. Ann. *c.* XXI. Ex Polybii autem Exc. X. *c.* XXXIII. locum hunc deſumtum eſſe, jam docuit P. Victorius. Ceterum *his artibus* reſcripſi, auctoritate MSS. omnium, quos inſpexi, & edit. vetuſtae. neque aliter Baſileenſes, & Excerpta Incertorum ac Remenſium. ſolus tamen Guelf. 12. habet *iis* artibus, & Baſil. 3. *ab initio*.

5. VERUM UBI PRO LABORE. *Ubi* Salluſtio frequentiſſime pro *Cum, quando, Poſtquam*, quod tironibus adnotamus. ſic & *ibi* pro *tunc*, Jug. *c.* XLIX. Nec id minus Ciceronianum, (nam de Plauto, Terentio, Livio & ſimilibus non dicam) qui IX. ep. XX. n. 8. ubi *ſalutatio defluxit litteris me involvo, aut ſcribo, aut lego*. Donatus ad Ter. Andr. A. V. Sc. II. ubi *voles, accerſe*. Ubi *pro* quando. *non eſt enim loci, ſed* temporis *adverbium*. puta eo loco, nam utriuſque ſignificationis eſt, ut vel Servius docet ad I. Aen. *v.* 719. adde eumdem ad III. Aen. *v.* 410. & VI. *v.* 271. *Labor* ſtudioſam in res intentionem, & ſingulatim virtutem bellicam notat, vide ad *c.* VII. n. 4.

PRO CONTINENTIA ET AEQUITATE. Vinar. 1. Fabric. 1. & Heuſſ. *aequalitate*. Senat. 2. Vinar. 2. Edit. vet. *aequabilitate*. ceteri cum editis faciunt. *Superbiae* oppoſuit *aequitatem*, unde non de nihilo eſſet *aequalitas*, niſi *aequitas* idem notaret. *Aequum* pro *aequali* videbis ad Jug. *c.* CI. n. 3. Cicero I. Offic. *c.* XIX. *Difficile autem eſt, cum* praeſtare omnibus *concupieris, ſervare* aequitatem, *quae eſt* juſtitiae *maxime propria*.

LIBIDO ATQUE SUP. INVASERE. Imperium, ſive imperantes, puta. nos quoque ſine caſu Nominis dicere poſſumus: *ſie ſind eingebrochen, haben über Hand genommen*. *c.* XXXI. n. 1. cum caſu: *repente* omnes *triſtitia* invaſit. aliter Livius V. *c.* XIII. dulcedo invaſit *proximis comitiis tribunorum militum plebejos creandi*. & Auguſtin. III. de Civ. D. *c.* XXXI. *Deinde tunc primum per Cn. Manlium Procoſ. de Gallograecis triumphantem, Aſiatica* luxuria *omni hoſte pejor* invaſit. Sic *inceſſerat*, *c.* VII. n. 3. *c.* X. n. 6. *invaſit*. adde *c.* XIII. n. 3. Jug. *c.* XIII. *tanta commutatio* inceſſit.

FORTUNA SIMUL CUM MORIBUS IMMUTATUR. Quoniam mores mutantur, *ſtatim etiam* ſtatus & conditio mutatur. Baſil. 3. *ſimul fortuna c. m. i.* Non ſani prorſus coloris illud ſimul, & ſine illo Livius XXII. *c.* XXII. *Abelox Hiſpanus, fidus ante Poenis: tum* cum *fortuna mutaverat fidem*. adde infra *c.* XXXIII. n. 5. Simile quid accidit Dionyſio Juniori apud Juſtin. XXI. *c.* II. & V. accidit etiam Tarquinio Superbo, Flor. I. *c.* VII. &c. cum fortuna autem ſaepius etiam mores mutari, tractat Cic. Laelio *c.* XV.

latur. ita imperium ſemper ad optumum quemque a minus bono trans- 6
fertur. Quae homines arant, navigant, aedificant, virtuti omnia pa- 7
rent.

6. AD OPTIMUM QUEMQUE A MINUS BONO. Ita omnes Noſtri, niſi quod Eccard. Incert. uterque, Vinar. 1. & Acad. ordinem mutent *a minus bono ad optimum quemque*: quibus verus ille poſitus verborum ita inſolens fuit, uti illis, qui corruptiſſime expreſſerunt: *ab optimo quoque ad minus bonum*. in quo nulla vis, nulla ſententia. Sed illi cogitare debuiſſent primo per elegantiam terminum *ad quem*, uti loquuntur, praeponi termino *a quo*, uti *c.* XXXVI. ad *occaſum*, ab *ortu Solis*. Deinde ſenſum eſſe: ad optimum quemque transferri imperium, tam *ex intentione eorum, qui poteſtatem transferendi habent*, qui melius & juſtius imperium quaerunt; etſi non ſemper inveniant; quam ex natura ipſorum imperantium, dum numquam ad gentem aliquam imperium pervenit, niſi *melior aut bello*, aut aequitate, aut aliis artibus fuerit: cum contra ea, cui ademit, aut deſidia torpuerit, aut aliis vitiis imperio jam exciderit, antequam regno privaretur. De prioribus exemplo ſunt Vejentes (nam de Romanis, qui Reges, ipſos Conſules, Decemviros, alios imperio ita privarunt, non dicam) taedio annuae ambitionis regem creant, Livius v. *c.* 1. Athenienſes ſaepius mutant; mox populo, mox Senatui, mox triginta viris imperium conferunt & adimunt, Juſtin. lib. v. ſemper ſperantes ad optimum transferri, licet falſi fuerint. Et valent hic illa Dionis de electione Macrini: *ἀγαπητῶς αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐδέξαντο, οὐχ ὅτι τινὶ διελάβοσαν, ὡς δ' ἐσέρωτο εὐδαιμόνοι καὶ πάντα τινὰ καὶ τῶν τυχόντων αἱρετώτερον αὐτοῦ νομίζοντες ἔσεσθαι*. de quo eodem Capitolin. *c.* II. *quamvis ſenatus eum imperatorem* odio Antonini Baſſiani *libenter acceperit, quum in ſenatu omnibus una vox eſſet*: quemvis *magis quam parricidam*, quemvis *magis quam inceſtum*, quemvis *magis quam impurum*, quemvis *magis quam interfectorem & ſenatus & populi*. De poſterioribus breviter Claudian. III. Stilic. *v.* 160.

-- *nam cetera* regna
Luxuries *vitiis, odiisque* ſuperbia *vertit*.
Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas:
Atque idem Thebis cecidit. ſic Medus ademit
Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes.
Subjecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis.

Sed ipſos etiam Romanos, cum deſidia, luxuria & longo otio corrupti eſſent aliorum, qui ea parte meliores erant, rapinas fuiſſe, quis neſcit? *quemque* male omittit Guelf. 9. cum & *cap.* VII. extr. *optimus* quisque *facere*, dixerit. *a minus bono* abeſt Remenſ. 2.

7. QUAE HOMINES ARANT. h. e. etiam in agricultura, navigatione, aedificatione, ſervilibus officiis, virtuti, adeoque *animo* noſtro primae partes debentur. Male haec Turnebus VI. Adverſ. *c.* XX. male etiam omnes reliqui interpretes ceperunt, quorum opiniones, lector, caſſa nuce non emeris. Noſter verſatur in demonſtranda praeſtantia & imperio animi, ejusque excellentiam I. prae naturalibus bonis *c.* I. n. 4. II. in re militari *c.* I. n. 5. III. in imperio *c.* II. n. 2. demonſtravit. Igitur non omittendae fuerunt IV. res domeſticae, quas infra vocat, *ſervilia*. in quibus praeſtantiam ſuam animus non patitur deſiderari, & in quae animus quaſi dominatur. aliud longe eſt prudenter navigare, aedificare, aliud imprudenter. & iſta homines haud noſſent, niſi ingenii humani ſollertia excogitaviſſet & eadem dirigeret. Apulej. de Mundo p. 72. *Omne quippe humanae vitae praeſidium* ingenio *ejus eſt paratum: cultus* agrorum, *uſus frugum*, artificum *ſolertia*, *proventus* artium, *commoditatesque vitae humanae*. adde omnino Senec. Epiſt. XC. Nemini autem fraudi eſſe debet, quod tam pauca de his Criſpus proferat, cum non multo plura de divitiis & forma ſupra dixerit, & ipſa res levis & indigna animo ejus fuerit viſa, de qua pluribus verbis diceret. Ad hoc *amputatae ſententiae; & verba ante exſpectatum cadentia* jam olim in Noſtro animadverſa ſunt, teſte Seneca Epiſt. CXIV. Porro *quae arant* &c. recte dixit, uti Horat. III. Od. XVI. *v.* 26. Quidquid arat *impiger Appulus*. & Noſter infra *c.* XX. *in exſtruendo mari*. ubi plura. Pro *homines* Fabric. 1. 2. Remens. 2. Guelferb. 1. 2. 5. Baſileenſes, Heuſſ. Vinar. 1. Senat. uterque & ed. vet. habent *omnes*, qui error in veteribus libris valde uſitatus eſt, & Guelf. 3. manifeſtavit, qui *omies* habet. Multum autem confuſionis inde ortum eſſe diſcere potes ex Stewich. ad Arnob. VII. p. 147. Behot. I. Apophor. *c.* I. ſed Vinar. 2. *Quae homines omnes*, utramque lectionem notans in contextu, de quo ad *c.* XLVII. mi. alibi.

VIRTUTI PARENT. Male Vinar. 2. Guelf. 8. & a manu ſecunda 9. *parant*. Horat. II. Sat. III. *v.* 94.

--- *omnis enim res*
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulcris

8 rent. Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti incultique vitam, ſicuti peregrinantes, tranſegere: quibus, profecto contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam mor-

Divitiis parent.
Atque hic quidem unicus Horatii locus dignus ſolum eſt, qui, inter tot ſupervacuos, a I. Waſſio citaretur.

8. DEDITI VENTRI ATQUE SOMNO. Voluptati atque deſidiae. *Venter* enim, quod Apoſtolus ait, Deus eorum, qui voluptatem ſectantur. addit Senecam *libidinem* Epiſt. LV. *ille ſibi non vivit*, *ſed* ventri, ſomno, *libidini*. Idem VII. Beneſ. *c.* II. ventri *ac libidini dediti; quorum animus* inerti otio *torpet*. Cic. pro Sext. *c.* LXVI. *cum iis, qui ſe patriae, qui ſuis civibus, qui laudi, qui gloriae, non qui* ſomno, *& conviviis, & delectationi natos arbitrantur*. Herodian. I. *c.* VI. n. 2. Τὸ ἀδαίμον ΓΑΣΤΡΙ ϗ τοῖς αἰσχίσοις (οἱ κόλακες τραπέζης) μετρῦσι.

INDOCTI, INCULTIQUE. Conjunctionem omittit Guelf. 6. & Incert. 2. Priſcianus etiam utrumque Nomen. contra Apulej. de Deo Socr. p. 54. *ipſi autem horridi*, inculti indoctique *circumeunt*. & hoc plane poſitu Guelf. 12. Baſileenſ. I. *indocti atque inculti*, ſed ita, ut conjunctio ab alia manu eſſe videatur. Gloſſae autem MSS. *indocti* ad animum, *inculti* ad corpus trahunt, quemadmodum Noſter alibi *deſidiam* & *ſecordiam*, ſimili relatione, conjungit.

SICUTI PEREGRINANTES, TRANSEGERE. *Peregrinantes* egregie explicat Zeno Veronenſ. ſerm. XXXVII. ubi inter alia: *ſed qui ſunt* praetereuntes, *niſi qui* peregrinantes *corporalis vitae ſaeculum* tranſeunt. ſed lege quae ſequuntur, & Gronovium. *Tranſegere* deſumpſi ex Fabric. utroque, utroque Senat. Baſil. I. & 2. Heuſſ. Vinarienſibus, Eccard. Acad. Guelf. I. 2. 3. 4. 9. & a manu ſecunda 12. Nam 5. & 10. cum Baſil. 3. habent *tranſigere*, quod Grutero tantopere placuit. ſed in 5. eadem manu accentus poſitus eſt ſupra *e*, hoc modo *tranſigère*. 6. vero & 7. cum Remenſ. Incert. utrisque, & Struviano: *tranſiere*, quomodo & Servius & Nonius IV. n. 489. citat, & voluit forſitan Zeno. Guelf. 8. *tranſire*, 11. *tranſierunt*. Neque hoc mirandum. Cuilibet enim accidere poſſet, ut, cum *cap.* I. n. I. vitam ſilentio *tranſire* legiſſet, hic *tranſire* τῷ *tranſigere* praeferret. Sed Criſpus qui ſemper *animi* voce utitur, mox tamen hoc cap. *animam* adhibet. & ſic B. Jug. *c.* I. & II. & infra *c.* IV. num. I. *aetatem habere* & *agere* variat, cur non etiam in iſtis verbis idem ſectari debuit? *Tranſigere* otioſis, inquis, non ſatis accommodatum eſt. Eſt. Tacit. de mor. Germ. *c.* XV. *plus per otium* tranſigunt, *dediti ſomno ciboque*. Ovid. I. Faſt. *v.* 68.

Otia *terra ferax*, *otia pontus* agit.

Idem Lib. II. *v.* 724.

Luditur in caſtris; otia *miles* agit.

In Vinar. I. eſt *veluti*, pro *ſicuti*.

CONTRA NATURAM. Humanam, quae cultu animi *delectari*, corporis vero ſervitiis tantum uti jubet. vide Cic. I. Offic. *c.* VI. Unde qui culturam animi atque mentis agitationem omittunt, haud abſurde Quinctil. I. *c.* I. cum *monſtris naturae* contenduntur. Contra Stoici frequentant *ſecundum naturam*, *Naturae convenienter vivere*, quibus omnia vitia *cum Natura pugnare* ſunt viſa. vide Senec. Ep. XC. & CXXII. Multa etiam diſputat D. Auguſtin. III. Confeſſ. *c.* VIII. de flagitiis, quae fiunt *contra naturam*, & quae fiunt *contra mores*, & priora quidem ſemper deteſtanda eſſe pronunciat, quo refert *libidinem* & reliqua vitia, quibus animum aut corpus noſtrum corrumpimus. vide *c.* XXIII. n. I. & Jug. *c.* II. n. I.

ANIMA ONERI FUIT. *Incommodo.* animam non *inutilem* tantum, ſed & *odioſam* ſibi habuere. adeo neſcii ſunt ſuae felicitatis. vide *c.* X. n. XLVI. n. 2. & Jug. *cap.* XIV. n. 5. Apulej. Florid. p. 350. *Denique in forum exilit*, *rem familiarem abjicit*, *velut* onus *ſtercoris*, *magis labori*, *quam uſui*. Quae autem vera ſit *voluptas*, quam ex animo haurire licet, docte exſequitur Seneca VII. de Beneſ. *cap.* II. & quod corpus ſit animi *pondus*, *ſarcina* ac *poena*, Idem Ep. LXV. Interim tamen haeſitavit ſcriba Guelf. 5. in voce *oneri*, cujus loco vacuum ſpatium reliquerat, quod poſtea novitia manus vulgata lectione implevit. Baſil. 2. *honori*, facili errore pro *honeri*: isque etiam verbum ſubſtantivum non ſcripſit.

JUXTA AESTUMO. Pariter nihili &, quod Gloſſ. Guelf. I. habet, *aequaliter vilipendo.* ita enim ſolent, ubi inprimis alterum membrum notae eſt malignitatis, ut fruſtra ſit Guelf. 9. *proximam eſſe exiſtimo*. *c.* XXXVII. *homines reip.* juxta *ac ſibi conſuluiſſe*. *c.* LXI. *ſuae hoſtiumque vitae* juxta *pepercerant*. hoc *c.* XII. n. 2. eſt *promiſcua habere*. Henricus Septimellenſis de div. fort. & conſ. Phil. IV. *v.* 131.

Blandus adulator & proditor impius aequo
Semper, *dum vivis*, *ſint* in amore *tibi*.

Sc-

mortemque juxta aeſtumo, quoniam de utraque ſiletur. Verum e- 9
nim vero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui aliquo

Seneca de Conſtant. *c.* XIX. *Et honores & injuriae vulgi* in promiſcuo *habendi ſunt*. Mela I. *c.* XIX. *ſolus aeſtus hiememque* juxta *ferens*. Rurſus Senec. Phoen. *v.* 98.

--- qui cogit mori
Nolentem, in aequo eſt, *quique properantem impedit*.

addc Thucydid. II. *c.* XLIV. ubi verbum judicii ſub,ungit; pariter ac *c.* LIII. *ἐφήμερα τά τε σώματα, καὶ τὰ χρήματα* ΟΜΟΙΩΣ *ἡγούμενοι*; mox tamen: *κρίνοντες* ΕΝ ΟΜΟΙΩΙ *καὶ σέβειν, καὶ μή*. Hoc idem vult Horat. IV. Od. IX. *v.* 29.

Paullum ſepultae *diſtat* inertiae
Celata virtus.

Praeterea Baſil. 2. Eccard. Struv. Guelf. 1. 4. 6. 7. 9. & 10. *exiſtimo* habent, adnuentibus 8. 11. & Baſ. 3. qui *extimo*. In 12. itidem fuit *exiſtimo*, quod nunc correctum eſt. Gloſſa tamen remanſit: Aeſtimare *conſiderare eſt: exiſtimare vero poſt noſtram inveſtigationem judicare; non enim quicumque* aeſtimat *ſtatim &* exiſtimat. Eadem poſtea *aeſtimare* pro *taxare* videtur accipere. Recte autem cenſuit de illo *exiſtimare*, vide Cic. I. ep. v. n. 5. Et Salluſtianum eſſe hoc verbum, Donatus perſuadebit ad Phorm. A. I. Sc. I. *v.* II. vide modo *c.* IV. n. 4. Corn. Nepos Caton. *c.* I. magni*que ejus opera* exiſtimata *eſt in praelio apud Senam*. poſt paullo: *quod non minoris* exiſtimamus. Vide, ſi placet, quae egregia I. Fr. Gronov. ad Liv. XXXIV. *c.* II. ad Gellii I. c. III. de his verbis diſſeruit. At hic contra meliores Codd. nihil fuit novandum.

9. VERUM ENIM VERO. Gloſſ. Guelf. I. interpretatur *Sed certiſſime*. At Gloſſ. 12. *Completivam autem etiam Salluſtius oſtendit in hoc Catilinario libro.* Verum enim vero is demum mihi vivere. *hic* enim vero *ornatus cauſſa adjuncta eſt, quamvis etiam poſſit* approbativa *eſſe. lege Priſcianum de Conjunctionibus completivis circa finem:* quae tota verbotenus exſcripta eſt ex Priſcian. XVI. p. 1032. Prior vera eſt, eſt enim ea dictio *adverſativa* & *adfirmativa* ſimul, quod & ex *c.* XX. adparet. Raro eadem Cicero, ſaepiuſcule Livius utitur, uti XXIV. *c.* V. XXXI. *c.* XXX. XXXVI. *c.* XL. XXXVII. *c.* LII. XXXIX. *c.* IV. & alibi. Uſus eſt jam Cato apud Gell. XIII. *c.* XXIII. Verum enim vero *cum tantam remp. agier arbitrarer*. Et diu poſt illa tempora Apulej. de Hab. Doctr. Plat. extr. & de Deo Socr. p. 52. Bene autem Jo. Rivius comparavit Terent. Adelph. A. II. Sc. III. *v.* 2. Verum enim vero *id* demum *juvat*.

VIVERE. Cicero pro M. Marcello *c.* IX. *Neque vero haec tua* vita *ducenda eſt, quae corpore & ſpiritu continetur, illa, inquam, illa* vita *eſt tua, Caeſar, quae vigebit* memoria *ſaeculorum omnium*. Apulej. de D. Socr. p. 53. *Nihil aeque miror quam cum omnes & cupiant optime vivere, & ſciant non alia re quam* animo vivi, *nec fieri poſſe, quin optime vivas, niſi* animus colendus ſit; *tamen animum ſuum non colant*.

FRUI ANIMA. *Fructum vitae capere*, quod Cic. II. Phil. *c.* XIII. dixit. & non ſine cauſſa ac utilitate vivere. Accius apud Nonium *c.* V. n. 20. *Sapimus animo*, fruimur *anima*. Pro eo Seneca Epiſt. LVII. *multis iners vita, ſine* uſu *jacuit* ſui. & LX. *Vivit is, qui* ſe utitur. & Hyppol. *v.* 446.

Aetate fruere. *mobili curſu fugit*.

adde Claudian. Epigr. II. extr. & Barth. atque Gronov. ad Juvenal. Sat. I. *v.* 49. p. 898. ed. Hennin. ſive illum in Adverſariis, hunc ad Senec. Herc. Fur. *v.* 34.

QUI ALIQUO NEGOTIO INTENTUS. Sic MSS. & impreſſi plurimi numero. at Fabric. 2. Academ. & Guelferb. 5. *qui* in *aliquo negotio intentus*. De quo nunc demum judicabunt eruditi. ego enim & alibi pro tertio Caſu, quem & Jo. Rivius hic neceſſarium eſſe vidit, inveni ſextum cum Praepoſitione poſitum. Terent. Andr. A. IV. Sc. IV. in quibus *ſic illuditis*. Donatus: *& illudo* in te *ſeptimo caſu, & illudo* tibi *dicimus; ſed in primo ſupervacuum eſt, ut ſit* quibus *illudatis*. Noſter *c.* LI. *virtus major* in illis *fuit*. Cato apud Gellium XI. *c.* II. *ſi quis* in ea re *ſtudebat*; uti & Lucretius *deditus in re*, vide Giſan. Conlect. p. 327. Certe haec librariorum induſtria manifeſtare voluit, cur Ablativus voci *Intentus* adjunctus ſit. ad quam formam Terent. Phorm. A. I. Sc. IV. *v.* 2. *tanta* te *impendent mala*. Idem Eunuch. A. II. Sc. I. *indulget te*, pro *tibi*. Solent enim veteres Praepoſitionem Verbo adſcribere nomini detractam, quod adnotat Giſanius Conlect. in Lucret. p. 302. 385. & 435. Niſi & Florus I. *c.* I. n. 7. ſcripſiſſet: *adſuetus* ſanguine, & M. Seneca I. Controv. II. *humano* ſanguine *adſuetos*, & Caeſar I. Civ. *c.* LVIII. celeritate *navium &* ſcientia *gubernatorum* confiſi. & Livius XXXI. *c.* XXXV. *genus pugnae*, quo *adſueverant*. Criſpus Jug. *c.* XVI. *uti* fama, fide *commodum regis* anteferret. Quae ſi diligentius Gram-

quo negotio intentus, praeclari facinoris, aut artis bonae famam
10 quaerit. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter oſtendit.

CAP. III.

1 PUlchrum eſt bene facere reipublicae: etiam bene dicere haud ab-

Grammatici quidam conſideraſſent, non tot ſibi antiquos Dativos fingere potuiſſent. Sive enim per *in re*, *a re*, ſive *per rem*, *quod ad rem*, in his conſtructionibus ſextum caſum reddere volueris, videbis linguam latinam eum non refugere. Nam ne refingamus *aliquoi negotio*, tum Codd. vetant, tum Aruſianus Meſſus, qui haec ita citat in Exemplis Elocution. *Intentus illa re*. Salluſt. Catil. *qui aliquo negotio intentus*. Haec ille; qui & *invigilare hac re* dici, ex Virgilio probat. loca ſunt IV. Georg. *v.* 158. & IX. Aen. *v.* 605. *victu*, *venatu invigilant*, qui antiqui poſſunt eſſe Dativi; etſi & Servius pro *Ablativis dubiis* habeat.

PRAECLARI FACINORIS. *Facti* egregii. *Facinus* enim eſt vox media, *ἐκ τῶν μέσων* dicunt Grammatici. vide Nonium *c.* IV. ubi haec Salluſtii laudat. A. Gellius XII. N. A. *c.* IX. *Eſt plurifariam videre atque animadvertere in veteribus ſcriptis pleraque vocabula, quae nunc in ſermonibus vulgi unam certamque rem demonſtrent, ita fuiſſe* media *&* communia, *ut ſignificare & capere poſſent* duas *inter ſe res* contrarias: *ex quibus quaedam ſatis nota ſunt*, *ut* tempeſtas, valetudo, *facinus*, dolus, gratia, induſtria. *Haec enim fere jam vulgatum eſt* ancipitia *eſſe*, *&* utroqueverſus *dici poſſe*. Deinde *periculum* etiam, *venenum*, *contagium*, *honorem* inter ea enumerat. de *facinore* adde ad *cap.* XX. dicenda, ubi *pulcherrimum facinus* Catilina dixit.

ARTIS BONAE. Non ſervilis cujuſdam artificii, ſed virtutis bellicae, ſtudiorum litterarum, aut reip. prout *c.* III. explicat. Reſpice ad n. 4. & evolve Ariſtotel. I. Polit. *c.* II.

FAMAM QUAERIT. Sic *c.* I. n. 3. *gloriam quaerere*. Imitatur, ut plurima, Sulpicius Sever. I. H. S. *c.* IV. *His more humani ingenii conſilium fuit*, *inſigni aliquo opere* famam quaerere. Baſil. 2. *quaerat*: nimium Grammatice.

10. IN MAGNA COPIA RERUM. Cum *praeſertim tam* multae *variaeque* ſint artes animi, *quibus ſumma claritudo paratur*, ipſe interpretatur Jug. *c.* II. extr. nec potuit magis Grammatice. nam *in copia*, reddimus *cum copia ſit*, pariter ac duos iſtos abſolutos Ablativos. Sic *c.* XIV. in. In *tanta tamque corrupta* civitate. Jug. *c.* XIV. in *imperio veſtro*, cum vos imperatis. *c.* XXXIV. in *tam diverſis mentibus*, hoc eſt, cum mentes adeo diverſae ſint. Plancus Cic. X. ep. IX. n. 3. *Niſi* in multitudine *optimorum civium*, *impetus animi mei fuerit ſingularis*. adde IX. ep. XVI. n. I. I. ep. IV. n. 6. ep. IX. n. 26. infra cap. LI. n. 15.

NATURA ITER OSTENDIT. *Iter* male omittit Heuſſ. Notat *modum*, *inſtitutum*, viam nos dicimus, & dixit Noſter *c.* XI. & Jug. *c.* I. n. 2. qua ad famam pervenias. Ovid. II. Faſt. *v.* 702.

Prodendi Gabios quod ſibi monſtres iter.

Tacit. XVI. Ann. *c.* XVII. *ſimul acquirendae pecuniae brevius* iter *credebat per procurationes adminiſtrandis principis negotiis*. uti Seneca Praef. IV. Nat. Qu. *facilem ſibi eſſe ad divitias* viam. Idem Ep. VI. *longum* iter *eſt per praecepta*, *breve & efficax per exempla*. Quoniam igitur a diverſis *inſtitutis* hominum, ipſe vitae decurſus atque genus nomen accipere ſolet, non male dixit Auſonius Idyll. XV. pr.

Quod vitae *ſectabor* iter.

CAP. III. 1. BENE FACERE REIPUBLICAE. Hoc eſt *bona*, praeclara *facta* facere, in commodum reip. *Bene facere* pro *bonum quid facere* accepi; uti eſt apud Auſon. Epigram. LXXXII.

Si bene quid *facias*, *facias cito. nam cito factum*
Gratum erit; ingratum gratia tarda facit.

Vel potius uti Jug. *c.* LXXXV. n. 5. *quoniam* bene facta *mea reip. procedunt*. Horatius IV. Od. VIII. *v.* 20.

- - - *neque*,
Si chartae ſileant, *quod* bene feceris,
Mercedem tuleris.

Facere enim includit Nomen *Factum*; quod cum non expreſſum eſt, tam *bona*, quam *bene* verbo jungere potes. Sic Plin. V. Epiſt. XIX. *ars ejus & quaſi inſcriptio comoedus*, *in qua* plurimum facit. Lamprid. Severo *c.* L. *fecerat & phalangem cum quibus* multum fecit *in Perſide*. Vinar. I. pro *reip.* habuit primitus *in rep.* Sed *Reip.* expoſui *in commodum reip.* ut naturam ejus caſus aliquantum exprimerem. Juſtin. II. *c.* VIII. *quaſi* ſibi *non* patriae *viciſſet*. Sic Cicero ſaepe *Reipublicae convaluiſſe*, *vivere* & ſimilia, vide II. ep. XI. n. 4. V. ep. VIII. n. 3. X. ep. XVII. n. 3. Senec. ep. CVI. Scholae, *non* vitae *diſcimus*. adde infr. *c.* XV.

BE-

Digitized by Google

abſurdum eſt : vel pace, vel bello clarum fieri licet : & qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere multi laudantur. Ac mihi quidem, 2
ta-

BENE DICERE. Eloquentiam exercere, quaſi *bonam dictionem* dicere. aliud enim eſſe *loqui*, aliud *dicere*, Cicero docuit, qui & hac voce, ut neceſſe erat, cum Quinctiliano ſaepe utitur. vide inprimis Cic. I. Orat. *c.* v. VII. aliis. Idem Bruto *c.* XCIII. philoſophiam vocat *matrem omnium* bene factorum bene*que* dictorum. Unde & *Benedicta* pro cate dictis & elegantioribus ſententiis aliis accepta ſunt, de quibus librum ſcripſit Caſcelius lege 2. de Or. Jur. §. 45. *Caſcelii ſcripta non extant, niſi unus liber Benedictorum.*

HAUD ABSURDUM EST. Ἄτοπος eſt, pro *conveniens*, *dignum* eſt. *c.* XVII. n. 7. non ignarum ejus *conſilii fuiſſe*. *c.* XXIII. n. I. *natus* haud obſcuro *loco* *c.* LX. n. 3. *illi* haud timidi *reſiſtunt*. Jug. *c.* VIII. n. I. *Jugurthae* non mediocrem *animum accendunt*. *c.* XXVIII. n. 5. *belli* haud ignarus. & ſic ſaepiſſime. Cic. pro Archia *c.* III. *ſtudia propter tranquillitatem Romae* non negligebantur. Livius XXXVII. *c.* VII. *Scipio comitate, quae ſine luxuria eſſet*, non averſus. Lucanus II. *v.* 565.

Non privata *cupit*, *Romana quisquis in urbe*
Pompejum tranſire parat.

Terent. Eunuch. A. II. Sc. II. *hominem* haud impurum. Donatus: *non dixit* prodigum, *quia hoc ipſum probat: ſed non avarum, non improbum. Et ſic laudamus eos, in quibus nihil eſt, quod magnopere efferamus.* Qui fortaſſe alibi audiendus eſt, non hic. Nam quanta in laude, quantaeque utilitatis Romae fuerit eloquentia, quae ipſi Philoſophiae & Juris prudentiae praelata eſt, Cicero tibi probabit Bruto *c.* XLI. & Quinctil. Poem. Libr. I. & Auctor Dialogi de Orat. *c.* v. XXXVI. & perſonatus Cicero Declam. in Salluſtium. & Corn. Nep. Epaminond. *c.* VI. Breviter Cic. pro Murena *c.* XIV. *Duae ſunt artes, quae poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu* dignitatis, *una* Imperatoris, *altera* Oratoris boni. *ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur.* Neque hodie eam Politicis negligendam eſſe, oſtendit Reinhard. Theatr. Prud. Eleg. ad Lipſ. Polit. I. *c.* X. n. 16. p. 429. Ceterum Guelf. 3. habet: *haud ſurdum eſt*. Remenſ. I. *quam totiens haud abſurdum eſt*, vitio ſcribarum. Ceteri nihil movent, neque Sulpic. Sever. I. H. S. *c.* I.

VEL PACE, VEL BELLO. Academ. *vel* in *pace*, *vel* in *bello*. ſed is plerumque humilitatem quamdam in ſermone ſectatur. *c.* XIV. *convictis judiciis, aut pro factis judicium timentes.* Cic. V. ep. XI. n. I. *reliquis* rebus *omnibus me cognoſces fidum.* Livius XXXVI. *c.* XXIX. *terra marique.* & ſic Corn. Nepos. Nec debuiſſet iſtam Ellipſin inuſitatam dicere ad Cic. Senect. *c.* VI. *juventute, ſenecta quid gerere*, I. G. Graevius; cum *in juventute*, ſive *per juventutem* recte exponatur, ſicuti Gloſſ. Guelf. I. *per pacem, per bellum* hic expoſuit.

ET QUI FECERE. Puta *facta* egregia, quod ſequitur, & penes prius hoc membrum ita intelligitur, uti *quiſquam* *c.* XXXVI. aut *c.* VIII. extr. *optimus quiſque* facere, *quam dicere; ſua ab aliis* benefacta *laudari malebat*. mox Baſil. 3. *facta aliorum conſcripſere*. quomodo & Vinar. I.

MULTI LAUDANTUR. *Adeoque* gloriam & memoriam ſui *adepti ſunt*, cujus rei gratia animo & bonis artibus ſtudendum eſſe docet. Heuſſ. *multa laudantur*. Sed qui hoc modo laudantur ſunt fere innumeri. Juvenc. Praef. Hiſt. Ev. *v.* 6.

Sed tamen innumeros homines *ſublimia* facta
Et virtutis *honos* in tempora longa *frequentant*
Accumulant quorum famam laudeſque *poetae*.

Et mox *v.* II.

Nec minor ipſorum diſcurrit gloria vatum
Quae manet aeternae *ſimilis*, cetera.

Sed & Proſae Scriptoribus eadem gloria contigit. Laudabantur jam Salluſtii aetate non Homerus magis, quam Thucydides, non Accius, Naevius, Ennius, quam Q. Fabius Pictor, C. Licinius Macer, Cato, Piſo & plures. vide Dion. Halycarn. I. c. VII. ita ut jam Cornelius Nepos peculiares libros, de iis, *qui ſcribendo claruerunt*, compoſuiſſe, dicatur Hieronym. Praef. in Script. Eccleſ. Quot *Viros* factis *illuſtres* laudare potuit Corn. Nepos, Plutarchus, Aur. Victor: quot laudant ceteri ſcriptores omnis generis? Sed non minorem numerum clarorum etiam Scriptorum dederunt vel noſtra aetate ii, qui eos cum cura memorarunt: quibus evenit, quod Propert. II. Eleg. VIII. *v.* 23. ſibi perſuaſit: *Tua caſtra canendo Magnus ero.* adiice Macrob. II. Somn. Scip. *c.* XVII. Gloſſa Guelf. I. *Achillem*, & minus apte *Lucanum* exempla laudat.

2. AC MIHI QUIDEM. Fabric. 2. Senat. 2. Vinar. 2. Incert. uterque, Eccard. Remenſ. 2. Guelf. 7. 8. 9. 10. & ed. vet. *At* ſcribunt; Guelf.

11. *Et*

tamen etſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum ; tamen in primis arduum videtur res geſtas ſcribere : primum quod facta dictis ſunt exaequanda : dehinc, quia plerique, quae delicta reprehenderis, malivolentia & invidia putant : ubi de magna virtute

II. *Et :* quae confuſio cum infra occurret *cap.* XLVII. n. 2. Jug. *c.* XXXIII. & alibi, tum eſt in vetuſtiſſimis etiam Codd. ab aliis animadverſa. Vide Pierium ad Virg. IV. Eclog. *v.*18. II. Georg. *v.*467. 478. &c. Drackenb. ad Sil. VI. *v.* 190. Hic vero *Ac* praeferendum.

TAMETSI HAUD QUAQUAM. In Guelf. 5. litura teſtatur fuiſſe *tamen etſi*, quod Salluſtio vindico ad *c.*XXI. n. I. De eo, quod cum *tamen etſi* dixerit, intulerit etiam *tamen*, conſule notam ad Jug. *c.*XIII. n.4.

GLORIA SEQUATUR. Comitetur, ſeſe accommodet. h. e. ſcriptor acquirat, adipiſcatur gloriam. Sic *c.*XII. n. I. *divitias* ſequitur *potentia* I. Hiſtor. *fortuna meliores* ſequitur. Seneca VI. Benef. extr. *Opinionem atque famam eo loco habeamus, tamquam non ducere, ſed* ſequi *debeat*. Plura infra ad *c.*LIII. extr. Guelf. I. 2. & 5. maluerunt *ſequitur*, ut *c.* XXI. & alibi. eaque omnino caſtior eſt lectio.

SCRIPTOREM ET AUCTOREM. Non mirum eſt, quoſdam dediſſe *actorem* hoc loco, cum & Jug. *c.* I. n.4. & *c.* XXII. n. 2. ſimilem errorem in manu ſcriptis offenderim. lege & Gebhard. I. Crepund. *c.* XII. Caſaub. & Torrent. ad Sueton. Jul. *cap.* IV. *Auctorem* ſancte ſervarunt ex noſtris Struv. Vinar. 2. Eccard. Incert. uterque, Baſil. 2. & 3. Guelf. 4. 6. 7. 10. 11. 12. & ed. vet. Baſil. I. nunc quidem *actorem*, ſed ita, ut eraſum *u* inter duas priores litteras manifeſto liqueat : & ſimiliter dubium eſt in Vinar. I. *Auctor* eſt, qui aliquid efficit, & a quo quid proficiſcitur, ut dixi ad Cic. X. ep. VIII. n.7. Sic *auctor rerum*, qui res geſſit, ut Jug. *c.* I. *auctor negotiorum*, & Plin. XXXIV. *c.* VIII. *In mentione ſtatuarum eſt & una non praetereunda, licet* auctoris *incerti* h.e. artificis, qui fecerit. Seneca Medea *v.* 977. *ſceleris auctor* Vellej. Pat. II. *c.* X. *praeclari facinoris* auctor *fuit Caldus Caelius*. Sueton. Aug. *c.* XXVIII. auctor *optimi ſtatus*, & quae ſunt ſimilia. Confirmat A. Gellius IV. *c.* XV. & *actor* eſt Gloſſa mera. *rerum* inter lineas jacet in Struviano, & omiſſum eſt in Vinar. 2. qui mox pro *tamen*, *verum* exhibet.

ARDUUM VIDETUR. Idem Noctium ſcriptor de voce *arduum* ibidem diſputat & comparat cum Graecorum δυσχερὲς & χαλεπὸν. Juſtinus Praef. n. 2. *cum plerisque auctoribus ſingulorum regum vel populorum res geſtas ſcribentibus opus ſuum* ardui *laboris videatur*. Sic Apulej. de Mundo princ. *laborem* arduum *& profundum* dixit.

FACTA DICTIS SUNT EXAEQUANDA. Sic Noſtri aliorumque Codd. plures & meliores. At Eccard. Acad. Sen. 2. Struv. Vinar. 2. Inc. 2. Guelf. 3. & 10. *exequenda*. Guelf. 8. *eſequenda*. Verbum vero *ſunt* modo ante, modo poſt *exaequanda* ponitur. mihi valde odioſum pariter, ac otioſum eſt. Sed *exaequanda* Gloſſ. Guelf. X. reddit : *componenda, comparanda, adſimilanda*, non ita bene, ut Gloſſa Fabric. 2. *ita ut magna magnitudine dicantur, humilia humilitate :* adde *ut bona laudentur, mala reprehendantur*, hoc ſequentia & τὸ *primum* volunt. Noſtrates dicerent *gleichkommen*, quando dictis adſequimur facta, ita dicimus atque ſcribimus, ut ſunt facta. Plin. VIII. ep. IV. *Una ſed maxima difficultas, quod* haec aequare dicendo *arduum*. & ſic Livius atque Virg. II. Aen. *v.*361. *quis funera fando Explicet, aut poſſit* lacrumis aequare *labores*. & ſic Claudian. II. Ruffin. *v.* 422. Idem tamen IV. Conſ. Hon. *v.* 430. *jam natus* adaequat *Te* meritis : quomodo Sidon. IX. ep. XIV. *Opera Suetonii, Martialis hiſtoriam, quisve Balbi Ephemeridem* fando adaequaverit. Rurſus Claudian. II. Ruff. *v.* 482. Exaequat *damnum* meritis. pro eo Auct. ad Herenn. III. *c.* VI. *Si laudabimus vereri nos dicemus, ut illius* facta verbis conſequi *poſſemus*. Junge his Senec. Epiſt. XCV. & Quinctil. III. *cap.* X.

DEHINC. Proletarias quasdam edd. occupavit *deinde*, quod in nullis ſcriptis nec edd. melioribus deprehendi. attamen Vinar. 2. & ed. vet. *dein :* eo pacto, quo apud Flor. Praef. n. 7. & II. *c.* VIII. pro *dehinc* quidam Codd. *dein*, & apud Sueton. Tib. *c.* IX. pro *exhinc* MS. cetera probus, *exin* nobis propinant. Particulam *dehinc* non ex Afranio modo, ſed etiam ex Virg. III. Georg. *v.* 167. &c. Ovid. Faſt. VI. *v.* 788. Horat. Epod. XVI. *v.*65. Liv. I. *c.* LIX. Tacit. VIII. Ann. *c.* XXXVIII. & multis aliis potes defendere. adde Jug. *c.* XIII. n. 4.

QUAE DELICTA REPREHENDERIS. Incert. I. Guelf. 2. Fabric. 2. Guelf. 2. & 3. maluerunt : *delicta, quae repr.* Sed illi ignorarunt morem Salluſtii & optimi cujusque, de quo aliquid ad Jug. *c.* XLI. n. 4. quod *in adverſis rebus optaverant* otium. ubi itidem interpretes haeſitarunt.

tute & gloria bonorum memores, quae ſibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; ſupra ea, veluti ficta, pro falſis ducit. Sed 3
ego adoleſcentulus, initio ſicuti plerique, ſtudio ad rempublicam latus ſum,

runt. Sollemne eſt Criſpo, *delicta* haud nude referre, ſed ſimul ſatis acriter reprehendere, & ita etiam *facta dictis exaequare*, quod jam obſervavit Servius ad VII. Aen. *v.* 660. Confer *c.* XIII. n. I. XXXVII. n. 2. XLII. extr. &c. hinc male Guelf. 10. omiſit vocem *delicta*, pro quo 11. primitus *dicta*.

MALIVOL. ET INVIDIA DICTA PUTANT. *Malivolentiam* proprie dixit, pro *mala* in eos, quos reprehenderit, *voluntate*, vide *c.*XII. n.I. ita autem, non *malevolentia* ſcribunt Codd. noſtri. *Invidiam* vocat *odium* illud, de quo ad *cap.* XXII. extr. nam & haec illis, qui infenſi ſunt, tribuitur, ut hoc *c.*extr. & apud Liv.I. *c.*XXVII. invidia *vulgi ingenium dictatoris corrupit*. *Dicta* non legitur in Incert. I. ſed *maliv. & inv. reprehendiſſe putant*. Fabric. I. *dictum*; Acad. *ducta*. ceteri etiam non ſatis ſibi conſtant. quamobrem expunxi: Senſu enim, quod Incert. I. indicat, repetendum eſt *reprehendiſſe*, qua figura uſus eſt Noſter Jug. *c.*III. n.4. XIV. n.4. & alibi. Cic. II. Offic. *c.* XXII. *Ne illam quidem* conſequuntur, *quam* putant *gratiam*. Idem in Oratore: *Sequitur ergo, ut qui* maxime cadant in orationem aptam *numeri*, *videndum ſit*. *Sunt, qui Jambicum* putent. Tacit. XIII. Ann. *c.* LVII. *neque extingui poterant, non ſi imbres caderent, non ſi fluvialibus aquis, aut quo alio humore*, puta *extinguere vellent*. Sic eſt in Cod. antiquiſſimo Mediceo. vulgo appendunt *niterentur*. Liv. XLIII. *c.* XVII. *Ne, quod bello captos & hoſtes mos eſſet, id pacatae & ſociae civitates* ignominiae acciperent. ubi itidem vulgo turbant; Sed Gronovius docuit adſumendum eſſe: *quod hoſtes* ignominiae accipere *mos eſſet*. Lege de eadem Syllepſi Donatum ad Terent. Eunuch. Prolog. & Adelph. Act. III. Sc. IV. Naturale autem eſſe, ut indignationem noſtram commodemus illis, qui male ſunt tractati, auctor eſt Chryſoſtomus XIII. de ſtatuis. confer infra *c.*LI. n.15. & Plin. V. Epiſt. VIII.

GLORIA BONORUM. *Gloria* eſt factum, quod gloriam adfert, ut apud Tacit. III. Ann. *c.*XLV. & Curt. IX. *c.* VI. n.2. lege & Virg. IV. Eclog. *v.* 26. 27.

QUAE S. Q. FAC. FACTU PUTAT. Baſil. I. & Heuſſ. *putant* a prima manu. Mallem & *putat*, & Provocabulum *quae* abjiceretur, niſi Thucydides prohiberet. Fabric. I. Heuſſ. Vinar. I. & Baſ. 2. cum paucis aliis *facto*; at Incert. 2. Acad. & Baſ. 3. *facta*, ut infra *optimum factum*, vide *c.* XXXII. n. I. Sed Plaut. Perſa Act. V. Sc. I. *v.* 9. *Quorum opera baec mihi* facilia factu *facta ſunt, quae volui effieri*. adi & *c.* VI. n. 2.

AEQUO ANIMO. h. e. *aequali*, nec laudante, nec vituperante. Jug. *c.* XXXIV. *Vos, Quirites, imperio nati*, aequo animo *ſervitutem toleratis*. adde Jug. *cap.* CI. n. 3. Horat. I. Sat. V. *v.* 8.

- - - *coenantes haud* animo aequo
Exſpectans comites.

SUPRA EA. Quae *ſupra facilia* h. e. *difficilia* ſunt, narraveris, quaeque *impoſſibilia* putant. neque aliter Gloſſa Guelf. I. *ea* autem ſervant MSS. noſtri ſincere & conſtanter; tantummodo Guelf. 9. a manu ſecunda additum eſt; & Heuſſ. atque Senat. 2. gloſſam in textum receperunt: *ſi ſupra ea aliquid addideris*. Sic Jug. *c.* LVII. n.4. *Contra ea*. ut Corn. Nepos Epaminond. *c.*X. n.4. & alibi: Caeſar V. Gall. *c.*XXIX. in. Sic & Quinctiliani Declam. IV. *c.* XI. *cum jam fidem membra non habeant*, ſupra *ſua facta rideri*, accipit Schultingius. atque ſic alii praeciſe maluerunt Praepoſitionibus uti, e. g. Plin. Paneg. *c.* XLVII. *Superatisque jam mille liminibus*, ultra *ſemper aliqua dura & obſtantia*. quomodo Noſter *c.* LI. n. 20. Interim totus locus expreſſus Thucyd. Libr. II. *c.*XXXV. quem lege cum Sulpic. Sever. I. Dialog. *c.*XXV. & Vit. Mart. *c.* XXXII. ac Dionyſ. Halic. I. *c.*V.

3. ADOLESCENTULUS. In Adoleſcentia mea, ſive eos annos cum haberem, quibus licuit Quaeſturam petere, *viginti quinque*; ſive Anno aetatis XVII. quo in forum deſcendere, & togam praetextam mutare ſolebant, ceu jam idonei reip. Gellius X. *c.* XXVIII. item XVIII. *c.*IV. & Senec. Epiſt. IV. pr. de nomine *adoleſcentuli*, quod etiam in majorem, quam poſiti termini volunt, cadat aetatem, vide Plin. I. epiſt. XVIII. & infra *c.* XXXVIII. n. I.

STUDIO AD REMP. LATUS SUM. Nepotis locutione, *honoribus operam dedi*, aliquas partes reip. capeſſere ſtudui. Omnia enim quae *publice* fiebant *Reip.* nomine continentur. Senec. de Tranqu. *c.* III. *actione rerum & reip.* tractatione *ſe detinere*. Et hanc quidem lectionem Fabric. I. 2. Baſil. 2. Vinar. I. Eccard. a manu prima, Guelf. I. 2. 3. & 5. mihi ſuggeſſerunt. Nam uterque Remenſis, Guelf. 4. 6. Senat. 2. Baſil. I. & 3. Vinar. 2. & ed. vet. habent *a ſtudio ad remp. latus ſum*, quomodo & Guelf.

ſum, ibique mihi advorſa multa fuere. Nam pro pudore, pro abſti-
4 nentia, pro virtute; audacia, largitio, avaritia vigebant. Quae tam-
etſi

Guelf. 7. 8. 10. 11. 12. Incert. uterque, Struv. & Acad. niſi quod hi pro *latus* praetulerint *delatus*. Ab Heuſſiano abſunt *ſtudio ad remp.* Sed vix ab animo meo impetrare potuiſſem, ut Praepoſitionem *a* ejicerem: inprimis cogitans, quod *c.* XIV. a *culpa vacuus*, Jug. *c.* XXXI. ab *ignavia corruptus*. & *c.* XLVIII. ab *natura & humano cultu vaſtus* itidem cum Praepoſitione Noſter dixerit: & quod Guelf. 9. ſcriba certe in exemplari ſuo illam legerit, aliter numquam *a ſtudio litterarum* exaraſſet, niſi meliores Codd. & inprimis Nazarianus atque Commelinianus, quos Gruterus merito magni fecit, me renitentem viciſſent. Nam quod quidam putant ex *c.* IV. n. 2. *a quo incepto ſtudio* &c. hic confirmari, quod Salluſtius *a ſtudio* litterarum, h. e. illis relictis remp. capeſſere ſtuduerit, illi non viderunt ad n. 2. hujus cap. eadem verba referenda eſſe.

IBIQUE MIHI ADVERSA MULTA F. I. Waſſe dedit *ubique*, contra mentem Salluſtii & Gruterianam, quam tamen expreſſit. Ego *ibique* in omnibus noſtris eſſe ſentio, praeterquam quod Fabric. 1. & Vinar. 1. *ibi*, & Guelf. 4. *ubi* oggerant. *Advorſa* (Senat. 1. *adverſaria*) Incert. uterque & quaedam editiones. nemini quippe inauditum, olim E & O permutata eſſe. vide Diſſ. II. de uſu Orthogr. §. VIII. & IX. Quinctilian. 1. *c.* VII. *Quid dicam* vortices & Vorſus, *ceteraque ad eumdem modum, quae primo Scipio Africanus in E litteram ſecundam vertiſſe dicitur*. Et quamquam hic meliores MSS. *adverſa* ſcribant, habent tamen illi infra aliquoties vetuſtam Orthographiam, ut Jug. *c.* LXXXIX. n. 4. alibi. Ab initio autem libri plura ab ſcribis corrupta eſſe, dico etiam ad *c.* XV. n. 4.

PRO PUDORE. Moderatione in omnibus cupiditatibus ex reſpectu juſti & aequi, cui recte oppoſuit *audaciam*, uti Plancus Cic. X. ep. XXIII. n. 2. & Cicero pro Quinctio *cap.* XXVI. *profecto intelligetis illinc ab initio* cupiditatem *pugnaſſe &* audaciam: *hinc* veritatem & pudorem, *quoad potuerit, reſtitiſſe*. Is recte II. de Fin. *cap.* XXXIV. *pudorem* vocat *cupiditatis moderatorem*, & propterea haud raro cum *modeſtia* conjungitur. Plinius vero maluit conſequentia opponere II. ep. XX. n. 12. *non minora praemia, imo majora*, nequitia & improbitas, *quam* pudor & *virtus habent*. & Tacitus *vim*, quae eſt in audacia III. Ann. *c.* XXVI. *At poſtquam exui aequalitas, & pro modeſtia ac* pudore, *ambitio &* vis *incedebat*.

PRO VIRTUTE. In adminiſtranda nempe rep. neceſſaria, ut eſt, *juſtitia*, *aequitas* &c. ſaepe enim hoc nomen ſpeciali notione quadam capiendum eſt, uti apud Cic. pro C. Rabirio *c.* VIII. *Latere mortis erat inſtar turpiſſimae: cum Saturnino eſſe furoris ac ſceleris:* virtus & *honeſtas, & pudor cum conſulibus eſſe cogebat*. & ſic ſaepiſſime, quemadmodum & *bonum*, *malum*, *optimus*, *libido* & ſimilia pro ſingularibus bonis aut malis artibus frequentiſſime ſumuntur. Quid igitur mirabimur *avaritiam* hic oppoſitam eſſe virtuti? cum omnino poſtquam *avaritia* in tractatione reip. magiſtratus alioſque occupaverat, nihil *virtus* praetorum, judicum, imperatorum &c. valebat. vide *cap.* X. n. 4. *cap.* XI. n. 4. Jug. *cap.* XXVIII. n. 5. Quae quamquam non uno argumento poſſint defendi, non tamen vera ſunt. Sed Criſpus opponit *Pudori, Audaciam; Abſtinentiae* NB. *Avaritiam*, & *Virtuti, Largitionem*. De *Abſtinentia* & *Avaritia* res certiſſima. *Virtutem* accipit ſpeciali ſignificatu de *Virtutibus Candidatorum*, qui ex vero *digni* eſſe debuiſſent magiſtratibus, ſed per *largitiones* potius, hoc *furtim & per latrocinia* vocat Jug. *cap.* IV. num. 6. 7. ad honores nitebantur. Sic infra *cap.* LII. *Omnia* virtutis *praemia ambitio poſſidet*. Eo ducit Guelferb. 7. qui ita: *Nam pro pudore, pro abſtinentia*, pro virtute; *audacia, avaritia*, largitio *vigebant*. & hunc ordinem in textum recipiendum eſſe, cuiquam videri poſſet. Non mihi. nam *non ſemper, quod adverſum eſt*, in ſuo ordine *contraponitur*, ut huc accommodem verba Quinctil. IX. *c.* III. Exempla habes Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXVII. infra *c.* XIV. & XX. Sed inprimis nobile exemplum eſt Terent. Andr. Act. I. Sc. V. *v.* 43.

- - - adeone me ignavum putas,
Adeo porro ingratum, *aut* inhumanum, *aut* ferum,
Ut neque me conſuetudo, *neque* amor, *neque* pudor
Commoveat.

ibi Donatus *Conſuetudo* ad *ferum; Amor* ad *inhumanum; Pudor* ad *ingratum* referenda eſſe exiſtimat. Nobilius illud Ciceronis: *Nam ſine ullo ſumptu noſtro*, copiis, tunicis, frumento*que ſuppeditato maximos exercitus noſtros* veſtivit, aluit, armavit: quod produxit Servius ad 1. Aen. princip. ut doceret figuram, *qua non ſemper eo ordine reſpondemus, quo propoſuimus*. Turpiter Heuſſ. & Senat. 2. *in me vigebant*.

4. ANIMUS ASPERNABATUR. rejiciebat, non amplectebatur. quomodo Cicero *virtutem, honorem, ſententiam aſpernari*, & Philoſophiam

haec

etſi animus aſpernabatur, inſolens malarum artium; tamen inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur: ac me, cum ab reliquorum malis moribus diſſentirem, nihilo minus honoris cupido, eadem, quae ceteros, fama atque invidia vexabat.

CAP.

haec civitas numquam aſpernata *eſt*, dixit. Vinar. 2. *animus meus;* ſed 1. *Quae* tam ſi *animus*. Lege *tamen etſi*, ut ſupra n. 2.

INSOLENS MALARUM ARTIUM. Inſuetus, *ungewohnt*, quod eas adhuc vitaverat. *ἀήθης* Gloſſ. Guelf. 9. Tacit. I. Hiſt. *c.* LXXX. *bellorum inſolens.* & ſic ſaepe. vide quoque Donatum ad Terent. Andr. Act. IV. Sc. IV. Cic. I. de Orat. *c.* XLVIII. *quod ea requiruntur a me, quorum ſum* ignarus *atque* inſolens. Id. II. ad Attic. ep. XXI. *inſolens infamiae.* adde pro Sext. *c.* LVI. Sulpic. Sev. II. H. S. *c.* IV. inſolens parendi *ſalubribus conſiliis*. Gellius XIX. *cap.* XII. *ruris colendi* inſolens. adde Lambin. ad Horat. I. Od. V. *v.* 8.

INTER TANTA VITIA. Cum tot ac tanta vitia vigerent, inter quae vivendum mihi erat. uti Jug. *c.* XL. inter *laetitiam plebis & ſuorum fugam.* ibi vide. Gloſſa Guelf. 1. *inter tam vitioſos homines.*

IMBECILLA AETAS. Pro *imbecillis*, uti Jug. *cap.* 1. n. 1. utitur eadem terminatione etiam Coelius Cic. VIII. ep. XVII. n. 6. & Auguſt. III. Confeſſ. *c.* IV. in. imbecilla *tunc aetate*. Sic *inermus pro inermis*, Jug. *c.* XCIV. & CVII. item Lepidus Cic. X. ep. XXXIV. n. 3. *Semianimus* Ennius & Phaedrus I. Fab. IX. *v.* 8. *Declivus* defendit Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. *v.* 13. *Imberbus* Lucillius apud Nonium *c.* VIII. n. 84. De imbecillitate adoleſcentium vide *c.* XIV. Papin. Stat. V. Sylv. II. *v.* 68. *Quem non corrumpit pubes* effrena. Eorum ambitionem ita depingit Tacit. Agric. *c.* IV. extr. *Scilicet ſublime & erectum ingenium, pulcbritudinem ac ſpeciem excelſae magnaeque gloriae* vehementius, *quam* caute *adpetebat. mox mitigavit ratio &* aetas. Sulpic. Sev. Dial. I. *c.* X. *ne* infirma aetas *inſoleſceret*.

AMBITIONE. Qua honores in rep. *ambire* non deſiſtebam. mox: *honoris cupido*. *cap.* LII. *deliquere homines adoleſcentuli per* ambitionem. Cic. VII. ep. I. n. 15. *Nam me cum antea taedebat, cum &* aetas, *&* ambitio *me hortabantur*, & XI. ep. XXVII. n. 5. *Tuus deinde diſceſſus*, ambitio noſtra *& vitae diſſimilitudo non eſt paſſa voluntates noſtras conſuetudine conglutinari*. Tacit. XV. Ann. *c.* XVI. *certamen virtutis &* ambitio gloriae, *felicium hominum affectus*. adde Plin. III. Epiſt. I.

CORRUPTA TENEBATUR. Plus eſt, quam *corrupta erat*. Jug. *c.* XXIV. *armis obſeſſus* teneor. I. Hiſt. Or. Lepidi: *rapta tenet.* Plin. I. ep. I. *ut eas, quae adhuc* neglectae jacent, *requiram*. vide notam ad Cicer. V. ep. VII. n. 2. & Jug. *c.* CX. extr.

5. AB RELIQUORUM MALIS MORIBUS. Ita ſcriptum lego in Fabric. utroque, Eccard. Acad. Senat. utroque, Heuſſ. Vinarienſibus, Guelf. 1. 2. 4. 5. ita & Remenſ. 2. atque Baſileenſes omnes. Nec potui non probare, etſi Remenſ. 1. ed. antiqu. & reliqui Guelferbytani cum Incertis & Struviano *reliquis* propugnent. Sed ita probavi, ut *malis* ſimul pro ſuſpecto declararem, quod ſane Fabric. 2. & Guelf. 2. inter lineas tantum ſervarunt. Etenim per ſe manifeſtum eſt, ad *audaciam*, *largitionem*, *avaritiam* n. 2. memoratas reſpici. hi *reliquorum* fuerunt mores. Quod ſi vero mihi ſuccenſere ob id volueris, quod τῷ *malis* moverim ſtatus controverſiam, tum demum deprehendes, quod *reliquis* aeque probum ſit, ac *reliquorum*.

DISSENTIREM. Alienus, remotus, liber eſſem ab audacia, largitione & avaritia, & potius pudori & virtuti ſtuderem. Cicero in Vatin. *c.* XVI. *graviter ſe ferre, praetorem aliquem eſſe factum, qui a ſuis rationibus* diſſenſiſſet. pro Fontejo: *a ceterorum* more *ac natura* diſſentire. Sic infra *c.* XXVI. *ne contra remp.* ſentiret.

HONORIS CUPIDO, EADEM, QUAE CETEROS, FAMA ATQUE INVIDIA VEXABAT. Senſus eſt apertiſſimus: Et quamvis ſupra dictis malis moribus minus infectus eſſem, tamen *honores affectabam* in rep. & quia affectabam, *maligna fama* iſtis hominibus adnumerabat, inque eamdem *invidiam* incidebam. Breve eſt genus dicendi, quod tantas tenebras interpretibus obfudit: *Me vexabat honoris cupido, & vexabat* propterea *etiam eadem, quae ceteros, fama atque invidia*. Zeugma enim eſſe, adnotavit Gloſſa Guelf. 1. Mire ſenſum torquet Rupertus: *Seſe ſtimulatum* ambitione *non ſolum multum* in famam *laboraſſe; ſed & aliorum ſplendorem* aegris oculis *aſpexiſſe*. Nec multo melius Muretus conjecit: *famaeque avidia;* Nec Palmerius: *famos atque invidia necabat*. Gronovii opinionem ex Scholis diſce, cum quo facit Cl. Itelius, qui ſeſe dudum *eadem*, qua *ceteros* legiſſe profitetur. Reliquos non moror, qui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CAP. IV.

1 IGitur ubi animus ex multis miſeriis atque periculis requievit, & mihi reliquam aetatem a republica procul habendam decrevi; non fuit conſilium ſecordia atque deſidia bonum otium conterere: neque vero agrum colendo, aut venando, ſervilibus officiis intentum, aeta-

qui in Noſtro raro ſapiunt. Si quid mutandum, legerem: *bonoris cupido*, *eadem*que, quae *ceteros*, *fama atque invidia vexabat*. certe Remenſ. 1. Eccard. Guelf. 6. *eademque*: Et Remenſ. 2. Fabr. 2. Eccard. a manu ſecunda *quae* & *ceteros*. Heuſſ. *eadem*, *quae eſſet ceteros*. unde *eademque*, *quae* haud difficulter extundas. Ita ſane non amplius pro aſpero & ingrato haberetur illud Ciceronis 1. Offic. *c.* IV. *Declinetque ea*, *quae nocitura videantur*, *omnia*que quae*cumque ad vivendum ſint neceſſaria anquirat*, *& paret*. Noſter Jug. *c.* XXXVI. n. 1. *ſtipendium alia*que, quae *militibus uſui forent*. *c.* XXXVII. extr. *alia*que, quae *incepto uſui forent properare*. *c.* LXVI. n. 1. *alia*que, quae *ſpe pacis amiſerat*. Sic ibi omnes edd. & MSS. etſi ipſe aliter cenſeam. at Cat. *c.* LVII. n. 1. *plerique quos*, & alia alibi eodem modo. Hic tamen nihil adfirmo, cum recepta lectio, ut ſenſus docet, ſana ſit: & errorem librariorum, qui *eademque* ſcripſerunt, manifeſtaverit Baſil. 1. qui *quae* per notam habet, ſed itidem cum praecedente voce junctum. Praeterea Noſtrum copulas reticere, etiam vulgo notum & antiquis Grammaticis notatum. quare inſignem inprimis locum ejus obſervationis corrumpi nollem. Nam *fama & invidia* per ἓν διὰ δυοῖν pro *invidioſa & maligna fama* dici, ſupra notavimus *c.* II. n. 2. quae erat, Salluſtium aeque corruptum eſſe malis moribus, ac ceteros, & proxime accedit Senec. Herc. Fur. *v.*352.

Invidia *factum* ac ſermo *popularis premet*.

ubi vide Gronovium. de *invidia* infra *c.* XXII. extr. quibus probe conſideratis etiam per ſe quaeque vox, ſine iſta figura, ſenſu non deſtituitur, quem ſupra poſuimus.

CAP. IV. 1. EX M. MISERIIS REQUIEVIT. *Poſt* miſerias & pericula. Corn. Nepos Datam. *c.* XI. *ut ſi* a laſſitudine *cuperet* acquieſcere. Idem. Timol. *c.* III. ex *maximo* bello *tantum otium inſulae conciliavit*. Cic. pro Arch. *c.* 1. ex *gravi morbo* recreari. Alia ad Jug. *c.* XXXVI. ex *tanta properantia tractum bellum*.

AETATEM A REP. PROCUL HABENDAM. Ciacconio & Urſino placet *agendam*, ut Jug. *c.* IV. n. 2. *quia decrevi procul a rep. aetatem* agere. Sic etiam Livius IX. *c.* XXVI. *Qui maxime procul ab his coitionibus vitam* egiſſet. Sed hoc *agere* ſtatim mox ſequitur, & *habere* Noſtro non diſplicuiſſe, manifeſtat Jug. *c.* LXXXV. *ubi* adoleſcentiam habuere, *ibi ſenectutem agant*. Noſtri Codd. uno omnes ore *habendam*. & idem verbum vulgo corruptum ex MSS. reſtitui *c.* LI. n. 12. In argumentum conſerre poteris Lucceium ad Cic. V. ep. XIV. n. 3.

NON FUIT CONSILIUM. Animus & propoſitum. Plautus Mil. Act. II. Sc. III. *v.*73. Conſilium *eſt ita facere*. Tacit. 1. Ann. *c.* 1. conſilium mihi *pauca de Auguſto tradere*. Boetius IV. Proſ. IV. *Sed nunc de his diſſerere* conſilium non eſt. Q. Septimius II. *c.* XXI. *ne ſic quidem praelium adverſum vos inire* conſilium fuit. Arnob. III. adv. Gent. *Sed* conſilium non eſt *parte in hac cauſſae diutius immorari*. adde infra *c.* XXIX. n. 1. & XIV. Hiſtor. II. de Rep. Ord. *c.* 1. & II.

SECORDIA ATQUE DESIDIA. Variant Codd. *ſocordia* & *ſecordia*. Hoc praetuli, quoniam Feſtus docet dictum eſſe a *Se*, h. e. *Sine* & *Corde*. Igitur haec culturam animi: *deſidia* opera externa neglecta reſpicit. Hoc modo Terent. Andr. A. 1. Sc. III. in *Secordiam* & *ſegnitiem* conjungit. Noſter II. de Rep. Ord. *deſidiam* & *inertiam*.

BONUM OTIUM CONTERERE. Otium *bonum*, quod *bene* collocari & rebus bonis impendi poteſt. vide Gronov. *Conterere* firmant Plaut. Trinum. A. III. Sc. III. *v.* 67. *In hujuſmodi negotio* diem *ſermone* terere, *ſegnities mera eſt*. Propert. II. eleg. 1. *v.* 46.

Qua pote quisque, *in ea* conterat *arte* diem.

Idem 1. eleg. VII. *v.* 9.

Hic mihi conteritur *vitae modus*, *haec mea fama eſt*.

Seneca de Vit. B. *c.* 1. conteritur vita *inter errores*. Cic. de Amic. *c.* XXVII. *in quibus remoti ab oculis populi*, *omne* otioſum tempus contrivimus. alii *otium tempuſque*. Liv. 1. *c.* XXII. *purgando* tempus terere, *c.* LVII. *otium*, & ibidem *tempus terere*. Ovidius, Plinius, alii *perdere*, *abſumere*, *conſumere otium*, *tempora* dicunt. Mox *agrum in colendo* Struvianus; Vinar. autem 2. *vero* omiſit.

SERVILIBUS OFFICIIS INTENTUM. Appoſitio eſt,

aetatem agere; ſed a quo incepto ſtudio me ambitio mala detinuerat, 2
eodem regreſſus, ſtatui res geſtas populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perſcribere: eo magis, quod mihi a ſpe,

eſt, qualis illa Ovid. II. Amor. Eleg. XII. *v. 3.*

> *Quam vir, quam cuſtos, quam janua firma*, tot hoſtes
> *Servabant.*

Auſon. Idyll. XXXII.

> *Ut trabeam, pictamque togam*, mea praemia, *Conſul*
> *Induerer.*

Sed hoc in promtu eſt. Litigant vero maximopere, quomodo Salluſtius *Agriculturam* & *Venationem ſervilia officia* vocare potuerit, & recuſavit in hoc ſententiam ejus jam Symmachus v. epiſt. LXVIII. *Venationem* ipſe laudat Jug. *c.* VI. Et nihil tam *regale* eſſe, quam ſtudium agrum colendi, Socrati viſum apud Cic. de Senect. XVII. qui & *c.* XV. item I. de Offic. *c.* XXI. ac XLII. & alibi laudes agriculturae praedicat. Verum non *ἁπλῶς ϗ κυρίως*, ſed *συγκριτικαῖς ὑποθέσεσιν* haec dicta eſſe, quilibet videre potuiſſet. Nempe in contentione actionum animi iſta officia humilia, ſervilia ſunt, etſi per ſe laudabilia & utilia. Cave enim *ſervile* hic putes illud, quod *ad ſervos pertinet*, ut plerisque viſum, utique Menander: *τὸ γὰρ γεωργεῖν ἔργον ἐστὶν οἰκέτου*; ſed ea notione dixit, qua cap. I. *Animi imperio, corporis* ſervitio *magis utimur.* quo ſine ullo dubio reſpexit, indeque haec explica, & ſuperſedere poteris multis ſubtilitatibus. Hinc certe ſumſit Zeno Ver. Serm. LXIII. *animus enim regalis poteſtatis imperio ſubjectum ſibi corpus* ſervilibus officiis *ſuae compellit implere deſideria voluntatis.* Quam abjecta autem omnia exercitia corporis olim illis fuerint, qui *animum* exercebant, diſcas licet ex Galeni Protreptico ad artes & Senecae Epiſt. LXXXVIII. Aliud enim longe eſt, quando ejusmodi exercitiis *motus* & *delectationis* cauſſa aliquid dabant.

AETATEM AGERE. Vitam degere, vivere. vide *c.* II. n. I. & *c.* XXXIX. n. 2. Hygin. Aſtron. II. *c.* XXV. *neque illo tempore ab hominibus exteras nationes bello laceſſitas eſſe, ſed* agris colendis vitam agere *conſueviſſe.*

2. A QUO INCEPTO STUDIO. Nempe hiſtoriam ſcribendi, quod illi ſtudium fuiſſe *cap.* III. n. 2. innuit. *inceptum* vocat, quia nunc *incipit* hiſtoriam ſcribere, cujus impedimentum adhuc *ambitio* fuerat. ſic vocat *inceptum ſtudium*, uti Livius Praef. *negotium ſuſceptum*. Caeſar v. Gall. *c.* IV. *intelligebat, quae cum res ab inſtituto conſilio deterreret.* Virg. II. Georg. *v. 39.*

> *Tuque ades*, inceptum*que una decurre* laborem

adde Jug. *c.* LXXX. n. 5. & eodem *ſtudii* nomine honoravit Jug. *c.* IV. n. I. Quare recte opinor ex Incert. I. Guelf. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. (qui *inceptoque ſtudio* a manu ſecunda habet) uti & Eccard. & Acad. quibus corrector tantummodo *que* addidit, & Remenſ. I. Vinar. I. & ed. antiqua hanc lectionem revocavi. Neque aliter legit Auctor Vitae Valerii Max. *a quo* incepto ſtudio *militiae gloria* detinuerat, *eodem regreſſus, ſtatuit facta ac dicta memoratu digna litterarum monumentis commendare.* Remenſ. autem 2. Fabriciani, Vinar. 2. Senat. uterque, Incert. 2. Heuſſ. Baſil. Guelf. I. 2. 4. 5. 6. cum vulgatis. *incepto ſtudioque* agnoſcunt: quod quomodo Gruterus probare potuerit non video. ceteris enim editoribus parabilior venia.

AMBITIO MALA. Ambitus honorum, vide *c.* III. n. 3. & 4. Cic. I. ad Attic. ep. XVII. *me* ambitio *quaedam ad honorum ſtudium; te autem alia minime reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit.* Idem pro Murena *c.* XXVI. *qui remoti a ſtudiis* ambitionis, *otium ac tranquillitatem vitae ſecuti ſunt.*

DETINUERAT. Struvianus *deterruerat me.* Alterum habes I. de Rep. Ord. *cap.* VII. *ut plebes habeat negotia ſua, quibus ab malo publico* detineatur. Et hoc ſignificantius eſt, quam *retinere*, cum ſimul in alio quodam *teneri* notet. Sic Suetonius Caeſ. *c.* LXII. commutat utrumque. Sic Ovid. III. Art. Am. *v.* 651. & Seneca de morte Claud. *c.* III.

CARPTIM. *Stückweiſe*, partim, de ſingulari materia, hinc inde decerpta. Eleganter Gloſſ. Guelf. 9. *ἐκλογάδην.* & 12. *quaſi decerpendo hinc, illinc res ad ſcribendum.* modo enim de Catilina, de Lepido modo, modo de Jugurtha aut aliis ſingularibus rebus geſtis ſcribit; non hiſtoriam, ut Livius, *perpetuam* deducit. Eodem ſignificatu Siſenna apud A. Gellium XII. *c.* XV. *vellicatim* uſurpavit. Sic Plinius VIII. ep. IV. *carptim* ſcripta, & *contexta* opponit. Idem tamen VI. ep. XXII. inclinat ad notionem *breviter*, qua vocula *carptim* Sulpic. Sev. initio Hiſt. S. & ſaepiuſcule Ammianus Marcellinus utuntur. Attejus Philologus Salluſtium *breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus*, quas vellet, eligeret, *inſtruxiſſe* dicitur Sueton. Grammat. *c.* X. Eamdem voculam Muretus aliquando

Digitized by Google

3 a ſpe, metu, partibus reipublicae animus liber erat. Igitur de Cati-
4 linae conjuratione, quam veriſſume potero, paucis abſolvam. nam id
facinus in primis ego memorabile exiſtumo, ſceleris atque periculi no-

do Senecae II. Quaeſt. Nat. *c.* XIII. reddiderat: *totum poteſt excidere*, *quod poteſt* carptim; ſed Gruterus & Gronov. *carpi* revocarunt ex MSS.

UT QUAEQUE MEM. DIGNA VIDEBANTUR. Examina verbum *videbantur* ad loci ſenſum, & ſenties quam is in ordinem redigatur. Idem infra aliquoties obſervabis in Verbo *ſunt*, *erant*, *fuere*, quae ſimiliter ſenſui officiunt, & propterea juvantibus libris vetuſtis expulſa ſunt. Hic, praeter mutatum ordinem, ex MSS. nihil ſubſidii habeo. Mela tamen Noſtri aemulus accedit Proem. lin. 10. *Dicam autem alias plura & exactius: nunc* ut quaeque clariſſima *& ſtrictim*. Confer infra *c.* XLIII. n. 2.

QUOD MIHI A SPE, METU &c. Non male Baſil. 2. eo *magis*, quo *mihi*. de qua ſtructura notam conſulas ad *c.* XXXIV. n. 2. Senec. Hippol. *v.* 491. *Spei metusque liber*. Recte haec. cum enim animus non facile verum provideat, ſi aliqua lubido officiat, *c.* LI. iſtae praecipue longe lateque removendae ſunt, animusque liber ſervandus ei, qui Hiſtoriam ſcribit. lege Tacit. init. Annal. & Hiſt. Num vero Salluſtius hoc obſervaverit, judicabunt, qui temporum illorum hiſtoriam, vel ſaltem quae Ciceronem atque Caeſarem ſpectant, probe cognita habent, in quibus minimum *ſpes* illum occupaſſe videtur; etſi, quod ad alia, non adeo libidini eum ſubjectum fuiſſe, ipſa res fateatur. Conferatur Proem. Livii.

3. DE CATILINAE CONJURATIONE ABSOLVAM. puta *narrationem*, *hiſtoriam*. Perperam abeſt Praepoſitio *de* Baſil. 3. Utrumque ſequentia docent. Jornandes de rebus Get. *c.* II. De *Britannia Inſula prius* abſolvam. quem jam olim Th. Munckerus cum hoc Salluſtii loco comparavit ad Hygin. Aſtron. II. *c.* IV. *Sed* de hoc *in medio relinquamus*. Auſonius Caeſar.

Nunc & praedictos & regni ſorte ſequentes
Expediam.

Idem Profeſſ. Epigr. X.

Nunc, ut quemque mihi
Flebilis officii
Religioſus honor
Suggeret, expediam.

Uti Corn. Nepos cum addito nomine Dion. *c.* III. de hoc *in eo libro* plura *ſunt* expoſita, ſic Ammian. XIV. *c.* IV. *nunc quoque* pauca de *iisdem* expediam: Apulejus de Mundo p. 65. *Verumenimvero*, *ut quatenus poſſum* de *univerſitate quod ſentio*, *breviter* abſolvam. Anon. in Rythm. de Laude Virginit.

Nunc opportet ut loquamur,
Et ſuccincte proſequamur
De *matre juſtitia*.

cum Accuſativo, uti Auſonius, Ammianus XXIII. *c.* VI. *Nunc locorum* ſitum, *quantum ratio ſinit*, *carptim breviterque* abſolvam. Sed Tacit. IV. Hiſt. *c.* XLVIII. n. 1. *Ea* de caede *quam veriſſime* expediam. adde infra *c.* XXXVIII. n. 3. Ceterum MSS. juniores *Catelinae*, quidam & *Cathelinae* ſcribunt, quem tenorem quisque conſtanter ſervavit.

QUAM VERISSUME POTERO. *Veriſſime*, per conſuetam valde extenſionem, quam non reſpexere Ciacconius & Urſinus, cum *potero* pro abundanti habuerunt. Codd. noſtri agnoſcunt, & recte quidem. Cicero I. de Div. *c.* XXXII. *Expoſui*, quam breviſſime potui, *ſomnii & furoris oracula*. Noſter *c.* XVIII. n. 1. *de quo*, quam veriſſume potero, *dicam*. adde *c.* XXXII. neque aliter Plautus, Livius, & vendidatus Dictys I. *c.* XIII. *reliqua*, *quae deinceps inſecuta ſunt*, quam veriſſime potero, *exponam*. Apulej. Apolog. p. 305. *Dicam igitur* quam breviſſime potero. Quinctil. Declam. CCCXXXIII. Serm. Quam poteſt maxima *religione judicum implendus eſt animus*. & ſic Graeci, ut Thucyd. I. cap. XVII. δι' ἀσφαλείας, ὅσον ἠδύναντο μάλιστα, τὰς πόλεις ᾤκουν. Sed veritatem nec Noſtrum, nec quemquam alium Hiſtoricorum ſervare ſemper potuiſſe, docet Vopiſcus Aureliano *c.* I.

4. IN PRIMIS. Inter praecipua, primo loco inter ea, quae hinc, inde decerpere ac memoriae prodere conſtituerat, memorandum. Corn. Nepos Pauſan. *c.* V. *matrem* in primis *ad filium claudendum lapidem ad introitum aedis attuliſſe*.

MEMORABILE. Memorandum. Gloſſ. Guelf. I. *memoratu dignum*. Vere. Liv. XXV. *c.* XXXII. in. *cum biennio ferme nihil admodum* memorabile *factum eſſet*. Idem XXI. *c.* I. *In parte operis mei licet mihi praefari, quod in principio ſummae totius profeſſi ſunt plerique rerum ſcriptores*, *bellum maxime* memorabile *omnium*, *quae umquam geſta ſint*, *me ſcripturum*. *cap.* LVII. *neque ulla*, *quae in tali re* memorabilis *ſcribentibus videri ſolet*, *praetermiſſa clades eſt*. Porro Fabric. 2. Eccard. Acad. Senat. 2. Incert. 2. Heuſſ. Guelf. 6. & 10. habent *aeſtumo*, II. *extimo*, de quo vide *c.* II. n. 8. in Baſil. 3. non legitur *ego*.

NOVITATE. *Inſolentia*, & quod vix umquam tale

novitate. De cujus hominis moribus pauca prius explananda ſunt, 5
quam initium narrandi faciam.

CAP. V.

LUCIUS CATILINA nobili genere natus, magna vi & animi 1
& cor-

tale ſcelus & periculum in rebus populi R. occurrat. Sic Cicero II. ep. VI. n. 4. *Sed quia ut in me vel nota omnibus, vel ipſa* novitate meorum temporum *clariſſima & maxima beneficia exſtiterunt*. ubi dixi de hac notione. Idem pro Ligar. *c.* I. Novum *crimen*, C. *Caeſar*, *& ante hunc diem inauditum;* quomodo etiam Quinctil. Declam. CCCXXVII. adde Inſt. Or. IV. *c.* I. p. 306. Noſter cap. LIII. *ſibi magnum imperium*, *exercitum*, novum bellum *exoptabat*.

5. DE CUJUS HOMINIS MORIBUS. Ita vero aequum erat. & ſane non tantum in Catilinae, ſed etiam Caeſaris, Jugurthae, Marii, Sullae aliorumque, & ſimul magiſtratuum ac totius populi moribus depingendis adeo laudabiliter ſe geſſit Criſpus, ut nemini in hoc ſecundus videatur. Didicerat haec multo ſtudio & labore, ab adoleſcentia ſua ſumma ope nitendo, ut cognoſceret Reip. viros & vires, vide II. Epiſt. de Rep. Ord. *c.* I. Optimo profecto & utiliſſimo exemplo, cujus commoda agnovit Livius Praefat. Inde enim eſt, quod hiſtoria tantum facit ad augendam prudentiam, dum per traditam hujuſcemodi notitiam animorum actiones hominum eorumque naturam eo facilius perſpicere & dijudicare poſſumus.

EXPLANANDA SUNT. Remenſ. I. *exploranda*, Guelf. 12. *explicanda*, quod merum eſt interpretamentum. Cicero III. Orat. *Docilem autem facio*, *non tum cum polliceor me demonſtraturum*, *ſed tum cum doceo* & explano. adde Auct. ad Herenn. IV. *c.* XII. Quinctil. V. *c.* X. *argumentum nondum verbis* explanatum, *jam tamen mente conceptum*. De conſtructione n. 3. actum, & agnoſcit eamdem cum Verbo *explicare* Frontin. de Aquaed. Art. CXVI. *Supereſt tutela Ductuum*, *de qua prius*, *quam dicere incipiam*, pauca de familia, *quae hujus rei cauſſa parata eſt*, explicanda ſunt.

CAP. V. I. LUCIUS CATILINA. Ex illuſtri Sergiorum familia, Servius ad V. Aen. *v.* 121. Eutrop. VI. *c.* XII. L. Sergius Catilina *nobiliſſimi generis vir*, *ſed ingenii praviſſimi*. Proavum Catilinae M. Sergium mirifice laudat Plin. VII. *c.* XXVIII. adde infra *c.* XXXI. & Barth. X. Adverſ. *c.* XXI.

NOBILI GENERE NATUS. Struv. *ortus fuit*. Vocabulum *natus* ſuſpectum eſt Grutero praeter cauſſam. Noſter *c.* XXIII. n. I. natus *haud obſcuro loco*. ubi tamen Academ. noſtro deeſt. Cic. pro Flacco cap. VIII. *Adoleſcens bonus*, *honeſto loco* natus. & ſic Idem mox *c.* XI. Plaut. Perſa A. IV. Sc. IV. *v.* 93.

Haec erit bono genere nata, *nihil ſcit*, *niſi verum loqui*.

Idem Moſtell. A. V. Sc. II. *v.* 20. *quod faciunt ſummis* nati *generibus*. Corn. Nepos Dion. *c.* I. *Dion. Hipparini F. Syracuſanus*, *nobili genere* natus. De nobilitate Catilinae Juvenal. Sat. VIII. *v.* 231.

Quid, Catilina, *tuis* natalibus *atque Cethegi*
Inveniet quiſquam ſublimius.

FUIT MAGNA VI ET ANIMI. *Fuit* itidem pro ſpurio habet Gruterus; judicio, haud paullo meliori, quam prius eſt. Nonius poſt *fuit* diſtinguit: *nobili genere natus fuit;* quocum faciunt Academ. Senat. uterque, Struv. Vinar. I. Incert. 2. Baſil. I. Guelf. I. 3. 5. 7. 10. Ceteri cum ſequentibus conjungunt. Ego fidenter delevi, cum alibi perpetuo Salluſtium reſpuere deprehenderim, de quo plura ad Jug. *c.* XCV. n. 3. Non magis Victor quam Florus firmat I. *c.* IV. *Ancus deinde Marcius*, *Pompilii* nepos, *pari* ingenio. *Hic* cet. Praeterea alterum *&* deeſt Eccard. Acad. Guelf. *6. 8. 9. 10. 11. magna vi animi & corporis* ſolum exhibentibus. *Vis* eſt virtus, potentia: Validus Catilinae erat animus, validum corpus. Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. *c.* LXXIX. *Mithridates rex Ponti*, *oriundus a Perſis*, magna vi *& animi & corporis*. Liv. XXXIX. *c.* XL. *In hoc viro tanta* vis animi ingenii*que fuit*. Servit dilatandae & intendendae orationi, uti *cap.* XXXVI. extr. *Tanta* vis *morbi*. ubi vide. nam *cap.* LIII. brevius dixit de Caeſare & Catone: magnitudo *animi par*.

SED INGENIO MALO. Quaeritur quomodo *ingenium* hic oppoſuerit *animo* Criſpus? Reſpondetur: Erat quidem magna vi animi, ſed qui *moribus* eſſet malignus, ſive Taciti verbis XIII. Ann. *c.* III. *vividum* animum, *maximis virtutibus capacem in* vitia *detorſerat*. vide Cic. pro Cœlio *c.* V. *Ingenium* ſi cum *animo* conjungatur, eſt omne id quod in animum infertur, mores, ſcientia vel aliud quidlibet. Sic conjungit

2 & corporis, ſed ingenio malo pravoque. Huic ab adoleſcentia
bella inteſtina, caedes, rapinae, diſcordia civilis grata fuere: ibique
3 juventutem ſuam exercuit. Corpus patiens inediae, vigiliae, algoris;
ſupra

git Cic. x. ep. XXVIII. n. 4. & XII. ep. XXIII. n. 2. Plautus Trinum. A. I. Sc. II. *v.* 55.

Sunt quorum ingenia *atque* animos *non poſſum noſcere.*

Curt. III. *c.* VI extr. *queis ille vel* ingenii *dotibus, vel* animi *artibus, ut pariter carus ac venerandus eſſet effecerat.* Sic *mentem animi, ingenium animi* veteres dixiſſe obſervat Muretus ad Catull. Carm. LXVI. p. 79. Veriſſimum enim eſt, quod Plutarchus in Demetrio ex Platone judicat: *ὅτι ϗ κακίας μεγάλας, ὥσπερ ἀρετὰς, αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσιν.* adde Cic. I. Offic. *cap.* VIII. Talis fuit Alcibiades, C. Nepos in vita *cap.* I. cum quo compara Tacit. I. Hiſt. *cap.* X.

MALO PRAVOQUE. *Malo* erga alios, qui nihil boni nec utilis ab eo ſperare poterant; *pravo* in ſe, & omnibus vitiis dedito, quibus animus corrumpitur. Conjungunt haec auctores, ut omnem naturam *militiae* exprimant; ſicuti *flagitia* & *facinora*, vide *c.* XXIII. n. I. Imitatur Sulpic. Sever. II. H. S. *c.* XLV. *Vir ſane peſſimus & ingenio* malo pravo*que*. *Pravum* proprie *perverſum* & *diſtortum* notare abunde docuit I. Fr. Gronov. ad Liv. IV. *c.* XXVI. & ad Senecae Epiſt. CXXII. extr. hinc recte ea vitia, quibus homo in ſe peccat *pravitas*, & *contra naturam* eſſe dicuntur, *c.* II. & Jug. *c.* II. n. 4. Quaedam etiam Rich. Bentlei. ad Horat. II. Sat. II. *v.* 55. *Si te alio* pravum *detorſeris*. Heuſſ. *pravo maloque*.

2. BELLA, CAEDES-GRATA FUERE. Memorabile exemplum hujus ingenii de Catilina, jam tunc in omne facinus manus exercente, memorat Seneca III. de Ira *c.* XVIII.

IBIQUE JUVENTUTEM SUAM EXERCUIT. Dares Phryg. *c.* VI. *Aſiam ſemper in deſidia* vitam exercuiſſe; ſed edit. Artop. *vitam exegiſſe*. Catullus aliter Carm. LX. extr.

Munere aſſiduo valentem
Exercere *juventam*.

Ibi vide Ach. Statium & Paſſeratium. Interpretatur non circumſpecte ſatis Servius ad Virg. X. Aen. *v.* 807.

-- in terris ut poſſint, ſole reducto
Exercere diem.

Hypallage eſt, inquit, *pro, ut ipſi per diem exerceri poſſint.* Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XXXIX. n. 20. *quia gubernandi* (*quo officio* adoleſcentiam *mercede* exercuerat) *gnarus habebatur. Ibi* dixit pro *in quibus*, per Enallagen, qua Jug. XIV. *etſi tibi immaturo, &* unde *minime decuit, vita erepta eſt*, pro *a quo*. ubi plura. Sic *Hinc* pro *ex quo* Terent. Adelph. A. III. Sc. III. *v.* 7. *Syrum incedere video; hinc jam ſcibo, quid fiet;* ſic *ubi*, pro *in qua* re, in qua ratione, praeceptis, via, philoſophia, vide Giſan. Collect. ad Lucret. p. 449. *ſuam* mutat ſedem in Baſil. 3. vellem ſolum, quod ajunt, etiam verteret. nam Salluſtius non intercedit, quem agnoſcas ex dictis ad *c.* XXXV. n. I.

3. PATIENS INEDIAE. Poterat ferre. Sic *c.* VII. *juventus* patiens *belli*. Sulpic. Sev. II. H. S. *c.* XLVI. interpretatur: *Vigilare multum, famem ac ſitim* ferre poterat. Plin. V. ep. VI. n. 12. *fluvius navium* patiens. Eleganter Ovid. I. Faſt. *v.* 247.

Tunc ego regnabam, patiens *cum terra* Deorum
Eſſet, & humanis numina miſta locis.

Contra *impatiens* Silius VIII. *v.* 4. impatiens*que morae fremit*. Claud. II. Ruffin. *v.* 252.

Flexit iter; vacuo qualis diſcedit hiatu
Impatiens remeare *leo*.

Vellejus II. *c.* XXXIV. *armorum laborumque* patientiſſimi. Livius XXI. *c.* IV. *caloris ac frigoris* patientia *par: vigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora:* & quae ibi alia huc pertinentia aeque ac illa Silii III. *v.* 326. ſeqq.

SUPRA QUAM CUIQUE CREDIBILE EST. Invitus adſentior Grutero, qui pro *cuiquam*, quod vulgatas editiones occupat, dedit nobis *cuique*, quod hoc in quatuor Palatinis vetuſtioribus invenerat, quod & Bongarſius in ſuis, ego in Guelf. I. 4. 5. Senat. 2. Heuſſ. Vinar. 2. Remenſ. 2. & edit. vet. ſcriptum eſſe deprehendi. Non vero propter euphoniam, in qua non comparari poteſt cum illo Ennii: *Quid*quam *quis*quam *cui*quam, *quod conveniat, neget:* neque illo Plautino: *Quorum nun*quam *quid*quam *cui*quam *venit in mentem:* neque Catulli: *Nec peccatum a me* quisquam *pote dicere quid*quam: neque Catonis: *Quod eorum nemo* quisquam quidquam *mihi ignoturus eſt*. adde *c.* LII. n. 34. Sed quod *quisque*, & *quisquis*, & *quicumque* promiſcue optimis auctoribus dicatur. vide Giſan. ad Lucret. p. 409. ſeq. Lambin. ad II. *v.* 96. Gronov. ad Liv. I. *c.* XXIV. alios. Eadem *c.* XIV. extr. & alibi in MS. confunduntur. neque tamen neceſſario *τῦ cuiquam* notione hic accipiendum eſt, ſed potes pro eo, quod eſſet; *ſupra, quam* omnibus *credibile eſt:* quam ſententiam Noſter eleganter circumſcri-
bit

ſupra quam cuique credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, varius, 4
cujus rei libet ſimulator ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus: ſatis loquentiae, ſapientiae parum.

Va-

bit *c.* XIII. n. I. Victor tamen Aurel. *c.* XIV. Epit. maluit *Memor*, *ſupra* quam cuiquam *credibile eſt*. *Supra* pro *ultra*, *magis* etiam Ciceroni uſitatum in nota formula: *ut nihil poſſet* ſupra, ad Attic. XIII. ep. XIX. hoc eſt *ſupra*, *magis accurate*, *ut* hic *ſupra patiens*. Mela I. *c.* XIII. *Specus eſt*, *ſingulari ingenio*, *ac* ſupra *quam deſcribi facile ſit* eximius. Heuſſ. *ſupra* quod *cuique credibile eſt*.

4. ANIMUS AUDAX. Vide Declamat. *c.* IX. ſimilia de Sejano Tacit. IV. Ann. *c.* I.

VARIUS. *Inconſtans* Gloſſ. Guelf. I. Aurel. Vict. Adrian. *c.* XIV. Varius, *multiplex*, *multiformis ad vitia atque virtutes quaſi arbiter genitus:* quomodo & Spartianus. Aliter *varium* in laude ponit Plinius I. ep. XVI. *ingenium* varium, *flexibile*, *multiplex*. Hic *verſipellem* quem dicunt denotat, & cui ingenium verſatile ad omnia fuerit, Livii verbis XXXIX. *c.* XL. ut Martial. IX. Epigr. XLIV.

Offenſus variae *tumidis terroribus* Aulae
Privatos gaudet nunc habitare lares.

adde Cic. II. de Finib. *cap.* III. & Jug. *c.* LI. n. I.

CUJUS REI LIBET. Hoc ordine, praeeunte Codice Nazariano, verba locavit Gruterus. Noſtri fere *cujuslibet rei;* praeter Senat. I. qui omnibus litteris & perſpicue, *cujus rei libet* repraeſentat, & Guelf. 5. qui *rei* plane non agnoſcit. Nonius facit cum Grutero. Noſter II. de Rep. Ord. *c.* I. cujus *rei* libet *periculum facere*, etſi diverſa paullulum notione, uti Claud. II. Stilic. *v.* 67.

- - dum pronus ad omne,
Quod libet, *obſequeris:*

& Plautus in Caſina: *ſine amet*, *ſine* quod lubet, *id faciat*. Igitur hoc vocabulum ita ſeparare potuit, uti Cicero IV. ep. VIII. extr. ſatis *noſtrae conjunctioni amorique* facturum. ibi *valedico*, *ſupereram* ſimiliter ſeparata contuli: uti Noſter *c.* LIII. ante *Romanos* fuiſſe. vide ad *c.* LII. n. 10. cujus *haec* cumque modi *videntur*.

SIMULATOR AC DISSIMULATOR. Gloſſ. Guelf. 2. ſimulo, *quod facere nolo;* Diſſimulo, *quod facere volo:* & latius Gloſſ. Fabric. I. *Quod noluit*, *ſimulabat velle; & quod voluit*, ſimulabat *nolle:* brevius Guelf. 10. *ſimulator* falſi; *Diſſimulator* veri. Herodianus II. *c.* XIV. n. 9. effert per ὑποκρίνεσθαι & προσποιεῖν. Alterum per *Mentiri* non raro proferunt, ut Martial. III. Epigr. XLIII. *Mentiris juvenem:* pro quo Ovid. VI. Metam. *v.* 26. *Pallas anum* ſimulat. Verba *ac diſſimulator* Guelf. 6. & Eccard. primitus non habuerunt. Vide Jug. *c.* XCV. n. 4. Utrumque Aurel. Vict. Epit. *c.* XIV. agnoſcit: *clementiam* ſimulans, *contraque* diſſimulans *ardorem gloriae*, *quo flagrabat*.

ALIENI APPETENS, SUI PROFUSUS. Confer *c.* XII. n. 2. & de Catilina Cicer. pro Coelio *c.* V. Profundebat nempe bona ſua, ut adſeclas ſibi pararet, vide *c.* XIV. ubi itaque bona ſua defecerant, vel, ut eſſet, quod largiretur, neceſſario, & pravitate animi aliena appetebat. inde etiam inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerum. n. 7. Vide & Cic. I. Offic. *c.* XIV. II. *c.* XV. Ariſtotel. Nicom. IV. *c.* I. Adumbravit Salluſtium. Q. Septimius IV. *c.* XXII. *parcum in ſuo atque appetentem alieni:* & Sidonius III. Epiſt. V. *alieni non appetens*, *ſui parcus*. *Profuſus* active uſurpari, ut ſit quaſi *Profuſor*, Prodigus, notavit Gloſſ. Guelf. 12. & nos alia ad *c.* X. n. 4. *ambitio multos mortalis* falſos *fieri ſubegit*, h. e. fallentes, Paſſivum pro Activo, Apulej. Metam. IX. *in rapinis turpibus avara*, *in ſumtibus foedis* profuſa. adde ibi Pricaeum p. 506.

ARDENS IN CUPIDITATIBUS. Baſil. 2. a prima manu *ardens cupiditatibus*, ſine Praepoſitione. Familiarius illi fuit Ciceronis *ardere*, *flagrare ſtudio*, *deſiderio*, *cupiditate;* quomodo & Livius XXXVIII. *c.* XXV. *ardentibus* ira *animis*, & alii plures. Sed Salluſtius utrumque & *ardens*, & *in cupiditatibus* abſolute accipere jubet, non magis, ut Poetae *ardere*, *furere*, *inſanire in qua*, dicunt, de quibus multa hic non valde aliena vide apud Gronov. ad Senec. IV. Nat. Qu. Praef. Broekhus. ad Propert. I. eleg. IV. v. 12. & Drackenb ad Sil. V. *v.* 15. quam quod Praepoſitio *in* proprie ſaepe notat *quod ad*, ut pluribus docui ad *c.* LI. n. 15. & *Ardere* etiam per ſe de cupiditatibus vehementibus dicitur, ut contra *ſegnes* quaſi *ſine igne* vocantur, qui ſunt ſomnolenti & ignavi. Florus I. *c.* VIII. *quid Romulo* ardentius? Sidonius V. ep. VII. *ad judicandum* ignei: pro quo Noſter I. de Rep. Ord. *c.* ult. *ad reprehendenda facta aliena* ardet *omnibus animus*. Jug. *c.* XXXIX. *perſequi Jugurtham animo* ardebat. adi & Donatum ad Terent. Andr. A. V. Sc. II. Servium ad IX. Aen. *v.* 198. Ovidius II. Metam. *v.* 574. *Incaluit de amatore*, uti & III. *v.* 371. Noſter *c.* XXV. *lubido ſic* accenſa. *c.* XIII. *ad facinora* incendere. *c.* XX. *animus* accenditur. adde Cic. I. ep. IX.

D 2 n. 16.

5 Vaſtus animus immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat.
6 Hunc poſt dominationem Lucii Sullae lubido maxuma invaſerat reipubli-

n. 16. & VI. ep. XIII. n. 13. ibique notata, ut & quae infra Jug. *c.* LXIV. adſcripſi.

SATIS LOQUENTIAE. In plerisque omnibus Codd. quos & nos, & alii contulimus, conſtanter ſcribitur *eloquentiae*. unum excipere licet ex noſtris MS. I. quem Incertum vocare ſoleo, qui habebat *loquentiae:* atque hoc quidem bis indicavit, qui cum impreſſo contulit; & praeterea Lovanienſem, in quo *loquentiae* invenit Cyprianus a Popma. nam de Guelf. II. nihil dicam, etſi *loquentiae* nunc praeferat, cum veſtigia appareant, *e* litteram primam eſſe eraſam; neque de Senat. I. qui inter lineas: *loquentiae alias*, etſi ab antiqua manu. Sed jam olim incerta fuit lectio. A. tamen Gellius I. *c.* XV. teſtatur, *Valerium etiam Probum, Grammaticum illuſtrem brevi antequam vita decederet* loquentiae *legere coepiſſe, & ſic a Salluſtio relictum adfirmaſſe*. Quantum autem *loquentia* diſtet ab *eloquentia* optime docuit Plin. V. epiſt. XX. Deinde nec Ordo verborum omnino certiſſimus eſt. Editum ſervant Guelf. I. 5. 9. 11. Vinar. 2. Eccard. Senat. I. Baſileenſes, & forſitan Remenſes cum edit. vet. ſed uterque Fabricianus, Heuſſianus, Senat. 2. Vinar. I. Acad. Guelferbytanorum ceteri ſcribunt: *ſatis eloquentiae, parum ſapientiae:* ſcilicet ut *ſatis* & *parum* elegantius utrumque primo loco ponatur; de quo tamen contrarium docui ad *c.* II. n. 2. Porro pro *Sapientiae* Remenſ. I. Acad. Senat. 2. & Guelf. 3. habent *ſcientiae;* Guelf. 10. *prudentiae*. Tandem Vinar. 2. & ed. vet. *fuit* ſubdiderunt, quod omnes Codd. reſpuunt, etſi intelligendum eſſe haud negaverim; repetitur enim ex eo, quod adfuit n. 2. *huic fuere*, hoc loco *huic fuit*, per Synezeugmenon Numeri, uti *c.* XXI. n. I. adde *cap.* XV. extr. Priſcianus vero XV. p. 1020. *Satis* pro Nomine poſitum eſſe docet, quaſi eſſet *ſufficiens*, ut exponit Gloſſa Guelf. 12. Comparat ille Lucani I. *Tu* ſatis *ad vires Romana in carmina dandas;* quod & de *parum* & reliquis ejusdem notionis Particulis verum eſt.

5. VASTUS ANIMUS. Immenſae cupiditatis, inſatiabilis, alia poſt alia appetens. Egregie *Vaſtus* de animo cupido tibi dici videbitur, ſi a *Veſcor*, vel *Paſcor* derivaveris, vide Diſſ. II. de uſu Orthogr. Lat. *c.* III. §. VII. n. 8. adde Serv. ad I. Aen. *v.* 56. Non. Marcell. *c.* IV. Noſter IV. Hi3. *Atque hiavit humus multa*, vaſta *& profunda*. Et ſic alii quoque de rebus *profundis* adhibere ſolent, quomodo Criſpus Jug. *c.* XCV. altitudinem *ingenii* dixit.

NIMIS ALTA. Struv. *ſemperque nimis alta*. Haec verba Joſepho Waſſio v. cl. facere videntur, ut vis ſententiae langueſcat, utque minus dixiſſe videatur in fine quam in principio. quamobrem vocem *alta* plane omittendam eſſe ſuadet. Noli parere, lector. iſta vox ſignificantiſſima eſt. Livius I. *excelſa &* alta *ſperare jubet*. Cic. pro Milone *c.* VIII. *ſed homo ſapiens, &* alta, *&* divina *quadam mente praeditus, multa vidit*. Jo. Salisberienſ. II. Policr. *c.* XXVII. *Occidi ſiquidem in monte debuit, qui non niſi* alta *in ſe ipſo reſpexit*. Sed ſit ſane infirmior quam *immoderata, incredibilia;* Nonne optimi auctores ſaepe ita quaſi deficiunt, ubi rerum deſcribendarum magnitudine ſufflaminantur? Criſpus *c.* XI. *ſemper infinita*, inſatiabilis. & ibidem. *rapere, trahere*, cupere. *c.* XIV. *obnoxios* fidos*que*. *c.* XXVII. *dies noctesque feſtinare*, vigilare. Jug. *c.* XL. *quanta vi rogationem juſſerit, decreverit*, voluerit. quae quamquam alia ratione explicari poſſint, habent tamen aliquid ſimile: ut Seneca III. de Ira *cap.* XIX. *Torſerat per omnia, quae in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, tabularibus, eculeo, igne*, vultu *ſuo*. Cic. I. ad Attic. ep. IV. *Nos hic* incredibili *ac* ſingulari *populi voluntate de C. Macro transegimus*. ubi tamen Caſaubonus acumen ingenii maluit perdere, quam verum agnoſcere. Idem pro Sextio *c.* II. *in ruinis* everſae *&* afflictae *reipublicae. c.* III. *homine & ſapiente, &* ſancto, *&* ſevero. Vopiſcus Aurelian. *c.* VIII. Nimius *eſt*, multus *eſt*, gravis *eſt; & ad noſtra jam non facit tempora*. Utile itaque erit, haec non neglexiſſe.

6. POST DOMINATIONEM L. SULLAE. *Poſt* non tantum *temporis* hic eſt Praepoſitio, ſed etiam *quaſi cauſſalis*, & *occaſionalis*. uti Jug. *c.* LV. poſt *inſidias Jugurthae*. & infra *c.* XII. ex *divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum ſuperbia invaſere*. *Dominatio* abſolutum ejus imperium & *tyrannidem* notat, *c.* VI. n. 8. *Poſt ubi regium imperium in ſuperbiam* dominatio*nemque convertit:* neque aliter *cap.* XXVIII. De Sulla infra *c.* XI. & Jug. *c.* XCV. plura occurrunt. Eum aemulatus eſt Catilina, familiaris olim ejus amicus, cui ingenio quoque valde ſimilis erat, vide Appian. II. Civil. poſt med. *Sylla* aliis ſcribitur, qui Graecos ſequuntur, quibus eſt Σύλλας, & vetuſtos aliquot Codices. Ex noſtris *Syllae* ſcripſere Guelf. I. 5. 7. & ed. vet. Reliqui omnes habent *Sillae*, (Vinar. I. peculiari modo *Scillae*) quomodo in aliis etiam codd. reperiri, teſtatum reliquit H. Ernſt.

ad:

publicae capiundae : neque id quibus modis adſequeretur, dum ſibi re-

ad C. Nepot. Attic. *cap.* II. Qualem varietatem etiam in nomine urbis *Adrumeti* deprehendi, quod per V, Y, & I ſcribunt Codd. MSS. Unde I in has voces per librarios pervenerit, haud dictu difficile eſt, qui *Optimus*, *Peſſimus*; imo & *inmitatur* pro *immutatur*, *ſimilare*, *diſſimilare*, confidenter exararunt. Deinde *Sylla* & *Sulla* promiſcue ſcribendum eſſe rati ſunt, quia V ſonum I in pronunciatione olim admiſcere ſolebat. Eum medium ſonum per Y recentiores exprimere voluerunt. Hinc & *Suria*, *Syria*: *Boruſtenes*, *Boryſtenes*, *Illuricum*, *Illyricum* & alia promiſcue ſcripta inveniuntur, vide Spanhem. de V. & P. Num. Diſſ. II. Sed Nomen *Sulla* per Y ſcribere, etſi adeo militet Aldus Manutius, non lapides magis & numi, quam ipſa ratio vetat. eſt enim non a *Sibylla*, ut Plutarchus aliique ridicule volunt, ſed ὑποκοριστικὸν a *Sura*. Quae igitur partes litterae Graecae in voce Latina?

LIBIDO M. INVASERAT. Cupiditas, vide *c.* II. n. 2. Silius V. *v.* 640.

> - - *ſi tanta* libido
> *Eſt vobis rabiesque* fugae.

de verbo *invaſerat* dixi ad *c.* II. num. 5.

REIP. CAPIUNDAE. Fruſtra ſollicitatur verbum *capiundae*, quaſi non ſatis efficax (ſubſtituunt enim *occupandae*, aut *rapinadae* contra omnes Codd.) aut plane ſuperfluum. Seneca V. de Benef. *c.* XVI. *Parum eſt illi* capere *patriam*, *niſi verterit*: de Catilina loquitur. I. de Rep. Ord. *c.* IV. *neque receptam a te*, *ſed* captam *Remp.* Seneca de morte Claud. *c.* VI. de Claudio: *Itaque quod Gallum facere oportebat Romam* cepit. Mamert. Paneg. Maxim. *c.* XII. *illi enim illi avide regna deſiderent*, *quos ſoluta legibus vita delectat*, *quorum crudelitas indemnatos necandi*, *cupiditas* privata capiendi, libido *honeſta foedandi*, *jus atque impunitatem requirunt.* ſic edidit Rhenanus. Juretus corrigit *privata rapiendi*, & ſic vulgo edunt. Sed etiamſi non ſatis *violentum* eſſet hoc verbum, tamen per ſequentia loco ſuo ſervatur: *neque id quibus modis* &c. ita, ut ea notione poſitum eſſe poſſet, qua Tacit. IV. Hiſt. *c.* XXXIX. *Caeſar Domitianus praeturam* cepit: qua *remp. capere* eſt *imperium accipere*. Sed Salluſtius ipſe ſeſe ſatis tuetur.

ID QUIBUS MODIS ADSEQUERETUR. *Id* ſcilicet *ut Remp. caperet*. Neutrum refertur ad totam Orationem, ut Cic. Divin. in Q. Caecil. *Ut res ita duceretur*, *ut apud Metellum praetorem cauſſa diceretur. In eo eſſe haec commoda.* adde notam ad Cic. II. ep. VII. n. 5. Idem IV. ep. XV. extr. *Quapropter eo animo ſimus inter nos*, *quo ſemper fuimus*; quod *de te ſperare*, *de me praeſtare poſſum*. Confer *c.* XIV. n. 7. & XLVIII. n. 7. notata.

QUIBUS MODIS. Juſtis ſive injuſtis. Nota ſententia Euripidis in Phoeniſſ. A. II. *v.* 527.

> Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
> Κάλλιστον ἀδικεῖν: τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

quam Caeſari familiarem, & ita ab Cicerone converſam fuiſſe ſcribit Sueton. *c.* XXX. extr. ex Cic. III. Offic. *c.* XXI.

> *Nam ſi violandum eſt jus*, regnandi *gratia*
> *Violandum eſt*, *aliis rebus pietatem colas.*

Siquidem *cupido dominandi*, *omnibus affectibus flagrantior eſt*, Tacit. XV. Ann. *c.* LIII. ac *ſceleratis ingeniis & plus quam civilia cupientibus non dominari inſtar ſervitutis eſt*, Calpurn. Flaccus Declam. VI. Conf. omnino Senec. Theb. *v.* 662. Hippol. *v.* 540. Thyeſt. *v.* 39. Cic. I. Offic. *c.* VIII. Flor. III. *c.* XII. n. 13. infra I. Hiſt. Or. Lepidi.

DUM SIBI REGNUM PARARET. *Dum* reddunt *dummodo* Gloſſae MSS. quem ſignificatum notavi ad Cic. VII. ep. IX. n. 3. *Tu tibi deeſſe noli*, *ſerius potius ad nos*, dum *plenior*. Soſipater Chariſ. II. p. 201. Virgilii illud I. Aen. *v.* 9. dum *conderet urbem*, explicat *dummodo conderet*: ſed Servius, *donec conderet*, quia particula *finalis* eſt, vide *c.* XIV. n. 4. XL. n. 4. Livius XXXIII. *c.* XXIV. extr. *mille adſcribi juſſi*, dum ne *quis in eorum numero eſſet*, *qui poſt P. Cornelium & Ti. Sempronium conſules hoſtis fuiſſet*. Auſonius Epigr. II.

> *Salva mihi veterum maneat* dum *regula morum*,
> *Ludat permiſtis ſobria Muſa jocis.*

Pro *pararet* Fabr. I. Guelf. 9. & Acad. a manu prima habuerunt *paret*, ut Jug. *cap.* XLII. extr.

QUIDQUAM PENSI HABEBAT. Pro quidquam *penſum habebat*, & hoc pro *perpendebat*, uti ſaepe apud Livium *infeſtum habere* pro *infeſtare*, ap. Cicer. *ſollicitum habere* pro *ſollicitare* & quae ſunt alia. Gloſſ. Guelf. I. *deliberaverat vel curabat* exponit. Sed Gloſſar. Iſidori p. 39. ed. Graev. *Nihil cenſi*, *nihil judicati.* ſcribe: *Nihil penſi*, & eo magis emendatio Graevii fruſtra erit. infra *c.* XII. n. 2. *nihil* penſi *neque* moderati *habere.* adde *c.* XXXIII. n. 3. Jug. *cap.* XLI. *nihil* penſi, *neque* ſancti *habere*: quem locum verbotenus expreſſit Sulpic. Sever. II. H. S. *c.* L. Dictys I. *c.* VII. *quippe qui lingua moribusque barbari*, *nihil* penſi *aut* conſulti *patientes*, *praeda ac libidine transverſi agebantur*. Lactant. VI. *c.* I. *nihil denique* moderati, *aut* penſi *habent*, *dummodo auro coruſcent*. Sueton.

5 Vaſtus animus immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat.
6 Hunc poſt dominationem Lucii Sullae lubido maxuma invaſerat rei-publi-

n. 16. & VI. ep. XIII. n. 13. ibique notata, ut & quae infra Jug. *c.* LXIV. adſcripſi.

SATIS LOQUENTIAE. In plerisque omnibus Codd. quos & nos, & alii contulimus, conſtanter ſcribitur *eloquentiae*. unum excipere licet ex noſtris MS. 1. quem Incertum vocare ſoleo, qui habebat *loquentiae:* atque hoc quidem bis indicavit, qui cum impreſſo contulit; & praeterea Lovanienſem, in quo *loquentiae* invenit Cyprianus a Popma. nam de Guelf. 11. nihil dicam, etſi *loquentiae* nunc praeferat, cum veſtigia appareant, *e* litteram primam eſſe eraſam; neque de Senat. 1. qui inter lineas: *loquentiae alias*, etſi ab antiqua manu. Sed jam olim incerta fuit lectio. A. tamen Gellius I. *c.* XV. teſtatur, *Valerium* etiam *Probum*, *Grammaticum illuſtrem brevi antequam vita decederet* loquentiae *legere coepiſſe*, *& ſic a Salluſtio relictum adfirmaſſe*. Quantum autem *loquentia* diſtet ab *eloquentia* optime docuit Plin. V. epiſt. XX. Deinde nec Ordo verborum omnino certiſſimus eſt. Editum ſervant Guelf. 1. 5. 9. 11. Vinar. 2. Eccard. Senat. 1. Baſileenſes, & forſitan Remenſes cum edit. vet. ſed uterque Fabricianus, Heuſſianus, Senat. 2. Vinar. 1. Acad. Guelferbytanorum ceteri ſcribunt: *ſatis eloquentiae*, *parum ſapientiae:* ſcilicet ut *ſatis* & *parum* elegantius utrumque primo loco ponatur; de quo tamen contrarium docui ad *c.* II. n. 2. Porro pro *Sapientiae* Remenſ. 1. Acad. Senat. 2. & Guelf. 3. habent *ſcientiae;* Guelf. 10. *prudentiae*. Tandem Vinar. 2. & ed. vet. *fuit* ſubdiderunt, quod omnes Codd. reſpuunt, etſi intelligendum eſſe haud negaverim; repetitur enim ex eo, quod adfuit n. 2. *huic fuere*, hoc loco *huic fuit*, per Synezeugmenon Numeri, uti *c.* XXI. n. 1. adde *cap.* XV. extr. Priſcianus vero XV. p. 1020. *Satis* pro Nomine poſitum eſſe docet, quaſi eſſet *ſufficiens*, ut exponit Gloſſa Guelf. 12. Comparat ille Lucani I. *Tu* ſatis *ad vires Romana in carmina dandas;* quod & de *parum* & reliquis ejusdem notionis Particulis verum eſt.

5. VASTUS ANIMUS. Immenſae cupiditatis, inſatiabilis, alia poſt alia appetens. Egregie *Vaſtus* de animo cupido tibi dici videbitur, ſi a *Veſcor*, vel *Paſcor* derivaveris, vide Diſſ. II. de uſu Orthogr. Lat. *c.* III. §. VII. n. 8. adde Serv. ad I. Aen. *v.* 56. Non. Marcell. *c.* IV. Noſter IV. Hiſt. *Atque hiavit humus multa*, vaſta *& profunda*. Et ſic alii quoque de rebus *profundis* adhibere ſolent, quomodo Criſpus Jug. *c.* XCV. altitudinem *ingenii* dixit.

NIMIS ALTA. Struv. *ſemperque nimis alta*. Haec verba Joſepho Waſſio v. cl. facere videntur, ut vis ſententiae langueſcat, utque minus dixiſſe videatur in fine quam in principio. quamobrem vocem *alta* plane omittendam eſſe ſuadet. Noli parere, lector. iſta vox ſignificantiſſima eſt. Livius I. *excelſa &* alta *ſperare jubet*. Cic. pro Milone *c.* VIII. *ſed homo ſapiens*, *&* alta, *&* divina *quadam mente praeditus*, *multa vidit*. Jo. Salisberienſ. II. Policr. *c.* XXVII. *Occidi ſiquidem in monte debuit*, *qui non niſi* alta *in ſe ipſo reſpexit*. Sed ſit ſane infirmior quam *immoderata*, *incredibilia;* Nonne optimi auctores ſaepe ita quaſi deficiunt, ubi rerum deſcribendarum magnitudine ſufflaminantur? Criſpus *c.* XI. *ſemper infinita*, inſatiabilis. & ibidem. *rapere*, *trahere*, cupere. *c.* XIV. *obnoxios* fidosque. *c.* XXVII. *dies noctesque feſtinare*, vigilare. Jug. *c.* XL. *quanta vi rogationem juſſerit*, *decreverit*, voluerit. quae quamquam alia ratione explicari poſſint, habent tamen aliquid ſimile: ut Seneca III. de Ira *cap.* XIX. *Torſerat per omnia*, *quae in rerum natura triſtiſſima ſunt*, *fidiculis*, *tabularibus*, *eculeo*, *igne*, vultu *ſuo*. Cic. I. ad Attic. ep. IV. *Nos hic* incredibili *ac* ſingulari *populi voluntate de C. Macro transegimus*. ubi tamen Caſaubonus acumen ingenii maluit perdere, quam verum agnoſcere. Idem pro Sextio *c.* II. *in ruinis* everſae *&* afflictae *reipublicae*. *c.* III. *homine & ſapiente*, *&* ſancto, *&* ſevero. Vopiſcus Aurelian. *c.* VIII. Nimius *eſt*, multus *eſt*, gravis *eſt;* *& ad noſtra jam non facit tempora*. Utile itaque erit, haec non neglexiſſe.

6. POST DOMINATIONEM L. SULLAE. *Poſt* non tantum *temporis* hic eſt Praepoſitio, ſed etiam *quaſi cauſſalis*, & *occaſionalis*. uti Jug. *c.* LV. poſt *inſidias Jugurthae*. & infra *c.* XII. ex *divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum ſuperbia invaſere*. *Dominatio* abſolutum ejus imperium & *tyrannidem* notat, *c.* VI. n. 8. *Poſt ubi regium imperium in ſuperbiam* dominationemque *convertit:* neque aliter *cap.* XXVIII. De Sulla infra *c.* XI. & Jug. *c.* XCV. plura occurrunt. Eum aemulatus eſt Catilina, familiaris olim ejus amicus, cui ingenio quoque valde ſimilis erat, vide Appian. II. Civil. poſt med. *Sylla* aliis ſcribitur, qui Graecos ſequuntur, quibus eſt Σύλλας, & vetuſtos aliquot Codices. Ex noſtris *Syllae* ſcripſere Guelf. 1. 5. 7. & ed. vet. Reliqui omnes habent *Sillae*, (Vinar. 1. peculiari modo *Scillae*) quomodo in aliis etiam codd. reperiri, teſtatum reliquit H. Ernſt.

ad

publicae capiundae: neque id quibus modis adſequeretur, dum ſibi re-

ad C. Nepot. Attic. *cap.* II. Qualem varietatem etiam in nomine urbis *Adrumeti* deprehendi, quod per V, Y, & I ſcribunt Codd. MSS. Unde I in has voces per librarios pervenerit, haud dictu difficile eſt, qui *Optimus*, *Peſſimus*; imo & *inmitatur* pro *immutatur*, *ſimilare*, *diſſimilare*, confidenter exararunt. Deinde *Sylla* & *Sulla* promiſcue ſcribendum eſſe rati ſunt, quia V ſonum I in pronunciatione olim admiſcere ſolebat. Eum medium ſonum per Y recentiores exprimere voluerunt. Hinc & *Suria*, *Syria*: *Boruſtenes*, *Boryſtenes*, *Illuricum*, *Illyricum* & alia promiſcue ſcripta inveniuntur, vide Spanhem. de V. & P. Num. Diſſ. II. Sed Nomen *Sulla* per Y ſcribere, etſi adeo militet Aldus Manutius, non lapides magis & numi, quam ipſa ratio vetat. eſt enim non a *Sibylla*, ut Plutarchus aliique ridicule volunt, ſed ὑποκοριστικὸν a *Sura*. Quae igitur partes litterae Graecae in voce Latina?

LIBIDO M. INVASERAT. Cupiditas, vide *c.* II. n. 2. Silius v. *v.* 640.

- - *ſi tanta* libido
Eſt vobis rabiesque fugae.

de verbo *invaſerat* dixi ad *c.* II. num. 5.

REIP. CAPIUNDAE. Fruſtra ſollicitatur verbum *capiundae*, quaſi non ſatis efficax (ſubſtituunt enim *occupandae*, aut *rapinadae* contra omnes Codd.) aut plane ſuperfluum. Seneca v. de Benef. *c.* XVI. *Parum eſt illi* capere *patriam*, *niſi verterit*: de Catilina loquitur. I. de Rep. Ord. *c.* IV. *neque receptam a te*, *ſed* captam *Remp.* Seneca de morte Claud. *c.* VI. de Claudio: *Itaque quod Gallum facere oportebat Romam* cepit. Mamert. Paneg. Maxim. *c.* XII. *illi enim illi avide regna deſiderent*, *quos ſoluta legibus vita delectat*, *quorum crudelitas indemnatos necandi*, *cupiditas* privata capiendi, libido *honeſta foedandi*, *jus atque impunitatem requirunt*. ſic edidit Rhenanus. Juretus corrigit *privata rapiendi*, & ſic vulgo edunt. Sed etiamſi non ſatis *violentum* eſſet hoc verbum, tamen per ſequentia loco ſuo ſervatur: *neque id quibus modis* &c. ita, ut ea notione poſitum eſſe poſſet, qua Tacit. IV. Hiſt. *c.* XXXIX. *Caeſar Domitianus praeturam* cepit: qua *remp. capere* eſt *imperium accipere*. Sed Salluſtius ipſe ſeſe ſatis tuetur.

ID QUIBUS MODIS ADSEQUERETUR. *Id* ſcilicet *ut Remp. caperet*. Neutrum refertur ad totam Orationem, ut Cic. Divin. in Q. Caecil. *Ut res ita duceretur*, *ut apud Metellum praetorem cauſſa diceretur*. *In eo eſſe haec commoda*. adde notam ad Cic. II. ep. VII. n. 5. Idem IV. ep. XV. extr. *Quapropter eo animo ſimus inter nos*, *quo ſemper fuimus*; quod *de te ſperare*, *de me praeſtare poſſum*. Confer *c.* XIV. n. 7. & XLVIII. n. 7. notata.

QUIBUS MODIS. Juſtis ſive injuſtis. Nota ſententia Euripidis in Phoeniſſ. A. II. *v.* 527.

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν· τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

quam Caeſari familiarem, & ita ab Cicerone converſam fuiſſe ſcribit Sueton. *c.* XXX. extr. ex Cic. III. Offic. *c.* XXI.

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi *gratia*
Violandum eſt, *aliis rebus pietatem colas.*

Siquidem *cupido dominandi*, *omnibus affectibus flagrantior eſt*, Tacit. XV. Ann. *c.* LIII. ac *ſceleratis ingeniis & plus quam civilia cupientibus non dominari inſtar ſervitutis eſt*, Calpurn. Flaccus Declam. VI. Conf. omnino Senec. Theb. *v.* 662. Hippol. *v.* 540. Thyeſt. *v.* 39. Cic. I. Offic. *c.* VIII. Flor. III. *c.* XII. n. 13. infra I. Hiſt. Or. Lepidi.

DUM SIBI REGNUM PARARET. *Dum* reddunt *dummodo* Gloſſae MSS. quem ſignificatum notavi ad Cic. VII. ep. IX. n. 3. *Tu tibi deeſſe noli*, *ſerius potius ad nos*, dum *plenior*. Soſipater Chariſ. II. p. 201. Virgilii illud I. Aen. *v.* 9. dum *conderet urbem*, explicat *dummodo conderet*: ſed Servius, *donec conderet*, quia particula *finalis* eſt, vide *c.* XIV. n. 4. XL. n. 4. Livius XXXIII. *c.* XXIV. extr. *mille adſcribi juſſi*, dum ne *quis in eorum numero eſſet*, *qui poſt P. Cornelium & Ti. Sempronium conſules hoſtis fuiſſet*. Auſonius Epigr. II.

Salva mihi veterum maneat dum *regula morum*,
Ludat permiſſis ſobria Muſa jocis.

Pro *parares* Fabr. I. Guelf. 9. & Acad. a manu prima habuerunt *pares*, ut Jug. *cap.* XLII. extr.

QUIDQUAM PENSI HABEBAT. Pro quidquam *penſum habebat*, & hoc pro *perpendebat*, uti ſaepe apud Livium *infeſtum habere* pro *infeſtare*, ap. Cicer. *ſollicitum habere* pro *ſollicitare* & quae ſunt alia. Gloſſ. Guelf. I. *deliberaverat vel curabat* exponit. Sed Gloſſar. Iſidori p. 39. ed. Graev. *Nihil cenſi*, *nihil judicati*. ſcribe: *Nihil penſi*, & eo magis emendatio Graevii fruſtra erit. infra *c.* XII. n. 2. *nihil* penſi *neque* moderati *habere*. adde *c.* XXXIII. n. 3. Jug. *cap.* XLI. *nihil* penſi, *neque* ſancti *habere*: quem locum verbotenus expreſſit Sulpic. Sever. II. H. S. *c.* L. Dictys I. *c.* VII. *quippe qui lingua moribusque barbari*, *nihil* penſi *aut* conſulti *patientes*, *praeda ac libidine tranſverſi agebantur*. Lactant. VI. *c.* I. *nihil denique* moderati, *aut* penſi *habent*, *dummodo auro coruſcent*. Sueton. Domit.

7 regnum pararet, quidquam penſi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum: quae utraque his artibus auxerat, quas ſupra memoravi. In-

Domit. *c.* XII. nihil *penſi habuit*, quin *praedaretur omni modo*. Quinctil. XI. *c.* I. *ex quo ipſo mentis habitu manifeſtum ſit, tam in ſuſcipiendis, quam in agendis cauſſis* nihil penſi habere. Seneca Phoen. *v.* 298. *&* penſi nihil ducunt, *ubi illos ira praecipites agat*. Livius XLII. *c.* XXIII. *id illi, cui nihil* penſi *ſit, facile eſſe*. P. Bembus etiam *nihil penſi facere* dixit III. Epiſt. p. 460. *Nibil* penſi *ſuam fidem facere*, quomodo Dictys I. *c.* VII. *penſi aut conſulti* facere *nihil*. *neque quidquam* dixit pro *&* *nihil*, & hoc, ſi ſimplex verbum intelligis *conſiderabat*, pro *non*, ut alibi & infra *c.* XII. n. 2.

7. AGITABATUR ANIMUS. *Agitant* cupiditates, quando ſtimulant & vexant. Plaut. Ciſtell. Act. II. Sc. I. *v.* 4.

> *Jactor, crucior*, agitor, *ſtimulor, vorſor in amoris rota miſer;*
> *Exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior.*

Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XXXIX. n. 46. *Herculius* libidine *tanta* agebatur, *ut ne ab obſidum corporibus quidem animi labem comprimeret*. Apulejus X. Metam. p. 239. *Ergo igitur impatientia furoris altius* agitata, *diutinum rupit ſilentium*. I. Hiſt. Or. Philippi: Angitur *enim ac laceratur animi* cupidine. quod ego haud damnaverim; etſi noverim Caſaubonum in Aurel. Victore Caeſ. *c.* XIII. n. 10. *quo vitio, uti Nerva*, angebatur, reſcribere *agebatur*: cum ſane parum aut nihil *angere* & *agere* differant.

MAGIS MAGISQUE. Geminant ejusmodi particulas, uti Jug. *c.* LXXXV. etiam *atque* etiam *reputate*. & leg. 39. §. 1. Dig. de minor. vigint. quinq. ann. *&* longe longeque *rem meliorem fecit*. Mamert. in Genethl. Maxim. *c.* XVI. *id nunc* longius longiusque *protendere licet*. Sic Cicero *iterum iterumque*, & Poetae *candidior candidiorque*, ſimilia. Lege Servium ad II. Aen. *v.* 299. addito *c.* XX. n. 6.

IN DIES. Omittit haec Guelf. 5. & 8. habuit primitus *indiges*. Ceteri retinent & I. 4. II. 12. quidem ſeparatim *in dies* ſcribunt, quomodo & Gruterus ſcripſit, & ſcribendum eſſe, ipſa ratio evincit, quam ex antiqua Jurisjurandi formula apud A. Gell. XVI. *cap.* IV. & eis, quae Priſcianus XVIII. p. 1187. attulit, eruere licet. adde infra *c.* XXXII. n. 2. Servat etiam Apulej. VI. Met. p. 266. *Nec minus* in dies *mihi* magis magisque *accipiendorum ſacrorum cupido gliſcebat.* & defendit Cic. I. Phil. *cap.* II. quotidie *magis magisque perditi homines minabantur*.

INOPIA REI FAMILIARIS. Guelf. 5. pro *inopia* habet *neceſſitate*, quod librarius procul dubio ex *c.* XVII. deſumpſit. Sed *inopiam* ad mala conſilia impellere poſſe, docet Claudian. II. Eutrop. *v.* 178.

> *- - feritasque dolore*
> *Creverat, &, teneris etiam quae* crimina *ſuadet*
> *Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egeſtas.*

Quid dicatur res familiaris, expono ad *c.* XX. num. 11.

CONSCIENTIA SCELERUM. *Conſcientia* hic non eſt judicium illud animi noſtri, quo memoria factorum noſtrorum nos aut damnat aut abſolvit; ſed ſimpliciter notat *ſcientiam* ſive notitiam rei alicujus, & proprie quidem quae nobis *cum* aliis communis eſt. Nonius Marc. *c.* V. n. 29. Scius *&* Conſcius *hoc differunt: quod* ſcius *ſecum*; Conſcius *cum alio ſcius eſt*: ſed bene addit: *licet* Conſcium *indifferenter poſitum legerimus*. nam & nudam nobiscum ſcientiam ſaepe denotare ſolet, ut Cic. III. ep. VII. n. 20. *fretus* conſcientia *officii mei*. Sulpic. Sev. II. H. S. *c.* XXIX. n. 5. *ſibi pro* conſcientia *ſcelerum invifus*. Confer Buchner. ad Tacit. Agric. *cap.* II. p. 97. Adpoſite Herodian. IV. *cap.* VII. in. *ὑπὸ δὲ τῶν ἔργων συνειδὼς ἐλαυνόμενος*.

QUAE UTRAQUE. Heuſſ. *quae* utique *h. a. a.* Nempe intelligit *inopiam & conſcientiam*, & tamen Neutrum intulit, ut Cicero III. Offic. *cap.* XXI. Honeſtate *igitur dirigenda* utilitas *eſt, & quidem ſic, ut* haec duo *verba inter ſe diſcrepare, re tamen unum ſonare videantur*. Sulpic. Sev. II. H. S. *c.* XLI. *placuit decem legatos mitti, ut*, quae eſſent *partium* fides *&* ſententia, *cognoſceret*. Corn. Celſus Praef. I. *quos neque* deſidia, *neque* luxuria *vitiarant. ſiquidem* haec duo *corpora prius in Graecia, deinde apud nos adflixerunt*. Columella VIII. *c.* II. *niſi quod rutilam* galeam *&* criſtam *capite gerit*, quae utraque *ſunt in Meleagride caerulea*. l. 13. §. 4. Dig. de teſtam. milit. *ſervo* libertas *ſimul &* haereditas *data*, quae utraque *ad eum pervenire teſtatorem voluiſſe negari non poteſt*. quae duo etiam citavit Burmannus ad Quinctil. VII. *c.* IV. p. 632. adde de plurali *utraque* infra ad *c.* XXX. n. 4. Porro *c.* XXXI. n. 1. *ex ſumma* laetitia *atque* laſcivia, quae *diuturna quies pepererat*.

Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos peſſuma ac diverſa 8
inter ſe mala, luxuria atque avaritia vexabant. Res ipſa hortari vi- 9
detur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, ſupra repete-
re,

verat. Jug. *c.* XXXVIII. Nox *atque* praeda *hoſtes*, *quo minus victoria uterentur*, remorata *ſunt*. mox *c.* X. n. 3. *primo pecuniae*, *deinde imperii* cupido *crevit*, *ea quaſi materies o. m. fuere*. In Baſil. 2. eſt *usque utraque*.

AUXERAT. Fabric. 2. *illexerat*; at Eccard. *auxerant* a prima manu. non male, pro *aucta erant*, uti I. Hiſt. *auxiſſe* pro *auctam eſſe*. vide Gellium XVIII. *c.* XI.

SUPRA MEMORAVI. N. 2. & maxime 4. Sic *c.* XXVI. *de quo paullo ante memoravi*. *Cap.* LI. memorare *poſſem: & magna mihi copia eſt* memorandi. Q. Septimius II. *c.* V. *quos ſupra* memoravimus. adde praeterea Jug. *c.* XXXIII. *quem pecunia corruptum* ſupra diximus.

8. INCITABANT CORRUPTI CIVITATIS MORES. De corruptis moribus lege *c.* XII. & XIII. item XXXVII. Non abit Florus III. *c.* V. n. 4. ſpem *atque* fiduciam *dabant noſtra vitia*. In Baſil. 3. prima manus tantum *Incitabant* ſcripſit; addidit alia inter lineas: *eum praeterea*. & Struv. *incitabant illum praeterea*.

CIVITATIS-QUOS. Senſu Pronomen *quos* ad *civitatem* refertur, quaſi dixiſſet *civium*. id indicare voluerunt Heuſſ. Struv. & Baſil. 3. *corr. mores civitatis*, *quos*. Eam figuram *Syntheſin*, ſive *Syneſin* appellant Grammatici. Sic Jug. *c.* XIV. n. 5. Familia *noſtra cum populo R. amicitiam inſtituit*-quorum *progeniem nolite pati fruſtra auxilium petere*. Similiter Juvenal. Sat. XIV. *v.* 240.

Dilexit Thebas - In quorum *ſulcis*.

Livius XXXVIII. *c.* XXIX. *quatuor menſes obſidionem* fame *ſuſtinuit*. *quum ex paucis quotidie aliqui* eorum *caderent*. vide ibi Gronovium & ad IX. *c.* XLI. XXI. *c.* XXXIX. adde Lentul. Cic. XII. ep. XV. n. 3. & Cic. XV. ep. IV. n. 18. infra *c.* XVII. n. 7. *ſimul confiſum*, *ſi* conjuratio *valuiſſet*, *facile apud* illos *ſe principem fore*. *cap.* XXXIX. n. 3. *plebis-animos* eorum *arrexit*.

DIVERSA INTER SE MALA. Fabric. 1. *diviſa*, uti *c.* XX. n. 5. quem errorem etiam *c.* II. n. 1. in alio notavi. Struv. a prima manu *averſa*. Sed *Diverſa* ſunt Diſcrepantia, Contraria, pro quo ſaepe ponitur, uti oſtendit Gronov. ad Senec. II. de Ira *c.* XXIII. Lucan. II. *v.* 275.

Nam praelata ſuis numquam diverſa *dolebit*
Caſtra ducis magni.

Sed propius ad rem Apulej. de Hab. D. Plat. p. 14. *Eamdem malitiam de* diverſis *conſtare*, *abundantia inopiaque*. P. Latro Declam. *c.* XXXIII. *vigent in eo res* diverſiſſimae *pariter*, *continentia & libido*. Livius XXXIV. *c.* IV. diverſis*que duobus vitiis*, *avaritia & luxuria civitatem laborare*. Claudian. de B. Gild. *v.* 163.

- - - - diſtantibus *idem*
Inter ſe *vitiis cinctus: quodcumque profunda*
Traxit avaritia, luxu *pejore refundit*.

adde Plin. II. ep. VI.

9. RES IPSA HORTARI VIDETUR. Remenſ. 1. & Vinar. 2. *Res ipſa hortari* me *videtur*. ſed iſte Remens. etiam ſupra Pronomen addidit: *Incitabant* eum *praeterea corrupti civitatis mores*, ubi & Senat. 1. *Incitabant illum*, quae Hiſtoricus elegantius omittit, ut Jug. *c.* X. Similem connexionem habes Jug. *c.* LXXIX. & XCV. habes etiam Tacit. IV. Hiſt. *c.* V. Sulpic. Sever. Vit. Mart. *c.* XXII. extr. Dialog. II. *c.* VI. Apulej. IV. Metam. p. 144. Res *ac* tempus ipſum *locorum & ſpeluncae illius deſcriptionem exponere* flagitat.

SUPRA REPETERE. *Rem*, (habuerit forſan initio *rem petere* Baſil. 1. qui nunc veſtigium eraſae litterae inter primam & ſecundam ſyllabam verbi *repetere* ſervat) *narrationem* vel ſimile quid intellige, ut *c.* VI. *parare*. Jug. *c.* LXVI. n. 3. *conſtituere: adminiſtrare*, *incipere*, *ducere*, alia dicuntur. Jug. *cap.* V. addit Nominis Caſum: pauca *ſupra repetam*, ſicuti Tacitus XVI. Ann. *c.* XVIII. *De C. Peronio pauca* ſupra repetenda *ſunt*. III. *cap.* XXV. extr. Ea res admonet, *ut de principiis juris*, *& quibus modis ad hanc multitudinem ac varietatem legum perventum ſit*, altius diſſeram. ſed ſine Nomine Sueton. Neron. *c.* II. *ut igitur paullo* altius repetam. & Frontin. de Aquaeduct. Art. XCIV. *In quibus dum* altius repeto, *leges de ſingulis quidem latas*, *quaedam apud Veteres aliter obſervata inveni*. ſic locus ille ex MSS. eſt legendus, qui nec in nupera editione ſatis emendatus eſt. Sine Nomine hoc verbum tanto facilius ponunt, quod proprie ſit *regredi*, (a *pede* & antiquo *pedo*, quod eſt *eo*) *redire*, *ſe referre*; quamobrem cum particula termini conjungit Cicero pro Arch. *c.* 1. inde *uſque repetens:* Oroſius V. *c.* XXIV. *ut* e proximo repetam, *& infame illud ſervile bellum praeteream*. &, niſi vulgari notione ceperis, Enallagen vere patitur, quando Caſus Nominis adjungitur. Ceterum digreſſiones haſce, & longa Prooemia, nihil ad hiſtoriam pertinentia reprehendit Quinctil. III. *c.* VIII. qui vero hanc *de inſtitutis majorum*

Digitized by Google

re, ac paucis inſtituta majorum domi militiaeque, quomodo Rempublicam habuerint, quantamque reliquerint: ut paullatim immutata, ex pulcherruma peſſuma ac flagitioſiſſuma facta ſit, diſſerere.

CAP.

jorum diſſertationem reprehendere non poteſt, quam Criſpus recte atque ordine addidit, ut *non modo caſus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti ſunt, ſed ratio etiam cauſſaeque noſcantur*, verbis Taciti in re ſimili I. Hiſt. *c.*IV. adde IV. Ann. *c.*XXXIII. & Jug. *cap.*V. Et vix mente concipere poſſemus tot homines corruptos, qui ſibi atque patriae juxta conſuluerunt, niſi mores corruptae civitatis cognitae eſſent, *c.* XIV. n. I. Aliam digreſſionem fecit Thucydides, quam ipſe defendit I. *c.*XCVII. & II. *c.* XV. de Athenis, aeque, ac haec Noſtri, neceſſariam.

INSTITUTA MAJORUM. Verbum *diſſerere* ad *inſtituta* ita referas, ut dicatur pro *de inſtitutis*, quam figuram pluribus exemplis illuſtravi ad Cic. IX. ep. III. n. 4. Sic Jug. *c.* XCV. de *rebus Sullae dicere*, & mox: *qui eas* res *dixere*. Lamprid. Alex. Sev. *c.*XXX. *de quo in libris ſuis Marius Maximus loquitur, cum Adriani* diſſerit vitam. Treb. Pollio Claud. *c.*III. Claudium *principem* loquor, *cujus vita* &c. Zeno Veron. Serm. LII. de Jona. *Quis corpoream aeris hujus, ut quidam putant*, inanitatem *ſe* diſſerere *poſſe mentiatur*. Sic etiam Varro V. de L. L. *cap.*VII. *diſſerere partes*, ut *diſſerere areas*, recte dici adnotat. Hinc Cic. III. de Nat. Deor. *c.* XL. ea, *quae diſputavi*, diſſerere *malui, quam judicare*. & Tacit. IV. Hiſt. *c.*LXIX. vim *Romanam, pacisque* bona diſſertans. *Inſtituta* (Acad. *in ſtatuta* ſcribit) ſunt mores publici, quos uſus vel lex conſtituit. I. de Rep. Ord. *non ad vetera* inſtituta *revocans*. Cic. II. Agrar. *c.* I. *Eſt hoc in more poſitum* inſtituto*que majorum*. Hinc & cum *legibus* jungit Juſtin. III. *c.* II. inſtitutis *Solonis & Lycurgi* legibus *pares*. de verbo *inſtituere*, Jug. *c.* XIV. & XVIII.

DOMI MILITIAEQUE. Pacis atque belli, erga cives & hoſtes. Saepe ſic Noſter, Livius, ceteri. Curt. VII. *c.* II. n. 33. *Hic exitus Parmenionis fuit*, militiae domique *clari viri*. Jug. *c.* XLI. *belli domique*. infra *c.* LII. n. 21.

QUOMODO REMP. HABUERINT. Adminiſtraverint, quae *forma* fuerit reip. Tacitus IV. Ann. *c.*VI. etiam Ciacconio laudatus: *Congruens crediderim recenſere ceteras quoque* reip. partes, quibus modis *ad eam diem* habitae ſint. adde II. *c.* LXX. III. *c.* XIII. IV. *c.* XLIV. XIII. *c.* XXX. infra *c.* XI. exercitum *luxurioſe nimisque liberaliter* habuerat. Jug. V. *Jugurtham eodem cultu, quo liberos ſuos, domi* habuit. Pompon. Mela Prooem. *Ac primo quidem quae ſit* forma *totius, quae maximae partes*, quo *ſingulae* modo ſint, *atque habitentur, expediam*.

QUANTAMQUE RELIQUERINT. Guelf. 4. 9. 10. Eccard. Senat. 2. Baſil. I. Heuſſ. Struv. & uterque Remenſ. ſcribunt *relinquerint*. Neſcio, an ſcribae Praeteritum tempus ita a Praeſenti formarunt, uti *Intellegit*, *Neglegit*, *Sinit*, *Attertuit*. Eamdem varietatem in MSS. video infra *c.* XII. n. 5. *c.* XX. n. 8. & alibi paſſim in optimis etiam Codd. Vide Joſ. Scalig. ad Varron. I. de R. R. extr. p. 214. & infra Fragm. I. Hiſtor. *cap.* XI. Jug. *cap.* CVII. num. 6. Victor Caeſ. *c.* XXIV. *Neque ultra annos tredecim imperio functus* Remp. reliquit *firmatam undique*.

PAULLATIM IMMUTATA. Quod I. Waſſe in Marxii quodam Cod. invenit *imminuta*, id habet etiam Fabric. I. Baſil. 3. & Vinar. I. Guelf. I. vero *immuta*. ſed *immutata* defendit *c.* X. extr. *Paullatim* dixit, quia *paullatim lapſa eſt diſciplina & mores deſidere velut primo coeperunt*, Livius Proem. Scilicet *nemo repente fuit turpiſſimus*, Juven. Sat. II. *v.* 83. de quo ad *c.* LI.

EX PULCHERRUMA, PESSUMA. Inculcant quidam *& optuma*, quod ex Noſtris tantummodo Eccard. Baſil. 2. Struv. Vinar. 2. Guelf. 7. 8. 10. 11. 12. ſervant. Auguſtin. tamen II. Civ. Dei *c.* XVIII. etiam agnoſcit. Illi addiderunt, quibus verba ex *c.* X. extr. haeſerunt, quique aliquid habere voluerunt, quod τῷ *peſſuma* opponeretur, cum & unum oppoſitum ſufficiat. vide *c.* XIV. n. 2. Cic. pro Domo ſua *cap.* VII. *quemadmodum diſceſſu meo frugum inopia, fames, vaſtitas, caedes, incendia, rapinae, ſcelerum impunitas, fuga, formido, diſcordia fuiſſet: ſic reditu meo ubertas agrorum, ſpes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, ſenatus auctoritas, mecum ſimul reducta videantur*. adde Jug. *c.* XX. n. 2. Modum loquendi ſervat *c.* X. ex *maxuma invidia in* gratiam & favorem *nobilitatis pervenit*. Capitolinus Maximinis *c.* XIII. *quum* ex *ditiſſimis hominibus pauperrimos* faceret. Sic Polybius Excerpt. p. 1378. Ἐξ ἐλαχίστης μὲν βασιλείας, ἐνδοξοτάτην ἀρχὴν κατασκευάσαι, ut Caeſar. *c.* LI. infra: *qui ex parvis opibus tantum imperium fecere*: Cic. pro Coelio *c.* XVII. *qui haec ex minimis tanta fecerunt*. & ſic ſaepe. *pulcherrima* de rep. dixit, ut ſupra: Pulchrum *eſt benefacere reip. cap.* III. n. I. ubi vide Gron. Rutil. I. Itin. *v.* 81.

Omnia

Digitized by Google

CAP. VI.

URbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere atque habuere ini- 1
tio Trojani, qui, Aenea duce, profugi, ſedibus incertis vaga-
bantur: cumque his Aborigines genus hominum agreſte, ſine legi-
bus,

Omnia perpetuos quae ſervant ſidera motus
Nullum viderunt pulchrius imperium.

Florus IV. *c.* I. *actum erat de* pulcherrimo *imperio*. & infra *c.* LII. n. 20. Denique Baſil. I. copulam omittit *peſſima*, *flagitioſiſſima*. Reliqui ſervant.

CAP. VI. 1. Sicuti ego accepi. Audivi, cognovi, didici. *Tradere* enim & *Accipere* ad ſe invicem referuntur. Jug. *c.* IX. *ea quae fama* acceperat. *c.* XXI. *poſtquam Senatus de bello illorum* accepit. adde infra *c.* XXI. & Cic. VI. ep. VI. n. 4. XII. ep. XXI. n. 2. Bene hoc addidit. Nam ceteri omnes urbem Romam a *Romulo* conditam eſſe ſcribunt, niſi quod *Heraclidi* jam *placuerit*, *Troja capta*, *quoſdam ex Achivis in ea loca, ubi nunc Roma eſt, deveniſſe per Tiberim, deinde ſuadente Rome nobiliſſima captivarum, quae his comes erat, incenſis navibus poſuiſſe ſedes, inſtruxiſſe moenia, & oppidum ab ea Romen vocaviſſe*, Solinus Polyhiſt. *c.* I. quem lege & adde Plutarch. in Romulo. Eorum tamen Trojanorum progeniem, qui, Aenea duce, primum in Italiam venerant, auctore Romulo Romam condidiſſe, ſcribit Dionyſ. Hal. I. *c.* XLV. & LXXI. ut hoc pacto omnium optime Salluſtius cum ceteris conciliari poſſet. Niſi auctor illi fuerit Cephalon Gergithius, ſcriptor antiquiſſimus, qui ſimpliciter ait apud Eumd. *cap.* LXXII. anno ſecundo poſt bellum Iliacum Romam eſſe conditam a comitibus Aeneae, coloniae duce *Remo*, filio Aeneae. Aeneam enim quatuor filios habuiſſe ſcripſit, Aſcanium, Euryleontem, Romulum & Remum, quod & Romani ſcriptores confirmant apud Eumd. *c.* LXXIII. Ceterum valde incerta ſunt, quae de Aenea, ejuſque in Italiam adventu tot ſcriptores prodiderunt. Dionyſ. Hal. I. *c.* LIII. *οἱ μὲν οὐδ' ἐλθεῖν Αἰνείαν φασὶν εἰς Ἰταλίαν ἅμα Τρωσίν*. & noſtris etiam temporibus fuerunt, qui hoc in dubium vocarent, in eis Bochartus, Cluverius, Gravina.

Habuere. Incoluere, poſſedere (ut Cato ait III. Orig.) *habitavere*, quomodo legit Iſidorus XV. Orig. *c.* I. male & contra MSS. etſi Baſil. I. vitioſe ita primum ſcripſerat, quod mox in *habuere* correctum eſt. illud elegantius. infra *c.* LII. *malos loca terra* habere, Jug. *c.* XVIII. *Africam initio* habuere *Gaetuli*. II. de Rep. Ord. *c.* IX. Tacit. I. Ann. *c.* I. Urbem Romam *a principio reges* habuere. Flor. IV. *c.* II. n. 22. Siciliam & Sardiniam per legatos *habet*. & ſic *c.* VIII. n. I. qui pro *regere* poſuerunt. Curt. VIII. *c.* VIII. n. 12. *Si* habere *Aſiam, non tranſire volumus*. Sulpic. Sever. I. H. S. *c.* IV. *diverſaque loca atque inſulas mortales* haberent. Sic ἔχειν apud Graecos pro *habitare*. *Habito* autem *eſt frequentativum ſeu iterativum ab* Habeo, ut Diomedes docet Libr. I. p. 335. Pomp. Melae I. *c.* IV. relinquamus ſuam elegantiam: *ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi*, habent *potius terras*, quam habitant.

Aenea duce profugi. Quot homines eum ſecuti ſint, narrat Dares *c.* XLIV. plures ſocios utriuſque ſexus fuiſſe tantummodo tradit Auctor de Orig. G. R. *c.* IX. addatur Livius I. *c.* I. Virgilius, Dionyſius, ceteri.

Sedibus incertis. *Incertis ſedibus* Fabric. I. Guelf. 7. 8. 12. quomodo & Auguſtinus. *Sedes* Gloſſ. Guelf. I. reddit *locos* nempe morationis & habitationis. ſic Jug. *c.* XVIII. apud Livium, Caeſarem & alios frequentiſſime.

Aborigines. Primi Italiae cultores, qui *ab origine* Itali fuerunt. Ridiculas duas derivationes lege apud Auct. de Orig. Gent. R. *c.* IV. Juſtin. XLIII. *c.* I. *Italiae cultores primi* Aborigines *fuere*, *quorum Rex Saturnus*. Hos Herculis tempore parvulam urbem habuiſſe, quod poſtea Palatium Romae fuit, tradidit Diodor. Siculus Libr. V. *Caſcos* Ennius apud Varron. alii *Auſones* celebrant, vide Aelian. IX. Var. Hiſt. *c.* XVI. *Arcades* ante Jovem genitum eas terras incoluiſſe, memorat Ovid. II. Faſt. *v.* 289. adde Meſſalam Corvin. de progenie Auguſti. Sed *Auſones* atque *Arcades* facile ab *Aboriginibus* diſtinxeris. Nam hi ſunt illi incolae, quos aliae terrae pro ſe quaeque *αὐτόχθονας* vocant, quales *Aegyptii*, *Scythae* & *Athenienſes* eſſe voluerunt, vide Juſtinum II. *c.* I. & VI. ibique Interpretes & Perizonium ad Aeliani l. c. etſi non Aborigines, ſed *Siculos* pro ejuſmodi habeat indigenis Dionyſius Halicarnaſſ. l. citand. Poſſet aliquis, ſi ſalva foret Pintiani lectio in Plin. IV. H. N. *c.* XXII. nomen *Aborigines* pro Appellativo habere, ut fuit *Caſcus*, cui propterea quodcumque Proprium aptaretur. Nuper tamen ipſos illos, quos

2 bus, ſine imperio, liberum atque ſolutum. Hi poſtquam in una moenia convenere, diſpari genere, diſsimili lingua, alius alio more viventes: incredibile memoratu eſt, quam facile coaluerint.

Sed

quos vocant, *Aborigines*, non *indigenas*, ſed ortu Germanos fuiſſe, demonſtrare voluit Jo: Nic. Funccius de Orig. L. L. *cap.* VI. qui & *cap.* IX. *Aeneae* in Italiam adventum propugnat. vide Dionyſ. Halic. I. *c.* X. ſeqq. & II. *c.* I.

GENUS HOMINUM AGRESTE. Fabric. I. *agreſtium*. Guelf. 8. tantummodo: *agreſte genus*: 6. & 7. *agreſte genus hominum*; Ceteri cum editis conſentiunt. Sed male interpretes *agreſte* capiunt pro *dura* ac *intractabili*, cum notet eos, qui inculti & inconditi *in agris vixerint*, & pro copia pabuli agrorum incertas ſedes habuerint, de quibus Ovid. II. Faſt. *v.* 291.

Vita ferae *ſimilis*, *nullos agitata per uſus*:
Artis adhuc expers; *&* rude *vulgus erat.*
Pro domibus frondes *norant*, *pro frugibus* herbas;
Nectar erat palmis hauſta duabus aqua.

& quae ibi ſequuntur. Adde Jug. *c.* XVIII. *Fuit enim tempus*, *cum* rura *colerent homines*, *neque* urbem *haberent*, Varro III. de R. R. *c.* I. & quamvis Cicero *Agreſtem* opponat *Ruſtico*, alibi tamen hac notione adhibuit, ut & Tibullus I. eleg. V. *v.* 3. II. eleg. I. *v.* 17. & alii. *genus hominum*, conſueta Periphraſis eſt. Plaut. Trinum. A. II. Sc. IV. *v.* 141.

Tum autem Syrorum, genus *quod patientiſſimum eſt*
Hominum, *nemo extat*.

Cicero Partit. *c.* XII. genus hominum *indoctum & agreſte*. Livius I. *c.* VIII. *quae ita ſancta* generi hominum agreſti *fore ratus*. pro *rudi*. Plinius VII. *c.* II. *In multis autem montibus* genus hominum *capitibus caninis ferarum pellibus velari*.

SINE LEGIBUS, SINE IMPERIO. Uti decuit Saturnia tempora & aureum illud ſaeculum. Cicer. pro Sext. *c.* XLII. *Quis enim veſtrum*, *judices*, *ignorat*, *ita naturam rerum tuliſſe*, *ut quodam tempore homines nondum neque* naturali, *neque* civili jure deſcripto *fuſi* per agros *ac diſperſi vagarentur*, *tantumque haberent*, *quantum manu ac viribus per caedem ac vulnera aut eripere*, *aut retinere potuiſſent*. Idem tradit Tacit. III. Ann. *c.* XXVI. & Dionyſ. Halic. I. *c.* XXXVI. Ovid. I. Met. *v.* 59.

Aurea prima ſata eſt aetas, *quae vindice nullo*
Sponte ſua ſine lege *fidem rectumque colebat*.

Sed Poetas Latinos & alios quoſdam citavit Brockhus. ad Tibull. I. eleg. III. *v.* 35. Junge Lucian. in Saturn. Tom. II. p. 611. Juſtin. I. *c.* I. Lact. V. *c.* V. Diodor. Sic. I. *c.* VIII. alios.

LIBERUM ATQUE SOLUTUM. Guelf. I. Vinar. 2. & ed. vet. *atque abſolutum*. Guelf. 3. *atque ſolutum*. Male. Satius facit Gloſſ. Guelf. I. quae *liberum* ab imperio; *ſolutum* a legibus intelligit. Conjungit utrumque etiam Livius VIII. *c.* XXXII. *Num ea magiſter equitum* ſolutus ac liber *potuerit eſſe?* & Cicero locis Gronovio citatis.

2. IN UNA MOENIA. Non nove *unum* plurium numero poſitum eſt, penes Nomen plurale. Caeſar IV. Gall. *c.* VII. *ſeſe* unis *Suevis concedere*. *c.* XVI. Uni *Ubii legatos miſerant*. Terent. Andr. A. IV. Sc. I. *v.* 51. *Ex* unis *geminas mihi conficies nuptias*. Cic. II. ep. VII. unis *litteris perſcriberem*. adde XIII. ep. XXIV. n. 6. I. ad Attic. ep. V. Varro VIII. de L. L. *Itaque dicimus* Una Muſa, *ſic dicimus* Unae bigae -- *Quare tam* uni *&* unae *&* una *quodammodo ſingularia ſunt*, *quam* unus *&* una *&* unum. *hoc modo mutat*, *quod altera in* ſingularibus, *altera in* conjunctis *rebus*. Sed Ovidius II. Pont. Epiſt. I. *v.* 7. 8. *Una gaudia*. Prudentius II. Symm. *v.* 783. Unas *capit impius & pius* auras.

DISSIMILI LINGUA. Eſt haec exigua, ſed tamen difficultas unionis populorum, quare & Annibalem miratur Livius XXVIII. *c.* XII. quod exercitum, *mixtum ex colluvione omnium gentium*, *quibus non lex*, *non* mos, *non* lingua *communis*; *alius habitus*, *alia veſtis*, *alia arma*, *alii ritus*, *alia ſacra*, *alii prope dei eſſent*, *ita quodam uno vinculo copulaverit*, *ut nulla nec inter ipſos*, *nec adverſus ducem ſeditio extiterit*.

ALIUS ALIO MORE VIVENTES. Non modo Codd. quantum ſatis eſt Fabric. I. Remenſ. 2. Senat. 2. Baſil. I. etſi hic quidem a manu ſecunda, Heuſſ. Vinar. uterque Guelf. I. 2. 5. & ed. vet. ſed etiam ipſa ratio hanc lectionem defendunt. longe enim major diverſitas notatur ſi ad *ſingulos* (alius) quam ad *plures* (alii) referatur. Neque aliter Rivius atque Gruterus; etſi I. Waſſe *alii alio more viventes* ediderit. Sic *c.* XXII. alius *alii tanti facinoris* conſcii. *c.* LII. alius *alium* exſpectantes. Jug. *c.* LIII. n. 8. *milites* alius alium *laeti appellant*. I. de Rep. Ord. alius *alium*, *quaſi prudentiorem* ſecuti. & alibi. ubi ſimiliter in quibuſdam MSS. ſed fere auctoritatis infractae, *alii* offendi. quomodo etiam Jug. *c.* XII. n. 2. Livius II. *c.* X. *dum* alius *alium* circumſpectant. Curt. X. *c.* V. n. 16. alius

alii

Sed poſtquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera ſatisque pollens videbatur: ſicuti pleraque mortalium haben- 3

alii occurſantes, *invicem ſuſpecti ac ſolliciti* ferebantur. Juſtin. XV. c. II. *dum auxilium ferre* alter *alteri* volunt. Seneca Epiſt. CXIV. *Haec vitia ceteri imitantur, & alter alteri* tradunt. Rationem pete ex dictis ad c. II. n. 3. & adde c. XLVIII.

INCREDIBILE MEMORATU EST. Omiſit verbum ſubſtantivum I. Waſſe, nec quid, nec quare. Noſtri retinent, praeter Eccardianum, in quo a manu ſecunda tantum viſitur. ſed iſte & proximum *alius* primitus non habuit. Agnoſcit etiam Aldina & Gruteriana cum aliis, & ſic c. VII. n. 2. Jug. c. XL. n. 5. Imitatur Sulpic. Sev. I. H. S. c. XIII. *incredibile* memoratu eſt, *quam cito numero aucti ſint*. Eo modo Plautus Mil. A. II. Sc. I. v. 23. *qui eſt amor* cultu *optumus*. Silius I. v. 175. *ferum* viſu dictu*que*, alii alia dixere. Si vero hoc loco placuerit deleri *eſt*, per me licet; dum ex reliquis omnibus his formulis pariter expellatur.

QUAM FACILE COALUERINT. Concreverint quaſi in unum populum, & *concordaverint in* unos mores. *ſie haben ſich vereinigt*. Livius I. c. II. *Fretuſque his animis* coaleſcentium *in dies magis duorum populorum*. c. VIII. *quae* coaleſcere *in populi* unius corpus, *nulla re, praeterquam legibus poterat*. Florus I. c. I. *ita ex variis quaſi elementis* congregavit corpus *unum*. Idem III. c. III. corpus *fecit ex membris, & ex omnibus* unus *eſt*. Dictys V. c. XVII. *cuncti qui bello reſidui ad eum confluunt, brevique ingens* coalita *multitudo*. infra Jug. c. LXXXVII. *Sic brevi ſpatio novi veteresque* coaluere. Juſtin. XVIII. c. IV. *convaleſcere* pro eo utitur. Sed poſt haec verba editio vetuſta, ſaepe mihi laudata, & MS. Vinar. 2. addunt: *ita brevi multitudo diverſa atque vaga, concordia civitas facta erat*. quae quod ad ſtructuram non ſunt quidem multa diverſa ab eis c. VII. n. 2. ſed in nullo MS. praeter illum Vinarienſem, qui paſſim editioni vet. praeire ſolet, ipſe inveni, neque invenere alii: etſi ejuſmodi concluſiones adamet Salluſtius, vide c. LV. n. 5. Sed Auguſtin. Epiſt. V. eadem aperte Ciceroni tribuit, inter cujus fragmenta I. de Rep. vulgo eduntur, & ex Auguſtino librarius quidam ea hic ad oram notaverat. quare merito ab editoribus ejecta ſunt. Vinar. I. *quam facillime*.

3. RES EORUM. *Status* nunc dicunt, & pro eo poſuit Auctor c. XX. *mala* res, *ſpes multo aſperior*. Ennius: *Moribus antiquis* res *ſtat Romana viriſque*. Ovid. III. Faſt. v. 36. Rem*que* *ducesque dabant arma*. Livius I. c. III. *tamiſper* *tutela muliebri* res *Latina, & regnum avitum paternumque puero ſtetit*. c. IX. *mirantur tam brevi* rem *Romanam creviſſe*. XXI. c. II. *is hoſpitiis regulorum magis, quam bello aut armis* rem *Carthaginienſem auxit*. Virg. I. Aen. v. 230.

- - o qui res hominum deumque
Aeternis regis imperiis.

Ennius I. Ann. apud Acron. in Hor. I. Sat. II.

Qui rem *Romanam Latiumque* augeſcere *voltis*.

Pro *imperio* accipit Auſonius in Grammaticomaſt. v. 8.

Imperium, *litem, Venerem cur una notet* res.

Sed Graeci etiam πράγματα hac notione uſurpant.

MORIBUS. Conſuetudines, uſu receptae, vel ex legibus deſcendentes, optimum firmamentum rempublicarum. *Juri ſcripto* oppoſuit *mores* Tacit. III. Ann. c. XXVI. Dio Chryſoſt. Orat. περὶ ἔθους. Ἔστι δὲ τὸ ἔθος γνώμη μὲν τῶν χρωμένων κοινὴ, νόμος δὲ ἄγραφος ἔθνους ἢ πόλεως, δίκαιον δὲ ἑκούσιον, καὶ ταὐτὰ πᾶσιν ἀρέσκον, εὕρημα δὲ ἀνθρώπων οὐδενὸς, ἀλλὰ βίου καὶ χρόνου. adde infra c. LII. Virg. I. Aen. v. 268.

- moresque viris & moenia ponet.

AUCTA. Sumtum eſſe a Catone, notavit A. Popma, qui ſic in Orig. *eodem hominum complures ex agro accesſitavere. ea res eorum* auxit. Juſtin. II. c. XV. in. *Athenienſes aucti & praemiis belli, & gloria*. adde Jug. c. LXXXVI. n. 3.

SATISQUE POLLENS. Remenſ. 2. *pollere*. ceteri nihil movent. Jug. c. I. n. 3. *abunde* pollens *potenſque & clarus eſt*. ibi vide. c. XXX. n. 4. *facundia clara* pollens*que*.

S. PLERAQUE MORTALIUM HABENTUR. Guelf. 7. 8. Baſil. 2. & Acad. *plerique:* quod illis perinde erit, qui hic ſenſum, *ſicuti pleriſque accidere ſolet*, latius capiunt. Sed pertinet ad *res humanas*, quae proprie *habentur*, & ita quidem habentur, ut ſi emineant & proſperae ſint, invidiam comitem habeant. Expoſitionem habes ſupra c. I. n. 4. Modus loquendi idem c. XXXVII. n. 2. *quoniam* egeſtas *facile* habetur *ſine damno*. Sed Incert. 2. elegantem Gloſſam in textum receperat: *ſola miſeria caret invidia*. male vero in Baſil. 2. corrector quidam fecit *videntur* ex *habentur*.

INVIDIA EX OPULENTIA. Quia res eorum creſcebat, finitimi invidebant, Livius I. c. II. de Mezentio: *jam inde ab initio* minime laetus *novae origine urbis, & tum nimio plus, quam ſatis tutum eſſet* accolis, *rem Trojanam* creſcere

bentur, invidia ex opulentia orta eſt. Igitur reges populique finitumi bello tentare: pauci ex amicis auxilio eſſe. nam ceteri metu percuſſi a periculis aberant. At Romani domi militiaeque intenti feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obviam ire, liber-

ratus, haud gravatim ſocia arma *Rutulis junxit*. & *c*.IX. de vicinis gentibus: *tantam in medio creſcentem molem ſibi poſteriſque ſuis* metuebant. Juſtin. XLVIII. *c*.III. *Sed Ligures* incrementis urbis invidentes *Graecos adſiduis bellis fatigabant*. adde XLIV. *cap*.V. num. 2. cum nota Berneggeri. Vellej. Pat. I. *c*.IX. *Adſidua* eminentis *fortunae* comes *eſt* invidia, *altiſſimiſque adhaeret*. adde II. *c*. XL. Liv. XLV. *c*.XXXV. *Intacta* invidia *media ſunt: ad* ſumma *ferme tendit*. Seneca ad Polyb. *c*.XXVIII. *Inimica ſemper alienis* proceſſibus invidia. Tacit. II. Hiſt. *c*.XX. *inſita mortalibus natura, recentem aliorum* felicitatem aegris oculis *introſpicere*. Papin. Stat. V. Sylv. I. *v*. 137.

Quisnam impacata conſanguinitate *ligavit*
Fortunam Invidiam*que Deus? quis juſſit iniquas*
Aeternum bellare Deas? nullamne notavit
Illa domum, torvo *quam non haec* lumine *figat*
Protinus, & ſaeva perturbet gaudia dextra?

Vinar. I. pro *orta eſt*, habet *exorta eſt*.

4. BELLO TENTARE. Pro *tentabant*, per frequentatiſſimam Hiſtoricis Enallagen, qui quaſi feſtinantes verbum Infinitum arripiunt, loco Pronunciativi. Serv. ad Aen. II. *v*. 683. 684. *Fundere, lambere, paſci*. hiſtorico, inquit, *more; ſunt autem hic Infinitivi pro Indicativis*. ad VIII. *v*. 493.

Ille inter caedes Rutulorum elapſus in agros
Confugere, *& Turni* defendier *hoſpitis armis*.

Confugiebat, inquit, *& ut diximus hiſtoricus ſtilus eſt*. Philargyr. ad IV. Georg. *v*. 134. *Carpere* poma: *pro* carpebat, *Infinitum pro Indicativo*. Chariſ. Soſipat. IV. p. 239. *At vero Rutulis impar ea pugna* videri *Jamdudum: pro* videbatur, *poſuit infinitivum verbum pro finitivo*. Sunt, qui malint cum Priſciano Ellipſin Verbi *coepit* dicere. ſed illi meminiſſe debuerunt, ipſum verbum *coepit* eſſe Periphraſin temporis Imperfecti, eodem doctore Lib. XVIII. ad prius itaque & commune recurrere decet. Exemplis non eſt opus, cum in Noſtro obvia ſit magna vis. ex. gr. *c*.X. XI. XX. aliis. Oratores, ubi narrant, eadem utuntur, ut Galba Cic. V. ep. XXX. n. 10. Apulej. Florid. p. 253. *qui non adfuerant* percontari *ante dicta: qui adfuerant* recordari *audita: ſequentia* expectare. *interim dies* ire, *neque Philemon ad condictum* venire. *quidam tarditatem poetae* murmurari, *plures* defendere. Mamert. Paneg. Maxim. *c*. XXXV. *milites cauſſam publicam manu* agere: *hoſtes gladiatoria deſperatione* pugnare, *nec gradu* cedere, *ſed in veſtigio* ſtare, *vel* cadere. Ceterum phraſin retinuit Sulpic. Sev. I. H. S. *c*. V. *qui* bello *vicina* tentabant. *populi* ſine copula Heuſſianus.

PAUCI EX AMICIS AUXILIO ESSE. Uti Albani, qui Fidenate bello medii expectavere fortunam, cum ex foedere Romanis auxilio eſſe debuiſſent, Florus I. *c*. III. Liv. I. *cap*. XXVII. nec multo magis fidi reliqui ſocii. Heuſſ. *paucis*. male.

METU PERCULSI. In Guelf. I. lego: *nam ceteri metu ac periculis perculſi aberant*. 4. & 10. Struv. Baſil. 3. Incert. 2. cum Senat. 2. *percuſſi*, de quo vide ad *c*. XLIII. n. 2. Rectum certe hoc loco *metu percuſſi*, ut Jug. *c*. XL. n. 4. & apud Virg. IV. Georg. *v*. 357. Percuſſa *nova mentem* formidine *mater*. ſic Codd. ſanctiſſimae antiquitatis. Silius VII. *v*. 416.

Tum magno percuſſa metu *Nereia turba*.

quod ibi edidit & defendit Nic. Heinſius, itaque repoſui. aliud enim eſſe *perculſus*, patebit ex dictis ad Jug. *c*. XLII. n. 1. Eccard. ordinem mutat *perculſi metu*. quae facile eo ducerent, ut *perculſi* pro ſpurio declarari poſſet, ſine quo dixit *c*. LII. *ſine* metu *ceſſerimus*. Jug. *cap*. LXIX. *deditionem, quam* metu *deſeruit*. vide tamen, ne quid mutes, notam ad *c*. XLIX. n. 2. Lucan. I. *v*. 486. *Nec ſolum vulgus inani* Percuſſum *terrore pavet*. Forte in voces *a periculis* potius aliquid tentandum; ſed viam non monſtraverim.

A PERICULIS ABERANT. Guelf. 12. *a periculo*. Baſil. 3. *abierunt*. Nullus vero ex iis, qui ad manum ſunt, *longe a periculis aberant*, quamvis particulam eam ex Auguſtino defendi poſſe ſciam. Confer *c*. XV. extr.

5. FESTINARE. Feſtinanter, μετὰ σπουδῆς agere, quemadmodum *properare* Servius ad VIII. Aen. *v*. 454. exponit *properanter facere*. Noſter *cap*. XXVII. *dies noctesque* feſtinare, *vigilare*. *c*. XXXI. feſtinare, *trepidare*. *c*. XLII. *feſtinando, agitando omnia*. Jug. *c*. XXXIX. *denique omnibus*

n. odia

Digitized by Google

libertatem, patriam parenteſque armis tegere. poſt, ubi pericula virtute propulerant, ſociis atque amicis auxilia portabant: magiſque dandis, quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitimum, nomen imperii regium habebant: Delecti, 6

modis feſtinare. uti & *c.* lv. & lxxii. *ad integrum bellum cuncta parat*, feſtinatque. adde de voce A. Gellium xvi. *c.* xiv.

Parare. Ea, quae defenſioni aut bello uſui eſſent, eſt enim & hoc verbum ex praeciſe poſitis. Sic Jug. *c.* xi. *moliri*, parare, *atque eo modo cum animo habere, quibus Hiempſal per dolum caperetur*. *cap.* lx. *agere*, *oppugnare*, *aut* parare *omnibus locis*. Virg. ii. Aen. *v.* 121. *cui fata* parent. Sic *comparare* Livius xxxv. *cap.* xliv. *ut Romani tempus ad* comparandum *habeant*. Corn. Nepos Thraſyb. *c.* ii. *hos autem*, *tempore ad* comparandum dato, *fecit robuſtiores*. adde Cic. xii. ep. xii. n. 2. xvi. ep. xi. n. 6. Non multum abſimilia leges ad *c.* xxvi. n. 2. & Jug. *c.* xcii. extr. Male Vinar. i. omittit *parare*.

Hostibus obviam ire. Occurrere ad confligendum. Liv. i. *c.* x. *effuſe vaſtantibus* fit obvius *cum exercitu Romulus*. & ſic ſaepiſſime. adde Jug. *c.* v. & vii.

Patriam parentesque. Poſſes intelligere quos vulgo *ſubditos* vocant. Jug. *c.* iii. *nam vi quidem regere patriam aut* parentes. *c.* cii. parentes *abunde habemus*. Vellej. Pat. ii. *c.* cviii. *ex voluntate* parentium *conſtantem inter ſuos occupavit principatum*. Aliis *qui parent:* Graeci *ὑπηκόους* & *ἀρχομένους* vocant. Sed cum res omnes circumſpicies, *parentes* hic vulgari notione pro iis *qui genuerunt* accipiendum eſſe ſenties. Tam enim mulieres, quam ſeniores non militabant: hos igitur defendi opus erat; nec ſine ſummo flagitio deſeri poterant. Cic. i. Offic. *c.* vii. *qui autem non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriae, tam eſt in vitio, quam ſi* parentes, *aut amicos*, *aut* patriam *deſerat*. Alibi etiam cum *patria* conjunguntur. Noſter infra *c.* lii. n. 3. *Illi mihi diſſeruiſſe videntur de poena eorum*, *qui* patriae, parentibus, *aris atque focis ſuis bellum paravere*. Jug. *c.* lxxxvi. n. 3. *armis libertatem*, patriam, parenteſ*que*, *& omnia alia tegi*. & alibi. Perperam Heuſſ. *paupertatem parenteſque*.

Armis tegere. Guelf. i. *protegere*. ceteri ad unum omnes *tegere*, ut Jug. *c.* lxxxvii. tegere eſt *tueri*, *defendere*, uti infra *c.* lvii. *nec amicus quiſquam teget*, *quem arma non* texerint. & Plaut. Pſeud. Act. i. Sc. iii. *v.* 117. cum nota Gronovii. atque in dictione quidem *armis tegere* cogitare potes de illis, qui milites civem armis tegendo, civicam merebant, unde originem ſumſiſſe poteſt. ejus rei figura ſervata eſt in numo Gentis Minuciae.

Pericula propulerant. Sic & Cicero, qui ſaepe *propulſare pericula*, uti pro Roſc. Am. *c.* iii. pro Font. *c.* i. alibi:

Sociis. De quo Claudian. iii. Stilic. *v.* 138.

> - - - *ſi voluere priſcos*
> *Annales libeat*, *quoties hic* (populus R.)
> *praelia ſumſit*
> Pro ſociis.

item Caeſar i. Bell. Gall. *c.* xliii. praedicat, *populi R. hanc eſſe conſuetudinem*, *ut* ſocios *atque* amicos *non modo ſui nihil deperdere*, *ſed gratia*, *dignitate*, *honore auctos eſſe velit*. lege Cicer. pro L. Manilia & ii. Offic. *c.* viii. Verum idem ille Tullius iii. de Rep. apud Nonium fatetur: *Noſter autem populus* ſociis defendendis *terrarum jam omnium potitus eſt*. pariter ac Athenienſes *ſub ſpecie* ferendi auxilii, *tentabant Siciliae imperium*. Adi Chriſt. Forſtner. in iii. Annal. Taciti p. 256. Duck. de auctor. & uſu Jur. Civ. i. *c.* i.

Auxilia portabant. Hoc maluit pro conſueto *ferebant*. uti Sidonius iv. ep. xiv. *perſonam publicam* portas. & *rebus magnis* accommodatum eſſe verbum docet Donat. ad Ter. Hec. Act. iii. Sc. v.

Dandis qu. acc. beneficiis. In oculis & animo habuit ſuum Thucydid. ii. *c.* xl. οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους, quem etiam citavit Manutius. Sic *dare* & *accipere beneficia* habes Jug. *c.* xcvi. num. 2. At Guelf. ii. Baſil. 2. & Remenſ. i. habent *in dandis:* Guelf. 8. *in dandis quam in accipiendis:* 7. *dandis quam in accipiendis*, ſed ſine Praepoſitione cum ſexto Caſu verbum *parare* occurrit Jug. *c.* xxxi. ubi vide. Guelf. 3. 7. 9. 10. *dandis beneficiis*, *quam accipiendis*. Mox Baſil. i. non habuit primitus vocem *amicitias*, quae & in 3. locum mutat. ac potuit ſane Salluſtius omittere, cui facile fuit vel *amicos* & *ſocios* ex ſuperioribus ſubaudire, vel ex his *amicitias* intelligere. vide ad *c.* xviii. n. i.

6. Imperium legitimum. Legibus circumſcriptum, ſecundum certas leges imperitabant. Jam enim propius Romuli tempora devenit, qui non modo *Patrum conſiliis*, uti ſtatim narrat, obtemperabat, ſed etiam ipſe leges quaſdam ad populum tulit, ex quibus temp. re-

ᵭi, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum, Reipublicae conſultabant. hi vel aetate, vel curae ſimilitudine PA-

regeret: ut de provocatione ad populum nihil dicam, de qua Cicero apud Senec. Epiſt. XIX. L. 2. §. 2. D. de O. Jur. *Poſtea aucta ad aliquem modum civitate, ipſum Romulum traditur populum in triginta partes diviſiſſe, quas partes Curias appellavit: propterea quod tunc reip. curam* per ſententias partium *earum expediebat. Ei ita* leges *quasdam & ipſe* curiatas *ad populum tulit. Tulerunt & ſequentes reges*. Sed *praecipuus Servius Tullius ſanctor legum fuit, quis etiam* reges *obtemperarent*, inquit Tacit. III. Ann. *cap.* XXVI. extr. Iſta vocis notio eſt ſatis propria adeoque Salluſtio potius tribuenda, quam quae nunc receptior eſt. Sed eodem modo Cic. I. Offic. *cap.* III. dixit *legitime imperare*, & *cap.* XIX. *nec ullo publico ac* legitimo *jure vinci ſe patiantur.* & Lactant. VI. *cap.* IX. legitime *injurias inferre*, de Romanis, qui *ſecundum leges* ſuas (quae Populi R. gloriam & imperium quovis modo augere jubebant Cic. III. de Leg.) facile vicinas gentes aggredi conſueverant, eique mox *contra leges facere* opponit. Cic. pro domo. *c.* XXIX. *quamquam in illa adoptione* legitime *factum eſt nihil*. leges adoptionis *cap.* XIII. memoraverat. adde *cap.* XXXI. Corn. Nep. Ariſt. *cap.* I. legitimam *poenam*. (decem annorum exſilium oſtraciſmum decretum), *non pertulit*. Liv. I. *cap.* XLIX. *Cum Servio Tullio juſta &* legitima *regna occiderunt*. Sic in jure civili noti ſunt *Legitimi tutores*. notum etiam *jus legitimum*, quod opponunt *Juri praetorio*; eodem modo quo *imperium legitimum* opponitur *abſoluto*, ſive ei, quo omnia *manu gubernantur*.

NOMEN IMPERII REGIUM. Hoc eſt, *Reges* vocabantur, imperii forma erat regia. Male Struv. *imperii* omittit. Sic *c.* II. n. I. *nam in terris* nomen imperii *id primum fuit*. cum ibi notatis. Lactant. Epit. Inſtit. *c.* LXXI. nomen imperii *ſedemque mutabit*. Tacit. I. Ann. *cap.* III. *eadem magiſtratuum* vocabula. Id. XIII. *c.* XLI. *exactionum nomina* poſuit. Livius VII. *c.* XVIII. *vel reges, vel decemviros, vel ſi quod* triſtius *ſit* imperii nomen *patiendum eſſe potius, quam ambos patricios Conſules videant*. Afranius apud Nonium in voce Sanctitudo; *Tuam majeſtatem &* nominis matronae *ſanctitudinem*. Placetne nunc cum Waſſio *nomen imperii* accipere per Periphraſin pro *imperio*? aut cum Ruperto & ſimilibus male ingenioſum aliquid fingere: *Reges fuiſſe ſine regno*, nomine ſcilicet tantummodo tenus? Sint ſane iſta veritati aliqua parte conſentanea; num hoc eſt regia via ſenſum Scriptorum eruere?

DELECTI. Lecti quidam ex univerſo populo. *Electos* vocat Vellej. Pat. I. *c.* VIII. Sic Caeſar VII. Bell. Gall. *c.* LXXVI. *iis* delecti *ex civitatibus attribuuntur*. Livius XXXVI. *c.* XXVIII. *cum in concilia* delectorum, *quos* Apocletos *vocant, Phaeneas quae imperarentur expoſuiſſet*. De Romuli inſtituto Eutrop. I. *c.* I. *Centum ex ſenioribus* legit, *quorum conſilio omnia ageret, quos Senatores nominavit, propter ſenectutem*. adde Plutarch. Romulo *cap.* XVIII. Dionyſ. Halic. II. *cap.* VIII.

INGENIUM SAPIENTIA VALIDUM. Eccard. *pro ſapientia*, quam Praepoſitionem librarius addidit, ne quis *annis* & *ſapientia* oppoſita eſſe exiſtimaret, aut eodem ſenſu caperet, cum illud *per annos*, hoc *pro* ſive *in ſapientia* exponendum ſit, uti Seneca V. Controv. XXXIII. *corpore invalidos* dixit. Sed & aliquoties in aliis, maxime autem in Struviano ea Praepoſitio Ablativis temere adjicitur. Huc reſpexit Apulejus de Deo Socr. p. 51. *Nempe Pylius orator, cui omnes ſciebant corpus* annis *hebeſcere, animum* prudentia vigere, *verba dulcedine affluere*. Scilicet *per annos* ſapientia etiam augetur. Seneca Epiſt. XV. *Id bonum cura, quod* vetuſtate *fit melius*: de cultura animi loquitur. adde epiſt. XXVI. Ovid. VI. Metam. *v.* 29. *Seris venit uſus* ab annis. Plaut. Moſtell. Act. V. Sc. III. *v.* 37. *Sapere iſthac aetate oportet, qui ſunt* capite candido. Sulpic. Sev. Epiſt. III. n. 13. *Eſt animus* victor annorum, *& cedere neſcius ſenectuti*. Nam ſi decrepita ſenectus *fregerit inſtrumenta, non eſt ingenii vitium, ſed corporis*, inquit Lactant. VII. *c.* XII. Prudent. II. in Symmach. *v.* 321.

Mox ſtabilita venit maturi roboris aetas,
Ultima conſiliis melior; *ſed viribus aegra*
Corpore ſuccumbit mente purgata *Senectus*.

adde Valer. Max. V. *c.* VII. n. I. Hinc illud decantatum Ariſtotel. VII. Polit. *c.* IX. *ἡ μὲν δύναμις ἐν νεωτέροις, ἡ δὲ φρόνησις ἐν πρεσβυτέροις ἐστίν*. Et non modo non orbari, ſed etiam *augeri* conſilio & ſapientia ſenectutem, docet Cicero de Senect. *c.* VI. qui plura huc facientia. Quinctil. Declam. CCCXVII. Conſilium & ratio *procedentis aetatis in locum virium ſubeunt*. Struv. *corpus annis infirmum* erat, *ingenium ſ. validum*. Sed non tam in alium locum verbum *erat* rejiciendum, quam plane expellendum eſt. quod feci. vide *c.* XX. n. II.

VEL AETATE, VEL CURAE SIMILITUDINE. Prius;

PATRES appellabantur. Poſt, ubi regium imperium, quod initio 7
conſervandae libertatis, atque augendae reipublicae fuerat, in ſu-
perbiam dominationemque convertit; immutato more, annua im-
peria, binosque imperatores ſibi fecere. eo modo minume poſſe
puta-

Prius *vel* non agnoſcunt Remenſ. 1. nec Acad. & Guelf. 12. inter lineas tantum exhibet; at 8. *hi pietate, vel aetate, vel curae ſimilitudine.* 10. *curae ſollicitudine.* Livius I. *c.* VIII. *Patres certe* ab honore, *patriciique progenies eorum appellati.* & ſic Florus I. *c.* I. *qui* ex auctoritate *Patres, ob aetatem Senatus vocabantur*, quocum facit Pſeudo-Meſalla Corv. de prog. Aug. Plutarch. Romulo ad *paternam curam* originem appellationis refert, & haud obſcure etiam Feſtus voce *Patres* pag. 326. quique praeterea a *pietate*, quae hic eſt paterna iſta cura, deducunt, ut A. Victor V. Illuſtr. *c.* II. Lactantius vero II. *c.* VI. *aetatem* praeferre videtur: *legit in Senatum eos, qui* aetate anteibant, *& Patres appellavit*. Quinctil. I. *c.* VI. *Senatui nomen dederit* aetas; *nam iidem Patres ſunt*. Mihi haec ultima ſententia, quae ab *aetate* deducit, maxime vero videtur ſimilis; etſi de eo, quod Criſpo dubium fuit, cuivis deliberare licebit. adde Robortell. II. Emendat. *c.* LV.

7. CONSERVANDAE LIBERTATIS FUERAT. Ex noſtris Fabric. 1. Guelf. 2. & 6. Remenſ. etiam 1. Baſil. 1. Incert. 2. hanc lectionem defendunt. Partim etiam Struvianus, ubi ſic legitur: *quod initio conſervandae* fuerat inventum *libertatis atque augendae reip. fuerat.* prius *fuerat* eadem manus induxit. Ceteri vel *cauſſa*, vel *gratia* immittunt, ſed ita, ut iſta vox ſedibus incertis vagetur. Vinar. 2. *libertatis a. a. r. cauſſa conſtitutum fuerat*. Iſte Genitivus eſt Periphraſis Adjectivi, quaſi diceret, *quod initio* conſervatorium (liceat doctrinae cauſſa eo vocabulo uti) *libertatis* fuerat, hoc eſt, *ad conſervandam libertatem comparatum*, quod uno Adjectivo cum exprimere non poſſent, Periphraſin auctores adhibuerunt, ut in vulgatis: *Vir multae lectionis, Puer bonae indolis* & aliis. Simpliciter expreſſit Livius XXXIX. init. *qui hoſtis* ad continendam *diſciplinam erat*. Sed Noſter alibi eodem modo locutus eſt 1. Hiſt. Or. Philippi: *Exercitum* opprimundae libertatis *habet*. Or. Lepidi: *Omnia* retinendae dominationis *honeſta exiſtimat*. & Jug. *cap.* LXXXVIII. *quae poſtquam* glorioſa *modo, neque* belli patrandi *cognovit*. ubi vides nudum *Adjectivum* opponi huic generi dicendi. ad eum locum aliorum auctorum exempla contulimus. ſupra *regium nomen* Vinar. 1. pro *regium imperium*.

DOMINATIONEMQUE. Imperium non legitimum, tyrannidem. III. Hiſt. *certatum utrimque de* dominatione *in vobis*. Jug. *c.* XXXI. *niſi forte nondum vos* dominationis *eorum ſatietas tenet*. Plin. Paneg. *c.* XLV. *Sunt diverſa natura* dominatio *& principatus*. Quare & Auguſtum *Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruiſſe*, legimus apud Sueton. *c.* LIII. in.

CONVERTIT. Manutius in uno ſuorum, & Rivius in Cod. Merſeburgenſi, hanc lectionem invenit, quorum auctoritate Gruterus Pronomen *ſe* expulit, etſi in nullo ſuorum ejus facinoris cauſſam deprehenderit. Sed neque I. Waſſe in ſuis, neque ego in Noſtris aliter, quam *ſe convertit* ſcriptum offendi, excepto unico Baſil. 3. in quo recenter poſt verbum additur *ſeſe*, & Vinar. 1. ubi nunc quidem legitur *convertit* nude; ſed raſura teſtatur antea fuiſſe *convertit ſe*. adeo parum fidei in rarioribus verbis & conſtructionibus etiam membranis habendum eſt. Eadem labe infecti ſunt Livius, Caeſar, Seneca, Silius, alii. uti monſtrabo ad ea Jug. *cap.* LXXXV. num. 9. *mihi benefacere jam ex conſuetudine in naturam* vertit. Jam enim Salluſtii tantum locum conferam ex *cap.* LII. *ne iſta vobis manſuetudo in miſeriam* vertet: & Gellium XVIII. *cap.* XII. citabo, ubi docet, quod ſaepe veteres elegantiae cauſſa verba Agentia poſuerint, pro Paſſivis: uti *tempeſtas ſedavit*, pro *ſedata eſt: eo res eorum auxit*, pro *aucta eſt: reliquae mutant*, pro *mutantur*. quod & Chariſio obſervatum Lib. IV: pag. 241. in eo: *Nox jam humida coelo* praecipitat, pro *praecipitatur*.

ANNUA IMPERIA, BINOSQUE IMPERATORES. Exactis regibus *duo* Conſules reip. praefecti ſunt, qui per *unum* ſaltem *annum* imperium tenebant. Cic. pro Sext. *cap.* LXV. *qui* (majores) *cum regum poteſtatem non tuliſſent, ita* magiſtratus annuos *creaverunt, ut conſilium ſenatus reip. proponerent ſempiternum*, cetera. Confer, ſi placet, Gronov. & Bernegger. ad Juſtin. III. *cap.* III. Eutropius I. *cap.* VIII. *Hinc* Conſules *coepere, pro uno Rege* duo *hac cauſſa creati, ut ſi unus malus eſſe voluiſſet, alter eum, habens poteſtatem ſimilem*, coerceret. *& placuit imperium longius, quam* unum annum *haberent, ne per diuturnitatem poteſtatis* inſolentiores *redderentur, ſed civiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annum ſcirent*

putabant per licentiam inſoleſcere animum humanum.

CAP. VII.

1 SEd ea tempeſtate coepere ſe quisque extollere, magisque inge-

ſcirent futuros eſſe privatos. adde Livium II. *c.* I. Dionyſ. Hal. IV. & V. Flor. I. *c.* IX. Feneſtell. de Magiſtr. Rom. *c.* VII. Boetius II. Proſa VI. *Conſulare* imperium, *quod libertatis principium fuerat*, *ob ſuperbiam conſulum veſtri veteres abolere cupierunt*, *qui ob eamdem* ſuperbiam *prius* regium *de civitate* nomen *abſtulerant*. Deinde Guelf. I. *binosque conſules* exhibet, quod a Gloſſa eſt, quae *imperatores* explanaverat. praeterea in omnibus copula addita eſt*que*, *binos*que *imperatores*, & ſic ed. vet. Aldina, Gruteriana, Waſſiana. de Pronomine *ſibi*, quod ſupervacuum mihi videtur, dico ad *cap.* XXIII. n. 3.

MINIME POSSE PUTABANT-INSOLESCERE. Si nempe duo, & unum tantum annum imperarent. Nam, ut Dio Caſſ. LII. ait: *αἱ μακρότεραι, καὶ πολυχρονιώτεραι ἀρχαὶ ἐπαίρουσί πως πολλοὺς, καὶ ἐς νεωτεροποιΐαν ἐξάγουσιν*; Contra, *maxima libertatis cuſtodia eſt*, *ſi magna imperia diuturna non ſint*, Livius IV. *c.* XXIV. adde Juſtin. XXXI. *c.* I. n. 8. Deinde omnis libertatis cautio eſt, neminem *unum* magnum facere, ſed plures; ſic enim ſe invicem obſervabunt, Ariſtotel. V. Polit. *cap.* XI. & alter alterum, quod Eutropius dixit, coercere poterit. In hoc ſenſu capiendum dictum illud Athenienſium apud Cicer. Tuſcul. Qu. V. *c.* XXXVII. *Nemo de nobis* unus *excellat*: *ſin quis exſtiterit*, *alio in loco & apud alios ſit*. adde Ariſtotel. III. Polit. *c.* IX. & omnino Dionyſ. Halicarn. VII. *c.* LV. ſeq. Et ſic in omnibus liberis rebuspubl. fuere, qui nimiae potentiae *unius* ſeſe opponerent. Romae Cenſores & Tribuni, Lacedaemone Ephori, vide Clapmar. de Arcan. Rer. IV. cap. XVII. qui etiam e Jovio *Venetos* memorat, *qui neminem temere ex Optimatibus*, *qui vel inſigni virtute*, *vel ſpiritu in rebus gerendis ceteris antecellat*, *nimium plus creſcere*, *vel collecta gratia potentem & clarum fieri paſſi ſunt*. adde Perſonatum Hippolyt. a Lapide de Rat. Stat. P. III. *c.* II. Sect. II. & P. II. *c.* II. & VI. alibi. Quod ſi Romani poſterioribus temporibus iſtud curatius obſervaſſent, nec in ſolum Pompejum aut alios omnia contuliſſent, numquam orbis terrarum adeo concuſſus eſſet, *ut non aliter ratio imperandi conſtare potuiſſet*, *quam ſi* uni *redderetur*, Tacit. I. Ann. *c.* VI. Poſt Gordiani obitum, ejuſmodi quidem ſpiritus ſumebat Senatus R. ut pluribus imperium conferre vellet, ſed fruſtra. Herodian. VII. *c.* X. Sunt tamen, qui & commoda illius imperii, quod ab *uno* adminiſtratur, docte demonſtrant. Lege Lipſi. II. Politic. *c.* II. quaeque & quos ibi Reinhardus.

CAP. VII. I. SED EA TEMPESTATE. Eo *tempore*, more Hiſtoricorum, de quo ad Jug. cap. LXXII. num. 5. *Sed* particula, quae hic turbare Grutero viſa eſt, non eſt adverſativa, ſed inceptiva, vide cap. XXXVI. num. I. Senſus hic eſt: Dum reges imperabant, nemo eminere laboravit, ſed in contemtu, remedii cauſſa, omnes delituerunt. Poſtquam autem illi dejecti, populoque libertas eſſet reſtituta, quilibet gloriam quaerere, ſeſe proferre, & propterea ingenium exercere coepit. *Quibus enim libertas adempta eſt*, *illi dimidio ſimul mentis privati ſunt*, auctore Homero Odyſſ. P. *verſ.* 322. & apud Platon. VI. de Legib. circa fin. Contra ſi libertate, aut illi ſimili imperio frui licet, *recti ac vividi animi non contunduntur*, *ſed foventur & attolluntur*, vide Plinium Panegir. & Claudian. Pan. Mallii *verſ.* 261. & II. Stilic. *verſ.* 121.

COEPERE SE QUISQUE. Offendit verbum *coepere* Gruterum, contra elegantiam ſententiae Salluſtianae. Non enim uno impetu, ſed paullatim ſe protulerunt ingenia, de quo Tacit. Agric. *c.* III. *ingenia ſtudiaque oppreſſeris facilius quam revocaveris*. Et ſi vel ſimul multi ſeſe extulerint, nonne verbum *coepit* omnibus illis, per ſpeciem Macrologiae, accommodatur, quae quocumque modo initium capiunt? ut infra cap. XII. n. I. de corruptis moribus: *innocentia pro malivolentia duci* coepit: & *divitiae honori eſſe* coepere. *c.* XXIII. *repente glorians*, *polliceri coepit*. Phaedr. I. Fab. II. *v.* 8.

- - ſed quoniam grave
Omne inſuetis onus, *&* coepiſſent *queri*.

vide ibi Nic. Rigaltium. Scaliger. ad Catull. Carm. LXXXII. Graev. ad Cic. X. ep. XVI. noſtra

genium in promtu habere. Nam regibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt. Sed civitas, incredibile memoratu eſt, adepta libertate, quantum brevi creve-

2
3

ſtra ad VII. ep. V. n. 4. p. 328. et ſic Lucas Act. Apoſt. *c.* I. in. aliique ex Graecis. in Vinar. I. correctum legitur: *coepere ſe quique;* ſed antea recte fuit *quiſque. coepere quiſque*, dictum eſt, ut Liv. II. *c.* XIX. miſſi *honoratiſſimus* quiſque *ex patribus*. VII. *c.* XIX. Delecti *nobiliſsimus* quisque, *qui Romam mitteretur*. XXVII. *c.* LI. *primus* quisque *oculis auribusque haurire tantum gaudium* cupientes. Reſpice etiam cap. VI. n. 2. & adi, ſi plura cupis, Heinſium ad Ovid. Faſt. II. *v.* 731. V. Metam. *v.* 212. II. Am. eleg. XI. *v.* 21. rationem petas ex nota ad cap. XXXVII. n. 6.

EXTOLLERE. Delevi prius illud *magis*, quod huic verbo etiam optimae editiones, & Guelf. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Eccard. Baſil. 1. 2. Heuſſ. Vinar. 1. Senat. uterque, & Fabr. 2. addunt. idque ex fide Fabric. 1. Baſil. 3. Struv. et Guelf. 1. cui tamen in ſpatio interlineari adpictum eſt. Non enim hic habet quod agat: ſub regibus enim, omnes ſe extollere non poterant, ut iis exactis ſe *magis* extuliſſe dici poſſent; at *ingenium* etiam tum exercebant, nunc vero *magis* in promtu habuiſſe recte dicuntur. Praeterea ſaepe locum mutat. Quidam ex vulgatis cum Vinar. 2. ed. vet. & Remenſ. utroque: *magis magiſque extollere, ingenium*. Alii, ut & Guelf. 3. & Acad. *extollere magis magisque ingenium*. Ad hoc non contra morem Noſtri eſt illa emendata nunc ſcriptura. ſic Jug. cap. XCVIII. n. 1. *Neque in eo negotio Marius* territus, *aut* magis, *quam antea, dimiſſo animo fuit*. Tandem hoc dicitur, ut illud Plin. I. epiſt. XIII. *Juvat me, quod vigent ſtudia*, proferunt ſe *ingenia hominum & oſtentant*. *Alios extollere*, habes apud Tacit. I. Ann. *c.* III. & alibi.

INGENIUM IN PROMTU HABERE. Promere, virtutes animi ſui oſtendentes, adeoque aperte conſulebant & reip. & *gloriae* ſuae. hoc voluit Gloſſa, quae eſt in contextu Baſil. 3. *virtuti maxime operam dantes boni*. Jug. cap. LXX. n. 3. *exiſtimans opera aut* ingenio *ſuo opus eſſe*. Phraſis eſt ejuſmodi, cujus cap. XXXI. *ut omnia bona* in ſpe haberet, h. e. *ſperaret*. & *c.* XLI. Sed *Allobroges diu* in incerto *habuere*. adde cap. XIII. n. 2. & ſic Cicero I. Offic. c. XXVI. *ut non recondita quadam ratione cernatur, ſed ſit* in promtu. hinc Baſil. 2. *in promptu habere* non tam ob promiſcuam *τῦ In* ſtructuram, quam quia *promtum habere* in Gloſſa legerat, exhibere videtur.

2. BONI QUAM MALI SUSPECTIORES. *Boni* hic ſunt, qui virtutibus quibuscumque *excellunt*, & praeclari facinoris gloriam quaerunt; contra *mali* ignavi, quorum nulla ſunt merita aut facta egregia, quique vitam ſilentio tranſeunt. Late enim patentibus vocabulis ſingulari notione ſaepe utuntur, ut dixi ad *c.* III. n. 3. Sic *foedi oculi*, *c.* XV. ſic cap. XII. n. 2. *bonus*, *ignavus*, & Jug. *c.* LVII. *parique periculo* boni *atque* ignavi *erant*, h. e. *fortes*; & infra *c.* XIX. *boni*, pro *optimatibus*, qui ceteris in rep. praeſtant. Idem in dictionibus *bene* ac *male* emere obſervare licet, & quando Jug. cap. C. malo *coercere* dicit, pro *poena*. Nota quidem ſatis eſt figura *Synecdoche*, per quam haec ita dicuntur; Sed cum illius cognitio vix ultra tritiſſima quaedam exempla vulgo procedat: & hoc maxime loco interpretes ſe male ſatis dederint, ejus mentionem feciſſe, non abſurdum exiſtimabitur.

SUSPECTIORES. Idem conqueruntur Tacit. Agr. *c.* II. & XLII. Plin. Paneg. *c.* LXVIII. legatur etiam Ariſtotel. V. Polit. *c.* XI. Dio Chryſoſt. Or. I. de Regno. C. Nepos Dion. *c.* IV. Juſtin. XII. *c.* XIV. Valer. Max. VII. *c.* III. n. 2. Trebell. Pollio Tyr. *c.* XII. Gruter. in Tacit. Diſc. XXXIII. Rationem aperit Cicero I. Off. *c.* XIX. *ut quiſque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel potius ſolus eſſe*. adde cap. VIII. ibidem, & Tacit. IV. Ann. *c.* XXXVIII. *Optimi mortalium altiſſima cupiunt*. Quae ſecum repugnantes Reges, omnes, qui ſupra vulgus eminent, plus quam civilia cupere, aut tamen cupere poſſe, ſibi perſuadent. mox *ſemper*, abjecta copula praefert Baſil. 3.

ALIENA VIRTUS. Aliorum Plancus ad Cic. X. ep. IV. n. II. *ne inter* aliena *vitia, hae gentes noſtra mala ſuam putent occaſionem*. Auſon. Epiſt. XIV. *Nam qui ipſe facundus & muſicus editioni* alienae *prolectat audaciam, conſilio, quo ſuadet, exterret*. adde Jug. cap. XLI. n. 2.

3. ADEPTA LIBERTATE. Paſſive, uti Jug. *c.* CI. *dum prope jam* adeptam *victoriam retinere cupit*. Plautus Trin. A. II. Sc. II. *v.* 88.

Non aetate, verum ingenio adipiſcitur *ſapientia*. Cic. de Senect. *c.* II. *ſenectutem ut adipiſcantur omnes optant: eamdem accuſant* adeptam. Sueton. Tib. *c.* XXXXIII. *Biennio continuo poſt* adeptum *imperium pedem porta non extulit*. Sed hoc *Deponens* non ſolum eſt, quod & Active, & Paſſive ſignificat; ſed habemus infra *c.* XLVIII. *ab Antonio* machinatum *eſt*. Jug. *c.* XVII. *uti* interpretatum *nobis eſt*. *c.* XXV. *ab iiſdem ſumma ope* eniſum. *c.* XXXI. *quidquid ſine ſanguine civium* ulciſci *nequitur*. Veteres enim multa illorum etiam Activa terminatione proferre ſolebant,

4 creverit. tanta cupido gloriae inceſſerat. Jam primum juventus ſimul laboris ac belli patiens erat, in caſtris per uſum militiam diſcebat: magisque in decoris armis & militaribus equis, quam in ſcor-

bant, quod alibi demonſtravi. Et Chariſius II. p. 138. vulgate numero quatuor generum Verborum addit quintum, hoc nempe *Commune*. adde p. 139. atque A. Gell. XV. *c.* XIII. *De verbis* inopinatis, *quae utroque verſum dicuntur*, *& a Grammaticis* Communia *dicuntur*. Barth. XXV. Adverſ. *c.* VII. ac H. Steph. I. Schediaſm. XXIV.

QUANTUM BREVI CREVERIT. Struv. Acad. & folium quoddam lacerum Guelf. 4. quod nunc illi praemittitur, *crevit*, Senat. 2. *creverat*, qui ſane dubium aliquem reddere poſſent, ſi tanti eſſent. nam *quantum* & *tanta* pro relatis accipi poſſent, & ſenſus auctori affingi: quantum Roma crevit, tantum cupida gloriae fuit. adde Jug. *c.* I. n. 5. Verum nec libri, nec ſenſus ſatis addicunt. intelligit *civitatem brevi auctam eſſe*, uti Liv. XXI. *c.* VII. *verum in tantas* brevi creverant *opes*. Quod vero ſequitur: *Tanta cupido gloriae inceſſerat* illa talis ratio augmenti reip. eſt, qualis illa Jug. *cap.* LXXXIV. *Sed ea res fruſtra ſperata*. tanta *lubido cum Mario eundi plerosque invaſerat*, & cap. XL. n. 3. *Sed plebes incredibile memoratu eſt*, *quantum intenta fuerit - - - Tanta lubido in partibus erat*; Catulli Carm. LXIV. *v.* 4. poſt memoratum mentis ſuae dolorem: *tantis fluctuat ipſa malis*; Virgilii I. Aen. *v.* 37. *Tantae molis erat*, cetera; Septimii V. *c.* XVII. *brevi ingens coalita multitudo*. tantus *amor erga Antenorem atque opinio ſapientiae* inceſſerat. qui ſimul dicendi genus confirmat, uti Livius XXIV. *c.* XXI. *Ipſum ingens* cupido inceſſerat *Tarenti potiundi*. adde *c.* XIII. n. 2. Attamen in Vinar. I. lego: quam *brevi creverit*.

4. JAM PRIMUM JUVENTUS. Vinar. I. *Nam primum*. Sed *Jam primum* non tam numerandi, quam incipiendi eſt particula, cujus partem Noſtrates per *Schon* vertere ſolent. Sic cap. XV. ineunte: Jam primum *adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat*.

SIMUL LABORIS AC BELLI - IN CASTRIS PER USUM. Ita hunc locum emendavi partim ex libris, ex conjectura partim, antequam viderem ſocium mihi eſſe ex parte Rupertum. vide EXCURSUM II. in Catil. Vulgo: *ſimul ac belli patiens erat*, *in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat*.

SIMUUL. Pro *ſimul ac* ſaepe Liv. ut IX. *c.* XXVI. *intellecturosque id ita eſſe*, ſimul *magiſtratu abiſſent*. adde Jac. Gronov. ad VI. *c.* I. etiam Cic. ut VI. ep. XIX. in. Simul *accepi a Seleuco tuo litteras*, *ſtatim quaeſivi*: cum nota. et Seneca I. de Ira *c.* I. *in illo*, ſimul *ira invaſit*, *nova feritatis acceſſio*. & Caeſar IV. Gall. *c.* XXVI. *Noſtri*, ſimul *in arido conſtiterunt*, *in hoſtes impetum fecerunt*. vide & ibi I. Fr. Gronovium, & hic I. Daviſium. Sic & Phaedrus II. Fab. IV. *Nam* ſimul *exieris*, *Aquila eſt parata rapere porcellos tibi*. alii plurimi.

LABORIS. Notanter de laboribus bellicis dicitur, tum per ſe, tum addito *belli*, *militaris*, pro quibus hic Noſter *ac belli*. vide EXCURS. Sic Cic. VII. ep. XVII. n. 2. *timidus in* labore *militari*. Corn. Nep. Phocion. in. *rei militaris* labor. Lucan. VII. *v.* 92.

- - *potuit tibi vulnere nullo*
Stare labor belli.

Seneca Epiſt. XVIII. *Miles in media pace decurrit ſine ullo hoſte*, *vallum jacit*, *& ſupervacuo* labore *laſſatur*, *ut ſufficere neceſſario poſſit*. adde Jug. *c.* XLIV. n. 3.

BELLI PATIENS. Uti *c.* V. n. 3. *patiens inediae*. Suet. Jul. *c.* LVII. *laboris ultra fidem* patiens *erat*. Caligula *c.* L. *in adoleſcentia ita* patiens laborum *erat*, *ut* &c. Contra Domit. *c.* XIX. *laboris* impatiens. Noſter Jug. *c.* XLIV. n. I. de exercitu corrupto: *neque* periculi, *neque* laboris *patiens*. *c.* XXVIII. *patiens* laborum, belli *haud ignarus*. & *c.* LXIII. *ubi primum aetas* militiae patiens *fuit*. *Bellum pati* dixit Tertull. ad Martyres *c.* III. *Etiam in pace labore & incommodis* bellum pati *jam ediſcunt*. Juventus vero inde ab aetatis anno *ſeptimo decimo* belli patiens exiſtimata eſt a Serv. Tullio, docente Tuberone apud A. Gell. X. *c.* XXVIII.

PER USUM MILITIAM DISCEBAT. *Per uſum* cur reſcripſerim, dico in EXCURSU n. 4. De re vide Jug. *c.* LXXXV. n. 33. 34. Poſtea vero Romani non ſolo *uſu*, & experientia (cujus veſtigia manſerunt, quod adoleſcentuli *in contubernio* aliorum militaverint, vide Jug. *c.* LXIV.) ſed etiam *exercitiis* in campo Martio & aliis Gymnaſiis (vide Plaut. Bacchid. A. III. *v.* 24. Senec. ep. XXXVI.) demum & *praecepta* militaria legendo militiam diſcebant, de quo Jug. cap. LXXXV. num. 12.

MAGISQUE-LUBIDINEM HAB. *Magis* pro *majorem* quaſi *lubidinem habere* unum eſſet verbum. Liv. XXXI. *c.* XXXI. Magis *illud* eſt periculum, *ne nimis facile victis ignoſcendo plures incitemus*. Ibid. c. XLII. Maxime *uſui fuit Amynander*. Terent. Eun. A. I. Sc. V. *mihi* parum *habeat fidem*. infra *c.* LVIII. n. 9.

DECORIS ARMIS. pulchris atque fulgentibus. Nam

ſcortis atque conviviis lubidinem habebant. Igitur talibus viris non 5
labos inſolitus, non locus ullus aſper, aut arduus erat: non armatus hoſtis

Nam auri & argenti uſus in armis tum erat incognitus, quem reprehendit Alexander apud Juſtin. XI. c. XIII. n. II. Poſtea tamen, ut apud alios, & ipſius Philopoemenis exercitum, vide Plutarch. Philop. p. 361. ſic & Romanos invaluit, *ſimul ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum in proelio eſsent, metu damni*, Suet. Jul. c. LXVII. Lege Boſium et Gebhard. ad C. Nep. Ageſil. cap. III.

MILITARIBUS EQUIS. Ad militarem uſum eſsent comparati, non ad voluptatem, cujus cauſſa poſtea equos alebant, cap. XIV. Paullinus Pellaeus Euchar. v. 142.

> *Firmatur facile ad juvenalia vita ſequenda,*
> *Ut mihi* pulcher equus *falerisque ornatior eſſet,*
> *Strator procerus, velox* canis &c.

ET CONVIVIIS. Immoderatis; *furor ille*, quem vocat Seneca I. de Ben. c. X. *conviviorum, & foediſſimum patrimoniorum exitium culina* taxatur. lege Senec. Epiſt. XCV. Meurſ. de Luxu Rom. c. XIII. & infra cap. XIII.

LUBIDINEM HABEBANT. Voluptatem: delectabantur. *Lubido* enim *media* vox eſt, & utroque verſum dicitur. Plaut. Epid. A. I. Sc. II. v. 87.

> *Nequam homo's, qui tibi* lubido *'ſt male loqui.*

& libidinem etiam *honeſtae rei dici poſse, ut ſit* libido, *omne quod libuerit*, docet Nonius Marc. cap. XV. n. 19. producto hoc loco Salluſtii: Silius XI. v. 312.

> *Quoque eſſet miranda magis tam* ſacra libido.

Noſter II. de Rep. Ord. *Quod ſi tibi* bona *lubido fuerit* &c. Contra Liv. I. c. LVII. *Tarquinium* mala *libido capit*. etſi ex appoſito *mala*, caute argumentandum eſſe noverim. Porro Nonius *habent* citat: Sed MSS. *habebant*, praeter Remenſ. 1. & 2. qui *agebant*, quo tamen numerus defenditur, & Vinar. 1. cum ed. vet. ubi *habebat*. Cum noſtra facit Aldiana, Rivina, Gruteriana; ſolus I. Waſſe & ignobiliores quidam dederunt *habebat*. Non crediderim, ea ratione, ut numerus idem ſit in eo, quod ſupra eſt: *militiam diſcebat*, & hoc: *habebat*. ex quo tamen fonte ſupra Guelf. 6. Baſil. 1. (in quo tamen nunc littera *n* eraſa eſt) & 3. Codd. Vegetii, & vet. ed. Freinshemii *militiam diſcebant* praetulerunt. Non ſatis illud cauſſae: cum ſtatim n. 6. *properabat* & *putabant*. & cap. XXIII. extr. *Namque antea pleraque nobilitas invidia* aeſtuabat, *& quaſi pollui conſulatum* credebant. Hic vero aliud ſubjicit Fabric. 1. qui primitus *lubidinem* habuit; ſed cum antiqua jam manus in ordinem redegit & *libidinem* fecit. Et video Grutero etiam aliquid haeſiſſe, quo differentiam ſtatueret inter illa, quae tantummodo Orthographia differunt. Non tamen illud, quod cuidam ad Cic. I. Offic. c. XVII. videtur: *lubidinem* in re bona; *libidinem* in mala poni. Nobis nulla differentia cognita eſt: nec veteribus aliquam fuiſſe, ipſe uſus quemvis edocere poterit. Abſque hoc ſi foret, Velius Longus ſufficeret, qui de Orthogr. p. 2216. *Ambiguum eſt*, manibiae, *an* manubiae; libido, *an* lubido *ſcribendum*. Quare nos, exigente Salluſtio, ſemper *lubido* ſcripſimus.

5. TALIBUS VIRIS. De juventute dixerat. igitur *cum tales*, qui ita juventutem ſuam exercuerunt, *viri eſſent, in virilem aetatem adoleverant*. Celſus I. de R. Med. cap. III. Quibus juvenibus *fluxit alvus, plerumque in ſenectute contrahitur*.

NON LABOS INSOLITUS. MSS. & editiones, *labor* potius ſcribunt, quam *labos*, & in ipſo Virgilio ad vetuſtiſſimum MS. collato *arbos* quidem & *bonos* ediderunt; non vero *labos*, ſed *labor*. Cum vero eadem ubique ſit ratio, & Quinctilian. I. c. IV. nullo diſcrimine *arbos* & *labos* conjungat; quod alii etiam Grammaticorum faciunt; me non peccaturum arbitrior, ſi rationi hic obtemperem: maxime cum videam Giſan. ad Lucret. p. 448. ex vet. cod. *labos* huic loco vindicare. Ipſe Gruterus Jug. c. C. dedit *labos*. ibi vide notam. Confer in rem Valer. Max. III. c. II. n. 6. Horat. IV. Ovid. IV.

NON LOCUS ULLUS. Sic cap. XXI. neque *res*. neque *ſpes bona* ulla. cap. LVII. neque *praeſidii* ullam *ſpem*. Cic. VI. ep. IX. n. 2. *ut* non ullo *cum homine conjunctius viverem*. Catullus Carm. LXV. v. 72.

> *Namque ego* non ullo *vera timore tegam.*

Virgil. II. Georg. v. 420

> *Contra* non ulla *eſt oleis cultura.*

& IV. v. 515.

> *Nulla Venus*, non ulli *animum flexere hymenaei.*

& ſic VI. Aen. v. 103. II. v. 247.

> – – non umquam *credita Teucris.*

Cicero Bruto c. XC. extr. *ut* non ulla *eſſet, quae* non digna *noſtro patrocinio videretur*. Sic Idem XVI. ep. II. n. 1. *non queo*. & Noſter cap. LI. *non idoneus*.

FORMIDOLOSUS. *Formidabilis* Poetae dicunt, & Boetius II. Proſ. II. Sed Donatus ad Terent. Eun. A. IV. Sc. VI. notat; formidoloſus & terribilis, *& timidus intelligitur*. & ſic n. 2. adfuit.

VIRTUS OMNIA DOMUERAT. *Virtus* uſu militiae

6 hoſtis formidoloſus: virtus omnia domuerat. Sed gloriae maxumum certamen inter ipſos erat: ſeſe quiſque hoſtem ferire, murum adſcendere, conſpici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divi-

litiae acquiſita & animi magnitudo, uti Caeſar. v. Gall. *c.* viii. *Qua in re admodum fuit militum* virtus *laudanda, qui vectoriis, gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adaequaverint*. Idem ii. *c.* xxvii. *ut non nequidquam tantae* virtutis *homines judicare deberet auſos eſſe tranſire latiſſimum flumen, adſcendere altiſſimas ripas, ſubire iniquiſſimum locum: quae facilia ex difficillimis* animi magnitudo *redegerat*. Sed verbum *domuerat* valde appoſitum, quo de agris utitur Columella xi. *c.* xxvii. *terram aratro domare*. Manilius iv. *v.* 902.

Et domuit *terram ad fruges*.

Hinc cap. x. n. 1. *reges bello* domiti. & Manil. i. *v.* 327. domuit *infernas leges*, quas ſibi ſubjecerat, vicerat. de Orpheo loquitur.

6. Sed gloriae maxumum certamen. *De gloria*. Caſus ſecundus pendet ita a nomine *certamen*, uti cap. xxxviii. extr. *modus contentionis*. ubi pluribus illuſtro. Jug. cap. xli. n. 2. *neque* gloriae, *neque* dominationis certamen *inter civis erat*. Guelf. 6. *ſed maxumum gloriae certamen*. I. Waſſe mallet *maxumum* abeſſe. Sed vide cap. ix. n. 2. Cicero i. Paradox. *c.* ii. de his Romanis: *Eos cogitaſſe nihil in vita ſibi expetendum, niſi quod* laudabile *&* praeclarum *videretur*.

Sese quisque. Mire hic variant Codd. & aliorum, & noſtri. Guelf. 2. 3. 6. 8. 11. Eccard. Vinarienſes, Struv. Baſil. 2. & 3. Incert. 1. Rem. 1. & ed. vet. *Sic quiſque*. Guelf. 1. 4. 7. 12. Fabric. uterque, Baſil. 1. Incert. 2. Acad. Senat. 2. & Rem. 2. *Sic ſe quiſque*. Senat. 1. *ſi quiſque*. Guelf. 10. & Heuſſ. *Sicque ſe quiſque*. Guelf. 5. *Se quiſque*. 9. *Sic ſeſe quiſque*. Reſcribendum itaque duxi: *Seſe quiſque*, quo pleraque librorum pars, & judicium Rivii ducunt. Gruterus tantummodo: *Se quiſque*; ſed voculam aut ſyllabam illud *ſe* praeceſſiſſe, varietates iſtae docent. Confirmat Jug. *c.* lxxxiv. Seſe quiſque *praeda locupletem fore-alia hujuscemodi animis trahebant*. Illud *ſic* idem damnat *c.* xli. ſibi quiſque *ducere, trahere, rapere*, & alibi, ubi per Pronomen incipere ſolet. quod vero I. Waſſius putet, *ſic* valere *adeo, prorſus* hoc loco, in eo falſus eſt. Praecedit *gloriae certamen erat*, quod verbis pergit demonſtrare. quis ibi locus τῷ *adeo, omnino, prorſus*? vide cap. xxxix. n. 3. Crediderim hanc particulam ex nota *Sc.* hoc eſt, *ſcilicet* ortam eſſe, quam libris MSS. aliquoties additam deprehendi in ejuſmodi explicationibus, & quam eſſe prius *ſe*, iſte, qui primus addidit, putaverit. Accedebat, quod librariis *ſeſe ferire*, cetera, non ſatis ex uſu videbatur. at non alia via te expedias initio libri. *ſtudent*, ſe *praeſtare*; quam hic *properabant*, ſe *ferire*, ſe *conſpici*. de quo in Fragm. Incert. *Quo cupidius* in ore *ducis* ſeſe quiſque *bonum & ſtrenuum oſtentantes*. Quare faceſſat Coleri & Pricaei: *Pro ſe quiſque*, aliorumque alia commenta.

Hostem ferire. Occidere. Occurrit etiam Jug. *c.* l. n. 4. lxxxv. n. 33. & Cat. *c.* lix. *leonem & feras ferire*, Jug. *c.* vi. Ennius apud Cicer. *Hoſtem qui* feriet, *mi erit Carthaginienſis*.

Conspici, dum tale facinus faceret, prop. Gruterus ſex has voces libenter neſcio quo ablegaret. Sed *properabat* ex ſupra dictis ſeſe ſatis tuetur. *Conſpici* vero hic maxime neceſſarium eſt, quandoquidem *certaminis gloriae* proprium eſt, properare, ut *conſpiciaris*. Silius i. *v.* 312.

Clara nec *in numero virtus* latet. obvia *quiſque*
Ora duci *portans, ceu ſolus bella capeſſit*.

Auctor viii. de B. Gall. *c.* xlii. *ita quam quiſque poterat maxime inſignis, quo* notior teſtatiorque virtus ejus eſſet, *telis hoſtium flammaeque ſe offerebat*. adde Caeſar. iii. Gall. *c.* xv. vii. *c.* lxxx. & *conſpici* hinc pro *excellere* dixit Livius xxi. *c.* iv. ſed quatuor illarum vocum, *dum tale facinus faceret*, patrocinium non reciperem, niſi Criſpus etiam Jug. *c.* xxxvii. extr. interpretari ſeſe videretur. ibi plura. Hic certe *facinus facere* non facile ab interpolatoribus profectum eſſe poteſt. Denique Codd. nihil mutant. immo duabus voculis auctiores ſunt Heuſſ. atque Senat. 2. & fuit Guelf. 12. *ab aliis conſpici*. Guelf. 9. & 11. *conſpici ſe*, quibus genus dicendi praeciſum impoſuit. Sed ita Cic. in Piſon. *c.* xxv. *captare plauſus, ubi per urbem*, conſpici *velle*. & in malam partem Sueton. Claud. *c.* iv. *ne quid faciat, quod* conſpici *& derideri poſſit*.

Facinus faceret. Fabric. 2. *facinus perpetraret*, ex Gloſſa. Noſter *c.* xi. *foeda crudeliaque in civibus* facinora facere. item cap. xix. Jug. *c.* xxxii. n. 2. Quinctil. Declam. ii. *c.* viii. *plerumque* facinus *infirmitate* fecerunt. Livius i. *c.* xli. *qui alienis manibus peſſimum* facinus fecerunt. Catullus Carm. lxxx. extr.

- - *Ah neſcis, quod* facinus facias.

Et

Digitized by Google

diuitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant: laudis avidi, pecuniae liberales erant: gloriam ingentem, divitias honeſtas volebant. Memorare poſſem, quibus in locis maxumas hoſtium 7
copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbis, natura munitas, pugnando ceperit; ni ea res longius ab incepto traheret.

CAP.

Et ſunt, qui putent poſt omnia Verba Activa Subſtantivum Nomen exaudiendum eſſe. Certe non apud Latinos magis, quam Graecos & Hebraeos hujuſmodi locutiones frequentes ſunt. Vide Salmaſ. de Lingua Hellen. p. 139. & quae collegit Vechner. Hellenol. I. cap. XXII. pag. 198. ſeqq.

EAS DIVITIAS, EAM BONAM FAMAM. Sic Baſil. I. Vinar. Gu. I. 2. 3. 5. Fabr. I. 2. Senat. uterque, Rem. 2. & edd. vet. Secunda tamen manus Fabr. I. ea *bonam famam* fecit, eraſa virgula transverſa ſuper *a* in *eam*. Ceteri vel *ea-ea*; vel *ea-eam*; vel *ea divitias*, *bonam famam*, uti Gu. 6. 9. Sed cui non dictum Virgil. VI. Aen. v. 129. *Sed referre gradum*-hoc *opus*, hic *labor eſt*. quod expreſsit Ovid. I. Art. v. 453. cum Quinctil. VI. c. II. *Huc igitur incumbat orator*, hoc *opus ejus*, hic *labor eſt*. Apulejus Apolog. p. 315. Hiccine *eſt ſceletus*? haeccine *eſt larva* (hoccine *eſt*, *quod appellitabatis daemonium*. Cic. Somn. Scip. c. VIII. hic *fons*, hoc *principium eſt movendi*. Plaut. Truc. A. II. Sc. V. v. 13.

Id *illi morbo*, id *illi ſenio eſt*, ea *illi miſerae miſeria eſt*.

Idem Trinum. A. III. Sc. II. v. 71.

Is *eſt bonos homini pudico*, *meminiſſe officium ſuum*.

Livius II. c. XXVIII. *Si* haec *profectio*, *non fuga eſt*. vide Gronov. in Senec. ad Marc. cap. XIX. Cic. X. ep. X. n. 4. Is *enim bonos mihi videri ſolet*, *qui non propter ſpem futuri beneficii defertur & datur*. Ibi jam dixi conciſum eſſe genus dicendi, quod integrum eſſet *eas divitias*, divitias, *eam famam*, bonam famam putabant. Addo I. de Rep. Ord. cap. V. *Nihil lubidini denegare*, eam *virtutem & magnitudinem animi aeſtimant*.

PECUNIAE LIBERALES. Raro Nomini *liberalis* Caſus adjungitur. Dictum tamen ut illud Capitolini in Pio c. II. *Largus* ſui, *alieni abſtinens*. adde ſupra c. V. n. 4. Victor Epitom. c. XX. *ad quaerendum diligens*, ad largiendum *liberalis*. Confer c. LII. *malarum* rerum *audacia*. Jug. c. XIV. *honeſtarum* rerum *egens*. c. XVIII. *ager* frugum *fertilis*. c. XXIX. *poſtquam participem* negotii *Scaurum accepit*. Juſtin. VI. c. VII. pecuniae adeo parcus *fuit*, *ut ſumtus funeri defuerit*. Contra Hegeſippus I. cap. XV. *pecuniae avarus*.

DIVITIAS HONESTAS. *Decentes* & convenientes ſtatui ſuo, quae ſufficerent rei familiari, ne *turpe* aliquid pati cogerentur. vide Jug. c. XIV. nu. 17. Noſtrates: *Ehrliches Auskommen*. Saepe *honeſtum* pro *decoro*. c. XIII. n. I. *honeſte* & *per turpitudinem* opponit. Jug. *cap.* XIV. *honeſtus exitus*. c. LXXXII. *Quibus rebus ſupra bonum aut* honeſtum *perculſus*, *neque lacrumas tenere*, ibi dixi. Hoc vero eſt, quod Marius a ſanctis viris acceperat c. LXXXV. *Omnibus bonis oportere* plus gloriae, *quam divitiarum eſſe*.

7. MEMORARE POSSEM. Et memorantur haec paſſim ab Hiſtoricis. confer cap. LIII. & Jug. c. CVII. C. Nepos Pelop. c. II. *Magnae ſaepe res non ita magnis copiis ſunt geſtae*. Herodian. VIII. cap. III. n. II. Nempe, quod Veget. I. c. XVIII. ait, *In omni conflictu non tam prodeſt multitudo*, *quam virtus*. adde Vellei. Pat. II. c. CXII. ſeqq. Liv. XXI. c. XLIII. Juſtin. XX. c. III. Bernegg. ad Sueton. Aug. XVII. 7. Gruter. ad Flor. II. c. VIII. n. 17.

PARVA MANU. Parvis copiis. *manus* de omni multitudine, & proprie de *militibus* dicitur. exempla ubivis obvia. Vide tamen Marcell. Donatum ad Tacit. XIII. Ann. cap. XIV. Vinar. I. *fuderat*.

NATURA MUNITAS. Situ & loco. opponitur *opere* Jug. c. LVII. n. I. *id oppidum magis opere*, *quam* natura *munitum erat*. Caeſar I. Gall. c. XXXVIII. *idque* natura *loci ſic muniebatur*. Livius XXX. c. IX. *locus cum operibus*, *tum ſuapte* natura *tutus*. Lucanus VI. v. 23. Naturam *ſedemque loci*. Auct. de B. Alexandr. c. XXVIII. *Confederat cum copiis rex loco* natura *munito*. Et pro *ſitu* praeciſe Caeſar. V. Gall. cap. XIII. *Inſula* natura *triquetra*. Has autem urbes capere longe majoris gloriae eſt, quam operibus munitas. illud enim eſt quaſi *ipſam naturam vincere*, verbis Noſtri Jug. cap. LXXVI.

PUGNANDO CEPERIT. Vi atque virtute; non per fraudes aut deliberationem. Sic jam in Columna Duillii. v. 6. MACELLAM. PUCNANDOD. CEPET. Jug. c. XXIX. n. I. *multos mortalis & urbis aliquot* pugnando *cepit*. I. Hiſtor. *validam urbem* pugnando *vicit*. ut Liv. XXXIII. c. VXXVI. *alios jam congregatos* pugnando *vicit*. Id XXXV. cap. I. vi *fundere*. Vatinius Cic. V. ep. X. n. 9.

CAP. VIII.

1 SEd profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex lu-
2 bidine magis, quam ex vero celebrat obſcuratque. Athenienſium res geſtae, ſicuti ego aeſtumo, ſatis amplae magnificaeque fuere; verum

Sex oppida vi, oppugnando *cepi*. Plautus Menaechm. A. v. Sc. VIII. *v.* 5.

Quom ego accurro, teque eripio vi, pugnando.

Apulej. IV. Metam. p. 146. *Quam noſtra* vi, virtute *nacti ſumus*. Sic etiam Jug. *c.* XIV. *Ceteri reges aut* bello *victi*, & cap. V. *quaſcumque urbis & agros* manu *ceperat*.

NI EA RES. Superfluum videtur Grutero *ea res;* ſed non eſt. Sic Jug. *c.* LXXXIV. *putabatur Marius aut belli uſum aut ſtudium vulgi amiſſurus, ſed* ea res *fruſtra ſperata*. quo plura contuli. eſt enim uſitatiſſima Periphraſis Pronominis, ſi ad noſtrum uſum; ſed planum & purum dicendi genus; ſed planum & purum dicendi genus, ſi ad proprietatem reſpicias. Sed *nos* elegantius abeſſet: & abeſt ſane ab Incert. 1. qui ejus loco *ab incepto* me *traberet*. vide *c.* XX. extr. Eodem pertinet ſcriptura Heuſſ. *longe nos ab inc. tr.* et Vinar. 1. *ab inc. nos traberet:* quem ordinem etiam in aliis offendi. adde Jug. *c.* XLII. n. 5. & *c.* LXXXIX. n. 1. & 3.

CAP. VIII. 1. FORTUNA-DOMINATUR. Sic Jug. *c.* CII. *humanarum rerum* fortuna *pleraque* regit. Claudian. 1. Eutrop. *v.* 24 *Hoc regni, fortuna, tenes*. Attius apud Nonium cap. IV. n. 345. Fors dominatur, *neque vita ulli propria in vita eſt*. Paſſim itaque *Hera* ac *Domina* audit, & propterea, inquit Galenus Protreptic. *καὶ πηδάλιον ἔδοσαν ἐν χεροῖν ἔχειν αὐτῇ*. Legi poterit, ſi placuerit, Plutarch. de virtute & fortuna R. & Alex. M. Ariſtotel. II. Phyſ. cap. IV. Plin. II. H. N. *c.* VII. Macrob. V. Saturn. c. XVI.

EA RES CUNCTAS. Ed. vet. *ea res cunctos*: perinde ac ſi *ea res* conjungenda ſint; quod ne cui incidat Rem. 1. Acad. & a prima manu Guelf. 4. ea fortuna *res cunctas*. Commeliniano Gruteri defuit *ea res*, & ille mallet abjicere. Non placet. Heuſſ. *ea res* cumque *ex lub.*

EX LUBIDINE-EX VERO. *Ex* eſt ſecundum, ut II. de Rep. Ord. in. *pleraſque res fortuna* ex lubidine *ſua agitat*. adde infra *c.* XLIV. n. 1. Terent. Heaut. A. I. Sc. II. *v.* 42. *patres* ex *ſua* libidine *moderantur*. Quinctil. Decl. CCLI. *qui nuptias* ex aequo *fecerunt*. Sueton. Caeſ. *c.* XXXI. & Plin. 1. epiſt. 1. *ex conſuetudine*. Vetus formula apud Gell. V. *c.* VI. ex *animi mei ſententia*. adde cap. XXVI. n. 1. De re Plautus Capt. A. II. Sc. II. *v.* 54.

Fortuna humana fingit artatque, ut lubet.

Stat. II. Silv. VI. *v.* 8.

- - - rerum omnia caeca
Sic miſcet fortuna manu, nec pectora novit.

Seneca Hippol. *v.* 377. *Res humanas* ordine nullo Fortuna *regit* &c. adde cap. X. & lege contra Lactant. III. *c.* XXVIII. Boet. 1. Proſ. II. ſqq.

EX LUBIDINE MAGIS, QUAM. Palatino 4. abfuit *magis*. & ſane more Graecorum frequenter omittitur in hoc poſitu, ut Ter. Andr. Prolog. *qui placere ſe ſtudeat bonis*, quam *plurimis*. Apulej. Apolog. p. 327. *idque a me ſuſceptum officii gratia*, quam *lucri cauſſa docebo*. Neque aliter legit Berneggerus in Juſtin. VI. *c.* 1. n. 5. ubi hanc Ellipſin exemplis confirmat. Tacito ſane nihil frequentius. Nec refugiunt Noſter aliique. vide cap. IX. num. 5. Plura collegit Anton. Auguſtin. IV. Emendat. *c.* VIII. Schott. Obſerv. Hum. V. *c.* XXXIV. Vechner. 1. *c.* V. Voſſius de Conſtruct. c. LXI. Sed Codd. noſtri agnoſcunt. agnoſcit etiam Lactantius l. c.

CELEBRAT OBSCURATQUE. Gloſſ. Guelf. 1. *laudat & vituperat*. Vero prorſus Guelf. 2. *exaltat & humiliat*. Loquitur enim de celebritate factorum Athenienſium & Romanorum.

2. SICUTI EGO AESTUMO. *Aeſtumo* revocavi, jubentibus MSS. notae pretioſioris Gruterianis, & ex noſtris Guelf. 1. 2. 5. 6. 10. 11. Fabr. utroque, utroque Rem. utroque Senat. utroque Vinarienſi, Incert. 2. Baſil. 1. & 2. Heuſſ. Struv. Eccard. ac ed. vet. & quidni in Noſtro feramus, quod ferimus in Caeſare III. Civ. *c.* XCV. *nullum ſpatium perterritis dare oportere* aeſtimans; quoſque ibi Daviſius; & Macrob. II. Sat. *c.* VII. *Multi*, ut aeſtimo, *in hoc a Varrone diſſentiunt;* Apulejo p. 74. *Ad hunc modum res agi in mundo* aeſtimemus; Juſtino III. cap. VII. *ſupervacuam pugnam* aeſtimantes; & aliis compluribus: tanto magis, quod hic ad proprietatem magis accedat, quam vulgatum *exiſtimo*. vide ad cap. II. n. 8. Sic cap. XIV. n. 7. XXXI. n. 8.

AMPLAE MAGNIFICAEQUE. Eadem de rebus Scytha-

rum aliquanto minores tamen, quam ſama feruntur. Sed quia pro- 3
venere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Athe-
nienſium facta pro maxumis celebrantur. Ita eorum, qui fecere, 4
vir-

Scytharum Juſtin. II. c. I. init. Baſil. 3. *ſatis amplae, ſatis magnificae fuere*.

ALIQUANTO MINORES. Quod nec ipſe Thucydides, Waſſio laudatus, negat Libr. I. c. XLXII. Lactant. I. c. XV. *Quod malum* a Graecis *ortum eſt: quorum levitas inſtructa* dicendi facultate *& copia incredibile eſt, quantas* mendaciorum *nebulas excitaverit;* Junge Ejuſdem c. XVIII. Aurel. Vict. Caeſ. c. III. n. 12. Graecorum *dicto, quis* augendi *omnia ſtudium eſt*. ubi Schottus jam laudavit Juvenal. Sat. X. v. 174.

- - - quidquid Graecia mendax
Audet in hiſtoria.

propter hanc levitatem adeoque ſubleſtam fidem ſaepe male audiunt. vide Cic. pro Flacco c. IV. pro Sextio c. LXVII. Plin. V. H. N. c. I. in Baſil. 2. deſuit primitus *tamen* (deeſtque Heuſſiano) & pro *aliquanto* ſcripſerat *aliquantum*.

FAMA FERUNTUR. Circumferuntur, communi opinione putantur & praedicantur. Sic *fama fert*, Livius I. c. LXV. & cap. XLII. *ut poſteri* fama ferrent *conditorem Servium*. Frontin. II. Strateg. Praeſ. *ut mea* fert *opinio*.

3. PROVENERE. Eleganter de *ingeniis*, tamquam de alio quodam proventu. Juſt. XIII. c. I. *Neque enim unquam Macedonia tam clarorum virorum* proventu *floruit*. Plin. I. epiſt. XIII. *Magnum* proventum *poetarum annus hic attulit*. Et ſic Zoſimus I. c. I. ὅσι εὐφορίας μὲν συνιέσης ψυχῶν εὐθηνῶν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζέσης εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα κατενεχθῆναι.

SCRIPTORUM MAGNA INGENIA. Hoc ordine verba locant MSS. quos vidimus numero quindecim, & ed. vet. Guelf. 3. *magna ingenia ſcriptorum*. 8. 9. & 11. *magna ſcriptorum ingenia*. & hanc varietatem Gruterus & Waſſe in ſuis quiſque notarunt. unde hic quidem *ſcriptorum* ſuperfluum judicat. Et ſane eleganter *ingenia* per ſe ſcriptores notant, uti in proxime ſequentibus & ſaepe apud Tacitum. ſic & Propert. I. eleg. VII. v. 21.

Tunc me non humilem mirabere ſaepe poetam:
Tunc ego Romanis praeferar ingeniis.

Verum Criſpus, cum mox *praeclara ingenia* ſcripſerit, hic *ſcriptorum* omiſiſſe non poteſt: & licuit illi in hoc, quod alibi, ubi cap. XI. *delubra deorum*, pro quo nude alii *delubra* c. IX. *ſuppliciis deorum*. Juſt. c. XVIII. *navium carinae*, c. XIX. *ſolis ardores*, pro quo paullo ſuperius: *haud procul ab* ardoribus, c. LII. *veſper diei* & ſimilia plene dicere voluit.

PRO MAXUMIS CELEBRANTUR. Ut maxima. Supra c. III. n. 2. *veluti ficta* pro falſis *ducis*. Ovid. I. Triſt. eleg. VII. v. 16. *Amicitiae nomen Re tibi* pro vili *ſub pedibuſque jacet*.

Plaut. Merc. A. IV. Sc. IV. v. 4.

Nam qui amat, quod amat, ſi id habet, id habet pro cibo.

Lege quae congeſſi ad Jug. c. XCVIII. *quia non fugere*, pro victoribus *agere*.

4. ITA EORUM, QUI FECERE, VIRTUS. Vulgo: *Ita eorum, qui ea fecere, v. t. h. quantum verbis ea potuere extollere, p. i.* Priorem clauſulam emendavi ex Eccardiano qui: *Itaque eorum, qui* fecere, *virtus tanta habetur*, ejeci *ea*, cujus Pronominis repetitio multa putidum quid redolebat. et quoniam Guelf. 3. oſtentaret: *ita eorum, qui* facta *fecere*, facile apparebat interpolatorem per *ea* ſenſum juvare, & ad praecedens *facta* remittere voluiſſe; quaſi vero non ſenſu ex prioribus addere, & ita abſolute *facere* dicere potuiſſet Salluſtius, uti n. 5. & cap. I. *prinſquam* incipias *conſulto, & ubi conſulueris, mature facto opus eſt*. & cap. VI. num. 5. *feſtinare, parare*. ibi vide. Livius XXXI. c. II. *ipſe eodem aperto itinere per medios montes* duxit. pro *exercitum duxit*. quid quaeris? ſupra c. II. n. I. *& qui* fecere, *& facta aliorum ſcripſere, multi laudantur*. Juſtin. VLI. c. III. *natura taciti; ad* faciendum, *quam ad dicendum promtiores*. Eademque Ellipſis eſt, quando *contra quem facere*, locutione uſitatiſſima dicimus. adde Jug. c. XCII. num. 9.

TANTA HABETUR, QUANTUM. Turbant Guelf. 7. *virtus* clara *habetur, quantum*, & 8. *virtus tanta habetur*, quanta. Homines obſcuri adamaſſent aequalem plane oppoſitionem *tanta-quanta*, prae inaequali hac *tanta-quantum*. Sed non audit eos Criſpus Jug. *cap.* I. tanta *cura*, quanto *ſtudio*. nec Cicero II. ad Attic. ep. XIX. *neque* tantum *eſt in re*, quantus *eſt ſermo*. Idem XII. Fam. ep. VII. n. 2. *Dixi* tanta *contentione*, quantum *forum eſt*. De re vide Vopiſc. in Probo c. I. Plaut. Pſeud. A. II. Sc. I. v. 4. & maxime, quem Noſter expreſſit, Thucyd. II. cap. XXXV. Immo ubi deſunt ſcriptores, virtus in obſcuro latet. Horat. IV. Od. IX. v. 25.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes inlacrumabiles
Urguentur ignotique longa

Nocte

virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere praeclara ingenia. At populo Romano numquam ea copia fuit: quia prudentiſſumus quiſque negotioſus maxume erat: ingenium nemo ſine corpore exercebat: optumus quiſque facere, quam dicere; ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare malebat.

CAP.

Nocte, carent quia vate ſacro.
Boetius II. Proſa VII. *Quam multos clariſſimos ſuis temporibus viros ſcriptorum inops delevit oblivio?* adde Cic. pro Archia.

QUANTUM VERBIS EAM POTUERE EXTOLLERE. Sic Fabricianus I. Guelf. 6. 10. & forſitan Remenſ. 2. pro vulgato *ea*. Sic conjecerat olim Gruterus, apud quem, ſi viveret, noſtra emendatio bonam gratiam initura eſſet. Sane longe validius & magis ex numero aſſertum eſt, ſi *virtus* tanta eſt, quantum *ipſa* extollitur, quam ſi ex laude *factorum* (ad ea enim *ea* pertinet) dependet. Neque aliter Vopiſcus l. c. qui ad *virtutes* refert *eas:* neque omnino Thucydides. Accedit Vinar. I. *quantum* ea *verbis potuere ext.* tam *praeclara ingenia. tam* fecit, cum reperiſſet *eam*.

5. NUMQUAM EA COPIA FUIT. *Solche Gelegenheit*, ſcriptorum & magnorum ingeniorum. *Copia* autem non ſolum *abundantiam*, ſed & *praeſentiam* & *facultatem* notat, quod ex locutione *copiam rei alicui facere* apparet. & hoc poſteriori ſignificatu hic accipiendum eſt. Loquitur enim de veteribus Romanis, qui fuere poſt reges exactos. Ex iſtis profecto neminem hiſtoricum novimus, & ante Bella Punica nullus reperitur, qui aliquid de rebus Rom. ſcriptum reliquerit. *Fabius Pictor* primus innotuit, iſque aequalis fuit temporibus belli Punici ſecundi, Liv. XXII. *c.* VII. Eutrop. III. *c.* II. eum atque L. Cincium πρεσβυτάτους hiſtoricorum nominat Dion. Halicarn. I. *c.* VI. Memorantur quidem *M. Livius Andronicus*, & *Naevius*, paullo majores, ſed poetae, qui fabulas ad populum dedere, anno poſt V. C. circiter IↃX. & IↃXIX. Cic. Bruto *c.* XVIII. Gellius XVII. *c.* XXI. *Ennius* vero famigeratiſſimus inter veteres junior eſt Fabio. Vides igitur, quantum temporis Roma ſine hiſtoricis fuerit, & res ſuas ſine teſte & auctore geſſerit. *Numquam* igitur particula de illo tempore intelligenda eſt, & eleganter aptatur certo tempori, ut Jug. *c.* XCV. & Terent. Adelph. A. IV. Sc. II. *v.* 31. *Verum* hodie numquam *monſtrabo*. adde Serv. ad II. Aen. *v.* 670. De *copia c.* XVII. *quibus vel magnifice, vel molliter vivere* copia *erat*. Sed plura ad Jugurth. *c.* XCVIII. *Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit*. Vinar. 2. *ea copia ſcriptorum fuit*.

PRUDENTISSUMUS QUISQUE. Qui *ſcientia* pollebat, & de rebus geſtis bene dicere & ſcribere potuiſſet. Sic Nepos Cimon. *c.* II. *Habebat magnam* prudentiam *cum juris civilis, tum rei militaris*. Ceterum *prudentiſſumus quiſque* nobis eſt vulgatum: *prudentiſſimi*. ſic mox *Optimus quiſque*. & Aur. Victor Caeſ. *c.* III. Prudentiſſimus quiſque *ſimilem fore ſui credebat*. infra *c.* LI. *peſſumum quemque*. *c.* LX. *ſtrenuiſſumus quiſque*. & innumera alia apud alios.

NEGOTIOSUS. Rebus gerendis adſtrictus. Vide, ſi lubet, quae de vi & terminatione ejuſmodi nominum ex Gellio aliiſque produxi ad Jug. *c.* LXVI. n. 2. *vulgus ſeditioſum atque* diſcordioſum *erat*.

NEMO SINE CORPORE. Omnes enim militiae ſeſe addicebant & corpus ad labores tolerandos exercebant, *bellicoſa etiam tum civitate*, Sueton. Grammat. *c.* I. adde Cicer. IV. Tuſc. Qu. *c.* III.

OPTUMUS QUISQUE. Optimi ingenio & virtute, uti *boni* ſupra *c.* VII. n. 2.

QUAM DICERE. De ſe & ſua *benefacta*, uti Jug. *c.* LXXXV. *meamet* facta *mihi* dicere *licet*. De hoc genere repetitionis vide Gronov. ad Liv. XXX. *c.* VII. Sic *benefacere* & *dicere* conjungit *c.* III. n. I. Contra Jug. *c.* XLIV. habes *exercitum* lingua, *quam* manu *promtiorem*. Imitatur noſtrum Juſtin. citato XLI. *c.* III. n. 8. & Quinctil. Inſtit. Procem. p. 8. Facere *enim optima, quam* promittere *maluerunt*. adde Jug. *c.* VI. n. 2.

SUA AB ALIIS BENEFACTA LAUDARI. Fabric. I. & 2. *beneficia*, hoc eſt, bona & praeclara facta. quod non repudiandum eſſe, illud evincit Jug. *c.* XXXI. extr. *adhoc in rep. multo praeſtat* beneficii, *quam* maleficii *immemorem eſſe*. Sic miſcent libri *c.* LII. *malefacta* & *maleficia*. & ſane noſter alibi dixit *bene parta*, *bene conſulta;* ſed ab illis non aliud habebat Nomen, quod hic in promtu erat. Intrudunt quidam *Et*, ſcribentes *Et ſua ab al* nullo bono more, & cujus in ſcriptis ne veſtigia quidem apparent. adde Jug. *c.* XIV. n. I. LXVIII. n. 2. infra *c.* XXXIV. num. 2.

CAP.

CAP. IX.

IGitur domi militiaeque boni mores colebantur. concordia maxuma, 1
minuma avaritia erat: jus bonumque apud eos non legibus magis, quam

CAP. IX. 1. BONI MORES COLEBANTUR. Eccard. *celebrebantur*. Ovid. I. Metam. *v.* 90. *ſine lege fidem rectumque* colebat. Cic. I. Offic. *c.* II. *officium colere*, & mox: *neque amicitiam* colere *poſſit*, *nec juſtitiam*, *nec liberalitatem*. De moribus eorum vide Cic. Paradox. I. *c.* II. & v. de Rep. apud Auguſt. II. de Civ. Dei *c.*XXI. ubi de illo Ennii verſu: *Moribus antiquis* ita judicat: *quem quidem ille verſum, vel brevitate, vel veritate tanquam ex oraculo mihi quodam eſſe effatus videtur. Nam neque viri, niſi ita* morata civitas *fuiſſet: neque* mores, *niſi hi viri praefuiſſent, aut fundare, aut tam diu tenere potuiſſent tantam & tam juſte lateque imperantem Rempublicam*.

CONCORDIA MAXUMA, MINUMA. Poſituram variat Guelf. 3. *concordia maxuma*, *avaritia minuma*. Sed iſte ſciolus habet, unde ſapiat ad *c.* II. n. 2. dicta. habeat & Cic. III. ad Qu. Fr. ep. v. *nec honores* ſitio, *nec* deſidero *gloriam*. Id. III. de Nat. D. XXXIV. extr. *ita ad impietatem* in deos, in homines *adjunxit injuriam*. *c.* XXXVIII. *Critolaus evertit* Corinthum, Karthaginem *Hasdrubal.* adde *c.* XXXII. Id. I. de Div. *c.* XXXIII. *Haec improbantur* a Peripateticis, a Stoicis *defenduntur.* II. *c.* LXIV. *poeta* nemo, nemo *phyſicus obſcurus*. Interim non negligendum hoc loco videtur, quod Cl. Jac. Chriſtoph. Iſelius ex MS. Baſileenſi, quem *primum* voco, adnotavit: eum habere: *Concordia* maxUma, minIma *avaritia erat*. Scilicet elegantiam iſtius librarii inde conjicere licet, qui voci *minima*, cum alibi veteri Orthographiae, eique etiam in proxima voce *maxuma* inſiſtat, exilem potius ſonum tribuere maluerit. Exilem dico. nam ſic veteres Grammatici vocant ſcripturam in his vocabulis per I, quam tanquam ſingularem in C. Caeſare notavit Terentius Varro apud Caſſiod. de Orthogr. p. 2284. qui *maximus*, *juſtiſſimus* per tertiam vocalem, non ut antiqui *maxumus*, cetera ſcripſerit. Sed poſt Caeſaris etiam tempora antiquum obtinuiſſe, teſtatur Mar. Victorin. I. Art. Gramm. p.2456. *Idem* C. *Caeſar* Optimus, Maximus *ſcripſit*, *non*, ut nos, *per U litteram*. Neque ad ſola Superlativa iſta ratio pertinet, ut nonnulli exiſtimarunt, contra quos diſputat Velius Longus p. 2216. ſed *LUbido*, *aeſtUmo*, *faciUndum* reliqua etiam huc referenda ſunt. Hinc apud Virg. I. Georg. *v.* 284.

Septuma *poſt* decumam *felix*

II. *v.* 205. Optuma *frumentis*, & ſimilia recte ex obſoletis membranis ediderunt. adde Pier. ad I. Aen. *v.* 525. & II. *v.* 311. 389. Medium autem iſtum ſonum, quem inter U & I agnoſcunt Quinctil. I. *c.* IV. Priſcian. Libr. I. p. 539. cum aliis hujus permutationis cauſſam fuiſſe, ſuo loco demonſtrabo. Ceterum placuit quidem ingenium dicti illius librarii; ſed in Salluſtio aliquid mutare vel propterea abſtinui, quod nimis ingenioſum videretur: & quod obſervarem eumdem cap. XX. itidem ſcripſiſſe: *maxumum atque pulcherrimum facinus incipere*.

ERAT. *Inter ipſos erat*, praefert Guelf. 7. & 8. At 9. 10. 11. & Eccard. *illis erat*. Sed Pronomen omittit Noſter *c.* XXI. extr. *c.* XXV. extr. *prorſus multae facetiae multuſque lepos* inerat. *c.* LV. n. 5. *laqueo gulam* (ei) *fregere*. Jug. *c.* LXXXV. n. 4. *alii ſi deliquere-omnia haec praeſidio* (illis) *adſunt*. Sic Caeſar I. Gall. *c.* XXVIII. n: 1. *quorum per fines ierant, his, uti conquirerent & reducerent* (eos) *imperavit*. Sueton. Othon. *c.* VIII. *Ubinam imperator eſſet requirentes, perruperunt in triclinium uſque, nec niſi* viſo *deſtiterunt*.

JUS BONUMQUE. Ante haec verba Gloſſam habet Guelf. I. *per naturam maxime juſtitiam colebant*, quae ſe ipſa ſatis damnat. Sed copulam omittunt Baſil. 3. Guelf. 8. 9. 10. *Jus bonum*, & Eccard. *Bonumque jus*. Plautus Pſeud. A. I. Sc. v. *v.* 123. Jus bonum *orat Pſeudolus*, & alia alibi ſimiliter dixit. Neſcio an potiſſimum confirmetur illis I. Hiſt. *neque amplius*, *quam regibus exactis* aequo & modeſto jure *agitatum*, & Orat. Lepidi: *utrumque per injuriam malunt*, *quam* optumo jure *liberi agere*. Alibi tamen conjunctionem addidit, Jug. cap. XXIX. n. 2. *magnitudine pecuniae* a bono honeſtoque *in pravum abſtractus eſt*. Igitur *jus* eſt id, quod verum, rectum & aequum eſt; *bonum* vero proficuum & utile reip. Sic Jug. *c.* XXII. *neque* recte, *neque pro* bono *facturum*. *c.* XXXV. *Fit reus magis ex* aequo bono*que*, *quam ex jure gentium Bomilcar*.

NON LEGIBUS MAGIS, QUAM NATURA. Quod idem de Scythis tradidit Juſtin. II. *c.* II. *Juſtitia gentis* ingeniis *culta*, *non* legibus. & de Romanis non multum abſimilia Tacit. III. Ann. cap. XXVI. Idem de Germanis cap. XIX. extr.

Digitized by Google

2 quam natura valebat. Jurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant. in ſuppliciis Deorum magnifici, domi parci, in amicis fideles erant. Dua-

Pluſque ibi boni mores *valent*, *quam alibi bonae* leges. adde Lactant. v. *c.* v. illud *non magis*, *quam* eſt, verſis memoris, idem quod *non minus*, *quam* vel *aeque ac*. Corn. Nep. Dion. *c.* III. *homo amicus* non magis *tyranno*, quam *tyrannidi*.

2. JURGIA, DISCORDIAS. Vulgares quaedam editiones addunt *iras*, quod in nullo ex noſtris apparet Codice, excepto Senat. I. *Jurgia*, quid ſint, dico ad *c.* XXXI. n. 4. Iſidorus Gloſſ. Jurgat, *litigat*, *rixat*, *pugnat*. Cum *bello* jungit Mela III. *c.* V. de Scythis: *Non* bella *novere*, *non* jurgia. *Diſcordias* dixit plurium numero ἐμφατικωτέρως, uti Donato videtur, ad Andr. A. I. Sc. I. *v.* 70. ſive quoniam ſemel de pluribus loqui coeperat. Sic *c.* XV. n. 4. *neque vigiliis*, *neque* quietibus *ſedari poterat*. Cicer. Offic. I. *c.* XXIX. *Ludo autem & loco uti illo quidem licet: ſed ſicut ſomno &* quietibus *ceteris*. Seneca de Provid. *c.* III. *cruditatibus* ebrietatibus*que & ceteris*, *quae necant per voluptatem*. vide Gron. in Conſ. ad Polyb. *c.* XXXVI. A. Gellius XVII. *c.* II. M. Catonem in numero elegantiam quaeſiviſſe obſervat in eis. *Et complures in laboribus miſerrimas* vitas *exegerunt; at hic nimiis in* otiis *conſumtus eſt*. Quare fruſtra ſcriba Guelf. II. haeſitat in *diſcordia:* fruſtra Guelf. 9. *ſimultatem* oggerit, cum ipſe Cicero *ſimultates* ſaepiſſime dixerit.

SIMULTATES. Gloſſ. Guelf. I. Simultas *eſt latens odium*, *a verme* ſimulta, *quae jacens tauro inter cornua*, *facit eum cornipetam*. De verme *ſimulta* etiam Papias, qui eum in capite arietis naſci docet. Iſidorus *ſimultum* vocat & in cornu locat: item Jo: de Janua, qui fere iiſdem verbis deſcribit, quibus noſter librarius. Sed nugae ſunt merae Grammaticorum, ut nomen haberent, unde *ſimultatem* derivarent. Paullo melius Feſtus, ſive Paullus p. 510. ſimultas, *ideſt*, *odium*, *dicta ex contrario*, *quia* minime *ſint* ſimul. *poteſt & a* ſimulatione *dicta exiſtimari*, *quia ſimulate loquuntur ad invicem.* Recte a *ſimul* deducitur. Proprie enim de *aemulatione* dicitur, ubi duo vel plures *ſimul* aliquid adfectant. Neque, qui antiquae Orthographiae gnarus eſt, ipſe *aemulationi* aliam poterit adſcribere originem: etſi haec vulgo in bonam, illa in malam partem ſumatur.

EXERCEBANT. Sic infra *c.* XLIX. n. 2. *Uterque cum illo gravis* inimicitias exercebant. cui loco quaedam alia junxi.

DE VIRTUTE CERTABANT. Quod teſtatur etiam Vellej. II. *c.* XXVI. *in qua civitate ſemper* virtutibus certatum *erat*, *certabatur ſceleribus.* & Tacit. III. Hiſt. *c.* XI. *ut olim* virtutis *modeſtiaeque*, *nunc procacitatis & petulantiae* certamen *erat*. Sed quoniam *nihil tam pronum eſt ad ſimultates*, *quam aemulatio*, verba ſunt Plin. Paneg. *c.* LXXXIV. ſententia etiam Salomonis Proverb. *c.* X. comm. 12. & Ciceronis Lael. *c.* X. per haec primum certamina evenit, ut civium animi in ſe invicem accenderentur, & concordiae paullatim obliviſcerentur. quae res poſtea magnorum malorum, & ipſius libertatis ruinae cauſſa fuit.

IN SUPPLICIIS DEORUM. Vocem *deorum* non agnoſcit Fabric. I. niſi a manu ſecunda. Servant ceteri & Varro II. de R. R. *c.* V. *Tametſi quidam de Italicis*, *quos propter amplitudinem praeſtare dicunt*, *ad victimas farciunt*, *atque ad* Deorum *ſervant* ſupplicia. & Apulej. de Hab. D. Plat. p. 16. *quarum Religioſitas* Deum *honori ac* ſuppliciis, *divinae rei*, *mancipata eſt.* Vinar. I. *in* ſuppliciis, ſacrificiis *Deorum:* ut ſupra *c.* II. n. 7. *Supplicia* autem ſunt tam victimae & ſacrificia (vide Apulej. XI. Met. p. 265.) quam preces & *ſupplicationes*, quae inde tractae ſunt, vide *c.* LII. n. 29. ſive omne id, quo Deos, proprie & ex uſu Auctorum, vel homines propitios nobis reddimus. Vide quae diſſerui Diſſ. III. de Uſu Orthogr. Lat. §. XI. n. 15. De religione autem veterum Romanorum ad *c.* XII. n. 3.

DOMI PARCI. Sic Cicero pro Flacco *c.* XII. *Haec enim ratio ac magnitudo animorum in majoribus noſtris fuit*, *ut cum in privatis rebus ſuiſque ſumtibus* minimo contenti tenuiſſimo cultu *viverent*, *in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremque revocarent*. Symmach. IV. epiſt. LX. *Hoc etiam Tullius tuus praecipit*, luxum in privatis negotiis *arguens*, *in publicis* magnificentiam *probans*. Sed *parcimonia* Romae non ſolum domeſtica diſciplina, ſed & publicis legum ſanctionibus juſſa erat, Gellius II. *c.* XXIV. Livius Proem. *Nulla umquam Reſp. fuit*, *in quam tam ſero avaritia luxuriaque immigraverint*, *nec ubi tantus ac tamdiu* paupertati *ac* parſimoniae *honos fuerit*. Hinc Tacit. III. Ann. *c.* LIV. *olim* parcimonia pollebat. adde Plin. I. ep. XXII. n. 4. Senec. ep. LXXXVI. Hinc *Olim Romanis ſummum luxuria crimen erat*. Quinct. III. *c.* IX.

IN AMICIS FIDELES ERANT. Erga amicos. Vul-

Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat aequitate ſeque 3
rem-

Vulgo *in amicos*; ſed Incert. I. & Guelf. II. veram lectionem ſervarunt, qui habent uti edidi. Sic *c.* LII. *ſint miſericordes* in furibus *aerarii*. ubi pluribus genus dicendi illuſtravi. Fabric. 2. pro varia lectione habet: *alii in animo*. unde magis, quam ex pluribus Codd. me confirmavi. legerat enim ille forte *amico* pro *amicis* ſcriptum. ex quo facile, pro more ſuo, fecerunt *amicos* librarii, rariorum conſtructionum ignari. Porro *erant* locum mutat in Fabric. I. *domi parci erant*. & Guelf. 6. habet *erat*. Nemo Salluſtio adſuetus deſideraret, ſi abeſſet. De *fide* Romanorum legatur Gellius XX. cap. I. & auctor Libr. I. de Machabaeis comm. 12.

3. Duabus his artibus. Grutero tres hae voces redolent aliquid ſpurii, ut legitimae agnoſcuntur a Codd. & uſu Latinorum, qui & Genus addunt, quando ſpecies enumerant, vide *c.* XI. n. 7. vel aliis vocibus id antea deſignant, quod poſt enumerant, vide ad *c.* LXVI. n. 2. Jug. Sic Cicero II. ep. VI. n. 8. *Habemus* haec omnia, *bonorum ſtudium-vulgi ac multitudinis-juventutis & gratioſorum ſtudia-noſtram ſuffragationem*. ubi notam videre licet. Id. VII. ep. III. n. 14. *praeſertim cum habeam* duas res, *quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, & maximam rerum gloriam*. Id. XI. ep. XXVII. n. 21. Illa *vera* duo *quis aut libentius commemorat, aut ſaepius, te & non ſuſcipiendi belli civilis graviſſimum auctorem fuiſſe, & moderandae victoriae?* Livius XXIX. *c.* XXXVII. *Vendere equum C. Claudium juſſit* duarum rerum cauſſa; unius, *quod falſum adverſus ſe teſtimonium dixiſſet*: alterius, *quod non ſincera ſecum fide in gratiam rediſſet*. & ſic Idem XXVI. *c.* XI. & Cic. pro Muren. *c.* XVIII. Seneca Epiſt. XXII. hoc uno *excuſati, quod iſta optantibus data ſunt*. Noſter IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. *Romanis* una *& ea vetus cauſſa bellandi eſt*, cupido *profunda imperii*. item infra *c.* LIII. *ingenti virtute, diverſis moribus fuere* viri duo, *M. Cato & C. Caeſar*. *c.* LVIII. *Exercitus hoſtium* duo, *unus ab urbe, alter a Gallia obſtant*: qui neque in hoc ipſo diverſus eſt ab Thucydide, ubi III. *c.* XL. μηδὲ ΤΡΙΣΙ ΤΟΙΣ ΑΞΥΜΦΟΡΩΤΑΤΟΙΣ τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ, καὶ ἡδονῇ λόγων, καὶ ἐπιεικείᾳ ἁμαρτάνειν. Sic Idem mox cap. XLII. νομίζω δὲ ΔΥΟ ΤΑ ΕΝΑΝΤΙΩΤΑΤΑ εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν. Eamdem figuram etiam unica vocula exprimunt in eis, quae ita dicuntur, ut illud Liv. XXXVI. *c.* XXVI. Id *ad dignitatem ejus, fidemque pertinere, non prodi ſocios*: quae ſane ſunt valde frequentia. adde ſupra *c.* V. n. 7. & infra ad *c.* XLVIII. num. 7. XLIX. n. 2. Per *Prolepſin* quamdam (quam Figuram Grammatici nimis coarctant, qui omnes, quotquot meminere, ultra Virg. XII. Aen. *v.* 161. ſeqq. exemplum nullum norunt) quae ab inverſa Appoſitione non multum differat, haec ita dici ſemper exiſtimavi. Per additum autem *Nempe* explanari poſſe ad Ciceronem iterum iterumque monui, & hic Eccard. *ſcilicet* immiſit. Conf. ſupra *c.* IV. n. I. & infra *c.* XX. n. 2.

Audacia. Non temeritate, ſed *virtute & fortitudine*. in bonam partem accepta voce, uti *c.* LVIII. audacia *pro muro habetur*.

In bello, ubi pax evenerat. Cur non *in duce* opponit? ſed id non ſatisfeciſſet ſententiae, & Numero non nocet etiam periphraſin aliquam nudo Nomini opponere. Ovid. II. Metam. *v.* 78.

— *per* inſidias *iter eſt* formasque ferarum.

Confer ad *c.* XVI. n. 2. & ad *c.* XVIII. *egens, ſummae audaciae*. *c.* LI. n. 6. in *pace*-per *inducias*. Jug. *c.* VII. *multo* labore, *praeterea modeſtiſſime* parendo. *c.* CVIII. *Bocchum magis Punica* fide, *quam* ob ea, quae praedicabat, *ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis attinuiſſe*, dicenda. *c.* XCVII. *rati noctem* victis *ſibi munimento fore, &*, ſi viciſſent, *nullo impedimento*.

Aequitate. De qua eleganter Florus III. *c.* II. extr. *Numquam populus R. hoſtibus domitis victoriam ſuam* exprobravit. adde omnino infra *c.* XII. & Cicer. II. Offic. *c.* VIII. Et inter praecepta reip. gerendae eſt apud Claudian. II. Stilic. *v.* 15.

——— *ut ferrum Marte cruentum*
Siccum pace feras.

adde quae Gruterus Diſcurſ. XXVI. ad Tacitum. Rutilius I. Itiner. *v.* 63.

Feciſti patriam diverſis gentibus unam,
Profuit injuſtis te dominante capi.
Dumque offers victis proprii conſortia juris,
Urbem feciſti quod prius orbis erat.

Nimirum *conſortia* illa *juris* ſunt prima pars *aequitatis*.

Seque remque publicam. Guelf. 6. *ſe remque publicam*. at. 7. 8. 9. Senat. 2. & Eccard. a prima manu: *ſeque r. p. curabant*. Struv. *ſeſe & remp.* ceteri recte *ſeque remque*. Sed Vinar. I. *ſeque remque* procurabant. ex nota *p.* fecit *pro*. Sic *c.* XXXVI. *qui* ſeque *remque publicam perditum irent*. & Jug. *c.* LXXXV. *majores ſeque remque publicam celebravere*. Sic Tacit. II. Ann. *c.* III. *ſeque regnum*que *tutatus eſt*. Apud Poetas autem nihil frequentius; Hiſtorici etiam *ſeque & remp.* dicunt, quod exempla docebunt ad Jug.

 c. VI.

4 remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo, quod ſaepius vindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnaverant, quique tardius, revocati, bello ex-

c. VI. *opportunitas ſuae*que & *liberorum aetatis:* neque aliter hoc loco Incert. I. Librariis fraudi fuiſſe poteſt, quod inter *rem* & *publicam* particula interponitur. Sed eodem modo *c.* V. n. 4. cujus *rei* libet: & *c.* LVIII. quo*que* modo, pro *& quomodo* dixit. ubi loca citata tibi quidem ſatisfacient.

CURABANT. Struv. *regebant*, ex Gloſſa. Sic fere noſtrates: *etwas beſorgen*. Sic Jug. *c.* III. n. I. *omnis* cura *rerumpublicarum*. Dicitur de omnibus quibus providentia ſimul & conſilium cum adminiſtratione certarum rerum incumbit, etiamſi opera fiat per alium. Sic Jug. *c.* LVII. n. 2. *legatis imperat, ubi quiſque* curaret. ibi ejus generis plura. Sic Plinius XVIII. *c.* XXXIV. *curare fruges*. & XVII. *c.* XXII. uti & Cato de R. R. *c.* CXXXVII. *curare vineam falce*. & quae ſunt alia.

4. QUARUM RERUM. Audaciae & Aequitatis. *Audaciae*, dum ex Romanis plures cupiditate hoſtes feriendi ita ardebant, ut etiam contra imperium & revocati pugnarent. *Aequitatis* documenta num. 3. exponit. Dictum eſt per Periphraſin, de qua ad Jug. *c.* LXXXIV. num. 3.

DOCUMENTA. Exempla & indicia, quibus res doceri queat. Sueton. Aug. *c.* LI. in. *Clementiae civilitatiſque ejus multa & magna* documenta *ſunt*. Vellej. Pat. II. *c.* XLII. *Illud referatur*, documentum *tanti mox evaſuri viri*. Horat. I. Sat. IV. *v.* 110.

> — *magnum* documentum, *ne patriam rem*
> *Perdere quis velit*.

Sed ſaepius de *exemplis* dicitur. Sic Curt. VII. *c.* XI. n. 8. *& mei* documenta *vobis dedi*, *& veſtri* habeo. Noſter expreſſit Thucyd. I. *c.* II. παράδειγμα.

HAEC HABEO. Gruterus haec cum pronomine *ego* omiſiſſet; ſed *haec* defendunt modo n. 3. adlata: & *habeo* eſt lingua Salluſtii, qui eo pro Subſtantivo Verbo *Eſſe* utitur, & hic de ſuo maxime judicio loquitur. Reſpice dicta ad *c.* I. n. 4. hoc etiam defendit Curtius & Cic. I. Agrar. *c.* ult. *Deinde* habeat *me ipſum ſibi* documento, *quem equeſtri ortum loco conſulem videt*. Phaed. II. Fab. IV. extr.

> *Quantum homo bilinguis ſaepe concinnet mali*,
> Documentum habere *ſtulta credulitas poteſt*.

Interim tamen Codices noſtri in hoc commate incertum habent vocum ordinem: ac Guelf. 6. & Eccard. plane, forte & unus Remenſ. *haec* omittunt.

IN BELLO. Edit. vet. *bello* ſine praepoſitione, quam tamen ceteri Codd. & hic & alibi retinent. Ciacconius vero duas has dictiones abundare non male exiſtimat, inprimis ſi mox pro *praelio exceſſerunt* legendum ſit *bello exceſſerant*. Defuerunt etiam Palatino tertio. & ex edit. veter. conjicio ex proximis *bello exceſſerant* vocem huc eſſe translatam. nam quae quidam opponit, quod ſequatur *in pace*, ea nihili ſunt. Vinar. I. *qui & bello ſaepius* cet.

SAEPIUS. Plura exempla ſuppetunt eorum, qui *audaciae* ſuae poenas dederunt, quam eorum, qui metus: plura eorum, in quos vindicatum eſt, quod contra imperium pugnaverint: quam, qui neglecto imperio pugnam detrectaverint. Plus igitur audaciae, quam timoris in militibus fuiſſe debet. Haec eſt vis hujus documenti, quod vulgo ineptiſſime intelligunt.

VINDICATUM EST IN EOS. Puniti ſunt illi. Sic Jug. *c.* XXXI. vindicandum in eos, *qui hoſti prodidere remp.* Apulej. III. Metam. *Conſtanter itaque in hominem alienum ferte ſententias de eo crimine, quod etiam* in civem *veſtrum ſeveriter* vindicaretis.

QUI CONTRA IMPERIUM I. H. PUGNAVERANT. Uti A. Manlius Torquatus, qui producitur infra *c.* LII. Q. Fabius Maximus magiſter equitum, quod vetante Dictatore, etſi feliciter, pugnaſſet, capitis damnatus, aegre favore militum & populi ereptus eſt, Eutrop. II. *c.* IV. Liv. VIII. *c.* XXX. ſeqq. Simile exemplum Architecti a Craſſo puniti, narrat A. Gellius I. *c.* XIII. Idemque XI. *c.* I. ex Catone refert: *Imperator noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit*. Unde etiam Leg. 3. §. 15. D. de re milit. *In bello qui rem a duce prohibitam fecit, aut mandata non ſervavit, capite punitur, etiam ſi res bene geſſerit*. adde Caeſar. VII. Gall. *c.* LII. Plutarch. Parall. *c.* XIII.

IN HOSTEM. Adverſus, contra: ut infra *c.* LII. Gellius XVII. *c.* II. Sic Corn. Nep. Lyſandr. *c.* I. *Athenienſes* in Peloponneſios *bellum gerunt*. Flor. IV. *c.* XII. n. 6. in hos *expeditionem ipſe ſumſit*. & alii.

REVOCATI. Ex praelio, ſigno receptui dato. Ve-

Digitized by Google

exceſſerant, quam qui ſigna relinquere, aut pulſi, loco cedere auſi erant. In pace vero quod beneficiis, quam metu imperium agitabant, &, acce-

Veget. II. de R.M. *c.* XXII. *Tubicines ad praelium* vocant *milites*, *& rurſum receptui canentes* revocant. ſic antea ibi vulgabatur, quod Stewechius mutat: *& rurſum receptui canunt*. Hinc Dares *c.* XXI. *Agamemnon ut vidit fortiſſimos cecidiſſe*, pugnam revocavit. Hinc in aliis etiam pro retinere, reprimere dicitur, ut apud Curt. V. *c.* XI. n. 3. *revocato ſermone*, & Cic. VI. ad Attic. ep. I. revocavi *me*, *ne te offenderem*. Seneca I. de Ira *c.* IX. *inutilis miles eſt*, *qui ſignum* receptui *negligit*. adde Plutarch. Quaeſt. Rom. XXXIX.

BELLO EXCESSERANT. Sic reſcripſi ex Fabric. 1. 2. Vinar. 2. Heuſſ. Baſil. 2. Senat. 2. Guelf. 2. 9. & ed. vet. Nam Guelf. 3. *ex praelio diſceſſerant*: 8. *a praelio exceſſerant*: 4. & Acad. *e praelio exceſſerant*, quae ſunt indicia dubiae ſanitatis. Accedit raritas ſignificationis Nominis *bello*, quod omnino pro *praelio* poſitum eſt. Serv. ad VIII. Aen. *v.* 547. Bellum *eſt tempus omne*, *quo vel praeparatur aliquid pugnae neceſſarium*; *vel quo pugna geritur*. Juſtin. II. *c.* XII. *Artemiſia inter primos duces* bellum *acerrime ciebat*. ſic πόλεμος Graecis frequenter!, ut & D. Paullo I. ad Corinth. *c.* XIV. comm. 8. adde Caſaub. ad Polybium p. 147. qui Livii Caeſariſque loca contulit, Varronem citavit Stewech. ad Vegetium II. *c.* XIII. quem auctorem locis plus centum eo verbo ita uti, teſtatur ad III. *c.* XXVI. Eutrop. III. *c.* XIII. *Interea* proelium *ab utroque duce inſtructum eſt*, *quale vix ulla memoria fuit*, *cum peritiſſimi viri copias ſuas ad* bellum *educerent*. Sic Donat. ad Terent. Eunuch. Act. V. Sc. II. *v.* 60. ubi *pugnam* & *bellum* in re venerea promiſcue dicta exemplis oſtendit, quemadmodum in alia Lucretius V. *v.* 381.

Denique tantopere inter ſe cum maxima mundi
Pugnent *membra*, *pio nequaquam concita* bello,

SIGNA RELINQUERE. Vexilla nempe, *Aquilam* & alia, de quibus ad *c.* LIX. *dejerere*. Ovid. III. Faſt. *v.* 114.

- - - - *ſigna*
Sed ſua: *quae magnum perdere crimen erat*.

Livius V. *c.* VI. *Fuſtuarium meretur*, *qui ſigna relinquit*, *aut praeſidio decedit*. adde Eundem II. *c.* LIX. De Corbulone Tacit. XIII. Ann. *c.* XXXV. *Nec enim*, *ut in aliis exercitibus*, *primum alterumque delictum venia proſequebatur*, *ſed qui* ſigna reliquerat, *ſtatim capite poenas luebat*, Et quoniam, qui perditis ſignis redibant, iis cum ignominia fuit moriendum, eo Duces quosdam ſigna in hoſtes jeciſſe, a militibus per vim referenda, obſervat Dion. Halic. Libr. IX. Incert. I. & ex emendatione 2. *reliquere*. quod non diſplicet. vide ad *c.* XXII. num. 2. Baſil. 3. *quam* in illos, *qui ſigna* cetera. male vide *c.* XIII. n. 2.

PULSI, LOCO CEDERE. Locum, quem occupaverant in acie, relinquere hoſti *inſtanti*, qui *pellit*. non ita eleganter Vinar. 2. *a loco cedere*. Caeſar I. Civ. *c.* XLIV. *pedem referre*, *&* loco excedere *non turpe exiſtimant*. contra Romani *ipſi ſuos ordines ſervare*, *neque ab ſignis diſcedere*, *neque ſine gravi cauſſa eum* locum, quem ceperant, dimitti *conſuerant oportere*. mox: *legio* locum non tenuit, *atque in proximum collem ſeſe recepit*. Livius XXIV. *c.* XIV. *Qui* loco ceſſiſſet, *in eum ſervili ſupplicio animadverſurum*. Idem XXVI. *c.* V. *legio ibi ſexta* loco ceſſit. C. Chabr. *c.* I. *reliquam phalangem* loco *vetuit* cedere. Seneca de Vit. Beat. *c.* XI. *quae habere nomen ſuum non poteſt*, *ſi* loco ceſſit. Lucan. III. *v.* 107.

- - *vacuaeque* loco ceſſere *curules*.

Quamobrem male quaedam edd. & MS. Heuſſ. *pulſi loco* conjungunt, etſi ſciam Senecam II. Nat. Qu. *c.* XXVII. dixiſſe: *quorum mentes ſonus ille coeleſtis* loco pepulit. Denique *pulſi cedere*, ut Virg. III. Aen. *v.* 121.

Fama volat pulſum *regnis* ceſſiſſe *paternis*
Idomenea ducem.

& Ovid. VI. Metam. *v.* 290.

Pulſa fugit *macies*, *abeunt pallorque ſituſque*.

adde infra *c.* XLIX. *victus diſceſſerat*. *auſi* dixit *cedere*, nempe contra leges & diſciplinam militarem, quae gravem poenam conſtituit in eos, qui in proelio loco ceſſerant, vide Tacit. III. Ann. *c.* XXI. II. Hiſt. *c.* XII. adde Ariſtot. III. Polit. *c.* X. Nonnumquam circumſcriptioni ſervire verbum *audere*, obſervat Gataker. I. Miſcell. *c.* III. quae hic tamen nulla eſt.

5. IN PACE V. QUOD BENEFICIIS. Vide n. 3. & *c.* VI. n. 5. Commoda ejusmodi imperii, quo victis beneficiis imperium tolerabile reddimus exponit Herod. I. *c.* IV. n. 10. & Jocaſta apud Sen. Thebaid. Act. IV. & II. de Rep. Ord. *c.* IV. Contrarium vide apud Herodian. III. *c.* VIII. num. 15. IV. *c.* III. n. 8. VII. *c.* I. & Senec. ad Polyb. *c.* XXXI. Praeterea Fabr. I. Senat. I. Baſil. I. & 2. Guelf. 1. 2. 5. 6. & a manu ſecunda 4. addunt *quod*:

accepta injuria, ignoſcere, quam perſequi malebant.

CAP.

in pace vero, quod *beneficiis*, cetera, idque Rivius etiam in ſuis invenit. & ſolet noſter particulas Cauſſales repetere, ut *c.* XVI. num. 5. quod *aes alienum ingens erat*, & quod *plerique Sullani milites* &c. *c.* XIX. num. 1. & 2. *quod-quippe-quia*. adde Jug. *c.* LXV. LXXXV. num. 25. & CII. Solent etiam poſt alias voces ponere, uti *c.* XI. n. 2. *Huic* quia *bonae artes deſunt*, cetera. Librarii etiam alibi omiſerunt, ut *cap.* XIV. & Jug. *c.* V. n. 1. quare revocandum exiſtimavi.

BENEFICIIS, QUAM METU. Vulgo addunt *magis. beneficiis* magis *quam metu*. Sed Colonienſis, quem Palmerius tractavit, D. Martini & Pembrochienſis, a Waſſio inſpecti (in hujus editione error in hac nota commiſſus eſt) & ex noſtris Remenſ. 2. Fabric. 2. Senat. 1. Baſil. 2. Guelf. 4. & 5. omittunt rectius. locum etiam mutat in Guelf. 3. *magis agitabant*. & frequentiſſimam eſſe hanc Ellipſin dixi ad cap. VIII. n. 1. Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XXXIII. *Optimi mortalium vitae decore*, quam *quaeſitis nominibus coelum adeunt*. adde quae ſtatim mox addimus in hujus *cap.* fin.

IMPERIUM AGITABANT. Imperabant. Sic Juſtin. 1. *c.* V. *agitato regno*. Lentulus Cic. XII. ep. XIV. *conſulatum agere*. Florus 1. *c.* VI. Regnum *dolo partum ſic* egit *induſtrie*, *ut jure adeptus videretur*. Henricus Septimell. de Fortuna el. II. *v.* 73. *Quidve minas agitas?* pro *minaris*. Sic Juſtin. XI. *c.* V. n. 7. *quibus longa jam ſatis & natura* imperia *contigiſſe*, *quorumque tempus eſſe vices excipere melius* acturos. Sic ſupra *c.* II. n. 1. *vitam agitare* & alia plura dixit. vide *c.* LXI. extr. Tamen Baſil. 1. ab alio ſaltem atramento vocabulum *imperium* atque in ſpatio interlineari exhibet, quod ita ſane abeſſe poſſet, ut Jug. *c.* XLI. n. 6.

ACCEPTA INJURIA. *Accipere injuriam* proba eſt locutio. Cicero pro Flacco *c.* I. *non ſum arbitratus, quemquam nouas huic inimicitias*, nulla accepta injuria, *denunciaturum*. Seneca ep. XCV. *nec* accipere injuriam *queunt*, *nec facere*. quae etiam Cicero opponit.

IGNOSCERE, QUAM PERSEQUI. Injuriam acceptam. repetatur per Syllepſin Nomen alio caſu, aut certe Pronomen *eam*, quod poſt Ablativos ejusmodi abſolutos haud raro additur. Cic. 1. de Inv. *c.* XXIII. *is non intellexit in partitione*, expoſito genere, *partem ſe generis admiſcuiſſe:* nempe *generi expoſito*. Confer de hoc genere Jug. *c.* LXIII. n. 1. ubi in MSS. ſimiliter Ablativi ponuntur, ex quibus penes verbum ſubſequens alius caſus intelligendus eſt. Liv. XXIX. *c.* XXXIV. *Carthaginienſes*, alio equitatu *per novum delectum* comparato, *Hannonem* praeficiunt. Sed etiam abſolute poſitum habes 1. Hiſt. Or. Philippi: ignoſcendo *populi Rom. magnitudinem auxiſſe*. Porro *Perſequi injuriam* Donatus ad Ter. Adelph. Act. II. Sc. I. *v.* 9. interpretatur *ulciſci* & eleganter comparat cum alia dictione: *jus ſuum perſequi*. Cic. V. in Verr. *c.* XIII. *qui* injurias *ſuas* perſequi *volunt*. Id pro Mur. *c.* XXI. *quid ergo?* acceptam *injuriam* perſequi *non placet*. Sulpic. Sev. III. Dial. *c.* XV. *ne ſuam* perſequi *videretur* injuriam. Dares *c.* XI. *decreverunt* injurias *Trojanorum* perſequi. Hygin. fab. CXVI. *ſenſitque tempus veniſſe ad* perſequendas *filii ſui Palamedis* injurias. II. Aſtron. *c.* IV. *Niſi Icarii* mortem perſecuti, *& eum forent ulti*. Noſter Jug. *c.* XIV. *tuasne* injurias perſequar. Seneca III. Controv. XX. *Ego taceam de adulterio*, quod perſequitur *etiam populus? ego taceam de parricidio*, quod perſequitur *etiam puer?* Atqui & hoc verbum cum quadam elegantia abſolute poſuit Cicer. pro Roſcio Com. *cap.* XIII. quomodo *exſequi*, in ſignficatione Verbi *perſequi*, ſive *ulciſci*, ſine caſu poſitum obſervat Gronovius ad Liv. I. *c.* LIX. talia notamus ad *c.* XLVI. num. 5. & LI. num. 13.

MALEBANT. Guelf. 10. *valebant*, pro *volebant*, quod reſcribendum duxit Palmerius. Eodem inclinant, Remenſ. 1. & Guelf. 4. qui: *magis ignoſcere, quam perſequi volebant*. item Acad. Eccard. & Guelf. 3. qui: *magis ign. q. p. malebant*. quod tamen nec ipſum contra Latinitatem eſſe, ex nota ad Cic. XV. Fam. epiſt. V. n. 4. patet. Ceteri cum vulgatis faciunt, pariter ac Auguſtinus, Nonius & Donatus, quos modus loquendi, ut fit, abſtraxiſſe poteſt. infra *c.* XX. extr. *niſi vos ſervire*, quam *imperare parati eſtis*. ibi & MSS. infarciunt *magis*. Claudian. II. in Eutrop. verſic. 204.

- - *conceſſoque* cupit *vixiſſe colonus*,
Quam *dominus rapto*.

lege ibi Barthium, quaeque & quos Idem ad Paullin. Petrocc. 1. de Vit. Mart. *v.* 262. citavit: adde Taubmann. ad Plaut. Menaechm. A. V. Sc. II. *v.* 21. Schulting. ad Senec. I. Controv. III. p. 98. Fr. Sanctium IV. Min. *c.* VII. vocibus *Magis* & *Prius*: ibique Perizonium. Gronov. ad Liv. V. *c.* XXI. & XXVII. *c.* XX. eumdem ad Gell. IV. *c.* XV. & VII. *c.* III. ſiquidem iſta, quae ſupra jam protulimus, animum tuum non exſatiantur. Sed quia Noſter jam modo *magis* reticuerit, & infra *c.* XXXVII. num. 11. *malebat* maluerit: ab vulgatis hic abire notui.

CAP. X.

CAP. X.

SEd uti labore atque juſtitia reſpublica crevit, reges magni bello 1
domiti, nationes ferae & populi ingentes vi ſubacti, Carthago, aemula imperii Romani ab ſtirpe interiit, cuncta maria terraeque pate-

CAP. X. 1. LABORE ATQUE JUSTITIA. *Laborem* notanter de labore bellico dici, ad *c.* VII. n. 4. notavi, & reſpicit hic Noſter ad inſtituta Romanorum domi militiaeque, quae ſuperiori *c.* IX. memoraverat. & labor omnino erat non modo iſta audacia in bello, uſu militiae confirmata, ſed & illud *feſtinare*, *parare* &c. *c.* VI. Cicero IV. Cat. *c.* IX. *Cogitate*, *quantis* laboribus *fundatum imperium*, *quanta* virtute *ſtabilitam libertatem.* adde infra *c.* LII. Baſil. 3. *ubi* pro *labore atque juſtitia*. Haeſit id bono librario ex *c.* II. num. 3. quae genera erratorum utinam ſemper animadvertere voluiſſent editores! in Noſtro certe quaedam immerito ex hoc vitio leguntur. vide *cap.* XXXIX. extr.

REGES MAGNI BELLO DOMITI. Pyrrhus, Syphax, Philippus & alii. Sed Eccard. aliud oſtendit, qui: *reges magni bello*, *dominationes ferre* (pro *ferae*, quod & in aliis MSS. deprehendi) *& ingentes populi ſubacti.* quod etſi aperte vitioſum ſit, cum *domiti* & *nationes* in unam vocem coaluerint; placuit tamen adferre, ut comparare poſſis cum lectione illa, quam ex uno ſuorum protulit I. Waſſe, quae plane haec eadem eſt.

NATIONES FERAE ET POPULI INGENTES. Gloſſ. Guelf. 1. Nationes *ſunt univerſae provinciae;* populi *unius civitatis. velut* Nationes *ſunt Graeci*, *Hebraei*, *Teutonici;* Populi *diverſi in unaquaque natione*, *ut Teutones ſunt Alemanni*, *Bavari*, *Saxones.* adde *c.* XX. De his Cicero pro Sext. *c.* XXIII. *Nam externa bella* regum, gentium, nationum *jampridem ita exſtincta ſunt*, *ut praeclare cum iis agamus*, *quos pacatos eſſe patiamur*. & IV. Philipp. *c.* V. *hac virtute majores veſtri primum univerſam* Italiam *devicerunt: deinde* Carthaginem *exſciderunt*, Numantiam *everterunt*, *potentiſſimos* reges, *bellicoſiſſimas* gentes *in ditionem hujus imperii redegerunt*. Confer 1. Machab. *c.* VIII. Guelf. 9. & Eccard. poſitu inverſo *ingentes populi*. Baſil. 1. Adjectivum plane omiſit.

VI SUBACTI. Codd. notae ſequioris addunt *ſunt*, quod elegantius ab optimis ejectum eſt, ut hoc *cap.* extr. & *c.* XIII. XV. XVI. XX. & alibi paſſim. *Subigere* eſt in poteſtatem redigere, ſibi *ſubjicere*, ut *c.* II. n. 2. Vitruvius Praefat. 1. *Cum gentes omnes* ſubactae *tuum ſpectarent nutum*. Cicero de Prov. Conſ. *c.* XXXI. *Nulla gens eſt*, *quae non ita* ſubacta *ſit*, *ut vix exſtet: aut ita* domita, *ut quieſcat: aut ita* pacata, *ut victoria noſtra imperioque laetetur*. De *Vi* refer dicta ad *c.* VII. extr.

CARTHAGO. Scio cum aliis N. Heinſium hanc vocem per K perpetuo ſcribere juſſiſſe, neque aliter in Silio Italico apparet; ſed cum jam in Columna Roſtrata, & aliis vetuſtatis monumentis per C exarata ſit, & ita melius eſſe, Grammatici doceant, immutare aliquid nolui. Ex noſtris Codd. ſolus Guelf. 1. per K perpetuo ſcripſit; nam Guelf. 12. recentior manus dedit, & in ſequentibus, uti *c.* LI. cum reliquis omnibus C agnoſcit. Adſpirationem ſolum Eccard. Vinar. 2. Baſil. 1. Guelf. 5. 7. 12. & ed. vet. tuentur; ſed eam ſatis defendunt numi & lapides, & Cic. in Orat. *c.* XLVIII. Ceterum Acad. copulam addit: *& Carthago*, Guelf. 2. *& ubi Carthago:* ſcilicet, ut eo magis oſtenderent, haec etiam ad Antecedens, ut loquuntur, Periodi pertinere, cujus Conſequens demum eſt *fortuna ſaevire*, cetera.

AEMULA IMPERII R. De quo A. Gellius X. *c.* XXVII. *In libris veteribus memoria exſtat*, *quod par quondam fuit vigor & acritudo amplitudoque populi R. atque Poeni*, *neque immerito exiſtimatum. Nam cum aliis quidem populis de unius cujusque Rep. cum Poenis autem de omnium terrarum imperio certatum eſt*. Nihil autem frequentius, quam a Carthagine deleta corruptam virtutem ceteroſque bonos mores Romanorum mutatos derivare. adeo accidit, quod Scipio Naſica Romae timebat: *Ne metu ablato aemulae urbis luxuriari felicitas urbis inciperet*, Flor. II. *c.* XV. n. 5. Lege Juſt. *c.* XLI. Praeterea vocem *Romani*, quae in Baſil. 2. & tribus aliis locum mutat, a Gloſſargis invectam exiſtimo, qui ignorabant *imperium* hic eſſe, quod ex Gellio liquet, orbis terrarum imperium. & ſic Florus II. *cap.* VII. num. 2. de Macedonibus: *affectator quondam* imperii *populus*. Patrocinium tamen, modo illud ſatis ad praeſidium, ejus ſuſtinet Auguſtin. III. de Civit. Dei *c.* XXI. & Mela I. *c.* XII. *Carthago nunc populi Rom. colonia*, *olim* imperii ejus *pertinax aemula*.

AB STIRPE INTERIIT. Sic Fabr. uterque, uterque

2 patebant : ſaevire Fortuna ac miſcere omnia coepit. Qui labores, pericula, dubias atque aſperas res facile toleraverant, iis otium, divi-

terque Senat. Acad. Heuſſ. Vinarienſes, Baſil. 1. & 3. Inc. 2. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 11. 12. & ed. vet. Gudius ex utroque Remenſi notavit *abs ſtirpe*, uti Livius XXXII. *c.* I. *abs Sueſſa*. Aldus & Gruterus *a ſtirpe* expreſſerunt, quod ex noſtris tantummodo Eccard. Struv. Baſ. 2. Inc. 2. Guelf. 3. 7. 8. 9. 10. praefuerunt. At Baſil. 2. olim habuit *cum ſtirpe*. adde Jug. *c.* XIV. n. 2. pro *interiit* Guelf. 9. *periit*. Significat Carthaginem *funditus deletam*, quemadmodum *creſcere* & ſimilia de urbibus dicuntur.

CUNCTA MARIA TERRAEQUE. Omnia maria, *quaecumque poſſunt navigari;* Omnis terra, *quaecumque non inacceſſa eſt, ſed ab hominibus habitatur*, ita limitat Dion. Hal. I. *c.* III. cum *c.* II. ad eumdem modum locutus eſſet: *πᾶσαν γῆν τε ϗ θάλασσαν*; quomodo & Thucyd. II. *c.* XLI. ſive cuncta maria terraeque, quae tunc temporis cognita erant; ſive maxima pars terrae & nobiliſſima maris, ut haec per *Complexionem* & *Excellentiam* dicta ſint: qua figura etiam D. Lucas *c.* II. comm. 2. imperium Romanum *τῆς οἰκουμένης* nomine ornat. Lege omnino Grotium de I. B. & P. II. *c.* XXII. §. XIII. cum notis. Dixi ad Cic. II. ep. XVI. n. 13. *hac* orbis terrarum *perturbatione*. quomodo ille etiam V. ep. VII. n. 7. & nihil frequentius apud Scriptores Romanos. vide Freinshem. ad Flor. IV. *c.* III. n. 8. & infra *c.* XXXV. Praeterea *maria terraeque* plurium numero ita capienda eſſe, ut partes ſive regiones terrae intelligantur, obſervavit Soſip. Chariſ. I. p. 21. Ovid. IV. Pont. Ep. X. *v.* 55. de Tanai fluvio:

Quique duas terras, *Aſiam Cadmique ſororem*
Separat, & curſus inter utramque facit.

Manilius I. Aſtron. *v.* 487.

Atque bis & maria, *&* terras, *& ſidera Coeli*

& multi praeterea.

PATEBANT. Male Ciacconius *parebant*, etſi bene locum Thucydidis ex Libr. II. oratione nempe funebri Periclis adduxit, quem Colerus poſtea & Pareus exſcripſerunt: *ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν ϗ γῆν* ΕΣΒΑΤΟΝ *τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι*. *Patebant* eſt, *in poteſtate erant*, & ſubjecta voluntati R. quemadmodum quae extra poteſtatem noſtram ſunt *clauſa* nobis dicuntur: prout Piratae *maria claudunt* apud Liv. XXXVII. *c.* XIII. Cic. pro L. Man. *c.* XII. Sic Idem VI. ep. X. n. 9. *ut intelligant omnia Ciceronis* patere *Trebiano*, & XIII. ep. XXIX. n. 6. *praeſto fuit* & patuit *temporibus & fortunae meae*. Rutilius I. Itiner. *v.* 61.

Quantum vitalis natura tetendit in axes,
Tantum virtuti pervia *terra tuae.*

Plaut. Bacch. Prolog. Suppoſ. *v.* 56.

Nam maria, terras, *montes atque inſulas*
Veſtrae legiones reddidere pervias.

Noſter infra verbo *patere* ſic utitur *c.* XXXVI. n. 4. & *c.* LVIII. *Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, municipia atque coloniae* patebunt. Nihilominus ex noſtris ineptire maluit Guelf. 9. cum ſuo *parebant*. de mutatione Temporum in *patebant*, & *interiit*, ceteris, vide ad *c.* XII. n. 1.

SAEVIRE FORTUNA. Hic eſt ordo in MSS. quotquot viderim, etiam in ed. vet. idemque notavit ex Remenſ. Gudius, ex Baſil. 3. Cl. Iſelius neque aliter Aldus. Guelf. 7. 11. 12. addunt *tunc*, *ſaevire* tunc *fortuna* &c. ſcilicet ut melius ſuperioribus cohaereret. incaſſum. Ceterum pro more illorum hominum fortunae *ſaevitiam* tribuit, quomodo alii *tyrannidem*, confer *c.* VIII. n. 1. & XLI. n. 2. quia mirum in modum mores mutati, & ita in pejus dati ſunt, ut *fortuna* iis quam maxime *adverſa* fuiſſe videretur. Simili ſententia Tacit. IV. Ann. *c.* I. *cum repente* turbare fortuna *coepit*. Sed apertius Apulej. VI. Metam. p. 185. *Vos ſuperi tandem meis ſupremis periculis opem facite : & tu* fortuna *durior jam* ſaevire *deſiſte*, atque Seneca Hippol. *v.* 1124.

Minor in parvis Fortuna furit.

Calpurn. Flacc. Declam. XLI. *Subito* fortuna, *ſicut ſolet, ipſa ſuis muneribus invidit*. & de Parcis Stat. II. Sylv. VII. *v.* 89.

O ſaevae *nimium*, gravesque *Parcae!*
O numquam data feſta longa ſummis!
Cur plus ardua caſibus patetis?
Cur ſaeva vice *magna non ſeneſcunt?*

In quam ſententiam de Fortuna lege Herodot. VII. *c.* X. Ovid. Faſt. *v.* 209. Senec. ep. CXIV. & paſſim. Tacit. II. Hiſt. *c.* XXXVIII. Quinctil. Declam. CCCXXXIII. Flor. II. *c.* XIX. III. *c.* XII. Calpurn. Declam. VIII. Lactant. VII. *c.* XV. & Lucanum I. *v.* 159. ſeqq. ubi *publica ſemina belli* doctiſſime perſequitur.

AC MISCERE OMNIA COEPIT. Mutare & turbare. C. Nepos Pauſan. *c.* I. *qua victoria elatus* plurima miſcere *coepit*. Senec. Phoen. *v.* 342.

Miſcete cuncta *rapite in exitium omnia*.

vide ad *c.* II. n. 3. ut non audiendi ſunt Eccard. Baſil. 1. Incert. 2. & Guelf. 8. qui *miſceri* malunt. Haeſit hoc librariis ex *c.* II. n. 3. etſi infra ipſe docturus ſim, hujusmodi permutationes ad elegantias Criſpi pertinere. vide ad *c.* LI. n. 40. Locum expreſſit Herodianus II. *c.* IV. n. 11. *ἐβάσευσε πάντα, ϗ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη*.

2. DUBIAS ATQUE ASPERAS RES. Res periculo-

Digitized by Google

diuitiae, optandae aliis, oneri miſeriaeque fuere. Igitur primo pecuniae, 3
deinde imperii cupido crevit: ea quaſi materies omnium malorum fue-

culoſas & in utramque partem nutantes *dubias* appoſite nominat, ut *c.* XXXIX. *ubi primum* dubiis rebus *novandis ſpes oblata eſt*. Jug. *c.* XIV. *Ceteri reges in ſuis* dubiis rebus *ſocietatem veſtram adpetiverunt*. pro eo minus eleganter Waſſii duo Codices ſubſtituunt *duras*, quam permutationem conſuetam eſſe, docuit P. Burmannus ad Vellej. Pat. II. *c.* LXXIX. num. 3. Idem Vellej. II. *c.* CXII. num. 6. *Jam igitur in* dubiis rebus *ſemetipſae legiones adhortatae*. Senec. Thyeſt. *verſ.* 658. *Hinc petere lapſis* rebus, *&* dubiis *opem*. Cic. V. in Verr. *c.* I. extr. *eſt bonus imperator & felix & ad* dubia *reip.* tempora *reſervandus*. Pari figura Jug. *c.* XCI. n. 5. *res trepidas* dixit. Livius II. *c.* IX. *haec indulgentia patrum, aſperis poſtmodum* rebus, *in obſidione ac fame concordem civitatem tenuit*.

FACILE TOLERAVERANT. Pertulerant, ſuſtinuerant, vide *c.* XXIV. n. 3. Seneca Thyeſt. *v.* 307. *Leve eſt miſerias* ferre, perferre *grave*. Sueton. Aug. *c.* LXXXI. extr. *quare quaſſato corpore, neque frigora neque aeſtus* facile tolerabat. Tacit. II. Hiſt. *c.* XLVI. *majore animo* tolerari adverſa, *quam relinqui*. Agric. *c.* XV. *ut graviora, tamquam* ex facili tolerantibus *imperentur*. IV. Ann. *c.* LXXII. *apud Germanos* difficilius *tolerabatur*. Conf. *c.* XXXVII. n. 7. Sen. 2. *celebraverunt*. & mox plerique MSS. *his otium;* ſed Gruterus edidit *iis*, quocum ſentit Guelf. 5. & pauci ex reliquis.

OPTANDAE ALIIS. *Optanda* legit Jac. Perizonius ad Sanct. Minerv. IV. *c.* X. ex Cod. Hogerſii: & ſic habuit forte Senat. I. a prima manu. Sed reliqui melius *optandae* ſervant. Nam ſi infra *c.* XI. n. 3. *corpus animumque* virilem; ſi Virg. I. Aen. *v.* 587. *Claſſem ſocioſque* receptos. Noſter Jug. *c.* CXI. n. 2. amicitiam, foedus, *Numidiae* partem, *quam nunc peteret, tunc ultro* adventuram. ſi alii alia ad hanc formam dicere potuerunt, potuit ſane Salluſtius *optandae* referre ad *otium* & *divitiae*, quod proximum eſt, cum omnino *optandae res* intelligendum ſit, quod docuit Sanctius IX. Min. *c.* IV. & magna, inprimis apud Noſtrum, eſt propinquitatis vis in Conſtructione, quod cognoſcas ex *c.* XXV. n. 3. & 5. *Optandae* interpretor *optabiles* vel *quae optantur* ab aliis, uti Servius ad I. Aen. *v.* 273. *volvendis menſibus* interpretatus eſt. Sic Jug. *c.* LXIV. n. 2. *cui quamquam virtus, gloria, atque alia* optanda bonis *ſuperabant*. Sic Petr. Nannius accepit ea Livii Praefat. *ante conditam* condendamve *urbem*. ade *c.* XVIII. n. 5. Librarii vero *optatae* intellegiſſe videntur, qui *aliis* interpretantur vel *prioribus* puta Romanis, ut Academ. vel *alias*, hoc eſt, alio tempore, ut Guelf. 5. qui *alias* pro varia lectione habet. & hic quidem reſpexiſſe videtur ad illa Jug. *c.* XLI. *Ita*, quod *in adverſis rebus* optaverant *otium, poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiuſque fuit*.

ONERI MISERIAEQUE FUERE. Intolerabiles, non *tulerunt* otium atque divitias, eoque in multa *mala* atque damna lapſi ſunt. Claudian. B. Get. *v.* 225.

Jamque oneri *creduntur opes*.

Aurel. Victor Caeſ. *c.* III. *vix convenire in eum, cujus vita nullius* oneri *aut* incommodo *eſſet*. adde infra *c.* XLVI. n. 2. Jam appoſitae ſecundae res dicuntur *ferri*, uti oſtendit Schefferus ad Phaedr. I. Fab. II. *v.* 29.

Quia noluiſtis veſtrum ferre, *inquit, bonum*
Malum perferte

& quae ingrata ſunt ut & illa, quae non toleramus, ad quae non ſapimus *onus* dicuntur, vide ad *c.* II. n. 8. Diod. Sicul. XIII. *Εὐδαιμονέσαντες γὰρ ὄντες τῶν* Ἑλλήνων *τὴν ἀτυχίαν* ΩΣΠΕΡ ΒΑΡΥ ΦΟΡΤΙΟΝ *οὐ φέροντες*. & ſic Idem Lib. XVIII. repetit. Non minoris autem virtutis ſemper eſt habitum proſpera, quam adverſa ferre, vide viros doctos ad Corn. Nep. Conon. *c.* V. & Timol. *c.* I. quandoquidem tot gentium exempla clamant armis invictos otio & deſidia ſuperatos eſſe, lege omnino Gruter. Diſcurſ. XXV. & XXXVIII. in Tacitum. quamvis non conſentaneum exiſtimet Cicer. I. Offic. *c.* XX. *qui invictum a labore ſe praeſtiterit, vinci a voluptate*. adde Prudent. Pſychom. *v.* 379. Conſtructionem librarius Guelf. I. ita intellexit, ut *oneri, miſeriae* eſſe, idem eſſe ſcripſerit ac *onus* & *miſeria* eſſe. Sed potius intellige *ad onus, in miſeriam* fuerunt comparatae, verterunt: quoniam tertius Caſus terminum ad quem ſaepe denotat, quod diſces partim ex *c.* XV. *vacuam* ſceleſtis nuptiis *fecit:* partim ex *c.* XXI. *quibus ea* praedae *fuerat*. Hic addo Livium XLII. *c.* I. *Ante hunc conſulem nemo umquam ſociis in ulla re* oneri *aut* ſumtui *fuit*.

3. PRIMO PECUNIAE, DEINDE. Aperte nempe in rep. invaluit, & omnia miſcuit. Alias ambitio prior fuit, ſed ſub ſpecie virtutis. & jam tum pecuniam nemo concupivit, *c.* XI. n. I. 2. Sed cum Reſp. eo magnitudinis creviſſet, ut omnium terrarum opes poſſideret, Romani opes itidem concupiſcere, mox imperium ambire coe-

4 fuere. Namque avaritia fidem, probitatem, ceteraſque artis bonas ſubvertit; pro his ſuperbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia ve-

coeperunt. *c.* XII. n. I. Flor. III. *c.* XII. n. I. *Nonne ambitus honorum ab iiſdem* divitiis *incitatus?* Ovid. I. Faſt. *v.* 194.

> *Tempore* crevit *amor*, *qui nunc eſt ſummus*, *habendi*.

& quae ibi ſequuntur plura. adde Thucyd. III. *c.* LXXXII. & Lactant. V. *c.* V. VI. *deinde* ex MSS. conſentientibus & ed. vet. deſumſi. Gruterus ſine indicio fontis *dein* repoſuerat.

EA-FUERE. *Duae* iſtae cupiditates pecuniae & imperii. quaſi dixiſſet: *primo* cupido *pecuniae*, *dein imperii* cupido *crevit*. mutat Numerum uti *c.* XXIII. extr. *ea* autem ita intulit, ut *c.* V. n. 7. inopia *rei familiaris*, *&* conſcientia *ſcelerum*, quae utraque *his artibus auxerat*. ibi plura. Vellej. Pat. II. *c.* LXXXV. *citius* vitam veniam*que promiſit*, *quam illis ut* ea *precarentur perſuaſum eſt*. Horat. III. Od. XIX. *v.* 20.

> *Cur* pendent tacita *fiſtula cum lyra?*

Sjc legit Al. Cuningamius. Sed etiam quando intellectu tantum plurium numerus praecedit, & Nomen in Singulari poſitum eſt. Cic. X. ep. V. n. 4. *Itaque* commemoratio *tuae paternae neceſſitudinis*, *benevolentiaeque ejus*, *ceterarumque rerum incredibilem mihi laetitiam* attulerunt. Brutus XI. ep. I. n. 4. *placitum eſt mihi*, *ut poſtularem* legationem *liberam mihi*, *reliquiſque noſtris*. Haec *ſe impetraturum pollicitus eſt*. Tale & illud Cic. II. ep. IIX. n. 4. *cum Pompejo nullis in aliis*, *niſi de rep.* ſermonibus *verſatus ſum:* quae *nec poſſunt ſcribi*, *nec* ſcribenda *ſunt*. Confer Jug. *c.* XLI. n. I. LVII. n. 4. & infra *c.* LI. n. 42.

MATERIES OMNIUM MALORUM. *Radicem* dixit cum Scriptura S. Jo: Saliſberienſis III. Policr. *c.* III. ſuperbiam S. Caeſarius Homil. IX. *Et quia* radix *omnium malorum eſt cupiditas*, *&* radix *omnium bonorum eſt charitas*. & de ſuperbia eadem Epiſtola ad Caeſar. Abbat. p. 347. *Materiem* ea notione Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XV. & saepe Tacitus. Sueton. Caeſ. *c.* XXXV. materia *novarum rerum*. Senat. 2. *martes*, forte pro *matres*, ut Claud. II. Stilic. V. III.

> *Ac primam* ſcelerum matrem, *quae ſemper habendo*
> *Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum*
> *Trudis* avaritiam: *cujus fidiſſima* nutrix
> Ambitio.

Ariſtot. II. Polit. *c.* VII. *Καί τοι τὸ γ' ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει σχεδὸν διὰ φιλοτιμίαν καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς ἀνθρώποις.*

4. AVARITIA FIDEM, PROBITATEM. *Nihil enim nefas avaritiae*, Curt. IV. *c.* X. n. 17. & de avaris Ariſtophanes Acharn. A. II. Sc. II. *v.* 29.

> Οἷσιν οὔτε βωμός, οὔτε πίστις, οὐδ' ὅρκος μένει.

Lactant. VI. *c.* XIX. extr. *Utuntur cupiditate ad congerendas opes: hinc* fraudes, *hinc* latrocinia, *hinc omnia* ſcelerum *genera orta ſunt*. Conf. Cic. II. Offic. *c.* XXII. & elegans ſatis Carmen Anacreontis XLV. ubi oſtendit, quod prae amore argenti *Ingenium & mores conculcentur*, *nemo frater*, *nulli parentes habeantur*. Vinar. I. *ſubvertebat*.

SUPERBIAM. Quidni avari divites ſuperbiant? cum norint, quod Ovid. I. Faſt. *v.* 217.

> *In pretio pretium nunc eſt. dat cenſus honores;*
> *Cenſus amicitias: pauper ubique jacet.*

& ad multos pertinet illud Comici Hecyr. A. III. Sc. V. *v.* 56. *Quia paullulum vobis acceſſit pecuniae ſublati animi ſunt*. adde Ariſtotel. II. Rhet. *c.* XVII. ubi eleganter oſtendit cur *contumelioſi* & *ſuperbi* ſint divites: & quae iſta vox comprehendat alia vitia, expoſuit Caſaubon. ad Theophraſt. Charact. *c.* XXV. Adde *c.* XII. n. 2. Jug. *c.* XLI. n. 9.

CRUDELITATEM. De argento Anacreon l. c.

> Πόλεμος, φόνοι δι' αὐτόν.

Sic Severus multos interfecit, ut bonis eorum potiretur, Herodian. III. *c.* VIII. & quam crudeliter tractati ſint militum conjuges & liberi ab illis, quibus divitiae bono honeſtoque potiores erant, diſcas ex Jug. c. XLI.

DEOS NEGLEGERE. Sic ſcribitur verbum in MSS. melioribus noſtris, & ſic edidit Gruterus. quod eo magis accipiendum eſt, quod etiam *delegere* pro *deligere* in vetuſtiſſimis libris occurrat. Ejuſmodi contemtor Deorum erat Craſſus, vide Plutarch. in Craſſo p. 555. Oroſium VI. c. XIII. alios. In Sicilia rex Antiochus cupiditate pecuniae templum Elymaei Jovis ſpoliare aggreſſus eſt, Juſtin. XXXII. c. II. Brennus & Alexander ſive Antiochus Cyzicenus per riſum & jocum ſacrilegia committunt apud Eumdem XXIV. c. VI. XXXIX. c. II. & de Dionyſio videndus eſt Cicer. III. de Nat. D. c. XXXIV. ipſi Romani delubra deorum ſpoliare, ſacra profanaque omnia polluere audebant. c. XI. XII.

OMNIA VENALIA HABERE. Jus, judiciumque, honores & magiſtratus, teſtimonia & perjuria. vide c. XVI. Juvenal. Sat. XIV. *v.* 218.

> *Falſus erit teſtis*, vendet *perjuria ſumma*
> *Exigua*, *Cereris tangens aramque pedemque*.

pro

venalia habere edocuit. Ambitio multos mortalis falſos fieri ſubegit; aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habere, amicitias inimicitiaſque non ex re, ſed ex commodo aeſtumare; ma-

pro *edocuit* Senat. I. & tres alii *docuit*. Vide infra *c.* XLVIII. n. 3. Seneca de Conſtant. *c.* I. extr. *Tunc ego reſpondi, habere te, quod* Reip. *nomine movereris, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac peſſimus quiſque* venundabat, *&* *caeca cupiditate corrupti, non intelligebant, ſe dum* vendunt, *&* vaenire. adde Claudian. I. Ruffin. *v.* 178. De Roma Jugurtha cap. XXXV. extr. *Urbem venalem*, dixit, *& mature perituram, ſi emtorem invenerit.* adde infra *c.* XXX.

5. FALSOS. Fallentes, active. Coegit multos homines, ut fallerent alios per ſimulationem. Donatus ad Ter. Andr. A. IV. Sc. I. *v.* 23. Falſus es: *modo participium eſt, id eſt*, falleris: *ſi Pamphilus id dicit. Si vero conjungitur, pro* fallax *accipitur*. Auſon. Epiſt. XII.

Si qua fides falſis *umquam eſt adhibenda poetis.*

Tacit. I. Ann. *c.* VII. *quanto quis illuſtrior, tanto magis* falſi *ac feſtinantes, vultuque compoſito*. Plaut. Bacchid. A. III. Sc. VI. *v.* II. *quos cum cenſeas Eſſe amicos reperiuntur* falſi *falſimoniis, Lingua factioſi, ſubleſta fide*. Sic Noſter *c.* XVI. *teſtes falſos* dicere potuit. Sic Phaedrus I. Fab. XI. *v.* 2. Ignotos *fallit*, notis *eſt deriſui*. h. e. qui eum noverunt, & non noverunt. Plaut. Pſeud. A. IV. Sc. II. *v.* 39. *Novi*, notis *praedicas*. Sic *profuſus* eſt *profundens* *c.* V. n. 4. Sic *infeſtus*, *innoxius* & plura vulgo active dicuntur, cum proprie ſint Paſſiva. Porro *Surdus* eſt tam qui non audit, quam qui non auditur. Propert. I. eleg. VII. *v.* 17.

Flebis in aeterno ſurda *jacere ſitu.*

Neſcius, qui neſcit & neſcitur. Plaut. Rud. A. I. Sc. V. *v.* 17. *Quae in locis* neſciis, neſcia *ſpe ſumus*. *Innoxius*, cui non nocetur infra *c.* XXXIX. n. 2. *Ignarum*, quod ignoratur Jug. *c.* XCIII. ubi alia dabimus.

SUBEGIT. Adegit, coegit. infra *c.* LI. n. 18. *aut metus aut injuria te* ſubegit. Jug. *c.* XXIV. n. 2. *vis Jugurthae* ſubigit. quibus locis plura.

ALIUD CLAUSUM IN PECTORE. Quod non minus eleganter expreſſit Homer. Iliad. I. *v.* 309.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ.

Vocem *clauſum* ſervat Alcimus Au. II. de Pecc. Or. *v.* 74.

- - clauſa*eque accommoda fraudi*
Sumitur exterior ſimulata mente figura.

Contra Seneca epiſt. LXXV. *Haec ſit propoſiti noſtri ſumma: quod ſentimus loquamur, quod loquimur ſentiamus*. & Martial. IV. Epigr. V. de homine probo:

- - *linguaque & pectore verus.*

Baſil. 3. *in pectoribus*. quidni & *in linguis*? Mendum eſt manifeſtum, ſed utile iſtud notaſſe. Similiter peccavit librarius apud Virg. I. Georg. *v.* 267.

Nunc torrete igni *fruges, nunc frangite* ſaxo.

ibi nempe *ſaxis* ſcripſit, quia de *pluribus* loquitur.

CLAUSUM-PROMTUM. Latens & expoſitum; occultum & apertum. Cic. pro Planc. *c.* XIV. *Communis ille ſenſus in aliis fortaſſe* latuit: *hic, quod cum ceteris animo ſentiebat, id magis quam ceteri & vultu* promtum *habuit & lingua*. Ennius apud A. Gellium XIX. *c.* VIII. *Amicitiam Atque inimicitiam in fronte* promtam *gero*. Et ad *verba* hoc proprie refertur, uti Plaut. Aſin. Act. I. Sc. I. *v.* II. *Percontanti quin* promam *omnia*. Seneca de morte Claud. cap. VII. Exprome *propere, ſede qua genitus cluas*.

NON EX RE. Per ſe, & propter ipſas exiſtimat. h. e. qui ſint amici vel inimici, qui ſint amandi vel odio habendi; ambitio ſecundum commoda, non ſecundum veritatem judicat. Res praeciſe hanc vel illam cauſſam, ejuſque naturam notat, vide *c.* XX. hinc Cicero: *dicam, quod* res *eſt*, & XIII. ep. VII. n. 4. *Velim exiſtimes, quod* res *eſt*. ubi ex Donato oſtendi, idem eſſe, ac *quod* verum *eſt*.

EX COMMODO AESTUMARE. *Ex quomodo* Guelf. 6. 9. At 3. 6. 7. 8. 9. 10. 12. cum Baſil. 2. *exiſtimare*: II. cum Baſil. 3. & Struv. *extimare*: Eccard. & Acad. *exſtimare*; quae perpetua eſt in libris vett. diſcrepantia. vide *c.* VIII. n. 2. *c.* IV. n. 2. mihi non diſplicet *exiſtimare*, quod hic ſenſus & Conſtructio defendit, quae ab uſu vulgi paullo remotior. Sic Ter. Heaut. A. II. Sc. III. *v.* 41. *ea res dedit* exiſtumandi *copiam Cotidianae vitae* conſuetudinem. Accedit Ovid. II. Pont. ep. III. *v.* 8.

Vulgus amicitias utilitate probat.

Juſtin. IX. *c.* VIII. *Amicitias utilitate non fide* colebat. ſic amicitias exiſtimat amicitias, quoad ipſi commodum eſt, ſin minus, inimicitiae habentur. Porro numquam aeque eleganter *ex commodo aeſtimare* dici poteſt, etſi Ciceronem ſimili ſtructura, alio ſenſu, dixiſſe noverim, & *ex commodo exiſtimare*. De Praepoſitione *ex* vide *c.* VIII. num. I. *ex commodo* non tantum

6 magiſque vultum, quam ingenium bonum habere. Haec primo paullatim creſcere, interdum vindicari. poſt ubi, contagio quaſi, peſtilentia invaſit, civitas immutata, imperium ex juſtiſſumo atque optumo crudele intolerandumque factum.

CAP.

utilitatem, ſed & *placitum* ambitionis denotat. Seneca Epiſt. XLIX. *Securi eſt*, & ex commodo *migrantis*, *minuta conquirere*, h. e. ſuo tempore, ad ſuum placitum, ut interpretatur Gronov. ad Senec. Epiſt. LXX. p. 258. Quibus conſideratis *aeſtimare* non quidem corrigendum, ſed ea notione, qua *c.* II. capiendum ſtatui, ratus, id quod res eſt. non tantum de malis Candidatorum artibus, ſed etiam de aliorum moribus, qui uni excellere cupiebant, auctorem loqui.

MAGISQUE VULTUM, QUAM INGENIUM. Magis videri, quam eſſe boni volebant. Contra quam Cato *c.* LIII. & Claudian. II. Stilic. *v.* 35.

Fides te docuit

Certum mentique parem, componere vultum.

Adjectivum *bonum* deeſt Baſil. 3. ſed ſenſus requirit.

6. HAEC PRIMO PAULLATIM CRESCERE. *Creſcebant* Acad. pro more ſuo Gloſſas in textum recipiendi. De re confer Plaut. Trin. Act. I. Sc. I. & ſupra *c.* V. n. 9.

INTERDUM VINDICARI. *Ea*, hoc eſt prohiberi, dum vindicabatur in eos, qui illis vitiis contaminati erant. Sic abſolute Jug. *c.* XLVI. extr. *Ita prohibendo a delictis magis*, *quam* vindicando *exercitum brevi confirmavit*. Hinc pro *punire* Auctor Rythm. de Laude Virgin.

Qui inſontem vindicat

Et non punit noxium.

Nove *hominem vindicare*. Sed *peccatum*, *maleficia vindicare* etiam Cicero dixit, ut III. offic. *c.* XV. *atque iſte* dolus *malus etiam legibus erat* vindicatus.

CONTAGIO, QUASI PESTILENTIA. Diſtinctionem mutavi, quam nullam deprehendi in MSS. praeter Guelf. II. qui vulgari modo diſtinxit. Pembrochienſis habuit a prima manu *ex contagio*, unde, credo, primum fecerunt librarii *haec contagio*, quod Rem. I. & Guelf. 4. praeferunt: dein *contagio haec*, quod in Guelf. 3. viſitur, quo alludit Acad. *contagio eſt*. Sed Rem. 2. & Guelf. 6. *contagium* tuentur. *contagio quaſi*, ſexto caſu, (peſſime vulgo omnes primum accipiunt) ſignificat *veluti contactu*, quo alter alterum corrupit, & morbo vires dedit. Florus I. *c.* XV. *Sabini* quodam contagio *belli ſe Latinis adjunxerant*. & I. *c.* IX. n. 8. *donec*, quaſi contagione quadam, *per ſingulos itum eſt*. Livius XXXIX. *c.* IX. *hujus mali labes ex Etruria Romam*, *velut* contagione *morbi*, *penetravit*. Seneca III. de Ira *c.* VIII. *Sumuntur a converſantibus mores*, & *ut quaedam in* contactos *corporis vitia tranſiliunt*, *ita animus mala ſua proximis tradit*. Id. de Tranqu. *c.* VII. *Serpunt enim vitia* & *in proximum quemque tranſiliunt*, & contactu *nocent*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LX. *ſimul ceterae legiones* contactu *bellum meditabantur*. Et ſic demum ſententia Criſpo procedit, etſi non librarii magis, quam Grammatici Chariſius I. p. 54. Nonius *cap.* III. n. 57. eam corruperint. quos tanti facio, quanti Dictyn. II. *c.* XXII. *quanta clades*, & *veluti contagio hujuſce exempli orbem terrarum occupatura ſit*. niſi hic Copulam & delere volueris. Nam *contagium* nominandi caſu maluit Criſpus, uti IV. Hiſt. Ep. Mithrid. *obſidium* pro *obſidio*. *Peſtilentiam* vocat malos mores, uti *c.* XXXVI. extr. ſine addita particula ſimilitudinis, *morbum*. & Seneca ad Helv. *c.* XIII. *Si avaritia dimiſit*, *vehementiſſima generis humani* peſtis; *moram tibi ambitio non faciet*. cap. XVII. *intelligas magni animi eſſe feminam*, *quam non ambitio*, *non avaritia*, *comites omnis potentiae*, & peſtes *vicerunt*. adde Jug. *cap.* XLI. extr.

INVASIT. Guelf. 3. & Eccard. *illos invaſit*, quo augmento Salluſtius non indiget, quod dixi ad *c.* II. n. 5.

IMMUTATA FACTUM. Sic Fabric. uterque Senat. I. Remenſ. 2. Baſil. I. & 3. Vinar. I. Guelf. I. 5. & 6. qui ſunt meliores. Ceteri aut ſemel, ut Eccard. Senat. 2. Guelf. 2. 4. & 12. aut bis, ut reliqui cum ed. vet. verbum Subſtantivum *eſt* poſitum habent, quos refellit n. I. hujus Capitis. adde *c.* XXXIV. extr. Praeterea relege *c.* V. extr.

CAP. XI.

CAP. XI.

SEd primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exer- 1
cebat : quod tamen vitium propius virtutem erat . Nam glo- 2
riam, honorem, imperium, bonus, ignavus aeque ſibi exoptant : ſed
ille

CAP. XI. 1. SED PRIMO MAGIS AMBITIO . ea nempe, quae propius virtutem erat, de qua *c.* VII. ea , poſtquam pecuniae cupido invaluerat, peſſima facta, *c.* X. n. 3. Quod non conſideravit librarius Baſil. 2. qui contra reliquos omnes *primo* neglexit.

ANIMOS EXERCEBAT. Fabr. I. in contextu *vexabat* (quod reliqui fere omnes pro interpretatione ſuperimpoſitum habent) ita tamen ut veſtigia liturae ſuperſint , & inter lineas *exercebat* viſatur. Vinar. I. *ſubvertebat*. Vulgatum ne damnes , conſidera II. de Rep. Ord. *cap.* ult. *Sed me illa magis cupido* exercet . I. Hiſtor. *multiplex cura patres* exercebat . Lucret. V. *v.* 226.

- - *Nunc aurum & purpura curis*
Exercent *hominum vitam*.

Senec. II. Controv. XIII. *Sic vir & uxor mentem* exercebant. Virg. I. Aen. *v.* 435. *Qualis apes* Exercet *ſub ſole* labor. Poetae *exercere curas* & ſimilia dicunt, quae mihi pariter recta videntur, etſi Grammatici per Hypallagen dicta exiſtimant: quod potius de hac ſtructura meum eſſet judicium , niſi Livius diverſa poſuiſſet XXXIX. *c.* XL. *ſimultates nimio plures & exercuerunt eum*, *& ipſe* exercuit eas. *nec facile dixeris*, *utrum magis* preſſerit *eum nobilitas*, *an ille* agitaverit *nobilitatem*.

VITIUM PROPIUS VIRTUTEM. Sic habuit initio Fabric. I. ſed mutatum poſtea. habet etiamnum Baſil. I. & Guelf. 8. ; ac *9.* ſcriba dubius fuit , quia *virtute* primum ſcripſit , & poſtea *e* litterae *i* inſeruit: quale fere incertum in Senat. 2. animadvertere licet. In duobus Rivius, in duobus etiam I. Waſſe reperit. & ſic citat Priſcianus, laudato ſimul ex Jugurth. *c.* XVIII. *Nam hi* propius mare Africum *agitabant*. Sic Liv. XXIX. *c.* V. *ſi ſe Mago ex Liguribus* propius urbem *moveat* . Id. XXII. *c.* XL. *ut nova minora eſſent* propius Annibalem. ibi vide Gronovium , ut & ad XXI. *c.* I. Eo modo & *proxime* cum Accuſativo conſtruunt , de quo exempla petas ex dictis ad Jug. *c.* XVIII. *quae* proxuma Carthaginem *Numidia appellatur* . Hic tantum videbimus , quid ſit *propius virtutem eſſe*. Eam rem ita exponit Seneca I. de Clem. *c.* III. *Nam cum ſint* vitia *quaedam* virtutes imitantia, *non poſſunt ſecerni*, *niſi ſigna*, *quibus dignoſcantur*, *impreſſeris*. Idem Ep. CXX. *Sunt enim*, *ut ſcis*, virtutibus vitia confinia , *& perditis quoque ac turpibus recti* ſimilitudo *eſt*. Cic. II. de Invent. *c.* LIV. *Audacia non contrarium* (fidentiae *) ſed* appoſitum *eſt ac* propinquum : *& tamen vitium eſt* . *Sic unicuique* virtuti finitimum *vitium reperietur* , cetera . Liv. XXII. *c.* XII. *pro cunctatore ſegnem*, *& cauto timidum* , *affingens* vicina virtutibus vitia , *compellabat*. Plin. I. epiſt. XX. n. 21. *quod certe etſi non limatioris* , majoris *tamen* ingenii vitium *eſt*. Quinctil. II. *c.* XII. *Eſt praeterea quaedam* virtutum vitiorumque vicinia, *qua maledicus pro libero*, *temerarius pro forti*, *effuſus pro copioſo accipitur*. Sic ambitio vicinior eſt virtuti, & ſub ſpecie virtutis tolerabilior , quam avaritia. Theologorum more eadem tractat Auguſt. II. Confeſſ. *c.* VI. n. 2. quem omnino, ſi vacat, legas. Nec fruſtra *ambitio* propior virtutem eſt exiſtimata, cum de ea etiam Seneca de Brev. Vit. *c.* VI. teſtetur: *Ceteri* , *etiamſi vana* gloriae imagine *teneantur*, ſpecioſe *tamen errant*. & Quinctil. I. *c.* II. *Et licet ipſa vitium ſit* ambitio, *frequenter tamen cauſſa virtutum eſt*.

2. GLORIAM, HONOREM, IMPERIUM . Quid *gloria* ſit, quantum opus fuit , expoſui ad *c.* I. n. 4. Inter *honorem* autem & *imperium* hoc intereſt, quod *ille* ad magiſtratus & reliqua officia reip. omnia , quibus auctoritas quaedam adjuncta eſt cum hominum magnifica opinione, pertineat : *hoc* de ſummis tantum gradibus honorum, & illis, qui proprie dicuntur *cum imperio* eſſe, intelligendum ſit. Haec ita conjungit uti *c.* XII. n. 1. *eas* gloria , imperium, potentia *ſequebatur*. uti *c.* XXXIX. num. 2. *Hi* magiſtratus , provincias *aliaque omnia tenere* . *c.* XX. num. 8. *Itaque omnis gratia*, potentia, honos, *divitiae apud illos ſunt*. alibi *arma* atque *tela* . *c.* LI. *tempus* atque *dies*, alibi *flagitia* atque *facinora:* quae ſi alicubi non ita cum diſtinguuntur , *abuſionem* vocare licet . Diſtinguit tamen Cicero V. Tuſc. Qu. *c.* XV. *Da divitias* , honores , imperia , *opes* , gloriam : *ſi fuerit is*, *qui haec habet*, *injuſtus*, *dubitabisne eum miſerum dicere*. & quidam alii. Confer dicta ad *c.* XX. n. 7.

BONUS, IGNAVUS. Noſtri retinent copulam , praeter Struvianum, qui, ut vetuſti quidam Riviani, ejicit. pro more Salluſtii ceterorumque , quando diverſa duo conjungunt . Jug. *c.* LI. *arma*

ille vera via nititur; huic quia bonae artes deſunt, dolis atque fal-
3 laciis contendit. Avaritia pecuniae ſtudium habet, quam nemo ſa-
piens concupivit. ea, quaſi venenis malis imbuta, corpus animum-
que

tela; equi, viri; hoſtes, cives permixti. c. LX. *clamor permixtus hortatione*, laetitia, gemitu. *c.* XCVII. equites, pedites *permixti*. Sic Liv. VII. *c.* XXXIV. *Samnites* dum huc, illuc *ſigna vertunt*. XLI. *c.* III. *terra, mari*. Cic. I. Offic. *c.* XVII. *Magna etiam illa communitas eſt, quae conficitur ex beneficiis* ultro, citro, datis, acceptis. Plaut. Aſin. Act. I. Sc. III. *v.* 94.

Dignos, indignos *adire atque experiri certum eſt mihi*.

Auſon. Cent. Nupt. extr. *Velit, nolit*. Terent. Eunuch. Act. V. Sc. VIII. *v.* 28. *Poſtulo, ut mihi tua domus te* praeſente, abſente *pateat*. ibi Donatus: *Proverbiale eſt* Praeſente, abſente, *ut* ſurſum, deorſum; ultro, citro, *& cetera hujusmodi:* fanda, nefanda; juſta, injuſta; digna, indigna; velit, nolit. Haec ille. Ceterum *bonus* eſt, qui benefactis & praeclaris facinoribus ſtudet; *ignavus*, qui non benefacit Reip. & praeter merita ſua, honores tamen adipiſci vult. Vide ad *c.* VII. n. 2.

VERA VIA NITITUR. Rectis inſtitutis contendit, vero modo & bonis artibus comparare nititur. hoc Jug. *c.* I. n. 3. eſt, *ad gloriam virtutis* via *graſſatur*. haec enim *vera via*, ut per virtutis merita gloriam & honorem adipiſcaris. Ea figura *iter* dixerat *c.* II. extr. ut Cic. I. Phil. *c.* XIV. *ignorans verum* iter *gloriae*, & Plin. IX. ep. XIX. extr. *Uterque ad gloriam pari cupiditate*, diverſo itinere *contendit*. Sed *viam* etiam Plaut. Trinum. Act. III. Sc. II. *v.* 19.

Tibi paterque avusque facilem fecit & planam viam
Ad quaerendum honorem.

nititur & *contendit* per ſe poſita, requirunt, ut addas *ad ea*, ut Senec. Thyeſt. *v.* 436.

- - *Placet ire, ſed*
Alio, quam quo nitor, *abductus feror:*

quam Ellipſin, ſimul verba ſic praeciſe poſita ſemel atque iterum jam legimus. Occurrent ſimilia ad *c.* XXVI. n. 2. *Neque illi tamen ad* cavendum *dolus aut aſtutiae deerunt*. & *c.* XXXV. n. 3. *quod non dignos homines* honore *honeſtatos videbam, neque falſa ſuſpicione* alienatum *eſſe ſentiebam*. atque ſic Caeſar I. Gall. *c.* XIII. *Se ita a patribus majoribusque ſuis didiciſſe, ut magis virtute, quam dolo* contenderent, *aut inſidiis* niterentur. Sed maxime vide notam ad *c.* XLVI. n. 5. Baſil. 3. *Sed ille nititur vera via*, quod non omnino diſplicet.

HUIC QUIA BONAE ARTES DESUNT. In Guelf. 3. 11. 12. correctum eſt *huic* in *hic*. quod a manu prima habet 10. Male. Ignorarunt homines illi ejuſmodi vocabula, quae duos Caſus ſuſtinere poſſent, elegantiae cauſſa cum illo Verbo conjungi eumque Caſum recipere, qui minus accommodatus videatur. Jug. *cap.* LXXXV. n. 4. *adhuc*, alii *ſi deliquere*, *omnia haec praeſidio* adſunt. Livius IV. Civis Romanus *ſi ſit ex plebe*, praeciſa *conſulatus ſpes erit*. cur non *civi Romano?* Nec aliter Cic. IV. ep. I. n. 8. Rem *vides, quomodo ſe habeat*. Nec Sulpic. epiſt. V. n. 2. *quia, per quos ea conſieri debet* propinquos *ac* familiares, *ipſi pari moleſtia adficiuntur*. ubi adnotata legiſſe dicta confirmabit. Juſtin. I. *c.* IV. Quem *ubi in manum mulier accepit*, *veluti ad notam* alluſit. ubi quidam intrudunt *puer*. intellige Qui, *ubi* eum *in manum* &c. Minuti animi eſſet cogitare *ille* & *hic* ſibi reſpondere debere, cum aliud *cap.* oſtendat. Sed Anaſtrophen ſimilem habes Jugurth. *cap.* IV. num. I. Cujus *de virtute* quia *multi dixere*, *praetereundum puto*. ubi & rationem praepoſuit, ſicuti *cap.* XV. & XVIII. extr.

3. PECUNIAE STUDIUM HABET. Eodem genere dicendi Silius XIII. *v.* 628.

- - *Nullos, o nate*, labores
Mors habuit *noſtra*.

hoc eſt, continet in ſe, ſtudet, laborat. Phaedr. I. Fab. XIX. in.

Habent inſidias *hominis blanditiae mali*.

cum nota Schefferi. Quinctil. II. *c.* XVIII. in. *Nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cujus* ſtudium habet, *intellectu contenta*. & quaſi Paſſive, (nam ad utrumque Verbum in circumſcriptione aptum eſt) Cic. X. ep. XXVIII. n. I. *ut veſtrum illud divinum in remp. beneficium nonnullam* habet querelam. ep. XVIII. n. 2. *conſilium, quod* habere *poſſet* obtrectationem. Sic ſaepe Petronius. Baſil. 3. *avaritiae pecuniae ſtudium habent*. adde infra *c.* LI. n. 20.

QUAM NEMO SAPIENS CONCUPIVIT. Nemo, qui intellexit, quo vera gloria ſit paranda. de quibus idem Cicero teſtatur I. Phil. *c.* XII. *Credo enim vos, homines nobiles, magna quaedam ſpectantes non* pecuniam, quae *ſemper ab ampliſſimo quoque clariſſimoque* contempta eſt, *ſed caritatem civium & gloriam* concupiſſe. Nec aliter Idem IV. Tuſc. Qu. *c.* XI. avaritiam definiit, quam per *opinationem vehementem de pecunia*, quaſi petenda ſit, *inhaerentem & penitus inſitam*. Exempla ejuſmodi ſapientum ex Romanis pete ex Valer. Max. IV. *c.* III. & IV. quorum
&

que virilem effeminat : ſemper infinita, inſatiabilis, neque copia, neque ino-

& alibi multa inveniuntur. adde I. de Rep. Ord. c. VII. Nam de Philoſophis, qui divitias ſuas abjecerunt, hic non eſt memorandi locus. Talis fuit Democritus, Crates, Tuditanus, Lactant. III. c. XXIII. Anacharſis, Cic. V. Tuſc. Qu. Ariſtippus, Laertius in Vita: & tota Secta Cynica, Idem in Diogen. Cyn. de quibus operae pretium erit legiſſe Liban. Sophiſt. Declam. XXXVII.

QUASI VENENIS MALIS IMBUTA) infecta, ut c. XIII. *animus* imbutus *malis artibus*. Liv. XXXIX. c. XI. *Illius excetrae delinimentis & venenis* imbutum, *nec vitrici, nec parentis, nec Deorum verecundiam habere*. Venenis *malis* dixit, quia venenum eſt τῶν μέσων, ſicut & virus, leg. 236. de V. S. ubi adjicitur, idem eſſe ac Graecorum φάρμακον. vide & leg. 3. §. 2. D. ad L. Corn. de Sicar. ac Gell. XII. c. IX. Nec male optimus Gronovius cenſet alludi hoc loco ad certa quaedam medicamenta ſeu venena, quae reddunt homines frigidos & inficiatos, h. e. impotentes ad Venerem. *effeminat* quippe ſubdidit. Mihi tamen utrobique ſententiae tantummodo quaedam lumina quaeſiviſſe videtur; & uti *effeminat*, pro *corrumpit virtutem*; ſic *malis venenis*, pro *pernicioſiſſima qualitate* dixiſſe; quemadmodum *venena mala* vim corporis animique deſtruere ſolent: dum aut *frigore ſanguinem gelant*, Quinctil. Decl. CCCL. aut *paullatim vires conſumunt*, Id. Declam. XIV. c. XII. Fabric. I. a manu tantum ſecunda *malis* habet, & mox *animum virilem effeminat*, omiſſo *corpus*. Perperam. Cicero IV. Tuſcul. Qu. c. XI. non multum diverſa ſimilitudine uſus eſt: *Nam cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quaſi quaedam Socratica* medicina, *quae* ſanaret *eam cupiditatem*: permanat in venas, *& inhaeret in viſceribus illud malum, exſiſtitque* morbus *& aegrotatio*. Quam eleganter autem ejuſmodi Similitudines in omni genere Orationis uſurpentur Idem docuit in Bruto, in Oratore ad Brutum & alibi. praeter Longinum & Ariſtotel. III. Rhet. c. II.

CORPUSQUE ANIMUMQUE VIRILEM EFFEMINAT. *Schwaechet*, corrumpit, emollit, dum atterit virtutem animi & corporis. nam verbum plus ſignificans ad indignitatem rei tantum delectum eſt, uti c. XX. *illis annis ac* divitiis *omnia* conſenuerunt. Juſtin. I. c. VII. *Sic gens induſtria quondam, potens & manu ſtrenua*, effeminata *mollitie luxuriaque* (cauponias, ludicras artes & lenocinia exercere juſſi erant) *virtutem priſtinam perdidit*. Et ſic alii molliter hoc verbo, non de impura iſta effeminatione, aut plena deſtructione virium utuntur; ſed quod Columella VII. de R. R. c. XII. de vere effeminandis dixit per immaturam Venerem: *capit & corpus & vires, animumque degenerat*. Nihilominus hic locus jam olim magnos viros vexavit, qui quaeſiverunt & diſputarunt, *quonam modo* corpus *quoque hominis* effeminetur *per avaritiam*. apud A. Gellium III. c. I. Sed optime Favorinus ibi reſpondit, quod ita fiat, quando quaeſtui intenti laborem virilem & exercendi corporis ſtudium derelinquant. Dum enim opibus inhiant, humile aliquid quaerunt, & animus primo corrumpitur. (Cic. I. Offic. c. XX. *Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parvi, quam amare divitias*.) Dein, quia corpus non belli laboribus duratur, nec militiae intentus eſt, quae res uſu & labore maxime conſtat, neceſſario vires & fortitudo elangueſcit. Et hoc nominat corpus *effeminatum*, ſicut Alexander Perſas, qui bello non ſtuduerant prae congerendis divitiis, *feminas*. Curt. III. c. X. n. 9. *Aciem hoſtium, auro purpuraque fulgentem intueri jubebat, praedam non arma geſtantem, irent & imbellibus feminis aurum viri eriperent*. Qualem dictum Alexandri Epiri Regis memorat Liv. IX. c. XIX. & Curt. VIII. c. I. n. 37. adde Stewech. ad Veget. II. c. XXIII. Quantum vero illi, qui non adſiduo in uſu laboris militaris & armorum ſint, virtutis perdant, pluribus demonſtrat Gruter. Diſc. XXV. & XXXVII. in Tacit. ac ſpeciatim divitiarum ſtudium emollire populum, docet Forſtner. Not. Polit. in eumdem P. I. p. 443. ſeqq. Vinar. I. *corpus animumque* virile *effeminat*, quaſi remotiori Adjectivum aptandum & Neutrum praeferendum putaſſet, ut Cicero V. ep. XXI. num. 14. culpa *& peccatum*, qua *ſemper caruiſti*. ubi vide. aut Noſter I. Hic *metus a Tarquinio & bellum grave* poſitum. Sed altera ratio, quae eſt in vulgata, aeque proba, & Syllepſin eſſe docuit Donatus ad Ter. Andr. Act. V. Sc. II. v. 3. adde ſupra c. X. n. 2.

SEMPER INFINITA, INSATIABILIS EST. Lege Cohel. c. V. comm. 9. Ariſtotel. II. Polit. c. V. Claudian. I. Ruffin. v. 186.

Quo veſane ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Jungantur ſolium Croeſi, Cyrique tiara.
Numquam dives eris, numquam ſatiabere quaeſtu;
Semper inops quicumque cupit

Quod Auſonius dixit: *Cui nullus finis capiendi, nullus habendi eſt*. Contra Quinctil. Decl. XIII. *Satis divitiarum eſt, nihil amplius velle*. Confer, ſi cata dicta te delectant, Senec. II. Benef. c. XXVII. VII. c. II. ad Helv. c. XI. ep. XIV. XVI. CVIII. Juſtin.

4 inopia minuitur. Sed poſtquam L. Sulla armis recepta Republica, bonis initiis malos eventus habuit; rapere omnes, trahere, domum alius,

Juſtin. VI. in. Minuc. Fel. *c.* XXXVI. Prudent. Hamartig. *v.* 254. Ambr. Serm. LXXXI. Zenon. Veron. de Avarit. Serm. I. Hieron. Ep. CIII. ad Paullin. ubi meminit antiqui dicti, quod Senecae eſt, ſed jam Ennio atque Catoni tribuit Jo. Salisber. Carm. ad Opus ſuum Policr. *Avaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet*. Hic vero animoſe ſatis Guelf. I. *ſemper infinita, ſemper inſatiabilis eſt*. non tamen vere. Verbum Subſtantivum exulat in Sen. 2. et Baſil. 3. & maxime, quando aliud Verbum ſequitur, Salluſtius *Eſſe* omiſit. cap. XXXIX. n. I. *plebis ope* imminutae, *paucorum potentia* crevit. Jug. cap. L. n. I. *ubi Numidas* quietos, *neque colle* digredi *animadvertit*. & ſic iterum atque iterum. vide Jug. cap. XCII. n. 2.

NEQUE COPIA, NEQUE INOPIA MINUITUR. Eccard. *neque augetur copia, neque minuitur inopia*. inepte. Sed iſte *inopia minui poſſe* avaritiam, ita non intellexit, ut iſti, qui hic vel *neque* vel *inopia* ejecerunt, aut in *impia* immutarunt: cum tamen ſimile ſit dictum illi: *Ambitionem neque* contemtu, *neque honore vinces*. *Copia* autem non minuitur, quia ſibi inops videtur. Boetius II. Metr. II. extr.

Numquam dives agit, qui trepidus gemens
Seſe credit egentem.

Alani Planct. Naturae Metr. VII. *v.* 15.

Nil habet ergo miſer, dum nil ſe credit habere

Pacat. Paneg. *c.* XXV. *Creſcebat indies habendi fames, & parandi rabiem* parta irritabant. Horat. III. Od. XVI. *v.* 17.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam
Majorumque *fames*.

4. ARMIS RECEPTA REP. Per arma. Ne metuas concurſum ejuſdem caſus, maxime cum proxima *bonis initiis* etiam ſexto caſu accipiant, vide Cic. XI. ep. V. n. 7. & quae ibi. Id. VI. ep. II. n. 5. *armis* conditione *poſitis*. Alcimus Avitus IV. *v.* 217.

- - - Obice *rupta*,
Saevit laxatis excurrens humor habenis.

Livius XXXI. *c.* XLV. *Poſtea juſtum bellum* decretis *civitatis ultro* indicendo *factum*. & XXXII. extr. *firmatis* praeſidio *Argis*. adde infra cap. XLV. n. I. Valer. Max. IV. *c.* III. n. 6. honoribus & auctoritate *omni* cive, temporibus *ſuis*, *major*. Sed *Recepta* proprie eſt *rurſus capta rep.* & *liberata* ab illis, qui occuparunt. Sic Africanus captum ab Antiocho *armis ſe* recepturum *filium dixerat* apud Juſtin. XXXI. *c.* VII. Idem V. *c.* IV. *ubique victor* recipit *civitates, quae defecerant*. Liv. XXVI. *c.* XXXII. *Urbem* recipi, *non* capi: & receptam *legibus antiquis & libertate ſtabiliri*. Et ſane Syllae Reſp. *recipienda* erat, quam Mariani *ceperant*, ut perſpicue narrat Florus III. *c.* XXI. Eutrop. V. *c.* III. & V. ceteri.

BONIS INITIIS. Defendebat enim initio Optimates; quos Mariani foede laceraverant. Vellej. II. *c.* XXV. *Putares, Sullam veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem, tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque, cum ſingulari cura frugum, agrorum, hominum urbium perduxit, in Campaniam*, & quae ſequuntur. Valer. Max. IX. *c.* II. n. I. *Sylla dum* quaerit victorias, Scipionem *ſe populo R. dum exercet, Annibalem repraeſentavit*. Aſcon. in Orat. I. pro C. Cornel. *Sulla ab initiis bonarum actionum ad perditas progreſſus*. Latius interpretatur bona initia & malos eventus Jul. Exſuperant. de B. Civ. *c.* V. Porro Gruterus edidit: *ex bonis initiis*, quomodo de noſtris Acad. Rem. I. Baſil. 3. Guelf. 7. 8. & a manu ſecunda 12. Sed 3. 4. 6. et Struv. perſpicue *de bonis initiis*. Ceteri nullam praepoſitionem agnoſcunt: nec eſt in Aldina, & Waſſiana. Et profecto qui Auguſtin. III. de Civ. D. *c.* VII. conſideraverit: *Horum bonorum* initiorum *nondum malos* eventus *habuit*, is intelliget Salluſtium *bonis initiis* dandi caſu dixiſſe, pro Genitivo *bonorum initiorum*: ad quam elegantiam non adſurgit dixiſſe *de* vel *ex bonis initiis*. Et haec conſtructio Criſpo eſt imprimis frequens. Sic *c.* XXIV. quaeſtui *modum facere*. cap. XXXII. num. I. *quod neque* inſidiae conſuli *procedebant*. ubi vide alia, ut & ad cap. XL. *quem* exitum *tantis* malis *ſperarent*. Gellius XIX. *c.* IX. *quam principem* ſibi *vitae* habuerat. Tacit. XIII. Ann. *c.* LI. *& quae alia* exactionibus *publicis* nomina *publicani invenerant*. Livius VI. cap. VIII. malis conſiliis *pares adepti eventus*. ubi Dandi caſum ab Nomine *pares* pendere dices. Sed cum *eventus* duplici notione dicantur, pro hoc Dandi caſu non potuit, niſi cum Amphibolia & obſcuritate, Gignendi adhibere. Non tamen adeo contra nitar, ſi quis *bonis initiis* abſolute poſita eſſe dicat ut cap. IX. extr.

MALOS EVENTUS HABUIT. *Eventus habuiſſe* dicitur Sulla, ut Vellej. Pat. II. *c.* XXVII. de eodem: *Si eumdem & vincendi, & vivendi* finem habuiſſet. C. Nep. Eumen. *c.* XIII. *talem* habuit exitum *vitae*: quod & apud alios legere licet. pro quo Senec. Ep. CXV. *Exſpectarent, viderentque, quem admirator auri* exitum faceret. Manilius vero

alius, alius agros cupere: neque modum, neque modeſtiam victores habere, foeda crudeliaque in civibus facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sulla exercitum, quem in Aſiam ductaverat, quo ſibi fidum faceret, contra morem majorum, luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat.

loca

vero, Livius & Lucanus malunt *eventum dare*. Sed & Plancus Cic. x. ep. XVIII. n. 7. *res nunc magnam adfert ſollicitudinem*, *magnumque* habet caſum. Cic. v. Phil. cap. XVI. *Fugam quaerebamus omnes*, *quae ipſa* exitum *non* habebat.

RAPERE OMNES. Idem de Sullanis obſervat Vellej. II. *c.* XXII. *Poſtea id quoque acceſſit*, *ut ſaevitiae cauſſam avaritia praeberet*, *& modus culpae ex pecuniae modo conſtitueretur*; *& qui fuiſſet locuples*, *fieret nocens*, *ſui quiſque periculi merces foret*; *nec quidquam videretur turpe*, *quod eſſet quaeſtuoſum*. Hinc & Cicero II. Offic. *cap.* VIII. teſtatur, *poſt Sullae victoriam bonos mores*, *qui jam antea fuiſſent imminuti*, *penitus amiſſos eſſe*.

TRAHERE. Verbum aptum rapinis, & Noſtro de illis frequentatum. vide ad Jug. *c.* XLI. *Sibi quiſque ducere*, trahere, *rapere*.

AGRUM CUPERE. *Cupere* illi ſignate dicuntur, qui adpetunt rem alienam, etiamſi eam non adſervent, ut avari, ſed profundant. Sic *c.* XII. *ſua parvi pendere*, *aliena* cupere. Auſon. Idyll. II. *v.* 4.

Felicem ſcivi, *non qui*, *quod vellet*, *haberet*:
Sed qui per fatum non data non cuperet.

Sueton. Galba *c.* XII. *Titus Vinius*, *legatus ejus in Hiſpania*, cupiditatis *immenſae*. adde Brockhus ad Tibull. I. eleg. I. *v.* 90. Ducker. ad Flor. III. cap. XI. n. 2. & IV. cap. XII. n. 12.

NEQUE MODUM, NEQUE MODESTIAM HABERE. neque *finem*, neque *pudorem*, ut vel hujus vel illius pepercisſiſſent. Conjungit utrumque Noſter Jug. *c.* XLI. & infra cap. XXXVII. num. 3. Plautus Bacchid. A. IV. Sc. III. *v.* 2. *ſine* modo *&* modeſtia *ſum*. *Modum habere* recte dicitur, ut Cic. II. de Fin. *Ergo & avarus erit*, *ſed finite*: *& adulter*, *verum* habebit modum: *& luxurioſus*, *eodem modo*. Quinctil. x. *c.* VII. *poſtremo* habebunt modum *& finem*. uti leg. I. pr. D. de curat. Furioſ. *qui neque tempus*, *neque* finem *expenſarum* habet. Calpurn. Flacc. Declam. XII. extr. Modum *non* habet *iracundia mentiendi*. Apulej. de Hab. D. Plat. p. 21. *immoderatum ingenium*, *in quaecunque proruerit*, modum *non* habet.

IN CIVIBUS FACINORA FACERE. Vulgo *in cives*. Sed in Regio Cod. I. Waſse repperit *civibus*, quod ita mutarunt ſcioli, ut ſupra *c.* IX. n. 2. *in* amicis *fideles erant*. Firmat non Caſſiodorus modo: *Non permittatis a famulis veſtris fieri* in civibus, *quod adhuc debet in hoſtibus accuſari*: ſed etiam Seneca Thyeſt. *v.* 309.

In patre facient, *quidquid in patruo doces*.

& alia, quae jam praecepit P. Burmannus ad Quinctil. Decl. XV. *c.* VI. Juſtin. XXXVIII. c. VI. *Neque* in ſe uno, *ſed* in aliis omnibus *hac ſemper arte graſſatus*. *facinora facere* ad cap. VII. n. 6. illuſtravi. Heuſſ. *facinora facere*.

5. QUEM IN ASIAM DUCTAVERAT. Taxaverunt quidam ex veteribus Phraſin Salluſtii *ductare exercitum*, de quo dicam ad Jug. c. LXX. n. 2. Vulgo *in Aſia* editur. Sed *in Aſiam* Ciacconius in vet. ſuo libro, Waſſe in tribus, ego in Guelf. 1. 2. 3. 5. 7. 12. Eccard. Incerto utroque, & Acad. deprehendi: Neque aliter Remenſ. 1. atque Baſil. 1. & 3. etſi in quibuſdam manus non ſatis fida. Similiter ſcriptum invenit in MSS. Schegkius uti ad Vellej. Pat. II. *c.* LIX. teſtatur. Et recte illud dici pro *intra Aſiam* pluribus adſtruxi ad *cap.* XIX. n. 3. in provinciam *iter faciens*.

QUO SIBI FIDUM FACERET. Eodem conſilio Marius Jug. *cap.* LXIV. *milites laxiore imperio habebat*. et Auguſtus Tacit. I. Ann. *c.* II. *donis pellexit*. Quantae vero initium cladis & corruptionis illud fuerit ſub imperatoribus ex Herodiano & Tacito abunde conſtat. & recte Auct. B. Alexand. *c.* XLVIII. *Multa praeterea & magna praemia ſingulis concedebat*, *quae ſpecioſum reddebant praeſentem exercitus* amorem; *paullatim tamen & occulte militarem* diſciplinam *ſeveritatemque* minuebant. Militum amorem quanto ſtudio ſibi etiam tum Quaeſtor conciliaverit, eleganter Noſter Jug. *c.* XCXI.

CONTRA MOREM MAJORUM. Qui valde ſeveri in diſciplina militari fuerunt, vide Veget. I. *c.* VIII. Valer. Max. II. *c.* VII. et VIII. pr. Gell. II. *c.* XXIV. Noſtrum Jug. *c.* XL. XLIV. XLV.

LUXURIOSE N. LIBERALITER HABUERIT. *Luxurioſe habere* eſt facere, ut ſolutus ſit. is enim eſt proprie *luxurioſus*, a *luxo* quaſi *laxo* & *ſoluto*, vide Feſtum p. 209. *liberaliter habere* eſt tractare liberaliter, indulgere & donare illis multa. erat enim *Sulla multarum rerum & maxime pecuniae largitor*, Jug. cap. XCV. pro eo *arcte & opulenter colere* dixit Marius Jug. *cap.* LXXXV. Sed infra *c.* XIV. *parum* honeſte *pudicitiam habere* occurrit. adde c. VIII. n. 2. & Jug. *c.* CIII. n. 5. *accurate & liberaliter* habere. Livius XXIX. *c.* VIII. *Ita* ſuperbe *&* crudeliter habiti *Locrenſes*

ab

Digitized by Google

loca amoena, voluptaria facile in otio ferocis militum animos molliverant. Ibi primum inſuevit exercitus populi Romani amare, potare;
6 ſigna,

ab Carthaginienſibus fuerant. Id. XXVII. *cap.* XXXIV. *neque* liberalius, *neque* benignius haberi, colique *adoleſcentem*, *quam cultus eſt*, *potuiſſe*. Id. XXXIX. *c.* I. *Exercitus praecipue ſub imperio Cn. Manlii* ſolute *ac* negligenter habiti *ſunt*. Dictys I. *c.* II. *ibi* largiter magnifice*que eos* habuere. Flor. I. *c.* XVIII. *Captivos* indulgenter habuit. quae adduxi, ut videres, idem iſtam dictionem eſſe, ac *indulgenter & liberaliter tractaverat: indulgens & liberalis in militem fuerat*.

LOCA AMOENA, VOLUPTARIA. *Amoena loca*, ſunt aſpectu jucunda, non tantum natura, ſed etiam opere naturam aliquomodo imitante, ornata, ut *tabulis*, *ſignis*, quae mox memorat. Sic Liv. XXXIX. *c.* I. memorat *amoenitatem urbium Aſiaticarum*, & opponit *loca montana & aſpera*. Tacit. III. Ann. *c.* VII. *Vagus interim per* amoena *Aſiae atque Achajae*. C. Nep. Attic. *c.* XIII. *Domum habuit*, *cujus* amoenitas *non* aedificio, *ſed ſilva conſtabat*. Vellej. II. *c.* I. *porticum amoeniſſimam*. Et fateor, ut plurimum de naturali jucunditate locorum dici. Quinctil. XII. *c.* IX. *Nam ut gerentibus bella non ſemper exercitus per plana &* amoena *ducendus eſt*, *ſed adeundi plerumque* aſperi *colles*, cetera. adde Curt. V. *c.* I. n. 35. ſeqq. & de Aſiae *amoenitate*, ut ipſa verba habent, Liv. XXXVIII. *c.* XVII. Flor. II. *cap.* XI. *Voluptaria loca*, ubi voluptatibus indulgetur, earumque inſtrumenta praeſto ſunt. lege Curtium l. c. mira narrantem, & quae Liv. XXXIX. *c.* VI *Poſſeſſiones voluptarias* vocat captas in Aſia civitates Juſtin. XXXI. extr. Plautus vocem exponit Poen. A. III. Sc. II. *v.* 25. *Liberum ut commonſtremus tibi* locum, *&* voluptarium, Ubi *ames*, *potes*, *pergraecere*. Perperam igitur Baſil. 3. *voluptuoſa* a manu ſecunda. *facile* deeſt Heuſſ.

FEROCIS MILITUM ANIMOS. Duros, acres & ſtrenuos. *ferox* enim in laude eſt apud militem. Jug. *c.* CVI. *ille animo* feroci *negat*, *ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere*. Livius III. *c.* XLVII. ferociter *facta*. Id. XXXVIII. Feroces *ad bellandum viri*. C. Nepos Them. *c.* II. ferociorem *reddidit civitatem*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXVI. *Si quid ardoris ac* ferociae *miles habuerit*, *popinis & commeſſationibus*, *& principis imitatione deteritur*. Et quomodo *facinus*, *libidinem* in meliorem partem dicta habuimus; ſic et quaedam Adjectiva, ut *Elatus* apud Cicer. I. Offic. *c.* XIX. *Altus* apud Flor. IV. *c.* VII. n. 47. et Cic. pro Milon. *c.* VIII. *Superbus*, apud Silium X. *v.* 573. contra vulgarem conſuetudinem uſurpata invenire licet.

MOLLIVERANT. Fervorem & audaciam iſtam militarem fregerant & comminuerant. Cic. de Senect. *c.* IV. *Fabius Annibalem juveniliter exſultantem patientia ſua* molliebat. vide ibi viros doctos. Sed de locis amoenis & voluptariis, quae corporis gaudiis favent, longe elegantius dicitur, ut apud Valer. Max. II. *cap.* VI. n. I. *Spartana civitas civium oculos a contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris ejus capti*, *ad* delicatius *vitae genus prolaberentur*. Et *Pauſanias*, *ut primum ſe Aſiae moribus permiſit*, fortitudinem *ſuam* effeminato *ejus cultu* mollire *non erubuit*. Quantum ejuſmodi loca faciant ad corrumpendos milites, vel unus Hannibal doceat, cui *Capuam Cannas fuiſſe*, Marcellus dixit apud Liv. XXXIII. *c.* XLV. Confer Senec. Ep. LI. Valer. Max. IV. *c.* I.

6. IBI PRIMUM INSUEVIT. Omnia nempe iſta ſimul. Nam jam Syracuſis capeis idem narrat Livius XXV. *c.* XL. *inde primum initium* mirandi *Graecarum artium opera*, *licentiaeque huic ſacra profanaque omnia vulgo ſpoliandi factum eſt*. Et ad Aſiam a L. Scipione devictam retulit Plin. XXXIII. *cap.* XI. *Aſia* primum *devicta luxuriam miſit in Italiam*. *Eadem*, addit, *Aſia domata multo etiam gravius adflixit mores inutiliorque victoria illa hereditas Attalo rege mortuo fuit*. Ibid. tamen & C. Nep. tradit, *ante* Sullae *victoriam duo tantum triclinia Romae fuiſſe argentea*. adde XXXIV. *c.* VII. Flor. III. *c.* XII. *Syria prima nos victa corrupit: mox* Aſiatica *Pergameni Regis hereditas*. Juſt. XXXVI. extr. *Sic Aſia Romanorum facta*, *cum opibus ſuis vitia quoque Romam transmiſit*. Sic de Aſia conſentiunt, de Sullae militibus non item. niſi conjuncta iſta vitia omnia, & maxime corrupta militum diſciplina te expediverint.

AMARE, POTARE. Veneri indulgere. Sic Jug. *c.* LXXXV. n. 41. *Quin ergo*, *quod juvat*, *quod carum aeſtumant*, *id ſemper faciant*: ament, *potent*. Plaut. Truc. A. I. Sc. I. *v.* 56. *Re placida atque otioſa*, *victis hoſtibus*, Amare *oportet omnes*, *qui*, *quod dent*, *habent*. Lamprid. Sever. *c.* LIII. *Milites Romani* armant, *potant*, *lavant*. De *potare* verbo, quod ſit largius ſeſe invitare & ſaepe, vide quae collegit Brockhuſ. ad Tibull. I. eleg. XI. *v.* 31.

SIGNA. *Statuas* dicere poſſumus, quas tamen *a ſignis* ſeparat Plin. I. ep. XX. n. 5. & recte quidem, cum *Signa* latius pateant, & *ſtatuas* in ſe comprehendant, quae hoc nomine ornantur, quando publico maxime loco *ſtatuuntur*: & praeterea dimidiatae etiam, aut materiae inhaerentes

ſigna, tabulas pictas, vaſa caelata mirari; ea privatim ac publice rapere; delubra ſpoliare; ſacra profanaque omnia polluere. Igitur 7 hi milites, poſtquam victoriam adepti ſunt, nihil reliqui victis fecere. Quip-

tes Figurae, ut Hermae &c, *Signa* ſunt, non non per ſe ſtatuae. vide Struv. Antiq. Rom. p. 536. Aur. Vict. V. Illuſt. *c.* LX. *Mummius Corinthum* ſignis *tabuliſque ſpoliavit*. & de eod. Front. IV. Strat. *c.* III. n. 15. *L. Mummius, Corintho capto, non Italiam ſolum, ſed etiam provinciam tabulis* ſtatuiſ*que exornavit*. Conf. Cic. pro Domo *c.* XLIII. pro L. Man. *c.* XIV. Plin. XXXIV. *c.* II. & paſſim.

TABULAS PICTAS. Picturas in tabulis. Cic. IV. Verr. *c.* I. *nego ullam* picturam *neque* in tabula, *neque* textili *fuiſſe, quin conquiſieris*. Quando & cur magnifecerint Romani, exſequitur Plin. XXXV. *c.* IV. In Graecia multas tabulas fuiſſe, Athenienſium *Poecile* declarabit, C. Nep. Milt. *c.* VI. & Plin. XXXV. *c.* VIII. unde jam de jucunditate & gratia ejuſmodi tabularum judicare poteris.

VASA CAELATA. Toreumata vocat *cap.* XX. quae auro & argento diſtincta erant, ſimulacris nempe quibuſcumque, quae prominerent, inſertis. Sen. Ep. V. *Non habeamus argentum, in quod ſolidi auri* caelatura *deſcenderit*. Liv. IX. *c.* XL. *Duo exercitus erant: ſcuta alterius auro, alterius argento* caelaverunt. *Filice* etiam caelaſſe ex Cic. VI. ad Attic. ep. I. & I. Parad. *c.* III. conſtat. De *Caelatura* vide Quinct. II. *c.* XXI. & quos ibi citarunt. inprimis Salmaſ. Exercit. Plin. p. 774.

MIRARI. Quae alias contemſerant. Sic locutus Liv. XXV. *c.* XL. Juven. Sat. XI. *v.* 100. *Tunc rudis & Grajas* mirari *neſcius artes-frangebat pocula miles*. Sed Plin. XXXIII. *c.* XI. amare *etiam, non ſolum* admirari, *opulentiam externam*.

PRIVATIM AC PUBLICE RAPERE. *Privatim*, i. pro ſe quiſque; *publice* i. publico nomine, ubi omnis exercitus, aut qui erant cum imperio & poteſtate rapiebant, tamquam praedam populi R. Nam ita tam aliis, quam his ſingulatim Adverbiis utuntur, ut integrum ſenſum ſuſtinere videantur. De locis autem publicis aut privatis quo minus capiamus, prohibent proxima. Sic infra *c.* XL. n. I. publice privatim*que aere alieno oppreſſi*. ubi vide. adde ad Jug. *c.* VIII. n. 2. Eod. *c.* XXXII. n. 5. poſtquam de *fide publica* dixerat: privatim *praeterea ſuam fidem interponit*. Alii alio ſenſu: ut Spart. Nigro *c.* X. *Juſſit ut nummos* publice *commendarent, recepturi poſt praelia, quod dederant*. Gell. XV. *c.* IV. *comparandis mulis & vehiculis, quae magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, praebenda* publice *conduxiſſet*. quod Dioni LIII. p. 506. eſt *παρὰ τοῦ δημοσίου*. Vellej. Pat. *c.* XXXIII. *in ea jugulati civis R.* publice *conſtitueretur auctoramentum*. adde de vi Adverbii infra *c.* XIV. n. 3. & *c.* XL. n. I. item Jug. *c.* XVIII. n. II. et Gronov. ad Liv. IV. *c.* XIII.

DELUBRA DEORUM. Illud *deorum* tantummodo exſtat in Gu. 12. Ceteri omnes non agnoſcunt. vid. *c.* XII. n. 4. Cic. modo addit, modo omittit, quem vid. Divin. in Caec. *c.* I. ubi Schol. a Gronovio primum editus laborat in derivatione hujus vocabuli. A *deluendo* plerique deducunt, ut Serv. ad IV. Aen. Iſid. XV. *c.* IV. Orig. Fronto p. 1330. Sed non quod *aqua ibi deluantur peccata*, quod illis viſum; ſed quoniam *deluere* eſt ſolvere, auctore Feſto p. 116. & pleraque omnia templa *ex votis* condita ſunt, quae ita ſolvebant: ac in illis ipſis locus erat, ubi & alia vota ſolvebantur. Sic *Jovi Statori* templum vovit Romulus ap. Liv. *c.* XII. *Bellonae* Appius Claudius, Liv. X. *c.* XIX. *Concordiae* Furius Camillus, Ovid. I. Faſt. *v.* 639. aliam in arce Tarpeja L. Manlius, Liv. XXII. *c.* XXXIII. alii alia. & alteram meam ſententiae partem confirmat Fronto: Delubrum, *in quo homines pericula ſua diluunt: ponunt enim vel pileum, vel ſcutum, vel alia ſuſcepta votis*.

SACRA P. O. Gu. 3. *omnia* & 9. *que* a manu prima non habuerunt. hoc ſi abeſſet, foret, ut illud Quinct. Decl. I. *c.* X. *Omnia* humana, ſacra *confudit*. Sed tam copulam, quam *omnia* retinet in formula Flor. III. *c.* V. n. 7. *Tum quidem domus, templa & arae, humana* omnia atque *divina jura violata ſunt*. Cic. pro Roſc. Am. *c.* XXIII. *cum* omnia *divina* atque *humana jura ſcelere nefario polluiſſet*. & Vinc. Lir. I. Common. *c.* VI. *nequaquam deſtitit univerſa miſcere atque vexare, privata ac publica, ſacra profana*que omnia, *nullum boni & veri genere diſcrimen*. Noſter quamvis mox *c.* XII. n. 2. *divina* atque *humana promiſcue habere* dixerit; alibi tamen ſervat, & *c.* XIII. n. 3. *veſcendi cauſſa terra marique* omnia *exquirere*. adde *c.* XXX. n. 4. Jug. *c.* V. n. 2. & XXXI. n. 9. De re graviter conqueſtus eſt Cicero pro L. Manil. cap. XXII.

7. NIHIL RELIQUI VICTIS FECERE. Nihil reliquerunt, quod contra majores facere ſolebant, *c.* XII. n. 5. *nihil* reliqui *facere* eſt pro *reliquum*, ut ſupra *nihil penſi habere*. Hinc Cic. II. Verr. *c.* XXXV. quos *cives belli calamitas* reliquos *fecerat*. Noſter *cap.* XXVIII. n. 6. *quibus lubido & luxuria ex magnis rapinis* nihil reliqui *fecerant*. ibi vide.

8. SAPIENTIUM ANIMOS. Sic ſcribunt Gu. 2. 4. 5. Fab. uterque, Acad. Sen. I. Incert. Baſil. I. Struv.

8 Quippe ſecundae res ſapientium animos fatigant : ne illi corruptis moribus victoriae temperarent.

CAP. XII.

POſtquam divitiae honori eſse coepere, & eas gloria, imperium, potentia

Eccard. & forte Remenſ. ceteri cum vulgaribus *ſapientum*. Sic infra *c.* XL. n. 2. *civitatium*. c. XXI. n. 2. *locupletium*. c. XXVI. n. 4. *clientium*. & de his quidem Chariſ. I. p. 103. Regulam ſuppeditat : *Trium generum nomina Genitivo plurali I ante VM debent recipere*. adde Varr. VII. de L. L. ad fin. & quae infra ad c. XL. n. 2.

FATIGANT. Corrumpunt, ut in animi virtute laſſi quaſi, & negligentes evadant. Curt. V. *c.* III. n. 13. *metuere ſeſe*, *ne victoris indulgentiam* fatigaret. de re Tacit. II. Hiſt. *c.* VII. *Rebus ſecundis etiam egregii duces inſoleſcunt*. Conferatur Id. I. Hiſt. *c.* XV. Claud. II. Stilic. *v.* 160. Juſtin. VIII. *c.* I. Ariſtotel. II. Rhet. *cap.* XVIII. Polit. V. *c.* VIII. Cic. I. Offic. *c.* XXVI. Cato apud Gellium VII. *c.* III. & alii.

NE ILLI C. M. *Ne* pro vulgato *Nedum*, hujus ſignificatione, ex noſtris Fab. I. Gu. I. 2. 5. & 12. Sen. uterque (primus vero a manu prima habuerat *ni*, ſolenni iſta permutatione, de qua Diſſ. I. de Uſu Orthogr. *c.* III.) Baſ. I. (qui in margine pro V. L. *nedum*) & 2. Heuſ. Vin. 2. cum ed. vet. & ſic Plaut. Caſin. A. V. Sc. IV. *v.* 23. *Si umquam occoepſo modo*. Ne *ut eam amaſſo*, cum nota Gronovii, qua ſua citavit ad Liv. III. *c.* LII. Cic. IX. ep. XXV. n. 7. *Me vero nihil iſtorum ne juvenem quidem movit umquam*, ne *nunc ſenem*, quem etiam Gronovium citaſse video. Praecepit etiam Apulej. Apolog. p. 317. *At hoc ego Aemiliano----vix credidiſſem*. ne *huic frutici credam*: quemadmodum quaedam illi Rivius & Schottus II. Obſerv. *c.* XXVI. praeceperant. Vin. 2. *ne illi corrupti* in omnibus *obt. vict.*

VICTORIAE TEMPERARENT. Sic Fab. & Gu. 12. ita quidem, ut litura teſtetur adfuiſſe primitus *obtemperent*. Sed ſine litura Guelf. 5. Sen. I. Baſil. I. Rem. 2. ut adeo in hac elegantiſsima ſententia ſoli Guelf. 5. Sen. I. & Baſil. I. omnibus in vocabulis ſani fuerint. Dictio non adeo rara, tamen imponere potuit librariis. Eſt autem *temperare vict.* idem quod moderari, modum imponere illi, ut ne inſolenter illa utaris. Sic extulit Livius XLI. modum imponere *ſecundis rebus*, *nec nimis credere ſerenitati praeſentis fortunae. praeſtantis hominis & merito felicis eſt*. Sic ille XXX. *cap.* XX. & Tacit. XV. Ann. *cap.* XVI. *temperare lacrimis* dixere. Rurſus Liv. II. c. XXXIII. *Nec* temperatum manibus *foret*, *ni propere conſules interveniſſent*. Quinctil. X. *cap.* I. *Ovidii Medea videtur mihi oſtendere*, *quantum vir ille praeſtare potuerit*, *ſi* ingenio *ſuo* temperare, *quam* indulgere *maluiſſet*. ubi cave *imperare* elegantius eſſe credas. Idem V. extremo : His *tamen* habendus modus, *ut ſint ornamento non impedimento*. ubi itidem nihil mutandum. ut Horatius: *Qui non moderabitur* irae. Sidonius IX. epiſt. III. *hiſce de cauſſis* temperavi ſtilo. Nec fruſtra Chariſ. V. p. 266. adnotavit *Tempero tibi* & *te* dici : ut non audiendus ſit Servius ad I. Georg. *v.* 360. *Jam* ſibi *tum curvis male* temperat *unda carinis*, explicans : *male temperat ſeipſam ſibi*.

CAP. XII. I. HONORI ESSE COEPERE. In pretio, quas ante nemo ſapiens concupiverat. Plaut. Trin. A. IV. Sc. III. *v.* 21.

Utinam veteres mores, *veteres parſimoniae*
Potius majori honori *hic* eſſent, *quam mores mali*.

Seneca Ep. CXV. *Pecunia ex quo* in honore *eſſe coepit*, *verus rerum honor cecidit*, *mercatoreſque & venales invicem facti - Denique eo mores redacti ſunt*, *ut* paupertas *maledicto probroque ſit*, *contemta divitibus*, *inviſa pauperibus*.

POTENTIA SEQUEBATUR. Illis adhaerebat, per illas acquirebatur. Sic cap. III. n. 2. *Scriptorem & auctorem* ſequitur *gloria*. ibi vide. Sed Fabr. I. Acad. Incert. 2. & Guelf. 10. 11. 12. *ſequebantur*. Noſter tamen alibi pluribus Nominibus ſingulare verbum ſubjungit, ut cap. XXV. n. 3. *ſed ei cariora ſemper omnia*, *quam* decus *atque* pudicitia fuit XXV. extr. *multae facetiae multuſque lepos* inerat. c. LII. libertas *&* anima *in dubio* eſt. Jug. cap. XXXIX. n. 5. *quos licentia atque laſcivia* corruperat. adde collata ad Cic. III. ep. X. n. 22. Praeterea Tempora permutavit *coepere* dicendo & *ſequebatur*, ut ſupra cap. X. n. I. *Carthago* interiit, *cuncta* patebant. infra cap. XX. n. I. ſecedit, *&* *orationem* habuit. XLVIII. num. 4. *ne* terrerent, *eoque magis* properet. LII. n. 24. Conjuravere *nobiliſſumi cives*, *Gallorum gentem* arceſſunt. & Caeſar I. B. Gall. cap. XLIII. *ſua ſenatuſque in eum beneficia* commemoravit - quam *rem paucis contigiſſe* docebat. Livius XXXVIII. *cap.* XL. *Thracas praeda ad caedam* praebet ; *Romanos iniquitas locorum* prodebat. Itaque nihil contra libros mutandum in fragm. Cic. Orat. I. pro Corn. p. 969. *Romam armatâ*

tentia ſequebatur: hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocentia

mati revertuntur, *in Aventino* conſederunt. ubi Patricius eo, quod ſequatur *conſederunt*, *venerunt*, *creaverunt* reſcripſit *reverterunt*. Idem v. ep. xvi. n. 10. *ad ſecutum* & *functurum* jungit. Spartian. Adriano *c.* xii. *Poſt haec Hiſpanias* petit, *& Tarracone* hiemavit. Seneca iii. Benef. *c.* xv. *Sed neceſſario optimis* praetulerunt, *& cogere fidem*, *quam ſpectare* malunt. ubi Lipſius: *Sequela & numerus periodi* maluerunt *mallet*, caſtigatus propterea a Gronovio ad i. Benef. *c.* iii. adde & in Jug. c. lix. n. 3. Hic vero eo facilius ſuit Noſtro tempora iſta permutare, quia, ut ſupra monui, Grammatici verbum *coepit* pro Periphraſi temporis Imperfecti habent.

Hebescere virtus. Non tam acriter exerceri coepit, ut antea, cum virtutis honos daretur. Gloſſa Guelf. 6. *pigrire* reddidit, novo verbo. Sed Guelf. 2. & Senat. 1. *erubeſcere*, quod ab initio habuiſſe videtur etiam Eccard. aut certe, quod Baſil. 2. oſtendit, *tebeſcere*: quaſi voluiſſent *tepeſcere*. Illud alterum melius. Seneca Epiſt. xxiv. *Ne mergas animum tuum in iſtam ſollicitudinem*. hebetabitur *enim & minus habebit vigoris cum exſurgendum erit*. Apulej. vii. Metam. p. 189. *ei ſuaſi*, *ut manus* hebetatas *diutina pigritia tandem referret ad meliorem frugem*. Tacit. ii. Hiſt. *c.* lxxxvii. *Hos ira*, *odium*, *ultionis cupiditas* ad virtutem accendit; *illi per faſtidium & contumaciam* habeſcunt. *Curt.* vii. *c.* viii. n. 10. *quod in ſuo quiſque negotio* hebetior *eſt*, *quam in alieno*. Sueton. Claud. *cap.* ii. animo *ſimul & corpore* hebetato. Confer Jug. cap. liv. n. 3. Contrarium eſt *acui*. Liv. xxxix. *c.* 1. *nec alia provincia militem magis ad virtutem* acuebat. Phaedr. ii. Prolog. *v.* 4.

Acuat*que ſeſe diligens induſtria*.

Paupertates probro haberi. Mediocris iſta, & tenuis fortuna, quae antea honori erat, vide cap. ix. num. 2. Et merito. nam ea praeclaros viros publico magis, quam ſuo ſtudere docebat, quod poſtea contra factum, vide cap. liii. Lucanus i. *v.* 166.

- - - *foecunda virorum*
Paupertas *fugitur*.

Et inter multas magnaſque paupertatis laudes & hoc habet Apulej. Apolog. p. 285. *Eadem* paupertas *etiam populo R. imperium a primordio fundavit*. Confer Valer. Max. iv. *c.* iv. Et de iſta ſignificatione vobis Porphyr. in Horat. ii. *v.* 199. Paupertas *honeſtae* parſimoniae *nomen eſt*, *& uſurpatur pro fortuna mediocri*. In Oppoſitione nempe ad abundantes ejus temporis divitias. qua ſupra cap. iv. *n.* 1. *ſervilia officia*, infra *c.* xxxviii. *adoleſcentulos* ſenſu largiori dixit. Hinc Juvenal. Sat. vi. *v.* 294.

Nullum crimen abeſt facinuſque libidinis,
ex quo
Paupertas *Romana perit*.

& Seneca Ep. lxxxvii. extr. *Populus R.* paupertatem *fundamentum & cauſsam imperii ſui requirat ac laudet*; divitias *autem ſuas timeat*, *cogitet*, *has ſe apud victos reperiſse*. Sed aliorum etiam populorum viri praecipui mediocri fortuna fuerunt, & Phocion quidem *paupertatem tamquam praecipuum aliquod virtutis decus & argumentum excoluit*. Plutarchus & C. Nepos in Vita. adde Aelian. ii. Var. Hiſt. *c.* xliii. item xi. *c.* ix. & Horat. iii. Od. xxv. *probrum* ita explicat Seneca Ep. xc. jam ruſticitatis & miſeriae *eſt*, *velle quantum ſatis eſt*. Vocem ſervat Ep. cxv. addito *maledicto*. Thucyd. iii. cap. lxxxiii. τὸ εὔηθες καταγελασθὲν ἠφανίσθη. quem eo & praecedente cap. legiſſe, non poenitebit.

Innocentia pro malivolentia. *Innocentia* hic eſt ea virtus, *qua nemini* divitiarum cauſsa *nocebant*, non, ut ceteri, rapiebant, trahebant et quovis modo opes cumulare volebant; ſed jus bonumque ſervabant. Sic partim eam definit Cic. Tuſc. Qu. iii. *c.* viii. addo Jug. *c.* xlvii. n. 1. ubi *innocentia* Metelli laudatur, qui contra divitias animum invictum gerebat. ubi plura. *Malivolentiam* minus recte I. Waſſe interpretatur ἐπιχαιρεκακίαν, etſi Cic. iv. Tuſc. *c.* viii. *Malivolentiam* quamdam agnoſcit, voluptatis ſpeciem, *laetantem malo alieno*: pejus eſt, quod mallet *maleficentia*. Eſt oppoſitum *benevolentiae*, & eſt fere indignatio & malus animus in illum, quem beatum & divitem videas, adeoque quaſi quaedam ἐπιλυπηκακία. h. e. qui divitias undique non trahebat, ille iſtis non virtutis amore & innocenria abſtinere cenſebatur, ſed pro male animato in divites habebatur. Hinc cum *invidia* recte conjungit Noſter cap. iii. num. ii. Plaut. Capt. A. ii. Sc. iv. *v.* 51. *Eſt miſerorum*, *ut* malevolentes *ſint*, *&* invideant *bonis*. *malivoli*, quod apud indignos bona ſint; *invidi*, quod apud aequales, cum aeque apud nos eſſe deberent. *invidiam* & ſermonem *malivolorum* conjungit etiam Cic. pro Rab. Poſt. cap. vii. Fallor, aut haec *malivolentia* eſt iſtud, quod Ariſtoteles ii. Rhet. *c.* ix. τὸ νεμεσᾶν *indignari* vocat. niſi quod ibi pro virtute, hic pro vitio habeatur. Quod vero eumdem doctorem ἐπιχαιρέκακον & φθονερὸν pro uno eodemque ibidem n. ii. habere exiſtimavit vir doctiſſimus. in eo non ſatis animo advertit diſcurſum Philoſophi, qui aperte

2 centia pro malivolentia duci coepit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia, cum ſuperbia invaſere: rapere, conſumere; ſua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque humana pro-

diſtinguit tempore et objectis, diſtinguit etiam *ἀπὸ τῶ νεμεσᾷν* ex eis cauſſis, quas n. 5. 6. 7. 8. attulit. & verum eſt, poſſe eumdem, qui *malivolus* nunc & *invidus* eſt bonis meis, mox, cum illa perdiderim, *ἐπιχαιρέκακον* eſſe, quod ex Plauto Stich. A. I. Sc. III. *v.* 54. manifeſtum eſt. Sed hoc non apud omnes uſu venit malivolos, qui ſaepe ſimul miſericordes ſunt: non apud illos, qui in *innocentia ſua* a *divitibus* pro malivolis habentur. adeoque iſta ex vero diſtinguuntur. adde Cic. I. epiſt. IX. n. 64. Tacit. IV. Ann. *c.* XXXIII. n. 7.

DUCI COEPIT. Modo *haberi* poſuerat, & *duci* ſubdit: unde alterutrum abundare viro eidem doctiſſimo videtur. Nequidquam. Utrumque agnoſcit Apulej. Adlocut. p. 91. *Religioſus pro inſano, irreligioſus* putabitur *prudens: furioſus, fortis; pro bono* habebitur *peſſimus*. Terent. Andr. A. I. Sc. V. *v.* 54. *Quod ego te per hanc dextram* oro *perque hujus ſolitudinem* obteſtor. Caeſar I. Gall. cap. XXXII. *quod Aeduos in ſervitute* videbat *Germanorum teneri, eorumque obſides eſſe apud Arioviſtum ac Sequanos* intelligebat. addit ſtatim *arbitrabatur, videbat, exiſtimabat*. adde notam ad Cic. I. epiſt. VI. n. 2. Sed ſane quod Grutero non ſuperfluum fuit, id aequo nos feramus animo, cum Codices ita velint. & cur non alterutrum omiſit cap. II. n. 2. *lubidinem dominandi cauſſam belli* habere, *maxumum gloriam in maximo imperio* putare. item Jug. cap. XXX. n. I. *Poſtquam res in Africa* geſtas, *quoque modo* actae *forent, fama divulgavit*. item infra cap. XXXV. num. 3. *quod non dignos homines honore honeſtatos* videbam, *meque falſa ſuſpicione alienatum* ſentiebam. ubi vide. Denique & *coepit* ei ſuſpectum. Sed tu vide notata ad cap. VII. n. I. Nam ne *ταυτολογεῖν* tibi videatur, efficiam ad cap. XXIII. *Cui cum* minus *gratus eſſet, quod inopia* minus *largiri poterat*.

2. EX DIVITIIS JUVENTUTEM. *Ex* i. e. per & propter divitias. cap. XIV. *ut cujuſque ſtudium ex aetate flagrabat*. cap. XXXV. *ſatisfactionem ex nulla* conſcientia *de culpa proponere decrevi*. cap. LVII. ex difficultate *rerum eadem illa exiſtumans*. Jug. cap. VII. *quorum alterum* ex providentia *timorem, alterum* ex audacia *temeritatem adferre plerumque ſolet*. adde ibi citata. Si mihi id juris eſſet, vocem *juventutem* alias ſibi ſedes quaerere juberem; cum vitia iſta non juventutis magis, quam aliarum aetatum fuerint, et ingrate ſatis cap. XIII. n. 4. eadem vox, ſi opus ſit, repetatur: & praeterea Verbum *invadere* alibi praeciſe ponatur. Niſi maluerit Criſpus a corrupto juventutis R. ſtatu mala Reip. & ipſam conjurationem deducere, ut res ejus florentes cap. VII. n. 4. a virtute juventutis deduxit.

CUM SUPERBIA. Quam demonſtrat *contemtu* omnium, magnificis villis, n. 3. & *abuſu* divitiarum ad externum ſplendorem, cap. XIII. n. I. ita ut nec modus nec modeſtia adſuerit. adde cap. X. n. 4. et modo dixerat de contemtu paupertatis.

RAPERE, CONSUMERE. Ex more luxuriae, quam iiſdem coloribus depingit Seneca I. Benef. *c.* IX. *Jam* rapta ſpargere, *ſparſa rapaci avaritia recolligere certant:* nihil penſi habere, *paupertatem alienam contemnere, ſuam, quam ullum aliud, vereri malum*. quod non immerito a Salluſtio eſſe adfirmat Lipſius. Id. I. Nat. Qu. Praef. *Luxuria pecuniam turpiter* amittens, *quam turpius* reparet. Ita & Ovid. I. Faſt. *v.* 213.

Quaerere *ut* abſumant, abſumta requirere *certant*:
Atque ipſae vitiis ſunt alimenta vices.

Simul, ne Grutero auſcultes, qui, quod hic *rapere* & reliqui Infinitivi inſeruntur, pro *invaſere* maluit *invadere*, confer ad cap. VI. num. I. Jug. collata.

SUA PARVI PENDERE, ALIENA C. Uti Catilina *alieni appetens, ſui profuſus*, cap. V. n. 4. Seneca Octav. *v.* 434.

Luxuria *victrix orbis immenſas opes*
Jampridem avaris manibus, ut perdat, rapit.

PUDOREM, PUDICITIAM. Male editiones *amicitiam* interponunt, quam quomodo Salluſtius inter *pudorem* & *pudicitiam* memorare, & omnino in ſententiam praeſentem referre potuerit, non video. Damnat eam vocem Fabric. uterque, Eccard. Remenſes & reliqui ad unum omnes. Damnavit etiam Jac. Tollius ad Auſon. Perioch. II. Iliad. p. 741. De *pudore* ſupra expoſui: *pudicitiam* ex cap. XIII. & XIV. cognoſcere poteris. Eadem jungit ſaepe Cicero, ut pro R. Dejotaro *cap.* X. *eum virum, unde* pudoris pudicitiae*que exempla peterentur*. ibi vide Nic. Abram. Intellige autem pudorem, pudicitiam *non penſam neque moderatam habere*, hoc eſt, non curare, nec iis temperare. plane ut cap. V. n. 6. *neque id quibus modis adſequeretur*, quidquam *penſi habebat*. & in aliis

promiſcua, nihil penſi atque moderati habere. Operae pretium eſt, 3
cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, viſere tem-

aliis ibi citatis. Quod ideo dico, ne aut cum Interpretatibus haeſites, aut ſpurium additamentum: *pro nihilo haberi* hic fruſtra deſideres, quod Codd. incorruptiores omnes excludunt.

DIVINA ATQUE HUMANA PROMISCUA. Sine diſcrimine, quod olim maximum erat. Livius v. *c.* XL. de Albinii erga Veſtales pietate: *ſalvo etiam tum* diſcrimine *divinarum humanarumque rerum*. Sed mores mali miſcent. Plaut. Trin. A. II. Sc. *v.* 7. *rapax*, *Avarus*, *invidus*, ſacrum *profanum*, publicum *privatum habent*. *Hiulca gens*.

NIHIL PENSI, ATQUE MODERATI HABERE. hoc eſt, non conſiderare, nec temperanter tractare. non curare, nec modeſte habere, poſtquam ſemel ſpreta ſunt. Hunc ſignificatum ex dictis ad cap. v. n. 6. & cap. XI. num. 5. tibi confirmabis. Gloſſ. Senat. I. *nihil cogitationis neque moderationis*. *Nihil penſi*, *atque* MSS. Rivii, ex noſtris Remenſ. I. Incert. I. Guelf. 5. 6. 9. II. 12. quod recipiendum eſſe, vel inde conjiceres, quod librarii varie immutarunt: alii *nec moderati*, ut Guelf. 7. alii *neque quidquam moderati*, ut Rem. 2. & Guelf. 10. alii *nihil*, alii *nihilque moderati*. vulgo *nihil penſi*, *neque moderati*. Nam etſi in B. Jug. ſemel atque iterum *nihil* & *neque* ſeſe excipiant; potuit hic tamen planius loqui. quippe ſi *neque* obtinet, adeſt duplex negatio; ſin *atque*, repetas tantum per Zeugma *nihil*, ut cap. XXXVI. *quiſquam*. patimur autem hoc, & ex regula putamus quando *Nihil* ultimo loco ponitur, ut Gell. XIII. *c.* XII. *Ratum tamen*, *penſum*que nihil *haberet*. quidni, quando ab initio? immo hoc vetuſtius. Lucillius apud Nonium cap. I. n. 165. Nihil *parvi*, ac *penſi*, *uti littera doceas lutum*. Sic Stat. II. Sylv. II. *v.* 150. 151.

> Non *tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca*
> *Divitias*, *avidi*que *animum diſpendia torquent*
> *Foenoris*.

Noſter Jug. cap. XCIX. n. 2. neque *omnino facere*, aut *providere quidquam poterant*, ubi in duobus ſcriptis reperi *neque providere*. adde XCVIII. n. I.

3. OPERAE PRETIUM EST. Simili connexionis modo uſus Ennius, loco infra citando, & cum alis Liv. III. *c.* XXVI. ubi de dictatore ab aratro memorat: Operae pretium *eſt* audire, *qui omnia prae divitiis humana ſpernunt*, cetera. & ſic narrat, quomodo & in quo habitu Cincinnatus repertus ſit. Horat. I. Sat. II. *v.* 37.

> Audire *eſt* operae pretium, - -
> - - - *ut omni parte laborent*.

Sic noſter *utile fore* dicit, luxuriam ſuae aetatis in exſtruendis aedificiis, & ipſa illa aedificia comparare cum templis, a majoribus aedificatis, quibus ſane religioſiſſimi mortales plurimum tribuere. ſic enim apertum fore, quam parcimonia antiqua profligata, & luxus actus ſit. & hoc erit operae pretium.

DOMOS ATQUE VILLAS. Domos *laxas* non magis, quam, ut Apulejus ait, *vice templorum exornatas*. Columnas, parietes marmore inductos, laquearia inaurata in eis cognoſcas ex Seneca Epiſt. CXV. adde de Tranqu. cap. I. & Martial. XII. epigr. L. Valer. Max. IV. c. IV. n. 7. *Anguſte ſe habitare nunc putat*, *cujus domus tantum patet*, *quantum Cincinnati rura patuerunt*. *Villarum* magnificentiam vix ſatis deſcribere poſſunt, vide Lipſium de Magnit. R. III. c. XIV. Kobierzyck. de luxu R. II. *c.* IX. breviter Varro I. de R. R. *c.* XIII. *Veteres* villas *faciebant ad fructuum rationem*, *hi faciunt ad* libidines *indomitas*. Eaſdem taxat Cato infra cap. LII.

COGNOVERIS. Didiceris earum magnificentiam, ſive adſpiciendo, ſive ab aliis accipiendo. ita enim hoc verbo de ſingularibus modis cognoſcendi utuntur. Juſtin. Praef. *Quod ad te*, *non tam* cognoſcendi, *quam emendandi cauſſa tranſmiſi*. adde Jug. *c.* LXXXIII. n. 2. Petron. Sat. cap. VII. *cum ego negarem me* cognoſcere *domum*, ubi ſimul *agnoſcere* denotare poteſt. Sueton. Calig. *c.* III. *Sicubi clarorum virorum ſepulcra* cognoſceret, *inferias manibus dabat*.

IN URBIUM MODUM. Eccard. & Rem. 2. *modos*: fuit etiam alia olim vocis terminatio in Guelf. 2. Vulgatum praefero. Seneca Excerpt. v. Controv. v. *Infinitis porrectae ſpatiis ambulationes*, & urbium ſolo *aedificatae* domus, *non nos prope a publico excludunt*? L. Seneca VII. Benef. *c.* x. aedificia *privata*, laxitatem urbium *magnarum vincentia*. Id. Ep. XC. *Non habebant domos* inſtar urbium. Diſtincte Apulejus de Deo Socr. p. 54. *Igitur illas aedificiorum ſpecies*, *in quas patrimonia ſua profuderunt*, *amoeniſſimas & extructiſſimas & ornatiſſimas deprehendas*: villas aemulas urbium *conditas*, domus vice templorum *exornatas*.

EXAEDIFICATAS. Agnoſcunt hoc verbi Guelf. I. 2. 5. Acad. Senat. I. Baſil. I. & 2. (3. *ex hac edificatas*, in quo idem verbum latet) Vinar. 2. & ed. vet. Guelf. I. additur Gloſſa. Ex *praepoſitum hic completiva eſt*. Academ. alia

ille vera via nititur ; huic quia bonae artes deſunt, dolis atque fal-
3 laciis contendit . Avaritia pecuniae ſtudium habet, quam nemo ſa-
piens concupivit. ea, quaſi venenis malis imbuta , corpus animum-
que

tela; equi, *viri; hoſtes*, *cives permixti*. *c.* LX. *clamor permixtus hortatione* , laetitia , gemitu . *c.* XCVII. equites, pedites *permixti*. Sic Liv. VII. *c.* XXXIV. *Sannites* dum huc, illuc *ſigna vertunt*. XLI. *c.* III. *terra* , *mari* . Cic. I. Offic. *c.* XVII. *Magna etiam illa communitas eſt* , *quae conficitur ex beneficiis* ultro, citro, datis, acceptis . Plaut. Aſin. Act. I. Sc. III. *v.* 94.

Dignos , indignos *adire atque experiri certum eſt mihi* .

Auſon. Cent. Nupt. extr. *Velit* , *nolit* . Terent. Eunuch. Act. V. Sc. VIII. *v.* 28. *Poſtulo* , *ut mihi tua domus te* praeſente , abſente *pateat*. ibi Donatus: *Proverbiale eſt* Praeſente , abſente , *ut* ſurſum, deorſum; ultro, citro, *& cetera hujusmodi:* fanda, neſanda ; juſta, injuſta ; digna , indigna; velit, nolit. Haec ille . Ceterum *bonus* eſt, qui beneſactis & praeclaris facinoribus ſtudet ; *ignavus* , qui non beneſacit Reip. & praeter merita ſua , honores tamen adipiſci vult . Vide ad *c.* VII. n. 2.

VERA VIA NITITUR. Rectis inſtitutis contendit, vero modo & bonis artibus comparare nititur. hoc Jug. *c.* I. n. 3. eſt, *ad gloriam virtutis* via *graſſatur*. haec enim *vera via*, ut per virtutis merita gloriam & honorem adipiſcaris. Ea figura *iter* dixerat *c.* II. extr. ut Cic. I. Phil. *c.* XIV. *ignorans verum* iter *gloriae*, & Plin. IX. ep. XIX. extr. *Uterque ad gloriam pari cupiditate*, diverſo itinere *contendit* . Sed *viam* etiam Plaut. Trinum. Act. III. Sc. II. *v.* 19.

Tibi paterque avusque facilem fecit & planam viam
Ad quaerendum honorem .

nititur & *contendit* per ſe poſita, requirunt, ut addas *ad ea* , ut Senec. Thyeſt. *v.* 436.

- - *Placet ire*, *ſed*
Alio, *quam* quo nitor, *abductus feror:*

quam Ellipſin , ſimul verba ſic praeciſe poſita ſemel atque iterum jam legimus. Occurrent ſimilia ad *c.* XXVI. n. 2. *Neque illi tamen ad* cavendum *dolus aut aſtutiae deerunt*. & *c.* XXXV. n. 3. *quod non dignos homines* honore *honeſtatos videbam*, *meque falſa ſuſpicione* alienatum *eſſe ſentiebam*. atque ſic Caeſar I. Gall. *c.* XIII. *Se ita a patribus majoribusque ſuis didiciſſe*, *ut magis virtute* , *quam dolo* contenderent, *aut inſidiis* niterentur. Sed maxime vide notam ad *c.* XLVI. n. 5. Baſil. 3. *Sed ille nititur vera via* , quod non omnino diſplicet.

HUIC QUIA BONAE ARTES DESUNT. In Guelf. 3. 11. 12. correctum eſt *huic* in *hic*. quod a manu prima habet 10. Male. Ignorarunt homines illi ejusmodi vocabula , quae duos Caſus ſuſtinere poſſent, elegantiae cauſſa cum illo Verbo conjungi eumque Caſum recipere , qui minus accommodatus videatur . Jug. *cap.* LXXXV. n. 4. *adhuc* , alii *ſi deliquere* , *omnia haec praeſidio* adſunt . Livius IV. Civis Romanus *ſi ſit ex plebe*, praeciſa *conſulatus ſpes erit* . cur non *civi Romano?* Nec aliter Cic. IV. ep. I. n. 8. Rem *vides*, *quomodo ſe habeat* . Nec Sulpic. epiſt. V. n. 2. *quia*, *per quos ea confieri debet* propinquos *ac* ſamiliares, *ipſi pari moleſtia adficiuntur*. ubi adnotata legiſſe dicta confirmabit . Juſtin. I. *c.* IV. Quem *ubi in manum mulier accepit* , *veluti ad notam* alluſit . ubi quidam intrudunt *puer*. intellige Qui, *ubi* eum *in manum* &c. Minuti animi eſſet cogitare *ille* & *hic* ſibi reſpondere debere , cum aliud *cap.* oſtendat . Sed Anaſtrophen ſimilem habes Jugurth. *cap.* IV. num. I. Cujus *de virtute* quia *multi dixere* , *praetereundum puto* . ubi & rationem praepoſuit , ſicuti *cap.* XV. & XVIII. extr.

3. PECUNIAE STUDIUM HABET. Eodem genere dicendi Silius XIII. *v.* 628.

- - *Nullos*, *o nate*, labores
Mors habuit *noſtra*.

hoc eſt, continet in ſe, ſtudet, laborat. Phaedr. I. Fab. XIX. in.

Habent inſidias *hominis blanditiae mali* .

cum nota Schefferi . Quinctil. II. *c.* XVIII. in. *Nullum exigens actum* , *ſed ipſo rei* , *cujus* ſtudium habet, *intellectu contenta*. & quaſi Paſſive, (nam ad utrumque Verbum in circumſcriptione aptum eſt) Cic. X. ep. XXVIII. n. I. *ut veſtrum illud divinum in remp. beneficium nonnullam* habet querelam . ep. XVIII. n. 2. *conſilium* , *quod* habere *poſſet* obtrectationem . Sic ſaepe Petronius. Baſil. 3. *avaritiae pecuniae ſtudium habent*. adde inſra *c.* LI. n. 20.

QUAM NEMO SAPIENS CONCUPIVIT. Nemo, qui intellexit , quo vera gloria ſit paranda . de quibus idem Cicero teſtatur I. Phil. *c.* XII. *Credo enim vos* , *homines nobiles* , *magna quaedam ſpectantes non* pecuniam , quae *ſemper ab ampliſſimo quoque clariſſimoque* contempta eſt, *ſed caritatem civium & gloriam* concupiſſe. Nec aliter Idem IV. Tuſc. Qu. *c.* XI. avaritiam definiit, quam per *opinationem vehementem de pecunia*, quaſi petenda ſit, *inhaerentem & penitus inſitam* . Exempla ejusmodi ſapientum ex Romanis pete ex Valer. Max. IV. *c.* III. & IV. quorum

&

que virilem effeminat: ſemper infinita, inſatiabilis, neque copia, neque ino-

& alibi multa inveniuntur. adde I. de Rep. Ord. *c.* VII. Nam de Philoſophis, qui divitias ſuas abjecerunt, hic non eſt memorandi locus. Talis fuit Democritus, Crates, Tuditanus, Lactant. III. *c.* XXIII. Anacharſis, Cic. V. Tuſc. Qu. Ariſtippus, Laertius in Vita: & tota Secta Cynica, Idem in Diogen. Cyn. de quibus operae pretium erit legiſſe Liban. Sophiſt. Declam. XXXVII.

QUASI VENENIS MALIS IMBUTA) inſecta, ut *c.* XIII. *animus* imbutus *malis artibus*. Liv. XXXIX. *c.* XI. *Illius excetrae delinimentis & venenis* imbutum, *nec vitrici*, *nec parentis*, *nec Deorum verecundiam habere*. Venenis *malis* dixit, quia venenum eſt τῶν μέσων, ſicut & virus, leg. 236. de V. S. ubi adjicitur, idem eſſe ac Graecorum φάρμακον. vide & leg. 3. §. 2. D. ad L. Corn. de Sicar. ac Gell. XII. *c.* IX. Nec male optimus Gronovius cenſet alludi hoc loco ad certa quaedam medicamenta ſeu venena, quae reddunt homines frigidos & inficiatos, h. e. impotentes ad Venerem. *effeminat* quippe ſubdidit. Mihi tamen utrobique ſententiae tantummodo quaedam lumina quaeſiviſſe videtur, & uti *effeminat*, pro *corrumpit virtutem*; ſic *malis venenis*, pro *pernicioſiſſima qualitate* dixiſſe; quemadmodum *venena mala* vim corporis animique deſtruere ſolent: dum aut *frigore ſanguinem gelant*, Quinctil. Decl. CCCL. aut *paullatim vires conſumunt*, Id. Declam. XIV. *c.* XII. Fabric. I. a manu tantum ſecunda *malis* habet, & mox *animum virilem effeminat*, omiſſo *corpus*. Perperam. Cicero IV. Tuſcul. Qu. *c.* XI. non multum diverſa ſimilitudine uſus eſt: *Nam cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quaſi quaedam Socratica* medicina, *quae* ſanaret *eam cupiditatem*: permanat in venas, *& inhaeret in viſceribus illud malum, exſiſtitque* morbus *& aegrotatio*. Quam eleganter autem ejusmodi Similitudines in omni genere Orationis uſurpentur Idem docuit in Bruto, in Oratore ad Brutum & alibi. praeter Longinum & Ariſtotel. III. Rhet. *c.* II.

CORPUSQUE ANIMUMQUE VIRILEM EFFEMINAT. *Schwaechet*, corrumpit, emollit, dum atterit virtutem animi & corporis. nam verbum plus ſignificans ad indignitatem rei tantum delectum eſt, uti *c.* XX. *illis annis ac* divitiis *omnia* conſenuerunt, Juſtin. I. *c.* VII. *Sic gens induſtria quondam, potens & manu ſtrenua*, effeminata *mollitie luxuriaque* (cauponias, ludicras artes & lenocinia exercere juſſi erant) *virtutem priſtinam perdidit*. Et ſic alii molliter hoc verbo, non de impura iſta effeminatione, aut plena deſtructione virium utuntur; ſed quod Columella VII. de R. R. *c.* XII. de vere effeminandis dixit per immaturam Venerem: capit *& corpus & vires, animumque degenerat*. Nihilominus hic locus jam olim magnos viros vexavit, qui quaeſiverunt & diſputarunt, *quonam modo* corpus *quoque hominis* effeminetur *per avaritiam*. apud A. Gellium III. *c.* I. Sed optime Favorinus ibi reſpondit, quod ita fiat, quando quaeſtui intenti laborem virilem & exercendi corporis ſtudium derelinquant. Dum enim opibus inhiant, humile aliquid quaerunt, & animus primo corrumpitur. (Cic. I. Offic. *c.* XX. *Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parvi, quam amare divitias*.) Dein, quia corpus non belli laboribus duratur, nec militiae intentus eſt, quae res uſu & labore maxime conſtat, neceſſario vires & fortitudo elangueſcit. Et hoc nominat corpus *effeminatum*, ſicut Alexander Perſas, qui bello non ſtuduerant prae congerendis divitiis, *feminas*. Curt. III. *c.* X. n. 9. *Aciem hoſtium, auro purpuraque fulgentem intueri jubebat, praedam non arma geſtantem, irent & imbellibus* feminis *aurum* viri *eriperent*. Qualem dictum Alexandri Epiri Regis memorat Liv. IX. *c.* XIX. & Curt. VIII. *c.* I. n. 37. adde Stewech. ad Veget. II. *c.* XXIII. Quantum vero illi, qui non adſiduo in uſu laboris militaris & armorum ſint, virtutis perdant, pluribus demonſtrat Gruter. Diſc. XXV. & XXXVII. in Tacit. ac ſpeciatim divitiarum ſtudium emollire populum, docet Forſtner. Not. Polit. in eumdem P. I. p. 443. ſeqq. Vinar. I. *corpus animumque* virile *effeminat*, quaſi remotiori Adjectivum aptandum & Neutrum praeſerendum putaſſet, ut Cicero V. ep. XXI. num. 14. culpa *& peccatum*, qua *ſemper caruiſti*. ubi vide. aut Noſter I. Hic *metus a Tarquinio & bellum grave* poſitum. Sed altera ratio, quae eſt in vulgata, aeque proba, & Sylleplin eſſe docuit Donatus ad Ter. Andr. Act. V. Sc. II. *v.* 3. adde ſupra *c.* X. n. 2.

SEMPER INFINITA, INSATIABILIS EST. Lege Cohel. *c.* V. comm. 9. Ariſtotel. II. Polit. *c.* V. Claudian. I. Ruffin. *v.* 186.

Quo veſane ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Jungantur ſolium Croeſi, Cyrique tiara.
Numquam dives eris, numquam ſatiabere quaeſtu;
Semper inops quicumque cupit

Quod Auſonius dixit: *Cui nullus finis capiendi, nullus habendi eſt*. Contra Quinctil. Decl. XIII. *Satis divitiarum eſt, nihil amplius velle*. Confer, ſi cata dicta te delectant, Senec. II. Benef. *c.* XXVII. VII. *c.* II. ad Helv. *c.* XI. ep. XIV. XVI. CVIII. Juſtin.

Digitized by Google

4 inopia minuitur. Sed poſtquam L. Sulla armis recepta Republica, bonis initiis malos eventus habuit; rapere omnes, trahere, domum alius,

Juſtin. VI. in. Minuc. Fel. *c.* XXXVI. Prudent. Hamartig. *v.* 254. Ambr. Serm. LXXXI. Zenon. Veron. de Avarit. Serm. I. Hieron. Ep. CIII. ad Paullin. ubi meminit antiqui dicti, quod Senecae eſt, ſed jam Ennio atque Catoni tribuit Jo. Saliſber. Carm. ad Opus ſuum Policr. *Avaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet*. Hic vero animoſe ſatis Guelf. I. *ſemper infinita, ſemper inſatiabilis eſt*. non tamen vere. Verbum Subſtantivum exulat in Sen. 2. et Baſil. 3. & maxime, quando aliud Verbum ſequitur, Salluſtius *Eſſe* omiſit. cap. XXXIX. n. I. *plebis ope* imminutae, *paucorum potentia* crevit. Jug. cap. L. n. I. *ubi Numidas* quietos, *neque colle* digredi *animadvertit*. & ſic iterum atque iterum. vide Jug. cap. XCII. n. 2.

Neque copia, neque inopia minuitur. Eccard. *neque augetur copia, neque minuitur inopia*. inepte. Sed iſte *inopia minui poſſe* avaritiam, ita non intellexit, ut iſti, qui hic vel *neque* vel *inopia* ejecerunt, aut in *impia* immutarunt: cum tamen ſimile ſit dictum illi: *Ambitionem neque* contemtu, *neque honore vinces*. *Copia* autem non minuitur, quia ſibi inops videtur. Boetius II. Metr. II. extr.

Numquam dives agit, qui trepidus gemens
Seſe credit egentem.

Alani Planct. Naturae Metr. VII. *v.* 15.

Nil habet ergo miſer, dum nil ſe credit habere

Pacat. Paneg. *c.* XXV. *Creſcebat indies habendi fames, & parandi rabiem* parta irritabant. Horat. III. Od. XVI. *v.* 17.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam
Majorumque *fames*.

4. Armis recepta rep. Per arma. Ne metuas concurſum ejuſdem caſus, maxime cum proxima *bonis initiis* etiam ſexto caſu accipiant, vide Cic. XI. ep. V. n. 7. & quae ibi. Id. VI. ep. II. n. 5. *armis* conditione *poſitis*. Alcimus Avitus IV. *v.* 217.

- - - Obice *rupta*,
Saevit laxatis excurrens humor habenis.

Livius XXXI. *c.* XLV. *Poſtea juſtum bellum* decretis *civitatis ultro* indicendo *factum*. & XXXII. extr. *firmatis* praeſidio *Argis*. adde infra cap. XLV. n. I. Valer. Max. IV. *c.* III. n. 6. honoribus & auctoritate *omni* cive, temporibus *ſuis*, *major*. Sed *Recepta* proprie eſt *rurſus capta rep.* & *liberata* ab illis, qui occuparunt. Sic Africanus captum ab Antiocho *armis ſe* recepturum *filium dixerat* apud Juſtin. XXXI. *c.* VII. Idem V. *c.* IV. *ubique victor* recipit *civitates, quae defecerant*. Liv. XXVI. *c.* XXXII. *Urbem* recipi, *non* capi: & receptam *legibus antiquis & libertate ſtabiliri*. Et ſane Syllae Reſp. *recipienda* erat, quam Mariani *ceperant*, ut perſpicue narrat Florus III. *c.* XXI. Eutrop. V. *c.* III. & V. ceteri.

Bonis initiis. Defendebat enim initio Optimates; quos Mariani foede laceraverant. Vellej. II. *c.* XXV. *Putares, Sullam veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem, tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque, cum ſingulari cura frugum, agrorum, hominum urbium perduxit, in Campaniam*, & quae ſequuntur. Valer. Max. IX. *c.* II. n. I. *Sylla dum* quaerit victorias, Scipionem *ſe populo R. dum exercet, Annibalem repraeſentavit*. Aſcon. in Orat. I. pro C. Cornel. *Sulla ab initiis bonarum actionum ad perditas progreſſus*. Latius interpretatur bona initia & malos eventus Jul. Exſuperant. de B. Civ. *c.* V. Porro Gruterus edidit: *ex bonis initiis*, quomodo de noſtris Acad. Rem. I. Baſil. 3. Guelf. 7. 8. & a manu ſecunda 12. Sed 3. 4. 6. et Struv. perſpicue *de bonis initiis*. Ceteri nullam praepoſitionem agnoſcunt: nec eſt in Aldina, & Waſſiana. Et profecto qui Auguſtin. III. de Civ. D. *c.* VII. conſideraverit: *Horum bonorum* initiorum *nondum malos* eventus *habuit*, is intelliget Salluſtium *bonis initiis* dandi caſu dixiſſe, pro Genitivo *bonorum initiorum*: ad quam elegantiam non adſurgit dixiſſe *de* vel *ex bonis initiis*. Et haec conſtructio Criſpo eſt imprimis frequens. Sic *c.* XXIV. quaeſtui *modum facere*. cap. XXXII. num. I. *quod neque* inſidiae conſuli *procedebant*. ubi vide alia, ut & ad cap. XL. *quem* exitum *tantis* malis *ſperarent*. Gellius XIX. *c.* IX. *quam principem* ſibi *vitae* habuerat. Tacit. XIII. Ann. *c.* LI. *& quae alia* exactionibus *publicis* nomina *publicani invenerant*. Livius VI. cap. VIII. malis conſiliis *pares adepti eventus*. ubi Dandi caſum ab Nomine *pares* pendere dices. Sed cum *eventus* duplici notione dicantur, pro hoc Dandi caſu non potuit, niſi cum Amphibolia & obſcuritate, Gignendi adhibere. Non tamen adeo contra nitar, ſi quis *bonis initiis* abſolute poſita eſſe dicat ut cap. IX. extr.

Malos eventus habuit. *Eventus habuiſſe* dicitur Sulla, ut Vellej. Pat. II. *c.* XXVII. de eodem: *Si eumdem & vincendi, & vivendi* finem habuiſſet. C. Nep. Eumen. *c.* XIII. *talem* habuit exitum *vitae*: quod & apud alios legere licet. pro quo Senec. Ep. CXV. *Exſpectarent, viderentque, quem admirator auri* exitum faceret. Manilius vero

Digitized by Google

alius, alius agros cupere: neque modum, neque modeſtiam victores habere, foeda crudeliaque in civibus facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sulla exercitum, quem in Aſiam ductaverat, quo ſibi fidum faceret, contra morem majorum, luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat. loca

vero, Livius & Lucanus malunt *eventum dare*. Sed & Plancus Cic. x. ep. xviii. n. 7. *res nunc magnam adfert ſollicitudinem*, *magnumque* habet caſum. Cic. v. Phil. cap. xvi. *Fugam quaerebamus omnes*, *quae ipſa* exitum *non* habebat.

RAPERE OMNES. Idem de Sullanis obſervat Vellej. ii. c. xxii. *Poſtea id quoque acceſſit*, *ut ſaevitiae cauſſam avaritia praeberet*, *& modus culpae ex pecuniae modo conſtitueretur*; *& qui fuiſſet locuples*, *fieret nocens*, *ſui quiſque periculi merces foret*; *nec quidquam videretur turpe*, *quod eſſet quaeſtuoſum*. Hinc & Cicero ii. Offic. *cap.* viii. teſtatur, *poſt Sullae victoriam bonos mores*, *qui jam antea fuiſſent imminuti*, *penitus amiſſos eſſe*.

TRAHERE. Verbum aptum rapinis, & Noſtro de illis frequentatum. vide ad Jug. c. xli. *Sibi quiſque ducere*, trahere, *rapere*.

AGRUM CUPERE. *Cupere* illi ſignate dicuntur, qui adpetunt rem alienam, etiamſi eam non adſervent, ut avari, ſed profundant. Sic c. xii. *ſua parvi pendere*, *aliena* cupere. Auſon. Idyll. ii. v. v4.

Felicem ſcivi, *non qui*, *quod vellet*, *haberet*:
Sed qui per fatum non data non cuperet.

Sueton. Galba c. xii. *Titus Vinius*, *legatus ejus in Hiſpania*, cupiditatis *immenſae*. adde Brockhus ad Tibull. i. eleg. i. v. 90. Ducker. ad Flor. iii. cap. xi. n. 2. & iv. cap. xii. n. 12.

NEQUE MODUM, NEQUE MODESTIAM HABERE. neque *finem*, neque *pudorem*, ut vel hujus vel illius peperciſſent. Conjungit utrumque Noſter Jug. c. xli. & infra cap. xxxvii. num. 3. Plautus Bacchid. A. iv. Sc. iii. v. 2. *ſine* modo *&* modeſtia *ſum*. *Modum habere* recte dicitur, ut Cic. ii. de Fin. *Ergo & avarus erit*, *ſed finite*: *& adulter*, *verum* habebit modum: *& luxurioſus*, *eodem modo*. Quinctil. x. c. vii. *poſtremo* habebunt modum *& finem*. uti leg. i. pr. D. de curat. Furioſ. *qui neque tempus*, *neque* finem *expenſarum* habet. Calpurn. Flacc. Declam. xii. extr. Modum *non* habet *iracundia mentiendi*. Apulej. de Hab. D. Plat. p. 21. *immoderatum ingenium*, *in quaecunque proruerit*, modum *non* habet.

IN CIVIBUS FACINORA FACERE. Vulgo *in cives*. Sed in Regio Cod. I. Waſse repperit *civibus*, quod ita mutarunt ſcioli, ut ſupra c. ix. n. 2. *in* amicis *fideles erant*. Firmat non Caſſiodorus modo: *Non permittatis a famulis veſtris fieri* in civibus, *quod adhuc debet in hoſtibus accuſari*: ſed etiam Seneca Thyeſt. v. 309.

In patre facient, *quidquid in patruo doces*.

& alia, quae jam praecepit P. Burmannus ad Quinctil. Decl. xv. c. vi. Juſtin. xxxviii. c. vi. *Neque* in ſe uno, *ſed* in aliis omnibus *hac ſemper arte graſſatus*. *facinora facere* ad cap. vii. n. 6. illuſtravi. Heuſſ. *facinora facere*.

5. QUEM IN ASIAM DUCTAVERAT. Taxaverunt quidam ex veteribus Phraſin Salluſtii *ductare exercitum*, de quo dicam ad Jug. c. lxx. n. 2. Vulgo *in Aſia* editur. Sed *in Aſiam* Ciacconius in vet. ſuo libro, Waſſe in tribus, ego in Guelf. 1. 2. 3. 5. 7. 12. Eccard. Incerto utroque, & Acad. deprehendi: Neque aliter Remenſ. 1. atque Baſil. 1. & 3. etſi in quibuſdam manus non ſatis fida. Similiter ſcriptum invenit in MSS. Schegkius uti ad Vellej. Pat. ii. c. lix. teſtatur. Et recte illud dici pro *intra Aſiam* pluribus adſtruxi ad *cap.* xix. n. 3. in provinciam *iter faciens*.

QUO SIBI FIDUM FACERET. Eodem conſilio Marius Jug. *cap.* lxiv. *milites laxiore imperio habebat*. et Auguſtus Tacit. i. Ann. c. ii. *donis pellexit*. Quantae vero initium cladis & corruptionis illud fuerit ſub imperatoribus ex Herodiano & Tacito abunde conſtat. & recte Auct. B. Alexand. c. xlviii. *Multa praeterea & magna praemia ſingulis concedebat*, *quae ſpecioſum reddebant praeſentem exercitus* amorem; *paullatim tamen & occulte militarem* diſciplinam *ſeveritatemque* minuebant. Militum amorem quanto ſtudio ſibi etiam tum Quaeſtor conciliaverit, eleganter Noſter Jug. c. xcvi.

CONTRA MOREM MAJORUM. Qui valde ſeveri in diſciplina militari fuerunt, vide Veget. i. c. viii. Valer. Max. ii. c. vii. et viii. pr. Gell. ii. c. xxiv. Noſtrum Jug. c. xl. xliv. xlv.

LUXURIOSE N. LIBERALITER HABUERIT. *Luxurioſe habere* eſt facere, ut ſolutus ſit. is enim eſt proprie *luxurioſus*, a *luxo* quaſi *laxo* & *ſoluto*, vide Feſtum p. 209. *liberaliter habere* eſt tractare liberaliter, indulgere & donare illis multa. erat enim *Sulla multarum rerum & maxime pecuniae largitor*, Jug. cap. xcv. pro eo *arcte & opulenter colere* dixit Marius Jug. *cap.* lxxxv. Sed infra c. xiv. *parum* honeſte *pudicitiam habere* occurrit. adde c. viii. n. 2. & Jug. c. ciii. n. 5. *accurate & liberaliter* habere. Livius xxix. c. viii. *Ita* ſuperbe & crudeliter habiti *Locrenſes*

loca amoena, voluptaria facile in otio ferocis militum animos mol-
6 liverant. Ibi primum inſuevit exercitus populi Romani amare, potare; ſigna,

ab Carthaginienſibus fuerant. Id. XXVVII. *cap.* XXXIV. *neque* liberalius, *neque* benignius haberi, *colique adoleſcentem, quam cultus eſt, potuiſſe*. Id. XXXIX. *c.* I. *Exercitus praecipue ſub imperio Cn. Manlii* ſolute *ac* negligenter habiti *ſunt*. Dictys I. *c.* II. *ibi* largiter magnifice*que eos* habuere. Flor. I. *c.* XVIII. *Captivos* indulgenter habuit. quae adduxi, ut videres, idem iſtam dictionem eſſe, ac *indulgenter & liberaliter tractaverat: indulgens & liberalis in militem fuerat*.

LOCA AMOENA, VOLUPTARIA. *Amoena loca*, ſunt aſpectu jucunda, non tantum natura, ſed etiam opere naturam aliquomodo imitante, ornata, ut *tabulis*, *ſignis*, quae mox memorat. Sic Liv. XXXIX. *c.* I. memorat *amoenitatem urbium Aſiaticarum*, & opponit *loca montana & aſpera*. Tacit. III. Ann. *c.* VII. *Vagus interim per* amoena *Aſiae atque Achajae*. C. Nep. Attic. *c.* XIII. *Domum habuit*, *cujus* amoenitas *non* aedificio, *ſed ſilva conſtabat*. Vellej. II. *c.* I. *porticum amoeniſſimam*. Et fateor, ut plurimum de naturali jucunditate locorum dici. Quinctil. XII. *c.* IX. *Nam ut gerentibus bella non ſemper exercitus per plana &* amoena *ducendus eſt, ſed adeundi plerumque* aſperi *colles*, cetera. adde Curt. V. *c.* I. n. 35. ſeqq. & de Aſiae *amoenitate*, ut ipſa verba habent, Liv. XXXVIII. *c.* XVII. Flor. II. *cap.* XI. *Voluptaria loca*, ubi voluptatibus indulgetur, earumque inſtrumenta praeſto ſunt. lege Curtium l. c. mira narrantem, & quae Liv. XXXIX. *c.* VI *Poſſeſſiones voluptarias* vocat captas in Aſia civitates Juſtin. XXXI. extr. Plautus vocem exponit Poen. A. III. Sc. II. *v.* 25. *Liberum ut commonſtremus tibi* locum, *&* voluptarium, Ubi *ames*, *potes*, *pergraecere*. Perperam igitur Baſil. 3. *voluptuoſa* a manu ſecunda. *facile* deeſt Heuſſ.

FEROCIS MILITUM ANIMOS. Duros, acres & ſtrenuos. *ferox* enim in laude eſt apud militem. Jug. *c.* CVI. *ille animo* feroci *negat*, *ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere*. Livius III. *c.* XLVII. ferociter *facta*. Id. XXXVIII. Feroces *ad bellandum viri*. C. Nepos Them. *c.* II. ferociorem *reddidit civitatem*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXVI. *Si quid ardoris ac* ferociae *miles habuerit, popinis & commeſſationibus, & principis imitatione deteritur*. Et quomodo *facinus*, *libidinem* in meliorem partem dicta habuimus; ſic et quaedam Adjectiva, ut *Elatus* apud Cicer. I. Offic. *c.* XIX. *Altus* apud Flor. IV. *c.* VII. n. 47. et Cic. pro Milon. *c.* VIII. *Superbus*, apud Silium X. *v.* 573. contra vulgarem conſuetudinem uſurpata invenire licet.

MOLLIVERANT. Fervorem & audaciam iſtam militarem fregerant & comminuerant. Cic. de Senect. *c.* IV. *Fabius Annibalem juveniliter exſultantem patientia ſua* molliebat. vide ibi viros doctos. Sed de locis amoenis & voluptariis, quae corporis gaudiis favent, longe elegantius dicitur, ut apud Valer. Max. II. *cap.* VI. *n.* I. *Spartana civitas civium oculos a contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris ejus capti, ad* delicatius *vitae genus prolaberentur*. Et *Pauſanias, ut primum ſe Aſiae moribus permiſit*, fortitudinem *ſuam* effeminato *ejus cultu* mollire *non erubuit*. Quantum ejuſmodi loca faciant ad corrumpendos milites, vel unus Hannibal doceat, cui *Capuam Cannas fuiſſe*, Marcellus dixit apud Liv. XXXIII. *c.* XLV. Confer Senec. Ep. LI. Valer. Max. IV. *c.* I.

6. IBI PRIMUM INSUEVIT. Omnia nempe iſta ſimul. Nam jam Syracuſis capeis idem narrat Livius XXV. *c.* XL. *inde primum initium* mirandi *Graecarum artium opera, licentiaeque huic ſacra profanaque omnia vulgo ſpoliandi factum eſt*. Et ad Aſiam a L. Scipione devictam retulit Plin. XXXIII. *cap.* XI. *Aſia* primum *devicta luxuriam miſit in Italiam. Eadem*, addit, *Aſia domata multo etiam gravius adflixit mores inutiliorque victoria illa hereditas Attalo rege mortuo fuit*. Ibid. tamen & C. Nep. tradit, *ante* Sullae *victoriam duo tantum triclinia Romae fuiſſe argentea*. adde XXXIV. *c.* VII. Flor. III. *c.* XII. *Syria prima nos victa corrupit: mox A*ſiatica *Pergameni Regis hereditas*. Juſt. XXXVI. extr. *Sic Aſia Romanorum facta, cum opibus ſuis vitia quoque Romam tranſmiſit*. Sic de Aſia conſentiunt, de Sullae militibus non item. niſi conjuncta iſta vitia omnia, & maxime corrupta militum diſciplina te expediverint.

AMARE, POTARE. Veneri indulgere. Sic Jug. *c.* LXXXV. n. 41. *Quin ergo, quod juvat, quod carum aeſtumant, id ſemper faciant:* ament, *potent*. Plaut. Truc. A. I. Sc. I. *v.* 56. *Re placida atque otioſa, victis hoſtibus*, Amare *oportet omnes, qui, quod dent, habent*. Lamprid. Sever. *c.* LIII. *Milites Romani* armant, *potant*, *lavant*. De *potare* verbo, quod ſit largius ſeſe invitare & ſaepe, vide quae collegit Brockhuſ. ad Tibull. I. eleg. XI. *v.* 31.

SIGNA. *Statuas* dicere poſſumus, quas tamen *a ſignis* ſeparat Plin. I. ep. XX. n. 5. & recte quidem, cum *Signa* latius pateant, & *ſtatuas* in ſe comprehendant, quae hoc nomine ornantur, quando publico maxime loco *ſtatuuntur*: & praeterea dimidiatae etiam, aut materiae inhaerentes

ſigna, tabulas pictas, vaſa caelata mirari; ea privatim ac publice
rapere; delubra ſpoliare; ſacra profanaque omnia polluere. Igitur 7
hi milites, poſtquam victoriam adepti ſunt, nihil reliqui victis fecere.
Quip-

tes Figurae, ut Hermae &c, *Signa* ſunt, non non per ſe ſtatuae. vide Struv. Antiq. Rom. p. 536. Aur. Vict. V. Illuſt. *c.* LX. *Mummius Corinthum* ſignis *tabuliſque ſpoliavit*. & de eod. Front. IV. Strat. *c.* III. n. 15. *L. Mummius, Corintho capto, non Italiam ſolum, ſed etiam provinciam tabulis* ſtatuiſ*que exornavit*. Conf. Cic. pro Domo *c.* XLIII. pro L. Man. *c.* XIV. Plin. XXXIV. *c.* II. & paſſim.

TABULAS PICTAS. Picturas in tabulis. Cic. IV. Verr. *c.* I. *nego ullam* picturam *neque* in tabula, *neque* textili *fuiſſe, quin conquiſieris*. Quando & cur magnifecerint Romani, exſequitur Plin. XXXV. *c.* IV. In Graecia multas tabulas fuiſſe, Athenienſium *Poecile* declarabit, C. Nep. Milt. *c.* VI. & Plin. XXXV. *c.* VIII. unde jam de jucunditate & gratia ejuſmodi tabularum judicare poteris.

VASA CAELATA. Toreumata vocat *cap.* XX. quae auro & argento diſtincta erant, ſimulacris nempe quibuſcumque, quae prominerent, inſertis. Sen. Ep. V. *Non habeamus argentum, in quod ſolidi auri* caelatura *deſcenderit*. Liv. IX. *c.* XL. *Duo exercitus erant: ſcuta alterius auro, alterius argento* caelaverunt. *Filice* etiam caelaſſe ex Cic. VI. ad Attic. ep. I. & I. Parad. *c.* III. conſtat. De *Caelatura* vide Quinct. II. *c.* XXI. & quos ibi citarunt. inprimis Salmaſ. Exercit. Plin. p. 774.

MIRARI. Quae alias contemſerant. Sic locutus Liv. XXV. *c.* XL. Juven. Sat. XI. *v.* 100. *Tunc rudis & Grajas* mirari *neſcius artes-frangebat pocula miles*. Sed Plin. XXXIII. *c.* XI. amare *etiam, non ſolum* admirari, *opulentiam externam*.

PRIVATIM AC PUBLICE RAPERE. *Privatim*, i. pro ſe quiſque; *publice* i. publico nomine, ubi omnis exercitus, aut qui erant cum imperio & poteſtate rapiebant, tamquam praedam populi R. Nam ita tam aliis, quam his ſingulatim Adverbiis utuntur, ut integrum ſenſum ſuſtinere videantur. De locis autem publicis aut privatis quo minus capiamus, prohibent proxima. Sic infra *c.* XL. n. I. publice privatim*que aere alieno oppreſſi*. ubi vide. adde ad Jug. *c.* VIII. n. 2. Eod. *c.* XXXII. n. 5. poſtquam de *fide publica* dixerat: privatim *praeterea ſuam fidem interponit*. Alii alio ſenſu: ut Spart. Nigro *c.* X. *Juſſit ut nummos* publice *commendarent, recepturi poſt praelia, quod dederant*. Gell. XV. *c.* IV. *comparandis mulis & vehiculis, quae magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, praebenda* publice *conduxiſſet*. quod Dioni LIII. p. 506. eſt *παρὰ τοῦ δημοσίου*. Vellej. Pat. *c.* XXXIII. *in ea jugulati civis R.* publice *conſtitueretur auctoramentum*. adde de vi Adverbii infra *c.* XIV. n. 3. & *c.* XL. n. I. item Jug. *c.* XVIII. n. II. et Gronov. ad Liv. IV. *c.* XIII.

DELUBRA DEORUM. Illud *deorum* tantummodo exſtat in Gu. 12. Ceteri omnes non agnoſcunt. vid. *c.* XII. n. 4. Cic. modo addit, modo omittit, quem vid. Divin. in Caec. *c.* I. ubi Schol. a Gronovio primum editus laborat in derivatione hujus vocabuli. A *deluendo* plerique deducunt, ut Serv. ad IV. Aen. Iſid. XV. *c.* IV. Orig. Fronto p. 1330. Sed non quod *aqua ibi deluantur peccata*, quod illis viſum; ſed quoniam *deluere* eſt ſolvere, auctore Feſto p. 116. & pleraque omnia templa *ex votis* condita ſunt, quae ita ſolvebant: ac in illis ipſis locus erat, ubi & alia vota ſolvebantur. Sic *Jovi Statori* templum vovit Romulus ap. Liv. *c.* XII. *Bellonae* Appius Claudius, Liv. X. *c.* XIX. *Concordiae* Furius Camillus, Ovid. I. Faſt. *v.* 639. aliam in arce Tarpeja L. Manlius, Liv. XXII. *c.* XXXIII. alii alia. & alteram meam ſententiae partem confirmat Fronto: Delubrum, *in quo homines pericula ſua diluunt: ponunt enim vel pileum, vel ſcutum, vel alia ſuſcepta votis*.

SACRA P. O. Gu. 3. *omnia* & 9. *que* a manu prima non habuerunt. hoc ſi abeſſet, foret, ut illud Quinct. Decl. I. *c.* X. *Omnia* humana, ſacra *confudit*. Sed tam copulam, quam *omnia* retinet in formula Flor. III. *c.* V. n. 7. *Tum quidem domus, templa & arae, humana* omnia atque *divina jura violata ſunt*. Cic. pro Roſc. Am. *c.* XXIII. *cum* omnia *divina* atque *humana jura ſcelere nefario polluiſſet*. & Vinc. Lir. I. Common. *c.* VI. *nequaquam deſtitit univerſa miſcere atque vexare, privata ac publica, ſacra profana*que *omnia, nullum boni & veri gerere diſcrimen*. Noſter quamvis mox *c.* XII. n. 2. *divina* atque *humana promiſcue habere* dixerit; alibi tamen ſervat, & *c.* XIII. n. 3. *veſcendi cauſſa terra marique* omnia *exquirere*. adde *c.* XXX. n. 4. Jug. *c.* V. n. 2. & XXXI. n. 9. De re graviter conqueſtus eſt Cicero pro L. Manil. cap. XXII.

7. NIHIL RELIQUI VICTIS FECERE. Nihil reliquerunt, quod contra majores facere ſolebant, *c.* XII. n. 5. *nihil* reliqui *facere* eſt pro *reliquum*, ut ſupra *nihil penſi habere*. Hinc Cic. II. Verr. *c.* XXXV. quos *cives belli calamitas* reliquos *fecerat*. Noſter *cap.* XXVIII. n. 6. *quibus lubido & luxuria ex magnis rapinis* nihil reliqui *fecerant*. ibi vide.

8. SAPIENTIUM ANIMOS. Sic ſcribunt Gu. I. 4. 5. Fab. uterque, Acad. Sen. I. Incert. Baſil. I. Struv.

8 Quippe ſecundae res ſapientium animos fatigant : ne illi corruptis moribus victoriae temperarent.

CAP. XII.

POſtquam divitiae honori eſse coepere, & eas gloria, imperium, potentia

Eccard. & forte Remenſ. ceteri cum vulgaribus *ſapientum*. Sic infra *c.* XL. n. 2. *civitatium*. c. XXI. n. 2. *locupletium*. c. XXVI. n. 4. *clientium*. & de his quidem Chariſ. I. p. 103. Regulam ſuppeditat: *Trium generum nomina Genitivo plurali I ante VM debent recipere*. adde Varr. VII. de L. L. ad fin. & quae infra ad c. XL. n. 2.

FATIGANT. Corrumpunt, ut in animi virtute laſſi quaſi, & negligentes evadant. Curt. v. *c.* III. n. 13. *metuere ſeſe, ne victoris indulgentiam* fatigaret. de re Tacit. II. Hiſt. *c.* VII. *Rebus ſecundis etiam egregii duces inſoleſcunt*. Conferatur Id. I. Hiſt. *c.* XV. Claud. II. Stilic. *v.* 160. Juſtin. VIII. *c.* I. Ariſtotel. II. Rhet. *cap.* XVIII. Polit. V. *c.* VIII. Cic. I. Offic. *c.* XXVI. Cato apud Gellium VII. *c.* III. & alii.

NE ILLI C. M. *Ne* pro vulgato *Nedum*, hujus ſignificatione, ex noſtris Fab. I. Gu. I. 2. 5. & 12. Sen. uterque (primus vero a manu prima habuerat *ni*, ſolenni iſta permutatione, de qua Diſſ. I. de Uſu Orthogr. *c.* III.) Baſ. I. (qui in margine pro V. L. *nedum*) & 2. Heuſ. Vin. 2. cum ed. vet. & ſic Plaut. Caſin. A. V. Sc. IV. *v.* 23. *Si umquam occoepſo modo*. Ne *ut eam amaſſo*, cum nota Gronovii, qua ſua citavit ad Liv. III. *c.* LII. Cic. IX. ep. XXV. n. 7. *Me vero nihil iſtorum ne juvenem quidem movit umquam*, ne *nunc ſenem*, quem etiam Gronovium citaſse video. Praecepit etiam Apulej. Apolog. p. 317. *At hoc ego Aemiliano----vix credidiſſem*. ne *huic frutici credam*: quemadmodum quaedam illi Rivius & Schottus II. Obſerv. *c.* XXVI. praeceperant. Vin. 2. *ne illi corrupti* in omnibus *obt. vict.*

VICTORIAE TEMPERARENT. Sic Fab. & Gu. 12. ita quidem, ut litura teſtetur adfuiſſe primitus *obtemperent*. Sed ſine litura Guelf. 5. Sen. I. Baſil. I. Rem. 2. ut adeo in hac elegantiſsima ſententia ſoli Guelf. 5. Sen. I. & Baſil. I. omnibus in vocabulis ſani fuerint. Dictio non adeo rara, tamen imponere potuit librariis. Eſt autem *temperare vict.* idem quod moderari, modum imponere illi, ut ne inſolenter illa utaris. Sic extulit Livius XLI. modum imponere *ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati praeſentis fortunae. praeſtantis hominis & merito felicis eſt*. Sic ille XXX. *cap.* XX. & Tacit. XV. Ann. *cap.* XVI. *temperare lacrimis* dixere. Rurſus Liv. II. c. XXXIII. *Nec* temperatum manibus *foret, ni propere conſules interveniſſent*. Quinctil. X. *cap.* I. *Ovidii Medea videtur mihi oſtendere, quantum vir ille praeſtare potuerit, ſi* ingenio *ſuo* temperare, *quam* indulgere *maluiſſet*. ubi cave *imperare* elegantius eſſe credas. Idem v. extremo: His *tamen* habendus modus, *ut ſint ornamento non impedimento*. ubi itidem nihil mutandum. ut Horatius: *Qui non moderabitur* irae. Sidonius IX. epiſt. III. *hiſce de cauſſis* temperavi ſtilo. Nec fruſtra Chariſ. V. p. 266. adnotavit *Tempero tibi* & *te* dici: ut non audiendus ſit Servius ad I. Georg. *v.* 360. *Jam* ſibi *tum curvis male* temperat *unda carinis*, explicans: *male temperat ſeipſam ſibi*.

CAP. XII. I. HONORI ESSE COEPERE. In pretio, quas ante nemo ſapiens concupiverat. Plaut. Trin. A. IV. Sc. III. *v.* 21.

Utinam veteres mores, veteres parſimoniae
Potius majori honori *hic* eſſent, *quam mores mali*.

Seneca Ep. CXV. *Pecunia ex quo* in honore *eſſe coepit, verus rerum honor cecidit, mercatoreſque & venales invicem facti - Denique eo mores redacti ſunt, ut* paupertas *maledicto probroque ſit, contemta divitibus, inviſa pauperibus*.

POTENTIA SEQUEBATUR. Illis adhaerebat, per illas acquirebatur. Sic cap. III. n. 2. *Scriptorem & auctorem* ſequitur *gloria*. ibi vide. Sed Fabr. I. Acad. Incert. 2. & Guelf. 10. 11. 12. *ſequebantur*. Noſter tamen alibi pluribus Nominibus ſingulare verbum ſubjungit, ut cap. XXV. n. 3. *ſed ei cariora ſemper omnia, quam* decus *atque* pudicitia fuit XXV. extr. *multae facetiae multuſque lepos* inerat. c. LII. libertas *&* anima *in dubio* eſt. Jug. cap. XXXIX. n. 5. *quos licentia atque laſcivia* corruperat. adde collata ad Cic. III. ep. X. n. 22. Praeterea Tempora permutavit *coepere* dicendo & *ſequebatur*, ut ſupra cap. X. n. I. *Carthago* interiit, *cuncta* patebant. infra cap. XX. n. I. ſecedit, *& orationem* habuit. XLVIII. num. 4. *ne* terrerent, *eoque magis* properet. LII. n. 24. Conjuravere *nobiliſſumi cives, Gallorum gentem* arceſſunt. & Caeſar I. B. Gall. cap. XLIII. *ſua ſenatuſque in eum beneficia* commemoravit - quam *rem paucis contigiſſe* docebat. Livius XXXVIII. *cap.* XL. *Thracas praeda ad caedam* praebet; *Romanos iniquitas locorum* prodebat. Itaque nihil contra libros mutandum in fragm. Cic. Orat. I. pro Corn. p. 969. *Romam armata*

tentia ſequebatur: hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocentia

mati revertuntur, *in Aventino* conſederunt. ubi Patricius eo, quod ſequatur *conſederunt*, *venerunt*, *creaverunt* reſcripſit *reverterunt*. Idem v. ep. xvi. n. 10. *ad ſecutum* & *functurum* jungit. Spartian. Adriano c. xii. *Poſt haec Hiſpanias* petit, & *Tarracone* hiemavit. Seneca iii. Benef. c. xv. *Sed neceſſario optimis* praetulerunt, & *cogere fidem*, *quam ſpectare* malunt. ubi Lipſius: *Sequela & numerus periodi* maluerunt *mallet*, caſtigatus propterea a Gronovio ad i. Benef. c. iii. adde & in Jug. c. lix. n. 3. Hic vero eo facilius fuit Noſtro tempora iſta permutare, quia, ut ſupra monui, Grammatici verbum *coepit* pro Periphraſi temporis Imperfecti habent.

Hebescere virtus. Non tam acriter exerceri coepit, ut antea, cum virtutis honos daretur. Gloſſa Guelf. 6. *pigrire* reddidit, novo verbo. Sed Guelf. 2. & Senat. 1. *erubeſcere*, quod ab initio habuiſſe videtur etiam Eccard. aut certe, quod Baſil. 2. oſtendit, *tebeſcere*: quaſi voluiſſent *tepeſcere*. Illud alterum melius. Seneca Epiſt. xxiv. *Ne mergas animum tuum in iſtam ſollicitudinem*. hebetabitur *enim & minus habebit vigoris cum exſurgendum erit*. Apulej. vii. Metam. p. 189. *ei ſuaſi*, *ut manus* hebetatas *diutina pigritia tandem referret ad meliorem frugem*. Tacit. ii. Hiſt. c. lxxxvii. *Hos ira*, *odium*, *ultionis cupiditas* ad virtutem accendit; *illi per faſtidium & contumaciam* habeſcunt. *Curt.* vii. c. viii. n. 10. *quod in ſuo quiſque negototio* hebetior *eſt*, *quam in alieno*. Sueton. Claud. *cap.* ii. animo *ſimul & corpore* hebetato. Confer Jug. cap. liv. n. 3. Contrarium eſt *acui*. Liv. xxxix. c. 1. *nec alia provincia militem magis ad virtutem* acuebat. Phaedr. ii. Prolog. v. 4.

Acuatque ſeſe diligens induſtria.

Paupertates probro haberi. Mediocris iſta, & tenuis fortuna, quae antea honori erat, vide cap. ix. num. 2. Et merito. nam ea praeclaros viros publico magis, quam ſuo ſtudere docebat, quod poſtea contra factum, vide cap. liii. Lucanus i. v. 166.

- - - *foecunda virorum*
Paupertas *fugitur*.

Et inter multas magnaſque paupertatis laudes & hoc habet Apulej. Apolog. p. 285. *Eadem* paupertas *etiam populo R. imperium a primordio fundavit*. Confer Valer. Max. iv. c. iv. Et de iſta ſignificatione vobis Porphyr. in Horat. ii. v. 199. Paupertas *honeſtae* parſimoniae *nomen eſt*, & *uſurpatur pro fortuna mediocri*. In Oppoſitione nempe ad abundantes ejus temporis divitias. qua ſupra cap. iv. n. 1. *ſervilia officia*, infra c. xxxviii. *adoleſcentulos* ſenſu largiori dixit. Hinc Juvenal. Sat. vi. v. 294.

Nullum crimen abeſt facinuſque libidinis, *ex quo*
Paupertas *Romana perit*.

& Seneca Ep. lxxxvii. extr. *Populus R.* paupertatem *fundamentum & cauſsam imperii ſui requirat ac laudet*; divitias *autem ſuas timeat*, *cogitet*, *has ſe apud victos reperiſſe*. Sed aliorum etiam populorum viri praecipui mediocri fortuna fuerunt, & Phocion quidem *paupertatem tamquam praecipuum aliquod virtutis decus & argumentum excoluit*. Plutarchus & C. Nepos in Vita. adde Aelian. ii. Var. Hiſt. c. xliii. item xi. c. ix. & Horat. iii. Od. xxv. *probrum* ita explicat Seneca Ep. xc. jam ruſticitatis & miſeriae *eſt*, *velle quantum ſatis eſt*. Vocem ſervat Ep. cxv. addito *maledicto*. Thucyd. iii. cap. lxxxiii. τὸ εὔηθες καταγελασθὲν ἠφανίσθη. quem eo & praecedente cap. legiſſe, non poenitebit.

Innocentia pro malivolentia. *Innocentia* hic eſt ea virtus, *qua nemini* divitiarum cauſſa *nocebant*, non, ut ceteri, rapiebant, trahebant et quovis modo opes cumulare volebant; ſed jus bonumque ſervabant. Sic partim eam definit Cic. Tuſc. Qu. iii. c. viii. addo Jug. c. xlvii. n. 1. ubi *innocentia* Metelli laudatur, qui contra divitias animum invictum gerebat. ubi plura. *Malivolentiam* minus recte I. Waſſe interpretatur ἐπιχαιρεκακίαν, etſi Cic. iv. Tuſc. c. viii. *Malivolentiam* quamdam agnoſcit, voluptatis ſpeciem, *laetantem malo alieno*: pejus eſt, quod mallet *maleficentia*. Eſt oppoſitum *benevolentiae*, & eſt fere indignatio & malus animus in illum, quem beatum & divitem videas, adeoque quaſi quaedam ἐπιλυπεκακία. h. e. qui divitias undique non trahebat, ille iſtis non virtutis amore & innocentia abſtinere cenſebatur, ſed pro male animato in divites habebatur. Hinc cum *invidia* recte conjungit Noſter cap. iii. num. ii. Plaut. Capt. A. ii. Sc. iv. v. 51. *Eſt miſerorum*, *ut* malevolentes *ſint*, & invideant *bonis*. *malivoli*, quod apud indignos bona ſint; *invidi*, quod apud aequales, cum aeque apud nos eſſe deberent. *invidiam* & ſermonem *malivolorum* conjungit etiam Cic. pro Rab. Poſt. cap. vii. Fallor, aut haec *malivolentia* eſt iſtud, quod Ariſtoteles ii. Rhet. c. ix. τὸ νεμεσᾶν *indignari* vocat. niſi quod ibi pro virtute, hic pro vitio habeatur. Quod vero eumdem doctorem ἐπιχαιρέκακον & φθονερὸν pro uno eodemque ibidem n. ii. habere exiſtimavit vir doctiſſimus. in eo non ſatis animo advertit diſcurſum Philoſophi, qui aperte diſtin-

2 centia pro malivolentia duci coepit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia, cum ſuperbia invaſere: rapere, conſumere; ſua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque humana pro-

diſtinguit tempore et objectis, diſtinguit etiam *ἀπὸ τῶ νεμεσᾶν* ex eis cauſſis, quas n. 5. 6. 7. 8. attulit. & verum eſt, poſſe eumdem, qui *malivolus* nunc & *invidus* eſt bonis meis, mox, cum illa perdiderim, *ἐπιχαιρέκακον* eſſe, quod ex Plauto Stich. A. I. Sc. III. *v.* 54. manifeſtum eſt. Sed hoc non apud omnes uſu venit malivolos, qui ſaepe ſimul miſericordes ſunt: non apud illos, qui in *innocentia ſua* a *divitibus* pro malivolis habentur. adeoque iſta ex vero diſtinguuntur. adde Cic. I. epiſt. IX. n. 64. Tacit. IV. Ann. *c.* XXXIII. n. 7.

DUCI COEPIT. Modo *haberi* poſuerat, & *duci* ſubdit: unde alterutrum abundare viro eidem doctiſſimo videtur. Nequidquam. Utrumque agnoſcit Apulej. Adlocut. p. 91. *Religioſus pro inſano, irreligioſus* putabitur *prudens: furioſus, fortis; pro bono* habebitur *peſſimus*. Terent. Andr. A. I. Sc. V. *v.* 54. *Quod ego te per hanc dextram* oro-*perque hujus ſolitudinem* obteſtor. Caeſar I. Gall. cap. XXXII. *quod Aeduos in ſervitute* videbat *Germanorum teneri, eorumque obſides eſſe apud Arioviſtum ac Sequanos* intelligebat. addit ſtatim *arbitrabatur, videbat, exiſtimabat*. adde notam ad Cic. I. epiſt. VI. n. 2. Sed ſane quod Grutero non ſuperfluum fuit, id aequo nos feramus animo, cum Codices ita velint. & cur non alterutrum omiſit cap. II. n. 2. *lubidinem dominandi cauſſam belli* habere, *maxumum gloriam in maximo imperio* putare. item Jug. cap. XXX. n. I. *Poſtquam res in Africa* geſtas, *quoque modo actae forent, fama divulgavit*. item infra cap. XXXV. num. 3. *quod non dignos homines honore honeſtatos* videbam, *meque falſa ſuſpicione alienatum* ſentiebam. ubi vide. Denique & *coepit* ei ſuſpectum. Sed tu vide notata ad cap. VII. n. I. Nam ne *ταυτολογεῖν* tibi videatur, efficiam ad cap. XXIII. *Cui cum* minus *gratus eſſet, quod inopia* minus *largiri poterat*.

2. EX DIVITIIS JUVENTUTEM. *Ex* i. e. per & propter divitias. cap. XIV. *ut cujuſque ſtudium* ex aetate *flagrabat*. cap. XXXV. *ſatisfactionem* ex *nulla* conſcientia *de culpa proponere decrevi*. cap. LVII. ex difficultate *rerum eadem illa exiſtumans*. Jug. cap. VII. *quorum alterum* ex providentia *timorem, alterum* ex audacia *temeritatem adferre plerumque ſolet*. adde ibi citata. Si mihi id juris eſſet, vocem *juventutem* alias ſibi ſedes quaerere juberem; cum vitia iſta non juventutis magis, quam aliarum aetatum fuerint, et ingrate ſatis cap. XIII. n. 4. eadem vox, ſi opus ſit, repetatur: & praeterea Verbum *invadere* alibi praeciſe ponatur. Niſi maluerit Criſpus a corrupto juventutis R. ſtatu mala Reip. & ipſam conjurationem deducere, ut res ejus florentes cap. VII. n. 4. a virtute juventutis deduxit.

CUM SUPERBIA. Quam demonſtrat *contemtu* omnium, magnificis villis, n. 3. & *abuſu* divitiarum ad externum ſplendorem, cap. XIII. n. I. ita ut nec modus nec modeſtia adſuerit. adde cap. X. n. 4. et modo dixerat de contemtu paupertatis.

RAPERE, CONSUMERE. Ex more luxuriae, quam iiſdem coloribus depingit Seneca I. Beneſ. *c.* IX. *Jam* rapta ſpargere, *ſparſa rapaci avaritia recolligere certant:* nihil penſi habere, *paupertatem alienam contemnere, ſuam, quam ullum aliud, vereri malum*. quod non immerito a Salluſtio eſſe adfirmat Lipſius. Id. I. Nat. Qu. Praef. *Luxuria pecuniam turpiter* amittens, *quam turpius* reparet. Ita & Ovid. I. Faſt. *v.* 213.

Quaerere *ut* abſumant, abſumta requirere *certant*:
Atque ipſae vitiis ſunt alimenta vices.

Simul, ne Grutero auſcultes, qui, quod hic *rapere* & reliqui Infinitivi inferuntur, pro *invaſere* maluit *invadere*, confer ad cap. VI. num. I. Jug. collata.

SUA PARVI PENDERE, ALIENA C. Uti Catilina *alieni appetens, ſui profuſus*, cap. V. n. 4. Seneca Octav. *v.* 434.

Luxuria *victrix orbis immenſas opes*
Jampridem avaris manibus, ut perdat, rapit.

PUDOREM, PUDICITIAM. Male editiones *amicitiam* interponunt, quam quomodo Salluſtius inter *pudorem* & *pudicitiam* memorare, & omnino in ſententiam praeſentem referre potuerit, non video. Damnat eam vocem Fabric. uterque, Eccard. Remenſes & reliqui ad unum omnes. Damnavit etiam Jac. Tollius ad Auſon. Perioch. II. Iliad. p. 741. De *pudore* ſupra expoſui: *pudicitiam* ex cap. XIII. & XIV. cognoſcere poteris. Eadem jungit ſaepe Cicero, ut pro R. Dejotaro *cap.* X. *eum virum, unde* pudoris pudicitiae*que exempla peterentur*. ibi vide Nic. Abram. Intellige autem pudorem, pudicitiam *non penſam neque moderatam habere*, hoc eſt, non curare, nec iis temperare. plane ut cap. V. n. 6. *neque id quibus modis adſequeretur*, quidquam *penſi habebat*. & in aliis

Digitized by Google

promiſcua, nihil penſi atque moderati habere. Operae pretium eſt, 3
cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, viſere tem-

aliis ibi citatis. Quod ideo dico, ne aut cum Interpretatibus haeſites, aut ſpurium additamentum: *pro nihilo haberi* hic fruſtra deſideres, quod Codd. incorruptiores omnes excludunt.

DIVINA ATQUE HUMANA PROMISCUA. Sine diſcrimine, quod olim maximum erat. Livius v. *c.* XL. de Albinii erga Veſtales pietate: *ſalvo etiam tum* diſcrimine *divinarum humanarumque rerum*. Sed mores mali miſcent. Plaut. Trin. A. II. Sc. *v.* 7. *rapax*, *Avarus*, *invidus*, ſacrum *profanum*, publicum *privatum habent*. *Hiulca gens*.

NIHIL PENSI, ATQUE MODERATI HABERE. hoc eſt, non conſiderare, nec temperanter tractare. non curare, nec modeſte habere, poſtquam ſemel ſpreta ſunt. Hunc ſignificatum ex dictis ad cap. v. n. 6. & cap. XI. num. 5. tibi confirmabis. Gloſſ. Senat. I. *nihil cogitationis neque moderationis*. *Nihil penſi*, *atque* MSS. Rivii, ex noſtris Remenſ. I. Incert. I. Guelf. 5. 6. 9. II. 12. quod recipiendum eſſe, vel inde conjiceres, quod librarii varie immutarunt: alii *nec moderati*, ut Guelf. 7. alii *neque quidquam moderati*, ut Rem. 2. & Guelf. 10. alii *nihil*, alii *nihilque moderati*. vulgo *nihil penſi*, *neque moderati*. Nam etſi in B. Jug. ſemel atque iterum *nihil* & *neque* ſeſe excipiant; potuit hic tamen planius loqui. quippe ſi *neque* obtinet, adeſt duplex negatio; ſin *atque*, repetas tantum per Zeugma *nihil*, ut cap. XXXVI. *quiſquam*. patimur autem hoc, & ex regula putamus quando *Nihil* ultimo loco ponitur, ut Gell. XIII. *c.* XII. *Ratum tamen*, *penſum*que nihil *haberet*. quidni, quando ab initio? immo hoc vetuſtius. Lucillius apud Nonium cap. I. n. 165. Nihil *parvi*, ac *penſi*, *uti littera doceas lutum*. Sic Stat. II. Sylv. II. *v.* 150. 151.

> Non *tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca*
> *Divitias*, *avidi*que *animum diſpendia torquent*
> *Foenoris*.

Noſter Jug. cap. XCIX. n. 2. neque *omnino facere*, aut *providere quidquam poterant*, ubi in duobus ſcriptis reperi *neque providere*. adde XCVIII. n. I.

3. OPERAE PRETIUM EST. Simili connexionis modo uſus Ennius, loco infra citando, & cum alis Liv. III. *c.* XXVI. ubi de dictatore ab aratro memorat: Operae pretium *eſt* audire, *qui omnia prae divitiis humana ſpernunt*, cetera. & ſic narrat, quomodo & in quo habitu Cincinnatus repertus ſit. Horat. I. Sat. II. *v.* 37.

> Audire *eſt* operae pretium, - -
> - - - *ut omni parte laborent*.

Sic noſter *utile fore* dicit, luxuriam ſuae aetatis in extruendis aedificiis, & ipſa illa aedificia comparare cum templis, a majoribus aedificatis, quibus ſane religioſiſſimi mortales plurimum tribuere. ſic enim apertum fore, quam parcimonia antiqua profligata, & luxus actus ſit. & hoc erit operae pretium.

DOMOS ATQUE VILLAS. Domos *laxas* non magis, quam, ut Apulejus ait, *vice templorum exornatas*. Columnas, parietes marmore inductos, laquearia inaurata in eis cognoſcas ex Seneca Epiſt. CXV. adde de Tranqu. cap. I. & Martial. XII. epigr. L. Valer. Max. IV. c. IV. n. 7. *Anguſte ſe habitare nunc putat*, *cujus domus tantum patet*, *quantum Cincinnati rura patuerunt*. *Villarum* magnificentiam vix ſatis deſcribere poſſunt, vide Lipſium de Magnit. R. III. c. XIV. Kobierzyck. de luxu R. II. *c.* IX. breviter Varro I. de R. R. *c.* XIII. *Veteres* villas *faciebant ad fructuum rationem*, *hi faciunt ad* libidines *indomitas*. Eaſdem taxat Cato infra cap. LII.

COGNOVERIS. Didiceris earum magnificentiam, ſive adſpiciendo, ſive ab aliis accipiendo. ita enim hoc verbo de ſingularibus modis cognoſcendi utuntur. Juſtin. Praef. *Quod ad te*, *non tam* cognoſcendi, *quam emendandi cauſſa tranſmiſi*. adde Jug. *c.* LXXXIII. n. 2. Petron. Sat. cap. VII. *cum ego negarem me* cognoſcere *domum*, ubi ſimul *agnoſcere* denotare poteſt. Sueton. Calig. *c.* III. *Sicubi clarorum virorum ſepulcra* cognoſceret, *inferias manibus dabat*.

IN URBIUM MODUM. Eccard. & Rem. 2. *modos*: fuit etiam alia olim vocis terminatio in Guelf. 2. Vulgatum praefero. Seneca Excerpt. v. Controv. v. *Infinitis porrectae ſpatiis ambulationes*, & urbium ſolo *aedificatae* domus, *non nos prope a publico excludunt*? L. Seneca VII. Benef. *c.* x. aedificia *privata*, laxitatem urbium *magnarum vincentia*. Id. Ep. XC. *Non habebant domos* inſtar urbium. Diſtincte Apulejus de Deo Socr. p. 54. *Igitur illas aedificiorum ſpecies*, *in quas patrimonia ſua profuderunt*, *amoeniſſimas & extructiſſimas & ornatiſſimas deprehendas*: villas aemulas urbium *conditas*, domus vice templorum *exornatas*.

EXAEDIFICATAS. Agnoſcunt hoc verbi Guelf. I. 2. 5. Acad. Senat. I. Baſil. I. & 2. (3. *ex hac edificatas*, in quo idem verbum latet) Vinar. 2. & ed. vet. Guelf. I. additur Gloſsa. Ex *praepoſitum hic completiva eſt*. Academ. alia

4 templa deorum, quae noſtri majores, religioſiſſimi mortales fecere. Verum illi delubra deorum pietate, domos ſua gloria decorabant; ne-

alia manus induxit *ex* et ſuper ſcripſit *egregie.* Cui *ex* hic intendere rem viſum eſt. Et auget ſane apud Lucan. v. *v.* 634.

Extimuit natura chaos.

Auget in *Exaggerare*, *Exornare* interdum. Cicero tamen *Exaedificare* pro ſimpliciter utitur.

VISERE TEMPLA DEORUM. Eodem verbo Livius XXV. *c.* XL. Viſebantur *enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa: propter excellentia ejus generis ornamenta, quorum perexigua pars comparet.* Sueton. Aug. *c.* XCIII. *in peragranda Aegypto paullum deflectere ad* viſendum *Apin ſuperſedit.* Guelf. 9. *videre.* Heuſſ. ac Senat. 2. *ire & videre.* quaſi *Viſere* eſſet *viſum ire.* Nam hoc Excellentibus & raris praeſtamus: addidit item *Operae pretium eſt*; ſed haec omnia indignationis cauſſa. Plautus Poen. A. v. Sc. IV. in. *Fuit hodie* operae pretium *ejus qui amabilitati animum adjiceret, Oculis epulas dare, delubrum qui bodie ornatum eo* viſere *venit.* Ennius apud Perſium Sat. VI. *v.* 9. *Lunai portum* eſt operae cognoſcere *cives.* adde Columnn. ad Ennium p. 40. Similiter Minuc. Fel. *c.* VII. Intende *templis ac* delubris deorum: *magis ſunt auguſta numinibus incolis, praeſentibus, inquilinis, quam cultus, inſignibus & muneribus opulenta.*

RELIGIOSISSUMI MORTALES. Guelf. 4. Rem. 1. Incert. 1. Struv. et ed. vet. *religioſiſſimi viri.* Vinar. 2. *viri religioſiſſimi mortales fec.* Guelf. II. *religioſi viri.* ſcilicet ut interpretarentur vocem *mortales*, quam homines denotare ſupra diximus ad cap. II. n. 7. Hoc addere autem (ne quis ex diverſa ſcriptura ſuperflua exiſtumet) debuit, ut oſtenderet, non contemtu deorum tam parva delubra facta eſſe. Varro I. de vita P. R. apud Nonium cap. VIII. n. 87. & Cap. II. n. 714. & 715. quae Joſeph. Scaliger Conject. ad Varron. p. 22. conjunxit ad hunc modum: *Haec aedis, quae nunc eſt, multis annis poſt facta fuit: quia omnia regiis temporibus* delubra parva *facta, ut in cetero cultu. Quae ſunt conſentanea, quod ſint paupertina, ſine elegantia, ac* cum caſtimonia. *Quid inter hos Joves interſit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere, & horum temporum divitias, & illorum paupertates.* De religione veterum Romanorum legas Symmach. X. epiſt. LXI. Cic. II. de Nat. D. *c.* III. Minuc. Fel. *c.* VI. Et ipſe Auguſtinus exiſtimat, auctum propterea a Deo imperium Romanorum, *quod illis cordi fuerit, quamvis falſa religio*, & quod, Lactantii verbis, *ſummum hominis officium, etſi non re ipſa, tamen propoſito tenerent.* Grotius II. de Jure B. & P. *c.* XX. §. LI. Ceterum uti *delubra facere* Criſpus, ſic Livius I. cap. XLV. *fanum facere* bis dixit.

4. DELUBRA DEORUM. Guel. 4. ſolum omittit *deorum*, quod gratum erit I. Waſſio, cui diſplicet repetitio vocabuli *deorum.* Baſil. 2. & hic, & paullo ſuperius *Domorum* habet pro *Deorum.* ſed repetitio diſplicere non debet, cum alia etiam, ut *coepit*, *atque* hoc ipſo capite ſaepius, quam ſemel dicantur, uti ad cap. XXIII. docebo. Sed ſolent etiam auctores *delubra* abſolute ponere. Quid tum? adjiciunt etiam *deorum*, ut cap. XI. n. 6. ubi, ſi repetitio hic condemnationis cauſſa eſt, multo magis damnari oportuit. Adjicit Minucius Felix, ut n. 3. vidimus. Adjicit Livius XXIV. *c.* XXI. *pro patria, pro* Deum delubris, *pro libertate ſeſe armantibus.* Idem XXVI. *c.* XIII. *arae, foci*, Deum delubra, *ſepulcra majorum temerata ac violata.* Dictys III. *c.* XXVI. *continuante flamma* deorum delubra *concremari.* ubi quater nomen *deorum* repetitum legere potes. Lucret. V. *v.* 1166.

Qui delubra Deum *nova toto ſuſcitat orbi.*

Thucyd. III. cap. LVIII. *ἱερά τε θεῶν ἐρημοῦντε.* Valer. Max. I. cap. VI. n. 12. *Quo conſtat in* delubris deum *ſua ſponte ſigna converſa.* Adjiciunt alii Graeci et Latini. Et quia ſupra cap. XI. n. 6. in unico tantum MS. mihi repertum ſit hoc *Deorum*, eo quidem loco delevi; hic vero Salluſtius in poſitu decoris & ſignificatus aliquid quaeſiviſſe videtur. Si enim a librariis foret, potuiſſent illi hoc loco ita, ut ſupra, & hic quidem multo potius omittere. Legeres: *delubra pietate, domos gloria decorabant.* Sed non ſemper quod nobis placet, placuit etiam Criſpo.

PIETATE. Quae eſt juſtitia adverſum deos, definiente ita Cicerone I. de Nat. D. *c.* XLI. qua ea, quae de Diis eorumque cultu juſta eſſe cognoverunt, iis exhibent. adde Eumdem pro Domo cap. XLI. *nec eſt ulla erga deos pietas*, ibi inquit, *niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod ſit injuſtum, atque inhoneſtum arbitrere.* Apulej. Adloc. p. 83. *Haec eſt enim merces* pie ſub deo, *diligenterque cum mundo viventibus.* Eam jubebat etiam lex XII. Tabb. apud Cic. II. de Leg. *c.* VIII. *Ad divos adeunto* caſte: pietatem *adhibento.* opes amovento. *Qui ſecus faxit, deus ipſe vindex erit.* adde Horat. II. Sat. II. *v.* 103. & Serv. ad I. Aen. *v.* 382. & 548.

DOMOS SUAS GLORIA DECORABANT. Fabric. I. pri-

neque victis quidquam praeter injuriae licentiam eripiebant. At hi contra ignaviſſumi homines, per ſummum ſcelus, omnia ea ſociis adime-

primitus accepit: *domos* ſua *gloria:* alio autem atramento S adjectum. & ſic Regius, quem I. Waſſe tractavit. Primo credo ab iis immutatum, qui *delubra deorum* & *domos ſuas* cum cura opponere voluerunt, cujusmodi Numeri non ſine elegantia negligens eſt Salluſtius, ut jam exemplis cognitum eſt, & pluribus infra pateſcet. At quoniam *ſua gloria* ſignificantius eſt, & cum *domos* ſua *gloria* dicuntur decoraſſe, conſequitur, quod *domos ſuas* decoraverint; non vero contra: eo emendavi. adde ad *c.* XLIII. n. I. De re elegantiſſime Cicero v. Paradox. *c.* II. *Reviviſcat M' Curius, aut eorum aliquis, quorum* in villa *ac* domo *nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit, praeter* ipſos: & quae ſequuntur. adde II. Offic. *c.* XXII. *decorare gloria* dixit, ut Plautus Trin. Act. I. Sc. II. *v.* I. *Larem* corona *noſtrum* decorari *volo*. Virg. VI. Aen. *v.* 217. Decorant*que ſuper fulgentibus* armis. pro eo Jug. *c.* X. *meque regnumque meum* gloria honoraviſti, quod infra eadem ſtructura *c.* XXXV. *non dignos homines* honore honeſtatos *videbam*.

INJURIAE LICENTIAM. Liberam poteſtatem, dum Romani cavebant, ne quid ſibi a victis injuriae inferri poſſet. Sic verbo *licet*, non vulgari ſignificatione, utitur *c.* LVIII. Licuit *vobis in exilio vivere*. Et Jug. *c.* CIII. n. 3. *quocumque modo belli componendi* licentiam *ipſis permittit*. *Injuriae* intellige *inferendae*, hoc eſt, verbum Gerundi ex Nomine, uti Jug. *c.* LV. *igni magis, quam* praeda *ager vaſtabatur*. hoc eſt, praedas agendo, praedando. Sic Auſonius Ephem. Orat. Miracula *terrae nulla patens*. h. e. nihil admirandum in terra & morti praeferendum. Cato de R. R. *c.* CXLVII. *dies pecuniae*, hoc eſt, ſolvendae. Cic. II. epiſt. III. n. 3. munerum *facultatem neque quisquam admiratur*. Ovid. I. Faſt. *v.* 17.

Dederis in carmina *vires*.

Sedulius V. *v.* 139.

Staret ut ad jugulum *ductus mitiſſimus agnus*.

Spartianus Adrian. *c.* II. *Trajano a Nerva adoptato, ad* gratulationem *exercitus miſſum*. h. e. ad gratulandum exercitui. Livius XXXIX. *c.* LIV. *Sine ullius* injuria. Caeſar I. Gall. *c.* IX. extr. *Helvetii, ut ſine maleficio &* injuria *tranſeant*. adde infra *c.* XXXVI. *antequam liceret ſine fraude ab armis diſcedere*. Similem, ſed alius temporis, Ellipſin illuſtrabo ad Jug. *c.* LV. *Neque poſt* inſidias *Jugurthae effuſo exercitu praedari*. De moribus illis Romanorum lege Liv. VIII. *c.* XIII. XXVI. *c.* XVI. Cic. I. Offic. *c.* XI. & alios.

5. IGNAVISSUMI HOMINES. Qui nec fortiter, nec bene quidquam fecere, ut virtutis ſuae ea praemia petere poſſent. Sic *virtuti ignaviam* opponit *c.* XX. n. 2. & *c.* LVIII. n. I. *Neque ex* ignavo ſtrenuum, *neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri*. alibi *bonos* & *ignavos*; hic *fortiſſimos*.

PER SUMMUM SCELUS. Summo ſcelere, Ovid. II. Faſt. *v.* 630.

Et quicumque ſuas per ſcelus *auget opes*.

Livius XXIX. *c.* IX. *& quae antea* per libidinem *atque* avaritiam *foeda exempla in ſocios ediderat; tunc* ab ira *multiplicia edere*. infra *c.* XX. *nonne emori* per virtutem *praeſtat*. Jug. *cap.* I. *ubi* per ſocordiam *vires defluxere*. Hinc accidit, ut non raro hac Praepoſitione & Nomine *Adverbia* circumſcribant.

SOCIIS ADIMERE. Adimunt devictis dudum & pacatis gentibus. nam ita molliori vocabulo *provinciales* etiam dicti, cum *ſocii* proprie eſſent, qui legibus ſuis viventes ſocietatem & amicitiam cum populo Rom. inſtituerant. Obſervavit hoc contra Fr. Fabritium Graevius ad Cic. pro Ligario *c.* I. & demonſtrat Manutius de Civ. Rom. in Theſauri Graev. Tom. I. pag. 20. & 22. Pro *adimere* Guelf. I. 2. 9. *ademere*. Non ob rem. vide ad *c.* XXI. n. 4. ademere autem decora aedium & villarum, opes, ſigna & quae ſunt alia, ut Siculis Verres, de quo vide Cic. II. Verr. *c.* XXXV. & alibi.

VICTORES RELIQUERANT. Sic ed. vet. & MSS. quos conſuluimus ipſi per nos, aut per alios. Guelf. quidem I. & Vinar. I. *victis* interponunt; ſed omittit *viri*. 4. & II. neque *viri* neque *victis*. Eccard. Baſil. 3. & Rom. 2. *hoſtibus* agnoſcunt. pro hoc militant editores, ſed ita, ut alii ſupra *c.* V. extr. *ex pulcherruma* & optuma, *peſſuma ac flagitioſiſſima facta*. ubi *& optuma* optimus quisque ejecit; ſed erant tamen, qui, propter numerum ſcilicet, defenderent. Sic hoc loco *hoſtibus* additum volunt, ut referatur ad *ſocios:* quemadmodum *fortiſſimi viri*, ad ignaviſſimos homines; *relinquere*, ad *adimere*. Egregie ex arte. Quaſi ex voce *victores* non intelligi queant *victi;* aut *ſocios* iſtos non olim *hoſtes* fuiſſe, per ſe conſtet: & n. 4. non praeceſſerit ſermo de *victis*. Cur non dudum emendarunt Celſum III. *c.* IV. *Id enim medici officium eſt, ut neque aegrum ſupervacua materia oneret, neque* imbecilliorem *fame perdat?* cur non in priori addunt *valentiorem?* Similiter

 pecca-

adimere, quae fortiſſumi viri victores reliquerant: proinde quaſi injuriam facere, id demum eſſet imperio uti.

C A P. XIII.

1 NAm quid ea memorem, quae niſi iis, qui videre, nemini credibilia ſunt. a privatis compluribus ſubverſos montes, maria conſtructa

peccavit Putſchius *c.* XIV. num. 2. ubi vocem *aleo* inculcat, ea cauſſa, ut reſpondeat illi *manu*. adde *c.* LVIII. n. 1. & XXXI. n. 7. Sed hic ſatis manifeſtat Guelf. 1. originem erroris, quod ex *viri*, ſcribae fecerint *victis*, cum Gloſſa *hoſtibus*.

RELIQUERANT. Exemplum M. Marcelli laudat Cic. II. in Verr. *c.* II. qui Syracuſas non ſolum incolumes eſſe paſſus eſt, ſed ita *reliquit* ornatas, *ut eſſet idem monumentum victoriae, manſuetudinis, continentiae: cum homines viderent & quid expugnaſſet, & quibus pepercisſet, & quae* reliquiſſet. Hinc Id. pro Sext. *c.* XXV. *populus R. etiam bello victis regibus* regna reddere *conſuevit*. adde Joſeph. Antiquit. IX. *c.* X. Flor. IV. *c.* XII. n. 57. Porro & hic aliquot ex MSS. *reliquerant* oſtentant, ut ſupra *c.* V. *relinquerint*. Alii ex ſcriptis *reliquerunt*, ut Vinarienſes.

PROINDE QUASI. Sic MSS. praeter Baſil. 3. Guelf. 8. 9. 11. & a manu correctrice 12. qui *perinde*. Gloſſ. Guelf. 6. *taliter* particulam reddidit recte, ut apparebit ex Jug. *c.* IV. Confuſionem harum particularum in MSS. jam notavit Rhenanus ad Tacit. I. Hiſt. *c.* XXX. & quoniam per notas tam *per* quam *pro* ſcribunt, quae non multum differunt, facilis iſta quidem eſt. Saepe cum *quaſi* & ſimilibus jungitur. C. Nepos Lyſandr. *c.* II. Proinde ac ſi *iidem firmiſſimi amici ſolerent eſſe, qui conſtantes fuiſſent amici*.

ID DEMUM ESSET IMPERIO UTI. Simili concluſione Cic. pro Quinct. *c.* IX. extr. *ita ſine injuria potentiam levem atque inopem eſſe arbitrantur*. Lactant. I. *c.* XVIII. *Videlicet, quo plures homines adflixerint, ſpoliaverint, occiderint, eo ſe nobiliores & clariores putant*. Sic Seneca Epiſt. CXXIII. *Demum* exponit Gloſſ. 12. *ſolum*. nec male. *ſolum* & *vere* ſignificat *c.* XX. *ea* demum *firma amicitia eſt*. adde *c.* II. *is* demum *mihi vivere videtur. imperio uti*, imperare vere in devictas gentes & uſum imperii habere. Sic *victoria uti*, *c.* XXXIX. n. 4. & *c.* XXXIII. n. 1. *neque cuiquam noſtrum licuit* lege uti.

CAP. XIII. 1. NAM QUID EA MEMOREM. Satis eſt, te vidiſſe domos ac villas earumque luxuriam, ut de moribus corruptis judicare poſſis; Nam cetera, quae majora ſunt, ne memorare quidem volo, &c. Formulam ſervat Plautus Amphitr. Prolog. *v.* 41. Nam quid ego memorem, *quis benefactis meus pater*. Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XXXIX. num. 16. Quid ea memorem, *adſciviſſe conſortio multos externosque*. *Quid* eſt *propter* quid. ut Terent. Eunuch. Act. III. Sc. V. *v.* 7. *quid geſtiam, aut* quid *laetus ſim*: ubi Donatus: *propter quid*. Cic. IX. ep. III. extr. *Sed* quid *ego haec ad te*: nihil *ſcilicet, niſi ut reſcriberes aliquid*. ibi notam legas.

NISI IIS, QUI VIDERE, NEMINI. Sic Plin. XXXVI. *c.* XV. *Quae neque concipi animo*, niſi ab iis, qui videre, *neque humano ſermone enarrari poſſunt*. & Florus I. *c.* X. *quae niſi in Annalibus forent, hodie* fabulae *viderentur*, Curt. III. *c.* II. n. 12. *opulentia, quantam*, qui oculis non ſubjecere, *animis concipere non poſſunt*. Porro MSS. fere *his*, in quibus etiam Baſileenſes: plane ut ſupra *c.* X. n. 2. ſed Guelf. 5. fidiſſimus *iis*, quomodo & 12. at 10. *hiis*, quod idem eſt in veteribus libris: & ſic edidere in Sidon. I. epiſt. VI. Hiis *additur*. & in Prolog. Juſtin. XL. Hii *deinde a filio*. Juſtin. XXIX. in. Hiiſdem *ferme temporibus*. ſic Berneccerus & Vorſtius. Graevii, Gronovii, & Burmanni mutat. Lactant. de mort. Perſec. *c.* XXIII. hisdem *Cenſitoribus*. ubi inepte ſatis interpres ſuum *hisdem* pro alio *habet*, quam *iisdem*, etiamſi ſaepius in eo ſcripto ex unico Cod. deſcripto occurrat. Senat. 2. certe hoc loco *hys*, ut alibi ſemper. & ſic Acad. & alii quidam. Sed Salluſtio magis aptum, Pronomen Demonſtrativum plane delere, vide Jug. *c.* CVIII. extr. & mox n. 2. Seneca Medea *v.* 334.

- - niſi quas *tulerat*
Natale ſolum, non norat opes.

MARIA CONSTRUCTA ESSE. Hanc veriſſimam lectionem tuentur ex noſtris Guelf. 2. 10. Fabric. 2. Senar. 1. Baſil. 1. Vinar. 2. & ed. vet. Tuetur etiam Salmaſius ad Spartiani Adrian. *c.* X. Guelf. 4. initio habuit *contra eſſe*, quod poſtea mutatum in *conſtrata*, & hoc quidem reliqui omnes retinent. male, ut & Gruterus cum ſuo *con-*

ſtructa eſſe. quibus mihi videntur ludibrio fuiſſe divitiae: quippe, quas 2
honeſte

contracta. *Conſtrata* quidem ex ſcriptura Longobardica ortum eſſe, quae A & V non diſtinguit, nemo paullo humanior ignorat. & litterae C omiſſae tum infra, tum in Pandectis Florentinis exempla bene multa occurrunt. *Piſcinarum* luxuriam taxat, quae fere in littore aedificabantur, teſte Columella VIII. *c.* XVII. De illis Varro III. R. R. *c.* XVII. *Maritimae piſcinae aedificantur magno, ſecundo implentur magno, tertio aluntur magno*, & quoniam ut ibidem docet *plures conjunctas* habebant, in quas ſingulari artificio aqua erat immittenda, ſive, ut Seneca I. de Ira *c.* XVI. dixit, *cluſa*, quae Tibull. II. eleg. VI. *v.* 27. *clanſa*; recte omnino dixit *maria conſtructa*. Sed lege omnino totum illud caput Varronis, & perſuadebit tibi *maria conſtructa*. Nam & alia aedificia in mari exſtruebant. Seneca Ep. LXXXIX. *Ubicumque in aliquem ſinum littus curvabitur, vos protinus fundamenta jacietis, nec contenti* ſolo, *niſi quod* manu feceritis, *maria agetis introrſus*. Epiſt. CXXII. *Non vivunt contra naturam, qui* fundamenta *thermarum* in mare *jaciunt.* adde Ammian. Marcell. XVI. *c.* VI. Nec ſolus Lucullus ita inſanivit, ſed *privati complures*, inquit Noſter. & recte Vellej. Pat. II. *cap.* XXXIII. *Lucullus profuſae hujus in* aedificiis, *convictibus & apparatibus luxuriae primus* auctor *fuit. Quem ob injectas moles* mari, *& receptis, ſuffoſſis montibus, in terras* mare, *haud infacete Magnus Pompejus* Xerxem *togatum vocare adſueverat*. Auctor fuit, non ſolus. Secuti ſunt multi; ex quibus nobiliſſimi Philippus, Hortenſius, conjuncti cum Lucullo a Varrone III. R. R. *c.* III. extr. Dum igitur non modo *in mari* aedificabant; ſed etiam huc illuc, per varios ductus, *mare* ducebant, rectene illi dicuntur *maria conſtruxiſſe*? Si de Conſtructione dubitas, confer dicta ad cap. XX. n. II. *quas profundant* in exſtruendo mari *& montibus coaequandis*. Hic addere poteris Horat. II. Od. XV. & XVII. Senec. Ep. LXXXVI. & c. Plin. IX. *c.* LIV. Varron. I. R. R. *c.* XIII.

2. LUDIBRIO FUISSE DIVITIAE. Qui proſtituiſſe quaſi divitias & ad ludibrium illis uſi eſſe videntur, dum riſum jocumque & contumeliam, eas ad inutilia impendendo, fecere apud veros rerum aeſtimatores. Et ſunt certe, *quibus divitiae moleſtae ſunt*, Seneca IV. Nat. Qu. *c.* XIII. *qui pecuniam trahunt*, vexant; *tamen ſumma lubidine divitias vincere nequeunt*, Noſter *c.* XX. *adeoque eas non* decori *habent, ſed ipſi illis* flagitio *ſunt*, de Rep. Ord. I. *c.* VIII. ii nempe *qui neſciunt ſuntus vereri* h. e. revereri, Auſon. Ludi VII. Sapient. Prolog. De conſtructione lege ad *c.* XXI. n. 2. dicta. Sic *c.* XX. *ubi alienae ſuperbiae* ludibrio *fueris*. & Jug. *c.* XXXIII. *Ita populus* ludibrio *habitus ex concione diſcedit*. Hinc non minus ſcite Tacit. II. Hiſt. *c.* XCIV. de Vitellio pecuniam inutiliter profundente dixit: eum *tamquam in ſumma abundantia* pecuniae illudere. hunc & ſimilem Taciti locum ſuggerit Gronovius. & hoc quidem verbum valde frequenter de rerum & hominum *abuſu* dicitur. vide Turneb. Adv. XXVIII. *c.* XXXII. ipſum autem hunc verborum poſitum MSS. defendere ſcias noſtros. Contra eos Hackiana: *quibus mihi ludibrio videntur fuiſſe*.

QUAS H. HABERE L. ABUTI. Adde Pronomen Demonſtrativum eo caſu, quem verbum requirit, nempe *illis*; quam Ellipſin valde frequentem eſſe, exempla tibi monſtrabunt. *c.* XXXVII. n. 2. *ſemper in civitate*, quibus *opes nullae ſunt, bonis invident.* pro *illi, quibus*. n. 10. *praeterea*, quorum *jus libertatis imminutum erat, haud ſane alio animo belli eventum* exſpectabant. Hiſt. III. Or. Macr: *abſit periculum & labos*, quibus *nulla pars fructus eſt*. i. e. *ab iis, quibus*. Dixi de eadem ad Cic. III. epiſt. VI. n. 7. dixi etiam infra ad *c.* LV. n. 5. ut locum, vulgo corruptum, ſanarem. Agnoſcit hanc figuram Donatus in Terent. Eunuch. Act. III. Sc. II. *v.* 24. quae *liberum ſcire aequum eſt adoleſcentem*, ſollertem *dabo*. In veteri SCto. apud Front. de Aquaed. Art. CVIII. *Conſtitui oportere, quo jure intra extraque urbem ducerent aquas*, quibus *adtributae eſſent*. Sic MSS. vulgo fruſtra addunt *ii, quibus*. Plautus Poen. Act. II. Sc. V. *v.* 19. *Ita mihi renunciatum eſt*, quibus *credo ſatis*. Sic Graeci non minus frequenter, & Juris etiam auctores, ut obſervavit Petr. Faber ad Tit. de Orig. Jur. p. 35. adde *c.* XIV. extr. Fallitur ergo Aruſianus Meſſius in Exempl. Eloc. V. *Abutor*, ubi hoc loco docet *Abutor illam rem* dici; & ſic quidem citat: *Quibus mihi videntur ludibrio fuiſſe divitiae, quippe* has *habere honeſte licebat, abuti per turpitudinem properabant*. ſic, inquam, eſt in MSS. Gudii, ut Aruſianus *has, quas hab. h. licebat* legiſſe, aut intellixiſſe videatur. ſed contra morem Salluſtii, quem vidimus. Eſt quidem, ubi Pronomen *Demonſtrativum*, permittente Verbo, eodem Caſu ſubauditur, quo *Relativum* poſitum eſt; ſed cum hoc loco id non permittat Verbum *abuti*, quo Noſter alibi conſtanter cum ſexto Caſu utitur, Pronomini potius alium Caſum aptemus, qui congruat cum Verbo, quam contra, ratio ſuadet.

HONESTE HABERE. Non *poſſidere* hic notat,

3 honeſte habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed lubido ſtupri, ganeae ceterique cultus non minor inceſserat: Viros pati mu-

ut volunt interpretes. nulla enim in poſſeſſione & coacervatione divitiarum honeſtas, ſed in *uſu*. Quare *honeſte habere* intellige tractare, *uti*, hoc eſt, *bene impendere*, quod vidit Gronovius: ita ut *c.* XI. n. 6. *Exercitum* luxurioſe *nimisque* liberaliter habuerat. Tacitus IV. Ann. *c.* XLIV. *Lentulo fuerat bene tolerata paupertas, dein magnae* opes *innocenter paratae &* modeſte habitae. De uſu pecuniae *honeſto* Quinctil. Declam. CCLX. ubi inter alia: *Et tamen ſi faciendae ſunt* impenſae, *ſi perdendum aliquid: non poteſt* honeſtiore *via impendere*.

ABUTI PER TURPITUDINEM. Turpiter profundere. Oppoſuit puro Adverbio *honeſte*, uti Livius XLII. *c.* XVIII. *tuto &* per commodum. adde Cic. XIII. ep. LXIX. n. 2. Nam ita non raro Adverbia circumſcribi, monui ad *c.* XII. n. 5. Verbo *abuti* in hac re uſus Sueton. Nerone *c.* XXX.

3. GANEAE. Loca illa dicta ſunt, ubi ventri ac libidini, vino & epulis vacabant homines perditi. v. Salmaſ. in Spartian. Adrian. *c.* XVI. Pro ipſa etiam *ingluvie* poni, dudum viri docuerunt.

CETERIQUE CULTUS. Deliciarum in victu. ne ad veſtitum haec temere trahas. Sic Jug. *c.* V. extr. *Jugurtham eodem* cultu, *quo liberos ſuos, domi habuit*. Cic. I. de Nat. Deor. *c.* XXXIV. *Omnis* cultus *& curatio corporis*. Gratius *v.* 322.

Qui tibi cultus *erat poſt tot, Serrane, triumphos*.

Seneca VI. Excerpt. Controv. VIII. *Vixit modeſte, caſtigate. non in illa* cultus *luxurioſior: non converſatio cum viris licentioſior*. Pravo ſenſu uſurpavit hanc vocem etiam Livius l. 29. *cap.* 21.

NON MINOR INCESSERAT. Sic diſtinguo ex voluntate MSS. & editt. praeter Gruterianam & Waſſianam. Intranſitive Verbo utitur, ut ſupra aliquoties, vide *c.* II. n. 4. *c.* VII. n. 3. & Caeſar II. Civ. *c.* XXIX. in. *In caſtris Curionis magnus omnium* inceſſit *timor*. Liv. XXVIII. *c.* XX. *terror inde ac deſperatio* invaſerat. XXIX. *c.* XVIII. *& tanta* inceſſit vis *morbi*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXII. *Sabinus ſuopte ingenio mitis; ubi formido* inceſſiſſet, *facilis mutatu*. Dictys IV. *c.* VIII. *Apud Trojam metus & ſummae rerum deſperatio* inceſſerat. Florus I. *c.* IX. *Tantumque libertatis novae gaudium* inceſſerat.

VIROS. Non mutanda eſt lectio Codd. optimorum. Ex noſtris tamen Sen. I. Vinar. I. a man. ſec. Baſil. 3. Guelf. 7. Rem. I. & Acad. *Viri* defendunt, queis conſtructio ignota fuit. Repetendum enim Verbum *inceſſerat*, per Zeugma, uti *c.* XXIX. *permittitur c.* XXX. Verba *mittere* & *decernere*. Sic Auct. VIII. de Bell. Gall. *c.* XLI. *Hoc fonte* prohiberi poſſe *oppidanos cum optarent reliqui; Caeſar unus videret, non ſine magno periculo*. Cic. Or. ad Brut. *c.* II. *eluceat* verbum ſic poſuit. Terent. Andr. Act. III. Sc. II. *v.* 13. *itane tandem idoneus tibi videor eſſe, quem tam aperte* fallere incipias *dolis? Saltem accurate.* ibi Donat. *ζεῦγμα a ſuperiore: fallere incipias*. Confer infra *c.* XLVII. n. I. Jug. *c.* LVI. n. I. Ordinem mutat cum quibusdam aliis Baſil. I. *Viros muliebria pati*. Non dicam, an vere. at hoc ſcio, quod 2. qui *muliebria viros pati* praefert, propter diſtinctionem ita ſcripſerit, ne ſcilicet Verbum *inceſſerat* huic membro coagmentaretur.

PATI MULIEBRIA. Eadem *εὐφημίᾳ* iſtud flagitium exprimit Tacit. XI. Ann. *c.* XXXVI. extr. *Ceſoninus vitiis protectus eſt, tamquam in illo foediſſimo coetu* paſſus muliebria. cum aliis. Virorum iſti impudici dicuntur *mulieres*, ipſi viri mulierum, Cic. II. Verr. *cap.* ult. Sueton. Caeſ. *c.* LII. extr. Quinctil. Declam. III. *Saeculi in tantum vitia regnant, ut obſcoenis cupiditatibus natura ceſſerit, ut, pollutis in* foemineam *uſque* patientiam *maribus, incurrat jam libido in* ſexum ſuum. Salvianus VII. de Gubern. *Quis credere, aut etiam audire poſſit, convertiſſe in* muliebrem tolerantiam *viros non* uſum *ſuum tantum atque naturam, ſed etiam* &c. adde D. Paullum ad Rom. *c.* I. comm. 27. Cic. Parad. V. *c.* II. Herodian. V. *c.* V. & proximi *c.* fin. In Anthologia Lib. II. *εἰς ἀσελγεῖς* eodem modo exprimitur:

Ἀνέρες ἠρνήσαντο, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες.
Οὔτ' ἄνδρες γεγάασιν, ἐπεὶ ΠΑΘΟΝ ΕΡΓΑ ΓΥΝΑΙΚΩΝ
Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν.
Ἀνέρες εἰσὶ γυναιξί, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες.

PUDICITIAM. Illud decus ſuum, quod intemeratum optima quaeque, vel *prae pudore naturali*, ſervare ſolet. Sic *pudica*, pro inviolata Plaut. Curc. Act. I. Sc. I. *v.* 51.

Tam a me pudica *eſt, quam ſi ſoror mea ſit*.

Hinc *pudicitiam eripere* pro ſtuprum inferre dixit Cic. pro Milone *c.* IV. *expugnare*, eadem notione pro Coelio *c.* XX. & Seneca II. Controv. XI. pro eo Liv. I. *c.* LVIII. *expugnato* decore *muliebri*. quod Laberius uno verbo *depudicare* dixit. *Pudorem* vocant Imperatores l. 2. Cod. ad L. Jul.

muliebria, mulieres pudicitiam in propatulo habere; Veſcendi cauſſa terra marique omnia exquirere; dormire prius, quam ſomni cupido eſſet; non famem, aut ſitim; neque frigus, neque laſſitudinem opperiri, ſed

L. Jul. de adult. *Foediſſimam earum nequitiam, quae* pudorem *ſuum alienis libidinibus proſternunt, leges ulciſcuntur*. adde c. XIV. n. 2.

IN PROPATULO HABERE. Non pudore ſeptam & clauſam, ſed pluribus patentem, & obviam (ut ſunt *veſtibula* aedium) abuti volentibus. Nam ita per Translationem haec mallem accipere, quam proprie de meretricibus, quae publice flagitium ſuum & vitam meretriciam apud aediles profitebantur. de hujus farinae mulieribus vide c. XXIV. & XXV. Cic. pro Coelio c. XX. *Si quae non nupta mulier domum ſuam* patefecerit *omnium cupiditati, palamque ſeſe in meretricia vita collocarit, virorum alieniſſimorum conviviis uti inſtituerit: ſi hoc in* urbe, *ſi hoc in* hortis, *ſi in* Bajarum *illa celebritate faciet: cum hac ſi quis adoleſcens forte fuerit, utrum hic tibi* adulter, *an* amator; *expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluiſſe videatur*. quae cum haud obſcure in Clodiam dixerit, videre licet matronas fere ipſas meretrices impudentia ſuperaſſe, de quo Martialis I. epigr. XXXV. legere eſt. Et ipſum illud *palam proſtituere*, Juris auctores interpretantur *paſſim & ſine delectu*, leg. 42. & 43. D. de ritu nupt. Sed translationem ſatis defendit, quod ſupra dixit c. VII. *ingenium* in promtu *habere*. c. XX. *in manu eſt: in oculis ſita ſunt*, & quae ſunt ſimilia. vide c. LI. n. 12. etſi *propatulum* Subſtantive ſumtum proprie ſit *propatulus*, patens, *locus*, ut integre dixit Cic. VI. Verr. c. XLIX. & ea notione Apulej. Apolog. p. 277. *in* propatulo *& conſpicuo*: pag. 284. *in* propatulo *& celebri*. adde & Plin. I. epiſt. VIII. n. 16. Sed ſignate de *veſtibulis* aedium. Livius XXIV. c. XVI. *Apparata convivia omnibus in* propatulo *aedium fuerant*. & ſic XXVI. c. XIII. Valer. Max. II. c. V. n. 5. *Nam maximis viris prandere & coenare in* propatulo, *verecundiae non erat*. quae ſignificationes etiam ad *notitiam impudicitiae* earum mulierum intendunt translationem. Prope abeſt Tacitus XIV. c. XIV. ubi in alia re *evulgatum pudorem* poſuit: & in eadem *vulgatum corpus* Curt. V. c. I. n. 38.

TERRA MARIQUE OMNIA EXQUIRERE. Quo de luxu Seneca Epiſt. LXXXIX. ad fin. *quorum profunda & inſatiabilis gula hinc* maria *ſcrutatur, hinc* terras. *alia hamis, alia laqueis, alia retium variis generibus cum magno labore perſequitur: nullis animalibus, niſi ex faſtidio, pax eſt*. Eadem Conſol. ad Helv. c. IX. Lucan. IV. v. 373.

- - - o prodiga rerum
Luxuries, numquam parvo contenta paratu
Et quaeſitorum terra pelago*que ciborum*
Ambitioſa *fames*.

Idem I. v. 160. & X. v. 155. Horat. II. Sat. II. Petron. c. LXXIX. Gellius VII. c. XVI. ubi *pleraque id genus, quae helluones iſti* terra & mari *conquirunt*, expoſuit.

DORMIRE PRIUS. Non tantum ſomnum meridianum capientes, ſed ſaepe a prima luce. Quae conſuetudo tandem perverſionem iſtam attulit, de qua Seneca Epiſt. CXXII. *Lucet: ſomni tempus eſt. quies eſt: nunc exerceamur, nunc geſtemur, nunc prandeamus. Jam lux propius accedit: tempus eſt coenae*. Heuſſ. *quam libido ſomni ineſſet*. Struv. *quam eſſet cupido ſomni*.

OPPERIRI. Exſpectare, uſque dum iſta eſſent naturalia. Incert. 2. *opperiebantur*.

LUXU ANTECAPERE. Per luxum famem, ſitim, frigus & laſſitudinem ſibi manu facere, ut Seneca loqui ſolet. is dicta Epiſt. *hoc eſt luxuriae propoſitum, gaudere* perverſis: *nec tantum diſcedere a recto, ſed quam longiſſime abire, deinde etiam e contrario ſtare*. Sic luxu antecapiunt FAMEM, dum *Vomunt, ut edant, edunt ut vomant*, Senec. ad Helv. c. IX. & alias *quaſdam edendi irritationes repertas habebant, non per uſum vitae neceſſarium, ſed per luxum animi*, inquit Gellius VII. c. XVI. SITIM praecipiebant, qui jejuni ſeſe inebriabant, & vinum recipiebant inanibus venis, Senec. cit. Epiſt. cum nota Lipſii. qui etiam *quaerebant*, quemadmodum ſitim, prima potione ſedatam, revocarent, Id. Ep. CXIX. fin. per *ſudorem* excitabant; & poſtea *ſudorem, quem moverant, potionib. crebris ac ferventibus ſubinde deſtringebant*, Columella Praefat. Senec. Ep. CXXII. FRIGUS contra naturam in frigidariis, & porticibus captabant, de quibus Ambr. Epiſt. XII. & Caſaubon. ad Spartian. Adrian. c. X. p. 87. Plinius V. ep. VI. num. 30. *Subeſt* cryptoporticus, ſubterraneae *ſimilis, aeſtate* incluſo frigore *riget*. LASSITUDINEM denique quaerebant *Curſu, Geſtatione*, aliiſque modis exercitationis, quarum omnium finis eſt laſſitudo, teſte Seneca Ep. LXXXIII. adde ep. XV. habebant inter modos tuendae valetudinis; ſed luxus ad delicias trahebat. Hoc igitur illud *antecapere* involvit; mendum autem eſt, quando Barthius

4 ſed ea omnia luxu antecapere. Haec juventutem, ubi familiares opes
5 defecerant, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat: eo profuſius omnibus modis quaeſtui atque ſumtui deditus erat.

CAP.

XLVI. Adverſ. *c.* VIII. legit *antecipere*. illud habes *c.* XXXII. n. I. & alibi. Ceterum *neque frigus* verba deſunt Fabric. I. Et pro *aut ſitim* Senat. I. Eccard. Fabric. uterque Guelf. 2. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 12. & ed. vet. habent *non ſitim;* & ſuperbiſſime omnium Baſil. 2. *non famem*, *non ſitim*, *non frigus*, *non laſſitudinem*. in poſtremis etiam paullulum turbant; inprimis Guelf. 7. & 8. qui *nec ullam laſſitudinem*. Mihi vero edita ſola placet. & ſimilem, qua primam partem, MS. errorem vidimus ad *c.* XI. n. 3. & XII. num. 2.

4. HAEC JUVENTUTEM, UBI. Eccard. *Haec, ubi juventutem:* & ſic vulgatam accepiſſe videtur librarius Inc. 2. qui *Haec*, *poſtquam familiares opes* juventuti *defecerant*. melius *juventutem*, ſi is ordo recipiendus. certe non praeter morem Latinorum, quem indicavi ad *c.* XI. n. 2. & latet ſimile quid in Livii Praefat. *nec in quam* civitatem *tam ſerae avaritia luxuriaque immigraverint*. Sic MSS. pro *nec civitas*, *in quam*. Remenſ. I. *Haec* omnia *juventutem*, quod ex ceteris quidam inter lineas habent, ſed ita, ut interpretari voluerint *Haec*, & oſtendere, quod ad ſupra dicta vitia pertineat. Denique Guelf. 12. dum *familiares opes*, pro *ubi*, quod hic *poſtquam* ſignificat, ut ſupra notavimus.

FAMILIARES OPES. Quas *rem familiarem* vocat *c.* XX. n. 12. *bona patria*, *c.* XIV. n. 2. quaecumque ad ſe ſuamque familiam ſuſtentandam ſunt neceſſaria.

AD FACINORA INCEDEBANT. Inſtigabant. Guelf. 7. *ad mala facinora;* Sed 4. *incendere incendebant*. Scripſerit Salluſtius: *ad facinora incendere*, quod propter ſequentia *carebat*, *erat* immutatum eſſe poteſt, uti alia. vide *c.* XII. n. 1. & *c.* XXI. n. 4. De verbo *incendere* conferas notam ad *c.* V. n. 4. hic praepoſitionem addidit, ut Jug. *c.* IV. n. 4. *vehementiſſime ſibi animum* ad virtutem *accendi*. Atqui *accendebant* habet Baſil. I. ſupra poſito *incendebant:* quam varietatem infra aliquoties videbimus.

5. IMBUTUS MALIS ARTIBUS. *Inſtructus*, adſuefactus & quaſi infectus, ſive ſemel jam dicatus, ſi ſuper hoc Verbo audire volumus, quae diſſerit Graev. Lect. Heſiod. *c.* XVI. Sic Juſtin. XXIX. *c.* I. *Dux Annibal conſtituitur odio Romanorum*. quo imbutum *eum a pueritia ſciebant*. Liv. I. *c.* XXI. *ea* pietate *omnium pectora* imbuerat. Cic. pro Rege Dej. *c.* X. *quibus ille* ſtudiis *ab ineunte aetate ſe* imbuerat. & ſaepiſſime. Significat autem juventutem non deſiiſſe vitiis ſupra memoratis incumbere, etiamſi pecunia defecerit; ſed potius, quoniam ſemel adſueverat malis artibus, lubidine amplius ad illas latam fuiſſe. & propterea per fas & nefas opes acquirere ſtuduiſſe, quas eo profuſius conſumſerit. Vide Cic. II. Catil. *c.* V. pro Roſc. Am. *c.* XXVII. Vinar. I. *libidine*.

EO. Propterea, uti *c.* IV. n. 2. *c.* XX. n. 3. XXI. n. 3. *c.* XXII. n. 2. Liv. XXIII. *c.* XIX. *nocte mittebantur & perveniebant: eo cuſtodias hoſtium fallebant*. vide & *c.* I. n. 4. Quo *mihi rectius videtur*.

PROFUSIUS, OMNIBUS MODIS. Haec ita jungit, ut oſtenderet omnimodum quaeſtum, & omnis generis ſumtus in *varias* iſtas lubidines ſupra memoratas: & per particulam *profuſius* innueret ardorem in quaeſtu, & quaeſiti immodicam profuſionem. Sic Jug. *c.* XI. n. 2. *poſtquam illi* more regio *juſta* magnifice *fecerant*. Cic. II. de Invent. *c.* XLIX. *utra lex de genere omni; utra de parte quadam; utra* communiter, in plures; *utra in aliquam certam rem ſcripta videatur*. adde Jug. *c.* XXXV. n. 4. Non multum divertit A. Gellius XVII. *c.* VIII. *ad id* diei, *ubi jam* veſperaverat: Accius apud Nonium *c.* II. n. 546. *Calleci* voce canora, fremitu *peragrant*, minitabiliter. Ibidem Pacuvius Antiopa: Minitabiliter *increpare* dictis ſaevis *incipit*. Hic vero commode *profuſius* referas ad *deditus erat*. uti Livius XLII. *c.* LV. *cum* ingenti difficultate, *parvis itineribus*, aegre *Gomphos pervenit*. ubi *difficultate* ad *itinera* referas licet. ſic *omnibus modis* erit Periphraſis Nominis Adjectivi, quod aptandum erat *ſumtui* & *quaeſtui*, uti ſupra *c.* XI. extr. *illi corruptis* moribus. *c.* V. n. I. *Catilina* magna vi *animi & corporis*. & alia talia. pro quo in Suppoſit. Martial. Epigr. XVIII. Multimodo*que mades nocte dieque* mero. Similis locus eſt Jug. *c.* XXX. n. 3. ubi tamen ratio noſtra non videtur procedere; ſed ibi ſententiam meam expono. Baſil. 3. *eo profuſus*. Dubito vero, an Criſpus dederit *omnimodis*, quod apud Lucretium alioſque veteres eſt frequentiſſimum, ſaepiſſime autem ſimul, & varie corruptum.

QUAESTUI ATQUE SUMTUI. *Impenſis* in convivia, ganeas ceterumque cultum. *c.* XXIV. *mulieres*, *quae primo ingentes* ſumtus *ſtupro corporis toleraverant*.

CAP.

CAP. XIV.

IN tanta tamque corrupta civitate Catilina, id, quod factu facil- 1
limum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum ſe, tam-
quam ſtipatorum, catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, 2
ga-

CAP. XIV. 1. In tanta tamque corrupta. Sic Vinar. 1. Baſil. 1. & 3. Guelf. 1. 2. 3. 5. Fabric. uterque, Rem. 2. Sen. 1. & ed. vet. At alii, ut Guelf. 4. 6. 11. Rem. 1. Baſil. 2. Vinar. 2. Acad. *In tanta* itaque *tamque:* quae particula Adſumtionem Narrationis notare debuit: quae recte habet, etiamſi abeſt. Reliqui: *In tanta itaque & tam*. Sed Eccard. primitus habuit: *Itaque in tanta corrupta civitate;* & Struv. hodieque: *In tanta itaque corrupta*. certe *tamque* etiam aliis duobus a manu ſecunda additum eſt. Mallet aliquis: *tanta tam corrupta*, ut Livius v. Tot tam *valida oppida*. vide Gron. ad Sen. Octav. *v.* 5. infra *c.* LI. n. 10.

Id quod factu fac. Incert. 2. Baſil. 3. Guelf. 8. 11. & inter lineas 9. *ratus id, quod f. f. e.* 10. *exiſtimans, id quod f. f. e.* Pro *factu* in Rem. 2. eſt *actu*, quod & ex duobus ſuis notavit Gruterus. Alterum formula defendit; ſed alterum, quomodo in libros pervenerit, ignoro. Nolo tamen ad fabulas confugere, quaſi Catilina magnnm virum, qui ſtipatoribus ornatus fuit, *egiſſet*. Confer *c.* xxx. n. 2. Cum vero poſtea, quam haec ſcripſi, cognoſcerem, in Baſil. 3. a manu prima fuiſſe: *quod facillimum erat facturum;* ex iſta varietate facillime fieri poterit *facillimum factum*, ut alibi *optumum factum*, *difficile factum*, *difficile dictum*, quae adduxi infra ad *c.* xxxii. num. 1. niſi forte cui religioni fuerit litteris *m*, quae jam ſepties hoc loco proxime ſeſe excipiunt, unicam etiam addere.

Flagitiorum atque facinorum. Sic MSS. Gruteri & Rivii meliores. Ex noſtris Guelf. 3. 4. 5. Baſil. 1. Remenſ. 2. Senat. 1. Fabric. 1. & pro varia lectione etiam 2. Satis illud auctoritatis pro veritate. ſed & Eugraphius ſic citat ad Terent. Eunuch. A. v. Sc. vi. *Ad hoc* facinorum *circum ſe*, *tamquam ſtipatorum*, *catervas habebat.* Citavit autem, ut illuſtraret Terentii *Scelus* pro *Sceleſto*. Et ſane (etſi poſſes *catervas facinorum* jungere, ut ſint *facinoroſae catervae*) hoc quoque loco *flagitia* ac *facinoroſa* ponuntur pro *flagitioſis* ac *facinoroſis*, uti infra aliquoties *ſervitia* pro *ſervis:* *c.* xxxvi. *vicinitas* pro *vicinis:* *c.* xlviii. *conjuratio*, pro *iis*, *qui conjurarunt*. Aliquoties ſimiliter locuti ſunt Terentius & Plautus, qui Perſa A. iii. Sc. ii. *v.* 10. *Lutum* pro *lutulento* ita poſuit, ut alibi *Caenum*, obſervante Turneb. xxix. Adverſ. *c.* xvii. ut Catullus Carm. xvii. *Stuporem* pro *ſtupido*. Sic intelligendus Virg. ii. Aen. *v.* 65.

Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine *ab uno*
Diſce omnes.

Sic Martial. xi. Epigr. xciii.

Mentitur, *qui te* vitioſum, *Zoile*, *dixit*.
Non vitioſus homo es, *Zoile*, *ſed* vitium.

Silius viii. *v.* 557.

- - - ſpectacula *tantae*
Ambo acies virtutis erant.

hoc eſt, Spectatores. Eumen. Paneg. *c.* viii. *Cum conjugiis & liberis*, *ceteroque examine* neceſſitudinum *tranſirent*. Livius xxxiv. *c.* vii. extr. *patiendum huic* infirmitati *eſt*, *quodcumque vos cenſueritis*. Alia alibi adſeram, uti ad *c.* xxiv. n. 4. Sic & Graeci, ut in proverbio trito: Ἡρώων παῖδες λῶβαι vel ἆται, de quo vide R. Bentlei. ad Horat. i. Od. xxxvii. *v.* 9. p. 61. Eamdem elegantiam obſervavit Cic. iii. de Orat. *c.* xlii. qua *& virtutes & vitia pro ipſis*, *in quibus illa ſunt*, *appellantur*. & Quinctilian. viii. *c.* vi. ubi exemplum laudat: *ſacrilegium deprehenſum*, pro *ſacrilego*. ad quam formam Volcatius in Caſſ. *c.* v. Luxuriem *non levi ſupplicio adfecit*. Sed quemadmodum Eugraphius tantummodo *facinorum* citavit in his verbis; ſic ed. vet. habet ſolum *flagitioſiſſimorum:* quomodo, ſed addito, *atque facinoroſorum*, etiam Vinar. 2. Utrumque autem recte conjungi poſſe, patebit ex dictis ad cap. xxiii. num. 1.

Circum ſe. Sic loquuntur de Stipatoribus & proximis quibuſque. Liv. xxix. *c.* i. *ex iis trecentos juvenes inermes* circa ſe *habebat*. Herodian. i. *c.* xi. n. 15. πλείονι ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΝ ἐχρῆτο φρουρᾷ. adde ad *c.* xxvi. n. 5. notata.

Tamquam ſtipatorum. Satellitum, cuſtodum corporis. Cic. pro Muren. *c.* xxiv. Stipatum *choro juventutis*, *vallatum indicibus atque ſicariis*. pro domo ſua *c.* v. *Armiger Catilinae*, ſtipator *tui corporis*. Virg. iv. Aen. *v.* 136.

- - - *magna* ſtipante *caterva*.

Florus iv. *c.* i. de Catilina: *Hos omnes immaniſſimi facinoris* ſatellites *habuit*.

2. Quicumque impudicus. Pathicus, ſive qui patitur muliebria ſic proprie vocatur. Juſt. viii. *c.* vi. *Alexandrum ad ſtupri conſuetudinem per-*

ganeo; manu, ventre, pene bona patria laceraverat; quique alienum aes grande conflaverat, quo flagitium, aut facinus redimeret; praeterea omnes

perpulit, & impudicum *fecit antequam regem*. Cic. pro Coel. *c.* XIII. *adulter*, impudicus, *ſequeſter convicium eſt*. Revolve dicta ad *c.* XIII. n. 3. additis, quae Torrent. ad Sueton. Aug. *c.* XXXIV. & lege de talibus Catilinae ſociis Cicer. II. Catil. *c.* IV. quare Baſil. 2. omittere non debuit.

GANEO. Tabernis operam dans & conviviis turpioribus, Eugraph. ad Ter. Heaut. A. V. Sc. IV. *v.* II. Lactant. III. *c.* XXVI. *Da libidinoſum, adulterum*, ganeonem: *jam ſobrium, caſtum, continentem videbis*. De ganea dixi ad *c.* XIII. n. 3.

MANU, VENTRE, PENE. Aliae editiones voce amplius: *alea*, quam ſervant MSS. Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Baſileenſ. 2. & 3. Struv. Acad. Remenſ. 1. Eccard. Sed quam nos dedimus cum Grutero lectionem, eam tuentur Fabric. uterque, uterque Senat. Guelf. 2. 5. Baſil. 1. & ed. vet. Nam Remenſ. 2. omittit *manu:* ſicuti *ganeo* primitus non fuit in Guelf. 4. At Guelf. 1. & Vinar. 1. *aleo* praeferunt, pro quo militavit Putſchius. Vinar. 2. *ventre*, alia *pene*. Denique Guelf. 3. & 6. in ſuperioribus vocibus ordinem mutant: *impudicus*, *ganeo*, *adulter:* Quaſi illi voluiſſent *manu* ad *impudicum*, *ventre* ad *ganeonem*, *pene* ad *adulterum* referri. Quod etſi etiam in recepto poſitu fieri poſſit, vide ad *c.* II. n. 4. III. n. 4. firmavit tamen aliquatenus conjecturam meam, qua reſcribendum putavi: ano, *ventre*, *pene:* id eſt, impudicitia iſta, de qua ad *c.* XIII. n. 3. memoravi, & propter quam proprie *impudici* appellantur. De obſcoenitate utriuſque vocis *ani* & *penis* diſputat Cic. IX. ep. XXII. n. 5. Sed in re turpicula ſatis erit iſta jeciſſe. Juvat interim Gloſſ. Fabric. 1. adſcribere: manu, *hoc eſt profuſe dando;* ventre, *comedendo;* pene, *ſtupro*. Sed neque Gronovius in interpretatione *manus* ſatisfacit.

BONA PATRIA LACERAVERAT. MS. noſtri ne litterulam quidem mutant, niſi quod Vinar. 1. *lacerabat*, Aldina *diſſipaverat*, *Lancinaverat* Palmerius ex Colonienſi, quod verbum paullo efficacius illi videtur, quam *laceraverat*. Sed ingenio ſuo abreptus eſt, ut paſſim alibi. Non agam cum illo ex Excerpt. Different. Bongarſ. p. 94. Laniat, *cum membratim diſtendit;* Lacerat, *qui partibus ſuis membra diſtruit;* Lancinat, *qui utiliter membra diſcerpit:* unde *Lancinat* manifeſte hoc loco damnatur; Sed habemus uſum Plauti Mercat. Prolog. *v.* 48. *Lacerare rem ſuam*, qui & Aſin. A. II. Sc. II. *v.* 25. & Stich. A. III. Sc. I. *v.* 45. *Lacerare diem*, pro *conſumere diem* appellavit. Ovid. Heroid. Epiſt. I. *v.* 90.

Viſcera noſtra, tuae dilacerantur *opes*.

ubi Heinſius *dilaniantur*. leg. 1. pr. D. de Curat. Furioſ. *Solent hodie praetores, ſi talem hominem invenerint, qui bona ſua* dilaceranda & *diſſipanda profudit, curatorem ei dare*. Florus IV. *c.* IV. n. 2. lacerare *furtis haereditatem*. Eadem Metaphora Laberius apud Gellium VII. *c.* IX. *De integro patrimonio meo centum millia nummum* momordi. Uſitatius eſt *devorare*, ut apud Catullum Carm. XXIX. *v.* 23. *quid hic poteſt, niſi uncta* devorare *patrimonia*. *Bona patria* eleganter vocat, quae infra *c.* XXXVII. n. 5. *patrimonia*. Sic Cic. de Senect. *c.* VII. *quemadmodum noſtro more male rem gerentibus* patriis bonis *interdici ſolet; ſic illum quaſi deſipientem, a* re familiari *removerent judices*. Sic legendum eſſe docuit Giſanius ad Lucret. p. 353. ubi & ex Paulli Recept. Sent. III. tit. IV. n. 8. adſcripſit *bona paterna avitaque*.

ALIENUM AES GRANDE CONFLAVERANT. Multa debita contraxerant. *ab aliis* multum *aeris* mutuum *ſumſerant*. nam *etiam aureos numos aes dicimus*, Ulpian. l. 159. de V. S. quia, quod pervulgatum, prima moneta aerea fuit. Sic, quia homines primum glande paſtos eſſe credebant, (vid. Plin. VII. *c.* LVI. Juvenal. Sat. VI. princ. alios) omnis cibus *glans* vocatur, lege 236. Eodem. de voce *alienum* dixi ad *c.* VII. n. 2. *Conflare* eſt conficere proprie, & pro colligere, contrahere ita ponitur, uti eas ſignificationes ad verbum *Facere* auctores aptare ſolent. Male Turnebus ad Cic. I. Agrar. *c.* ult. ſic Noſter *c.* XXIV. n. 4.

REDIMERET. Gloſſ. MS. *per illud debitum poenam evaderet*. Noſtrates & *Loſskauffen* & *Gutmachen* dicere ſolent. Sic Plancus Cic. X. ep. VIII. n. 2. *non enim praeteritam* culpam *videri volo* redemiſſe. Sen. Excerpt. Controv. IV. Praef. extr. Redimebat *tamen* vitia *virtutibus*. Saepe S. Caeſarius, ut Hom. II. *per poenitentiam omnia minora* peccata *jugiter* redimuntur: & *minuta* peccata *indeſinenter* redimere. Hinc Cic. in Piſon. *c.* XXXVI. in. *Quid ego rerum capitalium quaeſtiones*, reorum *pactiones*, redemtiones, *libidinoſiſſimas liberationes proferam*. adde Jug. *c.* XXIX. n. 3.

OMNES UNDIQUE. Ex omnibus locis, ubicumque facinora commiſerant. Sic Jug. *c.* CIV. *venire jubet* omnes undique *Senatorii ordinis*. Cic. pro Sext. *c.* LVI. omnes undique *floſculos car-*

pere

omnes undique parricidae, ſacrilegi, convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes; ad hoc, quos manus atque lingua, perjurio aut ſanguine civili alebat; poſtremo omnes, quos flagitium, egeſtas, conſcius

pere ac delibare. Liv. XLI. *cap.* XIX. omnes undique *armati convenerunt*. Propter Ellipſin Verbi videtur vim *Nominis Adjectivi* ſuſtinere, ut apud Liv. XXXVII. *cap.* I. *praeſentes interrogationibus* undique *ſenatorum fatigati ſunt*. adde ſupra *c.* XI. n. 6.

PARRICIDAE. MSS. noſtri aut ſic, aut *paricidae*, aut denique *patricidae* ſcribunt. vetuſtiſſimi priori modo nempe gemina R. Et hi mihi refutare videntur Fr. Balduinum de leg. Rom. p. 25. Dion. Lambinum ad Cic. Milon. *c.* VII. & quosdam alios, qui *parricidam* dictum putant, quaſi qui *parem occiderit*. ita enim putant voci optime adſtrui poſſe notionem cujuſcumque occiſoris. Et hoc quidem Feſtus p. 324. probat ex lege Numae: *Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit*, parricida *eſto*. & comprobari poteſt ex Juſtin. IX. *c.* VII. XVII. *c.* I. uti lege I. D. de L. Pompej. de parric. Sed ſit ſane a *patre* derivandum, poterit tamen de quocumque homicida ita dici, ut *Peſtis* pro quocumque *praeſenti malo; Pecunia* pro omnibus *opibus*. Eadem vox de omni Pecunia nunc dicitur, ſed diſtinguebant aliquando. Lamprid. Severo *cap.* XXXIII. *Scenicis numquam* aurum, *numquam* argentum, *vix* pecuniam *donavit*. *Puer* de quolibet ſexu appellatur, notante Donato ad Andr. Act. II. Sc. III. Et multa praeterea eſſe, quae etſi *arcte* proprie dicantur, *latius* tamen uſurpentur, infra patefcet exemplis *legionis*, *c.* LIII. *Evocatorum*, *c.* LIX. *Lictoris*, Jug. *c.* XII. & aliquot aliis.

SACRILEGI. Qui templorum rerumque ac perſonarum ſacrarum religionem violarunt. vide leg. 4. 6. & 9. D. ad L. Jul. Pecul.

CONVICTI JUDICIIS. Male hic I. Waſſe ſeſe gerit cum ſua Praepoſitione *In*, & alieniſſimis exemplis illuſtrat. e. g. *convicti ſcelere*, *convicti in affectatione imperii*. Hic *convictus judiciis* eſt idem quod *per judicia* legitima convicti, *a* ſive *in* judiciis, ut infra *c.* XLVII. & XLIX. & apud Cic. pro Quinctio *c.* XV. *non nemo aut ignominia affectus*, *aut* judicio *turpi* convictus. & III. Verr. *c.* LIX. *confiteatur*, *ſe omnibus* judiciis convinci *neceſſe eſſe*. ac alibi. Incert. 2. *victi in judiciis*. Baſil. 3. *convicti* in *judiciis*. ab interprete.

JUDICIUM TIMENTES. Sic Cic. pro Sext. *c.* XLVII. inter novarum rerum avidos numerat, *qui propter metum poenae*, *peccatorum ſuorum conſcii*, *novos motus converſionesque reip. quaerunt* adde Plaut. Moſtell. Act. V. Sc. II. *v.* II. Ariſtot. Polit. V. *c.* III. *Διὰ δὲ φόβον στασιάζουσιν οἵ τε ἠδικηκότες, δεδιότες μὴ δῶσι δίκην*. Accidit hoc Bello Italico, *quod propter metum judiciorum excitatum*, inquit Cic. II. Offic. *c.* XXII. Tacit. III. Ann. *c.* XL. *quibus ob egeſtatem ac* metum *maxima peccandi neceſſitudo*. De bello civili idem teſtatur Lucanus II. *v.* 251.

Quemque ſuae rapiunt ſcelerata in praelia cauſſae
Hos polluta domus, *legesque in pace* timendae
Hos ferro fugienda fames, *mundique ruinae*
Permiſcenda fide.

AD HOC. Praeterea. infra *c.* XLIV. extr. ad hoc *mandata verbis dat*. ibi vide. male ſex MSS. *ad haec;* & Vinar. 2. *Adhuc*.

MANUS ATQUE LINGUA. Obſerva elegantiſſimum *χιασμὸν*, ut vocant, quo proximum *perjurio* ad *linguam; ſanguine* autem *civili* ultimum, ad prius *manus* refertur. Similem figuram habes *c.* X. extr. & XLVI. n. 2. Sueton. Caeſ. *c.* XXXV. *bellum ſane difficillimum geſſit: neque* loco, *neque* tempore *aequo*, *ſed* hieme *anni*, & intra moenia *hoſtis*. Ibidem *c.* XXXV. eam obſervat Caſaubonus. Florus I. *c.* IX. *ex imperio perpetuo* annuum *placuit*, *ex ſingulari* duplex, *ne poteſtas* ſolitudine, *vel* mora *corrumperetur*. ubi in noviſſima ed. itidem loca Suetonii, & praeterea Dan. Heinſ. ad Matth. *cap.* VII. comm. 6. Cujac. XIV. Obſerv. *c.* XXIV. Reineſ. ad Rupert. Epiſt. XXIII. citantur. *Manus* autem ita *alere* dicitur, uti mox *facinus exagitare* & Jug. *c.* LXV. *ſpes pacis impellere*. ibi plura.

ALEBAT. Miniſtrabat, unde ſeſe alerent. Sic *c.* XXXVI. n. 3. *Turba atque ſeditionibus ſine cura* aluntur. quo alia contuli.

CONSCIUS ANIMUS. Conſcius nempe flagitii aut facinoris. De vi vocis *Conſcii* & *Conſcientiae* non contemnenda notavit Schulting. ad Quinctil. Declam. I. *c.* VII. Noſter vero cum potuiſſet *Conſcientiam* inferre, maluit *conſcium animum* dicere, eodem modo, quo Cic. I. de Invent. *c.* XVI. *In contentionem adducentur*, *ſi eorum inertia*, *negligentia*, *ignavia*, deſidioſum ſtudium, & luxurioſum otium *proferetur*. Idem de Senect. *c.* X. *pueros*, & qui *conſtantis aetatis* conjungit hac Figura, quam aliqui ex veteribus Hyperbaton vocare ſolent, ea voce comprehendentes omnia, quae contra externam Concinnitatem & Numerum Orationis dicuntur.

ſcius animus exagitabat: ii Catilinae proxumi familiareſque erant.
4 Quod ſi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam ejus inciderat;
quotidiano uſu atque illecebris facile par ſimiliſque ceteris efficie-
5 batur. Sed maxume adoleſcentium familiaritates adpetebat: eorum
animi molles & aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur.
Nam

Proxumi. Intimi, quod de regibus & principibus frequenter dicitur. Sic *proximi amicorum.* Tacit. vi. Ann. *c.* xxvi. n. 2. xiii. *c.* xiii. n. 5. adde Jug. *c.* xxxv. lxxx. & cvii. Plaut. Milit. Act. ii. Sc. iii. *v.* 77. *hic ei* proxumus *eſt.* vide leg. 92. D. de V. S. Dicitur etiam de ſanguine conjunctis, ut apud C. Nep. Ageſil. *c.* i. *qui* proximus *eſſet propinquitate*. Sed Theologi Graecorum τὸ πλησίον hac voce exprimunt, notantes eum, qui jure ac ſocietate humani generis continetur; quae notio a puriori latinitate exulat. vide ſuper illa Vorſtium ad Sulpic. Sev. i. H. S. *c.* xvii. Baſil. 3. omittit copulam *proxumi familiares*, ut ſit ſicuti *c.* xix. n. 1. *infeſtus inimicus*. Sed aliis quam plurimis locis idem accidit. vide Jug. xvi. extr. *c.* xviii. n. 1. &c.

4. A culpa vacuus. Alibi Praepoſitionem omittit. addit eam Caeſar ii. Gall. *c.* xii. *quod vacuum* ab defenſoribus *eſſe audiebat*. Tacit. i. Hiſt. *c.* lxxxvi. *vacuus* a periculo *animus fuit*. Sed Idem vi. Ann. *c.* xvi. *neque enim quiſquam tali* culpa *vacuus*. Noſter haud gravatim Praepoſitiones addit, uti *c.* li. cum *ſummo ſtudio*: & Jug. *c.* xxxi. n. 2. ubi vide. Vinar. 2. & ed. vet. habent: Quia *ſi quis etiam*. Sed *quod ſi ſe* ſatis defendit, & dictum, ut *c.* xviii. Quod ni *Catilina maturaſſet*. ubi vide. Melius, ut puto, Baſil. 1. omittit *etiam*.

Quotidiano usu. MSS. aetate majores omnes *cotidiano uſu*: Senat. 2. & Guelf. 6. a manu ſec. cum Vinar. 1. Baſ. 2. & Acad. *cottidiano*, qui videntur cum Quinctiliano feciſſe, qui i. *c.* vii. *cotidie* magis, quam *quotidie* ſcribere vult. Sed uſus obtinuit, ut *quotidie* ſcriberemus, etſi olim *cotidie* ea ſcriptura enunciara ſit, ut docuit Caſſiodorus ex Papirio p. 2290. Ea res ſcripturam ſaepe reddidit incertam. Sed antiquos frequentiſſime QV, loco C, poſuiſſe tradidit Priſcian. i. p. 560. & Velius Longus p. 2236. Eoſque etiam *Coquus*, non *Cocus*, quod in libris viſitur Jug. *c.* lxxxv. ſcripſiſſe, auctor eſt Donatus ad Ter. Adelph. Act. iii. Sc. iii. Praeterea videas eos, qui *cotidie* ex recentioribus propugnant, *quum* tamen ſcribere pro *cum*, in quo tamen idem omnino obtinet judicium. Quamobrem permittent mihi hic cum Guelf. 7. 11. 12. etſi recentioribus MSS. cum ed. vet. & optimis novitiis *quotidiano* ſcribere.

Usu. Conſuetudine, quam vulgo *Converſationem* dicunt. Habes ea notione apud Cic. pro Roſc. Am. *c.* vi. pro Cluent. *c.* xlii. & alibi. apud Caeſar. i. Civ. *c.* li. C. Nepot. Attic. *c.* xx. Tacit. ii. Ann. *c.* xxviii. it. iv. *cap.* lxviii. Flor. ii. *c.* ii. n. 23. & quosvis alios.

Par similisque. *Par* ad conjunctionem & conſuetudinem externam; *ſimilis* ad mores pertinet. Ea alii etiam conjungunt, quando externum ſimul & internum quendam habitum notant. Differre certe, obſervavit Cl. Burmannus ad Quinctil. Declam. viii. *c.* iv. ſed in quo ſita ſit differentia, dicere noluit. Citatis ab eo adde Cic. i. de Leg. *c.* x. *Nihil eſt uni unum tam* ſimile, *tam* par, *quam omnes inter noſmet ipſos ſumus*. Senec. i. de Ira *c.* ix. extr. *quos* (affectus) *numquam comprimere poſſit, niſi* pares *illis* ſimileſque *oppoſuerit*. Aurel. Victor Caeſ. *c.* xxxiii. n. 29. *& quiſque peſſimus erit*, par ſimiliſque *ſemper ipſi habebitur*. Gloſſa Guelf. 1. par *in quantitate*; ſimilis *in qualitate*. quae auctore ſuo ſatis digna. Neſcio, an ſic Apulej. ix. Met. p. 232. *Namque & mihi, & ipſi domino coena* par ac ſimilis, *ſed oppido tenuis aderat*. Noſter in decantatiſſima ſua brevitate valde hujus compoſitionis ſtudioſus eſt. Sic *c.* v. n. 1. *ingenio* malo pravoque. *c.* xx. *populi* atque *nationes*. *c.* xxiii. *flagitia* atque *facinora*. *cap.* l. *tempus* atque *dies*. Jug. *cap.* i. *Dux* atque *Imperator*. *cap.* xiii. *affines* & *propinquos*, alia alibi diſtinguit.

Ceteris. Fabric. 1. pro hac voce aliam initio habuit. neſcio an illas, quas Senat. 2. offert: *eſſet is*. Guelf. 3. plane abſuit: habet nunc in margine. Sane aut aliam dedit Criſpus, aut hac facile carere poſſemus, ſi potioris auctoritatis libri juberent. Quantum autem uſus & conſuetudo malorum ad corrumpendos mores faciat, docet Seneca Epiſt. vii. de Tranqu. *c.* vii. iii. de ira *c.* viii. Terent. Andr. Act. i. Sc. i. Auguſtin. ii. Confeſſ. *c.* viii. *Confricatione conſciorum animorum, accenditur pruritus cupiditatum*.

5. Adolescentium. Qui rationibus ſuis & conſilio magis apti eſſent, ferocientes aetate. Et ab iis multae ſaepe turbae. vide *c.* xvii. n. 6. & Senec. i. de Clem. *c.* ix.

Animi molles et aetate fluxi. *Mobiles* &

Nam uti cujusque ſtudium ex aetate flagrabat, aliis ſcorta prae- 6
bere; alii canes atque equos mercari; poſtremo neque ſumtui, neque modeſtiae ſuae parcere, dum illos obnoxios fidosque faceret. Scio,

& *inconſtantes*. Sic Horatius: *mollia brachia*. at Tacit. IV. Ann. *c.* XVII. *ne quis* mobiles *adoleſcentium animos praematuris honoribus ad ſuperbiam extolleret*. Porro *fluxas* & *mobiles* conjungit Jug. *c.* CIV. Supra *c.* I. dixerat, *formae ac divitiarum gloriam* fluxam *atque* fragilem: Inde Gloſſa in Vinar. 2. *animi molles & aetate fragiles & fluxi*. vide ad *c.* XXXIX. extr. De hoc adoleſcentium habitu Terent. Adelph. Act. V. Sc. IX. *v.* 35. 36. Hecyra Act. I. Sc. III. *v.* 31. & Plato I. de Rep. *μάλιστα δυνατῆς πολυστρόφον γνώμαν* tribuit juventuti. Adde Ariſtotel. VIII. Ethic. *c.* III. Lactant. I. *c.* XX. *Aetas illa ſimplex &* improvida *prius irretitiri & in laqueos poteſt cadere*, *quam* cavere. Confer Herodian. I. *c.* III. n. 4. Hinc Paullinus de ſua pueritia Euchar. *v.* 107. *vagus per* lubrica tempora *vitae*, quomodo Plin. III. epiſt. III. Adoleſcentiam vocat *lubricum aetatis*. Claudian. III. Rapt. *v.* 227. *teneris*, *heu*, lubrica *moribus* aetas. Illis opponuntur *conſtantes* apud Cic. pro Q. Roſc. *c.* XVI. quemadmodum *conſtans aetas* opponitur adoleſcentiae de Senect. *c.* XX. & alibi. vide Bentl. ad Hor. Art. Poet. *v.* 157. Mox *difficiliter* ſcribit Cod. Struvianus.

6. UTI CUJUSQUE STUDIUM EX AETATE. *Πρὸς τὸ πάθος ἑκάστου συντιθέμενος*, Luciani verbis de non cred. calumn. Habet enim ſua quaeque aetas ſtudia & cupiditates. Horat. de Art. Poet. *v.* 156.

Aetatis cujusque notandi ſunt tibi mores.

quos expoſuit partim Ariſtotel. II. Rhet. *c.* XII. ſeqq. & paucis Prudent. II. in Symmach. *v.* 317. ſeqq. Baſil. 3. primitus: *ut c. ſtud. ex aetate flagitabat*. poſt alia manus Praepoſitionem delevit, reliquis, ut ſunt, relictis. quae itidem agnoſcit Struv. Nihil mutandum ex *c.* XXIII. n. 5. XXV. n. 3. & quam ſaepe audias *cupiditate*, *odio*, *ſtudiis flagrare?* Hinc Propert. I. eleg. XIII. *v.* 23. *flagrans amor Heben.* Tacit. II. Hiſt. *c.* XXXI. *flagrantiſſimae libidines*, cum innumeris talibus.

SCORTA PRAEBERE; ALIIS CANES. Haec enim ſtudia adoleſcentium elegantiorum Romae aliisque locis. Horat. de Art. *v.* 161.

Imberbus juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibusque.

ubi Acro opportune citavit Terent. Andr. A. I. Sc. I. *v.* 28. ſeqq. Hic vero Rem. I. & Guelf. I. habent *ſcortum praebere;* Vinar. 2. alii *canes a. e. m.*

NEQUE SUMTUI, NEQUE MODESTIAE. Neque impenſis, neque pudori ſuo & honeſtati, ut *c.* XI. n. 4. *c.* XXXVIII. extr. *c.* LII. *cum modeſto pudore certabat*. Ejus nimirum generis fuit Catilina, quos deſcribit Cic. I. Offic. *cap.* XXX. *qui quidvis perpetiuntur*, *cuivis deſerviunt*, *dum quod velint*, *conſequantur*. Id de illo ipſe memorat pro Coelio *c.* IV. V. VI. ubi inter alia: *Illa vero in Catilina mirabilia fuere*, *comprehendere multos amicitia*, *tueri obſequio*, *cum omnibus communicare quod habebat*, *ſervire temporibus ſuorum omnium*, cetera. Sed turpia, quae II. Cat. *c.* IV. *juventutis illecebra*, *aliorum amori flagitioſiſſime inſerviens*, *qui alios ipſe amabat turpiſſime*.

PARCERE. Temperare. infra *cap.* LII. *parcite dignitati Lentuli*, *ſi ipſe* pudicitiae *ſuae*, *ſi famae ſuae*, *ſi diis*, *aut hominibus ullis unquam* pepercit. Lamprid. Elagab. *c.* X. *neque enim unquam* verbis pepercit *infamibus*. Idem in Commodo *c.* II. *Popinas & ganeas in Palatinis ſemper aedibus fecit*: *neque unquam* pepercit *vel pudori*, *vel ſumtui*. adde infra *c.* XXV. n. 3. & Liv. I. *cap.* XLVI. nullis *verborum* contumeliis parcere.

DUM ILLOS. Gloſſae Guelf. I. ut *illos:* Fabric. I. *tantummodo*. Sic *c.* V. dum *ſibi regnum pararet*. Servius ſaepe per *donec* interpretatur, quo ſignificatu poſuit Ovid. I. Faſt. *v.* 33.

Quod ſatis eſt, *utero matris* dum *prodeat infans;*
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

OBNOXIOS FIDOSQUE. Arbitrio ſuo ſubjectos, & fideles, ut ibi *timor*, hic *amor* eſſet obſequii cauſſa. Sic enim Gellius de voce *obnoxius* VII. *c.* XVII. definientem ſiſtit Grammaticum: *cui quid ab eo*, *cui eſſe obnoxius dicitur*, *incommodari & noceri poteſt*. Sed eadem de cauſſa interdum *fidi* dicuntur, uti *c.* XXII. & Juſtin. XVI. *cap.* V. n. 2. Interim tamen *obnoxius* non modo *morem gerentem*, uti *c.* XXIII. Sed etiam *debitorem* & *obligatum* denotat, docente Servio ad II. Georg. *v.* 439. Hinc & *ſervilem* & plane *addictum* denotat, quacumque de cauſſa. Tacit. XII. Ann. *c.* I. *Conjugum imperiis* obnoxius *Claudius*. item XVI. *c.* VI. Sulpic. Sev. Dial. III. *c.* XII. *licet epiſcopis nimio favore eſſet* obnoxius. adde Juſtin. VIII. *c.* VI. n. 6. infra *c.* XLVIII. n. 5. *Sibi* non apparet in ed. Waſſiana, operarum, credo, incuria. habet enim Gruteriana cum reliquis. At elegantius ſane abeſt. nam *obnoxius* abſolute dicitur, uti apud Liv. XLII. *c.* XLVI. *quae ſerva atque* obnoxia *fore*, *ſi nullus*

7 Scio, fuiſſe nonnullos, qui ita aeſtumarent, juventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeſte pudicitiam habuiſſe; ſed ex aliis rebus magis, quam cuiquam compertum foret, haec ſama valebat.

CAP.

alio ſit, quam ad Romanos, reſpectus. notavit Gronovius ad Senec. Epiſt. cxx. adde Schefferum ad cit. Phaedr. Fab. III. Prolog. *v.* 34. Et ſane Guelf. 9. omittit, Eccardiano vero inter lineas noviſſime adpictum eſt. Heuſſ. *ſibique fidos;* Quo etiam optimus Commelinianus ducit, qui cum Baſil. 3. ſupra *ſuae* omiſerat: quod vero neceſſarium diſcrimen longe magis defendit, quam *ſibi.* adde *c.* XXII. n. 3.

7. QUI ITA AESTUMARENT. Fabric. uterque, Vinar. 1. uterque Senat. Baſil. 2. Heuſſ. Acad. Guelf. 2. & 4. cum ed. vet. *aeſtumarent.* Ceteri, major pars, in quibus etiam unus & alter ex melioribus, *exiſtumarent.* Mihi hic unice ſeſe probat *aeſtumarent*, vid. *c.* VIII. n. 2. *c.* XLVIII. n. 7. *Erant eo tempore, qui* aeſtumarent. adde *c.* LI. n. 15. Sed *ita* abundat, ut alibi *Quod, Id* Pronomina. Cic. XIII. ep. XLII. n. 4. *mihi gratiſſimum eſt, quod* ita *ſciunt procuratores, &* ita *Luccejus ipſe intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus, quam meam.* adde XV. ep. XXI. n. 4. Id. ad Attic. XII. ep. LI. *ſed ſcis* ita *nobis eſſe viſum, ut iſti ante legerent.* Livius I. *c.* XVI. *ſciantque &* ita *poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe.* infra *c.* XIX. *ſunt qui* ita *dicunt, imperia ejus barbaros nequiviſſe pati.* adde Jug. *c.* IV. n. 5.

PARUM HONESTE PUD. HABUISSE. Figuram *Litotita* in his obſervat Gloſſ. Guelf. 5. & 1. exponit *turpiter, ſodomitice ſcilicet.* De quo flagitio reſpice n. 2. citata. Talis C. Curio tribunus pl. de quo Vellej. II. *c.* XLVIII. *ſuae alienaeque fortunae ac* pudicitiae *prodigus.* Sed figuram illam jam illuſtravimus ad *c.* III. n. 1. Confer Jug. *c.* CI. n. 6.

EX ALIIS REBUS MAGIS, QUAM QUOD CUIQU. Senſum ſuboſcurum prius explanabo, quam de verbis dicam. Eſt autem genus Macrologias, quo utuntur optimi Scriptorum, quando validiſſime negare volunt, ut *alia omnia* opponant & adfirment, tantummodo non unum illud; & vice verſa. Sic Criſpi ſententia hoc loco eſt: *eam rem* plane non *compertam fuiſſe, famam valuiſſe* ex incertiſſimo *rumore.* Exemplis ea obſervatio illuſtrior magis erit. infra *c.* XXVI. n. 3. *Sed ei cariora ſemper* omnia, quam *decus atque pudicitia fuit.* Cic. VI. ep. I. num. I. *nemo eſt, quin* ubivis, quam *ibi, ubi eſt, eſſe malit.* eo loco plura Salluſtii citavi. Id. VII. ep. I. n. 9. *dum tibi* quidvis *potius*, quam *orationes meas legerit.* pro Quinctio *c.* XXVI. *quid haec amentia ſignificat? non vim, non ſcelus, non latrocinium? non denique* omnia *potius*, quam *jus, quam officium, quam pudorem?* III. ad Attic. ep. X. *Quae tamen* (diſcordia) *inter eos de* omnibus *potius rebus eſt*, quam *de me.* Lentulus Cic. XII. ep. XV. n. 8. *ut* omnes *firmiores putarent*, quam *bonos.* Curt. III. *c.* VI. n. 3. Omnia *quippe facilius*, quam *moram perpeti poterat.* Terent. Hec. Act. III. Sc. I. *v.* 4. *Cui fuerat praeſtabilius*, ubivis *gentium aetatem agere*, quam *huc redire.* Livius II. *c.* XXXIX. *Plebes* omnia, quam *bellum malebant.* Quod hic magis proclive eſt, cum vox *aliis* contrarietatem indefinitam involvat, uti dixit ad Cic. I. ep. II. n. 4. Sic eadem figura erit *c.* XXXVII. *quicumque* aliarum, atque *Senati partium erant.* Erit etiam in illis Jug. *cap.* XIII. *Nihil* minus, quam *vim aut bellum exſpectantem. cap.* LXXXII. extr. *ſi ademta provincia* alii, quam *Mario traderetur.* de vi particulae *quam* vide, ſi placet, quae notavi ad Rutilii Itiner. I. *v.* 2. Quod vero *compertum* ſit certo cognitum, id oſtendo ad Jug. *cap.* XVII. Jam pleriſque veteribus libris deeſt Particula *quod:* ex noſtris ſolummodo Senat. 2. & Baſil. 1. integre, Guelf. 1. & 3. dubie ſervarunt: illi nempe expuncta; huic alio atramento adjecta eſt. Sed librarii decepti ſunt omnino genere loquendi, atque ad notius, quod ſaepe obſervavi, inſolentius paullo reformarunt. habuerant autem *c.* V. *ſupra quam cuiquam credibile eſt;* & ſic Auctorem etiam hoc loco locutum eſſe putarunt. Nequidquam, ut vidimus. alia autem de cauſſa eam particulam exturbarunt iidem illi *c.* IX. num. 5. Deinde Fabric. 1. ſine Praepoſitione *aliis rebus*, contra quem ceteri nituntur. At Senat. 2. Incert. 1. & Guelf. 12. *cuique.* Facilis iſte in MSS. lapſus; hic tamen animo advertendus, cum *c.* V. num. 3. ſimiliter *cuique* pro *cuiquam* dederit Gruterus ex ſuis, quos hic ſilentio involvit. Guelf. 6. *cuicumque.* adde infra *c.* XXI. n. 2. Denique editiones quaedam *ex eo, quod;* quae eſt mera interpretatio, cum Pronomen illud omittatur, ut ſupra vidimus ad *c.* XIII. n. 2. & ita plane I. Hiſt. Or. Philippi: *non pro ſua, aut* quorum *ſimulat injuria.* Age, imperite, & hic repone: *aut pro eorum, quorum.* Livius XXXI. *cap.* XL. in. *Ita anguſtiae* minore *certamine, quam* quod *animis propoſuerant, ſuperatae.*

FAMA VALEBAT. Guelf. 8. & Eccard. *volebat.*

CAP. XV.

JAM primum adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat, 1
cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſtae, alia hujuſcemodi con-
tra jus faſque. poſtremo captus amore Aureliae Oreſtillae, cujus 2
praeter formam, nihil umquam bonus laudavit; quod ea nubere illi du-

bat. melius Gloſſae, qui exponunt *vigebat*. Curt. IX. *c.* VI. n. 1. *Rex cum audiſſet*, convaluiſſe *apud barbaros* famam *mortis ſuae*. Tacit. IV. Ann. *c.* X. *Sed non omiſerim eorumdem temporum* rumorem, validum *adeo, ut nondum exoleſcat*.

CAP. XV. 1. JAM PRIMUM. Male Fabric. uterque, Vinarienſes, Acad. & ed. vet. *Jam pridem. primum* ad adoleſcentiam. narrat enim quo poſtremo captus ſit amore, quaeque demum alios facinora docuerit. Livius XL. *c.* III. Jam primum *omnem fere multitudinem civium ex maritimis civitatibus traduxit*. *Jam* autem eſt particula adſumendi & continuandi narrationem, ut Cic. II. ep. XIII. n. 2. VII. ep. XVIII. n. 8. cum nota. Apulej. de Hab. Doctr. Plat. p. 25. Jam principio *civitatis definit formam*. Florid. p. 342. Jam primum *crines ejus praemulſis annis*. Hinc ſaepe ita ponitur, ut ſit fere *Etiam, Porro*, uti apud Liv. XL. *c.* XII. Jam *illud quam accuſatorie*. Plin. I. epiſt. VI. Jam *undique ſilvae* &c. Apulej. de Mundo p. 57. Jam *aſtrorum innumerabilis multitudo* &c.

MULTA N. STUPRA FECERAT. Aſconius ex Cicer. *Stupris ſe omnibus ac flagitiis contaminavit*. Servat phraſin Auſonius Epigr. CXIX.

Tres uno in lecto, ſtuprum *duo perpetiuntur*
Et duo committunt, *quatuor eſſe reor.*
Falleris; extremis da ſingula crimina: & illum
Bis numeres medium, qui facit, *& patitur.*

CUM VIRGINE NOBILI. Quae poſtea ipſi ſocrus fuiſſe dicitur. Cic. Or. in Toga Cand. *Ex eodem ſtupro tibi & uxorem, & filiam inveniſti*. Ibi Aſconius: *Dicitur Catilina adulterium commiſiſſe cum ea, quae ei poſtea ſocrus fuit; & ex ſtupro duxiſſe uxorem, cum filia ejus eſſet*. Sed tantam rem non ita ſuſpicioſe poſuiſſet Salluſtius.

SACERDOTE VESTAE. Tres Codd. recentiores *Deae Veſtae*. Guelf. 4. inepte *Sacerdotiſſa Veſtae*. Rem narrat ibidem Aſconius: *Fabia, virgo Veſtalis, cauſſam inceſti dixit, cum ei Catilina objiceretur; eratque abſoluta*. De ſtupro cum Veſtali etiam Oroſius, & Plutarchus. Sed cum Criſpus ejuſmodi incerta narrare pro compertis non ſoleat, mihi itidem, ut Grutero, haec valde ſuſpecta ſunt. De Sacerdotibus Veſtae Lipſius peculiari libro, & Plutarchus in Vita ejus, qui inſtituit, Numae. Sed ſi vel illud noveris, quod illis perpetua Virginitas ſervanda fuerit, intelliges cur hoc ſtuprum *nefandum* dixerit Auctor.

ALIA HUJUSCEMODI. Copulam, quae proletarias editiones obſidet, unus Guelf. 10. in textu habet: 7. *aliaque*. Omittit Noſter eam & *c.* XXI. n. 2. *magiſtratus, ſacerdotia, rapinas*, alia omnia, *quae bellum fert*. & *c.* XXV. n. 2. XLVIII. n. 4. LI. n. 40. LII. n. 36. Vinar. 1. *alia multa hujuſcemodi*.

CONTRA JUS FASQUE. *Jus* ad res humanas; *fas* ad res divinas pertinere putant. & ſic Iſidor. V. Orig. *c.* II. Fas *lex divina eſt;* Jus *lex humana*. Hinc ſaepiſſime conjunguntur. Cic. ex Haruſpicum Reſponſo in Orat. de iis *c.* XVI. *Oratores* contra jus faſque *interfectos*. Lactant. VIII. *c.* XVII. *Confundentur omnia & miſcebuntur* contra fas, contra jura *naturae*. Plura Jo. Savaro ad Sidon. II. ep. XIII.

2. CAPTUS AMORE. Vulgata ſatis Phraſis, quam habet Ovid. II. Faſt. *v.* 585.

Jupiter indomito Juturnae captus amore:

& ex aliis pluribus Dictys I. *c.* V. Sic Apulej. de Hab. Doctr. Plat. p. 19. per libidinem capti *amatores corporum*. Cic. pro Cluent. *c.* V. *Mater Melini, generi ſui, contra quam fas erat*, amore capta. Et ad eam formam Ovid. Heroid. Epiſt. XV. *v.* 63. victus *meretricis amore*.

AURELIAE ORESTILLAE. Quae habebat & ipſa filiam, *c.* XXXV. quam forſitan Cornificius ſibi deſponderit, Coelius inter Cic. VIII. epiſt. VII.

CUJUS PRAETER FORMAM, NIHIL. Hoc eſt, in qua nihil umquam bonus aliquis laudavit, praeter *ejus* formam, per id genus Conſtructionis, quod occurrit *c.* XLVII. n. 1. Senec. Exc. V. Controv. VII. *In quibus laudari nihil poteſt, praeter fugam*.

QUOD EA NUBERE ILLI DUBIT. Eccard. *quia*. Sed Guelf. 1. 2. 5. Baſil. 2. Senat. 1. Fabr. 1. *qui, quod ea*. Ne ſcilicet ita nude ratio praeponeretur fa-

dubitabat, timens privignum adulta aetate; pro certo creditur, ne-
3 cato filio, vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſse. Quae quidem
4 res mihi inprimis videtur cauſsa fuiſse facinoris maturandi. Nam-
que animus impurus, dis hominibuſque infeſtus, neque vigiliis
ne-

facto, quod tamen ſollemne Noſtro. vide Jug. *c.* vii. n. i. Sed iisdem non bene procedere viſum eſt *captus amore* & *feciſſe*, quod eſſe deberet: *pro certo creditur*, *captum feciſſe*. Sed Nominativus iſte a Verbo *Creditur* dependet, & ſingulare eſt, quando illi Livius xl. *c.* xxix. quartum Caſum ſubjungit. Sic Tacit. xiii. Ann. *c.* xxiii. in. Deferuntur *dehinc conſenſiſſe* Pallas *ac* Burrhus.

Privignum adultum aetate. Baſil. i. & 3. Vinar. 2. Senat. i. & ed. vet. *adulta aetate*. quod non eſt nauci. Recte *aetas* dicitur *adoleſcere*, Tacit. ii. *c.* xliii. *Nam ſuam* aetatem *vergere*, *Druſi nondum ſatis* adoleviſſe. Lucret. iv. *v.* 1030. adulta aetas *cum primum roborat artus*. Et eadem ſtructura *c.* xlix. n. 2. *quod* extrema aetate, *maximis honoribus uſus victus diſceſſerat*. Saepe Cicero, ut v. Verr. *c.* xii. *Inter ejuſmodi viros ac mulieres* adulta aetate filius *verſabatur*. Plaut. Trin. A. i. Sc. ii. *v.* 5. *Hic ille eſt*, ſenecta aetate *qui factus eſt puer*. Sic Livius & Corn. Nepos: *homines magno natu*, vide Gebhard. ad hujus Pauſan. *c.* v. n. 3. Nihil mutaſſem, niſi Jug. *c.* lxv. n. 3. librarios damnaſſet.

Pro certo creditur. Tamquam certum, ſive *certo*. Cic. vi. ep. xiii. n. 12. *putavi*, pro certis *ad te ea*, *quae eſſent certa*, *perſcribi oportere*. Coelius Ep. iv. extr. pro certo *jam habetur*. Livius xxv. *c.* x. *ſed quid rei eſſet*, *nemo ſatis* pro certo *ſcire*. & ſic ille alibi. Jo: Serisber. Prolog. Policr. *non* pro certo *adſtruam*, & Epiſt. ii. extr. pro certo *ſciat eminentia veſtrae ſanctitatis*. Damaſus Epiſt. iii. in. *Etſi nobis* pro certo *perſuaſum eſt*. & eadem ad fin. *Porro autem* pro certo *credimus*.

Vacuam domum sc. nuptiis. Ad nuptias iſtas ſcelere pollutas. Sed eleganter *vacuam* dixit, ſublato privigno *opportunam* & *paratam*. Sic non modo Cic. i. Catil. *c.* vi. *cum novis* nuptiis *domum* vacuefeciſſes. Liv. i. *c.* xlvi. *cum domos* vacuas *novo* matrimonio *feciſſent*. quae jam citavit Bentlej. ad Hor. ii. Ep. ii. p. 401. ſed etiam Tacitus xi. Ann. *c.* xii. *Meſſalina in C. Silium juventutis Romanae pulcherrimum ita exarſerat*, *ut Juniam Silanam*, *nobilem feminam matrimonio ejus exturbaret*, vacuoque adultero *potiretur*. Horat. ii. Sat. v. *v.* 49.

– – *& ſi qui caſus puerum egerit Orco*,
In vacuum *venias*.

Sic *vacuos penates*, in quibus nullus filius, Quinctil. Decl. i. *c.* ii. & quae ibi Schulting. atque Burmannus. Contra *plenam domum*, *plenum teſtamentum*, Declamat. cccxxvii. ubi heredes. de quo egit idem Schulting. ad Senec. ii. Controv. xv. p. 203. Jam Dativum caſum notare *Terminum* quem dicunt *ad quem*, obſervatum ad Cic. ii. Ep. i. n. 2. & Noſter Jug. *c.* viii. extr. *ultro* illi *gloriam & regnum venturum*. Similem plane malitiam narrat Cicero pro Cluent. *c.* ix. adeo verum eſt, quod Plautus dixit Milit. A. iv. Sc. vii. *Multos multa admiſiſſe accepi inhoneſta propter amorem atque aliena a bonis*. Narrat immane hoc Catilinae facinus Val. Max. ix. *c.* i. n. 9.

4. Animus impurus. Pollutus ſcelere. Cic. i. Verr. *c.* xxvii. *Seſe intelligere*, *hominem illum eſſe* impurum *& nefarium*. Sic Idem ix. ad Attic. ep. xviii. adde Turneb. ad i. Agrar. *cap.* i.

Dis hominibusque infestus. A Diis hominibuſque infeſtatus, quem, ut Catilina ſibi animo proponebat, perditum aut excruciatum volunt ob violatum *jus faſque*. Propria ea notio Nomini *infeſtus*, ſiquidem eſt a Participio Paſſivo, uti *innoxius*, quaſi *innocitus*, *c.* xxxix. n. 2. *ignarus*, pro *ignorato*, Jug. *c.* xciii. n. 3. ad quem modum *Interminus*, apud Auſon. Ep. iii. *Obliterus*, apud A. Gellium xix. *c.* vii. alia alibi occurrunt. Quod ſi igitur haec Nomina *Active* ſumuntur, tum demum eſt Notio eatenus impropria, & ſimilis illis, quae ad *c.* x. n. 5. attuli, ubi *Falſus* pro *Fallente* poſitum fuit. De *Infeſtus* notavit Gellius ix. *c.* xii. quod *ancipiti* ſit ſignificatione: *Nam & is*, inquit, *Infeſtus appellatur*, *qui malum infert cuipiam*; *& contra*, cui aliunde impendet malum, *is quoque* infeſtus *dicitur*. Hinc Cicer. ii. Agrar. *c.* xxix. *infeſtum bellis*, *bello* Silius xii. *v.* 399. Rurſus Cic. pro Planc. *c.* i. *Si hujus* ſalus *ob eam ipſam cauſſam eſſet* infeſtior. Plaut. Truc. A. i. Sc. i. *v.* 65.

Quem infeſtum *ac* odioſum *ſibi memorabat mala*.

Liv. i. *c.* xlvii. *Tum vero indies* infeſtior *Tullii ſenectus*, infeſtius *coepit regnum eſſe*. *Diis hominibuſque* dixit, quod utroſque offenderat, eorumque leges violando odium contraxerat. Sic Plautus Rud. A. ii. Sc. ii. *v.* 13. Deorum *odium atque* hominum. Sulpic. Sev. ii. H. S. *c.* xiii. Deo ho-

neque quietibus ſedari poterat: ita conſcientia mentem excitam vaſta-

hominibuſque *inviſum*. Liv. XXIII. *c*. XXVII. *Si cunctator in ſegnitie*, Deorum hominumque *judicio damnata*, *perſtaret*. Cicero I. pro C. Corn. apud Aſcon. Diis *ac* nobilitati *perinviſus*. Saepe veluti ex formula conjunguntur, uti apud Livium III. *Non quidquid patrum*, *plebiſque eſt*, *conſules*, *tribunos*, deos hominesque omnes *armatos opem ferre*, *in Capitolium currere decuit*. Cic. pro Domo *c*. XVII. *Jam omnes urbes*, *omnes ordines*, *omnes* dii atque homines *judicaverunt*. uti *divina & humana c*. XII. n. 2. *ſacra profanaque c*. XI. n. 6. Reſpiciunt tamen ſemper auctores aut ad auguria, prodigia, ſortem, Sacerdotem, Fortunam, aut ad alia, quae Diis attribuere conſueverant. Fabric. I. *Dis*, altero *i* ſuperimpoſito. alii quatuor *dys*. Heuſſ. *dis*. vide ad *c*. I. n. 2. infra *c*. LII. n. 28. & 33. Sic Jug. *c*. XC. n. I. *dis* in MSS. iidemque alibi *iſdem*, *idem* pro *iiſdem*, *iidem*. Scilicet ab initio libri multa ad ſuam opinionem correxere librarii, quae in medio & ad finem non tentarunt. adde ſupra *c*. III. n. 3. de *iſdem* pro *iiſdem* infra *c*. XXXIX. n. 6.

NEQUE QUIETIBUS. Eo numero etiam Cicero I. Offic. *c*. XXIX. *Ludo autem & joco uti illo quidem licet: ſed ſicut ſomno &* quietibus *ceteris*. Sic Caeſar VII. Gall. *c*. X. *omnium ſuorum* voluntates *alienare*. Auct. B. Hiſpan. *c*. XXXVII. Peditatibus *&* equitatibus *ad perſequendum celeriter iter faciens*. Senec. de Provid. *c*. III. *cruditates*, *ebrietates*. Claudian. I. Rapt. *v*. 119. de incerto conſilio: *diverſos ducens* animos. quae omnia paullo inſolentius plurium numero dicuntur.

ITA CONSCIENTIA. Incert. 2. Guelf. 9. 11. & 12. *Itaque*, qualem errorem ſupra etiam notavimus. Cape pro *adeo*, velut cauſſam ſuperiorum, ut apud Plaut. Pſeud. A. I. Sc. I. *v*. 105. *Spero*, *me tibi inventurum auxilium argentarium*, *Atque id futurum unde*, *unde dicam neſcio*, *Niſi quia futurum eſt*: ita *ſupercilium ſalit*. *Conſcientiam* intellige *ſceleris*, nempe necis privigni. adpoſuit nomen ſupra *c*. V. n. 7. ſed abſolute *c*. XIV. n. 3. *Conſcius animus*. & Curt. III. *c*. VIII. n. 9. *ratus aliquas* conſcientiae *notas in ipſo ore poſſe deprehendere*. VI. *c*. X. n. 13. *Scelerati*, conſcientia *obſtrepente*, *quum dormire non poſſint*, *agitant eos furiae*.

MENTEM EXCITAM. Sic MSS. praeter Guelf. 3. qui *citam*; 4. qui *exitam*; II. qui *excitatam*, quod primitus habuit etiam 12. Incert. I. qui *curis excitam*. adde *c*. XXXVII. n. 7. Notat mentem *commotam*, quod Gloſſa Fabr. 2. habet, & ſede ſua atque quiete expulſam. Sic. II. de Rep. Ord. *c*. XIII. Confer N. Heinſ. ad Silium V. *v*. 192. *Excitam* autem in Interpretatione reddere poteſt *Exciebat &* ſive *cum excivisset*. Sic Jug. *c*. XXVI. *Atherbalem* excruciatum *necat*. Sic interpretatur Philargyr. illud III. Georg. *v*. 523.

Atque oculos ſtupor urget inertes.

Terent. Adelph. Prolog. *Verbum de verbo* expreſſum *extulit*. Liv. Epit. XLI. victos *in deditionem accepit*. Id. XXXVIII. *c*. XLIII. convulſos *ablatos eſſe*. XXXIX. *c*. II. Circumſeſſi *expugnati ſunt*. Frontin. de Aquaed. Art. LXXXIX. *quarum* (aquarum) *ſplendor a capite integer*, *nihil*, *aut minimum pluvia inquinatur*, *ſi putei* exſtructi *objecti ſint*. & ſic Noſter infra *c*. LII. n. 26.

VASTABAT. Non vexabat tantum, ſed excutiebat plane, & *vecordem* reddebat. Noſtrates eodem Idiotiſmo: *den Kopff wuſte machen*. Et hanc quidem lectionem propugnant decem Palatini, & optimus Commelinianus; aliquot Rivii & Waſſii; Ex noſtris Guelf. I. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. Eccard. Vinar. uterque, Baſil. I. & 3. Incert. I. Sen. I. Rem. 2. Acad. & vet. ed. Reliqui *vexabat*, quod non ſatis exprimit *verſabat* Gruteri & Bentleii; nedum ad *vaſtabat* exſurgeret. *Vaſtabat* autem, non ut *armenta homines vaſtare* dicuntur apud Jul. Obſequ. de Prodig. *c*. CXIV. in quos impetum faciunt. nec plane ut Tibullus IV. eleg. I. *v*. 153.

Atque duae gelido vaſtantur frigore *ſemper*.

quas frigus adfligit, & cultoribus privat: Neque ut Zeno Veron. Serm. LXIII. *cum in perſecutione pro nomine Domini* diabolum *moriendo* vaſtamus. Sed a latronibus & hoſtibus translatum, qui regiones ſaepiſſime dicuntur *Vaſtare*, etiamſi non proprie *vaſtitatem* faciant, ſed rapiant modo, trahant, turbent & vexent. Sic conſcientia vaſtat, quando diripit uſum mentis & tranquillitatem, eamque ſemper agitat. Gemma profecto Latinitatis, quam proculcare religioni ducere debuiſſent editores. Pretioſior certe, quam, ubi ſimili translatione mens dicitur *excuti*. Lucan. IV. *v*. 535.

- - - - *nullique tumultus*

Excuſſere *viris* mentes *ad ſumma paratas*.

vide Gronov. ad Senec. I. de Ira *c*. VII. N. Heinſ. ad Sil. II. *v*. 592. Et ſic Cic. I. Verr. *c*. II. *quorum ſcelerum poenis* agitatur, *&* a mente *conſilioque* deducitur. pro S. Roſcio *c*. XXIV. *Sua quemque fraus & ſuus terror maxime vexat*: *ſuum quemque ſcelus agitat*, amentiaque afficit. in Piſon. *c*. XVIII. *ſua quemque fraus & facinus*, *ſuum ſcelus*, *ſua audacia* de *ſanitate ac* mente deturbat. Vides, ut hic *mentem vaſtare* deſcribat. Juvenal. Sat. XIII. *v*. 193.

-- quos

5 ſtabat. Igitur colos exſanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus; prorſus in facie vultuque vecordia inerat.

CAP.

- - quos *diri conſcia facti*
Mens habet attonitos, *& ſurdo* verbere caedit.

Lucret. v. *v.* 46.

Quantae conſcindunt *hominem cuppedinis acres*
Sollicitum curae. Et mox
quantas Efficiunt clades.

Sed lege ea omnia, quae de conſcientiae poenis dicuntur, apud Barth. ad Stat. Tom. III. p. 663. XXV. Adv. *c.* X. Gruter. Diſcurſ. XXIX. in Tacit. & Interpretes Ciceronis locorum citt. & mecum facies.

5. COLOR EXSANGUIS. Sic reſcripſi ducibus Palatino 8. tribus I. Waſſii & Guelf. I. ac Vinar. I. qui *color exſanguis*. quomodo etiam Aldina & Schumanniana. Eodem adludunt Nazarianus & Commelinianus, qui *colore exſanguis*, repetita per ſcribas, ut alibi, vocali initiali; etſi nec eam ipſam lectionem penitus rejiculam habeo. Ceteri autem a ſciolis depravati ſunt, qui aut *ei* interponunt, uti ex noſtris Remenſ. 2. Baſileenſes, Vinar. 2. Guelf. 5. & ed. vet. quod ſolum pro vero habent Rivius, Gruterus, Waſſe; aut plane *ejus erat*, ut Guelf. 6. qui ſane aperto ſuo errato ceteros ſimul prodidit; aut *ejus*, ut ceteri, quod cur non ejuſdem valoris eſſe poſſit, ac *ei*, non video. ſane Curt. III. *c.* I. n. 4. *Itaque color* ejus *placido mari ſimilis*. Neque tamen verum eſt, cum tam *ejus*, quam *erat* intelligendum ſit, pro more Salluſtii, qui ſic *c.* V. n. 4. *Animus audax, ſubdolus, varius ſatis loquentiae, ſapientiae parum*. Sic *c.* XXV. extr. Jug. *c.* LXIII. n. 2. adde Donat. ad Ter. Andr. A. V. Sc. VI. *v.* 6. & ſimili plane errore ſupra in aliquot MSS. legitur: *animus* ejus *impurus*. & mox: *modo tardus* ejus *inceſſus*. *Colos* auctoritate Probi Grammatici, qui ſic citat Cathol. p. 1456. & 1467. & comparat cum *labos*, vide ad Jug. *c.* C. n. 4. receptum eſt. Atque is etiam Pronomen omiſit. *colos* etiam ex vetuſto, ut ait, cod. approbat Giſan. ad Lucret. p. 317. De ejuſmodi pallido colore Seneca Epiſt. CXXII. *Ita iſtorum corpora* foeda *viſuntur. quippe ſuſpectior illis, quam morbo* pallentibus *color eſt: languidi & evanidi* albent, *& in vivis caro* morticina *eſt*.

FOEDI OCULI. Vides, uti *foedum* circumſcripſerit Seneca. quare fruſtra Donatus & Servius *ſaevitiam & immanitatem prae ſe ferentes* exponunt. Gratuito etiam haeſitat Anglus ille, neſciens utrum *crudelitatem*, an *mollitiem* exprobret. Neque ſatis clare interpretatur Barth. XII. Adv. *c.* II. ineunte, etſi recte Servium refutet. Melius Gloſſae MSS. *deformes* dicunt, quod conſuetudine *foedum* ſignificare, dicit Nonius *c.* IV. turbatos & lividos intelligit, quos in eis videmus, qui turbata ac vaſtata mente ſunt, & quorum facies *vecordiam* oſtendit. Confer Jug. *c.* CXIII. Sic infra *c.* LII. *loca tetra ac* foeda. Sic Hiſt. fragm. Inc. foedant *nubes diem*, & *foeda tempeſtas* apud Liv. XXXVIII. *c.* II. XL. *c.* II. Is quidem ſatis aperte II. *c.* XXIII. *obſita erat ſqualore veſtis*, foedior *corporis habitus, pallore ac macie peremti*.

CITUS MODO, MODO TARDUS INCESSUS. *Velox* modo, modo *lentus* inceſſus, ut Jug. *c.* CI. n. I. *ſpeculatores* citi. Livius XXVI. *c.* XV. *eques* citus. Index erat ille inconſtans & varius inceſſus animi turbati. Nam *ab illo ſenſus, ab illo verba exeunt, ab illo nobis eſt habitus, vultus*, inceſſus, Seneca auctore Epiſt. CXIV. Cic. I. Offic. *c.* XXXVI. *ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam*. Quinctil. XI. *c.* III. *Ex vultu* ingreſſuque *perſpicitur habitus animorum*. Et perſpexiſſe voluerunt perverſum Juliani ingenium Nazianzenus & Ambroſius. vide illum Invectiv. in Julian. hunc I. Offic. *c.* XVIII. & Hiſt. Eccl. Tripart. VII. *c.* II. Lege Senec. Epiſt. III. Sapientem Syracid. *c.* XIX. extr. Ariſtotel. Ethic. IV. *c.* III. De ſimili inconſtantia Horat. I. Sat. III. *v.* 9.

Nil aequale fuit homini illi: ſaepe velut qui
Currebat fugiens hoſtem: perſaepe velut qui
Junonis ſacra ferret.

IN FACIE VULTUQUE. *Facies* eſt tota *ſpecies corporis, quae apparet & cernitur*, Donat. ad Eunuch. A. II. Sc. III. *v.* 5. *Vultus* habitus oris adventitius, vide Nonium & Iſidor. XI. Orig. *c.* I. adde Plaut. Aſin. A. II. Sc. III. *v.* 19. ſeqq. Gellium XII. *c.* XXVIII. Infra Jug. *c.* LXXVIII. n. 3. Nam, quod Senec. II. Controv. XIII. dixit, *Magna conſilia non bene* vultus *tegit*. vide Jug. *c.* CXIII.

VECORDIA. Furor & amentia, Cic. pro Murena *c.* XXIV. Sic in Piſon. *c.* XX. *vecors, furioſus, mente captus* junguntur. & pro Sext. *c.* LV. *At cum ille* furibundus *incitata illa ſua* vecordi *mente veniſſet*. Sic de Haruſp. Reſp. *c.* IX. In Claudio *vecordiam* notat Aurel. Victor *c.* IV. quam Sueton. *c.* XXXIX. *inconſiderantiam* vocat. Sed Feſtus: Vecors *eſt turbati & mali cordis*. adde Gell. V. *c.* XII. leg. 242. §. 3. de V. S. Curt. IV. *c.* XIII. n. 13. 14. Noſtr. Jug. *c.* XCIV.

IN

CAP. XVI.

SEd juventutem, quam, ut ſupra diximus, illexerat, multis 1
modis mala facinora edocebat. Ex illis teſtes ſignatoreſque fal- 2
ſos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere; poſt, ubi
eorum famem atque pudorem attriverat, majora alia imperabat:
Si

In facie inerat. Heuſſ. *facie vultuque* ſine Praepoſitione *in*. Sed Latini geminant Praepoſitiones, quod Auguſtum ſingulatim feciſſe, memorat Sueton. *c.* LXXXVI. & exemplis Terentii ac Ciceronis docuit Aruſianus Meſſus. Cic. I. Offic. *c.* IV. in *quo* ineſt *modeſtia*. Coelius Epiſt. XIV. n. 4. *judicium nunc* in *exſpectatione* ineſt. Q. Cic. XVI. ep. VIII. n. I. in *magna conſolatione ingens* ineſt *ſollicitudo*. Quinctil. VI. *c.* III. *Sed* ineſt *proprius quibusdam decor* in *habitu*. Sic Plin. XI. *c.* XXXVII. in *oculis animus* inhabitat. adde infra *c.* XLI. num. 5. XLVIII. n. I. 3. & 4.

CAP. XVI. I. Sed juventutem. Fabr. I. *Sed* ut *juventutem*, omiſſo deinde proximo *ut*, in *ut ſupra diximus*: ibi nec Eccard. habet, & praeterea *Sed* in *juventutem*. ſcilicet prima ſyllaba *ju* ſimilis eſt & τῷ *in*, & *ut*. unde lapſus.

Mala facinora. Eccard. Guelf. 12. & a manu ſecunda 9. *ad mala facinora*: quod vix pueris excidere ſolet. Sed. Baſil. I. jam habet a manu veteri *multa*, eraſa priori voce, quae non alia, niſi *mala* fuit.

2. Ex illis. Senat. I. Guelf. 9. & ed. vet. *Et illis*. Sed ipſa illa juventus teſtes ſignatoresque falſi fuere, dum quosdam eorum Catilina aliis in id commodabat. *illis* de *juventute*. vide obſervationem in Jug. *c.* XXVII. n. 2.

Testes signatoresque. Baſil. 3. *teſtes ſenatoresque*. inepte. *Signatores* ſunt qui *teſtamentum vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerint, ſignaverint, recitaverint, ſubjecerint: vel ſignum adulterinum fecerint, ſculpſerint, expreſſerint, ſcientes dolo malo*, ut habent verba legis Corneliae apud Juſtinian. §. 7. de public. judic. *Falſarios* vocat Sueton. Nerone *c.* XVII. in. Liv. XXXIX. *c.* VIII. *Falſi teſtes*, falſa ſigna, *teſtimoniaque & indicia ex eadem officina exibant*. Cic. II. Cat. *c.* IV. *teſtamentorum ſubjectores & circumſcriptores* adpellat. Inter graviſſima crimina fuiſſe, Ovidius docet II. Pont. Epiſt. IX. *v.* 69.

Nec mea ſubjecta *convicta eſt gemma* tabella
Mendacem linis impoſuiſſe notam.

adde Briſſon. IV. de Form. p. 512.

Commodare. Struv. *commendare*; Sed *commodare* eſt uſui dare. Cic. IV. Verr. *c.* XLII. nomen *ſuum ad translationem criminis* commodare. adde dicta ad III. Epiſt. III. n. 3. Modos verborum mutavit in *edocebat* & *commodare*, uti *c.* XXI. n. 2. & 4. *polliceri* & *increpabat*. Livius II. *c.* XXIII. Oſtentare *vincula ſua*-*haec ſe meritos* dicere-poſtulare, *ut ſenatum vocarent: curiamque ipſi futuri arbitri moderatoresque publici conſilii* circumſiſtunt. Tacit. I. Ann. *c.* XVI. *Is imperitos animos* impellere *paullatim & deterrimum quemque* congregare. *poſtremo velut concionabundus* interrogabat. Adde notam ad *c.* XXI. n. 4.

Fidem, fortunas. Fidem datam, jusjurandum & ſimilia cum ipſis *bonis* ſuis vilia habere. Eccard. & Guelf. 8. *fortunam*, ſed alterum longe melius. vide infra ad *c.* XXXII. n. I.

Vilia habere. *Edocebat* repetit Doctiſſimus Jac. Perizonius ad Sanct. Minerv. IV. *c.* XI. & oſtendit, haud novum eſſe, quod alia constructio ſit interpoſita. & ſic Gloſſa MS. Verum habemus mox verbum *imperabat*, quod longe facilius huc pertrahitur. Neque vero aliter eas res docere poterat, niſi *imperando* monendo, hortando. Tale Zeugma habemus *c.* XXIX. *exercitum* parare, *bellum* gerere, *domi militiaeque imperium atque judicium ſummum* habere: (adſume *jus eſt*, vel *permittitur*) *aliter ſine populi juſſu nulli earum rerum conſuli* jus eſt. adde Cic. VI. ep. III. n. 5. & Jug. *c.* LXIII. Supra *c.* XII. n. 2.

Famam atque pudorem attriverat. Minuerat & vilia ſive perdita fecerat. Sic *cap.* IV. n. I. *otium conterere*. Tacit. XIV. Ann. *c.* XIV. *Evulgatus aut* attritus *pudor* non ſatietatem, ſed incitamentum adfert. Apulej. Apolog. p. 274. *qui ingenio malo eſt, quo ſaepius, eo apertius delinquit*. Pudor *enim veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur*. Hinc Plaut. Bacch. Act. III. Sc. III. v. 81. *Nam ego illum periiſſe duco, quoi quidem periit pudor*. Nam hoc amiſſo, inquit Auguſt. II. Conf. *c.* IX. extr. *pudet, non eſſe impudentem*. Adde Hyperid. apud Stobaeum Serm. LII. Ceterum obſervat Synezeugmenon in *famam* atque pudorem *attriverat*. intelligendum enim *famae incurioſos reddiderat*, *famam* vilem reddiderat,

M aut

3 Si cauſſa peccandi in praeſens minus ſuppetebat, nihilo minus inſontes, ſicuti ſontes, circumvenire, jugulare. ſcilicet, ne per otium torpeſcerent manus aut animus, gratuito potius malus atque cru-

aut quid ſimile. Sic Tacit. VI. Ann. *c.* XXIV. *ſicuti* nurum *&* nepotem *domumque omnem* caedibus compleviſſet. Sic Jug. *c.* XXXVIII. Fame *ferroque* clauſum *tenet*. ibi plura.

MAJORA ALIA IMPERABAT. Ne propterea haeſites verbum *imperabat* cum ſuperiori *vilia habere* conjungere, quod hic nomini junctum ſit, habeas *c.* V. n. 4. ubi *crudelitatem*, *ſuperbiam*, *Deos* negligere *edocuit*. Claudian. Nupt. Hon. *v.* 313.

- - *quis* conſilio, *quis juris & aequi*
Noſſe *modum melior?*

Cic. I. Epiſt. III. extr. *Commendo ejus* negotia, *& ut* adjuves *eum*. adde *c.* IX. n. 3.

3. IN PRAESENS. Tempus: pro in praeſenti, vide ad *c.* L. n. 2. ſive, quod Cicero amat, in praeſentia. Saepe eodem modo Tacitus, ut I. Ann. *c.* IV. & LXXVI. III. *c.* XXVIII. alibi. etiam Livius XXV. *c.* XXXV. *id modo eſſe ſalutare* in praeſens *credebat*, & aliis locis. & Gellius XII. *c.* XII. *cum pecuniam* in praeſens *non haberet*. Juſtinus autem I. *c.* V. *ad praeſens tempus*. & ſic interpretatur Aruſianus Noſtri *in praeſens*. Nam Ciceronis XII. epiſt. VIII. *ad praeſens* falſo ita a Graevio & Cellario intelligi in notis ad eum locum demonſtravi. Supra Heuſſ. omittit *peccandi:* bona opinor gratia Salluſtii.

SUPPETEBAT. Aderat in promtu, ſubveniebat. quaſi *ſub pedibus* erat, ut ſub manu, in manu. Sic cum aliis Graecis Thucyd. VIII. ἐμποδών voce utitur, pro *praeſenti*, & Terent. Adelph. Act. III. Sc. III. *quod ante pedes*. vide ibi Lindenbrog. p. m. 616. & adde Minuc. Fel. *c.* XII. n. 7.

CIRCUMVENIRE, JUGULARE. *Imperabat* intellige. *Circumvenire* eſt aggredi non modo, ſed etiam ad id redigere, quod volo, & cujus cauſſa adgreſſus ſum, per Metalepſin, ſive ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. Sic III. Hiſt. *ab latronibus in itinere* circumventi. Confer ad *c.* XXXI. extr. dicenda. *Sontes* intellige, *meritos*, ex opinionibus Catilinae ſociorumque.

TORPESCERENT MANUS AUT ANIMUS. Exercitium & cupiditatem facinorum amitterent. Sic *virtutem* dixerat *hebeſcere* *c.* XII. num. 1. & *c.* XX. *conſeneſcere*. Sed Jug. *c.* II. *ingenium incultu atque ſocordia* torpeſcere *ſinunt*. Capitolin. Maximinis *c.* VII. *Denique totum ejus exercitum*, *qui ſub Heliogabalo magna ex parte* torpuerat, *ad diſciplinam retraxit*. Auguſt. Serm. XCVIII. de temp. *ut fides noſtra non* otio torpeſcat. *digitum torpentem* proprie habes apud Sueton. Auguſt. *c.* LXXX. Apud Apulejum VII. Met. p. 189. ſic latro quidam Tlepolemum juvenem, quo in ſocietatem traheretur, excitaſſe ſe memorat, *ut* manus hebetatas *diutina* pigritia *tandem referret ad frugem meliorem:* nempe ad furta, caedes, latrocinia. Exiſtimabat Catilina, id quod Jo. Saliſber. II. Nug. Cur *c.* V. agnoſcit: *crudelitatem exercitio convaleſcere*. quod illi tam rectum videbatur, quam olim Germanis, *qui juventutis exercendae, ac deſidiae minuendae cauſſa latrocinia fieri* jubebant, Caeſar VI. Gall. *c.* XXIII. Ceterum diſtinctionem, quam poſt *animus* poſui, defendunt Guelf. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 11. 12. Fabric. uterque, Eccard. Sen. 1. Baſil. 1. Struv. Vinarienſes, Remenſes & ed. vet. quae plane *manus & animus torpeſceret* poſuit, conſentiente Vinar. 2. quo tanto minus cum ſequentibus jungeretur. ex eodem, credo, conſilio profectum eſt, quod Baſil. 3. *ne per otium manus atque animus torpeſcerent*, *ac animus g. p.* ac Guelf. 5. 11. Eccard. a manu ſecunda & Remenſ. 2. ſcripſerint *aut manus aut animus*. Quo magis miror potuiſſe quoſdam poſt *manus* diſtinguere; & voces *aut animus* proximis *gratuito malus erat* jungere: quibus nec ex ceteris noſtris MSS. aliquid praeſidii, ubi incerta eſt diſtinctio. Male etiam Auguſtinus II. Confeſſ. *c.* haec de Catilina ſolo, non de ſociis & juventute, quam ipſe ad peſſima quaeque erudiebat, intelligit: deceptus illis: *gratuito malus erat;* Cum tamen ea recte de Catilina, magiſtro & principe nequitiae dicantur, cum cauſſam adferre voluerit, cur etiam inſontes jugulare imperaverit.

GRATUITO POTIUS. Particulam *potius* prima manus non ſcripſit in Guelf. 3. Sed elegantius adeſt, integrum enim: *gratuito potius*, quam ob cauſſam & mercedem *malus erat*, efferri non erat opus, cum facile intelligatur, quod obſervavi ad ea Cic. VI. ep. VIII. n. 2. *huic meae rogationi* potius *non continuo reſponderunt;* adde: *quam plane negarunt*. item ad IV. ep. III. n. 2. VII. ep. XXVIII. n. 6. & ſimile ad XI. ep. XXVIII. num. 4. adde infra *c.* XXXVII. num. 9. *Gratuito* Gloſſa Guelf. 9. reddidit ἀπροῖξ, melius, quam Fabr. 1. *ſine neceſſitate;* Guelf. 1. *ſine cauſſa*. adde *ſine commodo*. III. Hiſt. Or. Lepidi: *meliusque habent* mercede *delinquere*, *quam* gratis *recte facere*. & Orat. Philippi: *gratuito bonus*.

crudelis erat . His amicis ſociiſque confiſus Catilina , ſimul quod 4
aes alienum per omnis terras ingens erat , & quod plerique Sul-
lani milites , largius ſuo uſi , rapinarum & victoriae veteris me-
mores civile bellum exoptabant ; opprimundae reipublicae conſi-
lium cepit . In Italia nullus exercitus : Cn. Pompejus in extre- 5
mis

nus. Livius I. *c.* XLVII. *ne* gratuita *praeterita parricidia eſſent* . Quinctil. Declam. CCCXXV. *Sunt quidam irrationabiles impetus animorum* , *quaedam* gratuita (*ut vulgo vocantur*) *odia* . Sed Auguſtin. II. Confeſſ. *cap.* IV. hic legiſſe, commodum erit , ubi inter alia confitetur : *ſe furtum feciſſe nulla compulſum egeſtate* , *nec penuria ; ſed faſtidio juſtitiae & ſagina iniquitatis. nam id furatus ſum*, pergit ille , *quod mihi abundabat*, *& multo melius* . *Nec ea re volebam frui*, *quam furto adpetebam : ſed ipſo furto & peccato: - malitiae meae* cauſſa nulla *erat*, *niſi malitia*, *ut eſſem* gratis malus. Et hoc eſſet , quod Cic. II. Offic. *c.* XXIV. de Caeſare dixit : *Hoc ipſum eum delectavit peccare*, *etiamſi cauſſa non eſſet*. & Senec. II. de Clem. *c.* IV. *Qui ignotos homines & obvios*, *non* in compendium, *ſed occidendi cauſſa occidunt* . Catilina tamen cauſſam , ſed *non ſufficientem alias malitiae*, habebat , exercitium juventutis in facinoribus .

4. AES ALIENUM PER OMNIS TERRAS . Per omnes partes terrae , hoc eſt , tam Romae , quam per provincias, vide ad *cap.* X. n. I. ibi luxu; hic avaritia magiſtratuum, quod de Allobrogibus legas infra *c.* XL. de aliis apud Cic. III. epiſt. VIII. n. 18. hic Incerti addunt *ingens erat ad perſolvendum*. turpi Gloſſa, qua Baſil. 2. *aes alienum ſolvendum*. & Vinar. 2. *per o. terras perſolvendum ingens erat*.

SULLANI MILITES. Veterani illi, qui *tantum aeris alieni contraxerant* , *ut ſi ſalvi eſſe voluiſſent*, *Sulla ab iis inferis fuiſſet excitandus*, inquit Cicer. II. Cat. *c.* IX. adde infra *c.* XXXVII. & Appianum II. Civil. p. 208. De ſimilibus Tacit. I. Hiſt. *c.* XXV. *Erant* , *quos* memoria Neronis, *ac deſiderium prioris licentiae accenderet* .

LARGIUS SUO USI. Luxurioſius bonis ſuis uſi & nimis profuſe , ut illi ſolent , qui repente & per rapinas divites facti ſunt . Noſtrates : *Viel auffgeben laſſen*. Sic Seneca *laxius uti* de Brev. vit. *c.* VIII. *Nemo aeſtimat tempus :* utuntur *illo* laxius, *quaſi gratuito*. & Ulpianus leg. 25. §. 12. D. de heredit. petit. *Si quis re ſua* lautius uſus ſit, *contemplatione delatae hereditatis*. Sed haec etiam citavit R. Bentlej. ad Hor. II. Sat. II. *v.* 113. *Integris opibus novi non* latius uſum. Eadem ratio eſt, quando Cic. II. ad Qu. Fr. Ep. VII. *Tribus locis aedifico* , *reliqua reconcinno ; vivo paullo* liberalius, *quam ſolebant* .

RAPINARUM ET VICTORIAE. Eſt ἓν διὰ δυοῖν: quo nomine laudatur ad *c.* II. n. 2.

CIVILE BELLUM EXOPTABANT . Guelf. 8. *ex otabant ;* Eccard. *expectabant* a manu prima , quod ſignificantius eſt apud Noſtrum , quam alterum. *c.* XL. n. 3. *miſeriis ſuis remedium mortem* exſpectare. Jug. *c.* XIV. n. 7. *nunc deformatus aerumnis*, *inops*, *alienas opes* exſpecto. ibi alia quaedam . Sed propter conſenſum Codd. reliquorum nihil muto.

OPPRIMUNDAE R. P. Occupandae & diripiundae , vide *cap.* XXVII. extr. ita , ut illa omnis ex ſuo arbitrio penderet. Sic Florus IV. *c.* I. Catilinam luxuria , egeſtas & occaſio *in nefaria conſilia* opprimendae *patriae ſuae compulere* . Cicer. IV. epiſt. III. num. 4. *quicumque poſtea* remp. oppreſſiſſet *armis* , *multo intolerabiliorem futurum.* pro domo *c.* XLVII. *Cum tu* oppreſſam *teterrimo latrocinio* remp. *teneres* .

5. NULLUS EXERCITUS. Florus: *quod in extremis finibus mundi Romana arma* peregrinabantur ; quam rem Criſpus mox memorat . Quaedam editiones, ut & noſtra vet. & MSS. Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. Fabric. 2. Eccard. Remenſ. 2. Baſil. 2. & 3. *nullus exercitus* erat . qua appendice ceteri deſtituuntur, & recte abeſſe, viri docti cenſuerunt. confer *c.* XV. n. 4. X. num. I.

CN. POMPEJUS. Ed. vet. *quod Gnejus Pompejus* &c. Vinar. 2. quia *Cn. Pompejus* &c. Satis probe, ſi MSS. viſum eſſet, & haec verba: *Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerébat*, nihil amplius inferrent, quam ſolam cauſſam , propter quam nullus in Italia exercitus fuerit. plura inſunt, quae Catilinae opportuna fuerunt. Porro MSS. aut *Gneum*, aut *Gnejum*, aut per notam *Gn.* omnes tamen per G hoc nominis ſcribunt , qui tamen non antiquitatem ſequuntur, ut Auctori Fragmenti de Nominibus , quod Valer. Max. ſubjicitur, viſum; ſed pronunciationem, quae fit per G, etſi ſcribatur *Cneus*, obſervante Quinctil. I. *c.* VII. Inde etiam *Naeus* ſcribi potuit in Pandectis & aliis monumentis, juvante pronunciatione τοῦ N, quod alias docui. Qua de cauſſa iidem noſtri Codd. etiam *Cajos* perpetuo per G. notarunt.

mis terris bellum gerebat: ipſi conſulatum petundi magna ſpes: Senatus nihil ſane intentus: tutae tranquillaeque res omnes; ſed ea prorſus opportuna Catilinae.

CAP. XVII.

1 IGitur circiter Kalendas Junias L. Caeſare & C. Figulo Conſulibus primo ſingulos adpellare: hortari alios, alios tentare: opes

IN EXTREMIS TERRIS. In Ponto & Armenia Plutarch. Cic. p. 365. bellum Mithridaticum gerens. Inſolita haec Romana dictio librariis fuit, hinc *terris* abfuit Eccard. abeſt Senat. 2. & deletum eſt Guelf. 12. Inde effinxit Acad. *in exteris bellum gerebat:* ſed acumine Grammatico juvare voluit Guelf. 9. *in extremis* terrae *bellum gerebat:* quaſi non *prima urbs*, *poſtrema comoedia*, *in extremis litteris* ſimiliter dicantur, ubi *extremum*, ſive *extrema pars* intelligenda. vide ad Cic. III. epiſt. VI. num. 4. VII. ep. V. n. 5. infra *c.* LXI. n. 2. adde ſupra *c.* X. n. 1. Ex cognitione itaque Romanorum, & ſecundum quamdam ἐξοχὴν verba intelligenda ſunt. Livius Epitom. CI. *Cn. Pompejus cum Mithridatem perſequeretur*, *in* ultimas *ignotasque gentes penetravit*. Cic. V. Verr. *c.* LX. *Qui uſque ex* ultima *Syria atque Aegypto navigarent.* ſic ibidem *c.* LVII. & de Har. Reſp. *c.* XII. XV. n. 2. Curt. IV. *c.* X. n. 3. *in* ultimas *terras ſe trahi querebantur*. Poetae etiam *extremum* & *ultimum orbem*, Lucanus VII. *v.* 542, Ovid. I. Faſt. *v.* 717. alii.

IPSI CONSULATUM PETUNDI MAGNA SPES. Quidam *petenti*, quomodo Palat. 2. & 5. Ex noſtris Guelf. 6. planius, quam par eſt: *ipſi conſulatum* petenti *magna ſpes erat*. 8. vitio librarii: *conſulatum petendum*. Conjecerat olim Gruterus *potiundi*, & me aliquando Verbum *petere* ad eumdem fere ſenſum traxiſſe memini; ſed iſte poſtea cum Urſino maluiſſet: *ipſi conſulatus magna ſpes*. Verum aut cum Eccardian. reſcriberem: *ipſi* conſulatus petundi *magna ſpes*, hoc eſt, ſperabat, ſe conſulatum adepturum, quem jamiam petiturus erat; (quamquam id vix Salluſtii latinitas patiatur) aut vulgata lectio non eſt ſollicitanda; quandoquidem conſtat, petere non cuivis licuiſſe, vide Vellej. Pat. II. *c.* XCI. XCII. & Plin. II. Epiſt. IX. & mox *c.* XVIII. Jam vero nondum petebat, uti cenſet Urſinus. narrat enim Auctor, quae ante Caeſarem & Figulum, imo Lepidum & Tullium Coſſ. fuerint Catilinae opportuna, eo tempore, quo Pompejus bellum in extremis terris gerebat; quae cum impulerunt, ut *poſtea* Caeſare & Figulo Coſſ. quae *diu* habuerat conſilia, in veram erumperent conjurationem. Quam cum *c.* XVII. deſcribere incipiat, putarunt Viri docti de illo tempore Auctorem loqui: non conſiderantes penitius hoc ipſum *c.* XVI. & XV.

NIHIL SANE INTENTUS. *Non* plane, ut in ſumma tranquillitate & ſecuritate. Tacit. Agric. *c.* XXIX. *Nam Britanni* nihil *fracti pugnae prioris eventu*. Cic. IV. Tuſcul. Qu. *Sed eo* nihil *hoc loco utimur*. II. ad Attic. Ep. VI. in. *Quod tibi promiſeram*, nihil *jam magnopere confirmo*. Sed vide dicta ad Ei. VI. Fam. Ep. VI. n. 5. Mox *tranquillaeque* non legitur in Vinar. 1.

OPPORTUNA CATILINAE. Guelf. 8. *videbantur* quod 9. in margine habet. ſed 7. *erant*. Utrumque recte abeſſe, ex ſupra dictis apparet. & poſterius ſupra etiam ejecerunt conſulto conſilio Editores, cum ipſe in ſex MSS. invenerim *magna ſpes erat; & res omnes erant*. adi *c.* XV. extr. XXXI. n. 3. & Jug. extr.

CAP. XVII. 1. CIRCITER KALENDAS JUNIAS. Sic omnibus litteris, non per notas, ſcribunt plerique omnes MSS. *Junii* habent Fabr. 2. Guelf. 5. & 6. Solus autem 7. *Januarias*; Vinar. 1. *Julias*. Praeterea Fabric. 1. & 2. *circa*.

L. CAESARE ET C. FIGULO. Anno Urb. Cond. 689. *L. Julius Caeſar*, avunculus Antonii, qui eum proſcripſit, Florus IV. *c.* VI. ſervatus a ſorore Julia, quae erat Antonii mater, Plutarchus. C. *Marcius Figulus*, ut Cicero & Dio vocant, aliter *Minucius Thermus*, ſed ex Minuciis in Marcios adoptatus, vide Cic. I. ad Attic. ep. I. cum nota Iſ. Caſauboni & Fr. Junii.

CONSULIBUS. Sic & hic ſcripſere omnes MSS. & ed. vet. Vulgo *Coſſ.* per notam, non id quidem male, quoniam etiam Quinctil. I. *c.* VII. eam agnoſcere videtur. Sed mihi a Codd. priſcis religioni fuit recedere. Baſil. 2. *Conſulibus deſignatis*.

HORTARI ALIOS, ALIOS TENTARE. Liber Ciacconii: *hortari*, *alios tentare*, quomodo Eccard. In-

opes ſuas , imparatam rempublicam , magna praemia conjura-
tionis docere. Ubi ſatis explorata ſunt , quae voluit ; in unum 2
omnis convocat , quibus maxuma neceſſitudo , & plurimum auda-
ciae. Eo convenere Senatorii ordinis P. Lentulus Sura , P. Autro-

Incertus uterque & Guelf. 10. inde iſte fecerit: *hortari, ac oſtentare opes ſuas*, audacia non ferenda. quaſi *tentare* non proprie ſatis hoc loco dicatur, uti c. XLVII. Jug. n. 4. & alibi. Sed excidit ſemel *alios* propter repetitionem: quod ne fieret in ed. vet. ſcriptum eſt: *alios hortari, alios tentare*, & in Senat. 2. *hortari alios, alioſque tentare*.

OPES SUAS. Vires & potentiam. Cic. XI. ep. XXII. n. 10. *Tuis* opibus *& tuo conſulatu omnem timorem abjiceremus*. Caeſar I. Gall. *c.* XX. num. 3. *quibus* opibus *ac nervis ad perniciem ſuam uteretur*. & apud alios. hinc pro *militibus* vocem poſitam notat Servius ad VIII. Aen. *v.* 171. & *urbs* dicitur *opulenta*, quae facultate rerum gerendarum inſtructa eſt, Jugurth. *c.* XVI. & LVII. num. 1. Baſil. 2. *opes ſuas immutas*. mox 3. *impar. remp. eſſe*, de ingenio Gloſſargorum.

MAGNA-CONJURATIONIS. Codex Bibl. Publicae, quae Cantabrigiae eſt, omittit *magna*, Eccard. initio habuit: *magna prima conjurationis;* unde aliquis eliceret: *prima conjurationis docere*. Sed vetat *c.* XXI. n. 1. *quae* praemia *armis peterent*. Baſil. 3. *magna praemia, conjurationis dotem*, acute nimis.

2. IN UNUM OMNIS CONVOCAT. Eccard. omittit *omnis;* ſed Guelf. 9. *omnes in unum* locum *convocat*. & ſic quidem Auctor B. Alexandr. *c.* XLVIII. *cum primum in unum* locum *exercitum conduxit*. Sulpic. Sev. Dialog. 1. ineunte: *Cum in unum* locum *ego, & Gallus noſter conveniſſemus*. Sed Noſter omiſſa iſta voce Jugur. *c.* XI. *Reguli* in unum *convenerunt*. *c.* XCVIII. *milites* in unum *contrahit*. & Tacit. IV. Ann. *c.* XLVII. *donec exercitus* in unum *conduceret*. adde XV. *c.* XXVI. Sulpic. Epiſt. III. n. 8. *omnes* in unum *illae volucres congregatae*. Liv. XXXVI. *c.* VII. *Tumulus eſt*, in unum *oſſibus coacervatis factus*.

MAXUMA NECESSITUDO. Pro *neceſſitate*, vide ſtatim ad n. 5. notat autem *urgentem* aliquam *calamitatem*, ut erat inopia, infamia, condemnatio & alia, quae conjurare cogebant, prout lectum eſt *c.* XIV. Sic Curt. IV. *c.* IV. n. 18. *addita denunciatione belli, quod praeſens rerum* neceſſitas *moraretur*. Sueton. Aug. *c.* LXVIII. *famem & ceteras* neceſſitates *tantopere tolerabant*. Sulpic. Sev. I. *c.* VIII. *Ea tempeſtate gravis annonae inopia terras inceſſerat*. Qua neceſſitate *Iſaac in Geraris ad Abimelechum ceſſit*. Confer etiam Gronov. II. Obſerv. *c.* II.

ET PLURIMUM AUDACIAE. Fabric. 1. clare & perſpicue: *&* primum *audaciae*. ſupraſcriptum eſt: *vel praemium;* at in margine litteris novitiis *plurimum*. idem *primum* aeque clare exhibet Senat. 1. & Baſil. 1. At Fabric. 2. Sen. 2. Heuſſ. Guelf. 2. 4. 5. per ſcripturae compendium *primum* itidem praeferunt, idemque ex Remenſi 2. notavit Gudius. Fateor notam, qua MSS. *primum* exprimunt, una tantum littera in aliis, in aliis duabus diverſam eſſe ab ea, qua *plurimum;* unde aliquis dicere poſſet, quae & mea ſententia, inde errorem ortum; nihilominus ineſt quaedam ſuſpicio, quam auget ipſe Criſpus, qui alibi *primum* pro *praecipuo, ſummo* poſuit, uti infra *c.* XXXVI. Jug. *c.* XLI. Copula *&* deeſt Struviano.

QUIBUS-INERAT. Gruterus putat verbum *inerat* ſalvo ſenſu abigi poſſe. Sed Codd. aliter viſum: Nec aliquid movet Criticus ille *c.* XXIII. n. 2. *huic homini non minor vanitas* inerat. ibi vide. adde *c.* XXV. extr. Corn. Nep. Epamin. *c.* IV. *illi genti plus* ineſt *virium, quam ingenii*. Sulpic. Sev. II. Hiſt. S. *c.* L. *quibus ſtudium* inerat *lectionis*. Interim qui novit genium Salluſtii, vel contra Codd. Grutero mecum obſecundabit.

3. EO CONVENERE. *Eo* Gloſſa Fabr. 1. interpretatur: *ad hanc convocationem*. Sed Guelf. 1. eſt Adverbium. nempe ad eum locum, quo convocaverat omnes. Melius tamen abeſſet, & abfuit primitus Academico. Sed Guelf. 6. *Eo omnes convenere*. Baſil. 2. *convenerant*.

P. LENTULUS SURA. Hunc omiſere Guelf. 6. & 7. 10. autem neque hunc, neque tres proxime ſequentes ſcriptos habet. Eſt hic ille Lentulus *Patricius ex gente clariſſima Corneliorum*, *c.* LV. qui Cicerone Conſule Praetor erat, *cap.* XLVI. ut mos eſt, cum quis Senatu motus in eum denuo adſumitur, Plutarch. in Cic. p. 868. Conſul fuerat A. V. 682. cum Cn. Aufidio Oreſte. *Sura* dictus unde ſit, Zanchius expoſuit. ſed vide Plutarch. in Cic. p. 869. in Coriolano, & Macrob. I. Sat. *c.* VI.

P. AUTRONIUS. *Antonius* Rem. 1. Fabric. 2. Struv. Baſil. 2. & 3. Eccard. Guelf. 8. 9. 11. 12. quod fuit in vulgatis Flori Editionibus & Cic. III. ad Attic. ep. II. apud quem & aliis locis iſte error obſervatus eſt. Acad. Senat. 2. Baſil. 1. antequam

tronius, L. Caſſius Longinus, C. Cethegus, P. & Servius Sullae, Servii filii, L. Varguntejus, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Beſtia,

hic ab eodem librario recenſeretur, Heuſſ. Guelf. 3. & 6. *Antronius:* Vinar. 2. & ed. vet. *Auſtronius;* Sed recte Fabric. 1. Rem. 2. Senat. 1. Baſileenſ. 1. prout jam olim emendatus eſt, Vinar. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. *Autronius*. Hic eſt ille *P. Autronius Paetus*, qui ambitus damnatur *c.* XVIII. & conjurat cum Piſone & Catilina, ibid. & Sueton. Julio *c.* IX. adhaeret & poſtea Catilinae, *c.* XLVII. & propterea in exſilium aufugit. vide Cicer. pro Planco & pro Sulla aliiſque locis. Male, & contra Faſtos, Dionem, Ciceronem in Suetonii edd. *Lucius* adpellatur.

L. Cassius Longinus. Ciceronis in conſulatu competitor, ut Aſconius tradit, qui *urbis incendendae vices ſibi poſtulaverat*, auctore Tullio.

C. Cethegus. Princeps poſt Lentulum in Conjuratione perſona, quem, credo, propterea Appianus *praetorem ita ut Lentulum dixit*. vide *cap.* XLVIII. Praetorem autem non fuiſſe conjicias ex *c.* XLVI. Interim paſſim cum Catilina & Lentulo nominatur ab his, qui hujus ſceleris meminerunt, vide Vellejum, Cic. Parad. V. *c.* III. Juvenal. Sat. VIII. *v.* 231. Plutarch. Caeſ. p. 710. & infra in fragm. Orat. Philippi circa fin.

P. et Serv. Sullae, Servii filii. Hic Pater *Servius Cornelius Sulla* fuit frater L. Sullae Dictatoris, Dio XXXVI. *Publius Sulla* ambitus damnatur *c.* XVII. propterea conjurat Liv. Epit. CI. Suet. Julio *c.* IX. etſi nihil de eo Criſpus. Cicero etiam integra Oratione eum defendit. Nec meminit Noſter *c.* XLVII. ubi tamen fratris *Servii* fit mentio. Turbant etiam mirum in modum Codd. MSS. quorum quidam *&* ejiciunt, quidam *filius*, quidam *ſervi* aut alia quaedam portenta exhibent, qui in *Sullae* tamen haeſitaſſe videntur, quod dictum ut Livii XXXVII. *Duo* Quinctii Fabii, *Labeo & Pictor*. Id. XL. *c.* VIII. *Exempla T. & L.* Quintiorum, *qui bellum mecum geſſerunt*, *P. & L.* Scipionum, *qui Antiochum devicerunt*. Cic. IX. ep. XXI. n. 9. *Cajus*, *Cneus*, *Marcus* Carbones. Idem XIII. epiſt. XL. *L. & C.* Aurelios, *L. filios commendo tibi*. & quid frequentius, quam *Arcadius & Honorius* Auguſti, *Tullo & Lepido* Conſulibus, & ſimilia? nulla enim inter haec differentia. Sed cum Copula *&* ne in melioribus quidem appareat, ſcripſiſſe putem: *P. Serv. Sullae, Servii filii*. ſic quippe ſolent in Inſcriptionibus, & habes in libello Notarum p. 1539. P. M. SALONIEI, quod exponitur: *P. Salonius & M. Salonius*. De ſtemmate eorum Sullarum Sigonius ad Liv. XXV. *c.* XII.

L. Varguntejus. Homo audax, qui cum equite C. Cornelio, cum ceteri omnes haeſitarent, Ciceronem domi ſuae confodere conſtituit, *c.* XXVII. antea ambitus fuerat accuſatus, at ab Hortenſio defenſus, Cic. pro Sulla *c.* II. in priori etiam Piſoniana conjuratione eum fuiſſe Idem innuit ibid. *c.* XXIV.

Q. Annius. Ex gente plebeja, conſulari tamen. Jug. *c.* XXXVII. mentio fit *L. Annii Trib. pl.* & *c.* LXXVII. C. *Annii Praefecti*. In Eccard. hoc nomen non viſitur; in Guelf. 6. eſt *Q. Angnius*, in Incert. 1. & Fabr. 2. *Q. Antonius;* at in Guelf. 8. portentum: *Q. Currore avis*. ſed is quam negligentiſſime ſcriptus eſt. Hujus & Q. Curii, ut perditorum Senatorum, meminit Q. Cicero de Petit. *cap.* III.

M. Porcius Laeca. Sic eſt in denariis, cui ſcripturae proxime accedunt Fabr. 1. Guelf. 1. 2. 5. 6. 7. Senat. uterque, Vinar. 1. qui *Leca*, & Guelf. 4. *Leeca*. ceteri, ut vulgo editur *Lecca*, praeter Guelf. 10. 12. Baſil. 3. Struv. Vinar. 2. & ed. vet. ubi *Lecta*. eo lapſu, quo librarii apud Livium pro *Laetorio*, dederunt *Lectorium*, & pro *Plaetorio*, *Plectorium*. Scilicet poſt brevem Vocalem Conſonantes geminabant, aut aliter Syllabae moram addebant. Hinc *Palatium* & *Pallantium: Bratea* & *Brattea* vel *Bractea* in Gloſſis: *Sementa* & *Segmenta*, prius etiam recentioribus Graecis uſitatum: *Camenae* & *Caſmenae: Reditus* agrorum & *Redditus* in MSS. vide Caſaubon. ad Spartiani Adrian. *c.* XI. Mons *Caſius* & *Caſſius*, ſic Appianus, illud vero apud Stephanum, Plinium, Ammianum obtinet. Jam *Atilius*, *Atillius: Aquilius*, *Aquillius : Meſſala*, *Meſſalla* notiſſima ſunt. illa quidem vetuſtiſſimis, haec recentioribus uſitata. Quare *Laeca* recte habet, nec minus *Leca ;* at *Lecca* novum. In hujus domum conjurati convenerunt, *c.* XXVI. Cicer. 1. Cat. *c.* IV.

L. Bestia. Tribunus plebis, *c.* XII. *L. Calpurnius Beſtia*, quem Appianus *L. Seſtium* vocat, ſed male; & corrigendum eſſe, docuit Muretus ad Cic. 1. Cat. *c.* I. inter Senatores enumerat hic Salluſtius. nec mirum: cum & conſulares inter Tribunos fuiſſe legamus apud Liv. III. *cap.* LXV. imo tribunatum a plebe ad Senatum translatum eſſe, etſi incertum ſit, quo tempore, conſtat ex Sueton. Auguſt. *cap.* XL. adde Manut. de Legib. *cap.* V. Conſulem ejuſ-

ſtia, Q. Curius: praeterea ex equeſtri ordine M. Fulvius Nobi- 4
lior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: adhoc multi
ex coloniis & municipiis, domi nobiles. Erant praeterea com- 5
plures paullo occultius conſilii hujuſce participes nobiles, quos
magis dominationis ſpes hortabatur, quam inopia, aut alia ne-
ceſ-

juſdem nominis memorat Noſter Jugurth. *cap.* xxvii.

Q. Curius. Natus haud obſcuro loco (fuit enim in ea gente Max. Curius Dentatus, qui quater Conſulare geſſit imperium) ſed flagitiis & facinoribus coopertus. prodidit per ſcortum ſuum Fulviam conjurationem, *cap.* xxiii. & meruerat judicii publica praemia, ſed C. Caeſar, ne darentur, effecit, Sueton. Jul. *cap.* xvii.

4. Ex coloniis et municipiis. *Coloniae*, quae ex civitate Romana in alias ſedes & loca propagatae ſunt; *Municipia*, quae aliunde in civitatem R. pervenerunt, Varro iv. de L. L. Feſtus, A. Gellius xvi. *c.* xiii. & lex 18. de V. S. Gloſſa Fabric. 1. Colonia *eſt*, *quae defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur*; Municipes *Romani cives*, *eis in omnibus ſimiles*, *niſi ſuffragilatione. i. non fuerunt in ſuffragio*, *ubi conſulatus dignitates cenſebantur*.

Domi nobiles. Non placet MSS. manifeſtos errores in addendo Pronomine *qui*, aut Verbo *erant* hic recenſere: Neque propterea pro vexato habeo, cum nullus fere Codex turbaverit voces *domi nobiles*, (niſi quod Sen. 2. *domi* omittat, & Vinar. 2. addat *domi* & militiae *nobiles*,) quae ſunt uſitatae ſatis & notae iis qui vel Ciceronem inſpexerint. Notant autem nobilitatem peregrinam, ſeu nobiles illos fuiſſe apud ſuos, in coloniis & municipiis, non itidem Romae. Sic Cicer. 1. Verr. *c.* xvii. *hominem ingenuum*, domi nobilem, *pop. Rom. ſocium atque amicum*. & Curt. iii. *c.* xii. n. 15. *Ariſtogiton*, *Dropides*, *& Iphicrates* inter Athenienſes genere famaque longe clariſſimi: *Lacedaemonii*, *Pauſippus & Onomaſtorides cum Monimo & Callicrate*, *ii quoque* domi nobiles. hoc illi *inter ſuos* iv. *c.* 1. n. 17. & Cic. pro Flacco *c.* xxii. *ceteri homines apud nos noti*, inter ſuos *nobiles*, quod per vocem *domeſticus* extulit Corn. Nepos Eumen. *c.* 1. *neque aliud huic defuit*, *quam generoſa* (Macedonica) *ſtirps: etſi ille* domeſtico *ſummo genere erat*. adde Jug. *c.* viii. n. 1.

5. Hujusce consilii. Conjurationis, propoſiti ſceleris Remp. opprimendi. Sic. *c.* ſeq. *conſilio communicato*. Livius ii. *c.* iv. *eos quoque in ſocietatem* conſilii *avunculi adſumunt*. Curt. vii. *c.* v. n. 23. *Illi manibus ſua ſponte religatis a* participibus conſilii *trahebantur*. Sed pluribus jam probavit, hanc vocem auctoribus placuiſſe, ubi de conjuratione loquuntur, Schulting. ad Quinctil. Declam. 1. *c.* vii. & Senec. ii. Controver. xiii. p. 177. Rationem autem, quam addit, *quia iſti homines ſaepiſſime inter ſe conſultare ſoleant*, ingenioſam tantummodo eſſe cenſeo. *conſilium* enim uti de omni, ſic etiam de *ſceleſto* quodam *propoſito*, latine dicitur. Supra *quamplures* ſcribere voluit Heuſſ. ſed eadem manus *quam* induxit, deditque *complures*. vide ad *cap.* xix. num. 2. Vinar. 1. *paullo occultiores*, quod alio loco non foret ſine gratia.

Participes nobiles. Ingrata paullulum auribus vox *nobiles*, & deficit Incert. 1. ſed ſententiae Salluſtii neceſſaria, qui his Craſſum, Antonium, Caeſarem & ſimiles occulte notare voluit. vid. Dio p. 43. Eccard. & Incert. 2. *nobiles atque ignobiles*. quod, uti ſit, ex *c.* xx. transſumtum eſt. de Tautologia apparente, vide dicta ad *c.* xxiii. n. 3.

Aut alia necessitudo. Soſip. Chariſius 1. p. 76. Neceſſitas *imperii eſt*, Neceſſitudo *ſanguinis conjunctio*. *Salluſtius tamen* Neceſſitudinem *ſaepe pro* Neceſſitate *ponit*. *nec unquam* Neceſſitatem *pro* Neceſſitudine, *aut ipſe*, *aut quiſquam veterum*. in quo varie fallitur. Primum omnium ignoravit antiquitas diſcrimen inter *Neceſſitudinem* & *Neceſſitatem*, ſed promiſcue dicta ſunt, ut *Claritas*, *Claritudo* & ſimilia, de quo erudite diſſerit A. Gellius xiii. *c.* iii. adde Noſtrum Jug. *c.* ii. extr. Deinde non ſolus Salluſtius *Neceſſitudinem* ea notione adhibuit, ſed ipſe etiam Cicero, Varro, Siſenna. vide Nonium *c.* iv. n. 322. & Scaurum de Orthograph. p. 1378. ed. Godofr. Denique *Neceſſitas* etiam pro *Neceſſitudine* h. e. ſanguinis conjunctione, aut vinculo amoris dicta ab Caeſare, notante Nonio loc. cit. num. 323. & Gellio l. c. & ab ipſo Cicerone pro Sulla *cap.* 1. *ſi noſtram* neceſſitatem *familiaritatemque violaſſet*. & alibi. Falluntur & librarii Eccard. Struv. Baſil. 3. Incerti utriusque, Rem. 1. Guelf. 3. 6. 10. 11. & 12. qui dederunt *aut aliqua neceſſitudo*: quomodo & ſecunda manus Baſil. 1. nam & ipſa inopia neceſſitudo eſt, eo ſenſu, de quo ad n. 2. diximus.

6. Ma-

Digitized by Google

6 ceſſitudo. Ceterum juventus pleraque, ſed maxume nobilium, Ca-
tilinae inceptis favebat. quibus in otio vel magnifice, vel molli-
ter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem,
7 malebant. Fuere item ea tempeſtate, qui crederent M. Licinium
Craſſum non ignarum ejus conſilii fuiſſe; quia Cn. Pompejus in-
viſus ipſi magnum exercitum ductabat, cujuſvis opes voluiſſe con-
tra

6. MAGNIFICE, VEL MOLLITER. Superbe, vel in voluptate. Jug. *cap.* XXXI. *incedunt per ora veſtra* magnifice. *c.* LV. *Jugurtham* magnificum *ex Auli ſocordia*. Vellej. Pat. II. *cap.* I. magnificentiam *publicam ſecuta eſt privata* luxuria.

VIVERE COPIA ERAT. Pro *vivendi*, ut Jug. *c.* LXXXIX. n. 3. *majora* aggredi *tempus viſum eſt*. ubi plura. Hic adde *Aliqui*, *Quidam*, quibus in otio &c. de qua Ellipſi exempla poſui ad Jug. *c.* LXXXV. n. 12. Sed ed. vet. omittit: *copia erat*. quod defendi poſſet. Sed MSS. repugnant, & ipſum illud exquiſitum, ut nunc habemus, genus dicendi.

INCERTA PRO CERTIS. Ita Cicer. II. Catilin. *c.* IX. Noſter infra *c.* XX. Tacitus variis locis. Conſtructionem autem conciſam nota. ſenſum quippe optime juvabis, ſi *tamen* hic addideris; etſi penes illa: *quibus in otio* &c. non poſueris *quamvis*. Sic *tamen* omittit, praecedente *quamquam*, Jug. *c.* XXXIII. n. 2. & *c.* XXXV. n. 9. Utrumque deeſt Lucan. IV. *v.* 342.

- - - gerit omnia victi,
Sed ducis.

& apud Noſtrum infra *c.* XXXVI. num. 5. *duobus Senati decretis, neque patefecerat conjurationem, neque ex caſtris quiſquam omnium deceſſerat*. Jug. *cap.* LXIII. *pleriſque faciem ejus ignorantibus; factis notus per omnes tribus declaratur*. *c.* LXXVI. extr. *Oppidani magna atque inſolita re perculſi, nihilo ſegnius bellum parare*.

BELLUM QUAM PACEM MALEBANT. Verbum in duplici Regimine, ut ajunt, poſitum: *Malle, pro;* & *Malle, quam*. utrumque recte dici ex ſolo Tacito conſtare poteſt. utrumque autem in eadem dictione adhiberi illa evincunt Sueton. Julio *c.* XVI. *qui* vi, *ac* per arma *prohiberent*. Livius XXXVII. *c.* XXXIII. Id *multo*, *quam* de *navali* victoria *laetius fuit*. Duriuſculum illud Vopiſci Tacito *c.* XIII. *Et prima quidem* illi *cura* imperatoris facti *haec fuit*. Sic & infra *c.* XXV. litteris *Graecis & latinis* docta-multa alia, *quae inſtrumenta luxuriae ſunt*. ubi plura hujus generis congeſſimus. Jugurth. *c.* XXXI. *ſociis veſtris* veluti *hoſtibus*, *hoſtibus* pro *ſociis* utuntur. Quare inepte Remenſ. I. *ſed* cupiebant *incerta pro certis, bellum, quam pacem malebant*. & Fabric. 2. *bellum* pro pace *malebant*.

7. M. LICINIUM CRASSUM. Hominem nobilem, maximis divitiis, ſumma potentia, *c.* XLVIII. ubi addit, quoſdam crediďiſſe, ſed propter Craſſi potentiam diſſimulaſſe. Plutarchus & Dio ſcribunt ſuſpicionem fuiſſe, Ciceronem, aut reos hoc in Craſſum finxiſſe, ut Noſter *c.* XLIX. Inde Ciceroni cum Craſſo magnae multaeque contentiones, Cic. Phil. II. *c.* III. quamquam hic illum aperte laudaret, Id. I. ad Attic. ep. XIV.

QUIA CN. POMPEJUS. Gloſſae MSS. ſenſum ita juvant: *ideo, quia*. Potius ita ſupple: *non ignarum fuiſſe*, ſed *voluiſſe*. Sic Noſter Jug. *c.* LI. num. 5. de qua Ellipſi ad *c.* XVIII. extr. ubi ſimiliter rationem primo loco poſuit, ut & alibi.

INVISUS IPSI. Odioſus, quem odio & invidia perſequebatur. quaſi *inviſus ab ipſo*, uti ex collatis ad *c.* XV. n. 4. patet. Ovid. Heroid. Ep. I. *v.* 3.

Troja jacet certe Danais inviſa *puellis*.

pro quo in Sabini Reſponſoria Ulyſſis *v.* 13.

- - Graiis odioſa *puellis*.

de dictione *exercitum ductare* vide ad Jug. *c.* LXX. n. 2. ne praeferas, quod eſt in Baſil. 3. *exercitum ducebat*.

CUJUSVIS OPES. Quemcumque alium validiorem fieri contra Pompejum. Sed Acad. Vinar. I. Guelf. I. & 9. *& cujuſvis*. II. & Rem. I. *cujus*. Sed Fabric. uterque a manu prima: *& cujus;* forte pro *cujuſque*, hoc eſt, cujuſvis, cujuſcumque, ut apud Auſonium: *Pareto legi*, quiſque *legem ſanxeris*. Plaut. Curcul. A. IV. Sc. II. *v.* 17. *Tum genu ad* quemque *jecero, ad terram dabo*. Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XXXIII. quiſque *peſſimus erit, par ipſi habebitur*. adde Gron. ad Liv. I. *c.* XXIV. Eſt autem proprie *quis & quis*, unde iſta notio provenit: Sic *ubique* pro ubicumque; *quandoque* pro quandocumque & ſimilia.

CONTRA ILLIUS POTENTIAM. Vere igitur Minucius Fel. *c.* XXVII. *Naturale eſt enim & odiſſe, quem timeas; & quem metueris, infeſtare ſi poſſis:* quae eſt imitatio dicti Ennii apud Cic. II. Offic. *c.* VII.

tra illius potentiam creſcere : ſimul confiſum , ſi conjuratio valuiſset, facile apud illos principem ſe fore.

CAP. XVIII.

SEd antea item conjuravere pauci contra rempublicam, in quibus 1
Catilina. de qua quam veriſſume potero dicam. L. Tullo, M. 2
Lepido conſulibus, P. Autronius & P. Sulla legibus ambitus interrogati

c. VII. de tali invidia Liv. I. cap. XLII. Addere poteris, ſi talia placent, Boecler. ad Vellej. I. cap. XI. Zevecot. ad Flor. II. cap. II.

CONJURATIO VALUISSET. Praevaluiſſet, obtinuiſſet & conſilia ſua effectu perſecuta eſſet. Sic Cic. II. Tuſc. Qu. *cap.* XXII. valuit *auctoritas*. IX. ep. XVII. n. 3. *fiet enim, quodcumque volent, qui* valebunt: valebunt *autem ſemper arma*. Tacit. XIII. Ann. *cap.* LII. Valuitque *pecunioſa orbitate & ſenecta*. Livius I. *c.* XXX. valuit *pacta induciarum fides*. Sic ſupra *fama valebat*. infra *cap.* LI. num. 40. *poſtquam reſp. adolevit, & multitudine civium factiones* valuere. ubi tamen idem eſt, ac robur accipere.

APUD ILLOS. Intellige ex Conjuratione *Conjuratos*. dixi ad *cap.* V. n. 8. *incitabant corrupti* civitatis *mores*, quos *peſſuma ac diverſa inter ſe mala vexabant*. *Se* non exſtat incert. I. nec credo ab Salluſtio eſſe profectum. vide notam ad Coelii epiſt. XI. num. 3. Gronov. ad Liv. XL. XLII. adde infra *cap.* XXXI. n. 7. XLVII. n. I.

CAP. XVIII. I. SED ANTEA. Tertio anno ante hanc Catilinae Conjurationem, quam Noſter deſcribit. Ejus vero auctorem Criſpus & Cicero pro Murena *c.* XXXVIII. Piſonem facere videntur; at Dio XXXVI. & Sueton. Jul. *c.* IX. haud obſcure M. Craſsum faciunt. Heuſſ. *Sed antea* tempore *pauci conjuravere*.

DE QUA. *Conjuratione*, quod nomen intelligitur ex verbo *conjuravere*, obſervante Diomede II. p. 440. & ex ejuſmodi Gloſsa adſciverat Incert. 2. Neque aliter MSS. quos conſuluerim, & ed. vet. Acad. tamen *de qua re*, quod pro interpretatione inter lineas habet Guelf. I. & ſimiliter librarii voluerunt infra *c.* LVI. n. 4. juvare. Male vulgo, etiam in optimis editionibus, viſitur *de quo*, quod damnavi ad ea Cic. II. epiſt. III. n. 2. *quid* ſentiam *aut ſcribam ad te poſtea pluribus, aut, ne ad* eam *meditere, imparatum te offendam*. vide infra *c.* XXIX. n. 3. Noſtram lectionem adprobat Barth. XII. Adv. *c.* XXX. Simile mendum obſederat Cicer. pro Muren. *c.* XIII. *Deinde veſtra reſponſa atque decreta & evertuntur ſaepe* dicundo, *& ſine defenſione* oratoris *eſſe non poſſunt*. in qua *ſi ſatis profeciſſem, parcius de ejus laude dicerem*. Sic MSS. & vett. edd. ſubintelligendo: *in qua facultate dicendi*. vulgo: *in qua re*. adde Cic. I. epiſt. IX. n. 31. III. epiſt. V. n. 8. XIII. ep. LXXV. num. 4. & quae infra ad *cap.* LVI. n. 5. ſervitia *repudiabat*, cujus *initio ad eum magnae copiae concurrebant*. mox pro *quam veriſſume* Senat. 2. *quod veriſſume*.

2. L. TULLO. Sic Guelf. 5. Senat. I. & ed. vet. ceteri mendoſe *L. Tullio*, aut *L. Tulio*. *L.* autem *Volcatius Tullus* & *M. Aemilius Lepidus* Conſules fuere A. V. 687. Apud Cic. pro Sulla *c.* IV. *Lepido & L. Volcatio Coſſ.*

P. AUTRONIUS ET P. SULLA. Alter a Cotta, alter a Torquato ambitus convicti, qui & in eorum locum, pro more, creati ſunt. Dio, Aſconius. Sed P. Sullam invidia Autronii abreptum eſſe, adfirmat Cic. pro Eo *cap.* I. alibi.

DESIGNATI COSS. Ne turbae fierent in rep. centuriatis comitiis a Conſule inſequentis anni conſules renunciabantur, Plin. Paneg. *cap.* LXIII. qui ad Kalendas uſque Januarias, quibus eo tempore magiſtratum inibant, *deſignati* dicebantur, & non modo magna pompa e campo, ubi deſignati erant, domum deducebantur, Cic. I. in Verr. *cap.* VII. ſed & honore omnes reliquos Senatores antecedebant, vide *cap.* XXIV. & L. Graeci ſimiliter *ἀναδείκνυμι* dicunt, ut Zoſim. I. *c.* VIII. n. I.

LEGIBUS AMBITUS. *Ambire* eſt proprie *circumeundo* favorem & ſuffragia quaerere. Varro: *qui populum circumit*, ambit, adde Plin. II. epiſt. IX. Cic. pro Planc. *cap.* IV. C. Nep. Attic. *cap.* IV. Hinc crimen *ambitus* (Graeci *δημοκοπίαν* vertunt) eum qui illegitimis modis & malis artibus populi ſuffragia ſibi compararet, et ita magiſtratum occuparet. Leges de ambitu multae fuerunt latae, quarum ſeveriſſima Pompeii, de qua Dio XL. p. 145. ſed iſta demum A. V. 701. lata eſt. Antea Lege de Toga Candida, Pratelia, Baebia, Maria, Calpurnia maxime, Tullia denique (vide Cic. pro Murena *c.* II. & III.) crimen illud damnatum eſt, multiplici

 conſti-

Digitized by Google

3 gati poenas dederant. Poſt paullo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat conſulatum petere; quod intra legitimos dies

conſtituta poena. de quibus Cicero, Livius, Dio, Aſconius. vide Auguſtinum de L. L. & Sigon. II. de Judic. *c.* XXX.

LEGIBUS A. INTERROGATI. Qui criminis cujuſdam ſuſpecti, vel rei facti erant, in eos *quaerebatur* publico judicio, ut Jug. *cap.* XL. n. I. hoc eſt, *ex lege* hac vel illa *interrogabantur*, an eo crimine tenerentur, ut ita *confeſſi* poenas darent. Sic infra *cap.* XXXI. *Catilina* lege *Plautia* interrogatus *erat ab L. Paullo*. Cic. pro domo *cap.* XXIX. *quis me umquam ulla* lege interrogavit? *quis poſtulavit? quis diem dixit?* Sueton. Aug. *cap.* XXXIII. *Dixit jus ſumma lenitate: ſiquidem manifeſti parricidii reum, ne culeo inſueretur, quod non niſi* confeſſi *adficiebantur hac poena, ita fertur* interrogaſſe: *Certe patrem tuum non occidiſti*. adi ibi Caſaubonum. Sed luculentum imprimis hujus judicialis *interrogationis* exemplum habes apud Livium VIII. *cap.* XXXII. Non male itaque Gloſſ. MSS. *in judicium ducti, judicati erant*.

3. POST PAULIO. Sic MSS. & alia hujus poſiturae exempla collegi ad Jug. cap. CVI. n. 3. Sed iidem Codd. *paulo* omnes habent; contra quos confidenter pronunciat Terent. Scaurus p. 2256. *Sine dubio peccant, qui* paulum & paululum *ter unum L ſcribunt*. Sed haec leviora. At de tempore, quando hoc factum, non convenit inter eruditos. Manutius ad Cic. I. ad Attic. ep. I. putat hoc factum eſſe Cotta & Torquato Coſſ. quia Tullo & Lepido Coſſ. praetor Africam obtinuiſſet. Sed eum doctiſſime refellit Malaſpina ad l. c. & Sim. Boſius. Certe ſi alio anno factum foret, Criſpus non dixiſſet *Poſt paullo*. Igitur hae dictiones ita intelligendae, poſt paullo, quam Autronius & Sulla damnati a Conſulatu excluſi erant, & altera Comitia coeperant, quibus Cotta & Torquatus in damnatorum locum creati ſunt; Catilina, qui etiam a legatis Afris accuſatus erat, petere Conſulatum prohibitus eſt, quod ſerius ex Africa redierat, & praeſens trinundinum petere non potuerat. Haec eſt vera hujus loci ſententia. Qui eam rem Cotta & Torquato Coſſ. eveniſſe, & tum demum Catilinam ex Africa rediiſſe putant, illi non animadvertunt, impoſſibile ita eſſe, quod iſte cum Piſone & aliis conſilium communicaverit, atque Tullo & Lepido Coſſ. pridie Kalend. Jan. in comitio ſteterit, quod tamen & Noſter & Cic. I. in Cat. *cap.* IV. manifeſte docent. Hoc certo conſtat, eum Cotta & Torquato Coſſ. cauſſam de pecuniis repetundis dixiſſe, Cic. pro Coelio *cap.* IV. Sed quis inde efficiet, eum non prius Romae fuiſſe? Et ſic contrariam opinionem nec Aſconius juvat. *Ante annum, quam haec dicerentur, Catilina cum rediiſſet ex Africa, Torquato & Cotta Coſſ. accuſatus eſt repetundarum a P. Clodio adoleſcente*; tempus enim accuſationis, non domum reditionis innuitur. Clodius eo anno peregit accuſationem; ſed ſuperiori anno *legati Afri*, teſtis Aſconius, *in ſenatu jam tum abſente illo queſti ſunt, multaeque graves ſententiae de illo dictae*. Nec obſtat Cicero l. proxime cit. qui *ſe praetore Catilinam praetorem Africam obtinuiſſe* ſcribit; nam Catilina poſtquam biennium fere in provincia moratus eſset, altero anno vergente diſceſsit. Cic. in Tog. Cand. *a quibus* conſulatum *petis? principibus civitatis? qui tibi, cum* L. Volcatius Cos. *in conſilio fuiſſet, ne petendi quidem poteſtatem eſſe voluerunt*. Duplex itaque cauſſa prohibuit *petitionem*. altera, quod ſerius ex Africa rediiſſet: altera, quod SCto decretum erat, ejus, quoniam legati Afri de eo queſti eſſent, non eſſe habendam rationem. Hinc ſimul apparet recte Epitom. Liv. CI. Catilinae *duas* tantum *petitiones* attribui. Nam hoc anno prohibitus eſt: proximo Cotta & Torquato Coſſ. ipſe quievit, quia cauſſam tunc de repetundis dicebat: at Caeſare & Figulo Coſſ. Competitor fuit Ciceronis, ſed repulſam tulit, cap. XXIII. XXIV. mox Cicerone & Antonio Coſſ. ſecundo petiit, ſed iterum fruſtra, cap. XXVI. quae in gratiam eorum, quos magnorum virorum auctoritas in tranſverſum agere poſſet, adſcripſi.

PECUNIARUM REPETUNDARUM. Erant iſtae pecuniae, quas ſocii & nationes Romanis ſubjectae a *magiſtratibus* ſuis *provincialibus* ſibi injuſte ereptas repetebant, de quibus L. Piſo trib. pleb. legem tulit A. V. 604. vide Cic. Bruto cap. XXVII. & Pighii Annal. Tom. II. p. 447. Poſtea ad *urbanos* etiam *magiſtratus*, judices & curatores translatum idem judicium, pluribus legibus latis, quarum proximae quaeque duriores, Cic. II. Offic. *cap.* XXI. Poſtrema eſt Julii Caeſaris, quae nominatim ad omnia officia & miniſteria publica pertinet, vide Marcian. l. I. D. de L. Julia repet. In hoc tamen Judicio Catilina ſequenti anno abſolutus eſt, qui accuſatorem P. Clodium pecunia corruperat, ut praevaricaretur, Cic. de Haruſp. Reſp. cap. XX. & ipſum defenderat Torquatus Coſ. pro Sulla *c.* XXXI. atque Cicero ipſe, ut tradidit Feneſtella, contra quem tamen diſputat

dies profiteri nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Piſo, adoleſcens 4
nobilis, ſummae audaciae, egens, factioſus, quem ad perturbandam
rempublicam inopia atque mali mores ſtimulabant. Cum hoc Ca- 5
tilina & Autronius, conſilio communicato, parabant in Capitolio
Kalen-

tat Aſconius ad Orat. in Tog. Cand. Cogitaſſe tamen Ciceronem, & paene deceptum eſse, ipſe memoravit pro Coelio & I. ad Att. epiſtol. II.

INTRA LEGITIMOS DIES. Triginta illos dies intelligunt, qui ante Comitia Centuriata eſſent proximi; *trinundinum* vocant, de quo ad Cic. XVI. ep. XII. n. 4. Confer Gruch. I. de Comit. cap. IV.

PROFITERI. Se candidatum. Sueton. Aug. *c.* IV. de C. Octavio ex praetore Macedoniae. *Decedens Macedonia, priuſquam* profiteri *ſe candidatum conſulatus poſſet, morte obiit repentina*. Aſconius tamen: *Itaque cum* profeſſus *deinde eſſet Catilina petere ſe conſulatum, L. Volcatius conſul conſilium publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet*, ſi peteret conſulatum. *nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam cauſſam deſtitit a petitione*. Sed eum non de propria *profeſſione* loqui manifeſtum eſt. recte autem ob judicium de ſe habitum Catilinam deſtitiſse ſcribit: ſed Catilina conſulto conſilio ſerius petitoribus accedebat, ut aliam cauſsam praetendere poſſet. Interim Gloſſae MSS. hoc *profiteri* intelligunt *cenſum ſolvere*, quibus forte in mente fuit *profeſſio aeris alieni*, quae a Candidatis fieri ſolebat, vide Senec. VI. Beneſ. *cap.* XX. alii male: *pecuniam ſolvere*. Contra quos noſtra expoſitio ſeſe ſatis tuetur. Cum tamen in MSS. modo *profit. nequiverit*, modo *nequiverit profiteri* legatur: Videndum, an Verbum *profiteri* hic poſſit ita deleri, ut ſupra *cap.* III. num. 2. *dicta*. Sic certe longe magis illuſtria omnia evadunt. *Nequiverit* autem tuentur Codd. meliores: nam qui ea laude deſtituuntur habent *nequiverat*. Cic. de Amic. *c.* IV. *ut beate vixiſſe videar*, quia *cum Scipione* vixerim. cui lectioni male Graevius praefert *quia vixi*. Ibid. *cap.* V. *hos viros bonos appellandos putemus*, quia ſequantur *naturam*. adde de Enallage notam ad *c.* XII. n. I.

4. CN. PISO. Meminit ejus aliquoties Cicero, Dio, Aſconius & Sueton. Jul. *cap.* IX. Idem ille mihi videtur, cujus audaciam ſermonis erga Pompejum notavit Valer. Max. VI. *cap.* II. n. 4. nam proximo etiam capite *infeſtus inimicus Cn. Pompeii* dicitur.

NOBILIS, SUMMAE AUDACIAE. Fábric. I. & Guelſ. 9. primitus haec male conjunxerant in *nobiliſſumae audaciae*, de cujuſmodi erroribus ſcribarum etiam queſtus eſt Hieronymus Epiſt. CVIII. ſive Praeſ. in Paralipom. p. 20. ed. Eraſm. Guelſ. 6. *homo ſummae audaciae*, quo additamento ſine cura omnes reliqui ſcripti & impreſſi carent. Sed cum dicere potuiſſet *ſumme audax*, illud alterum maluit, ut ipſe varietate delectationem adderet. Sic Jug. *c.* I. n. I. *imbecilla atque aevi brevis*. *cap.* VI. *pollens viribus*, decora ſacie, *ſed multo maxume ingenio validus*. *cap.* LXI. extr. Facile *Numidae perſuadet cum* ingenio inſidio, *tum metuenti*. Dares *cap.* XII. *Helenam ſimilem illis, formoſam*, animi ſimplicis, *blandam*, cruribus optimis, *notam inter duo ſupercilia habentem*, ore puſillo. ex quo uno capite plura hujus generis petere licet. Cic. II. epiſt. XIII. num. I. *litteras quam prudentes, quam* multi & officii & conſilii cum ibi adnotatis. adde XII. ep. X. n. 3. XIII. ep. X. n. 8. Noſter inſra *cap.* XLVIII. n. 5. *nobilis, maxumis divitiis*. Jug. *cap.* XX. *quietus, imbellis*, placido ingenio, *opportunus injuriae*. *cap.* V. n. I. *quia magnum et atrox*, variaque victoria *fuit*. *cap.* XXI. *homines ſceleratiſſimi*, cruentis manibus, immani avaritia, *nocentiſſumi, idemque ſuperbiſſumi*. Spartian. Adrian. *c.* XXVI. & in Vero *c.* V. *in vita minus probabilis, comtus*, pulchritudinis regiae, oris venerandi, *verſu facilis, in rep. etiam non inutilis*. Capitol. in Pio *c.* II. *Fuit vir forma conſpicuus, ingenio clarus*, ſingularis eloquentiae, nitidae litteraturae, *praecipue ſobrius* &c. adde Spart. Severo *c.* XIX. Nigro *c.* Vopiſ. Aureliano *c.* VI. qui ſatis tibi confirmabunt *aequalitatem* illam, quam per obſcuram diligentiam nonnulli quaerunt, ſaepiſſime, & ſtudio, neglectam eſse optimis Latinorum.

FACTIOSUS. Hoc eſt, πολυπράγμων, multis rebus ſeſe immiſcens, & validus ad efficiendum vel gratia, vel alio modo. Plautus Bacch. A. III. Sc. VI. *v.* 13.

Lingua factioſi, inertes *opera*.

Hinc pro novarum rerum cupidis, turbulentis & inquietis, quorum partes a multis adpetuntur, dicitur. adde Jug. *cap.* VIII. n. I.

PERTURBANDAM. *Turbandam* Sen. I. Guelſ. 2. 5. Fabr. 2. parum refert, utrum Salluſtianum dixeris.

5. CONSILIO COMMUNICATO. Ad eam ſententiam C. Nepos Pelopid. *c.* II. communiter *cum*

Kalendis Januariis L. Cottam & L. Torquatum Conſules interficere; ipſi, faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas

bis, qui Thebis idem ſentiebant, diem delegerunt. Sed Plautus Perſa A. III. Sc. I. *v.* 6.

Communicavi *tecum* conſilia *omnia*.

Sidon. IV. Epiſt. XXV. Conſilio *cum Coepiſcopis prius clam* communicato, *quam palam prodito*.

IN CAPITOLIO. in quo Kalendis Jan. Conſules, qui Conſulatum inibant, Jovi vota nuncupabant. Eo magna amicorum turba comitante deducebantur, & hoc proprie dicebatur *procedere*, vide Lactant. de Mort. Perſ. *c.* XVII. & quae ibi Gisb. Cuperus & Steph. Baluzius. Sed maxime Ovid. I. Faſt. *v.* 79. ſeqq.

KALENDIS JANUARIIS. Diſsentire videtur Cicero, qui I. Cat. *cap.* VI. *pridie kalend. Jan. Catilinam in comitio ſtetiſſe* ſcribit, *& manum ad caedem paraviſſe*. Sed iſte diſsenſus nullus eſt. nam etſi paraverit ſeſe ad caedem piridie Kalend. ipſis tamen Kalendis caedes committenda erat. Et recte ſeſe mature paravit. Nam primo mane Capitolium adſcendebant, quod teſtatur Libanius Progymn. 179. Faſces autem jam pridie Kalend. accepiſse, ipſa ratio evincit, cum & Ovidius l. c. id innuat, & ex inſcriptione Auſonii Precationis, quae eſt Idyll. VIII. ſatis appareat. Alioquin ſollemne erat diebus feſtis partem noctis, quae diem praecedebat, impendere; unde dicterium Ciceronis in Conſulem, quo nemo ſomnum ceperit, tanto illuſtrius ad cognoſcendum exiſtit, Cic. VII. ep. XXX. n. 5. Antea autem modo Kalend. Septembribus, modo Sextilibus, modo aliis diebus Conſulatum inierunt. Sed Kalendis etiam Martiis ad ſpatium Bellorum Punicorum iniiſſe, teſtatur Ovid. III. Faſt. *v.* 147. Ut in Kalend. Januarias translatum ſit, Celtiberorum motus in cauſsa fuerunt, quod ex Appiano & Caſſiodoro viri docti obſervarunt. vide Lipen. de Stren. prim. aet. *c.* II. §. 36. Lipſium de Magiſtr. R. *cap.* IX.

L. COTTAM. L. Aurelium Cottam, qui Ciceroni ob liberatam Remp. ſupplicationem decrevit, Cic. II. Phil. *c.* VI. adde Aſcon. in I. pro C. Cornelio.

L. TORQUATUM. L. Manlium Torquatum, qui Macedoniam provinciam obtinuit, & Imperator ibi appellatus eſt, Cic. in Piſon. *cap.* XIX. Originem & cauſsam cognominis exponit A. Gellius IX. *c.* XIII. Vocem *Conſules* omiſit Baſil. 3.

FASCIBUS CORREPTIS. Hoc ſic extulit Cic. pro Sulla *cap.* XXIX. *Interfectis Coſs. deſcendere kalendis Januar. cum lictoribus*. *Corripere* eſt per vim capere. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* XXIII. *eques evaſit, cum ſignis captiviſque, quos prima acie* corripuerant. Virg. II. Aen. *v.* 167. Corripuere *ſacram effigiem*, de rapto Palladio canit. Vellej. Pat. II. *cap.* LVIII. *cum jam Dolabella* faſces *atque inſignia* corripuiſſet *conſularia*. Sic Diodor. Sicul. XVIII. *τῶν ἄλλων ἡγεμόνων* ΠΕΡΙΑΙΡΕΙΣΘΑΙ *τὰς ἐξουσίας*. *Faſces* autem inſignia imperii, hic conſularis, fuiſse virgas, ſeu bacillos teretes loro colligatos in modum faſcis, abunde conſtat. de *betula* ſumtos ſtatuunt ex Plin. XVI. *c.* XVIII. *Ulmeos* memorat Plautus Aſin. A. III. Sc. II. *v.* 28. *vimineos* Epid. A. I. Sc. I. *v.* 26. ubi ſimul videas quae Taubmanus ex Lipſio adjecit. XII. Conſules, & alternis quidem menſibus, ſi ambo adeſſent, habebant, vide Gellium II. *cap.* XV. alter, qui eo menſe non imperabat, habebat tantum apparitorem, Sueton. Jul. *cap.* XX. Sed in provinciis, ſi alteruter aut ambo alius alibi eſſet, uterque ſuos XII. faſces habebat, Valer. Max. loco mox citando. Hic pro ipſo *Conſulatu* poni, recte Gronovius probat ex Lucan. I. *v.* 178.

Hinc rapti *pretio* faſces.

addo Rutil. I. Itiner. *v.* 175.

Sedula promiſit ſummos *imitatio* faſces;
Si fas eſt meritis fidere, Conſul *erit*.

Valer. Max. I. *c.* I. n. 3. *Laudabile* XII. faſcium (Poſtumii Coſ.) *religioſum obſequium: laudabilior* quatuor & viginti (duorum Coſſ. C. Figuli & Scip. Naſicae *in conſimili re obedientia*. adde infra *cap.* LIX. Sed hic dictio ita intelligenda eſt, ut ſimul ſenſus aliquid ex proprietate trahat, cum vere faſces & lictores arripiendi eſſent: de qua *Collocatione* ad *c.* XXXI. num. 8.

AD OBTINENDAS. Occupandas & regendas in fide Catilinae. Auct. B. Alexandr. *c.* XLVIII. *Caſſius Longinus in Hiſpania Propraetor provinciae ulterioris* obtinendae *cauſsa relictus*. Coelius VIII. Cic. epiſt. IX. n. 5. *relinquendus tibi erit, qui provinciam* obtineat. Livius XXIV. *cap.* XXI. *Cum ceteri ex conjuratis ad exercitum* obtinendum *remanſiſſent*. Hyginus Fab. CXXII. *Aletes regnum Mycenis* obtinere *coepit;* Hinc Aggenus Comm. in Frontin. p. 60. *dicuntur & ea relicta loca, quae vis aquae* obtinuit. Confer, ſi ea, quae olim hic promiſi, cupis, *c.* XXIV. n. 2.

DUAS HISPANIAS. Citeriorem & ulteriorem, ſive Tarraconenſem & Baeticam, Livius XXXII. *c.* XXVIII. Caeſar I. Civ. *cap.* XXIX. *interea veterem exercitum*, duas Hiſpanias *confirmari*. ad-

de

duas Hiſpanias mittere. Ea re cognita rurſus, in Nonas Februa- 6
rias conſilium caedis tranſtulerant. Jam tum non Conſulibus mo- 7
do, ſed pleriſque Senatoribus perniciem machinabantur. Quod 8
ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare; eo die, poſt
con-

de Ei. III. c. x. alios Auguſtus tres Hiſpanias fecit, addendo ſeparatam a Baetica Luſitaniam, Strabo XVII. p. 840. Poſtea in *ſex* & *ſeptem* provincias omnis Hiſpania diviſa, vide Sext. Rufi Breviar. c. v. & Catalog. Provinc. Schonhovii p. 78.

6. EA RE COGNITA. *Obſtante Catilinae fortuna reip.* inquit Cic. I. in Cat. c. VI. Sed Suet. Jul. cap. IX. *Craſſum poenitentia vel metu diem caedi deſtinatum non obiiſſe: & idcirco ne Caeſarem quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat, dediſſe. Conveniſſe autem Curio ait, ut togam de humero dejiceret.* Sed iſte hanc Piſonis conjurationem etiam facit.

7. NON CONSULIBUS MODO. Sed etiam antea principibus ſimul civitatis exitium machinatos eſſe ſcribit Cic. l. c. & Suetonius Senatum adoriri, & trucidare, quos placitum eſſet, voluiſſe memorat. In eo etiam diſſentit a Suetonio Cicero, quod hic Catilinam cum Autronio conſulatum invadere voluiſſe ſcribat pro Sulla cap. XXIV. ille reſtitutionem Conſulatus Autronii & Sullae propoſitam fuiſſe adfirmet. Sed Ciceroni accedere videtur Salluſtius. Mox *ſed* nude poſuit pro eo, quod vulgatius eſt, *ſed etiam*, uti Livius XXXII. c. XXIX. *Romae* non *in urbem* ſolum, ſed *in Capitolium penetraverat lupus*. Id. XXIII. c. VII. *Id* non *obedienter* modo, ſed *enixe factum eſt*. Vide Ducker. ad Flor. III. cap. IV. num. 4. Sic Noſter infra c. XXXIX. num. 6. *Neque* ſolum *cives*, ſed *cujuſque modi genus hominum*.

8. QUOD NI. Variat ed. vet. Vinar. 2. & Guelf. II. *Quod Catilina ni maturaſſet*. Idemque ex Remenſibus notaverat Gudius. Eccard. a prima manu habuit *Quia ni*, & ſic editam lectionem exponunt Gloſſae MSS. Male. dictum ut c. XIV. n. 4. Quod ſi *quis etiam a culpa vacuus in amicitiam ejus inciderat*. & Jug. c. I. Quod ſi *hominibus tanta cura eſſet*. adde Jug. c. XIII. *Quod utinam*. Corn. Nep. Hannib. c. I. Quaſi *domi debilitatus eſſet*. Terent. Phorm. Act. I. Sc. III. v. 3. Quod ni *fuiſſem incogitans, ita eum exſpectarem, ut par fuit*. Caeſar I. Gall. c. XLIV. Quod niſi *diſcedat, ſeſe illum pro hoſte habiturum*. Flor. IV. c. II. n. 81. Quod etſi *nondum fugerat, apparebat tamen, pudore magis, quam virtute reſiſtere*. Pleonaſmus eſſe videtur, ſed conciſus. Integrum foret: *Quod niſi* (hoc eſt, *niſi hoc* vel *illud*) *factum eſſet*, nempe, *ut maturaſſet*, vel *niſi maturaſſet*. De addendo Verbo *facio* vel *fio* (poterit etiam verbum, quod adeſt, repeti) notavi quaedam ad ea Cicer. XII. ep. XXIII. n. 4. Illud *profecto, quoad potero, tuam famam & dignitatem tuebor*. De addendo *Nempe* ſaepius monui ad eum librum. Plaut. Perſa Act. II. Sc. III. v. 5. 6.

> Quod *ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam,*
> Eam fore *mihi* occaſionem, ea *nunc quaſi decidit de coelo*.

hoc eſt, *Quod* non ſomniabam, *nempe* non ſomniabam &c. eam mihi fore occaſionem. Caeſar I. Gall. c. VII. *Caeſari cum id nunciatum eſſet, eos per provinciam noſtram iter facere conari*. Et ſic alii multi. quare ad ſingularem demonſtrationem, non tantum ad Numerum iſte Pleonaſmus conciſus eſt comparatus. Trajectio itaque in iſtis obvenit Codd. qui habent *Quod Catilina ni*: qualis apud Hygin. Fab. XVI. Quod *poſtero die* cum *prope littus appropinquaſſet*. ubi ſimul videas Th. Munckerum, ſed non audias iſtum, quando in hoc dicendi genere cum Scheffero Ellipſin Praepoſitionis *Ob* fingit: quam olim etiam finxere Servius atque Donatus. nam, ſi aliquando rationem inferat, iſta repetitio, ut expoſui, validiſſima ſimul eſt ratio.

PRO CURIA. Guelf. II. *prae curia*, quod idem alterum denotat. Gloſſae exponunt *ante Curiam*. Cic. III. Phil. c. XI. *ſedens* pro *aede Caſtoris dixit*. Sueton. Jul. cap. LXI. *cujus etiam inſtar* pro *aede Veneris genetricis poſtea dedicavit*. Curt. IV. c. 2. n. 21. *miſſilibus eos quoque, qui* pro *opere ſtabant, inceſſere*.

POST CONDITAM URBEM ROMANAM. Seit dem die Stadt geſtanden. ad quam formam Aur. Victor Caeſ. c. XXXIX. *Quae res*, poſt *memoriam humanam, nova atque inopinabilis fuit*. adde Jug. c. V. n. 3. Vulgo *poſt c. v. Romam*; at odioſa vox *Romam* Grutero. & omittunt eam Cic. in Vatin. c. VII. *num quem* poſt urbem conditam *ſcias Tribunum pl. egiſſe cum plebe, cum conſtaret ſervatum eſſe de coelo*. & ſic ibid. cap. XIV. & Tacit. III. Hiſt. c. LXXII. *id facinus* poſt conditam urbem *luctuoſiſſimum*. *Urbem* enim cum dicimus *Romam* intelligimus, inquit Fabius VIII. cap. II. pag. 672. adde, quem ibi Pareus citat, Jo. Savar. ad Sidon. I. epiſt. VI. pag. 41. Sed Codd. ipſius aliorumque bene multi retinent; nec reformidavit Noſter

Digitized by Google

conditam urbem Romanam, peſſumum facinus patratum foret. Quia nondum frequentes armati convenerant; ea res conſilium diremit.

CAP. XIX.

1 Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quaeſtor pro Praetore miſſus,

cap. vi. n. i. *Urbem Romam* dicere; nec Livius iii. urbi *quoque* Romae *ingens praebitus terror*; nec A. Gellius xviii. *c.* vii. in. *celebris in* urbe Roma *Grammaticus;* nec alii. Sed quoniam in Guelf. 10. ſatis fido repererim : *urbem Romanam*, & viderim, ita ab initio etiam in Academ. ſcriptum fuiſſe : praeterea legerem in Guelf. 3. 8. 10. 11. & a manu ſecunda in 4. 6. & 9. *tam peſſimum facinus*, nec aliter Incert. 2. habere cognoſcerem, nullus habitavi, quin *Urbem Romanam* reſcriberem, eo, quod librarii ex ultima ſyllaba *am*, feciſſe mihi *tam* videbantur: & quod in MSS. legerim illud, quod vel ex ſola conjectura ſeſe ſatis probaret. Sic Liv. ix. *& vocis impiae poenas expetere, qua ſe* urbem Romanam *oppugnaturos minati ſunt.* Idem iii. *infeſto agmine* Romanam urbem *petentibus.* Corn. Nep. Attic. *c.* xx. *cum ſe uterque principem non ſolum* urbis Romanae, *ſed orbis terrarum eſſe cuperet.* Juſtin. vi. *c.* vi. urbs Romana *a Gallis capta eſt.* Id. xliii. *c.* iii. urbs Romana *ab adoleſcentibus conditur.* Lucan. ii. *v.* 564

- - Romana *quiſquis in* urbe
Pompejum tranſire parat.

Florus i. *c.* xiii. extr. *ne quis extaret in ea gente, quae incenſam a ſe* Romanam urbem *gloriaretur.*

Patratum foret. Perfectum eſſet. Sic Jug. c. xxi. *patratum bellum*, quod quam inepte a quibuſdam improbatum ſit, oſtendit Burmannus ad Quinctil. viii. *c.* iii. p. 695. certe & Juſtin. ii. *c.* vi. dixit *patrata bella*, & Livius *patrare facinus*, ut Noſter infra *c.* lvi. *Si ſocii incepta* patraviſſent. Tacit. ii. Ann. *c.* lxxxviii. *ſi patrandae necis venena mitterentur.* Cic. i. ad Attic. Epiſt. xiv. *promiſſa* patrare. ut adeo mendoſi ſint non tantum Guelf. 3. qui *paratum;* ſed etiam 7. 8. 9. Remens. 1. & Fabric. 2. qui *perpetratum* hic praetulerunt.

Quia nondum. Omittitur *Sed*, uti *c.* xvii. n. 7. & *c.* lviii. n. 14. *Licuit vobis in exſilio aetatem agere;* quia *illa foeda atque intoleranda viris videbantur, haec ſequi decreviſtis.* Sic Sulpic. Sev. ii. H. S. *c.* xxiv. *Rex petit pacem:* quia *infido ingenio male uſus, perfidiam conſecuta ultio.* Cic. xii. ad Attic. ep. li. *id autem utrum illi ſentiant, anne ſimulent, tu intelliges; mihi ſimulatio pro repudiatione fuerit.* vulgo : ſed *mihi ſimulatio* cetera. Aliam hujus particulae Ellipſin notavi ad Cic. ix. ep. xxvi. extr. & xii. ep. xiv. n. 7. Senec. v. Benef. *c.* xx. *Ecce neſcio qui non ex philoſophorum domo clamat; ex medio conventu populos genteſque damnatura vox mittitur.* Id. Epiſt. xxiv. *cui non ex injuria tantum aut ex potentioris viribus denunciabitur dolor; ipſae voluptates in tormenta vertuntur.* ad quae loca plura Gronovius, uti & ad Liv. xxviii. *c.* xxxix. xxxvi. *c.* xix. & xxxix. *c.* viii. quod ad alterum indicavit ipſe, & ad Quinctil. Declam. xiv. *c.* vi. Burmannus V. C. adde *c.* lii. n. 6.

Ea res consilium diremit. Pro *ea re*, h. e. *propterea* conſilium fruſtra fuit, de qua Hypallage pluribus ad Jug. cap. lxv. adde praeterea ibid. *c.* lxxxiv. Sic ibid. *c.* lx. extr. *praelium nox* diremit. Lucan. v. *v.* 393.

Et non admiſſae dirimit *ſuffragia plebis.*

h. e. ſuſtulit. Plinius viii. *c.* lvii. *Soricum occentu* dirimi *auſpicia.* h. e. irrita reddi. *Bellum diremiſſe* raptae Sabinae dicuntur Juvenal. Sat. vi. *v.* 164. *colloquium dirimere* Caeſar i. Gall. *c.* xlvi. quod vero ſaepe *ſeparare* denotat, ejus rei cauſſa eſt duplex iſta notio Praepoſitionis *De*, vel *Dis*, de qua alibi.

CAP. XIX. 1. Quaestor pro praetore. Remens. 1. tantummodo delet nomen *Quaeſtor*, ceteri omnes agnoſcunt. defenderunt alii ex marmore : defendit etiam Sueton. l. c. *cui ob ſuſpicionem urbanae conjurationis provincia Hiſpania ultro* extra ordinem *data ſit.* Aſconius *per honorem legationis in Hiſpaniam ablegatum* eſſe ſcribit : quomodo fere Dio. Inſolens autem erat *Quaeſtorem pro Praetore* mitti, qui legitime cum Praetoribus & Conſulibus in provincias ibant. ſed hic propter utilitatem publicam extra ordinem aliquid factum. Catonem quidem provinciam Cyprum jure praetorio, ſive *Quaeſtorem pro Praetore* geſſiſſe legimus; at ibi alia ſuberat ratio. Porro Guelf. 4. *propraetorie* vitioſe ſcribit, & 11. *Propraetor.* Sed hic quidem ceterorum omnium *pro Praetore*, quod praeterea etiam diviſim ſcribunt,

ſus eſt, adnitente Craſſo; quod eum infeſtum inimicum Cn. Pompejo cognoverat. Neque tamen ſenatus Provinciam invitus dederat: quippe foedum hominem a republica procul eſſe volebat: ſimul, 2

bunt, ita certum eſt, ut nihil ſupra. Notat *loco Praetoris*, ſive *tanquam Praetor*, cum imperio ac dignitate Praetoria: quam notionem particulae cognoſcas ex Caeſar. III. Civ. c. CIX. *iſque maxime vellet* pro communi amico atque arbitro *controverſias regum componere*. adde B. Gall. III. c. XVIII. Liv. XXVII. c. XV. alios complures. Sed utra dictio antiquior ſit *Pro Praetore*, an *Propraetor*, vix umquam exiſtimabitur; cum utrumque bonis auctoribus, ut nunc habemus, ſit uſitatum. Spanhem. de V. & P. Num. p. 560. vetuſta monumenta produxit, ubi duabus vocibus ſcribuntur hujus generis Nomina. Manutius contra ad Cic. I. Ep. I. laudat alia, ubi omnino unica voce apparet *Proconſul*. Profert ſimul teſtimonia Priſciani & Auguſtini, qui veteres una voce iſta dixiſſe teſtantur. Sed quam falſi ſaepe ſint Grammatici, ubi de veteribus loquuntur, multis exemplis didici. Et cum ea conſidero Cic. II. Verr. c. LXX. *In ſcriptura Siciliae* pro Magiſtro *eſt*. & Caeſar I. Civ. c. V. *conſules-quique* pro Conſulibus *ſunt ad urbem*: Auſon. Idyll. XXX. ut Vinetus numerat:

Hujus ego & natum & generum Proconſule *vidi*.

& quaedam alia talia: in eam ſententiam potius tranſeo, quae veteribus duas Voces tribuit. Nam cuivis difficile foret, monſtrare apud illos *Promagiſter*, etſi recentiores Latini ita dixerint. Sic *Ex Conſule*, *Ex Praefecto*, antea dicebant, ut eſt apud Ammianum, Eutropium & aequales; deterior aetas *Exconſul* &c. Adde hic notam Gronovii ad Liv. XXXVIII. c. XXXVII. in. Porro *citeriorem* non agnoſcit Baſil. 3. quod non improbo.

ADNITENTE CRASSO. Guelf. I. *favente Craſſo*, editum autem ſupra ſcriptum. Non male: ſiquidem eſt ſtudente, pro eo laborante. aliquoties ita Cicero, ſic & Spartian. Adrian. c. IV. *Secundo Conſul* favore *Plotinae factus*. & Servius ad IV. Georg. in illo Ennii: *Matronae melos complent*, *ſpectare* faventes, ultimum verbum pro *volentes* accipit. Sed plus eſt quam nude *velle*. iterum Spartian. Adr. c. II. Favente *Plotina*, *Trajano leviter* volente. Reciperem, ſi modo plures Codd. faverent. Nam errores librariorum in Guelf. 8. & 10. ubi *annuente*, & in II. ubi *admittente*: nihil juvant. *Adnitente* Capitolin. Gordianis c. V. *Proconſul Africae factus eſt*, adnitentibus *cunctis*, & Florus I. c. VI. Adnitente *regina ſubſtitutus in locum regis*.

INFESTUM INIMICUM. Sic recte MSS. praeter Guelf. II. qui omiſit *inimicum* & Incert. 2. Remenſ. I. Guelf. I. & 9. qui *infeſtum inimicumque*, quomodo etiam 12. qui habuerit: *infeſtum & inimicum*, quod ex litura apparet. id certe notatum eſt ex Incert. I. atque ſic quidem Cic. pro Quinct. c. XXI. *ſin autem* inimiciſſime atque infeſtiſſime *contendere perſeveret*. in Q. Caecil. c. XIV. *qui illi* inimici infenſique *ſunt*. Seneca Ep. L. *vitia* inimica & infeſta *ſunt*. Sed nihilominus recepta lectio bene habet, vel quod *infeſtus* hic ita accipiatur ut ſupra c. XV. n. 4. quoniam illi inimici maximi & formidoloſiſſimi eſſe ſolent, qui odio habent alium, & ab eodem ipſi infeſtantur; vel quia Nomen *inimicus* Subſtantive poſitum eſt. itaque dictum ut illud Livii XXXVII. c. XXXII. *Phocaeenſes numquam fidos ſocios*, *ſemper* infeſtos hoſtes. & ea ſubeſt ratio, quae in *bono publico*, *egregio publico*, *malo publico*, vide c. LI. quae in Plaut. Trin. A. V. Sc. II. v. 23. *Megaronides hoc* communis meus & tuus benevolens *commentus eſt*. c. XVIII. *frequentes armati*. iterum Plaut. Poen. A. IV. Sc. II. v. 58. *inimicus capitalis*. Sic Cato in Diſtichis:

Dilige ſic alios ut ſis tibi charus amicus

Gellius XV. c. XXVIII. *amicus familiaris*. quare non debuit ſollicitari hoc loco Salluſtius. imo hinc corrige Liv. XXXV. c. XII. ubi editi: *tam* inimici infeſtique *erant*. ſed ſcripti: *inimici infeſti*. quod eſt ut Ciceronis: *acerbe ſeverus*; aut ſcribe: *tam* inimici infeſti *erant*. In Salluſtio autem dandi caſum defendit & Cato, & Horat. I. Sat. III. v. 33. *At eſt* tibi *amicus*, & alia ad Jug. c. VII. n. 3. memoranda.

2. FOEDUM HOMINEM. Turpem et improbum infra c. LVIII. *quia illa* foeda *atque intoleranda viris videbantur*. Dio de hac re: *ὑφοβήθη τε ἡ γερουσία, μή τι (ὁ Πίσων) συνταράξῃ*. Similiter *M. Cato inviſus*, *quaſi per beneficium*, *Cyprum relegatur*, Cic. pro Domo c. XXV. adde Tacit. II. Ann. c. XLII. & Sueton. Auguſt. c. XII.

A REP. PROCUL ESSE. Sic MSS. & edd. Aldina, Riviana, Gruteriana, aliae. Neſcio, unde I. Waſſe exprimere potuerit: *a rep. procul* abeſſe, quod in negligenter impreſſis tantummodo viſitur. ne quidem ed. vet. favet, quae tamen hic: *foedum hominem Romano populo procul* eſſe *volebat*. illud *Romano populo* ortum traxit ex nota MSS. *R. P.* Sed Noſter c. IV. n. I. *aeta-*

Digitized by Google

ſimul, quia boni quam plures praeſidium in eo putabant : & jam
3 tum potentia Cn. Pompeii formidoloſa erat . Sed is Piſo, in provinciam

aetatem procul a rep. habendam. Cic. xv. Epiſt. II. n. 4. *ut rex ſciret*, *non* procul a *ſuis finibus exercitum populi R.* eſſe. alibi . Pro *volebat* Guelf. 11. & Eccard. *volebant*, ut *c.* XLVIII. pars *ſameiſi verum* exiſtimabant. adde Jug. *c.* XXXIII. n. 2. Vinar. 2. *hominem als* (*alias*) *a republica romano populo procul* cet.

Simul, quia. Bongarſianus : *ſimul*que *boni* etc. Vix indicaverat Gruterus , cum ſtatim reciperet Pareus. tanro magis nunc faceret, ubi audiret in Guelf. 4. 11. & ed. vet. illud etiam exſtare : adludere etiam Guelf. 1. & 2. in quibus *ſimul*que *quia*. Peſſimo profecto exemplo. *Simul* ſignificat *que* vel *&*, ſi copula, ut eſt, neceſſaria eſt. Sic modo *c.* XVII. extr. ſimul *confixum*. mox *c.* XX. n. 3. *Sed quia*-ſimul, *quia vobis eadem quae mihi bona malaque eſſe intellexi.* Jug. *c.* IV. n. 1. *cujus de virtute* quia *multi dixere praetereundum puto* ; ſimul, ne *quis exiſtumet memet ſtudium meum laudando extollere*. Sed quod primo *quippe* , deinde *quia* poſuerat Criſpus, id praeter morem fuit corruptoribus. certe ſi utrobique *quia* inveniſſent, nihil immutaſſent. Sed ſic Jug. *c.* LXX. *ſimul* atque *&* ſeſe excipiunt. ib. *c.* I. extr. *neque* ac *&*. Confer *c.* XVIII. n. 4. *c.* XVI. n. 2. Sic pro *Alterum*, *Alterum* Plin. XXIV. *c.* XIV. Alterum *genus eſt ſylveſtre*, *nigrius* ; Ille *autem candidior adſtringit magis.* vide Gron. ad Liv. XXXV. *c.* XL. Terent. Heaut. A. v. Sc. 1. Foris *ſapere*, tibi *non*. cur non *domi?* Brutus Cic. XI. Ep. XIII. n. 11. *ut quam paratiſſimi & ab exercitu* , *reliquis*que *rebus confligamus*. Plancus Cic. X. ep. XI. n. 10. *neque* & *nec*. ubi notam addas licet.

Boni quam plures. Vulgo *complures*, ſed noſtram lectionem habent Guelf. 1. 5. 7. 9. 10. Rem. uterque , Eccard. Acad. Senat. 2. Heuſſianus. Uſurpat etiam Cicero, & ipſa illa vulgata ex hac primum profecta eſt. Plaut. Stich. A. 1. Sc. III. *v.* 44.

Sed curioſi ſunt hic quam plures *mali*.

Petron. Sat. *c.* XXI. *intraverunt palaeſtricae* quamplures. Struv. *quia plures boni*, idem firmare videtur. Ferendum hoc loco exiſtimavi, etſi ſciam, quid Valla, quid Gronovius ſcripſerit ad Gellii 1. *c.* XII. *Boni* ſunt, qui remp. quietam volunt, qui bono publico ſtudent, & omnes potius, quam unum, in rep. valere volunt. vide omnino Cic. VII. ad Attic. Epiſt. VII. Idem. III. Phil. *c.* VIII. Bonos *cives primum natura efficit*, *adjuvat deinde fortuna. omnibus enim* bonis *expedit ſalvam eſſe remp. ſed in iis, qui fortunati ſunt*, *magis id apparet.* Hinc non modo *optimates* , ſed ſingulatim *divites* hoc nomine ornantur, uti ad *c.* XXXIII. n. 3. prolata comprobant.

In eo putabant. Sine ulla omnino cauſſa haeſitat Waſſe, qui *in eo* duplici modo intelligi poſſe putat. Sequentia ad unum redigunt, & de Piſone intelligendum eſſe perſuadent , in quo praeſidium aliquod contra nimiam Pompeii potentiam boni *ponebant*. Guelf. 1. & Vinar. 1. *praeſidium in eo* valere *putabant*. quomodo a fartore quodam Struvianus. Sed ſcribae intellexerunt vim Verbi *putare*. vide *c.* II. n. 2.

3. In provinciam. Hoc eſt, intra provinciam , qua ratione alibi *in* pro *intra*; & *ex* pro *extra* poni ſolent : id eſt, ſi hoc mavis , *in provincia* ; per decantatiſſimam illam Antiptoſin. Lectionem hanc ſuſtentant Fabric. 1. Rem. 2. Acad. Senatorii , Struv. Baſileenſes , Guelf. 2. 5. 6. 7. 8. 10. 12. & ed. vet. Ceteri *in provincia*, quod cum in ſuis aliquot inveniſſet I. Waſſe, potuit ſane adeo aberrare a vero, ut iſtud dictum interpretaretur per *in provinciam* ; cum potius contra debuiſſet . Nam Piſo certe *in provincia* occiſus eſt. Aſcon. ad Cic. Or. in Toga Cand. *Piſo autem perierat* in Hiſpania , *miſſus a Senatu per honorem legationis* , *ut avus ſuus ablegaretur*. ibique, *dum injurias provincialibus facit*, *occiſus erat*, *ut quidam credebant* , *a Cn. Pompeii Clientibus* , *Cn. Pompejo non invito*. Sic Dio XXXVI. p. 21. Ὁ μὲν ΕΝΤΑΥΘΑ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἀδικήσας τι αὐτοῖς ἐσφάγη. Sed ex ſolo Salluſtio refutari poſſunt , qui ſibi perſuadent, Piſonem *in itinere in provinciam* occiſum eſſe. Cur enim Salluſtius non ſcripſit *in provinciam proficiſcens* , unde Piſoni *equites Hiſpani* : quomodo *barbari ejus imperium nequiverunt pati*, ſi illos ne vidit quidem : & quomodo Catilina *c.* XXI. dicere potuit , *eſſe in Hiſpania Piſonem*, ſi in itinere occiſus eſt? Jam *in provinciam* idem eſſe veteribus , qui indifferenter ſextum & quartum Caſum, nulla habita ratione motus & quietis, huic Praepoſitioni jungunt , quod nobis *in provincia* , dudum docuere Linacer , Sanctius , Giſanius , Scioppius , Bangius , Voſſius cum aliis pluribus . Pauca exempla illuſtrationis cauſſa addam . Noſter ſupra *cap.* XI. num. 5. *exercitum* , *quem* in Aſiam *ductaverat*. Jug. *cap.* CXII. *ſi talem virum* in poteſtatem *haberet*. quomodo Cicero loco notiſſimo pro L. Man. *cap.* XII. in

Digitized by Google

ciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens,
occiſus eſt. Sunt, qui ita dicunt, imperia ejus injuſta, ſuperba, 4
crudelia barbaros nequiviſſe pati: alii autem, equites illos, Cn. Pom- 5
peii veteres fidosque clientes, voluntate ejus Piſonem adgreſſos:
num-

in *praedonum fuiſſe* poteſtatem, quod defendit A. Gellius I. *c.* VII. Sic & Livius II. *cap.* XIV. Caeſar I. Civ. *c.* XXV. Sueton. Aug. *c.* XIII. adde Cic. Divinat. *c.* XX. XV. ad Attic. Epiſt. IV. Lentul. Cic. XII. Ep. XV. Liv. XXXIII. *c.* X. Sic Plautus Caſ. Act. II. Sc. III. *v.* 26. *ubi* in luſtra *jacuiſti?* Epid. Act. II. Sc. II. *v.* 7. *ego illum audivi* in amorem *haerere*. Terent. Eunuch. A. II. Sc. II. *v.* 29. in *tantum* honorem *eſſe*. Tacit. I. Hiſt. *c.* LXXXVII. *ſaevitia Galbae* in cuſtodiam *habitos*. adde Curt. III. *c.* V. n. 10. VII. *c.* III. n. 17. Juſtin. III. ineunt. Jul. Obſequ. de Prodig. *c.* LXXI. quos ea cauſſa adſcripſi, ut una opera ſimul ad interpretes eorumdem te ablegarem. illi vero alios dabunt.

QUOS IN EXERCITU DUCTABAT. Qui in ejus exercitu erant. Sed Fabric. I. Guelf. 2. 4. 6. *quos* in exercitum *ductabat:* qui tamen non ita recedunt a vulgata, ut Guelf. I. & Vinar. I. *quos* ſine exercitu *ductabat*, quae ſcriptura ex geminata *s* & *e* orta eſt, cui ſimilem librarii errorem notavi *c.* XV. extr.

ITER FACIENS. Non habuit primitus Fabr. I. reliqui agnoſcunt. & erant ſane multa Praeſidum in provinciis itinera; in primis conventus peragendi cauſſa, de quibus lege Sigon. II. de Jur. Prov. *c.* V.

4. SUNT, QUI ITA DICUNT. Gruterus & I. Waſſe dederunt nobis *dicant*, quod in humilioribus etiam quibuſdam edd. legitur. Sed MSS. omnes (praeter Guelf. II. ubi *dicerent*) cum ed. vet. Aldina, Pomponiana illud tuentur, quod in contextu expreſſi; nec poenitet. etſi enim Noſter alibi Subjunctivum praeferat, uti *cap.* XIV. extr. *Scio fuiſſe nonnullos, qui ita* exiſtimarent. *cap.* XVII. *fuere, qui* crederent. *cap.* XLVIII. *erant eo tempore, qui* exiſtumarent; utrumque tamen Modum recte adjungi poſſe, illa Horatii II. Epiſt. II. *v.* 128. docent:

- - - Fuit *haud ignobilis Argis*,
Qui ſe credebat *miros audire tragoedos* &c.
Cetera qui vitae ſervaret *munia recto*
More.

quod idem ex iſto loco probat Bentlej. ad Hor. I. Serm. VI. *v.* 4. Idem de A. P. *v.* 361.

- - - erit, *quae, ſi propius ſtes*,
Te capiet *magis*.

Excipit mox *alii*, ut repetas *dicunt*, ſicuti fere *cap.* XXII. n. 2. aliter paullo Apulej. VIII. Met. p. 208. Erant, qui *ſudes praeacutas attollerent:* plerique *tamen ardentibus facibus* proterrebant *feras*. Mela I. *c.* XVI. *Habitator incertae originis:* alii *indigenas*, ſunt qui *Pelasgos*, quidam *Cretas exiſtimant*.

BARBAROS NEQUIVISSE PATI. *Hiſpanos* nempe, ut Gloſſae MSS. reddunt. Nimirum vix umquam *provinciae vitia Romanorum ferre potuerunt*, Flor. IV. *c.* XII. n. 22. ſed aut in Praefectos inſurrexerunt, aut alio modo imperium ejurarunt. Vide, ne, longi ſimus, Cic. I. Verr. *c.* XXVII. Herodian. VII. *c.* IV. Tacit. IV. Ann. *c.* LXXII. XIV. *c.* XXXI. XXXII. IV. Hiſt. *cap.* XIV. Agric. *c.* XII. Zoſim. I. *c.* XXI. Auct. B. Alexand. *c.* XLVIII. ſeqq. popularium itaque cauſſam egerunt equites illi, qui ab illis ſollicitati Piſonem interfecere.

5. ALII AUTEM. *Dicunt*, quod male in textum recepit Guelf. 10. Confer *c.* X. n. 2. *c.* XIII. num. 3.

CN. POMPEII VETERES FIDOSQUE CLIENTES. Purus Hexameter eſt, quod jam animadvertit Muretus ad Cic. I. Cat. *c.* I. ubi ex Cicerone, Livio, Catone plures collegit. Cui adde Barth. XI. Adverſ. *c.* XVI. ubi ex Victorino & hunc Salluſtii adjecit:

Omnis Gallia cis Rhenum atque inter mare noſtrum.

Ciceroni etiam in Epiſtolis exciderunt, ut XVI. Fam. ep. IV. n. 3. *Nunc opus eſt te animo valere, ut corpore poſſis*. adde Jug. *c.* I. n. I.

CLIENTES. Non eo *clientes* vocat, quod Hiſpani in Pompeii clientela eſſent, de quo genere Patrocinii dico ad *c.* XLI. n. 4. Sed quod illi equites ſingulari quodam beneficio Pompejo eſſent devincti. Hi ſunt, quos Caeſar I. Civ. *cap.* LXXV. *beneficiarios* vocat: *Petrejus cum barbaris equitibus paucis*, beneficiariis ſuis, *quos ſuae cuſtodiae cauſſa habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat*. Et quoniam hi, ut ceteri clientes, circa patronos eſſe ſolebant, factum, ut media aetate *Clientes* pro *Satellitibus*, & *Clientelam* pro *manu Satellitum* dicerent. Iſtos autem equites poteſt Pompejus inter auxilia in exercitu duxiſſe, maxime cum in Hiſpania bellum gereret. vide Eutrop. VI. *c.* I. Flor. III. *c.* XXII. ceteros.

VOLUNTATE EJUS. *Ex voluntate ejus* Guelf. 4. 7. 8. 12. Eccard. Incert. I. Baſil. 2. & 3. & Acad. Omittit Praepoſitionem Sueton. Jul. *c.* LXXV. *ac*

ſimul, quia boni quam plures praeſidium in eo putabant : & jam
3 tum potentia Cn. Pompeii formidoloſa erat. Sed is Piſo, in provinciam

aetatem procul a rep. habendam. Cic. xv. Epiſt. II. n. 4. *ut rex ſciret, non* procul a *ſuis finibus exercitum populi R.* eſſe. alibi. Pro *volebat* Guelf. II. & Eccard. *volebant*, ut *c.* XLVIII. pars *tametſi verum* exiſtimabant. adde Jug. *c.* XXXIII. n. 2. Vinar. 2. *hominem als (alias) a republica romano pepulo procul* cet.

SIMUL, QUIA. Bongarſianus : *ſimul*que *boni* etc. Vix indicaverat Gruterus, cum ſtatim reciperet Pareus. tanro magis nunc faceret, ubi audiret in Guelf. 4. II. & ed. vet. illud etiam exſtare : adludere etiam Guelf. I. & 2. in quibus *ſimul*que *quia*. Peſſimo profecto exemplo. *Simul* ſignificat *que* vel *&*, ſi copula, ut eſt, neceſſaria eſt. Sic modo *c.* XVII. extr. ſimul *confixum.* mox *c.* XX. n. 3. *Sed quia*-ſimul, *quia vobis eadem quae mihi bona malaque eſſe intellexi.* Jug. *c.* IV. n. I. *cujus de virtute* quia *multi dixere praetereundum puto* ; ſimul, ne *quis exiſtumet memet ſtudium meum laudando extollere*. Sed quod primo *quippe*, deinde *quia* poſuerat Criſpus, id praeter morem fuit corruptoribus. certe ſi utrobique *quia* inveniſſent, nihil immutaſſent. Sed ſic Jug. *c.* LXX. *ſimul* atque *&* ſeſe excipiunt. ib. *c.* I. extr. *neque* ac *&*. Confer *c.* XVIII. n. 4. *c.* XVI. n. 2. Sic pro *Alterum, Alterum* Plin. XXIV. *c.* XIV. Alterum *genus eſt ſylveſtre, nigrius ;* Ille *autem candidior adſtringit magis.* vide Gron. ad Liv. XXXV. *c.* XL. Terent. Heaut. A. V. Sc. I. Foris *ſapere*, tibi *non.* cur non *domi?* Brutus Cic. XI. Ep. XIII. n. II. *ut quam paratiſſimi & ab exercitu, reliquis*que *rebus confligamus*. Plancus Cic. X. ep. XI. n. 10. *neque* & *nec.* ubi notam addas licet.

BONI QUAM PLURES. Vulgo *complures*, ſed noſtram lectionem habent Guelf. I. 5. 7. 9. 10. Rem. uterque, Eccard. Acad. Senat. 2. Heuſſianus. Uſurpat etiam Cicero, & ipſa illa vulgata ex hac primum profecta eſt. Plaut. Stich. A. I. Sc. III. *v.* 44.

Sed curioſi ſunt hic quam plures *mali*.

Petron. Sat. *c.* XXI. *intraverunt palaeſtricae* quamplures. Struv. *quia plures boni*, idem firmare videtur. Ferendum hoc loco exiſtimavi, etſi ſciam, quid Valla, quid Gronovius ſcripſerit ad Gellii I. *c.* XII. *Boni* ſunt, qui remp. quietam volunt, qui bono publico ſtudent, & omnes potius, quam unum, in rep. valere volunt. vide omnino Cic. VII. ad Attic. Epiſt. VII. Idem. III. Phil. *c.* VIII. Bonos *cives primum natura efficit, adjuvat deinde fortuna. omnibus enim* bonis *expedit ſalvam eſſe remp. ſed in iis, qui fortunati ſunt, magis id apparet.* Hinc non modo *optimates*, ſed ſingulatim *divites* hoc nomine ornantur, uti ad *c.* XXXIII. n. 3. prolata comprobant.

IN EO PUTABANT. Sine ulla omnino cauſſa haeſitat Waſſe, qui *in eo* duplici modo intelligi poſſe putat. Sequentia ad unum redigunt, & de Piſone intelligendum eſſe perſuadent, in quo praeſidium aliquod contra nimiam Pompeii potentiam boni *ponebant.* Guelf. I. & Vinar. I. *praeſidium in eo* valere *putabant.* quomodo a fartore quodam Struvianus. Sed ſcribae intellexerunt vim Verbi *putare.* vide *c.* II. n. 2.

3. IN PROVINCIAM. Hoc eſt, intra provinciam, qua ratione alibi *in* pro *intra* ; & *ex* pro *extra* poni ſolent : id eſt, ſi hoc mavis, *in provincia* ; per decantatiſſimam illam Antiptoſin. Lectionem hanc ſuſtentant Fabric. I. Rem. 2. Acad. Senatorii, Struv. Baſileenſes, Guelf. 2. 5. 6. 7. 8. 10. 12. & ed. vet. Ceteri *in provincia*, quod cum in ſuis aliquot inveniſſet I. Waſſe, potuit ſane adeo aberrare a vero, ut iſtud dictum interpretaretur per *in provinciam* ; cum potius contra debuiſſet. Nam Piſo certe *in provincia* occiſus eſt. Aſcon. ad Cic. Or. in Toga Cand. *Piſo autem perierat* in Hiſpania, *miſſus a Senatu per honorem legationis, ut avus ſuus ablegaretur.* ibique, *dum injurias provincialibus facit, occiſus erat, ut quidam credebant, a Cn. Pompeii Clientibus, Cn. Pompejo non invito.* Sic Dio XXXVI. p. 21. Ὁ μὲν ENTATΘA ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἀδικῶν τι αὐτοῖς ἐσφάγη. Sed ex ſolo Salluſtio refutari poſſunt, qui ſibi perſuadent, Piſonem *in itinere in provinciam* occiſum eſſe. Cur enim Salluſtius non ſcripſit *in provinciam proficiſcens*, unde Piſoni *equites Hiſpani* : quomodo *barbari ejus imperium nequiverunt pati*, ſi illos ne vidit quidem : & quomodo Catilina *c.* XXI. dicere potuit, *eſſe in Hiſpania Piſonem*, ſi in itinere occiſus eſt? Jam *in provinciam* idem eſſe veteribus, qui indifferenter ſextum & quartum Caſum, nulla habita ratione motus & quietis, huic Praepoſitioni jungunt, quod nobis *in provincia*, dudum docuere Linacer, Sanctius, Giſanius, Scioppius, Bangius, Voſſius cum aliis pluribus. Pauca exempla illuſtrationis cauſſa addam. Noſter ſupra *cap.* XI. num. 5. *exercitum, quem* in Aſiam *ductaverat.* Jug. *cap.* CXII. *ſi talem virum* in poteſtatem *haberet.* quomodo Cicero loco notiſſimo pro L. Man. *cap.* XII. in

ciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens,
occiſus eſt. Sunt, qui ita dicunt, imperia ejus injuſta, ſuperba, 4
crudelia barbaros nequiviſſe pati: alii autem, equites illos, Cn. Pom- 5
peii veteres fidosque clientes, voluntate ejus Piſonem adgreſſos:
num-

in *praedonum fuiſſe* poteſtatem, quod defendit A. Gellius I. *c.* VII. Sic & Livius II. *cap.* XIV. Caeſar I. Civ. *c.* XXV. Sueton. Aug. *c.* XIII. adde Cic. Divinat. *c.* XX. XV. ad Attic. Epiſt. IV. Lentul. Cic. XII. Ep. XV. Liv. XXXIII. *c.* X. Sic Plautus Caſ. Act. II. Sc. III. *v.* 26. *ubi* in luſtra *jacuiſti?* Epid. Act. II. Sc. II. *v.* 7. *ego illum audivi* in amorem *haerere*. Terent. Eunuch. A. II. Sc. II. *v.* 29. in *tantum* honorem *eſſe*. Tacit. I. Hiſt. *c.* LXXXVII. *ſaevitia Galbae* in cuſtodiam *habitos*. adde Curt. III. *c.* V. n. 10. VII. *c.* III. n. 17. Juſtin. III. ineunt. Jul. Obſequ. de Prodig. *c.* LXXI. quos ea cauſſa adſcripſi, ut una opera ſimul ad interpretes eorumdem te ablegarem. illi vero alios dabunt.

QUOS IN EXERCITU DUCTABAT. Qui in ejus exercitu erant. Sed Fabric. I. Guelf. 2. 4. 6. *quos* in exercitum *ductabat:* qui tamen non ita recedunt a vulgata, ut Guelf. I. & Vinar. I. *quos* ſine exercitu *ductabat*, quae ſcriptura ex geminata *s* & *e* orta eſt, cui ſimilem librarii errorem notavi *c.* XV. extr.

ITER FACIENS. Non habuit primitus Fabr. I. reliqui agnoſcunt. & erant ſane multa Praeſidum in provinciis itinera; in primis conventus peragendi cauſſa, de quibus lege Sigon. II. de Jur. Prov. *c.* V.

4. SUNT, QUI ITA DICUNT. Gruterus & I. Waſſe dederunt nobis *dicant*, quod in humilioribus etiam quibuſdam edd. legitur. Sed MSS. omnes (praeter Guelf. II. ubi *dicerent*) cum ed. vet. Aldina, Pomponiana illud tuentur, quod in contextu expreſſi; nec poenitet. etſi enim Noſter alibi Subjunctivum praeferat, uti *cap.* XIV. extr. *Scio fuiſſe nonnullos, qui ita* exiſtimarent. *cap.* XVII. *fuere, qui* crederent. *cap.* XLVIII. *erant eo tempore, qui* exiſtumarent; utrumque tamen Modum recte adjungi poſſe, illa Horatii II. Epiſt. II. *v.* 128. docent:

- - - Fuit *haud ignobilis Argis*,
Qui ſe credebat *miros audire tragoedos* &c.
Cetera qui vitae ſervaret *munia recto*
More.

quod idem ex iſto loco probat Bentlej. ad Hor. I. Serm. VI. *v.* 4. Idem de A. P. *v.* 361.

- - - erit, *quae, ſi propius ſtes*,
Te capiet *magis*.

Excipit mox *alii*, ut repetas *dicunt*, ſicuti fere *cap.* XXII. n. 2. aliter paullo Apulej. VIII. Met. p. 208. Erant, qui *ſudes praeacutas attollerent: plerique tamen ardentibus facibus* proterrebant *feras*. Mela I. *c.* XVI. *Habitator incertae originis:* alii *indigenas*, ſunt qui *Pelasgos*, quidam *Cretas exiſtimant*.

BARBAROS NEQUIVISSE PATI. *Hiſpanos* nempe, ut Gloſſae MSS. reddunt. Nimirum vix umquam *provinciae vitia Romanorum ferre potuerunt*, Flor. IV. *c.* XII. n. 22. ſed aut in Praefectos inſurrexerunt, aut alio modo imperium ejurarunt. Vide, ne, longi ſimus, Cic. I. Verr. *c.* XXVII. Herodian. VII. *c.* IV. Tacit. IV. Ann. *c.* LXXII. XIV. *c.* XXXI. XXXII. IV. Hiſt. *cap.* XIV. Agric. *c.* XII. Zoſim. I. *c.* XXI. Auct. B. Alexand. *c.* XLVIII. ſeqq. popularium itaque cauſſam egerunt equites illi, qui ab illis ſollicitati Piſonem interfecere.

5. ALII AUTEM. *Dicunt*, quod male in textum recepit Guelf. 10. Confer *c.* X. n. 2. *c.* XIII. num. 3.

CN. POMPEII VETERES FIDOSQUE CLIENTES. Purus Hexameter eſt, quod jam animadvertit Muretus ad Cic. I. Cat. *c.* I. ubi ex Cicerone, Livio, Catone plures collegit. Cui adde Barth. XI. Adverſ. *c.* XVI. ubi ex Victorino & hunc Salluſtii adjecit:

Omnis Gallia cis Rhenum atque inter mare noſtrum.

Ciceroni etiam in Epiſtolis exciderunt, ut XVI. Fam. ep. IV. n. 3. *Nunc opus eſt te animo valere, ut corpore poſſis*. adde Jug. *c.* I. n. I.

CLIENTES. Non eo *clientes* vocat, quod Hiſpani in Pompeii clientela eſſent, de quo genere Patrocinii dico ad *c.* XLI. n. 4. Sed quod illi equites ſingulari quodam beneficio Pompejo eſſent devincti. Hi ſunt, quos Caeſar I. Civ. *cap.* LXXV. *beneficiarios* vocat: *Petrejus cum barbaris equitibus paucis*, beneficiariis ſuis, *quos ſuae cuſtodiae cauſſa habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat*. Et quoniam hi, ut ceteri clientes, circa patronos eſſe ſolebant, factum, ut media aetate *Clientes* pro *Satellitibus*, & *Clientelam* pro *manu Satellitum* dicerent. Iſtos autem equites poteſt Pompejus inter auxilia in exercitu duxiſſe, maxime cum in Hiſpania bellum gereret. vide Eutrop. VI. *c.* I. Flor. III. *c.* XXII. ceteros.

VOLUNTATE EJUS. *Ex voluntate ejus* Guelf. 4. 7. 8. 12. Eccard. Incert. I. Baſil. 2. & 3. & Acad. Omittit Praepoſitionem Sueton. Jul. *c.* LXXV. *ac*

numquam Hiſpanos praeterea tale facinus feciſſe, ſed imperia ſaeva
6 multa antea perpeſſos. Nos eam rem in medio relinquemus. De
ſuperiore conjuratione ſatis dictum.

C A P. XX.

1 CAtilina ubi eos, quos paullo ante memoravi, conveniſſe videt: tametſi cum ſingulis multa ſaepe egerat; tamen in rem fore credens univerſos adpellare & cohortari, in abditam partem aedium

ne hos quidem voluntate *ipſius interemtos putant.* adde Cic. III. epiſt. IV. n. 3.

NUMQUAM HISPANOS PRAETEREA. Fabric. 1. & Guelf. 6. *Nusquam*, quod certis ex rationibus non damno, modo tot reliquorum Codd. auctoritati poſtpono. Interim de hoc loco ita Agroetius p. 2272. Praeterea *praeteriti temporis*, Salluſtius: *Numquam Hiſpanos* praeterea *tale facinus feciſſe*. Quod pro veritate quidam Interpretum hic repetere potuit. Sed Grammaticus falſus eſt poſitu particulae. quae ſi ab initio locata fuiſſet: *praeterea*, *numquam* &c. vidiſſet, quod conſuetam hic ſuſtineret notionem. additur enim poſterioris opinionis de nece Piſonis ratio, quae priorem deſtrueret. Ejusmodi Anaſtrophen obviam habuimus *cap.* XVII. n. 7. *c.* XVIII. extr. *c.* IX. n. 6. adde *c.* LII. n. 35. Res exigua, & tamen ut hic, ſic apud Liv. XXXIX. *c.* XIV. extr. erroris cauſſa fuit: *Adjutores triumviris quinqueviri* uti *cis Tiberim ſuae quisque regionis aedificiis praeeſſet*. ubi male *uti* in *dati* mutant, aut *dati* ſuperaddunt. *mandatum eſt*, quod ibi praecedit, praeciſe & ſine caſu Nominis intelligendum eſt.

TALE FACINUS FECISSE. Ut Praefectos Populi R. interfecerint. de dictione reſpice dicta ad *c.* VII. n. 6. Sed Hiſpanos *ſaepe & ſaepius magiſtratibus Romanis manus intuliſſe*, adfirmat Caeſar apud Auct. B. Hiſpan. extr.

IMPERIA SAEVA MULTA. Nazarianus & Guelf. 2. *multo* ut jungatur cum *antea*. Non aliam reddere cauſſam poſſum, quam duo Adjectiva uno Nomini Subſtantivo inſolentius accidiſſe librariis juncta. ipſum etiam Vallam iſtud peccatum putaſſe ex Sanctii Min. II. *c.* VIII. conſtat, quem vel iſta refutant, quae contuli ad Cic. III. epiſt. IV. n. 4. Auctor VIII. B. Gall. *c.* VI. *nullum ſummum bellum*. Apulej. Apolog. p. 286. *Si denique* omnes illae veteres *proſapiae* Conſulares & Cenſoriae & triumphales *brevi uſura lucis ad judicium iſtud remiſſae audirent.* lege Cuningam. Animadverſ. in Hor. Bentl. *c.* XV. p. 271. Cic. V. epiſt. XI. n. 1. & infra *c.* XXXIX. n. 3.

6. IN MEDIO RELINQUEMUS. Nec affirmabimus, nec negabimus, ita ut ſuum cuique liberum ſit judicium. ſic fere Herodotus & Lucianus interpretantur, quos vide, & plura apud Nic. Abram. ad Cic. pro Coelio *c.* XX. Circumlocutus eſt ita Dionyſ. Hal. I. *c.* XLVIII. κρινέτω δ' ὡς ἕκαστος τῶν ἀκουόντων βούλεται & mox: ἐχέτω δ' ὅπῃ τις αὐτὸν πείθει. Sed cum in Guelf. 5. & Vinar. 1. legam: *in medio derelinquemus*, ſuſpicio oritur, Salluſtium antiquitatis amatorem dediſſe: *in medium relinquemus*, quod ex Claudio notavit Gellius XVII. *c.* II. & ipſe uſurpavit VI. *c.* XIV. extr. Ceterum Fabric. 1. Rem. 2. Sen. uterque Baſil. 1. Vinar. 2. & ed. vet. *relinquemus.* reliqui *relinquimus.* Incert. 1. *relinquamus*.

DE SUPERIORE CONJURATIONE SATIS DICTUM. Utuntur hujusmodi formulis claudendi & Hiſtorici, & alii ſcriptores, quando res diverſas proponunt. Vide exempli cauſſa Ariſtotel. I. Polit. *cap.* IV. V. VI. Lib. II. *cap.* II. & multorum praeterea *capp.* extrema. Sic Apulej. ad Aſclep. p. 84. *Et de his ſit hucuſque tractatum*. p. 93. *& haec eouſque narrata ſint*. Sic Dionyſ. Hal. I. *c.* LXIX. extr. Zoſim. I. *c.* XXIII. extr. Thuc. I. *c.* LXXXV. XCIII. CX. lib. II. *c.* CI. & CIII. aliorumque extr. adde Jug. *c.* XIX. extr. *ſuperiori* eſt *priori*, *praecedente*, uti Jug. *c.* XC. *dies ſuperiores*. intelligit hactenus ſe dixiſſe de Conjuratione Piſonina. Incert. 1. *ſuperiore* quomodo & optimus Guelf. 5. & plures alii. quod cum non ſit contra uſum, ut alibi dixi, recipere non dubitavi. vide ad *c.* XXI. n. 3.

CAP. XX. 1. PAULLO ANTE MEMORAVI. *c.* XVII. n. 3. vide inſuper de hac formula Noſtro valde frequentata ad Jug. *c.* XXXIV.

IN REM FORE CREDENS. Guelf. 1. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 12. Rem. 1. Fabr. 2. & Eccard. cum Laur. Valla: *in* re *fore credens*. contra conſuetudinem Latinorum. Terent. Phorm. Act. II. Sc. III. *v.* 9. *quae* in rem *tuam ſint*, *ea velim facias mihi.* & ſic ille ſaepe. Livius XXX. *c.* IV. *Scipio ad comparanda ea*, *quae* in rem *erant tempus habuit.* cum nota

aedium ſecedit: atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuſcemodi habuit.

Ni virtus fideſque veſtra ſpectata mihi forent, nequidquam opor- 2

nota Gronovii. Sic Jug. *c.* XXXI. *fruſtra*, *an* ob rem, *in veſtra manu ſitum eſt*. Neque aliter legit Aruſianus Meſſus, qui exponit *utile fore*; pariter ac Gloſſa Senat. I. quae *in utilitatem fore*.

IN ABDITAM PARTEM AEDIUM. Guelf. 3. a prima manu acceperat: *in* additam *partem*; at 5. etiam nunc habet: *in* alteram *partem*, editam autem lectionem in margine ſervat. ludibria ſcribarum hanc varietatem putaſſem, niſi jam olim in mentem veniſſet, a Salluſtio profectum eſſe: *in* editam *partem aedium ſecedit*. *Edita* enim aedium non apud Hebraeos magis, quam Romanos ſecretis rebus erant dicata. Tacit. VI. Ann. *c.* XXI. *Quoties ſuper negotio conſultaret*, edita *domus* parte *utebatur*. Vide Boſium ad C. Nep. Dion. *c.* IX. n. I. aeque tamen placet *abditam*.

SECEDIT. Vulgo *ſeceſſit*. Alterum habet ed. Aldina ejuſdemque propagines. Invenit etiam Gruterus in optimis Nazariano & Commeliniano item Palat. 5. 12. & impreſſa vetuſta: Rivius in duobus: Waſſe in ſeptem Codd. ego in Fabricianis, Senatoriis utriſque, Heuſſ. Guelf. 2. 5. & 9. Gudius in Remenſ. 2. qui ſunt omnes probatae ſatis fidei. Cur autem iſti non receperint in textum, prodidit de ſe certe Anglus, qui ita: *ſi in textum recipias* (nempe *ſecedit*) *legendum* (in proximis: *orationem hujuſcemodi* habuit) *habet*. potuitne adeo iſti Critico ignota eſſe *Enallage temporis*, ſive potius, ut mihi videtur, genus illud Figurae, quam vocant *Hyperbaton?* de quo plura jam contuli exempla ad *c.* XII. n. I.

OMNIBUS ARBITRIS P. AMOTIS. Baſil. 2. *arbitriis*. inconcinne. atque ſic tamen edit. Pareana Symmachi I. epiſt. III. *Baiis remotis* arbitriis *otiabar*. *Arbitri* ſunt inſpectores, cenſores, quique facta tua aut dicta arbitrentur, ut definit Lipſius ad Vellej. II. *c.* XIV. vide & Plaut. Mil. Act. II. Sc. II. *v.* 3. Prudent. Cathemer. Hymn. II. *v.* 105. ſeqq. *Arbitrari* quippe conſideratiſſimum verbum Romanae conſuetudinis, quo omnes *teſtes* utebantur, etiam qui de rebus compertis teſtimonium dicebant. Briſſon. V. Form. p. 477. Sed in Guelf. 2. primitus fuit: *omnibus arbitris remotis*. & ſic Livius VII. *c.* V. *eſſe*, *ait*, *quae cum eo agere arbitris* remotis *velit*. procul *inde omnibus* abire *juſſis*, *cultrum ſtringit*. Apulej. Apolog. p. 301. remotis *arbitris*, *ſecreto aliquo loco*. Curt. VI. *c.* XI. *in* intimam *diverſorii* partem *ſeceſſit*, *&* remotis *arbitris quaeſtionis exſpectavit eventum*. Lactant. I. *c.* XXII. *huc ſe* remotis *arbitris inferre conſueverat*. Cic. III. Offic. *c.* XXXI. remotis *arbitris ad ſe adoleſcentem juſſit venire*. Licuiſſe tamen auctoribus aliis atque aliis verbis uti, Livius demonſtrat XXII. *c.* LX. *Senatus*, ſummotis *arbitris conſuli coeptus*. Noſtro verbum *amovere*, diverſa paullulum notione, etiam *c.* XXIII. n. I. placuit, uti *c.* L. ab*ditis praeſidiis*. Horat. I. Sat. I. *v.* 27.

Sed tamen amoto *quaeramus ſeria ludo*.

Seneca Troad. *v.* 514.

Procul *hinc recede*, *teque diverſam* amove.

Denique in Guelf. 5. non comparet τὸ *omnibus*: abeſt quoque ab uno Waſſii: nec illi omnes, quos citavimus, neceſſarium habuerunt, praeter Vellejum Paterculum, qui habet: *immunis ab* omnibus *arbitris eſſet*. & eſt genii Salluſtiani, vide *c.* XIII. n. 3. XXII. n. I. alibi. quare nihil mutandum.

2. SPECTATA FORENT. Aldina & Vulgares edd. *ſatis ſpectata foret*: & particulam *ſatis* quidem etiam in Rem. I. Vinar. 2. Eccard. Baſil. 3. Guelf. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. exſtare, teſtor: neque aliter Platus atque Terentius. Sed noſtri vetuſtiores omnes abjiciunt. aſt *foret* in Eccard. Struv. Guelf. 7. 8. & 12. ſolis reperi, nec tamen ſatis ſincere, ſed cum veſtigiis liturarum: ceteri *forent*. Ac defendit ſe ſatis Noſter cum illo notiſſimo Jug. *c.* XXXVIII. Nox *atque* praeda *caſtrorum hoſtes*, *quo minus victoria uterentur* remorata ſunt. ubi vide. Pro *ſpectata* Baſil. 3. *exſpectata*. alterum vero Gloſſae reddunt *nota*, *probata*. Curt. IX. cap. IV. n. 24. *Ducem* ſpectatae virtutis *elegerant*. Ovid. I. Triſt. eleg. IV. *v.* 25.

Scilicet ut fulvum ſpectatur *in ignibus aurum*,

Tempore ſic duro eſt inſpicienda *fides*.

adde Livium II. cap. VII. ubi Gronovius haec Salluſtii etiam ſine particula *ſatis* citat.

NEQUIDQUAM. In MSS. antiquioribus Fabric. utroque, Vinar. I. Sen. I. Guelf. I. 2. & 5. lego *nequiquam*, quod pro Pierio, Giſanio aliiſque erit, quos citat Brockhus. ad Propert. II. eleg. III. *v.* 5. proque Scioppio ad Phaedr. II. Fab. V. *v.* 24. qui ex vett. libb. hanc ſcripturam reſtitutam volunt: *qui*, in *quiquam* ſexto caſu accipientes. Sed N. Heinſius noverat voluntatem certe Pierii, & tamen in Virgilio ſuo dedit *nequidquam*, quem contulerat cum vetuſtiſſimo exemplari Florentino: Jac. etiam Gronovius in

O 2 Taci-

portuna res cecidiſſet; ſpes magna, dominatio in manibus fruſtra fuiſſent: neque ego per ignaviam, aut vana ingenia, incerta pro certis ca-
3 *ptarem. Sed quia multis & magnis tempeſtatibus vos cognovi fortes fidosque mihi: eo animus auſus, maxumum atque pulcherrumum facinus incipe-*

Tacito, ad ejuſdem fere aetatis MS. expreſſo, *nequidquam* ſcripſit, quos ego ſecutus ſum, etſi ceteri noſtri MSS. oſtentarent *nequicquam*. & ſic Baſ. I. cum antea habuiſſet *necquicquam.* praeter Guelf. 10. & Heuſſ. qui *nequitquam*, & Senat. 2. qui *nequidquam*. Erit igitur haec particula idem quod *non quidquam*, h. e. *nihil*, & per eam, qua hoc poni ſolet, Ellipſin *ob nihil*, vide ad Cic. IX. Ep. III. extr. hinc & *non*, & *fruſtra* ſignificat, de qua notione Servius ad v. Aen. *v.* 791. infra *c.* LVIII. *quem non pericula excitant*, nequidquam *hortere*. Liv. v. *ut* nequidquam *retinente atque obſecrante Aemilio Tuſculum fugerent*. mox: nequidquam *exterrita civitate*.

OPPORTUNA RES CECIDISSET. Pro *opportune* accidiſſet. Sic Cic. I. ad Qu. Fr. ep. III. *a te mihi omnia ſemper* honeſta & jucunda ceciderunt. Coelius Cic. VIII. ep. VI. n. 8. *neque ille tacere eam* rem *poterit*, *quae ſuae ſpei tam* opportuna acciderit. adde *c.* XXVI. extr. aſpera foedaque *evenerant*. pro *cecidiſſet* Baſil. 2. Rem. I. Incert. I. Struv. Guelf. 7. 8. 10. & 12. *accidiſſet*, contra Ciceronem & Caeſar III. Civ. *c.* LXXIII. *Si non omnia* caderent ſecunda, *fortunam eſſe induſtria ſublevandam*.

SPES MAGNA, DOMINATIO. Sic meliores. nam in Acad. Incerto utroque, Struv. Vinar. 2. Eccard. Rem. I. Guelf. 3. 6. 7. 8. 10. 11. 12. & ed. vet. eſt *ſpes magna dominationis;* in Guelf. 9. & Baſil. 2. *dominatioque;* in Senat. 2. & Heuſſ. *dominationiſque*. Neque probo quod in Fabric. I. video *fuiſſet*. Loquitur enim Oratorum more, qui per *Correctionem* ſaepe ſimilia & magis ſignificantia ſubjiciunt, omiſſa conjunctione. Sic Noſter infra *c.* XXXIX. Caeſar. I. Gall. *c.* XXXI. n. 14. Terent. Hec. A. II. Sc. I. adde G. Jo. Voſſ. Inſt. Or. V. *c.* II. & quae nos ad *c.* VII. n. 4. Excurſ. II. n. 5.

IN MANIBUS. In propinquo & ita certa, ut eas quaſi manibus teneremus, quod Glareanus tamen tolerare non potuit. Sic mox n. 10. *Victoria nobis* in manu. ubi plura.

PER IGNAVIAM AUT VANA INGENIA. Guelf. 11. Sen. I. Baſil. 3. & a manu ſecunda Eccard. *aut* per *vana ingenia*. confer *c.* XLIX. n. I. Sed fallor, aut Salluſtius ſcripſit: *neque ego per* ignava, *aut vana ingenia*: ita ut *ignava ingenia* oppoſuerit *virtuti;* & *vana*, *fidei* conjuratorum, de quibus principio Orationis dixerat. *ignavia* dederat ſcriba, pro *ignava*. uti olim apud Tacit. XIV. Ann. *c.* II. edebatur *laſcivia* pro *laſciva*. & infra Jug. *c.* XXX. n. 3. *ſuperbia* pro *ſuperba* in MSS. Certe librariis ejus aetatis non poteſt haec terminatio fuiſſe inſolens, qua *induſtris*, *limis*, *lepidis*, *ſceleſtis* & ſimilia primo caſu dicebant, vide Reines. ad Petron. Sat. *c.* LXI. Sic *enodis* pro *enodus* in Gloſſ. Iſidori p. 25. *gnaruris* pro *gnarus* & ſimilia. quod cum aliis ab Salluſtio abhorrere videretur; addita littera, fecere ignaviam.

3. MULTIS ET MAGNIS TEMPESTATIBUS. Temporibus, caſibus: quomodo Cicero frequenter *tempora* pro diſcriminibus & negotiis ponere ſolet, vide Hottomann. ad Or. pro L. Man. *c.* I. adde Scholiaſt. Thucyd. ad I. *c.* XXXVI. & quae Oratoribus *tempora*, eae Hiſtoricis antiquioribus *tempeſtates*, vide Jug. *c.* LXXIII. Guelf. II. Praepoſitionem *in* addit. longe elegantius abeſt, ut Cic. V. Epiſt. XI. n. I. *Reliquis tuis* rebus *omnibus pari me ſtudio erga te* cognoſces. Locum ita aemulatus eſt Herodianus II. *c.* VII. num. 7. ἀδοκιμήσας ἢ ἐν πολλαῖς ϗ μεγάλαις πράξεσι.

EO ANIMUS AUSUS EST. Propter id, *propterea*. infra *c.* LII. eo *fit*, *ut impetus fiat in vacuam remp.* ſupra *c.* XIII. extr. dignum & neceſſarium habuit Graevius, quod obſervaret ad Cic. pro S. Roſc. *c.* XXXI. Sic *quo* eſt *propter quod* *c.* I. n. 3. *eſt* Incert. I. habuit tantummodo inter lineas; Heuſſ. *eſt auſus*.

PULCHERRUMUM FACINUS INCIPERE. Videbatur ſane Catilinae *pulcherrimum facinus* Conjuratio, & dicere ita potuiſſe, patet ex notatis ad *c.* II. n. 9. quomodo Tacit. I. Hiſt. *c.* XLIV. *ut* pulchrum & *memorabile* facinus *jactabant*. Terent. Phorm. A. V. Sc. VI. *v.* 31. *Hic* pulcherrumum facinus *audivi*. adde Tacit. I. Ann. *c.* XVIII. Curt. VI. *c.* VII. n. 10. At verbum *incipere* Grutero inviſum fuit, & abeſſe debere, pro certo enunciat. Codd. ejus, praeter Polonicum, atque noſtri ſervant omnes, & Guelf. 10. verbo auctius: *facinus* facere & *incipere*. Sed vulgatam jam defendit Criſpinus loco gemino Terent. Eunuch. A. V. Sc. VIII. *v.* 15.

- - *an me*, *qui* auſus ſim
Incipere, *an fortunam collaudem*.

Ibid. A. IV. Sc. III.

Hoccine tam audax facinus facere *eſſe* auſum.

Verbum autem *Incipere* eſſe magnorum facinorum & audaciae, obſervavit Donatus ibid. A. V. Sc. VII. *v.* I. Noſter autem amat Verba addere, quae alii omittunt. Sic *c.* XXI. *cum eo ſe* Con-

pere: ſimul quia vobis, eadem mihi, bona malaque intellexi. nam idem 4
velle atque nolle, ea demum firma amicitia eſt. Sed ego quae mente agi- 5
ta-

Conſulem initium agendi *facturum*. Jug. c. XXXVI. *maturat in Africam* portare. c. LXXIX. *maturavere iter* pergere: ibi plura. Auct. B. Afric. c. LXXV. iter *ad oppidum Sarſuram* ire contendit. Perperam Pareus & Rupertus ſcribunt a MSS. abeſſe Verbum *incipere:* ipſi enim nullos conſuluerunt, & Gruteri *adeſſe* mihi quidem *abeſſe* legiſſe videntur. Sed quae iſta ſocordia?

4. QUIA VOBIS EADEM QUAE MIHI BONA MALAQUE ESSE INTELLEXI. Sic eſt in omnibus, quotquot viderim, editionibus; & tamen auſus ſum & pronomen *quae*, & Verbum Subſtantivum ejicere. *quae* non invenit in probatiſſimis Nazariano & Commeliniano Gruterus; ipſe in Fabr. 2. deprehendo: *quia eadem vobis* atque *mihi*, optima latinitate & librariis etiam ſatis cognita. Remenſ. 1. aliter turbat: *quae mihi eadem quae vobis mihi bona*. Incert. 2. *eadem* illa, *quae mihi*. Facile itaque perſuadebo, a Salluſtio eſſe: *eadem mihi*, cujus Graeciſmi vulgata illa eſt interpretatio. Lucr. III. v. 1052.

- - - *quorum unus Homerus*
Sceptra potitus eadem aliis *ſopitus quiete eſt*.

quem video citaſſe N. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. Eleg. IV. v. I.

Vir tuus eſt epulas nobis *aditurus* eaſdem.

ubi plura collegit: inter ea locum Cicer. IX. epiſt. VI. n. 8. quem Graevius eodem modo accepit. adde ad Claudian. II. Stilic. v. 30. Jac. Gronov. ad Cic. X. epiſt. XXXII. p. 854. & Drackenborch. ad Silium XV. v. 400. atque ſic ceperat Noſtrum Manutius Jug. c. LXXXV. n. 17. *faciant* idem majoribus *ſuis*. ſed perperam. Sic interpretatur Vorſtius Juſtin. II. c. IV. *Virgines in* eumdem ipſis *morem non otio ſed armis exercebant*. Jam illud *eſſe* omnes Salluſtiani ſupervacuum habebunt, nec comparet in editt. Pomponianis & ſequacibus, neque in Colonienſi, neque in MSS. Guelf. 3. 8. & 12. locum mutat in Acad. Guelf. 6. 9. & 10. Vide Vatin. Cic. V. epiſt. X. n. 5. Cic. VI. ep. IV. n. 3. *Nunc tantum videmur* intelligere, *non diuturnum bellum*. Supra c. XIX. *quod eum infeſtum inimicum Cn. Pompejo* cognoverat: uti ex hoc c. paucis ante lineis, & *cap.* XXXII. *quorum* cognoverat *promtam audaciam*. adde c. XXXVII. & Jug. c. XXXVI.

BONA MALAQUE. Guelf. 2. prima manus non dedit copulam. diſce autem hic principium omnis amicitiae, quod latius exſequitur Ariſtoteles II. Rhet. c. IV. adde D. Chryſoſtom. Homil. XXII. in Ep. ad Rom. & quae ex hac domeſtica Catilinae Oratione Cicer. pro Murena c. XXV.

IDEM VELLE, ATQUE NOLLE. Vulgo: *idem velle, atque* idem *nolle:* & ſic quidem plurimi MSS. cum Auguſtino, Hieronymo, Zenone Veronenſi, Sidonio, (vide Herald. & Elmenhorſt. ad Minuc. Fel. c. I. Jo. Savar. ad Sidon. V. epiſt. III. p. 307.) Jo. Saliſberienſi III. Policr. c. XII. Aelredo I. de Spir. Amicit. p. 140. At noſtram lectionem indicavit ex vetuſtiſſimo Commeliniano Gruterus, I. Waſſe ex Regio, Gudius ex Remenſi 1. ipſe lego illam in Guelf. 5. qui ſe mihi ſaepe probavit, & 9. Firmat Jo. Saliſber. III. c. IV. *Idem ſiquidem* velle & nolle (*ut ait hiſtoricus*) *ea demum firma amicitia eſt*. Silius IX. *verſ.* 406. Apulej. de Hab. D. Plat. pag. 25. Minucius loc. cit. Sidon. IV. epiſt. I. Aelredus Libr. III. pag. 145. *& ſic idem velit*, & nolit *cum ipſo*. Praeferunt iſti fere *&*, uti Guelf. 2. & 8. Sed Gruterus ſuaviorem auribus gnomen credebat, ſi abjecta copula eſſet: *idem velle, idem nolle.* & ſic duo apud Waſſium, & ex noſtris Guelf. 6. & a manu prima 12. quo trahas licet Fabric. 2. *velle idem atque idem nolle.* & tuetur ex parte Noſter Jugurth. c. XXXI. *quos omnis eadem cupere*, *eadem odiſſe*, *eadem metuere in unum coegit*. Neque eſt in Veneta A. 1500. Sed Vinar. 1. *eadem velle atque eadem nolle*. Verum quam nunc habes lectionem, ea longe praeſtantior. Nihil juvant verba Cicer. pro Planc. *cap.* II. Laelio c. IV. I. Offic. c. XVII. III. *cap.* X. Lactant. de morte Perſec. c. VIII. Sueton. Othon. c. II. Quinctil. Declam. IX. & XVI. Plin. Paneg. c. LXII. & IV. epiſt. XV. Tacit. XII. Ann. c. I. Ennod. VI. ep. XXIV. Auguſtin. IV. Conf. c. VI. etſi eos in ſententiam legiſſe, non alienum erit.

5. QUAE MENTE AGITAVI. Guelf. 10. & 11. *quae* animo ac *mente agitavi:* Eccard. & Guelf. 1. ſed uterque a manu correctrice: *quae hactenus mente agitavi*. Falſo. Parum potius decederet, ſi & *mente* abeſſet. ſed addit Noſter Jugurth. c. XI. *& ipſe longe aliter* animo *agitabat*, & Juſtin. VIII. c. III. num. 12. *Inde, quaſi omnia, quae* agitaſſet animo, *ei licerent*, *auraria in Theſſalia occupat*. adde Vellej. Pat. I. c. XVI. num. I. Dein Baſil. 2. *jam vos omnes antea.* mox pro *diverſi* Fabric. 1. *diviſi*, id quod alibi etiam in MSS. erratum eſt. vide c. V. n. 8.

6 *tavi, omnes jam antea diverſi audiſtis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum conſidero, quae conditio vitae futura ſit, niſi nosmet*
7 *ipſi vindicamus in libertatem. Nam poſtquam reſpublica in paucorum jus atque ditionem conceſſit; ſemper illis reges, tetrarchae vectigales eſſe:*

6. MAGIS ANIMUS ACCENDITUR. Gruterus in ed. vetuſtiſſima & Palat. 11. & 12. recentiſſimae aetatis invenit *magis magiſque*. alii in aliis. nos in ed. vet. Vinar. 2. Fabric. 2. Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ſed in Incert. 2. *magis & magis*. in Baſil. 2. *magis ac magis* eſſe comperimus. Pariter peccaverant librarii *c.* VII. n. 1. & *c.* XVII. n. 5. Pro *accenditur*. Fabric. 1. *incenditur*. prohibent ceteri omnes, & Silius V. *v.* 305.

- - - data foedera nuper

Accendunt animos *exſpectatique nepotes*. & Liv. XXI. *c.* XLIII. Accendit *praeterea* animos *& ſtimulat dolor, injuria, indignitas*. adde infra *c.* LI. n. 10. Jug. *c.* VIII. n. 1. Baſil. 3. *vitae futurae*. Sed Verbum *Sit* aegre tolerat conſuetudo Criſpi, vide *c.* XXXIV. n. 2.

NISI NOSMET IPSOS VINDICAMUS. Sic optimae edd. & ex MSS. Guelf. 5. Fabr. uterque, Rem. 2. Baſil. 1. Vinar. 1. Sen. 1. (qui tamen *vendicamus*) & Eccard. a manu prima. Ceteri aut *vindicemus*, aut *vendicemus*. Sed nihili eſſe *vendico* Verbum dudum viri docti demonſtrarunt. Modum autem Indicativum poſt particulam *niſi* poni, probat Terent. Andr. A. IV. Sc. 1. *v.* 18. & Noſter infra extr. h. *c.* & *c.* LII. n. 33. Rivius malebat: *ni noſmet ipſi:* ſed Gruterus nihil ex ſuis monuit. Scio, eleganter Pronomen *ipſe* cum Verbo, Nominandi Caſu, conſtrui, vide ad Cic. 1. epiſt. 1. n. 1. at contra Codd. haud facile quidquam novarem; niſi ipſe Criſpus infra *c.* XXIII. n. 2. pro Rivio facere videretur, cui & propterea auſcultavi. vide Gronov. ad Senec. 1. Nat. Qu. Praefat. & ad Liv. II. *c.* XIX. Cl. Graevius ſemper ita Ciceronem & optimum quemque loqui exiſtimat, ea autem loca, ubi Pronomina in uno caſu ponuntur, corrupta eſſe. Manutius autem utramque formam probat, cujus judicium ſequitur Cl. Ducker. ad Flor. III. *c.* XVIII. n. 7. Et hic quidem plura loca congeſſit, ubi *ſemet ipſum*, *nobiſmet ipſis*, *ſibi ipſi* & talia ad eamdem formam leguntur. Illis addere poſſes Cicer. 1. de Leg. *c.* X. Pomp. Melam III. *c.* 1. Apulej. VIII. Met. p. 204. Lactant. III. *c.* VI. & XVIII. & pluries. Saepiſſime autem omnium Zeno Veron. unico Serm. XXV. e. g. *neque* ſemetipſum *oculis conſiderare poteſt*. item: *deſcribunt* ſibimetipſis *dignitates*. item: temetipſum *diſcutias ſemper* &c. Sed in hoc & hujus aetatis ſcriptoribus ferendum eſſe; vetuſtiores tamen *ipſe* primo Caſu cum alio quocumque alterius Pronominis Caſu junxiſſe, cenſeo. Quare non multum repugnarem illi, qui multa loca, ubi nunc aliter leginus, corrupta dixerit. Etenim ratio Latinitatis pro Nominativo militat, quae cum aliis aliquot linguis paullo difficilior appareat, factum, ut ab librariis frequenter in faciliorem mutaretur. Praeterea Guelf. 6. habet *in libertate*. Alterum exſtat in Monumento Ancyrano Tab. I. REMP. IN. LIBERTATEM. VINDICAVI. Cicer. Parad. V. extr. *Nolite ſinere nos cuiquam ſervire*. in libertatem *vindicari vult*. Id. II. Fam. ep. V. extr. In *veterem dignitatem ac* libertatem *vindicaturus*. adde pro Flacco *c.* XI. extr. Livius XXIX. *c.* V. *miſſum ſe ad eos vindicandos* in libertatem. adde II. & III. *c.* L. Vellej. II. *c.* LXIV. Juſtin. XXXVI. *c.* 1. Ovid. IV. Faſt. *v.* 90. Pompon. l. 2. §. 24. D. de O. I. & Coel. Rhodig. XVII. L. A. *cap.* XXIX.

7. IN PAUCORUM POTENTIUM. Notavit Putſchius, libros aliquot habere *potentiam;* atque id legimus in Fabric. 1. & Eccard. adprobat Colerus: mox tamen *potentium* pro Gloſſemate habet. in poſteriorem ſententiam diſcedent, qui reputabunt ſecum, vocabulum *paucorum* libera etiam tum rep. inviſam adeo ὀλιγαρχίαν notaſſe. Neque aliter Noſter infra *c.* XXX. n. 4. *calumnia* paucorum. *c.* XXXIX. n. 1. paucorum *potentia crevit*. Jug. *c.* III. extr. *potentiae* paucorum *decus atque libertatem ſuam gratificari*. *c.* XXXI. num. 19. *cum regna, provinciae, leges - penes* paucos *erant*. *c.* XLI. num. 7. Paucorum *arbitrio belli domique reſp. agitabatur*. Lentulus Cicer. XII. ep. XV. *ſive potentia* paucorum, *qui & antea pari contumelia viros clariſſimos adfecerant*. Cic. II. Agrar. *c.* III. *cum me intelligam non hominum potentium ſtudio, non excellentibus gratiis* paucorum, *ſed univerſi populi R. judicio conſulem factum*. quare ita hic *potentium* delendum, ut Jug. *c.* XXXI. n. 9. *nobilibus*, quod pro Gloſſa τῷ *paucis* legitur adjectum.

JUS ATQUE DITIONEM CONCESSIT. Guelf. 6. & 10. *dictionem*, quomodo membranas ſcribere, jam alias obſervavi. ſed Guelf. 5. *jus atque conditionem*. Non memini, aliquem ex veteribus ita locutum; ſed alteram dictionem ex Liv. XXXVI. *cap.* XIV. Senec. epiſt. XXIX.

eſſe: populi, nationes ſtipendia pendere: ceteri omnes; ſtrenui, boni, nobiles atque ignobiles vulgus fuimus, ſine gratia, ſine auctoritate, his ob-

XXIX. firmavit Putſchius. Auſonius Caeſar. Praefat.

Caeſareos proceres, in *quorum* regna, *ſecundis*
Conſulibus, *Romana potentia* ceſſit.

Aurel. Vict. Caeſ. c. XX. *Arabas in ditionem redegit: Adiabena quoque, ni terrarum macies deſpectaretur, in tributarios* conceſſiſſet. Zeno Veron. Serm. XXV. *neque indulgeas adverſum virtutem rationis vitia inſoleſcere, & ſummam regni in ſua* jura ditionemque *convertere*. Sen. Hippol. v. 416.

- - *torvus, averſus, ferox*
In jura *Veneris* redeat.

Similiter jungit *jus imperiumque* Liv. XXXIX. c. XII. & Caeſar I. Gall. c. XXXI. *ſub ditione atque imperio eſſe*. De Verbo *concedere* vide notam ad Jug. c. XVIII. extr. Baſil. 3. *ditiones*: minus eleganter.

TETRARCHAE. Qui in gente *in quatuor partes* diſtributa, ſingulari parti praeerant, ita proprie nominati. Poſtea id nomen iis impoſitum, qui parti terrae praeeſſent, etiamſi non tres alii aliis partibus praepoſiti erant. immo Jac. Cruquius exiſtimavit, generatim ſaepe hoc nomine denotari quemcumque praeſidem ex Matth. c. XIV. comm. I. Luc. III. comm. I. & Cic. pro R. Dejot. c. IX. in quo tamen alii merito diſſentiunt. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 406. Scalig. in Euſeb. p. 163. Dignitate erant fere regia, quibuſcum ſaepiſſime conjunguntur, uti apud Cic. in Vatin. c. XII. pro Milone c. XXVIII. alibi.

VECTIGALES ESSE. Hoc eſt, *vectigalia*, ſive certos reditus aerario Romano *pendere*. Latinitatem adſtruit Salvianus VI. de Prov. D. *Fortiſſimi quondam Romani erant, nunc ſine viribus. terrebant Romani veteres, nos timemus.* vectigalia *illis* ſolvebant *populi barbarorum*, *nos* vectigales *barbaris* ſumus. De vectigalibus ipſis, poſt Burmanni utiliſſimam operam, ne pauca quidem dicere licet.

POPULI, NATIONES. *Nationes* ut a populis differant ex Gloſſa MS. docui ad c. X. n. I. Firmat Cic. I. de Inv. c. XXIV. *Hominum genus in* natione *conſideratur*, Grajus, *an* Barbarus. idem pro Fontejo c. IX. & X. *nationes* de variis Gallorum populis & civitatibus adhibuit. Jungit autem *Reges*, *nationes*, *populos* idem II. Offic. c. VIII. & alibi. & quoniam vox origine idem eſt, quod Graecorum γένος, uti indicavi ad c. II. n. 2. eleganter Tullius *nationem Candidatorum*, *Optimatium* dixit, pro *genere* illorum hominum: uti Plautus Rud. A. II. Sc. II. v. 6. *famelica hominum* natio. Eodem modo frequenter *gentes* & *populos* jungunt auctores, ut Mela I. c. XXI. *Una* gens, *aliquot* populi, *& aliquot nomina*. Sic Virgilius, Liv. alii *gentes populique*. Adi omnino Gronov. ad Liv. V. c. XXXIV. & quidni? cum *genus*, *gens*, *natio* parum diſcrepent. Hoc loco Remenſ. 2. *populi & nationes*.

STIPENDIA PENDERE. Rem. I. Baſil. 2. *ſtipendia impendere*: Guelſ. 10. *ſuſpendia pendere*. ceteri nulla tali labe infecti ſunt. *Stipendia* ſunt *Tributa* aliter dicta, niſi ubi pro *Salariis*, ut aliqui loquuntur, militum ſumuntur. Leg. 27. de V. S. Stipendium *a ſtipe adpellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, modica aera colligatur. idem hoc etiam* tributum *adpellari Pomponius ait*. Livius II. c. IX. *Portoriis quoque & tributo plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo eſſent: pauperes ſatis* ſtipendii pendere, *ſi liberos educarent*. Sulpic. Sev. I. H. S. c. XXXVII. *Moabitas ſubjugavit*, *Syriam ſubegit*, ſtipendiumque *impoſuit*.

CETERI OMNES. Pro eo, quod eſſet: *Nos* vulgus fuimus. quod quidem non ita commode addere potuit, cum *ceteri omnes* majoris invidiae cauſſa diceret; attamen & ſaepe iſtud Pronomen omitti, docuit Gronovius ad Liv. XXXII. c. XXI.

STRENUI, BONI, NOBILES ATQUE IGNOBILES. *Boni* deeſſe video Guelſ. 12. nec apparet in Baſil. I. I. Waſſe: boni *ſi abeſſet, melius meo judicio procederet ſententia*. nihil tamen mutare audet: quam illi mentem bona ratio dedit. nam *ſtrenui* & *boni* ita conjunguntur, uti Jug. c. XXXIII. *quo plura* bene *atque* ſtrenue *feciſſet*. & II. de Rep. Ord. *libertas juxta* bonis *& malis*, ſtrenuis, *atque ignavis optabilis eſt*: Horat. IV. Od. IV. v. 29.

Fortes creantur fortibus *ac* bonis.

ad quem locum plura congeſſit R. Bentlej. p. 162. Cato apud A. Gell. XVII. c. XIII. *quin populi &* boni, *&* ſtrenui *ſint*. de Copula inter *nobiles* atque *ignobiles* egit Perizon. ad Sanct. IV. *cap.* VII. ſed mihi hic locus ſimillimus videtur illi Liviano X. *cap.* XXXVI. *Omnes undique annisi, duces, milites, peditum equitumque vis*.

VULGUS FUIMUS. Sic MS. Gruteri & noſtri omnes. at edit. vet. cum unico Incert. 2. *vulgus ſumus*, quod Rivio placuerat, etſi non damnaverit vulgatam. *Vulgus*, quaſi ſine nomine, adeoque ſine ulla gloria & auctoritate. Juſtin. XLI.

Digitized by Google

8 *obnoxii, quibus, ſi reſpublica valeret, formidini eſſemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos ſunt, aut ubi illi volunt: re-*
9 *pulſas nobis reliquere, pericula, judicia, egeſtatem. Quae quouſque tan-*

XLI. *c.* I. *veluti* vulgus *ſine nomine, praeda victorum fuere*.

SINE GRATIA, SINE AUCTORITATE. Varie capiunt *gratiam* interpretes. ſed eſt proprie, qua quis *gratus* eſt hominibus, & eo quaelibet facili negotio efficere poteſt: dum quisque ipſi gratificatur. Cic. II. de Inv. *c.* XXII. *Gratiam* definit, *quae in memoria & remuneratione officiorum, & honorum, & amicitiarum obſervantiam teneat*. quae pars eſt iſtius *Gratiae*. Ariſtoteles ſaepius memorat quosdam χαρίεντας, qui illi ſunt *Optimates*, quique honores gerunt: & opponuntur τοῖς πολλοῖς, h. eſt, Vulgo & φορτικωτέροις, hominibus abjectis & ſordidis. ex. gr. II. Polit. *c.* V. I. ad Nicom. *c.* IV. & XIII. Zoſimo I. *c.* V. extr. cum aliis ſunt χαριέστεροι. Liv. VI. *c.* XXXIV. de Fabia nupta plebejo: *nupta in domo, quam nec honos, nec* gratia *intrare poſſet*. Ovid. I. Amor. eleg. VI. *v.* 21. de ſe, qui janitorem interceſſione ſua a verberibus liberaverat:

> *Ergo, quae valuit pro te quoque* gratia *quondam,*
> *(Heu facinus!) pro me nunc valet illa parum.*

Diſtincta igitur iſta ab *auctoritate*, & diſtinguit Cic. pro Milone *c.* V. *Quae quidem ſi potentia eſt appellanda potius, quam propter magna in remp. merita mediocris in bonis cauſſis* auctoritas, *aut propter hos officioſos labores meos nonnulla apud bonos* gratia. adde IV. ep. XIII. n. 7. XIII. epiſt. XLIX. n. 2.

HIS OBNOXII. Poteſtati, adeoque injuriae eorum expoſiti. vide ad *c.* XIV. n. 6.

SI RESP. VALERET. Guelf. 2. *publica res*. de verbo *valere* adeas notam ad *c.* XVII. n. 7. & numquam adſenties Baſil. 2. *praevaleret*.

8. BONOS. Sic ſcribunt MSS. praeter Incert. 2. Baſil. 2. Guelf. 3. & 10. ubi *honor*, & 4. ubi *onos* adparet: id quod propter notam ad Jug. *c.* C. non praetereundum fuit. Vinar. I. *honeſtas*.

AUT UBI ILLI VOLUNT. Elegantius Pronomen abeſt ab Fabric. 2. *volunt* eſt auctoritate & potentiae, uti apud Caeſar. I. Gall. *c.* XIII. *ibi futuros Helvetios, ubi eos Caeſar conſtituiſſet, atque* eſſe voluiſſet. *Ubi* poſitum pro *apud quos*, quemadmodum & alii de perſonis & rebus poſuerunt alia etiam *loci* Adverbia. Vide ad Jug. *c.* XIV. n. 22. *quamquam tibi immaturo*, & unde *minime decuit, vita erepta eſt*. pro *a quo*.

REPULSAS NOBIS RELIQUERE. Vulgo: *nobis reliquere pericula, repulſas* &c. Sed alterum illum verborum ordinem multo concinniorem inveni in Guelf. 5. & 9. Rivius etiam in ſuis vetuſtis. Fabric. uterque Heuſſ. & Sen. 2. *nobis pericula reliquere, repulſas* &c. Vulgati ordinis cauſſa fuit, quod quidam librarii *repulſis* ſcripſerant, (hinc Guelf. 6. *expulſis*) quod ne jungeretur τῷ *nobis*, & error itaque conſervaretur, alius ordo placuit, ut alibi factum eſſe conſtat. Hic autem mihi obſcuri quidam viri occurrent, quibus ſatius videbitur, nomina omnia conjuncta eſſe, quam unum a ceteris ſeparatum. Sed iſtos parum latine ſcire Cic. XIII. ep. LXV. n. 5. XVI. ep. II. extr. Liv. XXXI. *cap.* XIV. XXXV. *c.* XL. & multi alii demonſtrabunt. adde *c.* XIII. n. 3. XIX. n. 4. infra *c.* XXI. n. I. At ne quid diſſimulem Guelf. 5. habet *repulſa*. Anne veteres *repulſa* & *repulſum* dixere, uti *praeſtigia, praeſtigium; vertebra, vertebrum; alimonia, alimonium?* qualia plura habet Reineſius Ep. XXV. ad Daumium. Neque id reticere volui in Eccard. Acad. Sen. 2. Baſil. 2. Heuſſ. Guelf. I. 4. & 8. eſſe *relinquere*, vide ſupra ad *c.* V. n. 9.

EGESTATEM. Guelf. 4. corrigit *egeſtates*, & ſic habet Baſil. 2. ut plurium ſcilicet numerus ſervaretur. Sed miſcent utrumque, ut Liv. XXXVII. *c.* XLV. *aliis belli* caſibus, *aliis* morbo *abſumtis*. Idem XXXVIII. *c.* XXI. *ſagittis*, glande, *jaculis*, uti Noſter Jug. *c.* LVII. ibidem *jacula* tormentis, *aut* manu *emiſſa*. Idem Livius XXXIV. *His duceni quinquageni aeris in* pedites *diviſi, duplex* centurioni, *triplex* equiti. Capitolin. Maximin. *c.* XIII. *Cum ferre non poſſet, quod* delatores *evocaret*, accuſatorem *immitteret*. Sidon. IV. ep. VIII. *fluvius* avibus *ac* piſce *multo refertus*. Treb. Pollio Gallien. *c.* VIII. *Omnes viae ludis*, ſtrepituque *& plauſibus perſonabant*. Hinc recte Tacit. I. Ann. *c.* VII. Gronovius Jacobus reſtituit: *nec laeti exceſſu principis, neu* triſtior *primordio, lacrymas, gaudium, queſtus adulatione miſcebant*.

9. QUAE QUOUSQUE TANDEM PATIEMINI. Plena indignationis Oratio, & obſervavit Quinctil. III. *c.* VIII. Catilinam ita loqui, *ut rem ſceleratiſſimam non malitia, ſed indignatione videatur audere*. Vinar. I. voce auctior: *Quae* omnia *quouſque tandem* &c. *Tandem* abjecerunt Acad. & Guelf. II. duo etiam Putſchii. At ceteri ſervant melius cum Cic. I. Cat. *c.* I. Qnouſque tandem *abutere, Catilina, patientia noſtra?*

FORTISSUMI VIRI. Remenſes, Fabriciani, Senato-

tandem patiemini fortiſſumi viri? nonne emori per virtutem praeſtat, quam vitam miſeram atque inboneſtam, ubi alienae ſuperbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verum enim vero pro Deum atque hominum 16. Al C. xxi.

natorii, Baſil. 1. Incert. 2. Guelf. 2. 4. 6. & inde ab 8. reliqui omnes: *O fortiſſumi viri*. quod in hac oratione improbare non audeo, etſi cognoverim, aliis locis quampluribus quinto Caſui eam Interjectionem inter lineas MSS. eſſe adpictam, ubi nemo deſideraret. & ſic ſupra ſcripta eſt hoc loco Incert. 1.

NONNE EMORI. Legerem *mori*, inquit Ciacconius. infeliciter, ut ſolet. Adverſarios habet MSS. omnes praeter Struvianum, & Plaut. Pſeud. A. I. Sc. III. *v.* 102. & 104. *Ex tua re non eſt, ut ego* emoriar. *v.* 105. *Si ego* emortuus *ſim*: & Catullum Carm. LIII. Phaedr. I. Fab. VI. apud Muncker. ad Lactant. Placid. p. 251. adde infra XLVIII. n. 3. inprimis cum hic non de ſimplici morte, ſed propria ſua et intenſa mortis notione intelligi poſſit. hinc in Remenſi 1. *exmori* ſcribitur. Sed Eccard. & Heuſſ. *Non emori*, quos pluribus exemplis defendere poſſem, quibus *Non* pro *Nonne* poſitum eſt; niſi eum eſſe librarii errorem in aperto foret, de quo ad *c.* XXIII. n. I.

PER VITUTEM. Eraſae ſunt hae duae voces in Guelf. 12. locum tamen tuentur vel inſequentibus: *per dedecus*. Vices autem Adverbii ſuſtinent, ut Liv. I. *cap.* V. *ut nudi juvenes* per luxum *atque* laſciviam *currerent*. Tacit. III. Hiſt. *cap.* LXVI. extr. *Moriendum victis, moriendum deditis: id ſolum referre, noviſſimum ſpiritum* per ludibrium & contumelias *effundant*, *an* per virtutem. Gellius IX. *c.* XI. *Dux interea Gallorum* per contemtum *&* ſuperbiam *circumſpiciens diſpiciensque omnia*. Noſter in Orat. Lepidi contra Sullam.

VITAM MISERAM. In Incert. 1. Baſil. 3. Struv. Guelf. 7. 8. 11. & a manu ſecunda in 9. eſt. *vitam* hanc *miſeram atque inboneſtam*. ſuaviori paullo orationis tractu, & validiore ſententia. Reſpice tamen ad *c.* VII. n. 4. & mallem eum ordinem, qui eſt in Baſil. 2. *quam miſeram vitam atque inboneſtam*.

UBI ALIENAE SUPERBIAE LUDIBRIO FUERIS. *Alterius* Gloſſae MSS. reddunt illud *alienae*, dictum vere pro *aliorum*, ut oſtendi ad *c.* VII. n. 2. *Superbiae* pro ſuperbis, de quo ad Jug. *c.* XV. extr. & infra *c.* XXXIII. n. 6. *Ludibrium* de omni indigno & injuria dicitur, maxime quae cum contumelia ſit conjuncta. Sic Tacitus l. c. & *cap.* LXXXV. Curtius VI. *cap.* IX. n. 28. *eos, velut tum, cum corpus demto capite, ſine ſpiritu, ſine nomine aliena terra* ludibrium *hoſtis futuros*. Livius XXVII. *c.* XIX. *foeda atque indigna paſſi* exponit. Confer *c.* XIII. n. 2. *Fueris* Guelf. 5. Rem. 2. Baſil. 1. Sen. 1. Fabr. 1. tuentur. in ceteris omnibus a ſciolis corruptum *fueritis*. Guelf. 2. & 9. habuere initio *fuerimus*; ſed correctum in hoc *fueritis*, in illo *fueris*. & hanc ἐνάλλαγην numeri, incredibilem quamdam gratiam & venuſtatem habere, cenſet Rivius. Confer notata ad Jug. *c.* I. n. 2.

10. PRO DEUM ATQUE HOMINUM FIDEM! Sic MSS. fere omnes: pauci, nempe Sen. 2. Incert. 2. Baſil. 3. Heuſſ. Struv. Guelf. 8. & 10. *per*. Ceteri vero etiam ſine aſpirante, ſcribunt, praeter Guelf. 2. & 12. ubi *proh*: et Baſil. 2. qui a manu ſecunda, quae, quod prior ſcripſerat, *per* correxit, *proch* exhibet; ni me Excerpta fallunt: et ſic Vinar. 2. contra Diomedem II. p. 419. *H conſonans muta omnibus vocalibus praeponitur, nulli ſubjungitur, niſi conſonantibus*. quam regulam ut eluderet Priſcianus I. p. 548. lepide multa argutatur. ipſe tamen XIV. p. 997. hoc *pro* a Praepoſitione accentu tantum diſtinguit: quod & alii faciunt. Similiter *a*, non *ah*; *va*, non *vah* Interjectiones in veteribus libris ſcribuntur, ex ſententia Valerii Probi, vide Pierium ad Virg. I. Eclog. *v.* 15. Achillem Stat. ad Cattull. Carm. LXVII. pag. 362. Porro in Guelf. 3. 4. & ed. vet. *hominem* reperio: etiam Guelf. 5. *hominum* & *hominem* ſimul repraeſentat. quod unde profectum ſit dicere nequeo, niſi putidiuſculi quidam *Deum* Genitivum, pro Accuſandi caſu habuerunt, cui propterea *hominem* adſimulaverunt. Sed ita Livius II. *cap.* X. atque Plautus Epid. A. IV. Sc. II. *v.* 10.

. . . pro Deum atque hominum
fidem!

Quid? ego lenocinium facio?

& ſaepiſſime ita Genitivum iſtum prolatum legas. ut Liv. XXI. *c.* IV. *nullus* deum *metus*. Silius V. *v.* 80.

Plenus & ipſe deum, *&* ſocium *terrente pavore*.

P Virg.

Digitized by Google

num fidem! victoria nobis in manu. viget aetas, animus valet: contra illis annis atque divitiis omnia conſenuerunt. tantum modo incepto
11 *opus eſt: cetera res expediet. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium,*

Virg. II. Georg. *v.* 473. *ſacra* deum. Plura hujus inclinatus Cic. Orat. *c.* XLVI. & de eodem Quinctil. I. *c.* VI. p. 76. Eumdem Melae frequentari oſtendit Gronov. ad I. *c.* VIII. Denique Incert. 1. Baſil. 2. Rem. 1. Guelf. 6. 7. 8. 12. addunt *teſtor*: Guelf. 11. & Baſil. 3. *obteſtor*; quaſi non ipſa illa formula jam eſſet obteſtatio & invocatio, ſignificans omnes Deos hominesque fidem verbis facere, & veritatem eſſe teſtari. Sic & Plaut. Aul. A. IV. Sc. VII. *v.* 10.

- - obſecro te, uterum dolet,
Juno Lucina, tuam fidem!

Terent Andr. A. IV. Sc. III. *v.* 1. *Di, voſtram* fidem! & ſic Idem Eunuch. A. V. Sc. VIII. *v.* 19. alii.

VICTORIA NOBIS IN MANU. Vulgo: *victoria in manu nobis eſt*. quomodo & bene multi ex noſtris MSS. At Remens. 2. habet *in manus*. (quomodo infra cap. LI. n. 36. Baſil. 1.) Rem. *in manu ſita eſt*. Baſil. 3. *in manibus*. *Nobis* non fuit primitus in *Eccard.* pro eo ed. vet. Guelf. 2. & 6. *vobis*: *eſt* locum mutat in Guelf. 3. 4. 6. & 12. Ex qua varietate primo abjeci τὸ *eſt*, & poſtea ordinem verborum eum reſtitui, quem habet Guelf. 1. & a manu ſecunda Eccardianus. illius Gloſſa eleganter exponit *in praeſenti*. nam & Virg. II. Georg. *v.* 44. *In manibus terrae*. ubi Servius: *in facili & in promtu eſt terrarum deſcriptio*. Papin. Stat. X. Theb. *v.* 29. *in manibus merces*. ibi Luctatius: *in promtu ſunt praemia laboris noſtri*. Sic Livius VI. *cap.* VIII. Camillus *cohortatus milites*, victoriam in manibus *eſſe*. Cic. pro Sext. *c.* XXXII. *Quae cum res jam* manibus *teneretur*. ubi plura Nic. Abram. Imitatur Dictys V. *c.* XIV. *quis etiam nunc* bellum in manibus. adde Jug. c. XIV. n. 4.

ANNIS ATQUE DIVITIIS O. CONSENUERUNT. Hoc eſt, ex *annis*, *per* & *propter* annos & divitias. uti Jug. *c.* XIV. & *c.* LIV. *conſenuerunt* Gloſſae MSS. *languerunt*: ſive *debilitata* & *fracta* ſunt. Appoſite Varro apud Nonium *c.* IV. n. 138. Diſtractione *civium elangueſcit bonum proprium civitatis*, *atque* aegrotare *incipit*, & conſeneſcit. Auſon. de Conſulatu ſuo: *Non aetate quidem*, *ſed vilitate* conſenuit. Sic apud Liv. XXXV. *c.* XII. *ſeneſcunt conſilia*. Id. I. *c.* XXII. Seneſcere *igitur civitatem otio ratus*. Id. VI. *cap.* XXIII. *quid attinere*, *cum mortali* corpore *uno*, *civitatis*, *quam immortalem eſſe deceat*, *pati* conſeneſcere vires. adde XXIII. *cap.* XLIII. & Cic. IV. epiſt. VI. n. 10. Juvenc. I. H. Ev. *v.* 474.

Ille ſapor amiſsa *ſi jam* virtute ſeneſcit.

Columella VII. *c.* V. *quaſi torpentes excitare*, *nec pati veterno* conſeneſcere *atque extingui*. Sed Incert. 1. habet: *contra illi annis atque divitiis conſenuere*. male; cum longe elegantius de rebus dicatur. Cic. pro Cluent. *c.* II. conſeneſcat *falſa ſuſpicio*, *ſpatio interpoſito*. adde ibid. *cap.* V. cum nota Sylvii. Egeſippus I. *cap.* XXVI. *niſi a fratre infractus & patre impetus ejus* conſenuiſſet. Plaut. Truc. A. II. Sc. V. *v.* 12. *Male quod mulier facere incepit*, *niſi id efficere perpetrat*, *id illi* morbo, *id illi* ſenio *eſt*, *ea illi miſera miſeria eſt*. adde Capt. A. I. Sc. II. *v.* 30. Aliter autem *annis*, aliter *divitiis* conſeneſcunt, quae tamen Latini ita eleganter copulare poſſunt, ut Jug. *cap.* XIII. *urbes partim* vi, *alias* voluntate *imperio ſuo adjungit*. Liv. XXIX. *cap.* III. *Hannibalem ipſum jam & fama ſeneſcere*, *&* viribus. Tamen Fabr. 2. omittit *atque divitiis*. Sex etiam vel ſeptem *conſenuere* maluerunt. Vinar. 1. *haec omnia conſenuerunt*. adde n. 14.

INCEPTO OPUS EST. Remens. 1. *inceptum*: Guelf. 6. *opus eſt cepto*. cetera multitudo nihil movet. Quantum autem difficultatis in incipiendo, tantum facilitatis in perficiendo eſſe, docet Tacit. IV. Ann. *c.* VII. Ariſtot. I. Ethic. *cap.* VII.

CETERA RES EXPEDIET. Guelf. 9. a manu ſecunda *res* ſe *expediet*. Vinar. 2. & ed. vet. *res* ipſa *expediet*, & ſic unus Waſſii. Sed *res* per ſe denotat ipſum factum. Livius II. *cap.* ult. *Conclamant ſe ituros*. *clamoremque* res *eſt ſecuta*. Ovid. III. Metam. *v.* 350. & *v.* 368. *Reque minas firmat*. Plaut. Trinum. A. I. Sc. II. *v.* 70.

Id ita eſſe ut credas, rem *tibi auctorem dabo*.

Idem Moſtell. A. I. Sc. III. *v.* 42.

Mea dicta ex factis *noſce*: rem *vides*.

Apulej. IV. Metam. p. 146. Res *ipſam fidem ſermoni meo dabit*. adde Cic. III. ep. II. extr. IV. ep. XIV. n. 2. X. ep. XI. n. 4. infra Jug. *cap.* XLVIII. n. I. Abram. ad Cic. Milon. *c.* XX.

11. CUI VIRILE INGENIUM. Ita malui reſcribere contra omnes vulgatos, quam damnato a Grutero verbo *eſt* locum permittere, quod locum mutat in Fabric. 1. & Senat. 2. aut illius *ineſt* recipere, etſi ex vetuſtiſſimo Nazariano deſumto; cui addicit fidelis ille Guelf. 5. & Baſil. 2. Neutrum certe prima manus exaravit in Guelf. 3. & ſaepiſſime huic Scriptori deeſſe, ubi vulgus librariorum temere inculcavit, pluribus jam exemplis cognitum eſt. Heuſl. deficit vox *inge-*

nium, tolerare poteſt, illis divitias ſuperare, quas profundant in exſtruendo mari & montibus coaequandis; nobis rem familiarem etiam ad neceſſaria deeſſe? illos binas, aut amplius, domos continuare; nobis larem familia-

ingenium. Guelf. 1. *cui* ſimile *ingenium*. male: lege quae notamus ad ea *c.* XL. verba: *ſi viri eſſe vultis*.

DIVITIAS SUPERARE. Gloſſae MSS. *abundare* recte, ut monſtro ad Jug. *c.* LXIV. n. 1. *cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis* ſuperabant.

QUAS PROFUNDANT. Significantius hoc, quam Vinar. 2. Guelf. 7. 8. 10. 11. & 12. *profundunt*. nam Academ. *profuderant* ne memoria quidem dignum. Non multo melius Eccard. *effundunt*. *Profundere* eſt inutiliter impendere, uti alias *projicere*, vide Virg. VI. *v.* 435. Senec. Phoeniſſ. *v.* 193. Cic. XIV. ep. II. n. 8. Apulej. Apol. p. 329. *ne quinquaginta millia numum denuo* profundenda *eſſent*. Terent. Adelph. A. I. Sc. II. *v.* 54. Profundat, *perdat*, *pereat*. Cic. pro Cluent. *cap.* XXV. *Quam cum pecuniam* profudiſſet. ibi vide Sylvium.

IN EXSTRUENDO MARI. Nihil omnino mutant Codd. praeter Guelf. 12. omnes, qui *ſtruendo*, & Incert. 2. qui ext*urendo* tranſpoſitis, ut ſcribis accidere ſolet, litteris, & Struvian. qui *eſtruendo*. Nihilo tamen minus conjecturas experiri voluerunt Viri doctiſſimi Gruterus & Gronovius: ille *excludendo*, hic *extrudendo* (non *extendendo*, quod peſſime quidam editores auctori adfingunt. vide Diattib. in Silv. Stat. *cap.* XXXIX. & Scholas) *extrudendo* inquam ſubſtituens. Sed & illud utrumque magnificum noſtrum *exſtruendo* comprehendit. vide *cap.* XIII. num. I. Inſolentiam operum paullo inſolentiori conſtructione notavit Noſter, & ea quidem fere, qua Virg. I. Aen. *v.* 71.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor.

quomodo & Cic. II. de Finib. vide Heins. ad Ovid. I. Faſt. *v.* 122. Barth. ad Paullin. I. Vit. Mart. *v.* 201. Spartian. Adrian. *c.* XXXII. Sederi equos *in civitatibus non permiſit*. Et ſicuti quibuſdam Verbis duos Accuſandi caſus jungunt, quorum alter ſaepe per alium eſt explicandus, niſi aliud potius verbum intelligere malueris, quale illud Lucan. IV. *Rogare deos proſpera bella*; Claudian. Mall. Coſ. *v.* 287. Alciden *poſce*: Cic. VII. epiſt. X. n. 6. quem *antea ne* Andabatam *quidem* defraudare *poteramus*; ſic haec verba veteres tractaſſe, Analogia ſuggerit. Confer ad Cic. XI. ep. XIII. n. 4. itinera *majora fugiens*, collata. Hinc Tullius V. Tuſc. Qu. *c.* XXI. menſas *epulis* exſtruere, quomodo & Ovid. XI. Metam. *v.* 119. & Virg. V. Aen. *v.* 57. ſtruerem*que ſuis* altaria *donis*. Eodem modo Graeci ſuum *κτίζειν* tam de iis, quae aedificantur, quam de loco, cui inſtruuntur, dicunt, vide notas ad Mor. Plutarch. Xylandr. p. 62. & Salmas. ad Tertullian. de Pallio *c.* II. p. 121. Auctores, qui Romanorum aquae ductus deſcribunt, ſaepe hujuſmodi dictionibus utuntur, ut Plin. XXXVI. *c.* XV. Caſſiodor. VII. epiſt. VI. ad quos tamen hic reſpici, minime eſt credibile.

MONTIBUS COAEQUANDIS. Tres MSS. addunt Praepoſitionem: in *montibus coaequandis*. Gloſſae exponunt *complanandis*, *terrae aequandis*. recte. Sic Seneca I. de Ira *c.* XVI. *terras transferre* dixit.

REM FAMILIAREM. *Opes familiares* dixerat *c.* XIII. n. 4. ſed *rem c.* V. n. 7. eſtque, qua quiſque domi ſuae opus habet. *rem privatam* & *domeſticam* diceres cum Cic. pro Flacco *c.* XII. Idem XII. ep. XXIX. n. 4. *quam ſi ea tua liberalitas pertinuiſſet ad* rem familiarem *meam*. adde I. Offic. *c.* XXVI. Baſil. 2. *& nobis familiarem rem*: Illud *&* propter oppoſitionem ſciolus adjecit, ſine quo haec elegantior, ut Jug. *c.* XXXIII. extr. LXXXV. n. 43.

ETIAM AD NECESSARIA. In Fabric. 1., & Senat. 2. eſt: *ad neceſſaria etiam*. Sed ille poſitus proprietatis ſtudioſo accommodatior. *Neceſſaria* ſunt *victus atque cultus*. Curt. V. *cap.* XII. n. 6. *Jamque nox appetebat*, *cum Perſae*, *more ſolito*, *armis poſitis ad* neceſſaria *ex proximo vico ferenda diſcurrunt*. Pariter Tacit. I. Ann. *c.* XI. *neceſſitates*, pro neceſſariis impendiis poſuit.

ILLOS BINAS, AUT AMPLIUS, DOMOS CONTINUARE. Eccard. repetit: *Quis poteſt tolerare illos* &c. praeterea habet *binas domos*, *aut amplius*, qui ordo verborum exſtat etiam in Baſil. 3. Guelf. 7. 8. & 12. At 9. *domos binas*, *aut amplius*. prior poſitus haud ſane omni parte diſplicet. elegantius autem in Acad. primitus non fuit *aut*: ita enim loquuntur probati auctores. & concinit Incert. 2. qui: *illos* aut *binas amplius domos*. neque tamen contra ceteros Codd. aliquid muto. *Amplius* in Enallage jacet vulgatiſſima, & praeterea intelligendum *quam binas*, uti in noto illo Virgil. *Noctem*, non amplius, *unam*. *Continuare domos* eſt *domos domibus adſtruere*, neque hoc adeo rarum, ut I. Waſſio hic viſum, et jam olim Stewichio ad Veget. I. *cap.* X. ſed proprie, ut alibi docui, & frequenter. Id Eſaiae *cap.* V. comm. 8.

12 *miliarem nuſquam ullum eſse? Cum tabulas, ſigna, toreumata emunt; nova diruunt, alia aedificant; poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt, ve-*

Οὐχ ὡς συνάπτοντες οἰκίας πρὸς ἑαυτόν. Cic. pro Domo c. XLIV. *Habitare laxe & magnifice voluit: duaſque & magnas & nobiles domos* conjungere. *jungere* vocat Plin. III. ep. XIX. Diſtinguit tamen Liv. I. *cap.* XLIV. *ut neque interiore parte aedificia moenibus* continuarentur, *quae nunc vulgo etiam* conjungunt. Idem tamen XXXIV. *c.* IV. *ingentem cupidinem* continuandi *agros* memorat, de qua vide Burmann. ad Petron. *c.* XLVIII. p. 242. Hinc Plancus Cic. X. ep. XVIII. n. 3. *binis* continuis *litteris*: ut Juſt. XVI. ineunte: *Poſt Caſſandri regis filiique ejus* continuas *mortes*. Idem I. *c.* I. continua *poſſeſſio*. Inde ſalva eſt lectio Sulp. Sev. II. H. S. *c.* XXII. *Sed Syris arcem tenentibus*, *quae* continua *templo*. Inde *continuo* pro *ſtatim*. Ovid. I. Am. eleg. XI. *v.* 16.

- - - vacuae bene redde tabellas
Verum continuo *fac tamen illa legat*.

quaſi dixiſset, *fac*, *ut illa* continuet *lectionem traditioni*. & Senec. ad Marc. *c.* XVIII. *Oceanus* continuationem *gentium triplici ſinu ſcindens*. & *continuare diem ac noctem potando*, ſimilia plura illis Pruden. Praef. Cathemer. *v.* 37.

Hymnis continuet *dies*.

LAREM FAMILIAREM NUSQUAM ULLUM ESSE. *Lar familiaris* erat ſingulis cujuſque domus deus, ab aedificante adſcitus. Apud Auctorem Queroli A. I. Sc. I. in. ita loquitur: *Ego ſum cuſtos & cultor domus*, cui *fuero* adſcriptus. Inſequentes poſſeſſores eumdem venerabuntur, quod ex Plauti Aulul. Prolog. *v.* 3. liquido patet:

- - hanc domum, inquit idem
Jam multos annos eſt, cum poſſideo, & colo
Patri Avoque jam hujus, qui nunc hic habet.

Colebantur quotidie in foco, pro ſalute familiae, vide Prudent. Paſſ. X. *v.* 261. & Reines. ad Inſcr. CI. Claſſ. I. p. 140. Ab his longe diviſi ſunt *penates*, vide Dionyſ. Hal. I. *c.* LXVII. & Graev. ad Cic. pro domo *cap.* XLI. ita tamen ut ex ſupra dictis eum aliquantum corrigas. *Lares* pro *domibus ipſis* frequenter ponunt, ut notavit Scholiaſt. ad Stat. Theb. IX. *v.* 515. Senec. Med. *v.* 20. *Exul*, *pavens*, *invifus*, *incerti* laris. Apul. Apol. *Sed quod vivo gracili* lare, *quod paucos ſervos habeo*. & ſic Curt. V. *c.* XII. n. 2. *homo ſine* lare. Hinc Ovid. III. Faſt. *v.* 242.

Nunc avis in ramo tecta, larem*que parat*.

Pro *ullum* Gudius conjecit *unum*. Scilicet nondum ſatis varietatis Codd. optimi ſuggerunt, niſi eam ingenio noſtro augeamus.

12. CUM TABULAS, SIGNA. De tabulis atque ſignis ſupra *c.* XI. n. 7. *Cum* hoc loco *etſi* intelligas cum Gloſſ. MSS. ut Cic. II. de Orat. *c.* XLVI. Cum *alieniſſimos defendimus*, *tamen eos alienos exiſtimare non poſſumus*. Fruſtra Popma: Illi *cum tabulas* &c. Guelf. tamen 7. 8. & 12. *cum* illi *tabulas* &c. ſed iſti ſunt notae deterioris. At Vinar. I. Illi *tabulas*, *ſigna* cet. omiſſa particula *Cum*, quod haud omnino diſplicet.

TOREUMATA. Quae *vaſa caelata* dixerat *c.* XI. n. 7. ἀπὸ τοῦ τορεύειν, quod eſſe *ſculpere*, *caelare* late probat Bentlej. ad Hor. A. P. *v.* 441. p. 437. Cic. VI. Verr. *c.* XVIII. Toreumata *Mentoris manu ſummo artificio facta*. Habes in ſupellectili menſali apud Sidon. I. epiſt. II. adde Plin. XXXIII. *c.* XII. Apulej. Florid. p. 344. Cui libet nugatorem audire, habeat hoc loco Baſil. 2. *Cum tabulas*, *picta*, *ſigna auro ornata emunt*.

NOVA DIRUUNT, ALIA AEDIFICANT. Carrionis editio & ſequaces: *vetera negligunt*, *nova diruunt*, &c. quod Gronovius videtur probaſse. Verum illud additamentum ex omnibus noſtris Codd. tantummodo Guelf. II. viſendum praebet, iſque non in contextu, ſed in margine. At 8. habet: *vetera*, *nova diruunt* (*dirimunt* falſo librarius ſcripſit, uti 2. 6. 7. Vinar. 2. & Baſileenſes chartacei) quod potius probarem, quam illud: ſi una voce amplius Salluſtium ſcripſiſse, certo conſtaret. eſſet ut ſupra *c.* XI. bonus, ignavus *aeque ſibi exoptant*. & alia. Hariolatur Baſil. 2. *Vetera diruunt*: quomodo & Struv. *vetera diruunt*; ſed is olim habuit *nova*. Sed nihil contra meliores novandum. atque contra Zenon. Serm. LIII. *Sed horrea quidem* diruit, *& majora reaedificat*. Eumdem luxum taxat Seneca de Tranqu. *c.* III. *Incipiemus aedificia* alia ponere, alia ſubvertere, *& mare ſubmovere*, *& aquas contra difficultates locorum ducere*. *Nova* puta aedificia, de qua Ellipſi quaedam ad *c.* LII. n. 4.

PECUNIAM TRAHUNT, VEXANT. Fabr. I. non habuit primitus *pecuniam*, ſed recens correctior addidit. A moribus belli tracta Translatio, quam eleganter exſequitur, ubi mox etiam *vincere* adjecit. Noſter IV. Hiſt. *qui ſocios & amicos* trahant, *excidant*. Hinc *tractare* Plautinum Milit. A. II. Sc. VI. *v.* 10. Tractatam *& ludificatam*. *v.* 30. *Tum quod* tractaviſti *hoſpitam ante aedes meas*. Sic ſupra *c.* XIII. *quibus* ludibrio *fuiſſe videntur divitiae*. Erit igitur *pecuniam trahere* idem, quod modis indignis *diſtrahere*; & *vexare* idem, quod ſupra *cap.* XIV.

lacer an

vexant, tamen ſumma lubidine divitias vincere nequeunt. At nobis 13
domi inopia, foris aes alienum: mala res, ſpes multo aſperior. denique, quid

lacerare, ita ut ſummam libidinem & profundendi arbitrium deſignet, vide A. Gellium II. *c.* VI. Serv. ad Eclog. VI. *v.* 76. Plaut. Perſa A. V. Sc. II. *v.* 4. *ita meam rem* divexavit. Martial. IX. Epig. LX.

In ſeptis Mamurra diu multumque vagatus
Hic ubi Roma ſuas aurea vexat *opes*.

Idem genus elegantiae eſt, quando Seneca Ep. CI. *agitare pecuniam*; Statius II. Sylv. II. *v.* 150. Strangulare *opes*; Martialis II. Epigr. XXX. *flagellare* dixit. ibi vide Interpretes. Hoc demum eſt, verba rebus aptare. Ingenioſe, ſed non vere Gloſſa Guelf. I. *diſpenſant & in peregrinationem mittunt*.

TAMEN SUMMA LUBIDINE. Fabr. I. & Sen. 2. *ſumma* tamen *libidine*. Sed *tamen* ab initio etiam ponitur, ut ſupra *cap.* III. n. 4. Tamen *imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur*. Apulej. II. Metam. p. 115. alibi. Guelf. 12. tandem in *ſumma libidine*: qualis confuſio in MSS. aliis etiam locis deprehenditur.

VINCERE NEQUEUNT. Semper illis ſuperant, & in ſumma profuſione numquam non habent, quod profundant. *Vincere* Gloſſae MSS. interpretantur *finire*. non male. potuiſſent tamen magis appoſite *atterere*, *comminuere*. Sic *opinionem vincere* Cicero cum aliis dicit, rebus atque factis efficere, ut opinio minor de nobis fuerit. Sic Silius III. *v.* 580.

- - - - *blandoque veneno*
Deſidiae virtus paullatim evicta *ſeneſcit*.

adde Giſan. in Lucret. p. 473. ſeqq.

13. FORIS AES ALIENUM. *Apud alios* contractum. Vulgo, inquit Manutius ad Cic. I. ep. IX. n. 14. *apud omnes homines*: additque II. ad Qu. Fr. ep. VII. *Senatus frequens divinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda*. foris *valde plauditur*. & III. ep. II. *Nihil hominum ſermone foris clarius*. Jungo Plaut. Ciſtell. A. II. Sc. I. *v.* 2.

Hanc ego de me conjecturam domi *facio*,
ne foris *quaeram*.

Ingenioſius, praeter morem, Gronovius interpretatur, quem videbis, addita nota noſtra ad *c.* LII. n. 21. Praetera vulgo edebatur: *At nobis* eſt *domi inopia, foris aes alienum*. Ego vero cum in Fabric. 2. nullum veſtigium ejus Verbi oſtenderem, & in Guelf. 10. et 11. locum mutaſſe ſentirem, adeo, ut ille ſcribat: *At nobis domi inopia, foris* eſt *aes alienum*; hic poſt *domi* poſitum exhibeat; in Struviano autem ita legerem: *at nobis inopia* eſt *domi*: expungendum eſse ratus ſum, ut ſupra *c.* X. n. I. XV. n. 4. XVI. n. 5. hoc *cap.* n. II. Praeterea autem ex Struviano mallem hunc ordinem: *at nobis inopia domi, foris* cet. Omittit Auſonius Epiſt. XIII.

Nam mihi *non ſaliare epulum, non caena dapalis*.

& Idyll. XXXI.

Cui *non longa penus*, huic *quoque promta fames*.

MALA RES, SPES MULTO ASPERIOR. *Res* praeſens ſtatus; *ſpes* futurus. De hac gratiſsima Paranomaſia Ciceronis exemplum poſuit Quinctil. IX. *c.* III. p. 821. *Non enim tam* ſpes *laudanda, quam* res *eſt*. Noſter *c.* XXI. n. I. *neque* res, *neque* ſpes *bona ulla*. Cic. pro Coelio *c.* XXXII. *Hominem ſine* re, *ſine fide, ſine* ſpe, *ſine ſede, ſine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum*. Auſon. Profeſs. Epigr. XI. *v.* 2.

Spem *magis, quam* rem *fruendam praebuiſti avunculo*.

ibi adde Tollium. Apulej. Apolog. p. 323. *eſt* rei *modicus*, ſpei *immodicus*. Ea figura Cicero X. ep. XXVIII. n. 3. *in* ore *&* amore dixit. Plato etiam χάρεις καὶ ἔρως, ſed cum joco, & orationis affectationi illudens. neque enim in his vis Oratoriae ponenda, aut nimis luxuriandum eſt. *Spem aſperam* dixit, quae proprie *timor*. nam *ſpes* eſt media vox: etſi, cum de adverſis dicatur, ἀκύρως poni docuerit Quinctil. VIII. *cap.* II. p. 670. Nec aliter Eugraphius in Terent. And. A. II. Sc. III. *Nam quod tu* ſperas, *propulſabo facile*. Speras, inquit, *id eſt times. & eſt* ἀκυρολογία. Liv. II. *cap.* III. *Cum haud cuiquam in dubio eſſet, bellum ab Tarquiniis immінere, id quidem* ſpe *omnium ſerius fuit*. Herodian. II. *cap.* I. n. 16. τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου (φόνον) εἶχον δὲ ἐλπίδος. mox: ἐγὼ δὲ ΠΟΝΗΡΑΣ ΕΛΠΙΔΟΣ καὶ φόβου συνεχοῦς ἀπαλλάξομαι. adde notam ad Cic. V. ep. I. n. 5. & infra Jug. *c.* CXIII. n. 4.

MISERAM ANIMAM. *Vitam* nos dicimus, ut *c.* LII. *Libertas &* anima *noſtra in dubio eſt*. Juvenal. Sat. XII. *v.* 57.

I nunc, & ventis animam *committe*.

adde *c.* LI. n. 22. Interim *miſeris etiam mortalibus nihil ſpiritu eſt carius*, dixit Nabarzanes apud Curt. VI. *c.* IV. n. II. quod Auguſtin. XI. de Civ. D. *cap.* XXVII. exemplo pauperum & mendicorum demonſtrat. *Unde enim*, inquit, *mori metuunt, & malunt in illa aerumna vivere, quam eam morte finire, niſi quia ſatis apparet, quantum natura refugiat non eſſe*. Sed qui deſperant, aut animo ſunt inhumano, iis aliud

14 *quid reliqui habemus, praeter miſeram animam? Quin igitur expergiſcimini? En illa, illa, quam ſaepe optaſtis, libertas, praeterea divitiae, decus, gloria in oculis ſita ſunt! fortuna omnia victoribus praemia poſuit. Res,*

in pectore conſilii eſt. Supra Vinar. 1. *Denique quid* reliqui *habemus*.

14. QUIN IGITUR EXPERGISCIMINI. Guelf. 12. & a manu ſec. 11. Vinar. 2. cum Struv. addunt: *& capeſſite remp.* ex *c.* LII. quod genus Gloſſae ſupra jam notatum. *Expergiſci* jam ſatis innuit, quid Catilina velit. Sic II. de Rep. Ord. *ut omnes* expergiſcantur *ad libertatem*. Terent. Adelph. A. IV. Sc. IV. *v.* 21. *Ceſſatum eſt uſque adhuc, nunc porro Aeſchine* expergiſcere. Apulej. Apolog. p. 290. *Quin igitur tandem* expergiſcimini, *ac vos cogitatis apud Claudium Maximum dicere*. *Quin* pro *Cur non* eſt particula excitandi & exhortandi, quod obſervavit Gellius XVII. *c.* XIII. Sic Livius I. *c.* LVII. Quin, *ſi vigor juventae ineſt, conſcendimus equos?* Plin. VII. ep. IX. extr. Quin ergo *pugillares reſumis, & aliquid ſcribis?* Vellej. II. *c.* VII. Quin *tu hoc potius facis?* Juſtin. II. *c.* XII. Quin *vos in haec noſtra caſtra tranſitis?* adde Cic. VII. ep. VIII. n. 3.

EN ILLA, ILLA. Adſeverandi cauſſa geminant Pronomen Codd. virtutis robuſtae Gruteriani, ex noſtris Sen. 1. Rem. 2. Baſil. 1. Guelf. 1. 2. 5. 9. & ab correctore Fabr. 1. Guelf. 3. & 12. Ceteri ſemel tantum *illa*; at Sen. 2. & Heuſſ. *Cum illa, quam* &c. qui non ſatisfaciunt ardori Catilinae. Cic. III. Cat. *c.* IX. ille, ille *Jupiter reſtitit*. Caeſar V. Gall. *cap.* XLIV. Hic dies, hic dies *de noſtris controverſiis judicabit*. Catullus Carm. XIV. Non, non *hoc tibi, falſe, ſic abibit*. cui adde Gronov. ad Liv. XXX. *c.* XIV. Lucan. I. *v.* 203.

> Ille *erit*, ille *nocens, qui me tibi fecerit hoſtem*.

Silius III. *v.* 509.

> Nunc, *o*, nunc, *ſocii, dominantis moenia Romae*
> *Credite vos, ſummumque Jovis conſcendere culmen*.

Martianus Capella II. p. 36.

> Nunc, nunc *beantur artes,*
> *Quas ſic ſacratis ambo*.

Ubi ſimiliter alterum nunc omittit MS. Guelf. Sic Juvenc. I. *v.* 202. adde Bentlej. ad Hor. III. Ord. XXIV. *v.* 25. Drackenborch. ad Sil. II. *v.* 25.

QUAM SAEPE OPTASTIS. Acad. & Incert. 1. quod *ſaepe optaſtis*. Nil illi quidem morantur; at Fabric. 1. Sen. 2. Struv. & Guelf. 3. *quam* ſemper *optaſtis*: qui ſalivam moverent, niſi occurreret Rem. 1. ubi & *ſaepe* & *ſemper* deficit. Certe non expreſſit Virg. X. Aeneid. *v.* 279.

> *Quod* votis optaſtis, *adeſt, perfringere dextra:*
> In manibus *Mars ipſe, viri*

Servius: *pugnam eos* ſemper *dicit optaſſe*. Verum vulgatam tuetur Lucanus VII. *v.* 251.

> *Miles, adeſt* toties *optatae copia pugnae*
> *Nil opus eſt votis: jam fatum accerſite ferro*.

DECUS. Quid ſit, expoſui ad Jug. *cap.* III. extr. Flor. III. *c.* V. n. 21. *&* decus, *& nomen, & titulos Pompejo ſua fortuna quaerebat*. Statim: *gloria, gratia in oc. ſ. ſ.* Struvianus.

IN OCULIS SITA SUNT. Guelf. 7. & 8. *in oculis* veſtris: 12. *noſtris*. quae ſunt ejus generis additamenta, quale mihi verbum *ſunt* videtur. pro iſto, praeterquam quod in tribus MSS. locum mutet. Guelf. 4. & 9. *eſt* praeferunt. niſi hos Syntheſis, ut vocant, Generis & Numeri deceperit, de qua ad Jug. *c.* XXXVIII. *In oculis* dixit, ut ſupra *in manibus*; ſed hic *in* eſt *coram* vel *prae*: Sic pro Mur. *c.* X. *poſita* in *oculis*. II. Verr. *c.* XXXIII. in ore, *atque* in *oculis provinciae geſta ſunt*. adde Graev. ad III. Offic. *cap.* 1. Tacit. III. Hiſt. *c.* LXXVII. in *ore ejus jugulatur*, ibique Pichenam. Curt. IV. *c.* XIII. n. 1. *Tum vero univerſa futuri diſcriminis facies* in *oculis erat*. Id. III. *cap.* VI. n. 3. in *oculis erant arma & acies*.

FORTUNA OMNIA VICT. PRAEMIA POSUIT. Vulgo: *fortuna* ea *omnia* &c. Sed *ea* non apparuit in Palat. 9. & 10. nec eſt in Rem. 1. Gu. 3. ac 4. niſi inter lineas. Locum etiam mutat in duodecim aliis & ed. vet. Pro quo Struv. *fortuna* & eo *omnia*. Cui non auditum illud Livii V. *c.* XXXVI. omnia *fortium virorum eſſe*: & Curtii III. *cap.* X. num. 5. omnia *victoria parari?* adde infra *cap.* LVIII. *ſi vincimus*, omnia *nobis tuta erant*. Porro non *poſuit*, ſed *praebet* habent Rem. 1. Baſil. 2. & Guelf. 11. Incert. 2. *praebuit*; at Guelf. 6. *propoſuit*. Nil muto: etſi ita Livius XXI. *c.* XLIII. *& eadem* fortuna, *quae neceſſitatem pugnandi impoſuit*, praemia *vobis ea victoribus* proponit, *quibus ampliora homines ne ab Diis quidem immortalibus optare ſolent*. & Phaedr. V. Fab. V. *v.* 5. Sed *praemia alibi poni* dicuntur, ut apud Sil. IV. *v.* 269. *jam nunc tibi* praemia pono. & Phaedr. 1. Fab. XIV. *v.* 9.

> *Hoc bibere juſſit ipſum*, poſito praemio.

Hic plura Interp. & Noſter Simplicia nonnumquam praefert Compoſitis, ut *c.* XXI. n. 2. alibi.

15. Res

Res, tempus, pericula, egeſtas, belli ſpolia magnifica magis, quam 15
oratio, hortentur. Vel imperatore, vel milite me utimini. neque animus, 16
neque corpus a vobis aberit. Haec ipſa, ut ſpero, vobiſcum conſul agam: 17
niſi forte animus fallit, & vos ſervire, quam imperare, parati eſtis.

CAP.

15. RES. Ipſa conjuratio, & quae nobis propoſuimus. dixi ſupra n. 10.

TEMPUS. Opportunum, h. e. occaſio. Terent. Eunuch. A. IV. Sc. I. *v.* 7. *Ad eam rem tempus non erat*. Jo. Saliſber. I. Policr. *c.* IX. *Poteſt igitur venatica eſſe utilis & honeſta; ſed ex loco*, tempore, *modo, perſona & cauſſa. Sit autem hic* tempus, *ut in locis quam pluribus invenitur*, opportunitas *gerendorum*. Hinc *tempore, in tempore* & ſimilia. de opportunitate conjurationis vide *c.* XVI. extr.

BELLI SPOLIA. Quae bellum adferet. vide notam ad Jug. *c.* XI. n. 5.

MAGIS, QUAM ORATIO (MEA VOS) HORTENTUR. Sic ſolent Oratores ſaepiſſime: ſic etiam Plin. II. epiſt. IV. *ne te* verbis *magis, quam* rebus *horter*. adde Cic. III. ep. II. n. 6. Praeterea Guelf. I. *incendunt*, pro *hortentur* contra ceteros omnes praefert, quae lectio ſimilis eſt illi, quam idem Codex *c.* XIX. n. I. habet. Pronomen *Vos* non fuit primitus in Fabric. I. & in Guelf. 12. *mea* eraſum, quod & in aliis incertae ſedis eſt. Forte utrumque ſi deleatur, non peccetur. ſicuti *c.* LII. n. 35.

16. VEL IMPERATORE, VEL MILITE ME UTIMINI. Non audiendi ſunt Baſil. 2. & 3. Guelf. 4. & 6. qui *utemini*; etſi hoc fuerit initio etiam in Fabric. I. & hodieque occupet quaſdam editiones. Validior modus imperandi, ut I. Hiſt. Or. Lepidi extr. adeſte, *Quirites, ac ducem & auctorem* ſequimini. Sic autem & alii complures gratiam captarunt. Civilis apud Tacitum, quem citat Colerus, IV. Hiſt. *c.* LXVI. *Tranſgredior ad vos, ſeu me* ducem, *ſeu* militem *mavultis*. Eumenes apud Juſtin. XIV. *c.* II. orat, *ut non tam* ducem *ſe, quam* commilitonem *recipiant, unumque ex corpore ſuo eſſe velint*. & Alexander apud Curt. IX. *c.* II. n. 28. *ne* commilitonem *veſtrum, ne dicam Regem deſeratis*. Quidam Codd. ut Vinar. I. *utimini me*.

NEQUE ANIMUS, NEQUE CORPUS. De iis, qui *animo* abſunt, hoc eſt, rei militaris imperiti trepidant, nec ſuos conſilio atque arte juvant, vide Jug. *c.* LXXXV. n. II. De iis, qui *animo & corpore* adſunt, h. e. ſtrenue principes agunt, quae a militibus fieri volunt infra *c.* LX. ipſum Catilinae exemplum. adde Jug. *c.* LXXV. & c. ac Gruteri Diſcurſ. XV. in Tacitum.

A VOBIS ABERIT. Fabric. 2. Vinar. 2. Eccard. Baſil. 2. Guelf. 12. & ed. vet. non agnoſcunt Praepoſitionem *a*; quam tamen Noſter haud invitus ponit, uti dictum ad *c.* XL. n. 5. Verbum *abeſſe* hic non temere poſitum; uti nec *adeſſe* apud Ammian. Marc. XXIII. *c.* XIV. Adero *ubique* vobis *adjumento numinis ſempiterni imperator & anteſignanus & conturmalis*. Alioqui, quod Idem XXV. *c.* IV. ait, Corporis *munus a milite, ab imperatore vero* animi *poſcitur*. adde Onoſandr. Strateg. *c.* XXXIII.

17. VOBISCUM CONSUL AGAM. Vulgati omnes: *vobiſcum una*. & locutus eſt ita Noſter *c.* LII. ſed alia ſententia. Omittunt *una* optimus Guelf. 5. & 12. cum Fabric. 2. ac neſcio, quid hic ſibi velit. vide *c.* XXXIII. n. 5.

NISI FORTE ANIMUS FALLIT. H. e. quod nos, ni *fallor*. Sic Waſſiana: caſune, an conſilio, non dixerim. Gruteriana: ni *forte* me *animus fallit*. Alii: Niſi *forte* me &c. Primum *Niſi* praetuli ex optimis Codd. nam Guelf. plerique, non tamen quintus, Eccard. & Acad. habent etiam *ni forte*. Sed illud eſt Salluſtianum, & conjungit hanc particulam cum *forte*, quando rem incredibilem proponit. Jug. *c.* XXXI. Niſi forte *nondum etiam vos dominationis eorum ſatietas tenet*. I. Hiſt. Or. Philippi: Niſi forte *cui pacem praeſtare, & bellum pati conſilium eſt*. III. Hiſt. Or. Macri: Niſi forte *repentina iſta frumentaria lege, munia veſtra penſantur*. Sic & Apulej. Apolog. p. 282. Niſi forte *quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile judicandum eſt*. Deinde Pronomen *me* omiſi, etſi in plurimis MSS. repeiſſem. deeſt tamen Guelf. 5. Vinar. I. (qui ſimul *niſi* abjicit) Remenſ. I. & Fabric. 2. ut & uni Riviano. Addit quidem Lucretius I. *v.* 136.

> *Nec* me *animus fallit*.

Terent. Heaut. A. IV. Sc. I. *v.* I.

> *Niſi* me *animus fallit, hic profecto eſt annulus*
>
> *v.* 53. *Niſi fallit* me *animus, haud multum a me aberit infortunium*.

ipſe denique Cicero pro Roſc. Am. *c.* XVII. *&, niſi* me *fallit animus, unuſquiſque veſtrum*. Alibi tamen eleganter Pronomen iſtud deſideratur, ut in iſtis Livii XXXIV. *c.* XXXI. *ceterum nomen tyranni & facta premunt*. adde ſupra *c.* VII. extr. *Animus* pro *opinione, cogitatione* ponitur, ut aliis locis ſaepiſſime.

ET VOS SERVIRE MAGIS. Fabric. I. magis *ſervire*. Incert. 2. *ſervire, quam imperare* magis *pa-*

C A P. XXI.

Al CAP. xxii.

1 POſtquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant; ſed neque res neque ſpes bona ulla, tamen etſi illis quieta movere, magna merces videbatur; tamen poſtulare plerique, uti proponeret,

parati eſtis. Vinar. 1. *&* magis *vos ſervire parati eſtis*, *quam* mihi *imperare*. τὸ *magis* cum majori gratia plane exularet. vide ad *cap.* IX. extr. prolata. & niſi ſane in exilium, donec aliquis ſciolus revocet. Idem ex Fabric. 1. auſus ſum *cap.* XLVIII. n. 5. *quia in tali tempore tanta vis hominis leniunda*, quam *exagitanda videbatur*. & ex duobus Guelf. *c.* LII. n. 3. *Res autem monet*, *cavere ab illis*, quam *quid in illos ſtatuamus*, *conſultare*.

CAP. XXI. 1. Quibus mala abunde omnia. Hic eſt ordo in melioribus Gruteri & noſtris; niſi quod Fabr. 2. & Gu. 3. male deſit *omnia*. In vocis *mala* extrema littera librarios haeſitaſse, & aliud quid olim dediſſe, ex Fabric. 1. & Guelf. tribus patet. Forſitan conſtructio τοῦ *abunde* illos impedivit. Sed ſic *c.* LVIII. *omnia nobis tuta erunt*, *commeatus* abunde. Jug. *c.* XIV. abunde *magna* praeſidia *in veſtra amicitia fore*. *c.* XLIII. commeatum affatim *parare*. III. Hiſt. abunde libertatem *rati*. Guelf. 1. *in quibus m. a. o. erant*: qui ſemper neſcio quid, ſingulare ſectatur. Struviano deeſt *homines*; pro *erant* Baſil. 2. *fuerant*. Delendum & hic *erant* cenſeo.

Neque res, neque spes bona ulla. Fabr. 1. Acad. Incert. 1. Baſil. 2. & Guelf. 2. *neque ſpes*, *neque* res *bona ulla*. Sed rem praeponit ſupra *c.* XX. n. 13. ubi vide: & praeponi debere, omnes judicant. Qui hic ſupplent *appareret*, nihil agunt. ex *erant* repete *erat*, uti apud Liv. 1. *c.* IX. *quippe quibus nec domi ſpes prolis*, *nec cum finitimis connubia* eſſent. uti ſupra *c.* V. n. 4. adde hic quae Gronov. ad Liv. XXXIV. *c.* XIX. Sic ex *fuit* ſimili modo adſumendum eſt *fuerunt* *c.* XXV. Simile eſt illud Auſon. Parental. Praefat.

Et, *praeter* juſtum, funera *nulla fleas*.

Haec propter Codd. addidi, quibus libenter careas, quando Verbum Subſtantivum loco erit motum.

Tametsi illis. *Illis* eleganter deficit Struv. In Guelf. 5. lego. *neque res*, *neque ſpes* tamen *bona ulla*, *tametſi* &c. Unde conjicio, in Codice, ex quo deſcriptus ille eſt, fuiſſe: *tamen etſi*, antiquo more: & illud *tamen* locum occupaſſe alienum. certe *tamen etſi* clare habet Guelf. 6. praeterea Incertum 2. perpetuo ſic ſcribere, qui illum contulit, in extremo libro ſuo adnotaverat. Et jam reddidimus Criſpo ex optimo Guelf. 5. ſupra *c.* III. n. 2. et infra aliquoties ex aliis ſcriptis. Poſſem ad conjecturam confirmandam alios decem, vel duodecim Codd. laudare, ubi *tam & ſi* diviſim exaratum eſt; niſi illud ipſe pro infirmo haberem, cum non aliter ſoleant MSS. Sed, quod plus valet, Heuſſ. *tam ſed ſi*. Jam *tamen etſi* habes apud Cic. IV. ep. XV. n. 3. tamen etſi *antea ſcripſi* - tamen *hoc tempore breviter commonendum putavi*. apud Ennium etiam, Plautum, Terentium, Lucanum, Caeſarem, alios reperiri, dudum notavit Muretus XI. Var. Lect. *c.* XVII. adde Cujac. 1. Obſerv. *c.* XIV. Ritterſhuſ. ad Gunther. Lig. IV. *v.* 527. Gronov. ad Sen. II. Benef. *c.* VIII. Jac. Gronov. ad Cic. II. Orator. *c.* LII. Graev. ad Cic. pro Quinct. *c.* XXI. Salluſtium illis nunc poteris adjungere. confer Jug. *c.* XIII.

Quieta movere. Guelf. 6. 8. 10. 12. Rem. 1. Eccard. Struv. Baſil. 2. & 3. Incert. 1. Acad. & Sen. 1. *quietam remp. movere*, quod in aliis pro Gloſſa ſupra ſcriptum eſt τῷ *quieta*; quod ita Salluſtius dixit, uti *cap.* XX. n. 2. *incerta*, & alibi. Sic Jug. *c.* XXXII. n. 3. *pacata*. Auſon. Praef. Epigr. ad Theod. *v.* 7.

Nihil dubites auctore bono, mortalia *quaerunt*
Conſilium; certus juſſa capeſſe Dei.

Idem Parental. Epigr. XXII.

Tu gravis & comis, *cum juſtitiaque remiſſus*,
Auſteris *doctus jungere* temperiem.

Erit igitur *quieta* idem, quod *quietem*, *quietum ſtatum*.

Magna merces. *Praemium*, pretium 1. Hiſt. Or. Lepidi: *plebis ſedes occupavere ſatellites*, mercedem *ſcelerum*. Lucan. VII. *v.* 303.

Aut merces *hodie bellorum*, *aut* poena *paratur*.

Sic Noſter Jug. *c.* LXXXV. n. 8. adde Brockhus. ad Propert. IV. Eleg. VII. *v.* 33. Cic. pro Sext. *c.* XLVII.

Tamen postulare. Sic eſt in fideli Guelf. 5. Fabr. 2. Baſ. 1. & 3. Vinar. 1. Eccard. aliorumque MSS.

Digitized by Google

neret, quae conditio belli foret: quae praemia armis peterent: quid ubique opis aut ſpei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, 2 pro-

MSS. item in editt. Aldina, Parei, Coleri, aliiſque. Gruteriana cum ed. vet. ceteris MSS. ed. Pomponiana & ſequacibus *poſtulavere*. quod ſcribarum commentum eſſe, ipſa res clamat. Dictum de hac Enallage ſupra ad *c.* XII. n. I. adde *c.* XXII. n. 2.

UTI PROPONERET. In Remenſi I. (qui & *illis* addidit ſatis inepte) Guelf. 9. 12. & ed. vet. eſt *praeponeret*. inde, credo, ortum, quod Gloſſae MSS. verum illud *proponeret* interpretantur *praediceret*; & quod in MSS. *prae* & *pro* ſaepe eadem nota ſcribuntur, unde earum particularum confuſio jam multis eſt adnotata. Sed *proponere* pro *edicere*, *demonſtrare*, *oſtendere* ſaepe obvium eſt. Cic. pro Fontej. *cap.* VIII. *credo majus emolumentum Caepionibus & Metellis* propoſitum *fuiſſe ex Q. Pompeii damnatione*. II. Verr. *cap.* LXIII. *putarem me idoneum, qui* proponerem ſpem *meis hoſpitibus atque neceſſariis, quo tutiorem vitam ſeſe meo praeſidio victuros eſſe arbitrarentur*. Juſtin. I. *c.* VI. *Si conditio* proponatur. Curt. V. *c.* II. n. 2. praemia*que* propoſuit *de virtute militari certantibus*. uti Corn. Nep. Ageſil. *c.* III. adde Gronov. ad Liv. XXI. *c.* XLV. Haud tamen improbarem, ſi quis ex probato Codice duas haſce voces Salluſtio adimere poſſet. adeo non modo ſuſpectae, ſed etiam dedecori tali auctori eſſe videntur.

QUAE CONDITIO BELLI. Gloſſae MSS. *ratio*, *ſtatus*. recte, quatenus pro *modo* accipiuntur, uti Sueton. Tib. *c.* XIII. *cum pluribus de* ratione belli *communicavit*. Sic ſupra *c.* XX. *conditio vitae*, uti Cic. III. Verr. *c.* XLI. *miſera & iniqua conditio vitae*. adde IV. Cat. *c.* X. pro Cluent. *c.* XLVI. alia. Guelf. II. *condictio*, quod in gratiam Orthographiae praemittere nolui. Sic *c.* XX. n. 7. *dictio*, pro *ditione* memoratum eſt.

ARMIS PETERENT. Gloſſ. Guelf. I. *conquirere poſſent*. certe *peterent*, pro *quaererent* poſitum, uti Cic. pro Milone *c.* XXX. *dubitares id fateri, ex quo etiam* praemia *laudis eſſent* petenda. adde Jug. *c.* XXIV. n. 5. Ipſum verborum ordinem MSS. tuentur.

QUID UBIQUE. Guelf. 3. initio habuit: *quid ubi opis aut ſpei haberent*. putarem, quod Gloſſa expoſuerat *quid*, & ubi, *opis* &c. neque enim aliter eam particulam intelligendam eſſe demonſtro ad *cap.* XXVII. num. I. niſi & aliis locis compluribus librarii copulam omitterent. vide ad *c.* XXIII. n. 4. Catullus Carm. LXII. *v.* 46.

Liquidaque mente vidit ſine quis, ubique *foret*.

Integrum in Noſtro foret: *Quid opis*, & ubi id *opis haberent*, quod patet lucide ex *c.* XLVII. n. I. *Vulturcius interrogatus*, quid, *aut* qua de cauſſa conſilii *habuiſſet*: pro eo, quod eſſet: *qua de cauſſa* id *conſilii habuiſſet*.

OPIS, AUT SPEI. *Opis*, i. e. auxilii, quod mox demonſtrat. Sed *opes* & *ſpem* frequenter conjungunt, per ἓν διὰ δυοῖν, pro *opem ſperatam*. Sic Noſter Jug. *c.* ult. extr. & *c.* CVII. Plaut. Amphitr. Act. V. Sc. I. *v.* I. Spes atque opes *vitae meae jacent ſepultae in pectore*. Seneca ep. XLVII. *Omnes undique ad te manus tendunt, perditae vitae perituraeque auxilium aliquod implorant, in te* ſpes opesque *ſunt*. Sidon. VII. ep. II. *per haec* ſpes opesque *iſtius raptim ſaltuatimque cumulari*. Terent. Phorm. A. III. Sc. I. *v.* 6.

Cujus nunc miſerae ſpes opesque *ſunt in te uno omnes ſitae*.

Sed & *ſpem* ſaepe per ſe pro *re ſperanda* ponunt, ut Terent. Andr. A. II. Sc. I. *ad te venio*, ſpem, *auxilium*, *ſalutem expetens*. Plaut. Rud A. I. Sc. IV. *v.* 3. *Perdidi* ſpem, *qua me oblectabam*. Sc. V. *v.* 20. *Quibus nec locus ullus, nec* ſpes *parata eſt*. adde Liv. XXXIV. *c.* XII. Juſtin. XXIX. *c.* IV.

2. TABULAS NOVAS. Inepte Gloſſae MSS. de *ludo alearum* capiunt; nec magis ſcite quidam Interpretes de *tabulis pictis*. Intellige *Tabulas dediti & crediti*, quae *novae* dicuntur, quando debitoribus aes alienum remittitur: & hae quidem *bella* fere & *diſſenſiones civiles ſequi conſueverunt*, Caeſar III. Civ. *cap.* I. ut eo modo *novarum* rerum cupidi plebis & obaeratorum ſtudia ſibi conciliarent. Quinctil. Decl. CCCXXXVI. *Ideo non ſolvi aes alienum, quia* novae tabulae *intervenerunt*. Dicuntur illae χρεῶν ἀποκοπαί, Cic. V. ad Attic. ep. XXI. & VII. ep. XI. Solon. σεισάχθειαν nominavit apud Plutarch. Solon. p. 86. ubi plura de his tabulis novis. Ingenioſe Seneca I. Benef. *c.* IV. extr. *niſi forte exiſtimas, levi ac fabuloſo ſermone & anilibus argumentis probiberi poſſe rem pernicioſiſſimam, beneficiorum* novas tabulas. ubi vide notas, addito Donat. Dilucidat. in Sueton. Jul. *c.* XLII. Verbum *polliceri* poſt voces *novas tabulas* ponitur in Vinar. 2.

PROSCRIPTIONEM LOCUPLETIUM. Sulla primus eorum nomina, quibus infenſus erat, & poſtea quorum bonis inhiabat, quosque propterea interfectos cupiebat in ferali tabula deſcripſit, &

 prae-

Digitized by Google

proſcriptionem locupletium, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, alia
3 omnia, quae bellum atque lubido victorum fert. Praeterea eſſe in Hiſpania citeriore Piſonem, in Mauretania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, conſilii ſui participes: petere conſulatum C. An-

praemia ſimul percuſſoribus propoſuit. Plutarch. in Sulla p. 472. Appian. I. Civ. pag. 409. Flor. III. *c.* XXI. Valer. Max. IX. *c.* II. n. I. Seneca V. Beneſ. *c.* XVI. Hic eam promittit Catilina, ut illi ex conjuratione in proſcriptorum bona invaderent. Confer Cic. VIII. Phil. *c.* III. quod voluit Gloſſa vetuſta Fabr. I. *hereditatem reorum*. Porro *locupletium* eſt in melioribus, ſed Ecc. Guelf. 3. 4. 6. & ab hoc ſequentes ceteri omnes, Incerti etiam, Vin. 2. & Baſ. 2. ac 3. habent *locupletum*. vid. *c.* XI. extr.

Sacerdotia. Statum dignitatis illorum, qui ſacra tractarent & res divinas. Pleraque *Sacerdotia* Romanorum recenſet Lucanus I. *v.* 595. ſeqq. vide, addito Sigonio I. de Antiqu. J. Civ. R. *c.* XIX. Recte ea diſtinguit a *magiſtratibus*, qui res civiles curabant. Sacerdotes enim magiſtratus numquam fuerunt, neque imperium umquam habuere. id quod de Pontificibus egregie docuit Muretus ad Cic. I. Cat. *c.* I. p. 605.

Alia omnia. Male Guelf. I. 2. 6. 7. Baſil. 3. Sen. I. *alia*que *omnia*: uti & Acad. cum ſuo: atque *alia omnia*. Ceteri recte omittunt copulam, ut ſupra *c.* XV. n. I.

Bellum a. lubido v. fert. Guelf. I. *lubido victorum* poſcit: ſine dubio de Gloſſa. ſic enim interpretantur id Terent. Andr. Act. V. Sc. I. *v.* 13. *incepi, dum* res retulit: *nunc non* fert. & apud Cic. pro Murena *c.* II. pro *quod natura fert*, imperiti repoſuerant *adfert*. Eodem titulo ornanda eſt lectio Vinar. 2. *victoribus fert*. Sed de omnibus cupiditatibus probati auctores uſurpant. in iis Noſter II. de Rep. Ord. *ut eorum, qui dominantur, ſimultas ac arrogantia* fert. infra *c.* LVIII. *Si maxume animus* ferat. ubi vide. Pariter *ferri*, ut Cicer. pro Quinct. *c.* XI. *qui uſque eo fervet*, ferturque *avaritia*. & alii complures. Poſſes per *adfert* reddere, cum Donatus ad Ter. Andr. Act. II. Sc. VI. ita diſſeruerit: Tulit *duo ſignificat: attulit & abſtulit: paſſus eſt, & pertulit*. & ſic ille Comicus Heaut. Act. III. Sc. III. *v.* 12. *libido multa* fert. adde Serv. ad I. Aen. *v.* 467. Sed melius & magis ἀναλόγως eſt, in Verbo *cupere* acquieſcere; ſiquidem *ferre* hic & alibi proprie eſt *habere, ſuſtinere, conjuncta habere*. ita *bellum fert* erit *bellum habet*, uti *c.* XI. hoc eſt, *in bello cupiuntur*. vide Jug. *c.* LXV. addito *c.* XLII. n. 4.

3. Praeterea esse in Hispania. Rem. I. Guelf. 6. 8. & a manu ſecunda 9. & Struv. *praeterea eſſe* dicebat *in Hiſpania*. Sed recte ceteri MSS. & editiones id additamenti aſpernantur. Subintelligitur tamen uti Jug. *c.* CIX. n. 3. *Tunc Rex poſt diem decimum redire* jubet; *ac nihil etiam nunc decreviſſe*, (dicit) *ſed illo die reſponſurum*. & ſic Liv. I. *c.* XXVII. *redire in praelium* jubet, *nihil trepidatione opus eſſe*, ſcilicet *dicitque*. adde infra *c.* XL. n. 4. XLIV. n. I. XLVI. n. 2. XLVII. n. I. Jug. *c.* XXV. n. 5. atque LXXXII. n. 3. & maxime Perizon. ad Sanct. IV. *c.* V. Verbum *eſſe* ab initio non fuit in Fabr. I. Et Rem. I. Incert. 2. Struv. Gu. 3. ac 6. *in Hiſpaniam citeriorem* praeferunt. At in Sen. 2. & Guelf. II. eſt *citeriori*. Parum refert; ſed illud tamen malunt & Codd. & alii auctores. vide Bentlej. ad Horat. I. Sat. IX. *v.* 68.

Mauritania. Sic eſt in MSS. tantum non omnibus, nam ſolus Baſil. I. habuit ab initio *Mauretanea*; at lapides & numi non pauci *Mauretania*, ex qua confuſione ſeſe difficillimum eſt expedire, etſi Viri docti ſcripturam per E vetuſtiorem putent, quam alteram. vide Pierium ad Virg. IV. Aen. *v.* 206. & Duckerum ad Flor. IV. *c.* II. n. 65. de ipſa illa provincia vide Jug. *c.* XIX. vel potius Sext. Ruf. Breviar. *c.* IV. ibique Cellarium. Struv. iterum *in Mauritaniam*.

P. Sitium Nucerinum. Hic eſt ille, quem Cicero a crimine conjurationis multis verbis defendit pro Sulla *c.* XX. ſed ibi editur *Cincius* peſſimo modo, cum tamen in MS. Turingico & aliis invenerint *P. Siccius*, & in Dresdenſi *P. Sitius*: quod & Francii Codici ab antiqua manu adſcriptum fuit. Ex noſtris fidiſſimi omnium Baſil. I. & Guelf. 5. *Sittium*: Senat. uterque & uterque Fabric. cum Guelf. 2. 4. Heuſſ. Vinar. 2. & ed. vet. *Sicium*; at Guelf. II. 12. *Sithium*; 6. *Sisbicium*; 10. *Sisbinium*; 3. *Sciticum*; 7. cum Baſil. 3. *Scitium* (corrupte Baſil. 2. *Scilium*) vocant. Repoſui *Sittium* ex Baſileenſi & Guelferbytano, praeterea Dione & Appiano: ſicque reſcribent apud Ciceronem & Scriptorem Belli Africani, qui veritati obſequi didicerunt. Habes P. SITTIUM. MAXIMUM. P. SITTIUM. SECUNDUM. & P. SITTIUM RESTITUTUM in antiqua Tabula apud Reineſ. Claſſ. X. Inſcr. I. Habes etiam alibi in lapidibus hoc nomen; ut recte ita ſcribi dubitare

Antonium, quem ſibi collegam fore ſperaret, hominem & familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumventum: eo conſulem ini-

re nequeas. inprimis cum & Plinii atque Melae Codd. habeant *Sittianorum*, ubi de oppido Cirta loquuntur. Hic eſt ille *Sittius*, qui Romae accuſatus, non expectato judicio, profugit paullo ante, quam Catilinae conjuratio erumperet: collectisque ex Italia & Hiſpania copiis, in queis multi exſules, in Africam trajecit. ubi cum bellum eſſet inter Africae regulos, modo huic, modo illi auxilio fuit, ſemper vincentibus illis, quibus iſte ſeſe adjunxiſſet. Haec ita perſpicue narrat de *Sittio* Appian. IV. Civ. p. 620. & orationis involucris teguntur apud Ciceronem l. c. Pater ejus Bello Italico *Nuceriae* ſingulari in Romanos fide fuerat, cum ceteri finitimi deficerent ac vicini, & ipſa etiam *Nuceria* commoveretur, Cic. ibid. & Flor. III. *cap.* XXIII. n. 1. Ex qua urbe cum eſſet oriundus, *Nucerini* cognomen tulit filius. nam portenta ſunt iſta Codd. *Naſcerinum*, *Nuſerinum*, & Baſil. 3. *miſerrimum*. Is in Africa cum exercitum ſuum rei militaris peritiſſimum reddidiſſet, magnum nomen adeptus eſt. claſſem ſibi etiam comparavit, Auct. B. Afric. *c.* XCVI. Caeſari contra Pompejanos adfuit, ibid. XCV. illique, cum copias quasdam ab rege Boccho impetraſſet, & ſalutem & victoriam attulit, Dio Libr. XLIII. ſeqq. a quo pro meritis ſuis accepit partem agri Manaſſis, quem militibus ſuis diviſit. Appianus p. 621. Illi Manaſſi filius erat nomine Arabio, qui tandem poſt Caeſaris necem hunc Sittium per inſidias ſuſtulit, Appian. ibid. & hoc innuit Cic. XV. ep. XVII. *Arabioni de Sittio nihil iraſcor:* quaſi ſcriberet: non iraſcor Arabioni quod Sittium ſuſtulerit, etſi acriter aliquando a me defenſum. ubi intoleranda commentus eſt Popma.

PETERE CONSULATUM. Remenſes, Acad. Senat. 1. Struv. Guelf. 1. 2. 5. 6. 9. 10. 11. Praeterea *petere conſulatum*. Incert. 2. Eccard. Guelf. 7. 8. 12. (quibus adde Baſil. 2. *ad haec praeterea conſulatum*) cum ed. vet. ad hoc *petere conſulatum.* ceteri neutrum agnoſcunt. & ſic Aldina, Gruteriana, aliae. *Praeterea* enim repeti tam exiguo intervallo ferre non poterant. At Cicero ipſe III. de Fin. *c.* VI. bis *deinceps*; & I. Invent. *c.* XXVIII. nec non II. *c.* XIII. ter *deinde* longe minori intervallo impune poſuit. adde ad *c.* XXIII. n. 3. collata. Sed Noſter idem, ſi ita dicere licet, peccavit *c.* XXXVII. n. 9. Praeterea quatuor Codd. addunt vocem *hominem* nobilem *&* *familiarem*; ſed iſti auctoritatis infimae.

QUEM SIBI COLLEGAM F. SPERARET. Voces has quinque ad cloacam maximam abigit Gruterus; ſed nulla juſta de cauſſa. Codd. etiam omnes retrahunt defenduntque nondum convictas. De his collegis Plutarch. in Cic. p. 866. *ὁ Κατιλίνας ὑπατείαν μετιὼν ἦν λαμπρὸς ἐν ταῖς ἐλπίσιν, ὡς Γαΐῳ Ἀντωνίῳ συνυπατεύσων.* Aſcon. Arg. Orat. contra Competitores Cic. Catilina *autem &* Antonius, *quamquam omnibus maxime infamis eorum vita eſſet, tamen* multum poterant. *coierant enim ambo, ut Ciceronem conſulatu dejicerent, adjutoribus uſi firmiſſimis, M. Craſſo & C. Caeſare.* Nihilominus Catilina repulſus abiit, Antonius autem Catilinam pauculis centuriis ſuperavit, *cum ei propter* patris *nomen paullo ſpecioſior manus ſuffragata eſſet*, inquit idem Paedianus in nota. Pater iſte fuit M. Antonius Orator celebertimus. Aſconius. adde Cic. II. Phil. *c.* XXIII.

OMNIBUS NECESSITUDINIBUS CIRCUMVENTUM. Interpretes putant arctiſſimam his verbis neceſſitudinem & familiaritatem inter Catilinam & Antonium denotari. Sed quis ita locutus eſt? Cicero dixiſſet: *& familiarem & neceſſarium*; aut, *quocum mihi omnes neceſſitudines ſunt*; aut, *quocum mihi intercedunt omnia jura neceſſitudinis*. At illud iſte, & omnes alii reſpuerunt; etſi Tullius, ubi peſſimam quamdam amicitiam reprehendit, *egeſtate*, *improbitate* &c. *conſtrictos addixerat* poſuerit pro Sext. *c.* XVII. etſi Theodoſius Auguſt. l. 8. §. 2. C. de Codicillis ſcripſerit: *Si quis vero ex parentibus utriuſque ſexus ac liberis uſque ad quartum gradum* agnationis *vinculis* alligatus, *vel* cognationis *nexu* conſtrictus *uſque ad tertium*, *ſcriptus haeres fuerit* &c. at quis diceret *agnatione* ſive *cognatione circumventus?* Quamobrem *neceſſitudinibus circumventus* omnibus difficultatibus, quae ultima experiri juberent, *ſeptum*, uti Gloſſae MSS. exponunt. de qua notione *neceſſitudinis* egimus ad *c.* XVII. num. 2. nec opus, cum Guelf. II. *neceſſitatibus* reponere, quod apparet ex nota ad Ei. *cap.* n. 4. Plutarchus Cic. p. 866. eum multo aere alieno oppreſſum, & propterea conjurationi favere viſum eſſe, memorat. adde Patricium in Cic. Or. in Toga Cand. p. 981.

EO CONSULEM INITIUM A. FACTURUM. h. e. *quippe* propterea, *ſi conſul declaratus eſſet*, *per ſe initium facturus eſſet rerum*, *quae conjuratio cuperet*, caedis nempe, proſcriptionis aliarumque. Sed ipſa lectio nova eſt, &, quod fateor, majorem partem ex conjectura deſumta: quam

4 initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpat omnis bonos: ſuorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium ege-

tamen vel ipſa inconſtantia MSS. defendere poſſet. Vulgo: *Cum eo ſe conſulem* &c. idque reperi in MSS. decem. Alii: *Cum eo ſe conſule* & ſic MSS. reliqui. Nunc vero cum voluptate videre poteris ex noſtra lectione, unde varietates iſtac promanaverint: quando primo dixero, nec iſtam praeſidio MSS. deſtitui. *Cum* non apparet in Remenſi 1. *Se* exulat a Palat. 4. Eccard. (cui noviſſime adpictum) Acad. Guelf. 2. 3. & 6. & Baſil. 1. habet tantum inter lineas. Jam *Eo* Salluſtius, more ſuo, poſuerat pro *propter id*, de quo dixi ad c. XIII. extr. Quod cum non ad animum verterent librarii primo proximum *Conſulem* mutarunt in *Conſule:* mox verbum *facturum* concedere debuit in *futurum* quod in quatuor noſtris viſitur. Qui vero *futurum* ſubſtituere nolebant Praepoſitionem *Cum* addebant, cujus audaciae anſam poſterioribus quidem praebuit nota illa, quae in MSS. quinti & ſexti retro ſaeculi principiis periodorum apponi ſolet, & modo C modo S litteris non multum eſt abſimilis. At apud quos veterum librorum auctoritas aliquid valebat, illi revocabant *Conſulem*, & ut in poſterum contra novas res tutius eſſet *ſe* adjecerunt, velut praeſidium: quod tamen indicio novitatis modo ante, modo poſt illud vocabulum in Codd. viſitur. Quae cum animo mecum peragerem, offerebat ſe ipſa illa, quam poſui, lectio. Confirmabat autem Plutarchus qui in Cicer. p. 866. de Antonio memorat, quod homo fuerit, *qui per ſe quidem neque ad bonum, neque ad malum dux eſſe, ſed alteri incipienti opem & poteſtatem addere potuiſſet*. Hanc opinionem ut popularibus Catilina demeret, omnia magnifica, uti in aliis, de Antonio promittere debuit: neque ſingulare illud Salluſtio fuit praetereundum.

Initium agendi. Sic MSS. primae claſſis; aliis, ut Guelf. 7. 8. & 10. Baſil. 2. & 3. Gloſſa additur *belli agendi*. pro quo Incert. 1. *belli gerendi*. in ed. vet. & Vinar. 2. eſt: *initium* belli *facturum*, quod ex Beroaldino etiam indicavit Rivius: & ſic infra c. XXVII. n. 3. Sed *agendi* praeciſe dixit, pro *agendi ea, quae conſtituta ſunt*, ut ſupra c. VI. n. 5. *parare:* c. XII. n. 2. *rapere, conſumere.* alia alibi. vide modo ad cap. XXVI. n. 2. indicata. Qui utrumque abjiciunt, neſcio quid ſibi velint. Livius 1. cap. XLVI. *Sed* initium turbandi *omnia a foemina ortum eſt*.

4. Ad hoc. Baſil. 2. Guelf. 11. & 12. *ad haec*. quomodo Aldina. Sed illud eſt Salluſtii, & praeterea Livii, Taciti, Flori aliorumque. vide ad c. XLIV. extr. Poſt *praeterea* adhibuit Noſter c. XXXVII. extr.

Maledictis increpat. Sic Guelf. 3. fideliſſimus 5. 6. & 11. cum Baſil. 3. Et Gruterus etiam membranas tractavit, in quibus ita ſcriptum erat. Ipſe tamen mallet *increpare;* cum vulgo legeretur *increpabat*. Sed per errorem. Miſcuit enim Criſpus pro rerum varietate & Tempora, & Modos. de temporibus plura ad c. XII. n. 1. Modorum confuſionem docebunt ea Jug. c. VI. n. 1. *non ſe corrumpendum* dedit, *ſed* equitare, jaculari &c. ſupra c. XVI. num. 1. & 2. *Juventutem multis modis mala facinora* edocebat. *Ex illis teſtes ſignatoresque falſos* commodare, cetera. infra c. XLII. n. 2. *Namque illi inconſulte ac veluti per dementiam* agere: - *plus timoris, quam periculi* effecerant. & XLVIII. n. 1. *exſecrari, tollere, agitabat*. Sic c. LVI. n. 4. *occaſionem non* dare; ſperabat *ſeſe habiturum*. Capitolin. Maximin. cap. III. *Hinc igitur* factus *conſpicuus*, amari *a tribunis, a commilitonibus* ſuſpici, impetrare *ab imperatore quod vellet, locis etiam militiae a Severo* adjutus. Id. c. V. *Quinto quoque die* jubebat *milites decurrere - omnia arma illorum quotidie* circumſpicere: *calciamenta quinetiam ipſe* proſpiciebat. Porro *Increpare* eſt incuſare, inſultare, ut Nonius Marcellus cenſuit, quaſi inclamare, infamare. Livius 1. cap. LI. *Haec Aricinus in regem Romanum* increpans. Noſter 1. de Rep. Ord. c. IV. *quae in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam* increpabantur. Claudian. III. Rapt. v. 291. *His* increpat *omnes vocibus*. Sed *maledicta* ſunt Criminationes, quas & *Voces* abſolute vocant, & *Convicia* (quae tamen majus quid eſſe arbitrantur lege 15. §. 11. D. de injur. & famoſ.) Opponitur apud Graecos εὐφημία, vide Lactant. 1. cap. XXI. Habes eadem infra c. XXXI. adde Cic. pro Planc. cap. XII. pro Coelio cap. III. in Vatin. cap. III. Gellius 1. c. V. *maledicta, compellationes probroſas, turpia indignaque verba* conjungit. Silius VIII. v. 266. vocat *petulantia verba*, ubi legendus eſt Nic. Heinſius. Catilina itaque *in omnes bonos vitia criminaque fingebat*, verbis Ammian. XVII. c. XI. eorumque nominibus eos traducebat. Hoc Sulpicio Severo eſt *convitiis increpare* de Vit. Mart. caput XXII. *Audiebantur etiam plerumque* convicia, quibus *illum turba daemonum proterviis vocibus* increpabat. Haec res autem eo valebat,

in

Digitized by Google

egeſtatis, alium cupiditatis ſuae, complures periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat. Poſtquam omnium animos alacris videt; cohortatus, ut petitionem ſuam curae haberent, conventum dimiſit.

CAP.

ut accenderentur magis conjurati ad optimum quemque tollendum. Confer Tacit. I. Hiſt. *c.* XXIII.

NOMINANS. Quod non eſt ſine gratia. Lege *c.* LIX. Struv. *ſuorum* quemque unum *nominans*; qui poſitus etiamſi ſit falſus, tamen fortaſſe unum alterumve lectorum morabitur, ut proprietatem vocabuli *unuſquiſque* conſideret.

ADMONEBAT. Sic MSS. noſtri omnes (exceptis Eccardiano, & primo Incertorum qui *admonere*) neque aliter edit. vet. At Aldina, Gruteriana & ceterae, quae nunc ad manus ſunt, omnes *admonere*, quod tamen tuetur Rivius, cum in Gymnico & aliis *admonebat* legiſſet. Gruterus & I. Waſſe, a quibus litis hujus compoſitionem expectaſſes, nihil plane dicunt. adeo illis placuit in Rivio acquieſcere. quam bene ipſi aut defenſores eorum viderint. Mihi non licuit Codd. contemnere: inprimis poſtquam diſtinctione difficultatem illam ſuſtuleram, quae illos opinionis ſuae reddidit ſecuros: & de permutatione Modorum ac Temporum Salluſtio familiari modo dixeram.

ALIUM EGESTATIS, ALIUM CUPIDITATIS. Varia oratione, ut cujuſque animis aptum erat, verbis Curtii III. *c.* X. num. 4. quod ejuſmodi Oratoris optimum eſt artificium. Confer *cap.* XVII. addito inſuper *c.* XIV. n. 5. Jug. *c.* XLIX. num. 4.

QUIBUS EA PRAEDAE FUERAT. *In praedam* expone, ſive, quod idem eſt, *ad praedandum*, uti *c.* XII. extr. Subſtantivum nomen hoc modo poſitum eſt. Planior autem ſenſus inde reſultat: quibus ea praedam attulerat, ut ex pauperibus divites facti eſſent, quod de iiſdem narrat *c.* XXXVII. Eadem latinitate infra *c.* XLVIII. n. 2. *Namque alia belli facinora* praedae *magis, quam* detrimento *fore*. Livius III. *c.* LXVIII. *Concitati aut* honori, *aut* quaeſtui *illis eſtis*. Saepius Cicero, ut Philipp. IX. *c.* I. *cui legatio ipſa* morti *fuiſſet*. adde Car. Lang. in Lael. *c.* II. Nec eſt, cur ſpernant in Juſtin. XXXI. *c.* I. *qui in ſpem regni relictus* praedae *etiam domeſticis erat*; cum ſic habeant MSS. approbentque Berneccerus & Graevius. adde ſupra *c.* X. n. 2, XIII. n. 2. Coelium epiſt. VIII. n. 5. Plancum Cic. X. ep. XVII. extr. Poſſem & Livii XXXIII. *c.* XLVII. *praedae ac diviſui eſſe*, alia hujuſmodi congerere; ſed id tantum monebo, me non fruſtra expoſuiſſe *in praedam*, cum ea vis tertii Caſus tam ex aliis, quam ex illis Jug. *c.* XXXI. n. II. adpareat: *Vos*, imperio *nati*, *aequo animo ſervitutem toleratis*. Nunc & minuti cujuſdam lectorem non ſinam ignarum. in Senat. 2. & Heuſſiano ſcribitur apertiſſime; *quibus ea praeda efuerat*. manifeſto documento reperiſſe librarium in Codice *ae*, in *praedae* diviſim exaratum. cujus deinde lapſus confirmat obſervationem Bongarſii ad Juſtin. XXI. *cap.* I. ed. Bernecceri & Gronovii, (nam in aliis temere optima ejus notae pars omittitur) ubi ex *natura ejus* MSS. facit *naturae jus*, ex *injuria ejus*, *injuriae jus*, & alia plura corrigit; quia Diphthongus *ae* bene diviſim ſcripta, male ab imperitis inter duas voces ſit diſpertita. Sed diviſionis in *ae* luculentiſſimum argumentum habes apud Quinctil. I. *c.* VII. p. 89. ubi antiqua *pict*ai, *aul*ai comparat cum terminatione in *bi Sull*ae, *Galb*ae. & ſane ipſa pronunciatione & *a* & *e* in *ae* diſtincte fuiſſe auditas, vetuſtiſſimorum uſus rationeſque probae perſuadent.

5. PETITIONEM SUAM. Conſulatus. Sic infra *c.* XXVI. n. 5. *Catilinae neque* petitio, *neque inſidiae proſpere ceſſere*. Jug. *c.* LXIV. n. I. *ab Metello* petundi *gratia miſſionem rogat*. ibi vide. adde infra *c.* XLVIII. n. 5. Sic *petitionem* abſolute pro *petitione conſulatus* dixit, uti Vopiſcus *facultatem* pro *facultate eloquentiae*, ſive dicendi Probo *c.* I. *Neque ego nunc* facultatem *eloquentiamque polliceor, ſed res geſtas, quas perire non patior*. utrumque enim propter celebritatem facile intelligitur. Eadem ratione *indulgentias* poſteriori aetate ſaepe praeciſe poſuerunt, ut Capitolin. Pio *c.* X. *ad* indulgentias *proniſſimus fuit*: intelligentes modo *criminum*, modo *debitorum*. Male Interpretes haec ceperunt, qui *preces ſuas* interpretantur: quaſi Oratio Catilinae fuiſſent preces.

CURAE HABERENT. *Curarent*. Coelius epiſt. VIII. extr. *eos tibi, & rem, de qua miſi, velim* curae habeas. quam Periphraſin clare eſt cognoſcere ex Capitol. Maxim. & Balbin. *c.* VI. *quare & a ſenatu multum* dilectus eſt, *& a populo* timori habitus. Sueton. Aug. *c.* XLVIII. *nec aliter univerſos, quam membra parteſque imperii*, curae habuit. Ita autem *curae haberent* petitionem Catilinae, ut non modo ipſi ſuffragia ſua ipſi ferrent, ſed & aliorum compararent, quod in co-

CAP. XXII.

XXIII.

1 FUere ea tempeſtate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad jusjurandum popularis ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem, vino permixtum, in pateris circumtuliſſe; inde

mitiis ſolenne erat. Cic. I. Att. epiſt. I. p. 16. *Illam manum tu mihi cura ut praeſtes, quoniam propius abes, Pompeii amici noſtri*. loquitur de conciliatione ſuffragii Pompejanorum quorumdam. Et quoniam Coloniae etiam atque municipia jus ſuffragiorum habebant; in his vero, quos hortatur Catilina, multi ex coloniis & municipiis erant, vide *c.* XVII. n. 4. earum etiam favorem ut praeſtarent, laborare jubet. Lege notam Daviſii ad ea Auct. VIII. Gall. *c.* LII. *T. Labienum Galliae Togatae praefecit, quo majore* commendatione *conciliaretur ad conſulatus petitionem*. Strenue id inprimis egit C. Manlius, ut videbis ad *c.* XXIV. n. 2.

CONVENTUM DIMISIT. Acad. *diviſit*. perperam. Dictys I. *c.* XI. *Menelaus ira percitus, atroci vultu exitium minatus, concilium* dimittit. Idem V. *c.* I. *atque ita* dimiſſo conventu, *diſceditur*. infra *c.* XL. extr.

CAP. XXII. 1. POPULARIS SCELERIS SUI. *Socios, conſcios*, quod vocis ex Gloſſa in MSS. bene multos irrepſit. eſt enim in Guelf. 1. 6. 7. 8. 9. Rem. 1. Sen. 1. Acad. Eccard. Incert. 2. Baſil. 3. Vinar. utroque, Fabric. 2. & ed. vet. *populares conſcios ſceleris*. in Guelf. 10. *populares ſocios ſceleris*. Sed Noſter itidem *c.* XXIV. n. 1. *quod factum primo* populares conjurationis *concuſſerat*. Sic Senec. de Vit. B. *c.* XIII. *invitis noſtris* popularibus, de ſuae Sectae Philoſophis: & Terent. Phorm. A. I. Sc. I. *v.* I. *Amicus ſummus meus &* popularis *Geta* Donatus exponit: *ejuſdem* conditionis *gentiſque?* at Eugraphius accipit: *ſocium ſive ejuſdem conditionis*. Donatus in Adelph. A. II. Sc. I. in. Popularitas *in omnis rei* conſortium *ſumitur; Populus* enim quoſcumque *ſociatos* deuotat. hinc de apibus Columella IX. *c.* XIII. *duo* populi *conjungi debent*.

AD JUS-JURANDUM-ADIGERET. In MSS. Remenſibus, Fabricianis, Senatoriis, Eccard. Incert. 2. Baſileenſi 1. Heuſſ. Vinarienſibus, Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 11. & ed. vet. eſt *adiceret*, quod & Gruterus ex ſuis, alii ex aliis notarunt. ſed in Struv. Guelf. 7. 8. 9. 10. 12. Acad. & ed. Ald. eſt *addiceret*. Certe in nullis manu exaratis ſeſe mihi obtulit *adigeret*, niſi forte exſtet in Baſil. 2. & 3. Et tamen uſus Auctorum evincit, ut hoc retineamus. Succurrit etiam ratio ſcribendi, qua C & G litterae in hujuſmodi verbis perpetuo confunduntur. vide Cujac. IV. Obſerv. *c.* XV. Drackenborch. ad Sil. I. *v.* 642. ne Livii, Caeſaris, Tacitique diverſitates in ipſa illa phraſi memorem. Peſſime vero librarii ex *Adiceret* fecerunt *Addiceret*, cum, ſi *Adigeret* verum noluiſſent, debuiſſent *Adiiceret*, quod exſtat in Incert. 1. Veteres enim *Conicio*, *Subicio* & ſic cetera a *Jacio* compoſita ſaepe uno *I* protuliſſe, teſtis eſt A. Gellius IV. *c.* XVII. & vetuſtiſſimae quaeque membranae, vide Carrion. I. Antiqu. Lect. *c.* V. Barth. IX. Advers *c.* XI. alios complures. Praepoſitionem autem *ad* quam aliqui pro ſuperflua habuerunt, omnes omnino libri defendunt. Defendit eamdem hoc Salluſtii loco Daviſius ad Caeſ. VII. Gall. *c.* LXVII. in. *Probata re, atque omnibus* ad *jus jurandum* adactis. Nec inſolens illa viſa Joſepho Scaligero ad Feſtum p. 7. nec Petro Cunaeo elegantiſſimo ICto in Satyr. *c.* XXXVI. ubi, ad *hoc ſacramentum*, inquit, *ſe* adactum *eſſe, ſequi naturam*, Senecam reſpiciens de Vit. B. *c.* XV. qui & ipſe Praepoſitionem ſervat. uti & Ulpianus leg. 8. §. 2. D. de in jus voc. *Sed ſi* ad *jusjurandum* adegi, *ne uxorem ducat, ne nubat*.

HUMANI CORPORIS SANGUINEM. Dio p. 43. puerum a conjuratis mactatum, ſuperque ejus viſcera jusjurandum conceptum eſſe, memorat. ita certe ſolebant, qui per ſanguinem humanum foedera ſanciebant, quod patet ex Plutarch. Poplic. p. 98. de quo more videndus Lipſius ad Tacit. XII. Ann. *c.* XLVII. Alexand. ab Alex. V. Gen. D. *c.* III. Freinshem. ad Flor. IV. *c.* I. n. 4. Elmenhorſt. ad Minuc. Fel. *c.* XXX. qui ita: *ipſum credo* ſanguinis foedere *docuiſſe conjurare Catilinam*. Sed erat gravitatis Salluſtianae nihil adfirmare.

VINO PERMIXTUM. *Aſſiratum* vocabant antiqui genus quoddam potionis ex vino & ſanguine temperatum, Feſtus p. 40. cum nota Dacerii. adde Melam II. *c.* I. ibique Voſſium p. 420.

IN PATERIS. Male Incert. 2. *patinis*. *Paterae* ſunt Genus poculi. Varro IV. de L. L. *c.* XXVI. *praeterea in poculis erant* Paterae, *eo quod pateant, latinae ita dictae. Hiſce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendae cauſa, cum magiſtri fiunt, potio circumfertur; & in ſa*crificando *deis hoc poculo magiſtratus dat deo vinum*. Iſidor. XX. Orig. *c.* V. Paterae *phialae ſunt di-*

inde cum poſt exſecrationem omnes deguſtaviſſent, ſicut in ſollemnibus ſacris fieri conſuevit, aperuiſſe conſilium ſuum, atque eo, 2
di-

dictae, *vel quod in ipſis potare ſolemus*, *vel quod patentes ſunt diſpanſiſque labris*. Vina in ſollemnibus ſacris *pateris* data eſſe Diis, ex loco l. Varronis aliiſque docet diligentiſſimus Briſſon. I. Form. p. 26.

2. POST EXSECRATIONEM. Poſt ſponſionem, verbis, quae exſecrarentur ſe & eos, qui aperirent conjurationem, aut recederent, aut aliter dolo malo agerent conceptam. a potiori deſumta denominatione, uti apud Cic. I. ep. IX. n. 14. *interrogatio*: ubi, ſi tanti, obſervatiunculam noſtram legas. Habes *exſecrationis* expoſitionem apud Liv. X. *c.* XXXVIII. *Jurare cogebatur diro quodam carmine in* exſecrationem capitis familiaeque & ſtirpis *compoſito*, *niſi iſſet in praelium*, *quo Imperatores duxiſſent: & ſi ipſe ex acie fugiſſet*, *aut ſiquem fugientem vidiſſet*, *non extemplo occidiſſet*. Nudum vocabulum adhibet Cic. pro Sext. *c.* VII. *Hunc Cn. Pompejus omni cautione*, *foedere*, exſecratione *devinxerat*. Tacit. IV. Hiſt. *c.* XV. n. I. *barbaro ritu & patriis* exſecrationibus *univerſos adigit*. Juſtin. III. *c.* IV. *graviſſima ſe* exſecratione *obſtrinxerunt*, *non prius*, *quam Meſſenam expugnaſſent*, *reverſuros*. Et hac ſignificatione reſpondet Graecorum ἐξορκίσμὸν, vide Selecta Hiſtorica & Litter. Obſerv. I. de Exorciſmo Litterario §. I. & 2. adde Briſſon. I. de Formul. p. 110. Non abeunt itaque a vero Gloſſae MSS. qui explicant, *poſt juramentum*.

SICUTI. Multa in ſacris ſollemnia, quae cum his Catilinae factis ſimilitudinem habent, & *Paterae*, ut vidimus, & *exſecratio*, & *deguſtatio*. De *exſecratione* vide omnino Liv. I. *c.* XXIV. Virg. XII. *v.* 175. ſeqq. in foederis confirmatione, quam, etiamſi *precationem* ſcriptor appellaverit, obſervavit in confirmandis ſuis promiſſis Annibal apud Liv. XXI. *c.* XLV. quibus omnino junge Senec. Thyeſt. *v.* 691. ſeqq. *Deguſtationis* & *Vini mixtionis* in ſimili cauſſa meminit Hom. Iliad. Γ. *v.* 268. vid. doctiſſimam obſervationem Dan. Heinſ. ad Sil. I. *v.* 119. p. 13. & 14. & haec quidem maxime in ſollemnitate foederum obſervata, quae saepiſſime pacta ſunt *ſanguine*. vid. Lipſ. ceteroſque ſupra citatos. Sed erat etiam *deguſtatio* in aliis ſacris ſollemnibus, ubi diis libarent, cum aliqua *invocatione* eorum conjuncta, de qua vide Virg. II. Georg. *v.* 529. & Laurent. Polym. IV. Synopſ. VII. item Var. Sacr. Gentil. *c.* XIX. Nam ad *deguſtationem* vini novi Criſpum reſpicere, vix aliquis putarit; etſi & illi dies quaedam ſacra erat, quae *Meditrinalia* dicta, de qua Feſtus p. 234. Varro V. de L. L. *c.* III. Lipſius l. c. de vini cum ſanguine mixtione ejuſque deguſtatione certo capit, & putat eam veteribus Romanis in ſacris ſollemnem fuiſſe. Mihi tamen ad ſollemnia carmina (exſecrationem) quae deguſtatione cujuſcumque libaminis confirmata ſunt, haec verba referre placet.

IN SOLLEMNIBUS SACRIS. Haec eſt Orthographia, quam non magis ſuppeditant Eccard. Heuſſ. Guelf. I. 9. & II. ubi *ſolemnibus*, quam Fabric. I. Sen. I. Baſ. I. Guelf. 2. 3. 4. & 5. ubi *ſollempnibus* omnibus litteris exaratum eſt. Sed omnium caſtiſſime Vin. I. qui ſancte *ſollemnibus* exhibet. 2. *ſollennibus*, quomodo tam *m*, quam *n* notare ſolet ille Codex. Illud *p*, quod optimis Codd. adhaeret, ex pronunciatione, ut pleraque talia, ortum traxit: &, quod nos expreſſimus, illud habent vetuſtiſſima monumenta, Lapides, Pandectae & Virgilius Florentini, quod poſt Aldum Manutium egregie oſtendit H. Noriſius Diſſert. IV. in Cenot. Piſ. *c.* VI. De proprietate Vocis multa diſputant Fr. Sanctius in Min. IV. *c.* XVII. ad eamque Perizonius. Quae hodie quoſdam obtinet opinio quaſi eſſet a *Soleo* & *anno*, ea fuit jam Auguſt. Tom. X. Serm. II. Fer. II. Pentecoſt. hanc redarguunt Feſtus & alii, etſi ille *anni* tamen influxum in Vocem admittat. Cum tamen potius ſit, cum Sanctio, ſyllabas *omnis* pro ſola productione vocis Oſcae *Sollo*, a qua vetuſtiſſimi derivant, reputare: qualem obſervare licet in *modeſtia*, *tempeſtas*, *legitimus*, aliis; niſi malueris mecum a *Sollo* & *Omni* deducere, quod paullo fuſius demonſtravi Diſſ. IV. de Uſu Orth. Lat. *c.* III. §. XVII. num. 4. Litteram vero *m* in ſcriptura retinendam eſſe, etiamſi in pronunciatione *n* pro illa audiatur, docebit Caſſiodorus ex Papiriano p. 2294. In Guelf. 4. 7. 10. Incert. 2. Baſil. 3. *ſollemnitatibus ſacris* invenias, varia ſcriptura. Sed *ſacra ſollemnia* plurimi dicunt, in eis Lucret. V. *v.* 1163.

Suſcipiendaque curavit ſollemnia ſacra.

Arnobius VII. adv. Gent. ſacrificiorum ſollemnium *munia*. Florus I. *c.* XIII. n. 16. *qui* ſollemne ſacrum *in Quirinali monte conficeret*. Sic Cicero cum aliis Phil. V. *c.* IX. *ſacrificia ſollemnia*.

FIERI CONSUEVIT. Haec facile pateretur reſcindi Gruterus; Non vero noſtri Codd. niſi ita interpretari volueris, quod Rem. I. Vinar. I. & Fabric. I. habeant *fieri ſolet*. Quare rectius crederem unum *fieri* delere, ut eſſet: *ſicuti in ſollemnibus ſacris conſuevit*, intellecto *deguſtari*, aut

dictitare, feciſſe, quo inter ſe fidi magis forent, alius alii tanti
3 facinoris conſcii. Nonnulli ficta haec, multa praeterea exiſtumabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quae poſtea orta eſt, leniri credebant

aut potius *fieri*, uti *c.* XXIX. n. 2. & alibi ſaepiſſime. Denique hanc veluti Parentheſin mallem ſtatim verbis *poſt exſecrationem* adjungi: quia ita & apertior poſitus, & oratio ipſa numeroſior. multas hujuſmodi trajectiones dari in Noſtro, dixi ad Jug. *c.* LXIII. n. 6. & ad Cat. *c.* VII. Excurſ. II.

ATQUE EO, DICTITARE, FECISSE. Atque *dictitabant* (illi, qui ſanguinem Catilinam circumtuliſſe, dicebant) ideo illum feciſſe. Vide EXCURSUM III. ad hunc locum.

FIDI MAGIS FORENT. Vulgo: *magis fidi forent*. Sed illo ordine Vinar. 1. Incert. 2. Baſil. 3. Guelf. 1. 4. 5. & 10. aliquot etiam I. Waſſii. locum mutat in Guelf. 3. & 11. Dictum, uti *diſſimilis longe*, *culta maxime* & alia apud probatos: uti infra *c.* XXXIII. extr. ulti maxume *ſanguinem noſtrum*. *c.* LI. num. 23. *grave nimis*. item ut *poſt paullo*; vide ad Jug. *c.* CVI. num. 3. *inter ſe*, uti Plautus Trucul. A. II. Sc. IV. *v.* 30.

Cum inter nos *ſorderemus unus alteri*.

adde notulam ad Epiſt. Lepidi Cic. X. ep. XXIV. num. 7.

ALIUS ALII CONSCII. Guelf. 3. *alii tanti alius facinoris conſcii.* in 12. vero fuit primitus *conſcius*. Sed *alius* cum ſit vox diverſitatis, vide *c.* II. n. 3. recte plurium numerum adſciſcit, reſpice ad *c.* VI. n. 2. & VII. n. 1. adde notam ad Jug. *c.* XXVIII. n. 2. *alii* Dandi caſus ne te perturbet, faciet Auctor II. de Rep. Ord. ſibi *quiſque conſcius*, & Curt. VI. *c.* X. n. 20. *ſi conſcius* Dymno *tanti ſceleris fuiſſem*. Sed Palmerius emendat *alis ali*, ex fragmento Colonienſi, in quo reperit *aliis alii.* vide autem quae de eo ad *c.* LX. num. 6. In re ſimili fere Caecilius apud Minuc. Fel. *cap.* IX. *hac foederantur hoſtia: hac* conſcientia ſceleris *ad ſilentium mutuum pignerantur*. Plura vide in Gronovii Scholis. Sed *fruſtra ſilentium & fidem in tot conſciorum animis & corporibus* exſpectavit Catilina, quod illi ſtatuebant apud Tacit. XV. Ann. *c.* LIX.

3. ET MULTA PRAETEREA. Copula deficit Baſil. 3. cujus credo locum tuetur *praeterea*. aeque commode, ut *c.* XLVII. n. 1. *Autronium*, *Sullam*, *multos* praeterea *in ea conjuratione eſſe*. Jug. *c.* IV. n. 4. *P. Scipionem*, praeterea *praeclaros viros ſolitos dicere*. & LXXXIV. n. 1. CIX. n. 4. quamquam Lucret. VI. *v.* 797. *Multaque* praeterea *languentia membra per artus ſolvunt*. adde *c.* I. n. 4. Male ergo quidam: & *haec* & *multa praeterea:* quomodo Vinarienſes aliique. male etiam Struv. & Incert. 2. *& multa alia praeterea*.

CICERONIS INVIDIAM. *Invidiam* paſſive intellige, qua invidioſus fuit Cicero. dupliciter enim ſumi docuit Quinctil. VI. *c.* II. p. 521. *Et metum tamen* duplicem *intelligi volo*, *quem* patimur, *& quem* facimus: *&* invidiam, *namque altera* invidum, *altera* invidioſum *facit*. *Hoc autem hominis*, *illud rei eſt*. Nove diceres *die Verhaſſtheit*. Saepiſſime ita ea voce utitur Cicero, qui propter ambiguitatem eam invidiam, qua invident, maluit *invidentiam* dicere III. Tuſc. Qu. *cap.* III. *Odium* non ita proprie vertes, quia eſt illorum, quos aliorum *invidia* irritat. Hinc Sulpic. Sever. Dialog. II. *c.* VIII. monachorum ſibi *odia* concitaſſe ſcribit, additque: *ne etiam hoc ad meam referatur* invidiam. Id. II. H. S. *c.* XXIX. *Sed opinio omnium* invidiam *incendii in principem retorquebat*. adde Dial. I. *c.* VII. Sic ſupra *cap.* XVII. *Pompejus Craſſo* inviſus *fuiſſe* dicitur & infra *c.* XLII. *belli graviſſumi* invidiam *optumo Conſuli imponeret*. & Jug. *cap.* XXV. *quod in* invidia *res erat*. Liv. XXII. *cap.* XXXIV. *aliena* invidia *ſplendentem*. mox: *per* invidiam *eorum favorem candidato ſuo conciliabat*. adde Manut. ad Cicer. I. epiſt. I. Barth. VI. Adverſ. *c.* IX. Erhardum ad Petron. Sat. *cap.* XIV. Supra *ab iis* & *ab his*, pro more, in MSS. variat. Quod utinam ſatis argumenti eſſet, ad ejiciendum. Nam Salluſtius Demonſtrativa Pronomina cupidiſſime omittit. Vide ad *cap.* LVIII. n. 17.

QUAE POSTEA ORTA EST. Adeo, ut jam ipſo Ciceronis anno novi tribuni plebis Ciceronem vexare inciperent, quos Cicero accerſito Sextio repreſſit. Multi tamen praeterea erant, quibus injuſte Lentulus, Cethegus & reliqui caeſi videbantur, Plut. Cicer. p. 872. quae res tantum valuit, ut Tullius denique, Clodio, aliiſque adnitente, in exſilium ejiceretur, Idem p. 876.

LENIRI CREDEBANT. Minui. Sueton. Domit. *c.* XI. *atrocitate poenae conterritus*, *ad* leniendam invidiam *interceſſit*. Sic Cicer. IV. Cat. *c.* VI. *dolorem ac cruciatum* lenire. Victor Caeſ. *c.* VI. *lenire tumultum*. Tacit. I. Ann. *c.* XII. *nec ideo* iram *ejus* lenivit, *pridem inviſus*. Auctor Dialog. de Orat. *c.* XXXI. *ut facilius iram judicis vel* inſtiget, *vel* leniat. Vinar. 2. *leniri poſſe credebant*.

4. PRO

Digitized by Google

bant atrocitate ſceleris eorum, qui poenas dederant. Nobis ea res 4
pro magnitudine parum comperta eſt.

CAP. XXXIII.

XXIV.
SEd in ea conventione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, 1
flagitiis atque facinoribus coopertus; quem Cenſores Senatu probri

4. Pro magnitudine. Cum adeo magna ſit, non facile ex rumore pro comperta narraverim. documenta enim rei magnitudini eſſent aequanda. Sic Jug. *c.* xlii. extr. *Sed de ſtudiis partium & omnibus civitatis moribus ſi ſingulatim, aut* pro magnitudine *parem diſſerere, tempus quam res maturius deſeret*. Plura ad ea Jug. xiv. *quibus* pro magnitudine imperii *jus, & injurias omnes curae eſſet decet*, & quaedam infra *c.* xxxv. n. 4. Tali autem delectu, veluti ſale, condienda eſt pragmatica Hiſtoria, inquit Boeclerus ad Herodian. iii. *c.* vii. num. 8. qui hiſtoricos memorat *ὐ πρὸς χάριν, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν λέγοντες*. Similiter Caeſ. vii. B. Gall. *c.* v. extr. *Quod nihil nobis conſtat, non videtur pro certo eſſe ponendum*.

CAP. XXIII. 1. Sed in ea conjuratione. In laudatiſſimo Guelf. 5. Rem. 2. & Fabric. 2. eſt *conventione:* aliud etiam quid,' quam *conjuratione*, prima manus ſcripſerat in Guelf. 1. & Vinar. 1. Editores hic omnes tacent. Sed eam vocem non eſſe negligendam, Varro docebit v. de l. l. *c.* ix. ubi aliquoties pro *concione* & *conventu* ponitur. Defendit non magis ibidem Joſ. Scaliger, quam Stewechius ad Veget. iii. de R. M. *c.* iii. p. 151. Nec raro, quod hic ſimul tetigit, Verbalia pro Nominibus, quartae inflexionis uſurpantur. Sic *partio* pro *partu* cum Plauto Gellius x. *c.* ii. *mulierem in Aegypto uno* partu *quinque pueros enixam; eumque eſſe finem multijugae hominum* partionis. Infra i. de Rep. Ord. *quae res populos nationesve magnis* auctionibus *auxiſſet*. ſic eſt in MSS. pro *auctibus* & vulgato *auctoribus*. Sic *actio* & *actus*, *venatio* & *venatus* cum pluribus promiſcue dicta probare poſſem, niſi ipſa *conventionis* vox librariis non adeo familiaris ſe ſatis tueretur. Reſpicit autem & *cap.* xvii. n. 2. *Eo convenere:* & *c.* xx. n. 1. *ubi eos* conveniſſe *vide:* & *cap.* xxi. extr. conventum *dimiſit*. In iſta itaque *conventione* etiam Curius fuit.

Q. Curius. *Lucius* Praenomen habet Senat. 2. & habuit initio Guelf. 4. At Appianus ii. Civ. p. 429. Κοΐντον Σπέριον vocat. male.

Haud obscuro loco, i. e. *genere*. Gloſſ. MSS. Sic Cic. pro Balbo *c.* iii. *Hunc enim in ea civitate, in qua ſit natus, honeſtiſſimo* loco *natum eſſe concedis*. & ſic Idem pro Plancio *c.* vi. Laelio *cap.* xxv. ubi plura Graevius. Juſtin. xv. *c.* iii. in. *Erat hic Lyſimacus illuſtri quidem Macedoniae* loco *natus, ſed virtutis experimentis omni nobilitate clarior*. C. Nepos Eumene *c.* 1. *nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto* loco, *& fide & induſtria cognita*. Zeno Veron. exquiſitiſſimo illo Sermone xxv. de Praecepto *Attende tibi: Qui ſi ignobilis es, obſcuro* loco *natus, pauper ex pauperibus procreatus*. adde quae proferuntur ad Jug. *c.* lxiii.

Flagitiis atque facinoribus. *Atque* non eſt in Senat. 1. ac tantummodo inter lineas in Fabr. 1. & Manutio olim *facinoribus* ſupervacuum viſum. Sed differentiam quae *flagitia* inter & *facinora* eſt, cum plurimi ignorent eruam tibi ex Auguſt. iii. de Doctr. Chriſt. *c.* x. *Quod agit*, inquit, *indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus* ſuum, flagitium *vocatur. Quod autem agit ut* alteri *noceat*, facinus *dicitur. & haec ſunt duo genera omnium peccatorum*. & quae ſequuntur. P. Africanus apud Gell. vii. *c.* xi. pro *flagitiis*, *nequitiam;* & pro *facinoribus*, *malitiam* habet, & in his omnia probra eſſe adſerit. Hinc Cicero Divinat. *c.* 1. *quas res* luxuries *in* flagitiis; crudelitas *in* ſuppliciis - *efficere potuiſſet: eas omnes ſeſe hoc uno praetore per triennium pertuliſſe*. ibi Scholiaſtes: *propria ſingulis reddidit*. A Noſtro certe ea diſtinctio obſervata *c.* xiii. n. 3. 4. ubi docuit juventutem a luxu & libidinibus ad facinora proſiluiſſe. *cap.* itidem xiv. primo recenſet *flagitia*, adulteria, impudicitiam, crapulas; deinde *facinora* parricidia, perjuria, alia. Haec diverſa exprimas per *malum pravumque*, uti *c.* v. n. 1.

Coopertus. Guelf. 9. *coopertis*. Sed vulgatam defendit Criſpus Jug. *c.* xiv. *coopertus miſeriis*. qui & cum Catone *coopertus foenoribus* dixit, teſte Gellio ii. *c.* xvii. Cicer. 1. Verr. *cap.* iv. *tot, tantis, tam nefariis ſceleribus* coopertus. Tacit. iii. Ann. *c.* lxiii. *opertus infamia*.

Censores. Inter quorum officia fuit etiam *aeſtimatio morum:* hinc non quidem *punire*, ſed

2 probri gratia amoverant. Huic homini non minor vanitas, quam auda-

notare dicuntur, eorumque animadverſio *ignominia*, non *poena*, etſi vel ſic cum *damno* eſſet conjuncta, Gellius VII. *cap.* XVIII. inde & *morum magiſtri* dicti, Cic. III. Fam. epiſt. XIV. Metraphraſt. Eutrop. II. *c.* IV. n. 7. Sic coercent *libidinem*, apud Cic. de Senect. *cap.* XIII. *perjuria*, III. Offic. *cap.* XXXI. *Compotationes*, & *prodigentiam*, Sueton. Tib. *c.* XLII. Gellius II. *c.* XXIV. IX. *c.* XII. & omnia alia quae ad *mores* referuntur, Sueton. Claud. *c.* XVI. Valer. Max. II. *c.* IX. Quam late patuerit, quantaeque fuerit auctoritatis, pluribus exponunt Livius IV. *c.* VIII. & Treb. Pollio Valerian. *cap.* II. Qua de cauſſa ipſi Caeſares hoc munus ſibi ſumſerunt, etſi *Praefecti morum*, quam *Cenſores*, dici mallent, Prudent. II. in Symmach. *v.* 433. Gellius IV. *c.* XX. *Cives Cenſores ſic notabant*, inquit Aſconius in Cic. Divinat. *c.* III. *ut qui Senator eſſet, ejiceretur Senatu, qui Eques R. equum publicum perderet, qui Plebejus, in Caeritum tabulas referretur, ac per hoc non eſſet in albo Centuriae ſuae*. Lipſius IV. Polit. *c.* XI. Principibus auctor eſt reducendae Cenſurae morum, ubi ſimul quid ſit notandum, quae conſtituenda poena, & alia huc pertinentia curatius expoſuit,

SENATU. Sic Codd. quibus plurimum auctoritatis ineſt. at Rem. 1. Incerti, Struv. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 7. 8. 9. 11. 12. & a manu ſecunda 1. & 3. *a Senatu*.

PROBRI GRATIA. Guelf. 6. *dedecoris gratia*, manifeſta Gloſſa, ſed non tanti valoris, quanti aliae Gloſſae, quae *propter probrum* exponunt. Aliter Caeſar apud Auct. B. Afric. *c.* LIV. *ob eas res*, ignominiae cauſſa, *ab exercitu meo te removeo*. Sed Gellius IV. *c.* VIII. *Hunc Fabricius ſenatu movit*, ob *luxuriae notam*. lex 2. D. de Senat. *qui* propter turpitudinem *ſenatu motus nec reſtitutus eſt*. *Gratia* autem pro *Cauſſa* antiqui ſaepe dicebant, vide Donat. ad Andr. A. II. Sc. VI. *v.* 2. & A. III. Sc. IV. *v.* 8. Hinc A. Victor. Caeſ. *c.* IX. *Senatu motus* probroſior *quisque*.

AMOVERANT. Rivius ex uno MS. praefert *moverant*. Noſtri uno ore *amoverant*, praeter Vinar. 1. & eos, qui a Librariis corrupti, in queis Senat. 2. & Guelf. 6. qui *ammoverant*, quomodo etiam ed. vet. unde ſcriba Guelf. 9. fecit *admoverant*, quia ſcilicet *ammonere*, *ammirari*, *ammittere* homines illius ordinis ſaepe in MSS. dederunt, *am* pro *ad* ſcribentes. Sed *amovere*, vetuſtiſſimis frequentatum, bene habet. Sic in Legg. XII. Tabb. *Feriis jurgia* amovento: & eodem, quo Noſter, ſenſu Cic. de Aruſp. Reſp. *c.* XV. *Quaeſtorem a ſua frumentaria procuratione Senatus* amovit. Plaut. Truc. Act. 1. Sc. 1. *v.* 64. *me exinde* amovit *loco*. & ſic ille ſaepe. Fateor tamen ceteros pleroſque *Senatu movere* dixiſſe, quod ſupra modo citati confirmabunt, & praeterea Jo. Savaro ad Sidon. 1. epiſt. III. Quod ad Cod. Rivii & Vin. 1. attinet, in eis propter praecedens *a* alterum periiſſe, veroſimile eſt. Sic apud Corn. Nep. Pauſan. *c.* IV. ex *ne enunciares* factum: *ne nunciaret* ibid. *c.* II. *ſe adjuvante te redacturum*, ubi plurimi *te* omittunt. apud Sueton. Aug. *c.* LXIV. pro *Ac nihil aeque elaboravit*, quod eſt in vetuſtiſſimis membranis, vulgo circumferunt *laboravit*. Sic Nic. Heinſius Ovid. Heroid. Epiſt. IV. *v.* III. reſtituit: *Niſi ſi manifeſta negamus* cum vulgo pro altero ſi *nos* circumferretur. eadem particula etiam alibi a *Niſi* devorata eſt. Adde quae viri docti ad Juſtin. XII. *c.* IV. n. 1. & XV. *c.* IV. n. 13. Similes errores tetigi ad *c.* II. n. 3. XV. extr. XIX. n. 3. XX. n. 9. Jug. *c.* LXIII. n. 1.

2. VANITAS. Omnium rerum *inconſiderantia*, quo Apollinaris ducit apud A. Gellium XVIII. *cap.* IV. magis vero Arruntius inter Auctores L. L. p. 1356. Livius de Metio Suffetio 1. *c.* XXVII. *invidia vulgi* vanum *ingenium dictatoris corrupit*. Phaedrus V. Fabr. VI. *Ubi* vanus *animus aura captus frivola - Facile ad deriſum ſtulta* levitas *ducitur*. Idem 1. Fab. XXII. *v.* 8. vanum *beneficium* dixit, quod ſpeciem habet, ſed nullum eſt: quo conferas Serv. ad Aen. II. *v.* 715. adde Sulpic. Sev. Dial. 1. *cap.* XX. & ſeq. ut & XXV. qui mox *ſuperbiam* & *inflationem*, mox *jactantiam* cum *vanitate* conjungit: & Nonium Marcell. *cap.* IV. vide *c.* LI. n. 37.

INERAT. Sic vulgo: *Non minor vanitas* inerat. At in Sen. 1. deeſt, & inter lineas prima manus Gloſſam poſuit: *ſc. fuit*. Defuit etiam initio Guelf. 2. cui recentior multo manus ſupraſcripſit. locum mutat ut in aliis, ſic in Baſil. 2. quare juſſi hinc faceſſere, cum ſaepius jam monitum ſit, a Salluſtio admodum raro Verbum Subſtantivum in ejusmodi poſitu adhibitum eſſe. Simile plane mendum ſuſtuli *c.* XVII. n. 2. Omittit etiam Sulpic. Vit. Mart. *c.* II. *multa* illi *circa commilitones benignitas*. adi & notam ad *c.* XX. n. 13. alia res eſt *c.* XXV. extr. ubi nullum poſuit Pronomen, quod hic ſenſui integrando legitur.

NEQUE RETICERE, QUAE AUDIERAT. Non mirum in vano homine. Sed eſt etiam aliis *quaedam dulcedo ſermonis, quae irrepit & blanditur, & non aliter quam ebrietas, aut amor ſecreta producit*, Sen. ep. CV. lege quae ſequuntur, & delectaberis.

Me-

Digitized by Google

audacia ; neque reticere , quae audierat , neque ſuamet ipſe ſcelera occultare. prorſus neque dicere , neque facere quidquam penſi habebat . Erat ei cum Fulvia , muliere nobili , ſtupri vetus con- 3
ſuetudo ; cui cum minus gratus eſſet , quia inopia minus largiri pote-

Merito a Chilone apud Laertium inter tria difficilia refertur *τὸ τὰ ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι*. Perſae tamen apud Curt. IV. *c.* VI. n. 6. *nullam magnam rem ſuſtineri poſſe ab eo , cui tacere grave ſit , quod homini facillimum voluerit eſſe natura* , non minus recte , quam ſapienter ſtatuerunt. ubi, ſi lubet, Freinshemium legas.

Suamet ipse. Sic ex noſtris Guelf. 4. 5. 11. Fabric. 2. Baſil. 1. a prima manu, Senat. 1. & a correctore Struv. At Eccard. Acad. Fabr. 1. Heuſſ. Sen. 2. Vinar. 1. Incert. 2. a prima manu, & 1. pro varia lectione, Guelf. 2. 7. 8. 9. 12. *ſuamet ipſa :* Guelf. 1. 3. & Rem. 2. *ſua & ipſa*. Incert. 1. *ſua ipſemet*. Baſil. 1. uti corruptus eſt, *ſua & ipſe*. unde in ed. vet. & Vinar. 2. tantum *ſua ipſe* , & in Guelf. 10. plane *ipſe* non apparet . Sed genus dicendi idem , quod ſupra *c.* XX. n. 5. *niſi nosmet* ipſi *vindicamus* . Sic Jug. *c.* VI. *minimum de ſe* ipſe *loqui* . *c.* XLI. *quoad ſemet* ipſa *praecipitavit* . *c.* LXXXV. ipſa *ſe virtus ſatis oſtendit* . Gemina autem ibid. *cap.* VIII. extr. *ſin properantius pergeret* , ſuamet ipſum *pecunia praecipitem caſurum*. & *c.* XXXI. n. 6. ſuomet ipſi *more praecipites eant*. ubi & ſimiles turbae.

Neque dicere, neque facere. Adeoque nihil plane penſi habebat. Gloſſae quidem *dicere* trahunt ad id , quod non mode gloriatus ſit temere, ſed etiam fidem prodiderit conjurationemque aperuerit . Sed eſt de formula Latina, qua per *dicere* & *facere* ſive *facta* & *dicta* omnia omnino exprimunt. 1. de Rep. Ord. extr. *ad reprehendenda aliena* facta *aut* dicta . Jug. *c.* LXIV. *neque* facto *ullo*, *aut* dicto *abſtinere*, *quod modo ambitioſum eſſet*. Liv. XXVI. *c.* XV. *queis neque quid* facerent, *neque quid* dicerent, *quidquam umquam* penſi *fuiſſet*. Petron. Sat. *c.* XCIX. *daturum operam , ne aut* dicam , *aut* faciam *amplius* , *quo poſſet offendi* . ibi plura Burmannus, uti & ad illa Velleii II. *c.* XLV. *Homo audax*, *quique* dicendi, *neque* faciendi *ullum*, *niſi quem vellet noſſet modum* . de *penſi habere* dictum ad *c.* V. n. 6.

3. Fulvia. Viliſſimum ſcortum, ſed parricidii innocens, inquit Florus. vide de illa Plutarc. Cic. p. 868. *γυνὴ τῶν ἐπιφανῶν*. adde Appianum II. Civ. p. 429.

Stupri consuetudo. *Conſueſcere* pro rem habere, & proprie in ſtupro dici, notavit Donatus ad Terent. Hec. A. IV. Sc. I. v. 40. *Conſuetudinem* tamen etiam in officiis conjugum honeſte poſuit Sueton. Neron. *c.* XXXV. Quare nihil hic ſuperfluum. Eutrop. VI. *c.* XVII. *Caeſar regnum Cleopatrae dedit*, *cum qua* conſuetudinem ſtupri *habuerat*. Juſtin. VIII. *c.* VI. *ſimulato amore ad* conſuetudinem ſtupri *perpulit*. Sueton. Cal. *c.* XXIV. *cum omnibus ſuis ſororibus* ſtupri conſuetudinem *fecit*. Curt. IV. *c.* X. n. 31. *deſiderium captivae profecta a* conſuetudine ſtupri *ortum eſſe conjectans*.

Cum minus gratus q. i. minus. Quidam de ſcriptis libris omittunt *cum*, propter ſimilitudinem Pronominis *cui*. Eſt & hic locus in eis, quibus utuntur, qui Tautologiam Salluſtio impingunt. Sed eam quidem , ut haec eſt , nec Ciceronem, nec alium ſummum auctorem vitaſſe prodidit Quinctil. VIII. *c.* II. adde IV. *c.* II. & Boecler. ad Vellej. I. *c.* III. Ciceronis exempla & Caeſaris olim quaedam congeſſimus , cum Curt. VII. *c.* VIII. n. 9. ita emendaremus : *magnitudine* animum *aeſtimantibus* , *modicus* animi , *haud quaquam famae par videbatur* . alia ad Cic. I. ep. V. n. 8. Sic Ovid. Her. Ep. II. *v.* 39. 40.

Per Venerem , nimiumque mihi facientia tela ,
Altera tela *arcus* , *altera* tela *faces* .

Juſtin. XLI. *c.* II. *in* tantum *protulero* , *ut non* tantum *profunda* , *verum etiam ardua occupaverint* . Capitolin. Albino *c.* VII. *Te quaeſo, ut eo* animo *remp. regas* , *quo dilectus es frater* animi *mei* . Sic ſupra *c.* VIII. aliquoties *res* poſuerat Noſter *c.* XII. *coepit* , *atque* , *deorum* invenies repetita, non magis quam apud Cic. pro Domo *c.* XLI. adde *c.* XVII. num. 5. XXI. num. 3. XXX. extr. XLVII. n. I. n. XLVIII. n. 6. LIX. n. I.

Quia inopia. Ex inopia. Sic cum multis Apulej. Apolog. p. 324. *ſi ratum futurum eſt*, *quod quisque in epiſtola ſua vel* amore , *vel* odio *cujuspiam ſcripſerit* . Confer Gronov. ad Sen. VI. Ben. *c.* VIII. noſtra ad *c.* XXXI. num. 3. *Quia* revocavi ex MSS. & ed. vet. pro *quod*, hodie vulgato ; neque ante Aldinam in quodam Codice aliter lectum eſſe crediderim . Ceterum ingenium iſtud meretricularum ſaepe depingit Plautus , ut Menechm. Act. I. Sc. III. v. II. *Meretrix tantiſper blanditur*, *dum illud* , *quod rapiat* , *videt*. Aſin. Act. I. Sc. III. *v.* 84. Moſtell. Act. I. Sc. III. *v.* 25. Pſeudol. Act. I. Sc. III. *v.* 21. ſeqq.

Digitized by Google

poterat, repente glorians maria monteſque polliceri coepit; minari interdum ferro, niſi obnoxia foret: poſtremo ferocius agitare,
4 quam ſolitus erat. At Fulvia inſolentiae Curii cauſſa cognita, tale periculum reipublicae haud occultum habuit; ſed, ſublato auctore, de Catilinae conjuratione quae quoque modo audierat com-

MARIA MONTESQUE POLLICERI. *Montes*, pariter ut *maria* de magnitudine & multitudine dicunt, ut Plaut. Moſtell. Act. II. Sc. I. *v.* 5. *mali moeroris* montem *maximum conſpicatus ſum*. Lucret. VI. *v.* 158. *concreti* montes *nimborum*. adde Turneb. XIX. Adverſ. *cap.* XIV. Barth. ad Stat. V. Theb. *v.* 339. Scaliger. Catull. Carm. XCVI. p. 185. ubi tam *χρυσίου πόρον*, quam nude *πόρον* & *mare* de magna multitudine tibi monſtrabit. Inde potius Proverbium iſtud tractum dicerem, quam ab aurariis montium quorumdam, quo tamen idem Adrianus inclinat XXIX. *c.* II. Alterum facilius defendas ex Terent. Phorm. Act. I. Sc. II. *v.* 18. *modo non* montes auri *pollicens*. & Perſio Sat. III. *v.* 65.

Et quid opus Cratero magnos *promittere* montes.

Eraſmus certe Chil. I. Cent. IX. n. 15. cum vidiſſet & *maria auri* & *montes auri* promiſcue, *montes* etiam *promittere* nude dici, tandem ſtatuit in ſolo nomine *Montis* hyperbolen eſſe quaerendam, non in auro. Sin alterum malueris, *maria* ad *flumina*, quae aurum vehere dicebantur, referenda eſſe dicas, vide Curt. VIII. & de *Oceano* Indico gemmifero praeter illum & Interpretes Plin. IX. *c.* XXXV. mihi mea tamen opinio firmo talo ſtare videtur.

MINARI INTERDUM FERRO. *Ferri* nomine omne telorum genus continetur, quod Tacitus pluribus locis evincit. vide *c.* LVIII. n. 7. Sub veſte igitur armatus fuerit hicce audaculus, cum aliter Romae cum telo eſſe non liceret, vide ad *c.* XXVII. n. 2.

NISI OBNOXIA FORET. Edd. aut *ni ſibi*, aut *niſi ſibi*, ante Gruterum, qui *ſibi* recte ejecit. Adſentiunt MSS. noſtri plurimi & meliores. Forte & ſupra *cap.* VI. ext. Pronomen iſtud tollendum, ubi vulgo: *binosque imperatores* ſibi *fecere*. Saltem hoc teſtari poſſum, Inc. I. non adfuiſſe. & ſolet ita Salluſtius, uti *cap.* XXIV. n. 3. XXXI. n. 7. & Jug. *c.* X. *neu malis alienos adjungere:* ubi *tibi* immittunt quidam MSS. Lamprid. Elagab. *cap.* XXII. *quae populus tam libenter accepit, ut eum imperare* (ſibi) *gratularentur*. Et *obnoxius* quidem ſine caſu, & ubi vulgo addiderant *ſibi* habuimus *c.* XIV. n. 6. ubi & de voce *obnoxia* videas, quam hic in re turpi pro *morigera* poſuit. Sic Tacitus de Mneſtere XI. Ann. *c.* XXXVI. *reminiſceretur vocis, qua ſe* obnoxium *juſſis Meſſalinae dediſſet*. adde Ei. *c.* XIII. & XLV.

FEROCIUS AGITARE. *Agere* omnia, ſeſe gerere. Jug. *c.* LXIII. *Semper in poteſtatibus eo modo* agitabat, *ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur*. & ſic alibi. Sed conſideres amabo, quae Plautus Mercat. Act. I. Sc. I. *v.* 24. ſeqq. *Sed* amori *accedunt etiam haec, Ineptia, ſtultitia, temeritas Incogitantia, excors immodeſtia - Multiloquium, quia, quae nihil attingunt ad rem, nec ſunt uſui, haec amator profert ſaepe adverſo tempore*.

4. INSOLENTIAE CURII CAUSSA C.) Hic ed. vet. & Vinar. 2. *inſolentia viri, cauſſa cognita*. MSS. aut *inſolentia;* aut, ut Senat. I. Baſil. 3. Guelf. 7. 9. ac, quod litura probat, primitus 12. cum Academ. *ex inſolentia Curii*. Rivius tamen vetuſtos memorat, ex quibus *inſolentiae* ſcribendum ſit: atque ſic eſt in Vinar. I. nec aliter Glareani Codex vetuſtus, Badius, Aldus, & Gruterus. Duriuſcula eſt compoſitio, quae mutationi cauſſa fuit: & quia *e* ſeparatim ſcribebatur, facile ab ſequenti *c* in *Curii* potuit abſorberi. Compoſitionem eamdem habes Jug. *c.* XXX. n. 3. *Cujus de libertate ingenii & odio* potentiae nobilitatis *ſupra diximus*. *cap.* XLIV. n. 4. *quantum* temporis aeſtivorum *in imperio fuit*. Tacit. III. Hiſt. *c.* X. *Rapiuntur arma, & ut* proditionis *ira* militum *in T. Ampium Flavianum incubuit*. ubi recte hanc omnium librorum ſcripturam defendit Gronovius. Cic. VI. ep. XX. n. 3. *de curatione aliqua* munerum regionum *cum Oppio locutus ſum*. ubi ſimilia, ſi non gemina, citata conferas.

HAUD OCCULTUM HABUIT. Significanter pro haud *occultavit*. Cic. VI. ep. II. n. 2. *ſtatutum habere*. VII. ep. III. n. 3. *ſollicitum* & Noſter Jug. *c.* X. n. I. *neque ea res* falſum *me* habuit. quomodo Tacit. II. Ann. *c.* LVII. *cunctaque non ideo* laetum *Germanicum* habebant. item *c.* LXV. *nihil aeque Tiberium* anxium habebat. & ſic ſaepiſſime.

SUBLATO AUCTORE. *Suppreſſo nomine auctoris*, Gloſſa MS. Alia *occultato*. vere. & qui aliter interpretantur, peccant in totam Hiſtoriam, uti librarius Baſ. 3. *ſublato auctore de medio*. *Tollere* pro *ſupprimere* habes apud Horat. II. ep. II. *v.* 122. & *menda tollere litura*, pro facere, ut non appa-

Digitized by Google

compluribus narravit. Ea res inprimis ſtudia hominum accendit ad 5
conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea ple- 6
raque nobilitas invidia aeſtuabat, & quaſi pollui conſulatum credebant,
ſi eum,

appareant, etiam Cicero dixit. Sed pro *reticere*, ut Noſter dixit, haud facile reperias: etſi, ſi omnia demus, a propria notione ita iſta deſumta eſt, uti Jug. *c.* LXXXII. *excruciatum* dixit, qui aegritudine & ira *male habitus* eſt. ubi plura.

QUAE QUOQUE MODO AUDIERAT. Sic Gruterus ex MSS. Palatinis, quod & nos in Guelf. 5. Sen. 1. Vinar. 1. &, prout emendatus eſt, Fabric. 1. invenimus: nec aliter ſcribere voluit Guelf. 1. ubi *quae* quo quo *modo*. (vide Jug. *c.* XXX. in.) Accedunt proxime Baſil. 1. & 3. Incert. 1. Guelf. 6. 7. 8. 9. Acad. Vinar. 2. & ed. vet. ubi *quae* & *quomodo*, qualem interpretationem particulae *que* ſupra etiam ex MSS. notavimus. Eccard. apertam Gloſſam exhibet: *ea quae audierat, & quomodo audierat*, uti & Guelf. 10. *& quomodo, & quae audierat*. Illi tamen omnes *τὸ que* defendunt. Sed Rivius maluit: *quae quomodo audierat*: & hoc placuit Burmanno ad Quinctil. VII. *c.* 1. p. 582. ubi Fabius: *In quo genere agenti eſt diſpiciendum, quid* quoque *loco diluat*. Ipſe ex Vallae libro mallet: *quid*, quo *loco diluat*, uti hic *quid*, quo *modo audierat*. & fateor me nullam plane copulam deprehendiſſe in Heuſſ. Guelf. 2. 3. 4. 11. 12. Fabric. 2. Baſil. 2. Sen. 2. Struv. Incert. 2. & Remenſibus. Plura etiam adducere poſſem, quibus appareret, a quibuſdam ſaepe copulam eſſe omiſſam, ut Plin. VI. epiſt. XXIV. *Quam multum intereſt, quid* a quo *fiat*. Lamprid. Elagab. *c.* V. *facta ſunt SCta ridicula de Legibus matronalibus*: quae quo *veſtitu incederent*, quae cui *cederet*, quae ad cujus oſculum *veniret*. Idem Severo *c.* XXXIII. *juſſit* quid, ad quos *judices pertineret*. Sic Inſcriptio Monoſtichii incerti auctoris:

Ungues Mercurio, barbam Jove, Cypride crines.

habet: quo die, quid *demi de corpore oporteat*. Jo. Saliſber. II. Policr. *c.* 11. quid, quo *tempore geri oporteat*. & in hoc quidem, ut & Plinio, voculis leviter verſis, nec ipſe ſenſus Conjunctionem requirit. At Noſter ſemper illam addidit, & ita quidem, ut non raro aut librariis, aut Interpretibus lapſui fuerit. Supra *c.* XXI. n. 1. quid *ubique opis, aut ſpei haberent c.* XXVII. n. 1. quem *ubique opportunum fore credebat*. *c.* XLVII. n. 1. *interrogatus*, quid, aut *qua de cauſſa conſilii habuiſſet*. ubi vide expoſitionem, quae vult ut hic ſenſus ſit: *quae audierat*, & quo modo ea *audierat* ſc. *parari* &c. Jug. *c.* XXX. num. 1. *Poſtquam* res *in Africa geſtas, quoque modo actae forent fama divulgavit*. Aliorum quidem exempla infra addentur, ſed Quinctilian. non omittam X. *c.* VII. pag. 951. *Deinde*, quid *quoque loco quaerant, ſcient*. ibi V. Cl. nihil ex libris ſuis varietatis notavit. Confer Virg. II. Georg. *v.* 256. ibique Servium & Pierium, de ſimili varietate nempe *quis cui*, & *quis cuique*, vel *quis cuive* differentes.

5. STUDIA H. ACCENDERAT. Jug. *c.* VI. extr. *adhoc* ſtudia *Numidarum in Jugurtham* accenſa. ibi vide.

CONSULATUM MANDANDUM. Tradendum, Committendum, quaſi *manu*, Cic. pro Planc. *c.* XXV. Sic Livius XXII. *c.* XXXV. *Nec cuiquam eorum, praeter Terentium Conſulem, erat* mandatus *honos, quem jam non antea geſſiſſet*: *quia in tali tempore nulli novus* magiſtratus *videbatur* mandandus. Horat. I. Sat. VI. *v.* 19. 20.

Namque eſto, populus Laevino mallet honorem
Quam Decio mandare novo.

6. INVIDIA AESTUABAT. Baſil. 1. initio acceperat *aeſtimabat*, ſed jam olim correctum *aeſtuabat*, quod eſt agitabatur, vide *c.* V. n. 7. Plin. IV. epiſt. XI. *Fremebat enim Domitianus*, aeſtuabat*que ingenti* invidia. Cic. II. Verr. *c.* XXX. *Itaque* aeſtuabat *dubitatione*. Juſtin. I. *c.* X. aeſtuante *rege*. Plin. IX. ep. XXXIV. *Explica* aeſtum *meum*. i. e. dubitationem, qua animus meus agitatur.

QUASI POLLUI. Aptum *Invidiae* verbum & ſimilia Ariſtotel. II. Rhet. *c.* X. & XVII. Noſter Jug. *c.* LXIII. extr. *Novus* quaſi pollutus *habebatur*. Lamprid. Elagab. *cap.* XI. *Omneſque dignitates* polluit *ignobilitate hominum perditorum*.

CREDEBANT. Hanc dicit Gruterus unanimem MSS. lectionem, quam ex noſtris Incert. 2. Senat. 1. Struv. omnes Baſileenſes, Fabric. 2. Acad. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. & 10. confirmant. Fabriciano 1. initio plane defuit, poſtea ab alia manu datum *credere*, ea figura, de qua ad *c.* XXII. n. 2. Sed Criſpo ſollemne Numeros mutare, uti *c.* X. n. 3. Tantummodo inſolentius viſum hic eſt, quod uni Nomini (*Nobilitas*) utrumque Numerum aptavit. Sed non eſt. Sic ſupra *c.* III. n. 2. VII. n. 4. & Virgil. Aen. IX. *v.* 466. in Cod. Mediceo:

Pars *aditus urbis* firment, *turriſque* capeſſat.

Tacit. II. Ann. *c.* XXIV. *ut* quis *ex longinquo*

7 ſi eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret. Sed ubi periculum advenit, invidia atque ſuperbia poſtfuere.

XXV. CAP. XXIV.

1 IGitur comitiis habitis, Conſules declarantur M. Tullius & C. An-

advenerat, *miracula* narrabant. Auctor B. Hiſp. *c.* XXXVII. Pars *erat*, *quae legatos ad Caeſarem* miſerat, pars, *qui Pompejanorum partium* eſſent *fautores*. Herodian. II. *c.* XII. num. 6. ἡ δὲ σύγκλητος ἐψηφίσατο μὲν ταῦτα, ὁρῶντες δὲ &c. Cicero VI. ep. VI. n. 2. de ſe: *Nunc*, *ut ſpero*, *brevi* gratulabimur: *itaque in aliud tempus id argumentum epiſtolae* differo, & ſic Idem II. ep. VII. n. 6. epiſt. XI. n. 2. aliis. Liv. XXXII. *c.* XVIII. *Elatia* clauſit *portas*; *nec*, *niſi vi* cogerentur, *recepturi moenibus videbantur aut ducem aut exercitum Rom.* & recte adducto Salluſtio defendit Florum Cl. Duckerus IV. *c.* X. n. 3. *Cum ſubito hoſtium manus* erupit, *& miſſis undique ſagittis duas legiones* operuerunt. Simili ratione diverſi caſus ab uno verbo pendent *c.* XXV. n. 2. Alia Burmannus ad Quinctil. IX. *c.* II. p. 790. qui & Declam. XIII. *c.* XII. de apibus: *Neſcimus*, *qua pernicitate plerumque vix contactis floribus* revolet (*hoc animal*) diſcurrat*que per ſingulos velox experimento: quam etiam ubi* immorantur *libratis* pendeant *alis*. adde Jug. *c.* LVIII. n. 2. XV. n. 1. XXVIII. n. 2.

HOMO NOVUS. Cujus parentes atque majores non fuere honoribus in rep. cogniti, neque adeo, quod Juvenalis ait, in ſuam gloriam vixerunt; ſed qui per ſe ipſe emergit. Appian. II. Civ. p. 428. Καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων γνωρίμους. Aſconius: *qui primus in ſua gente honores adeptus erat*. Eleganter *hominem novum* circumſcribit Sil. VIII. *v.* 248.

> *Atque illi* ſine luce *genus*, ſurdumque *parentum*
> *Nomen*.

h. e. Nomen parentum ejus ignobile erat, non audiebatur ita Romae, ut *Corneliorum* &c. De Varrone loquitur, de quo Liv. XXII. *c.* XXXIV. *C. Terentio Varroni*, *quem* ſui generis *hominem*, *plebei inſectatione principum conciliatum*, *vulgus etiam extrahere ad conſulatum nitebatur*. Cicero ſemet ipſe *hominem per ſe cognitum*, *a ſe ortum*, aut ſimiliter appellat. Egregie autem differit in Piſon. *c.* I. *Omnes honores populus R. mihi ipſi*, homini novo, *detulit*. *Nam tu* (Piſo) *cum Quaeſtor es factus*, *etiam qui te numquam viderant*, *tamen illum honorem* nomini *mandabant tuo*. *Aedilis es factus*. Piſo *eſt a populo R. factus*, *non iſte Piſo*. *Praetura item* majoribus *delata eſt tuis*. noti *erant illi mortui*, *te vivum nondum* noverat *quisquam*. *Me cum Quaeſtorem in primis*, *Aedilem priorem*, *Praetorem primum cunctis ſuffragiis populus R. faciebat*, *homini ille honorem*, *non* generi; *moribus*, *non* majoribus *meis*; *virtuti perſpectae*, *non auditae* nobilitati *deferebat*. Itaque *homo novus* proprie opponitur *nobili*, non vero *plebejus*: de quo vide Excurſum Manutii ad Cic. I. Fam. ep. VII. I. ad Attic. ep. II. praeterea Sigon. de Antiq. I. C. R. II. *c.* XX. Fuerit ſane Cicero Regia ſtirpe oriundus, teſte Silio VIII. *v.* 406. ſeqq. quod alii negant; tamen, quia ſtirps iſta deformata, majorumque ejus nullum nomen claritudinis in rep. fuit, pro *Novo* recte habebitur. adde *c.* XXXI. n. 6. Jug. *c.* IV. n. 6. LXIII. extr. LXXXV. n. 14.

7. UBI PERICULUM ADVENIT. Oroſius II. *c.* XVI. *quippe otio diſcordiae nutriuntur*; *at ubi* neceſſitas *incubuit*, *poſtpoſitis* privatis *cauſſis atque* odiis *in commune conſulitur*. Claudian. Laud. Seren. *v.* 210.

> - - - *Suffragia quippe peregit*
> *Judex vera* timor, *victus ratione ſalutis*
> *Ambitus*, *& pulſus tacuit formidine* livor.

Similiter Valer. Max. VIII. *c.* XV. n. II. *Quo tempore ſalus eorum in ultimas anguſtias redacta*, *nullum* ambitionis *locum relinquebat*. Hoc eſt, quod Cicero dixit ad Quir. poſt Red. *c.* IX. Odium *vel precibus mitigari poteſt*, *vel* temporibus reip. *communique utilitate deponi*. adde I. Fam. ep. IX. n. 54. Plutarch. Ariſtid. p. 313. Liv. IX. *c.* XVI. infra *c.* XXVI. n. 4.

POST FUERE. *Poſtpoſita ſunt* (*nachſteben*) neceſſariis & utilibus conſiliis. Confer ad *c.* LIII. n. 3. dicenda.

CAP. XXIV. 1. COMITIIS HABITIS. Explica *dum comitia habentur*, ſive *quae tum habitae ſunt*. ipſis comitiis. Ea forma ſaepiſſime Livius, qui & de initio comitiorum adhibuit XXXI. *c.* VII. in. *Conſul in campo Martio*, comitiis habitis, *priuſquam centurias in ſuffragium mitteret*, *concione advocata inquit*. ibi vide Jac. Gronovium. Claudian. I. Rapt. *v.* 42.

> *Paene* reluctatis *iterum pugnantia rebus*
> *Rupiſſent elementa fidem*.

De-

C. Antonius. quod factum primo popularis conjurationis concuſſerat. Neque tamen Catilinae furor minuebatur; ſed in dies plura 2
agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam ſua, aut amicorum fide ſumtam mutuam, Faeſulas ad Manlium quemdam por-

Declaratio enim conſulis, ut quae maxime, ad *comitia* pertinebat. Gloſſae vetuſtae *comitia* interpretantur *conſpirationem*, aut *feſtivitatem*: quod illi quidem aetati condonandum eſt; Hodie vero *Comitia centuriata*, qua civitas per claſſium centurias diviſa ſuffragiium ferebat, aut legum ferendarum, aut judicii exercendi, aut, ut hic, majorum magiſtratuum creandi cauſſa, nemo ignorat. Et ſic Gloſſa Struv. *habito tempore lectionis conſulum*. Conveniebant in Campo Martio, de quo, ut & quo die ſint habita vide *c.* XXVI. n. 5.

CONSULES DECLARANTUR. Guelf. 5. *deſignantur.* quod non damnarem, ſi plures Codd. in meam ſententiam tranſirent. Sed *declarantur* aeque probum. id fiebat proprie per *Praeconem*. Cic. pro Milone *cap.* XXXV. *Meminit etiam ſibi* vocem Praeconis *modo defuiſſe*, *quam minime deſiderarit: populi vero cunctis ſuffragiis*, *quod unum cupierit*, *ſe conſulem* declaratum. primum vero *Conſul*. Cicer. pro Murena. *is potiſſimum* Conſul, *qui Conſulem* declaravit. Auſonius Paneg. Gratian. *Te conſulem deſignavi*, *&* declaravi, *& priorem nuncupavi*. Imo & populus, qui ſuffragia tulit. Cic. in Piſon. *c.* I. *Me cuncta Italia*, *me omnes ordines*, *me univerſa civitas non prius* tabella, *quam* voce *priorem Conſulem* declaravit.

CONCUSSERAT. Grave verbum, pro *turbaverat*. & primum labefactaverat. Tacit. V. Hiſt. *c.* XXV. Concuſſa *Transrhenanorum fide*. Vide plura apud Heinſ. ad Vellej. Pat. II. *c.* II. n. 3. Voci *populares* in Fabric. 2. eadem Gloſſa adjecta eſt, quae ſupra *c.* XXII. n. 1. *conſcios: &* in Vinar. 1. lego: *primo* plures *conjurationis concuſſerat*.

2. NEQUE TAMEN. Poſteriorem particulam non habuit ab initio Fabric. 1. Senſus tamen exigit, & reliqui omnes loco ſuo ſervant. Baſil. 3. *arma* pericula in *locis*. manifeſto mendo.

PECUNIAM SUA, AUT AMICORUM FIDE. Sic quidem major pars MSS. Sed in Guelf. 5. fuit initio *pecuniam ſuam* (quod nunc mutatum in vulgatam) & hoc hodieque apparet in Guelf. 1. 6. 7. 8. Acad. Senat. 1. Incertis, Eccard. Remenſ. 1. & Fabric. 2. Praeſtat edita lectio in Catilina omnium rerum maxime egeno, & aere alieno oppreſſo, vide Cicer. Catil. I. *c.* VI. cui tamen, propter uxorem, erat aliqua *fides*, infra *c.* XXXV. num. 3. *fide ſua* ſc. interpoſita per cautionem, aut ſponſionem quamcumque, de quibus vide omnino Briſſon. VI. Formul. p. 530. ſeqq. *amicorum fide*, qui fidejuſſores facti erant, aut interceſſores. vide Senec. Epiſt. CXIX. & illi quidem hoc modo rogabantur: CENTUM A ME CATILINAE TUA FIDE CREDITA ESSE JUBES? JUBEO. vide Briſſon. p. 574. Salmaſ. de modo Uſur. *c.* XVI. Cic. pro Flacco *c.* XX. *pecuniam ſumſit* mutuam *a Sex. Stola*, *qui tamen credidit P. Fulvii Veratii* fide. *ei cum ſolveret* ſumſit *a C. & M. Fuſiis* - *Hermippi* fide - *pecunia petitur ab Hermippo*. *Hermippus ab Heraclide petit: ipſe tamen Fuſiis* ſatisfacit *abſentibus*, & fidem *ſuam liberat*. adde Senec. I. Benef. *c.* I.

SUMTAM MUTUAM. Fabric. 2. Baſil. 3. Struv. Eccard. Acad. Incerti, Guelf. 7. 8. 9. 11. 12. *ſumtam mutuo*; quomodo etiam correxerat in Guelf. 5. & ed. vet. inficeta manus. Salmaſio id quidem nimium placuerit; at Gronovius III. de Pec. Vet. *c.* I. doctiſſime oſtendit, recte dici, *pecuniam ſumere* mutuam. ubi ſimul de Veriverbio *Mutui* ea fere tradidit, quae Cujacius XI. Obſerv. *cap.* XXXVII. Sic Livius XXXV. *cap.* XLIX. *nunc* mutuas *pecunias foenore in ſtipendium quaerentem*. neque aliter ceteri. Sed Baſil. 3. *pecunia-ſumta mutua*, duriuſcule, & propter modum ſcribendi facillimo lapſu.

FAESULAS. Urbem Etruriae, *c.* XXVII. Cic. I. Cat. *c.* II. ad Appennini radices. vide Cluver. Ital. Antiqu. II. *c.* III. p. 509. Cic. II. Cat. *Arma*, *Signa*, *Faſces* Catilinam eo *miſiſſe* dicit. Coloniam eo deduxerat Sulla. vide Cic. II. Cat. *c.* IX.

AD MANLIUM QUEMDAM. Ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ὑπὸ Σύλλα στρατευσαμένων vocat Plutarch. Cic. p. 867. Dio p. 43. Μάλλιον vocat, & ſic Plutarchus & Appianus p. 429. quomodo & in Criſpo Eccard. Struv. Acad. Guelf. 2. 4. 6. nam 7. 8. 9. plane *Malium* ſcribunt. *Manlium* meliores, ut viſitur in vetuſtiſſimis monumentis. *Acidini* cognomen illi tribuunt Corradus, Manutius & Graevius in Cicer. IV. ad Attic. epiſt. III. Sed quomodo hunc Catilina a ſe dimittere potuit *c.* XXVII. n. 1. cum hic innuatur, quod Faeſulis vixerit, quod ex Plutarchi l. d. manifeſtum eſt? Plutarchus rem expedit, qui cum narrat proximo anno cum nonnullis Sullanorum militum Romam veniſſe ad comitia, ut Catilinae pe-

3 portare, qui poſtea princeps fuit belli faciundi. Ea tempeſtate plurimos cujuſque generis homines adſciviſſe dicitur; mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis ſumtus ſtupro corporis toleraverant: poſt ubi aetas tantummodo quaeſtui, neque luxuriae mo-

petitionem juvarent: quae cum non procederet, remiſſus eſt Faeſulas in locum ſatis opportunum adde Cic. pro Murena *c.* XXVI. & confer notata ad *c.* XXI. extr.

PRINCEPS FUIT BELLI FACIUNDI. Erat jam tum *princeps* Sullanorum militum, qui cum Catilina conſpiraverant, ut ſcribit Plutarch. Sed a Catilina *praepoſitus* bello faciundo, *primus* aperte bellum fecit. Hic enim *multitudinem paravit ad arma capienda*, *c.* XXVII. n. 3. *homines tenues & egentes ſollicitaverat in ſpem rapinarum*, Cicer. II. Catil. *c.* IX. & infra *cap.* XXVIII. n. 4. *Etruriam valde agitaverat*, Appian. pag. 429. atque ipſe jam *caſtra* habebat, infra *c.* XXXII. n. 1. utpote qui *arma ceperat*, *c.* XXX. n. 1. Ea Latinitate Cic. X. Phil. *c.* XVI. *Caeſar ſe ad neminem adjunxit*, *ipſe* princeps exercitus faciendi *& praeſidii comparandi fuit.* Ea notione Caeſar. VII. Gall. *c.* II. principesque *ſe ex omnibus* bellum facturos *pollicentur*. h. e. primos. collato VIII. Gall. *c.* XXXVIII. & Cicer. VII. Phil. *c.* IX. in. *Laudandi ſunt Firmani*, *qui* principes pecuniae pollicendae *fuerunt*. qui primi polliciti ſunt. Igitur *faciundi* cape, quod ſimpliciſſimum, *princeps faciendi bellum*, ut ſupra *c.* XVIII. num. 5. *Piſonem ad* obtinendas *duas Hiſpanias mittere*. ut Cicero, & Livius XXIII. *c.* XVII. in. *ſpe* potiundae *Nolae adempta*. Hinc intelliges, quid ſibi velit Cicero II. Catil. *cap.* IX. *quo ex genere eſt iſte Manlius*, *cui nunc* ſuccedit *Catilina*. Confer Jugurth. *c.* XCVII. num. 1. De Phraſi *bellum facere* memoro ad *cap.* XXVI. extr. Verbum *fuit* in ſcriptis non habet ſedem ſatis ſtabilem.

3. ADSCIVISSE DICITUR. Vulgo immittunt *ſibi*, ſed abſuit MS. Regio, quem inſpexit I. Waſſe, & omittit, ut idem monuit, Ammianus XXXI. *cap.* 1. neque viſitur in Fabric. 1. & Guelf. 3. cui noviſſime adpictum. locum mutat in Guelf. 7. & pro eo Acad. habet *ſicut*. immo in Fabric. 1. liturae inſcriptum eſt. quare abjeci. reſpice ad *c.* XXIII. n. 3.

INGENTIS SUMTUS. *Ingentis*, non ingentes, ſcriptum videre eſt in Guelf. 5. Sed ordinem mutant Fabric. 1. & Senat. 2. *quae primo ingentis ſtupro corporis ſumtus toleraverant*.

SUMTUS STUPRO C. TOLERAVERANT. Quae magnos ſumtus fecerant, quos tamen pecunia, quam ſtupro corporis lucrabantur, facile perferre potuerant. Terent. Heaut. A. III. Sc. II. v. 33.

Cum tolerare *hujus* ſumtus *non queat*.

Pari brevitate infra *c.* LIII. n. 5. *reſp.* magnitudine *ſua magiſtratuum vitia* ſuſtentabat. *Tolerare* appoſite. Hinc Caeſar I. Gall. *c.* XXVIII. *domi nihil erat*, quo *famem* tolerarent. Juſtin. XLIII. *c.* III. n. 5. piſcando, mercando, *plerumque etiam* latrocinio *maris vitam* tolerabant. adde infra *c.* XXXVII. n. 7.

AETAS TANTUMMODO QUAESTUI. Cum anus factae eſſent, corpore non amplius quaeſtum facere poterant, amatores deſerebant; & tamen manebat vetus illa luxuria. Eleganter Claud. I. Eutrop. v. 95.

Stat tamen atque alias ſuccingit lena miniſtras,
Dilectumque ſemel quamvis longaeva *lupanar*
Circuit: & retinent mores, quod perdidit aetas.

adde quae Bacchis meretrix apud Terent. Heaut. A. II. Sc. IV. v. 9.

QUAESTUI. *Lucro*, Gloſſae MSS. Sed *quaeſtuariam* ab *adultera* diſtinguit Senec. VI. Benef. *c.* XXXII. etſi de ejuſmodi femina, cui, ut Tacit. II. Ann. *c.* LXXXV. loquitur, *corpore quaeſtum facere*, publice permiſſum erat. De his, ut dictio eo magis in illuſtri ſit, audiendus Lactant. I. *c.* XVII. ubi de Venere: *Illa prima, ut in hiſtoria ſacra continetur, artem meretriciam conſtituit, auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgo* corpore quaeſtum *facerent*. adde Ei. Epit. *c.* IX. Auguſt. XIV. C. D. *c.* XVII.

NEQUE LUXURIAE. *Et non* pro *non vero*. *Neque* ſemel poſitum induxit librarium Remenſ. 1. uti plane deleret, & Guelf. 12. ac Baſil. 2. ut ſcriberet *neque ſumtui, neque luxuriae m. f.* Sed ſic Jug. *c.* II. n. 3. *habet cuncta*, neque *ipſe habetur*. *c.* XIV. n. 7. *prohibere injuriam*, neque *pati cujuſquam regnum per ſcelus creſcere*. *cap.* XXXV. n. 4. *quae poſtquam agitare coepit*, neque *Jugurthae in amicis ſatis praeſidii eſt*. adde *c.* LXIV. n. 3. LXXXVIII. n. 4. Sic *neu* pro *& ne* I. Hiſtor. Or. Lepidi. *libertas & ſuae cuique ſedes: neu cui, niſi legibus, pareremus*. Cicer. pro Arch. *c.* I. *quod alia quaedam in hoc facultas ſit ingenii*, neque *haec dicendi ratio aut diſciplina*. adde Jug. *c.* I. n. 5. & quae mox ad *c.* XXVII. n. 1.

Mo-

modum fecerat, aes alienum grande conflaverant. per eas ſe Catilina credebat poſse ſervitia urbana ſollicitare, urbem incendere, viros earum vel adjungere ſibi, vel interficere. 4

CAP. XXV.

XXVI.

SEd in his erat Sempronia, quae multa ſaepe virilis audaciae facinora commiſerat. Haec mulier genere atque forma, praete- 1 2

rea

Modum fecerat. Temperaverat, adeoque *finem*, quam vocem alii cum *modo* conjungunt, impoſuerat. Revolve notam ad *cap.* XI. n. 4. Vellej. II. *cap.* XLVII. *cujus neque* finis *reperiebatur*, *nec* modus. Cic. II. Verr. *cap.* XLVIII. *Nos* modum *aliquem & finem* orationi *noſtrae* faciamus.

Aes alienum g. conflaverant. Quo haberent in ſumtum. Confer *c.* XIV. n. 2.

4. Se Catilina credebat posse. Guelf. 4. deeſt Pronomen *Se*; ſed ita ut appareat, ab inepto quodam abactum eſse, cui poſitus non fuit ad guſtum, de quo ad *cap.* XLVIII. n. 4.

Servitia. *Servos*. *μετωνυμικῶς*. Saepiſſime Noſter & alii. Livius II. *c.* X. Servitia *regum ſuperborum ſuae libertatis* immemores *alienam oppugnatum venire*. Sic *conſilium* pro *conſultantibus*, vide Jug. *c.* LXII. n. 4. Sic vulgo dicimus *Nobilitatem* pro *Nobilibus*, ut Noſter *cap.* XXXVIII. n. 2. *Juventutem* pro *Juvenibus*, ut ſupra *cap.* XVI. n. 1. *Vicinitatem* pro *Vicinis*, uti *cap.* XXXVI. n. 1. & Cic. II. Offic. *cap.* XVIII. & Caeſar VI. Gall. *cap.* XXXIV. Hinc Liv. III. *cap.* XLVII. *cum ingenti* advocatione i. e. *vi advocatorum*. Quinct. Declam. II. *cap.* XXIV. *Receſſerunt cuncta debilitatis* officia, *nec eſt*, *qui dirigat greſſus*, uti Corippus III. p. 45.

Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum.

Pollio Gallien. *cap.* XVII. *omnia Palatina* officia *ſequebantur*. Juſt. III. *cap.* III. *ut ſeverius* matrimonia *ſua viri coercerent*, i. e. *uxores*. Sueton. Tib. *cap.* LI. *omnes* amicitias *&* familiaritates *intra breve tempus adflixit*, *uno ex his equeſtris ordinis* viro. Lucanus III. *v.* 511.

- *decuit fulgens* tutela *carinas*,

pro *Deo tutelari*. ut alii paſsim. Seneca de Prov. *cap.* III. *venatio* & *aucupium* pro captis. Sic *indago* poſita eſt lege II. fin. D. de action. emt. vend. *Novitas* pro *novis hominibus* Quinctil. Declam. XLIX. Alii *Operae* pro Operariis; *Regna* pro Regibus; *Miniſteria* pro miniſtris. vide Salmaſ. ad Flor. I. *c.* X. item ad Spartian. Sever. *cap.* XII. Muncker. ad Hygin. Fab. CXX. & ſupra ad *c.* XIV. n. 1.

Sollicitare. Sic ſcripti vetuſtiſſimi, aliaque antiquitatis monumenta, non *ſolicitare*. Feſtus quidem a *ſolo* deducit, quaſi eſſet *loco movere*; ſed ibidem veteres libri *ſollum* ſcribunt. Mihi ab Oſca voce *Sollo* deducendum videtur, cujus etiam ad *cap.* XXII. n. 2. meminimus, ut ſit, quaſi *totum* vel *plane ciere*. ſic certe cum *ſollicito*, qui eſt *curis exercitus*, melius comparatum erit. confer *cap.* XXVIII. XXXVI. Curt. III. *cap.* V. n. 15. Nep. Pauſan. *c.* III. Caeſar Gall. VI. *cap.* II. Propter ſimiles turbas, viri olim prudentes civitati non utile eſſe exiſtimarunt, multos habere ſervos. lege Ariſtotel. II. Polit. *c.* VII. Senec. Epiſt. XLVII.

Viros earum. *Maritos*. vide mox *c.* proximi n. 2.

CAP. XXV. 1. Virilis audaciae. Quae non raro in feminis. Seneca Medea *v.* 267.

Cui femina nequitia, *ad audendum omnia*
Virile robur, *nulla famae memoria eſt*.

Juſtin. II. *c.* XII. *ut in viris muliebrem timorem*, *ita in muliere* virilem audaciam *cerneres*. Vellej. II. *c.* LXXIV. Uxor Antonii Fulvia *nihil muliebre*, *praeter corpus*, *gerens*. Hinc Plautus Mil. A. II. Sc. V. *v.* 54.

Neque eques neque pedes profecto quiſquam tanta audacia,
Qui neque faciat confidenter *quidquam*, *quam quae* mulieres
Faciunt.

2. Haec mulier viro, liberis s. fortunata. Vulgo: *Haec mulier viro atque liberis ſatis fortunata fuit*. Sed jam Manutius auctoritate Frontonis *atque* ejecit, haud obſcure adſentiente Grutero. Eugraphius etiam ad Terent. Andr. A. I. Sc. I. omittit. et ne credas verba *genere atque forma* exemplum dare, ut et *viro atque liberis* ſcribamus, lege notam Jac. Gronovii ad Melam. I. *c.* II. p. 19. is nempe *Gandari & Pariani*, *Bactri*, *Sugdiani* ex Codd. reſtituit, cum vulgo legerent *Bactri & Sugdiani*: & plura ſimilia contulit. Porro verbum *fuit* recte pro ſuperfluo habuit Gruterus,

rea viro, liberis ſatis fortunata: litteris Graecis atque Latinis docta: pſallere, ſaltare elegantius, quam neceſse eſt probae: multae alia, quae

&, cum pro eo in Senat. 2. deprehenderem *erat*, iſto additamento Salluſtium onerare nolui. Amplius autem aliquid audere haeſitavi, etſi Gruterus etiam Provocabulum *Haec* lubens remotum videret. Verum vetat Salluſtius *cap.* v. n. 2. & 5. *cap.* VI. num. 2. maxime *cap.* XXIII. num. 2. Jug. *cap.* LXIII. n. 2. 3. *mulier* autem vacat in Vinar. 2. *Fortunata* dixit *viro*, qui D. Brutus erat, *cap.* XL. num. 5. pro quo Gellius XVI. *cap.* XIX. ad fin. *atque in gratia pecuniaque magna opulentum* fortunatum*que eſſe*. Sed Auſon. Idyll. II.

Infelix nato, *nec* fortunata *marito*.

Eugraphius locum Salluſtii citavit, ut confirmaret bonos liberos fortunae deberi. Sed omnino liberos ſuſtuliſſe felicitatem habebant. lege Claudian. I. Rapt. *v.* 108. & ibi Dempſterum. *Virum* autem pro *marito* dixit, ut Terent. Hecyr. A. IV. Sc. I. *mihine*, *mi vir?* ibi Donatus: Vir *ad maritalem conditionem retulit*, *non ad ſexum*, *ut Virg. in Bucol.* (Eclog. VII. *v.* 6.) *Vir* gregis ipſe caper. quo exemplo idem probat Servius ad IV. Aen. *v.* 192. eadem notione Plaut. Menaeclum. A. V. Sc. II. *v.* 23. alii: uti *mulier*, pro *uxore*, cum multis Noſter *cap.* XXIV. n. 3. adde Schoppium ad Phaedr. I. Fab. XVIII. *v.* 4.

Litteris graecis et Latinis docta. Sen. I. Baſil. 2. Incert. I. Fabriciani, Vinar. 2. Gu. 2. 7. 9. 12. *Graecis* atque *Latinis*. & ſic Noſter cap. XCV. Jug. *litteris Graecis* atque *Latinis juſta atque doctiſſime eruditus*. &, credo, propter multam τῦ *atque* repititionem olim in & eſse mutatum: quae vero nunc ceſſat. quamobrem reſtitui. *litterae* ſunt Hiſtoriae, ſcripta, doctrinae: quomodo nos *Studia* dicere ſolemus. Fruſtra ergo Baſil. 3. *litteris graecis &* doctrinis *docta fuit*. Sic Cicero XV. ep. IV. num. 28. ubi citavi Gronov. ad Liv. VI. *cap.* I. *doctus* cum ſexto caſu conſtrui docet Gronovius. ipſe Cicero Brut. *cap.* XLV. *In eo genere ſane probabilis*, doctus *autem* Graecis litteris, *propinquus noſter*. *cap.* XLVI. *quam* docti *& Graecis* litteris *& Latinis*. Vera autem eruditio, quod etiam ad mulieres pertineat, probat Lactant. III. *c.* XXV. Separatam quamdam a viris doctrinam mulierum habebat Pythagoras apud Juſtin. XX. *cap.* IV.

Psallere, saltare. Haec verba habent Codd. probatiſſimi. Sed Guelf. 2. & Sen. I. *pſallere & pſaltare*. Guelf. 3. *& cantare*, *pſallere*, qui non minus, quam 8. qui *pſallere*, *ſaltare*, *cantare* habet, manifeſtat, cur Eccard. 2. Heuſſ. Inc. I. dederit *pſallere & cantare*. aut Guelf. 6; *pſaltare & cantare*. etſi ſciam a veteribus aliquoties *canere & pſallere* conjungi; iſti tamen Gloſſam verbi *pſallere* receperunt. ea enim aetate, qua ſcripti ſunt Codd. *pſallere* idem erat quod *cantare*, qua notione ſcriptoribus Eccleſiaſticis uſurpatum, ut Prudentio Paſſione X. *v.* 837.

- - *docta mulier* pſallere

Hymnum canebat carminis Davidici.

Pſallere Salluſtio proprie ad inſtrumentum fidibus obductum, *Pſalterium* vocabant, cantare. Genus Muſices ex Aſia Romam tranſductum, Livius XXXIX. *cap.* VI. Hinc ſamoſae *Pſaltriae*, quae in ſcenis, aut conviviis & ganeis iſtam ſuam ſcientiam venditabant. vide Graev. ad Cic. Haruſp. Reſp. *c.* XXI. Bulgeng. de Theatr. II. *cap.* X. & XLIV. Ipſius autem Semproniae cantandi ſcientiam ſatis celebrem fuiſſe, probat, qui ejus meminit, Fulgent. I. Mytholog. Praeſ. p. 23. *Saltare* autem, ita ut *Pſallere*, ſuis limitibus non turpe erat, vide Ovid. I. Art. Am. *v.* 595. Horat. I. Sat. IX. *v.* 24. & Paſſerat. ad Propert. p. 332. Imo in ſacris quibuſdam tam viris, quam foeminis neceſſe erat, teſte Servio ad V. Eclog. *v.* 73. Seneca de Tranqu. *cap.* XV. Loccen. ad Nep. Epaminond. *c.* I. Verum uti exceſsus in *pſallendo* pſaltriarum erat; ſic in *ſaltando* ad hiſtriones & pantomimos ablegatum, vide Graev. ad Cic. I. Offic. *cap.* XLII. imo *ſaltatrices* Romae honeſtis aeque odioſae, ac *pſaltriae*, Ammian. XIV. *c.* VI. Sed neque diverſi ſexus homines in ſaltatione honeſta mixtos apud veteres Romanos reperias, qui et ipſi optima de cauſſa ita corpus exercebant. quo Mercurial. Gymn. II. *cap.* VI. Ceterum copulam & expunxi, quod ea non eſſet in Macrob. III. *cap.* XIV. cujus auctoritate expunxerat Manutius, neque in Guelf. I. 3. 7. 8. Incert. 2. neque in aliquot Waſſii.

Elegantius, quam necesse est probae. *Caſtae*, inquit Graevius loco proxime citato. & ſane *probrum*, pro caſto; & *improbum* pro impudico dici, pluribus probat N. Abram. ad Cic. pro Milone *cap.* IV. Saltatrices enim maxime in conviviis fluctuantibus lumbis geſtibuſque ad omnem petulantiam compoſitis ſpectantium libidinem excitare ſolebant, lege Juvenal. Sat. XI. *v.* 162. Simili dictione utitur Plin. V. epiſt. XIX. *Utitur & Cithara perite*, ultra *quam comoedo* neceſſe *eſt*. Livius IV. *ingeniumque* liberius, *quam virginem decet*. Tacit.

quae inſtrumenta luxuriae. Sed ei cariora ſemper omnia, quam 3
decus atque pudicitia fuit: pecuniae an famae minus parceret, haud

cit. v. Ann. *cap.* I. *comis* ultra, *quam antiquis foeminis probatum*. Hoc *Probae*, cum quidam ex vetuſtis Codd. per ſimplex *e* ſcripſiſſet, ſtatim ad ſequentia tractum eſt: & jungitur in decem ex Noſtris: *Probe multa alia*. Quod ne fieret, alii Gloſſas receperunt. Guelf. 7. *alicui probae*. 8. *alicui probae mulieri*. II. cum Baſil. 2. & 3. *cuiquam probae*. Sed Sen. 2. *quam nec eſſe eſt probem*. Apage!

MULTA ALIA. Puta *docta*, a quo pendent etiam *pſallere* & *ſaltare* Infinitivi; ſicuti Prudentius l. c. & Lucanus III. *v.* 185.

Creta vetus populis Gnoſſaſque agitare *pharetras*
Docta.

Nec opus Gloſſa Guelf. II. quae eſt in textu: *& docta facere multa alia*. Sed diverſos ita Caſus conjungit *litteris* & *multa alia*. Nihil obſtat. Sic infra *cap.* XXXIII. n. 2. Gruterus edidit: *plerique* patriae, *ſed omnes* fama *atque* fortuna expertes *ſumus*. Sic Ovid. II. Am. eleg. x. *v.* 13. 14.

Quid folia arboribus, *quid pleno ſidera* coelo,
In freta *collectas alta quid* addis *aquas?*

Apulej. ad Aſclep. p. 91. *Religioſus* pro inſano, *irreligioſus* putabitur prudens; furioſus, *fortis* pro bono habebitur *peſſimus*. Virgil. v. Eclog. *v.* 5.

Sive ſub *incertas Zephyris motantibus* umbras,
Sive antro *potius* ſuccedimus.

ubi Servius: Succedimus *& Dativo, & Accuſativo caſibus, ſecutus tam veterem, quam noſtram conſuetudinem, ſuo more jungit* &c. Tacit. XIII. Ann. *cap.* LIV. *Quod comiter a viſentibus exceptum, quaſi* impetus *antiqui*, *& bona* aemulatione. ubi male ſollicitant viri docti. Alia contuli ad Cic. I. ep. VII. n. 29. XI. epiſt. XI. n. 3. adde I. ep. v. n. 2. Supra *c.* XVII. n. 6. Similiter Auſonius Parental. Epig. IX.

Genus *incluta & incluta* forma

& Inſcriptio antiqua apud Galeum in Anton. Iter Brit. p. 71.

VIXIT. *ANNOS*. XVI.
ET *MENSIBUS*. VII.

Nam illud Inſcriptionum, Horatii & Petronii *cap.* LXXI. *ut ſint* in fronte *pedes centum*, in agrum *pedes ducenti*, per aliam rationem dictum eſt. Porro Ciacconius ex MS. indicat *Praeterea multa alia*: quomodo ex noſtris Incert. 2. Remen. I. Guelf. 6. 7. & 10. *Et multa alia*, contra morem Salluſtii quem vide *cap.* XV. n. I. in quem peccat etiam Baſil. 3. qui omiſerat *alia*.

QUAE INSTRUMENTA LUXURIAE SUNT. *Sunt* locum mutat in Guelf. 2. 6. Fabric. 2. & Eccard. ea *inſtrumenta* Cicero I. Offic. *cap.* XLII. *miniſtras voluptatum* vocat. Juſtin. XXX. *cap.* I. *Adduntur* inſtrumenta luxuriae, *tympana & tripudia*. Idem XX. *c.* IV. *conſecutuſque* (Pythagoras) *diſputationum aſſiduitate erat*, *ut matronae auratas veſtes*, *ceteraque dignitatis ſuae ornamenta*, *velut* inſtrumenta luxuriae, *deponerent*.

3. CARIORA SEMPER OMNIA, QUAM. Decus atque Pudicitia ei non plane cara fuit, neglexit. Abunde dictum de hac Macrologia ad *c.* XIV. extr. Jug. *cap.* XV. *quibus bonum & aequum divitiis* carius *erat*. *cap.* XVI. *paucis* carior *fides*, *quam pecunia fuit*. Oppoſuit *vilis* Tacit. XII. Ann. *cap.* LXV. & Cyprianus de diſc. & hab. Virg. *Nullarum fere pretioſior cultus eſt*, *quam quarum pudor* vilis *eſt*.

DECUS. Exiſtimatio, ſive quod *decebat* matronam ejus loci. Clytaemneſtra adultera apud Senec. Agamemn. *v.* 112.

Periere mores, *jus*, decus, *pietas*, *fides*
Et qui redire, *cum perit*, *neſcit pudor*.

vide ad Jug. *cap.* III. extr.

DECUS ATQUE PUDICITIA FUIT. Sic Remenſes, Fabriciani, Senat. I. Baſil. I. & 2. Guelf. I. 2. & 5. Ceteri cum ed. vet. *fuere*, quomodo legendum eſſe jubet Putſchius. Verum primo duobus & pluribus Nominibus ſingularem Verbi Numerum ſubjungere ſolet Noſter, quod ſcripſi ad *cap.* XII. n. I. Deinde poſterioribus potius aptare voluit Verbum, quam priori *omnia* ea elegantia, qua Ovidius III. Art. Am. *v.* 222.

Quas geritis veſtes, *ſordida lana* fuit.

Item I. Metam. *v.* 292.

Omnia *Pontus* erat.

Senec. de Vit. B. *cap.* XXI. *& ſaeculum illud in quo cenſorium crimen* erat, *paucae argenti* lamellae. & hoc propterea, quia de *decore* & *pudicitia* potiſſimum loquitur. Jug. *cap.* L. n. 6. *Sin opportunior fugae* collis, *quam campi* fuerant. qui mihi tamen dubius. plura ad Jug. *cap.* XVIII. n. II. *ea* loca, *quae proxime Carthaginem*, *Numidia* appellatur. Quare penes *omnia* per Syllepſim repetas *fuere*, uti apud Livium XXXI. *c.* XXIV. *ea patentior*, *quam ceterae*, eſt: & ſupra *c.* XXI. n. I. Cic. ep. LXI. n. 3. *non modo reliqui* tutores, *ſed etiam puer ipſe ſibi* perſuaſit. infra *c.* XXXVII. *quorum* parentes

haud facile decerneres: lubido ſic accenſa, ut ſaepius peteret viros,
4 quam peteretur. Sed ea ſaepe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, caedis conſcia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abie-

rentes *proſcripti* bona *erepta*, *jus libertatis imminutum* erat.

PECUNIAE, AN FAMAE MINUS PARCERET &c. h. e. pecuniae & pudicitiae ſuae juxta prodiga. Utuntur hac formula, ubi ſimillimum quid denotant. I. Hiſt. *qui pejor an ignavior ſit, deliberari non poteſt*. IV. Hiſt. *perincertum, ſtolidior an vanior*. Cic. de Prov. Conſ. *cap*. IV. *ſic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo poſſet, utrum poſterior, an infelicior eſſet, judicare*. Liv. XXII. *cap*. LIX. *qui utrum avarior, an crudelior ſit, vix exiſtimari poteſt*. Porro pro *diſcerneres*, contra libros, reſcripſi *decerneres*, rationibus Gronovii motus III. Obſerv. *cap*. XIII. maxime cum in Guelf. 12. legerem ſaltem *cerneres*, & in Vinar. I. primam Verbi ſyllabam non ſatis ſinceram viderem: cumque haec alibi confundi animadverterem, & in Noſtro quidem infra *cap*. XXXVI. n. 3. et ſic plane Liv. XXI. *cap*. IV. *itaque haud facile decerneres, utrum imperatori, an exercitui carior eſſet*. De particula *an*, ſemel tantum poſita, ago ad *cap*. LII. n. 10. *famam* κατ᾽ ἐξοχὴν de mulierum *pudicitia* dici, Gronovium ſecutus obſervavit Graevius ad ea Cic. I. Verr. *cap*. XXX. *vitam patris* famam*que ſororis* (quam violare cupiebat Verres) *defenderat*. De Verbo *parcere* dixi ad *cap*. XIV. n. 6.

LUBIDO SIC ACCENSA. Hanc lectionem debes Guelf. I. 5. Sen. I. Fabr. I. & recte Gloſſae interpretantur: *lubido ejus ſic erat accenſa*. Nec abit in diverſum Servius ad VI. Aen. v. 525. Vulgo: *lubidine ſic accenſa*; cujus auctores putarant, ſemper eodem tenore orationem debere decurrere, quos refutavi ad *cap*. XVIII. n. 4. Sed geminum locum habes *cap*. XV. n. 5. Et non minus ipſae *libidines*, quam *homines*, qui patiuntur, *accendi* dicuntur, vide *cap*. XIV. num. 6. XXIII. num. 5. Tacit. XII. Ann. *cap*. XXXV. *Tribuni* ardorem *exercitus incendebant*. Attamen Fabric. I. habet *incenſa*, uti *cap*. XX. num. 6.

PETERET VIROS, QUAM PETERETUR. *Petere* ſignificatu turpiculo, uti Ovid. I. Am. eleg. VIII. *v*. 43.

Ludite formoſae, caſta eſt, quam nemo rogavit,
Aut, ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat.

appetere inde dixit Lactant. I. *cap*. XVII. *ne ſola virorum* appetens *videretur*. Hinc *procaces*, quaſi *petaces*, de quo Donatus in Terentium, & nos alibi. Coel. Aurelian. IV. Morb. Chron. *c*. IX. extr. *Omnis animi libido in contrariam ducitur appetentiam: & propterea femina validius Venerem* poſcit. Senec. Medea *v*. 218.

- Petebant *tunc meos thalamos proci*
Qui nunc petuntur.

Gloſſae vero & haec ſatis elegantia deturparunt in Guelf. 3. & 8. ubi *quam peteretur a viris*: item in 7. & 11. qui *quam ipſa a viris peteretur*: & Academ. qui *quam peteretur ab eis*; & Baſil. 3. *quam peteretur ab ipſis*, quae ſenſu *quilibet* adſumet ex praecedente *viros*, uti Jug. *cap*. I. extr. Similes feminas deſcribunt Sueton. Galb. *c*. V. Capitolin. Pio *cap*. III. alii.

4. FIDEM PRODIDERAT. *Non ſervaverat* fidem datam, exponit Gronovius: per *fidem fefellerat* Nic. Heinſius ad Ovid. II. Faſt. *v*. 454. qui pluribus illuſtrat. Rectius, quam Gloſſae MSS. qui *ſecretum manifeſtaverat* interpretantur; etſi *prodere* ſaepe pro manifeſtare reperiatur. Sic *prodere cauſſam* dicuntur praevaricatores lege I. pr. & §. I. D. de praevaric. Plura de verbo ad Jug. *cap*. XXXI. num. 17.

CREDITUM ABJURAVERAT. MSS. tres: *objuraverat*; duo: *adjuraverat*, ſed illi ex peſſimis. *Abjuraverat* eſt contra creditores, mutuum repetentes, jurejurando adfirmaverat, ſeſe nihil debere. Servius in VIII. Aen. *verſ*. 263. Abjurare *eſt rem creditam negare perjurio; Plautus Curcul.* (A. IV. Sc. II. *v*. 9.) *quibus ſui nihil eſt, niſi una lingua, Qui* abjurant, *ſi quid* creditum *eſt*. Haec ille. Cic. I. ad Attic. ep. VIII. extr. *mihi autem* abjurare *certius eſt, quam dependere*. ubi Servii locum citavit Popma. Hac quoque parte male audiunt mulieres Plauto Amphitr. A. II. Sc. II. *v*. 206. *Mulier es, audacter juras*. adde Milit. A. II. *v*. 32.

PRAECEPS ABIERAT. Guelf. 6. inſulſe *praeceps abjecerat*. Notat in pravum abſtracta, praecipitata, peſſum data erat ad peſſimas quaſque *lubidines* Jug. *cap*. I. num. 4. *cap*. LXIII. *nam poſtea ambitione* praeceps datus *eſt*. Singularem autem vim in verbo *abire* ineſſe notavit ad ea Quinct. Declam. IX. *cap*. V. *In omnia* praeceps, *fine reſpectu ſui*, abiit, Burmannus. adde infra *cap*. XXXVII. num. 4. Male Baſil. 3. *lux*. *atque pecunia p. aberat*.

5. Poſ-

abierat. Verum ingenium ejus haud abſurdum; poſse verſus facere, jocum movere, ſermone uti vel modeſto, vel molli, vel procaci. prorſus multae facetiae multuſque lepos inerat.

CAP.

5. POSSE VERSUS FACERE. *Poſſe* non reperi in Senat. 2. nec Heuſſ. & cupit nimium abeſse Putſchius, qui *abſurdum verſus facere* conſtruit, capitque *ad verſus faciendos*. Sed meliores Codd. omnes intercedunt, & qui Gloſſas receperunt addidere *quia*, aut *enim*, ut iſta conſtructio prohiberetur. Haud abſimiliter Capitolin. Vero *cap.* II. Amavit *autem in pueritia* verſus facere. Phraſin defendit Cic. pro Arch. *c.* X. *epigramma facere*. in Piſon. *c.* XXIX. poema facit *ita feſtivum*. Catullus Carm. LI. *v.* 16.

Hoc jocunde tibi poema feci.

Recte itaque Pighius in Nepot. Caton. *cap.* III. legit: *fecit orationes*, ubi vulgo *confecit*. De *feminis* carmine valentibus quaedam Brockhus. ad Tibull. IV. eleg. VI. *v.* 2.

JOCUM MOVERE. Guelf. 1. *locum movere*, quae confuſio in MSS. ſaepiſſime notata eſt. vide de illa Burmann. ad Quinctil. VI. *c.* III. p. 527. ſeqq. Cicero, Livius, Quinctilianus, alii *ſtomachum*, *riſum*, *iras*, *indignationem* & ſimilia *movere* dixerunt, quae apud alios *excitantur*; & ſic Horat. I. epiſt. XIX. *v.* 20.

Ut mihi *ſaepe* jocum *veſtri* movere *tumultus*!

Nec aliter ceperim Salluſtium, etſi norim Quinctil. VII. *cap.* IV. *Hinc* moventur *mille quidem juris* cavillationes. & Ovid. Metam. XIV. *v.* 20.

At tu, ſive aliquid regni eſt in carmine, carmen
Ore move *ſacro*.

quae qui cum cura conſideraverit, alia eſſe fatebitur. Noſtrates proxime *auf die Bahn bringen*.

SERMONE UTI. Varie per *utor* Verba circumſcribit Noſter, ſecutus Thucydidem ſuum, qui ſic *ira uti* I. *cap.* CXXX. *καὶ τῇ ὀργῇ χαλεπῇ ἐχρῆτο*. Livius XLII. *cap.* IX. *qua* ſaevitia *animi* uſus. adde mox *c.* XXVI. n. I. alia ad Jug. *cap.* XXXI. n. 22.

VEL MODESTO, VEL MOLLI, VEL PROCACI. Guelf. 6. delet *vel modeſto*; ſecundum *vel* deeſt Guelf. 4. & *vel molli* locum mutat in Guelf. 12. Unde alicui in mentem venire poſſet, Salluſtium modo dediſſe *vel modeſto*, *vel procaci*. me nec auctore, nec defenſore, cui illa elegantiſſime conjungi videntur. Sermo *mollis* eſt *voluptarius* & cui inſunt occultae quaedam illecebrae, quae capiunt animum; at *procax* eſt liberior et impudens. Sic Seneca Epiſt. c. *Compoſitionem ſine infamia* mollem dicit, & Cicero apud Nonium *cap.* VI. n. 98. *Tu elegans*, *tu ſolus urbanus*, *quem decet muliebris ornatus*, *quem inceſſus pſaltriae*, *qui levare vultum*, mollire *vocem potes*: niſi hic quidem de *ſono* dixerit: nam vox parum virilis dicitur *mollis*, Valer. Probus in Virg. I. Georg. *v.* 57. Sed Propert. II. eleg. I. *v.* I.

Quaeritis unde mibi toties ſcribantur amores?
Unde meus veniat mollis *in ora* liber?

adde Brockhus. ad verſ. 41. & Poetam I. eleg. VII. *v.* 19. *Procax* eſt *petulans*, quatenus & haec vox proprie accipitur. Sic explicat Donatus ad Terent. Heaut A. II. Sc. II. & Hecyr. A. I. Sc. II. Iſidor. X. Orig. p. 1083. eleganter *ruſticae* virgini *procacem* opponit Ovid. II. Am. eleg. II. *v.* 13.

Sive procax *aliqua eſt; capior*, *quia* ruſtica *non eſt*,
Spemque dat in molli mobilis eſſe toro.

PRORSUS. Cum Interpretes hanc voculam multi per *adeo* explicent, monendi fuerunt rectius longe Donatum ad Adelph. A. V. Sc. III. ea per *certe*, *recte*, *vere* interpretari. Noſtrum autem ſaepe pro *in ſumma*, *verbo* adhibuiſſe, *cap.* XV. extr. XXIII. n. 3. Jug. *cap.* LXXVI. n. 3. conferenti haud erit dubium. Imitatur Dictys I. *cap.* XIX. prorſus *nullus funeri modus neque requies*.

MULTAE FACETIAE. Ciacconii codex *facetia*. alteri adhaerent noſtri. Singulariter quidem Plautus Stich. Act. V. Sc. IV. *v.* 47. Idem tamen Milit. A. III. Sc. I. *v.* 187.

Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem
Quoi facetiarum *cor corpuſque ſit plenum & doli*.

Soſipater I. p. 20. *εὐομελίαν*, *εὐσομίαν* vertit. ſaepiſſime cum *lepore* jungit Cicero, qui ad *ſales* retulit, & cum *ridiculis* Graecorum comparat. Vide illum II. Orat. *cap.* LIV. & Orat. *cap.* XXVI. Fabric. I. & Vinar. I. expoſitionem adſciverunt: *multae facetiae*, ſales, *multuſque* cetera.

LEPOS. *Jucunditatem voluptatis* exponit Beda de Orthograph. p. 2338. Gloſſae MSS. *jucunditatem eloquentiae*. Et recte de *eloquentia*, etſi non minus vere Cicero II. Orat. *cap.* LXVII. *nullum eſt vitae tempus*, *in quo non deceat leporem*, *humanitatemque verſari*. Noſter quemadmodum *facetias* ad ſuperiora *jocum movere*;

CAP. XXVI.

XXVII.

1 HIs rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proxumum annum Conſulatum petebat; ſperans ſi deſignatus foret; faci-
2 le ſe ex voluntate Antonio uſurum. Neque interea quietus erat, ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen ad

ſic *lepos* ad *varium ſermonem*, omnibus accommodatum, reſpicere voluit. Ridicule vero Agroetius p. 2272. qui inter *lepos* & *lepor* diſtinguit. vide Jug. c. n. 4. Conjungit iſta Catullus Carm. XII.

- - *eſt enim* leporum
Diſertus puer, *ac* facetiarum.

adde et Carm. XVI. et LI. ad Licinium.

INERAT. Palatini 7. & 9. ed. vet. Vinar. 2. & Incert. 2. *inerant*: quos refellunt dicta ad c. XII. n. 1. item Claudian. III. Rapt. *v.* 432. *Quo* pedes, *quo caſus* jubebit. Neque hinc *inerat* abjiciendum eſse, ipſe auctor demonſtrat Jug. *cap.* LXIV. n. 1. *tamen* inerat *contemtor animus & ſuperbia commune nobilitatis malum*. & Silius XII. *v.* 15. 18. *Sed non ille vigor Tunc* inerat. Confer *cap.* VII. n. 3. XIII. n. 3.

CAP. XXVI. 1. HIS REBUS COMPARATIS. Cum tanta undique ſubſidia conjurationi comparaſſet, quae ſola ſufficerent ipſi ad occupandam remp. Quare & Appianus p. 428. narrat, Catilinam a reip. tractatione abſtinuiſſe, quia illa non multum ipſi viſa ſit conferre ad tyrannidem; omittens tertiam hanc petitionem, quam neque Liv. Epit. CII. numerat. Alii primam illam, de qua *cap.* XVIII. in numerum non recipiunt: quia tunc mature deſtitit.

IN PROXUMUM ANNUM. Cicerone Conſule petebat, una cum Dec. Silano, Serv. Sulpicio & L. Murena. Cic. pro Muren. *cap.* XXIV. ſeqq.

EX VOLUNTATE. *Ut ipſe vellet*, Antonium futurum. Male Gruterus has voces exterminat. Neque multo melius ſeſe agit Waſſius cum ſuo: *ex facili ſe Antonio uſurum*, qui tamen nihil mutandum eſse agnoſcit. Integrum foret: facile futurum, ut Antonius in omnia conſentiret, eadem faceret, quae vellet Catilina, vide infra *cap.* XXXVII. n. 3. *Pro voluntate* dixit Cic. I. Verr. cap. II. *cum haec res* pro voluntate *populi R. eſſet judicata*. Ex ea notione habes ſupra *cap.* VIII. n. 1. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXV. *cuncta* ex voluntate *Agrippinenſium perpetravere*. Cic. XIII. ep. V. n. 1. *quo minus ſuſceptum negotium* ex voluntate *Caeſaris gerere poſſis*. & ſic Noſter Jug. *cap.* LXXXIII. extr. *cap.* CXI. num. 3.

ANTONIO USURUM. Sicuti Plancus Cic. X. epiſt. XXI. n. 3. *confidere me bono* Lepido *eſſe* uſurum. Neque aliter illa notiſsima *familiariter aliquo uti* interpretari licet, quam *habere aliquem familiarem*, *adhibere*, *experiri* &c. monui *cap.* XXV. n. 5.

2. AD CAVENDUM. Puta *inſidias*, ut fruſtra ſit cum ſuo *ad cavendum dolos* Ciacconius. Sic *cap.* XI. n. 2. *cap.* VIII. n. 4. *cap.* XXI. n. 3. Livius XXII. *cap.* XXXVIII. *denunciantes*, bellum *arceſſitum in Italiam ab nobilibus*, *manſurumque in viſceribus reip. ſi plures Fabios imperatores haberet*, *ſe*, *quo die hoſtem vidiſſet*, perfecturum. Sed praeciſe dixit Sueton. Claud. *cap.* XXXVII. *Nulla adeo ſuſpicio*, *nullus auctor tam levis exiſtit*, *a quo non mediocri ſcrupulo injecto ad* cavendum *ulciſcendumque compelleretur*. quomodo Livius XXXI. *cap.* II. & XXIV. atque alibi *ducere* pro *exercitum ducere*, Idem XXXI. *cap.* XLV. *tenere* pro *curſum tenere*, Cicero & Seneca IV. Benef. *cap.* XXXVII. *nunciare* pro *certam rem nunciare*, Cicero XI. epiſt. VIII. n. 1. *mittere* pro *nuncium mittere*, alii alia dicunt. adde infra *c.* LII. n. 3.

DOLUS. Sollertia. erat enim olim pariter vox media, ac *lubido*, *venenum*, *facinus*, de quibus ſupra, & inter illas enumeratur ab Gellio XII. *cap.* IX. Hinc ICtorum *dolus malus* & hodie frequentatus, de quo Feſtus p. 123. ita diſſerit, ut ad ancipitem illam ſignificationem confugiat. Ulpianus lege 1. §. 3. D. de dolo malo: *Veteres* dolum *etiam* bonum *dicebant*, *& pro* ſollertia *hoc nomen accipiebant*: *maxime ſi adverſus hoſtem latronemve aliquis machinetur*. Sed haec jam praecepta ſunt aliis; hic tamen novare aliquid prohibent. Interim Incert. 2. Baſil. 2. Guelf. 2. *doli* praeferunt; mox *aut* omittit ed. vetuſta. Tacit. Agric. *cap.* XLII. in. *Nec Agricolae* conſilium deerat, *nec Domitiano exemplum*. Similia autem Ciceronis prudentiae vide apud Vellej. Pat. *c.* LXXXVIII.

3. Er-

Digitized by Google

ad cavendum dolus, aut aſtutiae deerant. Namque a principio 3
conſulatus ſui, multa pollicendo per Fulviam, effecerat, ut Q. Curius, de quo paullo ante memoravi, conſilia Catilinae ſibi proderet. Ad hoc collegam ſuum Antonium pactione provinciae per- 4
pulerat, ne contra rempublicam ſentiret. circum ſe praeſidia amicorum atque clientium occulte habebat. Poſtquam dies comitiorum 5
venit,

3. EFFECERAT, UT Q. CURIUS-PRODERET. Sic quidem etiam Sueton. Caeſar. *cap.* XVII. *Caeſar ne Curio praemia darentur*, effecit. At in Guelf. 5. lego *fecerat*, quod mihi ad ulteriorem antiquitatem accedere videtur. Sic Terent. Eunuch. A. IV. Sc. VII. *v.* 31.

Faciam, *ut hujus loci*, *dieique*, *meique ſemper memineris*.

Livius XXXI. *cap.* XVIII. *mihi quoque in animo eſt* facere, *ut regnum Macedonum nobile bello ſentiatis*. et ſic infra *cap.* LII. fit, *ut impetus fiat in vacuam remp.* Sed Jug. *cap.* LXI. *primo* efficit, *uti ad ſe colloquendi gratia occultus veniat*. & ſic *cap.* XI. n. 4.

DE QUO PAULLO ANTE MEMORAVI. Baſil. 2. *de q. p. a. narravi*. Vinar. 2. Heuſſ. & Struv. *commemoravi*. Morboniam ire juberet haec verba Gruterus, non revocans ad mentem morem Thucydidis, Livii, Dionyſii aliorumque, qui hac formula, veluti ex neceſſitate quadam, cum Salluſtio utuntur. vide congeſta ad Jug. *cap.* XXXIV. n. 1. etſi interdum male intruſas hujusmodi formulas eſse, & ipſe cenſam.

4. PACTIONE PROVINCIAE. Antonius cupidus erat *Macedoniae* provinciae Conſularis, eam ſingulari obſequio illi conceſſit ſine ſorte Cicero, ſumſit ſibi *Galliam*, quam tamen mox in concione depoſuit. Meminit Cicero in Piſon. *cap.* II. ad Attic. II. epiſt. I. XV. Fam. ep. IV. alibi, ut frequens eſt in laudibus ſuis Cicero, quod neque reprehendendum exiſtimat v. Fam. ep. XII. n. 26. De eadem pactione Dio & ſatis magnifice Plutarch. Cic. p. 866. Καὶ τοῦτο πρῶτον θεραπεύων ὁ Κικέρων, ἐκείνῳ μὲν ἐψηφίσατο τῶν ἐπαρχιῶν Μακεδονίαν, αὐτῷ δὲ τὴν Γαλατίαν διδομένην παρῃτήσατο, καὶ κατειργάσατο τῇ χάριτι ταύτῃ τὸν Ἀντώνιον, ὥσπερ ὑποκριτὴν ἔμμισθον, αὐτῷ τὰ δεύτερα λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. *Pactione* in omnibus libris: & diſplicet, quod olim mihi inciderat, *paratine*, vide Jug. *cap.* XLIII. n. 1. Alterum Cicero ſervat pro Sext. *cap.* XXV. *ut Gabinio pro illa ſua Cilicia*, *quam ſibi ſi remp. prodiſſet* pactus erat, *Syria daretur*. Sueton. Aug. *c.* X. *M. Antonio ne publicum quidem et translatitium jus ulla in re ſibi ſine* pactione *graviſſimae* mercedis *impertiente*. De ipſis *provinciis conſularibus* vide notata ad Jug. *cap.* XLIII. & de facto Ciceronis, ut boni civis ſupra *c.* XXIII. extr. praetera Valer. Max. V. *c.* X. Sen. ad Marc. *c.* XIII. Caeſar I. Civ. *c.* VIII. Cic. de Prov. Conſ. *c.* VIII. IX. Vellej. I. *c.* X. & II. *c.* III. Tacit. I. Ann. *c.* X. alios.

PERPULERAT. Sic quidem vetuſtiſſimi ex noſtris: & neſcio, qui haeſitare potuerint librarii in voce Guelf. 1. & Baſil. 3. *pepulerat*: Fabric. 2. & a manu ſecunda Eccard. *perpepulerat*: Guelf. 4. *protulerat*: Acad. *compulerat*: Incerti, Remenſ. 1. Guelf. 2. 3. 6. 9. 11. & 12. cum Baſil. 2. Struv. & Vinarienſibus (1. tamen initio habuit editam) *propulerat*; cum tamen Jug. *cap.* XXXVIII. num. 2. dixerit: *Denique Aulum ſpe pactionis* perpulit, *uti ſeſe inſequeretur*. Haerebit certe aliquis in *pepulerat*. Sed Tacit. III. Hiſt. *cap.* LIV. *Julius Agreſtis*, *poſt multos ſermones*, *quibus Vitellium ad virtutem fruſtra accendebat*, perpulit, *ut ad vires hoſtium ſpectandas ipſe mitteretur*.

CONTRA REMP. SENTIRET. In MSS. ignobilioribus, & pauci lego *diſsentiret*, Baſil. 1. *deſentirent*. *Contra ſentire* aliquantulum lucis accipit ex *c.* LIII. n. 3. Sed majorem inde, quod Cic. *ſenſum in rep.* memoret, uti I. Fam. ep. VIII. n. 4. Nec ad cogitationes tantum, ſed per Metalepſin etiam de *actionibus* recte dicitur, quomodo ſupra *cap.* III. n. 5. *cum ab reliquis malis moribus* diſsentirem. qua figura *providere*, pro ſtatuere cap. LI. n. 2. & alibi. Hinc cape Lamprid. Elagab. *cap.* XVI. *ut mors eſſet vitae* conſentiens. adde his I. Fr. Gronov. ad Gell. VI. *cap.* XVI.

CIRCUM SE. Sic ſupra *cap.* XIV. n. 1. circum ſe, *tamquam* ſtipatorum *catervas habebat*. Frequenter de regum comitibus, ut apud Curt. III. *cap.* I. n. 17. Sulpic. Sev. II. H. S. *cap.* XXXVIII. A Graecis petitum eſse, vel ex Cic. XIII. ad Attic. epiſt. LII. conjicias, ubi *ὁρ περὶ αὐτὸν*, Caeſariani. Nude C. Nep. Eumen. *c.* X. *non paſſi ſunt hi*, *qui* circa *erant*. nec abit multum Terent. Eunuch. A. III. Sc. V. *v.* 33. *paucae*, *quae* circum illam *eſſent*, *manent*.

CLIENTIUM. Praeteriſſem indicare, ſic ſcribi in MSS. ferre omnibus, uti et alibi, vide *c.* XI. extr. niſi multas novitias edd. *clientum* praeferre vidiſſem; & in Vinar. 2. ſe obtuliſſet *dicentium*, facilimo lapſu.

5. DIES COMITIORUM. Conſularium eo tempore

venit, & Catilinae neque petitio, neque inſidiae, quas Conſulibus in campo fecerat proſpere ceſsere; conſtituit bellum facere & extrema omnia experiri: quoniam quae occulte tentaverat, aſpera foedaque evenerant.

CAP.

pore erat fere a. d. VI. Kalend. Sextiles, quod Aſconius notat & Cic. I. ad Attic. epiſt. I. & II. epiſt. XIII. ſignificat. Gruchius I. de Com. Rom. *c.* VI. pluribus adſtruit. Sed Fr. Fabricius in vita Ciceronis in ante d. XII. Kal. Novembr. haec indicta exiſtimat. idemque cenſet Muretus ad Cic. I. Cat. *c.* III.

NEQUE PETITIO. MSS. Incerti, Senat. I. Fabriciani, Guelf. 1. 2. 7. 9. 10. 11. 12. Acad. Vinar. 2. & ed. vet. *petitiones*, quaſi de prioribus petitionibus Catilinae ſimul loqueretur Criſpus. Sed reſtringit *dies comitiorum*: & ob id verior ceterorum *petitio*. adde *cap.* XXI. extr.

NEQUE INSIDIAE. Competitores ſuos, & Ciceronem Coſ. occidere voluiſſe, Ciceronem autem cum lata inſignique lorica, & cum firmiſſimo praeſidio in campum deſcendiſſe, narrant Dio, Plutarchus, ipſe Cicero I. Cat. *cap.* V. pro Murena *c.* XXVI.

QUAS CONSULIBUS IN CAMPO FECERAT. Sic Fabriciani, Heuſſ. Senat. 2. Guelf. 1. 5. & 10. & optimi ex Gruterianis. Acad. & ed. vet. *quas conſulibus fecerat*. Senat. I. & Baſil. 2. *quas* Conſuli *in campo fecerat*. Ceteris mutilate *quas conſuli fecerat*. Baſil. 3. *quas conſulibus fecerat*. Credo quia *Ciceroni* tantum inſidiatum eſſe putarunt. At furor illius, poſtquam ipſi petitio non proceſſiſſet, petebat etiam *Conſules deſignatos*, quod citati auctores confirmant. Florus: *Senatum confodere*, Conſules *trucidare*. ibi Graevius *conſulem* corrigit. Sed nupero Editori, Viro doctiſſimo, videtur rem augere oratorio more. quod de Salluſtio non ita dicas, uti id, quod poſui, qui tam circumſpecte *cap.* XXVII. n. 2. Conſuli *inſidias tendere* ſcripſit. Voces *in campo* ipſe Cicero in hac re adjungit, qui & alibi praeciſe pro *campo Martio* poſuit. de Prov. Conſ. *cap.* XI. *quo die cenſor* eſt *factus*-in campo *ſtatim rediit in gratiam*. Petron. *c.* CXIX.

> *Nec minor* in campo *furor eſt emtique Quirites*
> *Ad praedam ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt*.

adde quae collegit R. Bentlej. ad Hor. I. epiſt. VI. *v.* 59. & Gellium XII. *cap.* VIII. Unde dictus, poſt alios exponit Scholiaſt. Juvenal. ad Sat. II. *v.* 132.

PROSPERE CESSERE. Ciacconius mallet contra Codd. *proceſſere*, quia ita alibi Criſpus. Nec tamen altero plane abſtinuit. Jug. *cap.* LXIII. num. I. *cuncta* proſpere eventura II. de Rep. Ord. in. *ſaepe prava magis, quam bona conſilia* proſpere eveniunt. et extr. *ea res tibi reique publicae* proſpere eveniat. Sic Plautus Pſeud. A. II. Sc. I. *v.* I.

> *Pro Jupiter, ut mihi, quidquid ago, lepide omnia* proſpere*que* eveniunt.

Baſil. tamen I. *proſpere conceſſere*. Forte: *proſpera ceſſere*.

BELLUM FACERE. Taxat Phraſin Seneca Ep. CXIV. qua Noſter ſaepius utitur, ut *cap.* XXIV. n. 2. *c.* LII. n. 33. Sumſit ab Thucydide ſuo, qui I. *cap.* LVII. & alibi: *ῥᾷον ἂν τὸν πόλεμον μετ' αὐτῶν ποιεῖσθαι*. Sed alii etiam Latinorum non abhorrent. Caeſar III. Gall. extr. *quae proxime* bellum fecerant. ubi jam Cellarius adnotavit, nec Ciceronem, nec Livium & Nepotem hac formula erubuiſſe. Habes & apud Tacit. III. Ann. *c.* XVIII. *M. Antonius, qui* bellum *patriae* feciſſet.

EXTREMA OMNIA. Graviſsima, quae modo poſſet: ultima, quae experiri poſset. Gloſſae MSS. *extrema pericula*. Liv. III. *cap.* II. *Aequos conſcientia contracti culpa periculi, & deſperatio futurae ſibi poſtea fidei*, ultima *audere &* experiri *cogebat*. Dictys II. *cap.* XXXI. extr. cuncta extrema *ratus* experiri, *nihil remittendum de ſententia deſtinaverat*. Sic & Curtius V. *cap.* III. n. 4. & VIII. *cap.* XIV. n. 35. & cum multis aliis Eucherius in Martyr. Agaunenſibus: extrema experiri *ſatius eſſe, quam adverſum Chriſtianam fidem venire*. Similiter Curt. III. *c.* I. n. 6. *Ni dederent, ipſos* ultima *eſſe paſſuros*. & Valer. Flacc. VIII. *v.* 385.

> *At Minyae tanti reputantes* ultima *belli*.

Hinc Jug. *cap.* III. n. 3. *extremam dementiam* vocat, quae, quo progrediatur ultra, non habet: & IV. Hiſtor. poſtremus *ſervorum*.

ASPERA FOEDAQUE EVENERANT. Sic pertinaciter omnes MSS. & impreſſi vetuſtiſſimi: Quidam invexere *aſpere foedeque*. alterum dictum, ut ſupra *cap.* XX. n. 2. *nequidquam* opportuna *res* cecidiſset. qua forma Jug. *cap.* XXXVIII. n. I. *Jugurtha* ſubdolus *augere ejus amentiam*: ubi itidem fecerant *ſubdole*. ibi plura. Plautus Trin. A. I. Sc. II. *v.* 3.

> - - - *ut nobis haec habitatio*
> Bona, fauſta, felix fortunata*que eveniat*.

Alios

CAP. XXVII.

XXVIII.

IGitur C. Manlium Feſulas atque in eam partem Etruriae, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimiſit; praeterea alium alio, quem ubique opportunum cre- 1

Alios *bene*, *feliciter evenire* in formula gratulantium dixiſſe, notum eſt. Cic. 1. ep. IX. num. 12. *Non tamen tam* acerba *mihi haec* accidebant, *quam erant illa grata*, *quae fecerant*. Noſter iterum hoc modo in optimis MSS. *cap.* LII. n. 29. proſpera *omnia cedunt*: ubi vulgo *proſpere*.

CAP. XXVII. 1. IN EAM PARTEM ETRURIAE. Baſil. 3. *Tuciae*, ut *Tuſciam* cogitaverit; 2. *Eutruriae*. ceteri *Etruriae* ſine Aſpirata, atque ex vetuſtiſſimis libris & lapidibus idem probat Pierius Valer. ad Virgil. II. Georg. *v.* 533. Sigonius ad Liv. 1. atque Aldus. Sigonius vero de ipſa etiam regione 1. de ant. Jur. Ital. *c.* IX. accuratius diſſerit. Incolae *Tyrrheni* etiam, & *Thuſci* vocantur, Dionyſ. Halic. 1. *c.* XXX. unde hodie *Toſcana*. Recte *partem* dixit. erat enim in *duodecim* olim civitates diviſa, Dionyſ. VI. *c.* LXXV. & IX. *cap.* XVIII. etſi alii non ex civitatibus, ſed in *tres* partes dividerent, quas vide apud Sigonium & alios. Vinar. 1. *atque* non ſcripſit. Ex ductibus vocularum *in eam* facile effingeres *circum*, vel *circaque*, quod foret longe vulgatae praeferendum. vide notam ad *cap.* XXX. num. 3.

CAMERTEM. Hoc eſt, *Camerino* oriundum, quod oppidum eſt in ipſo Umbriae & Piceni confinio. Hinc Gentile *Camers*, ut Cic. pro Sulla *c.* XIX. *in agro Camerti*. etſi ſciam *Cluſinos* aliquando *Camertes* eſſe dictos, de quibus Cluver. II. Ital. Antiqu. *c.* VI. p. 613.

IN AGRUM PICENUM. Agrum vocat, quod vulgo *diſtrictum*. & ſic ſaepe Livius aliique. Poteris comparare cum Helvetiorum *pagis*, & Gallorum *civitatibus*, vide *cap.* XL. etſi haec pateant latius. Picentes a *pico* nomen traxiſſe, notat Strabo V. p. 166. & Feſtus p. 344. Regio eorum comprehendebat fere illum terrae tractum qui hodie *la Marca d' Ancona*. Cluver. II. *cap.* XI. & Cellar. Not. Orb. Ant. Tom. 1. Lib. II. *c.* IX. *Picenum* porro in omnibus MSS. invenio, cum debuiſſet ἐθνικὸν eſſe *Picentem* aut *Picentinum*, quod poſt Salmaſium cenſet Graevius ad Cic. Cat. Mai. *cap.* IV. Sed ipſe Cicero l. c. *in* agro *Camerti*, Piceno *Gallico*: uti locis pluribus aliis. Caeſar 1. Civ. *c.* XV. *omnem* agrum Picenum *percurrit*. Et pone pro certo non eſſe terminationem ex regula: notane ſunt IV. Hiſt. *Galliae Mulieres*, *Dardana arma*, *Graecia gens*, *Arcadia nemora*? de quibus olim quid notabamus ad Senec. de morte Claud. *c.* VII.

C. JULIUM IN APULIAM. Latiſſima illa regio a Frentone fluvio ad fauces Adriatici maris. *Incolae*, *quidquid poſt Calabros eſt*, *Apuliam vocant*, inquit Strabo VI. pag. 191. adde Cellar. II. *c.* IX. p. 879. Sed Cicero III. Cat. *c.* VI. *Caepario* Apuliam tributam fuiſſe, ſcribit. Iſte tamen ſerius eo profectus eſt, vide *cap.* XLVI. n. 3.

DIMISIT. Senat. 2. Heuſſ. Rem. 1. Baſileenſes, Struv. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 6. 7. 8. & 11. *miſit*. Norant illi homines *dimittere* eſſe proprie *de* loco *mittere*, & hic tamen conſtrui *dimiſit* in *Apuliam* &c. Sed non ceperunt integram locutionem, quae eſt *dimittere* a ſe, & *mittere in* &c. Sic Jug. *c.* XXXVI. extr. *Albinus* Romam *deceſſit*. ibi plura, ut & infra *c.* LVII. *reliquos* in *agrum Piſtorienſem* abducit. vide & Pier. ad Virg. 1. Aen. *v.* 301. De hac autem demiſſione plura paſſim Cicero & Appianus p. 428. ſeq.

QUEM UBIQUE. Doleo optimo Grutero excidiſſe. *Fere fecerim tranſpoſitis ſyllabis* ubi quemque &c. nam illud nihil movet, librarium Guelf. 6. plane omiſiſſe *ubique*, & Incert. 2. dediſſe, *quem ubi opportunum*; eumdem quippe errorem refutavimus in *c.* XXIII. n. 4. ubi vide. Proprie reddas: quem, & *ubi* illum *opportunum credebat*. de Pronomine Demonſtrativo ex Relativo adſumendo, adi ad *cap.* XLVII. n. 1. *ubique* autem & *ubi* continere, ridiculum foret negare, & habes in ſimili poſitu *c.* XXI. n. 1. *c.* XXXVII. n. 5. *c.* LI. n. 38. Jug. *c.* LII. n. 5. non magis, quam apud Horat. 1. Ep. XVIII. *v.* 68.

Quid, de quoque viro, & cui dicas ſaepe videto.

Ubi Porphyrio: *Tria dixit*, quid *dicas*, de quo *dicas*, cui *dicas*. Ibi *quoque* alii capiunt pro *quocumque*. & erunt, quibus & hic *ubique* per *ubicumque* explicandum eſſe apparebit; uti lege 77. D. de contrah. emt. *lapidicinae in eo fundo*, ubique *eſſent*, *exceptae erant*; uti *quan-*

2 credebat. Interea Romae multa ſimul moliri; Conſuli inſidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obſidere: ipſe cum telo eſſe, item alios jubere: hortari, uti ſemper intenti paratique eſſent: dies noctesque feſtinare, vigilare, neque inſo-

doque apud Horat. A. P. *v.* 359. Sueton. Jul. *c.* LXXXI. illi certe, qui neque in eis *& ubi*, *& quando* arte reperire poterunt; cum tamen hic *ubique* de locis definitis atque deſcriptis cogitare ne quidem liceat. Aperte Liv. XXXVI. *cap.* II. *Quisquis magiſtratus eos ludos, quando* ubique *faxit, hi ludi recte facti donaque data recte ſunto.* Sic *utique* Jug. *c.* XVII. extr. pro *& uti*. *itaque* pro *& ita c.* LV. & quae ad Cic. V. epiſt. XI. n. 2. dixi. Confer ſupra *c.* XXIV. n. 3.

OPPORTUNUM CREDEBAT. Edd. omnes: *opportunum* ſibi fore *credebat*. Ego cum *fore* primitus in Guelf. 12. qui alioquin omnia ſenſui perficiendo exhibere ſolet, non lectum fuiſſe, & in Fabr. 2. pro eo verbo *fieri* ſcriptum eſſe deprehenderem ἐς κόρακας abire juſſi, volente Salluſtio, ut alibi, ſic Jug. *c.* LXXVI. n. 1. & infra *c.* XLVI. n. 2. adde Cic. VI. ep. IV. n. 3. *nunc tantum videmur* intelligere, *non diuturnum bellum:* & quae ibi. Pronomen *ſibi* ferre non potuit, quia pro illo Guelf. 10. *ei* obtulerat, & in omnibus fere Codd. alium occupat locum. Incert. 2. & Guelf. 5. *fore ſibi:* Guelf. 4. & 11. *quem ſibi ubique: 6. credebat ſibi: 9.* & 12. *ſibi opportunum*. Non improbat factum Criſpus *c.* XXIII. n. 3.

2. MULTA SIMUL MOLIRI. Senatorii, Heuſſ. Guelf. 10. & a manu ſecunda Fabric. 2. atque Guelf. 2. *multas ſimultates moliri:* Fabric. 1. *Hic interea Romae ſimultates multas moliri:* Remenſ. 1. *multas moliri*. Conjiceret quis poſt *ſimul* voculam aliam fuiſſe; aut *ſimul* plane ſpurium eſſe; aut *multas ſimul res* Criſpum ſcripſiſſe. neque eſt omnino *ſimul* in Baſil. 2. Tamen *c.* XLII. n. 2. *inconſulte, ac veluti per dementiam* cuncta ſimul *agebant*.

CONSULI. Vinarienſes, Fabriciani, Baſil. 1. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 1. 2. & 3. *conſulibus*.

ARMATIS HOMINIBUS. Falſo Vinar. 1. *privatis hominibus*. Caeſar, Juſtinus, Curtius, alii abſolute dixiſſent *armatis*; at Noſter maluit cum addito *hominibus* etiam *c.* XXVIII. n. 1. aemulatus Catonem ſuum VII. Orig. apud Gell. II. *c.* XXII. *Ventus Cercius cum loquare buccam implet:* armatum hominem, *plauſtrum oneratum percellit*. Habes tamen etiam aliquoties apud Ciceron. pro Caecina *cap.* XXI. & XXII. pro Sextio *cap.* XV. & XXXV. alibi, ne Waſſio credas, praeter Catonem, Plautum Mil. Act. IV. Sc. VI. Lucret. II. *v.* 635. & Vitruv. I. *c.* V. haud temere alium eam dictionem uſurpaſſe.

OBSIDERE. Quaſi *inſidere* & conſtanter *obſervare*. Lamprid. Diadum. *c.* 1. *ingens moeror* obſedit *omnium pectora:* & Livius III. *c.* L. *quid ſibi vellent, qui armati Aventinum* obſediſſent. & ſic ille alibi: & Noſter Jug. XCI. n. 4. *obſidere portas*. Livius XL. *c.* XX. *minus deinde indies patris animo fidebat, quum* obſideri *aures a fratre cerneret*. Hinc & *obſidio* pro captivitate & cuſtodia apud Juſtin. II. *c.* XII. n. 6. alios. Noſter *c.* XLVIII. num. 2. *januam obſidere*. & *c.* XLV. n. 2. *pontem*.

CUM TELO ESSE. Baſil. 3. *adeſſe*. Sed ex ipſis legibus XII. Tabb. petita formula, quibus, ut lege Cornelia, iſtud probibitum erat. infra *c.* XLIX. extr. *qui cum telis erant*. Cic. pro Milone *c.* IV. *ipſa lex* eſſe cum telo *hominis occidendi cauſſa vetat*. *cap.* XXIV. *qui Milonem* cum telo eſſe *diceret*. alibi ſaepe. Ea ratione dicebant *eſſe cum imperio, cum penulis, cum toga*, vide Cicer. I. ep. I. n. 7. & V. ep. IX. n. 1. Hoc vero cum Criſpus tamquam inſolens aliquid narret, merito concludas, cives Romanos domi ſine telo fuiſſe, quod docuit Hottomannus ad Cic. pro Milone *c.* IV. & pro C. Rabirio *c.* VI. *Telum* vulgo quod ab arcu mittitur, ſed & omne quod mittitur manu, lapis, lignum, ferrum, taeda, & quodlibet, quo alterum offendimus, docuit Cajus lege 233. de V. S. quod propter locum Jug. *c.* LX. hic monendum fuit. Saepiſſime autem gladii minores & ſicae eo denotari, abunde conſtat. adde Abram. ad Milonian. Ernſtium & Boecl. ad Nepot. Datam. *cap.* XI.

ITEM ALIOS JUBERE. Repete *cum telo eſſe*, quod ipſum illud *item*, quod *ſimiliter* ſignificat, innuere poteſt. Terent. Andr. A. I. Sc. I. *v.* 49.

Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens

Unus, & item *alter*. h. e. pretium pollicens. Noſter Jug. *c.* C. n. 4. *Ipſe armatus intentusque*, item *milites cogebat*. Sic adhibuit *idem* Jug. *c.* IX. n. 2.

INTENTI PARATIQUE. Fabric. 1. Senat. 2. *intenti, parati* ſine copula, ſicque duo alii. Alterum tenet Jug. *c.* XLIX. n. 3. *proinde* parati intentique *eſſent*. ubi vide. Baſil. 3. addit *bello*, haud belle.

DIES NOCTESQUE. Plus eſt, quam *dies noctesque*,

Digitized by

inſomniis neque labore fatigari. Poſtremo ubi multa agitanti nihil procedit, rurſus intempeſta nocte conjurationis principes convocat per M. Porcium Laecam: ibique multa de ignavia eorum
queſtus, docet, *ſe Malium praemiſiſſe ad eam multitudinem, quam* 4
ad

que, & notat continuationem. Sic Livius XL. c. V. & XII. *dies ac noctes*. Terent. Eunuch. Act. V. Sc. VIII. *ſtertis noctesque & dies.* ibi vide Donatum. adde Jug. c. LXIII. n. 3. *vigilare* non fuit primitus in Struv. *feſtinare*, *vigilare* eſt quaedam Hyſterologia, de qua infra c. LIV. num. 4.

NEQUE INSOMNIIS. Senat. I. *neque inſomnis neque in labore. inſomnis* etiam Heuſſ. Struv. & Vinarienſes. *Inſomnia* defectus ſomni, vigilia, ἀϋπνία. Habes vocem apud Pacuvium, citante Charis. I. p. 78. Caecilium in Gloſſis, Sueton. Calig. c. L. & Terent. Eunuch. Act. I. Sc. I. *v.* 13.

Nam aut jam revertere, aut mox noctu te adiget horſum inſomnia.

Lambinus etiam inveniſſe voluit apud Cic. de Senect. c. XIII. ſed Suffridus Petri ibi *ſomnia* interpretatur. qua diverſitate Chariſius & Servius locum Virgilii IV. Aen. *v.* 9. tractant. at Gellius VI. c. IV. *eademque* (qua Regulus) inſomnia *cruciatos interiiſſe*: quam Seneca de Provid. c. III. *perpetuam vigiliam* appellat. Noſter habet iterum IV. Hiſtor. Vinar. 2. *neque inſomniis*, *neque* die *labore fatigari*.

3. INTEMPESTA NOCTE. Ea noctis parte, qua aliter *nullum* rerum agendarum *tempus*. Noſtrates quod ſero eſt, dicunt eſſe *auſſer der Zeit.* approbat Varro V. L. L. c. II. Intempeſta *nox*, *ut in Bruto Caſſius*, *quod dicebat Lucretia*, Nocte intempeſta *noſtram devenit domum*. Intempeſtum *Aelius dicebat*, *quo* tempus *agendi eſt* nullum. adde, quia nox *extra tempeſtatem* ſeu *tempus* habebatur, de quo vide Gronov. ad Senec. Herc. Fur. *v.* 842. Idem Varro tamen VI. vocabulis Poeticis accenſet; ut utitur ſane Virgilius III. Aen. *v.* 587. ubi Servium legas, aliiſque Poetae. At Noſter etiam aliquoties & Livius XXXVII. *cap.* XIV. *Eodem Timaſicrates* nocte intempeſta *venit*. item XXXVIII. c. V. XL. *cap.* IX. & alibi. Diſtincte Macrob. I. Saturn. c. III. *Ab hoc tempore* (a veſpera) *prima fax dicitur; deinde conenbia; & inde* intempeſta, *quae non habet idoneum tempus rebus gerendis.* & Varro apud Serv. ad II. Aen. *v.* 268. has ſolidas noctis partes numerat: *Veſpera*, *Conticinium*, Intempeſta nox, *Gallicinium*, *Conticinium*, *Lucifer*, quas Servius loco ſupra cit. quodammodo interpretatur. ſupra Baſil. 3. *nihil proſpere procedit*.

PER M. PORCIUM LAECAM. Atque in ipſius Laecae domum, Cic. I. Cat. c. IV. pro Sulla c. XVIII. Latro declam. *cap.* XVI. Hinc ſtatim advocat ingenium Palmerius, &, pro more ſuo, h. e. audacter reſcribit *penes M. Porc. Laecam*. Hoc more profecto effectum, ut Brevitatem Salluſtii nunc fere nusquam cognoſcamus: Verum ſi *per Laecam* convocati ſunt principes Conjurationis, non hercle alio, niſi domum ſuam convenerint: aliter Laecam, Senatorem, Catilinae apparitorem & Conjurationis vocatorem faciemus. dictionem habes infra *cap.* XXXIX. extr. *Lentulus idoneos aut per ſe, aut* per alios *ſollicitabat* c. XLIV. in. *Allobroges* per Gabinium *ceteros conveniunt*. & Jug. c. VII. n. 5. XXVII. n. 2. Hic vero ſubdidit *ibique* quod noſtram ſententiam aliquo modo juvat. Livius XXV. c. X. Convenere *omnes Tarentini*. - Ibi *Annibal benigne allocutus recipere ſe in domos ſuas quemque juſſit*. adde ſupra c. III. n. 4. In Vinar. I. Praepoſitio *per* non adparet, habetque: *convocans M. Porc.* &c.

MULTA DE I. E. QUESTUS. Fabric. 2. Eccard. & primitus Guelf. 12. *multum*; verum ex interprete. quippe ſic Servius ad V. Aen. *v.* 869. multa *gemens*: *Nomen*, inquit, *pro Adverbio*, *h. e.* multum *& ſatis gemens*. Sic infra *cap.* XLV. n. 4. *multa obteſtatus*. Corn. Nep. Epaminond. c. VI. *cum in oratione ſua* multa *invectus eſſet in Thebanos.* idemque alias. Auſonius Ephemer. init. *Tibi cauſſa ſomni*, multa *quod dormis*. Sed Poetis nihil frequentius, quam *dulce*, *laetum*, *crudele rubere*, Stat. Theb. VII. *v.* 762. IX. *v.* 439. *lene ſonare*, Ovid. II. Faſt. *v.* 704. *ſubriſit crudele*, Claudian. II. Eutrop. *v.* 107. *tonare omnia*, Claudian. Olybr. *v.* 208. ubi plura Heinſius. *aſinum vivit*, Boetius IV. Proſa III. Et plurima, quae verba vocant *Neutra*, ut Activa eſſe cum quibusdam Nominibus conſtructa, alias comprobavi. Nunc tamen Grammatici hic *Enallagen* agnoſcunt, addam ea Ciceron. pro Quinctil. *cap.* XXI. *injuriam decernere* pro *injuſte* & Prudent. Paſſ. XIII. *v.* 32. *Vivere* juſtitiam *Chriſti*. h. e. *juſte ut Chriſtus*.

4. PARAVERAT. *Paraverit* vel *paraviſſet*, requireret Oratio indefinita, alterum vero & Codd.

ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; ſeque ad exercitum proficiſci cupere, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet: eum ſuis conſiliis multum obſicere.

CAP. XXVIII.

XXIX.

1 IGitur perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam ſuam pollicitus, & cum eo L. Varguntejus Senator, conſtituere ea nocte paullo poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem, ac de improviſo domi ſuae im-

& uſus maluerunt. Jug. *c.* LXIII. n. 1. *magna atque mirabilia portendi haruſpex dixerat: proinde, quae animo* agitabat, *fretus diis ageret:* quo te dimitti patiaris. Vin. 2. *capiunda ad arma*. Forſitan irreptitium ſit vox *capiunda:* & ſine illo *parare ad arma* dictum ut Flori II. *c.* VI. in ſacramentum militiae *liberata ſervitia*. Cic. V. Verr. *cap.* LXXVII. Ad ſtatuam *pecuniam contulerunt*. Confer ſupra *c.* XII. n. 4. & plura exempla petas ex notis ad Coelii Epiſt. IX. n. 9. & Cic. X. ep. XXI. n. 17. Adde Jug. *c.* LXXIII. n. 1. *tanquam* ad *integrum* bellum *cuncta* parat *feſtinatque*, & quae ibi.

PROFICISCI CUPERE. *Cupere* non ſcriptum eſt in Fabric. 2. at is paullo ante *alia* etiam omiſerat. Si vetuſtiſſimis noſtris ita viſum foret, optime certe Catilinae voluntatem expreſſam eſſe dicerem Verbo ſine effectu poſito, qualia multa reperiuntur. Sic Seneca VI. Beneſ. *c.* XXXIX. *male utentis bona voluntate, & in id vitium incidentis, quod* evitat: pro *evitare cupit*. Plura hujuſcemodi profero ad Jug. *c.* CIX. num. 3. *dein ambo in ſua caſtra* digreſſi: pro *digredi pararunt*. qui locus injuria Glareano vapulavit, & male Interpretibus intelligitur.

EUM S. C. M. OBFICERE. Memorat. Cic. I. Cat. *c.* IV. ubi plura ex hoc ſermone nocturno: *dixiſti, paullulum eſſe tibi tum morae, quod ego viverem*. pro Murena cap. XXXVIII. *Neque iſti me meo nomine* interfici, *ſed vigilantem conſulem de reip. praeſidio demovere volunt*. Quod Ciceroni *interficere* Noſtro *opprimere*; quomodo ille ipſe alibi & Celſus II. cap. I. *quo fit, ut Autumnus plurimos* opprimat. Acad. *eumque ſuis* &c. idem initio in Guelf. 12. fuiſſe, ex litura patet. Guelf. 9. *quia eum ſuis* &c. ſed maxime omnium inepte II. *quia dicebat eum ſuis conſiliis multum officere*. τὸ *dicebat*, ſi ejus vices per praemiſſum *docet* non ſuſtinerentur, elegantius abeſt. vide cap. XXI. *n.* 3. *obficere obeſſe* interpretatur Nonius *c.* II. *n.* 610. & habes infra *c.* LVIII. n. 1. alibi. Liv. II. *c.* II. *ne additus nomini honos aliquid libertati* obficeret.

CAP. XXVIII. 1. C. CORNELIUS, EQUES R.) ambo equites Ciceroni. Sed Plutarchus Μάρκιον & Κέθηγον hoſce audaculos vocat, Appianus *Lentulum* & *Cethegum*. major tamen Criſpo fides.

POLLICITUS OPERAM SUAM. *Seſe* praeſtaturum, quod verbum formulae addit Livius XLII. *c.* XXVI. Nos: *er offerirte ſich*, ſimili Ellipſi. Oppoſitum eſt *negotium dare*, de quo ad *c.* XL. n. 1. & ad idem extrem. de illo.

ET CUM EO L. VARGUNTEJUS. *Eo* deeſt Guelf. II. & mox 6. habet *ſenatores*, pro *ſenator*. Vide, an Salluſtii ſit: *C. Cornelius e. R. o. ſ. p. cum L. Varguntejo Senatore conſtituere*. Sic *c.* XLII. n. 1. *Lentulus cum ceteris conſtituerant*. & eſt fere hic modus dicendi in plerisque aliorum Auctorum Codd. corrupte exaratus.

EA NOCTE PAULLO POST. Scilicet *poſt intempeſtam noctem*, hoc eſt, primo mane. Illud enim tempus ſalutationum erat. Herodian. VII. *c.* VI. n. 18. ſalutantes quidam πρὸ ἡμέρας ἀνακεχωρηκότων. Cic. I. Attic. ep. XVIII. *cum bene completa domus eſt tempore* matutino. adde VIII. Fam. epiſt. XXVIII. IX. epiſt. XX. Virg. II. Georg. *v.* 462. Martial. I. epigr. LVI. & CIX, Lib. IV. epigr. VIII. quos ſi evolveris, addas Senec. VI. Beneſ. *c.* XXXIII.

SICUTI SALUTATUM. Remenſ. 1. *ſalutandum*: Eccard. *ad ſalutandum*, quomodo editam exponendam eſſe, nemo dubitat; & expoſuit Gloſſ. MS. Guelf. 1. Sic Jug. *c.* XX. n. 5. *legatos ad Jugurtham de injuriis* quaeſtum *miſit*. *c.* XXVII. n. 2. *niſi regnum ipſumque* deditum *veniſſent*. *c.* LXXXIII. n. 1. *legatos ad Bocchum mittit* poſtulatum.

DOMI SUAE. Delet utramque vocem Guelf. 6. *ſuae* tantum Remenſ. 1. Vinar. 1. Guelf. II. Sen. 1. &

Digitized by Google

imparatum confodere. Curius ubi intellegit, quantum periculi Con- 2
ſuli impendeat, propere per Fulviam dolum, qui parabatur, enun-
ciat. Ita illi janua prohibiti, tantum facinus fruſtra ſuſceperant. 3
Interea Manlius in Etruria plebem ſollicitare, egeſtate ſimul, 4
ac

& eraſum eſt in Guelf. 2. neque fuit in Commeliniano & Nazariano. Aut utramque delendam, aut *ſuae* retinendam cenſeo, quae diſcriminis cauſſa addita. & ſic Plautus Truc. A. II. Sc. II. *v.* 6. *Quid tibi bic* noſtrae domi *debetur*. Apulej. Apolog. p. 312. *me, ſi quid ejus facere vellem, non* domi meae *potius facturum fuiſſe*. item Varro & Cato apud Charis. 1. p. 101. Saepius Cicero, ut II. Offic. *c.* XXII. *Nibil* domum ſuam *intulit*. adde VII. ep. V. n. 5. IV. ep. VII. n. 10. XIII. ep. LXIX. n. 1. & Noſtrum Jug. *c.* LXXVI. n. 6. Praeterea Palat. 7. unus Waſſii & quidam A. Popmae, ex noſtris Incert. 2. Eccard. Vinar. 2. Guelf. 3. & ab emendatore Fabric. 2. cum ed. vet. habent *domui ſuae*. & ſic pro antiquo *domuis* in veteribus libris Ciceronis ſcribi, notat A. Popma de Uſu Ant. Loc. 1. *cap.* IX. pag. 468. & P. Manut. ad Cic. III. Offic. *c.* XXVI.

2. UBI INTELLEGIT. Vet. Cod. Urſini *intellexit*, & ſic Incert. Baſil. 2. Struv. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 2. 7. 8. 10. cum ed. vet. Ortum eſt ex antiqua ſcriptura *intellegit*, quam perſpicue exhibent Fabric. 1. Senat. 1. Guelf. 5. & Baſil. 1. Sive potius inde, quod cum particulis *poſtquam*, *ubi* ſemper Praeteritum tempus jungendum eſſe exiſtimarent. Sed ſic ſupra *c.* XX. n. 1. ubi *eos conveniſſe* videt. adde infra *c.* XLV. n. 3. & Jug. *c.* LII. n. 6.

QUANTUM PERICULUM. Incert. 1. Sen. 2. Guelf. 2. 9. & 11. *quantum periculi*.

CONSULI IMPENDEAT. Miſcent Codd. varie, nec cauſſa adparet in loco aperto. Urſini, Remenſ. 1. Eccard. Guelf. 6. 7. 8. *impendebat*, quia partim *intellexit* habuerant: Rem. 2. *impendiſſet*: Guelf. 10. & Struv. *impenderat*; Baſil. 2. *impenderant*; At fidelis ille Guelf. 5. cum 1. & 2. item Vinar. 2. & ed: vet. *impendat*, ſine ulla ſuſpicione contractae ſcripturae. Et hanc Criſpi manum eſſe ſuſpicor, qui infra *c.* XLV. n. 2. *obſidunt* pro *obſident* poſuit. ubi plura. *Impendo* autem tanto magis pro *impendeo* ponere potuit, quod eam duplicem terminationem, etiamſi notiones diſtinctae ſint, nemo umquam impugnaverit. Et quod ad ſignificationes, eae alterutri verborum optime conciliantur; ſicuti in Diſſertationibus noſtris multa verba, quae notionibus & terminatione vulgo diſtinguebantur, ad concordiam revocavimus.

PER FULVIAM CICERONI DOL. Q. P. ENUNCIAT. Sic quidem vulgo omnes edd. etiam Gruteriana, quam quando nomino, norit lector, quid mihi velim. ego vero fide Fabriciani 2. *Ciceroni* delevi; tum quia ſaepius in paucis verſibus iteratur, tum quia modo dixerat *conſuli*. & ſane ſtupidus foret, qui quando legit Curium *per Fulviam* enunciaſſe, non repetere mente poſſet ex *c.* XXVI. num. 3. nulli alii, quam Ciceroni, quem iſti latrones petebant, nunciatum eſſe. Praeterea iſtud Nominis neque in ceteris Codd. certiſſimae ſedis eſt.

DOLUM, QUI PARABATUR. *Parare* & *Apparare*, maxime cum tertio caſu juncta, de pernicie & clade dici ex Donato ad Andr. A. IV. Sc. 1. *v.* 32. & Sc. II. *v.* 7. in Phaedr. II. Fab. IV. *v.* 6. & Petron. Sat. *c.* XX. init. notat Cl. Burmannus. adde infra Jug. *c.* XI. extr. & *c.* LXX. n. 1. & quod maluerit ita, & non praeciſe *dolum*, omiſſo *qui parabatur*, de eo ſimilia habes *c.* LIII. n. 2. & XXXIX. n. 4.

3. ITA ILLI JANUA PROHIBITI. Non narrat, quae Cicero contra pararit, cum id ex eventu cognoſcatur. Et haec eſt *brevitas Hiſtorica*, quam commendat Eugraphius ad Ter. Eun. A. I. Sc. II. & eleganter deſcribit Cicero I. de Invent. *c.* XX. *Brevis erit narratio, ſi cujus rei ſatis erit* ſummam *dixiſſe, ejus partes non dicentur. nam ſaepe ſatis eſt*, quod factum ſit, *dicere; non ut enarres* quemadmodum *ſit factum: & ſi ita dicetur, ut nonnumquam ex eo, quod dictum ſit*, id, quod dictum non ſit, *intelligatur*. & quae ibi plura. Luculentum exemplum habes Jug. *cap.* XII. extr. de nece Hiempſalis: *Cum interim Hiempſal reperitur. Numidae* caput *ejus, uti juſſi erant, ad Jugurtham referunt*. ibi quaedam alia notamus.

JANUA PROHIBITI. Quod eo facilius fuit, quia, *qui olim amplas domos aedificabant locum ante januam relinquebant, qui inter fores domus & viam medius eſſet. in eo loco qui ſalutatum veniebant, priuſquam admitterentur, conſiſtebant. clauſae interim fores, & niſi humani & noti facile admittebantur*, Gellius XVI. *c.* V. adde Alexandr. ab Alex. V. Gen. D. *cap.* XXIV. *janua probibiti*, uti Terent. Phorm. A. III. Sc. III. *v.* 78. *ipſam probibebo* domo. infra Jug. *cap.* XXI. *multitudo togatorum Numidas* moenibus *probibuit*. alibi addit Praepoſitionem.

4. DOLORE INJURIAE. In Fabric. 2. & Guelf.

ac dolore injuriae novarum rerum cupidam : quod, Sullae dominatione, agros bonaque omnia amiſerat ; praeterea latrones cujuſque generis, quorum in ea regione magna copia erat; nonnullos ex Sullanis colonis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

CAP.

12. reperio *labore injuriae*. Et novi, Ciceronem docuiſſe, *laborem* & *dolorem* finitima eſſe: auctores bene multos *laborare* pro periclitari & adverſa pati ponere: Servium etiam ad III. Aen. *v*. 145. & X. *v*. III. *laborem* ſtatum difficilem & *periculum* interpretari ; nihilominus *dolore* non moveo. Niſi ſi malis ex hac varietate conficere : *egeſtate ſimul*, *ac* injuria *novarum rerum cupidam*. nam ſic aliquoties Noſter voce utitur. At Livius I. *c*. XL. *Sed & injuriae dolor in Tarquinium ipſum magis, quam in Servium eos ſtimulabat*.

NOVARUM RERUM. Seditionis atque turbarum, *mutationis* ſtatus praeſentis. Sic ſaepiſſime Latini: item Graeci, apud quos *νεωτερίζειν* eodem ſignificatu ſaepe invenias. Eleganter circumſcribit Noſter *c*. XXXVII. adde *c*. XXXIX. n. 3. Jug. *c*. LXXXVII. n. I.

SULLAE DOMINATIONE-AMISERAT. Exponit *injuriam* & cauſſam egeſtatis, etſi *novarum rerum cupidam* interpoſuerit. quo de vide quaedam ad *c*. proximi n. 3. *Dominatione*, eſt *per tyranidem* Sullae, ut *c*. XIV. n. 2. & *c*. XXIII. n. 3. alibi. Sulla enim non ſolum eos, qui Mario faverant, male habuerat, in quibus etiam Etruſci, Florus III. *c*. XXI. num. 21. ſed pleraque etiam municipia, quos agris & civitate ſpoliavit, ut milites ſuos locupletaret, vide Cic. pro domo *c*. XXX. & infra *c*. XXXVII. In quatuor MSS. eſt *amiſerant ;* ſed non ſunt illi ex vetuſtioribus. quamquam Salluſtium ita conſueviſſe conſtat. Baſil. 3. omittit *omnia*, propter nomen *agros*, ut videtur.

LATRONES CUJUSQUE GENERIS. Viarum obſeſſores, parricidae, ſicarii, Cic. II. Cat. *c*. IX. Erant & alii imperii impatientes, qui vagando & latrocinando vitam tolerabant, & mercedem pacti cujuſvis cauſſam agebant : quibus ſimiles in Italia Panditae, in Dalmatia Morlacki, in Ruſſia & Polonia Koſaki habentur . lege Scaliger. ad Euſeb. p. 237. Cellar. Diſſ. de Imper. Palmyr. §. XVI. Hinc *cujuſque* generis addidit, quod eſt *omnis*, vulgo *cujuſcumque*. ſic *c*. XXIV. n. 3. cujuſque *generis homines*. & alibi. Sic Cic. I. Off. c. *c*. XXXIX. *& admittenda hominum* cujuſque modi *multitudo*, cum nota Fr. Fabritii ac Jac. Gronovii, quod itidem Noſter *c*. XXXIX. extr. Vinar. I. *Poſtea ſollicitare latrones cujuſque generis*.

MAGNA COPIA ERAT. Haec deſiderantur in Guelf. 6. *magna* in margine habet Sen. 2. ſatius foret, ſi quis cum Grutero *erat* tantum abjiceret.

SULLANIS COLONIS. Gloſſ. Fabric. I. *quos Sulla poſuit agros colere*, h. e. quibus Sulla agros adſignaverat. Male Senat. I. Guelf. 2. 3. & 4. *coloniis:* qui error recurret *c*. LIX. n. 3. de quibus Cicero II. Cat. *c*. IX. *Hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Faeſulis Sylla conſtituit-ſed tamen* hi *ſunt* coloni, *qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumtuoſius inſolentiuſque jactarunt*. &c. de Sullae coloniis Livii Epit. LXXVII. & Godelevaeus ad Liv. Libr. IV. paſſim Cicero.

NIHIL RELIQUI FECERANT. Recentiores MSS. *fecerat*, uti *c*. XII. n. I. Idem incertum apud Horat. I. Od. VI. *v*. 9.

- - - *dum* pudor

Imbelliſque lyrae Muſa *potens* vetant.

alii *vetat*. de magnis rapinis nihil ipſis ſupererat, quia *libidine* & *luxuria* dilapidaverant omnia. *libido* nihil reliqui feciſſe dicitur, uti Jug. *c*. LXV. n. 4. ſpes *impellit*, ubi plura hujus figurae. In Vinar. I. emendavit quidam: *nihil relinqui fecerat*, cum antea fuiſſet: *nihil reliqui fecerant*. *Nihil reliqui*, eſſe idem quod *nihil reliquum*, dixi ad *c*. XI. n. 7. Cic. I. Verr. *c*. I. *ne* hoc *quidem ſibi* reliqui *facit*. v. *c*. XXVI. nihil *ne* de *bonis quidem ſuis* reliqui *fecit*. Caeſar II. Gall. *c*. XXVI. extr. *nihil ad celeritatem ſibi* reliqui fecerunt. Sulpic. Sen. I. Hiſt. Sacr. extr. nove : quos *belli conditio*, *vel praedae faſtidium* reliqui *a victoribus* fecerat. ibi Sigonius *relinqui ;* alii *reliquias ;* I. Waſſe *reliquos* ſubſtituit. Mihi vulgata videtur retinenda, cum id genus ſcriptorum antiquas phraſes corrupte ſaepe adhibere ſoleat. adeoque Severus *reliqui facere* abſolute ceperit pro *relinquere ;* qui & alibi *formulas* ne rebus quidem cum cura aptat, ut I. Hiſt. Sacr. *c*. XVIII. n. 3. aliis.

CAP.

CAP. XXIX.

XXX.

EA cum Ciceroni nunciarentur ; ancipiti malo permotus , quod 1
neque urbem ab inſidiis privato conſilio longius tueri poterat,
neque exercitus Manlii quantus, aut quo conſilio foret , ſatis com-
pertum habebat, rem ad Senatum refert, jam antea volgi rumori-
bus exagitatam. Itaque , quod plerumque in atroci negotio ſolet , 2
Se-

CAP. XXIX. 1. ANCIPITI MALO. Quaſi *duplici*, intra & extra urbem , quod mox exponit : *intra* ab inſidiis Catilinae ſociorumque ; *extra* ab exercitu Manlii. Sic Jug. *c.* LXVII. n.2. *Ita neque caveri* anceps *malum poſſe* &c. Caeſar III. Civ. *c.* LXXII. *Non illi* ancipitem *terrorem* , intra extra*que munitiones cauſſae fuiſſe cogitabant*. Apulej. VII. Met. p. 196. *Ergo igitur* ancipiti malo *laborabam, nam cum me curſu proripueram, vehementiore niſu ſpinarum feriebat: ſi dolori parcens paullulum reſtitiſſem* , *plagis compellebar ad curſum*. Dictys II. *c.* XII. *eoſque* ancipiti malo *territos* , *ſine ullo ordine ac diſciplina militari fugere coegit*. Gronovius qui hic in Scholis obſcurius mentem auctoris proponit, aperte ſatis verum oſtendit ad Liv. XXX. *c.* XXXIII. Sequiores tamen pro *periculoſo* ſaepe dixerunt, non illam proprietatem reſpicientes, uti Dictys & Sulpic. Sev. Epiſt. I. n. 12.

PRIVATO CONSILIO. Adhuc enim per amicos & clientes , nullo publico auxilio adiutus ſeque remque publicam defenderat, *c.* XXVI. num. 2. Cicer. I. Catil. *c.* V. Dictionem imitatur Vellej. II. *c.* LXI. de Octavio : *quod mira* , ſcribens, *auſus ac ſumma conſecutus* privato conſilio *majorem* Senatu *pro rep. animum habuerit*.

LONGIUS. Diutius, in ulteriora tempora, uti Cicero: longius, *quam vitae tempora poſtulant, cogitare*. Servius ad III. Aen. *v.* 487.

- - - - - - longum *Andromachae teſtentur amorem*

& de praeterito , & de futuro : ut agnoſcas quantum te vel amaverim , vel amatura ſim. poteſt & pro diu accipi. Sic Rutilius I. Itiner. *v.* 2. 3.

Quid longum *toto Romam venerantibus aevo*
Nil unquam longum *eſt*, *quod ſine fine placet*.

adde ibid. *v.* 27. Olim etiam *longinquum* de tempore dicebant.

QUO CONSILIO. Utrum exſpectaturus ſit Catilinam, an per ſe ad urbem acceſſurus: utrum in latrocinia, an in apertum bellum ſit erupturus. *quo propoſito* ſit iſta multitudo, vide *c.* IV. n. I. vocem *quantus* omittit Baſil. 3.

REM AD SENATUM REFERT. Gloſſae MSS. *ſenatu proponit*. non male. Sententiam Senatus exquirebat, uti ex dictis ad Cic. I. epiſt. I. n. 5. patet. Conſulis hoc erat. legimus tamen & praetores & tribunos *retuliſſe* , vide omnino Manut. de Senatu R. *cap.* VII. *referre* pro crimen proponere dixit Plin. IX. epiſt. XIII. & eadem voce, etſi frementibus antiquariis quibuſdam, utitur Florus III. *c.* XXI. num. 9. de rogationibus popularibus : *Cum de revocandis* , *quos Senatus hoſtes judicaverat*, ad populum referretur.

VOLGI RUMORIBUS. Sic edidit Gruterus & qui eum ſequuntur. Antiqui enim nullam litteram Vocalem geminabant, qua de cauſſa *Davos*, non *Davus* ſcribendum eſſe exiſtimat Donatus ad Andr. A. I. Sc. II. Sed poſtquam V pro Conſonante accepta eſt, iſtam diligentiam certatim reprehenderunt, ut Chariſius I. p. 57. Velius Longus p. 2222. Scaurus p. 2251. Marius Victorinus p. 2459. Solus Quinctilian. I. *cap.* IV. ſine reprehenſione proponit morem illum ſcribendi , ubi ſimul alia veterum *dedesront* , *probaveront* adduxit. Priſcianus I. pag. 554. ejus rei hanc rationem reddidit , quod multis Italiae populis *V* non fuerit in uſu. Sed id placet , ubi *& maxime* , inquit , *digamma antecedente hoc faciebant* , *ut ſervos pro ſervus, volgus pro vulgus* , *Davos pro Davus*. Nam quod ad rationem illam , viderit , quid reponat Auguſto, qui *domos* Gignendi caſu perpetuo pro *domus* ſcripſit, teſte Sueton. *c.* LXXXVII. Deinde mallem *exagitatum* , ut ad *Senatum* , agitatum & motum rumoribus de Catilinae conjuratione , pertineat. ſic *exagitatum* mollioti ſignificatu accipiendum , ut Jug. *cap.* LXXXII. extr.

2. IN ATROCI NEGOTIO SOLET. Incert. Baſil. 2. & 3. Struv. Vinar. 2. Acad. Guelf. 4. 6. 7. 8. 11. &, quantum ex cicatrice judico , 12. *fieri* addunt. Sed jam ad Cic. I. epiſt. I. n. 10. exemplis firmavi, hoc additamento carere poſſe Criſpum, & ex *decrevit*, adſumendum eſſe *decerni* vel de-

Digitized by Google

Senatus decrevit, DARENT OPERAM CONSULES, NE QUID
3 RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET. Ea poteſtas per Senatum, more Romano, magiſtratui maxuma permittitur: exercitum parare, bel-

decerni. adde v. ep. I. n. 3. XIII. ep. X. num. II. infra Jug. *c.* XVIII. n. 2. *vagi palantes*, *qua nox* coegerat, *ſedes* habebant. & mox *c.* XXX. n. 2. adde infra *c.* XLVIII. n. 4. *negotium*, pro *re* poſuit, ut Jug. *c.* VI. n. 2. & alibi. Ipſum illud SCtum *ultimae ſemper neceſſitatis eſt habitum*, quemadmodum in extremis tantum periculis Dictatorem, cui Conſul hoc verſiculo armatus proxime accedebat, creabant. vide Liv. III. *c.* IV. Caeſar I. Civ. *c.* V. Cic. I. ad Att. ep. XVI. alibi.

DARENT OPERAM. Guelf. 7. 8. & reliqui numero ſequentes Fabric. 2. Incert. I. Remenſ. I. Acad. Eccard. Baſil. 3. Struv. Vinarienſes & ed. vet. *ut darent operam*. Sed nec Cicero, Livius, Caeſar, nec libri meliores agnoſcunt. neque Vegetius III. R. M. *cap.* I. *mittebantur cum ejuſmodi praecepto: provideant, ne quid reſp. detrimenti caperet*. Confer Briſſon. II. Form. p. 212. & Schottum ad Aurel. Vict. Vir. Ill. *cap.* LXXIII. Noſter poſt *decernere* adhibuit particulam *c.* XXX. n. 7. Alibi omittit, ut *c.* XXXIII. extr. Jugurth. *c.* LVI. n. 2. Capitolin. Vero *c.* IX. *Urgente Lucio, Aquilejam rediret*. Imago hujus SCti etiam ſub Imperatoribus ſervata. Caeſares quippe in rebus trepidis Patribus commendabant remp. Lege Tacit. I. Hiſt. *c.* XC. & maxime Herodian. II. *c.* XII. num. 7. Denique Cicero, Livius, & ſemel Caeſar, *ne quid detrimenti reſp.* eodem ordine Fabric. I. Eccard. Senat. 2. Heuſſ. Vinar. 2. Guelf. 9. & 10. Sed ea Diſſolutione Livius XXVIII. *cap.* XLII. *duabus navibus* populi R. *imperator* fortunam *commiſiſti*. Cicero Bruto: *cur hominum* clariſſimorum *diſcipulis* domus *floruerunt?*

3. EA. Intellige *formula*, *ſententia* (nam & hoc nomine iſtud SCtum notatur apud Livium VI. *c.* XIX.) vel quidvis, dummodo cum Gronovio *Ea* ſexto caſu accipias. *Decretio*, ſi antiquis in uſu fuiſſet, facillime adſumeretur, ut ſupra *c.* XVIII. num. I. ex *conjuravere*, *conjuratione*. Sed librariis & quibuſdam Grammaticis ſatius eſt *re* intelligere. Olim cum Auſon. Popma malebam *Eo*: repreſſit autem Criſpus, cui illa Syntheſis valde familiaris. confer infra *cap.* LVI. num. 6. Interim poſitum vocis *poteſtas* mutaſſem, quia ſimiles trajectiones auctori invectas alibi videram, ut *cap.* VII. numer. 4. & hoc loco Pronomen *Ea* facillime ſibi *poteſtas* adſciviſſe videbatur: niſi Codd. & alia prohibuiſſent. vide ad *cap.* XXXVIII. numer. I. Improbo tamen nihilominus, & falſum eſſe judico vulgarem ordinem.

PER SENATUM. Semper SCto datam legimus; & opponit *populi juſſum*. Sed Grutero haec, uti & ſubſequa de Gloſſa videntur, & fuiſſe primam ſcripturam: *Eo permittitur exercitum parare*, &c. Sed liceat Salluſtio vetuſti moris explanatio, quae ſummis Scriptoribus & nominatim illis, quos aemulatur, permiſſa fuit. In negotio praeſenti & Livius, & Caeſar, & Cicero interpretationem hujuſcemodi admiſerunt. adi *c.* L. n. 4.

MORE ROMANO. Ne quid novi factum eſſe putares. & eſt hoc additamentum in ſollemnibus. vid. *c.* LII. extr. more Graecorum ſimilis poteſtas τῷ στρατηγῷ αὐτοκράτορι permittebatur, de quo Sam. Petitus Comm. ad Leg. Att. III. Tit. V. p. 251.

MAGISTRATUI. Conſulibus: imo & aliquando Praetoribus, Pro Conſulibus, Tribunis pleb. Caeſar l. c. Cic. XVI. epiſt. XI. n. 5.

POTESTAS-MAXIMA PERMITTITUR. Sic diſtinguunt omnes MSS. & ed. vet. Gruterus vero poſt vocem *maxima*. Geminus perfecte locus *c.* XIII. n. 3. *Sed lubido* ſtupri, ganeae *ceterique* cultus *non minor* inceſſerat: *viros pati muliebria, mulieres pudicitiam in propatulo habere*, cetera. ubi ſimiliter turbavit optimus Gruterus. Sed ut ibi primum ſummatim poſuerat *lubidinem ſtupri*, *ganeae* &c. quam poſt per partes oſtendit; ſic hoc loco *ſummam poteſtatem*, & mox in quo illa conſiſtat enumerat, *exercitum parare* &c. penes quae *permittitur* recte per Zeugma ſubauditur, uti in illo *inceſſerat*. Erunt, quibus concinnior ordo habebitur, ſi Criſpus ſcripſiſſet: *poteſtas maxima, exercitum parare-imperium atque judicium ſummum habere permittitur*. Sed conſiderent illi principium hujus *cap.* *ancipiti malo* permotus, *quod neque* cetera; ubi ſimiliter prius, quam deſcriptionem *ancipitis mali* adderet, verbum *permotus* poſuit. Sic *c.* XXVIII. n. 4. *dolore injuriae* novarum rerum cupidam, *quod Sullae dominatione* &c. Jugurth. *c.* XXXI. n. I. Multa *me dehortantur a vobis, ni ſtudium reip. omnia ſuperet*: opes factionis, veſtra patientia *&c.* adde *c.* XVII. n. 5. & XXVII. n. 3. XXV. n. 10. *ubi neque quod intenderat*, efficere poteſt, *uti prius quam legatos conveniret Atherbalis potiretur*. hoc libro *c.* XXXVIII. n. I. *homines adoleſcentuli* ſummam poteſtatem nacti, *quibus aetas animuſque ferox erat*. Similes expoſitiones habes ſu-

Digitized by Google

bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atque civis: domi militiaeque imperium atque judicium ſummum habere; aliter, ſine populi juſſu, nulli earum rerum conſuli jus eſt.

CAP. XXX.

xxxi.

POſt paucos dies L. Saenius ſenator in Senatu litteras recitavit, 1
quas Faeſulis adlatas ſibi dicebat: in quibus ſcriptum erat, C. Manlium arma cepiſſe, cum magna multitudine, ante diem VI. Kalendas

ſupra *c.* v. n. 9. *c.* VII. n. 6. Aliam vero Trajectionem *c.* LII. n. 26.

COERCERE OMNIBUS MODIS. S. A. C.) Hinc Cicero de Pompejo, cui per tale SCtum reſp. erat mandata pro Milone *c.* XXVI. *quid enim illo minus dignum, quam cogere, ut vos eum condemnetis*, in quem animadvertere ipſe *& more majorum, & ſuo jure poſſet?*

JUDICIUM SUMMUM. Summam jurisdictionem, ſine provocatione, aliisque legibus, quibus ordinarium eorum imperium erat circumſcriptum, ſolutam. Sub nomine enim Conſulum *dictatoriam* poteſtatem habebant, Plutarch. Gracch. p. 843. Livius VI. *c.* XIX.

ALITER. Alioquin *c.* XLIV. n. 1. *poſtulant jusjurandum, quod ſignatum ad civis perferant:* aliter *haud facile eos ad tantum negotium impelli poſſe*. Cic. I. Offic. *c.* XXXIX. *adhibenda eſt cura laxitatis*. aliter *ampla domus dedecori ſaepe domino fit*.

SINE POPULI JUSSU. Populus proprie *jubet*, quod Senatus cenſuit: & Senatus quidem decreta eleganter Dionyſius προβουλεύματα vocat. Livius XXXI. *c.* VII. *Ite in ſuffragium bene juvantibus diis; & quae patres* cenſuerunt, *vos* jubete. Id. XXXVII. *c.* XV. *Senatus eam pacem ſervandam* cenſuit, *& paucos poſt dies populus* juſſit. adde Jug. *c.* XL. n. 3. & Gell. X. *cap.* XX.

NULLI EARUM RERUM. Sic eſt in Baſileenſibus, Heuſſ. Senat. 2. (qui tamen ut & Heuſſ. *rerum* omittit) Struviano, Vinar. 2. Guelf. 5. & 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Incertis, ed. vet. Ceteri *nullius;* quod & Rivius, & Gruterus in membranis melioribus repererunt. Gruterus *nullius* revocandum cenſet; at melius, meo judicio, Rivius *nulli* antique pro *nullius* poſitum exiſtimat, ut apud Terent. Andr. Act. III. Sc. V. *v.* 2. *Quandoquidem tam iners, tam* nulli *conſilii ſum*. ubi vide Donatum. Plura Muncker ad Hygin. Fab. V. & Fulgent. Continent. p. 140. illique, quos citat. Recte autem *nulli* Gignendi caſu accipi, & non conjungi cum *conſuli*, illa Cic. XII. ep. IV. n. 2. paullulum demonſtrant: *cum ille* earum rerum nulli *paruiſſet*. *Nulli* autem pro *Nullae* jungit cum *earum rerum*, uti Horat. I. epiſt. XVII. *v.* 21. *vilia rerum:* uti alii alia, quae producimus ad Jug. *c.* XLI. n. 1. *otia atque abundantia* earum rerum, quae *prima mortales ducunt*.

JUS EST. *Jus* Rivius interpretatur *poteſtatem*. ea notione Livius XXVII. *c.* VI. *ut, quoad bellum in Italia eſſet, ex iis qui conſules fuiſſent, quos & quoties vellet, reficiendi conſules populo* jus *eſſet*. Id. XXXVIII. *c.* XXXIV. *qui ibi manſiſſent, eos prehendendi, vendendi, abducendi Achaeis* jus *eſſet*. quae ſimul propterea adſcripſi, ut defenderent lectionem editam contra hos, qui invitis omnibus libris tam *eſt*, quam *conſuli* ſuſpecta habent. Id Livius XXXIV. *cap.* LVII. *ipſius* jus *atque arbitrium eſſe*. Eam itaque *poteſtatem* vocabulum denotat, quae eſt ex legibus, vel *jure*. alibi moraliter pro quacumque. vide Jug. *c.* III. n. 1.

CAP. XXX. 1. L. SAENIUS. Hoc modo nomen ſcribendum. MSS. vetuſtiores *L. Senius*, recentiores *L. Sennius*. ſcilicet ut *Laeca*, *Leca* & *Lecca*, *c.* XVII. n. 5. Vinar. 2. *L. Servius*.

LITTERAS RECITAVIT. De quo more ad. *c.* XXXIV. extr.

ADLATAS SIBI DICEBAT A Q. FABIO. Voces poſtremas *a Q. Fabio* Cypr. Popma primus infarſit, cum in nullis tamen Gruteri, Rivii & noſtris MSS. appareant. quaſi neceſſe fuiſſet Saenium dicere, a quo ſibi adlatae litterae. Senat. 2. *illatas*.

ANTE DIEM VI. KALENDAS NOVEMBRIS. *Ante diem* integris litteris omnes MSS. & ed. vet. quod alibi per *AD* notatum, quas ignari in *Ad* ſaepius mutarunt. Sed conciſam iſtam & conſuetudine confirmatam locutionem ita evolvendam eſſe, ut *diem* vel *die* VI. *ante Kalendas* ſignificet, monui ad Cic. II. epiſt. XVII. n. 1. Nihilominus Gruterus edidit *Kalendarum Novembrium*, quod ex Incert. 2. Eccard. Baſil. 1. Vinar. 2. Guelf. 11. 12. & ed. vet. confirmatur; ceteri KLD. aut per aliam notam primam vocem exhibent,

2 lendas Novembris. Simul id, quod in tali re ſolet, alii portenta atque prodigia nunciabant, alii conventus fieri, arma portari, Capuae

bent, ita ut quidam *as* terminationem addiderint, alii *arum*, ſed hi recentiores; alteram vero *Novembris* integre ſcribunt Guelf. 1. 3. 5. & 9. Heuſſ. & Struv. ceteri per trium aut quatuor litterarum ſigna. Habet Gruterus, quo ſe tueatur, dum ita exponere poſſet *diem VI. ante diem Kalendarum*; illud tamen frequentius in libris reperitur. Confer Salmaſ. Epiſt. cxxv. ad Gronovium.

2. Id, quod in tali re ſolet. Incert. 1. Baſil. 3. Struv. Acad. Rem. 1. Guelf. 4. 7. 8. & 12. addunt *fieri*, quod pro Gloſſa habet Guelf. 1. unde profectum eſt, ut *c.* xxix. n. 2. & Jug. *c.* xv. n. 5. in MSS. aliquot. Simul male pleraeque editiones diſtinctionem poſt Provocabulum *id* neglexerunt, quia vulgo per Pleonaſmum additum cenſetur. Sed eſt potius Ellipſis; & integra foret locutio; *ſimul id* factum eſt, accidit, *quod in tali re* fieri, accidere *ſolet*. Nam uti Hiſtoricorum aliorumque narrantium apud Graecos & Latinos eſt, ut ſaepe ſcribant *Accidit, ut; Factum eſt; Eſt, quod; Fuere, qui:* (lege ſis *c.* xxii. num. 1. lii. num. 23.) Sic idem in his exprimere volunt, etiamſi lectoris judicio permittant. Exprimit tamen Plautus Menaechm. Act. v. Sc. ii. *v.* 23.

- - - *ejus triſtem virum video*
Id *eſt*, quod *ſuſpicabar*

quem imitatur Terent. Andr. Act. 1. Sc. v. *v.* 14.

Repudiatus repetor. quamobrem? niſi ſi
id *eſt*, quod *ſuſpicor*,
Aliquid monſtri alunt.

Sic intelliges *cap.* xiv. n. 1. *Catilina* id (faciebat) quod *factu facillimum erat*, (nempe) *omnium facinorum catervas circum ſe habebat*. Cic. pro Sext. *c.* xvii. *Quos homines, ſi* id, (feciſſem) quod *factu facile fuit, & quod* fieri *debuit, vi armisque ſuperaſſem*. Caeſar. iv. Gall. *c.* xxix. *Compluribus navibus fractis, magna,* id (nempe accidit) quod *neceſſe erat accidere, totius exercitus perturbatio facta eſt*. cui junge Auct. viii. Gall. *c.* ii. & x. Flor. iv. *c.* ii. n. 81. *Noviſſime* illud *inuſitatum Caeſaris oculis nefas*, (evenit, nempe) *veteranorum manus gradum retro dedit*. Aliquando Demonſtrativo adhaeret Verbum, uti Jug. *c.* xlvii. n. 2. *ratus* id, quod *res* (fieri vel exiſtimare) *monebat*. *c.* lvi. n. 1. *ratus* id, quod *negotium* (fieri) *poſcebat* &c. Sic Cicero pro Sext. *cap.* xiii. *Nihil acerbius ſocii Latini ferre ſoliti ſunt, quam* id (ferunt) quod *perraro accidit, ex urbe exire a conſulibus juberi*. & tamen in his quoque *id quod* compingunt, ac *id* pro ſuperfluo habent. Sed librarios etiam convincam *fieri* poſſe abeſſe. Cic. poſt Red. *c.* ii. *A parentibus*, id, quod *neceſſe erat, parvus ſum procreatus*. ſimiliter Jug. *c.* xv. extr. *c.* lix. n. 3. lxxi. n. 1. xcvi. de locutione *in tali re* conſule ad *c.* xlviii. n. 4. dicta.

Solet. Propter timorem hominum, de quo Tacit. ii. Ann. *c.* xxiv. *Viſa ſive ex metu credita*, & quae ibi plura. Id. 1. Hiſt. *c.* xix. *Facilis civitas ad accipienda credendaque omnia nova, cum triſtia ſunt*. quae deinde *ex longinquo aucta in deterius adferuntur*, quod idem ait ii. Ann. *c.* lxxxii. & iii. *c.* xliv. & recte Seneca ii. de Ira *c.* xxii. *quae inviti audimus, libenter credimus*, & Quinctil. Declam. xi. *apud ſollicitos in deterius prona perſuaſio eſt*. adde Curt. iv. *c.* iii. n. 22. Hinc Statius vii. Theb. *v.* 131. *Nil falſum trepidis*, adde omnino *v.* 112. ſeqq. & iii. Theb. *v.* 343. Hinc Claudian. de B. Get. *v.* 227.

Utque eſt ingenio loquax & plurima fingi
Permittens crediquę timor; tum ſomnia vulgo
Narrari; tum monſtra Deum, monitusque ſiniſtri &c.

adde ii. Eutrop. *v.* 470. Liv. xxvii. *cap.* xliv. Caeſar. vii. Gall. *c.* lxxxiv. ii. Civ. *c.* xxix. Plin. vi. epiſt. xx. n. 15. Dictyn 1. *c.* iii. Quare in talibus utile monitum Phaedri iv. Fab. x. *v.* 51.

Nil ſpernat auris, nec tamen credat ſtatim.

Interim ex experientia docet Herodot. vi. *cap.* xxvii. magnas civitatium calamitates ſignis fere praenunciari.

Portenta atque prodigia. Ea quidem enumerat Cic. iii. Cat. *c.* viii. 1. de Divin. *c.* xi. xii. Jul. Obſequens de Prodig. *cap.* cxxii. Plutarch. p. 867. Dio p. 40. adde Plin. ii. c. li. Unde dicta, Cicero 1. Div. *c.* xlii. exponit: *quia*, inquit, *oſtendunt*, portendunt, *monſtrant*, praedicant, *oſtenta*, portenta, *monſtra*, prodigia *dicuntur*. Accedit Feſtus. adde leg. 38. de V. S. Lucan. 1. *v.* 525. ſeqq. Senat. 2. Heuſſ. Struv. & quidam alii: *alii prodigia*.

Conventus fieri. Quos ſedulo obſervabant Romani & valde metuebant: ſaltem ſemper ſuſpicionem movebant. Liv. xxxii. *cap.* ii. Hinc Chriſtiani quoque ob conventus ſuos illis exoſi, Tertullian. Apolog. *c.* ix. Minuc. Fel. *cap.* x. *conventum facere* habes etiam Jug. *cap.* xii. num. 1. & leg. 4. D. ad L. Jul. de vi priv.

Legis

puae atque in Apulia ſervile bellum moveri. Igitur Senati decre- 3
to Q. Marcius Rex Faeſulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque loca miſſi: Ii utrique ad urbem Imperatores erant; impedi-

Legis Juliae de vi privata crimen committitur, *cum* coetum *aliquis*, *vel* concurſum feciſſe *dicatur*, *quominus in jus quis produceretur*.

ARMA PORTARI. Guelf. 3. 9. &, quod raſura perſuadet, 12. addunt *alii* arma portari: quomodo fere ſupra ed. vet. *alii portenta*, *alii prodigia*, *alii conventus fieri nunciabant*. Sed editam amplectuntur meliores. Guelf. 7. *arma parari:* contra *c.* XLII. n. 2. *nocturnis conſiliis*, *armorum atque telorum* portationibus *plus timoris quam periculi effecerant*.

CAPUAE ATQUE IN APULIA. Praepoſitiunem *in* omiſit Fabric. 2. & Baſil. 2. quam contra Guelf. 2. bis poſuit. Forte fuit ab Salluſtio *Apuliae* ſcriptum, ut Jug. *c.* XXXIII. n. 3. *Romae* Nnmidiae*que ejus facinora memorat*. De *Capua*, olim dicta *Vulturnum*, a *Capye*, vel *campeſtri* agro illo nomine inſignita, Livius IV. quaeque Ciceronis tempore altera Roma erat, XII. Phil. *c.* III. adde contra Rull. *c.* XXXII. ſic Idem pro Sext. *c.* IV. in rem praeſentem, *quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illa impia & ſcelerata manu attentari ſuſpicabamur*. Ibidem Cicero *P. Sextium* Capuam periculo & metu liberaſſe ſcribit; cum Salluſtius mox memoret *Q. Pompejum Rufum* eo eſſe miſſum.

3. SENATI DECRETO. Fabr[illegible]. 2. Ex *Senatus decreto*, quam Praepoſitionem ſcribae, pro ſua liberalitate, adjecerunt *c.* XXXVI. n. 5. ibi vide. *Senati* antiquus Gignendi caſus receptus eſt, pro *Senatus*, auctoritate Nonii, qui *cap.* VIII. n. 10. ſic citavit: ubi ſimul *Quaeſti*, *tumulti*, *ſumti*, *aeſti* & plura veteris illius inclinatus memorat. Quinctil. I. *c.* VI. p. 78. *Quid de aliis dicam*, *cum* Senatus, ſenatus, ſenatui, *an* Senatus, *ſenati*, ſenato *faciat incertum ſit*. ipſum Ciceronem *Senati* declinaſſe, tradit Soſipater I. p. 116. adde Priſcian. VI. p. 711. infra *c.* LIII. n. 1.

Q. MARCIUS REX. Conſul A. V. 685. cum *L. Metello*; Proconſul in Cilicia bellnm contra piratas geſſit, auctore Dione. Cic. in Piſon. *c.* XXIII. eum appellat *virum fortem inprimis*, *belli ac rei militaris peritum*, *familiarem ſuum*. Sed hunc *Q. Marcium Regem* peſſime confundit Dalechampius ad Plin. XXXVI. *c.* XV. cum alio ejusdem plane nominis, qui A. V. 608. Ductus aquarum refecit & vindicavit, quod nuperrime etiam animadvertit Cl. Polenus ad Frontin. de Aquaed. Art. VII. p. 28. Ceterum *Rex* eſt cognomen gentis Marciae. Sic *Regulus*, *Tyrannus*, uti Actor. *c.* XIX. comm. 9. & *Princeps* apud Sueton. Gramm. *c.* IV. *repeto quemdam* Principem nomine *alternis diebus declamare*. Ejuſdem nominis Tibicen eſt apud Phaedr. V. Fab. VIII. *verſ.* 4. ubi vide Interpp.

Q. METELLUS CRETICUS. Conſul A. V. 684. cum *Q. Hortenſio*, quod memorat Aſcon. ad Cic. in Piſon. *cap.* XXVI. Cretam Proconſule ſubegit intra triennium, & Silano ac Murena demum Coſſ. triumphavit. Eutrop. VI. *c.* IX. & XIII. adde Flor. III. *cap.* VII. Liv. Epit. XCVIII. ſeqq. Plutarch. in Pompejo p. 633.

CIRCUMQUE EA LOCA. *Que* prima manus non ſcripſerat in Guelf. 2. pro eo Incert. 2. & Eccard. *& circum ea loca*. *ea* debet abeſſe, quod ex adlatis ad Epiſt. Mithrad. IV. Hiſt. pateſcit: nullo circum *adnitente*. ubi peſſime unam vocem fecerunt *circumadnitente*. exiſtimarem librarios *ca* per *ea* primum ſcripſiſſe ut notarent variam lectionem, nempe *circum* & *circa* ſcribi, quae & alibi confuſa v. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. *v.* 150. Liv. XXIV. *c.* XLI. *cum expeditis clam profectus ad* loca circa *viſenda*. Sed in aliis etiam Scriptoribus ſimiliter ſaepe peccarunt correctores. geminum vero animadvertit Gronov. ad Liv. XXXVI. *c.* XIV. *Proernam inde recepit*, *& quae* circa *caſtella erant*. ubi vulgo legitur *circa eam*, etiam in MSS. Vellej. I. *cap.* XVII. *In Accio* circaque *Romana tragoedia eſt*. Sic Eraſmus, & Heinſius, qui alia ſimul quaedam corrigit. & nihil verius, quam apud Eumd. *c.* II. extr. vel anctoritate Strabonis reſcribendum eſſe *ſedem cepere Lesbum inſulam* circaque. Plura l. d. Sed illud ſimul conſiderandum pono, an ita vere *in Apuliam circumque loca*, uti *Faeſulas circumque loca* Imperatores miſſi dicantur; an potius poſt Nomen *Faeſulas* hae voculae ſunt locandae? Niſi hoc audendum, an forte pro *Apulia*, nomen urbis primitus ſcriptum fuerit?

4. II UTRIQUE. Sic Aſconſus. Accedit proxime Guelf. 1. qui *Hij*. Ceteri aut *Hi*; aut neutrum agnoſcunt, ut Rem. 2. ut Rem. 2. Baſileenſes, Struv. Vinar. 1. Guelf. 3. 6. 7. 8. 10. 11. Alii *hi enim*; at Incert. 2. *Nam hi utrique:* Baſil. 2. *Nam utrique*. Particulam cauſſalem *ii* genuit, quod *n* litteram referre putarunt. Qui *utrique* attentarunt, iis, arbitror, ſedit, quod *uterque* jam ambos ſignificare potuiſſet; ut Juſtin. XLI. *c.* VI. *Mithridates & Eucratides*, *magni* uterque *viri regna ineunt*. Sed eos refutat Servius

 ad I.

pediti, ne triumpharent, calumnia paucorum quibus omnia honeſta atque inhoneſta vendere mos erat. Sed Praetores Q. Pompejus Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum; iiſque per-

ad I. Aen. *v.* 97. ubi oſtendit, quod & *de duobus* plurium numero poſſit dici. & ſimiliter ſupra *c.* V. n. 7. de duobus dixerat: quae utraque *his artibus auxerat*. Livius XLII. *c.* LIV. Elatiam & Gonnum *recepit*. Utraque *oppida in faucibus ſunt, quae Tempe adeunt*. Tacitus XVI. Ann. *c.* XI. Pater *filiam*, avia *neptem; illa* utroſque *intuens*. & alibi. C. Nepos Timol. *c.* II. *quod* utrorumque Dionyſiorum *opibus Corinthii ſaepe adjuti fuerant*.

AD URBEM IMPERATORES ERANT. *Imperatores* erant, quia juſtum hoſtium numerum occiderant. vide ad *c.* XXXIII. n. I. *ad urbem eſſe* dicebantur, quia urbem nondum intraverant, depoſito imperio, ſed exſpectabant, donec ipſis triumphus decerneretur. Aſconius ad Cic. I. Act. in Verr. *c.* XV. ad urbem: *ſic dici ſolet de iis, qui cum poteſtate provinciali aut nuper e provincia revertiſſent, aut nondum in provinciam profecti eſſent*. adde omnino ibid. Hottomannum & Aſcon. ad II. Verr. *c.* VI. Senec. V. de Benef. *c.* XV. *Qui ne triumphaturi quidem intrare urbem injuſſu ſenatus deberetis, quibusque exercitum victorem reducentibus curia* extra muros *praeberetur*. Confer Caeſar. VI. Gall. *cap.* I. II. Civ. *cap.* LXXXIV. Si vero urbem ingrederentur, & imperium, & ſpem triumphi deponebant, leg. 16. D. de Offic. Proconſulis. Pro *erant* Senat. 2. & Heuſſ. *fuere*. Sed deleri praeſtat.

CALUMNIA PAUCORUM. Qui eos triumphum non meruiſſe calumniabantur. Proprie *calumniam* dixit ut Caec. Cic. VI. ep. VII. n. 12. *In hac igitur* calumnia *timoris, cum plurima ad alieni ſenſus conjecturam ſcribantur*. ubi vide: & Interpp. ad Phaedr. I. Fab. XVII. *v.* 2. *Paucorum* vox quam invidioſa ſit, dixi ad *c.* XX. n. 7.

OMNIA HONESTA ATQUE INHONESTA. Imitatur Tacit. II. Ann. *c.* XXXVIII. *ab his, quibus* omnia *principium* honeſta atque inhoneſta *laudare mos eſt*. Noſter Jug. *c.* XXXI. n. 12. *quibus fides, decus, pietas, poſtremo* honeſta atque inhoneſta omnia *quaeſtui ſunt*. & totidem verbis *c.* LXXX. n. 5. Dictum, ut ſupra *c.* XI. num. 5. Dictum, ut ſupra *c.* XI. num. 7. ſacra profanaque *omnia polluere*. *cap.* XII. num. 2. *divina atque humana promiſcua*. Valer. Flacc. II. *v.* 117.

Quem Pater omnipotens digna atque indigna *canentem*
Spargentemque metus, placidis regionibus arcet.

honeſtum de jure, & *inhoneſtum* de injuria, quam accepta pecunia, pro nulla habebant, accipit Gronovius.

VENDERE. Pro pretio gratificari. Cic. V. Philipp. *c.* XVI. *decreta falſa* vendebat: *regna, civitates, immunitates in aes*, accepta pecunia, *jubebat incidi*. adde III. Phil. *c.* XII. & Gronov. ad Senec. de Morte Claud. p. 853. Virgil. VI. Aen. *v.* 621.

Vendidit *hic auro patriam, dominumque potentem*
Impoſuit, fixit leges pretio *atque refixit*.

adde Jug. *c.* XXXV. extr. ſupra *c.* X. n. 4. Vinar. 2. *mos eſt*.

5. SED PRAETORES. Et juri dicundo, & rei militari Praetores in provinciis praeerant. Mittebantur autem vel ſimul ac creati eſſent, vel ex Praetura, & tamen Praetores nominati, vide Cic. pro Ligar. *c.* I. quod hic negligendum eſſe non crediderim, cum certe conſtet extra ordinem, utpote poſt Kalendas Novembres, miſſos eſſe. Conferas, ſi placet, Hottomann. de Magiſtr. Rom. I. p. 1877. Theſ. Ant. R. T. II.

Q. POMPEJUS RUFUS. Urſinus opinatur eſſe hunc filium illius *Q. Pompeii Rufi*, qui Conſul fuit cum L. Sulla A. V. 665.

Q. METELLUS CELER. Q. Metelli Nepotis patruelis, Cic. poſt Red. *c.* X. Manut. in II. ad Attic. epiſt. V. cui tamen in V. Fam. epiſt. I. germani ſunt fratres. Conſul fuit biennio poſt Ciceronem A. V. 693. cum L. Afranio, Cicer. pro Coelio *cap.* XXIV. Eum ſummis paſſim laudibus celebrat Cicero, ut pro Sext. *cap.* LXII. II. ad Attic. epiſt. I. alibi. Id. II. Cat. *c.* XII. *Q. Metellus, quem ego proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum Picenumque praemiſi, aut opprimet hominem, aut omnes ejus motus conatusque prohibebit*. Et ſtrenuam inprimis operam navaſſe, patet ex Noſtri *c.* XLII. & LVII.

IN AGRUM PICENUM. Repete *miſſi ſunt*, quod in textu habet Guelf. II. Sed eam figuram habes aliquoties *c.* X. item XIII. n. 3. XIX. n. 4. alibi. ſic mox verbum *decrevere* tractavit. adde *c.* LI. n. 19.

HISQUE PERMISSUM. Optimus Guelf. 5. *iisque*. invenerat ille ſine dubio in optimo Codice *iſque* ſcriptum, ut alibi *iſdem, idem*. Baſil. I. primo *hiisque*; correctum *hiſque*. *permiſſum* Gloſſae MSS. reddunt *juſſum*. non ita male. vide *c.* XLV. n. I.

PRO

permiſſum, *uti pro tempore atque periculo exercitum compararent.* ad 6
hoc, *ſi quis indicaviſſet de conjuratione, quae contra rempublicam facta erat, praemium ſervo libertatem & ſeſtertia centum: libero impunitatem*

PRO TEMPORE ATQUE PERICULO. *Secundum* naturam & neceſſitatem temporis atque periculi, ut c. XXII. extr. c. XXXV. *ſatis honeſtas ſpes pro caſu meo ſum ſecutus.* c. LIX. n. 1. *exercitum* pro *loco atque copiis inſtruxit.* Livius X. *vultis* pro *virtute ſpes gerere.* Juſtin. XI. c. 1. *ita vulgus omne conſolatus hortatuſque* pro *tempore eſt.* Petrus etiam Cellenſis de Diſc. Clauſtr. c. 11. *Accidentale quod adeſt & abeſt* pro *loco*, pro *tempore*, pro *cauſſa*, pro *perſona*, pro *ceteris circumſtantiis*. Sed duriuſcule iterum & fere pro moderno vulgi uſu Sulpic. Sever. 1. H. S. c. XXII. *quia neque navium copia* pro tempore *erat*.

6. SI QUIS INDICAVISSET. Si conſcius aliquis conjurationem pateteciſſet. vide c. XLVIII. num. 6. Liv. XXVI. c. XXVII. *Conſul ex auctoritate ſenatus pro concione edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium*, profiteretur, *praemium fore libero pecuniam, ſervo* libertatem-indici libertas *data, & viginti milia aeris*. Idem II. de Vindicio: *praemium* indici *pecunia ex aerario*, libertas *& civitas data*. & ſic alibi. Porro *indicaſſet* ſcriptum in Vinar. 1. Fabriciano 1. Incertis, aliiſque tribus; Sed Vinar. 2. *indicaſſent*. At Baſil. 1. & 2. cum ceteris, quod exhibemus. vide infra c. LVI. extr.

FACTA ERAT. *Eſſet* quis mallet, & ita eſt in Vinar. 1. ſed ſic c. XXVII. n. 3. *facta conjuratione* dixit etiam Flor. III. c. X. n. 8.

PRAEMIUM. *Decrevere* addunt Incert. 1. Baſil. 2. Fabric. 2. Sen. 1. Acad. & Eccard. ſed Struv. Heuſſ. Guelf. 7. 8. Vinar. 2. & ed. vet. *praemia decrevere*: Guelf. 2. & 4. inter lineas Verbum oſtendunt, quem locum meretur: uti &, quod in Guelf. 6. viſitur *praemium conſtituere ei dare*. Meminerat enim Senatus *decreti*; inde adſumendum pro more, cujus exemplum ex Livio XXVI. c. XXXIV. petere potes, & aliud magis inſigne ex Frontin. de Aquaed. Art. CI. ubi particulam *item* ſic poſuit, ut ex praecedenti: *Senatus conſultum factum*, adſumendum ſit *cenſuerunt, conſtitutum fuit*, vel aliud hujuſmodi. In narrationibus de SCtis nihil frequentius. Sed alibi etiam ex Nominibus per Syllepſin Verba adſumuntur. Livius XXXIX. c. XIV. *Patres* pavor *ingens cepit: cum publico nomine tum privatim ſuorum* quiſque vicem, *ne quis affinis ei noxae eſſet*. recte intelligis: ſuorum quiſque vicem *pavere, metuere*. adde infra c. XXXVI. n. 3.

SERVO LIBERTATEM. Quae ſummum illi erat pretium, quod ex Plauto & Terentio conſtat. adde leg. 39. fin. D. de fideicom. libert. Hinc ſemper inter praemia indicum memoratur Livio, ut ll. cc. docent, quibus adde XXII. c. XXXIII.

SESTERTIA CENTUM. Sic Guelf. 3. 5. 6. 7. 9. 10. Incerti, Struv. Senat. 1. Baſil. 1. & 3. & Eccard. niſi quod praeter Guelf. 5. Baſil. 1. & Vin. 1. omnes ſcribant *ſextertia*; unde lepide monachi, pro lubidine ſua, in Acad. & Guelf. 8. dedere *ſextaria*. Sed Remenſ. 1. & Guelf. 11. tantummodo s. c per notam, quae in aliis MSS. *HS.* aut *H-S.* aut *IIS.* denique *LLS.* deprehenditur. talem deprehenderit in ſuo Cod. librarius Guelf. 4. qui & C ſolummodo ſcripſit. Ea ſimul anſam praebuit, ut Guelf. 1. & 2. nunc habeant *ſervo libertatem ex Senatus Conſulto*; quod perſpicue probat Fabric. 1. Senator. 2. & Heuſſ. hoc loco: *ducenta milia ſeſtertiorum*. Sed in Vinarienſibus nihil amplius legitur quam *ſervo libertatem. libero* cet. Nota illa nihil aliud, quam *duos aſſes* per duas rectas lineas, & *ſemiſſem* per tranſverſam — deſignat: quod teſtatur Chariſius 1. p. 58. *Denique & nota ejus* (Seſtertii) nihil *aliud, quam* Dupondium & Semis *oſtendit*. manifeſte LL— propugnat. adde Lambin. ad Cic. pro Roſc. Am. c. VIII. Optime autem Gloſſa Guelferb. 5. *Seſtertius eſt pars denarii quarta*. Sic & Vitruv. III. c. 1. Sed *Seſtertia* pondera argenti, ſunt *mille ſeſtertiorum*, hoc eſt, 251. denarii. *Centum* igitur *Seſtertia* efficiunt 25000. denarios, hoc eſt, 2500. Scutatos ſive Ducatones, Coronatos, aut Thaleros Philippeos. nam hi viris doctis pro iiſdem ſumuntur. Lege omnino Gronov. de Pecun. Vet. 1. c. 11. & IV. Libr. III. c. VI. additamque illi Tabulam Groſippi p. 404. Confer Maſen. Palaeſtr. Stili IV. c. XLIX. §. 3. Noſtra moneta, ſi denarium tribus *groſſis*, adeoque numum ſeſtertium novem vulgaribus *numis* aeſtimes, exſurget ſumma 3125. *Thalerorum*.

IMPUNITATEM EJUS REI. Conjurationis, ut Jug. c. XVII. *fides* ejus rei *penes auctores erit*. adde LXXIII. extr. LXXXIV. n. 2. Cic. 1. ad Attic. epiſt. III. *Aviam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe*. ejus rei *conſolationem ad te L. Sauſſejum miſſurum eſſe arbitror*. Similiter Noſter Jug. c. XIX. extr. *ad neceſſitudinem rei ſatis dictum*: & c. LX. *diffidentiam* rei *ſimulare*. adde notam ad Cic. II. epiſt. XVI. n. 1.

7 *tem ejus rei, & ſeſtertia ducenta.* item (decrevere,) *uti gladiatoriae familiae Capuam & in cetera municipia diſtribuerentur, pro cujuſque opibus: Romae per totam urbem vigiliae haberentur, iiſque minores magiſtratus praeeſſent.*

xxxii. CAP. XXXI.

1 QUibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies: ex

SESTERTIA DUCENTA. Hic vero Guelf. 1. 2. Fabric. 1. Senat. 2. Heuſſ. Vinar. 2. & Acad. *Seſtertiorum ter ducenta milia*. illud *ter* ex voce *Seſtertiorum* prognatum eſt. Guelf. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 11. Incerti, Remenſes, Baſileenſes, Struv. Vinar. 1. Eccard. *ſeſtertia ducenta milia*; at Fabric. 2. & Guelf. 10. *ſeſtertiorum CC. milia*, quod prima manus, inducta priori lectione, etiam fecit in Guelf. 5. Scilicet hi homines interpretari voluerunt *Seſtertia ducenta*, quae vere ſunt *ducenta milia Seſtertiorum* ſive *Seſtertium*, quod viri docti dudum demonſtrarunt, & hodie quidem nemo ignorat. Erunt itaque 5000 Scutati; ad noſtram monetam circiter 6250. *Thaleri*.

7. GLADIATORIAE FAMILIAE. h. e. *gladiatores*, qui in ludo gladiatorio alebantur, homines noxii, viliſſimi, aut bello capti & laniſtae venditi, aut propter egeſtatem & malos mores ſemet ipſi vendentes, aut aliter in ludum detruſi. Plin. Paneg. *c.* XXXIII. Faber Agon. p. 355. alii. *Familias* dixit de illis, cum proprie ſic vocitent omnes, qui in ſervitio ſunt, ſive corpus & certam multitudinem, minimum *quindecim*, Apulej. Apolog. p. 482. ſervorum. Sic & Cic. pro Caecin. *c.* XVI. Ulpian. leg. 12. §. 2. D. de public. & vectig. leg. 195. §. 3. de V. S. Habes ea notione *familiam* infra *c.* L. n. 2. apud Flor. III. *c.* XIX. n. 9. *c.* XII. n. 10. Sueton. Caeſ. *c.* X. Juſtin. XV. *c.* I. Lactant. VI. *c.* I. adde Douzam ad Plaut. Epid. Act. 1. Sc. 1. *v.* 2. *gladiatoriam familiam* dixit cum Cicerone Caeſar III. Civ. *c.* XXI. Supra pro *itemque* Heuſſ. *itaque*; Struv. *item*, ſine copula: quem approbo. etſi nunc illi etiam *que* ſit adpictum. vide *c.* XXII. n. 3. & XLII. extr. Sed verbum *decrevere* mihi ſuſpectum eſt: ad has etiam lineas vim *Senatus decreti* pertinere exiſtimo, quod Frontinus n. 6. citatus egregie confirmat.

DISTRIBUERENTUR. Ne Romae aliquid novarent, cum Catilina Gladiatores maximam & certiſſimam ſibi manum fore putaret, Cicer. II. Cat. *cap.* XII. Similem Caeſaris Gladiatorum, quos Capuae in ludo habebat, diſtributionem, ubi bini ſingulis patribus familiarum dati ſunt, memorat Tullius VII. Att. epiſt. XIV. & Caeſar. I. Civ. *c.* XIV. Dictionem *diſtribuere Capuam* illuſtratam habes Jug. *c.* XXXVII. n. 1. & *c.* LXVII. num. 1.

PRO CUJUSQUE OPIBUS. Prout municipium quodque gladiatores capere, tenere & cuſtodire poſſet. Sic *opes* dixit *c.* LI. ad fin. adde ſupra *c.* XVII. n. 1.

VIGILIAE HABERENTUR. Quas tantum in ſummo periculo urbis decretas legimus, ubi urbs in diſcrimen vel ab externis, vel internis hoſtibus maxime *incendiis* venit, Livius III. *c.* VI. XXXIX. *c.* XIV. Auguſtus poſtea incendiorum cauſſa *excubias nocturnas & vigiles* commentus eſt, Sueton. *c.* XXX. Dio LV. p. 566. leg. 3. pr. D. de Offic. Praef. Vig.

MINORES MAGISTRATUS. Sic vocantur, quorum minora erant auſpicia, praeter Conſules, Praetores & Cenſores (alia ſubeſt ratio quando his Aediles & Quaeſtores adjungit Sueton. Caeſ. *c.* XLI.) omnes: nempe *Aediles*, *Quaeſtores*, *Triumviri*, *Tribuni* &c. lege quae A. Gellius XIII. *c.* XII. & XIII. lex 1. D. de Offic. Praef. Vig. *Apud vetuſtiores incendiis arcendis* Triumviri *praeerant: qui ab eo, quod excubias agebant*, nocturni *dicti ſunt. Interveniebant nonnumquam &* Aediles, *&* Tribuni *plebis. Aediles* maxime, quod ex Dione LV. p. 554. conſtat, quibus *Quinqueviri* adjuncti apud Liv. XXXIX. *cap.* XIV. & XVI. *iiſque* ſcripſi ex Gu. 5. ceteri omnes *hiſque*; nullus *eiſque*, quod in edd. bene multis conſpicitur: quidam *hiiſque*.

CAP. XXXI. 1. QUIBUS REBUS. *Rebus* noo comparet in Fabric. 2. in Eccard. locum mutat. Sed Noſter alibi ſervat. Forte fuit *Quis rebus*. de quo ad Jug. *c.* XXX. n. 4.

IMMUTATA FACIES URBIS ERAT. *Erat* non eſt in Eccard. abeſt etiam Bodlejano, & parum habere, quod hic agat, cenſuit Gruterus. Idem voces *permota civitas* ex Gloſſa natas exiſtimat, quia Auctor bis idem dicere videtur. In hoc tamen omnes Codd. conſentiunt. & eſt ſane aliud *civitas*, aliud *facies urbis*, quo ge-

ex ſumma laetitia atque laſcivia , quae diuturna quies pepererat ,
repente omnis triſtitia invaſit. feſtinare , trepidare ; neque loco , 2
nec homini cuiquam ſatis credere ; neque bellum gerere , neque
pacem habere : ſuo quiſque metu pericula metiri. Ad hoc mulie- 3
res, quibus, reipublicae magnitudine, belli timor inſolitus, adflictare
ſe-

genere plenus Salluſtius. vide ſupra *c.* vi. xiii. xxiii. Jug. *c.* xvi. xxxv. xxxvii. Sic D. Lucas Act. ii. comm. 19. *ἐν τῷ ὑστέρῳ αἰῶνι*. Liv. xxxv. *c.* xxxiv. media urbe *ac per* forum *manu Eurylochum tenens domum deduxit*. Compone dicta ad Cic. ii. epiſt. iv. num. 2. v. epiſt. xvii. n. 3. & infra ad *c.* li. n. 25. *facies urbis* dixit, uti Dictys iii. *c.* xvi. *facies civitatis* & leg. 25. C. Theod. de oper. publ. urbis *venerabilis* facies. plura Savaro ad Sidon. vii. epiſt. 1. p. 391. nos ad Jug. *c.* lxxviii. n. 3. Denique *urbis facies* ex vetuſtiſſimis noſtris repoſui , ut *cap.* xxxviii. n. 3.

Quae diuturna quies pepererat. Olim ediderunt *quam*, ut habet Guelf. 9. & Baſil. 2. Sed reſpicias *c.* x. n. 3. Jug. *c.* xxxviii. num. 8. Heuſſ. *diuturna dies.* contra Tacit. Agric. *c.* xi. *Plus tamen ferociae Britanni praeferunt , ut quos nondum* longa pax *mollierit*. lege ibi Buchnerum. adde ii. Hiſt. *c.* xcix. Lucan. i. *v.* 240. Juſtin. xvi. *c.* iv. Chryſoſtom. Hom. xxxvi. in Matth. Valer. Max. vii. *c.* ii. n. 1. *Blandae appellationis* quies *plurimis vitiis reſperſit civitatem,* Confer Vellej. ii. *c.* cx. Jug. *c.* xli. & Zevecot. ad Flor. ii. *c.* iii. p. 89. Struv. pro *pepererat* , male *expeterat*.

Repente omnis tristitia invasit. *Omnis* ſcribit non modo Guelf. 5. ſed etiam 4. 6. 7. 9. 11. 12. Acad. Fabric. 2. & ed. vet. ſcilicet Nomen *triſtitia* ſomnolentos alioquin induxit , ut veterem ſcripturam ſervarent, de qua ad *c.* xliv. n. 1. Sed Guelf. 6. *triſtitia invaſit homines* : quae permutatio uſitatiſſima.

2. Neque loco neque homini cuiquam. Totidem verbis Jug. *c.* lxxii. n. 2. Sed pro *cuiquam* Fabricianus 1. *cuique*. vide *c.* xiv. extr. *Nec* ſecundo loco ſcribit clare Senat. 1. cui in his accuratiſſimo fidem habui. Sic Plancus Cic. x. ep. xi. n. 10. neque *animum*, nec *diligentiam mihi defuturam*. ubi vide. Sic mox num. 6. *Sive-ſeu*.

Credere. *Fidere*, & tutum putare. Cic. ii. Phil. *c.* xlvi. *Didicit populus R. quantum cuique* crederet , *quibus ſe committeret , a quibus caveret*. quam notionem in alias etiam conſtructiones eleganter tranſmittit, ut quando dicunt *credere ſe mari* , *credita femina* quae propter ſpem redditus traduntur, &c.

Suo quisque metu pericula metiri. Pericula tanta habebant, quantum quiſque timebat. Timor autem hujuſmodi malus judex , Onoſand. Strateg. *c.* lxii. Lucan. i. *v.* 484.

- - - - *ſic quiſque* pavendo
Dat vires famae , nulloque auctore malorum
Quae finxere, timent.

vide ſupra collata ad *c.* xxx. num. 2. Phraſin expreſſit Herodian. i. *c.* vi. num. 2. & Demoſtheni deberi notavit A. Schottus. Cicer. ii. Phil. *c.* xliii. *te omnia quaeſtu tuo, non illius dignitate* metiri. xii. Phil. extr. *non periculo meo , ſed utilitate reip.* metiar. Mamert. Paneg. Max. *c.* xiv. *adpoſitas dapes non ſapore , ſed ſumtu* metiebantur. Fruſtra itaque Guelf. 7. *pro ſuo quiſque*. Rem. 1. *metus* ; Vinar. 2. & ed. vet. *periculum*, & Baſ. 3. *ſua quiſque m. pericula*.

3. Mulieres. Adeo *ad omnem aetatem tanti mali ſenſus penetraverat*, Juſtin. v. *c.* vii. & Livius iii. *Sequentes clamitant* matronae, *eamne liberorum procreandorum conditionem ? - ceteraque quae in tali re* muliebris *dolor*, *quo eſt moeſtior imbecillo animo , eo* miſerabilia *magis querentibus ſubiicit*.

Reip. magnitudine. Quia reſp. ita magna pollenſque erat, ut Romanae mulieres bellum ceteroquin haud timuiſſent. Sic habes *magnitudinem* Jug. *c.* v. n. 4. *c.* xiv. n. 16. ubi quaedam huc facientia addidi. Incert. 1. Acad. Eccard. Baſil. 2. *reip.* pro *magnitudine:* Guelf. 7. *reip.* timor *pro magnit. belli* , qui alium ſenſum parare poſſet, ac ſi timuiſſent mulieres reip. propter magnitudinem belli. Sed ne hoc fieret, Guelf. 6. ſcripſit : *mulieres reip. magnitudine quibus belli inſolitus inceſſerat timor*. Is cum reliquis omnibus *pro* abjecit, quod abeſſe debet , & abjecerunt diu meliores editorum . Nam *magnitudine* , ſine Praepoſitione exponi poteſt *propter magnitudinem*, ſive *cum ita magna reſp. eſſet*. Poſſes componere Jugurth. *cap.* xxxvii. *quamquam & ſaevitia temporis & opportunitate loci neque capi neque obſideri poterat*. *c.* lxiv. extr. *quod* diuturnitate *belli*, *res familiares corruperant*. ubi MSS. itidem intrudunt *pro* : uti *c.* lxxv. n. 9. Talia ſunt illa, quae protuli ad Cic. ix. ep. xi. n. 1. adde & v. ep. xvii. n. 3. Spartian. Carac. *c.* ii. *Fratrem, magna ejus* humilitate , *deſpexit*. Alibi tamen

in

ſeſe, manus ſupplices ad coelum tendere; miſerari parvos liberos; rogitare, omnia pavere; ſuperbia atque deliciis omiſſis, ſibi patriae-que

in hac ſtructura & ſententia *in* addere ſolet; quod diu valde veritus ſum, ne hic littera prima in voce *magnitudine* devoraverit. uti apud Virg. III. Eclog. *v.* 55. vide *c.* II. extr. Jug. *c.* XIV. n. II. *me nihil minus, quam vim, aut bellum exſpectantem* in *imperio veſtro*. ubi plura. inprimis cum ſine *in* ſextus Caſus Criſpo ſemper cauſſam inferat in additum verbum, quae hic nulla eſt. Nam *magnitudo reip.* profecto *inſolitum timorem* non fecit. Atqui ſic *cap.* LI. num. 40. multitudine *civium factiones valuere*. Jug. *c.* XXIX. num. 2. magnitudine *pecuniae abſtractus eſt*. ubi in MSS. eſt *in magnitudine*. male. adde ſupra *c.* XXIII. num. 3. Itaque locum ſic reſtituerem: *mulieres, quibus in reip. magnitudine belli timor inſolitus*, ſcilicet *erat*; abjecto verbo *inceſſerat*, quod mihi partim ex iſto *in*, partim ex Gloſſa *erat* natum videtur: hic certe inſolentia ſtructurae cum tertio caſu *quibus*, (etſi alii *inceſſit cui* dicant, & hoc defendi queat ex Q. Septimio IV. *c.* XIV. & dictis ad Cic. XVI. epiſt. XII. num. 2.) cum alibi perpetuo aut nullum, aut quartum jungat, verbum valde dubium reddit. Ipſa ſimul ſententia facillima ex mea emendatione, & illud, quod vulgatis quibuſdam adhaeſit, *pro*, quodque in Guelf. II. primitus ſcriptum fuit *rei in magnitudine*, quod denique *invaſit* praeceſſerat, fecere omnia, ut haec conjectura ſeſe mihi probaret: etſi quod ad Praepoſitionem memet repreſſerim.

Timor belli insolitus. Ut ſolet in longa pace, & ubi reſp. omnibus hoſtibus formidoloſa putatur. ibi enim nihil minus, quam bellum, & ejuſmodi bellum, quod tutiſſimos omnium adfligat, timetur. Jug. XIV. num. II. Sed prudentes etiam in ſumma ſecuritate timere jubent, Vellej. II. *c.* CXVIII. infra *cap.* LII. num. 16. etſi ea non capiant mulieres. De Ellipſi Verbi *erant*, vide *cap.* XV. extr. & alibi.

Adflictare sese. Mos ille apud omnes fere gentes obtinuit, ut in gravioribus periculis, luctu atque dolore ſeſe adfligerent, & maxime aut crines lacerarent, aut pectus tunderent. Sedul. II. *v.* 123.

Haec laceros crines nudato vertice rupit,
Illa genas ſecuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus.

Vide plura apud Gejerum de Luctu Ebraeor. Kirchmannum, alios; item Barth. ad Claudian. II. Rapt. *v.* 248. Stat. III. Theb. *v.* 125. Interpp. Curtii X. *c.* V. item III. *c.* [illegible]. n. 23.

Manus supplices ad coelum tendere. *Supplices* i. e. quales ſupplicum eſſe ſolent, de quibus Diſſert. III. §. XI. n. 14. 15. de Uſu Orthogr. Lat. *ad coelum tendebant* quaſi inde auxilium deſumturi, pro more precantium, Apulej. de Mundo p. 73. Curt. IV. *c.* X. extr. Vellej. II. *c.* CIII. *Laetitiam illius diei & vota poene* inſerentium coelo manus *vix perſequi poterimus*. Tacit. II. Ann. *c.* XXIX. *&* manus *ac ſupplices voces ad Tiberium* tendens. Livius XXV. *cap.* XXXVII. *flere omnes repente, & offenſare capita: & alii* manus *ad coelum* tendere, *Deos incuſantes.* adde Rappolt. ad Horat. p. 378. Drackenborch. ad Sil. XV. *v.* 640. Scilicet quod Idem cecinit VII. *v.* 88.

Tanta adeo, cum res trepidae, reverentia Divum
Naſcitur.

Miserari parvos liberos. Liberorum ſuorum conditionem miſerabilem proponere. vide Jug. *c.* XXIII. extr. & infra *c.* LI. n. 9.

Rogitare. Remenſ. 1. Acad. Baſil. 3. Incerti, Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Eccard. *rogitare deos*. Gruterus mallet *rogitare omnia, omnia pavere*. Neutro opus eſt. Nam ne quidem ad *Deos* hoc *rogitare* referre voluiſſe Criſpum crediderim, inprimis ſi audias veterem Scholiaſtam ad Cic. Divinat. *c.* 1. Sed mulieres illos *rogitaſſe*, ſive quaeſiviſſe, interrogaſſe & ſciſcitatas eſſe de conjuratione apud alios poſt alios. Et ſic saepiſſime verbo *rogitare* utitur Plautus. Juſtin. V. *c.* VII. *Quae cuncta cum Athenis nunciata eſſent, omnes relictis domibus per urbem diſcurrere pavidi;* alius alium ſciſcitari; *auctorem nuncii requirere*.

Omnia pavere. Ab omnibus timuiſſe. Sic Terent. Andr. A. II. Sc. II. id *paves, ne ducas tu illam*. Treb. Pollio Tyrann. *c.* III. *virum*, quem *ego prae ceteris ſtupeo*. Claud. III. Rapt. *v.* 141.

Cuncta *pavet, ſperatque nihil*.

Sibi patriaeque diffidere. *Timere* multa mala ſibi atque univerſae patriae, ſive non credere, ſeſe aut patriam tanta mala intactos ſuperaturos eſſe. Sic *c.* LII. num. 16. & Jug. *c.* XXXIX. num. 1. *pars inſolita rerum bellicarum timere* libertati. Livius XXI. *c.* XVI. *patres* metus de ſumma rerum *cepit*, *velut ſi jam ad portas hoſtis eſſet*. Sic *cap.* XLV. extr. *diffidens vitae:* & Jug. *c.* LXXV. n. 1. *diffidens rebus ſuis.* *c.* LX. num. 5. *diffidentia rei.* & talia paſſim apud alios.

4. Ea-

que diffidere. At Catilinae crudelis animus eadem illa movebat: ta- 4
men etſi praeſidia parabantur ; & ipſe lege Plautia interrogatus ab
L. Paullo. Poſtremo diſſimulandi cauſſa, atque ſui expurgandi, ſicuti 5
jurgio

4. EADEM ILLA MOVEBAT. Struvian. Guelf. 6. & 11. *eadem illa, quae antea, movebat.* pro more ſuo. Sed Guelf. 1. pro interpretatione *eadem illa quae coepit*. Nimirum Pronomen *illa* remittit ad *cap.* XXVII. & *eadem* ſignificat, eum nec metu, nec praeſidiis reip. a conſilio ſuo abſtractum eſſe. lege notam ad Cic. I. epiſt. IX. num. 55.

TAMETSI PRAESIDIA PARABANTUR. In Remenſ. 1. Guelf. 4. & 6. eſt *tamen etſi*, quod revocavi. Conſule dicta ad *c.* XXI. n. I.

ET I. LEGE PLAUTIA INTERROGATUS ERAT. Guelf. 5. *ab lege Plautia ;* Sed *lege interrogari* latine dici, evici ad *cap.* XVII. num. 2. Eccard. Guelf. 1. & 2. *lege Plautica ;* Academ. Baſil. 1. Incerti, Remenſ. 1. Guelf. 4. 8. & 9. *lege Plautitia*. Male. Nominatur a *Q. Plautio* Tribuno pl. rogationis adminiſtro. *Plotiam* vocat Coelius ep. VIII. num. 2. & Cicero : ſicuti *pollulum*, *oſim* antiqui dicebant pro *paullulum*, *auſim* &c. Aſconius *legem Plautiam de vi* integre vocat, Cicero *legem de vi*. adde Dion. XXXVII. p. 44. Ea tenebantur, qui univerſam remp. oppugnaſſent, de Haruſp. Reſp. *c.* VIII. uti & qui vel aperte, vel per inſidias alteri vim intulerant, pro Milone *c.* XIII. Eximie illam praedicat pro Coelio *c.* XIX. *quod ad imperium, ad majeſtatem, ad ſtatum patriae, ad ſalutem omnium pertineat*. Confer Gell. XIII. *cap.* III. Sueton. Jul. *cap.* V. Sigon. II. de Judic. *c.* XXXIII. Ad hoc *erat* non eſt in Guelf. 7. & 10.

AB L. PAULLO. *L. Aemilio Paullo*, qui Conſul fuit A. V. 703. cum C. Claudio Marcello ; & Ciceronis quidem conſulatum multo ſtudio ornavit, quod Tullius ipſe teſtatur XV. Fam. epiſt. XII. XIII. quo ſine dubio & haec interrogatio pertinet.

5. ATQUE SUI EXPURGANDI. Vetuſtiſſimae edd. teſte Grutero, ejusdem aliquot MSS. Waſſii aliquot, edd. quaedam mediae & MSS. Struv. Vinar. 2. Incert. 2. Remenſ. 2. Baſil. 1. & 3. Guelf. 7. 8. 10. 11. 12. & ed. vet. habent *aut ſui exp.* Sed Incert. 1. Guelf. 3. 4. *ac ſui expurgandi:* item Eccard. Fabric. 2. & Guelf. 9. *& ſui exp.* Soli Guelf. 1. & 5. cum Baſ. 2. Senat. utroque & Vinar. 1. ſine litura *& ut ſui expurgandi*, quod Gruteriana ejusque ſequaces praeferunt. Sed cum initio fuiſſet in Guelf. 2. & Fabric. 1. olim quidam litterator particulam *ut* eraſit. Mihi vero iſta *& ut* videntur orta eſſe ex corrupta ſcriptura *τῦ atque : a* nempe & *u* in litteris Longobardicis vix diſtingui poſſunt. cum igitur pro *utque* accepiſſet Librarius, maluit *& ut* exponere, ut alibi ſaepe factum eſſe, vel ex his notis conſtat, quam dubium relinquere. Proclive poſtea ex his *aut* conſtrui. Sed verum ſolum eſt *atque*, poſtulante ſententia. adde Jug. *cap.* LXXXII. num. 2. Verum Guelf. 6. omnium parciſſime : *& expurgandi :* quem tamen non audiendum putaverim. *Sui* dixit, quod cum Verbo Gerundi eſſet *Se.* Sic Cicer. II. epiſt. IV. extr. *Hoc quidquid attigi, non feci inflammandi* tui *cauſſa, ſed teſtificandi amoris mei*. adde ſupra *cap.* XXIV. num. 2. At vero Heuſſian. tres has voces plane omiſit.

SICUTI JURGIO LACESSITUS FORET. *Jurgium* circumſpecte dixit *interrogationem L. Paulli :* cujus famam ut refutaret, ſeque Senatoribus purgaret in Senatum venit. itaque nihil mutatione opus eſſe, apparet ; ſed etiam alienae voci notiones hic non ſunt adfingendae, cum illo, quo dixi, modo plana ſint omnia. Illuſtrat Cicero pro Coelio *c.* XIII. *Omnia ſunt alia, non crimina, ſed maledicta* jurgii *petulantis magis, quam publicae* quaeſtionis. Tacit. IV. Hiſt. *c.* LXXII. extr. *ne quis in certamine* jurgiove *ſeditionem aut cladem commilitoni objectaret*. Primo quidem de publicis quaeſtionibus, ubi *jure agebatur* dictum, vide Bentlej. ad Horat. II. ép. II. *v.* 171. & quae Jo. Savaro ad Sidon. II. ep. VII. ſed propter corruptos mores, pro quavis criminatione, rixis & objectamentis ſumta, Plaut. Menaechm. Act. I. Sc. II. *v.* 18.

> Jurgio *hercle tandem uxorem abegi ab janua*.

Apulej. Apolog. pag. 273. *Quae ego cum intelligerem non tam crimina* judicio, *quam objectamenta* jurgio *prolata*. Pro *Sicuti* mallet Gronovius *ſi cujus*. Sed *ſicuti* cape *quaſi*, quod pro illo viſitur in Baſ. 2. uti *cap.* XXVIII. num. 1. ſicuti *ſalutatum*. & ſic *cap.* XXXVIII. num. 3. *alii*, ſicuti *jura populi defenderent, pro ſua potentia certabant*. Hoc voluit Gloſſa per ſuum *quaſi*, quod poſtea loco alieno inſertum eſt, ſupra nempe *& quaſi ſui expurgandi*.

IN SENATUM VENIT. Sed nemo eum appellavit, nemo ſalutavit, & ſubſelliorum pars, ad quam

ille

6 jurgio laceſſitus foret, in Senatum venit. Tum M. Tullius Conſul,
ſive praeſentiam ejus timens, ſeu ira commotus orationem habuit
luculentam atque utilem reipublicae: quam poſtea ſcriptam edi-
7 dit. Sed, ubi ille adſedit, Catilina, ut erat paratus ad diſſimulan-
da omnia, demiſſo voltu, voce ſupplici poſtulare, *Patres Conſcripti*
ne

ille acceſſerat, nudam Senatores reliquerant, Cic. II. Cat. *c.* VI.

6. PRAESENTIAM EJUS TIMENS. Haeſitat hic Gruterus & pleraque a Gloſſa exiſtimat. Sed erant ſane multae cauſſae, cur praeſentiam Catilinae in Senatu timeret Tullius. unam exponit Gronovius; alia eſſent *inſidiae*, quas vel ibi Catilina cum ſociis Conſuli facere poſſent, quam Cicero ipſa Oratione innuit.

SIVE IRA COMMOTUS. Senat. I. *Seu*, quod ita probo, ut n. I. *nec*, pro *neque*. Horat. I. Sat. V. *v.* 108. Seu *fundi*, ſive *domus ſit emtor*. Propert. I. Eleg. VIII. *v.* 44.

Sive *dies*, ſeu *nox venerit*, *illa mea eſt*.

Frontin. de Aquaed. Art. IX. *Hanc Agrippa emiſit*, ſeu *quia uſum improbaverat*, ſive *quia Tuſculanis poſſeſſoribus relinquendum credebat*. Remenſ. I. *permotus*. adde *c.* LI. n. 43.

ORATIONEM HABUIT LUCULENTAM. Compoſitam atque elegantem, ut Cicero de clar. Orat. cap. XXVI. *ſcriptor luculentus*. Sed non dubito, quin auctor ſimul reſpexerit ad primam notionem *aperti*; quia Cicero omnia fere Catilinae crimina ea oratione publicavit. *Orationis* hujus mentio fieri debuit, quia per eam Catilinam viciſſe videri voluit. Silius VIII. *v.* 411.

Implebit terras voce & furialia bella
Fulmine compeſcet linguae.

Baſil. I. *luculentem.* 3. *luculentiſſimam*.

QUAM POSTEA SCRIPTAM EDIDIT. Fabric. 2. *ſcripto*. Sed Grutero haec ſuſpecta, nec minus mihi. Nihil enim novi fecit Cicero edendis orationibus, quas publice habuit, ut neceſſe id eſſet monere. Et Cato edidit ſuas Orationes, & Scipio, alii quam plurimi. Cic. Laelio *c.* XXV. *Quanta illa, dii immortales, fuit gravitas, quanta in oratione majeſtas, ſed adfuiſtis, & eſt* in manibus *oratio.* adde de Senect. *c.* XI. & confer Plin. I. epiſt. XX.

7. UBI ILLE ADSEDIT. *Stantes* enim dicebant: uti Judicum erat *ſedere*. *c.* LIII. num. I. *Poſtquam Cato adſedit*. Ovid. Metamorph. XIII. init.

Conſedere duces & vulgi ſtante corona
Surgit *ad hos clypei dominus ſeptemplicis Ajax*.

adde Cic. pro Rab. Poſt. *c.* V. pro Roſc. Am. init. pro M. Marcello *c.* XI. Plin. II. ep. I. & XIX. III. ep. IX. Plaut. Moſtell. A. V. Sc. II. & Salomon. Proverb. *c.* XX. comm. 8. Ipſi Imperatores eum morem ſervarunt. inde tamen a Claudio, in quo veluti inſolens id notavit Dio Caſſius, ſedentes dixere aut legere, uſque dum per alios orationes ſuas haberi curarunt, Spartian. Adrian. *c.* III. Sed actoribus etiam in rebus minoribus, & ſi oratio longior eſſet, poſtea ſedere licuit, Quinctil. XI. *c.* III.

UT ERAT PARATUS. Haec illuſtrare poteris ex dictis ad *cap.* LIX. num. 2. Senat. I. *ad* ſimulanda *omnia*. quod verum eſt. Reſpicit ad vultum & vocem, quam *ſimulavit*. vide *cap.* V. num. 4.

DEMISSO VULTU. Quod pro ſigno *pudoris* ſemper eſt habitum, & virginibus ſingulatim tribuitur a Chryſoſtom. de Virg. *c.* VII. *Terroris* etiam *atque triſtitiae*, Curt. VI. *c.* IX. n. I. *Rex vultu praeferens* dolorem, *diu* dimiſſo *in terram vultu*, *attonito* ſtupentique *ſimilis ſtetit*. Caeſar. I. Gall. *cap.* XXXII. *triſtes, capite demiſſo, terram intueri, in eadem triſtitia taciti permanere.* adde Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXXIV. *Modeſtiae*, ſed maxime *Verecundiae*. Terent. Eunuch. Act. III. Sc. V. *v.* 32. *Terram intuens modeſte.* adde Valer. Max. VI. *c.* I. n. 7. Seneca Epiſt. XI. *Artifices ſcenici, qui imitantur adfectus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui triſtitiam repraeſentant, hoc indicio imitantur* verecundiam; dejiciunt vultum, *verba ſubmittunt*, *figunt* in terram oculos *& depriniunt, ruborem ſibi exprimere non poſſunt*.

VOCE SUPPLICI. Ne eadem proderet animum, quae alioquin vitia facile indicat, Cic. I. Offic. *c.* XXXVII. Terent. Heaut. Act. II. Sc. IV. Facile tamen ſimulationem ut vultu, ſic & ſermone ſuſtineri, ſcripſit Tullius ad Q. Fratr. I. ep. I.

POSTULARE, P. C. NE QUID DE SE. Hanc lectionem, quam conjectura Gruterus fuerat adſecutus, probat unice Eccardian. ubi lego, *poſtulare coepit, patres ne quid de ſe* &c. & Baſ. 3. *poſtulare coepit, ne quid* &c. & Vinar. I. *poſtulare* patres *coepit, ne quid* &c. Sed illud *coepit* ex littera C, quod *Conſcripti* notat, natum eſſe, opportune odoratus eſt idem Criticus. firmat Guelf. I. ubi ſcriptum *poſtulare patribus* centum, *ne* &c.

ne quid de ſe temere crederent: ea familia ortum, ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet: ne aeſtumarent, ſibi patricio homini, cujus ipſius, atque majorum plurima beneficia in plebem Romanam

&c. Igitur *coepit* quidem, quod ſervant etiam Baſ. 2. Vinarienſes, Heuſſ. Struv. & Senat. uterque ejiciendum, & *Conſcripti* revocandum eſt, quod omnibus litteris exhibuit Commelinianus. Sed quod pro vulgata *poſtulare a Patribus Conſcriptis*, illam maluerim, non Eccard. modo effecit, ſed etiam experientia, qua in ſcriptura per notas, ſaepe pro lubitu librariorum terminationes adfictas & adjectas obſervavi. adhuc, quod Remenſes, Baſil. 1. Senat. 1. Fabriciani, Guelf. 1. 2. 3. 4. 9. 10. 11. 12. non agnoſcerent Praepoſitionem *a*. Sollemnem autem Senatorum appellationem hanc fuiſſe, nemini enarrandum eſt, de cujus origine Livius II. c. I. Corippus IV. v. 2.

Inde Senatorum *ſacro recitantur ab albo*
Nomina, Conſcripti Patres, *qua voce citati*
Accedunt hilares.

EA FAMILIA ORTUM. Edd. & MSS. quidam ſequiores addunt *ſe*, aut hic, aut mox: *ita ſe ab adoleſcentia* &c. aut utrobique. Sed recte ejecerunt docti viri. Sic ſupra *cap.* XVII. extr. & Jug. *cap.* LXIV. n. 5. *dimidia pars exercitus ſibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum*. Liv. XXXVI. c. IV. extr. *de pecunia item reſponſum, nullum ante diem accepturos; ſe*, nempe *pop. Rom.* a Carthaginienſibus. & ſic penes Modum infinitum *me*, *te*, *illum*, *nos*, *vos* omitti notata ad Cic. II. epiſt. XIII. num. IV. epiſt. XIII. num. 18. infra c. XLIII. n. 3. c. L. n. 3. LII. n. 16. & 36. demonſtrant. Quidam MSS. praeterea addunt *dicebat*; Sed cum dixerit *poſtulare*, quod certe *verbis* factum, iſtud Verbum ita reticuit, uti Sueton. Tiber. *cap.* LIV. Egit *cum Senatu*, *Non debere talia praemia tribui niſi expertis*. Sic ſaepe Salluſtius. vide ſupra ad c. XXI. n. 3. infra ad *cap.* XLVII. num. I.

OMNIA BONA IN SPE HABERET. Vocem *bona* abundare cenſet Ciacconius. at I. Waſſe conjungit *bona in ſpe* ſupra ad c. XXI. num. I. Recte quidem *bona ſpes* dicitur, quod jam alibi, & ad Jug. c. CXIII. n. 3. oſtendimus; ſed hic *omnia bona* non ſunt diſcerpenda. Non enim magis de formula ſunt *alia omnia*, *humana divinaque omnia*, *mala multa*, *bona multa*; quam *bona omnia*. Sic c. XXI. num. I. *quibus* mala *abunde* omnia *erant*. c. XXVI. num. 6. *ſtatuit* extrema omnia *experiri*. Horat. I. Sat. III. v. 13.

- - - *modo Reges atque Tetrarchas*,
Omnia magna *loquens*.

in ſpe haberet eſt fore certo & in praeſenti *ſperare*. uti ſupra c. VII. n. I. *in promptu habere*. Pro quo Lentulus Cic. XII. ep. XIV. n. 3. *cujus rei tanto* in timore fui. Cic. XIII. ep. XIX. n. 2. *etſi* eramus in *magna* ſpe. Id. XIV. ep. III. n. 4. *quamdiu vos* eritis in ſpe, *non deficiam*. Et haec lectio validior, quae oſtendit Catilinam ſpe jam praecepiſſe bona Senatorum de ſe judicia, quam illa ab Rivio in libris quibuſdam, a nobis in Guelf. 7. 8. & Incert. I. obſervata *haberent:* quamquam & haec commode exponi poſſit, magis vero, ſi mox legeris pro *ne*, *neu*, hoc eſt, *neque*, quod ipſum in Guelf. 11. & Incert. I. exſtat.

NE EXISTUMARENT. Gruterus in quinque vetuſtioribus Palatinis & in optimo Commeliniano reperit *ne aeſtumarent:* quibus accedunt ex Noſtris Fabriciani, Vinarienſes, Remenſes, Senat. uterque, Baſ. 1. & 2. Acad. Heuſſ. Eccard. Guelf. 1. 2. 5. 6. & ipſa ed. vet. quorum auctoritati ita obtemperavi, uti ſupra c. VIII. n. 2. ubi vide. addo hic Zenon. Veron. Serm. XXIV. *Poſthaec quid praeſumant*, aeſtimare *non poſſum*, *homines*, *qui ſalutem ſuam in pecorum morte conſtituunt*.

PATRICIO HOMINI. Ut infra *homo militaris*, *mulier ancilla* & ſimilia, vide Jug. c. XII. n. 5. *Patricii* erant, qui a primis *patribus* ſeu Senatoribus a Romulo, aut Tarquinio Priſco, aut denique Bruto Conſule inſtitutis genus derivare poterant. & primi quidem *majorum*, ſed poſteriores illi *minorum gentium* dicebantur, Liv. I. c. XXXV. & Tacit. Ann. c. XXV. adde quae Appius Claudius & P. Decius apud Liv. VI. & X. diſſerunt & praeterea Panvinium, Manutium, Sigonium, alios.

CUJUS IPSIUS. Commeliniano correctoris tantummodo addidit manus illud *ipſius*. Noſtri omnes nihil movent. & quoniam *majores* ſtatim laudat, oppoſitio certe eſt elegantior & ex more Latinorum ſi *ipſius* retineamus. Livius XXXIII. c. XLII. *Id C. Flaminii honoris cauſſa* ipſius, *patriſque, advexerant Siculi*. qui ſimul oſtendit, quam frigide recentiores MSS. addiderint mox *majorum ſuorum*. Noſter infra c. LIX. num. 6. *pleroſque* ipſos, *factaque eorum fortia noverat*.

IN PLEBEM ROMANAM ESSENT. Inſulſa haec tolerare nemo poterit, quae jamdiu Gruterus ſollicitiſſimus ſuſpicatus eſt ex nota *P. R.* ori-

manam eſſent, *perdita Republica opus eſſe*, *cum eam ſervaret M. Tul-*
8 *lius inquilinus civis urbis Romae*. Ad hoc maledicta alia cum adderet; ob-

originem duxiſſe. Neque tamen placet ejusdem commentum *in populum Rom.* ita, ut *in Rempublicam*, quod reſcribendum arbitror. Obſervavi enim eosdem codices, qui hic *in plebem Rom.* praeferunt, alibi ubi in edd. vulgaribus etiam *remp. reip. reſp.* legimus, partim *R. P.* tantum, ſive *P. R.* partim clare *populum Rom.* ſive *Rom. plm.* exaratum habere. quod in re aperta ſatis firmamenti ſuggerere poteſt. Vide interim ſupra *c.* XIX. n. 2. infra *c.* XXXIX. n. 4. XLI. n. 3. Jug. *c.* XXX. n. 3. & XXXI. n. 24. LXXXV. n. 33. LXXIX. n. 9. alibi. Sed aliorum etiam Scriptorum librarii haec ſaepe permutarunt. videatur Clarcke ad Caeſar. IV. Gall. *c.* XVI. Manutius & Puteanus ad Vellej. II. *c.* XV. Jam Salluſtianum eſſe *beneficia in remp.* vel illa ſupra *c.* III. n. 1. *benefacere reip.* Jug. *c.* LXXXV. n. 5. *quippe* benefacta *mea* reip. *procedunt*, inter alia docent. Conſtructio eadem, quae Jug. *c.* XXXIII. n. 4. *ſcelera* in patrem *fratresque oſtendit*. Igitur forſitan ſcripſerit Criſpus: *ne aeſtumarent*, *ſibi patricio homini*, *cujus ipſius atque majorum plurima beneficia in remp. perdita opus eſſe*, *quam ſervaret M. Tullius inquilinus.* reciſis ceteris. judicet Lector, qui reputaverit ſecum, ſic iſta dicta, vere *maledicta* eſſe. Igitur cum ita *remp.* alio caſu, nempe *rep.* ſenſu iterandum fuit, qua elegantia plenus Salluſtius; accidit huic loco, quod ſupra *c.* III. n. 2. verbo *reprehenderis*. Locum autem ex hac emendatione manifeſte aemulatur Auctor Declam. in Ciceronem med. *Quaſi vero non illius conjurationis cauſſa fuerit conſulatus tuus*, *& idcirco reſp.* disjecta *eo tempore*, *quo te* cuſtodem *habebat*. De iſta *Syllepſi Caſus* vide ſupra *c.* IX. extr. & Jug. *c.* I. num. 5. & eumdem MSS. errorem infra *c.* LI. n. 27. & apud Florum II. *c.* II. n. 2. *c.* VI. n. 1.

PERDITA REP. OPUS ESSE. Circumſpectis omnibus, ſenties, Criſpum *opus eſſe* pro ſuo proprietatis ſtudio dixiſſe, pro *laborem*, *negotium eſſe* in perdenda rep. Multus ſane in eo eſt Sanctius IV. Min. *c.* XV. ut probet, ex iſta propria notione *ad opus* factum, ut *neceſſe eſt* vulgare ſignificaret. adde Voſſium de Conſtruct. *c.* VIII. Perizon. ad Min. IV. *c.* IV. Mariangeli Auctar. ad Gramm. Phil. Arg. X. infra Jug. *cap.* LXXI. num. 4. *ex conſuetudine ratus*, *opera aut ingenio ſuo* opus *eſſe*. in Vinar. 1. eſt *perditam remp. opus eſſe*.

INQUILINUS. CIVIS URBIS ROMAE. Tres poſteriores voces eraſae ſunt in Guelf. 12. Duas *urbis Romae* ab interprete malo eſſe exiſtimat Gruterus. Codd. omnes a nobis tractati mordicus retinent, cum tamen Appianus II. Civ. p. 428. nil niſi *inquilinum* dixiſſe, probare poſſet; qui rationem addit quod Cicero *in urbe haud natus fuiſſet*, *ἐς ξενίαν τ πόλεως* haec Catilinam jeciſſe, cum alioquin ita vocarent *τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις*. Sed iſte etiam tempora miſcere videtur. Cicero *patricios* & *peregrinos* opponit pro Sulla *c.* XII. *Facetus eſſe voluiſti*, *cum Tarquinium & Numam & me*, *tertium* peregrinum *regem eſſe dixiſti.* lege quae ibi ſequuntur. Guelf. tamen 9. & Academ. habent *urbis Romanae*, vide ſupra *cap.* XVIII. ad fin. Haec primo aliquis addidit, ut diſtingueret & declararet *inquilinum urbis*, ab *inquilino aedium.* &, ſi me audis, voci *perdita* olim litterator quidam ſuperimpoſuerat *urbe Roma*, unde inter haec verba poſtea transtulerunt. (ejus generis Gloſſa eſt, quam Glareanus in libris ſuis invenit *Novus homo.* eam approbat L. Valla & expreſſit editio Laeti. perperam.) deinde ſciolus oppoſitionem elegantiorem facturus, ſicuti ſupra jam aliquoties peccatum vidimus, *civis* adjecit de ſuo, eo quod dixiſſet Criſpus *homini patricio.* ſic vara vibiam ſequitur.

8. AD HOC. Sic ſcriptum offendi in probatiſſimis Fabriciano 1. Senat. 1. Remenſibus, Vinarienſibus, Guelf. 5. 1. 2. & pluribus aliis: Sic etiam Rivius in omnibus ſuis MSS. ceteriſque vetuſtioribus: cujus notam, ut alias aliquot, qui *integras* crepant, hoc loco omiſerunt. *Ad haec* autem, quod Gruterus edidit & qui eum ſequuntur, illi tantum exhibent, qui & alibi hanc Salluſtii vocem corruperunt. vide quae collegi ad *c.* XLIV. num. 6. Ad hoc *mandata verbis dat*. Hic vero propter Verbum *addere*, viris doctis *ad haec* ſeſe probavit. Sed iſtud verbi ſaepiſſime ſine termino *cui* reperitur poſitum, quod oſtendo ad *c.* LVIII. num. 1. quae ſint *maledicta* expoſui ad *cap.* XXI. num. 4.

OBSTREPERE OMNES. Silent de MSS. ſuis, qui ante me Salluſtium ediderunt; & tamen Fabric. 1. 2. & a prima manu Academ. item Vinarienſes, Incert. 2. Baſ. 2. Sen. 2. Heuſſ. Guelf. 2. 3. & ed. vet. *ſtrepere* praeferunt. *Strepitu* enim, aut ſurgendo, aut acclamando indignationem ſignificabant. Cicer. III. Agrar. ſub init. *Video quoſdam*, *Quirites*, ſtrepitu *ſignificare*, *neſcio quid.* adde pro Sext. *c.* IV. & Jug. *c.* XXXIV. num. 1. Sed propterea hoc non praefera-

tantum

Digitized by Google

obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare. Tum ille furi- 9
bundus: *Quoniam quidem circumventus*, inquit, *ab inimicis praeceps agor*, *incendium meum ruina reſtinguam*.

CAP.

tantum moneo valde appoſite Noſtrum voce *obſtrepere* uſum, in re, ubi & vere *ſtrepitus* locum habet. Igitur qui tranſlate accipiunt, meminerint ſimul proprietatis. Sic poſui *aliena* c. LI. num. 17. aliena *ſententia ejus a rep. noſtra videtur*, Jug. c. LXXXIV. num. 1. *quae bello opus erant*, prima *habere*. c. LXXXV. n.3. *ea agere inter invidos*, occurſantes, *factioſos*. Sic Liv. XXXIV. c. LVI. deſcribere *dilectum*, alii alia dicunt. adde ſupra c. XVIII. num. 5. Denique *obſtrepere* ſic habes apud Plin. IX. epiſt. XIII. *Incipit reſpondere Vejento: nemo patitur, obturbatur*, obſtrepitur: Livium I. *cap.* XL. *Primo uterque vociferari, & certatim alter alteri* obſtrepere. *coerciti ab lictore, & juſſi invicem dicere tandem* obloqui *deſiſtunt*. III. *cap.* XLIX. *Sequuntur Horatius Valeriuſque, eos concio audit, Decemviro* obſtrepitur. XXXV. c. XXXIX. *Altercatio inde, non ſermo fuit, cum multitudo* obſtreperet, *nunc ſenatum, nunc Quintium accuſando*.

HOSTEM ATQUE PARRICIDAM. *Hoſtis* eſt perduellis, vide c. XXXVI. num. 2. *Parricida*, qui reip. & patriae ſuum interitum quaerit, c. LI. n. 25. LII. n. 31. Cic. II. Phil. c. XIII. *Confiteor, eos* (Brutum & Caſſium) *niſi liberatores populi R. conſervatoreſque reip. ſint, plus quam ſicarios, plus quam homicidas, plus etiam, quam* parricidas *eſſe: ſiquidem eſt atrocius* patriae parentem, *quam ſuum occidere*. Idem I. Cat. c. VII. *Nunc te patria, quae communis eſt omnium noſtrum parens, odit ac metuit, ac jam diu de te nihil judicat, niſi de* parricidio *ſuo cogitare*. Tacit. I. Hiſt. c. LXXXV. *Igitur verſare ſententias, atque huc & illuc torquere*, hoſtem & parricidam *Vitellium vocantes*. Vinar. 2. *eum hoſtem atque parricidam* cet.

9. CIRCUMVENTUS. De illis dicitur, qui ita in alterius poteſtatem ſunt delati, ut non modo *urgeri*, ſed etiam *vinci*, *ſupprimi* poſſint. infra c. XXXIV. *Se falſis criminibus* circumventum. Cic. II. Offic. c. XIV. extr. *Ut ei ſubveniatur, qui potentis alicujus opibus* circumveniri *urgerique videatur*. adde ſupra c. XVI. n. 3. Tamen ab alia tantum manu in marg. exhibet Senat. I. Quod vero hic duo genera tranſlationis conjungit *praeceps agor*, & *incendium*, illud haud eſſe praeter conſuetudinem, obſervavit Giſanius ad Lucret. p. 302. & 445.

INCENDIUM MEUM. Valer. Maxim. IX. c. XI. num. 3. haec ita refert, quaſi Cicero Catilinae dixiſſet, *ab ipſo* incendium eſſe excitatum. Sed Salluſtii verba Paſſive intelligenda ſunt, auctore Cicerone pro Murena c. XXV. *Si quod eſſet* in fortunas ſuas incendium *excitatum*, *id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum*. Sic frequenter apud Ciceronem & alios *invidia mea*, & apud illum pro Sext. c. VI. *naufragium reip.* & ibid. c. LVI. *Quanto cum fletu de illis* noſtris incendiis *ac ruinis, cum patrem pulſum, patriam adflictam deploraret, domum incenſam everſamque*. Noſter infra c. LI. *injuriae* ſuae. ut Liv. XXIX. c. IX. *Pleminius neglectam ab Scipione & nimis leviter latam* ſuam injuriam *ratus*. Vellej. II. c. XCI. *Quippe ita ſe mores habent, ut publica quiſque* ruina *malit occidere, quam* ſua *proteri, & idem paſſus minus conſpici*. Claudian. II. Ruffin. v. 18.

Quid reſtat niſi cuncta novo confundere luctu
Inſonteſque meae *populos miſcere* ruinae
Everſo juvat orbe mori.

Sic Livius XXVIII. c. XXXIX. *naufragium noſtrum*. Iſtud vero aeque frequenter, ut *incendium*, de ruina omnium fortunarum, aut certae cujuſdam felicitatis dicitur. adde Flor. IV. c. VI. num. 1. Claudian. VI. Honor. v. 317. Sic Juſtin. I. c. VII. *velut commune Graeciae* incendium. Liv. XXXIX. c. VI. *ne* incendio *alieni judicii conflagraret*.

RUINA RESTINGUAM. Dudum Laur. Valla hic & Camerarius ad Cic. pro Muren. d. c. obſervarunt tranſlatam eſſe dictionem ab eo, ubi ignis, flamma ſuperante, reſtingui aqua non poteſt, diruuntur aedificia, ut ita opprimatur; ſic Catilina minatur ſe excidio totius reip. ſuae ſaluti ſubventurum. Verum in eo abit a Salluſtio Cicero, quod haec verba *Catoni* Catilinam dixiſſe refert, paucis diebus ante, quam haec *in ſenatu* dixiſſe memorat Noſter. I. Waſſe bis idem Catilinam eructaſſe autumat; ſed Ducker. ad Flor. IV. c. I. parum abeſt, quin errorem Criſpi hic agnoſcat. Nos interim Doctiſſ. Waſſio ſubſcribimus, ſed ita, ut non ipſa illa verba, quae Salluſtius ex priori Catilinae ſermone deſumſit, ſed quae ejuſdem fere ſententiae eſſent, Catilinam repetiiſſe, cenſeamus. Porro nec verbum *reſtinguam* ita certum eſt. Plerique MSS. Valer. Maximus, P. Latro praeferunt *exſtinguam*. Sed Cicero, qui eſt unus inſtar omnium, *reſtinguam*. & hoc in Guelf. 1. 2. & a manu prima 3. 6. Struvian. Academ. & Senat. I. perſpicue legitur;

CAP. XXXII.

XXXIII.

1 DEin ſe ex Curia domum proripuit. ibi multa ſecum ipſe volvens, quod neque inſidiae conſuli procedebant, & ab incendio intellegebat urbem vigiliis munitam, optumum factum credens, exer-

quibus proxime accedunt Guelf. 4. Vinar. 2. & edit. vet. in quibus *reſtringam*. Pronomen (nam *ruina veſtra* eſt in Guelf. 6. 9. 11. Baſ. 2. Struv. & Academ.) ut ſaepe alibi, otioſum eſt. quod valet itidem in Baſil. 3. *incend. meum in ruinam veſtram ſtinguam*. In Sententiam lege *c.* XXXVII. Tacit. III. Ann. *c.* XIV. Lucan. VII. *v.* 654.

CAP. XXXII. 1. EX CURIA. Sic noſtri Codd. omnes. Rivius in quibuſdam invenit *ex templo:* quomodo edd. Pomp. Laeti. Videlicet non Plutarchus ſolum, ſed etiam Cic. II. Catil. *c.* VI. teſtatur Senatum eſſe habitum *in aede Jovis Statoris*. Sed *templa* etiam *Curias* eſſe dictas, auctor eſt Varro IV. de LL. *c.* XXXI. & Lamprid. in Alexandr. *c.* VI. *Aedem Concordiae* diſerte vocat *Curiam*. quamobrem nihil mutandum.

SE DOMUM PRORIPUIT. *Domum* deeſt Baſil. 2. at 3. *prorupit*. Sed *proripuit* intellige celeriter egreſſus curia, domum ſe contulit. Cicero de Haruſp. Reſp. *c.* I. *exſanguis atque aeſtuans ſe ex curia repente* proripuit. Plin. VI. ep. XX. n. 11. *Non moratus ultra* proripit ſe, *effuſoque curſu periculo auffertur*. Hinc Terentius Hecyr. A. III. Sc. III. *v.* 16. corripui *illico* me *inde lacrumans*. & A. IV. Sc. I. *v.* 3. corripuit *derepente tacitus* ſeſe *ad filiam*.

MULTA SECUM IPSE VOLVENS. *Secum* delet Guelf. 6. At *ipſe* non comparet in Guelf. 2. Incert. 1. Eccard. Baſ. 2. Sen. 1. Vinar. 2. Acad. & ed. vet. Denique nec ordo ſibi conſtat: nam in Struv. Guelf. 1. 5. 12. Baſ. 1. Vinar. 1. Fabric. 1. eſt *multa ipſe ſecum:* quomodo Gruterus. in Guelf. 10. 11. Heuſſ. ac Senat. 2. *ipſe multa ſecum*. Primo igitur *ſecum* non erat omittendum, etſi *c.* XLI. n. 2. non poſitum ſit; neque apud Tacit. I. Ann. *c.* XXXVI. nec Prudent. Paſſion. V. *v.* 327. Sic Noſter Jug. *c.* VI. n. 2. *multa* cum *animo ſuo volvebat*. *c.* XIII. n. 5. *in otio facinus ſuum* cum *animo reputans*. *c.* CVIII. extr. *multumque* cum *animo ſuo volvere ſolitum*. pro quo (eſt enim *cum* idem quod *apud*, *in*, ut alibi docui) II. de Rep. Ord. *c.* VII. *multaque* in *pectore volvit:* & Lactant. VII. *c.* XVI. *nova conſilia* in *pectore ſuo volutabit*. Seneca Epiſt. XIII. *ac ſubinde hoc* in *animo volve*. & Epiſt. XXIV. *haec* in *animo voluta*. Plaut. Capt. A. IV. Sc. II. in. *Hanc rem* in *pectore meo voluto*. Alii nullam Praepoſitionem addunt, ſed tamen *pectore*, *animo volvere* dicunt: ut Stat. II. Sylv. I. *v.* 193.

— *et ſimiles volventem* pectore *curas*.

Sulpic. Sev. Dial. I. *c.* II. *me autem haec tacitis* cogitationibus *revolventem*. Dial. III. *cap.* XIII. cogitatione *pervolvens*. Auguſtin. VII. Conf. *cap.* V. *talia volvebam* pectore *miſero*. Hinc & *cogitatio* ipſa *volvi* dicitur apud Minuc. Felic. *c.* I. Sed primo modo Virg. Eclog. IX. *v.* 37.

Id quidem ago & tacitus Lycida mecum ipſe *voluto*.

Igitur nec Pronomen *ipſe* ullo modo tentandum, etſi illud ſaepe ludibrio fuerit librariis. infra *c.* LII. n. 2. *cum ſententias nonnullorum* mecum ipſe *reputo*. ibi in quinque MSS. offendi *ipſe mecum*, & in uno pro *ipſe*, *egomet*. Eadem varietas Jug. *c.* LII. n. 9. CXII. extr. CXIII. n. 1. & 3. obvia Apulej. III. Met. p. 140. *Diu denique ac multum* mecum ipſe *deliberavi*. adde Eumd. VIII. Met. p. 208. Senec. Agamemn. *verſ.* 116. Tecum ipſa nunc *evolve femineas dolos*.

NEQUE INSIDIAE CONSULI PROCEDEBANT. *Neque*, excipiente *Et* ſaepe ponit Noſter, vide Jug. *c.* I. n. 5. Cic. X. epiſt. I. extr. Nec *miror*, & *gaudeo*. Vopiſcus Tacito *c.* XII. Nec *tacendum eſt*, & *frequenter intimandum*. male itaque *&* omittunt. Remenſ. 1. & quaedam edd. Porro *Conſuli* dixit Paſſive, pro *Conſuli factis*, ſive a Nomine, ſive a Verbo pendere autumes. Illo modo Cato de R. R. *c.* V. *Semen ſatui*. Auſon. Ephemerid. *Cauſſa rebus creandis*. Seneca ad Polyb. *c.* XXXI. *rebus humanis praeſes*, Hoc Noſter mox n. 3. *inſidias* conſuli *maturent;* adde ſupra *c.* XI. n. 4. Senec. I. de Clem. *c.* VI. *tribus* theatris *viae poſtulantur*. Caeſar. I. Gall. *c.* XXX. *ut locum* domicilio *ex magna copia deligerent*. Ita non eſt, quod in Verbo *procedere* haeſites, quod alibi, ut Jug. *c.* LXXXV. n. 5. cum Dandi caſu, commodi notione, compoſuit: etſi iſte ibi Caſus commode cum voce *benefacta* jungatur, & Verbum, ut hic, praeciſe intelligatur. Atque ſic interpretatur Perizonius ad Sanct. IV. *c.* IV. n. 10.

URBEM VIGILIIS MUNITAM. Guelf. 11. in mar-

Digitized by Google

exercitum augere, ac prius, quam legiones ſcriberentur, antecapere, quae bello uſui forent; nocte intempeſta cum paucis in Manliana caſtra profectus eſt. Sed Cethego atque Lentulo, ceteriſque 2
quorum cognoverat promtam audaciam, mandat, quibus rebus poſ-

margine tantum *vigiliis* recenter adpictum eſt; locum mutat in Vinar. 2. tribuſque aliis: & poterat per ſenſum quidem abeſſe, at non per morem Salluſtii, qui ſic Jug. *cap.* XXVIII. numer. 4. *auctoritate munire*. ubi vide. Vopiſcus Caro *cap.* II. *Numa civitatem* religione *munivit*.

Optumum factum. Sic Acad. Guelf. 8. & 10. praeter edd. Gruteri, Parei, Waſſii. idemque ex MSS. reſtituimus *c.* LV. n. 1. *conſul optumum* factum *ratus*, *noctem antecapere*. *c.* LVII. n. 5. *optumum* factum *ratus*, *fortunam belli tentare*. Jug. *c.* CVII. n. 5. *quare optumum* factum *videri*, *per media ejus caſtra tranſire*. in quibus prioribus tamen iſtae edd. ut hic vulgares, male *factu* tenent. Notum eſt illud *Bonum factum*, unde hoc manaſſe ſuſpicatur Colvius: Notatum etiam aliis Plautum & Apulejum ſimiliter *Optimum factum* dixiſſe, Symmachum *difficile factum*; quo & Putſchius traxit Arnobii *difficile dictum*. Vide Interp. Plauti Pſeudol. A. 1. Sc. II. *v.* 52. Pricaeum ad Apulej. Miles. 1. p. 37. quem tamen editores in Juſtin. XIV. *c.* II. n. 6. non audiunt. Terent. Andr. A. 1. Sc. V. *humanum factum:* ubi quidam, teſte Donato, *factu*.

Multa antecapere. Fabric. 1. *multo praevenire antecapere ea*, *quae*; 2. *multo praev. & antec. ea*, *q.* Guelf. 9. *multa praev. antec. e. q.* 1. & 2. cum Heuſſ. & Vinar. 2. *multa antecapere ea*, *quae*; Senat. 1. *multo praeire antecapere ea*, *q. b. u. f.* Ceteri *multa antecapere quae bello uſui forent.* Inde Gruterus exſculpſit nobis *multo antecapere*, *quae bello u. f.* quomodo Vinar. 1. quod quale ſit, profiteor, me non intelligere, ſi *prius multo ante* conjungas. Nam alia res foret, ſi diceremus a Criſpo eſſe, *multo ante praecipere*, *quae b. u. f.* ut Livius XL. *ad* multo ante praecogitatum *facinus revoluta:* etſi ne ſic quidem favente τῷ *prius*. Ciacconius hic verum vidit, cum vocabulum *multa* vacare opinatus eſt: quod ego ita ab correctoribus additum cenſeo, uti ab aliis *ea;* quaſi non infinitis locis Verba cum Demonſtrativis Pronominibus jungantur. Sic Noſter ſupra *c.* XIII. n. 2. Sic ſaepiſſime Livius *ſacrificare*, quibus *Diis videretur*, vide XXXII. *c.* I. XXXVI. *c.* XXI. adde XXXIX. *c.* XI. & alia. Cic. VIII. epiſt. IV. n. 5. X. epiſt. XXI. n. 2. Et Salluſtium quidem pervolventi conſtabit, haud raro ejuſmodi Additamenta male adjici Verbis aut Pronominibus. infra *c.* XLIV. n. 6. *parata eſſe*, quae *juſſerit*. ubi in quatuor MSS. legi *omnia parata eſſe*, *quae i.* adde *cap.* XLII. num. 2. XLIX. num. 4. Jug. *c.* XI. num. 5. *c.* LX. n. 1. reliqua. Quod praeterea ad librariorum Gloſſam attinet, qui *praevenire* de ſuo addiderunt, eam refellit Salluſtius ſupra *c.* XII. num. 3. infra *c.* LV. num. 1. Jug. *c.* XXI. num. 3. quem imitatur Dictys II. *cap.* VIII. *uti propere inſtructo exercitu* tempus *profectionis* antecaperent. Nunc *prius* cum Verbo *antecapere* jungas licet, & habes Liv. XXI. *c.* XXXII. *quamquam fama* prius praecepta *res erat*, & plures idoneos auctores.

Quae bello usui forent. *Bello* inter verſus modo adpingitur Guelf. 12. vide *c.* XXXI. extr. Supra etiam *ſcriberentur* vitio, ut arbitror, librarii omiſſum eſt in Guelf. 5.

Nocte intempesta. Reſpice ad *cap.* XXVII. num. 3.

In Manliana castra. *Manliana* pauci ex noſtris, iiſque recentiores; plures *Malliana* aut *Manliana* ſcribunt. vide *c.* XXIV. n. 2.

2. Atque Lentulo, ceterisque. Guelf. 11. *& ceteris*. Mihi tam *&*, quam *que* ſuſpectum, qui credo Salluſtium ſine copulis *Cethego*, *Lentulo*, *ceteris* ſcripſiſſe, ut ſupra *c.* XV. n. 1. infra *c.* XXXIX. n. 2. LVII. n. 1. & alibi ſaepe *alia*. Confer Jug. *c.* LXVI. n. 1.

Quorum cognoverat promtam audaciam. Fabric. 1. & Senat. 2. *cognovit*, ex compendio ſcripturae: Academ. *agnoverat:* Nullus tamen *noverat*. Librarius Incert. 2. primo haeſitavit *propriam*, an quidvis aliud ſcriberet; poſt tamen dedit *promtam*. Recte. Curt. IX. *c.* VI. n. 10. *ne admirari quidem poſſet*, *tam* promtae *eſſe te ad omne diſcrimen* audaciae. Tacit. 1. Ann. *c.* LVII. *Quanto quis* audacia promtus. Gloſſae reddunt *facilem:* quomodo Quinctil. XI. *c.* III. *cui in iis*, *quae ſubito dicenda erunt*, facilitas promta *defuerit*.

Quibus rebus posset. Guelf. 7. Vinar. 2. & ed. vet. *ut quib. r. p.* quae particula in aliis etiam edd. alio loco viſitur, quam tamen reticet Noſter ſupra *c.* XXIX. n. 2. infra *c.* XXXIII. extr. XLI. n. 5. L. n. 2. orabat, *grege facto ad ſeſe irrumperent*. ibi vulgo addunt *ut*. ſic Jug. *c.* LVI. n. 2. & pluribus aliis locis, ubi ſimiliter librarii fere ſemper peccarunt. adde infra *c.* LVIII. extr. Deinde *rebus* delet Guelf. 10. & ab co-

poſſent, opes factionis confirment, inſidias conſuli maturent, caedem, incendia, aliaque belli facinora parent: ſeſe prope diem cum
3 magno exercitu ad urbem acceſſurum. Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex ſuo numero ad Marcium Regem mittit, cum mandatis hujuſcemodi:

CAP.

correctore tantummodo additur Guelf. 2. Ceteri ſervant & Cic. XIII. epiſt. IX. n. I. *intellexi cupere ei ſocietati, quibuſcumque* rebus *poſſes, commodare*. Corn. Nep. Attic. *c.* XI. *ut plurimis, quibus* rebus *poſſet, eſſet auxilio.* adde Cicer. II. Offic. *c.* XXIV. & confer ſupra *c.* IV. n. 3. *c.* XVIII. num. I.

OPES FACTIONIS CONFIRMENT. Gu. 12. *opem:* Eccard. Baſil. I. *copiis:* Fabric. 2. *opes pactionis.* Guelf. 5. *opes factiones*. Omnes falſo, etſi hic aliquantulum moratur. Supra *c.* XVII. num. I. opes ſuas, *magna praemia conjurationis docere.* alia ad illa Jug. *c.* XLVI. extr. *exercitum brevi* confirmavit.

INSIDIAS CONSULI MATURENT. Sic *c.* XV. n. 3. *facinus maturare* dixit, Jug. *c.* XXXVII. extr. *properare aliqua*, *c.* LXXVII. n. I. *quid feſtinare*. Leve eſt, quod Guelf. 4. habeat *maturarent;* quomodo mox 9. Incert. 2. & Baſil. 2. Vinar. I. *pararent.* nam ſcribis acceptum eſſe ferendum, ex *c.* XXXVI. n. 3. patet, ubi idem tentarunt. Alibi tamen plerumque Imperfectum tempus in hac ſtructura Criſpus poſuit. male Baſ. 3. *inſidias conſulis*.

ALIAQUE BELLI FACINORA PARENT. Guelf. 6. *aliqua.* Struv. *alia omniaque belli f.* Verum & hic Salluſtium ſine *que*, *alia* ſcripſiſſe cenſeo; quandoquidem *alia*, *cetera*, *reliqua* per ſe illum ſenſum inferunt, quem nos per copulam quaerimus. vide *c.* LI. n. 40. At Ciacconius quod Verbum *parent* tentet, & potius *patrent* legat, in hoc ab iſto diſſentio. non ſolum propter Codd. qui omnes hoc loco *parent*, aut *pararent* exhibent; ſed etiam, quia *parare* non ad longam *praeparationem*, ſed proxime ad ipſa facinora ſpectat. Sic *proficiſci parat*, qui in eo eſt, ut ſtatim proficiſcatur, *c.* XLVI. n. 4. Hinc *c.* XLIV. *In urbe* parata *eſſe*, *quae juſſerit*. adde ſupra *c.* VI. n. 5. *c.* XXVII. n. 2. *Conſuli inſidias tendere*, parare *incendia. c.* XLIII. n. 2. *Inter haec* parata *atque decreta*. *c.* XLVIII. n. 4. *de* paratis *incendiis*, *de caede bonorum.* adde *c.* LII. extr. & *c.* XXXV. n. 5. Et ad hunc fere modum τὰ ἕτοιμα exponit Scholiaſtes Thucydid. I. *c.* LXX. Neque enim aliud ſignificat Auctor, niſi Catilinam voluiſſe, ut omnia *parata* eſſent (*c.* XLII. & XLIII.) cum ipſe ad urbem accederet. Alibi tamen *parare* & *patrare* confunduntur. vide Jug. *c.* XIII. n. 5.

PROPEDIEM AD URBEM ACCESSURUM. In vetuſtis diviſim ſcribitur *prope diem;* unde Gloſſa nata Guelf. I. *ante lucem*. inſulſe. *prope diem* primo ita dixere, uti *ad diem*, *indies*, *ante diem*, *poſt diem* cetera, & noſtrates dicere ſolent *naechſter Tage*, pro brevi, ſtatim. vide ſupra ad *c.* V. num. 7. Certe Donatus ad Ter. Adelph. A. V. Sc. V. extr. *ὑφὲν* agnoſcit in ea voce, & membranis obſequi licebit. Eaedem in voce *acceſſurum* nihil mutant. Senat. 2. & Heuſſ. delet Praepoſitionem, habetque *prope diem* urbem *acceſſurum*. vide *c.* XLI. extr.

3. EX SUO NUMERO. *Etliche aus ſeinen Mitteln*, quoſdam de ſuis, ſicut *c.* XLII. num. 3. & Jug. *c.* XVIII. n. 4. *Ex* eo numero *Medi & Perſae:* & *c.* XXXV. n. 6. Hirtius de B. Alex. *c.* X. *cum aquandi cauſſa remiges in terram expoſuiſſet, nonnulli ex eo* numero, *ab equitibus hoſtium ſunt excepti*. Eleganter inprimis & ſaepiſſime de *militibus* dicitur, quorum *cohortem*, ſive certum *ordinem* ſaepe *numerum* vocant. Sozomenus I. *c.* VIII. *Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσι*. de quo multa Lipſius ad Tacit. I. Hiſt. *c.* VI. Cl. Puteanus ad Pacat. Paneg. *c.* X. p. 804. Heinſ. ad Ovid. Her. Epiſt. VIII. *verſ.* 24.

LEGATOS AD Q. MARCIUM REGEM MITTIT. Sic quidem vulgo circumfertur, ſed vocabulum *legatos* non legitur in Fabric. I. neque in Guelf. 3. niſi, quo corrupti ſunt, ab alio atramento. & tralaticium eſt, *mittere* Ciceronem, Senecam, Quinctilianum & alios abſolute ponere pro *epiſtolam* modo, modo *nuncium*, *legatum* mittere, quod indicavi ad Cicer. II. epiſt. VIII. n. I. & XI. ep. VIII. n. I. Hic vero *mittit ex ſuo numero* idem notat, ac *mittit* quoſdam *ex ſuo numero*, quod ex Liv. I. *c.* XXXIV. patet: *Tum e ſuis* unum *ſciſcitatum Romam ad patrem mittit*. Omittit Noſter etiam Jug. XCIII. n. 7. *Marius cum Ligure promiſſa ejus cognitum* ex praeſentibus *miſit*. Juſtin. VIII. *cap.* II. *non* ex ſuis civibus, *ſed Philippum Macedoniae regem, ducem eligunt*. de qua Ellipſi plura ad Jug. *c.* LXXXV. num. 12. legas. Sueton. Othon. *c.* VI. *ibi* miſſis, qui *Galbam & Piſonem trucidarent:* & hac forma nihil frequentius. Sed neque Praenomen *Quintus* in ullo MS. viſere fuit, nec vidit Gudius in Remenſibus. Vinar. 2. & edi-

CAP. XXXIII.

DEos homineſque teſtamur, Imperator, nos arma neque contra pa- 1
triam cepiſse, neque quo periculum homini faceremus, ſed uti corpora noſtra ab injuria tuta forent; qui miſeri, egentes, violentia atque crudelitate foene-

& editio vet. mutato ordine ad *Regem Marcium* eo more, quem ad principium libri expoſuimus. adde *c.* LX. n. 5.

CUM MANDATIS HUJUSCEMODI. Quibus hujuſcemodi *mandaverat* perferenda, non vero ep. eſt, quae ſequitur oratiuncula; etſi falſo in quibuſdam Codd. inſcribatur. Neque nomine Manlii, ſed totius illius copiae, quam habebat Manlius, loquuntur. Alibi quidem obliqua Oratione ejusmodi proferuntur, uti *cap.* XLIV. extr. Jug. *cap.* XXI. extr. Sed recta etiam in uſu, ut apud Sueton. Calig. *cap.* XXV. *Adhibitum coenae nuptiali* mandaſse *ad Piſonem contra accumbentem:* Noli *uxorem meam premere. Mandata* paſsim hoc ſenſu reperiri, notavi ad Cic. III. epiſt. III. n. I. adde Symmach. X. epiſt. LXXII. *et ut legatus civium* mandata *commendo*. nec infrequentius eſt *mandare* pro nuncio indicare; *mandatus* pro miſſo; denique *mandator* pro miſſore apud auctores aevi ſequioris. vide Barth. XIV. Adverſ. *cap.* XIII. Etiam *epiſtolae* dicuntur *mandata*. Heſychius: ἐπιστολαὶ, ἐντολαί. & ſic Suidas.

CAP. XXXIII. 1. DEOS HOMINESQUE TESTAMUR. Teſtes facimus, *teſtificamur*, Coelii verbo Epiſt. XVI. n. 2. & ipſius Ciceronis in Bruto; Livio. *Deos facere teſtes*. Noſter Jug. *c.* LXX. n. 4. Teſtari *Deos per quos juraviſſet*. Vopiſc. Aurel. *c.* VIII. teſtor *omnes Deos*. Sic Prudent. Paſſ. X. *v.* 996. Teſtor *ſalutem principis*. Sever. Vit. Mart. *cap.* XXV. *Jeſum* teſtor, *ſpemque communem*. adde Juſtin. XVIII. *cap.* VII. n. 5. Cic. III. ep. X. n. 4. X. ep. XXXV. n. I. Gronov. ad Sen. VII. Beneſ. *c.* XVI. & Briſſon. VIII. Form. p. 716. ſeqq. pro eo *Deum hominumque fidem* habes ſupra *c.* XX. n. 10.

IMPERATOR. Sic vocatur *cap.* XXX. n. 4. & recte, quia hoſtibus fuſis triumphum petebat. quo titulo milites poſt victoriam ſuos duces decoraſſe ſcribit Appian. II. Civ. p. 455. Sed Duces etiam, qui erant cum *imperio*, & poteſtatem belli gerendi habebant, ita appellati, Cic. I. de Orat. *c.* XLVIII. Jam qui provinciis praeerant, ſi hoſtis metueretur, erant cum imperio. Id. III. Fam. ep. II. etſi id *c.* XXX. de Marcio non expreſſe tradatur, ſed de Praetoribus. Ergo utroque modo non injuſte Q. Marcius Rex a Manlianis ita ſalutatur.

CONTRA PATRIAM CEPISSE. In Guelf. I. eſt *concepiſſe:* quaſi ad omnem multitudinem vocabulo accommodatiore; uti ſupra *c.* XXXVI n. 5. *concedere*. Et Florus quidem *corripere arma* ita dixit I. *c.* IX. IV. *c.* XII. n. 32. ſed ex illo Codice nihil novandum. vide *c.* XIX. n. I. uti neque ex Baſ. 3. *qui ſuſcepiſſe*. Alterum habes *c.* XXX. n. I.

NEQUE QUO. Fabric. 2. Remenſ. 2. Guelf. 3. *quod*. Mirum videbitur nonnullis, quibus facile eſt *quo* Conjunctionem facere, & per *ut* exponere. Sed illis librariis ſine dubio, ut eſt, ſextus caſus Pronominis fuit, non aliter quam *c.* XXXIV. n. 2. ubi vide.

PERICULUM ALIIS FACEREMUS. Remenſ. I. *alicui*: longe elegantius Guelf. 3. *periculum* homini *faceremus*. quod probo. ſaepe enim *homo* loco Pronominis indefiniti ponitur, ut modo *ille*, de quo ad *c.* XLVIII. n. 5. modo *aliquis* ſignificet, Phaedr. IV. Fab. VIII. *v.* I.

> Homo *ſimul ac venit in magnum periculum*,
> *Effugium repperire* alterius *quaerit malo*.

adde Burmann. ad I. Fab. XVI. *v.* I. Plaut. Moſtell. A. II. Sc. I. *v.* 60.

> *Pluma haud intereſt, patronus an cliens probior fiet*
> Homini, *cui nulla in pectore audacia*.

AB INJURIA TUTA FORENT. Fabric. 2. Guelf. 9. *ab injuriis:* neutrum habet Guelf. 12. in contextu; editum tamen in margine. Uterque numerus Criſpo placet. ſupra *c.* IX. extr. *accepta* injuria, *ignoſcere, quam perſequi malebant*. infra *c.* XXXV. n. 3. & *c.* LI. n. II. *neque cuiquam mortalium* injuriae *ſuae parvae videntur*. Recte *ab injuria tuta* dixit. Phaedrus I. Fab. XXXI. *v.* 9.

> *Qui vos* ab *omni* tutas *praeſtem* injuria.

uti Idem III. Fabr. VII. 10. a furibus *tueri domum*. Sic & *periculum facere cui* haud nove dicitur. Cic. Divin. *cap.* XIV. *ipſe metuere incipies, ne innocenti* periculum faceſſeris. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* XLIII. *qui* nulli *umquam ſub Nerone* periculum faceſſiſſet. XVI. Ann. *cap.* XIX. *Fregique annulum, ne mox uſui eſſet ad* facienda pericula. Adde Rhenan. ad XIII. Ann. *cap.* XXXIII.

QUI MISERI-SUMUS. Incert. I. ſupra *qui* habuit

Digitized by Google

foeneratorum plerique patriae, ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus: neque cuiquam noſtrum licuit, more majorum, lege uti, neque, amiſso patrimonio, liberum corpus babere: tanta ſaevitia foeneratorum atque

buit *nos*, expoſitionis gratia. recte. *noſtra* enim abs *qui* ita ſaepiſsime excipitur, quaſi *noſtri* poſitum fuiſſet. Sic et *mea*, *veſtra* cum ceteris. Jug. *cap.* LXXXV. n. 28. *Sed quoniam* veſtra *conſilia accuſantur*, qui *mihi ſummum bonorem impoſuiſtis*. Terent. Andr. Act. I. Sc. I. *verſ.* 70. *Laudare fortunas* meas, qui *gnatum haberem tali ingenio praeditum*. & ſic alii frequentiſsime. quare nunc ſimpliciter ita explico Cic. I. ep. IX. n. 31. *Illud quidem certe* noſtrum *conſilium laudandum eſt*, qui *meos cives ſervis armatis objici noluerim*. In aliis poſſeſſivis idem uſu venire ſolet. Apulej. II. Met. p. 121. *id omne* latrocinalis *invaſit manus*: quorum *audaciae repugnans frater meus occiſus eſt*. quaſi dixiſſet *latronum*; etſi & alia hic ſubſit ratio, quae tamen altera illa poſterior. De *foeneratoribus* paullo inferius.

PLERIQUE PATRIAE. *Patriae* invenit in vetuſtiſſimis ſuis Nazar. & Commelin. Gruterus, Gudius in Remenſ. I. Cl. Iſelius in Baſil. I. nos in Academ. Senat. I. & Guelf. 4. (etſi in Senat. I. verba ita concepta ſint: *plerique* patriae, ſed o. *famae atque fortitudinis*. mox tamen eadem manus *ti* & *di* ſyllabas inducit.) nec invidebimus Salluſtio ſuam elegantiam, qua alibi ita diverſos Numeros, Modos, Perſonas conjungit, ut hic Caſus Patrium & Auferendi. Vide *cap.* XXXIII. n. 6. Sic *cap.* XXV. n. 2. docta *litteris*, *multa alia*. Jug. *cap.* LXXXIV. n. 2. *pleroſque* militiae, *paucos* fama *cognitos accire*: id ibi ex MSS. reſtituo. adde *cap.* XXXIII. n. 2. & C. n. 2. Uſitate magis Jug. *cap.* VII. n. I. *ubi videt neque* per vim, neque inſidiis *opprimi poſſe*. *cap.* XXII. n. 2. ob *eaſdem* artes, *non* penuria *liberorum adoptatum eſſe*. Sed infra geminum ex Nazariano Gruterus notavit *c.* LI. n. 37. *neque* conſilii, *neque* audacia *umquam eguere*. *c.* XLVI. num. 2. *poenam ſibi* oneri, *impunitatem* perdundae reip. *fore*. Plaut. Aſin. A. III. Sc. II. *v.* 31. *ut meque*, *teque*, *atque* ingenio *noſtro* decuit. Catullus Carm. XCV. *v.* I. 2.

> In te, *ſi* in quemquam, *dici pote*, *putide Vetti*
> *Id quod* verboſis *dicitur* & fatuis.

Sueton. Othone *cap.* VII. *Dicitur ea nocte per quietem* pavefactus-*poſtridie quoque graviter* prolapſum. Horat. I. Sat. VI. *v.* 110. *Hoc ego commodius* quam tu, & *mille* aliis *vivo* Zeno. Veron. Serm. XXXIII. *Bonus eſt* in quem *ſperavit*, & *ſperandum* in eo *eſt*, *quia miſericor eſt*.

FAMA ATQUE FORTUNIS EXPERTES SUMUS. Fabric. uterque, Vinar. I. Academ. a prima manu & Senat. 2. *fortuna*: forte eo, quod *fama* Numero ſingulari praeceſſerat; quam cauſſam nullam eſſe ex dictis ad Jug. *cap.* LVII. extr. conſtat. quin potius *fortunis* ſignificantius eſſe, notat Donatus ad Ter. Andr. neque aliter pars maxima Auctorum. ſed appoſite Cic. in Piſon *c.* XVII. *Cum omnes* fortunis, *multos* fama *vitaque privaſſet*. Cum ſexto autem Caſu *expers* jungitur, uti apud Lucretium, Catullum, Plautum, vide Muret. ad Catulli Carm. LXVII. p. 82. Giſan. ad Lucret. p. 341. & Taubman. ad Plaut. Amphitr. Act. II. Sc. II. *v.* 81. & qui Noſtrum multo maxime imitatur Dictyn Cret. II. *cap.* IV. *prorſus nullo*, *aut perpaucis* clade *belli ejus* expertibus.

MORE MAJORUM. Quod adeo aequum fuerat. vide ad *c.* LII. extr.

LEGE UTI. Praeſidio legis agere aut tutum eſſe: legem in utilitatem ſuam vertere. Sic *c.* XII. extr. *imperio uti*. *c.* XXXIX. n. 4. *victoria uti*. Juſtin. XI. *c.* VII. extr. *violentius* oraculo uſus *gladio loramenta caedit*. quem locum recte defendit & pluribus illuſtrat Cl. Burmannus ad Petron. Sat. *c.* CXII. *Leges* autem *foenora* & *uſuras* circumſcribentes variae celebrantur, *Liciniae*, *Duillia Maenia*, *Genutia*, *Sempronia*, *Valeria* aliae, vide Sigon. II. de ant. jur. Civ. R. *cap.* XI. Auguſtin. de Legib. & Manut. *cap.* XVI. atque omnino Tacit. VI. Annal. *c.* XVI.

LIBERUM CORPUS. Ea enim olim erat impotentia foeneratorum, ut in debitorum terga quoque ſerviliter ſaevirent, Flor. I. *c.* XXIII. quando quidem, qui ſolvendo non erant, creditoribus dedebantur, ut ſerviendo ſatisfacerent. Livius VII. *c.* XXXIV. *Fama atque corpore judicati atque addicti creditoribus ſatisfaciebant*. quam debitorum conditionem quamquam leges varie mitigaſſent, manſit tamen aliquandiu ut nexi eſſent, aut in vincula truderentur. vide Raevard. ad Lege XII. Tabb. *c.* VIII. Quinct. Declam. III. *Cum ex domo foeneratoris addictus lacero verberibus tergo prorupiſſet in publicum*. adde Valer. Max. IV. *c.* VIII. n. 3.

FOENERATORUM. Hanc vocem cum adhaerenti Copula ſine ſententiae detrimento expungi poſſe cenſeo; ſed Codd. non addicunt. Erant

atque Praetoris fuit. Saepe majores veſtrum miſeriti plebis Romanae 2
decretis ſuis inopiae opitulati ſunt: ac noviſſume memoria noſtra, propter magni-

rant autem *foeneratores* cives opulenti, qui ſub uſuris pecunias aliis locabant. Sed quia illi ſaepe injuſti nec modum nec modeſtiam habebant, factum, ut fere ubivis hoc nomen pro convicio legatur, & ipſum nomen *foenus* optimo cuique inviſum fuerit: ut Catoni, cui *foenerari* & *hominem occidere* paene idem apud Cicer. II. Offic. *c.* XXV. Sic in vocibus *foenus* & *funus* ludit Ambroſius Tob. *c.* X. & ipſe Cicero jubet juventutem cavere *ne foenore trucidetur* pro Coelio *c.* XVIII. Confer de *foeneratoribus* Alexandr. I. Gen. D. *cap.* VII. Salmaſ. de Uſur. p. 542. Gronov. IV. Obſerv. *c.* XXIV. & Nic. Abram. ad Cic. l. c. Inter conjuratos autem maxime ejuſmodi homines fuiſſe, qui ſolvere nolebant, aut non poterant, inde liquet, quod Cic. V. ep. VI. profiteatur, *ſe foeneratores obſidione exemiſſe*: id quod magis aperit II. Offic. *c.* XXIV.

Praetoris. Qui judiciis praeerat, lege 2. §. 27. 28. de O. I. quem eo accuſant, quod legis praeſidium eripuerit: ſiquidem obſervat Sigonius loco dicto Praetores modo ſeveriores, modo mitiores in foeneratores leges in jure dicundo obſervaſſe, prout vel creditoribus, vel debitoribus faverent: quae ſane *iniquitas* fuit, ut infra nominatur.

2. Saepe. Uti per legem *Unciariam*, cujus meminit Feſtus p. 595. & vulgo hujuſmodi ab ordine Senatorio fieri ſolitum, gloriatur Cicero II. Offic. *cap.* XVIII. Lege Livium VI. VII. VIII. alibi.

Majores nostri. Sic plerique omnes Codd. aliorum & noſtri. Omnes dicerem, ſi de Remenſibus ſatis conſtaret, & Fabric. I. primitus habuiſſet, qui ſaltem inter verſus exhibet *veſtri*: quod in contextu ſcribunt Heuſſian. & Senat. 2. Atqui A. Gellius XX. *cap.* VI. ex ore Apollinaris memorat, antiquiſsima exemplaria hic *Veſtrum* habuiſse, ex quo poſtea *veſtri* ſit factum. Inde Manutius jam repoſuerat *veſtrum*, quem tamen nemo meliorum editorum audire voluit. Gruterus etiam ne quidem locum habere poſse putavit: quia, credo, ad Marcium directa oratio. At mox infra dicunt: *Te atque Senatum obteſtamur*; et ſic alibi magiſtratus adloquuntur, ut ſimul ad omnes magiſtratus, Senatum & Populum R. reſpiciant. Latinitatem vide apud Noctium ſcriptorem defenſam, & eſt talis, qualis ſupra *juventus nobilium*, *belli ſpolia*, infra *facinora rei militaris* cum ſimilibus: qualis illa Cicer. II. epiſt. VI. extr. Tui *unius ſtudio* ubi vide. Placuit igitur auſcultare Gellio, cui *c.* V. omnes fere editores obedientes fuerunt, qui ejus auctoritate *loquentiam* pro *eloquentia* reſtituerunt. nam MSS. hic non multum fido, qui & alibi *noſtra* & *veſtra* confundunt: & Salluſtius pro more ſuo *Voſtrum* ſcripſerat, uti Plautus aliique vetuſtiores. hinc lapſus fuit facilior.

Miseriti. Remenſ. 2. Incerti, Acad. Fabriciani, Baſileenſes, Senatorii, Vinarienſes, Guelf. 1. 3. 4. 6. 9. 10. 11. & ab correctore 12. cum ed. vet. *miſerti*; Eccard. & Gu. 2. *miſerati*. Ceteri cum Gellianis rectius *miſeriti*: ad quam formam Salluſtius *juvaturum*, *arguiturus*, *alitus* pro *altus* dixit. vide ad Jug. *c.* LXIII. n. 3. & Priſcian. X. p. 882.

Inopiae ejus. Remenſ. 1. delet *ejus*, & id ipſum in Guelf. 9. aliiſque locum mutat. mihi valde odioſum eſt, &, neſcio quo pacto, gravitatem Salluſtii infringere videtur. vide & *c.* XV. extr. LI. n. 12. Jug. *c.* V. n. 6. XV. n. 1. quorum conſenſu delevi.

Memoria nostra. Male edd. quaedam *veſtra*, quod in nullis MSS. viſitur, quorum tamen aliquot genus dicendi explicare voluerunt, ut Guelf. 3. 7. 11. Struv. & Baſil. 3. qui habent *in memoria noſtra*; id quod alia via intendit Vinar. 2. & ed. vet. ubi legitur *At noviſſume memoria* exiſtente *noſtra*, quomodo & Scaurus explanat apud Diomedem 1. p. 303. Noſter infra *c.* LI. n. 32. noſtra memoria *victor Sulla*. *cap.* LIII. n. 6. *ſed* memoria mea *ingenti virtute fuere viri duo*. adde Jug. *cap.* CXII. n. 2. De iſta formula Plin. II. epiſt. XIV. *At hercle* ante memoriam meam; *majores natu ita ſolent dicere*.

Volentibus omnibus bonis. *Boni* ab Latinis appellantur vel *divites*, quibus bona & facultates ſuppetunt, ut Jug. *cap.* LXXXVII. n. 2. de Mario, qui capite cenſos & egentiſsimum quemque milites ſcripſit, *id factum*, inquit, *alii inopia* bonorum *memorabant*. Hinc *foeneratores* ſingulatim *boni* & *optimi viri* appellantur, Cic. IX. ad Attic. epiſt. XII. *Praetores jus dicunt? Aediles ludos parant? Viri boni uſuras perſcribunt?* vide Gronov. IV. Obſerv. *c.* IX. Plaut. Curcul. A. IV. Sc. 1. *v.* 14.

In foro infimo boni *homines atque* dites *ambulant*.

Vel dicitur de *beneficis*, qua ſignificatione. Horatius 1. Sat. II. *v.* 49. *at hic ſi Qua res, qua ratio ſuaderet, quaque modeſto Munifico eſſe licet vellet* bonus *atque* benignus *Eſſe*. adde Hieron. in *cap.* V. Epiſt. ad Galat. & Serv. ad 1.

Digitized by Google

magnitudinem aeris alieni, volentibus omnibus bonis, argentum aere ſolu-
3 *tum eſt. Saepe ipſa plebes aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia*
4 *magiſtratuum, armata a patribus ſeceſſit. At nos non imperium neque*
divitias petimus; quarum rerum cauſſa bella atque certamina omnia in-
ter

ad I. Aen. *v.* 199. Vel de *potentibus* & *optimatibus* in rep. de qua ſignificatione multa Cicero pro Sextio. vide & ſupra *cap.* XIX. n. 2. Schulting. ad Senec. Controv. VI. & Graev. Lection. Heſiod. *c.* VI. Hanc autem, non illas, ſequi debemus hoc loco, ſi ad legem Valeriam hiſtoriam referre volumus: niſi cauſae ſuae ſerviiſſe Manlianos dicere volumus.

Argentum aere. Sic meliores ex noſtris. Incerti, Baſ. 1. & 3. Senat. 2. Heuſſ. Struv. Vinar. 2. Guelf. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & ed. vet. *communi aere*: quorum quidam *ex*, quidam *de* Praepoſitiones inſuper addunt. Inde mirae olim exſtiterunt interpretationes loci, quas omnes refutavit, melioremque dedit Gronov. IV. de Pec. Vet. *cap.* V. adducto loco Velleii ex II. *cap.* XXIII. *In hujus locum ſuffectus Valerius Flaccus, turpiſſimae legis auctor, qua creditoribus* quadrantem *ſolvi juſſerat*. itaque *argentum* (*Seſtertius* non minus quam Denarius erat argenteus) *aere* (*As* quippe erat aerea moneta) ſive pro omni debito *quadrans* ſolutus eſt: ita ut pro ſeſtertio, aſſem; pro denario, ſeſtertium; pro mille numis, ducentos quinquaginta; denique pro omni debito *quartam partem* ſolverent, ac tres omnino creditori perirent.

3. Saepe ipsa plebes. Voci *Saepe* in MSS. tribus ſupraſcriptum *Bis*, quae Gloſsa ex Jug. *cap.* XXXI. manavit. *Quatuor* ſeceſſiones numerat L. Ampelius *cap.* XXV. prima, ob injuſtitiam foeneratorum. vide infra Hiſtor. I. ſecunda, propter ſtuprum ab Claudio Appio ingenuae virgini illatum, Livius II. Eutrop. I. *c.* XVI. Tertia, ut Ampelius & Florus volunt ob matrimonia plebejorum cum patriciis, ſive ut Livius Epitom. XI. aliique habent, ob aes alienum. Quarta, diſcordia potius & ſeditio vocanda, ut plebeii quoque magiſtratus crearentur. lege Flor. I. *cap.* XXIII. ſeqq. In Fabr. I. legas: *Saepe* tamen *ipſa plebs*. Gruterus *plebs* edidit, incertum an ex ſuis libris, an quia Salluſtio ita dignum crediderit. Noſtri omnes hic quidem *plebs*, etiam Vinar. I. qui tamen ab initio aliud ſcriptum quid habuit. alibi vero unus atque alter *plebes*; quam terminationem illuſtro ad *cap.* XXXVII. num. I.

Armata a patribus secessit. Vulgo edd. diſtinguunt poſt *armata*; ſed Guelf. 2. & 5. cum Senat. I. clare poſt vocem *magiſtratuum* diſtinctionem ponunt; Fabriciani, Acad. Sen. 2. & tres Guelf. nullam plane agnoſcunt: *ſeptimus* etiam ordinem pro nobis mutat *a patribus armata ſeceſſit*; Sed in tertio vox *armata* non eſt in textu, qui forte prae omnibus reliquis placebit: paullo ſaltem magis, quam Eccard. qui *a patribus* omittit. Noſtram autem diſtinctionem juvat ipſe Criſpus Jug. *c.* XXXI. n. 17. *Majore veſtri parandi juris & majeſtatis conſtituendae gratia bis per ſeceſſionem* armati *Aventinum montem occupavere*. I. Hiſt. apud Auguſtinum: *Quibus ſaevitiis & maxime foenoris onere oppreſſa plebes*, armata *montem ſacrum inſedit*. Livius III. *c.* L. *quid ſibi vellent, qui* armati *Aventinum obſediſſent*. Flor. I. *cap.* XXIII. *in ſacrum montem plebs* armata *ſeceſſit*. et ſic alibi & alii. Editores egit in tranſverſum nomen *permota* in medio τῶν *dominandi ſtudio*, & *ſuperbia magiſtratuum* poſita: cum tamen non poſſint ignoraſſe *Prozeugma*, ſive *Meſozeugma* Grammaticorum, quo *permota* ad poſterius itidem trahitur, ſi nolueris Ablativum per ſe intelligere. Livius XL. *cap.* LIV. *Demetriade hibernabat, cum deſiderio* anxius *filii, tum poenitentia crudelitatis ſuae*.

4. Non imperium, neque divitias petimus. Baſil. 3. *non imperium, non divitias*. Guelf. 3. *neque dominationis* & pro var. lect. *vel divitias*. male imperii & divitiarum cauſſa, bella atque certamina inter mortales eſſe, alii etiam docent. Lucanc. I. *v.* 351.

Nam neque praeda *meis, nec* regnum *quaeritur armis*.

Mithridates IV. Hiſt. *Romanis una, & ea vetus* cauſſa *bellandi eſt cupido profunda* imperii *&* divitiarum. adde Grot. I. de Jure B. & P. *cap.* II. §. VIII. n. 16. cum ejuſdem notis. de libidine dominandi, cauſſa belli vide ſupra *cap.* II. n. 2. de cupidine divitiarum egregie Lactant. II. *cap.* VI. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXXIV. Auguſtin. II. Confeſs. *cap.* V. *Petimus* quam apte hic poſitum ſit, vide ad Jug. *cap.* XXIV. n. 5. *eum ſupra, quam ego ſum* petere.

Bella atque certamina omnia. Guelf. 4. & 9. omittunt *omnia*; pro quo 3. habet *omnino*. An *omnino omnia?* ut *cap.* XXXVII. n. 1. omnino cuncta *plebes*.

Nemo bonus. Addit Baſil. 2. *umquam*.

Nisi

Digitized by Google

ter mortalis ſunt; ſed libertatem, quam nemo bonus, niſi cum anima ſimul, amittit. Te atque Senatum obteſtamur, conſulatis miſeris civibus; legis praeſidium, quod iniquitas Praetoris eripuit, reſtituatis; neve eam neceſſitudinem imponatis, ut quaeramus, quonam modo, ulti maxume ſanguinem noſtrum, pereamus.

CAP.

NISI CUM ANIMA SIMUL, AMITTIT. Remenſ. 2. Eccard. & Academ. *amiſit*. Adverbium *ſimul* non viſitur in Guelſ. 3. & 6. idque ex Jug. *cap.* XIV. n. 23. *has omnes aerumnas* cum anima ſimul *amiſiſti*, huc translatum diceres. Certe ſine illo Vitruvius 1. Arch. *cap.* IV. *Piſces cum ad terram producuntur animam* cum aqua *relinquunt*. vide tamen *c.* II. n. 5. ibi Codd. nihil movent, etiamſi Livius ſine *ſimul* idem dixerit. Simile quid habes cap. XX. n. 17. In ſententiam Seneca 1. de Ben. *cap.* XI. *Proxima ab his ſunt, ſine quibus poſſumus quidem vivere, ſed ut mors potior ſit: tamquam* libertas, *& pudicitia, & mens bona*. Idemque II. Clem. *cap.* VII. *Hoſtes ſaepe ſalvos dimitti* ſcribit, *ſi honeſtis cauſſis, pro fide, pro foedere*, pro libertate *in bellum acciacti ſint*. adde Plaut. Aulul. A. 1. Sc. 1. *v.* 42.

5. OBTESTAMUR, CONSULATIS MISERIS C. Gu. 6. *teſtamur* vitio librarii; illud habes Jug. *c.* X. n. 3. & alibi. Porro Fabr. 2. Baſ. 2. Senat. 1. Struvian. Incerti, Guelſ. 6. 7. 8. 9. 11. *ut conſulatis*, ſollemni errore, vide ad *cap.* XXXII. n. 2. Denique idem Guelſ. 6. *nobis miſeris civibus*; ſed reſpice *c.* VII. extr. 1. Hiſt. *quo* (vobis) *captivis libertatis curam miſeria eximat*.

INIQUITAS PRAETORIS. Fuit, qui in Academ. corrigeret *iniquus Praetor*. hominem Latinitatis haud ignarum fuiſſe, agnoſco: quippe ita ſaepe interpretari debes. at elegantias cave propterea corrumpas. Noſter *c.* XXXV. n. 4. *Cum & alienis nominibus* liberalitas Oreſtillae *ſuis filiaeque copiis perſolveret*. adde *c.* XXXV. n. 1. Supra cap. XX. n. 9. *ubi alienae* ſuperbiae *ludibrio fueris*. *cap.* LII. n. 32. *Parcite* dignitati *Lentuli*, *ignoſcite Cethegi* adoleſcentiae. vide omnino Jug. *cap.* V. n. 2. *cap.* XV. extr. Auſon. Perioch. Iliad. XXI. *Tum in campum Achille progreſſo, paſſim* ſtudia Deorum *pro ſua ſingulari parte depugnant*. h. e. Dei faventes, Dei ex ſuis ſtudiis. Lucret. V. *v.* 621.

Democriti *quod ſancta viri* ſententia *ponit*.

Liv. II. *cap.* X. *grata erga tantam* virtutem *civitas fuit*.

NEVE NOBIS EAM NECESSITUD. IMPONATIS. *Nobis* vacat in Eccard. Vinar. 2. & ed. vet. ac dicere non poſſum, quare omiſerint, niſi ita in vetuſtis ſuis inveniſſent, cum librarii potius omnia planiora reddere ſoleant. Sufficit ſane, quod praecedit *miſeris civibus*, ut apud Liv. XXI. *cap.* XLIII. *eadem fortuna*, *quae* neceſſitatem *pugnandi* impoſuit, *praemia* vobis *ea* victoribus *proponit*, *quibus ampliora homines ne ab Diis quidem immortalibus optare ſolent*. nec deſunt exempla iſtius importunitatis, qua tertium inprimis Caſum ſaepius inculcarunt, quaſi fulcrum quoddam Verborum: vide modo *c.* LVIII. n. 1. Idem genus *neceſſitatem* ſcripſit in Fabr. 1. Incert. 1. quod jam *c.* XVII. n. 5. dicta refutant. Phraſin praeter Livium, habet Cic. pro Sulla *cap.* XII. mihi *de memetipſo tam multa dicendi* neceſſitas *quaedam* impoſita *eſt ab illo*. Juſtin. XXXI. *cap.* 4. *ne* ipſis *Aſiam ingrediendi* neceſſitatem imponeret. Plin. 1. ep. XX. extr. *Qui* tibi, *ſi mihi accederes*, *brevis epiſtolae* neceſsitatem, *ſi diſſentires*, *longiſſimae* impoſui. Zeno Veron. Serm. LIII. *aliis* neceſsitas imponitur *indigendi*. Ambroſ. Hexaem. V. *cap.* XV. *Neceſſitas enim quae invito* imponit obſequium. Ulpian. leg. 1. D. quod met. cauſsa: *propter* neceſsitatem impoſitam *voluntati contrariam*. Gerochus adv. Folmarum Prolog. *ſubſequentis operis* neceſsitas mihi impoſita *eſt*. Eodem modo dixit Noſter Jug. c. CII. n. 5. *ſimul* demeres nobis *acerbam* neceſsitudinem *te perſequi*: & Celſus 1. de Re Med. *c.* III. *quies non ſemper contingere poteſt agendi* neceſsitatem habentibus, & Lamprid. Severo *c.* VIII. *Ne quaeſo P. C. me* ad *hanc certaminis* neceſsitatem vocetis, ut cogar *tanto nomini ſatisfacere*. & Frontin. de Aquaeduct. *c.* XCVI. *Tutelam autem ſingularum aquarum locari ſolitam invenio*; poſitamque *Redemtoribus* neceſſitatem, *certum numerum ſervorum opificum habendi*.

UT QUAERAMUS. Haec inter lineas tantum habet Guelſ. 3. quod non fruſtra memoraverim. *Quaerere* eſt niti, ſtudere; quaſi *quaeramus modum*, *quo* &c. Propert. 1. eleg. VII. *v.* 6.

Nos, ut conſuemus, noſtro agitamus amores,
Atque aliquid duram quaerimus *in dominam*.

adde infra *cap.* LI. num. 6. *magis*, *quod ſe dignum foret*, *quam quod in illos jure fieri poſſet*, quaerebant.

MAXIME ULTI. Eſt hoc ad deſperationem

CAP. XXXIV.

XXXV.
1 AD haec Q. Marcius: *Si quid ab Senatu petere vellent, ab armis
diſcedant, *Romam ſupplices proficiſcantur: ea manſuetudine at-
que miſericordia Senatum Populumque Romanum ſemper fuiſse, ut nemo*
2 *umquam ab eo fruſtra auxilium petiverit.* At Catilina ex itinere
pleriſque Conſularibus, praeterea Optumo cuique litteras mit-
tit:

redactorum, & quibus neceſse eſt aliorum culpa perire. *cap.* LVIII. extr. *cavete*, inulti *animam amittatis*. ubi vide. *maxime* in Senat. 2. & Heuſs. proxime verbum *pereamus* poſitum eſt. In Vinar. 1. *ulti maxime ſanguinem noſtrum*. iſque poſitus recte habet. Sic ſupra *cap.* XXII. n. 2. *quo inter ſe* fidi magis *forent*. ibi vide.

CAP. XXXIV. 1. AD HAEC Q. MARCIUS RESPONDIT. Verbum *reſpondit* pro adulterino habuit Gruterus, nec reperit Waſſius in Arondeliano, ipſe abeſſe video Gu. II. & cum Salluſtium alibi non poſuiſse cognoverim, abjeci. Sic Jug. *cap.* CIX. n. 1. *Igitur Sulla: pauca ſe coram Aſpare locuturum*. ubi vulgo: *Igitur Sulla reſpondit cap.* CXI. n. 1. *Ad ea Sulla pro ſe breviter & modice; de communibus rebus multis diſſeruit*. ibi Guelf. 6. *modice reſpondit*. *cap.* CII. n. 12. Ad ea *Bocchus placide & benigne*, *ſimul* &c. Livius II. *c.* VIII. *Nihil aliud* ad eum nuncium, *a propoſito averſus*, *quam ut cadaver efferri juberet*. XXXVII. *cap.* LII. Ad ea rex: *Si ab aliis ſibi* cet. Claud. Prob. & Olybr. *v.* 164.

Ductor ad haec: *Optata jubes, ultroque volentem,*
Diva, rogas.

Apulej. III. Metam. p. 131. *At ego nihil tunc temporis, quam flere poteram-Sed tamen, oborta divinitus audacia*, ſic ad illa: *Nec ipſe* &c. Virg. I. Aen. *v.* 40. *Cum Juno haec ſecum*. ibi Servius: *ſubaudimus locuta eſt: deeſt enim*. adde infra *c.* XLVII. n. 2.

PETERE VELLENT. Guelf. 1. Baſil. 2. & 3. *velint*, forte quia mox *diſcedant*: quos nemo facile audiverit; vide Gronov. ad Sen. Epiſt. CXIV. infra *c.* XLVIII. n. 4. etſi ita Caeſar V. Gall. *c.* XLI. extr. *Non eſſe conſuetudinem populi R. ullam accipere ab hoſte armato conditionem. Si ab armis diſcedere* velint, *ſe adiutore* utantur, *legatoſque ad Caeſarem* mittant. ex quo tamen videas recte habere hoc loco *diſcedant*, *proficiſcantur*: quod & ipſe Criſpus firmat *c.* XXXVI. num. 3.

SENATUM P. Q. R. Sic ex omnibus noſtris ſoli Guelf. 1. Baſil. 2. & 3. Incert. 1. (2. habuit *Senatum & pop. Rom.*) & a prima manu Academ. poſtea enim in illo factum, quod reliquos omnes occupavit *Senatum populi Romani*. Et Ciacconio quidem voces *pop. Rom.* abundare viſae ſunt; librarii autem quibus idem videri potuiſſet, maluerunt *P. R.* retinere, ſed ejecta Copula, quo id quod ſequitur, *ut nemo* ab eo *fruſtra auxilium petiverit*, melius concordaret. adeoque & haec Enallage Numeri, & vetus illa ſcribendi ratio *S. P. Q. R.* corruptioni anſam praebuiſse cenſemus.

AB EO. Senatu et populo Romano. Sic frequenter S. P. Q. R. *vult*, *jubet*, *decernit*, quia unum quaſi corpus repraeſentabat. Praeterea optimi Scriptores a numero Plurali ad Singularem divertunt, vide Donat. ad Terent. Eunuch. A. II. Sc. 1. & Bentlej. ad Horat. I. Carm. XXIV. *v.* 8. adde infra *cap.* LVI. n. 5. ſervitia *repudiabat*, cujus *ad eum magnae copiae concurrebant*. ibique *excurſum VIII.* quare perperam hae voculae abſunt ab Heuſſ. De iſta autem manſuetudine populi R. vide infra Jug. *cap.* CII. II. de Rep. Ord. *cap.* IV. Flor. II. *c.* VII.

2. EX ITINERE. Dum in via erat, dum proficiſcebatur ad Manlium. Jug. *c.* LVI. n. 3. *cognoſcit*, *Marium* ex itinere *frumentatum cum paucis cohortibus Siccam miſſum*. Vide & Hottomann. ad Caeſar II. Gall. *c.* XII.

CONSULARIBUS. Academ. *Conſolaribus*: Gloſſae MSS. *conſulum miniſtris*. peſſime. & pueri ſciunt, eſse Senatores, qui conſulatu ſint functi; ſicut *Praetorii*, *Aedilicii*, *Quaeſtorii*, qui Praeturam, Aedilitatem, Quaeſturam geſſerunt. vide Eutrop. V. *c.* VI. extr.

OPTUMO CUIQUE. Optimatibus. dixi ad *c.* XXXIII. n. 2. & *c.* VIII. n. 4.

LITTERAS MITTIT: SE FALSIS. Guelf. 1. *mittit & dicebat*, de Gloſsa, quod prodit I. ubi pro interpretatione inter lineas: litteras mittit *ſc. dicens*. Caeſar I. Gall. *c.* XLII. in. *Arioviſtus* legatos *ad eum* mittit, *quod antea de colloquio poſtulaſſet*, *id per ſe fieri licere*. Noſter Jug. *cap.* XXV. num. 5. litteras *ad Jugurtham* mittunt, *quam ocyſſume ad provinciam accedat*. ubi itidem tres MSS. *dicunt* addidere. C. Nepos Timoth.

tit: *Se falſis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiverit, fortunae cedere, Maſſiliam in exilium proficiſci: non quo ſibi tanti ſceleris conſcius; ſed uti reſpublica quieta foret; neve* ex

moth. *c.* III. litteras *Athenas publice* miſit, *ſibi proclive fuiſſe Samum capere, niſi a Timotheo & Iphicrate deſertus eſſet*.

FALSIS CRIMINIBUS CIRCUMVENTUM. Fabric. 2. *praeventum*. non probo. vide ad *cap.* XXXII. extr. pro *criminibus* Ciacconii liber *criminationibus*: quod mera interpretatio. *Crimina* enim frequenter pro accuſationibus, criminationibus ponuntur. Tacit. XIII. Ann. *c.* XXXII. *avaritiae* criminibus *olim perculſus*. Liv. II. *c.* VII. *Se ſuperſtitem gloriae ſuae ad* crimen *atque invidiam ſuper-eſſe*. adde Cic. XI. epiſt. XXVII. n. 3. Serv. ad VII. Aen. *v.* 339. & Muncker. ad Hygin. Fab. XIX. Sed hic ne quidem ad eam ſignificationem confugiendum eſſe, ex *c.* XXXVII. n. 5. liquet.

FACTIONI INIMICORUM RESISTERE. Ed. vet. & Vinar. 2. *factione*: Guelf. 3. *reſtituiſſe*; voluit forſitan *reſtitiſſe nequeat*. Sed vulgata recte habet.

FORTUNAE CEDERE. Pati id, quod neceſſe ſit pati: ſubire, quae fortuna adtulerit. Vide EXCURSUM IV. in Catil.

MASSILIAM IN EXSILIUM PROFICISCI. *Maſſiliam*, cum ſolum verterent, elegerunt ſibi multi praeclari viri, C. Scipio, T. Annius Milo, alii: urbem nobiliſſimam Galliae Narbonenſis, hodie *Marſeille*, non alia magis re, quam funeſtiſsimo peſtilentiae malo, quo nuper miſere adflicta eſt inter omnes ſatis nota. Sunt tamen, qui doceant veterem illam Maſſiliam alio fuiſſe loco ſitam. Eam dicunt ab Phocenſibus conditam, tempore Tarquinii Priſci, Strabo, Solinus, A. Gellius. Studiis litterarum (Tacit. Agric. *cap.* IV. Strabo IV. p. 125.) armorum diſciplina, & ſocietate Romana maxime celebris, Cic. II. Offic. *cap.* VIII. adde Eumdem pro Flacco, Coel. Rhodig. XVI. L. A. *cap.* VIII. Cellar. Notit. O. A. II. *cap.* II. in MSS. aliquot ſcribitur *Maxilliam*, quomodo & alibi duo *SS* in *X* vertere ſolent. Lege & Cic. II. Cat. *cap.* VI. ubi memorat, amicos Catilinae in vulgus ſparſiſſe, Catilinam ſe contuliſſe Maſſiliam. de hujuſmodi *exilio voluntario* quaedam ad *c.* LI. n. 22.

NON QUO SIBI TANTI SCELERIS CONSCIUS ESSET. Guelf. 7. 9. & Fabric. 2. *non* quod *ſibi*: Academ. *non* quo ut *ſibi*. Sed *quo* eſt *eo*, *quo*, vel *quod*. Sic enim ſolent Latini, ut Cic. pro Roſc. Am. *cap.* XVIII. *Neque ego haec* eo *profero*, quo *conferenda ſint cum hiſce, de quibus nunc quaerimus*. Apulej. Apolog. p. 289. *Neque hoc* eo *dixi*, quo *me patriae meae poeniteret*. adde notam ad Cic. X. epiſt. XII. n. 3. Neque in hac ſolum ſignificatione, ſed etiam in aliis. Terentius Heaut. A. I. Sc. I. *v.* 16. Hac *quidem cauſsa*, qua *dixi tibi*. & plurimi alii, ut etiam ad Ciceronem monuimus. Id ſtrenue obſervant illi, qui *eo clarior, quo pejor*: *Tanto felicior, quanto improbior* ſimiliter ſemper dicendum contendunt; non quo id rationem poſtulare credant: ſed quia ſunt Adverbia. Hinc & Petrus Cellenſis de Panib. p. 753. Eo *tamen acrius quaſi ſaevit in corde*, quo *non tranſit in opere*. Sed permittent illi, nos pro certo ſtatuere, Hoc Pronomen *Quo*, etiamſi *Eo* non addatur, tamen per ſe, & vi Sexti Caſus notare *propter quod* h. e. *Quia*, aeque, ac *Quod*, per Ellipſin Praepoſitionis *Propter*, ea notione ſaepiſſime ponitur; Sicuti in altera etiam formula Demonſtrativum omitti ſoleat e. g. *& quidem* qua *tibi dixi cauſſa*, uti Jug. *cap.* XVI. qua *nox coegerat ſedes habebant*. Suſtinere itaque hoc loco *Quo* abſenti *Eo* Caſum exiſtimat Doctiſs. Perizonius ad Sanct. IV. *c.* XII. in quo facilius cum eo conſentirem, quam quod autumet in hac locutione *Non quo* hoc tantum uſu venire. Citat Salluſtium, Terentium & Ciceronem; addere poſſes & Livium XXVIII. *cap.* XXVII. *Numquam mihi defuturam orationem credidi*. non quo *verba umquam potius, quam res exercuerim; ſed quia* &c. Verum ſunt & aliae locutiones, in quibus eadem obſervatio: e. g. *quam quo*. Cic. VI. epiſt. III. num. I. *Superioribus litteris benevolentia magis adductus*, quam quo *res ita poſtularet, fui longior*. Quamobrem nihil hic novi fingendum; non magis, quam in QUOD pro *id, quod*. QUARE pro *ea re, qua*: QUIN pro *eo, quod* (h. e. *quo*) *non*. Pronomina haec defendit, & Conjunctionibus eximit etiam Linacer II. de Emend. Struct. pag. 101. 102. quem non injuria majores noſtri adeo commendarunt humanitatis ſtudioſis. Sed haec hactenus. Guelf. 6. pro *foret* habet *fuiſse*. id ſatis habui, ut *eſſet* delerem, quia vel imperitis ſufficere poteſt, quod ſequitur, *foret*. vide infra *c.* LI. n. 6. & 9. Jug. *c.* LIII. n. 7. *c.* LXXI. n. I.

SED UTI RESP. QUIETA FORET. Guelf. 10. *ſed* utique *reſp. quieta* eſſet. Virum bonum ſimulat Catilina. ii enim Patriae ſaepiſſime injurias ſuas condonavere, ejuſque cauſſa mala plurima perpeſſi ſunt. vide Cicer. I. epiſt. IX. num. 54. & II. epiſt. XVI. num. 13. Et cum optimus quiſque, ex Romanis maxime, id prae ſe

3 *ex ſua contentione ſeditio oriretur*. Ab his longe diverſas (litteras) Q. Catulus in Senatu recitavit, quas ſibi nomine Catilinae redditas dicebat. earum exemplum infra ſcriptum .

CAP.

ſe ferret, eamque virtutem maximam exiſtimaret, copiam ſibi datam credidit, in falſam iſtam, ut variis ambagibus demonſtrare nititur, virtutem declamandi Lactantius VI. *cap.* VI. homo inanis, & nullius ſolidae diſputationis capax. Confer Caeſar. I. Civ. *c.* VIII. Senec. ad Marc. *c.* XIII.

NEVE EX SUA CONTENTIONE SEDITIO OR. *Neve* intulit cum poſuiſſet antea *uti*, qui modus loquendi in vetuſtis legibus haud raro obvius, neque aliis ſcriptoribus infrequens. nam *ne* non hic eſt nova quaedam Conjunctio, ſed Adverbium negandi; hinc *neve* idem quod *&* *non*, ſive *aut non*. Hiſtor. I. Or. Lepidi: *Nam quid a Pyrrho defenſum eſt aliud, quam libertas, -- neu cui niſi legibus pareremus*. Livius XXIX. *cap.* II. *orant milites*, ut *perculſos invadant*, neu *reſtitui aciem patiantur*. Noſter Jug. *cap.* VIII. n. 2. *cap.* X. n. 3. *cap.* CII. n. 5. Sic *&* poni, excipiente *neque*, & verſa vice, dixi ad *cap.* XXXII. n. I. item *ne*, ſequente ſubintelligendo, *ut*, vel expreſſo *que*, de quo ad *cap.* XLVIII. n. 3. Dixi *neve* etiam *& non* ſignificare, quod mihi propius originem videtur, quam *aut non*. Nam uti in *nec* prima littera τȣ *que* ſervata eſt *Q*, ſive *QV* quae permutantur cum C, ut in *Cotidie*, *Cocus*, *Cis* pro *Quis*. ſic in *Neve* poſteriores *ve* itidem ex *que* deſumtas eſſe, haud improbabile eſt; quod & in *ſive* factum videmus. Mox pro *contentione* Guelf. 6. *conſuetudine*, & ſecunda ſyllaba *ten* in litura jacet in Fabric. I. at Incert. I. habuit etiam *aliqua ſeditio*. & Baſil. 3. a prima manu *coiretur* Vinar. I. *ſua ex contentione*.

3. AB HIS LONGE DIVERSAS LITTERAS. Fabric. 2. *longe alias*, & editam ſupra *alias* ſervat. *cap.* LII. diverſo a *bonis itinere malos* &c. Jug. *cap.* XVI. diverſum *eſt* ab *ea fama*, *quae pleroſque obtinet*. Illud vero potius eſt, ut attendamus, non fruſtra Guelf. 6. oſtendere: *longe diverſas Q. Catulus litteras*: quae vox nec in aliis Codd. ſatis ſtabilis ſedis eſt. pro irreptitia igitur habebimus, non tam quod interdum *meae*, *tuae*, *iſtae* omiſſo nomine *litterae* dicantur; quam quod n. 2. modo ſcriptum eſt *litteras mittit*. ejus Figurae exempla dedi ad *cap.* XXVI. n. 2.

Q. CATULUS. Guelf. I. ſcribit *Q. Catullus*. Vinar. I. *Q. Catellus*, & ſic quidem etiam infra *cap.* XLIX. Haec autem confundi in aliis etiam libris, docuit Achilles Statius in Catulli princ. p. 149. Eſt is Q. Lutatius Catulus, qui Conſul fuit cum M. Aemilio Lepido A. V. 675. Auctoritas ejus ex Manilianae *c.* XX. clara eſt. Ciceroni eximie ſtuduiſſe, inde apparet, quod eum ob conſervatam conſulatu ſuo remp. patrem patriae dixit. Cic. in Piſon. *c.* III.

IN SENATU RECITAVIT. Senatores ſi litteras accipiebant, quae ad remp. ſpectare viderentur, eas in Senatu recitabant, ut Patribus non minus, quam ſibi res nota foret. Sic ſupra L. Senius ſuas recitat *cap.* XXX. n. I. idem ſaepe apud Ciceronem occurrit, vide modo X. epiſt. XII. n. 2. epiſt. XVI. n. 2. Sic & litterae *publice miſſae* recitabantur. Livius XXV. *cap.* VII. Senatui *ſcripturum ſe*. -- *Hae litterae ad novos conſules adlatae, ac per eos in ſenatu recitatae ſunt*.

QUAS SIBI NOMINE CATILINAE REDDITAS DICEBAT. Hoc totum, quod jam Gruterus pro Gloſſa habuit, in Fabric. 2. non legitur, neque dixerim, librarii culpam eſſe, cum & doctioribus id jam ſatis in proximis expreſſum videri poſſet. Dein Guelf. 3. 7. & 8. habent *ſub nomine* ex ea ignorantia, qua infra *cap.* XXXVIII. n. 2. ſcripſerunt: *Senati* ſub *ſpecie*, *pro ſua magnitudine*. C. Nep. Attic. *cap.* VI. *Neminem neque* ſuo nomine, *neque ſubſcribens accuſavit*. Curt. VII. *c.* II. n. 27. *Alteram deinde epiſtolam*, Philotae nomine *ſcriptam*, *legebat*. Pro *redditas* Eccard. *editas*, Guelf. 10. *deditas*. Sed litterae proprie *reddi* dicuntur ei, ad quem perferendae fuerunt, quia tabellariis *dantur*. Sed hoc eſt reduviam curare; cum haec omnia potius delenda ſint.

EARUM EXEMPLUM INFRA SCRIPTUM EST. *Eſt* mutat locum in Guelf. 6. *eſt infra ſcriptum*, & Salluſtii inprimis conſuetudo eſt, iſtud non exprimere, ut *cap.* XXXVI. n. 2. LV. extr. Jug. *c.* XIX. extr. *De Africa & ejus incolis ſatis dictum*. Flor. I. *c.* VII. extr. *Imperium tum regibus abrogatum*. Liv. II. *c.* II. *rerum deinde divinarum* habita *cura*. Eodem modo ſaepe Pompon. Mela, Tacitus & alii curatius impreſſi. vide Jugurthini extrem. *Exemplum* dixit ἀπόγραφον, ſive quod barbare dicunt *Copiam*, ut Cicero V. epiſt. IX. n. 5. *Litteras ad Senatum de rebus noſtris geſtis*, *quo* exemplo *miſeram*, infra *tibi perſcripſi*. adde III. epiſt. III. n. 4. IV. ep. IV. n. I. VI. ep. VIII. extr. Corn. Nepos Alcib. *c.* IV. *Poſtquam audivit ſacerdotes coactos ut ſe devoverent*, *ejuſque devotionis quo teſtatior eſſet memoria*, exemplum *in pila lapidea inciſum*

eſſe

CAP. XXXV.

xxxvi.

L. *Catilina Q. Catulo S. Egregia tua fides re cognita, gratam in magnis peri-* 1

eſſe poſitum in publico. Vopiſcus Aureliano *cap.* xxvi. *Litteras ad Zenobiam miſi*, *quarum* exemplum *indidi*. & mox *c.* xxvii. *nam ejus quoque epiſtolae* exemplum *indidi*.

CAP. XXXV. 1. L. CAT. Q. CAT. S.) *Salutem* omnibus litteris ſcribunt Guelf. 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Incert. 1. Vinar. uterque, Acad. Struv. Fabriciani, Heuſſ. & Eccard. In Remenſibus autem, Sen. 1. Baſ. 1. Incert. 2. Guelf. 4. 3. & 12. non viſitur. Quidam ordinem mutant, ut Fabric. 1. Guelf. 3. 6. 9. Vinarienſes, Heuſſ. & ed. vet. in quibus L. *Cat. Salutem Q. Catulo*; at Guelf. 4. *Luc. Cat.* Suo *Q. Catulo*. ſatis ex more. Martial. xiv. Epigr. xi.

Seu leviter noto, ſeu chara miſſa ſodali
Omnes iſta ſolet charta vocare Suos.

adde Lipſ. Inſtit. Epiſt. *c.* 11. Sed & *Salutem* dicere, eſt ex ſollemnibus Epiſtolarum, quemadmodum apud Graecos χαίρειν & ὑγιαίνειν, vide Maneg. ad Diog. Laert. iii. §. 61. Et *Catilina* recte primo loco ponitur, ex uſu veterum, qui deſiderio legentium ita ſatisfacere volebant, qui ante omnia ſcribentis nomen noſſe cupiunt; adeo ut Paraſitica ea eſſe judicaverit El. Vinetus: *Imperatori Domitiano Martialis S.* & ſimilia. Plautus Pſeudol. Act. 1. Sc. 1. *v.* 39.

Phoenicium Calidoro *amatori ſuo*
Per ceram & linum litteraſque interpretes
Salutem *mittit, & ſalutem abs te expetit.*

Auſonius Epiſt. xx.

Paullo Auſonius. *Metrum ſic ſuaſit ut eſſes*
Tu prior, & nomen praegrederere meum.

Ex quo patet Gruterum non peccaſſe, quando *Salutem* hic abeſſe poſſe cenſuit.

RE COGNITA. Ipſis factis perſpecta. Cic. xiii. epiſt. xv. n. 1. *patrem ejus*, re *doctus*, *intellexi & didici mihi ſemper fuiſſe amiciſſimum*. d
ad *c.* xx. num. 10. Jug. *c.* xiv. num. 20. *V*
ne quos privata amicitia Jugurthae par
gnita *transverſos agat*. contra ſup
n. 2. *Virtus fideſque* ſpectata. O
eleg. iv. *v.* 1.

O mihi care quidem ſemp
duro
Cogn ite, *res poſt*

GRATA MIHI, MA
DUCIAM. Sic edit
rus, hic & in pro
ra latere; adeo

re voluit. Rupertus, quod in promtu erat, Catilinae culpam tribuit, qui non eo, quo Criſpus, ſtilo ſcripſerit. Sed cur Oratio ejus tam apta & compoſita ſupra *c.* xx. refertur? at, inquis, hic ipſum litterarum exemplum exhibetur. At vide mihi exemplum litterarum Lentuli *c.* xliv. & lege Ciceronem, qui idem exhibet, & ſenties, ſenſum magis quam verba referri. Quare inanis haec quidem excuſatio. Nos autem hic emendando, mox vero interpretando non fovebimus ulcera, ſed Salluſtium, ut ſperamus, ipſi ſanitati reſtituemus. Lego itaque: *gratam in magnis periculis fiduciam commendationi meae tribuit*, rejectis Pronominibus *mihi* & *meis*, & *grata* in *gratam* refingendo. *Gratam* ſcripſerat Salluſtius, cum librarii de extremo *m*, & ſequenti *in* vel *i* (in multis enim MSS. legitur *in meis magnis periculis*) *mihi* facerent eo jam tempore, quo nondum per *m* & ſuperimpoſitum *i*, ut nunc in MSS. pleriſque recentioris aevi viſitur, *mihi* notarent. id cognoſcas licet ex Guelf. 6. ubi Pronomen *mihi* Praepoſitionem *in* devoravit, ut ibi nulla ſit. & acceperunt libenter Gloſſargi, qui & alibi intruſerunt, ut Jug. *c.* lxxxv. num. 5. *aequos bonoſque favere* mihi: *non eſt conſilium* mihi, *Quirites*: & ſic in ea Oratione ſaepiſſime, quod jam dudum edd. correxerunt. adde ſupra *c.* xxiii. num. 3. Porro *meis* non legitur in ed. vet. quae praefert: *magis in magnis periculis*, cui & hoc loco, praeivit MS. Vinar. 2. & pro eo Guelf. 11. *magnis in* noſtris *periculis*. neque ſolet Salluſtius addere, maxime ubi ſemel jam poſitum eſt, ut hic *commendationi meae. cap.* lii. num. 35. *facile paterer, vos ipſa re corrigi, quoniam* verba *contemnitis*. in quibuſdam eſt *verba mea*. *cap.* lviii. num. 3. *ſimul uti cauſſam* conſilii *aperirem*. vulgo *conſilii mei*. Jugurt. *cap.* xiv. num. 15. generis *praeſidia omnia exſtincta ſunt*:
ter *naturae conc* ... *atri propinquas vitam*
uit: MSS. g ... vel *noſtri*. adde *c.*
. num. 5. S ... *ter*, *veſter* omit-
ir, vide ſu ... m. 14. infra *cap.*
num. 4. L ... g. *cap.* lxx. n. 4.
aemia M ... *converteret*. Sic
emacul ... rus; ceteri *peſtem*
adde Ju ... 2. xxii. num. 2.
m. 12. ... ullo ſupra *c.* xxxiii.
. Jam ... *it* in magnis peri-
... m, vulgo conſtat.
... tuimus, cum aſpe-
tam

2 *periculis fiduciam commendationi meae tribuit. Quamobrem defenſionem in novo conſilio non ſtatui parare: ſatisfactionem ex nulla conſcientia de culpa proponere decrevi: quam me Dius fidius veram licet cognoſcas.*

ram & hiulcam, ut olim erat, latinitatem correximus.

Fiduciam commendationi meae tribuit. *commendationi meae*, hoc eſt, mihi commendanti, ſive dum tibi Oreſtillam meam commendare paro. Expoſui ad *c.* xxxiii. num. 6. adde *c.* lii. n. 22. *fiduciam tribuere* dixit, ut Seneca ad Marc. *c.* i. Fiduciam *mihi dedit exploratum jam robur animi, & magno experimento approbata virtus ſua*. Apulej. vii. Metam. p. 191. *Sed prius* fiduciam *veſtri cauſſa ſollicito mihi* tribuite, *cum praeſertim vobis liceat ad aſinum redire*.

2. Quamobrem defensionem in n. c. Propterea, quod fides tua mihi ſatis cognita, me apud te non defendere, ſed excuſare tantum debui. vide excursum V. *conſilii novi* tu potius dixiſſes. Sed *in* Praepoſitio *Statum* denotat, cujus memini ad Cic. i. ep. ix. num. 26. & potuiſſet etiam Sulpicius: *unius mulierculae animae ſi jactura facta eſt*. Sed maluit: *in unius mulierculae animula*, ad Cic. iv. ep. v. n. ii. Erit igitur quaſi: *cum novum conſilium ſecutus ſum*, ut Jug. *c.* xiv. n. ii. Particula *non* eraſa eſt in Vinar. i.

Satisfactionem. Excuſationem, qua tibi haeſitanti ſatisfacerem. Vide & hic excurs. V.

Ex nulla conscientia de culpa. Propter conſcientiam de nulla culpa, ſive, inde, quod mihi nullius culpae ſim conſcius. *Ex* pro *per* & *propter* ponitur, vide ad *c.* xii. n. 2. ita ut ſimul innuatur, *unde* aliquid deſumatur, proficiſcatur. Jug. *c.* xxxix. n. 2. *Conſul Albinus* ex *delicto fratris invidiam ac deinde periculum metuens*: quomodo hic oſtendit, quod ſit fundamentum, qui fons, unde ſatisfactio proficiſcatur. Livius xxiii. *c.* vii. *Nec, quo* timorem *aliquem* ex *conſcientia ſignificare poſſet, privatim ſe tenuit*. Conſcientia *de culpa* itidem pro Genitivo poſuit, uti ii. de Rep. Ord. *c.* i. *neque* de futuro *quiſquam ſatis callidus, ſatisque prudens ſit*. *c.* ix. de illis *potiſſimum jactura ſit, quia pretii minumi ſunt*. Sic *caput* de *aquila*, *tantum* de *chartis*, vide Salmaſii ad Volcatii Caſſ. *c.* v. Baſil. tamen 2. Praepoſitionem primo non ſcripſerat. Denique *parare* defenſionem dixit de re, cui opus erat apparatu quodam. Contra de eo, quod in promtu erat *proponere*.

Quam. Guelferb. i. Gloſſam habet ſc. *ſatisfactionem*, recte. & mendoſae, dignaeque adminiſtris ſunt edd. ubi ex ſomnolenta Servii citatione *quae-vera* legitur: neque enim vetuſtae impreſſae, neque ſcriptae adſentiuntur.

Me Dius fidius. Incert. 2. *me dius* Apollo *fidius*. Novum quid iſte litterator docere voluit, haud paullo acutior, quam qui Guelf. i. adſcripſit: *talem tibi fidem faciam, ut credas ſermonibus meis*. *Dius* (pro *Deus*, ut alibi pluribus oſtendi) *fidius*, ſive *Deus fidei* eſt Hercules: quem propterea fidei praeſidem feciſſe arbitror, quod Herculis temporibus antiqua fides regnaſſe, & ipſe Hercules ſincerus atque ſimpliciſſimus fuiſſe dicitur. Varro iv. de L. L. *cap.* x. *Aelius Gallus* Dius fidius *dicebat* Diovis filius, *ut Graeci* Διόσκορον *Caſtorem, & putabat hunc eſſe* Sancum *ab Sabina lingua, &* Herculem *ab Graeca*. adde Ovid. vi. Faſt. *v.* 213. Propterea *fidius* non eſt quaſi *filius*, uti nonnulli ſomniant; ſed a *fide*. Hinc Graeci Δία Πίστιον appellant, ut Dion. Halic. ii. *c.* xlix. & ix. *c.* lx. Plaut. Aſin. Act. i. Sc. i. *v.* 8. *Per* Dium Fidium *quaeris! jurato mihi video neceſſe eſſe eloqui, quidquid roges*. Igitur *me Dius fidius* (nemini *medius fidius* exprobro) dicitur, ut *me Hercules*. Livius xxii. *cap.* lix. *Si* me Dius fidius *ipſe in nos Annibal mitis eſſe velit, nihil tamen vita opus eſſe cenſeamus*. Apul. Apol. princ. *Gratulator* me Dius fidius, *quod mihi copia & facultas, te judice, obtigit purgandae Philoſophiae*. adde Briſſon. viii. de Form. p. 707.

Veram licet cognoscas. Sic Fabriciani, Vinarienſes, Remenſes, Incerti, Baſileenſes, Senat. i. Struv. Academicus, Guelf. i. 2. 3. 4. 5. 6. 10. & ed. vet. Heuſſ. & Senat. 2. *agnoſcas*. Receperunt tamen quaedam edd. ex Servio ad iv. Aen. *v.* 204. *vera licet mecum recognoſcas*: quae fere totidem verbis Cic. i. Catil. *c.* ii. Sed ex citationibus Grammaticorum nihil novandum eſſe, nuper abunde docuit Cl. Alex. Cuningamius Animadv. in Cl. Bentlej. Horat. p. 256. Scilicet citavit ille pro more ſuae aetatis, qua *recognoſcere quid cum quo* frequentiſſimi uſus erat. Latro Declam. *c.* xvi. *Quid heſterna nocte agitatum ſit, licet* mecum recognoſcas. Apulej. Flor. p. 358. *Vos ea* mecum *cives ab eo ſervati* recognoſcite. Idem verbi ſaepiſſime apud Sidonium legas, ut iii. epiſt. xiv. & apud alios. Non refugit Ovid. i. Faſt. *v.* 7.

Sacra recognoſces *Annalibus eruta priſcis*.

Sed

ſcas. Injuriis contumeliisque concitatus, quod fructu laboris induſtriae- 3
que meae privatus, ſtatum dignitatis non obtinebam, publicam miſerorum cauſſam, pro mea conſuetudine ſuſcepi: non quin aes alienum meis nominibus

Sed Salluſtio *cognoſcas* placuit & hic, & *cap.* XLVII. num. 3. LXI. num. 8. ubi meliore jure & magis proprie *recognoſcere* potuiſſet. nec audiveris propterea Guelf. 8. & 11. *agnoſcas*, qui falluntur; neque 7. 9. & Eccard. qui *licet* omittunt. Eodem decore Cicer. XVI. epiſt. XXI. n. 4. *Id conſtanti animo facias* licet i. e. potes facere, velim facias. Idem pro Domo *c.* XII. *quare iſtam orationem omittas* licet. Reſtat *veram;* quomodo adpellat *juſtam* excuſationem & *probandam.* Lamprid. Severo *c.* III. *Singula quaeque, quae publice privatimque agebat, ſe ipſo docente volebat* (litteratos) *addiſcere, ſi forte ipſi non adfuiſſent: eaque petebat, ut ſi vera eſſent, in litteras mitterent.* Et ſaepe quidem pro *juſto* & *aequo* ſive eo, quod par eſt poni dudum poſt Servium docuere Victorius ad Cic. XII. ad Attic. ep. VI. Jo. Brantius ad Caeſar. IV. Gall. *c.* VIII. ubi Daviſius addidit Gronov. ad Liv. III. *c.* XLIII. & ad Senec. II. de Ira *c.* XXIX. adde, ſi tanti, Cic. II. epiſt. XVII. n. 5.

3. QUOD FRUCTU LABORIS. Exponit injurias atque contumelias ſuas, cujusmodi *σαρωνίας* Criſpus in ſumma brevitate ſtudioſus eſt. vide ſupra *c.* IX. n. 4. infra *cap.* XXXVII. n. 6. XLIX. n. 2. *c.* LIII. extr. Jug. *c.* XXV. num. 10. Seneca Epiſt. XXII. *Hoc uno excuſati, quod iſta quae excruciant optantibus data ſunt.* Deinde *honores*, quos ambiit, eleganter *fructum* laboris induſtriaeque vocat, quia per haec illi quaeruntur. Sic Marc. Antoninus VI. ad ſe ipſum *καρπὸν τῆς ἐπιγείου ζωῆς* ſapienter vocat *animum ſanctum*. Cicero de Prov. Conſ. *c.* XIV. *Triumphum*, nominat *laborum fructus:* & in Piſon. *c.* XXVI. *Tu tantis nationibus ſubactis, tantis rebus geſtis, minime* fructum laborum *tuorum, praemia periculorum, virtutis inſignia contemnere debuiſti.* Pro eo Caeſar apud Lucan. I. *v.* 341. *Mihi ſi* merces *erepta* laborum *eſt.* Et Sidon. I. ep. IV. Dotem *meritorum*. Seneca Herc. Fur. *v.* 655.

- - *neve te* fructu *optimo*
Frauda laborum.

Zeno Veron. Serm. XXXI. in Pſalm. CXXVII. *in hac enim vitae converſatione qui manducant* laborum ſuorum fructus, *manducant ex proventibus elaborati operis ſumentes.* mox: *labor miniſterium corporis eſt*, fructus *vero* merces *laboris.*

STATUM DIGNITATIS. Guelf. 6. omittit vocem *ſtatum*, habetque; *fructu laboris induſtriaeque, meaeque privatus dignitatis non obtinebam.* Forte tres voces *privatus ſtatum dignitatis* ſunt ab interprete & legendum: *quod fructum laboris induſtriaeque meae non obtinebam.* Nam *dignitatem* quidem ſcio de magiſtratibus, honoribus alioque claro decore dici, ut apud Sueton. Jul. *c.* XVI. de Caeſare quieſcente ab magiſtratus exercitio & jurisdictione: *Multitudinem quoque operam ſibi in adſerenda* dignitate *tumultuoſius pollicentem compeſcuit.* Ubi inter plura & hunc Criſpi locum citat. Eximius ille Caſaubonus, cui addas licet Gronov. ad Grot. de Jure B. & P. I. *c.* I. §. VII. Sed ignorant illi exemplum aliud ubi *dignitas* illa *ſtatus dignitatis* dicatur. Obtulit ſe mihi Cic. IV. epiſt. IX. num. 11. *fortuna tua laudatur, quod honeſto otio* tenueris *&* ſtatum *& famam* dignitatis *tuae.* Verum hic de dignitate impetrata, & quam habebat Marcellus; Noſter autem de impetranda adhibuit. Attamen cum id parum referat, & Catilina ita ut de re certiſſima & omni ſibi jure debita lòqui potuerit: proprietati etiam non contrarium ſit intelligere *ſtatum quo dignus eram, quem merueram*, ſive *quod pro meo jam habueram decus;* nihil videtur mutandum.

PUBLICAM MISERORUM CAUSSAM. Quomodo Appius ille Herdonius apud Liv. III. *Se miſerrimi cujusque ſuſcepiſſe cauſſam, ut exſules injuria pulſos in patriam reduceret*, cetera. Verius autem de Davide rege idem refertur 1. Samuel. *c.* XXII. n. 2.

PRO MEA CONSUETUDINE. Fabric. 1, *pro mea conſolatione.* perperam haud dubie. de iſta Catilinae conſuetudine cognoſcas ex *c.* V. n. 2. & Cic. pro Murena *c.* XXV. Catilinae quamdam orationem refert, qua dixit: *duo corpora eſſe reip. unum debile, infirmo capite: alterum firmum, ſine capite: huic, cum ita de ſe meritum eſſet, caput, ſe vivo, non defuturum.* quae de divitibus & egentibus aliisque miſeris in rep. recte interpretantur.

NON QUIN. Eadem varietas in noſtris libris, quam ex aliis notarunt viri docti. Plurimi enim *Non* quia *aes al. m. n. e. p. ſolvere* non *poſſem;* Sed Fabric. 1. Guelf. 5. antequam corrumperentur & clare Guelf. 1. atque Vinar. 1. *non* quin - *poſſem:* cujus illud alterum eſt interpretatio. *quin* eſt pro *quo non*, h. e. *eo, quod non*, ſive aliter *quo minus*, vide ad *c.* XXXI. n. 2. Sic Cic. IV. ep. VII. n. 1. *Non* quin *ab eo ipſe diſſentiam*, ſed quod *ea te ſapientia judicem, ut meum conſilium anteponam tuo;* & ſic alibi.

nibus ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem; cum alienis nominibus liberalitas Oreſtillae ſuis filiaeque copiis perſolveret: ſed quod non dignos homines honore honeſtatos videbam, meque falſa ſuſpicione alienatum ſentiebam.

Hoc

Meis nominibus. Addunt Heuſſ. Senat. 2. Incerti, Baſil. 2. & 3. Struv. Remenſ. 1. Gu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Vinar. 2. & ed. vet. *ſumtum;* Sed Guelf. 7. *ſumtum* ex *meis nominibus*, qui duplicem Gloſſam repraeſentat: unam, quae eſt *ſumtum*, & ae in tribus MSS. pro expoſitione apparet; alteram, *ex*, quae dictionem elegantius exponit. Nam *nominibus ſolvere* eſt proprie *ex nominibus*, ſive propterea ſolvere, quod nomen tuum & ſummam creditor in tabulis ſuis ſcripſerit, & ipſe in tuas retuleris, cui & quod debeas. Cic. pro Q. Roſc. *c.* I. & Aſconius in 1. Verr. *c.* x. Sic Cicero pro Quinct. *c.* IV. *Cum aeris alieni aliquantulum eſſet relictum:*, quibus nominibus *pecuniam Romae curari oporteret.* h. e. ex ejusmodi nominibus, quibus. ibid. *c.* XI. *Moritur* C. *Quinctius: qui tibi, ut ais*, certis nominibus *grandem pecuniam* debuit. Auſon. de Conſulatu ſuo: *Debere te dicis.* cui? quando? quo nomine? *lege ſyngrapham*, nomina *creditorum. accepti & expenſi tabulae conferantur*. Confer Briſſon. VI. Form. p. 535. ſeqq. Salmaſ. de Uſuris *c.* VI. & fruſtra litigant, de creditorene, an debitore *nomina* dicantur, cum de utroque, de alio aliter, reſpectu *Verborum*, dici poſſent.

Ex Possessionibus. *Poſſeſſiones* proprie vocantur, quorum *uſum fructum* habemus, non fundum, Feſtus p. 358. Alibi tamen & fundum notare videntur, ut apud Cic. Paradox. VI. *c.* III. *Etenim ſtiſti callidi rerum aeſtimatores* prata & areas *quasdam magno aeſtimant, quod ei generi* poſſeſſionum *minime quaſi noceri poteſt*. adde Corn. Nep. Attic. *c.* XII. Jam in Catilina egeno, & qui dudum decoxerat, non vero uxoris liberalitate ſeſe ſuſtentabat recte prior ſignificatus obtinet. Ulpianus leg. 12. pr. D. de adqu. vel am. poſſeſſ. *Naturaliter videtur* poſſidere *is, qui* uſum fructum *habet*. Confer leg. 4. D. de pact. dotal. Lamprid. Severo *cap.* LVIII. *additis etiam ſacerdotiis & agrorum* poſſeſſionibus *iis qui erant pauperes & aevo jam graves*.

Cum et alienis nominibus. Sic quidem edd. At in MSS. mira eſt inconſtantia. nam praeterquam quod quidam editam confirment, Incerti habent *cum etiam* al. Guelf. 1. Baſ. 1. Sen. 2. Heuſſ. uti Nazarianus: *ſed & al;* Guelf. 5. Vin. 1. & Eccard. habent *& alienis, cum* vero inter lineas: & ſic primitus in Fabric. 1. fuiſſe, ex litura conjicio, qui nunc cum 2. & Guelf. 6. & 9. *&* omittit, ſervatque *cum alienis nom.* Guelf. 7. & 8. *& cum al.* quomodo Palatt. 2. 10. & 11. Struvian. *cum etiam ſumtum ex al. nom.* Ex qua inconſtantia illud demum certum eſt, unicam particulam *&* eſſe abjiciendam, quippe quae addita ab iis, qui *cum* explicare volebant: illud autem *ſed*, quod probos aliquot Codd. occupavit, eſt a feſtinante librario, qui *qui non quin* maturius reddidit *ſed*, ac debuit. Gruterus etiam Polonicum ſuum memorat, a quo *nominibus* abſuit; cui libenter adſentiremur, ſi de auctoritate Codicis ſatis conſtaret. Aſt quoniam haec epiſtola ſatis aperte omnia profert, feramus & hoc, ut apud Plin. IX. epiſt. VI. *Capio* voluptatem, *quod hac* voluptate *non capiar*. & Modeſtin. leg. 10. D. de capit. min. *Legatum in annos* ſingulos, *vel menſes* ſingulos. adde omnino *c.* LI. num. 40. Senſus itaque eſt: tantum abeſſe, ut propterea novum conſilium ceperit, quod ſuis nominibus aes alienum ſolvere non potuiſſet; ut etiam alienis nominibus, ſive ea debita aliorum, pro quibus fidem ſuam interpoſuiſſet, Oreſtilla ſolverit. Nam *quod debitor non ſolvit, ſponſor ſolvat*, Quinct. Decl. CCXXXVII. ſive etiam amicorum. Cic. II. Offic. *cap.* XVI. *Liberales autem, qui ſuis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut* aes alienum *ſuſcipiunt* amicorum. *alienis*, pro aliorum, ut ſupra *aliena virtus c.* VII. n. 2.

Liberalitas Orestillae. Editiones aliquot *Aureliae Oreſtillae;* ſed Praenomen non eſt in ſcriptis, ſi tres vel quatuor infimae ſortis exceperis. *liberalitas* hic idem involvit, ac Oreſtilla pro ſua liberalitate, uti *c.* XXXIII. n. 6. Frontin. de Aquaed. Art. CXVIII. *Quem reditum* juſtitia *Divi Nervae populo reſtituit, noſtra* ſedulitas *ad certam regulam redegit*. Vinar. 2. *ſuisque filiaeque copiis*.

Non dignos homines. Guelf. 1. 7. 11. Baſil. 1. Struv. *indignos*, corrupte, vide ad *c.* LI. n. 27. & Baſil. quidem pro var. lect. editam exhibet.

Honore honestatos videbam. Sic noſtri Codd. omnes, nec *honeſtare* Verbum inauditum eſt. Plautus plane cum Noſtro Capt. A. II. Sc. II. *v.* 106.

Quum me tanto honore honeſtas.

Idem Sticho A. II. Sc. I. *v.* 7. honeſta *dicta factis*. Apulej. VII. Metam. p. 194. *quod plurimis beneficiis* honeſtarer. Sic Vellej. II. *c.* CXXIV. *corpus ejus humanis* honoribus, *nomen divinis* honoratum. Supra *c.* XII. num. 4. *gloria decorabant*. intra Jug. *c.* x. num. 2. *gloria honorare.*

qua

Hoc nomine ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes reliquae dignitatis conſervan- 4
dae ſum ſecutus. Plura cum ſcribere vellem, nunciatum eſt, vim mihi 5
pa-

qua figura Cato: Laudant *me maximis* laudibus. etenim *occidione occidere*, & ſimilia alibi laudavimus.

FALSA SUSPICIONE. Novarum rerum, lege *c.* XXXI. Liv. XXV. *c.* XXX. *in tempore legati a Marcello redierunt*, falſa *eos* ſuſpicione *incitatos memorantes: nec cauſſam expetendae poenae eorum Romanis eſſe*.

ALIENATUM ESSE SENTIEBAM. *Alienatum* ſc. ab eo honore, quo indigni honeſtati ſunt. C. Nep. Hamilc. *c.* II. *oppida* alienata *reſtituit patriae.* qui eadem formula aliquoties utitur. Cic. de Prov. Conſ. *c.* IX. *quibus eum omnibus eadem reſp. conciliavit. quae* alienarat. adde I. Epiſt. VI. & VII. epiſt. XVII. Figuram eamdem in aliis verbis habes ſupra *c.* XI. num. 2. & alibi. Scripſit itaque hic idem fere quod paullo ſuperius *ſtatum dignitatis non obtinebam;* niſi quod ibi tantum de ſuo ſtatu, hic etiam de malitia adverſariorum, qui alienarunt, referat. Et permittendum hoc Characteri Catilinae feſtinanti ſeque purganti: quemadmodum in ipſa ejus oratione num. 2. & 3. item num. 11. & 13. idem bis dici videtur. Quod ad me, agnoſco hic artificium quoddam Criſpi, & illud quidem, quo *c.* LI. num. 40. proxime ad morem Caeſaris; at Jug. *c.* LXXXV. num. 32. proxime ad genium negligentioris ſermonis, qui decebat barbarum C. Marium, & ſic in aliis pluribus, verba ſua conformat. Hinc neque eſt, quod Gruterus *eſſe ſentiebam* voces pro ſuſpectis habeat, quamquam de *eſſe* adſentior. nam ne quidem alibi ſolet aliter, ut ſupra *c.* XII. num. 1. *Paupertas probro* haberi, *innocentia pro malivolentia* duci *coepit*. ibi vide. infra *c.* LI. num. 14. *quae apud alios iracundia* dicitur, *ea in imperio ſuperbia atque crudelitas* adpellatur. *c.* LIII. num. 3. *Sciebam — Cognoveram*. adde Solipatr. Charis. IV. p. 250. Nec reticebo tamen Guelferb. 6. verbum *ſentiebam* deeſſe.

4. HOC NOMINE. Et haec ſuperabundant auribus Gruteri, quas hic non ſatis arrectas & minus attentas fuiſſe diceres. Eſt enim idem, quod *hac ſub cauſſa*, *titulo*, proprie ſatis; cum alii negligentius paullo dicant pro *Propterea*. Vellej. I. *c.* III. Quo nomine *mirari convenit*. Sed Cicero etiam proprie accipit, nec aliter illud Horatii III. Od. XXIII. *v.* 5. Quocumque *lectum* nomine *Maſſicum Servas*, interpretatur Cl. Bentlejus. Noſter *c.* XXXVIII. num. 3. honeſtis nominibus — *pro ſua quisque potentia certabant*.

PRO MEO CASU. Pro conditione mea, in quam projectus ſum. Cicer. III. ad Attic. ep. XXIII. *Nihil enim reſtituitur praeter civitatem & ordinem, quod mihi* pro meo caſu *ſatis eſt*. *Caſus* enim dicitur omnis quidem fortuna, maxime tamen ſtatus adflictus, & lapſus ex felicitate in adverſam fortunam. vide ad *cap.* XL. num. 2. *dolens ejus* caſum. *Pro* qualitatis, uti dicunt, Praepoſitio notans *ex*, *ad*, *ſecundum*. Livius XXXIII. *cap.* XLVI. *jam* pro *futuris mox opibus animos gerebat*. adde ſupra *c.* XXII. extr. & Jac. Menard. ad Cicer. II. Verr. *cap.* XLIV. p. 100.

SPES SUM SECUTUS. *Spem ſequi* frequentiſſime dicitur pro rei, actioni, conſilio cuidam operam dare, idque, quod proximum, eligere & tenere, cui ſpes adjuncta emolumenti cujuſcumque. Primo *ſpem* ita & in aliis dictionibus poni, abunde notum & probat Schulting. ad Senec. Controv. V. p. 104. *Sequi* autem ea, qua dixi, notione occurrit *c.* LII. n. 22. *laudamus divitias*, ſequimur *inertiam*. Hinc Virgil. X. Aen. *v.* 107.

Quae cuique eſt fortuna hodie, quam quisque ſecat ſpem.

Servius. Secat, *ſequitur*, *tenet*, *habet*. Cicer. IX. Epiſt. V. num. 2. Secuti *enim ſumus non* ſpem, *ſed officium*. Id. XII. epiſt. XII. num. 7. *ne quem poeniteat temp. quam* ſpem *praedae & rapinarum* ſequi *maluiſſe*. *Honeſtas* autem *ſpes* vocat, quia ſine ulla conſcientia de culpa miſerorum cauſſam ſuſceperit, & ipſe ſperaret, ſe hoc modo inimicos eo adigere poſſe, ut aut ſibi ſatisfacerent, aut ſaltem reliquam dignitatem non adimerent; quod alioquin factum eſſet, ſi in urbe manſiſſet, & inimicorum machinationibus oppreſſus in exilium actus, ſive alio quodam modo punitus foret. Hic ſenſus verborum, & Glareanus fruſtra laborat.

5. VIM MIHI PARARI. Hoc ordine quidem altera pars, quae melior, & noſtrorum MSS. altera vero: *nunciatum eſt* mihi *vim parari:* ita, ut incertum ſit, cuinam Verbo Pronomen adjungas. Et ſine illo *vim parare* dixit Livius I. *c.* LI. *Turnum circumſiſtunt cuſtodes*, *comprehenſis ſervis*, *qui caritate domini* vim parabant. Idem XXI. *Ibi cum* vim pararent *ſpes facta proditionis*. & ſic Idem XXXVI. *c.* XVI. *vim facere* ſine Pronomine. Neque tamen ordinem muto, & *mihi*, ut aequum, capio *contra me*, ſicut Cornel. Nepos Dion. *cap.* IV. *Poſteaquam audivit*, *eum* ſibi *bellum facere conari*. & defen-

Digitized by Google

6 *parari. Nunc Oreſtillam commendo tuaeque fidei trado. eam ab injuria defendas, per liberos tuos rogatus. haveto.*

CAP.

ſendit Herodian. I. *c.* x. n. 6. *μαθόντες δὲ ἐκεῖνοι, δύναμιν ἀγειρομένην ἐπ' αὐτοὺς.* Noſter *c.* LII. n. 3. *qui* patriae, parentibus, aris *atque* focis ſuis *bellum paravere.* Sic *vim cui parare*, idem eſt ac *violenter aliquem aggredi velle.* Aliud quid objiciunt Guelf. 6. & 5. ille perſpicue *parare ;* hic *parare* & *parari*, ita ut *i* inductum ſit τῷ *e* (ſic ſolet alibi in Varr. Lectt.) oſtendit. *parare* non eſt praeter morem Salluſtii, ſubintelligendo *quoſdam*, *inimicos:* maxime poſt Paſſiva. vide ad *c.* LI. n. 40. Supra *nunciatum* ſine *eſt* Heuſſ.

6. Nunc Orestillam tibi commendo. *Tibi* non eſt in Vinarienſibus, Guelf. I. 2. 3. 4. 5. 6. 9. II. 12. neque in Academ. Eccard. Incert. 2. Heuſſ. I. Fabricianis, neque in ed. vet. Nec dubium eſt, quin idem in ſuis Codd. reperturi fuiſſent viri docti, ſi his minutis attendere voluiſſent. At ſequitur *tuae*, ante quod Pronomen *tibi* non minus ſupervacuum eſt, quam poſt *meus*, *me ;* poſt *ſuus*, *ſibi.* quod dudum docuit Donatus. alioquin Noſter Jug. *c.* x. n. 3. *neu malis alienos* adjungere, *quam ſanguine conjunctos retinere.* pro *tibi adjungere.* & Caeſ. III. Civ. *c.* LVII. *quem ab illo* traditum & commendatum *in* ſuorum *neceſſariorum numero habere inſtituerat.* pro *traditum* ſibi *& commendatum.* Idemque abſolute Verbo *commendare* utitur II. Civ. *c.* XLI. *aut ſuam mortem miſerabantur, aut parentes ſuos commendabant.* ubi ſimul de more in magnis periculis ſuos commendandi Hottomannus. Sic *tradero* ſine caſu Horat. I. Epiſt. XVIII. *v.* 78.

> *Fallimur, & quondam non dignum* tradimus.

Tuaeque fidei ratio. *Tradere* & commendare eleganter junguntur, ut vidimus ex Caeſare. pro eo *deponere* ICti etiam dicunt leg. 24. D. de depoſ. adde Schulting. ad Senec. Controv. XII. p. 164. *Fidei* dixit, quae in commendationibus maxime reſpicitur. Sic *debebant ſe fidei victorum*, & *clientes fidei ſeſe tradunt.* Terent. Eunuch. A. v. Sc. IX. *v.* 9. *Thais ſe patri commendavit in clientelam &* fidem. Plaut. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 75. *Quoniam hinc iturus eſt ipſe in Seleuciam, Mihi* commendavit *virginem gnatam ſuam. Et rem ſuam omnem, & illum corruptum filium : Haec, ſi mihi inimicus eſſet, non* crederet. ME. *Quid, tu adoleſcentem, quem eſſe corruptum vides, Qui* tuae mandatus eſt fidei *& fiduciae, Quin eum reſtituis.* adde Budaeum ad leg. 63. D. de Eviction. Baſil. 2. *tuique fidei trado.*

Eam ab injuria defendas. Vinar. 2. & ed. vet. *eamque ;* Guelf. 9. & 10. Baſil. 2. & 3. Struv. *ut eam :* quomodo Joann. Saresberienſ. Epiſt. LVI. ubi haec noſtra expreſſit. & illi quidem aetati convenit, non Salluſtio. Guelf. 6. omittit *eam ;* ſed iſti parum fidei in his capitibus: adeo etiam neceſſaria tranſit ſilentio, quod videbis mox *c.* XXXVI. n. 2. Remenſ. I. *eam ab his injuriis defendas:* qui ceterae multitudini, editam defendenti, reſiſtere non valet.

Per liberos tuos rogatus. Valida obteſtatio *per liberos.* Horat. Epod. v. *v.* 5.

> Per liberos te, *ſi vocata partubus*
> *Lucina veris adfuit.*

Terent. Andr. Act. III. Sc. III. *v.* 7. *Oro per unicam* gnatam tuam *& gnatum meum.* adde Coel. Epiſt. XVI. n. 2. *Per* autem in his obteſtationibus eſſe *propter* magis patet ex Jug. *c.* x. n. 3. & XIV. extr.

Haveto. Guelf. I. qui ex illo numero ſolus aſpiratam agnoſcit habuit initio *Habe*, ſive V in B inducto *Have ;* alia autem manus addidit ſyllabam *to;* ceteri omnes *Aveto.* Vinar. I. initio *haveto*, nunc *h* eſt eraſum. Fabric. I. & Baſil. I. *Habeto*, quomodo Nazarianus & Bongarſiani. Olim enim B & V ſaepiſſime ſunt permutatae, quod ex ſolo Plauto abunde conſtat, ubi *ama Bit*, *Belle*, *Benerem*, pro *Amavit*, *Velle*, *Venerem* etiam in editis aliquot legitur : Virgilii etiam vetuſtiſſimus Cod. II. Eclog. *v.* 15. *SuperVa*, pro *Superba*, & III. Eclog. *v.* 90. *Vavium*, pro eo, quod vulgo male circumferunt, *Bavium.* & in Inſcriptionibus nihil frequentius. apud Spond. Miſcellan. p. 36. *Berum etiam* pro *Verum.* apud Reines. Claſſ. XX. Inſcr. 164. *HaBieno* pro *AVieno.* In Cic. I. Attic. ep. XV. pro *aveo* in MSS. *habeo*, ſicuti in Lucretio, ut diſcas ex Giſanii Collect. p. 355. & Juſtin. I. *c.* I. n. 4. MSS. *habitum* pro *avitum:* quemadmodum Propria *Habitus*, *Abitus*, *Avitus* permutantur. Vide Viros doctos ad princip. Cicer. Or. pro Cluentio. Hoc igitur *Have* ſive *Haveto* eſt verbum valedicendi. Catul. Carm. XCVIII. quo fraternis cineribus parentat:

> *Accipe fraterno multum manantia fletu*
> *Atque in perpetuum, frater*, Have *atque Vale.*

Vide & Manut. Orthograph. & Victor. ad Cicer. VIII. Epiſt. XVI. Quinctil. I. *c.* VI. p. 76. ubi frivolam quorumdam in obſoletis jactantiam taxat: *Multum enim litteratus, qui ſine adſpiratio-*

C A P. XXXVI.

XXXVII.

SED ipſe paucos dies commoratus apud C. Flaminium Flammam in agro Arretino, dum vicinitatem, antea ſollicitatam, 1
armis exornat, cum faſcibus atque aliis imperii inſignibus in caſtra ad Manlium contendit. Haec ubi Romae comperta; ſenatus *Catilinam* 2
&

tione & producta ſecunda ſyllaba ſalutavit Avete. ubi male interpres putat *avete* pro *ſalvete:* quin potius pro *havete*. vide Querolum A. I. Sc. II. Quare *Have* aut *Haveto* hic quidem certo legendum: Et inepti ſunt, qui *Faveto* expreſſerunt. Idem in librarium Eccard. ubi *Vale* legitur.

CAP. XXXVI. I. Paucos dies commoratus. Gryphiana *per paucos dies*, quomodo a manu ſecunda Guelf. 4. At 7. 8. & 9. cum Struviano *poſt paucos dies*. nugae merae. Sed ita plurima loca a negligentioribus corrupta. vide Jug. *c.* LXIII. n. 3.

C. Flaminium Flammam. Cognomen ex fide Cod. Nazariani addidit Gruterus: cui adſtipulatur unicus noſter Guelf. 5. quantum per raſuram, in qua nunc quidem cubat, legi poteſt. Cicero XIV. ad Attic. epiſt. XVI. Flammam *Flaminium audio Romae eſſe*. ejuſdem & alibi meminit. vide XVI. Fam. ep. XXIV. n. 3.

In agro Reatino. Guelf. I. *Arretino;* 8. *Regatino;* II. *Areatino;* 7. Vinar. 2. & ed. vet. *Aretino:* Ceteri cum edd. *Reatino*. *Reate* celeberrimum quondam oppidum in Sabinis, hodie *Rieti* deſcribunt Cluver. Ital. Ant. II. *c.* IX. p. 676. Cellar. Notit. II. *c.* IX. p. 778. Quod ſi vero Catilina *recta via* ad Manlium contendit, ut ex eo fit veroſimile, quod ſeſe Maſſiliam proficiſci dictitaverit cum amicis ſuis: quod cum faſcibus iter fecerit, quos praemiſerat, Cic. II. Catilin. *c.* VI. Plutarchus, Appianus: quod Cicero poſtridie, quam profectus eſt, tam certo adfirmaverit eum ad Manlium proficiſci, ut etiam *viam Aureliam* nominaverit, qua ſit profectus, l. c. *c.* IV. &c. *Arretino* potius reſcribendum erit. *Arretium* autem antiquum Etruriae oppidum deſcribunt Cluver. II. *c.* III. p. 591. Cellar. p. 723.

Dum vicinitatem. Guelf. 7. & II. *civitatem*, quod eſt in olim editis; 3. & 9. *juventutem*. Struv. & Heuſſ. *in civitatem*. Sed *vicinitatem* pro *vicinis* dixit cum Cicerone & aliis, uti *Nobilitatem*, *Servitia* &c. vide ad *c.* XXIV. n. 4. *Dum* poſitum pro *tam diu*, *quam*, ut Jug. *c.* LIII. num. 3. *Numidae tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant*.

Antea sollicitatam. Non fuit recedendum a ſcriptis, qui conſtanter *antea*, non *ante;* hinc factum in Academ. *ante eos;* & alii inde fecerunt *ante ab eo*, quos recte damnavit jam Rivius, Vir de Salluſtio in primis optime meritus.

Armis exornat. Inſtruit. Ornatus enim de omni neceſſario inſtrumento, & *ornari* dicuntur, quibus ea addimus. Sed maxime *armis ornare* eleganter; ſicuti *armare* contra etiam pro inſtruere ponunt; ut noſtrates *ausruſten*. Plaut. Poen. Act. I. Sc. II. *v.* 4. de *navi* & *muliere*.

- - *forte ſi occeperis* exornare,
Neque umquam ſatis hae duae res ornantur
Neque eis ulla ornandi *ſatietas eſt*.

Sic *gladius* & *arma* vocantur *ornamenta*, Sueton. Tito *c.* IX. & Senec. IV. N. Quaeſt. Praefat. *Armis ornatam* reſtituit Floro I. *cap.* XVI. Nic. Heinſius, ubi advocatur Gronov. ad Liv. XXIV. *c.* XLVIII. & Salmas. ad Solin. p. 26. Plura etiam collata ſunt ad Suetonii l. c. & Caeſ. *c.* XVIII. praeterea a Cl. Burmanno ad Quinctil. Decl. XV. *c.* V. Inprimis Cicero huc facit pro Caecina *c.* XXI. Armatos *ſi Latine loqui volumus, quos appellare vere poſſumus? opinor eos, qui* ſcutis telis*que parati* ornati*que ſunt*. adde Giſan. ad Lucret. p. 388.

Cum fascibus. Tamquam aliquis Proconſul. Appianus II. Civ. p. 429. ὁ μὲν γὰρ ῥάβδους τε καὶ πελέκεις, ὡς τις ἀνθύπατος, κύφως μάλα ἀνεῖχε πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν. Idem Plutarc. Cic. p. 868. Ὁ μὲν οὖν Κατιλίνας εὐθὺς ἐξελθὼν μετὰ τριακοσίων ὁπλοφόρων, καὶ περιστησάμενος ἑαυτῷ ῥαβδουχίας, ὡς ἄρχοντι, καὶ πελέκεις καὶ σημαίας ἐπαράμενος, πρὸς τὸν Μάλλιον ἐχώρει.

2. Hostes judicat. Perduelles eſſe declarat. Varro IV. de L. L. *Multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant, ut* hoſtis. *nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus uteretur; nunc dicunt eum, quem tunc dicebant* perduellem. nimirum, auctore Cicer. I. Offic. *c.* XII. *ut lenitas verbi triſtitiam rei mitigaret*. *Perduellem* autem, quam vocem nunc ſingulatim de iis, qui patriae, aut Principi ſuo bel-

& Manlium hoſtes judicat; ceterae multitudini diem ſtatuit, ante quam ſine fraude liceret ab armis diſcedere, praeter rerum capitalium conde-
3 *mnatis*. Praeterea decernit, *uti Conſules dilectum habeant; Antonius cum*

bellum inferunt, uſurpant, olim omnem hoſtem dicebant, *indicantes* ut lex 234. de V. S. habet, *cum quibus eſſet bellum*. adde leg. 118. eod. Metaphr. Eutrop. VII. *c*. I. n. 2. de Antonio: ἐχθρὸς Ῥωμαίων ϗ πολέμιος ἀπεφάνθη δόγματι κοινῷ. Adde Briſſon. II. Form. p. 292. Superius paullo *comperta* ſine Verbo Subſtantivo legitur in Guelf. 2. cujus auctoritate feci, ut neque in noſtro contextu legeretur, uti *c*. XXXIV. extr. Vinar. I. *& Catilinam*, *& Manlium*, quod animoſius & ſonantius.

DIEM STATUIT, ANTE QUAM. Incert. 2. & Guelf. II. *ante quam diem:* Guelf. 10. & Baſ. 3. *ante quem:* metuebant homines, ne quis *antequam* junctim acciperet, quo metu Salluſtius certe liber fuit. Moris autem fuiſſe tempus ad ſanitatem redeundi praeſtituere, ex multis locis cognoſcitur.

SINE FRAUDE. Guelf. 6. omiſit Praepoſitionem, quae in ceteris quidem ſervatur, at ejus, ut & nominis, ſedes ſunt incertiſſimae. Quidam *ſine fraude liceret ab arm. diſc.* quo ordine Remenſes, Academ. Baſil. I. Struv. Incerti, Guelf. I. & 5. Quidam *lic. ab arm. diſc. ſine fraude*, ut Fabrician. Heuſſ. Vinar. I. & tres Guelfbb. Quidam *liceret ſine fraude ab arm.* quomodo Gruterus & ex noſtris illi, qui ſunt imi ſubſellii. Priores ſecutus ſum, quorum auctoritas propter 5. Guelf. & Baſil. I. maxima. Nam quo minus putem eſſe duas has voces ab aliena manu, facit tam elegantia ſententiae, quam uſus ſollemnis. Sed quoniam biſariam *ſine fraude* dicunt, & pro *vere*, ſive *ex animo*, ut Caeſar. II. Civ. *c*. XXII. *Seſe dedere* ſine fraude *conſtituunt:* quamquam & hic, ſi vera aeſtimes, notat *bene*, *modo haud culpando*, *ſine noxa*; & pro eo, quod eſſet, ſine noxa, ſine periculo, ſine poena: Dubitatum credo a librariis & correctoribus, quo has in hac ſententia voces referrent. Sed in promtu eſt judicium, quod non tam eo pertineat, ut diſcederent ſine fraude, ſine dolo malo; quam eo, ut iſtud liceret ſine damno & poena mali conſilii. Sic Livius XXVI. *c*. XII. *ut qui civis Campanus ante certam diem tranſiſſet*, ſine fraude *eſſet*. pro quo Galli apud Caeſar. V. *c*. LI. *ſeu quis Gallus*, *ſeu Romanus velit ante horam tertiam ad ſe tranſire*, ſine periculo *licere: poſt id tempus non fore poteſtatem*. Igitur etſi non male leg. 23. §. 2. D. de aedilit. edict. ſcriptum ſit: *Veteres* fraudem *pro* poena *ponere ſolebant:* quod & Servius habet ad II. Aeneid. curatius tamen idem Ulpianus leg. 131. de V. S. *Aliud* fraus *eſt*, *aliud* poena. Fraus *enim ſine poena eſſe poteſt:* poena *ſine fraude eſſe non poteſt*. Poena *eſt noxae vindicta:* Fraus *& ipſa* noxa *dicitur*, *& quaſi poenae quaedam* praeparatio. recte. nam *fraus* eſt crimen, *noxa*, quae pro iiſdem habet Liv. XXIII. *c*. XIV. cui poena debetur. & licet ſine fraude cui diſcedere, quando ita illi licet, ac ſi nihil peccaſſet: quomodo *fraudi cui eſſe* dicimus, quae in crimen vertuntur, & ob quae punitur. Cic. VIII. Phil. *c*. ult. *iis* fraudi *ne* ſit, *quod cum M. Antonio fuerint*. adde Phil. V. *c*. XII. & Liv. VII. *Dictator-tulit ad populum*, *ne cui militum* fraudi *ſeceſſio* eſſet. *oravit etiam bona venia Quirites*, *ne quis eam rem joco ſeriove cuiquam exprobraret*.

PRAETER RERUM CAP. CONDEMNATIS. Acad. *condemnatus*. Guelf. I. nunc quidem *condemnatus*, ſed olim fuit *condemnatis*; contra 2. & Baſil. 2. nunc *condemnatis*, at olim alterum habuerunt. Baſil. 3. *condemnati*, & a manu ſec. *condemnatos*. quod nunc quidem etiam in Vinar. I. legitur, ſed olim fuit *condemnatis*. Idque non eſt mavendum, quod & Priſcianus & Cledonius p. 1933. agnoſcunt. male vero putant, quod ſit Ablativus; cum potius ab *liceret* Verbo pendeat tertio Caſu, & *praeter* adverbialiter ſit poſitum pro *praeterquam*. Juſtin. XIII. *cap*. V. *Epiſtolas in Graeciam ſcripſerat*, *quibus omnium civitatium exules*, praeter *caedis* damnati, *reſtituebantur*. ubi jam de hoc Noſtri loco diſputarunt viri docti, quem dudum eſt, quod Th. Linacer II. Em. Str. p. 114. examinavit, Priſciani errorem notavit, &, quaſi Particula haec Conjunctio eſſet, *condemnatis* cum Nomine *multitudini* conjungendum eſſe docuit. Plures Praepoſitiones eodem modo uſurpari Idem ibidem docuit, & nos alibi monuimus. Sed adduxit Noſtrum etiam Gronov. IV. de Pec. Vet. *c*. IV. ut defenderet & explicaret Cicer. pro L. Manil. *cap*. XXIII. *Videbat enim populus Rom. non locupletari quotannis pecunia publica*, *praeter paucos*. Denique & Pitiſcus ad ea Sueton. Tiber. *c*. IV. *reliquerit eum nullo*, praeter *auguralis ſacerdotii* honore, *impertitum*.

3. PRAETEREA DECERNIT. Vinar. I. *diſcernit*; Guelf. 6. *Senatus diſcernit*; 8. *ſenatus decrevit*; Fabric. 2. *decernit ſenatus*; Guelf. 7. 10. Baſil. 2. Vinar. 2. & ed. vet. *Praeterea decrevit*. At in Guelf. 9. *Praeterea uti conſules decernit*; 4. *Praeterea delectum hab. decernit uti conſules*; in In-

cum exercitu Catilinam perſequi maturet ; Cicero urbi praeſidio ſit .
Ea tempeſtate mihi imperium populi Romani multo maxume miſera- 4
bile viſum : cui cum ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis
pate-

Incert. 2. autem litura fuit & ſupra eam *decrevit*. Quae omnia eo ſpectant, ut tandem decernamus, male ſanum eſſe Verbum illud, & ab reliquo Orationis corpore recidendum . equidem adſumendum eſt, uti *c.*xxx. n.6. quod adeo difficile eſſe non poteſt , cum modo dixerit Senatus *judicat*. Caeſar. I. Gall. *c.* XXIX. *quibus in tabulis nominatim* ratio confecta *erat*, *qui numerus domo exiſſet eorum, qui arma ferre poſſent ; & item ſeparatim pueri , ſenes mulieresque*. Similis eſt locus Sueton. Aug. *c.*LVII. *Omnes Ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro ſalute ejus ſtipem* jaciebant : item *Kalendis Januariis* ſtrenam *in Capitolio , etiam abſenti* profecto *ſtrenam* non *jaciebant* , ſed *dabant*, *afferebant*. & talia quidem plura infra laudabimus, quae veteres per quamdam Syllepſin dici docebant.

UTI CONSULES DELECTUM HABEANT . Sic quidem libri noſtri, etiam illi , qui Jug. *cap.* CVIII. n. 2. *diligere* pro *deligere* ſcribunt . At veteres maluiſſe *dilectum* , tot viri docti monuerunt, ut fruſtra multa hic adderemus. Unus Lambinus quoties hoc ex vett. libb. Ciceroni aliisque reſtituit ? Videndus tamen inprimis Ant. Auguſtinus ad Feſtum in v. *Dilectus* p. 121. ubi eamdem in Pandectis Florentinis ſcripturam eſse docuit . Gruterus , qui alibi *diffluere* , *diſcedere* maluit, quam *defluere*, *decedere ;* hic tamen potuit *delectum* retinere : cujus pace nobis contra ſentire licebit . Porro Guelf. I. ſic locum concipit : *uti conſules delectum cautam electionem exercitus habeant* . Gloſſa ſatis manifeſta, nec tamen *dilectum* ſufficienter expreſſit. nam quid illud *cauta? Dilectus* erat, quando ex convocata juventute armis idonei eligebantur in militiam, ſacramentoque adigebantur. Polybius VI. Lipſ. I. de M. R. Dial. III. an propter idoneos *cauta?* Sed cetera videamus . Qui ad edictum non aderant , in eos ſevere animadverſum, Stewech. ad Veget. I. *c.* VI. neque enim poterant fallere magiſtratum , cum & nati & morientes in tabulas publicas referrentur , unde de militari aetate judicium ferri poterat. *Conquiſitores* tamen nonnumquam adhibiti, qui extra urbem cogerent multitudinem, Cic. pro Mil. *c.*XXV. Liv. XXI. *cap.* XXI. Lambin. in Plaut. Amph. Prol. *v.* 62. adde Hottomann. ad ea Cic. de Prov. Conſ. *c.* II. *Jam vero exercitus ille noſter ſuperbiſſimo* dilectu , *& duriſſima* conquiſitione *collectus omnis interiit* . & confer Herodian. VI. *c.* III. *Scribere dilectum* dixit Cic. pro Milone *cap.* IX. & *agere dilectum* Flor. X. *cap.* X. num. 22. Sed *habere* frequentiſſimum & habes apud Cic. X. epiſt. III. & VIII. XII. ep. XIV. XV. epiſt. I. Liv. III. *cap.* XI. Caeſar. VI. Gall. ineunte. I. Civ. *c.*XXX. Vellej. II. *c.* CXI. & alios . Hinc ad *remiges* applicat Caſſius XII. Cic. epiſt. XIII. dilectum *remigum celeriter* habuimus.

PERSEQUI MATURET . Incert. 2. *maturaret* , ut ſupra Guelf. 6. *haberent* . 5. *materet*, ſed eadem manus induxit in litteram E quintam vocalem. notat *mature perſequatur* . Tacitus V. Hiſt. *c.*XVII. *Debellatum foret , ſi Romana claſſis* ſequi maturaſſet . Noſter Jug. LXXIX. n. 5. *duo fratres* maturavere iter pergere.

CICERO URBI PRAESIDIO SIT . Quatuor ex noſtris : *praeſidio urbi ſit ;* Vinar. 2. & ed. vet. *praeſidium* . Baſil. 2. *praeſidio eſſet* .

4. IMPERIUM POP. R. *Mihi* omittit Incert. 2. neque in ceteris uno ſemper loco ponitur . Spurium exiſtimabit, qui reputaverit non Criſpo tantum, ſed aliis idem viſum eſſe : & ſi forte ſuum judicium immiſceat, ut *cap.* LIII. n. 2. vel ſic Pronomen non eſſe neceſſarium , uti *cap.* XLIX. n. 4. *Res autem opportuna* videbatur . Guelf. 3. *imperium Romani Populi ;* Struv. *imperium r. p.* Acad. *imperium R.* ſed Guelf. 11. *imperium reip.* vide ad *c.* XXXI. n. 7.

MULTO MAXUME MISERABILE . *Multo* ſuperlativis etiam addi, notavit Donatus ad Terent. Andr. A. III. Sc. II. ad fin. Noſter *c.* LII. n. 19. multo pulcherrumam *eam nos haberemus.* ut Jug. *c.* IX. n. 2. longe maxuma *virtus* . Liv. I. *c.* XI. *Noviſſimum ab Sabinis bellum ortum* , multo*que id* maximum *fuit* . Cic. de Haruſp. Reſp. *c.* VI. *veſtrae domus ceterorumque civium* multo maxima *ex parte ſunt liberae.* & ſic I. Verr. *c.* XV. Plaut. Stich. Act. I. Sc. II. *v.* 66. *Quae tibi mulier videtur* multo ſapientiſſuma . Gellius III. *c.* XI. *de patria Homeri* multo maxime *diſſenſum eſt* . & apud Columell. *c.* III. *Apis, ſi ſaevior*, maxime peſſima *eſt* . *Miſerabilis* ut Jug. *c.* XXXIII. n. 1. *cultu miſerabili* . *c.* LI. n. 1. facies *totius negotii foeda atque* miſerabilis. Livius V. *cum ipſa res faciesque* miſerabilis *erat* . Curt. III. *c.* XIII. n. 6. *omnibus* miſerabilis *turba, praeter eum, cujus fidei commiſſa fuerat* . *Viſum eſt* habent MSS. & edd. omnes.

AD OCCASUM AB ORTU SOLIS . *Uſque* inſerunt Incerti, Baſil. 2. Guelf. 7. 8. & 12. Quidam etiam maluerunt *ab ortu ad occaſum :* illud vero longe elegantius . Horatius IV. Od. XV. *v.* 15.

Digitized by Google

paterent; domi otium atque divitiae, quae prima mortales putant, adfluerent : fuere tamen cives, qui ſeque remque publicam obſtinatis animis perditum irent. Namque duobus Senati decretis ex tanta

Porrecta majeſtas ad *ortum*
Solis, ab *Heſperio cubili*.

quomodo Noſter ſupra *c.* II. n.4. ad *optumum quemque* a *minus bono*. Jug. *c.* LXII. n. *9. caſus* in *ſervitium* ex *regno*. Liv. II. *c.*X. *pro ſe quisque* in *urbem* ex *agris demigrant*. Mela III. *c.*V. *aliquamdiu* ad *Occaſum*, ab *Oriente currens*. Cic. III. Orat. *c.*XXXVI. in *altum* a *conſpectu paene omnium abſtraxit*. Seneca Epiſt. LXXXIX. *amnes magni magnarumque gentium termini*, uſque ad *oſtium* a *fonte veſtri ſunt*. Ceterum hanc Hyperbolen habes jam *cap.* X. num. I. qua & Ovidius uſus I. Pont. ep. IV. *v.* 29.

Caeſaris ira mihi nocuit; quem Solis ab ortu
Solis ad occaſus *utraque terra tremit*.

OMNIA DOMITA ARMIS. Guelf. 9. *domata armis*. Sicuti *implicatum*, *praeſtatum*, *conſtatum* ſimilia. vide ad Cic. I. ep. VIII. n. 8. Commodian. Inſtruct. XXXIV.

Et tamen invita domatur inutilis equa
Minuiturque ferox eſſe, *primum* dedomata.

Nihil tamen muto.

PATERENT. Sic Guelf. II. & Baſ. 2. Sic fuit in Remenſibus; Vinar. 2. Guelf. 3. & Heuſſ. *pararent*. Vulgo *parerent*. etenim & ſupra *c.*X. n. I. *paterent* in *parerent* mutatum fuit. *Patet* qui eſt expoſitus, obnoxius, quod vidit olim Scaliger ad Culic. *v.* 195. id ita de victoribus dicunt ut *peragrare*, *penetrare*, *perrumpere*; & contra *retardari*, *prohiberi* & ſimilia de iis, qui non poſſunt vincere. Cic. V. Verr. *c.* LXV. *Jam omnem orbem terrarum*, *qui ſemper noſtris hominibus maxime* patuit, *civibus Rom. iſta defenſione* praecluſeris. quare manus Salluſtii reſtituenda fuit. Confer Jug. *c.* XLVII. num. 2.

QUAE PRIMA MORTALES PUTANT. Iisdem verbis Jug. *c.* XLI. n. I. *otio atque abundantia earum rerum*, quae prima *mortales ducunt*. Imitatur Sulpic. Sev. I. Dial. *cap.* V. *Aurum & Argentum*, quae prima *mortales putant*. *Prima* ſunt praecipua, maxima eorum, quae appetuntur; ut contra *poſtrema* peſſima, infima eorum, Jug. *cap.* III. n. 3. Terent. Heaut. A. V. Sc. II. *v.* 9. *Et ſuavia quae eſſent in praeſentia* prima habere. quem ut & Salluſtii locum citat Donat. ad Eunuch. Act. I. Sc. I. *v.* 5. *Nihil* prius, *neque fortius*, ut probet *prius* ad *laudem*, non ad ordinem pertinere. adde Jug. XCVI. n. 3.

SEQUE REMQUE PUBL. Sic plerique MSS. & edd. at Vinar. I. Heuſſ. Fabric. I. Eccard. Sen. 2. Guelf. 7. 8. & ed. vet. *ſe remque p.* Incerti, Guelf. 3. & 10. *ſe & remp.* 6. & 11. cum Baſil. 2. & Vinar. I. *ſeque R. P.* editam eſſe veram, jam dixi ad *c.* IX. n. 4.

OBSTINATIS ANIMIS. Gloſſae MSS. *induratis*. Guelf. 5. ſcribit *obtinatis*. Certe ab *obtineo* deſcendit. Donat. in Andr. Act. I. Sc. V. *v.* 8. Obſtinate *facere eſt aliquid in alterius malum cum conatu facere* perſeveranter, *& in alterius perniciem nimis niti. animum obſtinatum* dixit Curt. VII. *c.* VII. n. 21. & recte de iis dicitur, qui *morbo*, non judicio quid faciunt: quemadmodum mox *vix morbi* Noſtro memoratur. Seneca Epiſt. LXXV. *Ut breviter finiam*, morbus *eſt judicium in pravo* pertinax.

PERDITUM IRENT. Emendavit quidam in Guelf. 4. *perditam irent*. valde ignarus conſuetudinis Latinorum fuerit, qui neſcivit, iſtud ſaepe dici pro *ire ad perdendum*. h. e. velle perdere; laborare, ut perdatur. Et Grammatici, qui cetera fere neglexerunt *perditum iri*, ut *amatum iri* ſervarunt; etſi & multi citent iſtud Terent. Andr. Act. I. Sc. I. *v.* 107. *cur te* is *perditum*. At olim per omnia tempora dictum. infra *c.* LII. n. 12. *ne bonos omnes perditum* eant. *c.* LXVIII. n. I. *ultum* ire *injurias feſtinat*. Plaut. Ciſt. Act. I. Sc. I. *v.* 4. *Qui magis potueris mihi honorem* ire *habitum*. Liv. XXVI. *c.* XXVII. *ne ſe ad ultimum perditum* irent. Cato apud Gell. X. *c.* XIV. *In illa contumelia*, *quae mihi per hujuſce petulantiam factum* itur. Virg. II. Aen. *v.* 786. ibo *ſervitum*. Curt. X. *c.* VIII. n. 5. *temeritatem armis ultum* ivit. Juſtin. XXXVIII. *c.* V. *quia ultum* ierit *ſe*. Apulej. Apol. p. 316. *ut videretur ſe merito ultum* ire. Claudian. Mamerc. III. Stat. A. *c.* II. *non ut calumniatum* eat, *ſed ut purgari valeat*. Eadem Conſtructione Prudent. Paſſ. Rom. *v.* 262. *populos* trahis *perditum*; & Apulej. Florid. p. 365. *eamque raptum* feſtinabant *pari ſtudio*, *impari celeritate*.

5. DUOBUS SENATI DECRETIS. *Ex duobus S. d.* habet Eccard. quod olim edd. occupaverat. Guelf. 10. *de duobus S. d.* Ceteri recte nullam Praepoſitionem agnoſcunt. eſt enim pro eo, quod foret *duobus S. decretis datis*, *propoſitis*, nempe illo, quod memoravit *c.* XXX. *de praemio indicis*, & hoc, de impunitate ante certam diem ex caſtris Catilinae excedentium. Sic *c.* XLII. extr. eo ſigno *cetera multitudo ſuum quisque negotium exſequeretur*. Jug. *cap.* VI. num. 2. *poſtquam*

tanta multitudine, neque praemio inductus conjurationem patefecerat, neque ex caſtris Catilinae quisquam omnium diſceſſerat. tanta vis morbi, uti tabes, plerosque civium animos invaſerat.

CAP.

quam hominem, *exacta ſua aetate*, parvis liberis, *magis magisque creſcere intelligit.* c. LXXV. n. 1. Ea fuga *Jugurtha impenſius modo legatos mittere*. Brutus ad Cic. XI. ep. XXIII. n. 2. *tribus* tantis exercitibus, *propriis reip. valentibus*, *magnum animum habere debebas*. Repudiavimus jam Praepoſitionem ad Cic. IV. epiſt. I. extr. ibique & ad IV. ep. VI. n. 10. ep. I. n. 17. genus dicendi illuſtravimus. Sed qui omnia ad liquidum vocaverit, inveniet in hac conciſa dictione hoc loco: *quamquam* duo Senatus decreta promulgata eſſent; *tamen* nemo, cetera. & adfuit ſimile c. VI. n. 2. *diſſimili lingua-incredibile memoratu eſt*, *quam facile coaluerint.* adde quae dixi ad c. XVII. n. 6. Sic Jug. c. XLI. n. 6. *plebis vis ſoluta atque diſperſa* in multitudine *minus poterat*. Antiquum patrium caſum, de quo ſupra, ex Fabriciano ſuo revocavit Rivius, noſtri omnes *Senatus*. vide tamen ad c. LIII. n. I. Gloſſam. Cic. Laelio c. III. *Senato dimiſſo*, pro *Senatu*.

NEQUE PRAEMIO INDUTUS. Incerti, & Guelf. 9. *neque aliquis pr. ind.* &, poſitu mutato Struv. *aliquis neque p. i.* Sed hoc omitti, vidimus ad c. XXXII. num. 3. quomodo *aliquid* apud Lamprid. Sever. c. LXIII. *Populus vero R. Senatusque omnis*, *cum provincialibus cunctis*, *neque* triſtius *umquam*, *neque* aſperius *acceperunt*. Vopiſcus Carino c. XVI. *quo* foedius *neque cogitari potuit aliquando*, *neque dici*. Seneca Epiſt. LXXXVI. *Poſtquam multa balnea inventa ſunt*, ſpurciores *ſunt*. h. e. *quidam*, nempe ex illis, qui lavantur, *ſpurciores ſunt*. qua elegantia paſſim utitur Seneca, quod docuit Optimus Gronov. ad II. de Ira c. XII. & XXIV. Sic apud Noſtrum *aliquis ex conjuratione* facilius intelligitur, cum ſtatim excipiat *quisquam omnium*, quod inde huc transferre potes, ut apud Lucan. I. v. 125.

Nec quemquam *jam ferre poteſt*, *Caeſarve* priorem
Pompejusque parem.

Livius XXVI. c. XXVII. *Eo* praemio inductus *Campanorum Calaviorum ſervus indicavit*.

QUISQUAM OMNIUM. Incert. I. *hominum omnium*. Guelf. 9. & a prima manu Fabric. 2. *quisque omnium*. Sed Heuſſ. & Sen. 2. omittunt *omnium*. Hic Palmerio quodam opus fuit, qui inde faceret *quis omnium*, ut apud Gell. XVI. c. VI. in MSS. *ſi* quid omnium rerum *vellet diſcere*. At Criſpus c. LI. n. 2. *neque* quisquam omnium *lubidini ſimul & uſui paruit.* & ſic alibi ſaepe.

EX CASTRIS DISCESSERAT. Sic eſt in MSS. & edd. vett. quos aut alii, aut nos conſuluimus: excepto Guelf. 5. qui primitus habuerat *diſceſſerant;* quod pro varia lectione in margine tenet 3. Et 8. qui *diſererat* ſcripſit, & lapſu librarii ne credam, facit Academ. ubi ſimile quid viſitur; nam *diſceſſerat* ſupraſcriptum eſt. Inde procudi poſſet leviſſima mutatione *deſeruerat*, uti eſt apud Quinctil. Declam. CCCXV. *Eodem praelio*, *quo pater fortiter fecit*, *ejusdem filius* deſeruit. & pluribus aliis locis. Sed talia hic non ſunt tentanda; multo minus ex unico Cypr. Popmae libro *caſtris exceſſerat* legendum, cum Praepoſitiones ut geminare, ſic diverſas jungere familiare ſit optimis ſcriptoribus. ut Jug. *cap.* XXV. extr. ab *oppugnatione* de*ſiſtere*. infra c. LV. n. I. in *carcerem* de*ducit.* c. LVII. n. 2. in *agrum Piſtorienſem* ab*ducit*. ubi vide. *Diſceſſerat* autem, non *deceſſerat* cum MSS. omnibus tenemus: etiamſi, quod alibi demonſtratum, nulla in eis differentia fingenda.

TANTA VIS MORBI. Eleganter *vis morbi*, uti Livius III. *Et per ignota corpora late vagata eſt* vis morbi. Juſtin. XXIII. c. II. *reverti eum* vis morbi *coegit*. iterum Liv. XXVIII. *cap.* XXIX. *Inſaniſtis profecto milites: nec* major *in corpus meum* vis morbi, *quam in veſtras mentes* invaſit. Id. XXIX. c. X. & tanta *inceſſerit in ea caſtra* vis morbi. Apulej. Apolog. p. 307. *at tu miſer prudens & ſciens delinquis.* tanta vis morbi *te inſtigat*. Unde vides, quod obſtinatus in peccando animus proprie *morbus* dicatur, qui hos homines invaſerat; & idem Ciceroni eſſe, quod *inſania*, diſcas ex IV. Verr. c. I. pro vitioſa conſuetudine, ſive inſano ſtudio, poſuit Vellej. II. c. LXXXIII. *Plancus non judicio recta legendi*, *ſed* morbo *proditor*. ſaepiſſime cum *pertinacia* conjungitur, *judicio* opponitur: quod ne late probem, otium mihi fecit Doctiſs. Gronovius ad Senec. I. Benef. *cap.* XIV. cui addas Schulting. ad Sen. Controv. VI. p. 112. Nec novum de civium animis; cum etiam de omni rep. *morbum*, *vulnera*, *medicinam* & ſimilia uſurpent. Ariſtophanes in Veſpis:

Χαλεπὸν μὲν καὶ δεινῆς γνώμης, καὶ μείζονος ἢ ἐπὶ τρυγῳδοῖς
Ἰάσασθαι ΝΟΣΟΝ *ἀρχαίαν ἐν τῇ πόλει ἐντετοκυῖαν*

Cic. II. ad Att. epiſt. XX. *Nunc quidem novo quodam* morbo *civitas moritur*. Liv. XXIV. *cap.* II. *unus velut* morbus *invaſerat omnes Italiae civi-*

CAP. XXXVII.

XXXVII'.

1 NEque ſolum illis aliena mens erat, qui conſcii conjurationis; ſed omnino cuncta plebes novarum rerum ſtudio Catilinae incepta pro-

tates, ut plebes ab optimatibus diſſentiret. Apulej. de Hab. Doctr. Plat. p. 26. *Ceteras vero, quae non ad hunc modum forent conſtitutae, non arbitrabatur ſanas civitates, ſed tetras & morbis tumentes Reſpublicas.*

ATQUE UTI TABES. Sic quidem Codd. noſtri MSS. & impreſſi. Sed Gruterus duos, tres Waſſius MSS. memorant, quibus *copula* defuit: editionis Gymnici jam Rivius mentionem fecit, cui itidem deeſt. ex particula *uti* ea olim prognata; ut ex eadem alibi *aut* & *atque* prodierunt. Litteratores autem eo amplexi ſunt, quia *morbus* & *tabes*, utrumque translatum, conjungenda videbantur. Sed id eſt, quod Noſter negligit. Supra *c.* x. extr. *poſt ubi*, contagio *quaſi*, peſtilentia *invaſit*. & Jug. XLI. extr. *&* permixtio *civilis*, *quaſi* diſceſſione *terrae*, *oriri coepit*. ſic iſte locus concipiendus. Praeterea neque Feſtus habet in V. *Tabem*, p. 555. ubi & ex IV. Hiſt. adducit: *qui quidem mos*, uti tabes, *in urbem conjectus.* & ſic quidem permulti loquuntur. vide Heinſium & Drackenborch. ad Silii VII. *v.* 21. Sulpic. Sev. I. H. S. *c.* XXIII. *animos eorum habendi cupido*, veluti tabes, *inceſſit*.

CAP. XXXVII. 1. ALIENA. A Republica. Cicero pro Planc. *Ferre modice populi* voluntates, *allicere* alienas, *retinere partas.* pro R. Dejotaro: *Regem ſemper in ſpeculis fuiſſe, cum a te* animo *eſſet* alieno. adde VII. epiſt. XVII. num. 2.

QUI CONSCII CONJURATIONIS FUERANT. Incert. 2. & Guelf. 3. *erant:* hicque eo amplius *ſocii*, pro *conſcii*. Verbum Subſtantivum fartorum eſt, non Salluſtii: uti *c.* XXXIX. n. 4. *illis, qui victoriam adepti*. Jug. *c.* XLI. n. 5. *reſp. quae* media.

CUNCTA PLEBES. Sic habuit forſan Gu. 5. antequam ſcalpellum pateretur; Sen. 2. *plebis*: ceteri *plebs*. illud veteribus placuit, uti *Grues* pro *Grus*; *Neces* pro *Nex*; *Sepes* pro *Seps*, cetera. Auſon. Taechnopaegn. ſive Idyll. V.

Perjurum Lapitham Junonia ludificat nubs:

ſed uſitate *nubes* dicimus. Ibidem ille, ubi Grammaticos exercet, quaerit:

Bucolico Sepes *dixit Maro*, *cur Cicero* Seps?

Plebes certe Livius perpetuo & Tacitus, item Quinctil. Declam. XIII. *c.* XI. Florus I. *c.* XXV. *ut* plebes *cum patriciis jungeretur*. ſic MSS. ibidem & *cap.* XXVI. Silius VIII. *v.* 271. *Martia plebes.* ubi & Lucanum, Statium, Claudianum, alios praeterea ita protuliſſe, in notis videre poteris: quibus addatur Juvencus I. H. Ev. *v.* 451. Grammatici quidam, ut Priſcian. VI. p. 704. putant quinti Ordinis Nomen eſſe: quod ex male intellectis ſcriptoribus profectum videtur, ut cujus Priſcianus aperte convinci poteſt. is eo loco adducit ex Sall. I. Hiſt. plebei *tribuniciam poteſtatem*, ut doceret *plebes* facere patrio Caſu *plebei*; Sed eſt tertius Caſus, quod ex addito Verbo *reſtituit* in Fragment. ipſe videre poteris. Jam inde male concluderes ad quintam Declinationem; cum omnibus ſit cognitum, veteres EI pro I ſcripſiſſe: uti *queis* pro *quis*; *ſervateis* pro *ſervatis* in numis; *Hei* pro *Hi*. vide omnino Lucillium apud Velium Long. p. 2220. ipſum Priſcian. I. p. 552. 561. Nigidium apud A. Gell. IX. *cap.* ult. Quinctil. I. *c.* V. & habemus apud Varron. IV. L. L. plebei *rura largitur ad aream*. Nam quod Criſpus alibi *Tribunus plebei* dixerit, ibi itidem Dandi caſu poſuit Nomen, qua forma etiam dixit *Imperator Romanis* & ſimilia. Hinc in Cic. III. *c.* XX. quidam libri a diligentiſſimo Car. Langio inſpecti aperte *Tribuni plebi* exhibent, quod qui mutaverunt, rationem addere debuiſſent. & noti ſunt *Triumviri* coloniis *deducendis*; *linteum terſui* cum aliis quorum ſupra jam meminimus ad *cap.* XXXII. n. 1. Quare paullo ſaniorem hac parte exiſtimo Soſipatr. Chariſ. I. p. 26. etſi fere idem fallatur. De cauſſa hujus inclinatus inter Doctores non convenit. Veroſimillima tamen videtur, quod enunciationis gratia *plebes* dixerint pro *plebs*: uti *ancipes* & *praecipes*, pro *anceps*, *praeceps* Chariſ. I. p. 67. Priſcian. VI. p. 725. qui falſae rationi inhaerent; uti *Arabus* pro *Arabs*, Soſipat. I. p. 77. *Polluces* pro *Pollux*, Varro IV. L. L. *Mentis* pro *mens*; *Trabes* pro *Trabs*, Idem VI. eod. *Merces* pro *merx*, Chariſ. I. p. 27. quam cauſſam in aliis etiam Latini ſunt ſecuti: ut in *Alcumena*, *Tecumeſſa*, *Lycinus*, de quibus Salmaſ. ad Pollion. Gallien. *c.* XVI.

NOVARUM RERUM STUDIO. Eccard. addit *accenſa*. Nihil illo opus eſt, cum *ſtudio* jam per ſe denotet *ex ſtudio*, quod vulgo omnibus notum. vide,

probabat. Id adeo more ſuo videbatur facere. Nam ſemper in ci- 2.3.
vitate, quis opes nullae ſunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant; odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent; turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur: quoniam egeſtas fa-

vide *c.* XXIII. num. 3. Plebs autem ut novarum rerum avida paſſim traducitur. vide Jugurth. *c.* LXVI.

2. ID ADEO. In Guelf. I. corrigitur *Id* ab eo *more*. II. *Idque adeo*. Sen. I. *id de more*. Sed multo magis librarii eam particulam corruperunt extremo h. c. Gloſſa Acad. reddit *certe*: quomodo Vet. Schol. Barthii ad Stat. IV. Theb. *v.* 115. etiam interpretatur. Et hanc, vel ſimilem notionem ſuſtinet, quando abſolute ponitur. Saepe pro *quidem* accipere licet. Plaut. Pſeudol. A. IV. Sc. VII. *v.* 3. *ſuum Qui officium facere immemor eſt*, *niſi* adeo *monitus*. Virg. I. Georg. *v.* 24. *Tuque* adeo, *quem mox quae ſint habitura Deorum Concilia incertum eſt*. ibi Servius: *quidam* adeo *abundare putant*, *antiqua figura*. & Donatus ad Terent. Eunuch. A. I. Sc. II. extr. pro *expletiva particula* habet. quo nomine frequentiſſime apud Poetas venit. vide quae Viri docti ad Sil. VIII. *v.* 550. Maxime *id adeo* ſaepe Noſter conjungit, cujus quaedam loca adſcribo ad h. *c.* fin.

MORE SUO. Eximia ſententia Herodian. VI. *c.* VII. *καὶ πάντες μὲν γὰρ ὄχλοι κοῦφοι πρὸς τὰ καινοτομούμενα. ὁ δὲ Ρωμαίων δῆμος ἐν πλήθει μεγίστῳ καὶ ποικίλῳ, συγκλύδων τε ἀνθρώπων, πολὺ καὶ ῥᾴδιον ἔχει τὸ τῆς γνώμης εὐκίνητον.*

3. QUIBUS OPES NULLAE SUNT. Eccard. *qui* & inter lineas additur ſecunda ſyllaba *bus*. Salluſtius ſcripſit: *quis opes nullae ſunt*. qua terminatione cum ſaepiſſime utatur in Jugurtha, miror, cur in hoc ſcripto vix ſemel atque iterum librarii & correctores ſervaverint. Vide ad Jug. *c.* LXXX. n. 5. de Ellipſi Pronominis *illi* infra ad *c.* LIV. n. 5.

BONIS INVIDENT. *Bonos* dicit ditiores, & honore atque opibus fortunatos, de quo monui ad *c.* XXXIII. num. 3. Plautus Capt. A. III. Sc. IV. *v.* 51.

> *Eſt* miſerorum, *ut malevolentes ſint*, *atque invideant* bonis.

Idem aliis verbis C. Nepos Chabr. *c.* III. *Non animo aequo* pauperes *alienam opulentium intuentur fortunam*. Hinc *invidiam* pauperioribus veluti propriam adſcribunt Quinctil. XI. *c.* I. Ariſtotel. II. Rhet. *c.* XI.

VETERA ODERE, NOVA EXOPTANT. Meliora ſibi in mutationibus ſemper ſperantes, ut Stat. I. Theb. *v.* 170. *Et* (*qui mos populis*) *venturus amatur*. Sulpic. Sever. I. H. S. *c.* XXXII. *more vulgi*, *cui praeſentia faſtidio*, *inſueta deſiderio ſunt*. Non minus eleganter talia expreſſit Herodian. II. *c.* III. num. 19. VII. *c.* III. num. I. Eſt & ſua venus Jacobo I. Brit. Reg. de jure lib. Mon. p. 191. *Cavenda autem omnis ſubita mutatio in libera rep. quae hominibus* ſordidis *&* nudis *ſpem facit*, *ut* alienis *ſe veſtiant plumis*. Baſil. 3. *vetera odire*.

ODIO SUARUM RERUM. Quae adflictae ſunt, prae quibus aliae quaecumque placent ex mutatione *omnium* ſperandae. Tacit. III. Ann. *c.* XLIV. *Multi* odio *praeſentium*, *&* cupidine *mutationis ſuis quoque periculis laetabantur*. lege Thucyd. III. *c.* LXXXIV.

MUTARI OMNIA STUDENT. Cupiunt, Gloſſae MSS. *deſiderant*. quemadmodum Tacitus *odium* & *cupidinem* oppoſuit, & Noſter *c.* LI. n. 4. *ſtudere* & *odiſſe*. Livius I. *c.* LVII. *Rex Romanus tum ipſe* ditari, *tum praeda* delinire *popularium animos* ſtudebat.

TURBA ATQUE SEDITIONIBUS. Sidonius V. epiſt. VII. *Spes firmas in rerum* motibus *habent*, dubia *tempora certius amant*. Tacit. I. Hiſtor. *cap.* XXI. *Othoni* compoſitis *rebus nulla ſpes*, *omne* in turbido *conſilium*. rationem ille reddit IV. Hiſt. *c.* I. *In turbas & diſcordias peſſimo cuique maxima vis; pax & quies bonis artibus indigent*. Baſil. 2. *turbatione atque ſeditionibus*.

SINE CURA. Cura rerum ſuarum; quippe quae nullae ſunt. Sic Jug. *c.* LXXXVI. *egentiſſimus quiſque opportuniſſimus; cui neque ſua* curae, *quippe quae nulla ſunt*, *& omnia cum pretio honeſta videntur*. Senec. Epiſt. XVII. *Paupertas expedita eſt*, ſecura *eſt*, & quae ſequuntur. *Curam* proprie de cura & ſollicitudine habendi & parta retinendi dicunt. Horat. II. Epiſt. II. *v.* 182.

> *Gemmas*, *marmor*, *ebur*, *Argentum* &c.
> *Sunt qui non habeant*, *ſunt qui non* curant *habere*.

Cicero XII. ep. XIV. *magna* cura *&* ſollicitudine *me & Atticum liberaveris*. Idem aliquoties: *jubet nos eſſe ſine cura*. Quare fallitur Donatus ad Terent. Phorm. A. III. Sc. IV. *v.* I. Cura *eſt in ſpe bonorum;* ſollicitudo *in metu malorum;* cum videas *curam* etiam de iſtius modi ſollicitudine dici.

ALUNTUR. Inde commoda trahunt. Eadem Metaphora Cicer. pro Sext. *c.* XXXVI. *Qui ab*

Digitized by Google

facile habetur ſine damno. Sed urbana plebes, ea vero praeceps ierat

illo peſtifero ac perdito cive jampridem reip. ſanguine ſaginantur. *c.* XLVII. *diſcordiis civium ac ſeditione* paſcuntur. pro Milone *c.* III. *quos P. Clodii furor rapinis & incendiis, & omnibus exitiis publicis* pavit. adde II. Offic. *c.* XI. Lamprid. Elagab. *c.* X. *infami rumigeratione* paſcuntur. Liv. XXXIII. *c.* XLVII. *illi, quos* paverat *per aliquos annos publicus peculatus.* Noſter ſupra *c.* XIV. n. 2. *quos manus aut lingua perjurio, aut ſanguine civili* alebat.

EGESTAS FACILE HABETUR SINE DAMNO. Nemo haeſitavit in hoc loco, praeter Glareanum, virum maxime ingenuum; qui putavit haec ita intelligenda eſſe, ac ſi foret *facile habetur, & ſine damno.* Reprehenſus propterea ab Jano Douſa Praecidan. Petron. Libr. II. *c.* XII. p. 40. amplexus eſt, ut videtur, alienam hoc loco ſignificationem Adverbii *facile*, quod pro *tuto* ponitur apud Caeſar. III. Gall. *c.* XXIII. & alibi: praeterea inſolens illi fuit *facile* & *ſine damno* utrumque ab uno verbo pendere. Sed ſic Noſter *c.* XXVI. num. I. *facile ſe ex voluntate Antonio uſurum.* Liv. XLII. *c.* LIX. *cum ingenti* difficultate *parvis* itineribus, aegre *Gomphos pervenit.* & *facile* in ejuſmodi poſitu denotat, quod eſt *facile factu, demonſtratu*, ſive, ut Donatus ad Ter. Andr. A. IV. Sc. III. *v.* 5. *liquido, manifeſto, certo.* Cicer. II. Offic. *cap.* XIX. *qui omnes ſuperiores* ſcientia facile *viciſſet.* Deinde *habetur ſine damno* idem eſt, quod *eſt ſine damno.* h. e. egenus quilibet eſſe poteſt, ſine metu damni. Sic *c.* I. n. 4. *virtus clara aeternaque* habetur. Lamprid. Severo *c.* LIX. *Verum Gallicanae mentes, ut* ſeſe habent *durae ac retorridae, & ſaepe imperatoribus graves, ſeveritatem hominis nimiam non tulerunt.* Noſter Jug. *c.* LXXXIX. num. 4. *ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fideliſſimi* habebantur. In Sententia argutiſſima certare cum Salluſtio voluit Petronius Satyr. *cap.* CXIX.

- - inops audacia tuta eſt.

Similiter Henricus Septimellenſ. III. de diverſ. fort. & conſ. Phil. *v.* 176.

Paupertate nihil tutius eſſe poteſt

qui in hanc rem ibi plurima. Lactant. de mort. Perſec. *c.* XXIII. *Mendici ſupererant ſoli, quos ab omni genere injuriae* tutos *miſeria & infelicitas fecerat.*

4. URBANA PLEBES. Opponitur *plebi ruſticae.* & erant homines plerique egentes, rebus domeſticis impediti, aut tamen otioſi, qui aſſidue in foro verſabantur, ſuffragia ſua vendebant, hiſque & aliis talibus artibus ſeſe alebant, aut in turbis libidinem habebant. vide Livium IX. circa fin. cum adnotatis Godelevaei, & Sigon. II. de jur. civ. Rom. *c.* XIII. Ciceroni paſſim perſtringitur, ut I. ad Att. ep. XVI. concionalis *hirudo aerarii, miſera ac jejuna* plebecula. VII. ep. III. *omnis illa* urbana *ac perdita plebs.* Plaut. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 165.

Urbani aſſidui *cives, quos ſcurras vocant.*

Idem Curcul. A. IV. Sc. I. *v.* 15. in foro medio propter Canalem ponit *oſtentatores, confidentes, garruloſque.* Confer Gronov. IV. de Pec. Vet. *cap.* IX.

EA VERO. Significanter ponit EA cum jam dixiſſet *Plebes*, ut eo magis indicaret, quae maxime ierit praeceps. Sic Cicer. VII. epiſt. IX. num. 4. *Cn. Octavius an Cn. Cornelius*, is *me crebro invitat.* epiſt. XXVI. num. 5. *Lex ſumtuaria* -- ea *mihi fraudi fuit.* ubi Manutius Varron. III. R. R. *c.* I. laudat: *Thebae, quae ante cataclyſmum Ogygi conditae dicuntur*, eae *tamen circiter duo millia annorum & centum ſunt.* Liv. I. *c.* LVIII. Cultrum, *quem ſub veſte abditum habebat*, eum *in corde defigit.* adde quae Gronov. ad XXV. *c.* XXVIII. congeſſit, & filius Jacobus ad Gellii XI. *c.* I. Apulej. Apolog. p. 278. Belua *immanis Crocodilus ille, qui in Nilo gignitur*, ea *quoque purgandos ſibi dentes praebet.* & mox: *apud nos vero Aedituus, & Porcius, & Catullus*, iſti *quoque cum innumeris.* vides hic propter particulam *quoque* poſitum Pronomen: uti apud Noſtrum propter *vero*, & apud Lucret. V. *v.* 924. *illud* propter voces *in arvis.* quamquam & ipſum per ſe ſuam vim habeat. unde male in Vinar. I. *vero* deſideratur. VERO ita exponit Gloſſa Academici: *Dixit cuncta plebs probabat incepta Catilinae, ſed urbana* magis: & ſimilem ex alio Codice habes ad *c.* LXI. num. I. Noſtrates fere ſimiliter *erſt recht* uſurpant, quando iſtud *vero* vel *magis* exprimunt. *c.* LVIII. *nam arma ab hoſtibus avertere, ea* vero *dementia eſt.* & ſic aliquoties.

PRAECEPS IERAT. Sic quidem Incert. I. ſed ceteri omnes, ut Gruteriani, *erat.* neutrum in Guelf. 6. & 7. viſitur. Placet quod expreſſimus, quod eleganter denotat perditas eorum hominum cupiditates, ut ſupra *c.* XXVI. num. 4. *luxuria atque inopia* praeceps abierat. ubi vide. Cicer. in Vatin. *c.* XVI. *qui te ſuae dignitatis augendae cauſſa, periculo tuo, nullo ſuo delicto*, ferri praecipitem *facile eſt paſſus:* cum nota Paſſeratii. adde Gronov. ad Livium II. *cap.* XXVII. qui tamen minus recte interpretatur.

MUL-

Digitized by Google

ierat multis de cauſſis. Primum omnium, qui ubique probro atque petulantia maxume praeſtabant; item alii per dedecora patrimo-

MULTIS DE CAUSSIS. Guelferbytani, exceptis 7. 8. & 11. Baſileenſes, Remenſes, ceterique quos conſuluimus omnes (ſed & Incert. 1. eximendus eſt) *de multis cauſſis*; & eo amplius Fabric. 2. *ex multis cauſſis*. Sed *de* pro *ex*, hoc eſt, *propter* ſaepiſſime poni, vel vulgata illa *de more*, *quibus de cauſſis* & ſimilia argumento ſunt. quamobrem nec de ordine in Noſtro, uti traditus nobis eſt, quidquam immutatum volumus. Sic Jug. *c.* LXXIX. n. 4. *quo* in *loco*. Livius XXV. *c.* I. *minores* per *magiſtratus*. Id. XXXII. *c.* XXXVIII. *Tumultum* inter *primum*. Cic. IV. epiſt. X. extr. *quod* ad *tempus te exſpectemus*. Id. de Senect. *c.* VII. *quod* propter *ſtudium*. Lucret. V. *v.* 703. *Qui faciant ſolem certa* de *ſurgere* parte. pro *de certa parte*. Caeſ. VI. Gall. princ. *multis* de *cauſſis Caeſar majorem Galliae motum exſpectans*.

5. PRIMUM OMNIUM. *Omnium* additur ad praeſtantiam ejus cauſſae. Saepiſſime Livius, ut II. *c.* I. Omnium primum *populum jurejurando adegit*, *neminem Romae paſſuros regnare*. *Deinde* &c. *c.* II. *ibi* omnium primum *jusjurandum populi recitat*. Saepe etiam Plautus. Cicer. IV. Verr. *c.* XI. primum omnium *opera danda eſt* &c. Lamprid. Diadum. *c.* VIII. *Nam* primum omnium *jam exulcerati ſuſpicionibus te amare non poſſunt*. Zeno Serm. LXIII. *Unde* primo omnium *definiendum puto*, *quid ſit circumciſio*.

PROBRO ATQUE PETULANTIA M. PRAESTABANT. Incert. 2. Remenſ. 1. Guelf. 4. & 8. *petulantiae*. Videntur illi *probro* tertium Caſum putaſſe. Sed *praeſtare cantu*, *virtute* & ſimilia nemini nova ſunt: Cicero: *qui*, qua re *homines beſtiis praeſtent*, ea in re *hominibus ipſis antecellat*. Praeterea Gruterus meliores Codd. habere teſtatur *praeſtabat*. ex noſtris hoc amplectuntur Incert. 1. & Guelf. 1. Ille non ſpernit; alius quis etiam laudaverit. nam librarios excipiens Numerus plurium *alii*, *omnes* induxiſſet potius ad aequandum omnia. Sed Noſter in iſta negligentia gloriam quaerit, ut monui ad *c.* XXIII. extr. & XXI. n. 1. & valde ſimilis eſt locus *c.* XIV. n. 2. quicumque *impudicus*, *adulter*-laceraverat *bona patria*, quique *alienum aes grande* conflaverat; *praeterea* omnes undique *parricidae*-*ad hoc* quos *manus aut lingua perjurio aut ſanguine c. alebat*; *poſtremo* omnes &c. Accedit, quod *qui* cum Singulari verbo, magis ad omnes & *ſingulos* flagitioſos ſpectet, ut alibi *alius alio more viventes*, non *alii*, *c.* VI. n. 2.

ALII PER DED. PATRIMONIIS AMISSIS. Repete Verbum: *Romam confluxerant*. h. e. Alii, poſtquam patrimonia ſua amiſerant &c. & agnoſce artificium Salluſtii, quam varie verbis expreſſerit, quae vocant, Subjecta: cum obſcurior auctor potius ſcripſiſſet: qui probro & petulantia *praeſtabant*, item qui patrimonia *amiſerant*, quique patria ob flagitia expulſi *erant*. In iſta autem varietate cum magna pars nitoris linguae Latinae ſita ſit, plerique tamen hodie ſordes & faeces amplius laudant, quam ejuſmodi elegantias. Neque adeo mirum, locum ab librariis & correctoribus miſere habitum eſſe. nam Incert. 2. Heuſſ. Remenſ. 2. Vinarienſes, Fabriciani, Senatorii, Guelf. 1. 2. 3. 4. 6. 10. 12. & ed. vet. Pronomen *qui* immiſerunt: *item alii*, qui *per ded.* Alii etiam verba addunt, ut Guelf. 9. *qui per dedecora vivebant*; & 11. cum Struv. *qui erant expulſi per dedecora*; Vinar. 2. & edit. vet. *qui p. d. patr. am. pauperes*: juniores Venetae: *qui p. d. p. a. vagabantur*. quibus ſua commenta placere jubemus. Adſuit exemplum *c.* XXII. n. 1. & 3. *Fuere*, qui *dicerent*-*atque eo* dictitare *feciſſe*. ubi vide. & aliud *c.* XVI. num. 2. ubi ſimul Zeugma huic non abſimile. Simillimum autem illud Frontini de Aquaed. *c.* III. *Nomina primum aquarum* ponam; *tum per quos quaeque earum*, & *quibus Conſulibus*, & *quoto poſt V. C. anno perducta ſit*; *deinde* quibus *ex locis*, & *a quoto milliario coepiſſet*; quantum *ſubterraneo rivo*, quantum *ſubſtructione*, quantum *opere arcuato*; *poſtea* altitudinem *cujuſque*, *modulorumque rationem* & *ab illis erogationes*; quantum *intra urbem unicuique Regioni pro ſuo modo unaquaeque aquarum* ſerviat. Vides ut iſtae voces: *quantum ſubterraneo rivo* &c. ſuſpenſa ſint a verbo *ſerviat*: & ut cetera etiam diverſimode regantur a communi verbo *ponam*. adde infra *c.* XLVIII. num. 5. Nam *qui* & *alii* ita jungit Noſter *c.* XIX. num. 3. *Sunt*, qui *ita dicunt*-alii *autem* &c. Addo denique Jug. *c.* LXXXII. n. 3. *quam rem alii in* ſuperbiam *vertebant*; *alii bonum ingenium* contumelia accenſum; *multi* quod *jam parta victoria ex manibus* eriperetur. Confer infra *c.* LIII. num. 3. Sed librarios maxime abſtraxit, quod ſequitur, Pronomen *ii*, ut huic membro non ſatis aptum, de quo vide *c.* XL. n. 1.

POSTREMO OMNES, QUOS FLAG. *Omnes* tribus I. Waſſii libris abſuit. eleganter, ut is quidem judicat; in cujus ſententiam diſcedo, etſi mei omnes ſileant.

FLA-

moniis amiſſis; poſtremo omnes, quos flagitium aut facinus domo ex-
6 pulerat, ii Romam, ſicuti in ſentinam, confluxerant. Deinde multi memores Sullanae victoriae, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita divites, uti regio victu atque cultu aetatem agerent, ſibi quiſque, ſi in armis forent, ex victoria talia ſperabant. Prae-

FLAGITIUM AUT FACINUS D. EXPULERAT. Proprie diceres: propter flagitium, propter facinus patria pulſi erant, aut ipſi exceſſerant. Sic Florus I. *c.* III. num. 5. *Sed abſtulit* virtus *parricidam*. h. e. ob ſingularem virtutem ereptus eſt & liberatus poena parricidii. Liv. II. *c.* XXV. *Cum Volſcos inde etiam* pavor *expuliſſet*. Auſonius Profeſs. XXIV.

Crimine adulterii quem ſaucia fama *fugavit*.

h. e. ob malam adulterii famam fugiens. Talia ubivis obvia, quantum ſaepe rectae interpretationi addant, illuſtri exemplo alibi docui. Apud Noſtrum ſimilia occurrent Jug. *c.* V. n. 2. *c.* XV. n. 5. *c.* LXV. n. 4. Mox Vinar. I. *hi omnes ſicut in* cet.

SICUTI IN SENTINAM, CONFLUXERANT. Academ. Baſil. 2. Struv. Incert. 2. Vinar. 2. Guelf. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *ſicuti* aqua *in ſentinam*. Sed tale additamentum apud Criſpum in Metaphoris nuſquam reperias, qui *contagio quaſi*, *veluti tabes*, cetera conciſe proferre ſolet. & ne quidem Egeſippus agnoſcit IV. de Exc. *c.* VI. *qui ex diverſis regionibus principes flagitiorum, eo, quaſi* in ſentinam, *confluxerant*. neque Apulej. IX. Metam. p. 223. *Nec enim vel unum vitium nequiſſimae illi feminae deerat; ſed omnia prorſus*, ut in quandam coenoſam latrinam, *in ejus animum flagitia confluxerant*. Cicero etiam, ſine addito *quaſi*, dicit *ſentinam reip.* I. ad Attic. ep. XIX. alibi, de quo vide Quinctil. VIII. *c.* VI. & de iſta ſententia, quod Romam ex toto orbe terrarum peſſimi quique confluxerint, Seneca ad Helv. *c.* VI. Tacit. XV. Ann. *c.* XLIV. quos jam Rupertus citavit. *Sentinam* ita interpretantur Gloſſae MSS. Sentinam *vocant aquam foetidam, quae per rimas tabularum ſolet paullatim influere in navim: quae, ut reor, idcirco appellatur ſentina, quia non videtur a nautis, ſed odore ſentitur foetor ejus, qui eſt unus ex quinque ſenſibus*. eadem in etymologia tradunt Valla, Omnibonus, Perottus. Rectius dictam ſtatuas, quaſi *Santinam*, uti *Sanates* ab *Antes*, ſive loco inferiori.

6. QUOD EX GREGARIIS. Guelf. 4. & 6. item Incert. 2. Baſil. 2. qui *ex gregariis:* ex Remenſ. notat Gudius *quia* pro quod, niſi error ſubeſt. Haec infra *c.* XL. num. 5. L. num. 4. Jug. *c.* LXXVIII. num. 4. & aliis locis in MSS. confunduntur. Hic vero praefero *quod*, ab imperitis eo immutatum, ut captui eorum reſponderet: & ne videretur particula cauſſalis ad ea *memores victoriae Sullanae*, pertinere. Sed omnino eo pertinet, verum non ut cauſſa, (quae ad poſteriora ſpectat, & pro more praeponitur vide *c.* XVII. extr.) ſed ut interpretatio: ſicuti *c.* XXXV. num. 3. *Injuriis contumeliiſque concitatus*, quod *fructu laboris induſtriaeque meae privatus ſtatum dignitatis non obtinebam, publicam miſerorum cauſſam ſuſcepi*. ibi vide. Sic & hoc loco exponit, quid maxime ſpectaverint, cum meminiſſent victoriae Sullanae. Sic *c.* XLIX. num. 3. *Catulus ex petitione Pontificatus* odio incenſus, quod *extrema aetate ab adoleſcentulo Caeſare victus diſceſſerat*. Et ex his quidem patet, quid proprie Pronomen *Quod* ſignificet, quando pro Conjunctione ponitur; & quam cum illo intelligendum ſit Verbum Subſtantivum *eſt*, *erat*, *fuerunt:* cujus Tempus plerumque verbum aliud in oratione adhibitum, veluti in compenſationem abſentiae, ſervat.

ITA DIVITES. L. Luſcius, centurio Sullanus, e victoria ita dives factus eſt, ut poſſideret amplius HS. centies, Aſcon. ad Or. in Tog. Cand. Et haec eſt Sullani temporis *meſſis*, cujus meminit Cic. Parad. II. *c.* VI. Neque enim prius finis jugulandi fuit, quam Sulla omnes ſuos divitiis explevit, inquit Caeſar infra *c.* LI. n. 34.

REGIO VICTU ATQUE CULTU. Quatuor e noſtris inverſo poſitu *cultu atque victu*. Noſter alibi *cultu* dixiſſe ſatis habet, ut Jugurth. *c.* V. extr. Cicero tamen & alii haud raro conjungunt. Primo enim utrumque habebat, quod ſignificaret: alterum quae cibo, alterum quae veſtitui propria ſunt. Deinde alterum comprehendere alterum coepit, vide Donat. ad Terent. Andr. Act. I. Scen. I. *verſ.* 46. & leg. 43. 44. de V. S. quod accidiſſe etiam voci *cibus*, ad Jugurth. *cap.* LXXXIX. extr. notabimus.

AETATEM AGERENT. Sic omnes noſtri, praeter Baſil. 3. nec dubium, *vitam* eſſe de Gloſſa. *c.* LI. n. 12. *qui in excelſo* aetatem agunt. ſupra *c.* IV. num. 2. Jug. *c.* II. num. 4. *per luxum atque ignaviam* aetatem agunt. Noſtrates ſimiliter *Le-*

Praeterea juventus, quae in agris, manuum mercede, inopiam to- 7
leraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori praetulerant. eos atque alios omnes malum publicum

Leben & *Lebens-Zeit zubringen* dicere ſolent. & Salluſtius alibi: *adoleſcentiam, ſenectute agere.* pro *aetatem* ſimiliter librarii *vitam* dederunt infra *c.* LVIII. n. 14.

SI IN ARMIS FORET, EX VICTORIA. Olim edebatur: *ſi victoria in armis foret*, quod ſcripti & vett. edd. omnes damnant. Sed Incert. 2. Guelf. 8. & poſt raſuram etiam 6. *ſi in armis foret, victoria talia ſp.* unde iſta inepta lectio promanavit. Fabric. 2. *ſi in a. f. ſperabat talia ex victoria*. Unde forte voces *ex victoria* ſtatui ſuo periculum metuere queant. *in armis eſſe* eleganter pro eo, quod eſſet *armatum*, uti *c.* LI. n. 19. *cum tanta praeſidia* ſint in armis. Florus I. *c.* I. *Juventus diviſa per tribus* in equis & armis *ad ſubita belli excubaret*. Silius II. *v.* 132.

Exclamat paribus *frater vicinus* in armis.

vide hic Drackenborchium, ibi Duckerum VV. CC. Collegas in Academia Trajectina; unde diſces dudum hoc Salmaſio, Gronovio, Heinſio, Graevio obſervatum eſſe. Sed non modo *in armis, in haſta, in toga, in Tyriis eſſe* huc advocare licet; verum etiam Cic. I. Offic. *c.* VIII. *Qui non defendit, tam* eſt in vitio, *quam ſi parentes, aut amicos aut patriam deſerat*. Vatin. Cic. V. epiſt. IX. num. I. *Non puto repudiabis* in honore, *quem* in periculo *recepiſti*. Tacit. XIV. Ann. *c.* XXXII. *Et feminae* in furore *turbatae adeſſe exitium canebant.* ubi ſimul Jac. Gron. conſulendus. Auſon. Epigr. LXXIV. -- *Videt*

Pallentem & multa mortis in effigie

Noſtrum Jug. *c.* XXV. n. 5. *quod* in invidia *res erat*. Hujuſmodi Periphraſin per *Cum, Sine, Ex, De* non minus frequenter inſtituiſſe, alibi notatum eſt. Hic nunc conſiderandum erit, quod voluerint librarii Incert. I. & Guelf. 10. qui *forent*, non *foret* ſcripſere: & 10. quidem, ille etiam *ſperabant*. Dicas eos reſpexiſſe ad ſuperiora *Multi*; ſed & de reliquis diceres, eos propter *quisque* maluiſſe *foret* & *ſperabat*. Illi peccant; hos peccare potuiſſe conſtat: & *quisque* modo additur, nihil omnino ceterae Conſtructionis immutare debet. Livius II. *c.* XXII. Pergunt *domos eorum, apud quem* quisque ſervierant'. & eo nomine tulerunt tot editores Jug. *c.* XVIII. num. 3. *multis ſibi* quisque *imperium petentibus*: tulerunt alia apud alios. Jam Ciceronem audio I. Offic. *c.* XLI. *Ut enim* piſtores, & ii, *qui ſigna fabricantur, & vero etiam* poetae, *ſuum* quisque *opus a vulgo conſiderari* vult. & quae huic ſimilia proferri queunt aliquot loca. Verum enim vero id demum juvat, ſi cum cura perpendas vocem *quisque* ſua vi notare *quis & quis.* inde per ſe ſingularem numerum ferre nequit. Si autem ille deſideratur, ipſa illa voce vulgari conſuetudine jam indicatur. Quamobrem ubi de *multis* ſermo, Verba illa quae τῷ *quisque*, abſque eo ſi foret, ſingulari numero adhaerere potuiſſent, neceſſario plurium numero proferenda videntur. Hanc conſuetudinem, cum aliis multis, tenuit Criſpus, quod ad *cap.* XLII. extr. exemplis probatur. igitur & hoc loco ex duobus MSS. ita reſcripſi. Liv. II. *cap.* XII. ceteri, *ut* cuique *ceciderit* (fors) *primo, ſuo* quisque *tempore* aderunt.

7. MANUUM MERCEDE. De *plebe ruſtica* nunc dicere incipit, cui alias *exoptatiſſimum fuit otium: nec umquam, dummodo otioſa eſſet, regnum recuſavit*, Cic. VII. ad Attic. ep. VII. Sed tunc omnino *cuncta plebs* praeceps abierat: & haec quidem qua de cauſſa, mox demonſtratur. Guelf. 8. ſcripſit *manuum mercedem*; at in 5. fuit tantummodo *merce*, ſed *de* inter lineas additur. nec abit Vinar. I. qui *merce* pure exhibet. *Manuum mercedem* vocat *laboris pretium* atque *fructum*, uti Tertullian. de Idololatr. *c.* V. *Eumdem praecepiſſe dicunt, ſecundum ſuum exemplum, ut* manibus *unusquisque* operetur *ad victum. Si hoc praeceptum ab omnibus manibus defenditur, credo & fures, & aleatores manibus ſuis vivere, & ipſos latrones manibus agere, quo vivant*. Sic Jug. *c.* LXXIII. n. 4. *res fidesque in* manibus *ſitae* dicuntur. & notum omnibus *manus pretium*, quod pro opera artificis datur.

INOPIAM TOLERAVERAT. Pertulerat, inopiae ſatisfecerat. Sic *c.* XXIV. n. 3. *ingentis* ſumtus *ſtupro corporis* toleraverant. Tacit. XI. Ann. *c.* VII. *multos militia, quosdam colendo agros* tolerare vitam. Plaut. Trinum. Act. II. Sc. II. *v.* 57. tolerare egeſtatem *ejus volo*. & ſic ibid. *v.* 77. & 90. Auſon. Grat. Act. *aliorum* egeſtatem tolerare *ſumtu.* Vellej. II. *c.* XIX. *inopemque* vitam *in tugurio ruinarum Carthaginienſium* toleravit. Liv. XXVI. *c.* XL. *per latrocinia ac rapinam* tolerantes vitam. Rurſus Plaut. Rud. A. IV. Sc. II. *v.* 12. *Tempeſtate ſaeva experiri expertivi*. Paupertatem *heri qui & meam ſententiam* tolerarem. In Vinar. I. *toleraverant* fuiſse, ex litura ſuſpicor.

Digitized by Google

8 blicum alebat. Quo minus mirandum, homines egentis, malis mo-
9 ribus, maxuma ſpe, reipublicae juxta ac ſibi conſuluiſſe. Praeterea quorum, victoria Sullae, parentes proſcripti, bona erepta, jus

PRIVATIS A. P. LARGITIONIBUS EXCITA. Fabric. 2. Acad. Guelf. 9. & 10. *excitata*. quae varietas adſuit *c.* XV. n. 3. *mentem* excitam *vaſtabat.* & recurret Jug. *c.* LXXII. extr. *Excita* eſt ſollicitata, priſtino ſuo ſtatu extracta. Curt. III. *c.* II. n. 12. *Hic tanti apparatus exercitus, haec tot gentium & totius Orientis* excita *ſedibus ſuis moles*. Tacit. II. Hiſt. *c.* XCVII. *Auxilia e Germania Britanniaque & Hiſpaniis* excivit. Vellej. II. *c.* LXI. *primum a Calatia, mox a Caſilino veteranos* excivit *paternos*. ubi lege notas. Sic *ſopore excire* Lucret. IV. *v.* 40. ut Noſter *ſomno*. Hic vero & *exercitus*, pro *exercitatus*, maluit Jug. *c.* LXXI. uti eſt id edd. & MSS. pluribus; item *tutus* pro *tutatus*, & *claudere*, *cernere*, *habere* pro ſuis Iterativis. *Ciere* autem verbum, & inde Compoſita fuit frequentatiſſimum veteribus.

URBANUM OTIUM. Quales illi apud Livium IV. *Coepere a fame mala, ſeu adverſus annus frugibus fuit, ſeu,* dulcedine *concionum &* urbis, *deſerto agrorum cultu*. & de his ipſis Cicer. II. Cat. *c.* IX. *Qui etiam nonnullos* agreſtes, *homines tenues atque* egentes, *in eamdem illam* ſpem rapinarum veterum *impulerunt*. Ariſtoteles II. Polit. *c.* V. Οὐ *μόνον δ᾽ οἱ ἄνθρωποι διὰ τ᾽ ἀναγκαῖα ἀδικοῦσιν — ἀλλὰ καὶ ὅπως χαίρωσι, καὶ μὴ ἐπιθυμῶσιν*, cetera.

INGRATO LABORI PRAETULERAT. Odioſo, moleſto labori & non tam grato, quam otium. Curt. VIII. *c.* I. num. 27. *Haec & his ſimilia laeti audiere juvenes:* ingrata *ſenioribus erant*. Liv. VI. *c.* XX. *ut ſciant homines, quae & quanta decora foeda cupiditas regni non* ingrata *ſolum, ſed inviſa etiam reddiderit*. Virg. III. Georg. *v.* 97.

Frigidus in Venerem ſenior, fruſtraque laborem
Ingratum *trahit*.

quae mihi ineptia cujusdam interpretis hic expreſſit, & haeſitatio Remenſ. 2. qui *ingrata*. Non vero inepta eſt priſtina ſcriptura Guelf. 3. *praetulerant*, etſi ea ab alia manu ſit corrupta. Sic ſupra *c.* XVI. num. I. *juventutem ex illis*. *c.* XXIII. extr. *Nobilitas credebant*. infra *cap.* XLVIII. num. 4. *pars exiſtimabant*. Neque adjectum *excita* morari debet: non magis, quam in loco medio *Nobilitas* aeſtuabat - *credebant*; aut apud Liv. XXXVI. *c.* XVI. *Aetolorum manus* utraque *ſeſe* incluſerunt. ubi inter plura Livii Gronovius & illud laudat XXXI. *c.* XLII. *Jam enim & quae per agros* multitudo ſparſa *fuerat*, receperant *ſe in caſtra*. adde Jug. *cap.* XXVIII. num. 2. Igitur quod olim, Salluſtii conſuetudine inductus, conjectura adſecutus eram, id nunc ex MS. recipere licebit.

MALUM PUBLICUM ALEBAT. Scripti aliquot ordine mutato *publicum malum*. Intelligit damna reip. ex turbis & Conjuratione. Sic *cap.* LI. n. 32. *qui* malo reip. *creverant*. Varro & Livius II. *c.* I. *peſſimum publicum*. Contra *cap.* ſequente, Jug. *c.* XXV. & alibi ſaepiſſime *bonum publicum:* pro quo Tacitus & Sulpic. Severus II. *c.* LI. *egregium publicum.* lege Fabri Semeſtr. X. *c.* XII. & Clapmar. de Arcan. Rerump. I. *c.* V.

8. QUO MINUS MIRANDUM EST. Gloſſae MSS. *ideo non mirandum*. recte, ut *c.* I. n. 3. diximus. *eſt* non apparet in Guelf. 8. & 9. hic etiam *mirando*. De hoc nihil dico; illud probo ex more Auctoris, quem ſecutus eſt praeterea Cod. Arondelianus.

EGENTIS, MALIS MORIBUS. Guelf. 10. *in malis moribus*. quod alio loco ferri poſſet, non hoc. *malis moribus* & *maxuma ſpe* junguntur cum Nomine *Homines*, quaſi non minus Adjectiva, ac *egentes*. Simplex ſcilicet, & Circumſcripta; de qua re plura adſcripſi ſupra *cap.* XVII. n. 4.

REIP. JUXTA AC SIBI CONSULUISSE. *Juxta ac* omiſit Guelf. 6. At Incert. 2. *reip. ac ſibi juxta conſuluiſſe*. quem poſitum Salluſtii eſſe exiſtimo, ut *c.* II. n. 8. *eorum vitam mortemque* juxta *aeſtumo*; ubi plura vide, ex quibus & de ordine & de ſenſu conſtabit. hic nempe eſt *pariter male* reip. ac ſibi conſuluiſſe. Vinar. 2. *conſiluiſſe*. *Conſulere* autem dicunt per Metalepſin ſaepe ea facere conſulto conſilio, quae huc vel illuc tendant, quem terminum tertius Caſus exprimit. Sic habes Jug. *cap.* LXII. num. I. & alibi. Hic proprie *conſilia capere* ſibi ac reip. juxta utilia. h. e. pariter noxia & damnoſa. Sic *c.* LI. num. 7. *neu magis* irae *veſtrae, quam* famae *conſulatis*. Seneca III. Benef. *c.* XXIII. *tempus eſt memet* mihi *conſulere*. Cic. VII. epiſt. XII. n. 3. *Conſuli quidem te a Caeſare ſcribis; ſed ego* tibi *ab illo* conſuli *mallem*.

9. PRAETEREA. Repetit *Praeterea*, quod modo n. 7. adhibuerat. nec id ſine exemplo eſſe, docui ad *c.* XXI. n. 3. Guelf. 4. *praeterea illi*, *quorum*, uti n. 5. Sed ſi tam facile *Praeterea* exilio mulctare, quam *illi* poſſemus, Criſpus forte haberet, de quo ſibi gratularetur. Nam, ſi quid

jus libertatis imminutum erat, haud ſane alio animo belli eventum exſpe-

ſi quid video, multum connexioni hoc loco obficit.

Quorum, victoria Sullae, parentes. Incert. 1. *quorum parentes proſcripti victoria Sullae;* ſcilicet ne ſepararentur *quorum parentes*. at ſupra *c.* xxix. n. 2. *ne* quid *reſp.* detrimenti *caperet*. ubi vide. Sidon. ii. epiſt. xiii. Ore *ſe ex* ejus *frequenter audiviſſe*. & hic quidem Numerus exigebat, ut *quorum* praeponeretur, ad quam vocem *bona*, *jus libertatis* itidem ut *parentes* pertinebant.

Bona erepta. Ipſi enim proſcriptorum liberi omnibus bonis ſpoliabantur, quae alii Sullani invadebant, item contumelia notati ab omnibus honoribus excludebantur: quamobrem omnes occaſiones ſeſe reſtituendi in priſtinum locum ſedulo captabant. vide 1. Hiſtor. Or. Lepidi contra Sullam. Plutarch. in Sulla. Senec. ii. de Ira *c.* xxxiv. Dion. Halic. viii. Vellej. ii. *cap.* xxviii. Inde Cic. pro Murena *c.* xxiv. *Catilinae ſociis* adnumerat *homines Sullani temporis calamitate perculſos*. Inepte Vinar. *quibus bona er. fuere*.

Jus libertatis imminutum. Dum honores petere prohibebantur, pro talibus reputati, ac ſi ipſi, ut parentes, proſcripti eſſent: adeoque ea amittebant, quae ipſis tamquam *ingenuis* & *civibus* Romanis propria erant: ac ita tractabantur, quaſi non cives, non ingenui, nullis denique legibus muniti eſſent. Civi enim nihil amplius adimi poteſt quam *jus libertatis*, cujus maxime apud Romanos dulciſſimum juxta ac magnificum nomen. Cic. 1. Verr. *c.* v. *proficiſcar eo, quo me jam pridem vocat populus R. De* jure *enim* libertatis *& civitatis ſuum putat eſſe judicium*. mox adducit crimen Verris, *quod ab iſto civis Romanus in crucem actus ſit*. Id & v. Verr. *c.* lv. cum jure civitatis conjungit: *Retineri enim putatis oportere* jura libertatis, *non modo hic ubi tribuni pl. ſunt: -- ſed ubicumque terrarum & gentium violatum* jus civium Romanorum *ſit*, *ſtatuitis id pertinere ad communem cauſſam* libertatis *& dignitatis*. Idem pro Caecina *c.* xii. extr. *Actio enim injuriarum non jus poſſeſſionis adſequitur, ſed dolorem* imminutae libertatis *judicio poenaque mitigat*. Vides, quo pertineat *jus libertatis:* vides etiam eleganter *imminui* dici, & male in Guelf. 12. & Acad. ſcriptum eſſe *immunitum*. Sic idem Cicero, 1. Verr. *c.* xxxiii. *cur* imminuiſti jus *legationis?* Flor. iii. *c.* x. num. 20. *Cum frequentiſſimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad* jus *priſtinum* libertatis *erexit*.

Haud sane alio animo. Gloſſ. Guelf. 1. *niſi ut illi bona ceterorum acciperent*. L. Valla: *non alio, quam illi, quos ſupra memoravi:* & ſic fere Gloſſ. Academ. Palmerius *alius* interpretatur *averſus*, quaſi ſit *non averſo a Catilina* animo. Habeo, quod pro ſingulis dicam, ſed circumſpectis rebus omnibus ſecundum Vallam pronunciandum eſt. Dixerat modo: *eos atque alios omnes malum publicum alebat.* hoc nunc de proſcriptorum liberis quaſi repetit, quod per additum *ſane* manifeſtat: quae particula ceteris ſententiis refragatur. Igitur integer Senſus eſt: *haud ſane alio animo belli* eventum *exſpectabant*, quam illi *ipſas* turbas *& victoriam: nempe ut utrique malo publico alerentur, & ex calamitate aliorum & adeo reip. fructum caperent*. Eſt Anacoluthon, quod non rarum in omnibus comparationibus, ut de Comparativis, quae Grammatici vocant, jam ſupra notavimus ad *c.* xvi. n. 3. *gratuito* potius *malus atque crudelis erat*. intellige: *quam ob emolumentum. Alius* autem comparativum eſſe, nemo inficiabitur. Sic Jug. *c.* lxxix. num. 8. *Sed cum Poeni* aliam *conditionem, tantummodo aequam peterent*. pro eo quod eſſet: *aliam*, quam *illam, ut irritis rebus domum diſcederent.* hinc & saepiſſime *quam*, *ac*, *atque* poſt eam vocem exprimitur. Sic Plinius *alias tenebras*, Poetae *alios fluctus* & ſimilia saepiſſime abſolute vocant, ut ſemper alterum aliquod membrum reſpiciatur, de quo V. C. Burmannus ad Petron. Satyr. *caput* cviii. videndus. Quae quamquam etiam pro Gloſſis facere videantur; tamen numquam ita commode illarum ſententiae applicare poteris: quoniam de *animo* illorum, qui bona Proſcriptorum traxerunt, nihil praecedit, quo hoc *alio* referas. Vinar. 2. *ſane haud alio*, ut paedagogi ſolent. Sed tu vide *c.* lii. num. 35.

Belli eventum exspectabant. Guelf. 7. *exoptabant*. Perperam. Cic. de Har. Reſp. *c.* xxv. *captatur occaſio, & qui non tantum opibus valent, neſcio quam tamen fortunam ac tempus* exſpectant. pro quo Tacit. 1. Ann. *c.* xxxi. *Speculari: mente ambigua fortunam ſeditionis alienae* ſpeculabantur. Caeſar vii. Gall. *c.* lxxix. *militum intenti animi pugnae eventum* exſpectabant. adde Jug. *c.* xiv. n. 7. & ſupra *c.* xvi. num. 4. notata. Quamobrem malui cum Guelf. 5. 1. ceteriſque vetuſtioribus *exſpectare* ſcribere, quam, quod in pluribus ſeſe obtulit, *expectare*. Hoc quidem mallet Priſcian. 1. pag. 558. Velius Longus p. 2226. qui tamen quoſdam memorat, qui vitandae ambiguitatis cauſſa ſcriptitaverint *exſpectare ludos;*

10 exſpectabant. Ad hoc, quicumque aliarum atque Senati partium erant, conturbari rempublicam, quam minus valere ipſi malebant.
11 Id adeo malum multos poſt annos in civitatem reverterat.

xxxix.

CAP. XXXVIII.

1 NAm poſtquam Cn. Pompejo & M. Craſſo Conſulibus tribunicia

ludos; ſed *expectare aliquem*. Verum Caeſellius p. 2314. ita tradit: *Quaecumque verba primo loco S littera incipient, ea cum Praepoſitione Ex compoſita litteram eamdem S habere debent*. Et ſic Lapides ut plurimum S retinent; licet etiam nonnumquam omittant. Vide omnino H. Noriſium ad Cenot. Piſ. Diſſ. IV. *c.* II. §. II.

10. ALIARUM ATQUE SENATI PARTIUM. Pro *atque* Senat. 1. Baſil. 2. & 3. Guelf. 5. & 6. Eccard. & a prima manu Fabric. 2. & Acad. *quam;* ut interpretarentur Conjunctionem Disjunctivam, ut vocat Servius ad IV. Aen. *v.* 424. Terent. Andr. Act. III. Sc. III. *v.* 13. *alius nunc*, atque *olim:* quod exponeres *nunc alius*, & *olim alius*, ut videas, unde iſte uſus frequentiſſimus profluxerit. Sic plane Varro VIII. de L. L. *Falluntur; nam eſt*, ac *putant*, aliter. h. e. *aliter eſt*, & *aliter eſſe putant*. Adde de *alius*, quod eſt indefinitae contrarietatis, ſupra *c.* XIV. extr. In ſcriptis noſtris eſt *Senatus;* ſed Gruterum ſequimur. Eſt enim, *aliarum partium erant*, & *Senati partes aliae erant*, ſi haec ad vivum reſecare volueris.

CONTURBARI. Guelf. 7. & a prima manu 5. *conturbare*, forte ut *c.* LIII. n. 3. Jug. *c.* XXXV. n. 3. & CXIV. n. 2. Sed alterum aeque probum hoc loco. Reſpice *c.* XXXI. extr.

QUAM MINUS VALERE IPSI. Quosdam Glareanus teſtatur legere *nimis*, quomodo ex noſtris ed. vet. quod Hackiana expreſſit; ſed ſenſu incommodo ac plane falſo. Ingenium hominum erat, quale eorum apud Livium II. *cum omnibus potius, quam ſolos perituros;* uti & Cic. IV. Cat. de popularibus conjurationis dixit. Guelf. 7. *ſe valere*.

11. ID ADEO MALUM. Remenſes, Fabriciani, Eccard. Heuſſ. ab correctore Vinar. 1. Senatorii, Guelf. 1. 2. 3. 5. 11. Baſil. 1. (etſi is, ut quidam ex modo dictis, per notam) & 2. *Ideo malum*. Baſ. 3. *Quod adeo multos p. a.* Guelf. 7. *Ideo id malum*. 9. *Ideo ad malum*. qui transpoſitis tantum particulis editam confirmat, quam in ceteris aperte ſcriptam legere eſt. & ſic ſupra n. 2. *id* adeo *more ſuo videbatur facere*. Nec eſt particula elegantiſſima corrumpenda, Jug. *c.* LXV. n. 3. id adeo mature poſſe evenire. *c.* LX. num. 4. id adeo *experiri licet*. ubi ſimiliter in MS. eſt *ideo cap.* CXI. n. 1. id adeo *in promtu eſſe*. Cic. VI. Verr. *c.* LXIV. id adeo *ex ipſo SCto cognoſcite*. Apulej. Apolog. p. 385. id adeo *evenit, cum quaedam earum modum exceſſit*.

MULTOS POST ANNOS. Nempe poſt Gracchorum ſeditiones, de quibus Noſter Jug. *cap.* XLI. XLII. inter quas & hos Catilinarios motus intercedit ſpatium ſexaginta ferme annorum. Valla atque alii interpretes annos a tribunitia poteſtate per Sullam ſublata numerant, qui ſane vix quindecim eſſent. Neque tunc magis, quam Gracchorum tempore, homines Senatui infeſti conturbare omnia, quam minus valere ipſi malebant: qua ſaltem occaſione de Tribunicia poteſtate Auctor diſſerere incipit. Ceterum Guelf. 8. Incert. 1. & Baſil. 3. habent *in civitate*.

CAP. XXXVIII. 1. TRIBUNITIA POTESTAS RESTITUTA EST. Factum id A. V. 683. Vellej. II. *c.* XXX. *Hoc Conſulatu Pompejus Tribuniciam poteſtatem reſtituit, cujus Sulla imaginem ſine re reliquerat*. lege Cic. III. de Leg. *c.* VII. Caeſar. I. Civ. *cap.* V. &c. quibus adde quae cum cura ſcripſit Jac. Menardus ad Cic. I. Verr. *c.* XV. p. 80. ſeq. Idem tamen Caeſar ibid. *c.* VIII. Pompejum criminatur, ac ſi minus bona fide eam poteſtatem reſtituiſſet. Enimvero nihil magis populare erat, quam ejuſmodi conſilia: ut adeo jam olim Caeſar *auctoris reſtituendae tribuniciae poteſtatis enixiſſime adjuverit*, Sueton. *c.* V. & apud Lucanum I. defenſionem eorum ſatis magnifice jactaverit. Cauſſam hujus rei quilibet per ſe cognoſcere poteſt, qui conſideraverit, quantum Pompejo, Caeſari aliiſque dominationem adfectantibus in plebis voluntate ſitum fuerit. Sed de ipſa tribunorum poteſtate, quam *ſummi faſtigii vocabulum* vocat Tacit. III. Ann. multi multa: in eis Nic. Abrahamus ad Cicer. II. Phil. *c.* XXII. vide & B. Jug. *c.* XXXIX. *Tribunicia* ex libris antiquiſſimis ſcripſi, cum & in Capitolinis aliiſque lapidibus ita ſit ſculptum, & vulgaris ſcripturae rationem *Fabricius*, *Minucius*, *Aruncius* ſimiliaque nomina hoc modo in fideliſſimis monumentis exarata rejiciant.

Ver-

nicia poteſtas reſtituta ; homines adoleſcentes , (ſummam poteſtatem nacti) quibus aetas animuſque ferox , coepere , Senatum criminando , plebem exagitare ; dein largiundo , atque pollicitando ma-

Verbum *eſt* Fabric. 2. & Baſil. 2. fide delevi. cum ſic Criſpus, Livius, alii conſueverint, etiam poſt Particulam *Poſtquam*, ut ſupra c. XXXVI. n. 2. infra c. XXXIX. n. 1. XLV. n. 4. Lucan. I. v. 291. *Sic poſtquam fatus*.

HOMINES ADOLESCENTES. Sic infra c. LII. n. 25. *homines adoleſcentuli*. Jug. c. XII. n. 5. *mulieris ancillae*. ubi vide. Adnotant vulgo ex Vellejo, Tribunos plebis etiam adoleſcentes creatos eſſe. Et quidem ſi cum Varrone ad aetatis annum trigeſimum adoleſcentiam extendimus, aut ex inſtituto Servii ad quadrageſimum quintum, vide Liv. I. c. XLIII. & Cenſorin. de die nat. c. XIV. liquidum & certum iſtud eſt. Verum quidquid ejus fuerit, ſaepiſſime Scriptores Latini tam hoc, quam *pueri* vocabulo in comparatione cum Senatu, vel aliis ſenioribus ita utuntur, ut homines juniores, aetate non adeo provectos denotent, uti infra c. XLIX. Ovid. I. Art. Am. v. 182. Plin. I. ep. XVIII. Eutrop. IX. c. I. Sueton. Aug. c. XX. C. Nepos Attic. c. VIII. & XVI. Gellius XVIII. c. IV. Legere de his licet Manut. ad Cicer. II. epiſt. I. Bernegger. ad Juſtin. XLII. c. II. alios. Hinc ſimiliter Cicer. II. Phil. c. XXI. *Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat, cum tu unus* adoleſcens *univerſum ordinem decernere de ſalute reip. probibuiſti*. ubi Abrahamum conſulas. Porro trajectionem in his verbis jam ſenſerat Gruterus, quam & Fabric. I. manifeſtaait, qni vocem *poteſtatem* a prima manu non ſcceperat, quod partem ſaltem ſcriba ex ſuo loco tranſtuliſſet. Igitur recto ordine (ſi quis male, ut mox demonſtro, adſuta conſervanda putaverit) locanda forent; *hom. adoleſc. quibus aetas a. ferox, ſum. pot. nacti, coepere*. Conſule ſi vis Excurſ. II. n. 4.

SUMMAM POTESTATEM NACTI. Incert. I. *potentiam*. male. Sollemnis eſt de tribunis *ſummam poteſtatem* dicere, & *poteſtas* potius Liv. VI. c. XXXVII. Cicero, Caeſar aliique dixere, quam *potentiam*, ut Valer. Max. III. c. VIII. n. 6. *inſtabat tibi* ampliſſima poteſtas. & IX. c. XV. n. I. ampliſſima *tribunatus* poteſtate *vallatum eſt*. Nihilominus, ut dixi, in Fabric. I. vox *poteſtatem* non legitur, niſi a manu nimis recenti, & Guelf. 5. *ſumma poteſtate nacti* primitus habuiſſe videtur: 3. praefert *nancti*. Sed hanc trigam vocum rectius forte Gruterus damnaſſet, adeo multa concurrunt, quae ῥοθίως eam agunt ream. Primum quod voces vulgo non ſuo loco; (etſi bene noverim, quae de interpoſita alia Conſtructione contulerit Perizonius in Sanct. IV. Min. c. XI. & Noſter non multum abſimiliter locutus ſit c. XXVIII. num. 4. XXIX. num. 3. cum nota. ſicuti & Cic. XIII. ep. LXV. num. 5. Terent. Adelph. A. III. Sc. II. v. 2.) dein quod mutile & corrupte in vett. Codd. ſcribuntur; tandem quod & *poteſtas* & *ſumma* voces, illa paullo ſupra, haec mox infra non ita eleganter iterantur. ut adeo ex Gloſſa: *eam nacti* ſc. *Tribuniciam poteſtatem* ortam eſſe, ne dubitare quidem poſſimus. Haec conjuncta fecerunt, ut uncinis incluſerim: cum ſine illis ſenſus longe elegantius procedat. adi Jug. c. XIV. num. 13.

QUIBUS AETAS AN. FEROX ERAT. Gruterus primum mallet expelli Verbum Subſtantivum; mox etiam Pronomine abjecto: *aetate animoque feroces;* tandem & illa *homines adoleſcentes*, quae tamen non ſine invidia poſuit Criſpus, ſedibus pellere nititur. Codd. autem omnes reclamant: & Salluſtio placuiſſe plura hujuſmodi, quae contra brevitatem dicta videntur ad cap. proximum XXXIX. num. 5. exemplis quibuſdam demonſtro, ubi vir ille doctiſſimus idem peccavit. Porro *ingenium*, *animus ferox* paſſim legas, & apud ipſum Criſpum. Etiam Cicero: *Infirmitas puerorum eſt*, ferocia *juvenum*. Horat. II. Od. V. *verſ.* 13. *Currit enim* ferox aetas. Contra *ſegnis aetas* Curt. VIII. c. IX. num. 32. Sed Noſter cum ſingulari gratia haec conjungit, ut ſupra *corpus animumque virilem:* item, *annis atque divitiis omnia conſenuerunt*.

COEPERE. Arondelianus Cod. *exagitare coepere*, unde I. Waſſe delendum pronunciat. non auſim; etſi in Guelf. 3. & Heuſſ. itidem locum mutet. Vide, quae dixi ad c. VII. n. I.

SENATUM CRIMINANDO. Crimina Senatui adfingendo, incuſando. Livius I. c. LIV. *Primores civitatis*, criminando *alios apud populum, alios ſupra ipſos invidia opportunos interemit*. adde Jug. c. LXXIX. n. 7.

PLEBEM EXAGITARE. Concitare, ut Cicero pro Sext. c. XLVI. & *incitare ad ſeditionem*, quod ibidem c. LXVI. de his hominibus dixit. Eſt enim Verbum otio & quieti maxime adverſum, ſicuti apud Flor. I. c. VIII. *Sic enim effectum eſt, ut* agitatus *injuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur*. Noſter c. LI. n. 32. *Remp. ſeditionibus* exagitare, ut mox *Remp. agitare*. Tacit. III. Ann. c. XXVII. *Neque multo poſt Tribunis reddita licentia, quoquo vellent* populum agitandi.

2 magis incendere ; ita ipſi clari potenteſque fieri. Contra eos ſum-
ma ope nitebatur pleraque nobilitas , Senati ſpecie pro ſua ma-
3 gnitudine. Namque , uti paucis abſolvam , per illa tempora qui-
cum-

Dein largiendo atque pollicitando. Incert. 1. *dehinc*. Alii *deinde ;* ſed vetuſtiſſimi *dein*, uti *exin*, *proin ;* & fuere, qui ſyllabam *de* has voces per παραγωγὴν habere crederent, vide Priſcian. xv. p. 1008. & Donat. ad Eunuch. A. 1. Sc. 1. Porro Incerti, Remenſ. 2. Acad. Struv. Baſ. 3. Guelf. 3. 6. 10. & 11. *pollicendo*, & Baſileenſis ille quidem addit *multa ;* at Guelf. 12. *praepollicitando*. Sed *pollicitando* verum eſt, etſi infra quoque varie ſit tentatum. lege notam ad *c.* 11. n. 1. De moribus autem iſtis Tribunorum Cic. pro Sextio.

Magis incendere. Recte de plebe exagitata, ut *c.* li. num. 10. & Jug. *c.* ci. extr. *ut ingenium cupidum pacis vehementius* accenderent. Plura ad *c.* xx. n. 2. ut fruſtra in Academ. neſcio prima an ſecunda manus refingere voluerit *intendere*.

Clari potenteſque. Sic jungit *c.* liii. n. 1. *clarus & magnus*, & Jug. *c.* 1. n. 3. *animus abunde pollens*, *potenſque &* clarus *eſt*.

2. Contra eos summa ope nitebatur. Academ. habuit initio *ſummopere ;* in Struvian. *ſumma opera*, aut ſimile quid fuiſſe, raſura oſtendit: & eadem verba locum mutant in Fabric. 2. & Guelf. 9. Unde conjiceres eſſe eadem ex *c.* 1. num. 1. huc tranſlata, cum id, quod Auctor exprimere voluit, nempe quoſdam ex nobilitate Tribunis reſtitiſſe, iiſque contraria quaeſiviſſe etiam ita redderes: *contra nitebatur pleraque nobilitas*, ut Tacit. ii. Ann. *cap.* lii. Contra *plerique* nitebantur, *ut numerus liberorum in candidatis praepolleret :* & Cicer. pro Sext. *c.* xlviii. Nitebantur contra *optimates*. Verum alterum & vim contentionis magis illuſtrat, & eſt Salluſtio familiare, aeque ac Livio aliiſque. Jug. *c.* xiv. num. 20. *quos ego audio* maxuma ope *niti*. *c.* xxv. num. 2. *Sed ab iiſdem regis fautoribus* ſumma ope *eniſum*. Livius iv. *c.* xliii. *adverſus quam actionem primo & conſules & patres* ſumma ope adniſi *ſunt*. ix. *c.* xxvi. *primum ipſas expugnare quaeſtiones* omni ope *adniſi ſunt*. xxii. *cap.* xxxiv. *patres* ſumma ope *obſtabant*. xxiv. *c.* iv. *huic conſilio ejus* ſumma ope *obſtitere filiae ejus*. xxxviii. *c.* xlv. *Manlium* ſumma ope *tetendiſſe*, *ut eam pacem turbaret*. *cap.* l. ſummis opibus *adnixi ſunt*. Plaut. Merc. Act. 1. Sc. ii. *v.* 1. *Ex* ſummis opibus *viribuſque uſque experire*, nitere, *Herus ut minor opera tua ſervetur*. adde Gronov. ad Gell. vii. *c.* iii. Quare nihil mutandum; niſi duxeris, *nitebantur* reſcribendum, cum ſic clare exhibeant Guelf. 8. & 9. cum Senat. 2.

Pleraque nobilitas. Nobiles, ea figura qua *vicinitas*, *ſervitia* &c. vide *c.* xxiii. n. 6. xxiv. n. 4. Multi nempe ex Senatoribus & Conſularibus, etſi proprie nobilitas ab illis diverſa eſſet. Plin. xxxiii. *c.* 1. *Annulos depoſitos a* nobilitate, *non a* ſenatu *univerſo*, *in annales relatum*. Re tamen Romana collapſa promiſcue poſita ſunt, ut apud Lamprid. Elagab. *Quem Caeſarem* nobilitas *nuncupaverat*. Capitolin. in Gordian. *Milites Gordianum*, *Gordiani filium Auguſtum creavere*. *neque ſane factum* nobilitas *aſpernata*. Diſtinguit tamen Apulej. Florid. pag. 344. *Nam ex innumeris hominibus pauci* ſenatores, *ex ſenatoribus pauci* nobiles *genere*.

Senati specie. Sic Riviani, Gruteriani notae melioris. ex noſtris Baſil. 1. & 2. Fabriciani, Incert. 1. Guelf. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 9. & 12. Quidam ex ſcriptis & edd. *Senatus ſub ſpecie ;* nimirum ab expoſitione. Eccard. Senat. 1. Vinar. uterque, Guelf. 10. & ed. vet. *Senatus ſpecialiter*. Guelf. 6. & 8. delent vocem *Senatus*, quod forte per notam in Codd. ſuis ſcriptam invenerant. idem 6. & 9. habent *ſpe* pro *ſpecie*. *ex* eodem fonte, & eadem de cauſſa in aliis etiam Codd. *ſpes* ſaepe pro *ſpecies* ſcribitur, vide Ducker. ad Flor. 1. *c.* xiii. n. 15. Gronov. ad Liv. xxii. *c.* xxiv. *Senati ſpecie* eſt idem, quod *obtentu*, *praetextu Senatus auctoritatis*. Jug. *c.* xxix. n. 4. *Cujus rei* ſpecies *erat acceptio frumenti*. Flor. ii. *c.* ii. n. 4. Specie *quidem ſocios juvandi*, re *autem ſollicitante praeda*. Juſtin. xxxiv. *c.* iii. ſpecie *venandi ab urbe profectus*. Obtendebant autem *religiones*, *auſpicia*, *poteſtates magiſtratuum*, *ſenatus auctoritatem*, *morem majorum*, *judicia*, *juriſdictionem*, *fidem*, *provincias*, *ſocios*, *imperii laudem*, *rem militarem*, *aerarium*, Cic. pro Sext. *c.* xlvi. & maxime *Senatum reip. cuſtodem*, *praeſidem*, *propugnatorem*, *ſuo ſplendore confirmare volebant*, Ibid. *c.* lxv. adde 1. Othc. *c.* xxv.

3. Namque uti paucis verum absolvam. Non id magnopere urgebo, in aliquot ſcriptis, quos contulimus, eſſe *Nam*, pro *Namque ;* Sed id conſideratione dignum eſt, quod ab Eccard. exulat vox *verum*. habet enim tantum: *Namque uti paucis abſolvam*. eadem vox locum mutat in Guelf. 2. *verum paucis abſ.* quomodo alii tres. Senat. 2. & Heuſſ. *vera abſolvam*. conſule notata ad *cap.* iv. numer. 3. Iis vero hoc

cumque Rempublicam agitavere, honeſtis nominibus, alii, ſicuti populi jura defenderent, pars, quo Senati auctoritas maxuma foret, bonum publicum ſimulantes, pro ſua quiſque potentia certabant.
neque modeſtia, neque modus contentionis erat: utrique victoriam 4
crudeliter exercebant.

CAP.

hoc genus non placebit, qui adſueti ſunt ejuſmodi dictioni, qualis eſt in Guelf. II. *Namque ut ego verbis paucis verum abſolvam*. Sed Auctor amat haec praeciſa, ut ſupra *c.* V. n. 9. *Res ipſa hortari videtur*, ſupra repetere. ubi vide, & quae ad Jug. *cap.* XCII. n. 9. Plautus Rud. Act. III. Sc. II. *v.* 39. *Impudens, impurus, inverecundiſſimus*, Uno verbo abſolvam, *Leno 'ſt*. Igitur ut alienum & irreptitium legas τὸ *verum:*

PER ILLA TEMPORA. Altum hic apud editores de MSS. ſilentium, quaſi omnes hanc lectionem tuerentur. eo tamen non eſt credibile, quod Vinarienſes, Fabriciani, Remenſes, Incerti, Academ. Senatorii, Heuſſ. Struv. Baſil. 2. & 3. Eccard. Guelferbytani, praeter 6. & 9. omnes & ed. vet. habeant *poſt illa tempora*. quaſi intellexiſſent *poſt tribuniciam poteſtatem reſtitutam*. Potius *inde ab eo tempore*, ut Jug. *c.* ult. *ex ea tempeſtate*. Praefero interim vulgatam. Jug. *c.* LXIII. in. *per idem tempus*. ubi alia quaedam adjeci.

REMP. AGITAVERE. Turbarunt & vexarunt. vide Jug. *c.* XLI. extr. & *c.* XXXVII. in. *Ea tempeſtate Romae ſeditionibus Tribuniciis atrociter* reſp. agitabatur. Sic & Livius cum aliis.

HONESTIS NOMINIBUS. Quam ſupra *ſpeciem* dixerat. id eſt, honeſto praetextu. Guelf. 4. *cum honeſtis nominibus*. Thucyd. III. *cap.* LXXII. τὰ μὲν κοινὰ ΛΟΓΩΙ θεραπεύοντες, quem eo loco, ut jam monuit Manutius, legas. Cic. I. ep. IV. n. 4. *qui nunc populi* nomine, *re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio ſi quae conabuntur* &c. ibi plura I. Hiſtor. *ſub* honeſto *patrum aut plebis* nomine *dominationes adſectabant*. Criſpinus ita interpretatur: *honeſtis nominibus eam turbavere*. Tu vero adſume, aut judica pendere a verbis, *pro ſua quiſque potentia certabant*. & confer, ſi placet, praeter Thucydidem, Polybium III. *c.* VI.

SICUTI JURA POPULI. Remenſes, Fabriciani, Incerti & reliquorum pars major ſuaviori poſitu *populi jura*, uti Jug. *c.* LXXXV. n. 4. majorum *fortia facta*, cognatorum & adfinium *opes*. Supra *c.* XXXI. n. I. *urbis facies*. &c.

QUO SENATUS AUCTORITAS. Levicula illa praeteriſſem in Guelf. II. pro *quo* ſcriptum eſſe *ut*, in I2. vero *quoque*; niſi & in his minutiis diligentiam meam tibi probare vellem. *auctoritas maxuma*, uti Jug. *c.* IX. n. I. *Jugurthae tui longe* maxuma virtus *fuit*.

PRO SUA QUISQUE POT. CERTABANT. Acad. Incert. I. Vinar. I. Remenſ. I. Guelf. 6. 7. 8. & II. *certabat*. nimirum propter *quiſque*. Meliora diſcas ex dictis ad *c.* XXXVII. n. 6. & exemplis ad *c.* VII. n. I. prolatis.

4. NEQUE ILLIS MODESTIA NEQUE MODUS CONT. ER. Error manifeſtus erat in Fabric. 2. quando *moleſtia* habebat antequam emendaretur. at Guelf. 2. *modeſtiae*. an voluit *neque quid modeſtiae?* 7. & 8. tranſponunt Nomina *modus* & *modeſtia* alterum in alterius locum: & octavus quidem praeterea: *neque illis, neque modus, neque modeſtia*. unde forte recte abjiceres Pronomen *illis*, quod voluit Gruterus; Sed in verbo *erat*, quod ſimul ille Gemonias damnavit, nihil plane novant Codd. & alterum omnino ſervandum, ut alibi diximus. Sic ſupra *c.* IX. n. I. *Concordia maxuma, minuma avaritia* erat. *modeſtiam* & *modum* jungit antique, ut ſupra ad *c.* XI. n. 4. vidimus: alterum ad *pudorem*, ad *finem* alterum pertinet; etſi interdum confundantur. Liv. XXVI. *c.* XLVIII. *rem ſine* modo *ac* modeſtia *agi*. Modus *contentionis*, uti *c.* VII. n. 6. *certamen gloriae*; *c.* IX. n. 9. *in ſuppliciis Deorum*; *c.* LII. num. I. *finis dicendi*. Lucan. I. *v.* 334. *Quis* ſcelerum *modus eſt?* Senec. Agamemn. *v.* 150. *Res eſt profecto ſtulta* nequitiae *modus*. Juſtin. IV. *c.* IV. *fides* pacis *non ſervatur*. Caeſar. IV. Gall. *c.* XXXI. *ex eventu* navium ſuarum *ſuſpicabatur*: Flor. I. *c.* VI. extr. *ac ſi maxima civitas* minimae domus *diligentia contineretur*. Plin. I. epiſt. XII. n. 4. *ut haec tanta pretia vivendi*, mortis *rationibus vincerentur*. Guarricus Abbas Igniac. Serm. II. de Reſurr. Dom. *Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam tam* peccati, *quam* mortis. Haec eo congeſſi, ut appareret, quot modis Caſus ſecundus, quando Paſſive, &, ut ajunt, Objective ponitur, debeat exponi. Eſt enim praeterea, ubi Active uſurpatur, quod in interpretatione probe diſcernendum eſt.

VICTORIAM CRUDELITER EXERCEBANT. Utebantur victoria cum crudelitate, non temperabant illi, *cap.* XI. extr. Sed quidquid lubido victorum fert victi patiebantur. Sic Jug. *cap.* XLI. num. 3. *acerrume* victoriam *nobilitatis* exercuerat. adde infra *cap.* XLIX. num. 2.

Livius

Digitized by Google

CAP. XXXIX.

XL.
1 SED poſtquam Cn. Pompejus ad bellum maritimum atque Mi-
thridaticum miſſus ; plebis opes imminutae , paucorum poten-
2 tia crevit. Hi magiſtratus , provincias , aliaque omnia tenere :
ipſi innoxii , florentes , ſine metu aetatem agere , ceteros judiciis
ter-

Livius XXIII. *c.* II. *maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis*, *ſine modo* libertatem exercentis. Curt. X. *c.* VIII. num. 19. *reddere hoc* imperium *malo*, *quam* exercere *civium ſanguine*.

CAP. XXXIX. 1. AD B. MARITIMUM ATQUE MITHRIDATICUM. Maritimum bellum eſt *Piraticum*, de quo Cic. pro Leg. Man. Flor. III. *c.* VI. & qui ibi laudantur. *Mithridaticum* ſcripſit Appianus, Florus III. *c.* V. & qui ad utrumque a viris doctis citati ſunt. vide & Noſtrum IV. Hiſtor. Fabric. 2. Acad. Senat. 1. Vinar. 1. Eccard. Guelſ. 2. 4. 6. 8. & 10. ſcribunt *Methridaticum* Guelſ. 3. *Maltidaticum:* forte pro *Mithradaticum*. nam ſic frequenter in numis ſcribitur, ex quibus A. Schottus in Auct. de Vir. Illuſtr. *c.* LXXVI. edidit *Mithradates*. Sed Graeci etiam Scriptores Μιθριδάτης, non aliter. In Tab. aenea apud Gruterum p. 500. & 501. MITRIDATIS. adde Bongarſ. ad Juſtin. XXXVII. *c.* 1. Spanhem. de Uſu & P. Num. Diſſ. II. §. III. *miſſus* ſine Verbo *eſt* legit Guelſ. 10. vide *cap.* XXXVIII. n. 1.

PLEBIS OPES IMMINUTAE. *Sunt* addunt Incerti, Heuſſ. Struv. Baſil. 2. & 3. Guelſ. 4. & 10. Sed tunc maxime eleganter omitti , quando aliud Verbum ſequitur, ut hoc loco *crevit*, dixi ad *c.* XI. n. 3.

PAUCORUM POTENTIA CREVIT. *Crevit* non reperit in Remenſ. 2. Gudius, quod tamen ſenſus efflagitat. Vox *paucorum* quem pungat, dixi ad *c.* XX. n. 7.

2. MAGISTRATUS , PROVINCIAS , ALIAQUE . *Magiſtratus* & *provincias* jungit tamquam Genus & Speciem, uti Jug. *c.* XLI. n. 6. *penes eosdem aerarium*, provinciae, magiſtratus, *gloriae triumphique erant:* id quod interpretatur Catilina ſupra *c.* XX. n. 7. & hujus generis quaedam notata ſunt ad illa *c.* XI. n. 2. *Gloriam*, honorem, imperium *bonus*, *ignavus aeque ſibi exoptant*. Mallem praeterea copulam *que* a Voce *alia* abradi , ut Salluſtius & hic ſibi ſit ſimilis, vide *c.* XV. n. 1. Sed ex Codd. nihil praeſidii, niſi quod Arondelianus, male *omnia* reticuit .

IPSI INNOXII. Senatorius uterque . Guelſ. 1. Heuſſ. uti apud Gruterum Nazar. *noxii*, quod &, abraſa Particula *in*, in Guelſ. 2. & Fabric. 1. dederunt. Erroris illius cauſſa fuit Jug. *c.* XLII. n. 1. Sed neque Rupertus ſententiam verborum cepit , cum innuat Criſpus , paucos illos integros & felices vixiſſe, neminem illis nocere potuiſſe. *Innoxius* nempe Paſſive ſumitur , quod dudum Caſtilioneus obſervavit , adducto loco Collumelae V. *c.* IX. *ut ſit* innoxius *ab injuria pecorum*. Et hoc quidem proprie , ſi fingas , eſſe quaſi Perfectum tempus Paſſivi a *noceo* , uti ſupra *c.* XV. n. 4. *Diis hominibuſque* infeſtus : pro *infeſtatus*. ubi plura. adde *c.* X. n. 5. Sic Lucan. IX. *v.* 892.

- - - gens unica terras
Incolit a ſaevo ſerpentum innoxia *morſu*

Curt. IX. *c.* IV. n. 11. *leviora* (navigia) *cum & ipſa nequirent regi*, *in ripam tamen* innoxia *expulſa ſunt*. Apulej. IX. Met. p. 235. *Nec* innoxius *ei ſaltem regreſſus evenit*.

FLORENTES. Magnifici atque felices. Auctor II. de Rep. Ord. *quanto in ſecundis rebus* florentior *fuit*, *tanto in adverſis aſperius*, *magiſque anxie agitat*. Apulej. V. Met. p. 164. *Nuncio Pſyche laeta* florebat, *& divinae ſobolis ſolatio plaudebat*. Tacit. XVI. Ann. *c.* XXXIII. *Quo obſequio* florentem *Soranum celebraverat*, labentem *non deſeruit*. Sic Livius *florens & beata reſp.* alii alia.

SINE METU AETATEM AGERE. Hoc Liv. III. ita expreſſit : *Qui ſoluti atque effraenati ipſi* , *omnes metus legum* , *omniaque ſupplicia verterent in plebem*. Phraſin habet Plaut. Pſeudol. A. I. Sc. II. *v.* 40. *Vos quae in mundiciis* , *molliciis* , *delitiiſque* aetatulam agit. Poen. A. IV. Sc. II. *v.* 5. *vel in lautumiis* , *vel in piſtrino mavelim* aetatem agere. Apulej. Florid. p. 349. *Poſt ubi intellexit* , *nullum ſibi in re familiari praeſidium legatum*, *quo fretus* aetatem agat.

CETEROSQUE JUDICIIS TERRERE. Copula *que* recte abeſt ab Fabric. 2. &, quod I. Waſſe prodidit, ab Arondeliano. *c.* LI. n. 30. *juxta bonos & malos interficere*, ceteros *metu terrere*. *c.* XLIII. num. 2. *quo tumultu facilior aditus ad Conſulem*, ceteros, *quibus inſidiae parabantur*, *fieret*. adde ſupra *c.* XXXII. num. 2. De quibus hominibus Seneca I. Beneſ. *cap.* IX. *pacem injuriis* per-

Digitized by

terrere, quo plebem in magiſtratu placidius tractarent. Sed ubi 3
primum dubiis rebus novandis ſpes oblata, vetus certamen animos eorum

perturbare, *imbecilliores vi ac* metu *premere*. & plura Cic. pro Domo *c.* XXI.

QUO PLEBEM IN MAGISTRATU. Fabric. 1. Guelf. 9. Struv. Vinar. 2. & ed. vet. *in magiſtratum*. Non probo. Hoc vult: judiciis tribunos privatos, vel alios ab nobilitate eſſe territos, ut, cum in magiſtratu eſſent, cum tribunatum gererent, plebem non exagitarent neque incenderent in nobiles. Recte enim Tribunatus plebis dicitur *magiſtratus*, quamquam alii negaverint. Nam diſerte Cic. pro Quinct. *cap.* XX. de tribunis: *per eum* magiſtratum, *qui auxilii cauſſa conſtitutus eſt*. adde 1. epiſt. VII. n. 4. & aperte Criſpus Jug. *cap.* XXXVII. n. 1. *tribuni plebis*, *reſiſtentibus collegis*, *continuare* magiſtratum *nitebantur*. addatur Lycklama de Magiſtrat. *c.* IV.

PLACIDIUS TRACTARENT. Remens. 2. Guelf. 9. & a prima manu Academ. *facilius tractarent*. Utrumque eleganter. *facilis* nempe eſt benevolus, ex voluntate, quod ad Ciceronem notavi. At cum verbo *tractare* non aeque eleganter & recte jungitur, ac *placidius*. vide ſupra *cap.* XI. n. 5. Maluit tamen Baſil. 3. *tenerent*. Sed Terent. Heaut. A. 1. Sc. 1. *v.* 99. *Ingenio te eſſe in liberos leni puto*, *& illum obſequentem*, *ſi quis recte aut commode* tractaret. Aur. Victor Epit. *cap.* VI. *militem ſeveriſſime* tractans. Juſtin. XLII. *cap.* 1. *exercitum ſuperbe crudeliterque* tractaverat. & ſic Cicero aliique frequenter. Jam *placide* eſt tranquille, minus ferociter. Curt. VI. *cap.* III. n. 10. *Suis autem quique parent* placidius. Terent. Adelph. A. IV. Sc. 1. *verſ.* 18. *Cum fervit maxime*, *tam* placidum, *quam ovem reddo*. Noſter Jug. *cap.* XLI. num. 2. placide *modeſteque inter ſe remp. tractabant*. *cap.* LXXXIII. num. 1. *Ad ea ſatis* placide *rex*.

3. DUBIIS REBUS NOVANDIS. Mallet Gruterus *novandi*, cui non obſcure adſentitur Waſſe, qui hoc in duobus Codd. legit: fuit etiam olim in Guelf. 7. & 9. in II. vero *renovandi*. Facilior, fateor, foret ſtructura, & talis quidem, qualis ea apud Cic. IV. epiſt. IX. *eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe*; quam incertis rebus *fuiſſet*: nam *ſpes novandi* vulgus ſolummodo, non vero *novandis* rectum eſſe cenſebit, cum & Livius XXIV. *cap.* XXIII. dixerit: *tamquam* novandi res *aliquam occaſionem quaerentes*. Verum id primum advertendum exiſtimo, conſuetudinis Salluſtianae eſſe, ſenſus per brevitatem coagmentare, quae interpretatione recte quidem ſeparantur, vide ad *cap.* XV. n. 4. junge *cap.* LXI. n. 3. Jug. *cap.* XXXIX. n. 1. LXIII. n. 4. XC. n. 2. Sic recte interpretaberis: rebus, quae, ſive dum dubiae erant, novandis ſpes oblata eſt. Deinde pariter ſollemne Noſtro eſt, plura, ut vocant, Adjectiva uni aptare Subſtantivo, vide *cap.* XIX. n. 5. Treb. Pollio Valer. *cap.* III. *cui ſummam* omnium bellicarum *rerum* agendarum *commiſerat*. Noſter *cap.* XXXV. num. 4. *ſpes* reliquae *dignitatis* conſervandae. Sollemne etiam Participia, ut vulgo, vocant, potius, quam Verbum Gerundi uſurpare, quod exemplis firmavi aliorum ad *cap.* XXIV. n. 2. quomodo & Curt. IV. *cap.* 1. num. 30. *Vana gens*, *&* novandis, *quam gerendis aptior* rebus. Denique tertium Caſum, per communem quamdam cum optimis elegantiam, praefert ſecundo, de quo bene multa ad *cap.* XI. n. 4. & XXXII. n. 1. Quibus addas, quod Servius tamquam ab Salluſtio citat: *Quae cauſſa fuerat* novandis *rebus*, & Donatum ad Terent. Adelph. Act. 1. Sc. II. & Act. IV. Sc. V. & Jug. *cap.* VII. n. 3. Stabilita itaque veteri lectione, neque in verbo *novandis* aliquid novandum exiſtimo, etſi Servius ſemel atque iterum illud per *renovare* reddiderit. Vidiſti Livium & Curtium, vide & Noſtrum *cap.* LV. n. 1. et pro *immutare* eſt aliquoties apud Frontin. de Aquaed. Art. XXXIV. *exceptis his quatuor modulis*, *quos Aquarii* novaverunt. Sic recte MSS. Caſſinenſis, vide Polenum ad Art. XXXI. p. 91. Iterum Liv. XXXV. *c.* XXXIV. *quomodo res in Graecia* novarentur; et paucis interjectis; *omnia* novari *velle*. *Novae res* ex Criſpo aliiſque Scriptoribus ſunt notiſſimae; Sed et Graecis *νεωτερίζειν* ſaepe in ore & calamo. Vocem *dubiis* delendam voluerunt Ciacconius & Urſinus: qua re, ex dictis conſtat. Quam apte vero Cicero l. c. eas *incertas* dixerit, uti Noſter *cap.* XX. n. 2. diſcas licet ex adnotatis ad *cap.* X. n. 2. Tandem audiamus Livium VIII. *cap.* XXI. *Nullus populus aut homo denique in ea conditione*, *cujus eum poenitet*, *diutius*, *quam neceſſe eſt*, *manet*. cui accedit Herodianus VII. *cap.* VII. pondere ſententiarum cum optimis comparandus.

SPES OBLATA EST. Fruſtra ſunt Incert. 2. Eccard. et Guelf. 10. cum ſuo *ablata*. Sed non abs re Fabric. 2. *eſt* omiſit. dixi n. 1.

VETUS CERTAMEN. Quod olim eos exercuerat, et de quo *cap.* XXXVIII. Sic Livius II. *c.* XL. *Ex copia deinde otioque laſcivire rurſus animi*, *&* priſtina mala, *poſtquam foris deerant*, *domi*

4 eorum arrexit. Quod ſi primo praelio Catilina ſuperior, aut aequa manu diſceſſiſset: profecto magna clades atque calamitas rempuplicam oppreſſiſſet; neque illis, qui victoriam adepti, diutius ea uti

quaerere. Cic. pro Sext. *cap.* XLI. *Hoc enim accuſante*, Priſtini *ſui* judicii *turpitudinem deſperabat*. Virg. I. Aen. *v.* 27. *Id metuens*, veteriſ*que memor Saturnia* belli. ubi praeter cauſſam aeſtuat Servius. eſt idem, quod *prioris*. Sic ruſus Cic. VII. epiſt. v. n. 9. & x. epiſt. XXVIII. n. 3. & 4. Tacit. XIII. Ann. *c.* XXXVII. *Nam Pharaſmanes, interfecto filio Rhadamiſto, quaſi proditore ſui*, vetus *adverſus Armenios* odium *promtius exercebat*. & ſic Noſter *c.* XVI. n. 4.

ANIMOS EORUM ARREXIT. *Eorum* referendum ad praecedens *Plebis*, pro *ejus*, ſicuti *c.* V. n. 8. *civitas*, *quos*. ubi plura. etſi neque hoc, eque illo loco haec ab interpretibus *Synthesis* agnoſcatur, qui omnes incredibili ſecuritate haec tranſeunt. Porro Incerti, & Guelf. 3. habent *erexit*. & ſic Cicero pro Sext. *cap.* XL. *equitum R. animi ad cauſſam excitati*, erecta *Italia*. Noſter alterum praetulit Jug. *c.* LXVIII. extr. LXXXIV. n. 5. LXXXVI. n. 1. XCIII. n. 7. quibus locis in ſcriptis aliquot ſimiliter *erectis*. Silius II. *verſ.* 295. *Aeneadum* arrectae *mentes*. Et eleganter de iis dicitur, qui per certamen magna ſperant, alterique adverſantur. ut ſaepe Livius. ſic XXXV. *cap.* I. *Nec dubium eſt, quin omnis Hiſpania* ſublatura animos *fuerit*. h. e. rebellatura. Verum, ſi me audis, *arrigere* hoc loco proprie accipies *ad aliquem rem arrigere*, uti eſt apud Silium l. c. adeoque interpretaberis *ad vetus certamen arrecti ſunt animi*, quomodo Tacitus III. Hiſt. *cap.* XLVIII. Advertit *ea res Veſpaſiani* animum. Sic Plinius, Seneca, alii. Livius VIII. *c.* XXXVII. *adeo ad bellandum* arrecti *animi ſunt*. Sunt mihi in promtu loca bene multa, ubi hoc verbi, pro *erigere*, reſtituendum eſt; Sed nolo eos imitari, qui omnes magis alios, quam quem ſub manibus habent auctorem emendare, & interpretari ſolent: cum quilibet, cujus haec animum advertunt, iſtud tentare poterit.

4. CATILINA SUPERIOR. *Superior* non legitur in Guelf. 9. Sed perperam. Saepe iſtam vocem de victoribus, & contra de victis *inferior* dici, vel ex Corn. Nepote conſtat. Vita Eumen. *cap.* X. *Cum* ſuperior *praelio* diſceſsiſset. Datam. *cap.* VIII. *Cum caſtra moviſſet, ſemperque inferior copiis*, ſuperior *omnibus praeliis* diſcederet. adde Alcibiad. *c.* IV. Hannib. *c.* VIII. Sic Graeci *ἥττων, ἡττᾶσθαι* uſurpant. Juſt. VIII. *c.* I. *auxilium* inferioribus *ferendo victos pariter victoreſque ſubire regiam ſervitutem coegit*.

AUT AEQUA MANU. Guelf. 3. *atque* pro *aut*, conſueta permutatione, quae hoc ipſo num. recurret. *aequa manu* eſt aequis & paribus viribus. Tacit. I. Ann. *c.* LXIII. *inde hoſtibus terror, fiducia militi: & manibus aequis abſceſſum*. Alibi dicunt *aequo Marte*; ſed quod de diſcedentibus ex praelio non ita proprie dicitur, cum rectum ſit *aequo Marte contendere, pugnare*, ut verum *aequa manu diſcedere*. Mox Guelf. 5. *diſceſſet* a manu vetuſta: novitia reformavit *diſceſſiſſet*. adde *cap.* XLIX. n. 2.

MAGNA CLADES ATQUE CALAMITAS. In Fabric. I. pro voce *clades* initio alia fuit, incertum *caedeſne*, an alia. Curt. IV. *c.* III. n. 14. *terreſtri ſimul navalique* clade *obruebantur*. Id. VII. *c.* IX. extr. *ut omnes, qui defecerant, pariter* belli clade *premerentur*. Alteram Caeſar frequentat, ut I. Gall. *cap.* XXXI. *magnam* calamitatem *pulſos accepiſſe*; & ſtatim: *quibus praeliis* calamitatibus*que fracti*. Infra pro *Remp.* quod in aliquot MSS. *R. P.* notatur, Guelf. I. omnibus litteris ſcripſit *Romanum populum*. vide ad *c.* XXXI. n. 7.

ILLIS, QUI VICTORIAM ADEPTI FORENT. Rectiſsime Gruterus: Pluſquam alienigena vox eſt *forent*. in Guelf. 3. *ſunt* pro eo eſt ſcriptum, quod fiduciam delendi addidit. Similia vitia emendavimus *cap.* XXXIV. n. 2. & *cap.* XXXVII. n. I. Sed quando idem Gruterus brevius ſcribi poſse cenſet: *neque victoriam adeptis*, peccat in genium Salluſtii, quem oſtendimus mox n. 5.

DIUTIUS EA UTI LICUISSET. *Diutius* habet tantum in margine Guelf. 3. male. *diutius* intellige, *quam adepti eſſent*, vel aliud hujuſmodi, ut Jug. *cap.* LIX. n. 3. *neque* diutius *Numidae reſiſtere quiviſſent*. ibi eſt in MSS. *diu*, quaſi in his Comparativus Gradus, quod Latinis bene uſitatum, pro prima Poſitione agnoſcendus eſſet. *ea* locum mutat in Fabric. 2. & tribus aliis; pro quo Vinar. 2. & ed. vet. habent *omnia*, compendio ſcripturae decepti. Sed eleganter prorſus hoc Pronomen deſideraretur, cum ex poſito *victoriam* facile adſumitur *victoria*. Et hoc eſt moris Salluſtio aliiſque, ut ad *c.* XI. n. 2. XXXV. n. 3. adnotavimus. Senec. Epiſt. XIV. *quiſquis* vitam *ſuam contemſit*, tuae *dominus eſt*. Similiter *ea* male intruſum expulimus ſupra *cap.* VIII. num. 4. Cicer. pro Cluent. *cap.* II. *unaquaque* de re *dicam & diluam*. cur non & hic immititur *&* *eam*.

uti licuiſset, quin defeſſis & exſanguibus, qui plus poſſet, imperium atque libertatem extorqueret. Fuere tamen extra conjurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti ſunt. in his A. Fulvius, ſenatoris filius: quem retractum ex itinere parens necari juſſit.

eam. Juſtin. I. *cap.* IV. *invenit juxta infantem canem feminam*, parvulo *ubera praebentem*, *& a feris alitibuſque* defendentem. adde ſupra *cap.* XXI. extr. & XXV. extr. Sic *cap.* LV. n. 5. *in eum locum poſtquam demiſſus eſt* Lentulus, *vindices rerum capitalium* gulam fregere. hic itidem *ei* vel *ejus* inculcandum erat. *Victoria uti* eſt fructum victoriae capere, exercere & victorem manere, uti Jug. *cap.* XLII. n. 4. Sic *imperio uti* ſupra *cap.* XII. extr.

DEFESSIS & EXSANGUIBUS. Incert. 2. *Defenſis* a prima manu. Baſil. 3. *quin & feſſis & exſanguibus quibus plus* cet. hoc *quibus* ex terminatione praecedentis vocabuli prognatum eſt. Guelf. I. *exſanguinibus*; Baſil. I. *def. & exſanguibus ceteris:* fruſtra; etſi eadem vox inter lineas adſcripta ſit Academico. Denique Guelf. 2. & II. *&* omittunt: neque hoc probo. agnoſcit I. de Rep. *cap.* V. *ita* defeſſos & exſangues *regi aut nationi praedae futuros*. h. e. viribus deſtitutos, ut *ſanguis* de viribus dicitur. Stat. VI. Theb. *v.* 679. *collecto* ſanguine diſcum *Ipſe ſuper ſeſe rotat*. ad quae Vet. Scholiaſtes: *id eſt*, *omnibus ſuis viribus collectis*, *ut* exſanguem *dicimus viribus deficientem*. Cic. pro Sext. *c.* X. *hominibus enervatis atque* exſanguibus *conſulatus datus*. Juſtin. XXXI. *cap.* III. *Nabydem graviter fractum*, *velut* exſanguem, *in regno reliquit*.

QUI PLUS POSSET. Seneca Hippol. *v.* 543. *factus praeda* majori *minor pro jure* vires *eſſe*. id quod funeſto exemplo imperium Galbae, Othonis & Vitellii comprobavit, de quibus vide Plutarch. Galb. in. Juſtin. XXVII. *cap.* IV. *Rex Bithyniae Eumenes -- victorem Antiochum Galloſque adgreditur*. *nec difficile* ſaucios *adhuc ex ſuperiori congreſſione* integer *ipſe viribus ſuperat*. *Ea namque tempeſtate omnia bella in exitium Aſiae gerebantur*; uti quiſque fortior fuiſſet, *Aſiam velut praedam occupabat*. In Guelf. 4. & 6. mox ſcribitur *imperium* aut *libertatem*, ſollemni lapſu, ut ſupra & Jug. *cap.* LXXXII. n. 2. Senat. I. *poſſent*. *poſſet* et *extorqueret* poſuit pro *potuiſſet*, *extorſiſſet*. vide Jug. *c.* LIX. n. 3.

5. EXSTRA CONJURATIONEM COMPLURES. Gu. 9. & 10. *quam plures*, quod placeret. vide *c.* XIX. n. 2. at in omnibus fere Codd. ea vox alio atque alio loco viſitur, & Baſ. 3. plane non agnoſcit, qui forte ſolus ſapit. Scribae in hujuſmodi additamentis nimium liberales fuerunt, ſicuti Jug. *c.* XXXII. n. 3. fuere, qui *auro corrupti elephantos traderent*. ibi MSS. *fuere tales*, *qui*; & alius: *fuere homines*, *qui*. in quem locum alia quaedam conjeci.

QUI AD C. IN. PROFECTI SUNT. Dictio finalis aeque ac princeps otioſa & odioſa Grutero; attamen amata utraque Salluſtio. ſupra *c.* XXX. n. 6. *ſi quis indicaviſſet de conjuratione*, quae *contra remp. facta* erat. infra *cap.* XLII. n. 4. *Lentulus cum ceteris*, qui *principes conjurationis* erant. Jug. *cap.* XXXI. n. 5. *libertatem*, quae *mihi a parente meo tradita* eſt, *experiar*. *cap.* LXIV. n. 5. *neque facto ullo neque dicto abſtinere*, quod *modo ambitioſum* foret. *c.* CXIII. n. 3. *nocte ea*, quae *proxima* fuit *ante diem colloquio decretum*. Sic Noſter alibi paſſim. Et ſi maxime hic illic Verbum Subſtantivum delendum exiſtimes, Pronomen tamen eſt retinendum, frementibus licet illis, qui omnem dictionis ornatum in Participiorum, ut vocant, conſtructione ponunt. Eamdem neglexit Livius XL. *c.* IV. *de comprehendendis liberis* eorum, qui *interfecti* eſſent. mox: *Agite juvenes mei primum*, qui *majores* eſtis, *capite ferrum*. *cap.* XVI. *ſemina jacta ſunt Macedonici belli*, quod *maxime cum Perſeo gerendum* erat. neglexit Cicero aliique omnes. Praeterea verba *ad Catilinam* incuria, ut cenſeo, librarii non leguntur in Guelf. 8. & pro voce *initio* habet II. & Struv. *in initio belli*, Fabr. I. & alii quatuor *in initio* tantum, quod mendum in MSS. eſt omnium frequentiſſimum & notatum jam ad *c.* II. n. I.

IN HIS ERAT FULVIUS, SENATORIS FILIUS. Nihil juvat ſenſum dictio *erat*, inquit Gruterus. Exulat iſta ab Academico. hinc ejeci. Porro Eccard. *Fulvii ſenatoris;* at Vinar. 2. & ed. vet. *filius Senatoris*, *Antonius Fulvius*. imo *Aulus Fulvius* dicitur Dioni XXXVII. num. 46. quod Praenomen ex antiquis exemplaribus Salluſtio reſtituit Cypr. Popma, nobis tamen in Codd. ſeſe non obtulit. Patrem quidem *A. Fulvium* vocat Valer. Max. V. *cap.* VIII. n. 5. & credibile eſt, Salluſtium ſcripſiſſe. *A. Fulvii Senatoris filius*, quomodo, ut dixi, Eccardianus. Sic *c.* LII. n. 30. patris potius, quam filii nomen poſuit. Dionis error, qui filium Senatorem facit, ab aliis jam eſt notatus.

RETRACTUM EX ITINERE. Sic Codd. ſic infra *c.* XLVII. extr. *nam is paullo ante* ex fuga retra-

 ctus

6 juſsit. Iſdem temporibus Romae Lentulus, ſicuti Catilina praeceperat, quoſcumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per ſe, aut per alios ſollicitabat; neque ſolum cives, ſed cujus-

ctus *erat*. Caeſ. v. Gall. *c.* VII. *magnam partem equitatus ad eum inſequendum mittit*, retrahi*que imperat*. & proprium hoc verbum ubivis in hac re legas. collegit quaedam, & in his hunc Salluſtii locum Tan. Faber ad Juſtin. XXXVIII. *cap.* IX. num. 8. adde infra *cap.* XLVIII. n. 3.

PARENS NECARI JUSSIT. Praefatus, ut eſt apud Valerium l. c. *non ſe Catilinae illum adverſus patriam, ſed patriae adverſus Catilinam genuiſſe*. Eamdem ſeveritatem plures patres exercuiſſe, & Valerius, & Dio obſervant. Nam quid hic de *patria poteſtate* multa adlinamus, de qua Philo in Legatione: *ἡ γὰρ υἱῶ παντελὴς ἐξουσία κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρί*; Quilibet paterfamilias habebat in rebus domeſticis *ſummam* veluti *majeſtatem* & *imperium*: inde & iſta jura. Sed juvat hic audire Virgil. VI. Aen. *v.* 820.

- - nato*sque* pater *nova bella moventes*
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit.

Et hoc loco Incert. 1. *pater*, non *parens* ſcripſit: at Guelf. 5. in margine tantummodo vocem *parens* oſtendit, quem poſſem defendere; niſi edita animoſior & rei accommodatior eſſet lectio.

6. IISDEM TEMPORIBUS ROMAE LENT. Baſil. 1. Fabric. uterque, Heuſſ. Senat. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 8. & ed. vet. *Iſdem*: quo refero ſcripturam Incert. 2. Academ. Eccard. Vinarienſium, Guelf. *3*. 7. *9*. 10. 11. & 12. quae eſt *hiſdem*. Alteram illam & eam ob cauſſam praetuli, quod eruditi inde ab Gruteri editione tulerant ſupra *cap.* 1. n. 2. *dis* pro *diis*: ubi vide quae ſunt adſcripta. Sic ex vetuſtiſſimis Codd. *ſubiſse*, *petiſſe*, *Aſini* pro *Aſinii*, *Polybi* pro *Polybii*: item *is* pro *iis* & plura talia dudum adnotata ſunt. quae quamvis in contextum ab editoribus nuſquam fere recepta ſint, debuit tamen hoc antiquitati dari; eo magis, quod nihil incommodi, aut parum legentibus pariat. Sic & *c.* XLII. n. 1. XLIX. n. 1. LI. n. 43. LII. n. 12. adde ſupra *cap.* XV. n. 4. Porro vocabulum *Romae* locum mutat in Baſil. 2. in Gu. 3. plane deficit & 7. pro eo *idem* praefert. Mea ſententia abigenda eſſet cum iſto Guelferbytano. nam ſtupidis tantum narrandum fuerat, Lentulum *Romae* fuiſse, non vero illis lectoribus, quales, judice Quinctiliano, Salluſtius requirit: utut ſimiliter non ſine invidia inculcetur infra *cap.* XLII. n. 4. Jug. *cap.* XXX. n. 1. & 4. XXXVII. n. 1. XL. n. 1.

MORIBUS AUT FORTUNA. Gloſſae MSS. *malis moribus aut egeſtate*. Sed Gloſs. Fabric. 1. verba *aut fortuna* ita interpretatur: *aut caſus illorum ad hoc illexit*, quae obſcuriora ſunt, quam ipſa verba Salluſtii. Lege *cap.* XIV. & videbis *moribus* conjurationi aptos facinoroſos & flagitioſos: tum & *fortuna*, nempe inopes, aliiſque neceſſitudinibus circumventos.

AUT PER SE, AUT PER ALIOS. Sic Latini poſsunt *per ſe* & *per alios* ſimiliter ponere, quae in expoſitione ſeſe diſſimiliter habent, uti Jug. *cap.* XIII. n. 2. *urbes partim* vi, *alios* voluntate *imperio ſuo adjungit*. *Per ſe* eſt *ipſe*. Sueton. Jul. *cap.* LVI. *quae* per alios *erant geſta*, & *quae* per ſe *ediderit*. Q. Cicero de Petit. *cap.* VIII. *quos* per te, *quos* per *communes* amicos *poteris ſumere*. Apulej. de Mundo p. *69*. *ſummam illam poteſtetem* & per ſe, & per alios *opem ſalutis adferre*. Id. VIII. Met. p. 204. *Thraſyllus partim* per ſemetipſum, *partim* per *ceteros* familiares *ac neceſſarios*, ipſos *denique puellae* parentes *extorquet*.

NEQUE SOLUM-SED. h. e. *ſed etiam*. dixi ad *cap.* XVIII. n. 7.

CUJUSQUEMODI GENUS HOMINUM. Sic Baſil. 1. & 2. Vinarienſes, Fabric. uterque, Acad. Sen. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 5. *6*. *9*. & ed. vet. ex Remenſibus nihil notavit Gudius, ſed reliqui *cujuſcumquemodi*, quod eſt ex manifeſta Gloſſa. Salluſtius enim *quiſque* & *cujuſque modi*, *generis*, pro *omnis* & *omnis modi*, *generis* frequenter, ut dictum ad *cap.* XXVIII. n. 4. Nec Salluſtius tantum, ſed Lucretius, Cicero, Apulejus, aliique eodem modo, quod Giſan. ad Lucret. p. 324. & Mercerus ad Dictyn II. *cap.* XVIII. obſervarunt. addo Varron. v. de L. L. *cap.* VII. *Nam ut olitor diſſerit in areas* cujusque *generis res*. Q. Cicero de Petit. *cap.* v. *Denique inſtituendi ſunt* cujuſque *generis amici*. *cap.* IX. *ut quotidiana affectatione* cujuſque *generis & ordinis & aetatis utare*. *cap.* XIV. *in tot hominum* cujuſque modi *vitiis tantiſque verſantem*. Caeſar. VII. Gall. *cap.* XXII. *conſilia* cujuſque modi *Gallorum occurrebant*. Hac ratione *ubique*, *quandoque*, pro *ubicumque*, *quandocumque* dicuntur, & *quotienſque* apud Sueton. Aug. *cap.* XXXVII. *Excogitavit triumviratum legendi Senatus & alterum recognoſcendi turmas equitum* quotienſque *opus eſſet*. ſic MSS. Salmaſii: vulgo *quotieſcumque*. Sed in Criſpo novum eſt viſum *cujuſque modi genus*: hinc in Fabric. 2. ſcriptum eſt: *cujuſque modi homines*, *qui modo*

u. ſe-

cujusquemodi genus hominum, quod modo (bello) uſui foret.

CAP. XL.

IGitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat; eoſques ſi poſſit, impellat ad ſocietatem belli: exiſtu- XLI. 1

u. forent bello. Verum eodem modo Cicer. II. Orat. *cap.* LXXI. Mercero laudatus: *ut ad* cujuſque modi genus *ridiculi etiam vultus accommodetur*. & Auctor de B. Afric. *cap.* XIX. *deinde legiones conſcriptae ex* cujuſque modi generis *amplius* XII. *millibus* ubi alia Cl. Daviſius.

QUOD MODO USUI FORET BELLO. Poſitus maxime vocis *bello* & in Gruterianis, & in noſtris adeo incertus eſt, ut nihil poſſit ſupra. Incerti, Baſil. 1. & 3. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 3. 5. & 10. *quod modo bello uſui foret;* Fabriciani, Vinarienſes, Acad. Senat. 1. Guelf. 1. 2. & ed. vet. *qu. m. uſui foret bello;* Guelf. 11. & 12. *quod bello* (in 11. eſt *bellum*) *modo uſui foret;* ceteri (de Remenſ. tamen non ſatis conſtat) *quod modo uſui bello foret*. Juvat hunc librariorum aeſtum adſpicere, eo magis, quod dudum vocula *bello*, tamquam ex alio loco, nempe ex *cap.* XXXII. n. 2. huc tranſlata, ſuſpecta fuerit. Deteximus hujusmodi fraudem ad *cap.* V. extr. bis ad *cap.* X. n. 1. XIV. n. 5. & extr. XVII. n. 5. XX. n. 14. XXXI. n. 3. item infra *cap.* XLIII. extr. MSS. Eccard. habet *maximum bonum in* maxima *celeritate putabat*, deſumtum ex *cap.* II. n. 2. adde *cap.* XLVIII. n. 3. *cap.* L. n. 2. & LVI. n. 3. Jug. *c.* 1. n. 1. in aliquot MSS. *imbecilla aetas* (ex Cat. *cap.* III. n. 4.) in iiſdem *cap.* XXXI. n. 15. legitur *Sed haec inter bonos amicitia* firma: (ex Cat. *cap.* XX. n. 4.) *c.* XXXVIII. n. 1. *per ſaltuoſa loca & tramites* occultos *exercitum ductare* (adſumtum ex Jug. *cap.* XXVIII. n. 2. uti et Cat. *c.* LVII. n. 1. factum fuerat) *cap.* XCVII. n. 5. *attamen* priſtinae *virtutis memores* (ex Cat. *cap.* LVIII. n. 13. & Jug. *cap.* XLIX. n. 1.) Et haec quidem & plura in Salluſtio. in aliis idem peccatum offendi. Apud Virg. II. Georg. *v.* 491. in vetuſtiſsimo Codice Romano ſcribitur: *Atque metus omnis &* ineluctabile *fatum*: ſcilicet quia ita Virg. VIII. Aen. *v.* 334. nam ceteri ſcripti & impreſſi omnes habent *inexorabile fatum*. Idem Codex III. Georg. *v.* 88. *& ſolido graviter* quatit *ungula cornu*, pro *ſonat ungula cornu:* quia nempe animo volvebat illud VIII. Aen. *v.* 596. *quatit ungula campum*. Sic inprimis Proverbia, formulae ſollemnes & hujus generis alia locis non ſuis inculcata ſunt. Nobis ſufficit, quod per hanc obſervationem veroſimile fit, vocabulo *bello*, quod in libris ſcriptis adeo incertum locum habet, nullum plane deberi; atque ſine eo Jug. *cap.* LIV. n. 6. *frumentum & alia*, quae uſui forent, *affatim praebita*, & alibi loqui potuit Salluſtius. Verum Gruterus, qui de hoc valde ſecurus fuit, & *modo* & *foret* tentat atque ſollicitat. Minus recte, uti ex n. 5. & ex eo apparet, quod illud *modo* eleganter non modo cum Pronomine conjungatur, ſed etiam poſt *cujuſque modi*, *omnia*, *nihil*, *nemo* & quae univerſitatem denotant alia, cum ſingulari elegantia ponatur, pro *aliquo modo*. Jug. *cap.* LXIV. n. 5. *neque facto* ullo, *neque dicto abſtinere*, quod modo *ambitioſum foret*. Auctor de B. Afr. *cap.* XXXVI. *Cato* cujuſquemodi *generis hominum*, qui modo *per aetatem arma ferre poterant*, *delectum habere*. Sed vir ille doctiſſimus offenſus eſt repetitione τῶν *modi* & *modo*, quam ut in aliis, ſic in Salluſtio ferendam eſſe, ex dictis ad *cap.* XXIII. n. 3. conſtat. eadem de cauſſa lapſus eſt Idem ad Jug. *cap.* XCIII. n. 2.

CAP. XL. 1. *P. Umbreno c. negotium dat*. Cicero praeter P. Umbrenum in ſollicitatione Allobrogum verſatos memorat P. Furium & Q. Manlium Chilonem, III. Catil. *negotium dare* olim uſitatiſsimum, hodie vix auditur pro *committere* expediendum. Livius II. *conſularibus* negotio dato, *ut collegam vi, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent*. Id. III. datum negotium *eſt conſulibus*, *ut quaererent*. alibi ſaepe. C. Nep. Alcib. *cap.* X. *vicinitati* dant negotium, *ut eum interficiant*. A. Gellius I. *cap.* XIII. *quaeri ſolet an* negotio *tibi* dato, *et quid omnino faceres definito*, *contra quid facere debeas*.

LEGATOS ALLOBROGUM. *Gallorum ex civitate male pacata*, Cic. III. Cat. ſiti in provincia Narbonenſi inter Alpes, Rhodanum & lacum Lemanum, cujus tractus hodie partem habent *Subaudi*, *Delphinates* partem. Ptolemaeo ſunt Ἀλλοβρύγες per *υ*; ſed contra fidem Lapidum, quod Cellar. oſtendit Not. Orb. Ant. II. *cap.* II. p. 250. Juvenal. Sat. VIII. *v.* 214.

Rufum, qui toties Ciceronem Allobroga *dixit*.

exiſtumans publice privatimque aere alieno oppreſſos, praeterea, quod natura gens Gallica bellicoſa eſset, facile eos ad tale conſilium
2 adduci poſse. Umbrenus, quod in Gallia negotiatus, pleriſque principi-

Lege & Cic. de Prov. Conſ. *cap.* XIII. Sen. V. Benef. *c.* XVI.

REQUIRAT. Non modo *quaerat*, ſed etiam cum iis colloquatur. Terent. Phorm. Act. II. Sc. I. *v.* 79. *Abi, Phaedria, eum* require *atque adduce.* Hinc S. Caeſarius Hom. II. *infirmos viſitare, in carcere* requirere, *peregrinos excipere*,

SI POSSIT. Incerti &, ni fallor, Remenſes, Vinar. I. Guelf. 12. a prima manu *ſi poſſet*. nec improbo. obſcuros enim homines exiſtimo propter *impellat* alterum inclinatum praetuliſse, ut ſupra *cap.* XXXIV. n. I. *velint*, pro *vellent*.

AD SOCIETATEM BELLI. Belli ſocios faceret, ut arma conjungerent. Cic. pro Q. Ligar. *c.* VIII. *cujus auctoritatem ſecuti in* ſocietatem belli *veneratis*. Juſtin. XXXVIII. *cap.* III. *Hunc Mithridates mire ad* ſocietatem *Romani* belli *pellicere cupiebat*. Dictys III. *c.* III. *ultro nobis auxilium* ſocietatem*que* belli *offerebant*. adde Cic. V. ep. II. n. 2. X. ep. XI. n. II.

PUBLICE PRIVATIMQUE AERE AL. OP. Quaſi *publico privatoque aere alieno;* ſed alterum validius, & integrum ſenſum ſuſtinet ut *c.* XLIX. n. 3. Sic ſupra *cap.* XI. n. 6. *ea* privatim *ac* publice *rapere*. ubi vide. Livius I. *c.* XXXIX. *proinde materiem ingentis* publice privatim*que decoris omni indulgentia noſtra nutriamus*. Vellej. II. *cap.* III. *Quidquid* publice *ſalutare non eſſet*, privatim *alienum exiſtimans*. Ἡ δὲ πενία στάσιν ἐμποιεῖ καὶ κακουργίαν, inquit Ariſtot. II. Pol. *cap.* IV. vide ſupra *cap.* XIII. num. 4. XIV. n. 2.

NATURA GENS GALLICA BELLICOSA. Hoc tam experimentis cognitum, quam ab optimis auctoribus traditum & ubivis, & infra *c.* LIII. Jug. extr. apud Strabon. IV. p. 135. Cicer. de Prov. Conſ. *cap.* XIII. Caeſar. III. Gall. *cap.* XIX. VI. *cap.* XXIV. Juſtin. XXIV. *cap.* IV. XXV. *cap.* II. Tacit. Agric. *cap.* XI. Flor. I. *cap.* XIII. cet. legere licet. Gruterus iterum fluctus excitat, & mallet: *praeterea natura bellicoſos, facile* cet. non recordatus eorum, quae ad *cap.* IX. n. 3. & alibi hujus formae memoravimus, ad quam proxime Livius XXXII. *cap.* IV. *nec* altitudine *ſolum tuta urbs, ſed* quod *ſaxo impoſita eſt. Hae* difficultates, *&* quod *non erat tanti laboris pretium, ut abſiſteret incepto, effecerunt*. Geminum locum habes infra *c.* XLVIII. n. 6. unde ſimul diſces, in Participio *oppreſſos* conſiſtere, *quod oppreſſi eſſent*.

FACILE EOS AD TALE CONSIL. ADD. P. Academ. Baſil. 3. Fabric. 2. omittunt Pronomen *eos*, quod neque in junioribus quibuſdam edd. legitur. Sed cur delent? quia *oppreſſos* dixerat. At quantum differt iſtud extrem. hoc *cap. dein* eos pollicitos *operam ſuam dimittit?* quantum Seneca ad Marc. *cap.* XXV. *In aeterna rerum per vaſta & libera ſpatia* dimiſſos, *non* illos *interfuſa maria diſcludunt?* Structura, ſi nihil aliud, defendere debuiſſet, quae defendit Cic. I. epiſt. IX. n. 69. *Sed quia verebar, non eos, qui ſe laeſos arbitrarentur, ſed* eos, *quos erat infinitum bene de me* meritos *omnes nominare*. Caeſar. I. Gall. *cap.* XII. eos *impeditos & inopinantes adgreſſus, magnam partem* eorum *concidit*. Aeque injuſte *cap.* LII. n. 20. & Jug. *cap.* LXV. n. 2. in hoc Pronomen ſcioli graſſati ſunt. adde notam ad *cap.* XLVIII. n. 7. Guelf. II. *ad tale negotium*. Sed *cap.* XLI. n. I. *conſilium* dixit, & quod appoſitum ſit de *conjuratione*, notavimus ſupra ad *cap.* XVII. n. 5.

2. QUOD IN GALLIA NEGOTIATUS ERAT. Baſil. 2. *eo quod*. Incert. I. omittit *erat*: cui auſcultandum. ut infra *cap.* XLV. n. 2. *quod ei notus*. *Negotiari* proprie de *Negotiatoribus*, h.e. genere quodam mercatorum dicitur, qui in provinciis maxime, veſtium, frumenti, gemmarum, aut aliarum denique mercium comparatione aut commutatione occupati erant. vide Valer. Max. IX. *cap.* II. extr. 3. Auct. B. Afr. *cap.* XXXVI. leg. 12. § 3. C. de cohortalibus leg. 9. D. de vacat. & exc. mun. leg. 45. de oper. libert. Diverſi ſunt a mercatoribus, quod manifeſtum ex Cic. II. Verr. *cap.* LXXVII. in Vatin. *cap.* V. aliiſque locis quam plurimis. Sed quaenam ſit iſta differentia, vix expediri poteſt. Fr. Hottomannus ad I. Cic. poſter. putat, *Negotiatores* in provinciis, *Mercatores* Romae domicilia habuiſſe: illos aratores praeſertim & pecuarios fuiſſe, & hic quidem, quod ad prius, aliquantulum confirmatur ex Salluſt. Jug. *cap.* XLVII. n. I. Graevius ad prior. loc. ita ſcribit *Negotiatores* autem cum videantur iidem eſse, qui *mercatores*, ſunt mea ſententia, cum cives Romani, tum ſocii in provinciis, qui agros habent, quorum fructus per procuratores ſuos vendunt, ut A. Trebonius, qui in Cilicia magna negotia & ampla & expedita dicitur habere Tullio I. ep. III. multi alii in iiſdem libris memorantur. Haec Graevius. Mihi ſic videtur: *Negotiatores*, inprimis libera rep. fuiſse, qui certo loco aliquandiu hae-

ſerent

cipibus notus erat, atque eos noverat: itaque ſine mora, ubi primum legatos in foro conſpexit, percunctatus pauca de ſtatu civitatis,

rerent (non enim perpetuo in provinciis manſiſſe, vel hic Criſpi locus docet) & ejuſmodi merces maxime compararent, quas ſcirent a mercatoribus deſiderari: ſive eas ab regionis incolis cum aliis rebus commutarent, ſive in agris naſcerentur, ſive in officinis ſuis conficerent; at *Mercatores* non in uno loco diu morabantur extra Romam, ſed multa viſitabant (Horat. Art. P. *v.* 117.) navibuſque aut vehiculis multa ſimul vel importabant, vel exportabant. Ab utriſque diverſi ſunt cociones, de quibus Cicer. I. Offic. *cap.* XLII. & quaedam leges ICtorum intelligenda ſunt. Ceterum jam Ariſtotel. I. Pol. *cap.* XI. tria mercaturae genera ſtatuit ναυκληρίαν, φορτηγίαν & παράστασιν.

PLERISQUE PRINCIPIBUS CIVITATIUM. Sic ſcriptum eſt in Baſil. I. & a manu prima Fabr. I. non *civitatum*: atque illud jam in ed. ſua Gruterus ex Nazariano expreſſit, uti ſupra *ſapientium*, *locupletium*, *clientium*, vide ad *cap.* XI. n. 8. Varro inprimis pro exemplo hujuſmodi inclinatus *civitatium* & *parentium* laudat; & Chariſius I. p. 100. Annuum Cornutum citat, qui ſcripſit: *Jamque exemplo tuo etiam principes* civitatium *& poetae incipient ſimilia fingere*. Car. Langius ad Cicer. Lael. *cap.* IV. ex veteribus libris etiam *voluntatium* & *voluptatium* promit & probat. alia Popma de Uſu Ant. Loc. I. *cap.* IX. Sed mihi hoc loco vox *civitatium* ſuſpecta. Difficile enim eſt demonſtratu, P. Umbrenum negotiatorem *omnem Galliam* peragraſse; ſed id certum eſt, eum *in Gallia Allobrogum* fuiſse. Jam Allobroges *una* erant *civitas*, & ſic eſt mox: *percunctatus de ſtatu* civitatis. n. 4. *dum ea res* civitatem *aere alieno liberaret*. *cap.* XLI. n. 4. *cujus patrocinio* civitas *utebatur*. Sic Cicero de his: *Galli ex* civitate *male pacata*. Et illud omnibus notum eſt, *civitatem*, apud Caeſarem maxime, populum & nationem, ſive totius cujuſdam regionis incolas denotare, quod & Cellarius & Daviſius obſervant ad Caeſar. I. Gall. *cap.* II. producto Scaligero ad Euſebium p. 147. adde Muret. ad III. Catil. Cic. *cap.* II. Sed non tam hujus ſignificatus ignorantia, quam quod Criſp. ſcripſerat *in Gallia* olim Gloſſargos corrupiſſe videtur, ut hunc locum contaminarent: quaſi id non de Allobrogibus dici potuiſſet. Hinc enim & *cap.* LVII. n. 2. tantas turbas dederunt, ubi vide. Acceſſit, quod apud Caeſarem, Livium, Ciceronem frequenter occurrat *principes civitatum*, (vide ad Cicer. III. epiſt. VIII. n. 17. VI. ep. VI. n. 7. Gudium ad Phaedr. I. Fab. XV. Davis. ad Caeſar. I. Gall. *cap.* XIII.) quando de primoribus & capitibus veluti civitatis loquuntur: quare ſollemne additamentum neque hoc loco deſiderari paſſi ſunt. Quaſi vero non intelligere potuiſſent *principibus* iſtius *Galliae*, de qua ſermo. Et habemus abſolute poſitum apud Caeſar. IV. Gall. *cap.* XIII. *Germani frequentes*, *omnibus* principibus *majoribuſque natu adhibitis*, *ad eum in caſtra venerunt*. Cic. pro Flacco *cap.* XXIII. de Trallianis: *Quo cum veniſset Laelius*, *exſiluerunt principes -- uſque eo orba fuit ab* optimatibus *illa concio*, *ut princeps* principum *eſſet Maeandrius*. Juſtin. XXXI. *cap.* II. *Hannibal cum tota die in oculis* principum *legatique Romani*, *in foro Carthaginienſium obverſatus in ſupremum fuiſſet*. atque alibi. Igitur cum vel refragantibus omnibus libris τὸ *civitatium* fuiſſet delendum, acceſſit tamen conjecturae pondus cum neque in ed. vet. iſtud legatur.

ATQUE EOS NOVERAT. Qui omnia ſupervacua Salluſtii recidere voluerunt, nec manus, nec ferrum hic oſtendunt. Deeſt tamen haec triga Guelf. 4. An in Salluſtio περισσολογίαι inveniuntur? Quantum enim diſtat, quod hoc nomine adduxit Chariſius IV. p. 242. *Ibant*, *qua poterant; qua non poterant non ibant*? Diſtat tamen. Diverſa enim ſunt *notus erat*, & ipſe *noverat*: qualia & alibi conjungit Noſter. vide ad *cap.* XXXI. num. I. infra *cap.* XLIV. num. 2. *data & accepta fide*. Jug. *cap.* LXX. num. I. *ſuſpectus regi & ipſe eum ſuſpiciens*. Livius XXXIX. *cap.* XL. *Simultates exercuerunt eum*, *& ipſe exercuit*.

LEGATOS IN FORO. Habebant legati gentium atque nationum locum ſuum, ubi conſiſterent, antequam in curiam deducerentur, ubique, dum a Senatu reſponſa praeſtolantur, morarentur, quem *Graecoſtaſin* appellat Varro IV. LL. *cap.* XXXII. Cicero, Plinius. vide Alex. ab Alex. I. Gen. D. *cap.* XVI. p. 122. Borrich. Ant. Urb. Fac. *cap.* X. §. 2.

PERCUNCTATUS. In MSS. diverſo modo *percontatus*, *perconctatus*, *percunctatus* ſcribitur, cum olim tantum de *percontatus* & *percunctatus* ſit quaeſitum. Nos ultimum cum Feſto, Manutio & vulgari eruditorum conſuetudine amplexi ſumus. Donatus ad Hecyr. A. I. Sc. II. ita diſputat, ac ſi utrumque rectum putaſſet, quia origine quidem diverſa, ſed notione eadem eſſent: at quando ſcripturam illam *perconctatus*, quae eſt in Fabric. I. Guelf. 2. aliis-

vitatis, & quaſi dolens ejus caſum requirere coepit, *quem exitum*
3 *tantis malis ſperarent?* Poſtquam illos videt *queri de avaritia magi-*
ſtratuum, accuſare ſenatum, quod in eo auxilii nihil eſſet; miſeriis ſuis
reme-

aliiſque tribus conſideramus; veriverbium de *conto*, quod Verrius & Donatus fingunt, non ſatisfacere videtur.

ET QUASI DOLENS EJUS CASUM. Ed. vet. & Vinar. 2. *condolens*; Struv. *dolens de caſu ejus* ex interpretatione utrumque. *Caſus* de adverſa fortuna eleganter dicitur, ut monui ad *c.* XXXV. n. 4. Livius XXXIX. *cap.* X.. *Lacrymae mulieri obortae, & miſerari* caſum *adoleſcentis coepit, qui ſpoliatus fortunis* cet. plane ut Noſter Jug. *cap.* XXIII. extr. vocem habet Eod *c.* XIV. n. 22. *laetandum magis, quam* dolendum *puto* caſum *tuum*. Seneca Hippol. v. 123.

Promittat ullam caſibus *noſtris opem*.

REQUIRERE COEPIT. Car. Langius ad Cic. I. Offic. *cap.* III. legit hoc loco *anquirere coepit*. Sed Codd. pertinaciter alterum ſervant. & cum *anquirere* ſit proprie *circumquaque omnia ſcrutari*, hoc loco id verbi non eſt tolerandum, quandoquidem *requirere* h. e. *interrogare* ſententiae magis reſpondet. melius paullo *anquirere* reſtituit Giſanius Jug. *cap.* XIII. n. 6.

EXIT. TANTIS MALIS SPERARENT. Incert. I. & Guelf. 2. *tantis ſperarent malis*, qui ordo vulgato recte poſthabetur, etſi cuidam de circulo magis placuerit. non enim verbum *ſperarent* ita abſcondendum eſt, in quo maxima vis eſt ſita. vide quae de his docet Quinctil. IX. *cap.* IV. Dein ſignificantius *tantis malis* pro *tantorum malorum*, quaſi a Verbo potius quam ab nomine caſus penderet. uti Ovid. II. Her. *v.* ult. *Ille* neci *cauſſam praebuit, ipſa manum*. Hinc recte apud Corn. Nep. Pauſan. *c.* V. *cauſſae quid ſit tam repentino* conſilio, in excerptis Petri Danielis. Sic mox: miſeriis *ſuis* remedium *mortem exſpectare*. Plura jam adduximus ad *cap.* XI. n. 4. & XXXII. n. 1. adde Jug. *cap.* VII. n. 4.

3. POSTQUAM ILLOS VIDET. Remenſem, Baſil. I. & Acad. *Poſtquam videt, illos queri*; contra numeros Salluſtianos & omnium elegantiorum, qui Nomina & Pronomina a Verbis ſuis libenter ſeparant, aliiſque externo poſitu adjungunt. vide ad *cap.* XLVIII. n. 4. alio modo in Numerum peccat paullo inferius Fabric. 2. *quod in eo* nihil *auxilii eſſet*. rectius ibidem editi & ſcripti reliqui omnes. Dein Fabric. I. Guelf. 9. Vinar. I. & a prima manu Academ. *vidit*, non *videt*: quia inepti non putarunt *Poſtquam* poſſe conſtrui cum Tempore praeſenti. Sed ſic Jug. *cap.* LII. n. 6. Poſtquam *Rutilium conſediſſe jam* accipit. ubi plura. Poſtremo *videt quaeri* dixit, cum proprie querelae *audiantur*. Sic Liv. XXXIV. *cap.* XXXI. *Tum me regem appellari a vobis memini: nunc tyrannum vocari* video. Horat. II. Sat. II. *v.* 114. Videas *metato in agello — narrantem*. Claudian. II. Ruffin. *v.* 330. Viſa *loqui*. cum nota Barthii. Jul. Obſequ. de Prodig. *c.* LXXIII. *in Cephalenia turba* (alii *tuba*) *in coelo cantare* viſa. Multa ſuper hoc diſputat Auguſtin. X. Confeſſ. *cap.* XXXV. ut oſtendat *videre* de omni ſenſu dici, ut ſignificet *ſentire, cognoſcere*: ut cum dicatur: vide, *quid ſonet* cet. quam doctrinam & alibi perſequitur.

DE AVARITIA MAGISTRATUUM. Devictis enim Allobrogibus per Q. Fabium Maximum, atque in provinciae formam redactis, ſuos magiſtratus impoſuerant, Sigon. I. de ant. jure Provinc. *cap.* VI. Hi autem ſaepiſſime provincias male vexarunt, vide *cap.* XIX. nu. 5. inprimis per avaritiam ſuam provinciales fere exhauſerunt. Liv. XLIII. *cap.* II. *Hiſpaniae deinde utriuſque legati introducti. Ii de* magiſtratuum Romanorum avaritia *ſuperbiaque conqueſti, nixi genibus a ſenatu petierunt, ne ſe ſocios foedius ſpoliari vexarique, quam hoſtes, patiantur*. mox ed. vet. *quod in eo nulli auxilii eſſet*: Baſil. 2. *quod in eo conſilio nihil eſſet*.

MISERIIS SUIS REMEDIUM MORTEM. Naturalem in adpoſitione ordinem ſequuntur Fabriciani. Vinar. I. Acad. Baſil. 3. cum duobus aliis, qui habent; *mortem, remedium exſpectare*, quem ſervavit ſupra *cap.* II. nu. I. libidinem *dominandi*, cauſſam *belli habere*; & Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LVIII. mortem*que in tot malis hoſtium*, ut finem *miſeriarum exſpecto*. adde Jug. *cap.* CIII. n. I. at eum, qui eſt in editis, habet ſupra *cap.* XXX. n. 6. Jug. *cap.* XXVII. n. 3. Habent Auſonius ad Syagrium:

Cujus ego & Comes, & Quaeſtor, & culmen honorum
Conſul, *collega poſteriore, fui*.

Juſtin. II. *cap.* IV. *Hercules poſt victoriam Menalippen captivam ſorori reddidit, &* pretium arma *reginae accepit*. Id. XI. *cap.* XV. *In quam rem unicum* pignus *fidei regiae* dexteram *ſe ferendam Alexandro dare*. At cum hoc loco non ſine deliciis vox *remedium* ſeparetur ab iis *miſeriis ſuis*: quem poſitum quiſque praeferre voluerit, in medio relinquo. Vinar. I. *praeter mortem ſperare remedium*.

EXSPE-

Digitized by Google

remedium mortem exſpectare: *At ego*, inquit, *vobis*, *ſi modo viri*
eſſe voltis, *rationem oſtendam*, *qua tanta iſta mala effugiatis*. Haec 4
ubi dixit Allobroges, in maxumam ſpem adducti, Umbrenum orare,
uti ſui miſereretur: nihil tam aſperum, neque tam difficile, quin
cupi-

EXSPECTARE. Remenſ. 2. Vinar. 1. & a prima manu Guelf. 1. *ſperare*, quot Gruterus in Commeliniano & duobus aliis legit, Rivius etiam in uno, quem Fabricianum vocat. pro var. lect. in Senat. 1. viſitur. Sed dixerat modo: *quem exitum tantis malis* ſperarent; & in hujuſmodi rebus Tautologiam Noſter vitat, ſicuti *c.* XX. *praemia*, & *ſpolia*, & mox *c.* XXI. *merces*; *c.* XXVI. & XXVII. *inſidias parare*, *facere*, *tendere*, *c.* XLV. n. 3. & 4. *tradere* & *dedere*; *c.* LII. n. 16. *timere*, *metuere* ſcripſit, cum ex illis una tantum voce uti potuiſſet. Sic *c.* LI. n. 18. *Nam profecto aut* metus, *aut injuria te ſubegit* -- *De* timore *ſupervacaneum eſt diſſerere*. Cur non *de metu*? Atque *exſpectare* eſt longe ſignificantius, vide ad Jug. *c.* XIV. num. 7.

AT EGO, INQUIT, VOBIS. Pronomen ultimum non comparet in Guelf. 7. neque 9. Perbelle. vide *c.* XXXIII. n. 6. XXXV. n. 1. XXXVI. num. 4.

SI MODO VIRI ESSE VULTIS. Si non timetis, ſi fortiter, ut viros decet, agere vultis. Cicer. pro Milone *c.* XXX. *Propoſita invidia*, *morte*, *poena*, *qui nihilo ſegnius remp. defendit*, *is* vir *vere putandus eſt*. ibi & ad II. Phil. *c.* XIV. Nic. Abram. plura congeſſit. Livius I. *c.* XLI. *Tuum eſt*, *Servi*, ſi vir es, *regnare*. vide Graev. ad Flor. III. *c.* III. n. 9. Capitol. Maxim. *c.* XVIII. *Ergo* ſi viri eſtis, *ſi vires habetis*, *eamus contra ſenatum & Afros*. adde infra *c.* XLIV. n. 5.

QUA TANTA MALA ISTA. Gruteri meliores, Baſil. 1. & 3. Incerti, Vinarienſes, Fabric. 1. aliquot Guelferbytani, Senat. 1. *tanta iſta mala*. & ſic ed. Gryphii A. 1533. Venetae, Pareana. Guelf. 11. *illa* pro *iſta*, quod plane exulat in Guelf. 3. 4. & Fabric. 2. ſicuti contra *tanta* ejectum eſt ex Eccardiano: metuentes ſcilicet ne *tanta iſta* ſuperflue conjungantur. At quam ſaepe *ille*, *ipſe*, *iſte*, *hic* adduntur, ubi alio nomine Adjectivo eorum vis jam expreſſa eſt? Claudian. IV. Hon. *v.* 284. *Operum quo ſe* pulcherrimus ille *Mundus amore liget*. ibi lege N. Heinſii notam. Cicer. II. epiſt. XI. n. 1. *Putaresne umquam accidere poſſe*, *ut mihi verba deeſſent*, *neque ſolum* iſta *veſtra oratoria*, *ſed* haec *etiam levia noſtratia*. Terent. Heaut. Act. I. Sc. II. *v.* 3. *Proin tu ſollicitudinem* iſtam falſam, *quae te excruciat*, *mittas*. adde Donat. ad Eunuch. A. I. Sc. II. & Gronov. ad Sen. Octav. *v.* 5. infra *c.* XLVIII. extr. *tantam* illam *contumeliam*. Hic vero non adeo male ageretur cum Salluſtio, ſi ex probatis magis, quam Eccardianus eſt, Codd. *tanta* poſſet expungi. Ipſe vereor, ex Gloſſa τῷ *iſta* ortum eſſe, quae remiſerit ad praecedens *tantis malis*.

EFFUGIATIS. Guelf. 4. 6. & 11. *fugiatis*; Struv. *fugatis*.

4. HAEC UBI DIXIT. Invecta haec exiſtimat ab Scholiaſte Gruterus. Habet Noſter ſimilia *c.* XXI. n. 1. XXXI. n. 8. XLVIII. n. 4. LIX. n. 1. Jug. *c.* XI. n. 1. *Sic locutus* &c. Et propria ſunt haec atque perpetua Hiſtoricis, quibus ſolis ordinem & diſtinctionem, praeter alia, obtinere nituntur: quod ex Livio, Caeſare, Tacito, Herodoto, Thucydide omnibus in confeſſo, ut non ſatis videam, quo pacto talia multa exciderint Viro de his litteris optime merito.

IN MAXUMAM SPEM ABDUCTI. Guelf. 6. *ducti ſunt*. Incert. 2. ducti *in maximam ſpem*. Nimis illi ſapiunt, qui duas Praepoſitiones *in* & *ad* penes unum Nomen ferre noluerunt, quos aliud docui ad *c.* LVIII. n. 1. Cicero, qui *adducere in* ſuſpicionem, in controverſiam, *in* ſermonem, *in* anguſtum protulit, is etiam II. ad Att. ep. XXII. in *eam ſpem* adducimur, *ut nobis ea contentio interdum non fugienda videatur*. Id. III. epiſt. XIX. *me tuae litterae numquam* in *tantam ſpem* adduxerunt, *quantam aliorum*.

ORARE, UTI SUI MISERERETUR. Guelf. 7. *orare coepere*. Fabric. 2. *exorare*, *uti* cet. *Sui* eſt utriusque numeri, quod poſt veteres obſervavit Linacer V. de Emend. Struct. p. 325.

NEQUE TAM DIFFICILE EST. *Neque* omittit Incert. 1. in *nec* mutant Guelferb. 7. & Acad. in *atque* Senat. 2. at Guelf. 4. *neque tam facile eſſe*. An inde efficias, quod *tam* ſit ejiciendum? id vero non legitur in Senat. 2. Hoc pro certo adfirmo, verbum *eſſe* auribus meis non placere: neque Guelf. 12. agnoſcit. vide infra *c.* XLVII. n. 2. Jug. *c.* LIV. n. 1. & ad Cic. V. ep. X. n. 5. Recte etiam Gloſſae ajunt ſubaudiendum *dicentes* ex verbo *orare*, uti ſupra paullo ex *queri* idem verbi intelligendum penes illa: *miſeriis ſuis remedium mortem expectare*. Et haec quidem duo loca ſalva manſerunt ab interpolatoribus; alibi autem varie corrupta eſt eadem Figura. vide ad *c.* XXI. n. 3.

Digitized by Google

cupidiſſume facturi eſſent, dum ea res civitatem aere alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit; quod foro propinqua, neque aliena conſilii, propter Semproniam: nam tum Brutus ab

QUIN CUPIDISSUME F. E. *Quod non* habent Codd. noſtri omnes; ſed Rivius ex Veneto protulit *quin*, quem Gruterus, Pareus, Waſſe ſunt ſecuti. in Veneta 1493. eſt *qui*, pro *quin*. *cupidiſſime* adpoſite de ſtudio ſummo, quale ſolet eſſe in partibus, de quo ſaepe dici docuit Graevius tam alibi, quam ad Sueton. Caeſ. *c.* XII. *ac forte judex in reum ductus, tam* cupide *condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aeque ac judicis acerbitas profuerit*. Caeſar I. Civ. *c.* XV. *Etiam Cingulo ad eum legati veniunt, quaeque imperavit, ſeſe* cupidiſſume *facturos pollicentur*.

DUM EA RES. Ed. vet. & Vinar. 2. *dummodo*, ex Gloſſa. reſpice ſis ad *c.* V. n. 6. *ea res* intulit, cum ſcripſiſſet *nihil arduum, difficile*. Sed *res* cum Pronomine, per Periphraſin quamdam, vices Pronominis Demonſtrativi ſaepiſſime ſuſtinet, & omnium Generum vocabulis reſpondet, cujus rei exempla petas ex nota ad Cic. I. ep. VIII. n. 2. & ſic Luccej. Cicer. V. ep. XIV. n. 3. *Non habeo* certum, quae *te* res *hinc maxime retrahat*. Rurſus Cic. pro Caec. *c.* II. Quod *eſt gravius*, *&* cujus rei *cauſſa maxime judicia conſtituta ſunt*, id *jam malu conſuetudine diſſolutum eſt*. *c.* III. *ſi quis*, quod *ſpopondit*, qua *in re verbo ſe uno obligavit*, id *non facit, maturo judicio condemnatur*. Interdictum Praetoris leg. 2. princ. D. ne quid in loco public. *Ne* quid *in loco publico facias, inve eum locum immittas*, qua ex re *quid illi damni detur*. adde Jug. *c.* XLI. n. I.

CIVITATEM AERE AL. LIB. Solus Fabric. I. quod certo ſciam, poſitum variat ac legit *aere alieno civitatem liberaret*. Alterum ordinem praetulit Cic. VI. ad Att. ep. II. ubi bis hac phraſi utitur. nec ſeparavit ſextum caſum a verbo Livius XLV. *c.* V. *liberares* religione *templum*. & tamen unius iſtius MS. lectio Salluſtio convenientior, quantum ego ſentio, videtur.

5. IN DOMUM DECIMI BRUTI PERDUCIT. Struv. Guelf. 7. & Rem. I. *perduxit*. *Decii* ſcribunt juniores MSS. cum vetuſtiores tantum per D. illud nomen denotent: quod potius *Decimi* ſignificat praenomen, non *Decii*, quod gentis eſt nomen, quidquid Caſtalio contra dicat. Apud Appian. II. Civ. p. 518. eſt *Δέκιμος ὁ Βροῦτος* inter Caeſaris interfectores. & alibi hoc Praenomen in *Decii* nomen commutatum eſſe, docent Freinsh. ad Flor. II. *c.* XVII. n. 12. Interpp. ad Vellej. II. *c.* V. *In domum* Apulej. Apolog. p. 320. *ut ad ſeſe* in domum *matris ſuae transferat*. Sic *ad domum, ab domo*. vide Paſſerat. ad Catull. Carm. LXII. Sine Praepoſitione Jug. *c.* LXXVI. n. 6.

QUOD FORO PROPINQUA ERAT. Remenſ. I. *eſſet*. Tam ſaepe negotium faceſſit iſtud verbi, tot locis fruſtra inculcatum, ut, quae noſtra ſit ſententia, proferre pigeat. Vocabulum *foro* non ſcriptum fuit primitus in Guelf. I. ſed inter lineas adpictum. meo judicio abjici poſſet, hicque locus iis adnumerari, in quibus temere Dandi Caſus eſt ſuperadditus. vide ad *c.* LVIII. num. I. *quae* non *quod* ſcribunt Incert. 2. Guelf. 3. & 10. vide ad *c.* XXXVII. n. 6. Sed Guelf. 4. *eo quod*, cui ſimilis lapſus notatus n. 2. Sed *quae* haud omnino diſpliceret, ſi majori niteretur auctoritate.

NEQUE ALIENA CONSILII. In Fabric. 2. fuit olim *conſilio*; in Acad. *neque erat alieni conſilii*. in utroque vulgata nunc viſitur reſtituta. Sed Guelf. 6. hodieque: *neque aliena conſiliis*. Motus eos excitavit ſtructura non adeo vulgaris. Tamen Cic. I. de Fin. *alienum dignitatis*, & pro Caecina *alienum cauſſae* dixit, quae Graeco modo conſtructa eſſe exiſtimat Buchner. I. de comm. rat. dic. *cap.* XIX. Saepe ita Lucretius, ut *aliena ſalutis*, *rerum* &c. vide Ciſan. pag. 305. Turneb. ad Cic. I. Agrar. *c.* XXV. & N. Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. *v.* 396. Eſt autem *aliena* pro *non accommodata, non opportuna* conſilio, nempe *Conjurationi*, n. I. ut *alieno loco* & ſimilia ubivis occurrunt.

PROPTER SEMPRONIAM. Supra *cap.* XXXV. depictam.

NAM TUM BR. AB ROMA ABERAT. Scripti omnes ſine Praepoſitione *Roma aberat*, praeter Baſil. I. ſi Excerptis fidem habere debeo, & Academ. in quo *a Roma*. Venetae & aliae pleraeque edd. eam agnoſcunt, & Priſcian. XV. p. 1008. qui hoc, inter alia, exemplo uſus eſt, ut adſtrueret Nominibus Urbium ſaepe, & maxime apud Hiſtoricos, addi Praepoſitiones. Livius XLII. *cap.* XVIII. *Legati eo* ab Roma, *gratulantes quod e tanto periculo evaſiſſet; venerunt*. Cic. XV. ep. IV. n. 2. *qui circiter Idus Sextil.* ab Epheſo *in Syriam navibus profectus erat*. Caeſar. I. Civ. *cap.* XI. *Itaque* ab Arimino *M. Antonium cum cohortibus quinque Arretium mittit*. cum nota Cellarii & Daviſii. Curt. V. *c.* VI. n. 19. *Itaque trigeſimo die, poſteaquam* a Perſepoli *profectus erat, eodem rediit*.

Digitized by Google

ab Roma aberat. Praeterea Gabinium arceſſit, quo major auctoritas 6
ſermoni ineſſet: eo praeſente conjurationem aperit: nominat ſocios, praeterea multos cujusque generis innoxios; quo legatis animus amplior eſſet: dein eos pollicitos operam ſuam dimittit.

diit, & quae ibi Freinshemius. adde Sanctium IV. Min. *c.* VI. ibique Perizonium. Noſtr. Jug. *c.* LVII. n. 1. Vinar. 2. & ed. vet. *Romam aberat*. Senat. 2. *Romam abierat*. Ceterum *tum* particula non legitur in Fabric. 1. nec Remenſ. 1. Ceteri & Priſcianus recte exprimunt. Rationem autem hanc Criſpum addere debuiſſe, quia Brutus non particeps fuit Conjurationis, notarunt Omnibonus & Zanchius.

6. PRAETEREA GABINIUM ARCESSIT. Codd. plerique *accerſit*; ſed editum dedit prima manus in Baſil. 1. dedere Senat. 1. Struv. Guelf. 1. 3. & 5. Eodem ducunt Guelf. 8. *arceſcit*; Remenſ. 2. *acceſſit*. *Arceſſit* eſt propius originem, ab *ar* (pro *ad*, uti *arduitor* pro *adduitor*; *arlabitur* pro *adlabitur* Giſan. in Lucret. p. 308.) & *cio*, ut a *capio*, *capeſſo*; *facio*, *faceſſo*, Alcuinus p. 2111. Veteres Grammatici diſtinguunt horum verborum ſignificationes, quibuſcum facit Schottus ad Corn. Nep. Attic. *cap.* XXI. etſi Scaurus p. 2260. eas eodem recidere docuerit. Hinc nullus ex antiquis Scriptoribus nominari poteſt, in quo librarii non ex ficta iſta diſtinctione fuerint graſſati. Giſanius etiam utrumque verbum conſervare jubet, etſi eadem notione. Melior tamen aetas ubique ſcripſit *arceſſit*, uti haec iam certa & decreta habentur apud eruditos homines, inquit Graevius ad Sueton. Tiber *c.* LIII. Vide Pier. ad IV. Georg. *v.* 224. Stewech. ad Apulej. VI. Metamorph. pag. 348. Lambinum ad Nepot. l. c. Manutium ad Cic. Ep. Fam. ad VI. Phil. *c.* II. Taubmann. ad Plaut. Caſin. A. III. Sc. IV. *v.* 10. Drackenb. ad Sil. 1. *v.* 264. infra *c.* LX. n. 4.

QUO MAJOR AUCT. SERM. INESSET. Pro *major* Acad. *aor* dubia manu; Pro *ineſſet* Guelf. 6. *eſſet*; Ciacconius ex vet. libro memorat *adeſſet*. ipſe recte editam probat ex Tacit. II. Hiſt. *c.* XVIII. extr. *quo plus auctoritatis* ineſſet *conſiliis*. adde ſupra *c.* XXV. extr.

NOMINAT SOCIOS. Verbum a principio poſitum non tolerarunt Guelf. 1. & Eccard. in quibus: *ſocios, praeterea multos c. g. innoxios nominat*. Levius Vinarienſes & Fabriciani: *ſocios nominat, praeterea* &c. ut *c.* XX. num. 8. *repulſas nobis* reliquere, *pericula*, *judicia*, *egeſtatem*. Verum nec iſtud alienum. Supra *c.* XXI. n. 2. *Tum Catilina* polliceri *tabulas novas, proſcriptionem - alia omnia quae bellum atque lubido victorum fert*. n. 3. admonere *alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuae* &c. Infra *c.* LI. n. 7. *ne plus* valeat *P. Lentuli & ceterorum ſcelus, quam veſtra dignitas*. aliisque locis quam plurimis. Sic & Cic. II. de Orat. *c.* LII. invidetur *autem praeſtanti florentique fortunae*. Caeſar. Civ. *c.* LII. Deſiderati *ſunt eo die ſagittarii circiter* CC. *equites pauci* &c.

MULTOS CUJUSQUE GENERIS INNOXIOS. Innocentes, & inſcios Conjurationis, quod voluit indicare Guelf. 9. *innoxios inſcios conjurationis, quo* cet. *cujusque* iterum temerat idem Codex, & ſcribit *cujuſcumque*. vide *c.* XXXIX. extr.

ANIMUS AMPLIOR ESSET. *Amplior* i. e. major, majori ſpe, & magis excellus. Sic Litterae Sacrae teſtantur, *Deum Salomoni dediſſe pectus amplum*, proprie *pectus quod optima quaeque in ſpe haberet*. Et naturalis diſciplina docet, *contracto* pectori triſtitiam; *lato* autem atque amplo laetitiam ineſſe. Hinc *Laetari a latus*; hinc illae locutiones. infra *c.* LIX. n. 1. *quo militibus exaequato periculo* animus amplior *eſſet*. Cic. II. Acad. *c.* XLI. *Eſt enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturae: erigimur*, latiores *fieri videmur*, *humana deſpicimus*. Gloſſa Guelf. 1. *laetior*. Porro Fabriciani, Vinarienſes, Guelf. 2. 4. Senat. 1. & ed. vet. *ineſſet*, ſed inconcinne. inde tamen factum ut, propter ſimilitudinem praecedentis verbi *ineſſet*, haec omnia: *Eo praeſente - - amplior eſſet*, in Guelf. 3. omitterentur.

DEIN EOS, POLLICITOS OP. SUAM. *Eos* deeſt Fabr. 2. & Baſ. 3. idque, ut & particulam *dein*, ſubintelligendum potius exiſtimat Gruterus. perperam, ut vides ex n. 1. In Baſil. 3. locus ita concipitur: *deinde pollicitos operam ſuam* dare, *dimittit*, & verbum *dare* adjicit etiam Remenſ. 1. quomodo Liv. XLII. *c.* XXVI. pollicitos*que omnia, quae populus R. imperaſſet*, praeſtaturos. Sed ſine verbo ſupra *c.* XXVIII. n. 1. & Plaut. Milit. A. III. Sc. III. *v.* 6. *Stultitia haec ſit, Me ire in opus alienum, aut tibi* meam operam *pollicitari*. Trinum. Act. 1. Sc. II. *v.* 154. *Polliceor operam*. Q. Septimius II. *c.* XLVIII. extr. *Igitur his* operam ſuam pollicentibus, *iterum ſe una Diomedes ſponte ait*. Dares *cap.* III. *Noſter Herculem collaudavit*, operam*que* ſuam *pollicitus eſt*.

CAP. XLI.

XLII.

1 SED Allobroges diu in incerto habuere, quidnam conſilii cape-
2 rent. In altera parte erat aes alienum, ſtudium belli, magna merces in ſpe victoriae: at in altera majores opes, tuta conſilia,
3 pro incerta ſpe, certa praemia. Haec illis volventibus, tandem vicit

DOMUM DIMITTIT. *Domum* non legitur, ut vidimus, in Baſil. 3. neque in Guelf. 3. & 6. Forſitan ex ea ratione, quam tetigimus ad *c.* XXVII. n. 1. Attamen & Noſter *cap.* XXI. extr. *conventum* dimiſit. (Fabric. 2. etiam hoc loco *dimiſit*) Jug. *c.* VIII. n. 2. dimittere *auxilia decrevit*. Phaedrus IV. Fab. XVII. *v.* 13. *Vetat* dimitti *magnus illos Jupiter*. *v.* 28. *Non eſt legatos regis non* dimittere. Sic Cicero, Livius, Caeſar, alii. & profecto, cui bono ſententiae additum ſit, nemo dixerit, niſi cui minutias ſectari placuerit, quae nec ipſae procedent.

CAP. XLI. 1. IN INCERTO HABUERE. Sic Fabric. 2. Vinar. 1. Senat. uterque, Baſil. 2. & 3. Acad. Eccard. Incerti, Guelf. 1. 2. 5. 10. 11. 12. & Venetae priores: quibus addas, qui omiſſa Praepoſitione *incerto* tamen habent, Struv. Guelf. 4. 7. 6. 9. Vinar. 2. ed. vet. & Ven. 1500. Vitium ſcribae manifeſtum in Heuſſiano, qui *diu vim certo*. Nullus, praeter Guelf. 3. *All. incertum habuere*. At Remenſes, ni fallor, Fabric. 1. & Baſil. 1. *in incertum habuere*, quod edd. quasdam, occupavit, veluti per Antiptoſin hic voluiſſet Criſpus ita, ut ſupra *c.* XIX. *in provinciam*. Sed mihi, quidquid hujus ſit, ex Gloſsa videtur prognatum, quae *in incerto* reddidit primum *incertum*. id cum loco τῦ *incerto* irrepſiſſet, Praepoſitionem tamen hujus retinuere; quae & alibi, propter ſimilitudinem prioris ſyllabae, inſerta eſt; ut *in initio* &c. Igitur *in incerto habere* dictum ut *in dubio*, *in proclivi*, *in tranquillo*, *in integro*, *in difficili*, *aequo*, *ambiguo*, *anguſto eſſe*, vel *habere*. Sic Auct. de B. Alex. *c.* XVI. *Victoribus omnia erant futura* in incerto. Tacit. XV. Ann. *c.* XVII. *quando* in incerto habeantur *Parthorum conatus*. Noſter Jug. *c.* XLVI. extr. *ut abſens*, *an praeſens*, *pacem*, *an bellum gerens perniciosior eſſet*, in incerto *haberetur*. ubi itidem aliquot ſcripti ſine Praepoſitione *incerto haberetur*. Thucyd. I. *c.* XXV. in *ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο*.

2. IN ALTERA -- IN ALTERA. Rariuſcule in utroque membro *altera* poni ad h. l. exiſtimat I. Waſse. Imo frequentiſſimum id, & proprium eſt, ubi de *duobus* ſermo. vide ad *c.* I. n. 2. & 7. Nihilo minus primo loco *in alia* ed. vet. falſo oſtentat.

MERCES IN SPE VICTORIAE. In victoria, quam ſperabant: in victoria ſperanda. vide *c.* XXXIV. n. 4. addita nota ad Jug. *c.* XCVII. n. 2.

PRO INCERTA SPE, CERTA PRAEMIA. Guelf. 5. & Remenſ. 2. *certum praemium*: eo, ut arbitror, librariorum errore, quem accuſavi ad *c.* X. n. 5. Sed Guelf. 6. *prope incerta praemia*. Lege tranſpoſitis duobus vocabulis: *pro ſpe incerta*, *certa praemia*. ut Cicero: *o fortu*natam natam *me conſule Romam*. de Amicit. *cap.* XXI. *Rarum genus*, *& quidem omnia prae*clara rara. I. Offic. *c.* XVIII. *ea neſcio quomodo pleni*ore ore *laudamus*. Quae eo laudo, ne quis propter ſonum & ſyllabas geminatas vituperet. Nam quod Noſter aliique ſimilia ament conjungere, docui ad *c.* II. n. 2.

3. VOLVENTIBUS. Senat. 2. & ed. vet. *nec illis volentibus*; Struv. Heuſs. Guelf. 7. & 11. cum Venet. 1500. *Haec i. volentibus*. male. *volvere* eſt ſecum perpendere, conſiderare, ut ſupra *c.* XXXII. num. 1. demonſtratum. Infra Vinar. 2. & ed. vet. *vincit*, pro *vicit*. Turpius ejusdem nominis primus: *vicit* eos *fortuna reip.*

FORTUNA REIP. Guelf. 6. & 8. *fortuna R. P.* 3. *fortuna R. Pl.* Acad. *fortuna publicae rei*, Gruterus ex edit. quam vocat primam *fortuna P. R.* Et ſic voluere Ciacconius atque Urſinus; nempe *Fortuna Populi Rom.* Perinde eſt, inquit I. Waſse, utro modo legas. Imo vero diverſa illa ſunt, quae apud Auctores inveniuntur *Fortuna Pop. Rom. Fortuna Orbis Rom. Fortuna Publica*, *Fortuna Urbis* & *Fortuna Reip.* nec niſi temere confunduntur. Aliud enim profecto eſt *ſtatus Reip.* ſive *ipſa Reſp.* aliud ſtatus Urbis Romae, Populi Romani, Imperii. Itaque e. g. recte apud Livium II. *c.* X. *Pons ſublicius iter paene hoſtibus dedit; ni unus vir fuiſſet*, *Horatius Cocles: id munimentum illo die* fortuna urbis Romanae *habuit*. recte, inquam, *fortuna urbis*: nam de *urbe* ab hoſtibus occupanda, ſed defenſa ſermo eſt. Recte etiam VII. *cap.* XXXIV. *Nos deinde aut* fortuna populi Rom. *aut noſtra virtus expediet*. nam ibi de fortuna, quam Ro-

vicit fortuna reipublicae. Itaque Q. Fabio Sangae, cujus patrocinio civitas plurimum utebatur, rem omnem, uti cognoverant, 4
aperiunt. Cicero, per Sangam (conſilio) cognito, legatis prae- 5
ce-

per habuere, loquitur. Recte Ovidius I. Faſt. *v.* 209.

At poſtquam fortuna loci *caput extulit* hujus,

Et tetigit ſummos vertice Roma *Deos*.

nam ſiſtit ibi urbem Romam a parvis initiis ad ſumma progreſſam. *dum populus pauper*, *dum nova Roma fuit: dum caſa Martigenam capiebat parva Quirinum* &c. Hoc vero noſtro loco, ubi *cives* & *cives* unius Urbis, unius populi Romani opponuntur; ridiculum foret dicere *vicit fortuna populi R.* & obtinuit *contra Romanos*, nempe conjuratos. at recte *fortuna reip.* quia *reſp.* ſemper contraponitur civibus quibuſdam, ſua commoda quaerentibus, & contra *communem* ſalutem conſulentibus, ut *c.* XX. num. 7. & Catilina *conſilia ceperat* reip. *opprimundae*, *c.* XVI. num. 5. XXIII. num. 6. & ſi conjuratio valuiſſet, *magna clades* remp. *oppreſſiſſet*, *c.* XXXIX. num. 4. & attende quaeſo, ut Noſter *c.* XXXXVI. num. 4. *imperium populi R.* dixerit, ubi de iis etiam civibus, *qui ſeque* remque publicam *perditum ibant*, dicere coepit. Quam ob cauſſam ſolummodo vera lectio eſt: *vicit Fortuna Reip.* uti apud Cic. pro Milone *c.* VIII. *Quoties ipſe, judices, ex P. Clodii telis & ex cruentis ejus manibus effugi? ex quibus ſi me non mea, vel* reip. Fortuna *ſervaſſet, quis tandem de interitu meo quaeſtionem tuliſſet?* Clodius enim, perditus civis, utiliſſimum & optimum *reip. Rom.* civem Ciceronem ſuſtuliſſet. I. Catil. *c.* VI. *ſceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, ſed* fortunam reip. *obſtitiſſe*. Sic ibi olim legebatur, cum nuper male fecerint *fortunam pop. R.* Seneca I. Controv. VII. *Non pepercisſetis mihi, ſi putaſſetis me patrem tyranni. Dum inter ſe pugnant*, vicit reſpublica. Otbertus, ſive quis alius auctor Vitae Henrici IV. *Incepta eſt pugna, quae diu dura fuit & dubia; quia virtute pares & numero congreſſi, hi pro laude, illi pro vita pugnabant.* Regis *tamen* fortuna *vicit*, *& hoſtis ferociſſimus peremtus turpiter jacuit* apud Barth. ad Stat. II. Theb. *v.* 197. ubi plura. Sollemne autem eſſe Romanis inprimis ſcriptoribus inſperata, & quorum cauſſae non adeo manifeſtae ſunt, tam mala (vide *c.* VIII. n. I. X. n. I.) quam bona *Fortunae* Urbis, populi R. Principis &c. adſcribere, notavit Gronov. ad Liv. VI. *c.* XXX.

4. ITAQUE Q. FABIO SANGAE. Fabric. I. & Vinar. I. *Ita Q. Fabio Sangae*, ut habet edit. Gryphiana; Fabric. 2. *Itaque Fabio Sangae*, quae varietas ex concurſu τῆς *que* & *Q.* nata videtur. meminit ejus Cicero in Piſon. *c.* XXXI. & alibi.

CUJUS PATROCINIO. Coloniae, Socii, Provinciae & amici populi R. *Patronos* ſuos habebant ex Romanis civibus, quorum opera uterentur, ſi quid Romae curandum haberent. Jam ab Romulo hoc inſtitutum eſſe, docuit Sigon. II. de ant. jure It. *c.* IV. extr. ex Dionyſio Hal. II. *c.* XI. princ. Cicer. I. Offic. *c.* XI. *in quo tantopere apud noſtros juſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, earum* Patroni *eſſent, more majorum.* Non tamen hoc perpetuum, ſed habebant civitates eligendi, quem vellent, poteſtatem. Sic Bononienſes in Antoniorum clientela erant, Sueton. Aug. *c.* XVII. Lacedaemonii in Claudiorum, Id. Tiber. *c.* VI. Puteolani in Caſſiorum, Cicer. Phil. II. *c.* XLI. Siculi in Marcellorum, dein Scipionum, poſtea Metellorum, demum Ciceronis, Cicer. Divinat. *cap.* I. ibique Aſconius. adde II. Verr. *c.* XLII. & XLVI. Appianus II. Civ. pag. 430. Ἀλλόβριγες ἐνδοιάσαντες, ἐκοινώσαντο Φαβίῳ Σάγγᾳ, ὃς ἦν τῶν Ἀλλοβρίγων προστάτης, ὥσπερ ἑκάσταις πόλεσιν εἰσὶν ἐν Ῥώμῃ προστάται.

PLURIMUM UTEBATUR. Guelf. 9. *plerumque*; Incert. 2. *nitebatur*. leves, ſed errores tamen. vide ſupra *c.* XXVI. n. I. Eodem titulo adnotavi Guelf. 9. *ſicut cognoverant*; 7. *uti cognoverat*, *aperuit*, & quod in quinque Codd. oſtendi *omnem rem*, non *rem omnem*. Vinar. I. *uti cognoverant*, aperuit.

5. CICERO P. S. CONSILIO COGNITO. Vox *conſilio* locum dubium habet in Senat. 2. Incert. I. Struv. Heuſſ. & tribus aliis. maxime tamen in Baſil. 3. ubi legas: *Conſilio per Sangam cognito Cicero leg. praec.* Locus mendo non vacat, etſi nemo aliquid monuerit. quid enim iſtud *conſilio*, quale, cujus? num hoc tam late patet, quam quod modo dixerat *rem omnem, uti cognoverant?* Expunge meo periculo, favente Criſpo, vocem *conſilio:* & *cognito* praeciſum intellige *negotio*, *cognita re*, ut ſaepe apud Juſtinum. Tacit. I. Ann. *c.* XLVI. in. *At Romae nondum* cognito, *qui fuiſſet exitus in Illyrico, & legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas incuſare Tiberium.* Livius I. *c.* XLI. *Itaque per aliquot dies celata* morte, *per ſpeciem alienae fungendae vicis, ſuas opes firmavit. tum demum* palam facto, *& comploratione*

 in

cepit, ſtudium conjurationis vehementer ſimulent, ceteros adeant, bene polliceantur; dentque operam, uti eos quam maxume manifeſtos habeant.

CAP.

in regia orta, *Servius praeſidio firmo munitus regnavit.* ibi plura Gronovius. Priſcianus Libr. XVIII. eadem ratione poſita *audito*, *comperto* ex Noſtri v. Hiſtor. laudavit: quo minus de hac emendatione dubitandum. Plura ad citatum v. Hiſtor. princip. Hic illud praeterea monebo, uti *cognito* & ſimilia Latini ſine addito Nomine Subſtantivo dicunt, ſic *ſpe*, *eo ſigno* & alia ſine Adjectivo proferre ſolent, de quo ad *c.* XLII. extr.

Legatis praecipit, ut. Fabriciani, Remenſes, Struv. Heuſſ. Vinarienſes, Senatorii, Incerti, Baſil. 1. & 2. Eccard. Acad. Guelf. 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 11. 12. ed. vet. & Venetae: *praecepit*. Cur mutarunt? propter *ſimulent*, *adeant* cet. & propter *aperiunt*. Cauſſa non juſta, vide *c.* XXXIV. num. 1. & XLIV. num. 3. Guelf. 6. *uti praecepit ſtudium conj.* cet. Uti in altero ab ſcriptis recedere nolui; ſic in altero vel contra eos aliquid audendum fuit. *ut* nempe monitu unius Guelferbytani delevi. Sic *c.* XXXII. num. 2. *mandat*, *confirment*. XXXI. extr. *obteſtamur*, conſulatis *miſeris civibus*. adde Jug. *cap.* XIII. num. 6.

Vehementer simulent. Omni opera, valde & enixe ſimulent, ſeſe ſtudere conjurationi. Cicer. v. ep. XII. num. 10. *Itaque plane etiam atque etiam rogo*, *ut ornes* ea vehementius, *quam fortaſſe ſentis.* cum nota noſtra. Eſt enim origine ſua *omni mente*, *intenſo animo*, a *ve* & *mens*. Hinc iſta quidem proprie dicuntur, ut illud Curt. x. *c.* v. num. 33. *dedignantibus venerari ipſum*, vehementius, *quam par eſſet*, iraſci. Sed & illud recte dicitur Eod. IV. *c.* 1. num. 7. *quibus litteris*, *ut ſuperbe ſcriptis*, vehementer *offenſus eſt*. Noſtr. Jugurth. *c.* VI. num. 2. vehementer *eo negotio permotus*. ſignificat enim motum & offenſionem in pectus alte deſcendiſſe, quod Noſter dixit Jugurth. *c.* XI. num. 7. Transfertur tamen etiam ad alias intenſiones, ut pleraque, quae ſunt extra mentem. adde *c.* XLIII. num. 3. Vinar. 1. *ſimulent vehementer*.

Ceteros adeant. Ed. vet. & Vinar. 2. *At ceteros adeant.* an fuit *ad ceteros adeant?* geminant enim & has Praepoſitiones, ut Noſter *c.* XXII. num. 1. *c.* XXXIII. num. 2. ad *urbem acceſſuram*. & ſic in *facie inerat* *c.* XV. extr. ubi vide. Caeſar 1. Civ. *c.* LXXXVII. ad *Caeſarem intus adierunt*. lege *in jus*, quod volunt Guilielmius & D. Voſſius. II. Civ. *c.* 1. *quod adtingit* ad *oſtium Rhodani.* ſic Daviſius, quem ibi vide. III. Civ. *c.* CI. *Caſſius* ad *Meſſanam navibus* advolavit. Corn. Nep. Them. *c.* VII. *adire* ad *magiſtratus noluit*. mox: ad *magiſtratum ſenatumque Lacedaemoniorum adiit*. & ſic ille aliquoties.

Bene polliceantur. *Bene* non viſitur in Vinar. 1. denotat largiter omnia, & optima quaeque polliceantur. Sic Cicero *prolixe*, *benigne*, *liberaliter polliceri*. Compone, quae ad ea Cicer. IV. ep. VII. num. 2. praeclare *memini*. tum & ea Salluſtii *c.* III. num. 1. *bene facere*, *bene dicere*; ac Jug. *c.* LIV. num. 7. *praelium* male *pugnatum*: collata ſunt. Sed haec differentia notanda, quod in aliis quidem *bene* exponitur *cum commodo*, *valde*, *multum*, aut ſimiliter, ut Adverbii natura ſervetur; in aliis vero *bona*, *commoda* &c. intelligantur, quaſi vertendo in Adjectivum, quod & ex nota ad princip. hujus *c.* & ad XI. num. 6. III. numer. 1. perſpicuum erit. Donatus ad Terent. Adelph. Act. II. Sc. 1. interpretatur *multum*.

Manifestos habeant. Certo ſcirent, qui eſſent, atque ita ut convincere poſſent. vide *c.* XLIV. num. 1. Jug. *c.* LXXXV. num. 7. *ut omnis labores*, *pericula* conſueta habeam. Lucan. IV. *v.* 170. *Poſtquam*

Mutua conſpicuos habuerunt *lumina vultus*.

Sic *habere perſpectum*, *cognitum* & ſimilia. Sic infra *cap.* LII. num. 7. *adverſos habeo*; & *c.* LVIII. num. 1. *compertum habeo*. Aliter Plautus Poen. A. IV. Sc. II. *v.* 68. *Sed hoc tu tecum tacitum habeto*.

CAP.

CAP. XLII.

XLIII.

ISdem fere temporibus in Gallia citeriore atque ulteriore , item 1
in agro Piceno , Bruttio , Apulia motus erat. Namque illi , 2
quos antea Catilina dimiſerat , inconſulte ac veluti per dementiam cun-

CAP. XLII. 1. IISDEM FERE TEMP. Baſ. 1. Sen. 1. Fabriciani. Guelf. 2. 3. 5. 6. 8. 9. 10. cum ed. vet. *Iſdem*. ceteri aut *Hiſdem*, aut *Hyſdem*, ut alibi. vide ad *c.* XXXIX. n. 6.

IN AGRO PICENO. Vide ad *c.* XXVII. n. 1.

BRUTTIO, APULIA. Sic Guelf. 1. 5. Baſil. 1. Incert. 1. Senat. uterque, Vinar. 1. Heuſſ. quamquam ex his tres *Brutio* uno T. Ceteri aut *Brucia* , *Bruttia* , *Brutia* ; aut *Abrucia* , quod eſt in Guelf. II. aut *Inprucia* , quod in Baſil. 2. Sed Eccard. nullum agnoſcit, & in Fabric. 2. tranſpoſitae etiam hae voces . Dein quidam Praepoſitiones geminant : *in Brutia atque* (vel *&*) *in Apulia* ; quidam: *Brutia atque in Apulia* ; quidam tantum Copulam immittunt *Brutia & Apulia* , pro quo Ed. vet. *Brincio & Apulia.* Vinar. 2. *Brintio & Apulio*. Sed vulgata non videtur mutanda , quae ab optimis libris ſuſtentatur. *Bruttio* intellige *agro* ; nam ſequiori tantum aetate ea regio , quae Plinio III. *c.* V. ponitur in regione Italiae tertia , & hodie *Calabria inferior* dicitur, *Bruttia* eſt appellata, vide Cellar. II. Not. Orb. A. *c.* IX. pag. 911. *Bruttio* etiam, non *Brutio* ſcribendum eſſe , Lapides , Numiſmata & Graecorum ſcripta poſtulant , etſi *Brutio* maluerit Cluverius. vide Cellarium l. c. & N. Heinſium ac Drackenb. ad Sil. VI. *v.* 15. de *Apulia* ad *c.* XXVII. num. 1.

MOTUS ERAT. Sic ſcripti noſtri & ed. vet. aliaeque quamplures. Qua auctoritate juniores receperint *erant*, ipſi viderint. Vinar. 1. *commotus erat* ; Guelf. 1. *notus erat* ; Remenſ. 1. *metus erat*, errorem ſcribarum. *motus* exponunt Gloſſae MSS. *perturbatio.* motus bellicos intelligit , *tumultus* , ut Flor. III. *c.* XII. extr. *Hos igitur populi R. omnes domeſticos* motus, *ſeparatos ab externis juſtiſque bellis*, *ex ordine proſequemur* : ſed leviore notione.

2. QUOS CATILINA ANTEA DIMISERAT. *Antea* (non *ante*) confirmant MSS. noſtri primae claſſis. Sed Vinar. 1. Incert. 1. Fabriciani, Baſil. 2. & 3. & a manu ſecunda Guelf. 2. *paullo ante* , vel *antea* , voce auctiores ; Senator. 1. *polo ante*. Praeterea particula *antea* in multis & melioribus Codd. ponitur ante vocem *Catilina*. Reſpicit *c.* XXVII. num. 1. memorata.

CUNCTA SIMUL AGEBANT. Ingenioſi hic ſunt quidam interpretes. *Cuncta ſimul* , inquiunt , agebant, ut dementes : nam prudentibus omnia ſunt diviſa temporibus. Dicunt tamen aliquid. multi enim haec taciti potius concoquunt , & quae non intelligunt , intacta relinquunt. Ipſe fateor nullum me ex his commodum ſenſum extorquere poſſe , ut ut rem in omnes partes verterim. Tentabam *cuncta ſimul* ita accipere, ut ſupra *c.* XXVII. num. 2. *multa ſimul moliri*, quae deinde enumerantur; Sed addita *inconſulte ac veluti per dementiam*, & adſtrictum Noſtri dicendi genus id non patiebatur. etſi fatear, ſi verba non ſint ſpuria, ita omnino accipienda eſſe. Cogitavi omnes *ſimul*, eodem tempore in Gallia, Bruttio, Apulia, per dementiam egiſſe. Poſtea malui *ſimul* in alium locum transferre, ut eſſet : *inconſulte ſimul ac veluti* cet. Dein *ſimul nocturnis conſiliis*. Incidebat etiam *cuncta ſollicitabant*, & quae alia eſſent eo comparata ut ſaltem Particulam *ſimul* conſervarem. Sed cum omnia ad Criſpi mei genium referrem, reſponſum tuli, fruſtra laborari in re aliena. Poſtea vidi, τὸ *ſimul* locum mutare in Senat. 2. & abeſſe ab edd. aliquot olim cuſis. Ita res fere expedita. nam τὸ *cuncta* , *omnia* & quae his ſimilia etiam aliis locis male inculcata ſunt , ubi Salluſtius abſolute potius Verba ponere voluit. vide Jug. *c.* LX. num. 1. LXXII. num. 2. & ſupra *c.* VI. num. 5. *c.* XXXII. num. 1. infra XLIV. num. 6. quamquam , ut verum fatear , *cuncta agere* ſervari poſſet. Liv. XLV. *cap.* XXI. omnia *intempeſtive* agendi *certamen erat*. Reciſis tamen his ſupervacuis *cuncta ſimul* , remanet elegans dictio, dimiſſos a Catilina ſeſe geſſiſſe inconſulte ac veluti dementes , omnes eorum actiones turbulentas fuiſſe. Sic Jug. *c.* LXXXV. num. 35. *Namque cum tute* per mollitiem agas , *exercitum ſupplicio cogere* , *hoc eſt Dominum non imperatorem eſſe*. junge infra *c.* LII. num. 18. Dein *agebant* eſt in MSS. omnibus, in ed. vet. & Gruteriana. Aliae *agere* ; & utrumque legiſſe videtur Guelf. 12. qui *agerebant*, librariorum non reprehendenda conſuetudine , qui varias lectiones ita notare ſolebant , quod etiam ex Caſſinenſi MS. Frontini de Aquaeductibus nuper aliquot exemplis demonſtravimus.

Digitized by Google

(cunčta ſimul) agere : nocturnis conſiliis, armorum atque telorum portationibus , feſtinando , agitando omnia plus timoris, quam pe-
3 riculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Praetor ex Senati Conſultu , cauſſa cognita , in vincula conjecerat ; item

mus. adde infra *c.* XLVII. num. I. Praetuli vero *agere*, quia cauſſa erroris manifeſta eſt, nempe, quod ſequitur, Verbum *effecerant*, qualia notata ad *c.* XV. num. I. & XXI. num. 4. Tandem Guelf. 3. & 9. *inconſulti ;* II. *inconſulto* , ſive *inconſultu:* utroque enim modo legi poteſt iſtius ſcriptura. Praeſtat edita ; etſi *inconſulti* non poteſt reprehendi, quod videas ex Jug. *c.* XIX. n. 5.

NOCTURNIS CONSILIIS. Conventibus , qui ſuſpecti Romanis. In urbe prohibiti lege XII. Tabb. *Ne quis in urbe coetus nocturnos agitarit*. vide Porc. Latr. Declam. in Cat. *c.* XIX.

ARMORUM A. TEL. PORTATIONIBUS. Sic *c.* XXX. num. 2. *nunciabant alii conventus fieri* , *arma portari*. *Arma* quando cum *telis* , quod ſaepiſſime fit, conjunguntur , *Scuta* praecipue notant, ſive ea etiam, quae militis Armas h. e. Humeros ceterumque corpus tegunt , *defendunt*que ; *Telum* autem , quidquid mittitur in hoſtem , & quo *offendunt*. Vide omnino Salmaſ. ad Vopiſci Aurel. *cap.* VII. pag. 435. & Popmam. I. de Differ. Verb. pag. 67. ſeq. Noſter infra *c.* LI. n. 38. Jug. *c.* XLIII. n. 2. LI. n. I. alibi.

FESTINANDO, AGITANDO OMNIA. De *feſtinare* vide notam ad *c.* VI. num. 5. Pro *agitando* Guelf. IO. *exagitando*. Male. Jug. *c.* LXVI. n. I. *Prorſus nihil intactum* , *neque quietum pati* , cuncta agitare.

PLUS TIMORIS, Q. PERICULI EFFEC. Guelf. 8. *tumoris ; 9. fecerant ;* Remenſ. I. *periculis ;* ſed Guelf. I. *periculum* , ut ſit : *plus timoris* , *quam periculum effecerant*, per Schema πρὸς τὸ σημαινόμενον. Intelligendum foret: *majorem timorem*, *quam periculum*. Exempla petas ex nota ad Jug. *c.* XVI. extr. LXXVII. n. I. Poſſes etiam aliud verbum ſubaudire : *plus timoris* , *quam periculum* eſſet, *effecerant*. Nam ne temere hoc ſcribae excidiſſe pronunciem , adducor & alterius Cod. varietate , & ſcribae religione , & conſuetudine Salluſtii, qui variationibus hujuſmodi prae ceteris delectatur, ut dictum ad *c.* XXXIII. n. I.

3. EX EO NUMERO. *Ex iis.* illuſtratum ad *c.* XXXIII. n. 3. Apulej. de Mundo p. 69. *Permixta locis omnibus mancipia regalia*. Ex eo numero *erant excurſores diurni atque nocturni exploratores & nuncii* , *ſpecularum incenſores adſidui* . *quamplures* ſcriptum eſt in Guelf. 9. & Rem. I.

Q. METELLUS. Praetor in agro Piceno atque Gallicano, *c.* XXX. n. 5. & Rupertus, qui ad h. l. Coleri oſcitantiam caſtigat, parum ipſe cautus eſt , quando Ciceronem ad animum non revocat.

EX S. C. CAUSSA COGNITA. His notis ſcribitur in Guelf. 2. & 5. quod anſam dedit , ut in Remenſibus, Academ. Incertis, Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. II. I2. ſcriberetur *ex ſociis cauſſa cognita.* (Rem. I. Guelf. 3. 8. & a manu ſecunda 9. *ex ſociis Catilinae*) Utrumque exhibet Guelf. IO. *ex ſenatus conſulto*, *ex ſociis c. c.* & Acad. pro var. lect. *ex ſenatus conſilio*. Reliqui omnibus litteris *ex ſenatusconſulto*, aut *ex conſulto Senatus*. Sed Baſil. 2. Fabric. uterque, Eccard. Guelf. I. Vinar. I. & Senat. 2. clare & perſpicue *ex Senatus Conſultu* , quod recepi . Non eo , quod D O M V. H V M V. A G R V. L O C V. in Lapidibus caſcisque Codd. exaratum eſſe ſcirem; Sed quod Noſtrum *fretu*, pro *freto* cum Cicerone dixiſſe ſuccurrebat . Firmant aliquantum Corn. Nepot. Alcib. *cap.* VI. *Amiſſus ;* Plaut. Amphitr. Prol. *v.* 109. *Compreſſus ;* aliorum *Inceptus*, *Erratus* , *Tonſus* & innumera ab viris doctis reſtituta Latio ; Sed maxime Plin. III. H. N. *c.* XX. extr. *Sed interdictum id vetere* conſultu Patrum, *Italiae parci jubentium*. cujus auctoritate nixus I. Fr. Gronovius apud Livium III. *c.* LXII. *conſultu collegae* reſtituit, ubi notaret *conſilio*. Habet & Iſidor. IX. *c.* IV. *Senatus conſultus*, qui *a conſulendo & tractando ſit dictus : quod ſic fit* , inquit , *ut conſulat & nocere non poſſit*. qui vero diverſus a *Senatus conſulto* , quod deſcribitur IV. *c.* XII. Sed apud Juſtin. XX. *c.* V. in pluribus MSS. *facto Senatusconſultu*. *Ex Senatusconſultu* igitur eſt , ſecundum decretum Senatus, qui permiſerat praeſidibus Provinciarum eam in populares conjurationis poteſtatem , *c.* XXX. num. 6. Ea latinitate Cic. XIII. ep. LXXII. num. 3. *exiſtimo te habere magnam facultatem* ex eo SCto *Cerelliae commodandi*. Liv. XXIX. *cap.* XXXVI. *Eas quaeſtiones* ex SCto *minime ambitioſe habuit*. Id. XLIII. *c.* IX. *duo millia militum* , *quae* ex SCto *conſcripſit*. *cap.* XV. ex SCto *deſtinarent ſibi duas legiones*. Frontin. de Aquaed. pag. IO. *quae id ſanciant poenae*, ex *lege*, SCtis & *mandatis principum irrogatae*.

IN VINCULA CONJECERAT. Academ. *in* vincu-

item in ulteriore Gallia C. Murena, qui ei provinciae legatus praeerat.

CAP. XLIII.

XLIV.

AT Romae Lentulus, cum ceteris, qui principes conjurationis erant, paratis, ut videbantur, magnis copiis, conſtituerant, 1

culis *conjecerat*: qua forma infra *c.* XLVI. n.*6.* *in* ſenatu *perduxit*, & *in* aede *Concordiae venire jubet*. alia autem alibi. Sic Phaedr. v. Fab. I. *v.* 25. *Quinam Cinaedus ille* in conſpectu meo *Audet venire*, cum nota Schefferi. & ad Petron. *cap.* XXVI. extr. Lactant. de mort. Perſec. *c.* XXIX. *Subſtituto* in *Severi* loco, & quae ibi Bauldri, ut & ad *c.* XXXV. Columbus. leg. I. §. I. D. de flumin. *ne quid* in flumine ripave *ejus immittas*. Commodian. Inſtruct. XLV. *mittuntur* in morte *ſecunda*. Palladius I. *c.* XXII. *piſces fluviatiles mitti* in his *paſcique conveniet*, quomodo & Coel. Apicius I. *c.* VII. S. Damaſus Epiſt. VIII. *quando cauſſa rectiſſime* in medio *producatur*. Plura hujus ſtructurae Muncker. ad Hygin. Fab. I. & XCII. Davies ad Auct. VIII. Gall. *c.* VIII. & XXVII. Nos ad Cicer. x. epiſt. XI. num. 6. Recte Caſaubonus in Lamprid. Commod. *cap.* VIII. recentiorem latinitatem vocat. Etſi enim unum & alterum exemplum apud antiquiſſimos inveniatur; hi tamen valde in ea frequentes ſunt. Quamobrem ne hic quidem aliquid novaverim. Ita tamen exiſtimo; cum veteres Accuſativum pro Ablativo huic Praepoſitioni aptaverint, nec eſſe contra veterem Latinitatem hunc pro illo uſurpare. Heuſſ. & Senat. 2. *in vincula collegerat*. Alterum habes etiam apud Livium, Ciceronem, Corn. Nepot. Milt. *c.* VII. Gellium III. *c.* III.

ITEM. h. e. eodem modo agebat: ſimiliter ex eo numero in vincula conjecerat complures C. Murena. Sic ſupra *c.* XXVII. n. 2. Vinar. I. *itemque*.

IN CITERIORE GALLIA. At Q. Metellus Celer huic Galliae, Dio XXXVII. p. 45. Cic. II. Cat. *c.* XII. & C. Murena Galliae Tranſalpinae, ſeu *ulteriori* praeerat, teſte Cic. pro Muren. *cap.* XLI. Hujuſmodi errorem Salluſtii memoriae adſcribere, abſurdum foret, qui modo de actionibus Metelli memoverat. Hinc cum bona fiducia emendavi & reſcripſi *ulteriore*. Similis error occupavit *c.* LVII. n. I.

MURENA. Haec eſt ſcriptura omnium Codd. Qui cum Varrone III. R. R. *c.* III. Macrobio III. Sat. *c.* XV. a piſce μυραίνας nomen deducunt, mallent *Muraena*. Sed alteram etiam ex lapidibus Capitolinis probat Manut. ad Cic. pro Mur. princ.

QUI EI PROV. LEGATUS PRAEERAT. Baſil. 3. *qui ea provincia l. p.* Gruterus putat haud admodum requiri verbum *praeerat*; & pro eo fuit primum in Guelf. 9. *fuerat*: ſicuti ſolet in locis corruptis. Ut in hoc adſenſum meum praeberem, ſic abnuo & denego in damnatione Provocabuli *qui*. vide ad *c.* XXXIX. num. 5. *Legati* Praeſidibus provinciarum addebantur, ut eorum opera conſilioque uterentur, Varro IV. L. L. *c.* XVI. Sed Praeſes abſens Legatos cum plena jurisdictione praeficiebat, Caeſar III. Civ. *c.* LI. leg. I. D. de Offic. ejus cui mand. jurisd. Appian. I. Civ. pag. 375. Sic Pompejus abſens per legatos duas Hiſpanias adminiſtravit, Caeſar I. Civ. *c.* LXXXV. Mittebantur etiam ab Senatu Legati, qui provincias regerent, Cic. in Vatin. *cap.* XV. Et ita quidem, & ſine alio Praeſide ipſi juriſdictionem & res bellicas adminiſtrarent. Cicer. de Prov. Conſ. *c.* III. *Atque hanc Macedoniam pacatam ipſam per ſe & quietam, tenui praeſidio atque exigua manu etiam ſine imperio* per legatos *nomine ipſo populi R. tuebamur*. Ubi vide Interpp. & praeterea Sigon. II. de A. Jure Prov. *c.* II. Lucullum provincia decedentem C. Murenam legatum praepoſuiſſe adnotat Manutius ad Cicer. pro Mur. *c.* XLI. ſed minus accurate. Vix tamen audeo Manutio ipſi hunc errorem imputare, qui forte *Lucius*, nempe Murena, ſcribere voluit pro *Lucullus*. Ejus enim L. Murenae fratris ſui Legatus erat C. Murena, quod ex Cicerone patet. Adde Pighium t. 3. Ann. pag. 326.

CAP. XLIII. I. QUI PRINCIPES CONJURATIONIS ERANT. Sic Codd. omnes. vide ad *cap.* XXXIX. num. 5. *Principes* erant primores, ut Statilius, Cethegus, Autronius, ceteri. Eodem nomine notantur *cap.* XXVII. num. 3.

PARATIS, UT VIDEBATUR. Guelf. 8. *partis*. Idem Cod. & 10. aperte *videbantur*; quod etiam ex aliis, qui compendio uſi ſunt, elicias. Certe Nazar. & Commelin. ſummae fidei libri idem ſer-

rant, uti, Catilina in agrum Faeſulanum cum veniſſet, L. Beſtia tribunus plebis, concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis,

ſervant. Approbat timide Gruterus. *Videbantur* intellige *copiae*. Sic ad rem, non ad hominem, cui videtur, id verbum junctum eſt *c.* XLIX. n. 4. Res *autem opportuna* videbatur, & alibi. Adſumit autem eleganter, quod dicunt, Objectum. Sic ſaepe Livius, *quem videretur*, *quos videretur*. Cic. XVI. ep. IV. n. 7. *teque*, *ut mihi* viſus *eſt*, *diligit*. Et hoc volunt illae formulae *παρενθετικαὶ*, quarum exemplum illud. Corn. Nep. Eumen. *c.* I. *nam apud nos revera*, ſicut ſunt, *mercenarii ſcribae exiſtimantur*.

CONSTITUANT. Sic Nazar. & Commelin. & approbavit I. Fr. Gronovius. Accedunt ex noſtris Guelf. I. & 5. (in poſteriori inficeta manus corrupit) Incert. I. ac Fabric. I. quorum auctoritas ſufficit, ut locum ſuum teneat. Seneca II. Contr. XIII. p. 202. Poſmos cum *Apollodoro hanc quaeſtionem* fecerunt *in hunc controverſiam*. & quae ibi, ac ad Liv. XXI. *c.* LX. Gronovius. Auctor B. Afric. *c.* LII. Juba cum *Labieno* capti *in poteſtatem Caeſaris* veniſſent. cum nota Daviſii. C. Nepos Phoc. *cap.* II. *Ejus conſilio* Demoſthenes cum *ceteris*, *qui bene de rep. mereri exiſtimabantur*, *populiſcito in exilium* erant expulſi. Hygin. Fab. VI. Cadmus cum *Harmonia uxore ſua in dracones* ſunt converſi. ubi Munckerum legas, ſed ita, ut non adſentiaris profitenti, poeticam magis, quam pedeſtrem orationem hanc latinitatem ſapere. Horat. I. Sat. VII. *v.* 20. Compoſiti *melius* cum *Bitho* Bacchius. Sic legit Cl. Bentlejus, & quaedam alia adnotat. Florus III. *c.* X. Cottam cum *Titurio Sabinio* legatos *ibi amiſimus*. Sic recte Gronovius, Heinſius, Graevius, Perizonius. Vopiſc. Aurel. *c.* XXXI. Aquilifer *legionis tertiae* cum *vexilliferis & draconario & cornicinibus atque liticinibus* diripuerunt. quam lectionem Caſaubonus feſtinans putabat *σολοικίζειν*; defenſa ibidem ab Salmaſio. Noſter Jug. *cap.* CI. num. I. Bocchus cum *peditibus* invadunt.

CUM CATILINA. *Cum* non eſt in Guelf. 5. 6. 11. in 3. inter lineas adpictum; Senat. 2. Heuſſ. & ed. vet. *uti ad Catilinam in a. F. c. e. v.* Struv. *cum Cat. i. a. F. cum exercitu* cito *veniſſet*. Scriptum fuit: *uti*, *Catilina in agrum Faeſulanum cum veniſſet*, *L. Beſtia* &c. Firmat hanc conjecturam, quod voces *cum exercitu* non legantur in Guelf. 11. Sed maxime, quia ſenſus nullus conſtat, Catilinam *cum exercitu* ad Manlium veniſſe. neque enim incondita illa multitudo, quae Catilinam ſequebatur, quosque paucos fuiſſe Criſpus memorat *c.* XXXII. n. 1. etiamſi alii numerum augeant, hoc nomine notari poteſt. adde *c.* LVI. n. 1. Senſus itaque ſubobſcurus hic eſt: Conſilium Lentuli ceterorumque *fuerat*, cum Catilina abiiſſet, ut, ſimulac audiviſſent, Catilinam in caſtris Manlii adveniſſe, (Sic indubie Appianus pag. 429. ὅτι Κατιλίναν ἐν Φαισύλαις πυνθάνοιντο γεγενῆσθαι) L. Beſtia concionem haberet, & proxima nocte caedes incendiumque peragerentur. Haec decreverant, diſtribuerant etiam ſuum cuique negotium. Sed etſi Catilinam adveniſſe nunciatum eſſet, dies tamen prolatabant; & denique in noctem aliquam Saturnaliorum, aut, ut ex *c.* XLIV. extr. apparet, in id tempus, cum Catilina propius acceſſiſſet, differebant. Hinc nata Cethego de ignavia ſociorum reprehenſio. n. 4. Haec Salluſtius pro ſuo brevitatis ſtudio adſtricte narravit, ne quid hiſtoriae deeſſet. Eum vero nemo interpretum cepit: quod & proletarii illi haec falſo exponunt, & doctiores verba iſta *cum exercitu*, cum incommodo maximo hujus ſententiae, tolerarunt. De iſto poſitu Particulae *Cum* dico ad Jug. *c.* CII. num. 3. Praeterea Guelf. 9. *veniret*: Fabric. I. *veniſſent*: Incert. I. *adveniſſet*.

L. BESTIA TRIB. PL. *Λεύκιον Σήστιον* appellat Appianus l. c. lege *Βηστίαν*, ut vidit Muretus, Zanchius & A. Popma. Revolve *c.* XVII. n. 3. Antiquiores libri *Tribunum plebis* notant TRB. PL. vel TR. PL. Hinc exorta illa Guelf. I. *L. Beſtia tandem Romani populi concione h.* & 2. *L. Beſtia trib. pl. populi R. conc. h.* Dicunt hoc loco L. Beſtiam tribunum pl. fuiſſe anno proximo, Silano & Murena Coſſ. auctore Plutarcho in Cic. p. 872. Sed rectius Appianus Beſtiam itidem *δήμαρχον* vocat in ſimili, qua Noſter, ratione temporis; atque ipſe Cicero, pariter ac Dio p. 47. unius tantum tribuni pl. nempe Metelli meminit, qui ei tantum permiſiſſet, ut juraret, non vero ut concionem haberet, quod eo loco Plutarchus duobus adſcribit. Et notarunt hujus errorem etiam Manutius, Corradus & Fr. Fabritius, qui Beſtiam Cicerone & Antonio Coſſ. Tribunum fuiſſe & circa exitum ejus conſulatus magiſtratu abiiſſe, adfirmant, ad Cicer. V. Fam. ep. II. & Vita Cicer.

CONCIONE HABITA. Sic plene; alibi *concione*, *concionibus* nude, ut Jug. *c.* XXX. n. 3. LXXII. n. 5. At Eod. *c.* XXXIII. n. 3. *advocata concione*, uti & infra *c.* LVII. extr.

DE

nis, belliqueque graviſſumi invidiam optumo conſuli imponeret; eo ſigno, proxuma nocte cetera multitudo conjurationis ſuum quisque negotium exſequerentur. Sed ea diviſa hoc modo dicebantur. 2
Sta-

DE ACTIONIBUS CICERONIS. Remenſ. I. Baſil. 2. Guelf. 2. 3. 4. 6. 8. *de actibus Ciceronis*; Senat. 2. *de actione*. Facta Ciceronis intelligit, qui Catilinam ejecerit, cives ſuſpectos habeat, & remp. agitaret fictitii belli metu: immo miſeros ad bellum impulerit. Appian. p. 429. *ὡς ἀεὶ δειλοῦ καὶ πολεμοποιοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐν ὕδατι δεινῶς ἐκταράττοντος*. Cicer. II. Cat. c. VI.

BELLIQUE GRAVISSIMI INVIDIAM. Guelf. II. *b. graviſſimas invidias*; Incerti, Remenſ. I. Struv. Baſil. 2. Guelf. 2. 4. 6. 9. 12. & a manu prima Academ. *bellique* graviſſimam *invidiam*. quod cum Ciacconius in ſuo libro legiſſet, ſtatim placuit. Mihi cum melioribus alterum tenendum eſſe decretum eſt. Nam ſi *belli graviſſimi* invidiam in Conſulem confert, ſimul *gravis* iſta *invidia* erit; at non contra. Hinc & Liv. XL. c. XXXV. otioſam *provinciam conſules habuere*; non *otioſi*. Caeſar I. Gall. c. XL. *Suam innocentiam* perpetua *vita eſſe - perſpectam*. Id. V. c. XXIX. Unam *eſſe in celeritate poſitam ſalutem*. fruſtra Hottomannus contra Codd. mallet *una in celeritate*. Sic ſupra c. XII. n. 4. *domos* ſua *gloria decorabant* ex ſcriptis praetuli, prae vulgato: *domos ſuas*. Neque propterea auſcultaverim Salmaſio atque Caſaubono qui Capitolin. in Pio *cap.* II. *Non ſatis* magnae *pietatis eſt argumentum*, corrigunt *magnum*.

OPTUMO CONSULI IMPONERET. Erant olim, qui legerent: *belliqueque gr.* invidia *opt. Coſ. imponeret*. Hinc lepida interpretatio Verbi, quaſi h. l. notaret *decipere*: quam Glareanus & Zanchius rejiciunt. *Invidiam imponere* dixit, ut ſupra c. XXXIII. extr. *neceſſitudinem cui imponere*. Noſtrates *belegen*; hinc *Auslagen*, *Die Schuld auf einen legen*. Sicuti Cicer. pro Flacco c. XVII. mortis *illius* invidiam *in L. Flaccum Laelius* conferebat. Tacit. I. Hiſt. c. VI. *invalidum ſenem*, odio *flagitiorum* oneratum, *contemtu inertiae deſtruebat*. De *invidia* largiter ad c. XXII. n. 3. infra *cap.* XLVII. extr. *tantam illam* contumeliam *ſibi ab Cicerone* impoſitam.

EO SIGNO. *Dato* addunt Incert. I. Guelf. 8. Baſ. 3. Struv. Vinar. 2. & ed. vet. Recte expulerunt. Sic mox n. 2. *quo tumultu*. *cap.* XLVI. n. 7. magna frequentia *ejus ordinis Volturcium introducit*. Jug. c. LXXV. n. I. Ea fuga *Jugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidere*. Sic ſupra c. XXXVI. n. 5.

PROXUMA NOCTE. Unam ex Saturnalibus deſtinatam fuiſſe, tradunt Cicero & Plutarchus. Sed hic Salluſtius nihil definit, ſed noctem quamcumque intelligit proximam illi ſigno, concioni Beſtiae. Cum Lentulus diem deinde ex die traxerit, magis ſemper opportunum tempus exſpectans, quod Appianus ſcripſit, factum eſt, ut conſilium caedis & incendii in Saturnalia uſque transferrent.

SUUM QUISQUE NEGOTIUM. Remenſ. 2. Baſ. I. & 2. Senatorii, Fabric. I. Guelf. I. 2. 4. 5. & 9. a prima manu: *ſuum* quaeque *negotium*. Sic & optimi Gruteriani; Heuſſ. *ſuumque negotium*: Sed perperam. Non ceperunt Figuram *Syntheſin* in *multitudo quisque*, quam alii *Syneſin* vel *Syllepſin* vocant, ubi ad ſenſum, non ad voces reſpiciunt, tam Genere, quam Numero. Plaut. Poen. Prolog. v. 17. Scortum *exoletum ne* quis *in proſcenio ſedeat*. Livius XXXVIII. c. XLVI. *prope* attoniti *erant tantae corporum* moles. Geminus locus eſt Silii mox citandus. Cic. I. epiſt. IX. n. 34. *illa* furia *muliebrium religionum*, qui *non pluris fecerat Bonam Deam*, *quam tres ſorores*. ubi vide notam, & Gronov. ad Plaut. Moſtell. A. I. Sc. III. v. 87. ad Senec. Herc. Fur. v. 1157. & Giſan. in Lucret. p. 352. Talia occurrunt infra c. LVI. n. 6. Jug. c. LVIII. n. 2. & CV. n. 2.

EXSEQUERETUR. Guelf. 6. & II. *exquereretur*; at 2. habuit initio *exſequerentur*, & ita ſcribendum eſſe docui ad c. XXXVII. n. 6. Sic Silius XVI. v. 464.

Cetera tenenti diſcedent turba *duobus*
Quisque *ferox jaculis*.

Tacit. Agric. c. XXIX. *clari bello*, *ac* ſua quisque *decora* geſtantes. male Academ. *conjurationis* ſuae *quisque neg. exſ.*

2. SED EA DIVISA. *Ea negotia*, quae quisque exſequerentur. Guelf. 6. & 9. *diverſa*. Diviſa eſt diſtributa & deſcripta. Claudian. II. Ruffin. v. 25.

- - *cladem* diviſit *in urbes*
Diſpoſuit*que nefas*.

& v. 363. Diviſo *ſtat quisque loco*. Lege de iſta deſcriptione Cic. pro Sulla c. XVIII. XIX. Gruterus, qui putavit Particulam *Sed* hoc loco turbare, immemor fuit ejus, quod ea apud Latinos ſaepe ſit *Inceptiva*, quod Donatus obſervat ad Terent. Andr. Act. II. Sc. I. v. 10. ſaepe *Continuativa*, ut Graecorum Δὲ, & propterea narrationibus aptiſſima, ut apud Juſt. I.

Statilius , Gabinius uti cum magna manu duodecim ſimul opportuna loca urbis incederent , quo tumultu facilior aditus ad conſulem , ceteros , quibus inſidiae parabantur , fieret : Cethegus Ciceronis januam obſideret, eum vi adgrederetur , alius autem alium ; ſed filii familiarum , quorum ex nobilitate maxuma pars , parentes interficerent ; ſimul , caede & incendio perculſis omnibus , ad

c. II. n. 9. & alibi ſaepiſſime. Sed verbum *dicebantur* incertae ſedis eſt, & Vinar. 1. pro eo *dicebant*. ita additum eſt, ut ſupra *c.* IV. n. 2. *videbantur*.

STATILIUS ET GABINIUS. Cicero l. c. & III. Cat. *c.* IV. *Caſſium* incendio praepoſitum eſſe teſtatur. Ad hoc ſcripti noſtri omnes (exceptis tribus imi ſubſellii) ed. vet. ut & tantum non omnes Gruteriani Copulam *&* non agnoſcunt. Incert. 1. *Statilius*, *Gabinius & Titus*. aliquot *Gabinus*, non *Gabinius*. Nihil eſt , quod mutes , praeterquam quod *copula* omittenda eſt : ut feci.

XII. SIMUL OPPORT. LOCA. Conſentit in numero locorum Appianus. Plutarchus vero p. 869. Urbem in centum partes deſcriptam, iisque centum viros praefectos eſſe , qui incenderent, memorat. *Simul* , eodem tempore . Seneca Nat. Qu. VII. *c.* XXXI. *rerum natura ſacra ſua non* ſimul tradit . Hoc autem loco ſejunctum eſt a ſuo Verbo *incenderent* , & eleganter nomini XII. *loca* ad latus ponitur , ut *c.* I. n. 8. mature *facto opus eſt*. Lucanus III. *v.* 285.

Acciperet *felix ne non* ſemel omnia *Caeſar*.

Liv. VI. *c.* IV. *trium* ſimul *bellorum victor*. Noſter Jug. *c.* CI. n. I. undique ſimul *ſpeculatores citi ſeſe oſtendunt*.

INCENDERENT. Fabric. 1. Academ. Struv. Incert. 2. Rem. 1. Vinar. 2. Guelf. 10. 12. & ed. vet. *incenderet*. eo , quod Nomina *Statilius* , *Gabinius* pro uno habuerunt.

CETEROSQUE, QUIBUS. *Que* delent Guelf. 3. Baſil. 2. & rectiſſime, uti dictum ad *c.* XXXIX. num. 2. Temere Guelf. 7. *ceterosque ſimul* , *quibus* .

JANUAM OBSIDERET. Occuparet . Vide ad *cap.* XXVII. nu. 2.

EUMQUE VI ADGREDERETUR. Heuſſ. Guelf. 2. & 5. *cumque vi adgrederetur ;* 10. *eumque ibi adgr.* Maxime autem ingenue Incert. 2. *eum vi adgrederetur* , ſine copula. ut Jug. *c.* XXXV. n. 6. *Unus paullo inconſultius Maſſivam adgreditur*, illum *obtruncat*. ibi etiam ante Rivium, & in bene multis Codd. legebatur *illumque* . Supra *c.* XXXIV. n. 2. *Se fortunae cedere*, Maſſiliam *in exſilium proficiſci*. infra *c.* LX. n. 5. *cohortem praetoriam in medios hoſtes inducit*, eos *perturbatos interfecit*.

SED FILII FAMILIARUM. Guelf. 1. & Eccard. *Sed & filii familiarum*. Guelf. 2. *Sed familiarum filii*. Omnes (ſi Vinar. 2. excipias , qui *filii familiaris*) *familiarum* ἀναλόγως , judice Varrone VII. de L. L. *Item*, *ſi Analogias ſequi vellent*, *plures patros*familias *dicere non debuerunt ; ſed*, *ut Siſenna ſcribit*, *patres*familiarum. Quod Noſter ſedulo obſervavit etiam *cap.* LI. n. 9. ubi *matres familiarum*. Tacit. III. Ann. *c.* III. *Tiberius juvenem ſueta erga* filios familiarum *nobiles liberalitate auget*. XI. Ann. *c.* XIII. *ne in mortem parentum* filiis familiarum *foenori darent*. leg. 4. D. de iis , qui ſui vel al. jur. *Nam civium Romanorum quidam ſunt* patresfamiliarum, *alii* filii familiarum : *quaedam* matres familiarum , *quaedam* filiaefamiliarum *&c.* adde Sueton. Aug. *c.* LIX. Calig. *c.* XXIV. ibique Caſaubon.

EX NOBILITATE MAXUMA PARS. Fabriciamus uterque Vinar. 2. & Guelf. 8. *magna pars erat*. Alterum firmatur *c.* XVII. n. 5. Voculam *erat* vacare, recte cenſuit Gruterus . Vinar. 2. *ex* ea *nobilitate*.

CAEDE ET INC. PERCULSIS OMNIBUS. Incert. 2. Guelf. 10. Senat. 2. Struv. *percuſſis*; Guelf. 6. & 8. *percuſis ; 4. periclis perculſis*. Conſervandum hoc loco *perculſis*, quod eſt *perturbatis* & ab omni conatu reſiſtendi , aut vindicandi dejectis. vide ad Jug. *c.* XLII. n. 1. Flor. IX. *c.* III. *qui ſapientia ſua atque ſollertia* perculſum *undique &* perturbatum *ordinavit imperii corpus*. Juſtin. 1. *c.* VII. *ibi fortuna prioris praelii* perculſum *jam Croeſi exercitum nullo negotio fundit* . Cicer. pro Murena *c.* XXIV. *Homines* perculſi *Sullani temporis calamitate*. Neque quid mutandum apud Liv. III. *c.* XXX. *Is metus* perculit, *ut ſcribi militem ſinerent tribuni*. Lucan. VI. *v.* 596. *Mens dubiis* perculſa *pavet* . Adi Joſ. Scalig. ad Feſtum pag. 350. & qui plures citat Drackenborch. ad Silium II. *v.* 213.

AD CATILINAM ERUMPERENT. Fabric. 1. *eruperent*. Incert. 2. & Guelf. 8. *irrumperent*. Male. Integer ſenſus eſt *erumperent* ex urbe , ac ſeſe

ad Catilinam erumperent. Inter haec parata atque decreta Cethe- 3
gus ſemper querebatur de ignavia ſociorum : illos dubitando & dies
prolatando magnas opportunitates corrumpere ; facto , non con-
ſulto , in tali periculo opus eſſe : ſeque , ſi pauci adjuvarent , lan-
guentibus aliis , impetum in curiam facturum. Natura ferox , ve- 4
he-

ſeſe proriperent *ad Catilinam*. Vide notam ad *c.* LVII. n. I.

3. INTER HAEC PARATA. Interea, cum haec pararentur, ſed parata tantum eſſent, neque efficerentur. quia aliquoties diſtulerant. Simili latinitate fere Jugurth. *c.* XL. num. 4. Cicer. III. Catil. *c.* IV. *Hunc autem Cethego cum ceteris controverſiam fuiſſe dixerunt , quod Lentulo & aliis Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videri*. Nimirum *Eſt cupiditati & ipſa tarda celeritas*, eſt mimus Syri, & Noſter Jugurt. *c.* LXIV. extr. *animo cupienti nihil ſatis feſtinatur*.

ILLOS DUBITANDO. Guelf. 7. *illos dicebat* , quam Gloſſam Incert. 2. habet ante voces *opus eſſe*. Remenſ. I. *dicens illos dub.* vide ad *c.* XL. num. 4. Guelf. 6. *illo dubitando*. Liquido adfirmare poſſum, Criſpum nullum exaraſſe Pronomen, ſed illud, pro more, voluiſſe intelligi , ut ſupra *c.* XVII. extr. & XXXI. n. 7. infra *c.* L. n. 3. & LIII. n. 3.

ET DIES PROLATANDO. Fabric. 2. *prolongando* ab interprete, & pro var. lect. *protelando*, quod in contextu habet Senat. I. Sed Guelf. 3. *pro latendo* , unde transpoſitis ſyllabis factum illud *protelando:* ficuti *c.* XXXV. num. I. in Guelf. 10. & *c.* X. num. 4. in Heuſſiano *credulitate*, pro *crudelitate*. *c.* XX. num. 9. in Struviano *diludibrio* pro *ludibrio*. alia alibi. Neque vero ignotum erat librariis verbum Latinitatis collapſae *protelare* ſignificatu prolatandi , prolongandi , differendi. Gerochus contra Folmar. Prolog. *in longum idem opus* protelatum *eſt*. Jo. Sarisber. Epiſt. LVII. *quia ſine periculo viduitas Eccleſiae* protelari *non poteſt*. Alia Muncker. ad Fulgentii Cont. Virg. pag. 166. Sed cum ſtaret nitor Latini ſermonis *protelare* notabat vi propellere ; at *prolatare* differre. Noſter IV. Hiſt. Ep. Mithrid. *Ptolomaeus pretio diem belli* prolatat. Jug. *c.* XXVII. num. 2. *omnis invidia* prolatandis *conſultationibus dilapſa foret*. Sic Cicero , Livius, alii & Tacit. VI. Ann. *c.* XLII. *Sed ubi diem ex die* prolatabant. XIII. *c.* XLIV. *Ejus anni principio* prolatatum *inter Parthos Romanoſque bellum acriter ſumitur*. ibi plura Rhenanus.

MAGNAS OPPORTUNITATES CORRUMP. Occaſiones perdere. *magnas* dixit pro *ſingularibus*, ſive ut exprimeret Adverbium *valde* , quando dicitur *valde opportunum*. Sic Terent. Andr. Act. II. Sc. II. *v.* 29. *magnum ſignum*. Sic Cicero *magnus timor* , *magna amicitia ;* Horatius *magnum documentum* &c. Vopiſc. Aurel. *cap.* XXXV. *paratoque* magno *potius* , *quam* ingenti *exercitu Perſis bellum indixit*. Hinc & *magnum* pro *valde* Plaut. Mil. Act. III. Sc. II. *v.* 10. *Nam eo* magnum *clamat*. De re Lucan. I. *v.* 281. *Semper nocuit differre paratis*. Struvian. *magnas opportunitates* rumpere, pro *corrumpere*.

FACTO, NON CONSULTO. Fabric. 2. *conſilio*. Guelf. I. & Vinar. I. *conſultu*. Nihil mutandum ex *c.* I. n. 6. & Tacit. I. Hiſt. *c.* LXII. *Nihil in diſcordiis civilibus feſtinatione tutius* , *ubi* facto *magis* , *quam* conſulto *opus eſt*. Is hanc ſententiam ſaepius iterat, ut *c.* XXXII. *ſcelera impetu*, *bona conſilia mora convaleſcunt*. *c.* XXXIII. *Nullus cunctationi locus eſt in eo conſilio*, *quod non poteſt laudari niſi peractum*. adde Vit. Agric. *c.* XV.

LANGUENTIBUS ALIIS. Remiſſis, torpentibus, per ſecordiam agentibus. Cic. XII. Phil. *c.* III. *Ipſa illa Martia*, *caeleſtis & divina legio*, *hoc nuncio* langueſcet *& mollietur*. Liv. I. *c.* XLVI. *ut* elangueſcendum *aliena ignavia eſſet*. Id. VII. *c.* XII. *Eorum omnem in impetu eſſe vim : parva eadem* langueſcere *mora*. Noſter infra *c.* LII. n. 18. *attente agere* & *languere* contraponit. & Jug. *c.* LIII. *Dolus Numidarum nihil* languidi, *neque remiſſi patiebatur*. Cicer. XIV. ad Att. ep. VI. *vides* languorem *bonorum*. Guelf. I. & 4. *langentibus :* mox 8. & 10. cum Incert. I. *imp.* in curia *facturum*.

4. NATURA FEROX. Incert. I. *Nam ferox ;* & cum etiam 2. ſupraſcriptum erat *Quia*, ille, qui contulit, adnotavit eſſe omnino legendum *Nam ferox*. Sed primo Particula Cauſſalis abjicitur a Noſtro in tali poſitu. Dein *natura* ferox eſt, qui ingenio, non moribus aut ſimulatione eſt ardens & violentus. Sic Cic. in Vatin. *c.* II. in. *Nimium es vehemens feroxque* natura. vide praeterea de *natura* Jug. *c.* XXVIII. n. 4. & de voce *ferox c.* XXXVIII. n. I.

VEHEMENS. *Mente* quaſi *magna* , ſed *impotenti*. Cic. V. Phil. *c.* VII. *At ille homo* vehemens, *& violentus*. Livius VI. *His opinionibus inflato animo : ad hoc vitio quoque ingenii* vehemens

hemens, manu promtus, maxumum bonum in celeritate putabat.

CAP. XLIV.

1 SED Allobroges ex praecepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt; ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Caſſio poſtulant jusjurandum, quod ſignatum ad civis preferant: aliter haud fa-

& impotens. Sueton. Galb. *c.* IX. *Primo* acer, vehemens, *& in coercendis quidem delictis vel immodicus*. Ed. vet. *vehementius*.

MANU PROMTUS ERAT. Extrito *erat* haec cum proximis ſine diſtinctione majuſcula conjungenda cenſet Gruterus. recte atque ordine. vide ad *c.* XI. num. 3. & Jug. *c.* XCII. num. 2. *manu promtus* eſt manu ſtrenuus, bonus bello ac pugnando. Curt. VII. *c.* II. num. 33. *acer conſilio*, manu *ſtrenuus*. Sic *manu fortis* Corn. Nepos. Livius II. *cap.* LVI. *haud quiſquam* manu promtior *erat*, quomodo Curt. V. *c.* I. num. 18. Lucan. II. *v.* 541. *Nec magis hoc bellum eſt*, *quam cum* Catilina *paravit Arſuras in tecta faces*, *ſociuſque furoris* Lentulus, exſertique *manus veſana* Cethegi. Multa de peculiari veſtitu *cinctutorum Cethegorum*, qui ſine tunica, brachio extra tunicam porrecto humeriſque nudatis, per peculiarem genti ſuae morem, inceſſerint Modius Lect. Novant. Epiſt. XLVIII. Turneb. Adverſ. XIX. *c.* IX. & XVI. Ferrar. de Re Veſt. I. *c.* IX. & Interpp. ad Horat. A. P. *v.* 50. ad quae tamen, ſi quid veri ſubeſt, Noſter non reſpexit.

IN CELERITATE PUTABAT. Guelf. 7. *eſſe in celeritate putabat*. Gruterus non ad h. quidem l. ſed ad Cicer. I. Offic. *c.* XXI. MSS. Guilielmi ait legere: *Maximum bonum* celeritate *putabat*, habetque, addit, faventes Palatinos noſtros. Sed h. l. nihil de Palatinis monuit; & noſtri omnes Praepoſitionem mordicus tenent. Nec potuit aliter Criſpus, cui *puto* eſt quaſi *ponito*, ut monui ad *c.* II. n. 2. ubi ſimili ſtructura: *maxumam gloriam* in *maxumo imperio* putare. uti Caeſar V. Gall. *c.* XLIII. *Caeſar unum communis ſalutis auxilium* in *celeritate* ponebat. Plura ad Jug. *c.* LIII. num. 3. Blanditur Eccard. *max. bon. in maxima celeritate putabat*, ſed ex ingenio Gloſſatoris, ut expoſui ad *cap.* XXXVIII. extr.

CAP. XLIV. I. EX PRAECEPTO CIC. Cujus mentio facta *c.* XLI. extr. *Ex* pro ſecundum habes *c.* VIII. n. I. XLII. n. 3. alibi. Incert. I. ordine mutato, *Ciceronis ex praecepto*.

POSTULANT JUSJURANDUM. Deeſt verbum Guelf. 6. mutant Baſil. 2. Vinar. I. Guelf. 3. & 9. in *poſtulabant*. Supra pro *ab Lentulo* in Baſil. I. eſt *At Lentulo*. Sed in Fabric. I. etiam *poſtulant* cubat in cicatrice. Vereor aliquid ex his turbis in loco alioquin aperto. An *conveniunt*, *ab Lent.* C. *St. it. Caſſio epiſtolas dandum*, *quod ſignum ad* cet. *epiſtolas* facile elicias ex *poſtulant*, uti & *dandum* ex *jusjurandum*. Meminit tamen *jurisjurandi* etiam Cicero III. Catil. *c.* IV. cujus ſententia fuit, ut Idem *c.* V. teſtatur: *Allobrogum ſenatui & populo ſeſe*, *quae eorum legatis confirmaſſent*, *eſſe facturos*.

QUOD SIGNATUM. Eccard. *quod ſignum*, eleganter ſed non vere. *c.* XLVII. num. 3. mentio *ſignorum*, quae adjecta fuere litteris. Non vere, inquam, uti nunc locus habet; aliter veriſſima eſt lectio. Sed ſi *ſignatum* Salluſtii eſt, neceſſario exponendum, *quod* ſcriptum & *ſignatum*. Gloſſae MSS. *ſcriptum & ſigillatum*. Sic Caeſar I. Gall. *c.* XXXIX. *vulgo totis caſtris teſtamenta* obſignabantur. quod in eadem hiſtoria apud Flor. III. *c.* X. num. 12. *ut teſtamenta paſſim* ſcriberentur. Ea figura *defendere pacem*, *tutari pericula*, *declarare conſulem*; ubi itidem, ſi velis, verbum addere potes, & melior exiſtet ſenſus. item *copias armare*, pro *parare & armare*.

AD CIVIS PERFERANT. Baſil. I. *civis*, non *cives*, quod ceteros occupavit. & is quidem paſſim, ſi non ſemper, antiquam ſcripturam repraeſentat. ceteri nonnumquam. ut *cap.* XXI. num. 5. *alacris* Senat. I. *c.* XXXI. num. I. *omnis* decem & plures. ita & *c.* LII. num. 12. Jug. *c.* LXXXI. num. I. *communis* omnium *hoſtis*, ſic Guelf. 3. & ſic idem Cod. *c.* XCVIII. num. I. Sic Virg. I. Eclog. *v.* 72. *En quo diſcordia* civis *Perduxit miſeros*. Id. II. Eclog. *v.* 32. 33. *pluris* & *ovis*. vide ad ea loca Pierium, ſed maxime ad II. Aen. *v.* 490. Eadem terminatione apud Plautum dedere Curcul. A. V. Sc. III. *v.* 4. *omnis*; Trucul. Act. II. Sc. II. *v.* I. & 3. *aedis*; Act. III. Sc. I. *v.* 5. *ovis*; Rud. A. I. Sc. I. *v.* 5. 6. *omnis* & *illuſtrioris*. Ex Cicerone etiam & Livio alii notarunt hunc declinandi modum. In Horatio vero Cuningami ſemper obſervatur. Eſt quoque apud Caeſar. III. Gall. *cap.* VIII. *eumdem* omnis *fortunae exitum eſſe laturos*: notavit Da-

facile eos ad tantum negotium impelli poſſe. Ceteri nihil ſuſpican- 2
tes dant : Caſſius ſemet eo brevi venturum pollicetur , ac paullo
ante legatos ex urbe proficiſcitur. Lentulus (cum his) T. Voltur- 3
cium quemdam Crotonienſem mittit ; uti Allobroges prius , quam
domum pergerent , cum Catilina , data & accepta fide , ſocietatem
con-

Daviſius. Curtius x. *c.* IX. num. 21. *cum in perniciem ſuam nomine* abutentis *videret inimicos*, cum obſervatione Freinshemii. Sueton. Caeſ. *c.* IV. nutantis *ac dubias civitates :* ſic ibi & alibi ſemper Cod. Salmaſii. vide, quae ad eum locum Graevius pag. 777. Sic Commodianus *geneſis*, *ſilveſtris*, pro *geneſes*, *ſilveſtres* , vide H. Dodwelli Diſſ. de Commodiani aetate §. VIII. adderem his ex veteribus Varronem VII. & VIII. de L. L. Servium ad I. Aen. *v.* 112. Chariſ. I. pag. 28. Priſcianum VII. pag. 777. & alios quosdam ; niſi eos partim jam citatos a ſupra nominatis viderem, & otium mihi feciſſent Leonard. Malaſpina ad Cicer. IV. ad Attic. ep. III. inter Comment. Manutii pag. III. ſeqq. ed. Graevii, & Eminent. Noriſius ad Cenot. Piſ. Diſſ. IV. *cap.* III. qui pluribus hunc inclinatum examinant .

ALITER. Barbare *alias*. Liv. II. *c.* IV. *Evincuntque inſtando*, *ut litterae ſibi ad Tarquinios darentur ; nam* aliter *qui credituros eos* , *non vana ab legatis ſuper rebus tantis adferri? Datae litterae*, *ut pignus fidei eſſent* , *manifeſtum facinus fecere.* adde ſupra *c.* XXIX. extr.

2. NIHIL SUSPICANTES DANT. Incert. 2. & a prima manu Academicus: *nihil* mali *ſuſpicantes ;* ſed Guelf. 5. ne *nihil* quidem agnoſcit , niſi inter lineas. Dein Struv. & Incert. 2. *dant jusjurandum*, quod ceteris pro Gloſſa inter verſus adhaeret ; Vinar. 1. a librario : *dant juramentum*. Gloſſa Fabr. 1. *Nihil aliud ſuſpicantes i. fraudis*, *idcirco dant jusjurandum*.

BREVI. Remenſ. 1. Guelf. 4. & 8. *brevi tempore*. iterum ab interprete. Sic *c.* VII. num. 3. *quantum* brevi *creverit* . item Jug. *c.* XIII. n. 1. Et *brevi* pro *breviter* dici , obſervavit Chariſ. II. pag. 176. Sed habemus plura Adverbia , quae ſunt Ablativi Adjectivorum , ut *multo* , *navi*, *falſo* &c. quae eodem pertinent. Noſtrates ſimili idiotiſmo: *in kurtzem*. Vinar. 2. at *paullo ante :* qui fere perpetuo *ac* in *at* commutavit.

EX URBE PROFICISCITUR. Acad. ſine Praepoſitione *urbe proficiſcitur*.

3. LENTULUS CUM HIS. Guelf. 3. *cum is ;* Sed in 5. & 9. haud leguntur hae voculae *cum his*. Cum *Allobrogum* mox fiat mentio, eorumque cum Catilina ſocietatis confirmandae, non plane ſunt neceſſariae. Sic Jug. *c.* CV. num. 2. *Is miſſus cum praeſidio equitum ---- praeterea ſagittarii:* nempe *cum illis*.

T. VOLTURCIUM. Baſil. 1. Fabric. 1. Remenſ. 2. Senat. 1. Vinar. 2. Guelf. 1. 3. 5. & 4. etiam, ubicumque prima manus adparet, cum ed. vet. *Volturcium* perpetuo: & ſic meliores libri apud Ciceronem III. Catil. *c.* II. & V. uti teſtantur F. Urſinus & I. G. Graevius. Comparant *Voltejum*, *Volcanum*, *Voltum*. Sic ſupra *Volgus* & plura hujuſmodi apud antiquos , qui eaſdem Vocales non geminabant. Reineſ. Claſſ. 1. Inſcr. 78.

MERCVRIO
CAIVS VOLTVRCIVS

& ſic apud Gruter. pag. 926. num. 19. Guelf. 9. *Vulturio*. Sed alterum etiam libri vett. apud Flor. IV. *c.* I. n. 9.

QUEMDAM CROTONIENSEM. *Quemdam* omittit Incert. 1. Solet tamen hominum obſcuriorum nominibus addi, ut ſupra *c.* XL. ineunte. Incert. 2. *Cretonienſium ;* Heuſſ. *Trutonienſem ;* Baſil. 3. *Certonienſem!* Guelf. 3. *Critonienſem ;* 12. *Cretenſem*. Sen. 2. *Cratonienſem*. Plutarch. & Appian. Κροτωνιατῶν vocant. *Croto* urbs Bruttiorum ad ſinum Tarentinum, hodie *Crottone*. Hinc *Crotoniatae* & *Crotonienſes*. Cellar. II. *c.* IX. p. 923.

DATA ET ACCEPTA FIDE. Conſueta forma , qua Caeſar I. Gall. *c.* III. inter ſe *fidem & jusjurandum* dant. Liv. XXII. *c.* XXII. Fide accepta dataque, *Saguntum redit.* XXVIII. *c.* XXIII. *Fide* accepta dataque *perfugis*. *c.* XXXV. *Fide* data acceptaque *profectus retro Tarraconem eſt*. Hinc Dictys II. *c.* XVI. *Finitimi populi ultro ad eum cum pace occurrere ; ac ne vaſtarentur agri dimidio fructuum pacti*, dant fidem *pacis* , *atque ab eo* accipiunt. Xenophon: δεξιὰς δόντες καὶ λαβόντες. Sed Dion. Halic. I. *c.* LVIII. extr. πίστεις τούτων ἀξιῶ δοῦναι καὶ λαβεῖν. ad hanc formam Ovid. XIV. Met. *v.* 271. *dicta acceptaque ſalute*.

SOCIETATEM CONFIRMARENT. Guelf. 8. *firmarent ; 6. confirment*. Haeret hodieque imperitis quibuſdam , quod poſt Tempus Praeſens (*mittit*) Particulae etiam *ut* idem Tempus ſit aptandum. qui oppido falluntur. Caeſar I. Gall. *c.* III. *in eo itinere* perſuadet *Caſtico*, *ut regnum in civitate ſua* occuparet. Cic. XIII. ep. XLVII. n. 1. *Sed tamen*, *ut* ſcires *eum non a me diligi ſolum*, *verum etiam amari ; ob eam rem tibi haec* ſcri-

4 confirmarent. Ipſe Volturcio litteras ad Catilinam dat, quarum exemplum infra ſcriptum :

5 *Quis ſim, ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. Fac cogites, in quanta calamitate ſis, & memineris te virum ; conſideres, quid tuae rationes poſtulent : auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.*

6 Ad hoc mandata verbis dat : *Cum ab Senatu hoſtis judicatus ſit,*

ſcribo. Sic alii ſaepe. & Noſter ſupra *c.* XLI. n. 5. infra *c.* XLVII. n. 3. *Senatus* decernit, *uti* haberentur.

4. QUARUM EXEMPLUM. Vide ad *c.* XXXIV. extr. unde & conſtabit, cur *eſt* deleverim. nam & hoc loco Guelf. 3. *erat* pro eo exhibebat. Ipſum litterarum exemplum legitur diverſum apud Cicer. III. Catil. *c.* V. hoc modo: *Qui ſim, ex eo, quem ad Te miſi cognoſces. Cura, ut vir ſis & cogita, quem in locum ſis progreſſus : & vide, quid jam tibi ſit neceſſe. Cura, ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum.*

5. QUIS SIM. Incert. 1. Fabric. 2. Struv. Baſ. 1. & 3. Senat. uterque, Heuſſ. Vinar. 1. aliquot Guelferbytani: *Qui ſim*, quod rejecit Gruterus; cum tamen ſic edatur apud Cic. Divinat. *c.* VI. *te non novimus: neſcimus* qui *ſis. c.* XII. & qui *ſis, & quid facere poſſis, conſidera*. pro Roſc. Comoed. *c.* VI. qui *ſit, qui ſocium fraudarit & fefellerit conſideremus*. Sed ibi Cod. Francii *quis ſit*. uti apud C. Nep. *c.* VIII. *Domino navis*, qui *ſit, aperit:* alii *quis ſit*. Auſonius ad Syagrium, Praef. II. *v.* 2.

> Qui ſim, *qua ſecta, ſtirpe lare & patria*
> *Adſcripſi, ut noſſes, bone Vir, quicumque fuiſſem.*

Certe Baſil. 2. Eccard. Incert. 2. Guelf. 1. 3. 5. & 9. Vinar. 2. Acad. cum ed. vet. *Quis ſim*. Novi differentiam, quam tradit Chariſius I. pag. 70. cum aliis. Sed cum ſine differentia dicamus *quot ſunt ?* & *neſcio, quot ſint :* atque cetera in eamdem rationem; ferri ſaltem poterit hoc loco *quis ſim*, Gruteri melioribus libris ſuffultum. eo magis, quod nullam plane diverſitatem inter *qui* & *quis* agnoverit P. Nannius ad Cicer. II. Verrinam. Eadem confuſio eſt apud Ovid. IV. Triſt. eleg. 1. *v.* 99. Virg. II. Eclog. *v.* 19. I. Georg. *v.* 3. Horat. I. Sat. IV. *v.* 41. Silium IX. *v.* 651. ubi plura Interpp. Incert. 2. *Quis ego ſim*, ut evitaret ſibilum; Fabric. 1. *Qui Sim* una voce h. e. *Quis ſim*, ut in Pandectis aliiſque vetuſtiſſimis Codd. ac lapidibus.

QUEM AD TE MISI. Incert. 1. pro Var. Lect. *mitto*.

FAC COGITES. Guelf. 5. *Ea cogites*. invenerat librarius FA COGITES, & oblitus eſt C litteram eſſe bis audiendam; E autem pro F accepit. Fruſtra Incert. 2. Guelf. 2. 7. 8. *fac ut cogites*. Cic. XVI. ep. XVIII. n. 5. Fac, *opus appareat*. alibi *fac me diligas* & ſimilia.

MEMINERIS TE VIRUM ESSE. Fabriciani, Struv. Vinar. 2. & Eccardianus: *memineris te eſſe virum*, quam poſituram vulgatae longe praeferrem, quae nimium languet; niſi ſpurium & inſititium judicarem verbum ipſum. eo abjeci. Sic Jug. *c.* LXXXVII. *ſperans laxius* futuros. Sic ſupra *c.* XL. num. 4. Jugurth. CIV. num. 12. adde XCII. num. 2. & quae ſupra ad *c.* XXVII. num. 1. Sed *memineris te virum* cum peculiari quadam ſuavitate dicitur, ut apud Auſon. Epiſt. XXII. *v.* 21. *Terram* infidelem, *nec* feracem *criminans*. Sicuti Virg. IV. Aen. *v.* 336. *dum* memor *ipſe* mei; ſic Catilinam *ſui*, tamquam *viri* jubet eſſe *memorem*. *Virum* hominem *ſtrenuum* & virtute *praeditum* notare, dictum ad *c.* XL. num. 3. Cic. V. ep. XVII. n. 5. *Te ut hortarer, rogaremque, ut & hominem te, &* virum *eſſe* meminiſſes. Liv. XXIV. *c.* VIII. *Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare poteſt: ubi ſaeva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis, tum* viro *& gubernatore opus eſt*.

QUID TUAE RATIONES POST. Rerum tuarum ſtatus, tuum conſilium. infra *c.* LV. num. 3. *alienum ſuis* rationibus *exiſtimans*. Cicer. III. ep. II. num. 3. *ut, quibuſcumque rebus poteris, proſpicias* rationibus *meis*. & ſic ille frequentiſſime. vide Manut. ad I. ep. IX. pag. 80. & III. epiſt. V. p. 148. Idemque & *ratio mea*, de quo vide noſtra ad III. ep. VIII. n. 23. Vinar. 1. *ſcilicet auxilium petas* cet.

ETIAM AB INFIMIS. Guelf. 10. *& ab infimis*. pro voce *infimis* aliud quid fuit primitus in Academ. Intelligit quodcumque genus viliorum hominum, maxime Servorum. Cic. I. Offic. *c.* XIII. *Meminerimus autem etiam adverſus* infimos *juſtitiam eſſe ſervandam. Eſt autem* infima *conditio & fortuna ſervorum*.

6. AD HOC. Incerti, Remenſes, Baſilienſ. 2. Acad. Guelf. 8. aliique *Ad haec*, quam varietatem alibi jam notavimus, ut *c.* XIV. n. 2. XXI. num. 4. & infra aliquoties. Sed *ad hoc* Salluſtius ſcri-

ſit, quo conſilio ſervitia repudiet? in urbe parata eſſe, quae juſſerit: ne cunctetur ipſe propius accedere.

CAP. XLV.

XLVI.

HIs rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur, Cicero I
per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco & C. Pomtino Praetoribus imperat, uti in ponte Mulvio per inſidias Allobrogum comi-

ſcripſit, ut Flor. II. *c.* VIII. nu. 17. I. *c.* XIII. n. 4. ubi itidem quidam Codd. *ad haec*, alibi. Sic & apud Horat. I. Sat. VI. *v.* 87. confunduntur. Eodem ſenſu Curt. V. *c.* I. n. 18. IX. *c.* X. nu. 13. ſed & ibi quidam Codd. alterum amplectuntur. Idem de Cicerone, Caeſare & Livio dicendum. Sed ſi Livius XLIV. *c.* XXXVII. hac notione *ad id* dicere potuit: *Conſul*, ſcribens, ad id, *quod pridie praetermiſiſſe pugnandi occaſionem videbatur, tunc quoque terere videbatur tempus;* Nihil vitii in *ad hoc* ineſſe poteſt. pro Salluſtiano agnoſcit Lipſius in Tacit. I. Hiſt. *c.* VI. adde Stewech. ad X. Metam. Apulej. p. 376. & *ad* pro *praeter* in alia etiam junctura ponitur, quod notat Gronov. ad Liv. XXVI. *cap.* V.

MANDATA VERBIS. Ut Plancus Cic. X. epiſt. XIII. *plura etiam* verbo, *quam ſcriptura* mandata *dedimus*. plura ſupra ad *c.* XXXII. extr.

HOSTIS JUDICATUS. Vide *c.* XXXVI. n. 2.

SERVITIA REPUDIET. Rejiciat, Gloſſ. MSS. Guelf. 3. & a pr. man. Acad. *repudiat*. Mox Remenſ. I. Struv. Guelf. 4. & 7. *omnia parata eſſe, quae juſſerit*. male, ut probatum ad *cap.* XLII. nu. 2. & XXXII. nu. I. Mox *ipſe* delet Remenſ. I. Sed Guelf. 2. *ne cunctatur*, Baſil. 3. *nec cunctetur*. Supra *eſſe* omittit Heuſſianus & Senat. 2.

CAP. XLV. I. HIS REBUS ITA ACTIS, CONSTITUTA. Academ. *itaque;* Incert. I. *peractis*. Praeterea geminantur Ablativi, quod nec Ciceroni, neque aliis novum eſſe, ad Cic. XV. ep. III. nu. 3. & ſupra ad *c.* XI. n. 4. docui. quibus jungas licet Spartian. in Vero *c.* II. *Quem ſibi Adrianus* aevo *ingraveſcente, morbis triſtioribus preſſus, peragrato jam* orbe *terrarum, adoptavit*.

CONSTITUTA NOCTE. Saepe verbum *conſtituere* omittitur, &, ſi ad ſequentia adglutines, hic etiam nemo deſideraret. At quando modo dicta obſervatio de pluribus Ablativis hic attenditur, recte Salluſtius addidit. Terent. Eunuch. A. III. Sc. IV. *v.* 3. *Dati annuli: locus*, tempus conſtitutum *eſt*. Juſtin. I. *cap.* X. *equum pridie* conſtitutam diem *ad eumdem locum dicit*. adde Jug. *cap.* LXVI. n. 3.

CUNCTA edoctus. Remenſ. 2. & Guelf. 9. *doctus*. vide ad *cap.* XLVIII. n. 3. Academ. *cuncta & edoctus*.

L. VALERIO FLACCO. Pro quo luculenta Ciceronis exſtat Oratio, ubi inter alia *cap.* XL. O nox *illa, quae paene aeternas huic urbi tenebras attuliſti -- cum ego te, Flacce, coelum, noctemque conteſtans* flens flentem *obteſtabar, cum tuae fidei optimae & ſpectatiſſimae ſalutem urbis & civium commendabam*. Mox copulam & non inficete omittit Gu. 10. vide *c* XLIII. nu. 2.

C. POMPTINO. Sic quidem Guelf. 5. & pauci alii. At Baſil. I. Fabric. I. & 2. Senat. 2. Academ. Guelf. I. 2. 3. 8. & 10. *Promptino;* Vinar. 2. *Pruntino;* Guelf. 12. & Heuſſ. *Prontino;* Guelf. 4. & 6. cum Senat. I. *Pontino;* 7. *Prontio;* Ed. vet. *Pruntio;* Incert. 2. Vinar. I. & Guelf. II. *Promptinio;* Inc. I. & Struv. *Prontinio*. Graeci Πομπτῖνος & Πομπτίνιος. Sed Lapides *Pontinius*. Manutio in Cic. IV. ad Att. ep. XVI. nomen ab urbe *Pomoetia* derivatum videtur, ut a *Gabiis, Gabius*, & inde *Gabinius;* ſic a *Pomoetia, Pomptinus & Pomptinius*, ſive *Pontinius*. Scribo cum Grutero *Pomtino* ex optimis Codd. quibus *R* familiari errore in nominibus Propriis ex voce *Promtus* adhaeſit, & *P* propter enunciationem eſt adjectum, ut in *Sompnus, Dampnum* cet. vide Muret. & Lambin. ad Cic. III. Cat. *c.* II. Sigon. ad Liv. Epit. CIII. Cl. Graevius modo *Pomtinus*, modo *Pontinius* edidit in Cicerone, & hoc quidem ex lapidibus, ut teſtatur ad IV. Att. ep. XVI. p. 446. in Gronovii editione *Pomptinius* modo, modo *Pomtino* legitur: quam inconſtantiam non probo. Cicero hujus viri ſaepe cum laude meminit, & fuit ejus legatus, III. Fam. ep. III. Poſtea Allobroges perdomuit & triumphavit, de Prov. Conſ. *cap.* XIII.

IMPERAT. Admixtis precibus & obteſtatione, pro Flacco *cap.* XL.

IN PONTE MULVIO. Sic vetuſtiores noſtri Gu. I. & 5. Vinarienſes, Fabric. I. Baſil. I. Sen. I.

 & 2.

comitatus deprehendant: rem omnem aperit, cujus gratia mitte-
2 bantur: cetera, uti facto opus ſit ita agant, permittit. Homines
militares, ſine tumultu praeſidiis collocatis, ſicuti praeceptum erat,
occul-

& Heuſſ. Remenſ. 2. alii. At Incerti, Fabr. 2. Struv. Eccard. Guelf. 7. & 11. *Milvio*; Guelf. 8. *Mulvo*; 10. *Muliavio*; 4. *Milvo*; Remenſ. 1. *Millo*; Baſil. 2. *Mulino*. *Mulvio* defendunt etiam Gruteriani meliores, aliaque monumenta; Graeci etiam Μούλβιον ſcribunt, & ex potioribus membranis ubivis ita edidere viri docti. vide Victor. ad Cic. XIII. ad Att. ep. XXXIII. Bentlej. ad Horat. II. Sat. VII. v. 34. Jac. Gronov. ad Tacit. XIII. Ann. *cap.* XLVII. Salmaſ. & Ducker. ad Flor. III. *cap.* XXIII. n. 6. Gloſſa Guelf. 1. *Nomen pontis ab auctore, qui adhuc habetur*. Nimirum hodie *Ponte Molle*, haud procul ab urbe in Etruriam tendentibus. Quod addit de *auctore*, fuit is *Aemilius Scaurus*, Aurel. Vict. V. Illuſtr. *cap.* LXXII. Hinc fuere, qui *Milvius* praeferrent. Sed ſi inde nomen corruptum eſt, potuit tam in *Mulvius* quam in *Milvius* corrumpi, uti ex *Medis*, *Mauri* facti Jug. *cap.* XVIII. n. 10. Confer. Cluver. II. Ital. Ant. *cap.* III. Borrich. Ant. Urb. Fac. *cap.* XVII. §. 2.

ALLOBROGUM COMITATUS. Plurium numero *comitatus* dixit, pro *comitatum*, ut Jug. *cap.* XLVI. n. 7. *equitatus*. ibi vide.

REM O. APERIT, CUJUS GRATIA. Guelf. 12. *rem o. aperit*, cujus rei *gratia*; ſicuti *cap.* LI. n. 40. *aliaeque* leges *paratae ſunt*, quibus legibus *exſilium permiſſum*. ubi plura. Dictys I. *cap.* XI. *Dein non multo poſt legatis* rem aperit.

ITA AGANT, PERMITTIT ILLIS HOM. Sic Gruterus ex MSS. & nimis licenter, ac incurioſe nimis Carrionem alioſque egiſſe, qui voces *permittit illis* ejecerint. Sane noſtri ad unum omnes agnoſcunt, etſi paullulum mutet Guelf. 6. qui *permittunt illis*. Sed *illis* non eſt in Baſil. 2. & pro eo Guelf. 8. & 11. a prima manu, ut & a ſecunda Fabric. 1. *illi*, hac diſtinctione: *ita agant*, *permittit*. *Illi homines milit*. faciliori profecto ſententia. Sed *illi* non eſt ab Salluſtio. qui enim locus erit Pronomini, cum Nomen circumſcribatur per voces *Homines militares*? ita Noſter *cap.* LIX. n. 6. Volebam primo verbum *permittit* ita accipere, quomodo *cap.* dict. n. 4. Sed ne ſic quidem cohaerent ſequentia, & omnia hiulca ſunt in Gruteri diſtinctione, quae nunc, ſublato Provocabulo *illis*, ita, ut edidi, apte ſeſe ſubſequuntur. Verum librarii aeque ac interpretes etiam alibi Verba in fine poſita male vexarunt, ut ſupra *cap.* XXIX. n. 3. *Ea per Senatum, more Romano, magiſtratui poteſtas maxuma* permittitur. ibi Codd. quidam poſt *maxuma* diſtinguunt. adde *cap.* XIII. n. 13. *Permittere* eſt hoc loco rem eorum judicio poteſtatique tradere, ut *cap.* XXX. n. 5. Locus plane geminus eſt Jug. *cap.* CIII. n. 3. *agendarum rerum & quocunque modo belli componendi licentiam* permittit. Illi *mature* cet. Livius XXIV. *cap.* XIV. *auctores fore univerſos Patres, quos conſultos ab ſe de libertate eorum, ſibi* permiſiſſe. Id. XXVII. *cap.* X. Permiſſum *ab Senatu iis cum eſſet*, agerent, facerent*que*, *ut e rep. ducerent*. adi et Gronov. IV. Obſervat. *c.* II. & Pronomen quidem alibi etiam Noſter omittit, vide ad *cap.* XXXVIII. n. 3.

2. HOMINES MILITARES. h. e. magnum militiae uſum habentes, exercitati in rebus bellicis. Livius III. *Nihil ea res animum* militaris viri, *& multos experti caſus imminuit*. Idem XXIV. *cap.* XXIII. *Interim* juvenes militares, *et adſueti militibus crimina ſerebant in ſenatum*. adde ad *cap.* LIX. n. 6. ubi & de verbo *permittere* alia n. 4. Unde magis apertum eſt, haec neceſſario de *Praetoribus* intelligenda, & noſtram emendationem recipiendam eſſe. Nam quod ſtatim ſequitur *praeſidiis collocatis*; nec memoratur, quae adſumſerint praeſidia, id fit ex more Criſpi, de quo ad *cap.* XXVIII. numero 3.

PRAESIDIIS COLLOCATIS. Sic fere *cap.* LV. n. 2. Ipſi nempe Praetores ſecum multos fortes viros, ſine cujuſquam ſuſpicione, eduxerunt; & Cicero delectos juvenes ex praefectura Reatina praeſidio cum gladiis miſerat. Atque illi in proximis villis ad pontem Mulvium ita bipartito fuerant, ut Tiberis inter eos, & pons intereſſet. Cic. III. Cat. *cap.* II.

PONTEM OBSIDUNT. Sic Fabric. 1. Academ. Remenſes, Heuſſ. Vinar. 1. Senat. 1. Incert. 2. Baſil. 1. & 3. Guelf. 2. 3. 5. 8. 9. & ſic Giſan. ad Lucret. p. 385. ex vet. cod. Sunt ſane plurima, quae vulgo ad ſecundam Conjugationem referuntur, antiquis in tertia uſurpata, ut *Conniveo*, *connivo*; *Ferveo*, *Fervo*; *Strideo*, *Strido* & plura, quae enumerat Priſcian. IX. p. 866. et Voſſius III. Anal. *cap.* XXXV. adde Non. Marc. *cap.* VIII. Diomed. I. p. 378. Quomodo ea *obſidio* facta, Cicero in ſuperiori nota docuit. de verbo dixi ad *cap.* XXXVII. n. 2.

3. Ab

Digitized by Google

occulte pontem obſidunt. Poſtquam ad id loci legati cum Voltur- 3
cio venere, & ſimul utrimque clamor exortus eſt; Galli, cito co-
gnito conſilio, ſine mora praetoribus ſe tradunt. Volturcius primo, 4
cohortatus ceteros, gladio ſe a multitudine defendit; dein, ubi a le-
gatis deſertus eſt, multa prius de ſalute ſua Pomtinum obteſtatus,
quod ei notus erat; poſtremo timidus, ac vitae diffidens, veluti
hoſtibus, ſeſe Praetoribus dedit.

CAP.

3. AD ID LOCI. Guelſ. 6. & 7. *ad id locum*. Stolide. *id loci* certae magis demonſtrationis cauſſa dicunt, quod non vulgariter docuit Varro apud Chariſium I. p. 84.

CUM VOLTURCIO VENERE. Variant MSS *venerunt* & *venere*. Sed Guelſ. 3. *pervenerant*. Cl. Waſſius ex duobus notavit *veniunt*, quod ſeſe nobis non obtulit; ſine dubio hoc rectius. vide ad Jug. *cap.* LII. n. 3.

ET SIMUL UTRIMQUE. Copula abeſt ab Academ. Baſil. 3. tribus Guelſerbb. & nuperis aliquot edd. Eam pro ſuperflua habet etiam Cl. Iſelius. *Utrimque* Gloſſae MSS. exponunt *ex utraque parte pontis*. Mox Guelſ. 10. *clamor factus eſt al. exortus eſt*: ſic ille in contextu.

GALLI CITO COGNITO CONSILIO. In tribus poſtremis vocibus aliquid ſpurium latere judicat Gruterus. Putſchius delet particulam *cito*, quam nec Guelſ. 3. agnoſcit. Mihi *cognito* potius a Gloſſa videtur, & in vocula *cito* latere arbitror aliquod antiquum vocabulum. An fuit *ſcito conſilio? Scitus* certe non eſt inauditum, & Fronto p. 1331. Sciens *qui ſcit*; Scitus *qui ſcitur, vel feſtivus*. Id exponerem *Galli cum ſcirent conſilium*, ſive *gnari conſilii*. Cui haec conjectura non probatur, & ſcio paucis probabitur, me habebit adſeclam, quando Putſchium & Guelſ. 3. ſequetur.

SE TRADUNT. Infra: *velut hoſtibus, ſeſe praetoribus* dedit. quaſi *tradere* eſſet amicum. Utroque promiſcue utuntur. Curt. V. *cap.* VI. n. 16. *Inde per colloquia captivorum paullatim feritate mitigata*, tradidere *ſe regi; nec in* deditos *gravius conſultum*. C. Nepos Milt. *cap.* II. *ex pacto poſtulant, ut ſibi urbem* tradant. *illi enim dixerant, cum vento borea domo profectus eo perveniſſet, ſeſe* dedituros. adde Cl. Bentlej. ad Horat. III. Od. V. *v.* 33.

4. COHORTATUS CETEROS. Guelſ. 7. *cohortatus cunctos*. Academ. *cotartus ceteros*. errores librariorum.

UBI A LEGATIS DESERTUS EST. MSS. omnes *deinde*; Sed Gruterum ſequimur; non vero ita, ut etiam particulam *ubi* pro ſuperflua habeamus. vide ad *cap.* XXXIX. n. 4. et XLII. n. 4. Sed verbum *eſt*, quod illi odioſum, non legitur in Guelſerbb. 3. quare delevi. vide *cap.* XXXVIII. num. I. *deſertus* in tali re non ſine vi accipiendum; ut apud Livium XXVI. *cap.* XIII. *Et Hannibal fortes ſocios ſciet abs ſe* deſertos *ac proditos eſſe*. Caeſar. II. Civ. *cap.* XXXII. Deſertos *enim ſe ac proditos a vobis dicunt*.

MULTA PRIUS D. S. S. P. OBTESTATUS. Baſil. 2. *multum*. Male. pluribus comprobavi ad *cap.* XXVII. n. 3. D. Marcus *cap.* V. *cap.* 10. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλά. Et ſic quidem Graeci ſemper; Latini haud raro. *De ſalute* eſt *propter* ſalutem. Alii efferunt per *ſuper*. Proprie *quod ad ſalutem*. Jug. *cap.* XXII. extrem. de *omnibus rebus legatos Romam miſſurum*. Curt. X. *cap.* V. n. 13. *Iterum non* de *regno Aſiae, ſed* de *rege ipſis ſanguinem eſſe fundendum*. Sic alii. Hinc Tertullian. de Anim. *cap.* XIII. De *ſingularitate famoſum*, de *poſteritate monſtruoſum*. Alia ad Ciceronem.

QUOD EI NOTUS ERAT. Guelſ. 6. *eo quod*; 9. *ei* haud agnoſcit, idque locum mutat in Baſil. I. Academ. aliis, ubi *quod notus* ei *erat*. Remenſ. I. *fuerat*: Scribe: *quod ei notus*, reciſo Verbo Subſtantivo, ut ſupra *c.* XL. n. 2. *quod in Gallia negotiatus*.

AC VITAE DIFFIDENS. Fabric. 2. *ac* ſaluti *diffidens*; ſed punctis poſtea, veluti obelis, confixa eſt iſta vox, & ſuperimpoſita *vitae*. Guelſ. 7. & 8. *vitae ſuae*. pueriliter. vide ad *c.* XXXV. n. I. *diffidens* Gloſſae MSS. reddunt *exſper*. Cicero etiam *diffidens* & *deſperans* jungit. Sueton. Caeſar. *cap.* III. extr. *Cum* ingenio *ejus* diffiſus, *tum* occaſioni, *quam minorem opinione offenderat*. Proprie eſt, non credens, vitam fore ſalvam. dixi ſupra ad *c.* XXXI. n. 3.

SESE PRAETORIBUS DEDIT. Guelſ. 9. & 10. *ſe*, 4. & 10. *tradit*; 11. *tradidit*. Sed *dedit*, quod idem notat n. 3. recte hic legitur, per id, quod monitum ad *c.* XL. n. 3.

Digitized by Google

CAP. XLVI.

XLVII.
1 QUibus rebus confectis omnia propere per nuncios Conſuli de-
2 clarantur. At illum ingens cura atque laetitia ſimul occupa-
vere. nam laetabatur, conjuratione patefacta, civitatem periculis e-
reptam eſse: porro autem anxius erat, in maxumo ſcelere tantis civibus deprehenſis quid facto opus; poenam illorum ſibi oneri; im-

CAP. XLVI. 1. QUIB. REB. CONFECTIS. Ciacconii liber *ita confectis*, quomodo Incert. 2. & a manu ſecunda Guelf. *9*. unde appa-ret, quae illius Codici fides habenda ſit. Mox *per nuncium* habet Guelf. 1. 11. Superfluum tamen, utrum receperis, non eſt. Cum ſimili additamento Cicero aliique *litteris*, *gemitu*, *vultu declarare*. Cic. v. epiſt. VIII. n. 5. *Quae ſint acta*, *quaeque agantur*, *domeſticorum tibi* litteris declarari *puto*. *Conſuli* locum mutat in Academ. Sed Remenſ. 1. plane omittit.

2. CURA ATQUE LAETITIA SIMUL. Imitatur locum, &, quae ſequuntur, verba *laetabatur* & *anxius erat* egregie confirmat Tacit. 1. Ann. *cap.* LII. in. *Nunciata ea Tiberium* laetitia curuque *adſecere*: gaudebat *oppreſſa ſeditionem*; *ſed quod largiendis pecuniis & miſſione feſtinata favorem militum quaeſiviſſet*, *bellica quoque Germanici gloria* angebatur.

NAM LAETABANTUR, INTELLEGENS. Sic ſcripti omnes omnino & ed. vet. aliaeque: et tamen fuere, qui partim hanc trigam plane abjicerent; partim Particulam *Nam* jugularent. Sed Particulam facile tolerabimus, quae habet vim declarativam, & quam Donatus ad Ter. Hec. A. 1. Sc. II. obſervat, inceptivam. Et hoc pacto adhibuit Noſter *cap.* XI. n. 2. XXXVIII. n. 1. alibi. adde Terent. Andr. A. 1. Sc. 1. *v.* 24. Liv. XXIX. *cap.* VIII. Verum *intelligens* manifeſta Gloſsa eſt, quam, volente Grutero, expunxi: adſtipulante Guelf. 5. ubi *Nam intellegens laetabatur*. Sic mox *dubitans*. Palmerio autem ſi obſequeris, nihil facies reliqui. Iſte mirum tam contra alia, quam contra Jug. *cap.* XXV. n. 6. & 7. peccat.

PORRO AUTEM. Has voculas interfici jubet Gruterus. non pareo; etſi *autem* non legatur in Heuſſ. nec in Senat. 2. Jug. *cap.* XXV. n. 6. *Timebat iram ſenatus* - Porro *animus cupidine caecus ad inceptum ſcelus rapiebat*. Sic Cic. III. Verr. *cap.* XXXI. & Terent. Adelph. A. V. Sc. IV. *v.* 4. *porro autem*. adde notam ad Cic. VI. ep. VII. n. 10. Bernegger. ad Juſtin. IX. *cap.* IV. n. 6.

ANXIUS ERAT, DUBITANS. Sic quidem ſcripti noſtri & ed. vet. Sunt tamen recentiores edd. quae jam omittunt verbum *dubitans*, quod hic plane otioſum eſt. Verbum *anxius erat* involvit illud *dubitare*; ut ſupra τὸ *laetari* comprehendit *intelligere*. vide ad *cap.* XXI. n. 3. Sic modo *cap.* XLIV. extr. *adhoc* mandata *verbis* dat: *quo conſilio ſervitia repudiet?* Jug. *cap.* VI. extr. *ne qua ſeditio aut bellum oriretur*, anxius erat. infra *cap.* LII. n. 25. *vos* cunctamini, quid *faciatis*? ubi vide. Livius XXVII. *cap.* XLVII. *duos profecto conſules eſse*, & quonam modo *alter ab Annibale abſceſſiſſet*, cura angebat. Juſtin. XXIII. *cap.* III. Anxius *tam* ambiguo *periculo*, incertuſque quid *ageret*, *vel* quibus *primum ſubveniret*, *in utrumque pronus conſultabat*. ubi Juſtino quidem permittendum, ut addat *incertuſque*; Sed talia reſpuit Criſpus.

QUID FACTO OPUS ESSET. Fabriciani, Baſil. 2. Vinar. 1. Guelf. 3. & 7. *quid facto opus* ſit. Utrumque nihil eſt, & delendum. *Quid* latine dicitur, pro *quo facto*. Sic Cicero & Plautus Pſeud. A. 1. Sc. III. *v.* 2. *Quid mihi es auctor*. A. IV. Sc. VII. *v.* 70. Quid *nunc mihi es auctor*, *Simo*. aliter Terent. Andr. A. 1. Sc. 1. *v.* 72. Quid *verbis opus eſt*.

SIBI ONERI. Intolerabilem, maximo *incommodo* fore. Sic ſupra *cap.* X. n. 2. *iis otium*, *divitiae*, *optandae aliis*, oneri *miſeriaeque fuere*. ibi vide. Vinar. 1. *poenam ſibi illorum*. Forte vacat Pronomen.

PERDUNDAE REIP. Codd. quidam, teſte Glareano, *produndae reip.* Noſtri ſilent: & edita eſt ſignificantior. vide Jug. *c.* XXXI. n. 17. Ed. vet. Incert. 2. & Vinar. 2. *perdundae reip.* cauſsam *fore*. Unde in opinione mea confirmatus ſum, ſecundo caſu potius, quam tertio ea verba accipienda eſſe, ut ſupra *cap.* VI. n. 7. *regium imperium*, *quod initio* conſervandae libertatis *atque* augendae reip. *fuerat*. eo magis, quod Noſter Caſus diverſos conjungere amat. vide ad *cap.* XXXIII. num. 1. notata.

FORE CREDEBAT. Palmerio & Grutero ſupervacuum viſum Verbum *credebat*; Secutae ſun-

impunitatem perdundae reipublicae credebat. Igitur confirmato ani-
mo vocari ad ſeſe jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabi- 3
nium, item Q. Coeparium quemdam Terracinenſem, qui in Apu-
liam ad concitanda ſervitia proficiſci parabat. Ceteri ſine mora ve-
niunt: Coeparius paullo ante domo egreſſus, cognito indi- 4
cio, (ex urbe) profugerat. Conſul Lentulum, quod praetor 5
erat

ſunt Edd. Hackiana, Criſpini, aliae, quae, quod illis ſupervacuum viſum, ex contextu proſcripſere. Neque vero ullum in ſcriptis & impreſſis vetuſtioribus praeſidium habent. Noſtri certe ſancte *credebant* cuſtodiunt. At *fore* non comparet in Guelf. 10. & hoc potius damnandum videtur. ſic certe nemo in poſterum contra alterum hiſcet aut muſſabit. Sic Jug. *cap.* LXXVI. nu. 1. *Sed rex nihil jam Metello* infectum *credens*. *cap.* CIII. nu. 7. *copias*, *fidem*, *magnitudinem regis ſui*, *& alia*, *quae aut* utilia, *aut* benevolentiae *credebant*, *oratione extollunt*. ibi itidem turbarunt. adde ſupra *cap.* XXVII. n. 1. infra *cap.* XLVIII. n. 2.

3. CONFIRMATO ANIMO. Qui adhuc anxius & aeſtuans fuerat. Catullus Carm. LXXV. *v.* 11.

Quin te animo obfirmas, *teque iſtinc uſque reducis?*

Ovid. Remed. Am. *v.* 245.

Si niſi firmata *properabis* mente *reverti*. Cic. v. epiſt. XXI. nu. 11. *Sed plane* animus, *qui dubiis rebus forſitan fuerit* infirmior, *deſperatis* confirmatus *eſt multum*.

ITEMQUE COEPARIUM TERRACIN. Copulam *que* fide Guelf. 1. & Academici delevi, qua hic nihil magis opus erat, quam *cap.* XLII. n. 1. & 3. XLIV. n. 1. Prognata ea hoc loco ex Praenomine *Quinto:* (vide *cap.* XLI. n. 4. item *cap.* LVII. n. 2.) Sic enim eſt in Remenſ. 1. & edd. aliquot: *itemque Q. Ceparium Terracinenſem*. Sed Cicero III. Cat. *cap.* VI. *Marcum* adpellat: quae differentia in Nominibus etiam aliis inter Salluſtium & Ciceronem obſervatur. Praeterea Incet. 2. Struv. Baſil. 3. Guelf. 1. 7. & 8. addunt *quemdam*; & ſic Codex Mureti, quem laudat ad Cicer. l. c. Igitur locus ita legendus: *item Q. Coeparium quemdam Terracinenſem*. Sic ſolet Salluſtius. vide *cap.* XLIV. nu. 3. *Coeparium* ſcribit Baſil. 1. *cap.* XLVII. etſi hoc loco, ut plurimi, habeat *Ceparium*. Sed Fabric. 1. cum tribus aliis *Ceparium;* neque tamen id conſtanter. Denique *Terracinenſem* ſcribunt Remenſ. Incert. Fabric. Vin. 1. Eccard. Gu. 1. 2. 5. & 9. Alii *Teracin.* *Tracin.* Sed ed. vet. & Vin. 2. *Terraconienſem;* Senat. 2. *Terracunenſem;* Caſtalio vero, Cluverius, alii *Tarracinenſem* ſcribi volunt; Contra F. Urſinus *Terracenenſem* probat. Editam ſcripturam Gruterus praefert, eaque adparet in melioribus libris Vibii Sequeſtri, Plinii, aliorumque. Confer de *Tarracona* Hiſpaniae, & ſimili in eo nomine varietate Salmas. & Caſaub. ad Spart. Adrian. *cap.* VII. De *Terracina* autem oppido Latii, olim *Anxur* dicta, pluribus Cluver. III. It. Ant. *cap.* VII. p. 1009. Cellar. II. *cap.* IX. p. 812.

IN APULIAM. Guel. 3. 9. & 10. *in Apulia*.

PROFICISCI PARABAT. Guelf. 12. *ad c. ſervitia properabat*: & in margine addit *proficiſci*. editum habes Jug. *cap.* XXII. n. 1.

4. CETERI SINE MORA VENIUNT. Fabric. 1. Baſil. 2. Eccard. Guelf. 6. *conveniunt*. quod mihi magis placet, quam vulgatum, ſtatim nu. 5. iterum audiendum. Et eſt loco aptum, ubi de pluribus, qui veniunt, ſermo eſt. de quo vide ad *cap.* XLVII. n. 2. mox Guelf. 11. *domo* ſua *egreſſus*. Lege Cic. III. Cat. *c.* III. ubi Lentulum tardiſſime omnium venientem exagitat.

COGNITO INDICIO EX URBE PROFUGERAT. *Indicio* i. manifeſtatione Conjurationis, *c.* XLVIII. n. 6. *Ex urbe* in fido Baſil. 1. non legitur, niſi per modum explanationis inter lineas: *ſc. ex urbe*. & in Fabric. 1. voces *indicio ex urbe* ab initio non fuerunt: relictum tamen ſpatium, quod ſufficeret *τῷ indicio;* Sed alio atramento eadem, ut videtur, manus tres iſtas voces in iſtud ſpatium compegit. Fabric. 2. *ex urbe fugerat*. Lego itaque: *cognito indicio profugerat*. Sic Jug. *cap.* LXVII. nu. 3. *unus Turpilius* profugit *intactus*. *cap.* LIV. nu. 10. *nemo omnium intactus* profugit. Vellej. II. *c.* LIII. *Pompejus profugiens:* cur non addis *ex acie?* Terent. Heaut. A. III. Sc. II. *v.* 17. *gnatus ejus* profugit *inopia*. adde & hic, ſi diis placet, *domo*. Curt. VII. *cap.* I. nu. 10. *nam Polemon*, *minimus ex fratribus*, *cum Philotam torqueri comperiſſet*, profugerat. Sic Cicero, Livius, alii, ſine addito termino. Conſidera demum Criſpum ſcripſiſſe modo: *domo egreſſus*, & paullo inferius *c.* XLVII. extr. de hoc Coepario: *nam is paullo ante* ex fuga *retractus erat:* indeque magis confirmabitur, recte deleri voculas *ex urbe*.

5. IN SENATUM PERDUCIT. Fabric. 2. Guelf. 3. &

erat, ipſe manu tenens perducit; reliquos cum cuſtodibus in aedem Concordiae venire jubet. 6 Eo Senatum advocat, magnaque frequentia ejus ordinis, Volturcium cum legatis introducit: Flaccum Praetorem ſcrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem adferre jubet.

CAP.

3. & 11. *in ſenatu;* Guelf. 7. *perduxit;* Baſil. 2. & Guelf. 9. *producit*. Sed haec levia. Grave iſtud & ad dignitatem Salluſtii, deleri voculas *in ſenatum*. non tantum eo, quod aliquot ſcripti apud Rivium & Vvaſſium cum edd. Venetis ita jubeant: ſed etiam quod vix in Cicerone ferendus foret hic cumulus: *in ſenatum, in aedem Concordie, eo eodem*. Atque ſi ſenſus non reſponderet, poſſet adſumi ex ſequenti *in aedem Concordiae*, quam Figuram adnotavi ſupra ad *cap.* III. n. 1. XXXVI. n. 5. Sed *perducere* eſt per ſe verbum termini, ſive notans *ductum in* aliquem locum: Hinc ſaepiſſime praeciſe ponitur. Curt. III. *cap.* III. n. 4. *quod Alexandrum, depoſita regia veſte in Perſico & vulgari habitu* perductum eſſe *vidiſſet.* ſupra dixerat: *Alexander* adduci ad ipſum *viſus eſt*. Juſtin. II. *cap.* XIII. *Ille perculſus nuncio tradit ducibus milites* perducendos. Id. XII. *cap.* V. *Interea unus ex amicis Darii vinctus* perducitur. ad quem locum plura Gronovius: ut & ad Liv. XXX. *cap.* XII. Silius XV. *v.* 102. *Caſta mihi domus & celſo ſtant colle penates: Ardua ſaxoſo* perducit *ſemita clivo*. Nam etiamſi in his diverſae notiones concurrant, id tamen commune habent, quod *terminus ad quem* non exprimitur, quem proprietas requirit. Sic ſupra *cap.* XI. n. 2. *niti, contendere* praeciſe dixit: ubi alia protuli. Sic vulgata illa *Deportatus eſt, Profugit*, ſimilia tractantur. Capitol. Marco *cap.* XXVI. Deportatus eſt *Heliodorus filius Caſſii*. confer ſupra *cap.* IX. extr.

IN AEDEM CONCORDIAE. Plura *Concordiae* templa Romae fuerunt: hic vero illud intelligitur, quod Furius Camillus dictator vovit, eratque ad Capitolii adſcenſum, forum comitiumque ſpectans. Plutarch. in Camillo p. 151. Ovid. I. Faſt. *v.* 640. Auguſt. III. Civ. D. *cap.* XXV. adde Nardin. Vet. Rom. V. *cap.* XI. Marlian. Rycquium alios. Saepe ejuſdem meminit Cicero: & in templis quidem ſenatum fuiſſe habitum, notum eſt. vide *c.* XXXII. n. 1.

VENIRE JUBET. Guelf. 6. *veniret*. Sic ſaepiſſime in MSS. B. Jug. aliorumque auctorum & apud Noſtrum mox *cap.* XLVIII. nu. 3. adde Graev. ad Sueton. Aug. *cap.* XLIV. ubi vulgo *venirent*, pro *venire* circumferunt.

6. EO SENATUM ADVOCAT. Incert. 2. *convocat*; Guelf. 1. *advocavit*. *Advocare* in hac rè frequens, uti apud Cic. in Vatin. *cap.* VII. alibi.

MAGNAQUE FREQUENTIA. Guelf. 3. *magna quedem frequentia*. libenter copulam delerem. Frequens Senatus in laude, & in gravioribus conſultationibus. Latinitate eadem Sueton. Aug. *cap.* XCVII. *Cum luſtrum in campo Martio* magna *populi* frequentia *conderet*. Vinar. 1. *magnaque frequentia ejus ordinis ſenatorii*, ex Gloſſa; quibus paſſim Codex ille deturpatus eſt.

SCRINIUM CUM LITTERIS. *Scrinium* notat cum Tabularium ſeu Archivum, ubi decreta & epiſtolae authenticae ſolent adſervari Plin. X. epiſt. LXXI. tum loculos, ſeu receptacula quaedam epiſtolarum, quibus tabellarii utuntur, ut litteras ſine damno perferant. Seneca II. de Ira *cap.* XXIII. ad fin. Vvaſſio etiam citatus: *Fecit hoc & C. Caeſar, ille qui victoria civili clementiſſime uſus eſt. cum* ſcrinia *deprehendiſſet Epiſtolarum ad Pompejum miſſarum*, cetera. Sic Plin. VII. H. N. *cap.* XXV. adde Iſidorum XX. Orig. *cap.* IX.

EODEM ADFERRE JUBET. Incert. 2. *eodem loco;* Guelf. 1. *aſtante eodem;* Eccard. *ibidem;* Vinar. 2. & ed. vet. *eidem*. Miraberis vacillantes ſcribas; cum hodie *eodem*, pro *in eumdem locum*, & hic quidem *in aedem Concordiae*, nemini obſcurum eſſe ſoleat. Neque vero ex Gloſſis ea omnia non magis, quam *eodem* orta dicere praeſumo. Vinar. 1. *eodem* aſferri *jubet*. Sed jubet non ſatis gratum auribus, quod in fine n. 5. eſt poſitum, & pro more Salluſtii, quamvis alia Conſtructio interponatur, poteſt ſubaudiri. vide notas ad *c.* XVI. n. 2. XXIX. nu. 3. XXXVIII. nu. 1.

CAP.

CAP. XLVII.

XLVIII.

VOlturcius interrogatus *de itinere*, *de litteris*, *poſtremo quid*, 1 *aut qua de cauſſa conſilii habuiſſet*? primo fingere alia, diſſimulare de conjuratione; poſt ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti geſta erant, aperit: *paucis ante diebus a Gabinio & Coepario ſocium adſci-*

CAP. XLVII. I. QUID, AUT QUA DE CAUSSA C. H. Expone: *quid conſilii*, *aut qua de cauſſa* id conſilii *habuiſſet*. dixi pluribus EXCURSU V.

FINGERE ALIA. Guelf. 5. *fingerebat alia*, *diſſimularebat de conjuratione*: eo more librariorum, de quo ſupra ad *cap.* XLII. n. 2. Sic D. Nazarii membranae in Floro I. *cap.* XIII. n. 3. *inlatumam*, pro *inlatum* vel *inlatam*. ibi vide Salmaſium, ut & ad *cap.* III. nu. 8. adde Jug. *cap.* LXVIII. n. 3. XCVII. n. 3. C. n. 4. CI. n. 11. Supra *cap.* XXX. num. 3. Praeterea *fringerebat* iſte Guelf. 5. ſed, quod notandum, hoc loco jam alia manus, quam iſta antiquiſſima, incipit. Ille, ut Guelferbytani omnes praeter duos, ut Fabriciani, Acad. Incerti, Baſileenſes, Senatorii, Heuſſ. Struv. Eccard. ignorat τὸ *omnia*, quod quaedam edd. temere adjiciunt; nec eſt in ed. vet. neque Venetis vetuſtiſſimis. quaſi vero ſemper cum formulis loquendum ſit auctoribus. Noſter III. Hiſt. Orat. Macri Licinii: *dicta* alia: *ſed certatum utrimque de dominatione*.

DISSIMULARE DE CONJURATIONE. Melius *de conjuratione*, quam *conjurationem*, ut Jug. *cap.* LXXXIV. n. 3. *Neque illi Senatus* de ullo negotio *abnuere audebat*. Supra *cap.* XXX. n. 6. *indicare* de *conjuratione*. & ſic *cap.* XLVIII. n. 3. & 5.

FIDE PUBLICA. *Data* addunt Guelf. 7. 8. 9. 11. Remenſ. I. Incerti, Struvian. & Baſil. 2. Sed Fabric. I. a prima manu, Baſil. I. & Guelf. 4. & 10. *poſt ubi* fidei publicae *dicere juſſus eſt*. Eccard. *fidi p. Fide* autem ſubintelligendo *data* ſaepe dici, vel ex Noſtro conſtat. vide Jug. *cap.* XXXV. n. 7. & ſupra *cap.* XXIV. nu. 2. Seneca IV. Beneſ. *cap.* XXXV. *quidquid mutatur libertatem facit de integro conſulendi & me fide liberat*. Gronovius recte *fide data liberat* interpretatur. quem vide. *Fidem* autem *publicam* dabat Conſul, jubente Senatu. infra *cap.* XLVIII. n. 3. Cic. III. Cat. *cap.* IV. *Introduxi Volturcium ſine legatis: fidem ei publicam* juſſu ſenatus *dedi*. Sanctiſſime illa ſervata. Quinctil. Declam. CCLXVII. *Ego* publicam *adpello* fidem, *quae inter piratas ſacra eſt: quae inter armatos hoſtes inducias facit: quae deditarum civitatum jura conſervat*. Conſtructio praeterea eadem, quae *cap.* XLIII. nu. I. *eo ſigno*. ibi vide. nec non ad *cap.* XXXVI. nu. 5. *duobus Senati decretis*.

APERIT, DOCETQUE. *Docetque* recte abeſt a Baſil. I. abeſt etiam ab ed. Hackiana, illa quidem, quae, quidquid mutatum ſit, ex Cod. vet. deſumtum profitetur: eam ſecutae ſunt, quae ſolent, edd. Gruterus vero cum adſeclis & ſcriptis ac edd. vetuſtis retinent. Sed peſſime. *Aperit* iſtud verbi involvit, ut ſupra *c.* XLIII. n. 3. *querebatur*. *cap.* XXI. nu. 3. *polliceri*. *cap.* XXXI. nu. 7. *poſtulare*: ubi cum MSS. itidem *dicitque*, *dicens* immitterent, alia adnotavi. Similia commenta ſcribarum etiam infra ſuſtuli, de quibus ad Jug. *cap.* CIX. n. 3. Seneca I. Controv. II. p. 101. *Marillius cum* deſcripſiſſet, *dignationem puellae magnam fuiſſe*, *altius quiddam ſuperbiuſque vultu ipſo praeferentem*. ibi conſulas Schulting. pag. 91. Petron. *cap.* XXXIII. *Deinde ut* audivi *veterem convivam*: *hic neſcio quid boni eſſe debet*. *audivi* ſcilicet *dicentem*, inquit Burmannus, & pluribus illuſtrat, quem & vide ad ea Quinctil. Declam. CCCV. p. 590. *Jugulum contumaciter parabant*: *Jam pridem mortem contemſimus*. Et *aperire* multo maxime huic Ellipſi favet. Corn. Nepos Att. *cap.* IX. *maximum quaeſtum exiſtimans*, *memorem gratumque cognoſci*; *ſimulque* aperire, *ſe non fortunae*, *ſed hominibus ſolere eſſe amicum*. & ne porro incertus ſis, adde ſupra *cap.* XIII. n. 3.

SE PAUCIS ANTE DIEBUS. *Se* non eſt in Academ. nec Guelf. 10. & ab iis additum cenſeo, qui nobis *docetque* dederunt. Sic ſupra *cap.* XVII. extr. & XXXI. n. 7. ubi vide. adde intra *cap.* LVI. n. 4. Fabric. I. *ſe ante paucis diebus*; Vinar. I. *ſe ante paucos dies*; Baſil. 2. *ſe a paucis ante diebus*; Sed Vinar. 2. & ed. vet. cum Gloſſa: *ſe tranſactis paucis ante diebus*. *Ante* Adverbium eſt, ut apud Ciceronem *anno ante*, *quatriduo ante*, & male ſibi perſuaſiſſe videtur Servius in I. Eclog. *v.* 30. Ablativum ab ea particula pendere. Confer notam ad *cap.* XXXVI. nu. 2.

SOCIUM ADSCITUM. Incert. 2. Guelf. 6. 7. 8. 9. Baſil. 3. *accitum*; Vinar. 2. *adcitum*. Ceteri

adſcitum, *nihil amplius ſcire*, *quam legatos: tantummodo audire ſo-
litum ex Gabinio*, *P. Autronium*, *Servium Sullam*, *L. Varguntejum*,
2 *multos praeterea in ea conjuratione eſſe*. Eadem Galli fatentur: ac Len-
tulum diſſimulantem coarguunt, praeter litteras, ſermonibus, quos ha-
bere

teri rectius *adſcitum* alii, alii *aſcitum*; Fabric. 1. *aſſcitum*. Supra *cap.* XXIV. nu. 4. *Ea tempeſtate plurimos cujuſque generis homines* adſciviſſe *ſibi dicitur*. Curt. VIII. *cap.* VI. nu. 9. *quippe ſolerter legerunt*, *quos in ſocietatem ſceleris* adſciſcerent. Caeſar 1. Gall. *cap.* V. extr. *Boioſque receptos ad ſe* ſocios *ſibi* adſciſcunt. Aur. Victor. Vir. ill. *cap.* X. *Juvenibus regiis Delphos euntibus deridiculi gratia comes* adſcitus.

NIHIL AMP. SCIRE, QUAM LEGATOS. Vetuſta eſt obſervatio, particulam *quam* ſimiles Caſus connectere. Cic. 1. de Nat. D. *c.* XXXI. *Et* Metrodorum *tam aperte locutum eſſe quam paullo ante* te. Caeſar 1. Gall. *cap.* XLIV. Se *prius veniſſe*, *quam* populum *Romanum*. Quinctil. Declam. CCLXIII. *Illud etiam adjiciendum videtur*, neminem *umquam digniorem fuiſſe ignominia*, *quam* te. haec fere & alia Burmann. V. C. ad Declam. CCCXXI. p. 646. Sed eodem pertinet Cic. pro Ligar. *cap.* I. *ſed tamen ita confitentem*, ſe *in ea parte fuiſſe*, *qua* te, *Tubero*, *qua* virum *omni laude dignum*, patrem *tuum*. D. Lucas Act. *cap.* III. com. 22. ὅτι ΠΡΟΦΗΤΗΝ *ὑμῖν ἀναστήσει* Κύριος *ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν*, *ὡς* ΕΜΕ. Talia cum ubivis obvia ſint, miratus ſum, viros doctiſſimos aliquando inter ſe quaeſiviſſe, an latine dicatur: *de juſtitia diutius*, *quam ceteris virtutibus*, *culta*. Adeo neceſſe eſt, iſtud nunc docere, cum olim contra opus haberent oſtendere, quod nonnumquam alius etiam Caſus, alio inprimis addito verbo, ſequatur.

SERV. SULLAM. Praenomen *Servii* non legitur in Remenſ. 2. Guelf. 1. 5. 6. At Vinar. 2. & ed. vet. *Serv. & L. Syllam*. Sed recte quidem *P. Sulla* (ita enim ſcribere voluiſſe pro *L. Sulla* Vinar. 2. cum ſocia edit. veriſimile eſt) Volturcio ignotus fuiſſe creditur, quem Cicero a Conjurationis crimine purgavit. Confer *cap.* XVII. num. 3. Supra libri quidam *Antonium*: & infra *Guarguntejum*, ut alibi.

MULTOS PRAETEREA. Guelf. 7. *praeterea multos alios*; 8. *& multos alios praeterea*. male. vide ad *cap.* XXII. n. 3. quod autem *praeterea* etiam de perſonis dicatur pro *praeter eos*, patet ex Jug. *cap.* IV. nu. 4. *audivi Q. Maximum*, *P. Scipionem*, praeter ea *civitatis noſtrae praeclaros viros*, *ſolitos ita dicere*. *cap.* CV. n. 2. ex Ciceronis, Livii aliorumque pluribus locis. Sic ſupra *cap.* 14. n. 2. & alibi *ad hoc*, pro *ad hos* ſive *praeter illos*: & mox hoc *c.* n. 2. *antea* poſuit pro *ante ſe*. infra *cap.* LIX. nu. 5. *poſtea*, pro *poſt eas*. ut hujuſmodi particulae recte per ſe intelligantur, non ad Nomen referantur. Porro Eccard. *multos praeterea in conjuratione eſſe*, omiſſo Pronomine *ea*: offenſus forte ejuſdem ſoni voculaeque repetitione.

2. EADEM GALLI FATENTUR. Languet ſententia, nec Salluſtium ita ſcripſiſſe perſuaſum habeo. Forſitam Verbo *fatentur* abjecto egregiam medicinam feceris, eritque *Eadem Galli*, ut ſupra *cap.* XXXIV. n. 1. Ad haec *Q. Marcius*. ubi vide. Codices nihil juvant. Terent. Andr. A. 1. Sc. 1. *v.* 55. *Egomet continuo mecum*. Livius XXXVII. *cap.* X. *Tum internuncius*: *regiam claſſem aut totam*, *aut majorem ejus partem Polyxenidam traditurum ei*. ibi quidam: *Tum internuncius aperit*. quod Verbum cum ſupra poſitum ſit ab Noſtro, eleganter hic ſubauditur.

AC LENTULUM DISSIM. COARGUUNT. *Ac* eſt in Fabricianis, Senatoriis, Heuſſ. Struv. Incert. 1. Baſ. 1. Vinar. 1. Guelf. 5. & aliquot aliis, non *At*, quod & ſcriptos, & impreſſos quoſdam occupavit. vide *c.* III. n. 2. *coarguunt* eſt convincunt *ſimul* per ſermones ejus. Eſt quidem, ubi *con* iſtam notionem in compoſitione non ſervat, ut in *conclamare* apud Caeſarem, *Concurrere* apud Ciceronem, *Concedere* apud Lucretium alioſque pro *cedere*; plerumque tamen naturam ſuam non deſerit, quam & hoc loco ſervavit. Liv. XXVI. *cap.* XXVII. *Ceterum ut coram* coarguebantur, *& quaeſtio ex miniſtris facinoris foro medio haberi coepta eſt*, *faſſi omnes*. Sic Lucret. III. *v.* 848.

Omnia *cum belli trepido concuſſa tumultu*
Horrida contremuere.

Brutus & Caſſ. Cic. XI. ep. II. num. 1. *non* conſcripſiſſemus *haec tibi*. Cic. III. ep. X. nu. 4. conteſtans *omnes Deos*. Caeſar. VII. Gall. *cap.* I. *ut omnes Italiae juniores* conjurarent.

QUOS ILLE HABERE SOLITUS ERAT. Guelf. 7. *eſſet*. Fabric. 2. *ſolitus erat habere*; *ille* non eſt in Heuſſ. Senat. 2. neque Incert. 1. Sed Academ. primitus non habuit *habere*: Mea pace & *ille*, & *erat* poſſent amandari in alium plane locum:

bere ſolitus: *Ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea: ſe tertium, cui fatum foret urbis potiri; praeterea ab incenſo Capitolio illum eſſe vigeſimum annum, quem ſaepe ex prodigiis haruſpices reſpondiſſent bello civili cruentum fore.* Igi-

locum: credo & tua, lector. de *ille* omiſſo vide notam ad *c.* XLVIII. n.4. nam de *erat* res eſt pervulgata ſaepiusque dicta.

EX LIBRIS SIBYLLINIS. Notiſſimi illi libri, quos Sibylla Cumana, nomine Amalthea, quae & Demophile, vel Herophile Tarquinio Superbo obtulit, qui trecentis aureis emit, & in Capitolio Jovisque templi ſacrario, in arca lapidea, religioſiſſime ſervari juſſit. Eos in rebus arduis Romani per II-viros modo, modo X-viros, tandem XV-viros conſulebant, quia fata Romani imperii communi opinione continebant. Lege, quae de illis Lactant. I. *c.* VI. Gell. I. *c.* XIX. Auguſt. XVIII. Civ. Dei *c.* CXIII. & ibi interpretes. adde, ne plures memoremus, V. C. Fabricii Bibliothec. Graec. Lib. I. *cap.* XXXI. p. 172.

CINNAM ET SULLAM ANTEA. *Cinna* cum Mario quas turbas contra Sullanos excitaverit, perſcripſere Appianus, Plutarchus, Vellejus, Florus III. *c.* XXI. ubi vide. de *Sulla* ſupra *c.* V. n.3. & Jug. *c.* XCV. XCVI. *antea* puta vel *urbis potitos eſſe*, vel *fuiſſe*, pro *ante ſe*, ut modo dictum eſt n.1. Sic Cic. III. Cat. *c.* IV. *Cinnam* ante ſe, *& Sullam fuiſſe*. Sed Incert. 2. *antea* omiſit, & Guelf. 12. habet ſaltem in margine. Fabric. I. & Vinar. I. *ſe tertium fore, cui* cet. Veneta 1500. *tertium ſe dicebat*, ſine Verbo *eſſe*, quod abjiciendum, ut ſupra *c.* XL. n.4.

CUI FATUM FORET. Guelf. II. & a prima manu Struv. cum Veneta 1493. *cui factum foret;* quo librariorum errore nihil eſt vulgatius. vide modo Drackenb. ad Sil. I. *v.* 277. XI. *v.* 9. Guelf. 7. 8. 10. MS. Mureti, Schotti aliorumque *fatatum*. hinc ad antiquum verbum *fatari* confugiunt, quod miror, cur non quaeſiverint etiam apud A. Gellium XV. *cap.* XIII. extr. Sed *fatum* eſt veriſſima lectio, pro cui praeſtitutum, atque divinitus deputatum eſſet regnum Romae. Sic Cicero de Fato *c.* VII. *Si* fatum tibi eſt *ex hoc morbo convaleſcere: ſive medicum adhibueris, ſive non, convaleſces. Item ſi* fatum tibi eſt *ex hoc morbo non convaleſcere* &c. quod *cap.* XIII. ita effert: *Si ex aeternitate verum hoc fuit.* Gellius XV. *cap.* XX. *reſponſum eſt a Chaldaeis, eum puerum victorem in certaminibus fore. id ei* puero fatum *eſſe*. Lamprid. Severo *c.* LXII. *Thraſybulus Mathematicus illi amiciſſimus fuit, qui cum* ei *dixiſſet* neceſſitatem *eſſe*, *ut gladio barbarico periret*, &c. Uſitatius *cujus*, *illius*, *hominis*, *Romanorum fatum;* Sed alterum exquiſitius. vide Jug. *c.* VII. n.4. Sua autem cuique homini, ut genti, urbi, eſſe fata, quae ſint certa & inevitabilia, ubivis legas. Confer interim Tacit. I. Hiſt. *c.* XVIII. Vellej. II. *c.* LVII. Juſtin. XII. *cap.* II. Juven. Sat. IX. *v.* 32. Grotium de Fato & Reinhard. ad Lipſ. I. Polit. *c.* IV.

URBIS POTIRI. Guelf. 11. 12. Vinar. 2. & ed. vet. *urbe potiri*. Jug. *c.* XXV. n. 10. *Atherbalis potiri*. *c.* LXXIV. extr. *hoſtium potiri*. Sic & alibi. ut Cicero *rerum*, *regni potiri*. Caeſar I. Gall. *c.* III. *totius Galliae potiri*. Auct. de B. Afric. *c.* LXI. *vivorum potiti ſunt*. & praeter ſextum Caſum etiam ſecundum & quartum Verbo huic jungi, dudum docuit Servius ad III. Aen. *v.* 278.

AB INCENSO CAPITOLIO. Lactant. III. *c.* XVII. *Capitolium, quod eſt Romanae urbis & religionis caput ſummum, non ſemel, ſed ſaepius fulmine ictum conflagravit*. Hic autem illud innuitur incendium, quo Scipione & Norbano Coſſ. A. V. 670. conflagravit, Plin. III. *c.* XIII. Tacit. III. Hiſt. *c.* LXXII. Reſtaurare illud conatus eſt L. Sulla, perfecit autem Q. Catulus A. V. 675. Lactant. de Ira D. *c.* XXII. Plin. XIX. *c.* I. Sed a Vitellianis iterum incenſum fuit, Tacit. l. c. adde Rycquium de Capit. *c.* XI. & quantum quidem Capitolii incendium portendere etiam Gallis viſum ſit, lege apud Tacit. IV. Hiſt. *c.* LIV.

HARUSPICES RESPONDISSENT. Scripti conſtanter *aruſpices* ſine aſpiratione; Guelf. 5. & 6. Vinar. 1. cum aliis *auruſpices*, & ſic MSS. Jug. *c.* LXIII. & LXIV. Sed Donatus ad Phorm. A. IV. Sc. IV. ab *haruga* & *hora* deduxit, & lapides H addunt. Eorum erat prodigia interpretari. Lex XII. Tabb. *Prodigia, portenta ad Etruſcos & haruſpices, ſi ſenatus juſſerit, deferunto*. Proprie autem *reſpondere* dicebantur. vide Cicer. de Haruſp. Reſponſis. Livius XXIV. *cap.* X. *Haec* prodigia *hoſtiis majoribus procurata ſunt, ex haruſpicum* reſponſo. Cic. I. de Div. *c.* XXXVI. *Pater ad haruſpices retulit, qui* reſponderunt, *nihil illo puero clarius fore.* adde Muncker. ad Lactant. Plac. Narr. Fab. V. Libr. III. p. 208.

QUEM BELLO CIVILI CRUENTUM FORE. Guelf. 3. non legit vocem *civili*. Obſerva autem ele-

3 Igitur perlectis litteris, cum prius omnes ſigna ſua cognoviſſent, Se-
natus decernit, *uti abdicatus magiſtratu Lentulus*, *item ceteri in li-*
4 *beris cuſtodiis haberentur*. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri,
qui

elegantiſſimam Hypallagen, per quam exponas licet: *quo bellum* civile cruentum fore reſpondiſſent. Sic Auſonius Parent. Epigr. III.

Hinc tenus Europam fama creſcente perito
Conſtantinopolis *rhetore te viguit*.

Idem Epigr. XIV.

At lepus: in me *omnis terrae pelagique* rapina *eſt*,
Forſitan & caeli: ſi canis aſtra tenet.

Sic Lucan. IV. *v*. 473. *pacemque habuere* tenebrae. Confer notam ad Jug. *c*. V. n. 2.

3. CUM P. O. SIGNA SUA COGNOVISSENT. *Signa* quae etiam, ut hodie, *Sigilla* vocant, cerae ſupra linum, quo tabellae conſtringebantur, impoſitae impreſſa: erantque imagines propriae, vel majorum, vel aliae quaedam. vide omnino Cicer. III. Cat. *c*. V. Seneca Epiſt. XXII. *Jam imprimebam epiſtolae* ſignum: *reſolvenda eſt*. Plautus Bacch. Act. IV. Sc. VI. *v*. 17. CH. *Nunc haſce tabellas ferre me juſſit tibi*. *NI. Cedo*. CH. noſce ſignum. *NI. novi*. ubi ex Victorio adnotant, ſigna eſſe cognita, ne litteras poſtea dicerent fictas. Idque paſſim a JCtis traditum legimus, maxime in tabellis teſtamentorum. Confer praeterea Plaut. Pſeud. A. I. Sc. I. *v*. 34. 40. Trin. Act. III. Sc. III. *v*. 60. Lipſium Inſt. Ep. *c*. IV. Kirchmann. & Longum de Anulis.

SENATUS DECERNIT. Guelf. 7. & 9. Incert. 1. Struv. Vinar. 2. Academ. Baſil. 3. & ed. vet. *decrevit:* ſcilicet quia excipit *haberentur*, ferre non potuerunt *decernit*. Eodem ex fonte manavit aliorum manu & typis ſcriptorum *habeantur*, quod Gruterus recte ex MSS. vetuſtiſſimis damnavit; cui & noſtri meliores accinunt. Nugas iſtas rejeci ad *cap*. XLIV. numer. 3.

ABDICATO MAGISTRATU. Fabric. 2. & a prima manu etiam 1. Struvian. Academ. Incerti, Baſil. 2. Eccard. Senat. 1. Vinar. 1. Remenſ. 1. Guelf. 1. 2. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & ed. vet. *abdicatus magiſtratu*; tantum Rem. 1. *magiſtratui*; Guelf. 6. & 9. *magiſtratus*; 7. & 8. *a magiſtratu*; Vinar. 2. *abdicatos magiſtratu*. Vulgo ediderant *abdicato magiſtratu*. Sed cum latinum ſit, *abdicare ſe magiſtratu*, quod habes apud Ciceron. III. Cat. *cap*. VI. & alibi. Caeſar III. Civ. *cap*. II. *dictaturaque* ſe *abdicat*. Capitolin. Marco *cap*. XII. *Praetorem quoque dum peſſime egerat*, *non* abdicare ſe *praetura juſſit*, *ſed collegae juriſdictionem mandavit*: conſequens eſt, ut *abdicatus magiſtratu* ſcripſerit Criſpus, non alterum. Nam ab *ſeſe efferre*, recte dicis *elatum*, qui ſeſe extulit; ab eo quod eſt *removere ſeſe a negotiis* recte *remotum a negotiis*, qui ſeſe removit; ab *exſolvere ſe domino*, recte *exſolutum domino*, qui ſeſe exſolvit. Et elegantiae cauſſa ſolebant Paſſivum amplecti, pro Activo cum Provocabulo *ſe*, ut *lavari*, pro *lavare ſe*, *vix teneor*, pro *teneo me*, vide Vorſt. ad Juſtin. VI. *c*. VII. n. 10. Sic & *Sol occaſus*, qui occidit; *pax conventa*, quae convenit, vide Gronov. ad Senec. Med. *v*. 97. Nec alia interpretaberis talia, quale illud Ovid. I. Faſt. *v*. 407.

Illa ſuper ſuras tunicam collecta *miniſtrat:*
Altera diſſuto pectus *aperta ſinu*.

Denique ut recte dicas, *ille* addictus *creditori exſpiravit;* ſic ridicule, *ille* addicto creditore *exſpiravit*. Neque enim Salluſtii aetate *abdicare magiſtratum* in uſu erat: neque proprietas patitur. Non paſſus itaque ſum Criſpum meum σολοικίζειν, cum viginti amplius Codd. illum hoc vitio liberarent. Coactus autem eſt *ſeſe abdicare*, ut Senatum religione liberaret, Cicer. III. Cat. *c*. VI. quia nefas erat magiſtratum majorem violare, vide D. de injuriis, item leg. 2. de in jus voc. ſicuti de Decemviris A. Victor Vir. Illuſtr. *c*. XXI. *Decemviros abdicare ſe magiſtratu* coegerunt. adde Sueton. Claud. *c*. XXIX.

IN LIBERIS CUSTODIIS HABERENTUR. *Libera cuſtodia* dicta, quando rei illuſtriores Conſulibus, Praetoribus, Aedilibus, aut Senatori tradebantur cuſtodiendi, vel fidejuſſoribus committebantur, Ulpian. leg. 1. D. de cuſtod. & exhib. reorum. Tacit. VI. Ann. *c*. III. *Retrahitur in urbem*, *cuſtoditurque* domibus *magiſtratuum*. ibi conſulas Lipſium & Briſſon. v. Form. p. 474. Fabriciani & Vinar. 1. *tenerentur*, pro *haberentur*. infra *c*. LI. extr. *ipſos per municipia in cuſtodiis* habendos. Tacit. I. Hiſt. *cap*. LVIII. *ita in cuſtodia* habitus, *& poſt victoriam demum dimiſſus eſt*.

4. P. LENTULO SPINTHERI. Guelf. 9. *P. Spintheri Lentulo*, uti Jug. *c*. XXVII. n. 3. *L. Beſtia Calpurnius*. & ſupra *c*. XXXII. extr. *Regem Marcium*.

QUI TUM AEDILIS ERAT. De poſtrema voce id cenſeo, quod ſaepe jam propoſui. vide *cap*. XLII. n. 4. *Aedilis* autem *curulis* erat, Plin. IX. *c*. XXXIX. quorum erat aedificia, annonam, vias, ludos & ſpectacula curare, Lyclama de magiſtr. *cap*. V. Hottomannus & Lipſius de eodem ar-

qui tum aedilis, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Caeſari, Gabinius M. Craſſo, Coeparius (nam is paullo ante ex fuga retractus) Cn. Terentio ſenatori traduntur.

CAP. XLVIII.

INterea plebes, conjuratione patefacta, quae primo cupida rerum XLIX. 1
novarum, nimis bello favebat, mutata mente, Catilinae conſilia ex-

argum. Hic vero Lentulus magnificentiſſima aedilitate functus eſt, eaque omnes ſuperiores vicit, teſte Cic. II. Offic. *c.* XVI.

Q. CORNIFICIO. Guelf. 1. & Academ. *Cornifico*; Vinar. 2. *Carnifitio*; Heuſſ. *Carnificio*. *Q. Cornificius* Ciceronis in conſulatu competitor, & in auguratu collega, Aſconius Argum. ad Orat. in Tog. Cand. Cic. I. ad Att. epiſt. I. XII. Fam. ep. XVII. ſeqq.

C. CAESARI. Futuro Dictatori, tum *Praetori* deſignato, Cic. XII. Attic. ep. XV. & XXI. Sueton. Caeſ. *c.* XIV. princ.

M. CRASSO. *Conſulari*, de quo itidem, ut de Caeſare, erat ſuſpicio conjurationis, ſupra *c.* XVII. & infra *c.* XLVIII. quam diluit litteras a Catilina ad ſe ſcriptas recitando, Plutarch. Cic. p. 868. Hi, ut & Cornificius ob repulſam, Ciceroni infeſti eſſe poterant; ſed eos tali facto delinire, quaſi optima quaeque ab iis in ſpe haberet: tum ſi contra quid auderent, eo conjurationis manifeſtos habere voluiſſe videtur.

NAM IS P. A. EX FUGA RETRACTUS ERAT. Baſil. 2. qui hanc Parentheſin poſt verbum *traduntur* poſuit, vide Jug. *c.* LXIII. n. 6. is pro *erat*, habet *eſt*: ſicuti Vinar. 1. utroque ſecuri poſſumus carere, ut n. 2. Gruterus in MSS. notae eminentioris non deprehendit Praepoſitionem *ex*: quam abeſſe etiam ab Guelſ. 1. & 5. teſtamur. 6. & Senat. 2. *nam hic paullo ante fugam retractus*. Fabric. 2. *nam is paullo ante retractus erat ex fuga*. Praepoſitionem ſervat ſupra *c.* XXXIX. n. 5. *retractum ex itinere*, & alibi. Sueton. Aug. *c.* XVII. *Retractum* e fuga *ſupplicio adfecit*.

CN. TERENTIO SENATORI. Guelf. 8. & 9. *Terentino*; 5. *ſanatori*: ſed is alibi etiam *ſanatores* pro *ſenatoribus* ſcripſit. Addidit *ſenatori*, non tam quia gens *Terentia* plebeja fuit; ſed quod ceteri, quos memoraverat, magiſtratu inſigniti erant, adeoque *Aedili*, *Praetori*, *Conſulari* recte adponit *ſenatorem*.

TRADUNTUR. Sic optimi Codd. At Incerti, Baſil. 3. Remenſis 1. Struv. Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. 11. & 12. *traditur*. Et aliquoties quidem pluribus Nominibus ſingulari Verbum numero adjectum legas, vide *c.* X. num. 1. Nihil tamen hoc loco mutandum. Dictys V. *c.* XIII. *Atque Neoptolemo* Andromacha, *Ulyſſi* Hecuba obvenere. adde ſupra *cap.* V. num. 7. Sed exemplis nihil opus eſt, cum *traduntur* ex vulgato Grammaticorum canone defendatur. Compones tamen utiliter & Liv. XXIV. *c.* XV. *Cum utrimque* duces Romanus *Bruttium Lucanumque*, Poenus *Romana mancipia verbis obtereret*: & Cicer. I. Tuſc. Qu. *cap.* V. *Dic quaeſo num te* illa terrent, *triceps apud inferos* Cerberus, *Cocyti* fremitus, tranſvectio *Acherontis*, *mento ſummam aquam attingens ſiti enectus* Tantalus. adjice notata infra ad *c.* XLIX. num. 2.

CAP. XLVIII. 1. CUPIDA RERUM NOVARUM. Fabric. 2. Vinar. 1. Baſil. 2. Acad. Struv. Incerti & pauci ex ceteris *novarum rerum*, poſitu inverſo. quomodo Venetae & Gruteriana. Sed Fabric. 1. Baſil. 1. Guelf. 5. aliique auctoritatis non protritae alterum tuentur, ut *c.* II. *artis bonae*. Incert. 1. *bonae artis*; *c.* IV. *ambitio mala*, idem Codex aliique *mala ambitio*; *c.* V. *animus ferox* ubi Baſil. 1. alii *ferox animus*; ibidem *rei familiaris*; *c.* VI. *ſedibus incertis*; *imperium regium*; *c.* X. *imperii Romani*; *c.* XIV. *ſanguine civili*; *c.* XXXVII. *malum publicum*; *cap.* XLI. num. 4. *rem omnem* &c. quae omnia in ſcriptis noſtris Codd. alio atque alio poſitu offendi. ut & ea *c.* XXXVII. n. n. 1. *novarum rerum ſtudio*, n. 2. *odio ſuarum rerum*.

MUTATA MENTE. Guelf. 8. *mutatu*; pro *mente* Senat. 2. *aetate*. In moribus plebis adnotatur, quod illum, a quo ſibi praeſentia impendent incommoda, ſi vel maxime antea amaſſet, ſummo odio proſequatur. vide Herodian. I. *c.* XIV.

CATILINAE CONSILIA EXSECRARI. Abominari & deteſtari. Vinar. 1. *execrari*: Guelferb. 9. *exſecrati*; 2. *execrari*; 4. *exſacrari*. Vellej. II. *cap.* LXVI. *omnis poſteritas illius in te ſcripta mirabitur*, *tuum in eum factum* exſecrabitur.

AD COELUM TOLLERE. Summis laudibus efferre.

exſecrari, Ciceronem ad coelum tollere; veluti ex ſervitute ere-
2 pta gaudium atque laetitiam agitabant. Namque alia belli facino-
ra praedae magis, quam detrimento; incendium vero crudele, im-
moderatum, ac ſibi maxume calamitoſum putabat; quippe cui om-
3 nes copiae in uſu quotidiano & cultu corporis erant. Poſt eum diem
quidam L. Tarquinius ad Senatum adductus erat, quem ad Catili-
nam

ferre. infra *c.* LIII. n. 1. *virtutem animi* ad coelum *ferunt*. ibi vide.

VELUTI EX SERVITUTE EREPTA. Academ. a prima manu: *erecta*. mox n. 3. *e periculis eripere*, & Jug. *c.* XXIV. extr. *e manibus impiis eripere*. Alioquin haud ineptum foret: *veluti ſervitute erepta*, ut Cic. ad Attic. IX. ep. VIII. *eripe mihi hunc dolorem*. h. e. *laetabatur de ſervitute ſibi erepta*. Sed nihil mutandum de vulgata.

GAUDIUM ATQUE LAETITIAM AGITABAT. Baſil. 3. *agitare*, quia iſte Modus in *exſecrari, tollere* obtinet. Sed fruſtra, quod conſtet ex nota *c.* XXI. n. 4. Fabric. 2. & Guelf. 6. cum edd. Venetis, *agitabant*, quod non ſpreverim. is eſt genius & manus Salluſtii. vide *c.* XLII. extr. & mox hoc *cap.* n. 4. Ovid. III. Met. *v.* 529.

Turba ruunt: *miſtaeque viris matreſque nuruſque,*
Vulguſque proceresque ignota ad ſacra feruntur.

Stat. II. Theb. *v.* 523. *tacitis huc greſſibus acti* Deveniunt *peritura* cohors. adde Daviſium ad Caeſar. II. Civ. *c.* VI. Gronov. ad Liv. XXXVI. *c.* XVI. nos ſupra ad *c.* XXIII. num. 6. *gaudium & laetitiam agitare* habes *cap.* LXI. extr. ubi vide.

2. QUAM DETRIMENTO FORE. Baſil. 2. *fore putabat;* Remenſ. 2. *quam detrimentum fore*. Verbum *fore* ſuperfluum eſſe, recte judicat Gruterus. Sic *c.* XLVI. n. 2. *impunitatem perdundae reip. credebat*. ibi vide.

CRUDELE, IMMODERATUM. *Crudele* & *immoderatum* jungit etiam Tullius, qui IX. ad Att. ep. VI. *Bellum* crudele *& exitioſum*. Juſtin. V. *c.* IX. *crudeles caſus*. *Immoderatum*, quod *ſine modo* omnibus, ſine reſpectu plebis, nocet. Sic Cicer. pro S. Roſc. Am. *c.* XLV. immoderatas *tempeſtates nimium calorem, intolerabile frigus* dixit. Ea nomina ita de *incendio* dici ſcias, ut infra *cap.* LVIII. extr. cruentam *atque* luctuoſam victoriam *hoſtibus relinquatis*.

SIBI MAXIME CALAMITOSUM. Falſo Vinar. 1. *calumnioſum*. ut Cicero *calamitoſam tempeſtatem* dixit, i. magnam calamitatem adferentem; ſic Caeſar VII. Gall. *c.* XXXIII. *etſi a bello atque hoſte diſcedere* detrimentoſum *eſſe exiſtimabat*. vide ad Jug. *c.* LXVI. n. 2. *Cladem* de incendio Neroniano poſuit Sueton. *c.* XXXVIII. *Per ſex dies ſeptemque noctes* ea clade *ſaevitum eſt*, uti Tacit. XV. Ann. *c.* XXXVIII.

PUTABAT. Fabric. 2. *putabant;* Eccard. *putabatur*, qui ex lineola transverſa, litteram *n* deſignante, ſyllabam *ur* effecit, quae nota non multum diverſa exprimitur.

IN USU QUOTIDIANO. In iis rebus, quibus quotidie ad victum opus haberent, quibus incendio abſumtis famem tolerare non poſſe, quod Tacitus de dicto incendio ita extulit: *quidam amiſſis omnibus fortunis* diurni *quoque* victus *interiere;* eum *victum* ille ſtatim *cap.* XXXIX. *utenſilia* vocat, quae vide explicata de rebus ad victum neceſſariis ab Gronovio ad Tac. I. Ann. *c.* LXX. Idem notat *uſus*. Noſter I. Hiſtor. *Quin lenones & vinarii, quorum praeterea vulgus in dies* uſum *habet, pretio compoſiti*. Livius IV. *cap.* XII. *Et revolutus ad diſpenſationem inopiae profiteri cogendo frumentum, & vendere, quod* uſui *menſtruo ſupereſſet: fraudandoque parte* diurni *ſervitia*. Cic. XIV. Att. ep. XI. *quod vero curae tibi eſt, ut ei ſuppeditetur in* uſum *&* cultum *copioſe, per mihi gratum eſt*. Tacit. IV. Ann. *c.* XXX. *Dandos vitae* uſus, *cui vita concederetur*. Et ſic Donatus *utatur* apud Terent. Adelph. Act. V. Sc. IX. interpretatur *vivat*. Plura Gronov. IV. de Pec. Vet. *c.* VII. Cuper. in Petron. *c.* CXXXV. adde Jug. *c.* LXXIII. n. 4. ubi *res fideſque in manibus ſitae*, ſicuti Cicero *poſita ſunt mihi omnia in eo*. Sed & nude per verbum *eſſe* Idem II. ep. VIII. extr. *in eo mihi* ſunt *omnia*. quare nolui cum Grutero Verbum *erat*, cui omnes Codd. favent, ſuſpectum hoc loco habere.

3. POST EUM DIEM. Incert. 2. Baſil. 2. *poſt eumdem diem;* Guelf. 12. *poſt eamdem diem;* 6. *poſt eumdem quidam*, ſine *diem*. *Poſt eum diem* eſt, *die primo, poſt illum diem, Poſtero die*, ſive *eo die intermiſſo*, quod eumdem ſenſum parit. C. Nepos Dion. *c.* V. *ut* poſt diem tertium, *quam Siciliam attigerat, Syracuſas introierit*. Sic *poſt annum* & ſimilia. adde Jug. *c.* CIX. n. 3. CXII. n. 2.

L. TAR-

nam proficiſcentem ex itinere retractum ajebant. Is cum ſe dice- 4
ret indicaturum de conjuratione, ſi fides publica data eſſet; juſſus a Conſule, quae ſciret, edicere, eadem fere, quae Volturcius, de paratis incendiis, de caede bonorum, de itinere hoſtium Senatum edocet: praeterea *ſe miſſum a M. Craſſo, qui Catilinae nunciaret,*

L. TARQUINIUS. Sic omnes ſcripti & impreſſi. Ciacconius tamen & Urſinus voluerunt *Tarquitius*, eo, quod *Tarquinii* nomen poſt exactum Tarquinium Superbum adeo inviſum fuerit Romanis, ut nemini ſit impoſitum. Eamdem cantilenam canit Malaſpina ad Cic. VI. Attic. epiſt. VIII. Quos recte jam Gruterus ex lapidibus refutavit. Senator. I. omittit *quidam*.

ADDUCTUS ERAT. Fabric. I. *deductus erat;* Baſil. 3. *ductus erat*. Sed geminata Praepoſitio perplacuit Noſtro. vide *c*. XIV. extr. Porro Incert. I. & Guelf. 7. *adductus eſt:* quod ſemper mihi argumento fuit, non ſanum eſſe Verbum *erat;* quamobrem ab reliquo corpore recidendum. vide *c*. XXXIV. extr. Denique & eum ordinem revocandum cenſeo, qui eſt in Baſil. I. Acad. aliiſque vetuſtioribus: *adductus ad Senatum*.

EX ITINERE RETRACTUM. Voces *ex itinere* locum mutant in Baſil. 3. Academ. aliiſque. & cum *proficiſcentem* retractum eſſe ſcripſerit, non habent, quod iſtae ſignificent. Id genus Gloſſae eſſe pro certo ſtatuo, de quo ad *c*. XXXIX. extr. pluribus egi. deſumtum nempe eſt & male adſutum ex *cap*. eodem XXXIX. n. 5. abſolute enim dixit *retractum*, ut Caeſar loco ibi cit. & Liv. X. *c*. XXV. *Ab Ap. Claudio* retractum *quidam videri volunt*.

4. IS CUM SE DICERET INDICATURUM. Struvian. *cum ſe indicaturum diceret;* Inc. I. *cum diceret ſe indic*. Eleganter Pronomen *Se* a Verbo ſuo ſeparatur, aliique adhaerere videtur. *c*. I. n. I. *qui ſeſe ſtudent* praeſtare. Cic. pro Cluent. *c*. L. *ut ſi quid aliquando, quod non opus eſſet, a ſe eſſet dictum, poſſet* ſe *negare* dixiſſe. Livius XXXII. *c*. VII. *Qui honorem, quem* ſibi *capere per leges* liceret, *peteret*. Id. XXXIV. *c*. I. *Nec eam* ſe *abrogari* paſſuros *ajebant*. Horat. II. Epiſt. II. *v*. 129.

Qui ſe *credebat miros* audire *Tragoedos*.

Apulej. Apolog. p. 278. *Qui* ſeſe *ſciat rationem* promturum *neque inutilem neque injucundam*. Ibid. p. 290. *Quin igitur tandem expergiſcimini, ac* vos *cogitatis apud Claudium Maximum* dicere. Eugenius Pontifex Epiſt. ad Hildegard. *Hoc a verdicis perſonis ita eſſe percepimus, qui* ſe *fatentur te* & vidiſſe, *&* audiſſe. adde ſupra *c*. XXIV. n. 4.

QUAE SCIRET EDICERE. Sic Fabricianus uterque, uterque Vinarienſis & Senatorius, Incert. 2. Heuſſian. Baſileenſes, Guelf. 2. 3. 4. 10. 11. 12. non *dicere*, quod alios Codd. inſedit. Guelf. 7. & 8. *ea dicere, quae ſciret;* Edit. vet. *quod ſciret edicere*. *Edicere* eſt non tantum edicto jubere, ſed etiam *enunciare*, *indicare*. Cic. de Amic. *c*. XVI. *Si prius, quid maxime reprehendere ſolitus ſit Scipio*, edixero. Fulgent. I. Mythol. Praefat. extr. *Itaque primum, omiſſo circuitu, unde idolum tractum ſit*, edicamus, ubi vide quae Munckerus, de *edicere*, *eloqui*, *edocere* pag. 28. & ad Lactant. Placid. p. 227. collegit. adde ſupra *c*. XVI. num. I. & XX. num. 9. ubi *emori;* uti apud Plautum *emoneo*, apud Horatium *emirari* I. Od. V. *v*. 8. Sed qui locum intentius inſpexerit, hanc trigam: *quae ſciret*, *edicere* aliunde invectam eſſe ſentiet. eleganter enim aut a ſuperiori *de conjuratione indicare*, aut ab inferiori *edocere* ſubauditur. Sic apud Livium ſaepe Verbum *jubere* ſine altero Verbo ponitur, & Noſter Jug. *cap*. LXX. num. 3. *ad exercitum proficiſcitur, quem inter hiberna Romana* juſſus *habebat*. de qua Syllepſi vide ſupra notata ad *c*. XXIX. num. 2. & XXX. num. 2.

SENATUM EDOCET. Scripti omnes apud Gruterum, ex noſtris pleraque pars *docet*. Incert. tamen 2. & a prima manu etiam I. Baſil. 3. Guelf. 9. 10. 11. 12. *edocet* agnoſcunt. & ſic ſupra *c*. X. n. 4. XVI. n. I. Jug. *c*. LIII. n. 8. & alibi. Caeſar III. Civ. *c*. CVIII. *Hunc, quae fieri vellet, litteris nunciiſque* edocuit. & ſic ille aliis locis. Terent. Phorm. A. III. Sc. III. *v*. 7. *invenias argentum. cupio. ſed, id unde*, edoce. Juſtin. XIII. *c*. III. *ut ultro ad pedites veniret, & in concionem vocatos* edoceret, *quod facinus molirentur*.

QUI CATILINAE NUNCIARET. Incert. 2. *Catilinae* ut *nunciaret*. Expoſitio eſt ineptientis. I. Hiſtor. *uti merito dicatur genitos eſſe*, qui *neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati*. Jug. *c*. XXI. extr. *legantur*, qui *ambos reges adeant*. Terent. Andr. Prolog. *v*. 5. *operam abutitur, Non* qui *argumentum narret, ſed* qui *maledictis reſpondeat*. Ubi, ut & in Cicer. IV. ep. III. n. 2. *Nemini concedo*, qui *majorem moleſtiam traxerit*, nihil vetat, quo minus proprie Pronomen intelligatur. Aliud

ret, ne Lentulus, Cethegus, alii ex conjuratione deprehenſi terrerent; eoque magis properaret ad urbem accedere, quo & ceterorum animos reficeret, & illi facilius e periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Craſſum nominavit, hominem nobilem, maxumis divitiis, ſumma potentia; alii, rem incredibilem rati; pars, tamen etſi verum exiſtumabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis leniunda, quam

eſt, quando *qui*, hoc eſt *qui* pro *quo*, ſive *ut* ponitur, ubi ex natura ſexti Caſus hanc notionem ſuſtinet.

Aliique ex conjuratione. Guelf. 3. *& alii;* ſupra Remenſ. 2. & Academ. *atque Cethegus;* Fabric. 2. Baſil. 3. & Remenſ. 1. *ne eum Lentulus, Cethegus aliique*. Porro Incert. 2. & Struvian. *de conjuratione;* Guelferb. 9. *a conjurat.* Ed. vet. & Vinar. 2. *in conjuratione.* Denique Pronomen *eum* locum mutat in Incert. 2. qui *eum terrerent*. Scribe: *ne Lentulus, Cethegus, alii ex conjuratione deprehenſi terrerent*. *Eum* reticuit, ut *c.* xliii. num. 3. *eos*. & ſic *c.* xxi. extr. *poſtquam omnium animos alacris videt*, cohortatus, *ut petitionem ſuam curae haberent, conventum dimiſit*. *cap.* xxxii. num. 8. obſtrepere *omnes*, *hoſtem atque parricidam* vocare. xlvii. num. 2. Lentulum *coarguunt ſermonibus*, *quos* habere *ſolitus*. vulgo: *ille habere ſolitus erat*. *c.* li. num. 33. *uti quiſque aut vas aut veſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam*, uti *in proſcriptorum numero eſſet*. pro *uti is*. adde *c.* vii. extr. & Jug. *c.* liii. num. 3. & quae ibi. De abraſa copula ab voce *alii* vide notam ad *cap.* xv. num. 1.

Terrerent. Acad. & Baſil. 3. *tenerent*.

Eoque magis properaret. Guelf. 2. ſine copula *eo magis*, quaſi *ſed* exaudiendum foret, uti *c.* xvii. num. 4. Potius librarium offendit compoſitio τῆς *ne*, & *que;* tranſitus ab negatione ad adfirmationem non copulandus. Contra ſupra *c.* xxxiv. num. 2. uti *reſp. quieta foret*, neve *ex ſua contentione ſeditio oriretur*. Caeſar 1. Gall. *c.* xxxv. ne *quam multitudinem hominum amplius in Galliam traduceret*, deinde, *obſides redderet*. iii. Civil. *cap.* lxxiii. *hortatuſque eſt*, ne *ea quae accidiſſent graviter ferrent*, neve *his rebus terrerentur*, *multiſque ſecundis praeliis unum adverſum opponerent*. Tacit. xiii. Ann. *c.* xiv. *Sane pepigerat Pallas*, ne *cujus facti in praeteritum interrogaretur*, *pares*que *rationes cum rep. haberet*. Dein *properabat* eſt in Guelf. 6. in Heuſſ. *properarent*. Sed Baſil. 1. & Guelf. 12. *properet*, quod mihi praeſentius videtur & miſcet hoc modo tempora ſupra *c.* xxxiv. num. 1. & xxii. num. 2. cum adnotatis. Tacit. xiii. Ann. *cap.* xxvii. *Scripſit Caeſar Senatui*, *privatim* expenderent *cauſſam libertorum*, *in commune nihil* derogent.

Ad urbem accedere. Praepoſitionem abjiciunt Academ. Remenſ. 2. Guelf. 5. & 6. parum memores moris Salluſtii, cujus modo memini n. 3. Gruterus & Praepoſitionem, & Verbum *accedere* abeſſe poſſe, autumat; non ſatis certus id adfirmes, ut ex loco Jug. *c.* lxxix. n. 4. *maturavere iter pergere* perſpicuum eſt. adde ſupra *c.* xx. n. 6. *auſus facinus* incipere. Tamen ſolius Verbi patrocinium in me non recipio; Praepoſitionem teneo. Guelf. 1. & 5. habent *accederet*.

E periculo eriperentur. Heuſſ. Senat. 2. Incert. 2. Baſil. 2. & 3. Guelf. 7. & 10. *a periculo eriperentur*.

5. Nobilem, maxumis divitiis. Pro maxume *divitem*, cum dixiſſet *nobilem*, de qua forma bene multa ad *c.* xviii. n. 4. de divitiis Craſſi vide Cic. 1. Offic. *c.* viii. & Paradox. vi. Vox *Craſſum* deficit in Vinar. 1.

Rem incredibilem rati. Intellige: *quia* rem pro incredibili habebant, uti mox: *quia* ex privatis negotiis obnoxii erant. Hoc vult interjectum: quia *in tali tempore* cet. Sic apud Tacit. 1. Hiſt. *c.* lxxxix. extr. *& Caecina, jam Alpes* tranſgreſſus, *exſtimulabat*. hoc eſt, eo, quod Caecina Alpes tranſgreſſus eſſet, ſtimulabatur. Ea hic miſcentur, uti *c.* xl. n. 1. *exiſtumans aere alieno* oppreſſos, *praeterea* quod *Gens Gallica* bellicoſa eſſet, *eos facile impelli poſſe*. & Jug. *c.* xxv. n. 5. *Hi* quod *in Invidia res erat*, ſimul *a Numidis* obſecrati, *triduo navim adſcendere*. ſic & ſupra *c.* xvi. n. 5. alibi. adde infra *c.* lvi. n. 5.

Pars, tametsi verum existumabant. Guelf. 10. *pars* atque etſi *verum exiſt*. Fabric. 2. *pars* etſi *verum;* Acad. a prima manu: *tamenſi*. Lege: *pars* tamen etſi *verum exiſtumabant*, vide ad *c.* xxi. n. 1. nam illud nimis putidum eſt, quod Struvian. & Incert. 2. habeant *exiſtimabat*. *c.* lxi. *amicum* alii, pars *hoſpitem* reperiebant. Jug. *c.* xiv. pars *in crucem* acti, pars *beſtiis* objecti. vide ſupra n. 1.

In tali tempore. Guelf. 6. *in tempore;* 7. *in*

quam exagitanda videbatur; plerique Craſſo ex negotiis privatis obnoxii conclamant, *indicem falſum*, deque ea re poſtulant uti referatur. Itaque conſulente Cicerone frequens Senatus decernit: *Tar-* 6 *qui-*

in tanto periculo, mera interpretatio ſcioli cujuſdam, qui *tempora* pro *periculis* frequenter a Cicerone poni inaudierat. Notat cum tempus ita eſſet comparatum, difficile. Cicer. IX. ep. XVI. num. I. *ut quoquo modo* in tali *re atque* tempore *aut liberarem te iſta cura*, *aut certe levarem*. Livius XXX. *c.* XXXVII. *Indignatus Annibal dici ea* in tali tempore *audirique*. Lucr. I. *v.* 94.

Nec miſerae prodeſſe in tali tempore *quibat*.

Dictys II. *c.* XLVIII. *namque* tali tempore *in commune ab omnibus conſulendum*. adde Drackenb. ad Sil. VIII. *v.* 112. Juſtin. XXI. *cap.* IV. *Qua re magiſtratibus per miniſtros prodita*, *ſcelus declinatum*, *non vindicatum eſt*, *ne* in viro tam potenti *plus negotii faceret res cognita*, *quam cogitata*.

Tanta vis hominis. Pro *homine tantis viribus*. Terent. Eunuch. Act. III. Sc. V. *O feſtus dies hominis;* cum obſervatione Donati. Sic ſupra *iniquitas Praetoris eripuit*, & *liberalitas Oreſtillae ſolvit*, *c.* XXXIII. n. 6. XXXV. n. 4. Sic *c.* XXXVI. extr. *Tanta vis morbi invaſerat*. Et ſic quidem vis demonſtrandi in voce *Tanta* eſt poſita, cum & *homo* pro *ille* poni ſoleat. Cic. I. ep. VI. n. 14. *Sed noſti* hominis *tarditatem*. IV. ep. IV. n. 9. *dixit*, *ſe ſenatui*, *roganti de Marcello*, *ne* hominis *quidem cauſſa negaturum*. IX. ep. XIII. n. 8. *quapropter cum* his *Caeſar vitam conceſſit; reditum* hominibus *confice*. addidi ibi Plin. I. epiſt. V. *Vide* hominis *crudelitatem*. Confer Caſaubon. in Cicer. I. ad Attic. epiſt. XVI. pag. 108.

Magis leniunda, quam exag. Multi ex ſcriptis Codd. *leniunda* magis, *quam exagitanda*. Sed Fabric. I. *magis* omittit. peropportune & iterum ex more Salluſtii. Sic *c.* IX. extr. *in pace vero beneficiis*, quam *metu imperium agitabant*. vide quae ad finem ejus *c.* & ad *c.* VIII. n. I. adſcripſi.

Ex negotiis privatis obnoxii. Beneficiis ejus obſtricti Gloſſae MSS. qualis ille Senator apud Auguſtin. VI. Confeſs. *c.* X. *Erat eo tempore quidam potentiſſimus ſenator*, *cujus beneficiis* & obſtricti *multi*, & *terrore* ſubditi *erant*. Tacit. I. Hiſt. *c.* I. *Simul veritas pluribus modis infracta*-*mox libidine* aſſentandi, *aut rurſus odio adverſus dominantes*. *Ita neutris cura poſteritatis*, *inter infenſos vel* obnoxios. Sulpic. Sever. II. Hiſt. *c.* XXXVIII. Obnoxius *quidem omnibus*, *ſed praecipue Valenti* deditus. adde ſupra *c.* XIV. num. 6. Porro Struvianus & *plerique*. Poſſet aliquis dicere, hoc *plerique* tam de illis, qui ſub voce *alii*, quam qui voce *pars* notantur, intelligendum eſſe. Id ſine copula habes ſupra *c.* XXXVIII. extr. *honeſtis nominibus*, alii, *ſicuti jura populi defenderent*, pars *quo Senati auctoritas maxima foret bonum publicum* ſimulantes—*certabant*. Et praepoſito hujuſcemodi nomine Jug. *c.* LI. num. I. & LXXIV. num. I. Et eſt quaedam quaſi Prolepſis non inuſitata, qua Livius V. *c.* XXXIX. Romani, *cum* pars *major ex acie Vejos petiſſet*, nemo *ſupereſſe quemquam crederet*, *complorati* omnes *pariter*. Verum uti hoc Livii loco *omnes* non ad τὸ *pars* referri poteſt; Sic neque in Criſpo, qui tertium genus hominum, tertiamque cauſſam addidit, cur conclamatum ſit. Plures nempe fuiſſe qui obnoxii Craſſo, quam qui, vel quia non crederent, vel quia non utile Reip. in tali tempore videbatur, indicem rejecerint. Sic Jugurth. *c.* XXXI. num. 13. Pars *eorum occidiſſe tribunos plebis*, alii *quaeſtiones injuſtas*, plerique *caedem in vos feciſſe pro munimento habent*. Sic Caeſar VI. Gall. *c.* XXXVII. Tacit. IV. Ann. *c.* LX. Medium autem membrum: *pars tametſi verum* cet. ſingulari artificio ſuſpenſum eſt ab Verbo *conclamant*, de quo ad *c.* XXXVII. num. 5. Remenſ. I. Academ. Vinar. 2. & edit. vet. *conclamabant;* Vinarienſ. I. *clamabant*.

Indicem falsum esse. Eccard. *falſum eſſe videri*. Guelf. 7. *falſum videri;* Sed recte Guelf. 3. Verbum Subſtantivum omittit, quem ſum ſecutus. *Indicem* vocat Aſconius in Cicer. Div. *c.* XI. *qui facinoris cujus ipſe eſt conſcius*, *latebras indicat*, *impunitate propoſita*. Sed lex 197. de Verb. Sign. Indicaſſe *eſt detuliſſe*, *arguiſſe*, *accuſaſſe* & *conviciſſe*.

Deque ea re postulant. *De ea re* eſt ex formula ſollemni, quae omnibus SCtis praeſcribitur. vide Coelium VIII. Ep. Cic. Frontin. de Aquaed. Livium alioſque. item Briſſon. II. Form. p. 193. Guelf. 10. *poſtulabant;* Struvian. *poſtulare*. Certus ſum, & hoc Verbum ab imperitis linguae latinae Salluſtio obtruſum eſſe. vide *c.* XL. n. 4.

Uti referatur. Struv. & Acad. *differatur*. Tirones norunt, Conſulem dici *referre*, quando rem in ſenatu proponit ſententiaſque exquirit. vide ad *c.* XXIX. n. I.

6. Consulente Cicerone. Inde *Conſul* Varro IV. de L. L. Conſul *nominatus*, *quod* conſu-

erat, ipſe manu tenens perducit; reliquos cum cuſtodibus in ae-
6 dem Concordiae venire jubet. Eo Senatum advocat, magnaque
frequentia ejus ordinis, Volturcium cum legatis introducit: Flac-
cum Praetorem ſcrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eo-
dem adferre jubet.

CAP.

3. & 11. *in ſenatu;* Guelf. 7. *perduxit;* Baſil. 2. & Guelf. 9. *producit*. Sed haec levia. Grave iſtud & ad dignitatem Salluſtii, deleri voculas *in ſenatum*. non tantum eo, quod aliquot ſcripti apud Rivium & Vvaſſium cum edd. Venetis ita jubeant: ſed etiam quod vix in Cicerone ferendus foret hic cumulus: *in ſenatum*, *in aedem Concordie*, *eo eodem*. Atque ſi ſenſus non reſponderet, poſſet adſumi ex ſequenti *in aedem Concordiae*, quam Figuram adnotavi ſupra ad *cap.* III. n. I. XXXVI. n. 5. Sed *perducere* eſt per ſe verbum termini, ſive notans *ductum in* aliquem locum: Hinc ſaepiſſime praeciſe ponitur. Curt. III. *cap.* III. n. 4. *quod Alexandrum, depoſita regia veſte in Perſico & vulgari habitu* perductum eſſe *vidiſſet*. ſupra dixerat: *Alexander* adduci ad ipſum *viſus eſt*. Juſtin. II. *cap.* XIII. *Ille perculſus nuncio tradit ducibus milites* perducendos. Id. XII. *cap.* V. *Interea unus ex amicis Darii vinctus* perducitur. ad quem locum plura Gronovius: ut & ad Liv. XXX. *cap.* XII. Silius XV. *v.* 102. *Caſta mihi domus & celſo ſtant colle penates*: *Ardua ſaxoſo* perducit *ſemita clivo*. Nam etiamſi in his diverſae notiones concurrant, id tamen commune habent, quod *terminus ad quem* non exprimitur, quem proprietas requirit. Sic ſupra *cap.* XI. n. 2. *niti*, *contendere* praeciſe dixit: ubi alia protuli. Sic vulgata illa *Deportatus eſt*, *Profugit*, ſimilia tractantur. Capitol. Marco *cap.* XXVI. Deportatus eſt *Heliodorus filius Caſſii*. confer ſupra *cap.* IX. extr.

IN AEDEM CONCORDIAE. Plura *Concordiae* templa Romae fuerunt: hic vero illud intelligitur, quod Furius Camillus dictator vovit, eratque ad Capitolii adſcenſum, forum comitiumque ſpectans. Plutarch. in Camillo p. 151. Ovid. I. Faſt. *v.* 640. Auguſt. III. Civ. D. *cap.* XXV. adde Nardin. Vet. Rom. V. *cap.* XI. Marlian. Rycquium alios. Saepe ejuſdem meminit Cicero: & in templis quidem ſenatum fuiſſe habitum, notum eſt. vide *c.* XXXII. n. I.

VENIRE JUBET. Guelf. 6. *veniret*. Sic ſaepiſſime in MSS. B. Jug. aliorumque auctorum & apud Noſtrum mox *cap.* XLVIII. nu. 3. adde Graev. ad Sueton. Aug. *cap.* XLIV. ubi vulgo *venirent*, pro *venire* circumferunt.

6. EO SENATUM ADVOCAT. Incert. 2. *convocat*; Guelf. 1. *advocavit*. *Advocare* in hac rè frequens, uti apud Cic. in Vatin. *cap.* VII. alibi.

MAGNAQUE FREQUENTIA. Guelf. 3. *magna quedem frequentia*. libenter copulam delerem. Frequens Senatus in laude, & in gravioribus conſultationibus. Latinitate eadem Sueton. Aug. *cap.* XCVII. *Cum luſtrum in campo Martio* magna *populi* frequentia *conderet*. Vinar. 1. *magnaque frequentia ejus ordinis ſenatorii*, ex Gloſſa; quibus paſſim Codex ille deturpatus eſt.

SCRINIUM CUM LITTERIS. *Scrinium* notat cum Tabularium ſeu Archivum, ubi decreta & epiſtolae authenticae ſolent adſervari Plin. X. epiſt. LXXI. tum loculos, ſeu receptacula quaedam epiſtolarum, quibus tabellarii utuntur, ut litteras ſine damno perferant. Seneca II. de Ira *cap.* XXIII. ad fin. Vvaſſio etiam citatus: *Fecit hoc & C. Caeſar, ille qui victoria civili clementiſſime uſus eſt*. *cum* ſcrinia *deprehendiſſet Epiſtolarum ad Pompejum miſſarum*, cetera. Sic Plin. VII. H. N. *cap.* XXV. adde Iſidorum XX. Orig. *cap.* IX.

EODEM ADFERRE JUBET. Incert. 2. *eodem loco;* Guelf. 1. *aſtante eodem;* Eccard. *ibidem;* Vinar. 2. & ed. vet. *eidem*. Miraberis vacillantes ſcribas; cum hodie *eodem*, pro *in eumdem locum*, & hic quidem *in aedem Concordiae*, nemini obſcurum eſſe ſoleat. Neque vero ex Gloſſis ea omnia non magis, quam *eodem* orta dicere praeſumo. Vinar. 1. *eodem* afferri *jubet*. Sed jubet non ſatis gratum auribus, quod in fine n. 5. eſt poſitum, & pro more Salluſtii, quamvis alia Conſtructio interponatur, poteſt ſubaudiri. vide notas ad *c.* XVI. n. 2. XXIX. nu. 3. XXXVIII. nu. 1.

CAP.

CAP. XLVII.

XLVIII.

VOlturcius interrogatus *de itinere*, *de litteris*, *poſtremo quid*, 1
aut qua de cauſſa conſilii habuiſſet? primo fingere alia, diſſimulare de conjuratione; poſt ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti geſta erant, aperit: *paucis ante diebus a Gabinio & Coepario ſocium adſci-*

CAP. XLVII. 1. QUID, AUT QUA DE CAUSSA C. H. Expone: *quid conſilii, aut qua de cauſſa* id conſilii *habuiſſet*. dixi pluribus EXCURSU V.

FINGERE ALIA. Guelf.5. *fingerebat alia*, *diſſimularebat de conjuratione*: eo more librariorum, de quo ſupra ad *cap.* XLII. n. 2. Sic D. Nazarii membranae in Floro I. *cap.* XIII. n.3. *inlatumam*, pro *inlatum* vel *inlatam*. ibi vide Salmaſium, ut & ad *cap.* III. nu. 8. adde Jug. *cap.* LXVIII. n. 3. XCVII. n. 3. C. n. 4. CI. n. 11. Supra *cap.* XXX. num. 3. Praeterea *fringerebat* iſte Guelf. 5. ſed, quod notandum, hoc loco jam alia manus, quam iſta antiquiſſima, incipit. Ille, ut Guelferbytani omnes praeter duos, ut Fabriciani, Acad. Incerti, Baſileenſes, Senatorii, Heuſſ. Struv. Eccard. ignorat τὸ *omnia*, quod quaedam edd. temere adjiciunt; nec eſt in ed. vet. neque Venetis vetuſtiſſimis. quaſi vero ſemper cum formulis loquendum ſit auctoribus. Noſter III. Hiſt. Orat. Macri Licinii: *dicta* alia: *ſed certatum utrimque de dominatione*.

DISSIMULARE DE CONJURATIONE. Melius *de conjuratione*, quam *conjurationem*, ut Jug. *cap.* LXXXIV. n. 3. *Neque illi Senatus* de ullo negotio *abnuere audebat*. Supra *cap.* XXX. n.6. *indicare* de *conjuratione*. & ſic *cap.* XLVIII. n. 3. & 5.

FIDE PUBLICA. *Data* addunt Guelf. 7. 8. 9. 11. Remenſ. 1. Incerti, Struvian. & Baſil. 2. Sed Fabric. 1. a prima manu, Baſil. 1. & Guelf. 4. & 10. *poſt ubi* fidei publicae *dicere juſſus eſt*. Eccard. *fidi p. Fide* autem ſubintelligendo *data* ſaepe dici, vel ex Noſtro conſtat. vide Jug. *cap.* XXXV. n.7. & ſupra *cap.* XXIV. nu. 2. Seneca IV. Benef. *cap.* XXXV. *quidquid mutatur libertatem facit de integro conſulendi & me fide liberat*. Gronovius recte *fide data liberat* interpretatur. quem vide. *Fidem* autem *publicam* dabat Conſul, jubente Senatu. infra *cap.* XLVIII. n.3. Cic. III. Cat. *cap.* IV. *Introduxi Volturcium ſine legatis: fidem ei publicam* juſſu ſenatus *dedi*. Sanctiſſime illa ſervata. Quinctil. Declam. CCLXVII. *Ego* publicam *adpello* fidem, *quae inter piratas ſacra eſt: quae inter armatos hoſtes inducias facit: quae deditarum civitatum jura conſervat*. Conſtructio praeterea eadem, quae *cap.* XLIII. nu. 1. *eo ſigno*. ibi vide. nec non ad *cap.* XXXVI. nu.5. *duobus Senati decretis*.

APERIT, DOCETQUE. *Docetque* recte abeſt a Baſil. 1. abeſt etiam ab ed. Hackiana, illa quidem, quae, quidquid mutatum ſit, ex Cod. vet. deſumtum profitetur: eam ſecutae ſunt, quae ſolent, edd. Gruterus vero cum adſeclis & ſcriptis ac edd. vetuſtis retinent. Sed peſſime. *Aperit* iſtud verbi involvit, ut ſupra *c.* XLIII. n.3. *querebatur*. *cap.* XXI. nu.3. *polliceri*. *cap.* XXXI. nu. 7. *poſtulare*: ubi cum MSS. itidem *dicitque*, *dicens* immitterent, alia adnotavi. Similia commenta ſcribarum etiam infra ſuſtuli, de quibus ad Jug. *cap.* CIX. n. 3. Seneca I. Controv. II. p. 101. *Marillius cum* deſcripſiſſet, *dignationem puellae magnam fuiſſe, altius quiddam ſuperbiuſque vultu ipſo praeferentem*. ibi conſulas Schulting. pag. 91. Petron. *cap.* XXXIII. *Deinde ut* audivi *veterem convivam*: *hic neſcio quid boni eſſe debet*. *audivi* ſcilicet *dicentem*, inquit Burmannus, & pluribus illuſtrat, quem & vide ad ea Quinctil. Declam. CCCV. p. 590. *Jugulum contumaciter parabant*: *Jam pridem mortem contemſimus*. Et *aperire* multo maxime huic Ellipſi favet. Corn. Nepos Att. *cap.* IX. *maximum quaeſtum exiſtimans*, *memorem gratumque cognoſci*; *ſimulque* aperire, *ſe non fortunae*, *ſed hominibus ſolere eſſe amicum*. & ne porro incertus ſis, adde ſupra *cap.* XIII. n. 3.

SE PAUCIS ANTE DIEBUS. *Se* non eſt in Academ. nec Guelf. 10. & ab iis additum cenſeo, qui nobis *docetque* dederunt. Sic ſupra *cap.* XVII. extr. & XXXI. n. 7. ubi vide. adde infra *cap.* LVI. n.4. Fabric. 1. *ſe ante paucis diebus*; Vinar. 1. *ſe ante paucos dies*; Baſil.2. *ſe a paucis ante diebus*; Sed Vinar. 2. & ed. vet. cum Gloſſa: *ſe tranſactis paucis ante diebus*. *Ante* Adverbium eſt, ut apud Ciceronem *anno ante*, *quatriduo ante*, & male ſibi perſuaſiſſe videtur Servius in 1. Eclog. *v.* 30. Ablativum ab ea particula pendere. Confer notam ad *cap.* XXXVI. nu. 2.

SOCIUM ADSCITUM. Incert. 2. Guelf. 6. 7. 8. 9. Baſil. 3. *accitum*; Vinar. 2. *adcitum*. Ceteri

adſcitum, nihil amplius ſcire, quam legatos: tantummodo audire ſo-
litum ex Gabinio, P. Autronium, Servium Sullam, L. Varguntejum,
2 *multos praeterea in ea conjuratione eſſe*. Eadem Galli fatentur: ac Len-
tulum diſſimulantem coarguunt, praeter litteras, ſermonibus, quos ha-
bere

teri rectius *adſcitum* alii, alii *aſcitum*; Fabric. 1. *aſſcitum*. Supra *cap.* XXIV. nu. 4. *Ea tempeſtate plurimos cujuſque generis homines* adſciviſſe *ſibi dicitur*. Curt. VIII. *cap.* VI. nu. 9. *quippe ſolerter legerunt, quos in ſocietatem ſceleris* adſciſcerent. Caeſar 1. Gall. *cap.* V. extr. *Boiosque receptos ad ſe* ſocios *ſibi* adſciſcunt. Aur. Victor. Vir. ill. *cap.* X. *Juvenibus regiis Delphos euntibus deridiculi gratia comes* adſcitus.

NIHIL AMP. SCIRE, QUAM LEGATOS. Vetuſta eſt obſervatio, particulam *quam* ſimiles Caſus connectere. Cic. 1. de Nat. D. *c.* XXXI. *Et* Metrodorum *tam aperte locutum eſſe quam paullo ante* te. Caeſar 1. Gall. *cap.* XLIV. Se *prius veniſſe, quam* populum *Romanum*. Quinctil. Declam. CCLXIII. *Illud etiam adjiciendum videtur*, neminem *umquam digniorem fuiſſe ignominia, quam* te. haec fere & alia Burmann. V. C. ad Declam. CCCXXI. p. 646. Sed eodem pertinet Cic. pro Ligar. *cap.* I. *ſed tamen ita confitentem*, ſe *in ea parte fuiſſe, qua* te, *Tubero, qua* virum *omni laude dignum*, patrem *tuum*. D. Lucas Act. *cap.* III. com. 22. ὅτι ΠΡΟΦΗΤΗΝ ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ΕΜΕ. Talia cum ubivis obvia ſint, miratus ſum, viros doctiſſimos aliquando inter ſe quaeſiviſſe, an latine dicatur: *de juſtitia diutius, quam ceteris virtutibus, culta*. Adeo neceſſe eſt, iſtud nunc docere, cum olim contra opus haberent oſtendere, quod nonnumquam alius etiam Caſus, alio inprimis addito verbo, ſequatur.

SERV. SULLAM. Praenomen *Servii* non legitur in Remenſ. 2. Guelf. 1. 5. 6. At Vinar. 2. & ed. vet. *Serv. & L. Syllam*. Sed recte quidem *P. Sulla* (ita enim ſcribere voluiſſe pro *L. Sulla* Vinar. 2. cum ſocia edit. veriſimile eſt) Volturcio ignotus fuiſſe creditur, quem Cicero a Conjurationis crimine purgavit. Confer *cap.* XVII. num. 3. Supra libri quidam *Antonium*: & infra *Guarguntejum*, ut alibi.

MULTOS PRAETEREA. Guelf. 7. *praeterea multos alios*; 8. *& multos alios praeterea*. male. vide ad *cap.* XXII. n. 3. quod autem *praeterea* etiam de perſonis dicatur pro *praeter eos*, patet ex Jug. *cap.* IV. nu. 4. *audivi Q. Maxumum, P. Scipionem*, praeter ea *civitatis noſtrae praeclaros viros, ſolitos ita dicere. cap.* CV. n. 2. ex Ciceronis, Livii aliorumque pluribus locis. Sic ſupra *cap.* 14. n. 2. & alibi *ad hoc*, pro *ad hos* ſive *praeter illos*: & mox hoc *c.* n. 2. *antea* poſuit pro *ante ſe*. infra *cap.* LIX. nu. 5. *poſtea*, pro *poſt eas*. ut hujuſmodi particulae recte per ſe intelligantur, non ad Nomen referantur. Porro Eccard. *multos praeterea in conjuratione eſſe*, omiſſo Pronomine *ea*: offenſus forte ejuſdem ſoni voculaeque repetitione.

2. EADEM GALLI FATENTUR. Languet ſententia, nec Salluſtium ita ſcripſiſſe perſuaſum habeo. Forſitam Verbo *fatentur* abjecto egregiam medicinam feceris, eritque *Eadem Galli*, ut ſupra *cap.* XXXIV. n. 1. Ad haec *Q. Marcius*. ubi vide. Codices nihil juvant. Terent. Andr. A. 1. Sc. 1. *v.* 55. *Egomet continuo mecum*. Livius XXXVII. *cap.* X. *Tum internuncius: regiam claſſem aut totam, aut majorem ejus partem Polyxenidam traditurum ei*. ibi quidam: *Tum internuncius aperit*. quod Verbum cum ſupra poſitum ſit ab Noſtro, eleganter hic ſubauditur.

AC LENTULUM DISSIM. COARGUUNT. *Ac* eſt in Fabricianis, Senatoriis, Heuſſ. Struv. Incert. 1. Baſ. 1. Vinar. 1. Guelf. 5. & aliquot aliis, non *At*, quod & ſcriptos, & impreſſos quoſdam occupavit. vide *c.* III. n. 2. *coarguunt* eſt convincunt *ſimul* per ſermones ejus. Eſt quidem, ubi *con* iſtam notionem in compoſitione non ſervat, ut in *conclamare* apud Caeſarem, *Concurrere* apud Ciceronem, *Concedere* apud Lucretium alioſque pro *cedere*; plerumque tamen naturam ſuam non deſerit, quam & hoc loco ſervavit. Liv. XXVI. *cap.* XXVII. *Ceterum ut coram* coarguebantur, *& quaeſtio ex miniſtris facinoris foro medio haberi coepta eſt, faſſi omnes*. Sic Lucret. III. *v.* 848.

Omnia *cum belli trepido concuſſa tumultu*
Horrida contremuere.

Brutus & Caſſ. Cic. XI. ep. II. num. 1. *non* conſcripſiſſemus *haec tibi*. Cic. III. ep. X. nu. 4. conteſtans *omnes Deos*. Caeſar. VII. Gall. *cap.* 1. *ut omnes Italiae juniores* conjurarent.

QUOS ILLE HABERE SOLITUS ERAT. Guelf. 7. *eſſet*. Fabric. 2. *ſolitus erat habere*; *ille* non eſt in Heuſſ. Senat. 2. neque Incert. 1. Sed Academ. primitus non habuit *habere*: Mea pace & *ille*, & *erat* poſſent amandari in alium plane locum:

berè ſolitus: *Ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea: ſe tertium, cui fatum foret urbis potiri; praeterea ab incenſo Capitolio illum eſſe vigeſimum annum, quem ſaepe ex prodigiis haruſpices reſpondiſſent bello civili cruentum fore.* Igi-

locum: credo & tua, lector. de *ille* omiſſo vide notam ad *c.* XLVIII. n. 4. nam de *erat* res eſt pervulgata ſaepiusque dicta.

EX LIBRIS SIBYLLINIS. Notiſſimi illi libri, quos Sibylla Cumana, nomine Amalthea, quae & Demophile, vel Herophile Tarquinio Superbo obtulit, qui trecentis aureis emit, & in Capitolio Jovisque templi ſacrario, in arca lapidea, religioſiſſime ſervari juſſit. Eos in rebus arduis Romani per II-viros modo, modo X-viros, tandem XV-viros conſulebant, quia fata Romani imperii communi opinione continebant. Lege, quae de illis Lactant. I. *c.* VI. Gell. I. *c.* XIX. Auguſt. XVIII. Civ. Dei *c.* CXIII. & ibi interpretes. adde, ne plures memoremus, V. C. Fabricii Bibliothec. Graec. Lib. I. *cap.* XXXI. p. 172.

CINNAM ET SULLAM ANTEA. *Cinna* cum Mario quas turbas contra Sullanos excitaverit, perſcripſere Appianus, Plutarchus, Vellejus, Florus III. *c.* XXI. ubi vide. de *Sulla* ſupra *c.* V. n. 3. & Jug. *c.* XCV. XCVI. *antea* puta vel *urbis potitos eſſe*, vel *fuiſſe*, pro *ante ſe*, ut modo dictum eſt n. I. Sic Cic. III. Cat. *c.* IV. *Cinnam* ante ſe, *& Sullam fuiſſe*. Sed Incert. 2. *antea* omiſit, & Guelf. 12. habet ſaltem in margine. Fabric. I. & Vinar. I. *ſe tertium fore, cui* cet. Veneta 1500. *tertium ſe dicebat*, ſine Verbo *eſſe*, quod abjiciendum, ut ſupra *c.* XL. n. 4.

CUI FATUM FORET. Guelf. 11. & a prima manu Struv. cum Veneta 1493. *cui* factum *foret;* quo librariorum errore nihil eſt vulgatius. vide modo Drackenb. ad Sil. I. *v.* 277. XI. *v.* 9. Guelf. 7. 8. 10. MS. Mureti, Schotti aliorumque *fatatum.* hinc ad antiquum verbum *fatari* confugiunt, quod miror, cur non quaeſiverint etiam apud A. Gellium XV. *cap.* XIII. extr. Sed *fatum* eſt veriſſima lectio, pro cui praeſtitutum, atque divinitus deputatum eſſet regnum Romae. Sic Cicero de Fato *c.* VII. *Si* fatum tibi eſt *ex hoc morbo convaleſcere: ſive medicum adhibueris, ſive non, convaleſces. Item ſi* fatum tibi eſt *ex hoc morbo non convaleſcere* &c. quod *cap.* XIII. ita effert: *Si ex aeternitate verum hoc fuit*. Gellius XV. *cap.* XX. *reſponſum eſt a Chaldaeis, eum puerum victorem in certaminibus fore. id ei* puero fatum *eſſe*. Lamprid. Severo *c.* LXII. *Thraſybulus Mathematicus illi amiciſſimus fuit, qui cum ei dixiſſet* neceſſitatem *eſſe, ut gladio barbarico periret*, &c. Uſitatius *cujus, illius, hominis, Romanorum fatum;* Sed alterum exquiſitius. vide Jug. *c.* VII. n. 4. Sua autem cuique homini, ut genti, urbi, eſſe fata, quae ſint certa & inevitabilia, ubivis legas. Confer interim Tacit. I. Hiſt. *c.* XVIII. Vellej. II. *c.* LVII. Juſtin. XII. *cap.* II. Juven. Sat. IX. *v.* 32. Grotium de Fato & Reinhard. ad Lipſ. I. Polit. *c.* IV.

URBIS POTIRI. Guelf. 11. 12. Vinar. 2. & ed. vet. *urbe potiri*. Jug. *c.* XXV. n. 10. *Atherbalis potiri*. *c.* LXXIV. extr. *hoſtium potiri*. Sic & alibi. ut Cicero *rerum, regni potiri*. Caeſar I. Gall. *c.* III. *totius Galliae potiri*. Auct. de B. Afric. *c.* LXI. *vivorum potiti ſunt*. & praeter ſextum Caſum etiam ſecundum & quartum Verbo huic jungi, dudum docuit Servius ad III. Aen. *v.* 278.

AB INCENSO CAPITOLIO. Lactant. III. *c.* XVII. *Capitolium, quod eſt Romanae urbis & religionis caput ſummum, non ſemel, ſed ſaepius fulmine ictum conflagravit*. Hic autem illud innuitur incendium, quo Scipione & Norbano Coſſ. A. V. 670. conflagravit, Plin. III. *c.* XIII. Tacit. III. Hiſt. *c.* LXXII. Reſtaurare illud conatus eſt L. Sulla, perfecit autem Q. Catulus A. V. 675. Lactant. de Ira D. *c.* XXII. Plin. XIX. *c.* I. Sed a Vitellianis iterum incenſum fuit, Tacit. l. c. adde Rycquium de Capit. *c.* XI. & quantum quidem Capitolii incendium portendere etiam Gallis viſum ſit, lege apud Tacit. IV. Hiſt. *c.* LIV.

HARUSPICES RESPONDISSENT. Scripti conſtanter *aruſpices* ſine aſpiratione; Guelf. 5. & 6. Vinar. I. cum aliis *auruſpices*, & ſic MSS. Jug. *c.* LXIII. & LXIV. Sed Donatus ad Phorm. A. IV. Sc. IV. ab *haruga* & *hora* deduxit, & lapides H addunt. Eorum erat prodigia interpretari. Lex XII. Tabb. *Prodigia, portenta ad Etruſcos &* haruſpices, *ſi ſenatus juſſerit, deferunto*. Proprie autem *reſpondere* dicebantur. vide Cicer. de Haruſp. Reſponſis. Livius XXIV. *cap.* X. *Haec* prodigia *hoſtiis majoribus procurata ſunt, ex haruſpicum* reſponſo. Cic. I. de Div. *c.* XXXVI. *Pater ad haruſpices retulit, qui* reſponderunt, *nihil illo puero clarius fore.* adde Muncker. ad Lactant. Plac. Narr. Fab. V. Libr. III. p. 208.

QUEM BELLO CIVILI CRUENTUM FORE. Guelf. 3. non legit vocem *civili*. Obſerva autem ele-

Digitized by Google

qui tum aedilis, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Caeſari, Gabinius M. Craſſo, Coeparius (nam is paullo ante ex fuga retractus) Cn. Terentio ſenatori traduntur.

CAP. XLVIII.

Interea plebes, conjuratione patefacta, quae primo cupida rerum XLIX. 1
novarum, nimis bello favebat, mutata mente, Catilinae conſilia ex-

argum. Hic vero Lentulus magnificentiſſima aedilitate functus eſt, eaque omnes ſuperiores vicit, teſte Cic. II. Offic. *c.* XVI.

Q. CORNIFICIO. Guelf. 1. & Academ. *Cornifico;* Vinar. 2. *Carnifitio;* Heuſſ. *Carnificio. Q. Cornificius* Ciceronis in conſulatu competitor, & in auguratu collega, Aſconius Argum. ad Orat. in Tog. Cand. Cic. I. ad Att. epiſt. I. XII. Fam. ep. XVII. ſeqq.

C. CAESARI. Futuro Dictatori, tum *Praetori* deſignato, Cic. XII. Attic. ep. XV. & XXI. Sueton. Caeſ. *c.* XIV. princ.

M. CRASSO. *Conſulari*, de quo itidem, ut de Caeſare, erat ſuſpicio conjurationis, ſupra *c.* XVII. & infra *c.* XLVIII. quam diluit litteras a Catilina ad ſe ſcriptas recitando, Plutarch. Cic. p. 868. Hi, ut & Cornificius ob repulſam, Ciceroni infeſti eſſe poterant; ſed eos tali facto delinire, quaſi optima quaeque ab iis in ſpe haberet: tum ſi contra quid auderent, eo conjurationis manifeſtos habere voluiſſe videtur.

NAM IS P. A. EX FUGA RETRACTUS ERAT. Baſil. 2. qui hanc Parentheſin poſt verbum *traduntur* poſuit, vide Jug. *c.* LXIII. n. 6. is pro *erat*, habet *eſt*: ſicuti Vinar. 1. utroque ſecuri poſſumus carere, ut n. 2. Gruterus in MSS. notae eminentioris non deprehendit Praepoſitionem *ex*: quam abeſſe etiam ab Guelf. 1. & 5. teſtamur. 6. & Senat. 2. *nam hic paullo ante fugam retractus*. Fabric. 2. *nam is paullo ante retractus erat ex fuga*. Praepoſitionem ſervat ſupra *c.* XXXIX. n. 5. *retractum ex itinere*, & alibi. Sueton. Aug. *c.* XVII. *Retractum* e fuga *ſupplicio adfecit*.

CN. TERENTIO SENATORI. Guelf. 8. & 9. *Terentino;* 5. *ſanatori*: ſed is alibi etiam *ſanatores* pro *ſenatoribus* ſcripſit. Addidit *ſenatori*, non tam quia gens *Terentia* plebeja fuit; ſed quod ceteri, quos memoraverat, magiſtratu inſigniti erant, adeoque *Aedili*, *Praetori*, *Conſulari* recte adponit *ſenatorem*.

TRADUNTUR. Sic optimi Codd. At Incerti, Baſil. 3. Remenſis 1. Struv. Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. 11. & 12. *traditur*. Et aliquoties quidem pluribus Nominibus ſingulari Verbum numero adjectum legas, vide *c.* X. num. 1. Nihil tamen hoc loco mutandum. Dictys V. *c.* XIII. *Atque Neoptolemo* Andromacha, *Ulyſſi* Hecuba obvenere. adde ſupra *cap.* V. num. 7. Sed exemplis nihil opus eſt, cum *traduntur* ex vulgato Grammaticorum canone defendatur. Compones tamen utiliter & Liv. XXIV. *c.* XV. *Cum utrimque* duces Romanus *Bruttium Lucanumque*, Poenus *Romana mancipia verbis obtereret*: & Cicer. I. Tuſc. Qu. *cap.* V. *Dic quaeſo num te* illa terrent, *triceps apud inferos* Cerberus, *Cocyti* fremitus, tranſvectio *Acherontis*, *mento ſummam aquam attingens ſiti enectus* Tantalus. adjice notata infra ad *c.* XLIX. num. 2.

CAP. XLVIII. 1. CUPIDA RERUM NOVARUM. Fabric. 2. Vinar. 1. Baſil. 2. Acad. Struv. Incerti & pauci ex ceteris *novarum rerum*, poſitu inverſo. quomodo Venetae & Gruteriana. Sed Fabric. 1. Baſil. 1. Guelf. 5. aliique auctoritatis non protritae alterum tuentur, ut *c.* II. *artis bonae*. Incert. 1. *bonae artis*; *c.* IV. *ambitio mala*, idem Codex aliique *mala ambitio*; *c.* V. *animus ferox* ubi Baſil. 1. alii *ferox animus*; ibidem *rei familiaris*; *c.* VI. *ſedibus incertis*; *imperium regium*; *c.* X. *imperii Romani*; *c.* XIV. *ſanguine civili*; *c.* XXXVII. *malum publicum*; *cap.* XLI. num. 4. *rem omnem* &c. quae omnia in ſcriptis noſtris Codd. alio atque alio poſitu offendi. ut & ea *c.* XXXVII. n. n. 1. *novarum rerum ſtudio*, n. 2. *odio ſuarum rerum*.

MUTATA MENTE. Guelf. 8. *mutatu;* pro *mente* Senat. 2. *aetate*. In moribus plebis adnotatur, quod illum, a quo ſibi praeſentia impendent incommoda, ſi vel maxime antea amaſſet, ſummo odio proſequatur. vide Herodian. I. *c.* XIV.

CATILINAE CONSILIA EXSECRARI. Abominari & deteſtari. Vinar. 1. *execrari*: Guelferb. 9. *exſecrati*; 2. *exetrari*; 4. *exſacrari*. Vellej. II. *cap.* LXVI. *omnis poſteritas illius in te ſcripta mirabitur*, *tuum in eum factum exſecrabitur*.

AD COELUM TOLLERE. Summis laudibus efferre.

nam proficiſcentem ex itinere retractum ajebant. Is cum ſe dice- 4
ret indicaturum de conjuratione, ſi fides publica data eſſet; juſ-
ſus a Conſule, quae ſciret, edicere, eadem fere, quae Volturcius,
de paratis incendiis, de caede bonorum, de itinere hoſtium Senatum
edocet: praeterea *ſe miſſum a M. Craſſo, qui Catilinae nuncia-
ret*,

L. TARQUINIUS. Sic omnes ſcripti & impreſſi. Ciacconius tamen & Urſinus voluerunt *Tarquitius*, eo, quod *Tarquinii* nomen poſt exactum Tarquinium Superbum adeo inviſum fuerit Romanis, ut nemini ſit impoſitum. Eamdem cantilenam canit Malaſpina ad Cic. VI. Attic. epiſt. VIII. Quos recte jam Gruterus ex lapidibus refutavit. Senator. I. omittit *quidam*.

ADDUCTUS ERAT. Fabric. I. *deductus erat*; Baſil. 3. *ductus erat*. Sed geminata Praepoſitio perplacuit Noſtro. vide *c.* XIV. extr. Porro Incert. I. & Guelf. 7. *adductus eſt*: quod ſemper mihi argumento fuit, non ſanum eſſe Verbum *erat*; quamobrem ab reliquo corpore recidendum. vide *c.* XXXIV. extr. Denique & eum ordinem revocandum cenſeo, qui eſt in Baſil. I. Acad. aliiſque vetuſtioribus: *adductus ad Senatum*.

EX ITINERE RETRACTUM. Voces *ex itinere* locum mutant in Baſil. 3. Academ. aliiſque. & cum *proficiſcentem* retractum eſſe ſcripſerit, non habent, quod iſtae ſignificent. Id genus Gloſſae eſſe pro certo ſtatuo, de quo ad *c.* XXXIX. extr. pluribus egi. deſumtum nempe eſt & male adſutum ex *cap.* eodem XXXIX. n. 5. abſolute enim dixit *retractum*, ut Caeſar loco ibi cit. & Liv. X. *c.* XXV. *Ab Ap. Claudio* retractum *quidam videri volunt*.

4. IS CUM SE DICERET INDICATURUM. Struvian. *cum ſe indicaturum diceret*; Inc. I. *cum diceret ſe indic.* Eleganter Pronomen *Se* a Verbo ſuo ſeparatur, aliique adhaerere videtur. *c.* I. n. I. *qui ſeſe ſtudent* praeſtare. Cic. pro Cluent. *c.* L. *ut ſi quid aliquando, quod non opus eſſet, a ſe eſſet dictum, poſſet* ſe *negare* dixiſſe. Livius XXXII. *c.* VII. *Qui honorem, quem* ſibi *capere per leges* liceret, *peteret*. Id. XXXIV. *c.* I. *Nec eam* ſe *abrogari* paſſuros *ajebant*. Horat. II. Epiſt. II. *v.* 129.

Qui ſe *credebat miros* audire *Tragoedos*.

Apulej. Apolog. p. 278. *Qui* ſeſe *ſciat rationem* promturum *neque inutilem neque injucundam*. Ibid. p. 290. *Quin igitur tandem expergiſcimini, ac* vos *cogitatis apud Claudium Maximum* dicere. Eugenius Pontifex Epiſt. ad Hildegard. *Hoc a veridicis perſonis ita eſſe percepimus, qui* ſe *fatentur te* & vidiſſe, *&* audiſſe. adde ſupra *c.* XXIV. n. 4.

QUAE SCIRET EDICERE. Sic Fabricianus uterque, uterque Vinarienſis & Senatorius, Incert. 2. Heuſſian. Baſileenſes, Guelf. 2. 3. 4. 10. 11. 12. non *dicere*, quod alios Codd. inſedit. Guelf. 7. & 8. *ea dicere, quae ſciret*; Edit. vet. *quod ſciret edicere*. *Edicere* eſt non tantum edicto jubere, ſed etiam *enunciare*, *indicare*. Cic. de Amic. *c.* XVI. *Si prius, quid maxime reprehendere ſolitus ſit Scipio*, edixero. Fulgent. I. Mythol. Praefat. extr. *Itaque primum, omiſſo circuitu, unde idolum tractum ſit*, edicamus, ubi vide quae Munckerus, de *edicere*, *eloqui*, *edocere* pag. 28. & ad Lactant. Placid. p. 227. collegit. adde ſupra *c.* XVI. num. I. & XX. num. 9. ubi *emori*; uti apud Plautum *emoneo*, apud Horatium *emirari* I. Od. V. *v.* 8. Sed qui locum intentius inſpexerit, hanc trigam: *quae ſciret*, *edicere* aliunde invectam eſſe ſentiet. eleganter enim aut a ſuperiori *de conjuratione indicare*, aut ab inferiori *edocere* ſubauditur. Sic apud Livium ſaepe Verbum *jubere* ſine altero Verbo ponitur, & Noſter Jug. *cap.* LXX. num. 3. *ad exercitum proficiſcitur, quem inter hiberna Romana* juſſus *habebat*. de qua Syllepſi vide ſupra notata ad *c.* XXIX. num. 2. & XXX. num. 2.

SENATUM EDOCET. Scripti omnes apud Gruterum, ex noſtris pleraque pars *docet*. Incert. tamen 2. & a prima manu etiam I. Baſil. 3. Guelf. 9. 10. 11. 12. *edocet* agnoſcunt. & ſic ſupra *c.* X. n. 4. XVI. n. I. Jug. *c.* LIII. n. 8. & alibi. Caeſar III. Civ. *c.* CVIII. *Hunc, quae fieri vellet, litteris nunciiſque* edocuit. & ſic ille aliis locis. Terent. Phorm. A. III. Sc. III. *v.* 7. *invenias argentum. cupio. ſed, id unde*, edoce. Juſtin. XIII. *c.* III. *ut ultro ad pedites veniret, & in concionem vocatos* edoceret, *quod facinus molirentur*.

QUI CATILINAE NUNCIARET. Incert. 2. *Catilinae* ut *nunciaret*. Expoſitio eſt ineptientis. I. Hiſtor. *uti merito dicatur genitos eſſe*, qui *neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati*. Jug. *c.* XXI. extr. *legantur*, qui *ambos reges adeant*. Terent. Andr. Prolog. *v.* 5. *operam abutitur, Non* qui *argumentum narret, ſed* qui *maledictis reſpondeat*. Ubi, ut & in Cicer. IV. ep. III. n. 2. *Nemini concedo*, qui *majorem moleſtiam traxerit*, nihil vetat, quo minus proprie Pronomen intelligatur. Aliud eſt,

quam exagitanda videbatur; plerique Craſſo ex negotiis privatis obnoxii conclamant, *indicem falſum*, deque ea re poſtulant uti referatur. Itaque conſulente Cicerone frequens Senatus decernit: *Tar-* 6
qui-

in tanto periculo, mera interpretatio ſcioli cujuſdam, qui *tempora* pro *periculis* frequenter a Cicerone poni inaudierat. Notat cum tempus ita eſſet comparatum, difficile. Cicer. IX. ep. XVI. num. I. *ut quoquo modo* in tali *re atque* tempore *aut liberarem te iſta cura, aut certe levarem*. Livius XXX. c. XXXVII. *Indignatus Annibal dici ea* in tali tempore *audirique*. Lucr. I. v. 94.

Nec miſerae prodeſſe in tali tempore *quibat*.

Dictys II. c. XLVIII. *namque* tali tempore *in commune ab omnibus conſulendum*. adde Drackenb. ad Sil. VIII. v. 112. Juſtin. XXI. *cap.* IV. *Qua re magiſtratibus per miniſtros prodita, ſcelus declinatum, non vindicatum eſt, ne* in viro tam potenti *plus negotii faceret res cognita, quam cogitata*.

TANTA VIS HOMINIS. Pro *homine tantis viribus*. Terent. Eunuch. Act. III. Sc. V. *O feſtus dies hominis;* cum obſervatione Donati. Sic ſupra *iniquitas Praetoris eripuit*, & *liberalitas Oreſtillae ſolvit*, c. XXXIII. n. 6. XXXV. n. 4. Sic c. XXXVI. extr. *Tanta vis morbi invaſerat*. Et ſic quidem vis demonſtrandi in voce *Tanta* eſt poſita, cum & *homo* pro *ille* poni ſoleat. Cic. I. ep. VI. n. 14. *Sed noſti* hominis *tarditatem*. IV. ep. IV. n. 9. *dixit, ſe ſenatui, roganti de Marcello, ne* hominis *quidem cauſſa negaturum*. IX. ep. XIII. n. 8. *quapropter cum* his *Caeſar vitam conceſſit; reditum* hominibus *confice*. addidi ibi Plin. I. epiſt. V. *Vide* hominis *crudelitatem*. Confer Caſaubon. in Cicer. I. ad Attic. epiſt. XVI. pag. 108.

MAGIS LENIUNDA, QUAM EXAG. Multi ex ſcriptis Codd. *leniunda* magis, *quam exagitanda*. Sed Fabric. I. *magis* omittit. peropportune & iterum ex more Salluſtii. Sic c. IX. extr. *in pace vero beneficiis*, quam *metu imperium agitabant*. vide quae ad finem ejus c. & ad c. VIII. n. I. adſcripſi.

EX NEGOTIIS PRIVATIS OBNOXII. Beneficiis ejus obſtricti Gloſſae MSS. qualis ille Senator apud Auguſtin. VI. Confeſſ. c. X. *Erat eo tempore quidam potentiſſimus ſenator, cujus beneficiis & obſtricti multi, & terrore* ſubditi *erant*. Tacit. I. Hiſt. c. I. *Simul veritas pluribus modis infracta - mox libidine* aſſentandi, *aut rurſus odio adverſus dominantes. Ita neutris cura poſteritatis, inter infenſos vel* obnoxios. Sulpic. Sever. II. Hiſt. c. XXXVIII. Obnoxius *quidem omnibus, ſed praecipue Valenti* deditus. adde ſupra c. XIV. num. 6. Porro Struvianus & *plerique*. Poſſet aliquis dicere, hoc *plerique* tam de illis, qui ſub voce *alii*, quam qui voce *pars* notantur, intelligendum eſſe. Id ſine copula habes ſupra c. XXXVIII. extr. *honeſtis nominibus*, alii, *ſicuti jura populi defenderent*, pars *quo Senati auctoritas maxima foret bonum publicum* ſimulantes – *certabant*. Et praepoſito hujuſcemodi nomine Jug. c. LI. num. I. & LXXIV. num. I. Et eſt quaedam quaſi Prolepſis non inuſitata, qua Livius V. c. XXXIX. Romani, *cum* pars *major ex acie Vejos petiſſet*, nemo *ſupereſſe quemquam crederet, comploratis* omnes *pariter*. Verum uti hoc Livii loco *omnes* non ad *pars* referri poteſt; Sic neque in Criſpo, qui tertium genus hominum, tertiamque cauſſam addidit, cur conclamatum ſit. Plures nempe fuiſſe qui obnoxii Craſſo, quam qui, vel quia non crederent, vel quia non utile Reip. in tali tempore videbatur, indicem rejecerint. Sic Jugurth. c. XXXI. num. 13. Pars *eorum occidiſſe tribunos plebis*, alii *quaeſtiones injuſtas*, plerique *caedem in vos feciſſe pro munimento habent*. Sic Caeſar VI. Gall. c. XXXVII. Tacit. IV. Ann. c. LX. Medium autem membrum: *pars tametſi verum* cet. ſingulari artificio ſuſpenſum eſt ab Verbo *conclamant*, de quo ad c. XXXVII. num. 5. Remenſ. I. Academ. Vinar. 2. & edit. vet. *conclamabant;* Vinarienſ. I. *clamabant*.

INDICEM FALSUM ESSE. Eccard. *falſum eſſe videri*. Guelf. 7. *falſum videri;* Sed recte Guelf. 3. Verbum Subſtantivum omittit, quem ſum ſecutus. *Indicem* vocat Aſconius in Cicer. Div. c. XI. *qui facinoris cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita*. Sed lex 197. de Verb. Sign. Indicaſſe *eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe & conviciſſe*.

DEQUE EA RE POSTULANT. *De ea re* eſt ex formula ſollemni, quae omnibus SCtis praeſcribitur. vide Coelium VIII. Ep. Cic. Frontin. de Aquaed. Livium alioſque. item Briſſon. II. Form. p. 193. Guelf. 10. *poſtulabant;* Struvian. *poſtulare*. Certus ſum, & hoc Verbum ab imperitis linguae latinae Salluſtio obtruſum eſſe. vide c. XL. n. 4.

UTI REFERATUR. Struv. & Acad. *differatur*. Tirones norunt, Conſulem dici *referre*, quando rem in ſenatu proponit ſententiaſque exquirit. vide ad c. XXIX. n. I.

6. CONSULENTE CICERONE. Inde *Conſul* Varro IV. de L. L. Conſul *nominatus, quod* conſu-

tem periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquinium a Ci- 8
cerone immiſſum ajebant, ne Craſſus, more ſuo, ſuſcepto malorum patrocinio rempublicam conturbaret. Ipſum Craſſum ego po- 9
ſtea praedicantem audivi, tantam illam contumeliam ſibi ab Cicerone impoſitam.

CAP.

modo feſtinabat, *Bocchi pacem imminuere*. Terent. Eunuch. A. I. Sc.I. id *amabo* adjuta *me*, quo *id fiat facilius*. Plaut. Capt. A.II.Sc. X. *Si dii* id voluere, *vos hanc aerumnam exſequi*, *Decet* id *pati aequo animo*. Cic.II. epiſt. XIX. num.2. *Verebar*, *ne* id *ita* caderet, *ne ante quam tu in provinciam veniſſes*, *ego de provincia diſcederem*. XII. ep. XVIII. n. 3. Id*que ut* facias *quam ſaepiſſime*, ut *& quid tu agas*, *& quid agatur ſcire poſſint*: *& etiam quid acturus ſis*, *valde te rogo*. Habes itaque jam in verbis *adpellato Craſſo*, quod hic intrudunt, *indicium illud*: nempe *machinatum eſſe a P. Autronio ut per Tarquinium adpellaretur Craſſus*. Inde & malui Pronomen *illud* ad ſequentia, quam ad ſuperiora trahere: etſi pro his faciat Auctor infra *c.* LVII. n.2. In Fabriciano utroque & Vinar. I. eſt *nominatum*, pro *machinatum*. Sed *machinari* pro *per dolum & inſidias moliri*, *parare* dixit Noſter etiam ſupra *c.* XVIII. nu. 7. *perniciem machinabantur*. Et Paſſive uſurpari, docuit Priſcianus VIII. p. 791. ubi enumeratis aliquot Verbis, in quibus *machinor*, ſubdit: *Haec plerique Deponentia eſſe confirmant*, *ideo quia frequens uſus earum ſignificationis eſt activae*. Communia *vero eſſe defendit tum natura ipſius ſenſus*, *tum veterum non improbanda auctoritas*. citat deinde p. 792. Salluſt. II. Hiſt. machinata *fames brevi fatigabat*. Noſter itidem II. Hiſt. apud Nonium & Macrobium: *cum* machinato *ſtrepitu tonitruum*. Forſitan etiam Apulej. de Mundo p.69. *& ex ea ſalutem operi* machinatam. Sic *meditatus*, *emeditatus* Paſſiva inveniuntur. Sic Noſter *ab iiſdem* eniſum *eſt*, & plura talia. vide ſupra ad *cap.* VII. nu. 3.

ADPELLATO CRASSO. Citato, inter ſocios nominato. Sic *teſtis* dicitur *adpellare*, contra quem teſtimonium dicit, apud Ciceronem. Sic ſtatim *c.* XLIX. nu. I. *uti C. Caeſar per indicem falſo* nominaretur.

PER SOCIETATEM PERICULI. *Propter*, ut ſaepe & Jug. *cap.* XIV. extr. *Societatem periculi* dixit, ut ſupra *cap.* XL. nu.I. *ſocietatem belli*. Cic.IV. epiſt.VI. *Me autem non oratio tua ſolum*, *&* ſocietas *paene* aegritudinis, *ſed etiam auctoritas conſolatur*.

RELIQUOS ILLIUS POT. TEGERET. Poterat ex regula videri: *appellati Craſſi pot. tegeret*. Sed ita Livius XXIX. *cap.* XXIX. Militante eo *pro Carthaginenſibus in Hiſpania*, *pater* ejus *moritur*. XXXII. *cap.* XXXVIII. Paucis *principum tumultum inter primum* elapſis, eorum *abſentium direptae fortunae*. Id. Epitom. XLIV. extr. *Perſeus* ſollicitatis *in auxilium Eumene rege Pergami*, *& Gentio rege Illyriorum*, *quia* eis *pecuniam*, *quam promiſerat*, *non dabat*, ab eis *relictus eſt*. Confer ſupra *cap.* XL. nu. I. infra *c.* L. extr. Jug. *cap.* LXIII. num. I.

8. A CICERONE IMMISSUM AJEBANT. Verbum *ajebant* indoles Salluſtii pro abundanti declarat. vide *c.* XIX. n. 4. Pro *immiſſum* Guelf. 2. 7. 6. 8. *miſſum*, vel *eſſe miſſum*. *Immittere* eſt contra quem ſubornare. Sic. Cic. pro Sext. *cap.* XXXVI. alibi. item Juſtin. XXXII. *c.* II. *ad cujus rei probationem* immittit *indices*, *teſtes ſubornat*.

MORE SUO, SUSCEPTO MALORUM PATROC. Craſſo enim auctore corruptelam judicii moliebantur pecunioſi rei, ipſe patrocinium aut indigentium per ſe ſuſcipiebat, aut mercede paciſcebatur cum divitibus, de quo more Craſſi Cicero Paradox. VI. *cap.* II. & Plutarch. in Craſſ. p. 544. Vinar. I. *ſuſcepto* eo *malorum patrocinio*.

9. PRAEDICANTEM AUDIVI. *Ego* non eſt in Vinar. I. nec Struviano; in Heuſſiano aliiſque tribus alio loco ponitur. Pro *poſtea* Guelf. 2. Vinar. I. & Fabric. 2. *poſt*. *Praedicare* eſt ſaepe & palam dicere. Jug. *cap.* XIV. nu. 12. *uti* praedicantem *audiveram patrem meum*. Plin. I. ep. XII. num. 4. *Tertio & triceſimo anno* (*ut ipſum* praedicantem *audiebam*) *pedum dolore correptus eſt*.

TANTAM ILLAM. Incert.2. & Guelf.7. *illam tantam*. Sed Guelf. 12. *illam* tantum in margine oſtendit. Supra *cap.* XL. nu. 3. *tanta* iſta *mala*, ibi vide.

CONTUMELIAM SIBI A. C. IMPOSITAM. Sic ſcripti noſtri omnes; nec ſcio unde Gryphiana aliaeque quaedam edd. acceperint ſuum *paratam*. Adſuit ſupra *cap.* XLII. num. 4. *invidiam imponere*. & laudat I. Waſſius Nazar. Paneg. *cap.* XII. *o quam acres habes dolorum aculeos*, contumelia, *quam* imponit *inferior*. & Rivius jam citavit ex V. Verrina Cic. *quibus tu privatim* injurias *plurimas* contumelias*que* impoſuiſti.

injuſtum: Catulus ex petitione Pontificatus odio incenſus, quod extrema aetate, maxumis honoribus uſus, ad adoleſcentulo Caeſare vi-

tenebantur non tantum qui pecunias ſociis eripuiſsent, ſed etiam qui ob judicandum, vel ob majus, aut minus quid ex officio faciendum, ob hominem abſolvendum aut damnandum aliquid accepiſſent, legg. 3. 4. 7. D. ad L. Jul. Repet.

P. CUIUSDAM TRANSPADANI SUPPL. de regione Tranſpadana optime Cellar. II. *cap.* IX. p. 676. Caeſar autem Tranſpadanorum Patronus erat, quos etiam civitate donari voluit. Sed cum ab Senatu non impetraſſet, poſtea rerum potitus effecit. Suetonius, Dio. Vide Manut. in Cic. v. Attic. epiſt. II. pag. 146.

EX PETIT. PONTIFICATUS. *Pontificatus* nempe *Maximi*, quem abſolute *Pontificatum* vocat, ut alii *Pontificem* dicunt, intelligentes *Maximum*, vide Ducker. ad Flor. I. *cap.* XIII. n. 9. ut *Ordo*, *Aedilis*, *Claſſis*, alia plura per excellentiam accipiuntur, vide Jug. *cap.* LXXXVI. n. 2. Amplitudinem hujus Pontificatus cognoſcas ex Livio I. *cap.* XX. Dionyſ. Halic. II. Zoſimo IV. *cap.* XXVI. quibus adde Cl. Struv. Syntagm. Ant. Rom. p. 570. & Boſium de Pont. Max. Romae Vet. De Etymologia varia traduntur. Halicarnaſſenſis & Varro II. de L. L. *cap.* XIV. ex eo dictos putant, *quod ab iis ſublicius pons & factus primum, & reſtitutus ſaepe: cum ſacra & uls, & cis Tiberim non mediocriter fierent*. Q. Scaevola, ut idem Varro teſtatur, a *poſſe* & *facere* derivavit, quod ſc. *facere* h. e. ſacrificare potuiſſet. Suidas ab Numa inſtitutum putat, ut precibus ſuis efficeret, ne Tiberis *pontem* rumperet. Zoſimus aliam prorſus originem adfert. nimirum in Theſſalia prima Deum ſimulacra antiquo & rudi ſaeculo in Penei fluminis *ponte* collocata eſſe, inde quaſi *Pontanorum* nomen ſacris illis praefectos accepiſſe, quod Romani imitati eſſent: Hoc conſtat apud Romanos Pontificem M. inſpectionem omnium Sacerdotiorum habuiſſe, curam religionis & caeremoniarum geſſiſſe, leges de ſacris condidiſſe omniaque alia hujus generis ordinaſſe. Ceterum praevaluit Caeſar in petitione ob favorem populi, cujus ſuffragiis creabantur Pontifices M. vide Sueton. Caeſ. *cap.* XIII. Vellej. II. *cap.* XLII. Plutarch. Caeſ. p. 710.

ODIO INCENSUS. *Incendere* de animi libidinibus ſaepiſſime. Cic. XIII. ep. XVI. *Nunc autem incenſus ſtudio rerum ſuarum*. C. Nepos Lyſandr. *c.* III. *dolore incenſus*. vide Caſp. Barthium ad Papin. Stat. III. Theb. *v.* 234. ſupra *c.* XXV. n. 3.

QUOD EXTREMA AETATE. Incert. I. Guelf. 10. *qui extr. aet.* Sed *quod* ſervit hoc loco explanationi ejus, quod dixerat *ex petitione Pontificatus*, ut ſupra *cap.* XXXV. n. 3. ubi vide. Baſil. I. & 3. Struvian. Vinar. 2. Academ. *quod* in *extrema aetate*. Sed ſine Praepoſitione in fragmentis *extrema pueritia*, & ſupra *cap.* XV. num. 2. *privignus adulta aetate*. ibi plura.

MAXUMIS HONORIBUS USUS. Grutero ſuſpecta vox *uſus*, quam etiam damnat in Jug. *c.* XXV. n. 4. *majores natu nobiles, amplis honoribus* uſi. quo loco & Perizonio diſplicuit. Codd. noſtri omnes agnoſunt, praeter Guelf. II. qui hoc loco *τὸ uſus* omittit; altero tamen cum vulgatis incedit. Sed Cicero pro Flacco *cap.* XIX. *Homines clariſſimos civitatis, ampliſſimis* uſos *honoribus*, *hoc praetore circumventos*. Livius v. *Vir nullis ante honoribus* uſus. Florus I. *cap.* XIII. *Jam primum majores natu, ampliſſimis* uſi *honoribus*, *in forum coeunt*. ubi Salluſtium defendit Cl. Duckerus. pro eo C. Nep. Themiſt. *cap.* VII. *treſque legati*, functi *ſummis honoribus*, *Athenas miſſi ſunt*. Nec ſemper ea, quae aliquo modo abundare videri poſſunt, reſecanda ſunt: cum veteribus ſaepe *plena* dicendi *genera* placuerint. Noſter ſupra *cap.* VI. num. 4. *ceteri*, *metu* perculſi, *a periculis aberant*. Jug. *cap.* XIV. n. II. *Jugurtha intoleranda audacia*, *ſcelere atque ſuperbia ſeſe* efferens. infra *cap.* LI. n. 12. *qui magno imperio* praediti. mox num. 4. *animi mobilitate* impulſi. Zoſimus I. *cap.* XXXIX. extrem. Ζηνοβίᾳ, συνοικοῦσα μὲν Ὀδενάθῳ, φρονήματι δὲ ἀνδρείῳ ΧΡΩΜΕΝΗ. Caeſar I. Gall. *cap.* XXVII. *ſive timore* perterriti, *ſive ſpe ſalutis* inducti *prima nocte egreſſi*. Terent. Phorm. A. v. Sc. VII. *v.* 84. *Tantane* adfectum *hominem quemquam eſſe* audacia? Vide quae contuli ad Cic. v. epiſt. IV. n. 1. & XI. epiſt. XXII. n. 2. adde Donat. ad Ter. Hecyr. Act. II. Sc. II. & *Excurſum* I. in Cat. *cap.* I. extr.

AB ADOLESCENTULO CAESARE. Annos tamen nato circiter XXXVI. vide Tan. Fabri II. epiſt. x. quod non mirum in comparatione cum aetate Catuli, quod monui ad *cap.* XXXVIII. num. I. Ex lege quidem Romuli ſupra quinquageſimum aetatis annum profecto ſacerdotium fuiſſet conferendum; Dionyſ. II. Verum hoc non obſervatum eſſe exemplis conſtat ex Livio XLII. *cap.* XXVII. Tacit. III. Ann. *cap.* XXIX. ipſe Caeſar *paene puer* Flamen Dialis creatus eſt, Vellejus II. *cap.*

praeſidii cauſſa cum telis erant circum Concordiae, ſeu periculi magnitudine, ſeu animi nobilitate impulſi, quo ſtudium ſuum in rempublicam clarius eſſet, egredienti ex Senatu Caeſari gladio minitarentur.

CAP.

reputando *nihil majus* invenias. Silius XIV. *v.*613. *Serpit* paſcendo creſcens *Acheruſia peſtis*.

USQUE EO. Vinar. I. Struvian. Incerti, Remenſes, Fabriciani, Baſileenſes, Academ. Eccard. Guelferbytani, praeter 2. 3. & 5. omnes, *uſque adeo*. Placet tamen quod Gruterus dedit *uſque eo*, idque ex reliquis noſtris MSS. & ed. vet. confirmatur. ſignificat *uſque ad id*, vide Jug. *c.*L. extr. Sueton. Ner. *c.* VII. *gratia quidem & potentia* uſque eo *floruit*, *ut emanaret in vulgus*, cet. Cic. pro Quinct. *c.* XVIII. *Inferiorem ſe eſſe patitur*, *dumtaxat* uſque eo, *ne Sexti Naevii crudelitati dedatur*.

QUI PRAESIDII CAUSSA. Ne quid a conjuratorum ſociis moveretur. *Equites* autem valde favebant Ciceronis conſiliis, & operam ſuam facile commodabant ad defendendam remp. Cic. II. ad Attic. ep. II.

CIRCUM AEDEM CONCORDIAE. In clivo nempe Capitolino, quod Cicero memorat pro Sextio *c.* XII. Fabriciani, Vinar. I. Incerti & aliquot alii *circa*. Sed in Merſeburgenſi Rivius non legit vocem *aedem*, quomodo *ad Juturnae*, *in Veneris*, *a Veſtae*, *ad Apollinis*, ſubintelligendo *aedem* vel *aede* Cicero aliique dixere. vide notam ad Cic. XIV. ep. II. n. 5. Gruteri vero, Bongarſii, Waſſii & noſtri Codd. ſilent. Sed ex eodem ſolo Rivii Codice Gruterus ſupra *c.* VI. extr. *convertit*, pro *ſe convertit* ediderat: Carrio etiam hoc loco *aedem* expunxit, cui haud invitus accedo. Donatus ad Terent. Ad. A. IV. Sc. II. laudat ex Noſtro: ad Jovis *mandem noſtra*. Livius XL. *cap.* LI. *Theatrum & proſcenium* ad Apollinis *locavit*. Confer Vechner. I. Hellenol. *cap.* III. nu. 4.

SEU ANIMI NOBILITATE IMPULSI. *Nobilitate* ex noſtris adprobant Remenſ. 2. Incert. 2. & I. pro var. lect. Baſil. I. (qui pro var. lect. *mobilitate*) Academ. Senat. I. Eccard. Guelf. 3. 5. & 8. a prima manu. ceteri *mobilitate*. eamdem varietatem in MSS. offendi Jug. *cap.* LXXXVIII. nu. 6. & XCI. nu. 7. Gruterus *nobilitate* tuetur: tuetur & Barthius ad Stat. IV. Theb. *v.*213. nobilitas animi, inquit, eſt contemtrix periculorum, & quaecumque magnanima in bonam partem virtus. adduxerat Epigramma vetus, quo *nobilis ira* pro virtute, & magnanimitate pulchre dicta eſt. idem adſcripſit Rutilii Itiner. I. *v.* 76. *Factus & Alcides* nobilitate *Deus*. Alterum defenderes ex Tacit. I. Hiſt. *cap.* XXIV. *is* mobiliſſimum *quemque* ingenio, *aut pecuniae indigum & in novas cupiditates praecipitem alliciendo*. Liv. XXXVIII. *cap.* IX. *Adverſus quae legati*, *& quia gravia erant*, *& quia ſuorum animos* indomitos *& mutabiles *noverant* cet. Sed alterum verius, pro *ferocia*, &, ut nunc fere dicunt *ambitione*: quam mox exponit: *quo ſtudium ſuum* cet. Latet hujuſmodi quid & miſcetur apud Senec. I. Clem. *c.* IX. *Ego ſum* nobilibus adoleſcentulis *expoſitum caput*, *in quod mucrones acuant*. Nobiles maxime adoleſcentes Auguſto erant infeſti, & illi quidem, qui ipſi ſeſe extollere, aut remp. liberare cupiebant. Noſter addit *animi* ad differentiam, meliuſque exprimendum nobiles iſtos ſpiritus. vide *cap.* II. nu. 3.

QUO STUDIUM SUUM IN REMP. CLAR. ESSET. Incert. 2. Fabric. 2. Guelf. 7. & 12. *in republica*; Academ. in margine: *quo ſtudium ſuum*; Guelf. 12. inter lineas *ſuum*. Heuſſian. Sen. 2. *ad remp.* Fabric. I. *clarius haberetur*; 2. *praeclarius eſſet*. Ita nulla fere vox ſana eſt. Si omnes abjicerentur, non haberet brevitatis ſtudioſus, de quo quereretur. Quamdiu pro Salluſtianis habentur, nihil muto. Noſter III. Hiſt. Epiſt. Pompeii: *Caſtra capta & dux cum exercitu deleti ſatis* clara *vobis* ſunt. II. de Rep. Ord. *c.* I. *Sed per ceteros mortales illa res* clarior eſt.

EGREDIENTI EX SENATU Caeſari. Eccard. *egrediente e. S. Caeſari*; Guelf. 5. *egrediendi e. S. Caeſare*; Vinar. I. *egredienti e. S. Caeſare*. Forte ſcripſerat: *egrediente ex Senatu Caeſare*: nam ſenſum ſuſtentat, quod ſupra dixerat: *magnam* illi *invidiam conflaverant*, & elegantiae cauſſa abſolutam conſtructionem pro alia adhibere ſolent, de quo ad Jug. *cap.* LXIII. n. I. In Senatu ſedenti hoc Caeſari accidiſſe narrat Sueton. *cap.* XIV. Sed Plutarchus Caeſ. p. 711. cum Noſtro facit.

GLADIO MINITARENTUR. *Gladio* non legitur in Heuſſiano, Guelf. 6. 10. & pro *minitarentur* Guelf. 9. *minitarent*; 6. 7. 8. & 12. *minarentur*; Vinar. 2. & ed. vet. *imitarentur*. Ciceronis eſt *igni ferroque minitari*. Noſter ſupra *cap.* XXIII. num. 3. *minari interdum ferro*.

ſuos, exercitatos in audaciam, orabat, grege facto, cum telis ad
ſeſe irrumperent. Conſul, ubi ea parari cognovit, diſpoſitis prae- 3
ſidiis, ut res atque tempus monebat, convocato Senatu refert,
QUID DE HIS FIERI PLACEAT, QUI IN CUSTODIAM TRADITI
ERANT.

ELECTOS ET EXERCITATOS IN AUDACIAM. Baſil. 1. Vinarienſes, Fabriciani, Remenſ. 1. Heuſſian. Academ. Senat. 2. Guelf. 1.3.5.6.9.11. 12. & ed. vet. *lectos* ſcribunt. Praeterea copulam *&* omittunt Vinar. 2. Eccard. Gu. 6.4.10. & ed. vet. Porro Fabric. 2. *exercitos*; Sed Incert. 2. vocem *exercitatos* plane omittit. Longe verius Senat. 1. & Gu. 2. non habent *electos &*, idque delendum eſſe, etiam conjectura adſecutus fueram. Translatum eſt ex *c.* LIX. n. 3. ut multa alia, quae partim enumerantur ad *cap.* XXXIX. extr. Non ſane Cethego *eligendum*; ſed, quemcumque poſſet, arripiendum fuit: ſecus qui *orat*, etiam *eligit*. quare eas quidem voculas expunxi. At in MSS. noſtris omnibus inveni, quod Gruterus in ſuis: *exercitatos orabat in audaciam, uti* cet. Sed trajectio eſt nimis quam manifeſta: & ordinem qui eſt jam in multis recentiorum edd. retinendum exiſtimavi: cujus veſtigia ſervat Guelf. 3. *Exercitatus in audaciam* de homine promtae audaciae eleganter dicitur. Sic Cic. 1. ep. IX. *ad haec te exerceas*. Tacit. XIV. Ann. *cap.* II. exercita ad *omne flagitium*: ubi Jo. Pricaeus notis in Apulej. IX. Met. p. 563. maluerat *exercitata*, caſtigatus ob id per Jac. Gronovium. Ibidem Pricaeus & hunc Salluſtii locum citavit, & D. Petr. Ep. II. *cap.* II. comm. 14. *καρδίαν πλεονεξίας γεγυμνασμένην*. Lamprid. Alex. Sev. *cap.* III. *Ne unum quidem diem tranſire paſſus eſt, quo ſe non &* ad *litteras*, *&* ad *militiam* exerceret. Sic Cicero aliquoties; ſed cum Praepoſitione *In* ſextum caſum jungit, ut *in re, in cauſſis exercitatus*. ſic & Caeſar 1. Gall. *cap.* XXXVI. extr. *Germani exercitatiſſimi* in armis. Hinc factum, ut in Vinar. 1. ſcriberetur *in audacia*, quaſi ceteri Codd. per Antiptoſin illam, de qua ad *c.* XIX. n. 3. *in audaciam* haberent. Quartus tamen Caſus ſatis proprie hic intelligi poteſt, cum *ad rem* & *in rem* ſeſe exercere non multum differant. Haud abs re eſt, meminiſſe hoc loco illius Claudian. 1. Rapt. *v.* 32.

Dux Erebi quondam tumidas exarſit in iras.

Et Liv. III. *cap.* XXXVI. *Novos collegas jam prius, quam inirent magiſtratum*, in ſuos mores *formare coepit*.

UT GREGE FACTO. *Ut* abeſt ab Guelf. 12. Vinar. 2. & ed. vet. ex conſuetudine Salluſtii. vide ad *c.* XXXII. n. 2. Guelf. 9. *grege capto*; 8. *cum grege*, praetermiſſo illo *facto*, quod & in Fabric. 1. in raſura cubat. Forte *grege* abſolute poſuit, ut Caeſar *circuitu*, 1. Gall. *c.* XLI. *ut millium amplius quadraginta* circuitu *locis apertis exercitum duceret*. Tacitus *catervis*, IV. Ann. *c.* II. in. *Interea barbari* catervis *decurrentes*. Sed Jug. *c.* LVII. n. 3. *ex omni multitudine non amplius quadraginta*, grege facto, *locum cepere paullo, quam alii, editiorem*.

AD SESE IRRUMPERENT. Academ. primitus *erumperent*, idque in Senat. 2. legitur. Incert. 2. & Guelf. 8. *ad ſe*; quae voculae plane abſunt ab Arondeliano Codice. male, & contra ea, quae ad *c.* LVII. n. 1. proferuntur.

3. UBI EA PARARI COGNOVIT. Guelf. 3. *Conſul ubi ea novit*; Fabric. 1. inter verſus *ubi* poſitum habet; Struv. ordinem mutat: *ubi ea cognovit parari*; Guelf. 9. *parare*. Placebit: *Conſul ubi cognovit*. ſed nihil mutare audeo. Ceterum lex 13. D. de cuſtod. reor. cuſtodia incluſos, etiam cetera innocuos, ſi per vim evadere tentaverint, punire jubet.

UTI RES ATQUE TEMPUS MONEBAT. Scripti noſtri omnes omnino *ut*, non *uti*. Jug. *cap.* XLVII. n. 2. *ratus id quod* res *monebat*. Confer ſupra *c.* XX. nu. 15.

QUID DE IIS FIERI PLACEAT. Conſenſu omnium ſcriptorum & edd. vett. revocavi *his*, pro *iis*. iidemque *placeat*, non *placeret* tenent. Formula eſt frequentata Relationibus. Jug. *cap.* XXXVIII. Placeret*ne legatos Jugurthae recipi moenibus*. Livius VIII. *c.* XX. *quid* placet de *innoxia multitudine* fieri. Curt. VI. *c.* I. n. 19. *concilium Graecorum*, quid fieri placeret, *conſuluit*. adde Briſſon. II. p. 165.

IN CUSTODIAM TRADITI ERANT. Baſil. 3. Inc. 2. Guelf. 7. 8. 10. 12. *in cuſtodiis*; Remenſ. 1. Guelf. 4. 6. 9. *in cuſtodia*; in Struviano neutrum primitus ſcriptum erat; nunc inter lineas: *in cuſtodiam*, quod ceteri Codd. firmant, & Cic. IV. Cat. *cap.* III. *quod eum, & ceteros* in cuſtodiam *dandos cenſuiſtis*. Livius XXII. *cap.* VII. *Romanis* in vincula *datis*. Sueton. Tib. *cap.* LXI. *quibuſdam* cuſtodiae *traditis*. Curt. VI. *cap.* V. num. 10. *quos* tradi in cuſtodiam *juſſit*. Poſſes, ſi per Codd. liceret, refingere: *qui in cuſtodiam erant*. ſicuti Tacit. I. Hiſt. *cap.* LXXXVII. & Livius XXII. *cap.* XXV. *in cuſtodiam habere*.

Eos

pedibus in ſententiam Tib. Neronis iturum ſe dixerat; quod de ea re, praeſidiis additis, referundum cenſuerat. Sed Caeſar, ubi ad eum ventum, rogatus ſententiam a Conſule, hujuſcemodi verbis locutus eſt.

CAP.

modis fiebat, ut videre eſt ex Vopiſci Aurelian. c. XX. *Deinde aliis* manus *porrigentibus*, *aliis* pedibus *in ſententiam euntibus*, *pleriſque* verbo *conſentientibus conditum eſt SCtum*. I. itaque VERBIS vel pluribus, ita ut pauca adderent, vide not. ad *c.* LI. n. 21. vel unico *Adſentio*, ſententias amplectebantur. id apparet ex *cap.* LIII. init. & Livio XXVII. *Ignominiae acceptae memor aut* verbo *adſentiebatur*, *aut pedibus in ſententiam ibat*, *donec cognati ejus in ſenatu ſtantem ſententiam dicere coegerunt*. II. Nutu & ſublata MANU. Tacit. IV. Hiſt. *c.* IV. *Eaque omnia Valerius Aſiaticus*, *conſul deſignatus cenſuit*. *Ceteri vultu* manuque; *pauci quibus conſpicua dignitas*, *aut ingenium adulatione exercitum*, *compoſitis orationibus* adſentiebantur. adde Lipſium ad Senec. de Vit. Beat. *c.* II. Quinctil. Declam. XII. *Uno quodam conſenſu*, *non aetatibus ſpectatis*, *non honoribus pariter retulimus*, *probavimus*, *decrevimus*, manibus, *pedibus ivimus in ſententiam neceſſitatis*, *nec ordo nos officiorum moratus eſt*. III. demum PEDIBUS: hoc eſt, ubi ſententiae diverſae erant, *diſceſſio* fiebat, ut cui quisque ſententiae faveret, illi parti accederet, quem modum fuſe tractat Plin. VIII. ep. XIV. adde Cic. I. ep. II. Auct. VIII. B. Gall. *c.* LIII. multos praeterea. Simile quid apud Lacedaemonios in uſu fuiſſe diſcas ex Thucyd. I. *c.* LXXXVII. *Cui vero veſtrum*, *o Lacedaemonii*, *videtur foedus eſſe violatum*, - diſcedat *in hanc partem* (*ſimul locum oſtendebat*) *cui vero non videtur*, *in alia omnia*. Hinc Apulej. VI. Metam. extr. *Talibus dictis*, *non* pedibus, *ſed totis animis latrones in ejus* vadunt *ſententiam*. Saepe autem, quando res ad diſceſſionem venit, ſententias eſſe mutatas, diſcas licet ex Plin. II. epiſt. XI. n. 21. Qui *pedibus* ſemper, non orationibus, adſentiebantur Senatores, *Pedarios* dictos eſſe, quidam exiſtimarunt; quaſi joco noſtrates *Ja-Herren*: Sed eam opinionem refutat Gellius III. *c.* XVIII. Latinitas denique eſt Metonymica, pro *pedibus ire in eam partem*, *eum locum*, ubi eſt Nero, qui illud cenſuit. Sic *cuſtodia* pro carcere; *conventus* pro loco, quo conveniunt, ponuntur, Graev. ad I. Verr. *c.* XIII. Sic *ludus* gladiatorius, talarius, Caſaub. in Cic. I. Att. ep. XVI. *Senatus*, pro loco, ubi Senatores, vide Modium & Berneccer. ad Juſtin. XLIII. *cap.* V. & Gellium XVIII. *c.* VII.

TIB. NERONIS. Qui adſervandos tantiſper in cuſtodia, dum Catilina debellaretur, & negotium totum exquiſite pernoſceretur, cenſuerat Appian. II. Civ. p. 430.

QUOD DE EA RE. Fabric. I. a manu emendatrice, & Incert. I. *qui de ea re*, qualis varietas ſupra *c.* XXXVII. n. 6. notata.

PRAESIDIIS ADDITIS. Incert. 2. Struv. Heuſſian. Senat. I. Fabric. I. Baſil. I. Vinar. 2. Eccard. Guelf. I. 2. 4. 6. 8. 9. 10. 11. 12. & ed. vet. *abditis*: quaſi remotis illis equitibus & corona, qua ſtipatus erat Cicero, Plutarch. Cicer. Tibullus II. eleg. I. *v.* 82.

Et procul ardentes hinc procul abde *faces*.

Sed hunc ſenſum vix cum hiſtoria, multo minus cum Appiano conciliabis. Recte ergo jam dudum Gronovius *additis* legendum eſſe vidit, & ſic Baſil. I. pro var. lectione, 2. & 3. Incert. I. Fabric. 2. Academ. Remenſes, Vinar. I. Guelf. 7. in 5. utrumvis legas; in 3. eſt *adadlios*; Senat. 2. *abaditis*, ut utramvis lectionem exprimeret. Cicero rem expedit, qui IV. Cat. *c.* VI. inter Silani & Caeſaris mediae ſententiae, etſi rumoris, meminit, quae verita ſit, *ut habeat ſatis praeſidii*, *ad ea*, *quae vos*, inquit, *ſtatueritis hodierno die tranſigunda*. enumerat deinde ſua praeſidia cujusque generis. Diſtulerat Tib. Nero judicium de conjuratis, id Appianus etiam firmat. Interim milites ſcriberentur, & rep. ſatis praeſidio firmata, tum demum ſententiae perrogarentur. Pariter ut Marcellus apud Caeſar. I. Civ. *c.* II. *non oportere ante de rep. ad ſenatum referri*, *quam delectus tota Italia habiti*, *& exercitus conſcripti eſſent*. *quo* praeſidio tute & libere *ſenatus*, *quae vellet decernere auderet*. Comparavit Gronov. Tacit. XIV. Ann. XXVI. Additum *& praeſidium mille legionarii*, *tres ſociorum cohortes*, *duaeque equitum alae*. Sic Noſter Jug. LVI. n. 2. additis *auxilio perfugis*. & *addere* quidem ſaepe *in* vel *contra quem dare*, *comparare* denotat, ut ſimul vis Praepoſitionis exprimatur. vide Gronov. ad Sen. Herc. Fur. *v.* 1237. & Agamemn. *v.* 289. Confunduntur autem *abdere* & *addere*, ut pleraque ex *ab* & *ad* compoſita in libris vetuſtis, quod docent Brockhus. ad Tibull. I. eleg. II. *v.* 21. & Drackenb. ad Sil. VI. *v.* 394.

5. SED CAESAR, UBI AD EUM. Academ. *Sed ubi Caeſar ad eum*. Incert. 2. *ad eum ubi ventum eſt.*

CAP. LI.

1 *OMnis homines, Patres Conſcripti, qui de rebus dubiis conſultant,*
2 *ab odio, amicitia; ira atque miſericordia vacuos eſſe decet. Haud*
facile animus verum providet, ubi illa obficiunt. neque quiſquam omnium
lu-

eſt. Nota, quam amaverint Latini Nominativum praeponere. Inde iſtae conſtructiones: Cic. pro Murena: Praetor *quoque ne ſe pulchrum ac beatum putaret*, ei *quoque carmen compoſitum eſt*. adde Donat. ad Ter. Hecyr. A.III. Sc.I. Liv. I. *c.* XL. *Tum Anci* filii *duo -- tum impenſius* his *indignitas creſcere*.

HUJUSCEMODI VERBA. Trojus Pompejus reprehendit in Salluſtio & Livio, quod conciones directas operi inſerendo hiſtoriae modum exceſſerint, Juſtin. XXXVIII. *c.* III. Sed illud inter proprietates hiſtoriae commemorat ipſe Cicero Orator. ad Brut. & major longe directarum, quam obliquarum Orationum utilitas eſt, de qua A. Buchnerus Feſt. Orat. XVI.

CAP. LI. 1. OMNIS HOMINES. Sic principio hujus operis ſcripſerat Salluſtius, & videtur peculiarem gratiam hoc genus dicendi ea aetate habuiſſe. Sic Plaut. Trin. A.I. Sc.II. *v.* 41. Omnis *bonos bonaſque accurare addecet, Suſpicionem & culpam ut ab ſe ſegregent*. Id. Perſ. A.I. Sc.III. *v.* 33. *Dum mane eſt*, omnis *eſſe mortalis decet*. & ſic ille ſaepe.

PATRES CONSCRIPTI. Sic omnibus litteris ſcribunt aliquot Guelferbytani, Fabriciani, Struv. Academ. Heuſſ. Vinarienſes. idque tum *c.* LII. n.2. tum Jug. *c.* XIV. n.I. eodem modo offendi.

AB ODIO, AMICITIA. Lege Jo: Salisber. v. *c.* XII. ubi haec Caeſaris citat, & meminit proverbii Ciceronis: *exuit perſonam judicis, quisquis* amicum *induit*. Ariſtotel. I. Rhet. *cap.*I. *ὁ δὲ ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι, πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρτηται πολλάκις. ὥστε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ ἢ λυπηρόν*. adde Sedul. Collect. in Epiſt. ad Rom. *c.* II. quod *amore, odio, timore, avaritia* judicia corrumpantur.

IRA ATQUF MISERICORDIA. Jug. *cap.* LXIV. *cupidinem & iram peſſumos conſultores vocat*. Epicharmus apud Stobaeum Serm. XXII. Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς οὐδὲν εὖ βουλεύεται. Senec. I. de Ira *c.* XVI. *Ira ſibi indulget, ex lubidine judicat, & audire non vult, & patrocinio non relinquit locum, & ea tenet, quae invaſit, & eripi ſibi judicium ſuum, etiamſi pravum eſt, non ſinit*. Horat. I. ep. II. *v.* 49. *Qui non moderabitur irae Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit & mens Dum poenas odio per vim feſtinat inulto*. Talia Achilles Tatius Libr. II. Cic. I. Offic. *c.* XXVIII. pro Marcello *c.* III. *Miſericordia* etiam recte a dicendis ſententiis removetur; ſed recte adhibetur in exſequendis, & infligendis poenis, de quo Senec. I. de Clem. *c.* I. & XX. videndus.

AB ODIO VACUOS ESSE D. Sic ſaepe Tacitus. Cicero: *locus* ab *omni turba vacuus*. Noſter ſupra *c.* XIV. n. 2. *a culpa vacuus*. Guelf. 6. *vacuus*; 12. a prima manu *vacos*; 4. *voc:tos eſſe*. etiam pro *miſericordia* Guelf. 3. *invidia*.

2. HAUD F. ANIMUS VERUM PROVIDET. *Verum* non agnoſcit Vinar. 2. & ed. vet. nec niſi inter lineas habet Guelf. 10. 12. etiam non adeo ſincerus eſt in ea voce. Sed Boetius I. Metr. VII. *v.* 20. *Tu quoque ſi vis Lumine claro* Cernere verum - *Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemque fugato, Nec dolor adſit*. Nubila *mens eſt, Vinctaque frenis, Haec ubi regnant*. *Caecum* animum reddi dixit Cicer. pro Roſc. Am. *c.* XXXV. extr. Quinctil. VI. *c.* III. *Nam cum iraſci, favere, odiſſe, miſereri coeperint, agi jam rem ſuam exiſtimant: & ſicut amantes de forma judicare non poſſunt, quia ſenſum oculorum premit amor, ita omnem inquirendae veritatis rationem judex amittit, occupatus adfectibus, aeſtu fertur & velut rapido flumini obſequitur*.

UBI ILLA OBFICIUNT. Heuſſ. *afficiunt*; Sed Salisberienſis turpiter *proficiunt*. *Obficiunt* proprie oppoſita ſunt, obſiſtunt. Horat. I. Sat.II. *v.* 97. *Multae tibi tum* obficient *res; Cuſtodes, lectica, ciniflones* &c. Sidon. IV. ep. XII. *Tamdiu enim aequanimiter admitto, ut deſiderio meo ſiniſter eventus* obficiat. adde ſupra *cap.* XXVII. extr.

NEQUE QUISQUAM OMNIUM. Incert. I. Baſil. 3. Guelf. 9. & 12. *hominum*. alterum ſupra *c.* XXXVI. n. 5. *neque quiſquam* omnium *diſceſſerat*. Jug. *cap.* IV. n. 4. quis *eſt* omnium *his moribus*. Caeſar VII. Gall. *c.* LXXVI. *nec erat* omnium *quiſquam*. Fuere qui ad ſequentia τὸ *omnium* inconſulte traherent; quod ne fieret, in

lubidini ſimul & uſui paruit. Ubi intenderis ingenium, valet: ſi lubido 3
poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi copia memo- 4
randi, P.C. qui reges atque populi, ira, aut miſericordia impulſi, ma-
le conſuluerint: ſed ea malo dicere, quae majores noſtri, contra lubidi-
nem

in aliis Codd. voces tranſponuntur: in aliis, ut Guelf. 5. diſtinctio ponitur poſt *omnium*. Sed Vinar. 2. & ed. vet. *quisquam* omni *lubidini* &c.

LUBIDINI SIMUL ET USUI PARUIT. Inſervivit cupiditati ſimul & utilitati, ea fecit, quae cuperet, ea quae vere utilia eſſent. Terentius. *Si eſſet ex uſu noſtro hoc matrimonium*. Cicer. XIII. ep. XVI. *mihi magno* uſui *fuit & fides ejus & prudentia*. Corn. Nep. Alcib. *cap.* IV. *pluſque irae ſuae, quam* utilitati *communi paruiſſe*. Cicer. de Prov. Conſ. *c.* I. *Sed ego in hac ſententia dicenda non* parebo *dolori meo, nec iracundiae* ſerviam. Idem pro L. Man. *c.* XX. *Majores noſtros ſemper in pace conſuetudini, in bello utilitati* paruiſſe. *ſimul* vacat in Baſil. 3.

3. UBI INTENDERIS INGENIUM. Si attenderis vacuo animo. Opponit *langueſcere c.* LII. n. 18. Cic. de Senect. *c.* XI. Intentum *enim animum, tamquam arcum habebat, nec* langueſcens *ſuccumbebat ſenectuti. tenebat non modo auctoritatem, ſed etiam* imperium *in ſuos*. Auguſtin. X. Conf. *c.* XXXV. *Cum eos ad cognoſcendum* intendimus. Tacit. I. Hiſt. *c.* XLVIII. *prout animum* intendiſſet, *pravus aut induſtrius*. Apulej. Adloc. ad Aſclep. p. 82. *Ut enim meum animum* rationis *ducit* intentio. Liv. XXI. *c.* XLIX. *miſſi legati tribunique, qui ſuos ad curam cuſtodiae* intenderent. Gloſſa Fabric. I. *Si moderaris ingenium, i. abſque omni vitio cautum tenes, tunc valet quod conſultas*.

SI LUBIDO POSSIDET. Vinar. I. & Guelf. 7. *Sed ſi;* Senat. 2. *Sed lubido*. *poſſidet* eſt occupavit, tenet animum. vide ad Jug. *c.* III. n. 3. Ceterum haec omnia inducenda eſſe, cenſet Gruterus: & abeſſe ab Remenſi I. adnotavit Gudius. Ceteri omnes habent; nec alienum eſt Noſtro contraria componere, ut *c.* XL. num. 2. LII. n. 3. LIII. extr. ubi vide. Sic & *c.* XXIII. n. 4. *tale periculum haud occultum habuit, ſed compluribus narravit*. Confer Donatum ad ea Terent. Hecyr. Act. II. Sc. I. *lapidem putas, haud hominem*. adde noſtra ad Jugurt. *cap.* I. num. 4.

ANIMUS NIHIL VALET. Fabriciani, Vinar. 2. & aliquot alii *nil*. Damnavit hanc trigam Bongarſius & Putſchius; quibus citius adſentiaris, quam Grutero, tanto magis, quod abeſſe teſtetur Waſſius ab duobus, ni fallor, Codd. Noſtri ſilent omnes: & ob rationem modo dictam nihil muto.

4. MAGNA M. C. EST MEMORANDI. *P. C.* addunt plerique Guelferbytani, Fabriciani, Vinarienſes, Incerti, Remenſes, Struv. Eccard. Heuſſ. Academ. Senatorii, Baſileenſes, & vix praeter Guelf. 5. alium Cod. nominare poſſum, a quo bona fide exulare cognoverim. Nec ſi addideris, ſuperfluitas nimia fuerit, ut putavit Gruterus. Praeterea *eſt* non apparet in Struviano. id vero ſuperfluum dicere debemus in Noſtro, quotiescumque Nomen aut Pronomen dandi Caſu ſenſum ſuſtentat. vide *c.* XXXI. n. 3.

QUI REGES ATQUE POPULI. *Atque* habent Vinar. 2. Baſil. I. & 2. Remenſes, Fabric. 2. Incerti, Struvian. Heuſſian. Guelf. 3. 5. & alii. Non mirum, eſſe in aliis *aut*, ut in Fabric. I. & Vinar. I. cum hae particulae ſaepe a librariis ſint permutatae. vide ad Jug. *cap.* LXXXII. n. 4. & *reges atque populi* veluti per formulam dicta ſaepe legas, ut apud Cic. II. Offic. *c.* VIII. pro Domo *c.* XXIII. *reges atque nationes*, apud Livium *regum gentiumque* & his ſimilia.

MALE CONSULUERINT. Vinar. 2. Incerti, Struvian. Heuſſ. Remenſes, Baſil. 2. & 3. Guelf. 7. 8. 10. & ed. vet. *conſuluerunt;* Guelf. 9. *conſuluere:* in aliis terminatio per ſiglam expreſſa eſt. Vetuſtiores tamen noſtri atque Rivii *conſuluerint*. Hujuſmodi mutationes etiam in antiquiſſimis membranis reperiuntur. vide Pier. ad Virgil. III. Eclog. *verſ.* 107. & I. Aen. *v.* 14. Sed editum hic praeferendum. & ſic ſupra *c.* VII. extr. In ſententiam compone Orationem Ulyſſis apud Q. Septim. II. *cap.* XXI. & Lactant. de Ira Dei *caput* V. & VI.

RECTE ATQUE ORDINE FECERE. *Ordine* i. juſte, conſilio, in quo eſt *ordo* rerum gerendarum, ſupra *c.* I. Livius XXIV. *c.* XXXI. *Recte eum atque* ordine *feciſſe, quod in Leontinis nulli peperciſſet*. XXVIII. *c.* XXXIX. *Suos imperatores recte &* ordine, *& ex voluntate ſenatus feciſſe*. XXX. *c.* XVII. *Scipionem recte atque* ordine *videri feciſſe*. Plaut. Trin. A. IV. Sc. I. *v.* II. *Abi; laudo. ſcis* ordine, *ut aequum eſt, tractare homines*. Cic. VI. ad Att. ep. II. *Haec a me* ordine *facta puto me Bruto probaturum*. ibi P. Manutius: Or-

5 *nem animi, recte atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum re-*
ge Perſe geſſimus, Rhodiorum civitas, magna atque magnifica, quae po-
puli Romani opibus creverat, infida atque advorſa nobis fuit: ſed poſt-
quam bello confecto, de Rhodiis conſultum eſt, majores noſtri, ne quis di-
vitiarum magis, quam injuriae cauſſa bellum inceptum diceret, impunitos
6 *dimiſere. Item bellis Punicis omnibus, cum ſaepe Carthaginienſes & in*
pace

Ordine, ſapienter, inquit, *inde ductum, quod in ordine conſideratio ineſt, & in conſideratione ſapientia.* quae expoſitio non ſatis apta eſt proprietati. *Ordine* eſt eo ordine, quo fieri debet, ut nempe prius quam incipias conſulas, & ubi conſulueris ſine ira, odio cet. facias. Guelf. 6. *ordinate*. Graeci ſaepe *ὀρθῶς τι ϗ κτ̄ λόγον.* vide Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. *c.* XLI. Supra *ſui animi* Struvianus; ſed in Guelf. 3. *ſui* plane non legitur, & abjici debuit. Jug. *c.* LXX. n. 1. *die noctuque fatigare* animum. *c.* LXXXV. n. 27. *Nam me quidem ex* animi *ſententia nulla oratio laedere poteſt.* ibi in MSS. eſt *animi mei*. adde ſupra *c.* V. n. 2. XXXV. n. 1. infra *c.* LII. n. 8. & IX. n. 7. Jug. *cap.* VI. n. 2. XXII. n. 2. cet.

5. BELLO MACEDONICO. Secundo nimirum, de quo Plutarch. in Aemil. Juſtin. XXX. Livius, Vellejus, Eutropius, Florus II. *c.* XII.

CUM REGE PERSE. Sic MSS. niſi quod pauci *Perſae*; Sed Guelf. 12. nunc quidem *Perſa* oſtentat, quem inclinatum defendit N. Heinſius in Vellej. I. *c.* IX. & committit *Oreſtes*, *Oreſta*; *Philoctetes*, *Philocteta* & ſimilia. citatque A. Gell. VII. *c.* III. *Rhodienſis civitas* Perſa, *Philippi filio, Macedonum rege, amico uſa eſt.*

RHODIORUM CIVITAS. Totius inſulae incolae, omneſque Rhodii. vide ad *c.* XL. n. 3. Inſula ipſa in mari Aegeo Aſiatico ſita, verſus Cariae ac Lyciae littora, unde modo Europae (Diodorus libr. XVIII.) modo Aſiae, ſed plerumque, adnumeratur. Liv. Epiſt. LXXVII. Juſtin. XXX. Opulenta olim erat & ſalubris, Solin. *c.* XXI. Cic. XII. ep. XV. Populus nauticus & militia navali celebris, Flor. II. *c.* VII. Cicer. pro L. Man. *c.* XVIII. Urbes *Lindus*, *Camirus*, *Rhodus*, olim *Jalyſus*, ſedes litterarum & ob id doctorum exſulum hoſpitium, Liv. Epit. LXIX. Cic. IV. ep. VII. Plura Cellar. Not. Orb. Ant. Libr. III. *c.* II. p. 29. ſeqq. Lege & Senecam III. Benef. *c.* VI. & quae Boeclerus ad Vellej. l. c.

INFIDA ATQUE ADVORSA NOBIS FUIT. *Adverſa* ſcribunt Baſil. 1. & Guelf. 2. vide ſupra *c.* III. n. 3. *fuit nobis* Heuſſ. Vinar. 1. & Fabric. 1. Sed abeſſe Pronomen ſine detrimento poſſet. vide *c.* LVIII. n. 1. & ſupra *c.* XXXIII. n. 6. De re lege omnino A. Gellium VII. *c.* III. ubi Cato oſtendit, *voluiſſe* tantum adverſos eſſe Rhodios.

DE RHODIIS CONSULTUM EST. Rivius ex Fabriciano ſuo *conſultatum* memorat: ſed noſtri omnes, etiam Vinar. 1. quem vir quidam doctus iſtum Fabricii Codicem eſſe ſibi perſuaſerat, *conſultum*. idque rectum eſſe adparet ex *c.* XLVIII. & L. adde Briſſon. I. Form. p. 166. 167. 183.

DIVITIARUM MAGIS, QUAM INJURIAE CAUSSA. Sic Eutrop. IV. *c.* IV. *ut appareret, populum R. pro aequitate magis, quam avaritia dimicare.* Simile Epiphonema apud Curt. VII. *c.* IX. num. 18. *Ut fidem faceret, ſibi cum ferociſſimis gentium de fortitudine, non de ira fuiſſe certamen.* Lege Gruteri Diſcurſ. XXIV. ad Tacitum. Carrio & ed. Hackiana abjecit *cauſſa*: eamque aliae quaedam ſecutae ſunt. MSS. noſtri & edd. vett. omnes id nomen ſervant, idemque de ſuis teſtatur Gruterus. Voluerunt. ut ſupra *c.* VI. num. 7. *regium imperium initio conſervandae* libertatis *& augendae* reip. *fuerat.*

IMPUNITOS EOS DIMISERE. Incert. 1. *eos impunitos*; Vinar. 2. Fabric. 2. & ed. vet. *dimiſere eos*; Sed in Guelf. 1. *eos* non legitur, niſi a novitia manu inter lineas: cui accedo, etſi ſupra *c.* XL. extr. *dein* eos *pollicitos operam ſuam dimittit.* vide Jug. *c.* LIII. n. 3. de dictione *impunitum dimittere* conſulas notam ad Jug. *c.* CX. extr. *haud repulſus abibis.*

6. BELLIS PUNICIS OMNIBUS. *Punicis*, non *Poenicis* eſt in Codd. Hoc antiquos dixiſſe non nego, & Priſcianus ex Caſſio Hemina probat. Sed quando Giſanius ex ſuo Cod. Corn. Nepot. Hamilc. *c.* I. & P. Daniel Hannib. *c.* II. obtrudere volunt, amplius pronuncio. Neque facile quiſquam probaverit in hujuſmodi auctoribus *moenera*, *poenire*, *moenire* & ſimilia veteribus uſitata reſcribere. etiamſi dederint apud Silium I. *verſ.* 602. *Poenicus ignis*. ibi vide Interpp. *omnibus* non eſt in Guelf. 6. augendae tamen rei eleganter inſeruit.

CARTHAGINIENSES. Baſil. 1. & Guelf. 5. *Cartagi-*

Digitized by Google

pace, & per inducias multa neſaria facinora feciſſent, numquam ipſi
per occaſionem talia fecere: magis, quid ſe dignum foret, quam quid in
illis jure fieri poſſet, quaerebant. Hoc idem providendum eſt, Patres 7
con-

taginienſes etiam Jug. *c.* V. Ceteri fere *Cartaginenſes*. vide ſupra *c.* X. n. I. Priſcianus IV. *c.* de Denominat. *Si Nomina ſunt III. Declinationis, abjiciunt S extremum Genitivi, & adſumunt* ENSIS, *ut Piſtor, Piſtoris, Piſtorienſis, Carthago, Carthaginis, Carthaginienſis.* Et ſic Ennius in verſu apud Cic. pro Balbo *c.* XXXII. Sic Columna Roſtrata & vetuſtiſſimus quiſque Codex. vide Gronov. ad Liv. XXVIII. *c.* XXVI.

ET PER INDUCIAS. *Inducias* deſcribit Gloſſa vetuſtiſſima Fabric. 1. *idem condixere inducias, ut ex utraque parte uſque ad ſtatutum tempus pax fieret. interim plura nobis mala intulerant.* *per inducias* eſt, cum eſſent induciae, uti Sueton. Caeſ. *c.* LXXX. *Cunctati utrumne illum in campo* per comitia *e ponte dejicerent.* Sic *per bella* pro *bello* apud Manilium & Silium, de quo Barth. III. Adverſ. *c.* X. Noſter *per otium, per illa tempora* & Jug. *c.* XCIX. n. 1. *ſigna* per vigilias *canere.* mox *per occaſionem*. Conjungit *in pace-per inducias* ut ſupra *c.* IX. n. 3. *in bello-ubi pax evenerat*. Jug. *c.* VII. n. I. *neque* per vim, *neque* inſidiis, cet.

MULTA NEFARIA FACINORA. Baſileenſes, Fabriciani, Vinarienſes, Incerti, Struv. Heuſſ. Senatorii, Academ. & pars major ac potior Guelferbytanorum *nefaria*. nec quid adeo placuerit nuperis aliquot editoribus in *nefanda*, video. utrumque Ciceroni placuiſſe, Rivius docuit, qui in Merſeburgenſi reperit *nefanda*, in reliquis omnibus, quod expreſſimus. An quia *c.* XV. n. 1. *nefanda ſtupra?* Sed infra *c.* LII. extr. habes itidem *nefario conſilio*. quidquid contra *fas* & *aequum* agitur, ut fuit perfidia Carthaginienſium, *nefarium* dicitur, vide Quinct. VIII. *c.* III. p. 697. Aſconiq ad ea Cic. I. Verr. *c.* II. *impie nefarieque commiſit: nefarium eſt, quod ſacra polluit* farre *pio ſolita celebrari*. qui egregie fallitur.

NUMQUAM IPSI PER OCCASIONEM. Gloſſa Academ. licet habuerint copiam vindicandi. Liv. I. *c.* LIII. *manere bis bellum, &* per occaſionem *eum incautos invaſurum*. Id. XXII. *c.* XV. per occaſionem *etiam paucos occidit*. XXV. *c.* XXXVIII. *ut poſtmodo praeparati incautos, armati inermes atque etiam ſopitos* per occaſionem *aggredi poſſetis*. adde ſupra *c.* XX. num. 9.

TALIA FECERE. *Talia ipſi per occ. fecere*. Fabric. 2. & Guelf. 8. Sed in 10. *talia* non viſitur. & abeſt eleganter, cum *nefaria facinora* per Zeugma huc trahi queat, ut *c.* III. num. I. VIII. num. 5. & alibi. Sic *c.* XLIV. n. 2. *poſtulant* jusjurandum, *ceteri nihil ſuſpicantes* dant. Senec. Epiſt. VIII. fidelem *ſi putaveris*, facies. adde infra *c.* LVI. num. 4. Res autem quam vera ſit de Romanis, belli cauſſas undique arceſſentibus, Juſtin. XXX. *c.* III. & Flor. II. *c.* II. & VIII. doceant. Ita tamen & Livius IV. *c.* LVIII. *Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno ſua* occaſio *peteretur*.

QUID SE DIGNUM FORET. *Quid* eſt in Baſil. 1. Fabric. 2. Senat. 1. Guelf. 4. 5. ceteriſque melioribus. vide ad *c.* XLIV. n. 5. *foret* eſt in omnibus noſtris; ſed vehementer cupio, ut deleatur pariter, ac ſupra *c.* XXXIV. n. 2. Servat tamen in ſimili ſententia Livius XLV. *c.* XLII. *Populum R. magis, quid ſe dignum* eſſet, *quam quid merito ejus fieri poſſet, aeſtimaturum.* Sed nec Livius Salluſtio norma fuit. In eam ſententiam Senatus de Ducetio apud Diodor. Sic. VI. *c.* XCI. *Non enim quid meritus fuerit Ducetius, ſed quid agere deceat Syracuſanos, ſpectandum eſſe*.

QUID IN ILLOS JURE FIERI P. *Jure* alio loco ponitur in Incert. 1. & Baſil. 2. pro eo Fabric. 2. *quid in illos* digne *fieri p.* Sed Guelferb. 2. *tantum quid in illos fieri poſſet quaerebant.* Et, credo, per *facere poſſe* ſatis exprimitur, quod voluit Caeſar: verſatur enim non in *jure*, ſed *dignitate* factorum. Cic. pro Rab. Poſt. *c.* V. *quid deceat vos, non quantum* liceat, *ſpectare debetis*. Apud Caſſiodor. X. Var. Ep. XVI. *Cum omnia* poſſimus, *ſola credimus licere nobis laudanda*. Egeſippus II. *c.* XII. *qui licere*, quod vellent, *jus putabant*. Praeterea Guelf. 5. *in illis*, perquam eleganter. ut ſupra *c.* XI. n. 4. *foeda atque crudelia facinora* in civibus *facere*. ubi plura.

QUAEREBANT. Providebant, ei ſtudebant atque inſiſtebant. Horatius I. Sat. IV. *v.* 77. *inanes Hoc juvat, haud illud* quaerentes, *num ſine ſenſu, Tempore num faciant alieno.* ibi *conſiderantes* interpretantur. Hinc ſaepe cum effectu iſtud Verbum intelligitur, ut apud Senec. Nat. Qu. II. *c.* LIV. *Fugam* quaerit *& cum ſono evadit*. ſicque ſupra Noſter *c.* XXXIII. extr. pro ſtudere Phaedr. III. Prol. *v.* 25. *qui magnas opes exaggerare* quaerit *omni vigilia*. Fruſtra ergo Senat. 2. *inquirebant*.

7. HOC ITEM VOBIS PROVID. Incer. & Guelf. 12. perſpicue: *Hoc idem:* aliquot alii dubie. Sed verum eſſe *hoc idem*, patebit ex notatis ad ea Jug. *c.* XIV. n. 21. *quod utinam illum*-eadem

Digitized by Google

conſcripti, ne plus valeat apud vos P. Lentuli & ceterorum ſcelus,
8 *quam veſtra dignitas; neu magis irae, quam famae conſulatis. Nam ſi*
digna poena pro factis eorum reperitur, novum conſilium adprobo: ſin
magnitudo ſceleris omnium ingenia exſuperat; iis utendum cenſeo, quae
9 *legibus comparata ſunt. Plerique eorum, qui ante me ſententias dixe-*
runt,

haec *ſimulantem videam*. *vobis* delet Guelf. 3. Sed 10. & Heuſſ. *nobis*, & mox *nos*, *noſtra*. ut *vobis*, ſic & *vos* infra num. 26. delet ille Guelf. 3. Neque Salluſtii conſuetudo patitur Pronomina ita cumulare, ut in vulgatis libris hic cumulantur. Suſtuli itaque, & ſi forſitan haeſitas, adi ſupra *c.* XL. n. 3. & Jug. XXXI. n. 26. Hoc idem praevidendum eſt, *nempe* ne plus cet. uti *illud* apud Horatium loco proxime citato, & quae ad *c.* XLVIII. n. 7.

QUAM VESTRA DIGNITAS. Vinar. I. *quam* vera *dignitas*. *veſtra dignitas* eſt, quod modo dixerat, quod vobis dignum eſt, decus veſtrum. Confer ſupra *c.* XXXV. n. 3. Jug. *c.* XXXIII. n. 3. dignitati *magis*, *quam irae conſulens*.

NEU MAGIS IRAE VESTRAE, QUAM F. CONSULATIS. *Veſtrae* non eſt in Guelf. II. neque in Academico: quibus praeeuntibus neglexi, ut ſupra *c.* XX. num. 14. recte editores nihil morati ſunt, quin *in oculis ſita* expreſſerint, cum in ſcriptis quibuſdam ſit *in oculis veſtris*. *Conſulere* irae, eſt obſequi, ſive ea facere, quae ſint ad iram, ad famam. Senec. III. Benef. *c.* XII. *qui* dignitati *ſuae*, *quam ſecuritati* conſuli *maluit*. Plin. II. epiſt. VI. *ſi ſumtibus parcas*, quibus *aliquanto rectius tua continentia*, *quam aliena contumelia*, conſulas. Cicer. II. Phil. *c.* II. *melius famae*, *melius pudicitiae tuae* conſuluiſſes. ita & *c.* XV. Id. pro Coelio *c.* IX. *vos cauſſam putare eſſe juſtam alieno dolori potius*, *quam veſtrae fidei* conſulendi. adde Plin. Paneg. *c.* LXIX. Tacit. Agric. *c.* XVI. De *ira* autem a poenis removenda egregie Cicer. I. Offic. *c.* XXV. *Prohibenda autem maxime* ira *eſt in puniendo*, quaeque ibi ſequuntur, & quae Muretus ibidem. Senec. I. de Ira *c.* XV. *Nihil minus quam* iraſci *punientem decet*.

8. DIGNA POENA PRO FACTIS EORUM. Inopia verborum laboravit Criſpus noſter, qui cum modo *dignus* & *dignitas* dixiſſet, nunc non *apta*, *conveniens*, *accommodata*, *aequa poena*, aut ſimile quid dixit, ſed *digna poena*. Vide, anne melius ſit *poena pro factis*, ſine illo Adjectivo, ut III. Hiſt. ep. Pompeii: *haec ſunt praemia* pro *vulneribus*, *& totiens fuſo ſanguine*. Sive ut Livius XXXIII. *c.* XLVI. *jam* pro *futuris mox opibus* animos *gerebat*. vide notam ad *c.* XXX. num. 5. *pro* nempe eſt particula comparationis, ſive nude poena pro factis, ſive cum nomine *digna* junctim acceperis.

NOVUM CONSILIUM. De ſummo civium ſupplicio, quod n. 18. *genus poenae novum*. attamen Guelf. 4. *hoc novum adprobo*.

M. SCELERIS OMNIUM INGENIA EXSUPERAT. Guelf. 8. & Struvianus *ſceleris eorum*, ſicuti Vinar. I. ſupra *c.* VII. num. 5. *virtus* eorum *omnia domuerat*, ubi omnes ſcripti & editi Pronomen damnant. & infra *c.* LIV. num. 4. *ubi* virtus *eniteſcere poſſet*. in duobus *virtus ejus*. vide *c.* XXXIII. num. 2. & Jug. *c.* LIV. num. I. Academ. *omnia ingenia*; Incert. 2. Guelf. 6. & II. *ingenium*; Caſtiſſime Guelf. 3. *Sin magnitudo ſceleris exſuperat*, abjectis illis *omnium ingenia*. & validior eſt ſenſus, ſi intelligas *novum conſilium exſuperat*, uti num. 6. aut per ſe *exſuperat*. Caeſar V. Gall. *c.* XXXI. *tandem dat Cotta permotus manus*, ſuperat *ſententia Sabini*. Noſter Jugurth. *c.* XXXIV. numer. I. vicit *tamen impudentia*. Attamen eleganter etiam *ingenium* de inveniendis modis poenarum, & nimium ſimiliter Sueton. Caligul. *capite* XXXVII. *Nepotinis ſumtibus omnium* prodigorum ingenia *ſuperavit*. Hinc nihil pronuncio.

QUAE LEGIBUS COMPARATA SUNT. Supra *bis* in antiquiſſimis noſtris legitur: juniores *hiis*; unicus Guelf. 5. *iis*, ſed ita *iiſutendum cenſeo*. Pro *comparata*, Acad. Guelf. 4. 6. 7. II. & 12. *comperta*, ex compendio ſcripturae. *Conſtituta* notat de poenis. Cic. pro Roſc. Am. *c.* LIII. *Ne quid acrius*, *quam more majorum* comparatum eſt, *publico conſilio factum videretur*. pro Cluent. *c.* XLVI. *Ne autem nimium multi poenam capitis ſubirent*; *idcirco illa ſortitio* comparata eſt.

9. COMPOSITE ATQUE MAGNIFICE. Eccard. *bene & compoſite atque magnifice* ex *c.* LII. n. 13. Sic Jugurth. *c.* LXXXV. *abunde illis facundam* & compoſitam *orationem fore*: *& non ſunt* compoſita *verba mea*. Sidon. VIII. epiſt. VI. *Si orationes illius metiaris*, *acer*, *rotundus*, compoſitus, *excuſſus*. De veſtitu Gellius I. *c.* V. *quod multa munditia & circumſpecte* compoſiteque *indutus & amictus eſſet*. Gunther. Ligur. VI. *v.* 170. *Hi quoque* compoſitis *mandata loquacia*

runt, compoſite atque magnifice caſum reipublicae miſerati ſunt: quae belli ſaevitia, quae victis acciderent, enumeravere. rapi virgines, pueros: divelli liberos a parentium complexu: matres familiarum pati, quae victoribus collibuiſſent: fana atque domos exſpoliari; caedem, incen-

cia verbis, *Et pretioſa ſuae portabant munera terrae*. *Magnifice* eſt Oratorie, & luminibus omnibus ornate. ad ὕψος λόγου reſpiciens, quo fere omnia *augentur*. Liv. xxi. c.xli. *Non vereor, ne quis me hoc veſtri adhortandi cauſſa* magnifice *loqui exiſtimet, ipſum aliter animo adfectum eſſe*.

Casum reip. miserati sunt. *Caſum P. R.* Guelf. 1. quid *caſus*, dixi ad c.xl. n. 2. Guelf. 4. *miſerti ſunt*. Jug. c. xxiii. extr. *eos, multa pollicendo ac* miſerando *caſum ſuum, confirmat*. ubi vide. proprie eſt *miſerum facere* verbis, ut miſericordiam moveas.

Quae belli saevitia esset. Baſil. 3. *foret;* Unus Waſſii eſt. Sed eliminandum eſt, ut ſupra c. xxxiv. n. 2. & hoc c. n. 6. infra c. lix. n. 1. *quo animus amplior*. Cic. 1. Att. epiſt. xiv. *de flamma, de ferro. noſti illas* ληκύθους. Ipſe Tullius ſatis magnifice de belli ſaevitia iv. Catil. c. iv. Alia Caeſar vii. Gall. c. xiv. extr. Lactant. iv. c. xxi. Id. de Mort. Perſ. c. xxvii. Tacit. Agric. c. xxxi.

Quae victis acciderent, enumeravere. *Enumeravere* duplici vi accipiendum: aliter ad illa, *quae belli ſaevitia;* aliter ad haec, *quae victis acciderent*. qualia notamus ad Jugurth. c. xiv. num. 9. *ſemperne in ſanguine, ferro, fuga* verſabimur. c. xlii. num. 4. *mortales multos ferro aut fuga* extinxit. vide & ſupra *cap.* xxxvi. num. 3. *cap.* v. extr. inſtituta *majorum domi militiaeque*, quomodo remp. *habuerint* —— diſſerere. Fabrician. 1. *acciderant;* Remenſ. 1. *accideret;* Vinar. 2. & edit. vet. *accederent*.

Rapi virgines, pueros. *Rapi* ad ſtupra aliaque flagitia. iii. Hiſt. *contra praeceptum ducis*, rapere *ad ſtuprum virgines matronaſque*. ea nomina reticentur, ut infra n. 34. oſtendo. Jam *rapere, raptor, raptus* uſitatiſſima in his rebus verba ſunt. Donatus ad Terent. Adelph. A. iii. Sc. iii. v. 2. *Raptio autem ad perſonam refertur, Rapina ad rem*, Raptus *ad* ſtuprum, *ſi volumus proprie loqui*.

Divelli lib. a par. complexu. *Divelli* non legitur in Guelf. 5. quaſi Verbum *rapi* ad haec quoque pertineat: quod contra eſt. pro eo Guelf. 6. Vinar. 2. & edit. vet. *develli*, ut in his compoſitis ſemper *e* & *i* promiſcue ſcribuntur. Praeterea *liberos* vacat in Vinar. 2. & ed. vet. quod non eſt ad vim orationis. Porro in Baſil. 2. fuerat *amplexu*, quod recte jam olim emendatum eſt, cum is fere in rebus turpiculis dicatur. Denique Baſil. 3. *parentium*, ut ſupra *civitatium, locupletium, ſapientium*, alia. vide c. xi. num. 8. & xl. num. 2. *Divelli* in re gravi ſignate dixit, ut Quinct. Decl. ccliii. *Si ad delectum a complexu matrum juvenes rapientur*. Senec. 1. Beneſ. c. xi. *Liberos, conjuges, penates ceteraque quae uſque eo animus ſibi applicuit, ut ab illis, quam a vita* divelli, *gravius exiſtimet*. Curt. iii. c. v. n. 8. *eumdem regem & commilitonem* divelli *a ſe & abripi*. Liberi autem in rebus trepidis in amplexus parentum ruunt, & in extrema neceſſitate parentes eos complectuntur, oſculant, tenent. Juſt. xxxviii. c. viii. *Ipſum quoque inter adparatus epularum & ſollemnia religionum* in complexu *matris interficit*. vide Barth. ad iii. Theb. Stat. v. 152.

Matres familiarum. *Familias* emendavit quidam in Guelf. 12. importune, ut vidimus ad c. xliii. n. 2.

Fana atque d. exspoliari. *Fana*, templa; a *Fauno*, quomodo Euander Deum appellavit, initio *Fauna*, poſt *Fana:* & ex eo, qui futura praecinerent, *Fanaticos* eſſe nominatos, ſcribit Servius ad 1. Georg. v. 10. Alii a φαίνω & φανερῶ; & eſt in quibuſdam, ut Academ. *phana* ſcriptum: ſed iſti etiam *nephanda* & ſimilia plura ſcribunt. Pro *exſpoliari* Guelſerbb. omnes, exceptis duobus, Fabriciani, Baſil. 1. Vinarienſes, Remenſes, Incerti, Struvian. Heuſſ. & quos alios conſului, *ſpoliari:* ſicuti aliquot ſupra num. 8. *ſuperat*, pro *exſuperat;* & c. xii. num. 3. plerique *aedificatas*, pro *exaedificatas*. Sic & *exſpectare* & *ſpectare* in libris veteribus confundi, docuere Salmaſius & Duckerus ad Flor. ii. c. vii. ſic *Exaequare* & *aequare; Excedere, cedere; Effundere, fundere; Evincere, vincere*, & ſexcenta alia. Juſt. xxvi. c. 1. *omnibus rebus* exſpoliatae *in carcerem recluduntur*.

Caedem, incendia fieri. Corn. Nep. Thraſyb. c. iii. *cum quidam ex his*, caedem facere *eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat*. Liv. xxxix. c. xxxvi. Caedem *primum ad conflictum* factam *eorum, qui a Philopoeméne evocati veniſſent*. Caeſar v. Gall. c. xix. *ut tantum in agris vaſtandis* incendiis*que* faciendis *hoſtibus noceretur*.

At-

cendia fieri; poſtremo armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia
10 *compleri. Sed, per Deos immortalis, quo illa oratio pertinuit? an, uti vos infeſtos conjurationi faceret? ſcilicet quem res tanta atque tam atrox*
11 *non permovit, eum oratio accendet. Non ita eſt: neque cuiquam mortalium injuriae ſuae parvae videntur: multi eas gravius aequo habuere. Sed*

Atque luctu o. compleri. Guelf. 1. *impleri*. alterum melius, eodemque uſus eſt Jug. *c.* xcii. n. 3.

10. Quo illa oratio pertinuit. Quid reſpexit, quid valuit, cur prolata ſunt iſta? hinc Senat. 2. *ad quid quo illa o. p.* Cicer. pro Domo *c.* xliv. *Quorſum igitur haec oratio* pertinet? Id. vi. epiſt. 1. *Haec eo* pertinet *oratio*, *ut* cet. ſic & epiſt. x. n. 9. & xi. ep. xxvii. n. 14. Caeſar 1. Gall. *c.* xiv. *quod ſua victoria tam inſolenter gloriarentur-eodem* pertinere. Seneca Ep. lxvi. med. *Quorſum haec* pertinent? Epiſt. cxxiv. *Quo nunc* pertineat *iſta diſputatio*, *quaeris*, *& quid animo tuo profutura ſit? illa* vacat in Guelf. 4.

Infestos conjurationi faceret. Guelf. 1. *inf. conjuratione facerent*. Heuſſian. *conjuratione faceretur*. Fabric. 2. *conjurationi facerent*. recte *oratio* facit infeſtum, ut mox: *eum oratio accendet*. & ſupra *c.* xx. num. 15. Quinctil. iv. *c.* 1. *faciunt favorem; & quia plerumque* attentum *quoque judicem* facit. Noſter Jug. *c.* x. *tua virtute* nobis *Romanos ex amicis* amiciſſimos feciſti.

Res tanta atque tam atrox. Fabriciani, Baſil. 1. & 2. Academ. Eccard. Struvian. Vinar. 2. Remenſ. 1. Heuſſian. & aliquot Guelferbb. *tanta* & *tam atrox;* Baſil. 3. *tanta res & tam atrox;* Vinarienſ. 1. *tanta etiam atrox;* Incert. 2. *tanta atque atrox*. Forſitan fuerit *Res tanta tam atrox*, quomodo conjecimus ſupra *c.* xiv. num. 1. *In* tanta tam *corrupta civitate*.

Eum oratio accendet. Sic Remenſ. 2. Incert. 1. Senat. 1. Fabric. 1. Baſil. 1. & 2. Academ. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 7. cet. Sed Vinar. 1. Guelf. 3. Struv. Heuſſ. Remenſ. 1. & Senat. 2. *accenderet;* Incert. 2. *incenderet;* Guelf. 11. *accedat;* Vinar. 2. *accedet;* Fabric. 2. *accendat* ſed ita, ut *e* ſit ſupra *a* ſcriptum: ſine litura autem Baſil. 3. Si foret: *ſcilicet quem res tanta -- non permovit*, *orationem accendere*, ferri id quidem poſſet, ut Jug. *c.* cxiii. n. 3. ubi id genus adnotamus; Sed nihil immutandum cenſeo. *accendet* eſt irritabit, permovebit, ut ſupra *c.* xx. num. 6. *animus mihi in dies magis* accenditur. ubi vide. Quinctil. 1. *c.* 11. accendunt *omnia haec animos*. xi. *c.* iii. Accendendi *judicis plures ſunt gradus*. Claudian. ii. in Ruffin. *v.* 173. *Pugnandi cupidas* accendit voce *cohortes*. *v.* 296. *Et conjuratos* accendit voce *clientes*. ibi plura Barthius & Heinſius.

11. Non ita est. Guelferb. 7. *non eſt ita*. Formula elegans, qua uſus eſt Jug. *c.* lxxxv. num. 41. *Verum non eſt ita*. Euſebius Ep. Gallic. Hom. 1. de Symbolo: *Si ergo ei numquam patris defuit nomen*, *quomodo umquam deeſſe filius potuit?* Non eſt ita. *Nemo Deum a Deo ſeparandum putet*. Idem Exhort. ad plebem: *unumquemque ſpecialiter non conſtringet ad debitum generale beneficium*. Non eſt ita: *nec ideo unus minus debet*. Contra *ita eſt*, *ita ſe habet* Cicero aliique frequentius. Cic. pro Flacco *c.* xxii. *huic illi legato*, *huic publico teſti patronum ſuum jam inde a patre atque majoribus*, *L. Flaccum mactandum civitatis teſtimonio tradidiſſent?* Non eſt ita, *judices*, non eſt *profecto. vidi ego* cet.

Injuriae suae. Quae patitur, aut ſibi impendent. vide quae ſupra ad *c.* xxxi. extr. *incendium* meum *ruina reſtinguam*. in eam ſententiam quaedam Herodian. ii. *c.* iii. quaedam Cic. ad Quir. poſt red. *c.* ix.

Multi eas gravius aequo habuere. Gu. 10. *multi* equis *gr. aequo hab. Aequo* additur Comparativo, ut apud Liv. viii. *Eo anno Minueja Veſtalis*, *ſuſpecta primum propter* mundiorem juſto *cultum* cet. Noſt. ii. de Rep. *c.* ii. *ingenium meum* amplius aequo *probaretur*. Quinctil. ix. *cap.* iv. *membrum* longius juſto. Corn. Nep. Them. *c.* 1. liberius juſto *vivebat*. Senec. Epiſt. lxiii. in. plus *tamen* aequo *dolere te nolo*. Flor. 1. *c.* xxii. extr. *Cum ſenatu* vehementius aequo bono*que certatum eſt:* id plane Ulpian. leg. 2. D. de his, qui ſui: *ſi vel durius habitos*, quam aequum eſt, *vel infami injuria adfectos cognoveris*. *Gravius habere* opponit τῷ *parvae videri*, ut Plaut. Bacchid. Act. v. Sc. 1. *v.* 16. *Atque ego*, *ſi alibi Plus perdiderim*, minus aegre habeam, *minuſque id mihi damno* ducam. quem locum, cum noſtro Salluſtii citat Gronov. ad ea Liv. vii. *cap.* v. *ita* aegre habuit *filium id pro parente auſum*.

12. A-

Sed aliis alia licentia, Patres conſcripti. qui demiſſi in obſcuro vitam habent, ſi quid iracundia deliquere, pauci ſciunt; fama atque fortuna pares ſunt: qui magno imperio praediti in excelſo aetatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxuma fortuna minuma licentia eſt. 12 13 *neque*

12. ALIA ALIIS LICENTIA EST. Incert.2. Senat.2. Fabric.2. Vinar.1. Guelf. 11. & 12. *aliis alia licentia;* Fabric.2. non agnoſcit *eſt*, ut ſcias, quo duce ad eliminandum iſtud proceſſerim. De ſententia plura Cic. pro Roſc. Am. *cap.* II. quaedam Claudian. IV. Honor. Conſ. *v.*266.ſeqq. cum adnotatis Barthio.

QUI DEMISSI IN OBSCURO VIT. AGUNT. Fabric. 2. Incert. 1. & Guelf. 8. *dimiſſi*. *Demiſſus* de illis dicitur, qui animo ſunt humili atque abjecto, ut Jug. *cap.* XCVIII. *Neque in eo tam aſpero negotio Marius territus, aut magis, quam antea*, demiſſo *animo fuit*. Cic. III. Verr. *timido animo, humili*, demiſſo. Tacit. XVI. Ann. *cap.* XXIV. *Thraſea occurſu probibitus non* demiſit *animum*. Sed hic eſt *qui demiſſi ſunt*, in humilem fortunam projecti, ea figura, qua ſupra *cap.* XV. num.4. *mentem* excitam *vexabat*. ubi plura. Cic. pro Mur. *cap.* XL. *Sit apud vos modeſtiae locus; ſit* demiſſis *hominibus perfugium*. *In obſcuro* Struvianus explicat *in obſcuro loco*. Sed Liv. Praefat. *Si in tanta ſcriptorum turba mea fama* in obſcuro *ſit*. Plin. Paneg. *cap.* XLIV. *qui aetatem* in tenebris *agit*. Sed id primum in hac animadverſione, quod pro *vitam agunt* reſcripſimus *vitam habent*. id fecimus auctoritate Gruteri meliorum Nazar. Commelin. Palat. 5. 6. 12. & duorum Waſſii. His ſeſe adjungunt Guelf. 1. & 2. Fabric. 2. Remenſ. 1. Senat. uterque, Academ. & Heuſſianus, qui omnes *habent*, non *agunt*, quod Noſter mox poſuit: *in excelſo aetatem agunt*. *vitam habere*, ut *cap.* IV. num. 1. *reliquam* aetatem *a rep. procul* habendam *decrevi*. Celſus III. *cap.* XVIII. *Fere vero antiqui tales aegros* in tenebris habebant. Sic *excubias habere*, & *agere* confunduntur in MSS. apud Ovid. III. Faſt. *v.*245. Petron. *c.* CXXXII. *hanc* vitam *dixit* habere *Deos*. Ceterum Guelf. 12. ſimilitudine Verbi *agunt* fruſtratus, haec omnia non exhibet *ſi quid iracundia* uſque ad voces *aetatem agunt*.

FAMA ATQUE FORTUNA EORUM PARES SUNT. *Eorum* abeſt ab Fabric. 1. Vinar. 1. & Guelf. 9. quorum voluntas nobis ſuffecerit. Sic omiſit ſupra n.8. & *c.* XXXIII. n.2. infra n.17. & 28. *fortuna* eſt ſtatus eorum, ſive *ipſi*. ut Rutil. 1. Itiner. *v.*19. *At* mea *dilectis* fortuna *refellitur oris*. Sed non temere *famam* & *fortunam* conjungit. adde ſupra *c.* XLI. nu.3. & XXXIII. nu.1.

IMPERIO PRAEDITI. Ut Cicero *magiſtratu praeditus*. Juſtin. XLI. *cap.* IV. *atque ita duarum civitatium* imperio praeditus, *grandem exercitum parat*. Tacit. XVI. Ann. *c.* XXII. *quamvis Quindecimvirali* ſacerdotio praeditum. Tamen haec: *magno imperio praediti* ab Salluſtio eſse. non praeſtabo.

IN EXCELSO. Cic. II. epiſt. V. *vel quod* excelſo *& illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſociorum & civium conſpectu*. Noſter adamavit *in excelſo, in obſcuro, in propatulo*, ſupra *c.* XIII. nu.3. *in extremo*, c. LII. num. II. *in proxumo*, Jug. *c.* LIX. nu.2.

EORUM FACTA CUNCTI MORT. NOV. Id multis dictum & ipſi Mario Jug. *c.* LXXXV. nu. 22. 23. Senec. ad Polyb. *c.* XXV. *In multa luce fortuna te poſuit, omnes ſcient, quomodo te geſſeris*. item epiſt. XIX. I. de Clem. *cap.* VIII. III. de Ira *cap.* XIV. & XXII. Cic. II. Offic. *c.* XIII. *Nam ſi quis ab ineunte aetate habet cauſam celebritatis & nominis - in hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum quid agat, quemadmodum vivat, inquiritur: & tamquam in clariſſima luce verſetur, ita nullum poteſt obſcurum nec dictum ejus eſſe, nec factum*. Hinc Herodian. IV. *cap.* XI. *λαθεῖν γὰρ ἔργα βασιλέων ἀδύνατον*, et Euripides: *τὰ τῶν βασιλέων ἁμαρτήματα πάντες ἴσασι*. Stobaeus Serm. XLVI. Ambroſ. I. Offic. *cap.* L. Auguſtin. Epiſt. CXXXII. Hieron. Epit. Nepot. *In te omnium oculi diriguntur, domus tua & converſatio quaſi in ſpecula conſtituta magiſtra eſt publicae diſciplinae*: qui et epiſt. III. verbi miniſtros *in ſpecula conſtitutos, eorumque doctrinam & vitam ab omnibus notari* ſcribit. Gemina Plin. II. epiſt. XII. et Paneg. *cap.* LXXXIII. Quinctil. Declam. III. Gruter. LIV. Diſcurſ. in Tacit. Eodem pertinet dictum Eliſabethae Reginae Angliae apud Cambden. ad Ann. MDLXXXVI. *Principes inſtar ſolis ſunt, in quo vel minimus naevus ex longiſſimo intervallo conſpicitur*.

13. IN MAXUMA FORT. MINUMA LIC. Guelf. 6. et 11. praetereunt *in*, et 6. quidem habuerat *maxumae fortuna*. Senec. I. de Clem. *cap.* VIII. *quam multa* tibi *non licent, quae* nobis *beneficio tuo licent*. Id. ad Polyb. *cap.* XVVI. in. *multa* tibi *non licent, quae humilibus & in angulo jacentibus licent*.

NEQUE STUDERE, NEQUE ODISSE. *Studere* eſt favere partibus, ferri animo in quem. principio

14 *neque ſtudere, neque odiſſe, ſed minume iraſci decet. quae apud alios ira-*
15 *cundia dicitur, in imperio ſuperbia atque crudelitas adpellatur. Equi-*
dem

cap. dixerat *miſericordia & amicitia*; mox *gratia*. Saepe ita praeciſe *Studium*, pro ſavore. Cicero *alicujus cauſſa velle* aeque apte dixit frequenter: & pro Coel. *cap.* iv. *Multi boni adoleſcentes* illi *homini nequam atque improbo* ſtuduerunt. Sed nomina haud raro deſiderantur, et habuimus ſupra *niti*, *contendere*, *perſequi*, *ignoſcere*, *perducere* abſolute poſita, vide *cap.* ix. extr. & xlvi. n. 5. Talia Caeſar i. Civ. *c.* lxix. *nemo erat adeo tardus, quin ſtatim caſtris exeundum atque* occurrendum *putaret*. Sueton. Tib. *cap.* lx. gratulanti *autem inter poenam, quod non ei locuſtam obtuliſſet*. Id. Calig. *cap.* xxxviii. *Auctione propoſita reliquias omnium ſpectaculorum* ſubjecit *& venditavit*. Plin. xxxviii. *c.* ii. *In* adorando *dextram ad oſculum referimus*. Committe ſis notata ad *c.* lviii. n. 1. & Jug. xcii. extr. Deteriori aetate *ſtudere* abſolute notabat *litteris ſtudere*, ut apud. Plin. ii. epiſt. viii. ſtudes, *an piſcaris?* quomodo hodieque in vernacula eo verbo utimur. Sed Criſpo ac Ciceroni iſtud inauditum.

14. Quae apud alios iracundia. Guelf. 5. Quod *apud alios* cet. ut Ovid. Heroid. Ep. iii. *v.* 7. *Non, ego poſcenti quod ſim cito tradita regi, Culpa tua eſt; quamvis* hoc *quoque* culpa *tua eſt*. Quinctil. Decl. iv. *non fuit* illud *pugna, non acies*. et quae in utrumque genus dicendi adnotat Gronov. ad Sen. Conſ. ad Marc. *cap.* xix. Sed praeterquam quod non illa antiquiſſima manus haec in Guelf. 5. ſcripſerit, altera forma placuit ſemper Noſtro, ut Jug. *cap.* xxxi. n. 15. *Sed* haec *inter bonos amicitia, inter malos factio eſt*. ubi Eccardianus *haec res*. quomodo hoc loco Vinar. 1. ſupra *cap.* xx. n. 4. *ea demum firma amicitia eſt*. Repete dicta ad *cap.* vii. n. 6. pro *alios* Gudius neſcio ex quo Remenſi adnotat *illos*, & ſic Guelf. 6. & 9. hoc Pronomen in quibusvis comparationibus adhibetur, ut apud Cic. xiii. Phil. *cap.* v. *in altero pudor, in* illis *libidines*. ſupra *cap.* xxxvii. n. 4. *urbana plebes, ea vero praeceps ierat multis de cauſſis*. & hic quidem demonſtraret *illos*, qui demiſſi in obſcuro aetatem habent. Latius tamen patet *alios*, ut Jug. *cap.* lxxxv. n. 4. *ad hoc* alii *ſi deliquere* ---- mihi *ſpes omnis in memet ſita*: idque cum pleriſque MSS. & impreſsis omnino teneo.

Ea in imperio superbia. *Ea* fruſtra quaeras in Remenſi 1. & Fabric. 2. atque in poſterum in Criſpo. Abjicit is poſt Pronomen Relativum praepoſitum, ut ſupra *cap.* xxxvii. n. 3. *ſemper in civitate*, quibus *opes nullae ſunt, bonis invident*. *cap.* xiii. n. 2. quas *honeſte habere licebat, abuti per turpitudinem properabant*. ibi plura. Jug. *cap.* lxxix. num. 2. Qua *tempeſtate Carthaginienſes* ---- *imperitabant, Cyrenenſes quoque magni fuere*. *In imperio* eſt apud illos, qui imperium habent, remp. curant. & *apud alios* ac in *imperio* opponit, ut Capitolin. Pio *cap.* xi. *Amicis ſuis* in imperio *non aliter uſus eſt, quam* privatus. & *imperium*, pro imperantibus, habet Senec. ii. Controv. p. 94. *Superbia* pro contemtu omnium divinorum et humanorum hic ſumi debet, ut ſupra *cap.* xii. n. 2. In rem Quinct. iii. *cap.* viii. *Quae in aliis* libertas *eſt, in aliis* licentia *vocatur*. Senec. 1. de Clem. *cap.* v. *Principum* ſaevitia, bellum *eſt*. nimirum ut Juvenal. Sat. viii. *v.* 140.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major qui peccat
habetur.

In Academ. Heuſſ. Senat. 2. Guelf. 6. 8. & 11. perperam Praepoſitio *in* fuit neglecta.

15. Equidem ego. Guelf. 6. *Et quidem ſic ego*; 7. *ego equidem ſic*, qui ordo forte fuit in Remenſibus, Vinar. 1. *Equidem ſic ego*; Baſil. 3. *equidem P.* C. *ſic exiſt.* a quo exulat *ego*, uti ab Struviano & Incert. 2. *Equidem ego* male compoſita videbantur, quia vulgo *equidem* ex *ego* & *quidem* conflactum arbitrantur. Sed cur non ex *&* *quidem*, vel *atque idem* conflatum dixere? Et dubitavere de veriverbio iſto dudum eruditi: nec videas illud, ubi Noſter *cap.* lii. n. 16. *quare vanum* equidem *hoc conſilium eſt*. & ibid. n. 11. *jam pridem* equidem nos *vera verum vocabula amiſimus*. Quidquid vero hujus ſit, habes *Ego equidem* 1. de Rep. Ord. *cap.* iii. & ii. *cap.* v. Citat etiam Servius ad 1. Aen. *v.* 589. Ciceronem, qui ſcripſerit: Ego equidem *ceteras tempeſtates*. etſi in nupera editione expreſſerint *ego quidem*. plane contra mentem Grammatici, qui iſto exemplo docere voluit *equidem* non pro *ego quidem*, ſed tantum pro *quidem* poni. De his quaedam notavit Cellarius ad P. Cunaei Orat. iv. p. 66. & xiii. p. 253. elegantiſſimus enim iſte ICtus crebro *Equidem ego* adhibuit, & vel duodecim loca numerare potuit Cellar. pag. 588.

Sic existumo. Optimus Baſil. 1. & 2. Guelf. 2. & 5. *ſic aeſtumo*; 6. *extimo*. Supra *cap.* xiv. extr. *Fuere, qui* ita aeſtumarent, *juventutem* cet.

Cru-

dem ego ſic aeſtumo, Patres conſcripti, omnis cruciatus minores, quam facinora illorum eſſe. ſed plerique mortales poſtrema meminere, & in hominibus impiis ſceleris obliti de poena diſſerunt, ſi ea paullo ſeverior fuit. D. Silanum virum fortem atque ſtrenuum, certe ſcio, quae dixe- 16
rit, ſtudio reipublicae dixiſſe, neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere. eos mores, eam modeſtiam viri cognovi. Verum 17
ſenten-

CRUCIATUS MINORES. Sunt enim quaedam flagitia omnes poenas legibus comparatas ſuperantes & *μυρίων ἄξια θανάτων* Herodian. II. *cap.* XIII. n. 14. lege Orat. Cottae in fragm. Incert. & Cic. IV. Cat. *cap.* VI.

POSTREMA MEMINERE. Priora obliviſcentes, nempe ſcelera, quibus meruere poſtrema, nempe poenam, quam patiuntur, meminere. & quia faciles in miſericordiam rapiuntur, pro crudeli, injuſta, & indigna habent. adeo, ut & *quos injuriae inviſos faciunt, gratioſos miſeriae reddant*, Valer. Max. V. *cap.* III. n. 3. Tacit. XV. Ann. *cap.* XLIV. *Unde* quamquam *adverſus* ſontes *& noviſſima exempla meritos miſeratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, ſed in ſaevitiam unius abſumerentur.*

IN HOMINIBUS IMPIIS. Praepoſitio *in* abeſt ab Guelf. 8. & aliquot Waſſianis: quaſi *hominibus impiis* foret: *etſi homines impii fuerint*, ut ſupra *cap.* XXXVI. n. 5. *duobus Senati decretis*. Sed idem ſenſus ex recepta lectione reſultat, quam exponas *in cauſſa hominum impiorum, quod ad homines impios, cum homines impii fuerint*. ad priorem ſenſum eſt in Jug. *cap.* XLI. n. 6. *plebs* in multitudine *minus poterat*. Sed & *cap.* LXXXV. n. 26. in *maximo* veſtro beneficio *non placuit reticere*. Cic. Bruto *cap.* I. *Si* in leviorum artium ſtudio *memoriae proditum eſt poetas nobiles aequalium morte doluiſſe*. Id. II. epiſt. XIV. n. 2. *Sed* in hoc homine *nullam accipio excuſationem*. XII. ep. XXII. n. 8. In Sempronio, *ſi meis litteris obtemperaſſes, maximam laudem adeptus eſſes*. vide & notam ad X. ep. XXVIII. n. 7. & ſupra *cap.* II. n. 10. Plautus Truc. A. I. Sc. II. *v.* 55. *Poſtremo* in *magno* populo, in *multis* hominibus, Re *placida atque otioſa*, victis *hoſtibus*, *Amare oportet omnes*. Idem Mil. A. III. Sc. I. *v.* 79. *Nam* in *mala* uxore *atque* inimico *ſi quid ſumas ſumtus eſt*: In *bono* hoſpite *atque* amico, *quaeſtus eſt*. Livius XXXI. *cap.* XXI. *quod* in multitudine *adverſus paucos facile videbatur*. Id. XXIV. *cap.* VIII. *Sed cum in hoc bello*, in hoc hoſte, *numquam ab ullo duce ſine ingenti noſtra clade erratum ſit*. XXV. *c.* XXXVIII. *Sed* in *rebus aſperis &* tenui ſpe *fortiſſima quaeque conſilia tutiſſima ſunt*. Plura ubivis obvia, quae tamen in diverſas ſaepe Conſtructiones trahuntur, & olim Grammaticis bonam regularum materiam ſuppeditarunt, cum abſolute fuiſſent intelligenda. adde infra *c.* LII. n. 12. & Jug. *c.* XIV. n. 11.

SI EA PAULLO SEVERIOR FUERIT. *Ea* nunc non viſitur in Fabric. 1. ſed raſura probat olim adfuiſſe. & hic quidem aptius legitur, quam paullo ſupra *ſceleris eorum*: ubi Codd. omnes ſervant, ſed vel contra eos abjiciendum foret. confer *c.* LII. n. 20. Dein Eccard. Incerti, Senatorii, Struv. Fabric. Academ. Baſil. 2. & 3. Vinar. 1. Heuſſ. Guelf. 2. 3. 4. 10. 11. 12. *ſaevior*, pro *ſeverior*. hoc ceteri rectius tenent, & ſpurium iſtud ex nota ſcripturae ortum traxit. Sed Eccard. Acad. Fabr. Vin. Rem. utrique, Incerti, Senatorii, Baſil. 2. & 3. Struv. Heuſſ. Guelf. 2. 3. 5. 10. 11. 12. & ed. vet. *fuit*, non *fuerit*. vide *c.* XX. n. 6.

16. VIRUM FORTEM ATQUE STREN. *Virum* inter verſus jacet in Guelf. 4. Tacit. III. Ann. *c.* LIII. *Quod ſi mecum* viri ſtrenui, *Aediles conſilium habuiſſent*. mox n. 19. *clariſſumi* viri, *Conſulis*. adde Cic. XII. ep. XXII. n. 1. *fortes atque ſtrenuos* in reip. dicunt, qui ſine metu, magno animo reip. conſulunt. ſic *fortes ſententiae* apud Ciceronem. Tacit. II. Hiſt. *cap.* XLVI. fortes & ſtrenuos *etiam contra fortunam inſiſtere ſpei*. mox Struvianus *pro certo ſcio*: ceteri fere *certe ſcio*, praeter Guelf. 11. *dixerit* non eſt in Guelf. 6. pro quo 2. & Academ. *dixerat*.

IN TANTA RE. Cum res tanta agatur. n. 15.

GRATIAM AUT INIM. EXERCERE. Guelf. 5. & Academ. *gratias*; Baſil. 2. *gratiam aut inimicitiam*. ſimiles ineptias notavimus ſupra *cap.* XXXIII. n. 1. & alibi. Eccard. *exercuiſſe*, eodem prorſus ingenio. dictionis exempla habes ſupra ad *cap.* XLIX. n. 2. *uterque cum illo gravis* inimicitias exercebant.

EOS MORES, EAMQUE MOD. VIRI COGNOVI. *Que* vacat in Incert. 2. Struv. Guelf. 12. aliis. & ſic ſupra *c.* VII. n. 6. *eas divitias*, eam *bonam famam ---- putabant*. Jug. *c.* LXXXV. n. 30. *Hae ſunt meae imagines*, haec *nobilitas*. & Tacit. IV. Hiſt. *c.* XLII. *Non timemus Veſpaſianum*: ea *principis aetas*, ea *moderatio*. *Modeſtia* Noſtro, quae Tacito *moderatio*. Sed Idem III. Ann. *c.* XII. *Cetera pari* modeſtia *tractentur*. Noſter infra *cap.* XLV. n. 5. & 6. *viri*, pro *illius*, ut ſupra *c.* XLVII. n. 5.

17. SENTENTIA EJUS MIHI NON CRUDELIS.

Digitized by Google

ſententia non mihi crudelis, quid enim in talis homines crudele fieri
18 *poteſt? ſed aliena a republica noſtra videtur. Nam profecto aut me-*
tus, aut injuria te ſubegit, Silane, Conſulem deſignatum, genus poenae
19 *novum decernere. De timore ſupervacaneum eſt diſſerere, cum praeſen-*
ti di-

Non legitur *ejus* in Guelf. 2. Eccard. Vinar. 2. ed. vet. & pronunciatum eſt de illo n. 12. Ordo etiam in Guelf. 10. aliiſque hic eſt. *non mihi crudelis*, quem praetuli. Jug. *cap.* IV. n. 1. ne *per inſolentiam* quis *exiſtumet*. Cic. IV. ep. IV. n. 6. non *tu* quidem *vacuus moleſtiis, ſed prae nobis beatus*. Livius XXXVI. *c.* XXIII. Muſſant hic Incerti, Struv. Vinar. 1. Remens. 1. Baſil. 2. Guelf. 6. & 7. qui partim *eſt*, alius *eſſe*, partim *videntur* intrudere ſatagunt, quod recte Rivius damnavit. ſed idem facere debuerat *cap.* I. n. 4.

QUID ENIM IN TALES HOM. CRUDELE FIERI POTEST. Palat. 9. *quid enim in tales viros c. f. p.* Sed ejuſdem quondam Bibliothecae 4. *quid enim in* tales *crudele fieri poteſt*. Commelinianus omiſit vocem *crudele*. Unde Gruterus: *quid enim in tales crudele?* Guelf. 6. omittit *enim*; Remenſ. 1. *quid e. in tale crimen homines crudele* cet. Veriſſimam puto Palatini 4. ſcripturam. *tales* dixit pro talis facinoris reis. Apulej. de Hab. D. Plat. p. 24. *Nec fruſtra hic* talis *amator eſt turpium voluptatum*. vide Jug. *cap.* LXIII. num. 6. & *talis* quidem tam in malam, quam bonam partem dicitur, uti *tantus* & de magno, & parvo, quomodo apud Caeſar. VI. Gall. *c.* XXXV. *Praeſidii* tantum *eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit*, & alibi. *Fieri* ne putem otioſum, cum auctoritas librorum, tum ſenſus facit, qui eſt *decerni*, ut Coelius epiſt. IV. n. 11. *puto idibus Sextil. de ea* re factum iri.

ALIENA A REP. NOSTRA. Non conveniens, non apta reip. noſtrae, vide *cap.* XL. n. 5. Cic. de Prov. Conſ. *cap.* VIII. alienum *ſibi videri dignitate imperii*. Sed influit aliquid proprietatis. Alienam eſſe poenam dicit, quam mox *novam* adpellat, & a majoribus non probatam: de quo genere dictionum monuimus ad *cap.* XXXI. num. 8. Sic & ubi *alieno loco pugnare* dicunt, prope abſunt a proprietate. notant enim *aliis*, h. e. diverſae parti locum eſſe opportunum, quod inde apparet, quod apta et commoda loca *ſua* vocant, de quo ad Jug. *cap.* LIV. num. 8. Remenſ. 1. *aliena mens a rep. noſtra videtur*; Guelf. 11. Pronomen *noſtra* non exhibet.

18. AUT METUS, AUT INJURIA. *Metus* a talibus hominibus, ne bonos atque remp. perdant. vide *cap.* LII. n. 16. *injuria* delictum eorum quod depingit idem Cato n. 24. 31. ſeqq. quod nova poena dignum.

TE SUBEGIT, SILANE, COS. DESIGNATUM. Gruterus nec emphaſin, nec gratiam videt in vocibus duabus poſtremis: ego nec in ceteris, praeter verbum *ſubegit*. & poſtremae illae quidem deſunt Guelf. 12. *Silane* locum mutat in Vinar. 2. & ed. vet. *Silane, te ſubegit*. Baſil. 2. *Syllanum*; 1. *te, Sillane, ſubegit*. Credo ab librariis haec fulcra addita propter n. 21. Caſtior eſt lectio: *Nam p. aut metus aut injuria* ſubegit, *genus poenae novum decernere*. Impulit, *coegit*, quod latine quidem, ſed non ita proprie dicitur. Jug. *cap.* XXIV. n. 2. *Non mea culpa ſaepe ad vos oratum mitto, ſed vis Jugurthae* ſubigit. Plaut. Truc. A. IV. Sc. III. *v. vis* ſubegit *verum fateri*: ſine addito Pronomine *nos*. Sic Silius XIII. *v.* 708. *Deſcendere nocti Atque habitanda ſemel* ſubigit *quis viſere regna*. ubi aliquando fecerant *Deſcendere nunc te*. Sic & *agere* pro cogere Stat. VIII. Theb. *v.* 262. *Sed* agit *miſeranda poteſtas Invigilare malis*.

GENUS POENAE NOVUM. *Inuſitatam* poenam. Sueton. Tib. *cap.* IX. novo *nec antea cuiquam tributo* genere *honoris*. Voſpiſcus Aurel. *cap.* XXII. *Multa in itinere & magna bellorum* genera *confecit*. adde Jug. *c.* IV. n. 3. & de *novo* infra *cap.* LIV. n. 4. *bellum* novum *exoptabat*.

19. SUPERVACANEUM EST DISSERERE. Vinar. 2. Baſil. 2. & ed. vet. *ſupervacuum eſt*: quae diverſitas occurrit item *cap.* LVIII. n. 12. Cic. III. epiſt. V. n. 2. *confirmata amicitia & perſpecta fide, commemoratio officiorum* ſupervacanea eſt. Sed vereor, ne verbum *diſſerere* ſit ſupervacaneum: & *de timore ſupervacaneum eſt*, erit, quod attinet ad timorem, ſupervacaneum eſt, quod ille impellat ad novam poenam. ſive, quod ad timorem, ſupervacaneum eſt genus poenae novum decernere. Hanc Praepoſitionis *de* notionem ſaepiſſime in Ciceronis Epiſtolis adnotavimus, ut II. ep. XVII. n. 3. De rationibus referendis, *non erat incommodum te nullam referre*. male ibi compingeres *nullam de rationibus*. XIII. ep. LXIV. n. 3. *Primum* de Pauſania Alabandenſi, *ſuſtentes rem, dum Nero veniat*. Zeugma autem ſimile adfuit *c.* XXX. n. 5. & aliis locis pluribus.

CUM PRAESERTIM DILIGENTIA. Putſchius ex vet. cod. caſtigaverat *praeſenti diligentia*. eum neque Gruterus, neque Waſſius audire voluerunt. Secutae tamen ſunt Hackiana Criſpinique hiſque adhaerentes edd. In noſtris MSS. omni-

Digitized by G

ti diligentia clariſſumi viri Conſulis tanta praeſidia ſint in armis. De 20
poena poſſumus equidem dicere id, quod res habet: in luctu atque miſeriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum eſſe; eam cuncta mortalium mala diſſolvere; ultra neque curae neque gaudio locum eſſe. Sed

omnibus *praeſertim* legitur, ſed Baſil. I. antiquiſſimus habet *praeſenti*. cum quo tanto libentius incedo, quod in vulgata nullus commodus ſenſus, aliorumque conjecturae oppido ineptae ſunt. *Praeſens* eſt adjuvans, praeſtans, certo intenta diligentia, qua notione *praeſentia* apud Cic. XV. epiſt. IV. num. 9. Virg. I. Eclog. *v.* 42. *Nec tam* praeſentes *alibi cognoſcere divos*. Rurſus Cic. I. ep. IX. num. 5. *qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores & praeſentiores praeſens capere potuiſſes*. Claudian. IV. Conſ. Hon. *v.* 99. Praeſentes *docuere deos*. Virg. II. Georg. *v.* 127. *Quo non* praeſentius *ullum* -- Auxilium *venit*. adde Heinſ. ad Ovid. V. Triſt. eleg. II. *v.* 45.

CLARISSIMI VIRI, CONSULIS. Baſil. I. *viri* ſupra verſum habet, ut Plin. VII. epiſt. XXXVIII. *vereor, inquam*, clariſſimi *Conſules*. Alii addunt *viri*. Lentulus inter Cic. XII. ep. XV. n. 10. *qui & antea pari contumelia* viros clariſſimos *adfecerant*. XIII. ep. LXVIII. n. 5. *in primis tuebor omni obſervantia* clariſsimum virum *patrem suum*. Lamprid. *cap.* XXI. Alexandrum Severum ſcribit Praefectis Praetorio *Senatoriam addidiſſe dignitatem, ut* viri clariſsimi *eſſent & dicerentur*. Plin. Paneg. *cap.* XC. *Concedit, me non pro me magis munere iſto, quam pro collega meo Cornuto Tertullo*, clariſsimo viro, *fungi*. Erat itaque eo tempore Senatorum atque Conſulum adpellatio, unde & Prudent. I. in Symmach. *v.* 490. *Ipſe Senatorum meminit* clariſsimus *ordo*. alii autem, rep. maxime collapſa *Spectabiles*, alii *Illuſtres*, alii denique *Illuſtriſſimi* aut *Perfectiſſimi* dicti ſunt. vide leg. un. Cod. ut omnes judices. leg. 32. Cod. de Appellat. leg. 66. de Decurion. & praeterea Cujac. ad Tit. de Dignit. p. 417. Briſſon. III. Select. Jur. *cap.* XVI. Panciroll. ad Notit. Dign. I. Or. *cap.* II. & CLVI.

TANTA PRAES. SINT IN ARMIS. Vinar. I. & a manu correctrice Guelf. 12. *tuta praeſidia*. Vinar. 2. & ed. vet. *ſunt*. *in armis* pro armata, de quo plura ad *c.* XXXVII. nu. 6.

20. DE POENA POSSUMUS EQU. DICERE ID. *De poena* nunc dicit, cum ſupra alteram cauſſam nominaſſet *injuriam*. Hinc Ciacconius judicavit alteram partem de injuria librarii vitio omiſſam eſſe. quod non eſt ita, ut jam vidit Criſpinus. *Sententiam* enim magis, quam verba ubivis Noſter reſpicit; & quando demonſtrat *poenam* ultimi ſupplicii minorem eſſe *injuria* illorum, & beneficium magis quam poenam: alteram certe partem non praeteriiſſe cenſendus eſt. *poſſumus* Gruterus in ſuis paene omnibus; nos in Guelf. 5. 6. aliiſque paucis legimus. Fabriciani enim, Vinarienſes, Struv. Heuſſ. Acad. Remenſes, Incerti, Baſileenſes *poſſum*. propter *equidem* & latens *ego*; quod vero nullum eſſe dixi modo num. 15. Verbum *dicere* ejici voluit Putſchius; nec fuit iſtud ab initio in Academico. ceteri tamen omnes agnoſcunt.

QUOD RES HABET. *Eſt*. Priſcianus enim XVIII. p. 1190. obſervat Latinos more Graecorum *habere* ponere pro *eſſe*. Sed proprie exponeres: quod in re eſt, ſive quod cum ipſo facto conjunctum eſt, ut ſupra *cap.* XXI. nu. 3. Terent. Adelph. Act. II. Sc. I. Cic. XIII. ep. VII. alibi: *id quod res eſt*.

MORTEM AER. REQU. NON CRUCIATUM. Multa talia apud veteres etiam proverbiis celebrata, & in Noſtro lege ſupra *c.* XL. num. 3. Jug. *c.* XIV. nu. 17. Plaut. Rud. A. III. Sc. III. *v.* 12. *Neque eſt melius morte in malis rebus miſeris*: ut & Capteiv. A. III. Sc. V. *v.* 83. Cic. pro Milone *c.* XXXVII. *mortem naturae finem eſſe, non poenam*, qui IV. Cat. *c.* IV. hanc Caeſaris ſententiam ipſam protulit. adde VI. ep. III. & V. ep. XVI. Senec. VII. Benef. *cap.* I. *illi liquet, mortem nullius mali eſſe materiam, multorum finem*. Herc. Fur. *v.* 511. *Qui morte cunctos luere ſupplicium jubet, Neſcis Tyrannus eſſe. diverſa irroga: Miſerum veta perire, felicem jube.* & in Troad. *v.* 327. *Mortem miſericors ſaepe pro vita dabit*. junge Epiſt. XXX. ad Polyb. *c.* XXVII. ad Marc. *c.* XX. Quinctil. Declam. IX. *Mortem vero damnatis quisquis praeſtat, indulget; nec ſunt alia beneficia poenarum. Fallitur quisquis illam velut omnium ſuppliciorum ſummam putat. Occidi non eſt poena, ſed exitus*. eadem Declam. CCLXXV. extr. Lactant. III. *c.* XVII. *Nec fruſtra dictum eſt, mors miſera non eſt. Aditus ad mortem eſt miſer, hoc eſt, morbo tabeſcere*, cetera. lege item Prudent. Paſſ. II. *v.* 331. & Gruter. Diſcurſ. in Tacit. XL.

MALA DISSOLVERE. Et finire. Senec. ad Marc. *cap.* XIX. *Mors omnium dolorum eſt* ſolutio *& finis*, ultra quam *mala noſtra non exeunt*. Sic Jug. *cap.* XVII. nu. 5. *pleroſque ſenectus* diſſolvit. ubi plura. *mortalium* deeſt Fabric. 2.

21 *Sed per deos immortalis, quamobrem in ſententiam non addidiſti, uti*
22 *prius verberibus in eos animadverteretur? an, quia lex Porcia vetat?*
at aliae leges item condemnatis civibus animam non eripi, ſed in exſilium

Sed Guelf. 5. *ea* pro *eam*; Struvian. *eamque*; Vinar. 1. *eum mortem*.

ULTRA. Nempe *mortem*, ut Seneca loco proximo *ultra quam*: & ſic plane ſcribit Struvianus; Guelf. autem 6. *ultra eam*. Ceteri vere ſine Pronomine. Mela I. *cap.* II. *Illic Caſpiani Scythis proximi ſinum Caſpium cingunt.* ultra *Amazones, ultraque eas Hyperborei eſſe memorantur*. Sic & *contra*, *ſupra*, *circa*, *citra*. vide ſupra *cap.* III. nu. 2. & Perizon. ad Sanct. III. Min. *cap.* V.

NEQUE CURAE, NEQUE GAUDIO LOCUM. Baſil. 1. *neque curae*, *neque* gladio *locum eſſe*. quod ex Thoſano etiam indicavit Palmerius, unde ipſe fecit *cladi*. Sed vulgata recte habet & *cura* atque *gaudium*, ut ſupra *c.* XLVI. n. 2. *cura atque laetitia* componuntur. Sententiam eamdem expreſſit Ariſtotel. III. ad Nicom. *cap.* VI. meliora autem ex parte Cato infra *cap.* LII. nu. 13. & Lactant. III. *cap.* XIX.

21. IN SENTENTIAM NON ADDIDISTI. Sic Codd. plurimi. At Guelf. 5. & Struvianus *in ſententia*. Eſt pro *addere ſententiae*, ut Senec. Thyeſt. *v.* 994. *Noxque* ſe in noctem *addidit*. ubi plura Gronovius; ſive *ut eſſet ſententia*, ſupra *cap.* L. num. 2. Jug. *cap.* I. nu. 4. Hic I. Waſſius de additionis formula, quam extare putat apud Senec. III. Qu. Nat. *cap.* XV. & neſcit, an obſervata ſit Briſſonio. Habes eam apud Briſſon. II. Form. p. 182. & Senecae locum notavit Lipſius ad Sen. de Vit. Beata *cap.* III. habes & apud Plin. III. ep. IX. num. 20. *Valerius Paullinus adſenſus Caepioni*, hoc amplius cenſuit, *referendum de Theophane* cet. Sed hoc loco non erat de illa formula cogitandum. Addebatur enim ſententiis aliorum per hanc formulam: *Hoc amplius cenſeo*; Ante Silanum autem nemo ſententiam dixerat, cui aliquid potuiſſet amplius adjicere. quamobrem non ex formula, ſed ut ſupra ſcripſimus, proprie *in ſententiam addere* eſt intelligendum.

VERBERIBUS IN E. ANIMADVERTERETUR. Iſte enim ordo erat in ſummo ſupplicio apud Romanos, ut prius virgis caederentur, qui ſecuri eſſent percutiendi. Patet ex Jug. *c.* LXIX. extr. Liv. XXVIII. *cap.* XXIX. *Deligati ad palum, virgisque caeſi & ſecuri percuſſi*. vide Lipſium II. de Cruce *cap.* II. P. Fabr. II. Semeſtr. *cap.* VII. & X. Godelev. ad Liv. II. p. 28. In peregrinos tamen eo modo animadverſum etiam poſt legem Porciam.

22. LEX PORCIA VETAT. Porciam legem tulit *P. Porcius Laeca* A. V. 454. & virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, Cic. pro Rabir. Perd. *cap.* IV. Livius X. *cap.* IX. *Porcia lex ſola pro tergo civium lata videtur; quod gravi poena ſi quis verberaſſet necaſſetve civem R. ſanxit*. adde quae reſpondet Cic. I. Catil. *cap.* XI. In Guelf. 2. eſt *negat* pro *vetat*, eodem ſenſu. Vinar. 2. *vetatur*.

AT ALIAE LEGES IT. COND. CIVIB. Fabric 1. a prima manu, Baſil. 1. Vinar. 2. Remenſ 1. & ed. vet. *aut aliae leges*, qui haec ita coagmentarunt cum ſuperioribus, ut Guelf. 7. & 8. per *an aliae leges?* Dein Baſil. 2. Remenſ. 1. Struv. Guelf. 8. & 10. *de condemnatis civibus*; Baſil. 2. *ac alias leges*.

NON ANIMAM ERIPI. Vinar. 1. Senatorii, & Baſil. 2. *non* vitam *eripi*, de Gloſſa. *animam*, pro *vita* dixit etiam ſupra *cap.* XX. nu. 13. XXXIII. num. 5.

SED EXSILIUM PERMITTI JUBENT. Quod Grutero tantopere placuit *in exſilium permitti*, id nos in Baſil. 2. Vinar. 1. Struviano, Guelf. 1. 4. 7. 8. Incert. 2. & ab antiquo correctore in Eccard. eſſe comperimus; Fabric. 2. *exſilio permitti*; Incert. 1. *in exſilium mitti* & pro Var. lect. *permitti*: *permitti in exſilium* dictum foret, ut Liv. XL. *cap.* LX. permittite *equos* in *cuneum hoſtium*, *quo nos urgent*. Auct. VIII. de B. Gall. *cap.* XLVIII. *converſoque equo ſe a ceteris incautius* permittit in *praefectum*. adde Nonium Marc. *cap.* II. num. 710. Gronov. ad Liv. XXIX. *cap.* II. Grutter. alioſque ad Martial. X. epigr. XII. In illis quidem, qui calamitatis cauſſa, ſua voluntate, ſolum vertebant, recte diceres *exſilium permitti*, vide Cic. VII. ep. III. XI. epiſt. I. pro Caecina *cap.* XXXIV. Manut. de Leg. Rom. *cap.* XIX. quibus vero aqua & igni interdictum, & exſilium poenae nomine irrogatum eſt, *in exſilium pelli*, *expelli*, *agi*, *exigi*, *protrudi* dicebantur: quibus omnino *in exilium permitti*, ubi de *condemnatis civibus* ſermo eſt, aptius videtur. Denique non apparet, unde in tot Codices (nam Gruterus in quinque invenit) Praepoſitio *in* derivata ſit. Placuit ergo eam admitti, cum ſine illa legi poſſet: *non animam eripi*, *ſed exilium jubent*.

23. An

Digitized by Google

lium permitti jubent. An, quia gravius eſt verberari, quam necari? 23
quid autem acerbum, aut grave nimis in homines tanti facinoris convi-
ctos? Sin quia levius; qui convenit in minore negotio legem timere, cum 24
eam in majore neglexeris? At enim quis reprehendat, quod in parricidas 25
reipu-

23. AN QUIA GRAVIUS EST. Academ. abjicit *eſt*, & Guelf. 11. a manu tantum ſecunda accepit. pro eo Struv. *videtur*. vide Jug. *cap.* XXXI. num. 17.

QUID A. ACERBUM A. NIMIS GR. EST. Et hoc *eſt* locum mutat in Guelf. 4. & Incert. 2. Porro Fabric. 2. *grave nimis* numeris vete Salluſtianis, ut ſupra *cap.* XXXIII. extr. *ulti maxume*. *Acerbum* latine dicitur *nimis intenſum*, *durum;* quo idiotiſmo vernacula noſtra *ſtrenge*. Sueton. Tib. *cap.* XXV. *ne quid in novitate* acerbius *fieret*. qui ſaepe pro *nimis exacto* ponit, ſicuti Cicero III. ep. VIII. nu. 17. *acerbiſſimam exactionem* appellat, ubi vide.

IN HOMINES TANTI FAC. CONVICTOS. Guelf. 5. *in tanti facinoris homines convictos*. quaſi vox *convictos* aliunde irrepſerit, eaque latinitas fuiſſet, quae apud Livium XXXVIII. *cap.* XXIV. *cui cuſtodiae* centurio *praeerat*, *&* libidinis *&* avaritiae *militaris*. Capitolin. Macrino *cap.* V. *Retentus eſt enim aliquanto tempore in imperio* homo vitiorum *omnium*. Vopiſc. Caro *c.* VI. *Quare equeſtrem ſtatuam* viro morum *veterum decernendam cenſeo*. Capit. Maxim. *cap.* II. *Hic* adoleſcens *ſemibarbarus*, *& vix adhuc* latinae linguae, *prope Threcica imperatorem publice petiit*. confer Jug. *cap.* LXXXV. num. 39.

24. SIN QUIA LEVIUS EST. H. e. Si autem propterea de verberibus in ſententiam non addidiſti, quia levius eſt verberari, quam necari. *eſt* non comparet in Fabric. 2. niſi noviſſime inter lineas adpictum. Vinar. 1. & Senat. 1. addunt *quod judicaſti*.

QUI CONVENIT. Eccard. Vinar. 2. Guelf. 2. 9. 11. Baſil. 1. Remenſ. 2. Incert. 1. & ab correctoribus Fabric. 1. Guelf. 1. & 12. *quid convenit;* Senat. 2. & Heuſſ. *quia convenit*. *Qui* eſt antiquus Caſus auferendi a *quis* vel *ques*, pro quo uſitatius *quo*, & ſubauditur *modo* vel *pacto*, vide Sanct. IV. Min. *cap.* IV. V. *modo*. Plaut. Perſa A. IV. Sc. III. *v.* 8. *Nec ſatis a quiquam homine accepi*. Horat. I. Sat. I. in. *Qui fit*, *Maecenas*. alii.

IN MINORE NEGOTIO. In flagellatione. *negotium* pro *re* ſervit circumſcriptioni, ut Jug. *cap.* VI. num. 2. Concluſio autem talis eſt: quomodo convenit in eo, quod levius judicas, in verberibus decernendis, nolle contra legem facere, quae iſta ab tergo civium R. removit, cum leges, quae ſupplicium ultimum prohibent, tranſgreſſus ſis? illa prohibita eſſe, ſupra in commune dixerat. Ceterum *minore* & *majore* meliores noſtri, non per *i*. vide *c.* XIX. extr. quidam *minori* & *majore*; quidam contra. Illo modo Guelf. 6. 9. 10. Fabric. 2. Incerti & ed. Gryphiana. quod non de nihilo exiſtimaverim.

LEGEM TIMERE. Sic omnes noſtri. Rivius ex unico Merſeburgenſi indicaverat *obſervare*, & pro librarii mendo reputaverat; novitiae tamen editiones ſtatim arripuerunt. Sueton. Ner. *cap.* XXXIII. *ſane legem Juliam* timeo. Sed *negligere* opponit, ut Cicero pro Quinctio *horreſcere* & *negligere*, quod obſervavit Waſſius. Senec. Hippol. *v.* 874. *Aures pudica conjugis ſolas* timet. ibi Gronovius: *Timet eſt veretur*, *tanquam judicis*. Sic *metus* pro reverentia & religione ponitur, ut notavit Serv. ad VII. Aen. *v.* 60. & quidquid cum cura & ſollicitudine faciebant, exprimunt eadem voce, Taubmann. ad Plaut. Poen. A. I. Sc. II. *v.* 70.

25. AT ENIM QUIS REPREHENDET. *At enim* ſervit occupationi, uti *At vero*, pro *Diceret aliquis*, *quis* cet. ſelecta exempla ex Cicerone ſuppeditat Turſellin. de Partic. *cap.* XXVIII. adde infra num. 43. *reprehendet* eſt in Baſil. 1. & 3. Fabricianis, Vinarienſibus, Incertis, Guelferbytanis decem, Eccard. Struv. Heuſſ. Sed Academ. & Guelf. 9. *reprehendit*; 10. *deprehendet*.

IN PARRICIDAS REIP. *Parricida* cum ſit quicumque occiſor, ex *cap.* XIV. num. 3. non mirum, adjungi illi *reip.* ad eum denotandum, qui de opprimenda rep. conſilia habuit. vide ad *cap.* XXXI. num. 8. Sic Curt. VIII. *cap.* VII. num. 2. *parricida* parentis *ſui*; VI. *cap.* IX. num. 30. *parricida* regis. Cic. in Vatin. *cap.* XV. *Eſne igitur* patriae *certiſſimus parricida*. Juſtin. XVIII. *cap.* VII. *duplicis & in filio*, *&* in patria *parricidii poenas dedit*. M. Aemil. Scaurus contra Caepion. apud Chariſ. I. p. 120. *Nefarius vulturius*, patriae *parricida*. vide & Senec. I. de Clem. *cap.* IX. Tacit. IV. Ann. *cap.* XXXIV.

TEMPUS, DIES. Reſpondet Caeſar Objectioni: Tempore etiam optima in pejus mutari, & tunc auctores etiam exemplorum reprehendi. Tempus igitur & dies reprehendit, quod alio

Digitized by Google

reipublicae decretum erit? tempus, dies, fortuna, cujus lubido gentibus
26 *moderatur. Illis merito accidit, quidquid evenerit: ceterum vos, Pa-*
27 *tres conſcripti, quid in alios ſtatuatis, conſiderate. Omnia mala exem-*
pla ex bonis orta ſunt: ſed ubi imperium ad ignaros, aut minus bonos
perve-

alio tempore, alio die reprehenditur, per eam figuram quae notatur Jug. *cap.* V. nu. 2. I. Cor. *cap.* III. com. 13. *ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει*. Cic. VII. ep. XXVIII. dies *ſtultis mederi ſolet*. & I. ep. VI. dies *debilitat*. ubi vide. Nec raro *tempus* & *dies* pro rebus, quae illis accidunt, poni ſolent, ut Juſtin. IX. *cap.* III. Hic dies *univerſae Graeciae libertatem finivit*. ubi Gronovium conſulas, nec non I. Obſerv. *cap.* II. Sed *tempus*, *dies*, illud univerſum & incertum, hoc ſingulare & certum conjungit exemplo Catonis aliorumque. vide egregie ſuper hoc diſſerentem A. Gellium XIII. *cap.* XXIV. Livius II. *cap.* XXVI. diem tempus*que forſitan ipſum leniturum iras*. Id. XXII. *cap.* XXXIX. *meliores, prudentiores, conſtantiores nos* tempus dies*que facit*. Silius IX. *v.* 549. *Venit hora diesque*. Sic Caeſar. I. Gall. *cap.* XXXI. *locum ſedemque*. Liv. XXXIX. *cap.* XXXIV. *jus judiciumque*: XXXI. *cap.* XXIV. *vi atque armis*. Corn. Nep. Thraſyb. *cap.* I. *abit res a conſilio ad* vires vim*que pugnantium*. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXIV. *Quomodo* lucem diem*que hominibus aperuit*. cum nota Pichenae. Auſon. Ephem. Orat. *Quod* (judicium extremum) *dum ſua differt* tempora, *cunctaturque* dies. In Noſtro ſupra *cap.* XI. num. I. *gloria, honor, imperium*. *cap.* XIV. num. 4. *par ſimiliſque*. *cap.* XXXI. num. I. *permota* civitas, *atque immutata facies* urbis. Jug. *cap.* I. nu. 2. *Sed* dux *atque* imperator *vitae mortalium animus eſt*, cum iis locis omnibus uno nomine potuiſſet contentus eſſe.

FORTUNA, CUJUS LUB. G. MODERATUR. H. e. *caſu* quodam poterit alio tempore reprehendi, uti ipſe explicat num. 34. Jug. *cap.* LVI. nu. 4. fortunam *illis praeclari facinoris caſum dare*. II. de Rep. Ord. *per ſuperbiam cunctis gentibus* moderantur. I. Hiſt. *moderator gentium*. De imperio fortunae dixi ſupra ad *c.* VIII. num. I.

26. ILLIS MERITO ACCIDET. Vinar. I. Fabric. I. Rem. I. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. I. 4. 5. 6. *accidit*: quod probabit, qui cogitaverit, quam ſaepe Praeſens tempus pro Futuro ponatur. vide Gronov. ad Liv. II. *cap.* V. & Obſerv. in Script. Eccleſ. *cap.* XIV. & perſimiliter infra *c.* LVIII. nu. 10. *ſi metu* ceſſerimus, *eadem illa adverſa* fiunt. Mox *ceterum* poſuit pro *ſed* ut Livius XXXII. *cap.* XVII. alii.

VOS, P. C. QUID IN ALIOS STATUATIS. *Vos* omittunt Baſil. 2. & Guelf. 3. uti num. 7. pro *in alios* Ciacconius conjecit *in illos*, & ſic eſt in Eccard. At Heuſſian. *in aliis*; Guel. 10. *in alio*. Si abſolute dixiſſet: *quid ſtatuatis, conſiderate*, ſequentia melius adhaererent. Niſi *in alios* intelligis, ut ſtatutum migrat ad alios, quaſi *pro aliis*, ut alii, quod fieri ſolet, imitentur. Sicut fere Plin. XVIII. *cap.* XXVIII. *rurſuſque* in prata *tertio relinqui*. Cic. XII. ep. XXV. num. 10. *Antonium confeci* in *Caeſaris plagas*. Sed id durum nimis videtur. Gu. 3. *conſtituatis*.

27. EX REBUS DOMESTICIS ORTA SUNT. Sic edd. Gruteri & Waſſii: ſicque apud nos Guelf. I. 3. 5. & Vinar. I. Aldina *ex bonis initiis orta ſunt*, cum qua conſentiunt Guelf. 7. & Incert. I. & ſic Livius VII. *cap.* III. *ut appareret quam* ab ſano initio *res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem inſaniam venerit*. idque ab novitiis quibuſdam edd. adprobatum eſt, ſed contra vetuſtiſſimos Codd. Nam Baſileenſes omnes, Fabriciani, Eccard. Incert. 2. Academ. Vinar. 2. Heuſſ. Struv. Guelf. 2. 4. 8. 9. 10. 12. & ed. vet. *ex rebus bonis orta ſunt*. Guelf. II. *ex bonis orta ſunt*, quomodo in margine Fabric. I. & tres Palatini, adprobante Grutero & Waſſio. Guelf. 6. *bonis ex rebus domeſticis orta ſunt*. Ex qua tandem varietate concluderes Salluſtium ſcripſiſſe: *Omnia mala exempla ex bonis domeſticis orta ſunt.* id autem ex num. 37. 38. 39. maxime fit probabile. *bona* exempla *domeſtica* ſunt, quae non modo ſuae cuique reip. ſed etiam privatim, ſingulatim fuere utilia. Sic *domeſticum* & *publicum* ſaepe ſunt contraria, & *domi* apud Ciceronem & Plautum alioſque eſt, quod dicimus *apud ſe*.

AD IGNAROS, AUT MINUS BONOS. In MSS. fere omnibus, quod adhibuimus, additur *cives*, quos Rivius, Carrio, Gruterus auctoritate membranarum ſuarum expunxere. Baſil. 2. *ad ignaros concives*; Senat. I. *ad ignaros ejus*. Praeterea Guelf. 7. 9. 10. II. Fabric. 2. Vinar. 2. Incert. I. & Baſil. 3. *ad ignavos cives*, facili lapſu. ita tamen *cap.* XI. num. 2. *Nam gloriam, honorem, imperium* bonus, ignavus *aeque ſibi exoptant*. Sed *ignaros* eſt praeferendum, ut non tam *ignaros imperandi*, quam ignaros cauſſarum, ob quas novum illud ſtatutum eſt, denotet. ita *ignarus exempli* ut Propert. II. Eleg. II. *v.* 56. *Ju-*

Digitized by Google

pervenit; novum illud (exemplum) ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transfertur. Lacedaemonii, devictis Athenienſibus, triginta 28 LI.
viros impoſuere, qui rempublicam eorum tractarent. Hi primo coe- 29
pere peſſumum quemque & omnibus inviſum indemnatum necare. ea popu-

56. *Jupiter*, ignoro *priſtina furta tua*. h.e. *neſcio cauſſam furtorum*. & praeciſe ponitur ut apud Curt. VI. *c.* IX. n.15. *Sic eſſe ſcriptam, ut ſive ad filios perveniſſet*, *a* conſciis *poſſet intelligi: ſive intercepta eſſet*, *falleret* ignaros. Tacit. I. Ann. *c.* VI. *quem* ignarum *inermumque centurio agere confecit*. Sic Horat. I. Sat. IV. *v.* 125. avidos *vicinum funus ut aegros Exanimat:* pro *avidos vitae*. Sic *dignus*, *idoneus* mox Noſter & Tacit. III. Hiſt. *c.* XXXIX. extr. *adeo non principatus appetens, ut parum effugeret, ne* dignus *crederetur*. Sic Plautus: Indignis *ſi maledicitur* &c.

NOVUM ILLUD EXEMPLUM. Fabric. 2. omittit Pronomen. Guelf. 5. & 6. habent tantum *novum illud ab dignis* &c. ſine nomine *exemplum*. id quod haud ingratum videtur, ſicuti *c.* XXXI. n. 7.

AB DIGNIS ET IDONEIS. Jungit haec etiam Zeno Veron. Serm. XV. *Non erant enim* idonei *aut* digni, *qui caeleſtis panis perpetua ſoliditate fruerentur. dignus* apud Noſtrum qui meruit poenam; *idoneus*, qui aptus eſt ad poenam & cum commodo reip. puniri poteſt. Sic Liv. XXVIII. *c.* XXVI. *ut eos per* idoneos *homines benigno vultu ac ſermone in hoſpitium invitatos ſopitosque vino vincirent*. Ovid. Heroid. epiſt. VII. *v.* 105. *decepit* idoneus *auctor:* qui aptus eſt ad fallendum & veniam promerendam. Sic apud Cicer. II. Offic. *c.* XV. *& ſaepe* idoneis *hominibus indigentibus de re familiari impertiendum.* h. e. aptis ad beneficia, & quibus cum honeſtate largiri poſſumus. Donatus ad Andr. A. III. Sc. II. *idoneus eſt aptus & ei rei natus*, & ad A. IV. Sc. IV. *aptus ad omnia & bona & mala*.

AD INDIGNOS ET NON IDONEOS. Vinar. 2. Heuſſian. Senat. 2. & ed. vet. *ad non dignos & non idon.* Sic. *c.* XXXV. n. 3. *quod* non dignos *homines honore honeſtatos videbam*. *Inidoneus* certo nemo meliorum dixit, & in aliis etiam ſeparatas dictiones maluerunt, ut *non ullus*, *non umquam* apud Catullum, Virgilium aliosque. vide & *c.* VII. n. 5. Virgil. I. Aen. *v.* 483. *ad templum* non aequae *Palladis ibant*. apud Ciceronem ſaepe ex MSS. viri docti *non dignus* notarunt, ubi vulgo *indignus* circumfertur: Sic *non cultus*, *non aptus*, ſimilia. Male, ut arbitror, alterum ex his vocabulis ad punientes, alterum ad punitos referres.

28. TRIGINTA VIROS. Juſtin. V. *c.* VIII. *Triginta rectores reip. conſtituuntur, qui fiunt tyranni.* adde Diodor. XIV. Plutarch. Lyſandr. C. Nepot. in Thraſyb.

ATHENIENSIBUS -- IMPOSUERE. Praefecere, praepoſuere. Gellius XVII. *c.* XXI. *Deinde triginta illi tyranni* praepoſiti *ſunt a Lacedaemoniis Athenienſibus*. *Imponere* Noſter Jug. *c.* C. n. 3. *ſimul conſul quaſi nullo* impoſito *omnia providere*. Tacit. V. Hiſt. *c.* VIII. *Tum Judaei - ſibi ipſi reges* impoſuere. XIV. Ann. *c.* LI. *quippe Caeſar duos praetoriis cohortibus* impoſuerat. Cic. pro Planc. *c.* XXV. *ſin emimus*, *quem villicum* imponeremus, *quem pecori praeficeremus*. Florus III. *c.* VI. *Gellius Tuſco mari* impoſitus, *Plotius Siculo*.

QUI REMP. EORUM TRACTARENT. Pronomen demonſtrativum exulat ab Struviano, Guelf. 6. & impreſſis vetuſtis. nec temere. Sic ſupra n. 12. *fama atque fortuna pares ſunt:* Sic *c.* L. n. 1. & alibi. *Tractare remp.* dixit etiam Jug. *c.* LXI. n. 2. *placide modeſteque inter ſe* remp. tractabant. Juſtin. I. *c.* II. *Haec nec immaturo auſu tradere* imperium, *nec ipſa palam* tractare. cum nota Gronovii. Seneca de Tranqu. *c.* III. *actione rerum*, *&* reip. tractatione *ſe detinere*.

29. HI PRIMO COEPERE PESSIMUM QU. Neſcio, cur Thyſius Salluſtium falli putet, qui initio bene adminiſtratam remp. ab triginta viris ſcripſerit, cum conſtet ab initio ſtatim male adminiſtratam. Quaſi vero hiſtorici in perſonis infamatis etiam bene geſta eorum cum cura ſemper ſcripſerint, & Salluſtius non habuiſſet, quos ſequeretur. Lege modo Xenophont. II. Hiſt. Graec. Ipſe Juſtinus quando ſcripſit, qui *fiunt* Tyranni idem quod Caeſar in hac Oratione dicere videtur. neque fallit illud Juvenal. Sat. II. *v.* 83. *Nemo repente fuit turpiſſimus:* Et omnis quidem licentia tempore magis valeſcit. Χαλεπὸν μετριάσαί τι, ϗ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας, inquit Herodian. I. *c.* IV. n. 13.

INDEMNATUM NECARE. Vinar. 1. Heuſſ. Eccard. Guelf. 2. & 10. *indamnatum* ſcribunt: & inepta Gloſſa inde in Fabric. 1. extitit: *ſine judicii damno*. Eſt vero indicta cauſſa & publico judicio non convictum necare, quod erat, teſte Valerio Max. contra leges Lycurgi, idque inter propria Tyranno recenſet Herodot. III. *c.* LXXX.

30 *populus laetari & merito dicere fieri. Poſt, ubi paullatim licentia cre-*
vit, juxta bonos & malos lubidinoſe interficere, ceteros metu terre-
31 *re. Ita civitas, ſervitute oppreſſa, ſtultae laetitiae gravis poenas dedit.*
32 *Noſtra memoria, victor Sulla cum Damaſippum & alios bujusmodi, qui*
malo reipublicae creverant, jugulari juſſit, quis non factum ejus lauda-
bat? homines ſceleſtos, factioſos, qui ſeditionibus rempublicam exagi-
tave-

Adde Appian. III. Rom. Salvian. VIII. de Provid. Auguſt. I. de Civ. D. *cap.* XIX. Vellej. II. *c.* XLV.

EA POPULUS LAETARI. Guelf. 7. Academ. Baſil. 3. *ea re;* Guelf. II. *eu facta;* 12. & Incert. I. *Ea propter* Senat. 2. & Heuſſ. *eo*, quod novitias edd. occupavit, nullo idoneo auctore. Ceteri omnes, uti edidimus. Et poſſes per Syntheſin *ea* ſexto caſu accipere, pro *ea nece* vel alio modo, ut ſupra *c.* XXXIX. num. 3. Verum dicimus *laetari quo, & quid*. Jug. *c.* XIV. n. 22. Laetandum *magis*, *quam dolendum puto* caſum *tuum*. Cic. VII. ep. I. n. 2. Utrumque *laetor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe*. Apud Sueton. Tib. *c.* LXXV. in MS. Salmaſ. *Mortem ejus ita laetatus eſt populus*, &c. Thucyd. III. *c.* LXVII. *εἰκότως τε ἀξιώτεροι οἱ ἁμαρτάνοντες τε τυγχάνοντες τῶν ἀνθρώπων οἱ δὲ δικαίως καὶ ἐναντίων ἐπίχαρτοι εἶναι.*

30. JUXTA BONOS ET MALOS LIBIDINOSE. Academ. omittit *juxta*; Guelf. vero 9. *libidinoſe* habetque: *juxta bonos & malos interficere*: quod non reprobem. particula *juxta* jam indicat eam libidinem, ut ſupra *c.* II. n. 8. & ubi aliud Adverbium additur copulam interponit Criſpus. Jug. *c.* XCI. n. 3. *litteris Graecis, ac Latinis juxta* atque *doctiſſime eruditus*. Praeterea *lubidinoſe* ſcriptum fuerat primitus in Fabric. I. *lubidunoſe* in Baſil. I. ſed alia manus reſingere voluit *libidinoſe*. In Struviano autem haec vox non ſani eſt coloris. Mille quingentos indicta cauſſa necaſſe, ſcribit Aeſchines de falſa leg. & adv. Cteſiphont. mille trecentos numerat Seneca de Tranquill. *c.* III. adde Diodor. Xenophont. Juſtin. & Aelian. II. Var. Hiſt. *c.* XI.

CETEROS METU TERRERE. Baſil. 3. *terrebant*. Supra *c.* XXXIX, n. 2. *ceteros judiciis terrere*.

31. STULTAE LAETITIAE. Gloſſa Fabric. I. *unde laetabatur antea, tunc luit*. *Stultam laetitiam* vocat, quae fuerat ſine judicio & conſideratione, quod res ſit peſſimi exempli, indicta cauſſa cives condemnari, adde num. 34.

32. NOSTRA MEMORIA. Vinar. I. *Et hoc noſtra memoria;* Struv. & Guelferb. 4. *in noſtra memoria;* Eccard. *noſtra quoque memoria*. Similiter fere lapſi ſunt librarii ſupra *c.* XXXIII. num. 2. Cicer. pro domo *c.* XVII. *Proſcriptionis miſerrimum nomen illud & omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime ſit inſigne ad memoriam crudelitatis? opinor, poenam in cives R. nominatim ſine judicio conſtitutam*.

DAMASIPPUM. Praetorem urbanum, Marii partibus addictum & in Sullanos nimis ſaevientem. Valer. Max. IX. *c.* II. Vellej. II. *cap.* XXVI. adde Cic. III. Cat. *c.* X.

ET ALIOS HUJUSMODI. Sic eſt in pleriſque MSS. Guelf. I. & 2. *ejuſmodi*, quod Gruterus & Waſſius expreſſere. Alibi tamen ſemper alterum Salluſtio placuit.

QUI MALO REIP. CREVERANT. Sic MSS. conſtanter & conſenſu. Sed in Mediceo quodam legi dicitur, *qui malum reip. creaverant*, apud Ernſt. ad Corn. Nep. Attic. *c.* X. n. 4. *malo* creſcere vel ſexto, vel tertio caſu intelligi poteſt. hoc modo Senec. I. de Clem. *cap.* XVIII. malo *publico natus* Plaut. Amphitr. A. I. Sc. I. *v.* 160. *Olet homo quidam* malo *ſuo*. ſic Noſter Jug. *c.* XXXI. n. II. Priori, qui hic obtinet, Plaut. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 183. *Hoc ita ſi fiat, publico fiat* bono. Varro: *Villas* peſſimo *publico aedificatas*. Cic. pro Sext. *c.* XXII. periculo *reip. vivebam*. Dictys III. *c.* XXV. *Eam cum cerneretis* malo *omnium civitatem intraviſſe veſtram*. Senec. Phoen. *v.* 382. *quodcumque alteri Optabo nato, fiet alterius* malo. Capitolin. Maximinis *c.* XIII. *Cum non aliunde, niſi* malo alieno *pecuniam quaereret*. Liv. XXXIV. *c.* XVII. *Siquidem id majore Hiſpanorum* malo, *quam exercitus R.* labore, *ſemper adhuc factum eſt*. XXXVI. *c.* VII. extr. *cum Romanis certe bellare* bonis maliſque *meis didici*. adde Cic. VII. epiſt. XVII. n. 2. Noſter IV. Hiſt. ep. Mithrid. *Romanos* peſte *conditos orbis terrarum*. & ead. extr. *neu malis* pernicie noſtra *imperium prolatare*. Caeſar addit Praepoſitionem I. Gall. *c.* X. *intelligebat magno* cum *periculo provinciae futurum*, &c. Thucydides per *ἐπὶ* proferre ſolet, quod propius ad alterum illum modum. II. *c.* XIII. *ὁ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένηται*. *c.* XVII. *ἐπ' ἀγαθῷ*.

FA-

taverant, merito necatos ajebant. Sed ea res magnae initium cladis 33
fuit. Nam uti quisque domum, aut villam, poſtremo aut vas, aut ve-
ſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam, uti in proſcriptorum
numero eſſet. Ita quibus Damaſippi mors laetitiae fuerat, poſt paullo 34
ipſi

FACTUM EJUS LAUDABAT. Qui nempe remp. ita liberari a ſceleſtis hominibus credebant. Sed exceſſit medicina modum. ſupra *c.* XI. n. 4. Seneca V. Benef. XVI. *Ingratus L. Sulla, qui patriam durioribus remediis; quam pericula erant, anavit.*

33. MAGNAE INITIUM CLADIS F. Struvian. Guelf. 7. & 8. *magnae cladis init.* Inter duos Genitivos non recte interponi aliquid putant. Ita tamen Cic. II. ep. XVII. n. 2. & qui ibi notati ſunt. Donat. ad Ter. Andr. A. IV. Sc. IX. *alterius* interventu *perſonae*. Apulej. de Hab. D. Plat. p. 2. *& in viro* harum *incrementa* virtum *& ceterarum conveniſſe teſtatur*. Clades autem illa tanta fuit, ut finem faceret, quod nulli amplius hoſtes eſſent, Senec. I. de Clem. *c.* XII. de Provid. *c.* III. III. de Ir. *c.* XVIII. & in inſontes etiam plurimos ſaevitum, Vellej. II. *c.* XXVIII.

UTI QUISQUE DOMUM A. VILLAM. Guelf. 4. *quisquis; 6. quisquam.;* Baſil. I. & Incert. I. *aut villas*, quod ab Salluſtio profectum crederes, qui utrumque numerum ſaepiſſime conjungit; etſi ubivis fere ab imperitis eo male habitus ſit. vide ſupra n. 16. *uti* eſt particula quaſi cauſſalis. Jug. *c.* XLI. n. 8. *parvi liberi, uti quisque potentiori confinis erat, ſedibus pellebantur.* Sed plura infra *c.* LIX. n. 2.

AUT VAS, AUT VESTIMENTUM. Recte ita Gruterus, cui ex ſcriptis noſtris circiter octo adſtipulantur. Sed Fabric. I. & Vinar. I. omittunt *aut vas* nullo ſenſu; cum propter ſimilitudinem particularum *aut*, *aut* ſcribae decepti ſint, uti ſupra *c.* XL. n. 7. & hoc *cap.* n. 12. ſolam disjunctivam primo loco omittunt Baſil. I. & 2. Vin. 2. Heuſſ. & quidam ex Guelf. Fabric. 2. *poſtr. vas vel veſtim. Vaſorum* tantus Romae luxus & cupido, quantus villarum aliorumque luxuriae inſtrumentorum. Aurea, Argentea, Cryſtallina, Corinthia, Murrhina, Caelata, Fictilia, aliorumque genera crebro in monumentis veterum memorantur, & tanquam inſigne paupertatis documentum apud Sueton. Domit. *c.* I. memoratur, *quod prima adoleſcentiae tempora tanta inopia tantaque infamia geſſerit, ut nullum* vas *argenteum in uſu haberet.* adde ſupra *c.* XI. num. 6. Quot genera veſtimentorum fuerint, & quid in iis vel acceſſionis vice pretioſi, diſcas ex leg. 23. D. de aur. & arg. leg. *alicujus* deſideratur in Guelf. 9. & quando Pronomen *is*, quod Gruterus expulit, ex ſcriptis pluribus revocas, optimo jure *alicujus* poterit deleri, quod & languidum, & humile nimis eſt in Salluſtio. Gloſſargis autem valde aptum, qui & alibi intruſerunt. vid. *c.* XXXVI. n. 5. XXXIII. n. 1. Videndum tamen, annon ſic quoque ſuperfluum ſit.

DABAT OPERAM, UTI IN PROSCRIPT. Sic tantummodo Guelf. 4. 5. & 11. In Eccard. eſt: *uti in proſcriptorum numero* is *eſſet*; Incert. I. *uti ille*. Ceteri omnes *uti is in proſcript. n. e.* Pronomen ſaepe ab Noſtro omittitur. vide ad *c.* XLVIII. n. 4. Mores iſtos videas in Ciceronis Or. pro S. Roſcio Amer. & Noſtri Jug. *cap.* XLI. & ſolet fieri, ubi permixtio reipubl. & communis confuſio licentiae impunitatem promittit.

34. ITA ILLI, QUIBUS. Guelf. 12. & Struv. *Itaque*. In Arondeliano I. Waſſius non reperit *illi*; nec fuit in Incert. 2. ob id feci, ut non amplius legeretur. vide *c.* XLIX. n. 4. & XXXVII. n. 5. Graeci ſic adſolent, uti Herodian. I. *c.* IX. n. 23. *γενόμενον δὲ αὐτὸν κατὰ τὴν Ἰταλίαν*, ΟΙΣ *πάντα συνέπταλτο, διεχειρίσαντο*. Guelf. II. habuerat primo *laetitia fuerat*, uti Jug. *c.* LXXXIII. n. 1. itidem turbarunt.

PAULLO POST IPSI TRAHEBANTUR. Guelf. 12. *poſt paullo*, quod revocavi, eo jure, quo ita Jug. *c.* CVI. n. 3. editur. *ipſi* delet Baſil. 3. & pro eo *ubi* habet Guelf. 6. Tandem Incert. 2. *trahebantur ad ſupplicium*; Vinar. I. *trahebantur ad mortem*: uterque ab interprete, qui poſteris in ſpatio, quod verſus dirimit, adſcripſit Fabric. I. Curtius quidem addidit X. *cap.* III. in. *& cum ad ſupplicium videret trahi*; ſed abſolute etiam Cicer. VII. ep. XXXII. *De judiciis quod quereris, multo laboro minus*, trahantur *per me pedibus omnes rei*. Prudent. Καθημ. Hymn. IV. *v.* 82.

Vexamur, premimur, malis rotamur:
Oderunt, lacerant, trahunt, *laceſſunt*.

Senec. V. Nat. Qu. *cap.* XVIII. *Quis nos feſſos tot malis portus excipiet? Bellum ſcilicet & obvius in littore hoſtis, & trucidandae gentes* tracturae *magna ex parte victorem*. Id. de morte Claud. *c.* VI. *ille autem Febrim* duci *jubebat*, cum nota Rhenani. Lucan. IV. *v.* 221. *Non hoc civilia bella, Ut vivamus, agunt.* trahimur *ſub nomine pacis*. Et hoc quidem ex more ſuppliciorum. Rei enim protrahebantur in medium, virgis cae-

ipſi trahebantur: neque prius finis jugulandi fuit, quam Sulla omnis
35 *ſuos divitiis explevit. Atque ego haec non in M. Tullio, neque his temporibus vereor; Sed in magna civitate multa & varia ingenia ſunt.*
36 *Poteſt alio tempore, alio Conſule, cui item exercitus in manu, falſum aliquid pro vero credi. ubi hoc exemplo, per Senati decretum, Conſul*
gladium

debantur, ſecuri denique percutiebantur. vide Ducker. ad Flor. I. *c.* IX. n. 5. Ceterum poſt haec verba, quae ſequuntur uſque ad Jug. *c.* XXX. n. 3. verba: *ne libertatem defererent*, eorum nihil quidquam legitur in *Vinarienſi primo*, cum aliquot folia ſurrepta ſint.

OMNIS SUOS DIV. EXPLEVIT. Nomen *Sulla* omittunt Guelf. 4. & Acad. Sed Guelf. 10. vocem *divitiis* non exhibet. Jug. *c.* XIII. num. 6. *quis praecipit, uti primum veteres amicos* muneribus expleant. ubi vide. In rem confer Auguſtin. III. Civ. Dei *c.* XXVII. Plutarch. in Sulla, ſupra *c.* XXXVII.

35. ATQUE EGO HOC NON I. M. T. VEREOR. Guelf. I. *Atqui*; 8. Fabric. 2. & Baſil. 2. *At ego*, male. *Atque* eſt particula contraria connectendi. *c.* LII. n. 31. Atque *ille egregius adoleſcens immoderatae fortitudinis poenas dedit*. Jug. *c.* IV. n. 3. Atque *ego credo fore*, &c. Curt. III. *c.* VII. n. 6. *ibi Parmenio regi occurrit, quem praemiſerat ad explorandum iter ſaltus*. Atque *ille anguſtiis ejus occupatis Iſſon quoque deſertam a Barbaris ceperat*. ibi peſſime interpres *atque* pro *ſtatim* accipit. Monuit autem jam Chariſius II. ex Acrone, veteres hanc particulam in tranſitione uſurpaſſe, & poſt illos Giſan. ad Lucret. p. 309. qui Carus etiam *Et autem* eodem modo dixit, vide Giſan. p. 311. *Ego* delent Senat. 2. Eccard. & Heuſſianus; *Hoc* vero Baſil. 2. Guelf. 2. 6. 8. & Academ. pro quo pervetuſti Baſil. I. & Fabric. I. item Guelf. 4. 5. 11. Vinar. 2. Struv. Heuſſ. & ed. vet. *haec*, quod, illis jubentibus, recepi. ac ita *c.* LII. n. 24. *Sed ego* haec *omitto*. *c.* LVIII. n. 14. Jug. *c.* XXXI. n. 2. *Nam* illa *quidem piget dicere*. n. 4. *Sed quamquam* haec *talia ſint* & alibi. Vinar. 2. & ed. vet. addunt verbum *fieri*: *haec non in M. T. fieri vereor*, ex Gloſſula non adeo erudita. Cicero: *quod* veritus ſum, *factum eſt*: adde ſupra *c.* XXVII. num. I. XLVI. n. 2. *in M. Tullio* dictio explanata eſt pluribus n. 15.

SED IN MAGNA CIVITATE. Guelf. 7. 11. & a manu ſecunda 12. ut & Academ. Incert. I. & Baſil. 3. *Sed in* tam *magna*; Guelf. 8. *in tanta magna*; 10. *in noſtrate magna*. Salluſtius vero talia vage proferre ſolet. ſupra *c.* XXXVII. n. 3. *nam ſemper* in civitate, *quibus opes nullae, bonis invident*, &c. Liv. XLV. *c.* XXIV. *Nulla eſt civitas, quae non & improbos cives aliquando & imperitam multitudinem ſemper habeat*. Vinar. 2. & ed. vet. *in promtu ſunt ingenia*. ex iis ſaltim poſitum verbi *ſunt* mallem, qui eſt etiam in Academ. tribusque aliis *multa & varia ſunt ingenia*.

36. CUI ITEM EXERCITUS IN MANU SIT. Guelf. 9. *cui ſimiliter exercitus i. m. ſ.* Eccard. delet voces *in manu*: mallem expungi τὸ *ſit*, ſicuti *c.* XX. n. 10. *victoria nobis in manu*. ibi Remenſ. 2. *in manus*; & ſic hoc loco Baſil. I. quod ita verum eſt, ut Jug. *c.* CXII. n. 3. *in* poteſtatem *habere*. vide ſupra *c.* XIX. n. 3. Ex poſtrema littera *ſ* ſecere *ſit*, quod reticet Noſter *c.* XLVI. n. 2. Jug. *c.* II. n. 4. & Livius XLIII. *c.* VII. extr. *Verſari inter ſe conjuges liberosque ſuos*, quibus *nihil neque dicere penſi, neque facere*. Et ſane in uno MS. Waſſii iſtud verbum non legitur: & in Academ. primitus *in manus* ſcriptum fuiſſe, litura probat.

FALSUM ALIQUID PRO VERO CREDI. Guelf. 10. *aliquod*; in Struv. *falſum pro vero aliquid*; Guelf. 5. *pro vero condi*. *aliquid* non eſſe ex dignitate Criſpi, dixi modo n. 33. illoque ſublato nihil ſententiae decedit. *pro vero* illuſtravimus ad *c.* XV. n. 2.

HOC EXEMPLO. *Dato*. ſive *ex* vel *ſub* hoc exemplo. Sic ſupra *c.* XXXVI. n. 5. XXXVIII. n. 2. Cic. II. Verr. *c.* XLII. *Hoc defendebat licere fieri; ſaepe eſſe factum, iſte quod feciſſet, aliorum* exemplo inſtituto*que feciſſe*. Id. IV. Fam. ep. III. *ut ſcirent, cum ſuperiores nullo tali exemplo antea in rep. cognito tam crudeles fuiſſent, quicumque poſtea remp. oppreſſiſſet armis, multo intolerabiliorem futurum. Nam quod* exemplo *fit, id etiam jure fieri putant*. quibus gemina habet Procopius Arcan. Hiſt. p. 94. adde & Tullium pro Flacco *c.* XI. & I. pro Cornel. apud Aſcon. Plin. IV. ep. XXIX. Liv. XLV. *cap.* XXI. Vellej. II. *c.* III. & XX. P. Syrus: *Iter eſt, quacumque dat prior veſtigium*. *Educere gladium* etiam Cicero, pro quo Silius *vagina* ducitur *enſis* VIII. *v.* 341. IX. *v.* 314.

QUIS ILLI FINEM STATUET. Vinar. 2. & ed. vet. *quis illum f. ſt.* Gloſſae MSS. *illi* intelligunt *exemplo*. Pronomen deleri meretur, & exaudiendum *conſuli*, ſicuti proxime n. 37. & ſupra *c.* XLV. n. 4. & XV. extr. *Finem ſtatuere*, ut Senec. ad Helv. *c.* I. *ut deſiderio tuo velis a me* modum ſtatui. Juſtin. XXI. *c.* IV. *decreto* modum *nuptia-*

rum

gladium eduxerit, quis finem ſtatuet, aut quis moderabitur? Majores 37 LII.
noſtri, Patres conſcripti, neque conſilii, neque audaciae umquam egue-
re: neque ſuperbia obſtabat, quo minus aliena inſtituta, ſi modo pro-
ba, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, inſignia 38
magiſtratuum ab Tuſcis pleraque ſumſerunt: poſtremo quod ubique
apud ſocios, aut hoſtis idoneum videbatur, cum ſummo ſtudio domi ex-
ſeque-

rum ſumtibus ſtatuunt. Papin. Stat. v. Sylv. v. *v.* 60. *qui dicere legem Fletibus, aut* fines *audet* cenſere *dolendi*. Sed *finem ſtatuere* pro *ponere terminum* hic accipiendum. Curt. x. *c.* v. num. 36. *Vitae quoque* finem *eumdem illi, quem gloriae* ſtatuit. Liv. XXIV. *c.* XXII. *Strictis ſemel gladiis timentem, qui* finis *caedibus eſſet futurus*.

MODERABITUR. N. Heinſius ad Prudentium legit *moderabit;* ſed Codd. omnibus, quos comparavimus, invitis, praeter Senat. 2. & altera forma habes ſupra n. 25. & Jug. *c.* LXXXII. n. 2. Guelf. 6. *moderatur*.

37. NEQUE CONSILII, NEQUE AUDACIAE. Baſil. 2. omittit voces *neque conſilii;* Fabric. 1. *neque* conſilii audaciae *umquam eguere:* quaſi legendum eſſet *conſilii audacia*, de illis, qui ipſi per ſe conſilia audent, & auctores ſunt inſtitutorum. opponit enim *imitationem*. Sed vulgata recte habet. *conſilium* quippe & *audacia* omnibus inſtitutis neceſſaria ſunt, quibus contraria *c.* XXIII. n. 2. *Huic homini non minor* vanitas, *quam* audacia. Confer maxime Jug. *c.* VII. num. 5. 6. *audaciam* in bonam partem dixit, uti ſupra *c.* IX. num. 4. Voculam *umquam* abfuiſſe Palatino tertio, teſtatur Gruterus: cui omnes Codd. adſentiri cuperem. Sed quod idem Vir diligentiſſimus ex Nazarianis membranis prodidit: *neque* conſilii, *neque* audacia *umquam eguere*, id ad peculiarem Salluſtio morem pertinet, quo diverſos caſus conjungere ſolet, ut ſupra *c.* XXXIII. n. 1. *plerique* patriae, *ſed omnes* fama *atque* fortunis *expertes ſumus*. eo plura contuli.

NEQUE SUPERBIA OBSTABAT. Plerique omnes MSS. *neque* illis *ſuperbia obſtabat*. Editores recte atque ordine Pronomen abegiſſe, ex n. 36. adparet. De iis Romanorum moribus Tacit. III. Ann. *c.* XXVII. & Polybius VI. apud Rupertum. Bene Alexander apud Curt. VIII. *c.* VIII. num. 13. *In multis enim gentibus eſſe video, quae non erubeſcamus imitari, nec aliter tantum imperium apto regi poteſt, quam ut quaedam tradamus illis, quaedam diſcamus.* ibi conſule Interpretes.

38. ARMA ATQUE TELA MIL. AB SAMN. Baſil. 1. *arma, tela atque militaria;* Guelf. 9. *arma atque militaria tela;* Hinc ed. vet. vocem *tela* praetermiſit, cum tamen *arma atque tela* ſaepiſſime conjungantur. vide ad *c.* XLII. num. 2. *ab Samnitibus* ea accepiſſe Romanos, notatu dignum exiſtimat Glareanus, & *ab Sabinis* potius legendum eſſe exiſtimat: atque ſic habet Gloſſa Guelf. 1. forte quia Samnites ab Sabinis ortum traxere, ut Varro VI. de L. L. *c.* III. teſtatur. adi Cellar. II. *c.* IX. pag. 862. Neque Colerus dubium habet locum, cum conſtet, Samnitas totius Italiae bellicoſiſſimos fuiſſe. vide Flor. I. *c.* XVI. Scriptura varia eſt in MSS. Senat. 2. & Heuſſ. *Samnatibus;* Academ. *Sanitibus;* Incerti, Guelf. 2. 3. 4. 12. *Sannitibus*, quomodo etiam Graeci. adi Ducker. ad Flor. l. c. p. 142.

INSIGNIA MAGISTRATUUM AB TUSCIS. Etruriae incolis, vide *c.* XXVII. num. 1. & Livium V. *c.* XXXIII. *Tuſcorum, ante Romanum imperium, late terra marique opes patuere* & quae ibi ſequuntur egregia. Poſtquam Tarquinius Priſcus Tuſciae populos frequentibus armis ſubegerat, illi principem ſuae civitatis eum tandem agnoverunt, & inſignia ſui magiſtratus ad eum detulerunt. *Inde*, inquit Florus I. *c.* V. *faſces, trabeae, curules, annuli, phalerae, paludamenta, praetexta; inde quod aureo curru, quatuor equis triumphatur; togae pictae, tunicaeque palmatae; omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet.* lege & Livium I. *cap.* VIII. Dionyſ. Halicarn. III. *cap.* LXXXIV. & inprimis Silium VIII. *verſ.* 486.

CUM SUMMO STUDIO DOMI EXSEQUEB. Haec eſt manus Salluſtii, etiamſi Codd. varie turbent. Guelf. 5. delet *domi;* pro eo 6. *domo;* Heuſſ. non agnoſcit *ſtudio;* Baſil. 3. *domi inſequebantur;* Remenſ. 1. *cum ſupremo ſtudio*. Omnes tamen in Praepoſitione ſani ſunt. Sic *cum cura dicere* tamquam Salluſtianum apud antiquos notatum. infra *cap.* LIX. extr. cum *magna gloria*. Livius XXV. *cap.* XXII. *ut reliquias duorum exercituum* cum cura *colligerent*. XXXI. *cap.* IV. cum *ſumma fide & gratia diviſerunt*. XXXIX. *cap.* II. cum *intentiore cura conquiſita arma*. adde XXXV. *cap.* IX. XXXIX. *cap.* XXIII. XLII. *c.* XX. Tacit. XI. Ann. *c.* XII. *magna*

39 *ſequebantur: imitari, quam invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore, Graeciae morem imitati, verberibus animadvertebant in ci-*
40 *vis, de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant. Poſtquam reſpublica adolevit & multitudine civium factiones valuere, circumvenire innocen-*

cen-

gna cum *cura & mox gloria ceteras navium adegit.*

IMITARI, QUAM INVIDERE BONIS. Guelf. 6. 8. & 11. *imitari bonos, quam inv. bonis.* Perperam. Exaudiendum *imitari bona*, nempe inſtituta, per Syllepſin Caſus, de qua ad Jug. *c.* I. n. 5. Contra Plaut. Milit. A. III. Sc. II. *v.* 26. *Quoniam aemulari non licet, nunc invides*, & ſic Apulej. Florid. p. 345. Sulpic. Sev. Vit. Mart. *c.* XXVII. *Et vere nonnullos experti ſumus invidos virtutibus vitaeque ejus, qui in illo oderant, quod in ſe non videbant, & quod imitari non valebant.* Zeuxis celebratur verſus *Inviſurum aliquem facilius, quam imitaturum* apud Plin. XXXV. *c.* IX. quem hi auctores expreſſiſſe videntur. adde Hieronym. Epiſt. CVIII. ad Domnion. & Rogatian.

39. GRAECIAE MOREM IMITATI. Verbum alio loco ponitur in Academico; Incert. I. *imitantes;* Remenſ. 2. Incert. 2. & Baſil. 2. *imitari;* Sed Guelf. 3. *Graeciae morem ſecuti.* quod in toties dicto Verbo praeferendum videri poſſet, ut Jug. *c.* XXXII. num. 2. *ſecuti morem imperatoris.* Niſi Criſpus nullum plane Verbum addiderit, ſive *imitati* ἀπὸ κοινοῦ intelligendum relinquens; ſive *Graeciae morem* ſcribens pro *more*, ut Cicero I. ep. IX. num. 6. *noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe.* quomodo ſaepe Livius. Et Graeci quidem ſemper ὃν τρόπον ita dicunt. Similia habes Jug. *c.* XIX. num. 7. LXIII. num. 3. XCII. num. 5. Guelf. 6. habet: *Graeciae* more *imitati.* quod ſi in pluribus libris legeretur, eo facilius *imitati* abigi poſſet. ſed neque tunc cauſſam videremus, qua librarii iſtud verbi adſciverint. Remenſ. I. *Graecum morem im.* Supra *illo* delent Remenſ. I. & Incert. I. vide ſuperius num. 7. Hujus poenae mentio eſt in XII. Tabb. quas a Graecis accepiſſe Tacitus, Livius III. Dionyſ. X. Flor. I. *c.* XXIV. teſtantur. adde hic Plin. XVII. *c.* I. VII. *c.* XLIII. Oroſium II. *c.* XIII.

DE CONDEMNATIS SUMMUM SUPPLIC. Heuſſ. Fabric. 2. Eccard. Incert. 2. Guelf. 3. & 4. *de condemnatiſſimo ſummum ſuppl.* quae vox ex *condemnatis* & *ſummum* videtur conflata: neque enim poſterior in Guelferb. 3. legitur. Paullus Rec. Sent. V. Tit. XVII. n. 3. *Summa ſupplicia ſunt crux, crematio, decollatio.* Plin. VIII. ep. XIV. n. 24. *ultimum ſupplicium* dicit. & Senec. I. de Ira *c.* V. extr. *Ultima ſupplicia, ſceleribus ultimis ponat.* Sed Cic. I. Catil. & alibi *ſummum.* Sulpic. Sev. I. Hiſt. *c.* XXII. extr. *Rex captus, ſummoque ſupplicio adfectus.* adde leg. 9. §. I. D. ad L. Pomp. de Parric. leg. 21. & 29. D. de poenis. De Graecis, inprimis autem de Dracone, traditum accepimus, quod etiam minima delicta civium capitis ſupplicio puniverit. vide Gellium XI. *c.* XVIII.

40. POSTQUAM RESP. ADOLEVIT. Aucta eſt viribus, ſupra *c.* VI. num. 3. Jug. *c.* XVIII. n. II. *Sed res Perſarum brevi* adolevit. Sic Livius, Florus, alii de re Romana. Vopiſcus Caro *c.* II. *Reſp.* adolevit *uſque ad tempora Gallicani belli.* Et de omni augmento, ut Pollio Gallienis *cap.* XI. *neque Antoninus in* adulta *fecerat pace.* Capitolin. Macrin. *cap.* II. *Et rumoribus, quibus premebatur*, adoleſcendi *poteſtatem demſit.* Claudian. II. Stil. *v.* 202. *te ſoſpite fas eſt Vexatum laceri corpus* juveneſcere *regni.*

MULTITUDINE CIV. FACT. VALUERE. Struv. & Guelf. 7. *ex multitudine.* vide notam ad *c.* XXXI. n. 3. ubi plura hujuſmodi, quibus ſextus caſus cauſſam denotat. *valuere* eſt crevere, robore auctae ſunt. Cic. VII. ad Att. ep. III. *His ille rebus ita* convaluit, *ut nunc in uno cive reſp. ad reſiſtendum imbecilla ſit.* Tacit. XIII. Ann. *c.* XLVI. *Sed accepto aditu Poppaea primum per blandimenta & artes* valeſcere: *mox acri jam principis amore ad ſuperbiam vertens* cet. Idem II. Hiſt. *c.* XXXVIII. *Rebus modicis aequalitas facile habetur.* Sed lege ipſum & Noſtrum Jug. *c.* XLI.

CIRCUMVENIRI INNOCENTES. Sic quidem edd. etiam optimae. At Baſil. I. & 2. Fabriciani, Incerti, Vinarienſ. 2. Academ. Senat. I. Struv. Guelf. I. 2. 3. 5. 9. 10. 11. 12. ed. vet. & Venetae *circumvenire*, quod nullo bono jure & peſſimo exemplo tot editores ſprevere. Intellige *circumvenire* quidam ex illis factionibus *coepere*, vel *circumveniebant*, ita ut *innocentes* ſit quartus Caſus. Duplex corruptelae cauſſa. Altera, quod Verbum ſine Subjecto, ut vocant, poſitum eſt. ita tamen Lucret. VI. *v.* 296. *Tecta ſuperne* timent, metuunt *inferne cavernas.* Propert. II. Eleg. V. princ. *Non ita* complebant *Ephyreae Laidos aedes.* Senec. de Conſt. Sap. *c.* XI. *Pueros in hoc* mercantur *procaces, & eorum impudentiam* acuunt, *& ſub magiſtro* habent, *qui probra meditata effundant.*

Ob-

Digitized by Google

tentes, alia bujuſcemodi fieri coepere. tum lex Porcia aliaeque para-
tae, quibus legibus exſilium damnatis permiſſum. Hanc ego cauſſam,
Patres conſcripti, quo minus novum conſilium capiamus, in primis 41
magnam puto. Profecto virtus atque ſapientia major in illis fuit,
qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea 42
be-

Obſervatum hoc Scaligero ad Catulli Carm. II. pag. 6. Giſan. ad Lucret. pag. 356. Gronov. ad Senec. II. de Ira *c.* XII. & XXXIV. Altera, quod verbum Activum & Paſſivum minus recte conjungi crederent. Ita vero Salluſtius ſaepiſſime. infra *cap.* LIII. num. 3. *Sciebam ſaepe numero parva manu cum magnis legionibus hoſtium* contendiſſe; *cognoveram parvis copiis bella* geſta *cum opulentis regibus*. ſupra *c.* XLVIII. num. 4. *quo & ceterorum animos* reficeret, *& illi facilius e periculo* eriperentur. Jugurth. *c.* CVII. extr. *paucis diebus, quo ire* intenderant, perventum *eſt*. Sic his locis & ſcripti, & impreſſi. Sunt & alia, quae adhuc corrupte lecta ſunt, a nobis ex MSS. reſtituta, quae vide ad ea Jugurth. *c.* CXIV. num. 2. *Romani ſic babuere, alia omnia virtuti ſuae prona* eſſe, *cum Gallis pro ſalute, non pro gloria* certare. Sic Liv. I. *c.* I. *in ceteros* ſaevitum eſſe *Trojanos ---- Aenea Antenoreque - omnes jus belli Achivos* abſtinuiſſe. Id. XLV. *cap.* XX. *Omnibus honoribus & praeſens* eſt cultus, *& proficiſcentem* proſecuti ſunt. Plaut. Curcul. Act. IV. Sc. II. *v.* 17. *Culpant eum, conſpuitur, vituperatur*.

ALIA HUJUSCEMODI FIERI COEP. Vinar. 2. Baſil. 2. Senat. I. Guelf. I. 8. & ed. vet. *aliaque*; Incert. I. & Guelf. 7. *& alia*. vide ad *c.* XV. num. I. Fabriciani, Incert. 2. Heuſſ. Guelf. I. 9. 10. *bujuſmodi*. alterum eodem loco Salluſtius & paſſim.

TUNC LEX PORCIA ALIAEQUE LEGES. Baſil. I. Fabriciani, Incert. I. Struv. Heuſſ. Academ. Vinarienſ. 2. plerique Guelferbb. & edit. vet. *tum*, quod alibi ab editoribus Criſpo vindicatum, deſeri non debuit. neutrum vero Guelferb. 12. agnoſcit. *leges* delet Guelferb. 10. & alterutrum certe, aut *lex*, aut *leges* eſt a mala manu. & cum hoc a codice non adeo pravo condemnetur, alias interim ſedes quaerere juſſi, lectorem remittens ad conſiderationem eorum, quae adnotata ſunt ad *cap.* XXV. num. 3.

QUIBUS LEGIBUS EXSILIUM PERM. Fabric. 2. Incert. I. & Guelf. 3. expellunt vocem *legibus*. Ea tamen δευτώτως Caeſari perquam familiaris. Ciceroni etiam aliiſque uſitata. Caeſar I. Gall. *c.* XVI. diem *inſtare, quo* die *frumentum militibus metiri oporteret*. *c.* XLIX. *ultra eum* locum, *quo in* loco *Germani conſederant*. VI. *c.* VII. *iter in ea* loca *facere coepit, quibus in* locis *Germanos eſſe audiebat*. Cicer. II. Verr. *cap.* LXXIV. *Erant haec ex eo* genere, *quod ego* genus *ex ſociorum litteris reperire cupiebam*. pro Sext. *c.* XLV. *Duo* genera *ſemper in hac civitate fuerunt - quibus ex* generibus *alteri* cet. adde IV. ep. V. num. 8. VIII. ep. VIII. num. 19. IX. epiſt. XIII. n. 2. XIII. ep. LVIII. num. I. ep. LXXII. num. 4. Terent. Phorm. Prolog. *v.* 33. *noſter grex motus* loco *eſt, Quem actoris virtus nobis reſtituit* locum. & ſic ille aliquoties. Apulej. XI. Metam. p. 259. Diem, *qui* dies *ex iſta nocte naſcetur, aeterna mibi nuncupavit religio.* adde Voſſ. VII. Art. Gram. *c.* LV.

41. HANC EGO CAUSSAM. *Ego* non eſt in Incert. 2. quidam *ergo*; plerique *Ego hanc cauſſam*, etiam Baſil. I. & Fabric. I. vetuſtiſſimi. vide n. 17. & Liv. XXXVI. *c.* XXIII. *nulla* eos *res aeque ac vigiliae conficiebant*. mox Guelf. 10. omittit *in primis*. habet id Noſter ſupra *c.* IV. n. 4. *c.* XV. n. 3.

42. MAJOR IN ILLIS FUIT. Voces *in illis* ſedem variant in Baſil. 2. Praepoſitio autem *in* abeſt ab Struv. Vinar. 2. Eccard. Acad. Guelf. I. 2. 12. & ed. vet. Sed Jug. *c.* VIII. n. I. in ipſo *maxumam virtutem; Romae omnia venalia* eſſe. *c.* XXVIII. n. 5. in conſule *noſtro multae bonaeque artes* erant. adde *c.* II. n. 4. Cic. XVI. ep. V. n. I. *Vide, quanta* in te ſit *ſuavitas.* XIII. ep. XXVIII. n. 4. Eſt *enim* in eo *virtus & probitas*, cet. Lucan. I. *v.* 143. *Sed non* in Caeſare *Nomen* erat *& fama ducis*. Juſtin. VI. *c.* V. in quo *non imperatoriae tantum, verum & oratoriae artes* fuere. Rotundius tamen foret: *Virtus profecto* (hic ordo eſt in Eccardiano) *atque ſapientia major fuit, quae ex parvis opibus tamen imperium fecit* (*fecit* nempe lego in Guelf. II. neque tamen *fecere* falſum) *quam, qui ea bene parta vix retinemus*. Ita *virtus fecit*, ut *c.* LIII. n. 4. *paucorum civium egregiam* virtutem *cuncta patraviſſe.* & *quam, qui* eſſet pro *quam noſtra virtus, qui;* ea conſtructione, qua Juſtin. II. *c.* XIV. n. 10. *omnium judicio Athenienſium* virtus ceteris *praelata*.

EX PARVIS OPIBUS. Baſil. 2. *copiis;* unus & alter *operibus*, confuſione ſollemni. vide ſupra *c.* XXX. Cicer. pro Coelio *c.* XVII. *Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror, Camillos, Fabricios, Curios,*
qui

43 *bene parta vix retinemus. Placet igitur, eos dimitti & augeri exercitum Catilinae? minume; ſed ita cenſeo: publicandas eorum pecunias, ipſos in vinculis habendos per municipia, quae maxume opibus valent: neu quis de is poſtea ad Senatum referat, neve cum populo agat: qui ali-*

qui haec ex minimis tanta fecerunt. alia ſupra ad *c.* v. extr. de iſtis parvis opibus & inſecuta magnitudine Romanorum Eutropius princ. Claudian. III. Stilic. *v.* 138. alii.

Qui ea bene parta vix retin. Struvian. *qui ea bona parta; ea* non fuit ab initio in Academico, nec eſt in Eccardiano. Inter *imperium*, & *bene parta* iſte nexus eſt, qui ſupra *c.* II. n. I. inter *reges* & *id nomen imperii:* & Jug. *c.* XLI. n. I. *otio & abundantia earum* rerum, quae prima *mortales ducunt*. ibi plura. Seneca Epiſt. CXVIII. *Exigis a me frequentiores* epiſtolas. *Rationes conferamus: ſolvendo non eris. Convenerat quidem ut* tua priora *eſſent; tu ſcriberes, ego reſcriberem.* Simillimum quid eſt Jug. *c.* XIV. n. 3. ſed locus in mendo jacet. adde ſupra *c.* X. n. 3. & infra *c.* LVI. n. 6. Servitia *repudiabat*, cujus *ad eum magnae copiae concurrebant*. Denique Tacit. IV. Ann. *c.* V. quantum *ingenti terrarum ſinu ambitur, quatuor legionibus* coercita.

43. Placet igitur eos dimitti. Supple: *Dicet aliquis:* Placet igitur cet. Sic Horat. I. Sat. I. *v.* 101. Quid *mi* igitur *ſuades? ut vivam Naevius?* cet. Supra num. 25. *At enim quis reprehendet?* Apulej. de Deo Socr. p. 45. *Quid* igitur *cenſes? Jurabo per Jovem lapidem, Romano vetuſtiſſimo ritu? Atqui ſi* cet. Juvenal. Sat. X. *v.* 346.

> *Nil* ergo *optabunt homines? ſi conſilium vis* cet.

Alibi addunt *dicet aliquis*, ut Noſter Jug. *cap.* XXXI. n. 18. Livius XXI. *c.* X. *Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis*. XXXVII. *c.* LIII. *quid ergo poſtulas? dicat aliquis*. Plin. III. ep. IX. n. 21. *Dicet aliquis, judicas ergo?* Sed vereor, ut omnibus locis id additamentum ab latinis auctoribus ſit profectum.

Sed ita censeo. *Cenſeo* proprium Verbum iis, qui ſententiam dicunt. Plin. III. epiſt. IX. *Conſurgenti ei* ad cenſendum. item IX. epiſt. XIII. adde Buchner. pag. 130. Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. *c.* XXXVI. Briſſon. II. Form. pag. 169.

Publicandas eorum pecunias. Publico aerario adjudicandas, quem morem a Graecis Romani acceperunt. vide Cic. pro domo. Spartiani Adrian. Tit. Dig. de bonis damnator. *Pecunia* notat omnia bona. leg. 222. de V. S. Pecuniae *nomine non ſolum numerata pecunia: ſed omnes res tam ſoli, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur*. adde leg. 178. cod. & Ariſtotel. IV. Ethic. *c.* I.

Per municipia. Munitioribus per Italiam oppidis ſolebant Romani captivos honoratiores cuſtodire, quae etiam *libera cuſtodia* dicta eſt, ut ea, de qua ad *c.* XLVII. num. 3. Vellejus I. *c.* XI. *Poſt victum captumque Perſen, qui quadriennio poſt in libera cuſtodia* Albae *deceſſit*. ubi vide Interpretes. & Caſaubon. ad Sueton. Caeſar. *c.* XIV.

Quae maxume opibus valent. Quae ſunt opulentiſſima. adi ſupra *c.* XXX. n. 7. Verbo *valent* deſtituitur Guelf. 6. nec eſt contra latinitatis rationem: *quae maxuma opibus*.

Neu quis de iis postea ad S. R. De liberatione eorum, aut poenae mitigatione. Cic. IV. Cat. *c.* IV. *ſancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per ſenatum, aut per populum levare poſſit, eripit etiam ſpem, quae ſola homines in miſeriis conſolari ſolet*. Confer poſt Red. in Senatu *cap.* IV. Coel. Epiſt. VIII. Flor. III. *c.* XXI. Remenſ. I. & Guelferb. 6. *neve quis;* Guelf. 2. 11. Baſil. 2. & Struvian. *ne quis*. forte, ne componantur *neu* & *neve:* nam & Guelf. 5. mox: *neu cum populo agat*. Sed ſic *neque* & *nec; ſive* & *ſeu* componuntur, locis ad *c.* XXXI. num. 6. citatis. & Catull. Carm. LXV. Nil *metuunt jurare*, nihil *promittere parcunt*. Sed utramque lectionem in textu perſcripſit Academ. *neu ne quis*. Deinde Vinar. 2. & ed. vet. *de eis;* multi *de his;* ſed Guelf. 4. & Fabric. 2. *de is* uti ſupra *iſdem* pro *iiſdem*, *cap.* XXXIX. n. 6.

Neve cum populo agat. Roget populum, quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet. ſic exponit phraſin A. Gellius XIII. *c.* XV. Caeſar. I. Civ. *c.* VII. *nulla lex promulgata, non* cum populo agi *coeptum, nulla ſeceſſio facta*.

Senatum existimare. *Exiſtimare* frequens in hac re verbum. Coelius epiſt. XIII. n. 16. *Senatum* exiſtimare, *neminem moram adferre debere. Qui impedierit, prohibuerit, eum ſenatum* exiſtimare *contra remp. feciſſe*. Cic. Phil. VIII. extr. *Si quis poſt hoc SC. ad Antonium profectus fuerit, ſenatum* exiſtimaturum *eum contra remp. feciſſe*. adde Briſſon. II. Form. p. 195. 196. Incerti, Guelf. 7. & 8. addunt: *ſciat ſenat. ex.* Guelf. 6. & Acad. *cenſeo;* Baſil. 2. *credo*. omnes male, quod vel addita exempla doceant.

Con-

aliter fecerit, Senatum exiſtumare, eum contra rempublicam & ſalutem omnium facturum.

CAP. LII.

POſtquam Caeſar dicendi finem fecit, ceteri verbo alius alii va- 1 LIII,
rie adſentiebantur: at M. Portius Cato rogatus ſententiam hu-
juſcemodi orationem habuit.

Longe mihi alia mens eſt, Patres conſcripti, cum res atque peri- 2 LIV
cula

CONTRA REMP. ET SALUT. O. FACTURUM. Eadem formula *cap.* L. n. 3. Cic. poſt Red. in Sen. *cap.* XI. *qui id impediſſet, vos graviter moleſteque laturos. illum* contra remp. ſalutem*que bonorum, concordiamque civium facturum.* ita pro Sext. *cap.* LXI. II. ad Attic. *cap.* V. & alibi. Liv. III. *cap.* XXI. *In reliquum magiſtratus continuare, & eoſdem tribunos refici, judicare ſenatum* contra remp. eſſe. Idem bene X. *cap.* IX. *Valeria lex, cum eum, qui provocaſset, virgis caedi ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil ultra, quam* improbe factum *adjecit. id (qui tum pudor hominum) viſum, credo, vinculum ſatis validum legis. nunc vix ſervo ita minetur quiſquam.* Caeſar I. Civ. *cap.* II. *Si non faciat, eum* adverſus remp. facturum, *videri.*

CAP. LII. 1. Verbo, *alius alii* varie adſentiebantur. Guelf. 9. *verbo ejus.* corruptiſſime. nam *verbo*, ſive pauca tantum dicendo adſentiri ſolebant, ut dictum ad *cap.* L. n. 4. addit *varie*, & exponit *alius* nempe Silano, alius Neroni, alius Caeſari, aut *alii* adſentiebatur. Sic habes *varie cap.* LXI. n. 9. ubi vide. Incert. 1. Struv. Senat. 2. Guelf. 3. & 8. *adſentiebant.* ea forma aliquoties Curtius, Plautus. Tacit. V. Hiſt. *cap.* III. *Adſenſere.* imo & ipſe Cicero. vide Fr. Fabritium ad I. Offic. *cap.* VI. Diomedes I. p. 377. ubi ex Cicerone & Virgilio exempla pro *adſentio* adduxit, addit: *Sed &* adſentior *Salluſtius ait in Catilina: Alius alii* cet. adde P. Conſentii Art. p. 2054. Non. Marc. *cap.* VII. n. 8.

M. PORCIUS CATO. A ſato ſuo *Uticenſis* dictus. vide Auct. B. Afric. *cap.* LXXXVIII. Stoicae diſciplinae addictiſsimus, quo nomine paſſim a Seneca celebratur. lege infra *cap.* LIV. Lucan. II. Plutarch. Cat. min. Breviter Vellej. II. *cap.* XXXV. *Hic genitus proavo M. Catone, principe illo familiae Porciae, homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio diis quam hominibus propior: qui num.u.m recte fecit, ut facere videretur: cuique id ſolum viſum eſt rationem habere, quod haberet juſtitiam, omnibus humanis vitiis immunis, ſemper fortunam in ſua poteſtate habuit.* Cic. III. Offic. *cap.* XVI. *M. Cato ſententiam dixit, hujus noſtri Catonis pater. ut enim ceteri ex patribus, ſic hic, qui lumen illud progenuit, ex filio eſt nominandus.* Hoc autem tempore erat tribunus plebis deſignatus, Vellej. l. c. Plutarch. pag. 769.

ROGATUS SENTENTIAM. Guelf. 12. *interrogatus*; 6. *ſententia.* Livius quidem ſaepe *interrogare ſententiam*; ſed & iſte XXXVII. *cap.* XIV. *Ibi C. Livius (is enim eſt primus* rogatus ſententiam) *Neminem cet.* Noſter *cap.* L. n. 4. Plin. Pan. *cap.* VII. n. 12. *Neminem ſe videre in ſenatu, quem conſul ipſe* ſententiam rogaviſset. Deinde & *de re rogare.* Sed, ne in his ſolum quartum Caſum receptum putes, dixit Claud. II. Stilic. *v.* 297. *noſtros qui conſulis* omnia *patres.*

HUJUSCEMODI ORATIONEM HABUIT. Cujus invidiam capitis periculo ſibi praeſtandam videbat, inquit Cic. pro Sext. *cap.* XXVIII. Eam orationem Cicero per ſcribas, quos antea docuerat per notas & quaſdam figuras multarum vim litterarum complecti, integram excepiſſe dicitur, Plutarch. Cat. pag. 770. nondum enim celebres illae notae et ſiglae, de quibus multa Iſidor. I. Orig. *cap.* XXI. Lipſ. ad Belg. Cent. I. epiſt. XXVII. Wower. de Polym. *cap.* VI. in uſu erant. Eam ſolam extare ex ejus Orationibus, fuere qui crederent. Sed hanc, quam Salluſtius nobis dedit, eſſe, nemo ſibi facile perſuadebit. Qui vero Salluſtii orationes pro nihilo melioribus habuerunt, quam aut Ciceronis Verſus, aut Virgilii Proſam, illi fruantur ſuo judicio.

2. LONGE MIHI ALIA MENS EST. Guelf. 8. 10. 12. Eccard. a prima manu, Baſil. 2. & 3. Incert. 1. & Venetae 1493. ac 1500. *aliena.* Sed ea ſententia: Alia *mihi mens eſt cum res & pericula conſidero;* & alia *cum ſententias nonnullorum perpendo. Mentem* pro *conſilio* dixit, ut ſaepe Cic. Sequitur autem, notante Aido Manutio, De-

cula noſtra conſidero , & ſententias nonnullorum mecum ipſe repu-
3 *to. Illi mihi diſſeruiſse videntur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris atque focis ſuis bellum paravere: res autem monet, cavere*

moſthenem III. Olynth. *οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ* &c. *mihi* vacat in Guelferb. II.

RES ATQUE PERICULA NOSTRA. Sic ſcripti impreſſi omnes. Mallem tamen: rem *atque pericula noſtra*, uti ſupra *cap.* V. num. 6. & XX. n. 10. & 15. Niſi exiſtimes *res & pericula*, pro *periculoſis rebus* ita jungenda fuiſſe, uti *cap.* II. num. 2. *periculis atque negotiis*. nam hoc loco *Illos* tantum, qui ſententias dixerunt, & *Rem* in ſequentibus memorat. Sed ea figura nihilo minus alterum numerum patitur, quod exempla eo loco & *Excurſu* II. adducta confirmant.

MECUM IPSE. Hic ordo eſt in Fabric. I. Incert. 2. Guelf. 3. 5. 7. 8. 9. Heuſſ. & Remenſibus, iſque praeſtat altero *ipſe mecum*, uti dictum ad *cap.* XXXII num. 1. pro *reputo* Guelf. 12. *puto*, & aliud verbum quam *reputo* habuiſſe initio Incert. 1. adnotat, qui eum tractavit. is quidem conjecit, fuiſſe *repeto;* ſed nullus Codex adſentitur, & vulgatum habes Jug. *capit.* XIII. numero 5. alibi.

3. ILLI MIHI DISS. VIDENTUR. *Illi* ſcripſit, cum ad propius reſpiciat, quod requirere videri poſſet *Hi*. Sed ſic Noſter infra *cap.* LIX. num. 5. & notum eſt iſtud, quod *ille* ad propinquius, *hic* ad remotius referatur, de quo abunde ad Cic. VII. epiſt. II. num. 5. Cum vero hoc loco non *hic* excipiat, ſed *res*: comparabis Florum I. *cap.* XXVI. num. 7. Spurium *Caſſium agraria lege:* Maelium *largitione ſuſpectum regiae dominationis praeſenti morte mulctavit. ac de* Spurio *quidem ſupplicium pater ipſius ſumſit: hunc Servilius Ahala confodit*. ubi *hunc* & Nomen Proprium ita, ut hic *illi*, & *res* componuntur. junge Jug. *cap.* XVIII. num. 9. *diſſeruiſſe videntur* eſt pro *video diſſeruiſſe illos*, ſive, *illi diſſeruerunt*. Sic Caeſar I. Gall. *cap.* XL. *cum, Cimbris & Teutonis a C. Mario pulſis, non minorem laudem exercitus, quam ipſe imperator*, meritus eſſe videbatur. Noſter iterum Jug. *cap.* XIV. num. 24. *Neu* vivere contemtus viderer, *ſi defeſſus malis injuriae conceſſiſſem*. pro *neu contemtus vivam*. Quare infeliciter Jac. Gronovius ea Liv. XLI. *cap.* XIX. *ut ſanctum haberet foedus, quod ei cum Romanis* eſſe videri *poſſet* propterea corrigit, quod certe Perſeo cum Romanis fuerit foedus. id enim notat: quod ei cum Romanis eſſe ab omnibus cognoſci poſſet.

ARIS ATQUE FOCIS SUIS BELLUM PARAVERE. hoc eſt, patriae, propriae urbi atque domiciliis, quae ſemper ſunt gratiſsima. *Aras* ad templa publica; *focos* ad aedes privatas referuntur; & per Synechdochen partem, pro tota urbe nominari, docet Vetus Scholiaſt. ad Stat. VII. Theb. *v.* 188. Sed ſaepe adduntur *templa*, *dii* aut ſimilia. Cic. II. Phil. *cap.* XXXIX. *ego arma contra conſules imperatoreſque populi R. contra ſenatum populumque R. contra patriam tuli*. *cap.* XXX. *repetebant praeterea deos, penates patrios*, aras, focos, *larem ſuum familiarem, in quae tu invaſeras*. Livius V. *ut qui meminiſſent, ſibi pro* aris focisque, *& deum templis, ac ſolo, in quo nati eſſent, dimicandum fore*. Id. XXVIII. *cap.* XLII. *aliter moenia patriae, templa Deum*, aras & focos *defendent*. adde Plaut. Aulul. A. II. Sc. V. & infra *cap.* LIX. n. 5. Vinar. 2. *aris atque focis ſociiſque ſuis*, quae vox (*ſociis*) ex male lecta *focis* originem duxit. Guelf. 3. *patriae noſtrae*. At 7. *bellum & incendia;* Struv. *bellum incendia paravere*. quaſi non *bellum* id jam comprehenderet, quod apparet ex *cap.* XXXII. n. 2.

CAVERE AB ILLIS MAGIS, QUAM. *Magis* locum mutat in Fabric. 2. Guelf. 5. & Incert. 1. Sed Guelf. 6. & 12. bona fide expungunt, quos ſolos eſse ſanos, pro certo ſtatuendum eſt. vide ſupra *cap.* IX. extrem. Ita autem Cato, ut ille apud Tacit. XI. Ann. *cap.* XXXI. *Securitati ante, quam vindictae conſulendum*.

QUID IN ILLOS STATUAMUS, CONSULTARE. Senat. 2. & Heuſſ. *in illis*, recte, ut ſupra *cap.* XL. n. 4. *foeda* in civibus *facinora facere*, ubi vide, & infra n. 12. Baſil. 2. omittit *ſtatuamus:* ac ſi *quid*, pro *aliquid* cepiſſet. At hoc, quidquid eſt, ferre poſſumus; id vero oneri Salluſtianis auribus concurrere *ab illis*, *in illos*. Igitur cum Guelf. 5. habeat *ab his*: eaeque voces cum particula *magis* alio atque alio ordine ponantur: & cum Vinar. 2. & ed. vet. habeant: *res autem cavere movet* cet. ſicuti *cap.* XX. n. 8. cum denique *cavere* Criſpus ſupra *cap.* XXVI. n. 2. praeciſe dixerit: *neque illi tamen* ad cavendum, *dolus aut aſtutiae deerant;* placetne ea re locum ſic refingi: *res autem cavere monet, quam, quid in illis ſtatuatis, conſultare*.

4. CE-

cavere ab illis, quam, quid in illis ſtatuamus, conſultare. Nam ce- 4
tera tum perſequare, ubi facto ſunt; hoc, niſi provideris, ne acci-
dat; ubi evenit, fruſtra judicia implores. capta urbe nihil fit reliqui
victis. Sed, per deos immortalis, vos ego adpello, qui ſemper domos, 5
villas, ſigna, tabulas veſtras pluris, quam rempublicam, feciſtis: ſi iſta,
cujus-

4. Cetera maleficia tum perſequare. Guelferbytani omnes, item Eccard. Struv. Remenſ. 2. & Senatorii: *malefacta*. Contra Baſileenſes, Incerti, ceteri *maleficia*. Solus Fabr. 1. *nam cetera* mala *tum perſequare*. Quid igitur? ut hoc *mala*, ita aliorum *maleficia*, *malefacta* ſunt mala Gloſſargorum commenta, & Salluſtius ſcripſit id, quod expreſſimus. *Cetera*, intellige facta, vel *perſequenda*, ut ſaepiſſime apud Noſtrum. *cap.* xx. n. 12. Nova *diruunt*, alia *aedificant*. *cap.* xlviii. num. 7. illud *a P. Autronio machinatum eſſe*. Jug. *cap.* xix. n. 7. *praeter nomen*, cetera *ignarus populi R. cap.* cix. n. 1. pauca *ſe coram Aſpare locuturum*; cetera *occulte*. Neque aliquis exegit, ut ceteri ſcriptores ſemper Subſtantiva adderent, nedum Salluſtius. Sic Juſtin. 1. *cap.* 11. Multa & alia praeclara *hujus reginae fuere*. Spartian. Adr. *cap.* xiii. multa *in Athenienſes contulit*. Sic *ingentia*, *alia*, *multa* ſaepiſſime abſolute ponuntur. adde Jug. *cap.* lxiii. n. 1. & antiqua eſt adnotatio, ea exponenda eſſe. *ingentes res*, *alias res*, *multas res*. Sed verborum ſeries aperte plerumque oſtendit, quid ſit intelligendum. *Perſequere* habuit a prima manu Baſil. 1. habentque Guelf. 1. 3. 9. Heuſſ. Academ. & Incert. 2. quod hoc loco non ſine peculiari ſenſu eſt, ubi futura, & quae providenda ſunt opponuntur. vide Jug. *cap.* 1. n. 2. Ponitur autem pro perſequi vindicta, & ulciſci. cujus notionis exempla adpoſui ſupra *cap.* ix. extr. et Jug. *cap.* xiv. n. 23.

Nisi provideris, ne accidat. Gloſſa videntur voces: *ne accidat*; etſi eas in omnibus libris invenire eſt. Terent. Andr. A. 1. Sc. iii. *v.* 3. Quae *ſi non aſtu* providentur. ibi Donatus: Providemus *nobis tam bonum, quam malum. Malum, ſicut ſi quis eminus veniens telum provideris, atque ſic caveris. Ergo hic* providentur, *caventur*, *vitantur*. Cic. vi. ep. xi. n. 6. quae *ſunt in fortuna*, *temporibus regentur*, *& conſiliis noſtris* providebuntur, Vides, quam recte *hoc niſi provideris*, ſine illo additamento dicatur.

Ubi evenit. Quidem *ubi evenerit;* Fabric. 2. *ubi acciderit;* Senat. 2. & Heuſſ. *ubi accidit*. Forſitan & hoc tamquam male adſutum, abjiciendum erit, ut Salluſtius ſcripſerit: *hoc niſi provideris*, *fruſtra judicia implores*. Sicuti fere Terentius; & Cicero pluribus locis. Habet tamen aliquid ſubſidii in illis *cap.* 1. n. 6. *priuſquam incipias* conſulto, & ubi conſulueris, *mature facto opus eſt*.

Capta urbe nihil fit reliqui victis. Victis nempe etiam jus & judicia eripiuntur. Supra *c.* xi. extr. *nihil reliqui victis* fecere. & ſic *c.* xxviii. extr. Apud Stobaeum Serm. xlii. Πόλις ἂν ἀγχμίνῃ, μεγίςη ὀρθῶσίς ἐςι, καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι, καὶ τούτου σωζομένου, πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου, τὰ πάντα διαφθείρεται. Inde proverbialis fere locutio facta *Capta urbs*. Livius xvii. *Haud ſecus quam in incendio aut* capta urbe *trepidare*. Claudian. Get. *v.* 199. *Nonne velut* capta *rumor miſerabilis* urbe *Trans fretum --- cucurrit*. & alius: *Quid facerent hoſtes* capta *crudelius* urbe.

5. Vos ego adpello. Baſil. 1. *ego vos adpello*. Prudenter autem adpellat privatam cujuſque felicitatem, quae pluribus majori curae eſt, quam publica. vide Herodian. ii. *cap.* iii. n. 20. 21.

Domos, villas, signa, tabulas. Quorum omnium Romani incredibili amore tenebantur, & de quorum luxu conferri poterit ſupra *cap.* xi. xiii. & xx.

Pluris quam remp. fec. Baſil. 2. & 3. Incert. 2. Remenſ. 1. Struv. Guelf. 6. 8. & 11. *pluris pretii*. Sed Latinos *pluris facere* ſine illo nomine dicere, nemo docendus eſt. adi tamen, ſi placet, Jug. *cap.* lxxxv. n. 39.

Si ista, cujuscumque modi sint. Fabric. 2. Eccard. Incert. 1. Vinar. 2. Guel. 5. 10. & ed. vet. *ſunt*. Sed ex trajectione vocum, quae eſt in Struv. & Guelf. 3. ex more illo librariorum, de quo ad *cap.* xlix. n. 4. & alibi, per quem Relativo Pronomini ſemper Demonſtrativum, aut alia nomina addiderunt, vide ad *c.* xlii. n. 2. ex eo denique, quod n. 10. denuo legitur: *cujus haec cumque modi videntur*, cenſeo Criſpum nullam amplius ſyllabam ſcripſiſſe, quam: *ſi, quae amplexamini, retinere*, cet. & in Guelf. 3. primaria vox ita ſcribitur *cujus o cumque modi*. ubi forte illud *o* nota eſt delendi, aut omittendi.

Quae amplexamini, retinere. *Amplexamini*, amatis, magni facitis. Cicero: *Species, quas Plato mirifice erat* amplexatus. *Retinere* dixerat & *cap.* li. n. 42. *bene parta vix retinemus.*

Digitized by Google

cujuſcumque modi ſint, quae amplexamini, retinere, ſi voluptatibus
veſtris otium praebere voltis; expergiſcimini aliquando & capeſſite
6 *rempublicam. Non agitur de vectigalibus, non de ſociorum injuriis; li-*
7 *bertas & anima noſtra in dubio eſt. Saepe numero, Patres conſcripti,*
multa verba in hoc ordine feci: ſaepe de luxuria atque avaritia noſtro-
rum

mus. Cic. Div. *cap.* XXII. *ut haec quae dixi,* retinere *per populum R. incolumia ac ſalva poſſimus*. Livius XXVI. *cap.* XXXVI. *Reſp. incolumis etiam privatas res facile ſalvas praeſtat: publica prodendo tua nequidquam ſerves*. Eodem Cic. I. Attic. epiſt. XVIII. *ceteros jam noſti, qui ita ſunt ſtulti, ut amiſſa rep. piſcinas ſuas fore ſalvas ſperare videantur*.

OTIUM PRAEBERE. Securitatem praeſtare, per otium iſtis indulgere vultis. Cic. I. epiſt. VIII. n. 8. otium *nobis exoptandum eſt, quod ii, qui potiuntur rerum*, praeſtaturi *videntur* cet. Phaedr. Prolog. III. *v.* 13. *otium des corpori*: quod *corpori vacare* interpretantur: etſi ibi proprie accipi queat. Cic. alibi *otium ſtudio ſuppeditare*.

CAPESSITE REMP. Cum cura ſuſcipite, ſolliciti eſtote de rep. Sic Cicero locutus III. & IV. pro Coelio *cap.* XXX. I. Fam. ep. VIII. & IX. ut & alibi. Plaut. Trin. Act. II. Sc. II. *v.* 19. *Si mea imperia* capeſses. Rurſus Cic. X. Phil. *cap.* IX. *capeſſere libertatem*. Plin. Paneg. *cap.* LXVI. *nunc univerſos adhortatus es reſumere libertatem*, capeſsere *quaſi communis imperii curas*. Boetius I. Proſa IV. *Tu hanc ſapientibus* capeſsendae reip. *neceſſariam cauſſam eſſe monuiſti*.

6. NON AGITUR DE VECTIGALIBUS. Fabric. I. *non igitur de vect. agitur*; Baſil. 2. Struv. & Guelf. 8. *Non hic agitur*; Guelf. 7. 9. 11. *Non modo agitur*; 6. & alii quidam *Nunc non agitur*; 4. & pauci *Nam non*. Edita ſatis placet, & colorem illum quaeſivit etiam Herodian. IV. *cap.* XIV. n. 14. Οὐ γὰρ περὶ ὅρων γῆς cet. Virg. XII. Aen. *v.* 764. *Neque enim levia aut ludicra petuntur Praemia: ſed Turni de vita & ſanguine certant*. Lucan. VII. *v.* 263. *Non mihi res agitur: ſed vos ut libera ſitis Turba*. Cic. pro Flacco *cap.* II. *Non eſtis de Lidorum, aut Myſorum aut Phrygum; ſed de veſtra rep. judicaturi*. Noſter n. 10. & Jug. *cap.* XXXI. n. 25. Eodem modo Homerus Iliad. X. Demoſthenes, Diotimus, aliique locuti. vide F. Urſinum ad Virgil. l. c. p. 469.

NEQUE DE SOCIORUM INJURIIS. Rivius in Fabriciano legerat: *non de ſociorum injuriis*, idque & acrius, & lepidius judicabat. atque ſic ſcribitur in Baſil. I. & 3. Fabr. I. Struv. Heuſſ. Academ. pleriſque Guelf. quoties ſociorum injurias perſecutus ſit populus Romanus cum alibi, tum in Cicer. pro L. Manilia legere licet.

LIBERTAS & ANIMA NOSTRA. *Sed* addas, ut ſupra *c.* XVIII. extr. Liv. I. *cap.* XLVII. *Servum* non *interregno*, non *comitiis habitis*, non *per ſuffragium populi*, non *auctoribus Patribus*, muliebri dono *regnum occupaſſe*. adde Gronov. ad Melam III. *cap.* VIII. *Libertas* in dubio eſt, quia illi dominationem adſectant. vide Jug. *c.* XXXI. num. II. & 16. *animam* pro vita dixerat *cap.* LI. n. 22. *Non* animam *eripi, ſed in exſilium permitti jubent*.

IN DUBIO EST. Terent. Adelph. A. III. Sc. II. *v.* 41. *Tua fama & gnatae vita* in dubium *veniet*. & *dubias res*. Noſter alibi dixit, quae inclinant in partem deteriorem, vide *c.* X. n. 2. Sic autem *in integro, in proximo, in incerto eſſe* dicere ſolent, ut Cic. V. ep. XX. n. 22.

7. SAEPE NUMERO. *Numero* additur Adverbio *Saepe* apud Cic. pro Roſc. Am. *cap.* XXIX. & alibi: ea ratione, qua Jug. *cap.* LIV. n. 3. *cogebat exercitum* numero *hominum* ampliorem Caeſar I. Gall. *cap.* XLIX. *Eo circiter hominum* numerum XVI. *millia expedita cum omni equitatu Arioviſtus miſit*. Atque Juſtin. I. *cap.* temporibus *antiquiores*. Eleganter autem ea particula iteratur, ut apud Cic. I. Div. *cap.* XXVIII. Saepe *tibi meum narravi*, ſaepe *ex te ſomnium audivi tuum* Liv. XXXIV. *cap.* IV. Saepe *me quaerentem de feminarum*, ſaepe *de virorum ſumtibus audiſtis*. vide Bentlej. ad Horat. I. Epiſt. XIX. *v.* 19.

IN HOC ORDINE FECI. Struv. *hoc in ordine feci*. Baſil. 2. *in hoc ſenatorum feci*. Sed Pronomen *hoc* omittendo Fabriciani & Guelf. 2. legunt; *in ordine feci*. quaſi et Salluſtius *Ordinem* abſolute intellexerit *Senatorium*, ut deteriori aetate. vide Sitzmannum ad Rutil. Itiner. I. *v.* 15. Mox *conqueſtus ſum* habet Struvianus; duo alii *mortaleſque multos*; Guelf. 3. *multos mortaleſque*, qui tamen ab alia manu emendatus eſt.

EA CAUSSA. Baſil. 2. *ea de cauſſa*; Guelf. 12. *ex ea cauſsa*. Alterum illuſtrat Giſan. ad Lucret. p. 355. per Ciceronis aliorumque *ea re*. Addo Plaut. Pſeud. A. I. Sc. I. *v.* 53. Ea cauſſa *miles hic reliquit ſymbolum* & verſ. 90. *An tu te* ea cauſſa *vis ſciens ſuſpendere*. A. III. Sc.

II. v.

rum civium queſtus ſum; multoſque mortalis ea cauſſa adverſos habeo.
qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam feciſſem, 8
haud facile alterius lubidini malefacta condonabam. Sed, ea tametſi 9
vos parvi pendebatis; tamen reſpublica firma, opulentia neglegentiam
tole-

II. *v.*59. Iſtaccine cauſſa *tibi hodie nummum dabo?* Perſa A. III. Sc. I. *v.*7. Ea cauſſa *ad hoc exemplum te exornavi ego*. Rud. Prol. *v.* 31. *Nunc, huc* qua cauſſa *veni, argumentum eloquar*. Sic Jug. *c.* LXXX. nu.4. *Id* ea gratia *facilius proniusque fuit*.

ADVORSOS HABEO. Academ. & Guelf.6. *adverſus habeo*. Nota ſunt *hoſtem, infeſtum habere*, Paſſive. Sicuti ſupra *cap.* XLI. extr. *manifeſtos habere*. Egregie Cic. II. Att. ep.I. p. 178. *Sed tamen ille* (Cato) *optimo animo utens & ſumma fide, nocet interdum reip. dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli faece, ſententiam*. Inprimis autem adverſus potentes ſemper erat obliquus, & ob id illis inviſus, Flor. IV. *c.* II. nu.9. Confer Plutarch. in Pompejo, Aſcon. in Orat. pro Scauro, A. Gellium IV. *cap.* XVI.

8. QUI MIHI, ATQUE ANIMO MEO. *Animum* dicunt ſedem cupiditatum, eoque Noſter Jug. *c.* XIV. num.22. *Jam jam frater* animo meo *cariſſume*. *cap.* CX. nu.5. *quidquid* animo *lubet*. Sed quod *mihi atque animo meo* dixit, in eo nihil, ſi recte rem putes, eſt ſupervacuum, niſi forte Pronomen *meo*. Nam cum Pronomina adhibent, ea locum Nominis, ut aequum eſt, tenent. quibus ſi quid forte adhaeret ſingulariter exprimendum, neque notiones, neque uſus auctorum prohibet, quo minus id vocabulo quodam deſignent. Hinc *per ſe ipſa ipſe ſecum* Criſpus paſſim: hinc Cicero & Terentius: *apud me domi;* ille etiam II. ep. IV. nu.2. tuarum *rerum* domeſticarum *habes & ſcriptores, & nuncios*: quo loco alia adnotavi. Si igitur *meo* deleveris, erit quaſi ἓν διὰ δυοῖν pro *meo animo*, & Latinitatis rationem expoſui ad *cap.* L. num.I.

DELICTI GRATIAM FECISSEM. *Gratiam facere* eſt indulgere, permittere, & tanquam gratum, aut non inviſum, accipere. Jug. *c.* CIV. extr. *Boccho*, quoniam *poenitet, delicti* gratiam facit. adde *cap.* CXI. num. 2. III. Hiſt. *poſt reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani* gratiam fecerat. Hinc pro remittere Plautus Rud. A. V. Sc. III. *v.* 58. *jurisjurandi* gratiam *volo* facias. ubi vide quae ex Raevardo adnotantur. Idem Caſina A. II. Sc. VI. *v.* 21. *de iſtac Caſina huic noſtro villico* Gratiam facias. Et apud Terentium *Gratiam dare* & *Veniam dare* idem notant.

ALTERIUS LIBIDINI MALEFACTA CONDONABAM. Concedebam, ignoſcebam, permittebam alii pro ſua libidine. Caeſar I. Gall. *cap.* XX. *Tanti ejus apud ſe gratiam eſſe oſtendit, ut & reip.* injuriam, *& ſuum* dolorem *ejus* voluntati *ac* precibus condonet. Cic. pro Coelio *c.* XXXII. *ne patiamini M. Coelium* libidini *muliebri* condonatum. h. e. ne permittatis eum. ibi vide N. Abram. & quae nos ad Cic. V. ep. IV. nu.5. XIII. ep. LXXIII. nu. 3. Drackenborch. ad Sil. XV. *v.* 603. Ducker. ad Flor. III. *c.* V. n.10. Sunt enim in his *condonare, donare, dare* perquam frequentia: quae omnia proprie notant rem vel hominem alterius arbitrio & voluntati permittere. quaſi quae nihil ad nos. Duri hi mores Catonis fuere; ſed etiam de Catone Cenſorio refert Lucillius XIV. Sat. *eum alios laceſſiſſe, quod ipſe non erat conſcius ſibi*. vide Livium XXXIV. Alioquin *familiare eſt hominibus omnia ſibi ignoſcere, nihil aliis remittere*, ut verba habent Vellej. II. *c.* XXX. de quo exempla ſuggerit Valer. Max. VIII. *cap.* VI. adde Plin. VIII. ep. XXII. & IX. ep. XII. Veriſſimum autem illud P. Syri: *Ignoſcito ſaepe alteri, numquam tibi*. Lege Senec. I. de Ira *c.* XIV. Vinar. 2. & ed. vet. *haud. fac. alt. libid.* moleſtam *condonabam;* Baſil. 2. *alius lubidini*. ſenſit nempe ille, *alterius* pro *alius* poni: ſed ita ponitur, ut proprie ſit *alius unius*, ſive *alius cujuſque*. Sic Phaedrus I. Fab. XIX. *v.* 3. *Canis parturiens cum rogaſſet* alteram, *ut foetum in ejus tugurio deponeret*. vide ibi Schoppium & Schefferum: nos ad Coelii epiſt. I. num. 2.

9. TAMEN RESP. FIRMA ERAT. *Tamen* delet Struvianus. ſupra *ea* non legitur in Guelf.6. & Incert. 2. neque *vos* in eodem Guelf. 6. 4. Remenſ.I. & Veneris edd. Guelf. vero 5. *parvi pendiſtis;* Fabric. 2. *parvipendentis*. *Firma* eſt valida & munita contra omnes inſultus. Jug. *cap.* X. num.5. regnum *firmum & imbecillum* opponuntur. & *cap.* LI. extr. hoſtes *dubios* atque *firmos*. Ovid. VII. Metam. *v.*457. *qui quamquam milite, quamquam Claſſe* valet, *patriā tamen eſt* firmiſſimus *ira*. Cic. de Haruſp. Reſp. *c.* XXVIII. *Fuit quondam ita* firma *haec* civitas *& valens, ut negligentiam ſenatus, vel etiam injurias civium ferre poſſet*. Senat. 2. *firma fuit*. bona tua gratia, quod ſpero, delevi id genus verbi. vide ad *cap.* XI. num.3.

Mm 3 Opu-

10 *tolerabat. Nunc vero non id agitur, bonis, an malis moribus viva-*
mus; neque quantum, aut quam magnificum imperium populi Roma-
ni: ſed cujus haec cumque modi, noſtra, an nobiſcum una, hoſtium
LV. 11 *futura ſint. Hic mihi quiſquam manſuetudinem & miſericordiam no-*
minat.

OPULENTIA NEGLIGENTIAM TOLERABAT. *Neglegentiam* per *e* ſcribunt Baſil. 1. Fabric. 1. Guelf. 1. Senat. 1. ex ceteris praeterea duo. Infra *cap.* LII. num. 5. *rurſus reſp. magnitudine ſua imperatorum atque magiſtratuum* vitia ſuſtentabat. ubi vide.

10. NUNC VERO NON ID AGITUR. *Id* veluti abundans, uti ſupra in nota ad *cap.* XLVIII. n. 7. Juſtin. XXXVIII. *cap.* IV. *Ceterum quia non* id agitur, an *liceat quieſcere*. Supra dixerat *non agitur* de *vectigalibus*. utrumque latine obſervat Car. Langius ad Cic. Lael. *cap.* XVII. Sed quod Lambinus notiones diverſas fingit, quaſi *libertas agitur* ſignificet, libertatem in diſcrimen eſſe adductam; contra *de libertate agitur* ſit, de libertate conſultatur, ſermo eſt; id non eſſe perpetuum & hic locus, & alia ad Jug. *c.* XXVII. nu. 2. id agi, *ut per paucos factioſos Jugurthae ſcelus condonaretur*, proferenda demonſtrant. Nimirum *id agitur*, & *de eo conſultatur*, & *in eo verſamur*, *in praeſenti occupati ſumus* denotare poteſt. Sic ipſe Cicero *quae res agitur*, & *de qua re agitur* promiſcue ponit II. & V. de Finib. item alibi. vide loca apud Manut. ad Cic. pro Murena *cap.* XIII. p. 9.

BONISNE, AN MALIS MORIBUS. *Moribus* neglexit ſcriba Guelf. 11. Haud paullo melius *ne* Enclitica abeſt ab Guelf. 6. Senat. 2. & Heuſſ. ſicuti mox: *noſtra*, an *hoſtium*.

IMPERIUM POPULI R. SIT. Vox ultima non legitur in Fabric. 1. Guelf. 9. neque in edit. Gryphiana. recte, ut modo num. 9. inprimis cum mox ſequatur *futura ſint*; & praecedat *vivamus*. ex quo verbo *habeamus*, vel *agat* adſumi poſſet per Synezeugmenon. de quo ad *cap.* LI. num. 9.

SED CUJUS HAEC CUMQUE MODI VIDENTUR. Sic Rivius in MS. reperit, Gruterus & Waſſius ediderunt, quos non magis, quam Guelf. 2. Vinar. 2. & ed. vet. ſequor, qui eodem ordine exhibent. Vulgo: *ſed haec cujuscumque modi vid.* Noſter ſupra *cap.* V. nu. 4. cujus *rei* libet *ſimulator ac diſſimulator*. Horat. I. Od. VI. *v.* 3. Quam *rem* cumque *ferox*, *navibus aut equis*, *Miles te duce geſſerit*. Oda IX. *v.* 14. Quem *Fors dierum* cumque *dabit*, *lucro Adpone*. Idem I. Epiſt. I. Quo *me* cumque *rapit*. Terent. Andr. A. I. Sc. I. *v.* 36. *Cum* quibus *erat* cumque *una*. ibi Donatus: *Figura τμῆσις*. Cicero pro Cluent. *cap.* VI. cujus *modi* cumque *mater ſit*. Plaut. Merc. A. 1. Sc. II. *v.* 39. ob *eſſe* ſequentem. Virgilius: ſuper *unus* eram. & quae ſunt alia. Adi Chariſ. IV. p. 246. Guelf. 6. & 9. *cujuscumque modi ſint*, non *videntur*: quod ſemper indicio fuit, aliquid falſi ſubeſſe. Et Gruterus quidem in Polonico neutrum offendit. Confirmato itaque animo, tamquam ſpurium, expuli *τὸ videntur*. Sic ſupra *cap.* LI. nu. 23. & Jug. *cap.* LXIII. extr. adde & ſupra *cap.* IV. num. 4.

NOSTRA, AN NOBISCUM UNA. Utrum noſtra, an hoſtium, ſimul nobiſcum h. e. & nos ipſi cum libertate & vita noſtra, futura ſint. Gu. 4. an *noſtra*, an *nobiſc.* Franc. *noſtrane nob.* Sed prior interrogandi particula ſaepe omittitur. Sic. Jug. *cap.* XCI. extr. *Dubitavere*, fortior, an *felicior eſſet*. *nam poſtea quae fecerit incertum habeo*, pudeat *magis*, an *pigeat diſſerere*. Plin. I. ep. XVIII. *Refert tamen*, eventura *ſoleas*, an *contraria ſomniare*. Quinctil. VII. *cap.* I. *Videndum*, in re *quaeſtionem inſtituamus*, an *in ſcripto*. *Si in re*: negandum *ſit quod objicitur*, an *tuendum*. *Si in ſcripto*: *in qua ſpecie juris pugna ſit*, & *in ea* de verbis, an *voluntate quaeratur*. Plura collegere Heinſius ad Ovid. II. Faſt. *v.* 394. (quem Burmann. ad eum Quinctiliani locum, & ad V. *cap.* XIII. p. 462. citat) Bentlej. ad Horat. II. Sat. III. *v.* 166. & I. Sat. II. *v.* 63. Drackenb. ad Sil. IV. *v.* 78.

NOBISCUM UNA. Et nos ipſi ſimul. *una* omittunt in ſimili dictione Livius XXI. *cap.* XLIII. *quidquid Romani tot triumphis partum congeſtumque poſſident; id omne veſtrum* cum *ipſis* dominis *futurum eſt*. Cic. IX. ep. III. num. 4. *ne noſtra* nobiſcum, *aut inter nos ceſſatio vituperetur*. adde ſupra *c.* XXXIII. *niſi* cum anima ſimul *amittit*.

HOSTIUM FUTURA SINT. Heuſſ. *hoſtia*; Guelf. 9. *hoſtibus*, ſicut in formula: *iſte error hoſtibus eorum ſit* apud Virg. III. Georg. *v.* 513. Sed Livius IX. *Deditum populum R. vos tribuni diceretis? & hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas*, Samnitium eſſe. & ſic Idem Libr. XXI. aliquoties, cum aliis.

11. HIC MIHI QUISQUAM MANSUETUDINEM. *Hic* eleganter pro *rebus ſic comparatis*, *hac in re*, ut alibi *hoc loco*. Cic. VIII. Phil. *c.* IV. Hic mihi *etiam Q. Fuſius vir fortis ac ſtrenuus*, *amicus meus pacis commoda commemorat*. Id v.

ep. XV.

minat. jampridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus; quia
bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia fortitudo vo-
catur. eo reſpublica in extremo ſita. Sint ſane, quoniam ita ſe mo- 12
res habent, liberales ex ſociorum fortunis, ſint miſericordes in furibus
aera-

ep. XV. nu. 8. Hic *tu ea me abeſſe urbe miraris, in qua domus nihil delectari poſſit.* VII. ep. XIII. nu. 3. Hic *tu me etiam inſimulas*. Plin. I. epiſt. XX. Hic *ille mecum auctoritatibus agit, ac mihi ex Graecis orationes Lyſiae oſtentat*. *Mihi*. quaſi contra me, quod mihi ſufficiat. Plaut. Milit. A. I. Sc. I. *v.* 5. *Nam ego hanc machaeram* mihi *conſolari volo, Ne lamentetur*. Auſon. de Conſ. ſuo ad Gratian. *Poſſem & foris celebrata memorare, niſi omnia omnes & ſeparatim* ſibi *quiſque noviſſet*. Livius Praefat. *Ad illa* mihi *quisque attendat animum*. Plura, ubi Pronomina *mihi, tibi, ſibi* πλεονάζειν videntur Drackenb. ad Sil. I. *v.* 46. Tangit autem, uti ſaepe, C. Caeſarem, cum quo multas inimicitias exercuit, ſupra num. 7. adde Caeſar. I. Civ. *cap.* IV. & XXXIV. Et hac ipſa oratione ſuſpicionem conjurationis in Caeſarem detorſiſſe Cato memoratur Plutarch. Caeſ. p. 711. Franc. deeſt *equidem*.

VERA RERUM VOCABULA AMISIMUS. In hanc ſententiam Horat. I. Sat. III. *v.* 41. ſeqq. plura. Auctor Queroli A. I. Sc. I. *Patientia deſidiae, acrimonia crudelitati adſignatur. Sic* vertuntur nomina. Ovid. Rem. Am. *v.* 323. *Et mala ſunt* vicina bonis. *errore ſub illo Pro vitio virtus crimina ſaepe tulit*. de qua re plura ſupra ad *c.* XI. num. I. multa Quinctil. II. *cap.* XII. III. *c.* IX. IV. *cap.* II. & XI. *cap.* I. circa fin. Aurel. Victor Caeſ. *cap.* XXXIII. *Hinc quoque* rerum vis ac nominum corrupta; *dum plerumque potior flagitio, ubi armis ſuperaverit, tyrannidem amotam vocaverit, damno publico oppreſſis*. Cicero pro Ligar. *cap.* VI. *Nomine illa adhuc cauſſa caruit: alii errorem appellant: alii timorem: qui durius, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui graviſſime, temeritatem: ſcelus, praeter te, adhuc nemo*. Talia habet Ovid. III. Triſt. eleg. VI. *v.* 34. C. Nep. Epam. *cap.* V. Tacit. I. Hiſt. *cap.* XXXVII. infra I. Hiſt. Or. Lepidi. & III. Hiſt. Claudian. II. Eutrop. *v.* 205. ſqq. Lactant. I. *cap.* XVIII. *Inanis gloriae ſpecie capti ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt*. Cui accinunt D. Jeſaias *cap.* V. comm. 20. Baſil. M. Hom. I. de virt. & vit. Proſper III. de vita contempl. *c.* I. Cl. Marius Victor Epiſt. ad Salmon. Epiſc.

MALARUM RERUM AUDACIA. Sic Jug. *cap.* XIV. nu. 17. *Omnium* honeſtarum rerum *egens*. Supra *cap.* XXX. num. 6. *impunitatem ejus* rei. ubi vide. Similiter Cic. III. Offic. *cap.* XXII. *Ipſe mirari ſoleo* ceterarum rerum *tuam excellentem* ſapientiam. Sed Noſter *malarum rerum* addidit & illa, & hac de cauſſa, quod audacia etiam in bonam partem dicitur. vide *cap.* LI. num. 37.

FORTITUDO VOCATUR. Verbum non eſt in Fabric. I. niſi alia litterarum forma inter verſus. pro eo Guelſ. 6. *fortitudo eſt*. Scilicet exaudiri voluit, cum *vocabula* dixiſſet, verbum *vocatur*, quod imperiti ſtatim adſcripſere. Mela I. *cap.* II. extr. *Circa Pontum aliquot populi, alio alioque fine, uno omnes nomine Pontici*. ſic Gronovius. vulgo addunt, *Pontici dicuntur*. quod propter ſimilitudinem verbi adnoto. nam Noſter tali defenſore non eget, qui ubivis fere Verbum Subſtantivum retinet.

IN EXTREMO SITA EST. *Eſt* non placet, nec tibi placebit, ſi ea ſimul omnia perpendas, quae collegi ad Jug. extr. *in extremo* ſicuti *cap.* LI. nu. 12. *in obſcuro*. Jug. *cap.* LIX. nu. 2. *qui* in proximo *locuti fuerant*.

12. SINT SANE, QUONIAM ITA SE M. H. Eccard. *Sin ſane*. Gloſſa Fabric. I. *Conceſſivo modo loquitur*. Cic. VI. ad Attic. epiſt. I. p. 574. Sit ſane: *quoniam ita tu vis, ſed tamen cum eo credo, quod ſine peccato meo fiat. ita* inter lineas haeret in Guelſ. 4. Noſter Jug. *cap.* LIV. nu. 4. *ita ſe mores habent*. Lege Plautum Trin. A. IV. Sc. III.

LIBERALES EX SOCIORUM FORTUNIS. Neque hoc crimine Caeſar alienus erat, vide *c.* XLIX. nu. 3. & Sueton. Caeſ. *cap.* XVIII. Operae etiam pretium erit legiſſe Cic. I. Offic. *cap.* XIV. & II. *cap.* XXXIV. cum Plin. Paneg. *cap.* XXVII. & XXXVIII. ac, quo Caeſar perſtringitur, Catulli Carm. XXX.

MISERICORDES IN FURIBUS AERARII. *In*, vel *erga fures* vulgo dicunt. Cic. I. in Verr. *cap.* I. *Et ſi* fortes *fueritis* in eo, *quem nemo ſit auſus defendere*. ubi bene Vetus Scholiaſtes dicendi genus interpretatur, & illuſtrat. Id. I. Offic. *cap.* XIV. *qui aliis nocent, ut* in aliis liberales *ſint*, ſic MSS. Pithoei, & mox Guilielmii: *quod incurioſi ſunt* in proximis. Sic & Aruſianus Meſſius in Salluſtio legit, qui addidit Cic. IV. Catil. *Si* in his hominibus vehementiſſimi *fuerimus, miſericordes habebimur*. Noſter ita ſupra *cap.* IX. nu. 2.

Digitized by Google

aerarii: ne illis ſanguinem noſtrum largiantur; &, dum paucis ſcelera-
13 *tis parcunt, bonos omnis perditum eant. Bene & compoſite C. Caeſar paullo ante in hoc ordine de vita & morte diſſeruit; falſa, credo, exiſtumans, quae de inferis memorantur: diverſo itinere malos a bonis loca*

nu.2. XI. num.5. Jug. *cap.* LVIII. num.3. *pauci* in pluribus *minus fruſtrati*. Plaut. Mil. A. III. Sc.1. *v.* 17. *Facile eſt imperium* in bonis. Ovid. V. Triſt. eleg. II. *v.* 36. *Saepe ſuo victor* lenis in hoſte *fuit*. adde Cl. Abrahami Gronovii notam ad Juſtin. I. *c.* 7. nu.10. *Aerari*, unico *i*, ſcribunt Guelf. 2. & 8. reliquiae ſcilicet veteris Orthographiae, de qua ad *c.* XXXIX. num.6.

NE ILLIS SANGU. NOSTRUM LARGIANTUR. *Cavete*, aut *caveatis* addunt Guelf. 9. & Inc. 2. quia non intelligebant *ne* eſſe *dummodo non, ne modo*. Livius XXXVI. *cap.* I. *Et extra Italiam permiſſum, ut ſi res poſtulaſſet, auxilia ab ſociis, ne ſupra quinque millium numerum, acciperet*. Pronomen incerti Caſus eſt in ſcriptis. Vinar. 2. Baſil. 2. Acad. Struv. Guelf. 4. 10. & ed. vet. *illi*, quomodo Aldina & ſequaces. Sed diſſolvit, an componit litem Fabricianus 2. qui neutrum Salluſtio permittit, quod jam probavi *cap.* LI. num. 36.

DUM PAUCIS SCEL. PARCUNT. Jug. *c.* XXXI. extr. *Ne ignoſcendo malis, bonos perditum eatis*. Lactant. de Ira Dei *cap.* XVII. *Bonorum ſalutem cuſtodit, qui punit malos*, ubi plura. Id. *c.* XVIII. *qui ſaepius, vel etiam ſemper ignoſcit, is plane & illorum vitam perdit, quorum audaciam nutrit ad facinora majora, & ſibi ipſe aeternarum moleſtiarum materiam ſubminiſtrat*. Confer Cic. II. Offic. *cap.* VIII.

BONOS OMNIS PERDITUM EANT. Nitantur ad perdendum, quod larga manu illuſtravimus ad *c.* XXXVI. nu.4. Guelf. 6. & 9. *bonos homines*; Academ. *bonos homines omnes*.

13. BENE ET COMPOSITE C.C. PAULLO ANTE. Sic *cap.* II. num. 9. Compoſite *atque magnifice*. ubi dixi. Guelf. 4. *ante paullo*. quidni ita, ut *poſt paullo*? Jug. *cap.* CVI. nu.4. mox in tribus eſſe comperi: *hoc in ordine*; Sed Gruterus mallet abeſſe eam trigam, quam & ab libris aliquot repudiatam eſſe teſtetur I. Waſſe.

CREDO, FALSA EXISTUMANS EA, QUAE DE INFERIS. *Credo*, ſine ulla immutatione ſtructurae, & ſaepe per Ironiam additur. Sed ipſi fere ſententiae interponitur. Quamobrem contra Codd. *falſa, credo, exiſtumans* reſcripſi. Sic Cicero pro Sext. *cap.* XXXIX. *Idcirco*, credo, *manum ſibi P. Sextius & copias comparavit*. Id. de Prov. Conſul. *cap.* XII. *Amoenitas eum*, credo, *locorum, urbium pulchritudo -- retinet*. ad quae loca plura N. Abram. adde Bentlej. ad Horat. II. Sat. VII. *v.*68. Quod vero & alia Verba ita addantur, ut Conſtructionem ceteram non varient, docui ad Cic. Epiſt. Sic Plin. IX. epiſt. V. num. 3. *A quo vitio* tu *longe* receſſiſti, ſcio. Importunum eſt Pronomen *ea* hoc loco, ut alibi ſaepe, vide *cap.* XVIX. num. 4. Sed Codd. in eam importunitatem conſpirarunt. Ceterum de opinione veterum in his, quae de inferis memorantur, addidi quaedam EXCURSU VII.

DIVERSO ITINERE MALOS A BONIS. *Itinere* eſt tractu, Jug. *cap.* XLIX. num. II. hic *loco* atque *ſedibus*. Et animarum, a corpore excedentium, *iter* eſſe debet. Cicero I. Tuſcul. *cap.* XXX. *Duas eſſe vias, duplicesque* curſus *animorum e corpore excedentium. Nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent -- iis devium quoddam* iter *eſſe*, ſecluſum *a concilio Deorum*. Lactant. VII. *cap.* VII. *Eſſe inferos* Zenon Stoicus *docuit*, & ſedes *piorum ab impiis eſſe* diſcretas; *& illos quidem quietas & delectabiles incolere regiones; hos vero luere poenas in* tenebricoſis *locis, atque in* caeni *voraginibus horrendis*. adde ibidem *cap.* XX. & III. *cap.* XIX. Bentlej. ad Horat. II. Od. XIII. *v.* 23. & III. Od. IV. *v.* 6. Drackenb. ad Sil. XV. *v.* 76. 77.

LOCA TETRA, INCULTA, FOEDA ATQUE. Sicuti omnia foeda apud inferos, Gloſſa ad Papin. Stat. II. Theb. *v.* 5. Ennius Andromach. *Acheruſia templa alta Orci pallida Leti obnubila, obſita tenebris loca*. Catullus Carm. III.

Qui nunc it per iter tenebricoſum
Illuc, unde negant redire quenquam.
At vobis male ſit malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis.

Senec. Epiſt. LXXXII. *Illa quoque res morti nos alienat, quod haec jam novimus; illa ad quae tranſituri ſumus, neſcimus qualia ſint, & horremus ignota: Naturalis praeterea tenebrarum metus eſt, in quas adductura mors creditur*. *Habere* eſt habitare, incolere, uti ſupra *cap.* VI. num. I.

14. PER

Digitized by Google

loca tetra, inculta, foeda, atque formidoloſa habere. Itaque cenſuit 14
PECUNIAS EORUM PUBLICANDAS, IPSOS PER MUNICIPIA
IN CUSTODIIS HABENDOS; *videlicet timens, ne, ſi Romae
ſint, aut a popularibus conjurationis, aut a multitudine conducta
per vim eripiantur. Quaſi vero mali atque ſceleſti tantummodo in ur-* 15
*be, & non per totam Italiam ſint; aut non ibi plus poſſit audacia, ubi
ad defendendum opes minores. Quare vanum equidem hoc conſilium,* 16
ſi pe-

14. PER MUNICIPIA IN CUSTODIIS HABENDOS. *cap.* LI. n. 43. Sed Gruteri vetuſtiſſimus Commelininus omiſit ea *in cuſtodiis*, quod certe ſalvo ſenſu fieri poteſt. & Cic. IV. Cat. *c.* IV. *quae* municipiis diſpertiri *jubet*. Sueton. Caeſ. *c.* XIV. municipatim dividendos *cenſuit*. & quamvis ille *vinculorum* praemiſit mentionem, hic vero ſtatim addat *cuſtodiendosque:* Eorum tamen locum in Noſtro habent *publicandas eorum pecunias*. quibus enim hoc uſu venit, illi non honoris cauſſa, municipatim dividuntur.

VIDEL. TIMENS, NE SI ROMAE SINT. In Guelf. 5. lego, quod Gruterus in Nazar. & Commelin. nempe *videlicet timens, ut aut a popularibus* &c. atque aequo animo intentus lector & tribus his vocibus *ſi Romae ſint*, & praeterea duabus *videlicet timens* carebit. *Videlicet* non fuit in Palat. 4. pro quo Struvian. *vel timens;* Guelf. 10. *ut timens*. *Timens* non habet Baſ. 1. nec Guelf. 11. *ne* abeſt Franc. Atque perpende mihi, quod Cato cum vultu pronunciaverit *per municipia;* nunc vero per *irriſionem* (ſic Gloſſae MSS.) addat cauſſam, cur forte tam honeſti viri in municipia dividenda videantur; ſic liquet, quod nihil amplius opus ſit in ſententiam, praeter: ipſos *per municipia habendos, ne aut a popularibus conjurationis, aut a multitudine conducta per vim eripiantur.*

15. IN URBE, ET NON PER TOTAM ITALIAM. *Urbem* pro *Roma* dici & pueri ſciunt, & notavit Quinctil. VI. *c.* III. p. 564. & VIII. *c.* II. p. 672. Noſter infra *ad urbem verſus*, *c.* LVI. num. 4. LVII. n. 5. ſupra *c.* XXXVII. n. 4. *urbana plebes*. vide ad *c.* XVIII. extr. Inſignis eſt locus Stephani de Urbibus ubi de Alexandria: ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν ΠΟΛΙΣ καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς. ὡς ΑΣΤΥ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται ΟΥΡΨ, quod hic adnotandum erat, ne quis inde ſubſidium pro Gloſſa in ſuperioribus verbis *ſi Romae ſint* peteret. Praeterea copulam *&* ab uno ſuo abfuiſſe teſtatur Rivius, abeſt etiam ab Eccard. Guelf. 5. & 6. Sicuti, ubi adfirmatio opponitur, particula *Sed* exauditur, ut ſupra n. 6. vide ad *c.* XVII. n. 7. Sic ubi Negatio, eleganter *&* intellectui reliquunt. Cic. III. ep. VII. n. 4. Quaſi vero *ad cognoſcendum ego ad illos*, non *illi ad me venire debuerint*. Lucan. V. *v.* 487. *ignave*, venire *Te Caeſar*, non *ire jubet*. Noſter ſupra *c.* LI. n. 20. *in luctu atque miſeriis mortem aerumnarum requiem*, non *cruciatum eſſe:* ubi ſimiliter in quatuor ſcriptis legi: *& non cruciatum;* in uno: *non autem cruciatum*. At Jug. *c.* IV. num. 7. addidit *ac*.

AUT NON IBI PLUS POSSIT AUDACIA. Guelf. 2. *aut non ibi* poſſit *audacia*, ſine illo *plus*. quaſi non tam *poſſit eripere* intellexiſſet, qua de figura plura ad Jug. *c.* III. n. 2. quam *poſſit* pro valeat, praevaleat accepiſſet. Noſter tamen alibi *plurimum, minus, amplius* & ſimilia adjicit, ut ſupra *c.* II. n. 2. Jug. *c.* VLI. num. 6. LXIX. n. 2.

UBI AD DEFENDENDUM OPES MINORES SUNT. Fabric. 1. *ſint;* Sed recte Baſil. 1. delet id genus Verbi. Delet etiam Guelf. 5. nomen *opes*. Haud inſcite. ſicuti Horat. II. Sat. III. *v.* 312. *An quodcumque facit Maecenas, te quoque verum eſt, Tantum diſſimilem, & tanto* certare minorem. Praeterea Nazarianus MS. habuerat *ad defendendam* h. e. *arcendam* audaciam. quomodo in noto verſu apud Virgilium, & Cic. de Senect. *c.* VX. *nimios ſolis* defendit *ardores*. ubi plura Lambinus. Idem Tullius III. Offic. *c.* XVIII. *qui non* defendit injuriam, *neque* propulſat *a ſuis, cum poteſt, injuſte facit*. Plura Heinſius ad Ovid. Her. Ep. V. *v.* 16. Daviſius ad Caeſar. I. Gall. *c.* XLIV. Drackenb. ad Silium VII. *v.* 170.

16. VANUM EQUIDEM HOC CONS. EST. Guelf. 11. *q. v. equid. conſilium eſt hoc;* ſed 10. *eſt* abjecit. *Equidem* omnes Codd. habent; ut corrupti ſint, vereri non debuerat Pierius ad Virg. II. Aen. *v.* 77. nam de *ego quidem* vana eſt cogitatio, ut dixi ad *c.* LI. n. 15.

SI IN TANTO OMNIUM METU. Scripti noſtri *Si;* Guelf. 6. *Sed;* 2. *Aut ſi;* Baſil. 2. *Et ſi.* Non autem ſemper, quando *Si* praecedit, *Sin* excipit, Jug. *c.* V. n. 6. & ſaepe apud Ciceronem. adde infra *cap.* LVIII. num. 10. Sed hoc loco particula *in* litteram ultimam in *Sin* expuliſſe

ſi periculum ex illis metuit. ſin in tanto omnium metu ſolus non timet; eo
LVI. 17 *magis refert mihi atque vobis timere. Quare cum de P. Lentulo cete-*
risque ſtatuetis, pro certo habetote, vos ſimul de exercitu Catilinae &
18 *de omnibus conjuratis decernere. Quanto vos attentius ea agetis, tanto*
illis animus infirmior erit. ſi paullulum modo vos languere viderint,
19 *jam omnes feroces aderunt. Nolite exiſtumare, majores noſtros armis*
rempu-

videtur. *Metu* in ſpatio interlineari jacet in Fabric. 2. Ac Guelf. 3. deſiderat *omnium*; Eccard. *in tanto omni metu*. Senſus eſt: cum tantus omnium metus ſit. Sic c. II. extr. in *tanta* copia *rerum*. ubi vide. Denique Fabric. 2. *ſolus non metuit*; contra ſupra pro *metuit*, Guelf. 6. Eccard. & Academ. habent *timuit*. Tu vide ad c. XL. n. 3.

REFERT, ME MIHI ATQUE VOBIS TIMERE. Blanditur poſitus Guelf. 11. & Incert. 2. *refert*, mihi me *atque vobis timere*. Sed non adſcendit ad id, quod Incert. 1. Guelf. 2. 3. 6. & 7. decernunt, quibus *me* nuſquam eſt. Omittunt & hoc Pronomen penes Infinitivos, uti *ſe*, *illum*, *illos*, de quibus vide ad c. XXXI. n. 7. Terent. Andr. Act. V. Sc. II. v. 28. *Nonne te miſeret mei? Tantum laborem* capere *ob talem filiam?* Cicer. IV. epiſt. XIII. num. 18. *Et certe omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus*, pervenire *poſſe*. Rutil. Itiner. pr. *Velocem potius reditum mirabere, lector, Quam cito Romuleis* poſſe *carere bonis*. Et abjecto hoc Pronomine latius, pro more Salluſtii, patet ſententia: quaſi intelligendum foret: *me mihi*, *vos vobis timere*. & ipſum Verbum abſolute, tamquam pro Nomine poſitum, elegantius quid & ſignificantius habet. vide Jug. c. XXXI. num. 13. 14. Hinc & Cicero: *Intereſt* ſcire, rectefacere; *Refert* ſcire, videre. Jam *ſibi timere*, eſt proprie *pro ſe*, *incommodum ſuum*, *ne ſibi quid accidat*, *timere*. Jug. c. XXXIX. n. 1. *pars dolere pro gloria imperii*, *pars* timere libertati. Caeſar III. Gall. c. XVI. *ſuis quoque* rebus *eos* timere *voluit*. qui V. c. IX. dixit: *Eo minus* veritus navibus, *quod in littore molli aeque aperto deligatas ad anchoras relinquebat*.

17. QUARE CUM DE P. LENTULO CET. Guelf. 6. *qua re quod de rep. Lentulo*; Academ. *quare quaecumque de P. Lentulo*. dein Incert. 1. Eccard. Guelf. 10. & 11. *ſtatueritis*. mox Baſil. 1. omittit *pro certo*. Quae omnia ad locum referens conjeci: *Quare in P. Lentulo ceterisque ſtatueritis ſimul de exercitu Catilinae & de omnibus conjuratis*. Livius XXVI. c. XLIII. *Oppugnabitis enim vere moenia unius urbis, ſed* in una urbe *univerſam* ceperitis *Hiſpaniam*. Florus IV. c. IX. n. 1. *Quamvis* in Caſſio & Bruto *partes ſuſtuliſſet*; in Pompejo *totum partium nomen aboleſſet*; *nondum tamen* &c. adde Ducker. ad III. c. I. num. 5. & ad II. c. VI. num. 33. Expreſſit autem Thucydidem ex I. c. XXXVI. Καὶ ἅμα ὁ περὶ τῆς Κερκύρας νῦν τὸ πλέον ἢ καὶ τῶν Ἀθηνῶν βουλευόμενος. Cicer. pro Flacco c. XXXIX. *Cum tabella vobis dabitur, judices, non de Flacco dabitur ſolum: dabitur de ducibus auctoribuſque conſervandae civitatis*. *Statuere* verbum judiciale. Caeſar I. Gall. c. XIX. extr. *Petit atque hortatur, ut ſine ejus offenſione animi vel ipſe* de eo, *cauſſa cognita*, ſtatuat, *vel civitatem* ſtatuere *jubeat*.

18. QUANTO VOS ATTENTIUS EA AGETIS. Baſil. 3. *quanto vos* acrius *ea agetis*. Et *acriter* inſtare, *urgere* ſaepe Noſter. vide & Jug. c. XLIII. n. 1. Dicitur etiam pro intento; unde *acer* & *alacer* conjunguntur. vide Senat. ad VII. epiſt. VI. Sed vulgatam non impugno, qui modo c. LI. n. 3. *intendere* vidi, & Jug. c. LXXXVIII. n. 2. *impigre prudenterque ſuorum hoſtiumque res pariter* attendere lego. Cicero etiam *acerrimam & attentiſſimam cogitationem* dicit. Sed Senat. 2. & Heuſſ. *illa agetis*; Fabric. 2. *id agetis*. Vide, num melius: *Quanto vos attentius agetis?* ut Jug. c. XVIII. n. 5. *Neque ab Hiſpanis* emundi, *aut* mutandi *copia erat*. adde ſupra c. XLII. n. 2. Jug. c. LX. n. 1. *paritterque oppidani* agere. Senat. 1. *agitis*. haud male.

TANTO ILLIS ANIMUS INFIRMIOR ERIT. Guelf. 9. non agnoſcit Verbum *erit*, niſi in margine; Guelf. 5. & Acad. *tanto i. infirmior animus erit*; Fabric. 2. *infirmior erit animus*. vide ad c. LVIII. n. 9.

PAULLULUM MODO VOS LANGUERE. *Modo* vacat in Academ. & Incert. 2. qui & *nos* loco alieno exhibet. *Languere* illuſtravi exemplis ſupra ad c. XLIII. n. 3.

OMNES FEROCES ADERUNT. *Adeſſe* Verbum praeſentiae & virium in utramque partem. In bonam Jug. c. LXXXV. n. 47. In alteram Jug. c. L. n. 4. *pars a ſiniſtra ac dextra tentare: infenſi* adeſſe *atque inſtare*. Liv. XXII. c. XXXII. *Frumentatum exeunti Annibali*, *diverſis locis* opportuni aderant, *carpentes agmen*, *palatoſque excipientes*.

19. ARMIS REMP. EX PARVA M. F. Cic. pro S. Roſc.

Digitized by Google

rempublicam ex parva magnam feciſſe. Si ita res eſſet multo pulcher- 20
rumam eam nos haberemus: quippe ſociorum atque civium, praeterea
armorum atque equorum major nobis copia, quam illis. Sed alia fue- 21
re, quae illos magnos fecere; quae nobis nulla ſunt: domi induſtria,
foris juſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque delicto, ne-
que

S. Roſc. Am. *c.* XXV. in. *Cum multis ex rebus intelligi poteſt, majores non modo* armis *plus, quam ceteras nationes, verum etiam* conſilio ſapientiaque *potuiſſe: tum ex hac re* cet. Confer I. Hiſtor. Or. Philippi & ſupra *cap.* II. & IX.

20. SI ITA RES ESSET. *Res* inſititium eſt in Guelf. 9. & Academico. atque ſine illo *cap.* LI. n. II. *non ita eſt*. Sed ibidem n. 20. *id quod* res *habet*. Sic alii, *quod* res *eſt*.

MULTO PULCHERRUMAM EAM NOS HABER. De *multo* Superlativis addito abunde ſupra ad *cap.* XXXVI. num. 4. *eam* edd. quaedam omittunt, non MSS. at *nos* non viſitur in Eccard. Acad. & Incert. 2. Ordinem elegantiorem habent Fabriciani: *multo pulcherrumam* nos eam *haberemus*. Livius XXXVI. *caput* XXIII. *& ipſi cum pro dirutis reficerent* muros, *crebriores* eos, *ut pluribus erumperetur in hoſtem locis, faciebant*. Celſus Praefat. *Verique ſimile eſt, inter non multa auxilia adverſae valetudinis, plerumque tamen* eam *bonam contigiſſe*. alia hujus tranſpoſiti Provocabuli exempla notavimus ad *cap.* XL. num. I.

ARMORUM ATQUE EQUORUM. *Equi* ſemper in commemoratione inſtrumentorum militiae & fortitudinis. Tritiſſimum illud *equis virisque*, apud Cicer. III. Offic. c. XXIII. Ariſtoteles IV. Polit. c. XIII. Antiquitus τ̀ ἰσχὺν καὶ τ̀ ὑπεροχὴν ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ὁ πόλεμος εἶχεν. Mox: *major nobis copia, q. i. eſt.* in ſcriptis aliquot legitur. Acad. *eſſet*. Salluſtianum eſt: *major copia, quam illis*, ceteris neglectis. atque ſic dixerat *cap.* XV. extr. *eſt* non viſitur in Franc.

21. SED ALIA FUERE, QUAE. Gruterus obelo confodit *fuere, quae*. Si permanſiſſet ubivis in ſuis iſtis artibus, in uno Salluſtio inermis factus eſſet. is enim pro conſuetudine Hiſtoricorum ita loqui debuit, & multa exempla dedi ad c. XXXIX. num. 5. alia infra num. 23. alia Jug. c. CX. num. 3. Guelf. 6. *Sed alia fuere his, quae magnos fecere*. II. omittit vocem *magnos*. verius ex illo Pronomen *illos* deleveris, quod & Incert. I. aliiſque locum mutat.

DOMI INDUSTRIA, FORIS JUSTUM IMPER. Quatuor diſtinctis modis voculas *domi & foris* uſurpant. Primo ut *domi* ſit in ſua rep. *foris* apud hoſtes: quo pacto accedit ad illa proxime: *domi militiaeque, domi bellique*. Sic in noto illo Cicer. I. Offic. c. XXII. Parvi *enim ſunt foris arma, niſi eſt conſilium* domi. Aurel. Victor. Caeſ. *cap.* XX. *Huic tanto* domi foris*que uxoris probra ſummam gloriam demſere*. Deinde *domi* de re cujusque familiari, de cognatis & adfinibus; *foris* de alienis, etſi ejusdem civitatis, dicitur, quo pertinet *domi habes*, quod *foris quaeras*: & Noſter ſupra c. XX. n. 13. *nobis* domi *inopia*, foris *aes alienum*. ubi vide. Sueton. Ner. *cap.* XXXVI. init. *Nec minore ſaevitia* foris *& in exteros graſſatus eſt.* memoraverat ſuperiore *cap.* caedes domeſticas. Porro *domi*, pro privato, opponitur publico, ut mox num. 23. ubi tamen raro *foris* contra dicitur. Quartus denique modus eſt, quem tertio hoc loco praeferas, quo *domi* Romam & ſedem imperii, curiam propterea, conſilia quibus Romanum imperium regebatur, & ſimilia reſpicit; *foris* autem ad provincias & devictas gentes pertinet. Sic fere Annibal apud Juſtin. XXXI. *cap.* V. *Romanos* foris *invictos*, domi *fragiles eſſe*, ubi de Italia intelligitur: & Sueton. Claud. c. XXII. *Quaedam circa caeremonias civilemque & militarem morem, item circa omnium ordinum ſtatum*, domi foriſque, *aut correxit, aut exoleta revocavit*. Id itaque eſt, quod ſupra c. X. num. I. dixerat *labore* atque *juſtitia* reſp. crevit: ſi hic pro labore etiam induſtriam in conſiliis acceperis. num. 25. 30. adde *cap.* IX. num. I.

ANIMUS IN CONSULENDO LIBER. Vacuus a libidinibus, ira, odio, gratia, ſtudio *cap.* LI. n. I. 2. neque ſibi ipſe conſcius facinoris, de quo conſulitur. ſupra c. IV. n. 3. *quod mihi a ſpe, metu, partibus reip. animus* liber *erat*. *Conſulere* pro ſententias exquirere dixerat c. XLVIII. n. 7. Hic eſt conſultare, conſilium adferre, ſicuti *Conſulite in medium* &c. Talem animum Tacitus III. Ann. c. XII. *integrum* vocaret. Lege Lipſium III. Polit. c. V. de voce *obnoxius* adi notas ad c. XLVIII. n. 5. & XIV. num. 6.

22 *que lubidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam;*
publice egeſtatem, privatim opulentiam; laudamus divitias, ſequimur
inertiam; inter bonos & malos diſcrimen nullum; omnia virtutis prae-
23 *mia ambitio poſſidet. Neque mirum; ubi vos ſeparatim ſibi quisque*
conſi-

22. PRO HIS N. H. LUXURIAM ATQUE AVARIT. *Luxuriam* induſtriae videtur objeciſſe, vide & n.7. & 9. ubi *negligentiam* dixerat: *avaritiam* ſingulatim ad avaritiam magiſtratuum in provinciis retuliſſe, crediderim, vide num. 12. & ſupra *c.* XL. num. 3. *c.* XI. num. 6. 7. *c.* XII. n. 5. Baſil. 2. *Pro his habemus nos:* quod eſt pro Grutero, qui iſtud Pronomen ſuperfluere recte judicavit. Ed. vet. plane omiſit *nos habemus;* ſed habet has voces Vinar. 2. a quo rariſſime recedere ſolet. Francii MS. omittit *atque*.

PUBLICE EGESTATEM, PRIVATIM OPULENTIAM. Quod eſt contra fundamenta rerumpublicarum, vide Clapmar. IV. de Arc. Rerump. *c.* I. Contra de antiquis Romanis Horat. II. Od. XV. *v.* 13.

Privatus illis cenſus erat brevis,
Commune magnum.

adde ſupra *c.* IX. n. 3.

LAUDAMUS DIVITIAS. Poſtquam nempe *divitiae honori eſſe* coeperunt, ſupra *c.* XII. n. 1. cui addas *c.* XI. n. 3.

SEQUIMUR INERTIAM. Proſequimur inertiam, damus nos inertiae. Sic *c.* XXXIV. n. 4. *ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes* ſum ſecutus. ubi vide *c.* LVIII. n. 14. *haec ſequi decreviſtis*. Contrarium eſt *fugere.* vide notam ad Cicer. I. epiſt. IX. n. 42. Id. II. de Invent. pag. 64. *Cum aliquid faciendum, aut non faciendum certa de cauſſa* vitaſſe, *aut* ſecutus eſſe *animus videtur*. Sic Seneca Epiſt. LXXVI. *ſcholam ſequi*. *Omnis aetatis homines haec ſchola admittit: in hac ſeneſcamus*, hanc *ut juvenes* ſequamur: ubi *petere* interpretantur. Euſeb. Ep. Gallic. in Depoſ. S. Honorati: *Ergo chariſſimi, ut adipiſci poſſimus illa, quae obtinuit*, ſequamur *illa prius, quae docuit*. Phaedrus V. Fab. I. *v.* 7. *Quin etiam reſides & ſequentes otium repunt ultimi*. ubi Gronovius plura, quae fere etiam ad Senec. Oedip. *v.* 683. citantur, ubi olim proxime ad Salluſtium legebatur: Laudare *medica, &* otium *ac ſomnum* ſequi. Sed recte ibi reſtitutum nunc eſt *otium ac ſomnum loqui*.

INTER B. ET M. DISCRIMEN NULLUM. Incerti, Franc. Struv. Remenſ. I. Guelf. 7. *diſcrimen nullum eſt*, quem appendicem omnes reliqui reſcindunt; Sed Incert. 2. Franc. Acad. Senat. 2. & Heuſſ. *nullum diſcrimen*, Adjectivo praepoſito. Confer *c.* XII. n. 2.

VIRTUTIS PRAEMIA AMBITIO POSSIDET. Significantius hoc eſt, quam *virtute praeditorum & ambitioſi*. vide *c.* XXXV. n. 3. Jug. *c.* III. n. 1. *neque* virtuti *honos datur*. Vopiſc. Aurel. *c.* XV. *Ut jam* divitiarum *ſit*, *non* hominum *conſulatus: quia utique ſi* virtutibus *defertur, editorem ſpoliare non debet*. Eberhardus Labyr. Tract. II. *v.* 139.

Carminis in textu delector ponere formam
Pro re, ſi, quod habet res, ſua forma capit:
Regnat ſtultitia; *ſervit* ſapientia; virtus
Subjicitur; vitium *praedominatur ei*.

Auct. Queroli A. III. Sc. I. *omnesque fructus paucorum* improbitas *capit*. Phaedr. I. Fab. V. extr. *Sic totam praedam ſola* improbitas *abſtulit*. Cic. II. Offic. *c.* V. *primum hoc ſtatuo eſſe* virtutis, *conciliare animos hominum*. vide ibid. ac *c.* XVIII. Fr. Fabritium. Plin. II. ep. XX. n. 12. *Ἀλλὰ τί διατείνομαι in ea civitate, in qua jam pridem non minora praemia, immo majora* nequitia & improbitas, *quam* pudor & virtus *habent*. Seneca Hippol. *v.* 980. *Vincit* ſanctos *dira* libido. Fraus *ſublimi regnat in aula*. *Triſtis* virtus *perverſa tulit Praemia recti*. pro *ambitio* per ſecordiam exaratum eſt in Guelf. 5. *libido*. Alia ſupra ad *c.* XIV. n. 1.

23. UBI VOS SEPARATIM SIBI QUISQUE CONSIL. Acad. *quisque ſibi;* Guelf. 6. non habet *ſibi;* Franc. non *ſeparatim*. Mallem omnes ejicerent illud *vos*, quod illi fortaſſe adjecerunt, qui propter interpoſitum *ſibi quisque*, fulcrum quoddam Verbi *capitis* deſiderabant. vide Gronov. ad Liv. XXXII. c. XXI. *Reſpectus autem rerum privatarum*, quod Appius dixit apud Livium II. *ſemper obfecere, obficientque publicis conſiliis*. Tacit. Agric. *c.* XII. *Nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non conſulunt*. Similia legas apud Jo. Barclai. Icon. Anim. *c.* V. cui addas Sidon. XII. epiſt. VII. ibique Jo. Savaronem.

VOLUPTATIBUS, HIC PEC. A. GR. SERVITIS. *Servire* eſt facere, quae velint voluptates, pecunia, gratia. n. 21. *delicto & lubidini* obnoxium *eſſe;* *c.* I. n. 1. *ventri* obediens; *c.* LI. n. 2. *lubidini & uſui* parere, ea notione dixerat. Caeſar IV. Gall. *c.* V. *His rumoribus atque auditionibus* permoti *de ſummis rebus conſilia ineunt — cum incertis* rumoribus ſerviant. Cicero IX.
ep.

Digitized by Google

conſilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniae, aut gratiae ſervitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam. Sed ego haec 24 *omitto. Conjuravere nobiliſſumi cives patriam incendere: Gallorum gentem infeſtiſſumam nomini Romano ad bellum arceſſunt: dux hoſtium*

ep. XVII. n. 6. *nos enim illi* ſervimus: *ipſe* temporibus. Sed apud hunc *ſervire dignitati*, *irae*, & alia hujuſmodi frequentiſſima.

Eo fit, ut impetus fiat. Pro *eo fit impetus*. Cic. Somn. Scip. *c.* VIII. *Ita* fit, ut *motus principium ex eo* ſit, *quod ipſum a ſe movetur*. pro Roſc. Am. *c.* I. *ita* fit, ut adſint *propterea quod officium ſequuntur*: taceant *autem idcirco*, *quia periculum metuunt*. Plaut. Aul. A. IV. Sc. X. *v.* 10. *Cur id auſus* facere, ut *id quod non tuum eſſet* tangeres. Id. Perſa A. V. Sc. I. *v.* 8. *Unde ego omnes hilaros*, *lubentes*, *laetificantes* faciam, ut fiant. Lucret. II. *v.* 802. *Namque alias* fit, uti *claro* ſit *rubra pyropo*: *Interdum quodam ſenſu* fit, uti videatur *Inter caeruleum viridis miſcere ſmaragdos*. Apulej. Habit. Doctr. Plat. pag. 25. *Sic enim* fiet, ut *omnes una mente* ſint, *aequumque ſibi factum velint*. Talia ſunt *confido* fore, ut *inimicos* poeniteat apud Cic. III. ep. X. num. 3. ubi dixi. *Fors* erit, ut ſignet *Olympiadem* apud Auſon. Epigr. III. Faſt. *Fac*, *cogites* ſupra *cap.* XLIV. num. 4. *id agi*, *ut condonaretur* Jug. *c.* XXVII. num. 2.

In vacuam remp. Defenſoribus, adeoque opportunam hoſtibus conjuratis. Juſtin. XXXVIII. *c.* I. *Nicomedes* vacuam *morte regis Cappadociam invadit*. Tacit. XII. Ann. *c.* L. vacuam*que rurſus Armeniam Rhadamiſtus invaſit*. Sic *vacuitas* Brutus ad Cic. XI. epiſt. X. At Noſter ſupra *c.* XV. n. 2. vacuam *domum ſceleſtis nuptiis fecisse*.

24. Sed ego haec omitto. Fabric. 2. & Baſil. 2. *Sed* haec ego *omitto*; Guelf. 5. 6. 7. & 10. *hoc*; at 3. omittit *ego* habetque: *Sed haec committo*. Sed Pronominis *ego* in his Orationibus ſua eſt gravitas, uti *c.* LI. num. 15. 35. 41. & hoc *c.* num. 5. 34. 36. Terent. Eunuch. A. V. Sc. VIII. *militem* ego *rivalem recipiendum cenſeo*. ibi Donatus: *quod* ego *addidit*, *eo dicto uſus eſt*, *quo uti ſolent*, *qui plus in negotiis vident*.

Conjuravere — incendere. Ut incenderent. Tacit. XIV. Ann. *c.* LX. *impulit quemdam ſervilem ei amorem* objicere. Livius II. *cap.* V. *bona cenſuerunt* reddi. Claudian. Gigantom. *v.* 50. *Undique concurrunt arcem* defendere *cives*. Virg. VI. Aen. *v.* 313. *Stabant orantes primi* tranſmittere *curſum*. ubi Servius: *Figura Graeca eſt*: ut *primi tranſirent*. Sed in his ſaepe Modus Infinitus tamquam Nomen Subſtantivum tractatur, & inde ea Conſtructio proveniſſe videtur. vide ad Jug. *c.* XXXI. n. 13. Claudian. Mamerc. I. de Stat. An. *cap.* I. *Et quoniam humanitus per imprudentiam lapſi ſunt*, eligunt *audaciae ſuae culpam pervicaci obſtinatione* defendere, *ne videantur potuiſſe peccare*.

Infestissumam nomini Romano. Verba eadem Vellej. II. *cap.* XXVII. *vir domi bellique fortiſſimus penituſque Romano nomini infeſtiſſimus*. *Nomini* i. e. genti. Liv. VII. *c.* XXVIII. *Auruncum inde bellum ab repentina populatione coeptum*, *metuque ne id factum* populi *unius conſilium omnis* nominis Latini *eſſet*, *dictator creatus*. Idem XXXIII. *c.* XX. *nomen Graecorum*; alibi *nomen Ligurum* & ſimilia. Etiam Treb. Pollio Tyrann. *c.* XXVI. *Denique poſt Trebellianum pro barbaris habentur*, *cum in medio* Romani nominis *ſolo regio eorum ſit*. adde Jug. *c.* XXXIX. n. 2. De Allobrogibus autem Horat. Epod. XVI. *v.* 5.

Noviſque rebus infidelis *Allobrox*.

& ſupra *c.* XL. n. I.

Ad bellum arcessunt. *Ad bellum* non legitur in Guelf. 10. & poterat elegantius intelligi, ut ſupra *c.* XXIV. num. 4. *adſciſcere*, pro *ſocios adſciſcere*: & ipſum *arceſſere* ſaepiſſime abſolute ponitur. *c.* XL. num. 6. *praeterea Gabinium* arceſſit. infra: *integros pro ſauciis* arceſſere. & pariter apud alios. Praeterea *accerſunt* ſcribitur in Baſil. I. Eccard. Guelf. 2. 3. 5. 9. 12. & edit. vet. Sed Vinarienſ. 2. *accerſire*; Guelf. 1. 6. & 10. *accerſiunt* vel *accerſerunt*; Baſil. 2. & Academ. *arceſſere*; Incerti, Struvian. & Guelf. 7. 8. 11. *arceſſerunt*. nimirum quia *Conjuravere* audierunt, idem tempus reformare voluerunt: quam obſcuram diligentiam pluribus rejeci ad *capite* XII. numer. I.

Dux hostium cum exercitu supra caput. Voces *cum exercitu* locum mutant in Fabric. 2. Senat. 2. & Heuſſ. ubi legas: *Dux. h. ſupra caput eſt cum exercitu*; Eccard. *Dux hoſtium* exercitus *ſuper c. e.* Sed Fabric. I. Salluſtii ſcripturam caſtiſſimam nobis ſervavit, nempe *Dux hoſtium ſupra caput eſt*: & pannum illum ſupra hanc purpuram inter verſus a novitio atramento accepit. peſſime illum quidem vulgatis edd. omnibus adſutum ex n. 35. hu-

25 *ſtium ſupra caput eſt: Vos cunctamini etiam nunc, quid intra moenia*
26 *adprehenſis hoſtibus, faciatis? Misereamini cenſeo: deliquere homines adoleſcentuli per ambitionem; atque etiam armatos dimittatis. Ne*

hujus *c. Catilina* cum exercitu *faucibus urget*. His ſcilicet litteratoribus non recte dicetur *Hannibal ante portas:* ſed locupletius *Hannibal* cum exercitu *ante portas*. eaſdem voces infartas vidimus ſupra *c.* XLIII. n. I. Hac figura *c.* LVII. n. 5. *Statuit* cum Antonio *quam primum confligere*. & centies alibi. *ſupra caput* eſt *imminet*, *prope adeſt*, uti *c.* XX. *in manibus* & in *oculis ſita*. Seneca III. Contr. XVII. p. 242. *Nemo hoſtis* Catilina propius *acceſſit:* quod de machinationibus ejus in ipſa urbe intelligitur. Livius III. *c.* XVII. *Cum hoſtes* ſupra caput *ſint*, *diſcedi ab armis legeſque ferri placet*. Cicero pro Murena *c.* XXXVII. In capite *atque* cervicibus *noſtris* (copiae Catilinae) *reſtiterunt:* & gemina *c.* XXXIX. Zoſimus I. *c.* I. *αὐτοῖς ἢ τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες* ΕΠΙΚΕΙΜΕΝΟΥΣ. vide ad n. 35.

25. VOS CUNCTAMINI ET JAM NUNC. Guelf. 1. 5. 6. 9. *Vos cunctamini etiam, & nunc dubitatis;* Franc. delet *nunc &*. Male. *& jam nunc*, ut *& jam tunc*. Cic. pro Sext. *c.* XXXVIII. *An* etiam tunc *quieſceretis*, *cunctaremini*, *timeretis*, *cum remp. a facinoroſiſſimis ſicariis & a ſervis eſſe oppreſſam atque occupatam videretis?* Noſter Jug. *c.* XXXI. n. 3. *Qui ne nunc quidem*, *obnoxiis inimicis*, *exſurgitis*, *atque* & jam nunc *timetis eos*, *quibus vos decet terrori eſſe*. alia ſupra ad *c.* II. n. I.

ET DUBITATIS, QUID. *Et* delent Incerti, Guelf. 7. & 11. Sed jam Gruterus & Putſchius, uterque ex tribus MSS. teſtati ſunt, in illis non legi *& dubitatis*. His accedunt ex noſtris Fabriciani, Baſil. 2. & Academ. quorum juſſu permittere non potui, ut aperta Gloſſa Criſpum deformaret. *Cunctamini* infert verbum *dubitatis*, & propterea *quid faciatis* apte cum illo cohaeret, ſicut n. 31. *vos de crudeliſſumis parricidis* quid *ſtatuatis*, cunctamini. Supra *c.* XLVI. n. 2. *porro autem* anxius erat, quid *facto opus?* ubi alia addita ſunt hujus praegnantis ſtructurae. Sueton. Aug. *c.* VIII. *diu* cunctatus, an *proximas legiones imploraret*. Id. Domit. *c.* XVII. pr. Cunctantibus, quando & quomodo, *id eſt*, *lavantem*ne, an *caenantem adgrederentur*. & ſic alibi id verbum pro deliberare, ſecum exigere, in hac ſtructura legitur. vide Gronov. I. Obſerv. *c.* XVIII.

INTRA MOEN. DEPREHENSIS HOSTIBUS FACIATIS. Guelf. 6. *deprehenſibus hoſtibus*, terminatione τῶ *hoſtibus* abſtractus; 3. *deprehenſis civibus:* & aliudquid, quam *hoſtibus*. fuit in 2. Sed 8. *hoſtis faciatis deprehenſis*. Voluitne *hoſtis deprehenſos?* Sed recte quidem *de hoſtibus*, recte etiam *hoſtibus* vel ſexto, vel tertio caſu, *facere* dicitur: illud vero eruditi non admittunt; vide Taubmann. ad Plaut. Mil. A. IV. Sc. I. *v.* 26. & Voſſ. de Conſtruct. *c.* XLVIII. Fruter. I. Veriſim. *cap.* XVI. Ceterum Nazar. & Commelinianus. item Remenſ. 2. Guelf. 5. & Eccard. habent *apprehenſis*. Alterum ſupra *c.* XLVI. n. 2. I. num. 5. Jug. *c.* XXXV. n. 6. legitur. Alterum tamen neque Plautus, Cicero, Livius reſpuunt, & vel propter antiquiſſimos Codd. ſanctum eſſe debuerat. Valer. Max. IV. *c.* VI. n. I. *Ti. Gracchus anguibus domi ſuae mare ac femina* apprehenſis, *certior factus ab aruſpice*, *mare* dimiſſo, *uxori ejus; femina*, *ipſi celerem obitum inſtare*.

26. HOMINES ADOLESCENTULI. Sic ſupra *homines adoleſcentes c.* XXXVIII. n. I. & plura ad Jug. *c.* XII. n. 5. Iſti autem aetati indulgeri ſolet. Plaut. Moſtell. A. V. Sc. III. *v.* 35. *Stultitiae*, adoleſcentiae*que ejus ignoſcas*, *tuus eſt: Scis ſolere* illam aetatem *tali ludo ludere*. Matius Cic. XI. ep. XXVIII. n. 15. *An quod* adoleſcens *praeſtiti*, *cum etiam* errare cum excuſatione *poſſem*, *id nunc aetate praecipitata commutem*. Senec. II. de Ira *c.* XXX. pr. *Puer eſt*, aetati *donetur: neſcit an peccet*. Id. III. *c.* XII. *Aliquid peccantis* aetas *facit*, *aliquid fortuna*. *c.* XXIV. *puerum* aetas *excuſet*, *feminam ſexus*. adde I. de Clem. *c.* I. & leg. 23. D. de furtis; leg. 108. de R. I. Quinctil. Declam. CCCLVII.

PER AMBITIONEM. Favendum enim illi aetati, ſi ſeſe extollat ceteriſque praeſtare cupiat. Cic. II. Offic. *c.* XIII. Grot. de Jure B. & P. II. *c.* XX. §. XXXIX. n. 3.

ATQUE ETIAM ARMATOS DIMITTATIS. Adverbium *etiam* nec Commelin. Palat. I. & II. habuere, nec habent Struv. Fabriciani, Eccard. Guelf. 1. 3. 5. Ex eo numero 10. *atque & armatos*. Potuerunt librarii propter *atque* τῷ *etiam* locum denegare; ſed iſtud ſine cura Jug. *c.* XXXI. n. 3. & alibi admiſerunt. Terent. Adelph. A. IV. Sc. V. *v.* 29. *factum a vobis duriter Immiſericorditerque*, atque etiam, *ſi eſt pater*, *inliberaliter*. ſic & Livius aliique. Sed cum alibi *etiam* reticeant, vide ad *c.* XVIII. n. 7. & ipſa particula *atque* ſine tali augmento idem ſignificare queat; nemini repugnarem, qui per auctoritatem Codd. illorum, τὸ *etiam* expungeret. Notetur ſimul Interpoſitio & Diſſectio quaedam in his verbis: cum vulgo conjun-

Ne iſta vobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in mi- 27
ſeriam vertet. Scilicet res aſpera eſt; ſed vos non timetis eam. Immo 28
vero maxume; ſed inertia & mollitia animi, alius alium exſpectantes
cunctamini, dis immortalibus confiſi, qui hanc rempublicam in maxu-
mis ſaepe periculis ſervavere. Non votis, neque ſuppliciis muliebribus 29
au-

jungerent: *Misereamini cenſeo, atque etiam armatos dimittatis.* Sic Cicero XVI. ep. II. extr. *Quantum me diligis*, tantum fac ut valeas, *vel quantum te a me ſcis diligi*. Sed *armatos dimittatis* etiam diſtincte intelligendum *ametis &* cum armaſtis *dimittatis:* ut ſupra c. XV. n. 4. *mentem* excitam *vaſtabat*. ubi plura ſunt collata.

27. NAE ISTA VOBIS MANSUETUDO. Baſil. 2. & 3. Struv. Guelf. 7. 8. & 11. addunt Verbum *Vereor* alio atque alio loco; Incert. 1. & Gu. 9. *Timeo, ne;* Guelf. 6. *Tamen cavete, ne.* Falſo omnes, qui non viderunt *ne* eſſe particulam adfirmandi, notans *profecto*, *certe*, ut Jug. c. LXXXV. n. 20. Ne *illi falſi ſunt, qui diverſiſſumas res pariter exſpectant.* Id tamen ex hoc errore liquet librarios in omnibus ſuis Codd. *ne* per *e*, non autem *nae* inveniſſe; quem modum per *ae* ſcribendi, etiamſi a Graecorum *ναὶ* deducatur particula, novum eſſe, pluribus oſtendit Malaſpina ad Cicer. VI. Att. epiſt. 1. p. 173. ſeqq. Certe MSS. noſtri ad unum omnes & ed. vet. *ne* habent.

IN MISERIAM VERTET. Scripti noſtri aliorumque aut *convertatur*, aut *vertatur*, praeter unum Rivii, in quo *vertet*, quem ſecuti ſunt Gruterus & Waſſius, & Guelf. 5. in quo *vertat:* ſcilicet propter particulam *ne* Modum ſcriba immutavit. Verum eſt illud *vertet:* nec mirum, quod hoc loco adeo corruptum ſit, cum idem jam acciderit ſupra c. VI. n. 7. *poſt ubi regium imperium in ſuperbiam dominationemque* convertit. quo loco jam addidimus Jugurth. c. LXXXV. num. 9. ubi alia exempla damus. Ceterum Plaut. Trin. A. II. Sc. II. v. 61. *praemonſtro tibi, Ut ita te aliorum miſereſcat, ne tui alios miſereat.*

28. SCILICET RES IPSA ASPERA EST. Guelf. 10. *res iſta.* at Fabric. 2. ſine *iſta* tantum: *Scilicet* res *aſpera eſt:* quem ſequor tanto lubentius, quod ſupra c. XX. n. 10. eamdem liberalitatem vocula *res* experta eſt: *cetera* res *expediet.* vide locum & notam. Hic vero *quidem* intelligendum eſt: *Res* quidem *aſpera eſt, ſed* cet. Celſus Praefat. extr. *cetera, quae in vivis cognoſci modo poſſunt, in ipſis curationibus vulneratorum paullo* tardius, ſed *aliquanto mitius uſus ipſe monſtrabit*. Idem III. *cap.* IV. *Alvum non toties*, ſed *fore tamen in omni morbo*, *ſubduxit*. Noſter c. LXI. num. 3. *pauci diverſis, omnes* tamen *adverſis vulneribus conciderant.* ubi vide.

IMMO VERO MAXUME. Guelf. 5. Fabric. 2. & Acad. *maxuma*. Gloſſae MSS. *maxime aſpera eſt.* male. ſupple *maxume timetis eam.* Cic. VI. epiſt. III. num. 5. *mori autem nemo ſapiens* miſerum duxit, *ne beato quidem.* ubi alia adſcripta ſunt. adde ſupra c. LI. num. 19. *Immo* autem duabus *m* eſt in ſcriptis libris vetuſtioribus: Gloſſae etiam adnotant, eſſe particulam *correctionis*.

INERTIA ET MOLLITIA ANIMI. *Mollitia* Codd. omnes, non *mollitie*. Plinius Secundus VI. Serm. dub. apud Chariſ. 1. p. 94. *mollities* veteris dignitatis exiſtimat, ut *planities*, *luxuries*, ſimilia. Sed ipſe Soſipater p. 41. poeticas illas terminationes judicat, neque eas eſſe aptas τῷ πεζῷ λόγῳ. Certe *mollitia* apud veteres ita frequenter, ut *planitia* & hujus generis alia. vide Popmam I. de Uſu A. L. *cap.* VIII. Eſt autem importuna & feminea lenitas, ut Cicer. Part. Or. *Lenitatem imitatur* mollitia animi.

ALIUS ALIUM EXSPECTANTES. Tacit. I. Hiſtor. *cap.* LV. *Ceteri ſilentio proximi cujuſque audaciam exſpectantes; inſita mortalibus natura propere ſequi, quae piget inchoare.* Dictys II. *cap.* XXIII. *Poſtquam finem loquendi fecit, magno ſilentio cunctis, ut in tali negotio fieri ſolet, alienam ſententiam exſpectantibus, cum ſe quiſque minus idoneum auctorem crederet.*

VIDELICET DIIS IMMORTALIBUS CONFISI. *Dis* ſcribunt Vinar. 2. Fabric. 1. Heuſſ. Senat. 2. & ed. vet. ſed haec cum Vinar. 2. praeterea: *velut dis im. confiſi*. Nempe modo *ſcilicet* dixerat: mox n. 31. *videlicet* iteratur; hinc hoc loco putidum & ingratum *videlicet* viſum. Sed neque *velut* deſideratur, & *cunctamini dis immortalibus confiſi* bene cohaeret. III. Hiſt. Or. Lepidi: *Jovem aut alium quem deum conſultorem exſpectatis.*

29. NON VOTIS NEQUE SUPPLICIIS MULIEBR. *Vovebant* diis in maximis periculis, aut cum aliquid expoſcerent, Valer. Max. I. c. I. num. I. *Priſco inſtituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum eſt, precatione: cum expoſcendum*, voto. *Supplicia* ſunt ſupplicationes,

auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene conſulendo proſpera omnia cedunt: ubi ſecordiae te atque ignaviae tradideris, nequidquam
30 *deos implores; irati infeſtique ſunt. Apud majores noſtros T. Manlius Torquatus bello Gallico filium ſuum, quod is contra imperium in hoſtem*
31 *pugnaverat, necari juſſit. atque ille egregius adoleſcens immoderatae fortitu-*

titu-

nes, ſacrificia, vide ſupra ad *c.* IX. n. 3. Ac *vota* & *ſupplicia* junguntur, ut apud Plaut. Rud. *v.* 23. *dona* & *hoſtiae*. Guelf. 5. *ſupplicationibus;* Baſ. 3. *non votis ſupplicibus;* Alii *mulieribus;* ſed Senat. 2. & Guelf. 3. *non votis* atque *ſuppliciis*, ſicuti ſupra *c.* XII. n. 2. *nihil penſi* atque *moderati habere.* ubi dixi. Sed ſententia fere impia videtur, a qua tamen Cato longe fuit remotus. Verum nuda tantum vota, ſine opera, rejicit; & in his quae ſerio rejicere volunt illud *ſolum*, *tantum*, *tam*, quod particulae *non* ad molliendam negationem addere poſſent, rejiciunt, ut Jug. *c.* XIV. n. 23. Non *regnum*, ſed *fugam*, *exſilium cum anima amiſiſti*. Plaut. Ciſtell. A. 1. Sc. 1. *v.* 53. *Sine opera tua Di horum nil facere poſſunt:* & apud Stobaeum Aeſchilus: φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν Θεός. Livius XXII. *c.* V. *Nec enim inde* votis, *aut* imploratione *Deum*, *ſed vi ac virtute evadendum eſt*. adde Juſtin. XXIV. *cap.* V. Fuere tamen & ea ingenia, quale illud, qui apud Sophoclem Ajac. flagell. *v.* 831. ignavos etiam auxilio Deorum vincere credidit, ſe autem ſine divino auxilio gloriam poſſe adſequi. qualis Mezent. apud Virgil. X. Aen. *v.* 773. *Dextra mihi* Deus *& telum quod miſſile libro Nunc mihi adſint*. Capaneus apud Stat. III. Theb. *v.* 616. *Virtus mihi* numen *& enſis, quem teneo*.

Auxilia deorum parantur. Apud Servium ad III. Georg. *v.* 456. legitur *comparantur*, contra omnes Codd. Supra *c.* VI. n. 5. *amicitias parare;* alibi *impedimenta*, *opem*, *claritudinem parare*. Sed I. Hiſt. Or. Lepidi. *votis paranda auxilia*.

Vigilando, agendo. Liv. XXII. *c.* XIV. *Audendo atque* agendo *res Romana crevit, non his ſegnibus conſiliis, quae timidi cauta vocant*. Ibid. *c.* LIII. *Audendum atque* agendum, *non conſultandum in tanto malo eſſe.* XXV. *cap.* XVI. agentes *audenteſque*. Pythagor. Aur. Carm. *v.* 48. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον. Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι.

Prospere omnia cedunt. Quae iſta negligentia Criticorum, qui quaſi ab omnibus Codd. confirmatam hanc lectionem obſerunt. Sed Baſil. 1. Fabric. 2. Incert. 1. Struv. Franc. Senat. 2. Heuſſ. Eccard. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 11. 12. omnes, inquam, illi *proſpera*, non vero Adverbium, exhibent. Nec id praeter morem Criſpi. ſupra *c.* XX. n. 2. *nequidquam* opportuna *res cecidiſſet*. *c.* XXVI. extr. aſpera foeda*que evenerant*. quibus locis alia jam ſunt adnotata: ut merito exiſtimem antiquam lectionem me revocaſſe.

Ubi secordiae tete atque ign. tradideris. Verbum *tradideris* omiſit Guelf. 5. Pronomen *tete* Guelf. 6. & Baſil. 2. Credo, quia non ſuo loco poſitum illis videbatur. nam ea cauſſa ſeptem alii dederunt: *ubi ſ. atque i. te tradideris*. Porro ſcripti noſtri omnes, ed. vet. & Venetae *te*, non *tete*. nec ſcio unde hoc primum invectum ſit. quod enim Pareus de omnibus MSS. teſtatur, id de loco Pronominis ei vix concedo, nedum de *tete*, quod, ut dixi, in nullo ſeſe nobis oſtendit. Cic. Laelio *c.* XXIII. *poſtremo ii*, *qui* ſe *totos* tradiderunt voluptatibus. Juſtin. XXX. *c.* I. *velut rebus feliciter geſtis* luxuriae ſe tradiderat. de *implores* quaedam ad *c.* LVIII. n. 2.

Irati infestique sunt. *Nihil illis acceptum eſſe* ab variis ejuſmodi hominibus, dixit Plaut. Rud. Prol. *v.* 25. Cic. III. de Finib. *Minime convenit*, *cum ipſi inter nos abjecti neglectique ſimus*, *poſtulare ut diis immortalibus cari ſimus & ab his diligamur*.

30. A. Manlius Torquatus. Sic & noſtri Codd. praeter Incert. 1. & Eccard. qui Praenomen *Aulus* omittunt, & Guelf. 11. ubi T. *Manlius Torquatus* legitur. & ſic certe Cicero, Gellius, Livius ceterique, qui hujus rei mentionem faciunt, adpellant, non *Aulum*.

Bello Gallico. Immo *Latino*, ut omnes reliqui tradunt, vide Flor. I. *c.* XIV. & quos ibi adnotant, praeter Dionyſ. Hal. VIII. *c.* LXXIX. καὶ μετὰ ταῦτα Μάλλιος, ὁ τοῦ Γαλατικοῦ πολέμου στρατηγῶν, τὸν υἱὸν ἀριστεύοντα κατὰ πόλεμον τὸ μὲν ἀνδρείας ἕνεκα τοῖς ἀριστείοις στεφάνοις ἐκόσμησεν· ἀπειθήσαντα δὲ ἐπικαλῶν, ὅτι οὐκ ἐν ᾧ ἐτάχθη φρουρίῳ ἔμεινεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐπιταγὴν τοῦ ἡγεμόνος, ἐξῆλθεν ἀγωνιούμενος, ὡς λειποτάκτην ἀπέκτεινε. ubi quidem verba κατὰ πόλεμον indefinita ſunt, ut notat Jo. Hudſonus; nexus tamen oſtendit, Dionyſium voluiſſe certe intelligi, *bello Gallico* id factum eſſe. Poterat errori, ſi talis eſt, anſam dare, quod bello Gallico ſimili ſingulari certamine, & ab ipſo etiam Torquato, pugnatum eſt, Liv. VII. *c.* X. cet.

31. Atque ille egregius adol. Guelf. 3. at-

at-

titudinis morte poena dedit; Vos de crudeliſſumis parricidis quid ſtatua-
tis, cunctamini? Videlicet vita cetera eorum huic ſceleri obſtat. Ve- 32
rum parcite dignitati Lentuli, ſi ipſe pudicitiae, ſi famae ſuae, ſi dis aut 33
hominibus umquam ullis pepercit: ignoſcite Cethegi adoleſcentiae; niſi
iterum patriae bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Coepa- 34
rio loquar? quibus ſi quidquam umquam penſi fuiſſet, non ea conſilia de
repu-

atqui, & pro var. lect. *Ac*; Incert. 1. *At*. perperam. Subſumunt Latini ita per *Atque*, ut hodie fere per *Atqui*. vide ad Jug. *cap.* IV. num. 3.

MORTE POENAS DEDIT. Verbum *dedit* non viſitur in Guelf. 6. in margine autem ejus adpictum eſt *ſuſtinuit*. 3. delet *morte*, habetque *immoderatae fortitudinis* graves *poena dedit*. ut Jug. *cap.* XIV. n. 21. *ut ille mearum miſeriarum* gravis *poenas reddat*.

32. VITA CETERA EORUM H. SC. OBSTAT. Cic. pro Flacco *cap.* XI. *annui temporis criminationem omnis aetas L. Flacci & perpetua vita defendet*. Idem apud Quinctil. VIII. *cap.* VI. *Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit*, vita anteacta *ſervavit*. rationem reddit pro Sulla *c.* XXV. *Neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubito fingi, neque cujuſquam repente vita mutari, aut natura converti*. Et apud Perſas in uſu fuit, ut criminis convicti, non prius damnarentur, quam eorum vita diligenter eſſet excuſſa: ut qui adhuc bene ſe geſſerant, veniam obtinerent, qui male, tamquam non caſu, ſed habitu tales plecterentur. Diodor. 1. *cap.* XV. Herod. 1. *cap.* CXXXVIII. Et qui defenſionis argumenta collegere, huic ſemper a vita acta inprimis locum dedere. Auct. ad Herenn. II. *cap.* XVII. *Ignoſcendi rationem quaeri, ſi plura aut majora officia, quam maleficia videbuntur conſtare*. Quinctil. VII. *cap.* II. *Probati vero mores & anteactae vitae integritas numquam non plurimum profuerit*.

33. PARCITE DIGNITATI. Lentulo *propter* dignitatem, Cethego *propter* adoleſcentiam, prout expoſui ſupra n. 22. & *cap.* XXXV. n. 3. Quinctil. l. dicto: *Nam* dignitas *& tuetur reum, & nonnumquam ipſa in argumentum facti convertitur, tamquam inde fuerit ſpes impunitatis*. Jure etiam civili habet quoddam dignitas momentum in poenis. Lege Zevecot. ad Flor. IV. *cap.* I. p. 267. Hac collectione utitur Seneca Suaſor. VII. Credamus *Antonio*, *Cicero*, *ſi bene illi pecunias* crediderunt *foeneratores*.

SI DIIS AUT HOMINIBUS UMQUAM ULLIS. Duae poſtremae voces mire tranſpoſitae ſunt in Incert. 2. eaſque plane omittit Guelf. 5. in Heuſſ. & Guelf. 6. *ullis* quidem, ſed non *umquam* legitur. Waſſe unum indicat, qui deſtituitur voce *ullis* tantum, & ſic Senat. 2. Sed ut addatur, inquit ille, Oratoris vehementia flagitat. Interdum & ſine his additamentis oratio vehemens & univerſalis eſt. Supra *cap.* XV. num. 3. *Dis hominibuſque infeſtus*. non addit *ſemper*, neque *omnibus*. Jug. *cap.* XXIV. n. 2. *neque* vos, *neque* Deos immortales *in animo habet*. 1. Hiſt. Or. Philippi: *ut te* neque deorum, neque hominum *pudet*. adde notam ad *cap.* XXXVI. n. 5. Nihil tamen definio. Pro *aut* Acad. & Guelf. *&*; ſed Baſil. 4. & 5. *atque*, quae particulae alibi ſaepe permutantur. vide ad Jug. *cap.* LXXXII. n. 2. *dis* ſcribitur in Guelf. 5. Fabric. 1. Senat. 2. atque Heuſſiano.

NISI ITERUM JAM PATRIAE BELLUM F. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 3. 5. & ed. vet. *alterum jam*. propter nomen, arbitror, *bellum*: cum tamen ſupra *cap.* VII. n. 4. magis *lubidinem habebant* dixerit, & *cap.* X. n. 7. *Ea* privatim *ac* publice *rapere*. Sed particula *jam* vacat in Baſil. 1. & 2. Fabr. 2. Incertis, Franc. Senat. 1. Guelf. 2. 4. & 12. eaque recte deleri poteſt. pro *fecit* Guelf. 6. *facit*; 3. 9. Eccard. & Baſil. 2. *fecerit*. *Niſi* cum Indicativo adfuit *cap.* XX. n. 6. *bellum facere cap.* XXVI. n. 5. Caſtilioneus putat Cethegum turbis Marianis urbem cum aliis obſediſse; Sed Zanchius, eum in conjuratione Piſonis fuiſſe, de qua ſupra *cap.* XVIII. adde 1. Hiſt.

34. SI QUIDQUAM PENSI UMQUAM FUISSET. Baſileenſes, Franc. Fabric. 1. Vinar. 2. Sen. 2. & Guelf. 5. *ſi quidquam umquam penſi fuiſſet*; Heuſſ. *ſi umquam quidquam*; Senat. 2. delet *quidquam*; Guelf. 6. *ſi quicquam ipſe ſi fuiſset*. *ipſe ſi* pro *penſi* ſcripſit: *umquam* vero reticuit, uti Academ. Eccard. Incert. 1. Guelf. 1. 4. & 12. Sic *cap.* V. n. 6. *neque id quibus modis adſequeretur, dum ſibi regnum pararet*, quidquam penſi *habebat*. ibi vide mox *non* & *conſilia* deficit Guelf. 6. quaſi voluiſſet nobis tradere ille Codex: *quibus quidquam penſi ſi fuiſſet, ea de rep. habuiſſent*. h. e. *id penſi habuiſſent de rep.* Verum impeditum, nec ſatis ex uſu illud forſitan videbitur.

Digitized by Google

35 *republica habuiſſent. Poſtremo, Patres conſcripti, ſi mehercule peccato*
locus eſſet, facile paterer, vos ipſa re corrigi, quoniam verba contemni-
tis: ſed undique circumventi ſumus. Catilina cum exercitu faucibus ur-
36 *get: alii intra moenia, in ſinu urbis ſunt hoſtes: neque parari, neque*
conſuli quidquam occulte poteſt. quo magis properandum. Quare ita ego
cenſeo: cum nefario conſilio ſceleratorum civium reſpublica in maxuma
pericu-

35. SI, MEHERCULE, PECCATO LOCUS ESSET. Guelſ. 1. *mehercule, ſi pecc. l. e.* Iſte quidem Ordo in expoſitione valet, non vero ita Salluſtius ſcripſit. nec Plautus Aulul. A. I. Sc. II. *v.* 17. Si hercle, *tu ex iſthoc loco Digitum tranſverſum aut ungem latum exceſſeris ----- Continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci*. Livius XXVIII. *cap.* XLIV. Si, hercule, *nihilo maturius hoc modo perficeretur bellum; tamen ad dignitatem populi R. pertinebat* cet. P. Vatinius Cic. V. ep. X. n. 5. ſi, mehercules, *Appii os haberem, tamen hoc ſuſtinere non poſſem*. Caecina VI. ep. VII. n. 10. *Cum*, porro, *offendam, quid, ſi non vult?* Noſter ſupra *cap.* XXXVII. n. 9. *haud* ſane *alio animo belli eventum exſpectabant*. Jug. *cap.* II. num. 4. *cum* praeſertim *tam multae variaeque ſint artes*. Lucas Act. *cap.* II. comm. 7. Ὀυκ ΙΔΟΥ *πάντες ἔτοι εἰσιν οἱ λαλῦντες Γαλιλαῖοι;* Quibus perſpectis, vide, an non recipienda ſit MSS. omnium lectio in Floro I. *cap.* I. n. 16. *His ita ordinatis, cum* repente *concionem haberet ante Urbem, apud Capreae paludem a conſpectu ſublatus eſt*. vulgo contra libros ediderunt: *repente cum concionem haberet* cet.

QUONIAM VERBA CONTEMNITIS. Vinar. 2. Incerti, Guelſ. 7. & 12. *verba mea*. & ſic ed. Waſſiana. ſupra *cap.* XX. n. 15. *Res, pericula magis, quam* oratio *hortentur*. Plura ad *cap.* XXXV. n. 1. & infra *cap.* LVIII. n. 18.

C. CUM EXERCITU IN FAUCIBUS URGET. Praepoſitionem *in* non agnoſcunt Baſileenſes, Remenſes, Fabriciani, Franc. Vinar. 2. Senatorii, Academ. Heuſſ. Incert. 2. Eccard. Gu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 11. 12. nec ed. vet. qui poſt tot ſententias optimorum librorum eam voluerit defendere, oſtendat oportet, non recte dici *faucibus urgere*. Sed addunt *faucibus Italiae* Guelſ. 6. 7. 8. 10. 11. 12. Struv. Franc. & Incert. 1. Credo, quod Cic. I. Catil. ſcripſit: *Caſtra ſunt contra remp.* in *Etruriae* faucibus *collocata*. At ſi tale quid opus erat, cur non *urbis* adſumſere, cum ſtatim Criſpus: *in ſinu Urbis*. Ea vero verba, & quod ſupra num. 24. dixerat: *Dux hoſtium* ſupra caput *eſt*, ea docere poterant, praeſentiam periculi, & quod capitibus immineat hic intelligi: de Italiae autem faucibus ne cogitandum quidem eſſe. Valer. Max. V. *cap.* III. n. 3. *Qui peſtifera* Ti. *Gracchi manu* faucibus adprehenſam *remp. ſtrangulari paſſus non eſt*. Cic. pro Cluent. *cap.* XXXI. *Iſtam conciliationem gratiae Stalenus tum recenti re, cum* faucibus premeretur, *excogitavit*. Id. XII. ep. XXIII. n. 5. *profectus obviam legionibus Macedonicis, quas ſibi conciliare cogitabat: eaſque ad urbem adducere &* in cervicibus noſtris *collocare*. Stat. X. Theb. *v.* 489. *Jamque* premunt *muros*. Gloſsa Fabric. 1. Fauces *loca ſunt apta inſidiis. Vel Catilina faucibus urget. i. capiti ſuperpendet*.

IN SINU URBIS. Claudian. II. Eutrop. *v.* 514. *Nec jam mihi Caucaſus hoſtes, Nec mittit gelidus Phaſis: naſcuntur* in ipſo *Bella* ſinu. Eleganter ed. vet. delet copulam *atque*. pro qua Guelſ. 12. *alii*: cui & vox *hoſtes* in margine adhaereſcit.

NEQUE CONSULI QUIDQUAM POTEST OCCULTE. Guelſ. 2. omittit *quidquam*: quod vel hoc auctore non idem, quod olim, habeat gratiae. *Parare* autem ſaepiſſime apud Noſtrum abſolute ponitur. vide *cap.* VI. n. 5. et ſic *conſulere* ſupra n. 29. Confer. Plaut. Milit. A. III. Sc. I.

36. QUARE ITA CENSEO. Scripti plerique *Cenſeo ego*. tres tantum infimae auctoritatis nullum Pronomen addunt. Sed Baſil. 1. Senat. 2. Heuſſ. & Guelſ. 4. *ego cenſeo*, quomodo tranſponi voluit Gruterus. Academ. *quare ego ita cenſeo*. Ne autem omittas, vide num. 24.

CUM NEFARIO CONSILIO CET. Paucis hic ratio redditur ſententiae, quam plerumque praemittere ſolebant. Servius ad ea X. Aen. *v.* 105. *Quandoquidem Auſonios conjungere foedere Teucris Haud licitum* cet. *Bene*, inquit, *dicendi ordinem ſervat: nam ſicut & in Salluſtio, & in Phillipicis legimus, antequam dicatur ſententia, ejus praemittitur ratio: quod hodieque in uſu eſt*. Sic Seneca de Mort. Claud. *cap.* XIII. *Quandoquidem D. Claudius occidit ſocerum ſuum ----- placet mihi in eum ſevere animadverti*. vide Briſſon. II. Form. p. 174. ſeqq.

CONVICTI CONFESSIQUE SINT. Et *que* & *ſint*

pericula venerit, hique indicio T. Volturcii & legatorum Allobrogum convicti confeſſique ſint, caedem, incendia, alia foeda atque crudelia facinora in civis patriamque paraviſse; de confeſſis, ſicuti de manifeſtis rerum capitalium, more majorum, ſupplicium ſumendum.

CAP. LIII.

LVII.

POſtquam Cato adſedit, Conſulares omnes itemque Senatus magna pars ſententiam ejus laudant, virtutem animi ad coelum ferunt: alii alios increpantes timidos vocant: Cato magnus atque I

ſint omittit Guelf. 6. Hoc tantum Guelf. 7. Eccard. & Academ. praeterea Fabric. 2. *confeſſi ſunt*, ſine voce *convicti*. Optime Struv. *convicti confeſſi ſint*, etſi is vocem *convicti* alieno loco poſuerit. vide modo n. 26. Porro Baſil. I. Fabriciani, Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 2. 4. 9. addunt *ſe*, *aliaque* ſe *foeda* cet. cum tamen & *ſe*, & *te*, *illum vos* penes infinitis Verbis omittatur. n. 16. Denique mox *aliqua*, pro *aliaque* ſcripſit Fabric. I. Franc. omittit *atque*. Scribendum autem *alia* ſine copula, ut eſt in tribus Waſſii. adi notam ad *cap.* XV. num. I.

SICUTI DE MANIFESTIS RERUM CAPIT. Hoc *de* praeteriit Guelf. I. In Heuſſ. *res* ſomnolentus ſcriba dedit. Jug. *cap.* XXXV. *Jugurtha* manifeſtus *tanti* ſceleris. Plaut. Truc. Act. I. Sc. II. *v.* 30. Manifeſtam mendacii, *mala*, *te teneo*. Tacit. XIII. Ann. *c.* XXVI. extr. *At* criminum manifeſtos *merito ad ſervitutem retrahi*. Sic Juſtin. XI. *cap.* XI. *Qua ex cauſſa Olympiadem*, *velut* ſtupri compertam, *repudio dimiſerat*.

MORE MAJORUM. Adeoque *jure* non ſolum, ſed etiam eo modo, qui propter utilitatem reip. dudum obſervatus eſt: quem vide apud Cic. I. Cat. *cap.* I. & XI. Caeſar VI. Gall. *cap.* XLIV. *de Accone*, *qui princeps ejus conſilii fuerat*, *graviore ſententia pronunciata*, more majorum *ſupplicium ſumſit*. Noſter ſupra *cap.* XXIX. n. 3. Cic. I. Offic. *cap.* XLI. *Quae vero* more *aguntur inſtitutiſque civilibus*, *de iis nihil eſt praecipiendum. illa enim ipſa praecepta ſunt*. Junge ſupra *cap.* VI. n. 3. & Sigon. I. de ant. jure civ. R. *cap.* V.

CAP. LIII. I. POSTQUAM CATO ADSEDIT. Eccard. *conſedit*. Supra tamen *cap.* XXXI. n. 7. *Sed ubi ille* adſedit. ubi jam adnotavi morem veterum, quod *ſtantes* ſententias dixerint.

ITEMQUE SENATUS MAGNA PARS. *Conſulares* etiam de *ſenatu*, & opponuntur, ut ſupra *c.* XXXVIII. n. 2. *nobiltas* & *ſenatus*; cum plerique *nobiles*, etiam *in ſenatu* eſſent. & ſingularia nomina cum communibus conjungunt etiam alii, ut Capitolin. Marco *cap.* VIII. *Catti in* Germaniam & Rhaetiam *irruperant*.

VIRTUTEM ANIMI. Poſterius vocabulum delet Guelf. 6. quod vero Noſter, aliique nomini *virtutis* addunt, ut notatum ad *cap.* II. n. 3. Remenſ. I. *virtutem* ejus *animi*; Guelf. 3. *animi ſui*, Gloſſatorum divitiae, quas nemo Criſpus umquam concupivit. vide *cap.* LII. n. 8. adde hic Caeſar. I. Civ. *cap.* III. Plin. IX. ep. XIII. n. 21.

AD COELUM FERUNT. Academ. primitus *ferre*: non male, etiamſi dicat *laudant*, *vocant*, ut *cap.* XXI. n. 3. 4. *polliceri*, *increpat*, *laudare*, *admonebat*. adde *cap.* XV. n. I. Remenſ. I. *tollunt*. Valer. Flaccus IV. *v.* 355. *Quem ipſe ultro Pelias* ad ſidera tollit *Demens* Noſter *cap.* XLVIII. n. I. *Ciceronem ad coelum* tollere. Cicero etiam *in coelum efferre* IX. epiſt. XIV. n. 2. & XV. ep. IV. n. 24. alibi. & Sidonius *ad aſtra* portare; Juſtin. V. *cap.* IV. *eum in coelo* poſuiſſe *cupiunt*. de illis, quos magni facimus. Aſt *ferre* propter Codd. ſancte ſervandum. Livius VI. *Diis laudes grateſque agunt*, *Decium in coelum* ferunt. Cic. X. ep. XXVI. n. 6. *te adducet a tantis laudibus*, *quibus te omnes in coelum jure & vere* ferunt. Dictys IV. *c.* I. *admirati laudanteſque Graeciae pietatem ad coelum* ferunt. *cap.* VIII. *Ajacem ſimulque Achillem laudibus celebrant atque ad coelum* ferunt. *cap.* XIV. *hique Alexandri commentum laudantes ad coelum* ferunt. *Coelum* enim pro ſummo honoris faſtigio habebant, cum laude aliorum ac benevolentia conjunctum. Hinc Cic. II. Phil. *cap.* XLII. *Collegam quidem* de coelo *detraxiſti* & Juſtin. XXIV. *cap.* V. *ut tuerentur patriam ſuam*, *quam gloria rerum geſtarum* coelo proximam *reddidiſſent*.

ALII A. INCREPANTES TIMIDOS VOC. *Alii* delet

2 que clarus habetus : Senati decretum fit , ſicuti ille cenſuerat. Sed
mihi multa legenti , multa audienti , quae populus Romanus domi
militiaque , mari atque terra praeclara facinora ſecit , forte lubuit
3 attendere , quae res maxume tanta negotia ſuſtinuiſſet . Sciebam ,
ſaepe numero parva manu cum magnis legionibus hoſtium contendiſse : cognoveram , parvis copiis bella geſta cum opulentis

let Guelf. 3. in duobus eſt *alios alii* mutato ordine . Vinar. 2. ed. vet. *increpant* , *timidos vocant*. vide *cap.* XXI. n. 4.

CLARUS ATQUE MAGNUS HABETUR . Guelf. *praeclarus*. de verbo *habere* in hac formula dixi ad *cap.* I. n. 4. Livius V. *ingens inde haberi captivus vates coeptus*.

SENATI DECRETUM FIT. *Senati* Scriptum eſt in Guelf. 8. 10. & 12. poſtremus hanc adſcriptam habet notam : *Hoc in loco omnes fere Codd. mendoſi ſunt, in quibus certe legitur* Senatus . *at Salluſtius* Senati *profecto dixit* , *ut Priſcianus hoc probat*, *qui textus hujus ad verbum meminit in capitulo de nominibus quartae Declin. in* us *correpta libro* VI. Haec Gloſſa . alia de hac terminatione prolata ſunt ſupra ad *cap.* XXX. n. 3. Guelf. 10. Senat. 2. Heuſſ. & a manu ſecunda Fabric. 1. *decreto* . ut Cicero III. epiſt. III. n. 5. *qua de re* ſenatus conſulto *quae* facta *ſunt*, *ad te miſſa eſſe arbitror* . Iſtos tamen librarios non hac notione, neque *facere*, pro *conſtituere* accepiſſe arbitror ; ſed haeſitaſſe in dictione *decretum facere*, quam Noſter iterat Jug. *cap.* XVI. n. 2. & XX. n. 2.

SICUTI ILLE CENSUERAT . Eccard. *conſuluerat* ; Fabric. 2. *ſenſerat*. editum eſt proprium & ſollemne verbum in hac re . dixi ad *cap.* LI. n. 43.

2. SED MIHI MULTA LEGENTI , MULTA AUD. Sic noſtri omnes, exceptis Incert. 1. Baſil. 2. et 3. Guelf. 7. 8. & 10. qui *multaque*, *&* *multa* , aut *atque multa* . Praeterea ſuaviori poſitu Baſil. 1. Remenſ. 2. & Struv. *Sed multa mihi legenti*. Imitatur Aur. Victor, Caeſar. cap. XI. extr. *At mihi quidem* audienti multa legentique *plane compertum*, *urbem Romam externorum virtute* , *atque inſitivis artibus praecipue creviſſe*. mox Guelf. 3. *domi militiaque*: & plures *R. P.* aut etiam omnibus litteris *Romanus populus*. neſcio , an illud *domi militiaque* error ſcribentis ſit . aliter & vitium ſculptoris erit in Monument. Ancyr. Tab. 1. p. 58. ed. Gronov. *Arma terrae marique*.

TANTA NEGOTIA SUSTINUISSET. Iis ſuffeciſſet , adminiſtraſset : Eſt enim amplius quid quam *gerere* , etſi haec Verba ejuſdem Tropi ſint . Varro V. de L. L. *Contra imperator qui dicitur* res gerere: *in eo neque agit* , *neque facit* , *ſed* gerit, *id eſt*, ſuſtinet. *translatum ab heis*, *qui onera gerunt*, *id eſt ſuſtinent*. & quae ſequuntur. Cic. 1. Offic. *cap.* XXXIV. *Eſt igitur proprium*, *munus magiſtratus intelligere*, *ſe gerere perſonam civitatis* , *debereque ejus dignitatem & decus* ſuſtinere . Id. II. epiſt. I. n. 6. *ut quam exſpectationem tui concitaſti*, *hanc* ſuſtinere *ac* tueri *poſſis*. V. epiſt. V. n. 7. *Sed reliqua multo majus meum ſtudium*, *majoremque gravitatem & laborem deſiderant*: *quae ego*, *ſi non profundere ac perdere videbor* , *omnibus meis viribus* ſuſtinebo . Celſus Praef. p. 17. *idem ſunt* , *quod ii* , *quos experimenta* ſuſtinent. Eccard. omittit *tanta*.

3. PARVA MANU CUM MAGNIS LEGIONIBUS. Priores duae voces *parva manu* non ſunt in Fabric. 1. niſi ab illa novitia manu, quae paſſim inter lineas illum ex aliis libris locupletavit . Nec legiones hoſtium *magnae* aliter dicuntur , niſi reſpectu eo , quod Romanorum *parvae* fuerint. ſequitur etiam ſtatim *parvis copiis*, quod ſenſui ſuccurrit, ſi iſte debilior fuerit. Supra *cap.* VII. extr. *Memorare poſſem quibus in locis* maxumas *hoſtium copias populus R.* parva manu *fuderit* . inde huc translatas eſſe has voces , veroſimile eſt , vide ad cap. XXXIX. extr. legiones *magnae* dicuntur , quod ad multitudinem atque numerum . Sic *cap.* XVI. num. 5. *aes alienum* ingens . *cap.* LI. n. 4. Magna *copia memorandi* . Jug. *cap.* II. n. 2. magnae *divitiae*. adde & ſupra *cap.* XLIII. n. 3. Sic *tantus*, *quantus*. Juſtin. XII. *cap.* XV. *paene oculis videre* , quantum *ſit in hoc certamine ſanguinis fuſura Macedonia*; quantis *caedibus* , *quo cruore mortuo ſibi parentatura* . *Legiones* dixit pro *exercitibus*. adeo falſum eſt, quod Vegetius II. *cap.* II. docet, *legiones* tantum Romanorum eſſe, quem aliquot exemplis refutat P. Ciacconius ad Columm. Roſtr. p. 159. in eis illud Noſtri Jug. *cap.* LXXIX. num. 4. *Poſtquam utrimque* legiones, *item claſſes ſaepe fuſae fugataeque* . Livius III. *cap.* III. de exercitu Aequorum: *exercitus &* legiones *adeſſe hoſtium*, *& infeſto agmine ruere ad urbem clamabant* . & *legionem* , pro exercitu lecto , etiam ſingulari numero illuſtrat Gronovius ad Liv. XXVII. cap.

tis regibus, ad hoc ſaepe fortunae violentiam toleraviſſe: facundia
Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuiſſe. Ac mihi mul- 4
ta agitanti conſtabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta
patraviſſe; eoque factum, uti divitias paupertas, multitudinem pau-
citas ſuperaret. Sed poſtquam luxu atque deſidia civitas corrupta 5
eſt;

cap. XXXVIII. Confer notam ad *cap.* XIV. nu. 2.

CONTENDISSE. Baſil. 2. Guelf. 6. 7. 8. & 12. addunt *populum R.* quod vero ex ſupra poſito *populus R.* intelligendum eſt. vide *cap.* XLIII. nu. 3. In his vero *contendiſſe*, geſta, *toleraviſſe* Salluſtius morem ſuum ſequitur: nec corrumpere debuerat Guelf. II. qui de ſuo ſcripſit *geſſiſſe*. Sic *cap.* LI. num. 40. circumvenire *innocentes*, *alia hujuſcemodi* fieri *coepere*. ubi vide infra *cap.* LX. nu. 2. *cum infeſtis ſignis* concurrunt, *pila* omittunt, *gladiis res* geritur. Jug. *cap.* XCVII. nu. 4. *priuſquam exercitus aut* inſtrui, *aut ſarcinas* colligere *poſſet*. Sic Virg. XI. Aen. *v.* 764. *petuntur*, *certant* jungit, ſupra ad *cap.* LII. num. 6. Plin. Paneg. *cap.* XX. *cum abactus hoſpitum* exerceret, *omniaque dextra laevaque* peruſta & attrita. Juſtin. IV. *cap.* II. *Imperium Siciliae etiam Carthaginenſes* tentavere, *diuque varia victoria cum tyrannis* dimicatum: *ad poſtremum amiſſo Hamilcare imperatore cum exercitu*, *aliquantiſper* quievere *victi*. Ibi Freinshemius mallet *dimicarunt*, ut reſpondeat, addunt, antecedenti ſequentique Verbo. Ea conſilia jam olim Latinitati valde obfecerunt.

CUM OPULENTIS REGIBUS. Incert. 2. habuit *opulentibus*. an, quia alibi *opulens* dixerat? Ceteris vero receptum ſatis placuit. *Opulentos* dicit, quibus armorum, urbium, pecuniae magna copia: & *parvae copiae* contrarium notant. vide *cap.* XVII. nu. 1.

FORTUNAE VIOLENTIAM TOLERAVISSE. *Toleraviſſe* eſt in ſcriptis noſtris, ed. Gruteri & Waſſii, non *toleraſſe*. Iſtam *fortunae violentiam* capit tam de ſeditionibus in rep. & domeſticis calamitatibus, quam de cladibus ab hoſtibus acceptis, quibus Romani ſemper fuere majores, dum etiam contra fortunam ſpei inſiſtere auſi ſunt. vide Livium XXII. *c.* LIV. Flor. I. *c.* XVI. Horat. IV. Oda IV.

FACUNDIA GRAECOS. Ea nempe Graeci paſſim celebrantur, Tacit. II. Hiſt. *c.* XX. Ovid. III. Faſt. *v.* 102.

Graecia facundum, *ſed male forte genus*.

vide Liv. VIII. *c.* XXII. XXXI. *c.* XLIV. Plin. VIII. ep. XXIV.

GLORIA BELLI GALLOS. De quibus Caeſar V. Gall. *c.* LIV. *Virtute belli omnibus gentibus praeferuntur*. Cic. de Har. Reſp. *cap.* IX. *Quam volumus licet P. C. nos amemus*, *tamen nec numero Hiſpanos*, *nec* robore Gallos, *nec calliditate Poenos*, *nec artibus Graecos* — *ſuperavimus*. junge pro Roſc. Am. *c.* XXV. Noſtrum Jug. *cap.* ult.

ANTE ROMANOS FUISSE. Guelf. 6. *ante Gallos gloria belli Romanos fuiſſe*; contra mentem auctoris. Ed. Gryphii: *Romanos ante fuiſſe*. nec id recte aut pro conſuetudine Latinorum. Noſter Jug. *cap.* XV. *ne verba inimici* ante *facta ſua* ponerent. Tacit. XIII. Ann. *cap.* XIV. *Nullos mortalium armis aut fide* ante *Germanos* eſſe. Id. IV. Hiſt. *cap.* LV. *Claſſicus nobilitate opibusque* ante alios. Seneca epiſt. CIV. *Tantus erit ambitionis furor*, *ut nemo tibi* poſt te *videatur*, *ſi aliquis* ante *te* fuerit. Sic & in aliis Praepoſitionibus. Noſter ſupra *c.* XXVI. Contra *remp. ſentire*. cap. XXXVIII. contra *eos ſumma ope nitebatur*. Livius II. poſt *publicam cauſſam privato dolore* habito. Cic. II. Phil. contra *rem ſuam me veniſſe queſtus eſt*. Corn. Nep. Chabr. *cap.* III. *tantum ſe* ab *invidia* futuros.

4. PAUCORUM CIV. EGREGIAM VIRTUT. Immo ſaepe *unius*, quod de Fabio Cunctatore notum. Liv. II. *cap.* XLIII. *Unus ille vir ipſe conſul*, *remp. ſuſtinuit*, *quam exercitus prodebat*. de Catone Seneca Conſt. Sap. *c.* II. *Adverſus vitia civitatis degenerantis*, & *peſſum ſua mole ſidentis ſtetit* ſolus, & *cadentem remp*, *quantum modo* una *retrahi manu poterat*, *retinuit*. lege V. Benef. *cap.* XVII. Juſtin. V. *cap.* IV. Polybium VI. C. Nep. Epamin. *cap.* X. ut recte Phaedrus IV. Fab. IV. *plus eſſe in* uno *ſaepe*, *quam in turba boni*. Meneniorum, Scipionum, Brutorum aliorumque memoria eſt conſtantiſſima. Vinar. 2. *perpaucorum*.

DIVITIAS PAUPERTAS. Romani pauperes parviſque opibus inſtructi. n. 3. & *c.* LII. n. 22. mox Guelf. 6. *ſuperaviſſet*; I. 5. & Remenſ. 2. *ſuperaſſet*.

5. MAGNITUDINE SUA. *Sua* non adletum eſt in Guelf. 9. nec Salluſtii ſtilus expoſcit. vide ad *cap.* XXXV. nu. 1. *cap.* LII. n. 9. *tamen reſp. firma erat*: opulentia *negligentiam tolerabat*. De verbo *ſuſtentare* (Academ. & Incert. 1. *ſuſtinebat*) quod eſt tolerare, perferre, ut haud noceat, Seneca ad Helv. *c.* X. *Majores noſtri*, *quorum*

 virtus

eſt ; rurſus reſpublica magnitudine ſua imperatorum atque magiſtra-
tuum vitia ſuſtentabat ; ac, veluti effoeta parentum, multis tempe-
6 ſtatibus haud ſane quiſquam Romae virtute magnus fuit. Sed memo-
ria mea ingenti virtute, divorſi moribus fuere viri duo, M. Cato
& C. Caeſar : quos, quoniam res obtulerat, ſilentio praeterire, non
fuit

virtus *etiam nunc* vitia *noſtra* ſuſtentat, *infelices erant, qui ſibi manu ſua parabant cibum*. Claudian. I. Eutrop. *v.* 265. Cedere *livori*, *nec* ſuſtentare *procellas Invidiae*. B. Get. *v.* 145. *miſcentem incendia Pyrrhum* Suſtinuit *toto maerens Oenotria luſtro*. ſupra *cap.* XXIV. nu. 3. Livius XXVI. *cap.* XLI. *Et haec ſecundae res illas adverſas* ſuſtinuerunt. Seneca Praefat. III. Nat. Qu. *laetis triſtia* ſuſtinere.

AC VELUTI EFFETA PARENTUM. Feſtinant plerique ad ſenſum verborum, antequam longam de iis diſquiſitionem legant. Hunc igitur primo ponam : Ac ſicuti *effeta parens*, inter parentes, *ſeſe habere ſolet*, ut nullos amplius liberos proferat, ſic Roma ſeſe habuit, ubi multis tempeſtatibus nemo virtute magnus fuit. Si ſcriptum foret : *ac ſicuti* effetae *parentum* ; haec quidem cum voce *Romae* melius cohaerere viderentur. Sed ſimilitudines, appoſitiones etiam ſaepe alio caſu proferuntur. Jug. *c.* LXXVII. num. I. *ni id feſtinaret, in ſummo periculo* ſuam *ſalutem, illorum* ſocios *fore*. & ſupra *c.* X. nu. 6. Ex *fuit* autem recte adſumitur *eſt*, *eſſe ſolet* h. e. quod dixi, *ſeſe habere ſolet* : ſicuti apud Cic. I. epiſt. I. extr. ut *in rebus in ſummam invidiam adductis*, — *ita* verſamur. Id. I. ad Qu. Fr. ep. I. *Cum jam tibi Aſia*, ſicut *unicuique ſua domus*, nota eſſe *debeat*. I. Hiſt. Or. Philippi nu. 12. *Neque mihi ſatis conſilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam adpellem, qui videmini intenta mala*, quaſi fulmen, *optare ſe quisque ne attingat ; ſed prohibere ne conari quidem*. adde ſupra *c.* I. nu. I. XXIX. n. 2. Jug. *c.* III. n. 2. Jam *ſicuti* in omnibus omnino MSS. offendi, defenditque Rivius. adde *c.* XXXIX. nu. 5. Iidem Codd. *parentum* habent ; unus *parentium*, quomodo edd. Venetae 1470. 1478. quibus parvi. vide ad *c.* XI. extr. Guelf. 7. & ed. vet. ex omni iſto numero ſoli *parente*. Sed & illi editores, qui *parentum* ex membranis adſciverunt peſſime *effeta parentum* dictum putant, ut *ardua viarum*, *avia ſaltuum*. melius componunt *canum degeneres*, ἀγαθοὶ ἀνδρῶν. Sic Ennius I. Annal. *Venus quem* pulchra Dearum. Livius XXX. *cap.* IX. *Cum omni Romano & Numidico equitatu* expeditisque militum. cum nota Gronovii. Sic alibi *egregii juvenum*, *Virorum optimus*, & quae ſunt alia. Francianus, Guelf. 6. & 8. *effecta* ſive *c* temere adjecta, uti in *dictio* pro ditione *cap.* XX. nu. 7. ſive quod *effoeta* per *oe* ſcriptum viderent in exemplaribus ſuis : nam ſic eſt in numis aliquot, & quibusdam Codd. ſane antiquis. vide Pierium ad Virg. I. Eclog. *v.* 22. Noſtri tamen omnes *effeta*, per *e* ſimplex. Id notat *expartam*, Varronis verbo II. R. R. *cap.* V. ſive *viſceribus laſſis partuque exhauſtam*, Lucani II. *v.* 340. Sic Plin. VI. epiſt. XXI. *Neque enim quaſi* laſſa *aut* effoeta *natura, ut nihil jam laudabile pariat*. Seneca epiſt. XC. *neque enim dubium eſt, quin meliora mundus nondum* effoetus *ediderit*. adde Giſan. ad Lucret. pag. 335. Barth. ad Stat. Theb. VI. *v.* 252. Gronovius ſubaudit *effoeta* virtus *majorum* : & ſic habet Gloſſa Guelf. 4. Sed id eſt contra nexum orationis. *Virtus* enim non dicitur genuiſſe viros ; ſed *Roma*. eaque comparatur tantum cum *effeta muliere*. Heuſſ. & Senat. 2. *effeta reſp. parentum* : pariter falſo.

6. SED MEMORIA MEA. Eccard. Franc. & Guelf. 8. *in memoria mea* ; 7. *in memoria noſtra*. vide *cap.* LI. num. 32. Librarius Guelf. 12. adſcripſit locum Auguſtini V. de C. D. *cap.* XII. *Sed cum memoria ejus duo Romani eſſent virtute magni Caeſar & Cato ; longe virtus Catonis veritati videtur propinquior fuiſſe, quam Caeſaris*. Idem, quod ſupra eſt, *multis tempeſtatibus* reddit *diu*, nempe *reſp.* diu *non habuit quemquam virtute magnum*. ſic Noſter ſupra *cap.* XX. nu. 2. & Jug. *cap.* LXXIII. nu. 6. *poſt multas tempeſtates*.

INGENTI VIRTUTE — FUERE. Eccard. delet verbum *fuere*, quod ante *moribus* ponitur in Fabric. 2. Exiguum iſtud, aliquid tamen eſt prae eo, quod Senat. 2. & Heuſſian. habent *diverſi moribus*, non *diverſis*. Fremant, uti lubet, quibus haec non ſatis elegantia : ſciant tamen ſic ſolere Salluſtium atque alios probatiſsimorum. Jug. *cap.* LXXVII. nu. 2. *Nam duo ſunt ſinus prope in extrema Africa* impares *magnitudine*, pari *natura*. ibi vide. *Eſſe virtute*, *prudentia*, *honore* nota ſunt. habes tamen quaedam haud vulgaria hujus ſtructurae ad Jug. *cap.* XCIV. nu. 2. *vetuſtate radices*. Ceterum *divorſis* per *o* in ſecunda ſyllaba hodie eſt in Baſil. I.

VIRI DUO, M. CATO ET C. CAESAR. *Viri* non eſt in Guelf. 5. praemittunt tamen hujusmodi, etiam

fuit conſilium, quin utriusque naturam & mores, quantum ingenio poſſem, aperirem.

CAP. LIV.

IGitur his genus, aetas, eloquentia prope aequalia fuere: magni- 1
tudo animi par, item gloria; ſed alia alii. Caeſar beneficiis ac 2
munificentia magnus habebatur; integritate vitae Cato. Ille manſuetudine & miſericordia clarus factus: huic ſeveritas dignitatem addiderat

etiam cum numero *duo*, *tria* Latini, ut probavimus ad *c.* IX. n.4. Duabus *his* artibus, *audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate*. Tacit. XVI. Ann. *c.* XXII. *Ut quondam* C. Caeſarem & M. Catonem, *ita nunc te Nero & Thraſeam avida diſcordiarum civitas loquitur*. Cic. XV. epiſt. VI. *in civitate noſtra, in qua* unum (Catonem) *exſtitiſſe mirabile eſt*. Et Cato quidem Ciceroni ubivis celebratur; non aeque Caeſar, niſi in Orationibus aliquot, ubi ejus ope indigebat. Invidebant enim illi propter libertatem imminutam. Sed virum magnum & ingenti virtute fuiſſe, res ejus geſtae loquuntur. *Res* obtulit. barbare *materia* dicunt. Sic ſupra *cap.* V. nu.9. *Res ipſa hortari videtur* cet.

QUIN UTRIUSQUE NATURAM ET MORES. Explicat, quod modo dixerat, *praeterire non fuit conſilium*. Livius XXXIII. *cap.* XXXVI. *Nec ultra ſuſtinuerunt certamen Galli*, quin *terga verterent atque effuſe fugerent*. Valer. Flacc. VI. *v.* 650. *Nec tulit haec animis*, quin *longa ſilentia Pallas Rumperet*. quae cum aliis adſcripſit Waſsius. Eodem pertinent ea *cap.* XXIII. nu. 4. *tale periculum reip.* haud *occultum habuit*, ſed *de Catilinae conjuratione compluribus narravit*. Jug. *cap.* XXV. num. 10. *Quod ubi ſecus procedit*, neque, *quod intenderat*, *efficere poteſt*, ut *prius*, *quam legatos* cet. Vopiſcus Caro *cap.* IV. *Cari patria ſic ambigue a pleriſque proditur*, *ut praeſumte* veritatem *dicere nequeam* quae *illa vera ſit*. Plaut. Amph. A. III. Sc. I. *v.* II. *Nam mea ſit* culpa, quod *egomet contraxerim*, *ſi id Alcumenae expetat*. Livius I. *c.* XLII. *Nec rupit tamen fati neceſſitatem humanis conſiliis*, quin *invidia regni etiam inter domeſticos omnia infeſta faceret*. adee ſupra *cap.* II. nu. 3. & XXXV. num. 3.

CAP. LIV. 1. IGITUR HIS GENUS. *Igitur* Epanalepſi ſervit & initiis narrationum, ſaepeque per *inquam* redditur, quod obſervat P. Dan. Huetius ad Manil. III. *v.* 355. Sic Noſter ſupra *cap.* IV. nu. 1. & 3. *cap.* XXIV. nu. 1. & alibi ſaepiſsime. Non minus frequenter alii: ſed notatu digna ſunt loca Dictyos I. *c.* XIII. & Camariotae contra Plethon. p. 4. & 6. adde noſtra ad Cic. XV. epiſt. X. nu. 1.

GENUS, AETAS, ELOQUENTIA. Haec in curatioribus deſcriptionibus ſemper obſervantur. Juſtin. VI. *cap.* II. *quippe aetas*, *virtus*, *conſilium*, *ſapientia utrique prope una*, *gloria quoque rerum geſtarum eadem*. Florus III. *cap.* XIV. *Tiberius Gracchus* genere, *forma*, eloquentia *facile princeps*. Caeſar autem *genus* ab Aeneae filio Julo derivabat, Sueton. *cap.* VI. Catoni Proavus Cato Cenſorius maxumae claritudini fuit, quippe cujus memoria ſemper honeſta. vide C. Nep. in Catone & Gell. XIII. *cap.* XIX. Caeſaris *aetas* erat circiter XXXVII. Catonis ultra XXXII. annorum eo, quo haec gerebantur, tempore. *Eloquentiam* illius praedicat Sueton. *cap.* LV. Dialog. de Orator. *cap.* XVII. alii; hujus Cicero de clar. Orat. *Stoici traducti*, inquit, *a diſputando ad dicendum inopes reperiuntur*, *unum excipio* Catonem, *in quo perfectiſſimo Stoico* ſummam eloquentiam *non deſiderem*. adde IV. Finib. *cap.* V. & Paradox. princ. &

MAGNITUDO ANIMI. Vis animi magna, *c.* V. nu. 1. nempe animus non demiſſus nec infractus, ſed maxima quaeque & excellentia cupiens, hisque aptus dicitur proprie *magnus*. Confinia vitia ſunt *vaſtus animus*, *ſuperbia*. Plura Cic. I. Offic. *c.* XX. & XXI. Ariſtotel. IV. ad Nicom. *cap.* III.

ITEM GLORIA: SED ALIA ALII. *Alius* de pluribus uſitate dicitur. hic de duobus; quod non eſt ſine exemplo. Livius I. *c.* XXI. *Ita* duo *deinceps reges*, alius alia *via*, *ille bello*, *hic pace civitatem auxerunt*. vide Turſellin. *c.* XVIII. n. 25. ibique Schwartzium. *Sed* omittitur in MS. Francii.

2. CAESAR BENEFICIIS AC MUNIFICENTIA. Egregiam liberalitatem & publica maxuma munera

3 derat. Caeſar dando, ſublevando, ignoſcendo; Cato nihil lar-
giundo gloriam adeptus. In altero miſeris perfugium; in altero ma-
4 lis pernicies. illius facilitas; hujus conſtantia laudabatur. Po-
ſtremo Caeſar in animum induxerat laborare, vigilare; negotiis
amico-

neta memoravit *c.* XLIX. n.3. adde *c.* LII. nu.12.

INTEGRITATE VITAE. Sanctitate & innocentia. non tactus, nec depravatus ſceleribus. Horat. I. Od. XXII. Integer *vitae ſceleriſque purus*. Vellej. II. *cap.* XLV. *Catonis* integritatem *laudari nefas eſt*. ubi pro abſtinentia a pecunia accipitur, ſicuti *innocentia* apud Noſtrum Jug. *cap.* XLVI. nu. I.

ILLE MANSUETUDINE ET MISERICORDIA. Cicero IV. Cat. eum adpellat *hominem mitiſſimum atque leniſſimum*. Idem pro Ligar. extr. *Nulla de virtutibus tuis admirabilior atque gratior eſt* miſericordia. VI. ep. VI. nu. 15. *In Caeſare haec ſunt* mitis clemens*que natura*. Franc. *clarus habebatur*.

HUIC SEVERITAS. Cic. de clar. Or. *homo ipſa triſtitia & ſeveritate popularis*. Confer Capitolin. in Max. & Balbo *cap.* VIII.

DIGNITATEM ADDIDERAT. Dederat. Flor. I. *cap.* VIII. *Jam vero Tarquinii ornamento & inſignia quantam principi populo* addiderunt *ex ipſo habitu* dignitatem. Silius X. *v.* 308. addere *decus urbi*. & ſic ille ſaepe. vide N. Heinſ. ad III. *v.* 350. Noſter *c.* LVIII. princ. *compertum habeo, verba virtutem non* addere. Jug. *c.* LXXIII. nu.4. *alteri generis humilitas favorem* addiderat.

3. CAESAR DANDO, SUBLEV. IGNOSC. Ipſe apud Auct. B. Alexandr. *c.* LXX. profitetur, *ſe non libentius quidquam facere, quam ſupplicibus ignoſcere*. vide ibidem *c.* XXIV. & VIII. de B. Gall. *c.* XXXVIII. & XLIV.

NIHIL LARGIUNDO. Et hoc ex diſciplina Stoica, qui flecti & miſereri non putabant eſſe ſapientis, Lactant. VI. *c.* X. & XI. Cic. pro Muren. *c.* XXIX. ſqq. Jug. *c.* XCV. *Multarum* rerum, *ac maxume pecuniae* largitor.

IN ALTERO MISERIS perfugium erat. Fabriciani, Remenſes, Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 3. aliique omittunt *erat*, quod vere ſuperfluum eſt, cum jam dixerit *in altero*. nec Rivii MSS. habuerunt. Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Academ. Rem. 1. & Incert. 1. *profugium*; at Struv. Franc. Senat. 2. Heuſſ. & Baſil. 2. *refugium*. Vellej. Pat. II. *c.* CIX. *Gentibus hominibuſque a nobis deſciſcentibus erat apud eum* perfugium. Cic. I. Verr. *cap.* XLVI. *quod erat in aequitate prudentiaque Piſonis paratiſſimum* perfugium. Tacit. V. Ann. *cap.* III. *nam incolumi Auguſta erat adhuc* perfugium. Rurſus Cic. XII. ep. VI. num. 3. *Tu velim ſic exiſtimes, tibique perſuadeas, omne* perfugium *bonorum* in te & Bruto *eſſe poſitum*.

FACILITAS. Qua facile aliquid de jure noſtro remittimus, nec pertinaciter ſententiae inhaeremus: conjungiturque ſaepe cum comitate & indulgentia. Tacit. Agric. *c.* IX. *nec illi, quod eſt rariſſimum, aut* facilitas *auctoritatem, aut ſeveritas amorem deminuit*.

CONSTANTIA. Quae jam, mirabili exemplo, fuit in puero, Valer. Max. III. *c.* I. nu.2. Sed ea etiam ſaepe contra prudentiam peccavit. Cic. I. ad Attic. ep. XVIII. *Unus eſt, qui curet* conſtantia *magis &* integritate, *quam ut mihi videtur, conſilio & ingenio, Cato. qui miſeros publicanos tertium jam menſem vexat*.

4. CAESAR IN ANIMUM INDUXERAT. Guelf. 9. Eccard. & Struv. *in animo induxerat*; Fabric. 2. *in anim.* non expreſſa extremitate. Gu. 10. *jam in animum duxerat; 6. reduxerat*. Terent. Adelph. A. IV. Sc. III. *v.* 6. *Numquam te aliter, atque es*, in animum induxi *meum*. Hecyra A. IV. Sc. II. *v.* 27. *Non tute incommodam rem, ut quaque eſt*, in animum inducas *pati*. Paſſim pro *conſtituere ſecum* invenias. Sed hic praeterea cum effectu eſt intelligendum: Caeſar conſulto conſilio *laborabat*, ut Cic. II. ep. IV. nu. 6. *ſi hoc* ſtatueris, *quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis* eſſe laborandum. Talia ſunt Claudian. II. Stilic. *v.* 105. *durum patientia corpus inſtruit, ut nulli* cupiat ceſſiſſe *labori*. Ulpian. leg. 6. D. de reg. jur. *Non vult haeres eſſe, qui ad alium* transferre voluit *haereditatem*. h. e. *tranſtulit*, Decio interprete. Sic licuit *nobis in exſilio* aetatem agere: potuiſtis *alienas opes* exſpectare, infra *c.* LVIII. nu. 14. ubi alia damus.

LABORARE, VIGILARE. *Vigilare* eſt impigrum & ſollicitum eſſe: ut in illo Attii apud Cic. pro Planc. *c.* XXIV. Vigilandum *eſt ſemper: multae inſidiae ſunt bonis*. Sic ipſe Cicero pro Sext. *c.* XLVII. alibi. Sic eſt in formula *vigila*! ut ſupra *cap.* XX. nu. 14. *Expergiſcimini*! hinc *cap.* XXVII. nu.2. *dies noctesque feſtinare*, vigilare, *neque inſomniis, neque labore fatigari*. ubi, ne quis exiſtimet proprie tantum accipiendum eſſe tum ea, quae adhaerent; tum mos ille Criſpi efficit, quem indicavi ad *c.* XXXI. n.8. *cap.* LII. nu. 29. vigilando *atque agendo proſpera omnia cedunt*.

NEGOTIIS AMICORUM INTENTUS. Guelf. 9. *labore*

amicorum intentus, ſua neglegere; nihil denegare, quod dono di-
gnum eſſet; ſibi magnum imperium, exercitum, novum bellum
exoptabat, ubi virtus eniteſcere poſſet. At Catoni ſtudium mo- 5
deſtiae, decoris, ſed maxume ſeveritatis erat. Non divitiis cum 6
divite, neque factione cum factioſo; ſed cum ſtrenuo virtute, cum
mode-

bore in amicorum intentus, ſine voce *negotiis*; II. *intentum*: ſcilicet quia putaverat, hoc etiam membrum a Verbis *in animum induxerat* pendere, cum tamen media diſtinctione ſeparetur. vide Jug. *c.* XXXIII. n. 2. LXXVII. n. 1. mox *neglegere* ſcribunt Baſil. 1. Fabric. 1. Incert. 2. Senat. 1. Guelf. 1. & 3.

QUOD DONO DIGNUM ESSET. Guelf. 5. & 10. *quod* bono *dignum eſſet*, arctiore ſententia; altera latior & elegantior. nempe in donis non tantum aeſtimandae perſonae & qui dat, & qui accipit, ſi dona honeſta atque decora eſſe debeant, de quo egregia Seneca II. Benef. *c.* XV. XVI. XVII. ſed & ipſa dona dignitatem ſuam habeant, neceſſe eſt. Sint neceſſaria, utilia, opportuna, non vulgaria: nec erunt ſine honore, de quo Idem I. Ben. *cap.* XI. XII. ſeqq. Hoc autem genus beneficentiae in opera, induſtria, auctoritate, imperio ſaepe verſatur, quam Cicero honeſtiorem ac ſplendidiorem, viroque forti atque claro magis dignam judicat, quam eam quae fit ex arca, II. Offic. *cap.* XV. Idem dignum *viribus meis*, *dignum conſulatu meo*, alia dixit. adde Jug. *cap.* XI. num. 1.

SIBI MAGNUM IMPERIUM. Lucan. I. *v.* 125. de illo: impatiens loci fortuna ſecundi: *Nec quemquam jam ferre poteſt Caeſarve priorem Pompeiusve parem.* VII. *v.* 239. *Aeger quippe morae flagransque cupidine* regni. adde Flor. IV. *c.* II. num. 38. III. *c.* X. num. 16. Plin. VII. *cap.* XXV.

NOVUM BELLUM EXOPTABAT. Non ſolita iſta bella, ſicuti nec ſolito Romae imperio contentus erat. *Novum* eſt, quod antea non fuit, ſingulare: Sic *cap.* LI. n. 18. *novum conſilium*. *c.* IV. n. 4. *ſceleris atque periculi* novitate *inprimis memorabile*. ubi dixi. Plin. I. epiſt. XII. extr. *Proinde adhibe ſolatia mihi: non haec, Senex erat, infirmus erat; ſed* nova *aliqua, ſed magna, quae audierim numquam, legerim numquam*. Horat. III. Od. XXV. *v.* 3. *quos agor in ſpecus Velox mente* nova? ubi Acron: *mente* nova, i. e. inſolita, *attonita*. Et ſic diſtinguunt *novum* a *recenti*, quod illud nunc primum habeamus, hoc nuper: & *recens* eſſe poſſit, quod *novum* non eſt, Manut. ad Cicer. XI. Fam. Epiſt. XXI.

UBI VIRTUS ENITESCERE POSSET. Incert. 1. Guelf. 8. *virtus ejus*, qualia lutulenta damno ad *c.* LI. n. 8. Guelf. 9. *niteſcere* primum, quod in vulgatam bene refictum eſt. Livius I. *cap.* XLII. *In eo bello & virtus, & fortuna* enituit *Tullii*. Juſtin. XXXI. *c.* III. *cujus in eo bello tanta* virtus enituit. Plin. Paneg. *c.* IV. Enituit *aliquis in bello, ſed* obſolevit *in pace*. Seneca Epiſt. XCIV. *Quid C. Caeſarem in ſua fata pariter ac publica immiſit? gloria & ambitio, & nullus ſupra ceteros* eminendi *modus*. *Unum ante ſe ferre non potuit, cum Reſp. duos ſupra ſe ferret.*

5. DECORIS. Ejus, quod ſe decebat, officiorum ſuorum & honeſti. Vide ad Jug. *c.* III. extr.

6. NON DIVITIIS CUM DIVITE - CERTABAT. Incerti, Franc. Struv. Guelf. 7. 8. 9. immittunt Praepoſitionem *de*. *Non* de *divitiis* &c. eamque iterant quidam mox *de factione*, *de virtute*, *de abſtinentia*. ſicuti ſupra *c.* IX. n. 2. *cives cum civibus* de *virtute certabant*. Sed omittit eam Jug. *c.* IV. n. 6. *quis eſt, quin* divitiis & ſumtibus, *non* probitate, *neque* induſtria *cum majoribus ſuis* contendat. Cicer. Phil. X. *cap.* V. *Erat ei ſpes una in C. Antonio, qui duorum fratrum aetatibus medius interjectus*, vitiis *cum utroque* certabat.

NON FACTIONE CUM FACTIOSO. *Factionem* Gloſſae MSS. exponunt *conſpirationem*. Dicitur nempe de iis, qui ſibi multos adjungunt, per quos quidlibet efficiant. C. Nepos Attic. *c.* VIII. *Adpellatus eſt, ut ejus rei princeps eſſe vellet. At ille, qui officia amicis praeſtanda ſine* factione *exiſtimaret, ſemperque ſe a talibus conſiliis removiſſet*, cet. Plautus Trin. A. II. Sc. IV. *v.* 89. *Dei divites ſunt, Deos decent opulentiae &* factiones.

CUM MODESTO, PUDORE. Franc. *cum mod. pudicitia*; ſed recte *pudor* modeſto additur, cum ſit moderatio in cupiditatibus. vide ſupra ad *c.* III. n. 3.

ESSE, QUAM VIDERI BONUS MALEBAT. Locum Aeſchyli Sept. contra Theb. *v.* 598. unde deſumta ſententia & verba, & Manutius, & Waſſius adſcripſere; quem & Jo. Tzetzes & Plutarchus in Ariſtide pag. 320. produxerat:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Idem

Digitized by Google

modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat; eſſe, quam videri, bonus malebat; ita quo minus gloriam petebat, eo magis ſequebatur.

CAP.

Idem de Catone Vellej. II. *c.* XXXV. Horat. I. epiſt. XVI. *v.* 16. *Tu recte vivis, ſi curas* eſſe, *quod audis*. & Socrates *eam viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam eſſe dixit, ſi quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet*, Cicer. II. Offic. *c.* VII. & Valer. Max. VII. *c.* II. extern. 3. Confer Senec. I. de Clem. *cap.* I. Ariſtotel. I. Rhetor. *c.* VII. num. 60. ſeqq.

EO MAGIS ILLUM ADSEQUEBATUR. Sic quiquidem Gruterus ex quatuor ſuis Codd. ſicque ex noſtris Fabric. I. a manu ſecunda, Academ. Guelf. I. 2. 5. & Senat. I. & id quidem multo melius eſt, quam quae olim libros obſederat lectio: *eo magis* illam *adſequebatur*: etſi illa in omnibus reliquis & ed. vet. praeter eos, quos nominabimus, ſeſe offerat. Quid vero eſſet *non petebat gloriam*, & *adſequebatur gloriam*? idem fere ac *non petebat*, & *petebat*: cum nimirum *adſequi* ſtudium & laborem habeat conjuncta. Sed nec Gruteriana vera eſt. Poterat alius quis dicere *Gloria* adſequebatur *Catonem*, ut Cicero, *Senectus nos adſequitur*: poterat *conſequebatur*, ut Curtius: *Effugit mortem, quisquis contempſerit, timidiſſimum quemque* conſequitur: Sed Salluſtius numquam de rebus, quas petimus, dixit, quod *illae nos adſequantur*, cum adipiſcimur. Nec alius umquam, quod ſciam, oppoſuit *non petere rem*, & *res adſequitur*. Sed recte & ſcite opponuntur *non petere rem*, & *ſequitur res*: ſicuti *fugere*, *ſequi*; *cedere*, *inſtare*, alia. Igitur cum Manutius indicaverit, alios Codd. habere *eo magis ſequebatur*: eam inprimis lectionem revocandam exiſtimavi. Pronomen nempe *illum* non fuit in Merſeburgenſi MS. nec in Palatinis 8. & 9. nec eſt in Guelf. 6. pro quo forte primitus II. habuit *illos*; ſed Remenſ. I. ejus loco habet *gloriam*. Pronomen videbis recte abjici, ſi conferas ſupra *c.* XXI. extr. & Jug. *c.* LXII. num. 3. *Sequi* autem amat Salluſtius. Sic ſupra *c.* XII. num. I. *poſtquam divitiae honori eſſe coepere, & eas gloria imperium potentia* ſequebatur. *c.* III. num. 2. *tamen etſi haudquaquam par gloria* ſequatur *ſcriptorem & auctorem rerum*. Plinius autem idem propugnat, qui aemulatur Salluſtium I. Epiſt. VII. n. 14. Sequi *enim gloria, non adpeti debet; nec ſi caſu aliquo non* ſequatur, *idcirco quod gloriam non meruit minus pulchrum eſt*. Eſt autem hoc verbum proprium ei rei, quae ſine labore ſeſe accommodat: quo nihil hoc loco aptius fingi, nec magis proprium a Criſpo noſtro dari poterat. Ovid. XI. Metam. *v.* 326.

> *Lingua tacet, nec vox* tentata*que verba*
> ſequuntur.

Quinctil. II. *c.* XIV. princ. *Sed non omnia nos ducentes ex Graeco* ſequuntur. Curt. V. *cap.* I. n. 8. *omnia* ſequi *armatos*. Dictys II. *cap.* XXI. *uti facta geſtaque eorum laus potius quam culpa* ſequeretur. Seneca Epiſt. CVI. *Neminem res* ſequuntur: *ipſi illas* amplexantur *& argumentum eſſe felicitatis occupationem putant*. Aliis verbis, ſed idem confirmantibus, Claudian. Conſ. Manlii *verſ.* 7. *Attamen* invitam (virtutem) *blande* veſtigat, *& ultro* Ambit *honos*. Plaut. Trin. Act. III. Sc. I. *verſ.* 37. *Tute pone te latebis facile, ne* inveniat *te honor*. Haec tibi concinnam in Criſpo ſententiam, ſententiaeque reſpondentia verba dabunt. Alterum ſolummodo agnoſcas in Paullino Petroc. III. Vit. Mart. *verſ.* 417.

> *Corde humilis mente excellens, venerandus utroque*
> *Dum laudem* fugiendo capis, *vitando mereris*.

qui nihil moratur. adde Fr. Juretum & C. Barthium ad Ejusdem Libr. IV. *v.* 672.

CAP.

CAP. LV.

LVIII.

POſtquam, ut dixi, Senatus in Catonis ſententiam diſceſſit, Conſul 1
optumum factum ratus, noctem, quae inſtabat, antecapere, ne quid eo ſpatio novaretur, Triumviros, quae ſupplicium poſtulabat, parare jubet: ipſe, diſpoſitis praeſidiis, Lentulum in car- 2
cerem

CAP. LV. 1. IN CATONIS SENTENTIAM DISCESSIT. Diſceſſione facta, & Senatus decreto adprobavit. vide *c.* L. n. 5. & LIII. num. 1. praeterea Budaeum ad Pandect. p. 57. & Briſſon. II. Form. p. 184.

OPTUMUM FACTU RATUS. Struv. Academ. Guelf. 6. 8. 10. & 12. *optumum factum*, uti ſupra *c.* XXXII. n. 2. ubi vide.

NOCTEM, QUAE INSTABAT, ANTECAPERE. Guelf. 8. 9. 10. *nocte*, *quae inſtabat. noctem antecapere*, uti *tempus*, alia *antecapere.* vide ad *c.* XXXI. n. 1.

NE QUID EO SPATIO NOVARETUR. Ab ſociis damnatorum, popularibus Conjurationis. *Novare* in rebus periculoſis & tumultuoſis dicitur. dictum ad *c.* XXXIX. n. 3.

TRIUMVIROS. Capitales, quibus cura carceris & ſuppliciorum demandata erat. Pomponius leg. 2. §. 30. de Orig. Jur. *Eodem tempore &* Quatuorviri, *qui curam viarum gererent: &* Triumviri monetales, *aeris*, *argenti*, *auri flatores: &* Triumviri capitales, *qui carceris cuſtodiam haberent: ut*, *cum animadverti oporteret*, *interventu eorum fieret*, *conſtituti ſunt*. Livius XXXII. *c.* XXVI. *Et* Triumviri *carceris Latomiarum intentiorem curam habere juſſi*. Curam nempe habebant per cuſtodes, ſervos, lictores & carnifices ſuos, quod Valer. Max. V. *cap.* IV. num. 7. probat. Lege de his plura apud Raevard. II. Var. *c.* XVIII. Lipſium ad Tacit. V. Ann. *c.* IX. Alexandr. ab Alex. III. Gen. D. *cap.* XVI. pag. 742. ibique Tiraquellum.

QUAE AD SUPPLICIUM POSTULABAT. Eſt quidem Praepoſitio *ad* etiam in noſtris plerisque omnibus; eraſa tamen jam olim in Baſil. 1. & Fabric. 2. nec habuit aliquando eam Guelf. 3. 10. neque Senator. 2. & Heuſſianus. quatuor addunt *ea*, *quae*; praeterea Fabric. 1. *poſtulant*; Incert. 1. & Guelf. 11. *poſtulabant*. Malui Praepoſitionem cum Carrione ejusque ſectatoribus abjicere, quam ſenſum obſcurum relinquere, aut cum Grutero eo procedere, ut putem, *Triumviros ſupplicium parare jubet*, ab auctore ſolum ſcriptum eſſe. Inprimis cum paullo rarior imperitis monachis latinitas *ſupplicium poſtulat* huic loco morbo fuiſſe videatur. Sed ſic Jugurth. *c.* LXXXV. num. 44. *quoniam illis*, *quantum* mores *mei non illorum* flagitia poſcebant, *reſpondi*. *cap.* XVII. princ. res poſtulare *videtur*. ſic Cicero *cauſſa poſtulat* &c. Poſtulabat autem ſupplicium praeparationem *Tulliani*, *carnificis*, *laqueorum*. Si Gruterus haec omnia *quae ad ſupplicium poſtulabat* pro non Salluſtianis declaraſſet, ſpecioſius certe erraſſet. talia enim alibi librarii verbo *parare* adlevere. Jug. *c.* LX. n. 1.

2. LENTULUM IN CARCEREM DEDUCIT. Fabric. 1. & Guelf. 6. *in carcere:* de quo ſupra ad *c.* LXII. extr. hic etiam *deduxit*, ut ſupra in libris veteribus variatum *c.* XLVI. num. 5. Sed Guelf. 5. *ducit*, quomodo Commelinianus. vide *c.* LVII. n. 1. *ducere* autem & *deducere* etiam apud Juſtin. II. *c.* III. num. 24. confunduntur. In carcere autem qui alicujus nominis aut dignitatis eſſent necabantur. Tacit. III. Ann. *cap.* LI. *ductusque in carcerem Priſcus ac ſtatim exanimatus*. cum nota Vertranii. in homines humilioris fortunae palam animadverſum. Idem I. Hiſtor. *cap.* XLVI. *In Marcianum Icelum*, *ut in libertum*, *palam animadverſum*. & quae ibi idem Vertranius & Savilius. Hic vero etiam propter participes conjurationis occultum ſupplicium erat neceſſarium. Plutarch. in Cicer. p. 871.

IDEM FIT CETERIS PER PRAETORES. Baſil. 3. & Incert. 2. *in ceteris;* Struv. Incert. 1. Fabric. 2. Franc. Guelf. 7. & 8. *de ceteris*. *fit ceteris* eſt, ceteri itidem per Praetores *deducuntur* in carcerem. Iſtud nempe Verbum, ut in Nominibus *alius*, & quaedam alia, ita comparatum eſt, ut jam poſitum Verbum ſenſu referat. vide Cicer. Bruto *c.* LI. idem adnotavimus ad Ei. III. epiſt. VII. num. 4. *Primum cum ad me aditum eſſet ab iis*, *qui dicerent a ſe intolerabilia* tributa exigi; *quid habuit iniquitatis me ſcribere*, *ne* facerent *ante*, *quam ego rem cauſſamque cognoſſem*. Celſus Praefat. p. 9. *quod*, *qui diverſa de his ſenſerint*, *ad eamdem tamen ſanitatem homines perduxerint*. *Id enim* feciſſe, *quia non ab obſcuris cauſſis* cet. Noſter *cap.* LX. num. 1. *cohortes paullatim* incedere *jubet*: idem facit *hoſtium exercitus*. Caeſar II. Civ. cap. XXVII. *Varus poſtero die*

3 cerem deducit : idem fit ceteris per Praetores . Eſt locus in carcere , quod Tullianum adpellatur , ubi paullulum eſcenderis ad laevam , circiter duodecim pedes humi depreſſus . Eum muniunt undique pa-

mane legiones ex caſtris educit : facit idem *Curio* .

3. CARCERE, QUOD TULLIANUM ADPELLATUR . Fabric. 1. *qui Tullianum adp.* contra ceteros omnes & Grammaticos , qui hoc maxime exemplo utuntur , quando Pronomen Genere cum ſequenti Nomine conſpirare docent. In Guelf. 1. & Struviano addita eſt Gloſſa : *Sciendum , quoties praemittimus nomen cujuslibet generis , & interpoſito pronomine (ſive Relativo* addit Struv.) *ſequitur proprium nomen generis alterius , quod medium illud Pronomen ſequitur proprii nominis genus , ut Salluſtius hic :* Eſt in carcere locus, quod T. *Ecce proprio junxit, non appellativo . Tullianum enim proprium eſt ; Carcer appellativum . Si autem utraque nomina appellativa fuerint , licenter cui volumus reſpondemus* . quae eſt deſcripta ex Servio ad Aeneid. I. *v.* 163. & in Struviano maxime quaedam ab edito Servio mutant . Sic Livius XXVI. *c.* XXVIII. Exercitus *eis duo decreti* , quae *in Etruria Galliaque eſſent* (*eae quatuor erant*) legiones. adde ſupra *c.* XX. num. 4. Pompejus ad Cicer. VIII. ad Attic. *Ex quibus tamen non amplius quatuordecim cohortes contrahere potui* , quod *Brundiſium* praeſidium *miſi* . Liv. XXXII. *cap.* XXX. *mittendo in vicos Cenomanorum* Brixiam*que* , quod *caput gentis erat* . Eodem pertinet Quinctil. V. Inſtit. *cap.* IX. *popularitas ſignum eſt* exiſtimatum . Cicer. pro Sext. *c.* XLII. *Tum* domicilia *conjuncta* , quas *urbes dicimus* . Sed ipſum etiam Verbum poſtremo Nomini eleganter conformatur , de quo ad Jug. *c.* XVIII. num. 11. *poſſedere ea* loca , quae *proxime Carthaginem Numidia* adpellatur . *Tullianum* nomen accepit ab Servio Tullio , qui carcere ab Anco Martio exſtructo ampliorem atque munitiorem reddidit . Varro IV. de L. L. *Carcer , a coercendo , quod exire prohibentur . In hoc pars , quae ſub terra* , Tullianum. *ideo quod additum a Tullio rege* . Erat ſub radicibus Capitolii , foro imminens . Pomp. Laetus de antiquit. urb. Rom. Nardin. Rom. Vet. V. *cap.* XII. Rycqu. de Capit. *cap.* XLV. Similem fere hypotypoſin Carceris vide apud Prudent. Paſſ. V. *v.* 241.

UBI PAULLULUM ESCENDERIS *ad laevam* . Sic Palmerius conjecit ſcribendum eſſe , cum vulgo legerent *aſcenderis* , quomodo & plerique noſtri MSS. Sed Baſil. 3. Remenſes , Senat. 2. Franc. Incert. 1. & Guelf. 12. *deſcenderis* , quod Grutero propterea placuerit, quia ſequitur *demiſſus* , item *depreſſus* . id quidem fruſtra : cum, antequam ad depreſſum illum locum veneris , *eſcendendum* paullulum eſſe, Criſpus ſcripſerit. Mihi vero hoc loco neque *aſcenſum* , neque *deſcenſum* verbum notare videtur, ſed *progreſſum* propria ſua notione , ita ut in plano incedere poſſis. vide Diſſert. II. de Uſu Orthogr. Lat. *c.* III. §. VII. num. 10. Habes id verbum etiam Jug. *c.* XCIII. num. 5. & XCVII. n. 5. pro *adſcendere :* neque vero, ſi eam hic etiam malueris notionem, cum locus permittat, multum repugnabo . Saepe vero *aſcendere* , *deſcendere* , *eſcendere* confuſa ſunt : & Muretus , Carrio , Scioppius , Palmerius , Gronovius , qui poſtremum nobis in Plauto , Varrone , Livio , Cicerone aliisque reſtituerunt , ex prioribus fere eruere debuerunt . Vide inprimis Gronov. ad Liv. II. *c.* XXVIII. XXXIV. *cap.* XXVIII. XLV. *cap.* I. & Parcum Lex. Crit. Plaut. adde Graevium ad Sueton. Caeſarienſ. *cap.* LXI. Daviſium ad Caeſar. VII. Gall. *cap.* VXXII.

CIRCITER XII. PEDES HUMI DEPRESSUS . *Circiter* non eſt in Fabric. 2. & 1. in margine, & prima tamen manu , habet. Guelf. 1. *duocim pedes* , lapſu manifeſto . *Humi* intelligunt *in ſolum humi*, ſicut Ovidius : *Proſternit* humi *juvenem.* & *cum velles* terrae *procumbere*, Sanctius IV. Min. *c.* IV. voce *Solum* . Boetius I. Proſ. 1. *His ille chorus increpitus , dejecit* humi *moeſtior vultum* . adde Jug. *c.* XLVIII. n. 3. Hinc & *barathrum* nominatus . vide Fabri Semeſtr. II. *c.* VII. & *inferior carcer* Livio.

4. EUM MUNIUNT UNDIQUE PARIETES. Gu. 6. delet *eum* . *Parietes* ligneos, nempe *roboreos* fuiſſe conjicias , quia ea pars carceris *Robur* vocata , & Feſtus adludit pag. 451. *Robur in carcere dicitur is locus , quo praecipitatur maleficorum genus , quod ante arcis* robuſteis *includebatur* , cum Plauto Curcul. Act. V. Sc. III. *v.* 14. *at ego vos ambo in* robuſto *carcere Ut pereatis* . adde Lipſium in Tacit. IV. Ann. *c.* XXIX.

ATQUE INSUPER CAMERA . Sic Codd. Sed Salmaſius, Heinſius, Gudius, Burmannus, viri doctiſſimi *camara* ſcribendum eſſe cenſent. & ſic Gloſſae : *Camara , teſtudo* . vide Heinſ. ad Petron. *c.* XL. Burmann. ad Ei. *cap.* XXX. certe vetuſtiſſimos Codd. ita expreſſiſſe teſtantur : quemadmodum Cod. Salmaſii pervetuſtus Sueton. Aug. *c.* XC. *concamaratum locum*, per-

Digitized by Google

parietes, atque inſuper camera, lapideis fornicibus vincta: ſed incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis ejus facies eſt. In eum locum

per *a* exhibet. Graeci *χαμάρας* dicunt: Sed Latini *a* & *e* permutant, quod pluribus alibi docuimus: & Chariſius I. p. 43. utramque ſcripturam agnoſcit. Deſcribit curva haec tecta Vitruvius VII. *c.* III.

Lapideis fornicibus vincta. In plerisque ſcriptis vel *vincta*, vel *juncta* legere poſſes, quia *vincta* ſcribunt per *u*; recentiores eorum, qui *v* adſciverunt, perſpicue *vincta*. attamen Incert. 1. & Guelf. 3. ac 12. clare *juncta*. Sic apud Virg. III. Eclog. *v.* 25. *aut umquam tibi fiſtula cera* Juncta *fuit*. in quibusdam & Romano codice eſſe *vincta*, teſtatur Pierius: cum tamen ab initio verſus vox ſcribatur. Plura loca, ubi *junctus* & *vinctus* promiſcue ſcribuntur, dabunt, quos citat Drackenb. ad Sil. VIII. *v.* 487. *vincta* dixit, ut Cato de R. R. *c.* XXXIX. *dolia* plumbo vincito; *vel materie quernea, viri ſicca alligato. Fornices* enim ſunt arcus, qui ſuſtinent *cameram*, contignationis vice. Auct. B. Alexandr. *c.* 1. *nam incendio fere tuta eſt Alexandria, quod ſine contignatione ac materia ſunt aedificia & ſtructuris atque* fornicibus *continentur*.

Sed incultu. Sic Nazar. ac Commelinianus apud Gruterum; ex noſtris Baſileenſes 2. & 3. uterque Senatorius, Guelſerbytani 1. & 5. & antequam corrumperetur, etiam 2. Ceteri *inculta*. Antiquum vocabulum *incultus* pro ſqualore, ut aliis locis pluribus: & quod ſupra *cap.* LII. num. 13. *loca tetra*, inculta, *foeda atque formidoloſa habere* legiſſent, librariis impoſuit. De hoc vide *cap.* XXXIX. extr. de illo Jugurth. *cap.* II. num. 4. ubi ſimiliter Criſpus: incultu *atque ſecordia torpeſcere ſinunt*. Pro vulgata Prudent. Paſſ. II. *v.* 180. *Stabant catervae pauperum*, inculta viſu *examina*.

Tenebris, odore. Idem Prudent. II. in Symmach. *v.* 833. *ſed intrat Carceris & rimas, & taetra foramina clauſi* Stercoris, *& ſpurcam redolenti in fornice cellam*. *Facies* de loco ſupra *c.* XXXI. n. 1. Franc. *facies erat*.

5. Postquam demissus est Lentulus. Vinar. 2. Fabric. 2. Franc. Academ. Baſil. 2. Remenſes, Incert. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. 8. 9. 10. & ed. vet. *dimiſſus*. quatuor & plures omittunt Verbum Subſtantivum, quod jam ab editis aliquot exulat. *demiſſus* etiam Livius XXXIV. *cap.* XLIV. extr. *Pleminius in inferiorem* demiſſus *carcerem necatusque*.

Vindices rerum capitalium, quibus praeceptum erat. Remenſes, Senat. 1. Baſ. 1. Incert. 2. Guelf. 6. 8. 9. & Franc. *indices rerum cap.* & ſic reſtitutum pro *vindices* etiam in Guelf. 2. & Fabric. 1. Aſt Eccard. *per judices*; Fabric. 2. Guelf. 1. & 3. *per indices*; ſine Praepoſitione *judices* exhibent Vinar. 2. Acad. Struv. Senat. 2. Heuſſ. & ed. vet. & has quidem voces *judex* & *vindex* in MSS. ſaepe confundi, docuit, qui talia ſtudioſe collegit, Arn. Drackenborch. ad Sil. II. *v.* 456. Grutero mire videntur feriata haec *quibus praeceptum erat*: mihi vero iſta *vindices rerum capitalium*, quae ex Gloſſa ſupra voci *Triumviros* adſcripta huc infarta ſunt. Hi enim intelligendi ſunt, & intelligunt interpretes, etiamſi notum ſit per carnifices id, quod auctor narrat, perfectum eſſe: Eo nempe ſenſu, quo *Tribuni* apud Livium VI. Manlium de ſaxo *praecipitant*: quo Lucas Act. *c.* XXII. com. 25. *ὁ χιλίαρχος ἀπέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν*. & Treb. Pollio Gallien. *cap.* XII. *Surripi ad Leonem venditorem* (Gallienus) *juſſit: deinde e cavea caponem* emittit. fruſtra ibi corrigit Salmaſius *emitti*. Sic Jugurtha apud Noſtrum *cap.* XXVI. extr. *interficit*, juſſu & imperio. Cum itaque *Triumvirorum* modo mentionem fecit, & ejusmodi extenſiones ſermonis mire vitet Criſpus, vide Jug. *c.* LXIX. extr. numquam mihi perſuadere potui tres iſtas voces ab Salluſtii manu profectas. Nec Plutarch. Cicer. pag. 871. plura, quam *παραδοῦναι τὸν Λέντλον τῷ δημίῳ, καὶ προστάξαι ἀνελεῖν*. Eas proinde expunxi, & ſimpliciter intelligo *illi*, quibus praeceptum erat. Parva res, ſed quae & alibi librarios abſtraxit; hic eo facilius, quod elegantem Gloſſam in margine viderent. Curt. III. *c.* II. num. 19. *Haec vociferantem*, quibus *erat imperatum*, jugulant. Dictys V. *c.* IV. *At lucis initio*, quibus *imperatum erat*, *ad naves veniunt*. adde ſupra *cap.* XVII. num. 6. XIII. num. 1. LI. num. 4. & infra *c.* LVIII. num. 17.

Laqueo gulam fregere. Guelf. 1. & 3. *frangere*; 6. *gulam ipſius*; 8. *gullam*. *Gulam frangere* pro *ſtrangulare*. Lucan. II. *v.* 154. *Hic* laqueo *fauces eliſaque guttura* fregit. Prudent. Pſychom. *v.* 590. *obliſo & gutture* frangi *Exſanguem ſiccamque* gulam. Idem Paſſ. X. *v.* 1103. *Succedet illis* ſtrangulatrix *faucium*. *v.* 1106. *Dixit, foroque protrahi juſſit virum, Trudi in tenebras noxialis carceris: Elidit illic* fune collum *martyris Lictor nefandus*. Pacatus Paneg. Theod. *c.* XXVIII. *alteri manibus Satellitum Britannorum* gula *domi* fracta. Hinc Lactant. de

Digitized by Google

locum poſtquam demiſſus Lentulus, quibus praeceptum erat, laqueo
6 gulam fregere. Ita ille patricius, ex clariſſuma gente Corneliorum, qui conſulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factiſque ſuis exitium vitae invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Coepario eodem modo ſupplicium ſumtum.

CAP.

mort. Perſec. *c.* XXX. extr. *Eliſo & fracto ſuperbiſſimo* gutture. Cicero in Vatin. *c.* XI. fregeris *ne in carcere cervices ipſi illi Vettio?* Julius Firmicus I. *c.* III. *Scipio – acerbo mortis cruciatu & nefariis* frangentium gulam *manibus oppreſſus, privata quodammodo animadverſione confectus eſt.*

ITA ILLE PATRICIUS. Incert. 2. & Guelf. 7. *Itaque;* Baſil. 2. *Ita & ille. Ita* frequenter apud Salluſtium in concluſione & judicio. vide *c.* VIII. num. 4. Jug. *c.* XXXI. num. 14. Lactantius l. c. Ita *ille Romani nominis maximus imperator ——— vitam deteſtabilem turpi & ignominioſa morte finivit.* Sulpic. Cicer. IV. ep. XII. n. 6. Ita *vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt adfectus.* Solent vero ita immorari *morti* clarorum virorum, & quaſi elogio ornare, quod Seneca Suaſor. VI. de hiſtoricis obſervavit. Curt. VII. *c.* II. num. 33. *Hic exitus Parmenionis fuit, militiae domique clari viri.* ubi multa Freinshemius. Corn. Nep. Eumen. *c.* XIII. *Sic Eumenes ——— talem habuit exitum vitae.* Id. Datam. extr. Ita *vir, qui multos conſilio, neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.* & ille paſſim. Herodian. III. *cap.* XII. extr. *Τῷ μὲν δὴ τῷ τέλει Πλαυτιανὸς ἐχρήσατο.*

EX CLARISSUMA GENTE CORNELIORUM. De patriciis, non plebeiis *Corneliis* loquitur, quae gens in novem ſe diſtinxit familias & magna nomina tulit. Glandorp. Onomaſt. p. 253. Avum hujus Lentuli multis laudibus extollit Cicer. in Catil. adde ſupra. *c.* XLVII. n. 2.

CONSULARE IMPERIUM R. HABUERAT. Imitatur Tacit. XIII. Ann. *c.* LII. *qui Proconſulare imperium illic habuerunt.* Boetius etiam *conſulare imperium* loco ſupra ad *c.* VI. n. 7. adſcripto. Seneca I. Controv. II. p. 94. Summum imperium, *conſules cedent tibi.*

DIGNUM MORIBUS. Lamprid. in Commodo *c.* VI. *Sed & Cleandro* dignus *tandem vitae finis impoſitus.* Apulej. IX. Metam. p. 147. *Et ille quidem* dignum *virtutibus ſuis vitae terminum poſuit.* Joannes Saliſb. II. Nug. Cur. *c.* XXVII. *Vitam ergo* digno *finivit ſupplicio.*

EXITIUM VITAE INVENIT. Sic a prima manu Fabr. I. & 2. ſic Baſil. I, & 2. Vin. 2. Struv. Eccard. Senat. I. Heuſſ. Guelf. I. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & ed. vet. Ceteri *exitum vitae*, quomodo Nepos, Vellejus, Cic. VI. ep. IV. n. 12. *Si jam vocer ad* exitum *vitae.* ubi vide. Livius XXXIX. *c.* LII. princ. *Hic vitae* exitus *fuit Annibalis.* Plinius, Juſtinus, ac ſaepiſſime Valer. Maximus & Tacitus *exitum* praeciſe, de fine vitae. Nec aliter legit Jo. Saliſber. I. Nug. *c.* IV. *Cum proceres noſtri beſtialem ſaepe* invenerint exitum vitae, *qui, dum licuit, beſtialiter vixerunt. Exitum mortis* quod Dictys dixit, habet etiam Zeno Veron. Serm. XII. *qui ut inter duo elementa pervenit, ibidem praeſentariae* exitum mortis *expavit.* Sed *exire* etiam abſolute pro *mori* dici, obſervavit Holſten. ad Paſſ. Perpetuae & Felicit. p. 155. ſicuti *abire* & *abitio* apud Feſtum alioſque. Chriſtiani denique *tranſitus*, ut S. Caeſar. Hom. II. extr. *Si nos tam ſanctis operibus dies* tranſitus *noſtri fideliter occupatos invenerit, ſecuri de hac luce migrabimus.* Sed Grutero perplacuit *exitium.* & Feſtus adnotavit veteres *exitium*, pro *exitu* dixiſſe. Varro IV. de L. L. *animae & corporis diſceſſus, quod natis ſit* exitus, *inde* exitium; *ut cum in unum ineunt, initia.* Si *vitae* abjiceretur, quod fecit MS. Eccardianus, melius quadrarent illa Terent. Andr. Act. III. Sc. V. *v.* 43. *At tibi Di dignum factis* exitium *duint.* Tacit. XIII. Ann. *c.* XVII. *crebris ante* exitium *diebus.* Sulpic. Sever. I. H. S. *c.* LI. n. 2. *ibique a filiis interfectus dignum ſe* exitium *tulit.* & ſic apud Valerium ſemper fere in MSS. eſt *exitium*, ubi impreſſi *exitum* praeferunt. Verum ſufficit nobis in Criſpo auctoritas tot veterum librorum.

DE CETHEGO, STATILIO CET. Quinque hic nominantur, de quibus ſupplicium ſumtum eſt. Sed Cicero III. Cat. numerat novem: eos fortaſſe addens, quibus nominatim in Senatu eadem poena decreta eſt. vide ſupra *c.* L. num. 5. nam pro Sulla *c.* XI. aperte cum Noſtro *quinque*, inquit, *hominibus comprehenſis atque confoſſis.* ubi verbum *confoſſis* non aliud mortis genus notat, quam quod Salluſtius indicat, per ea, quae Quinctilian. VIII. *c.* II. docuit. mox Guelf. 10. & alii quatuor *eſt ſumtum.* duo Waſſii vero *eſt* nullo loco habent; quibus adſentio. vide ſupra *c.* XXXIV. extr.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LVI.

LIX.
DUM ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia, quam & 1
ipſe adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones inſtituit;
cohortes, pro numero militum, complet: deinde, ut quiſque vo- 2
luntarius, aut ex ſociis in caſtra venit, aequaliter diſtribuerat; ac
bre-

CAP. LVI. 1. DUM EA ROMAE GERUNTUR. Incert. 1. & Guelf. 7. *Dum haec*; neutrum in contextu Baſil. 1. ſed ſupra verſum voci *Romae* adpictum *haec*. Incert. 2. *Dum ea geruntur Romae*. Forte: *Ea dum Romae geruntur*.

CATILINA EX OMNI COPIA. Multitudine. de militibus numero ſingulari. Virg. II. Aen. *v.* 564. *Reſpicio & quae ſit me circum* copia *luſtro*. Caeſar I. Gall. *cap.* XLVIII. *quos* ex omni copia *ſinguli ſingulos*, *ſuae ſalutis cauſſa*, *delegerant*. adde Daviſium ad I. Civ. *c.* XLV. & ad B. Afric. *c.* XXXVIII. Tacit. II. Ann. *c.* LII. *Mazippa levi cum* copia *incendia & caedes circumferret*. Noſter infra *c.* LXI. num. 5. *poſtremo ex omni* copia *neque in praelio*, *neque in fuga ingenuus captus eſt*. adde Barth. Adverſ. XXI. *c.* XX. In verbis *quam & ipſe adduxerat*, τὸ & omittunt quatuor Guelferb. Fabric. 1. Baſil. 2. Incert. 1. Senat. 2. Struv. & Heuſſ. alterum vero ſonantius, & rei aptum, ut *c.* V. num. 1.

DUAS LEGIONES INSTITUIT. Sicuti *officinam*, *mercatum*, alia *inſtituere* Cicero dixit. Eutrop. VIII. *c.* II. Waſſio laudatus: *in mari rubro claſſem inſtituit*. Metaphraſtes ἐγκατέστησε. adde Jug. *c.* XIV. n. 5.

COHORTES PRO NUMERO MILITUM. Nimirum decem in legione *cohortes* erant; in cohorte tres *manipuli*; in manipulo duae *centuriae*. Et hac partes propter ordinem ſemper ſunt ſervatae; numerus autem virorum in eis vel auctus, vel imminutus, prout militum copia ſuppetebat. Hoc eſt, quod Salluſtius ſcribit, *pro numero militum*, ſicut ſupra *pro periculo c.* XXX. n. 5. vide Stewech. ad Veget. II. *c.* VI. Lipſ. II. de Milit. R. Dial. IV. Schelium in Hygin. & Polybium. *militum* eleganter omittit Eccardianus.

COMPLET. Fabric. 2. *complevit*. Juſtin. V. *c.* VI. *Armantur tamen ſenes*, *aut impuberes pueri*, *& numerus militum*, *ſine exercitus robore*, expletur. Lucanus I. *v.* 305. implentur *valido tirone cohortes*.

2. UT QUISQUE VOLUNTARIUS. Peſſime Guelf. 6. *ut quiſquam voluptarius*. *Voluntarii* erant, qui emeritis ſtipendiis per aetatem ad militandum non cogebantur, aut in delectu ſcripti non erant, ſua autem voluntate militiae ſeſe dabant. Priores Criſpus intelligit, qui hac in re plane ad morem militiae Romanorum ordinariae de copiis Catilinae loquitur, ut *c.* LIX. num. 3. Livius XXVII. *c.* XLVI. *Ceterum in ipſo itinere auctum* voluntariis *agmen erat; offerentibus ſeſe ultro &* veteribus militibus *perfunctis jam militia*; *&* juvenibus, *quos certatim nomina dantes*, *ſi quorum corporis ſpecies roburque virum aptum militiae videbatur*, *conſcripſerat*. Idem XXXVII. *c.* IV. *Ad quinque millia* voluntariorum *ex Romanis ſociiſque*, *qui* emerita ſtipendia *ſub imperatore P. Africano habebant*, *praeſto fuere exeunti conſuli*. Cauſſa, qua bellum ſumerent, ſaepe amor belli atque ducis, vide ſupra *c.* XXXVII. num. *6.* ſaepe etiam inopia. Tacit. IV. Ann. *c.* IV. voluntarium *militem deeſſe; ac ſi ſuppeditet*, *non eadem virtute ac modeſtia agere*, *quia plerumque* inopes *ac* vagi *ſponte militiam ſumant*. adde Cic. XII. ep. XV. num. 16. & XV. ep. IV. n. 4. Ab his diverſi ſunt *Volones* Livii XXIII. *c.* XXXII. alibi, qui ſervi erant, bello Punico ſecundo, an *vellent* militare rogati, & in ſacramentum militiae liberati. Macrob. I. Sat. *c.* II. Feſtus p. 596.

AUT EX SOCIIS. In Heuſſiano non eſt *aut*; & Guelf. 9. ab correctore: *aut rogatus ex ſociis*. Nihil muta &, quod modo dixi, de ordinario Romano exercitu cogita, ubi *ſocii* & *auxilia* legionibus addita. *ex ſociis* itaque *Romanis* intellige, non *Conjurationis*, uti Jug. *c.* XLIII. n. 3. alibi. Lege Veget. II. *c.* II. & Lipſium I. de Mil. R. Dial. VII.

IN CASTRA VENERAT. Fabricianus uterque *venit*, quod propter *diſtribuerat* mutarunt, qnandoquidem in Baſil. 3. & Remenſ. 1. *eſt diſtribuit*, qui alio modo, cum in ſuis libris ſine dubio *venit* legiſſent, ſuccurrere vulgari opinioni voluerunt. Confer *c.* XXXIV. n. 1. & *c.* XII. num. 1.

AEQUALITER DISTRIBUERAT. Per cohortes duarum legionum diſpertiverat, ut ſuum quaeque centuria robur haberet, & a voluntariis & ſociis aequalem numerum acciperet. Alioquin auxilia non admixta legionibus, ſed ſepa-

brevi ſpatio legiones numero hominum expleverat; cum initio non
3 amplius duobus millibus habuiſſet. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa; ceteri, ut quemque caſus armaverat, ſparos, aut lanceas, alii praeacutas ſudes portabant.

paratim ducta ſub ſuis ſignis. vide Stewech. ad Veget. II. c. II.

LEGIONES NUMERO HOMINUM EXPLEVERAT. Vocem *hominum* delet Remenſ. I. ſicuti n. I. in Eccard. aberat *militum*. Caeſar quidem I. Civ. c. LXXXVIII. numero*que cohortes* CX. *expleverat*; ſed ibi CX. *numero* junctim intelligere licet. Meo judicio delenda eſſent verba *numero hominum*, cum *explere* per ſe juſtam magnitudinem rei denotet. Livius XXIV. *cap.* XI. *Hic ut numerus legionum* expleretur, *ſex novae legiones erant ſcribendae. —— ut centum quinquaginta longarum navium claſſis eo anno* expleretur. Silius VIII. *v.* 470. *Jamque per Etruſcos* legio completa *manipl͡os*. & ſic Juſtinus. Noſter Jug. c. LXXXVII. num. I. *Conſul* expletis legionibus, *cohortibuſque auxiliariis, in agrum fertilem ac praeda onuſtum proficiſcitur*.

NON AMPLIUS DUOBUS MILLIBUS. Non *plures, quam* duo millia. Caeſar II. Gall. c. VII. extr. *Caſtra* amplius millibus *paſſuum* VIII. *in latitudinem patebant*. adde c. LIX. n. 6.

3. SED EX OMNI COPIA. Francii & Baſil. 3. *Sed ex omnibus copiis*, ex librarii ingenio, qui numero ſingulari *copia* de militibus non dici, autumavit: quemque exempla n. I. prolata aliud docere poſſunt. Sed recte Gruterus tres voces *ex omni copia* ex ſuperioribus repetitas eſſe cenſuit: quod genus errorum perquam late patet. vide ad c. XXXIX. extr.

MILITARIBUS ARMIS INSTRUCTA. Guelſ. 6. *milit. inſtructa armis*. *juſta arma* vocat Curt. IV. c. XIV. n. 6. *Intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium nihil praeter jaculum habere, alium funda ſaxa librare: paucis* juſta arma *eſſe*. Sed forte locus ita concipiendus: *circiter pars quarta armis militaribus inſtructi*: ut Jug. c. LVIII. n. 2. *magna* pars vulnerati, *aut* occiſi. Franc. *armis inſtituta*; ſed editam in margine ſervat.

UT QUEMQUE CASUS ARMAVERAT. *Ut* eſt in membranis noſtris vetuſtioribus, non *uti*; ſed Guelſ. 3. *ſicuti*. *Caſus* dicitur *armare*, ut *ſpes impellere*. vide ſupra capp. XVIII. & XXVIII. extremis. Tacit. XIV. Ann. *cap.* V. *Contis & remis, &, quae* fors obtulerat, *navalibus telis conficitur*.

SPAROS. *Sparus* Servio ad XI. Aen. *v.* 682. eſt *ruſticum telum, in modum pedis recurvum*. meminit ejus teli etiam Cic. pro Milone *cap.* XXIV. ubi vide Nic. Abram. Apud Liv. XXXIV. c. XV. M. Cato imperator *milites percutit ſparo*, ubi adeundus eſt Marc. Donatus, quem etiam citat Drackenb. ad Sil. III. *v.* 388. Sonus proxime accedit ad id, quod vocamus *ein Speer*. Sed quid proprie fuerit, definire non poſſumus; cum hoc modo conſtet, ſuiſſe telum agreſte ac tumultuarium, non militare.

LANCEAS. Hiſpanicum verbum atque telum eſſe, Varro docet apud A. Gellium XV. *cap.* XXX. extr. Siſenna apud Nonium Suevis tribuit: *Galli*, inquit, *materibus, Suevi* lanceis *configunt*; ſed in vetuſto cod. eſt *Spani*, h. e. *Hiſpani*. Idem: *Sparis ac* lanceis *eminus peterent hoſtes*. Graeci λόγχας vocant, quas Diodor. Sicul. V. tribuit Germanis & Gallis. adde D. Johannem c. XIX. comm. 34. mentio ejus etiam apud Vellej. II. *cap.* LXXX. lege Lipſium Poliorc. IV. Schelium ad Polybium. Anſelmus Medit. de geſt. Dom. *v.* 392. *Corpus quidem mortuum nihil jam ſentiebat; Sed maternum* lancea *pectus transfigebat, Quam fixam in filii latere videbat*.

PRAEACUTAS SUDES. Struv. Guelſ. 3. 7. & 8. *peracutas*. Caeſar VII. Gall. c. LXXIII. *truncis arborum, aut admodum firmis ramis abſciſis, atque horum dolabratis atque* praeacutis *cacuminibus*. Id. I. Civil. *cap.* XXVII. *foſſas tranſverſas viis praeducit, atque ibi* ſudes *ſtipiteſque* praeacutas *defigit*. *maximis defixis trabibus, atque eis* praeacutis, *praeſepit*. Vet. Schol. ad Stat. Theb. VIII. *v.* 415. *Pali acuti, pro telis*. Nimirum rudibus temporibus in bello ſudibus pugnabant. vide Propert. IV. eleg. I. *v.* 28. Auct. de Or. Gent. R. c. LIII. *cum ſui lapidibus ac* ſudibus *armati, tum etiam veſte aut pellibus, quae eis integumento erant, ſiniſtris manibus involutis, proceſſiſſent*. Poſtea in oppugnationibus aliquis uſus, Caeſar V. Gall. c. XL. ubi *praeuſtae* ſudes, ſunt igne in cacuminibus duratae, Curt. III. c. II. num. 7. Denique in exercitiis bellicis, & ludicris certaminibus pro militaribus armis adhibitae apud Livium XL. *cap.* VI. & IX. ac Senecam Epiſt. LXXXVIII. Ceterum *praeacutas ſudes* habet etiam Joan. Saliſberienſ. II. Nug. *cap.* V. *excogitabant dira ſupplicia, obturantes infelicibus naturales digeſtionum meatus; alii vero*

bant. Sed poſtquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina 4
per montis iter facere, ad urbem modo, modo in Galliam verſus
caſtra movere; hoſtibus occaſionem pugnandi non dare. ſperabat
prope diem ſeſe habiturum, ſi Romae ſocii incepta patraviſſent.
Interea ſervitia repudiabat, cujus initio ad eum magnae co- 5
piae

ſtionem meatus : *alii vero* praeacuta ſudes *per eadem verenda adigentes*.

4. PER MONTIS ITER FACERE. Vulgo *ſuper*. Noſter *cap.* LVII. n. I. *reliquos* per montis aſperos *in agrum Piſtorienſem abducit*. Livius XXXI. *cap.* XXI. per *medios* montes *duxit*. Idem I. *cap.* XLVIII. *elatum e curia in inferiorem partem* per gradus *dejicit*. Phaedrus I. Fab. XII. *v.* 8. Per campum *fugere coepit*.

MODI AD URBEM. *Ad* omittit Guelf. 10. Et 12. habet inter verſus; ſed unice verus eſt poſitus Guelf. 9. *ad urbem modo*, *modo*. Sic *cap.* XV. extr. *citus* modo, modo *tardus inceſſus*. & centies alibi.

MODO IN GALLIAM VERSUS. Sic Priſcianus, & aliquot ſcripti Codd. At Fabric. I. Baſil. 2. Heuſſ. Incert. I. Guelf. 6. *ad Galliam verſus*, ut Jug. *cap.* LXIX. ad *ſe* verſum *exercitum pergere*, & *cap.* LVIII. ad *ſe* verſum *fugam fieri*. Coelius Epiſt. XV. ad *Alpes* verſus. Sed neque *ad*, neque *in* admittunt Struv. Incert. 2. Rem. I. Baſil. I. Vinar. 2. Fabric. 2. Franc. Acad. Guelf. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & ed. vet. propter *verſus*; cum illi propter ſuperius *ad*, eamdem particulam maluerint. Attamen Caeſar VII. Gall. *cap.* VIII. *Caſtra ex Biturigibus movet* in *Arvernos* verſus. Plin. X. ep. LXXXII. *Aut ſi* in *urbem* verſus *venturi erunt*, *mihi ſcribes*. Curt. IV. *cap.* VII. n. 18. in *meridiem* verſus *Arabes ſpectant*. Ponitur etiam poſt alias particulas tamquam ſuperfluum: ſed potius diſtinctionis cauſſa. Varro IV. L. L. a *Concordiae* verſum *cum equo in eum praecipitatum*. ſic Cato *pone verſus*. vide Car. Langium in Cic. Lael. *cap.* XXV. Sic *ſurſum verſus*, *deorſum verſus*, alia, vide Gronov. ad Gellii IX. *c.* 4. Confer Daviſium ad Caeſar. VI. Gall. *cap.* XXXIII. Muncker. ad Hygin. Poet. Aſtron. III. *cap.* XVI. Cellar. ad Plin. l. c. Eſt, ubi particulae locum tenet illud *verſus*: Noſter tamen potius pro Participio habuit, ut decuit illum. Hinc Livius *duos* in *utramque regionem* verſos *portus habet*. *maris* in *orientem* verſi. de quo Gronov. ad Liv. XXXVI. *cap.* XV. Poſt *caſtra movere* in Baſil. I. ſequitur in contextu: *ſcilicet*, *ut fatigaret Antonium cum ſuis*. Verum adſcriptum margini jam olim: *Gloſſula haec non ex corpore*. Franc. *arma movere*. Sed vide ad Jug. *cap.* XLVI. n. 2.

OCCASONEM PUGNANDI NON DARE. Opportunitatem & copiam. Livius XXI. *ut cuique aut locus opportunitatem daret*, *aut progreſſi morative aliquam* occaſionem *feciſſent*. Idem XXXIV. *cap.* IV. *Inter eos levia praelia ex* occaſione; *aut opportunitate hujus aut illius partis oriebantur*. Juſtin. XXXVIII. *cap.* V. *Non enim quaeri*, *an capienda ſint arma*, *ſed utrum ſua potius* occaſione, *an illorum*. Caeſar I. Gall. *cap.* L. *aciem inſtruxit hoſtibuſque* pugnandi *poteſtatem fecit*.

SPERABAT, PROPEDIEM CET. Fabric. I. Acad. Heuſs. Senat. 2. Baſil. 2. & 3. Guelf. 3. *ſperans*: ceteri omnes *ſperabat*: quod mutandum non eſt. ſic *cap.* XXI. n. 4. *ſuorum unumquemque nominans* laudare; admonebat *alium egeſtatis* cet.

MAGNAS COPIAS SE HABITURUM. Neſcio, quo fato una vox *copiae* iterum in uno *cap.* oneri ſit: adeo, ut hoc loco vix ita ferri poſſit, n. 3. cum ſtatim n. 5. excipiat: *cujus initio ad eum* magnae copiae *concurrebant*. item *opibus conjurationis*. Dubius eram, cum in Incert. I. eſse cognoſcerem *magnam copiam*; Sed multum additum eſſe Salluſtio meo, mihi perſuaſi, cum in Guelf. II. duas has voces, *magnas copias*, ſublatas viderem. eas & ipſe delevi, intelligens: *ſperabat propediem ſeſe* occaſionem pugnandi *habiturum*. Sic *cap.* XLIX. n. 22. *poſtulant* jusjurandum; *ceteri nihil ſuſpicantes* dant. adde notata ad *cap.* LI. n. 6. Praeterea Guelferbytani plerique, Fabriciani, Baſil. I. & Remenſes, Vinar. 2. Senat. I. Academ. Incert. 2. Struv. & Heuſſ. habent *ſeſe*: quod tantis ac tot tibicinibus fultum corruere non ſum paſſus. Fabric. tamen 2. in margine habet, & ab MS. Polonico abſuiſſe, teſtatur Gruterus. quomodo Juſtin. VII. *cap.* VI. num. 12. *dum regni incrementa adfinitate Philippi* adquiſiturum ſperat, *proprio regno ab eodem privatus in exſilio conſenuit*. adde ſupra *cap.* XLVII. numero I.

5. SERVITIA REPUDIABAT, CUJUS INITIO. *Cujus* intellige *ſervitii*, ex plurali ſingularem numerum, qui et ipſe plures notat. ita enim ſaepe Pronomina conſtruuntur, quod vide in EXCURSU VIII. Guelf. 2. & Heuſſ. *repudiebat*. quaſi & hic Salluſtius novaturiret; nam *Obſtare* & *Obſtire*; *Artare* & *Artire*; *Impetrare* & *impetrire*

piae concurrebant, opibus conjurationis fretus; ſimul alienum ſuis rationibus (exiſtumans,) videri cauſſam civium cum ſervis fugitivis communicaviſſe.

CAP. LVII.

1 SEd poſtquam in caſtra nuncius pervenit, Romae conjurationem pate-

eodem modo apud veteres in uſu erant. vide Popmam 1. de Uſu Ant. Loc. *cap.* XI. p. 498.

SIMUL ALIENUM S. RATION. EXISTUMANS, VIDERI. *Simul* non viſitur in Guelf. 1. & 5. neque in anilibus Gruteri membranis, Commeliniano, Nazariano & Palatino 2. Pro *rationibus* Incert. 2. *moribus*; & pro *alienum* Guelf. 6. *aes alienum*, quomodo etiam 9. a prima manu. Sed de hoc quidem non eſt dubitandum, cum *alienum rationibus ſuis*, pro non aptum, ſeu inconveniens *utilitatibus*, vel *rebus* (ſic exponit Gloſſa Fabric. 1.) hoc eſt, *conſiliis ſuis* apud Ciceronem ſaepe legatur. vide ſupra *cap.* XLIV. num. 5. Sed in illo *ſimul* omiſſo haeſito, pariter ac in eo *exiſtumans*, *videri*. Ut Gruterus diſtinguit, ſubeſt aliquid bonae ſententiae, nempe *videri communicaſſe*, pro judiciis hominum communicaſſe, ut Jug. *cap.* XIV. n. 25. Sed ex vulgari interpungendi ratione, *alienum videri exiſtumans*, nihil prorſus commodum elicias. Quare librarios quidem eorum Codd. qui *ſimul* omittunt, in exemplaribus ſuis τὸ *exiſtimans* omiſsum vidiſſe, pro certo credimus: particulam vero ipſos abjeciſſe, quia *fretus* & *videri* Conjunctione copulari, inſolens videbatur. Certe Guelf. 1. & 6. non habent Verbum *exiſtimans*. Igitur *fretus* & *videri*, pro *videbatur* ita copulari ſcias, ut ſupra *cap.* XVI. num. 5. *ſcilicet*, ne *per otium* torpeſcerent *manus*; aut *animus gratuito potius malus atque crudelis* erat. & *cap.* XVII. n. 7. *non ignarum ejus conſilii fuiſſe*, quia *Cn. Pompejus magnum exercitum* ductabat; ſimul confiſum, *ſi conjuratio valuiſſet*, *facile apud illos principem fore*. ut Liv. 1. *cap.* XLVI. *Criminandi occaſionem ſibi datam ratus eſt*, & *ipſe* juvenis *ardentis animi*, & *domi uxore* ſtimulante. Confer notam ad *cap.* XLVIII. n. 5.

CUM SERVIS FUGITIVIS COMMUNICASSE. *Fugitivis* delet Senat. 2. & Heuſſ. pro eo *fugituris* Guelf. 8. tranſpoſitis verbis 9. *fugitivis ſervis*. Piſtrino digna vox *ſervis* viſa Grutero, & ab Gloſsa irrepsiſſe, judicavit Rivius, etſi hic citaverit Vatin. Ep. IX. ad Cic. Libr. V. *Dicitur mihi tuus* ſervus *anagnoſtes* fugitivus *cum Vardaeis eſſe*. Sed eo loco vel per adpoſitum *anagnoſtes* ſuſtentatur, tanto magis, quod nulla *ſervi*, vel *ſervitiorum* mentio praemiſſa ſit. At hic *ſervitia* Catilinam repudiaſſe, modo memoraverat Criſpus, qui quomodo ab animo ſuo impetrare potuerit, ut ſubjungeret *ſervos fugitivos*, vix quiſquam adſequetur. Fugiat itaque & hinc faceſſat vocabulum Codicibus paullum, magis vero Rivio & Grutero ſuſpectum. Cic. in Tog. Cand. *ex quibus*, *ait*, *ſe*, *cum velit*, *ſubito* fugitivorum *bellum excitaturum*. itaque alibi ſaepiſſime. Terent. Eunuch. A. IV. Sc. IV. in. *at etiam reſtitas*, fugitive. Leg. 15. D. de praeſcriptis verb. & *ſervus fugitivus* junctim, & nude *fugitivus* poſita videas. alibi tamen *de fugitivis* Titulus habet. Juſtin. II *cap.* V. *fugamque nonon ut hoſtes victi*, *ſed ut* fugitivi ſervi *capeſſerent*. qui vero nihil moratur. Ceterum Fabric. 1. Baſil. 1. & 3. Incerti, Remenſes, Struv. Academ. Senat. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 8. & 11. *communicatiiſſe*; ceteri cum ed. vet. *communicaſſe*, quod ita edd. occupaverat, ut ſupra *cap.* XXII. n. 2. ſcriptos aliquot *deguſtaſſent*; *cap.* XXX. n. 6. ſcriptos & impreſſos *indicaſſet*, ubi Gruterus *indicaviſſet*, *deguſtaviſſent*.

CAP. LVII. 1. NUNCIUS PERVENIT, ROMAE. Acad. *nuncius in caſtra perveniens*; lepidius Guelf. 8. & Baſil. & *nuncius pervenit*, dicens, *Romae* cet. Quid illi auderent apud Plin. 1. ep. V. *Evigilaveram*: *nuncius a Spurinna*, *Venio ad te*? Nimirum *nuncius*, ſaepe ita ponitur, ut intelligatur *nuncium*, quod nos dicimus *die Nachricht*. id pluribus demonſtrat vetus Scholiaſtes ad Cic. pro Ligar. *cap.* III. Sed confer notata ad *cap.* XLVII. n. 1. mox MS. Heuſſian. *Romam conjurationem petere factam*; Guelf. 7. 8. & Vinar. 2. *Romae*, *conjuratione patefacta*, *de Lentulo*, reliqua. non male. Alius quidam Codex *venit*, pro *pervenit*. Quid igitur? diffido Verbo *pervenit*.

DE LENTULO & CETHEGO CETERIQUE. Particula & deſtituuntur Fabriciani, Incert. 2. Remenſ. 1. Heuſſian. Senat. 2. Franc. atque tres Guelferbytani: quorum praeterea 6. *et ceteris*; ſed 4. & Senat. 2. nude *ceteris*. Vides, Criſpi eſſe, quod reſcripſimus. adde *c.* XV. n. 1. & XXXII. n. 2.

Quos

Digitized by Google

patefactam; de Lentulo, Cethego, ceteris, quos ſupra memoravi, ſupplicium ſumtum: plerique, quos ad bellum ſpes rapinarum, aut novarum rerum ſtudium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montis aſperos magnis itineribus in agrum Piſtorienſem abducit; eo conſilio, uti per tramites occulte perfugerent in Galliam. At

QUOS SUPRA MEMORAVI. In ſolas terras haec ablegenda cenſet Gruterus. Guelf. 6. *memoravimus*. Confer tamen notata ad Jug. *cap.* XXXIV. n. 1,

DILABUNTUR. Guelf. 1. *delabuntur*; 7. *a bello dilabuntur*. Jug. *cap.* XVIII. n. 3. *Exercitus ejus brevi* dilabitur. adde ibid. *cap.* II. n. 2. Columella 1. *cap.* VI. *Omnia ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit: ut quiſque, qui ibi conceptus fuit, quam celerrime* dilabatur. Juſtin. XIII. *cap.* V. extr. *Graecorum quoque copiae, finibus Graeciae hoſte pulſo, in urbes* dilapſae.

MAGNIS ITINERIBUS. Confectis ſingulis diebus, quod notavi ad Epiſt. Planci inter Cic. X. ep. IX. n. 4. ipſe Cic. XV. epiſt. IV. n. 14. *quam potui* maxumis itineribus *ad Amanum exercitum duxi*. Livius XXII. *cap.* LVII. *paucos poſt dies Canuſium* magnis itineribus *contendit*. Curt. VII. *cap.* IX. num. 20. *Cratero cum majore parte exercitus* modicis itineribus *ſequi juſſo*. Caeſar 1. Gall. *cap.* VII. *quam* maxumis itineribus *poteſt, in Galliam contendit*. Noſter Jug. *cap.* LVI. magnis itineribus *Metellum antevenit*.

IN AGRUM PISTORIENSEM. Qui eſt Etruria, ab urbe *Piſtoria*, quam & *Piſtorium* dicunt, ſub Apennino ſita, nunc *Piſtoja*. Celllar. II. *cap.* IX. p. 714.

IN AGRUM —— ABDUCIT. Remenſes, Franc. Struv. Guelf. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *adducit*; 12. *adduxit*; alius *ducit*: ne ſcilicet diverſae Praepoſitiones jungerentur. Sed integrum intelligas *abducit ab* eo loco, quo adhuc moratus fuerat, & *ducit in* agrum Piſtorienſem. Cic. IV. Tuſc. Qu. *Sic igitur adhibenda haec curatio eſt*. abducendus *etiam nonnunquam* ad *alia ſtudia*. Virg. IV. Georg. *v.* 373. In *mare purpureum violentior* effluit *amnis*: ubi itidem Codd. mutant. Plaut. Epid. Act. III. Sc. III. *v.* 17. *Sed in hanc* intro *jubeas* abduci. Livius *cap.* XXVI. extrem. *agro hoſtium* in *Boeotiam exceſſit*. Sic Noſter ſupra *cap.* XXXVI. num. 5. XL. num. 4. XLIII. num. 2. L. num. 2. alia autem notamus ad Jug. *cap.* XXVI. extrem. & *cap.* LXI. n. 1.

EO CONSILIO. Delet haec Bongarſius. Noſter ſupra *cap.* XLIV. extr. quo conſilio *ſervitia repudiet*. Corn. Nep. Militiade *cap.* V. *namque arbores multis locis erant rarae*, hoc conſilio, *ut & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hoſtium impediretur*. i. e. hoc conſilio, ideo talem locum elegerant, ſub radicibus montium aciem inſtruxerant. Plancus Cic. X. epiſt. XXXIII. n. 4. *quadraginta millium ſpatio relicto conſedi*, eo conſilio, *ut vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem*.

PER TRAMITES OCCULTE PROFUGERET. Franc. bene: *per tramites occultos pergerent*; Guelf. 9. *per occultos tramites occulte*, adſumta voce ex Jug. *cap.* XLVIII. num. 2. ubi de *tramitibus* dico. Remenſ. 1. *profugerat*; Guelf. 9. *perfugerat*; Baſil. 1. Academ. Remenſ. 2. Incert. 1. Struv. Guelf. 1. 4. 5. 6. 10. & 12. *perfugeret*; Fabriciani, Vinar. 2. Incert. 2. Senat. 2. Guelf. 2. 3. 8. & ed vet. *perfugerent*: quae ſolum vera eſt ſcriptura. nempe *ut ipſe cum reliquis perfugerent*. mutatum autem ea cauſſa, qua ſupra *cap.* XLII. n. 4. *Lentulus cum ceteris* conſtituerant, in *conſtituerat* transfigurarunt. nam quod *profugeret* edd. occupavit, de eo nihil monendum, niſi quod male aptum ſit huic loco, ubi de *termino ad quem* fugeret ſermo eſt, cui *perfugere*, non *profugere* reſpondet: & jam dixerat *abducit*. Alioquin haec perpetuo, & ſic ſtatim *profugis* & *perfugis* confunduntur num. 3. ſicuti *cap.* LVI. num. 3. *perfugium*, & *profugium*.

IN GALLIAM TRANSALPINAM. Fabric. 2. *in Galliam Ciſalpinam*: veriſſime. Nihil enim Catilinae in Gallia Tranſalpina negotii, ſed in *Ciſalpina*, nempe apud *Allobroges*, quibuſcum arma conſociare volebat. idem in uno MSS. reperit Rivius. Neque tamen eſt ab Salluſtio; qui nihil amplius ſcripſit, quam *perfugerent in Galliam*. Librarii autem cum *Galliam* de Allobrogum Gallia non dici poſſe credebant, iſtas addidere Gloſſas. Sed ſic ſupra *cap.* XL. num. 2. *Umbrenus, quod* in Gallia *negotiatus erat, pleriſque principibus notus erat*. Sic de aliis partibus *Galliae*, communi hoc nomine, ſine ullo additamento, utuntur Caeſar II. Gall. *cap.* III. VII. *cap.* LXXVII. alibi. Cic. pro Fontej. *cap.* 1. & multo uſu probata eſt obſervatio, ſaepe nomen Generis ſingulatim adhaereſcere Speciei. vide Voſſ. de Conſtruct. *cap.* XLII. unde & nomen *Africae* diverſimode uſurpa-

2 At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno prae-
ſidebat, ex difficultate rerum eadem illa exiſtumans, quae ſu-
3 pra diximus, Catilinam agitare. Igitur ubi iter ejus ex perfugis co-
gnovit, caſtra propere movet ac ſub ipſis radicibus montium conſedit,
qua

ſurpatur. vide Voſſ. ad Melam. I. *cap.* VIII. p. 346. item *Aſia*, multaque nomina alia.

2. At Q. Metellus Celer. Gu. 4. *Atque Metellus Celer*, quia libri veteres *At q. Metellus* ſcribunt, & *Atque* eodem modo, *Atq;* notari ſolet. Sed Struvianus *At Metellus Celer* ſine Praenomine, quod tamen ſupra *cap.* XLII. num. 3. in libris omnibus exprimitur. Alibi vero omittunt, ut *cap.* XXXII. numero 3.

In agro Piceno praesidebat. Praeſidio erat agro Piceno, ut & illum tueretur, & Catilinae Gallorumque motus obſervaret. Curt. IV. *cap.* V. n. 9. *Ille Ciliciam Socrati tradiderat, Philota regioni circa Syrum juſſo* praeſidere. Livius XLI. *cap.* XII. *Ti. Claudius Procoſ. qui praetor priore anno fuerat*, cum praeſidio legionis unius *Piſis praeerat*. Varro IV. L. L. *cap.* XVI. *Praeſidium eſt dictum, quia extra caſtra* praeſidebant in loco aliquo, *quo tutior eſſet regio*. Sed ſequiori aetate de omnibus provinciarum *praeſidibus* dictum, idemque fuit, quod *praeeſſe, regere*. Conſtantius de Vita Sanct. Germ. I. *cap.* II. *Heduam profectus eſt, ubi Julius reip. rector ac Galliae gubernator* praeſidebat.

Ex difficultate rerum. Catilinae, cui omnia adverſa erant, quae vides n. 5. & *cap.* LVIII. Guelf. II. *& difficultate rerum*. Ex eſt *propter*. ut ſupra *cap.* XXXV. n. 2. alibi.

Eadem illa existumans. Guelf. 5. omittit *illa*, male, quod nota ad Jug. *cap.* XIV. n. 21. manifeſtat. Fabric. 2. *aeſtimans*. Sed Gruterum hoc verbum impulit, ut mox *Igitur* delendum judicaret: neque certe illi Particulae ſatis reſpondet. Sed obſerva hic morem & Graecorum, & Latinorum, qui in uſu Participiorum, quando duo adſunt Verba, illud perſaepe in Participium mutant, quod, propter ſenſum, non debuerant. Igitur haec ita interpretaberis, ac ſi ſcriptum foret: *Metellus Celer in agro Piceno* praeſidens, *ex difficultate rerum eadem illa* exiſtumabat *Catilinam agitare*. Sic nempe bene clauditur haec Periodus, & haud inconcinne excipit *Igitur*. Herodian. II. *cap.* III. n. 10. *ἢ ἐξουσίαν πάντες ψηφίζομεν σοὶ διδόντες.* pro *ψηφίζοντες δίδομεν σοι.* D. Marcus *c.* III. comm. 23. *ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.* adde Zoſim. I. *c.* V. num. 4. & Paull. Epiſt. ad Ebr. *c.* XIII. com. 2. Sic Capitolin. Marco *c.* XVIII. *ut & haereditates delatas*, reddens *proximis, aliquando* reſpuerit, pro *reſpuens reddiderit*. Propert. I. eleg. III. *v.* 35. *Tandem te noſtro* referens *injuria lecto Alterius clauſis* expulit *e foribus*. Senſus eſt: *expellens retulit*. Celſus Praef. pag. 17. *Ergo etiam vetuſtiſſimus auctor Hippocrates dixit*, mederi *oportere & communia, & propria* intuentem. adde Jugurt. *c.* I. num. 4.

Quae supra diximus. Palat. 3. *quae praediximus;* quo Waſſii: *quae ſupra memoravimus*, niſi iſte hanc forte notam ad num. I. pertinere voluerit. Certe tamen in Fabric. 2. triga illa locum mutat, & ante verbum aeſtimans poſita eſt; 9. *dixi*; II. *dixerim*. Adſentior Grutero, qui ſpuria haec ad corvos amandat.

3. Igitur ubi iter ejus ex perfugis. Guelf. 3. *ut iter ejus*. Sed exquiſitiore poſitu Fabric. 2. *Iter igitur ejus ubi ex p. c.* Praeterea Vinar. 2. Incert. 2. Academ. Struv. Guelf. 5. 7. 8. 10. & ed. vet. *ex profugis*, quae male librarii etiam Jug. *c.* LVI. n. V. diſtinguunt.

Castra propere movit. Guelf. 5. *movet*: quod cum facillimo negotio, in illud alterum mutari potuerit, revocandum cenſeo. notavimus talia ad *c.* XII. n. I. aliiſque locis. Nec debuerant mutare apud Juſtin. VII. *c.* VI. *Theſſalium improviſus* expugnat, *unumque corpus equitum pedeſtriumque copiarum* — fecit. Sed cur talia hodieque audeant Critici, prodidit Daviſius ad Auct. de Bell. Hiſpan. *c.* XXII. quem & ipſe corrumpit. de dictione *caſtra movere* quaedam notamus ad Jugurth. *cap.* XLVI. num. 2.

Sub ipsis radicibus montium. Senat. 2. & Heuſſian. *montis*: ut de Apennino facilius intelligeretur, quod quidem eſt vaniſſimum. *radices* de montibus perpetuo dicuntur. Caeſar I. Civ. *cap.* XLII. *Copias ſuas ad infimas montis* radices *producunt*. Id. VII. Gall. *cap.* LXIX. *cujus* collis radices *duo flumina ſubluebant*. Juſtin. XII. *c.* V. *in* radice *Caucaſi*. adde Corn. Nepot. Milt. *cap.* V. Curt. III. *cap.* IV. num. 12. Et Praepoſitionem ſervat Livius XLIII. *cap.* XXIII. *Clevas cum praeſidio impigrorum juvenum inſecutus*, ſub radicibus *prope inviis* montium *ad mille hominum occidit*.

Con-

Digitized by Google

qua illi deſcenſus erat (in Galliam properanti). Neque tamen Anto- 4
nius procul aberat: utpote qui magno exercitu, locis aequioribus

CONSEDIT. Conſtitit agmen & caſtra poſuit. Livius XXV. *c.* XL. *Et ab hoſte quatuor ferme millium intervallo* conſedit; *quid agerent pararentve exſpectaturus*. Idem V. *c.* XXXIX. Caeſar II. Gall. *c.* XXI. *trans id flumen omnes Nervios* conſediſſe, *adventumque ibi Romanorum exſpectare.* & iſte aliique paſſim.

QUA ILLI DESCENSUS ERAT. *Qua*, intellige *via*; etiamſi aliud Nomen praecedit. Cicero pro Milone *cap.* IX. *membra in iis* locis, qua *ſe parens perſequeretur*, *diſſipaviſſe*. Caeſar I. Gall. *cap.* IX. *&*, qua *proximum erat iter*, per Alpes *ire contendit*. Alia damus ad Jug. *cap.* XXXVIII. num. 6. *hoſtibus locum introeundi dedit*, *eaque Numidae cuncti irrupere*. Porro Fabric. 2. *deceſſus*; Guelf. 1. & 5. *diſceſſus*; Struv. *diſcenſus*. *digredi* quidem *monte* Ciacconius Jug. *c.* XLIX. tueri nititur: ſed *deſcenſus* non debet ſollicitari.

IN GALLIAM PROPERANTI. Haec in Guelf. 10. *punctis* a cetero corpore ſeparantur, in 6. *properanti in Galliam*; Academ. tantum *in Galliam*, excluſo verbo *properanti*. Immo dele hoc omne, quodcumque eſt, derivatum ex nu. 1. Cum enim narratum ſit, Catilinam voluiſſe in Galliam perfugere, narratum etiam, Metellum haec conſilia per transfugas cognoviſſe; certe ſtupidus foret, qui de Catilinae *deſcenſu* audiret, qui eſſet Catilinae talia conſilia agitanti, & non intelligeret, quo iſta via perferret, aut qua parte fuerit, nempe Galliam verſus. Haud abſimiliter Jug. *cap.* LIX. num. 1. *equitatum omnem in ea parte*, qua regis adventus erat, *pro caſtris agitare jubet*. Corn. Nep. Themiſt. *cap.* V. *itaque* qua *ſex menſibus* iter fecerat, *eadem minus diebus triginta* in Aſiam *reverſus eſt*. cur non addidit *Graeciam invadens*; imo & illud *in Aſiam* eo loco additamentum Probi, aut Gloſſatorum videtur. Thucydides II. *cap.* XXIII. *ἀνεχώρησαν διὰ Βοιωτῶν*, *οὐχ* ΗΙΠΕΡ ΕΣΕΒΑΛΟΝ, ibi Scholiaſtes: *ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἐσέβαλον εἰς τὴν Ἀττικὴν δηλονότι*.

4. NEQUE T. A. PROCUL ABERAT. Sic MSS. & impreſſi ad Hackianam uſque editionem: unde haec acceperit *longe aberat*, quod ejuſdem traduces etiam arripuerunt, neſcio. Alterum legas ſupra *c.* XIX. nu. 2. & Jug. *c.* CVI. n. 3. *Jugurtham* haud procul *abeſſe*.

UTPOTE QUI MAGNO EXERCITU. *Cum* magno exercitu. Livius XXXI. *cap.* XXXVI. *Poſtero die* omnibus copiis *conſul in aciem deſcendit*. Id. XXXVI. *cap.* XXX. *Inde* toto exercitu *profectus*, *reliquum iter ſatis expedito agmine fecit*. & ſic ille alibi.

LOCIS AEQUIORIBUS EXPEDITOS. Haec eſt recepta lectio, quam ſine dubio falſam eſſe pro certo adfirmare poſſum: ſed quomodo emendanda ſit, non ita liquido adparet. Ridicule Valla aliique jungunt *expeditos in fugam*: quomodo cum nullum Latinorum locutum eſſe ſentiret I. Waſſe, maluit diſtinguere *expeditos*, *in fugam ſequeretur*. nulla profecto ſententia. Nam ad Catilinarios *τὸ expeditos*, quocumque te vertas, trahi non poteſt: etiamſi Livius XXXVIII. *cap.* II. *iter fugae non* expedientes; & Virgil. II. Aen. *v.* 632. *flammam inter & hoſtes* expedior, dixerint. Triplex autem ſeſe offert conjectura. Legendum nempe aut una littera abjecta *expedito*, nempe *exercitu*, quomodo ſaepiſsime Livius; aut unica tantum mutata *expeditis*, ut Numerus mutatus librariis fraudi fuiſſe videatur; aut denique *expeditus*, nempe Antonius. Singulae habent, quo & tueri, & infringi queant. Ex MSS. nihil plane ſubſidii, qui omnes in vulgatam conſpirant. Fabricianus tamen 1. olim habuit *expeditur*, quod ſub alieno atramento perſpicue adparet; & 2. utrumque, *expeditos*, & *expeditus* exhibet. quos ipſe ſecutus ſum. Multa ſunt, quae hanc ſcripturam corrupere, quaeque exercitatus lector facile per ſe videbit. Litterae autem haud invitae ſunt ſecutae, cum in veteri ſcriptura *o* & *u* ſaepe confundantur: quo errore Jug. *cap.* LXI. num. 4. *occultos* in MS. inveni pro *occultus*: alia alibi. vide & I. Schefler. ad Catull. Carm. LXXVII. Hic vero duplex ſenſus ſeſe offert. *Expeditus* enim Antonius eſſe poteſt, ſi nempe poſt *τὸ aequioribus* diſtinguas, exercitus ejus ſine impedimentis iter faciens, quae in proximis urbibus, ut in terra in tantum pacata, collocare, aut ſequi ſe jubere poterat, Caeſar VII. Gall. *cap.* LXII. extr. & nota ad Cic. X. ep. XV. nu. 7. Contra *impeditus*, qui cum ſarcinis proficiſcitur. vide Jo. Brantium ad Caeſar. II. Gall. *cap.* XVII. Hinc Livius XXVII. *cap.* I. *exercitu* expedito *magnis itineribus ad Herdoneam contendit*. Sueton. Caeſ. *cap.* LVII. *Longiſſimas vias incredibili celeritate confecit* expeditus. Cic. pro Milone *cap.* X. *Obviam fit ei Clodius* expeditus, *in equo*, *nulla rheda*, *nullis impedimentis*, *nullis Graecis comitibus*, *ut ſolebat*. Sed propter adpoſitum *locis aequioribus* (niſi haec expungere malueris tamquam

Digitized by Google

5 bus expeditus, in fuga ſequeretur. Sed Catilina poſtquam videt
montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum, in urbe res adverſas,
neque fugae, neque praeſidii ullam ſpem; optumum factum ratus,
in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quam pri-
6 mum confligere. Itaque, concione advocata, hujuſcemodi oratio-
nem habuit.

CAP.

Gloſſam *τῦ expeditus*) interpretari poteris *propterea*, quod locis aequioribus iter faceret, expeditus ſequebatur Antonius: Catilina enim per montes incedebat. Sic Livius XXXVI. *c.* XXX. Cicero *turba & anguſtiis impeditus*; Sic *expeditum iter*, & ſimilia probati auctores dixerunt. Non autem eſſe ſcripturam, quam nunc dedi, contra Salluſtianos numeros ex *c.* XI. nu. 4. adparet; etſi fatear locum non adeo eſſe expeditum. Atque ſi alterutrum, aut *locis aequioribus*, aut *expeditus* auctoritate probati Codicis abigi poſſet, melius ſententia & numerus ſimul ſibi conſtarent.

IN FUGAM SEQUERETUR. Senſus eſt apertus: Antonius *fugientem* Catilinam cum exercitu ſequebatur, & omnibus locis illi inſtabat; cum Metellus certo loco conſediſſet, ut a deſcenſu in Galliam prohiberet. Hinc recte MSS. Gruteri melioris notae, aliquot Waſſii, Priſcian. XVIII. p. 1198. & ex noſtris Baſil. 1. Remenſ. 2. Fabriciani, Vinar. 2. Franc. Eccard. Heuſſ. Guelf. 1. 5. 10. 11. & ed. vet. *in fuga* ſcribunt, quod eſt quaſi *in fuga conſtitutum*, ſive *cum fugeret*, uti expoſuimus *cap.* II. extr. & quoniam *illum* in fuga intelligendum erat, maluerunt proximum Nomen (*expeditos*) perperam adſumere, ſicut ſupra *cap.* XXXII. nu. 3. prorſus alienum. & hoc quidem vulgarem lectionem egregie damnat. Sed ſic habes *in itinere* Jug. *cap.* XCI. num. 1. & ſupra *cap.* XXXIV. num. 2. *ex itinere*. & ipſum Verbum *ſequi* intranſitive poſuit ſupra *cap.* LIV. extr. adde *cap.* XLVIII. num. 4.

5. POSTQUAM VIDET. Guelf. 5. *vidit*. male; etſi alibi ſimiliter peccaverint ſcribae. vide ad Jug. *cap.* LII. num. 6. Commeliniano abfuit *videt*, (& abeſt ab MS. Francii hoc loco, etſi mox poſt vocem *clauſum* iſtud poſuerit) oſcitantia, arbitror, librarii: ſive quod correctores non aptum ſatis id verbum habuerunt iis, quae narrantur Catilinam ſenſiſſe; cum tamen *videre* de omni ſenſu dicatur, ut probavimus ſupra ad *cap.* XL. num. 3.

M. ATQUE COPIIS HOSTIUM SESE CLAUSUM. Heuſſian. iterum *copia*; quod hic perſpicue falſum: Cum & Metelli, & Antonii *copiis* clauſus eſſet. Guelf. 9. *ſeſe circumventum*; quod ex Palat. 7. adduxerat Gruterus. Gloſſa manifeſta. Jug. *cap.* XXXVIII. n. 9. *fame ferroque* clauſas. Juſtin. XXXVI. *c.* III. *Eſt namque vallis, quae continuis montibus, velut muro quodam, ad inſtar caſtrorum* clauditur. Livius XXII. *cap.* IV. Clauſa *omnia lacu & montibus*.

N. FUGAE, NEQUE PRAESIDII ULLAM SPEM. Guelf. 8. *ullum ſpem*; Sed 6. ſine litura *neque f. n. praeſidii ullum*, abjecto Nomine *ſpem*. quaſi *neque ullum praeſidii*, *fugae* dictum eſſet pro *nullum praeſidium*, *nullam fugam*: ſive pro *nihil praeſidii*. Certe *nullum* pro *nulla re*, ut alia Adjectiva Neutra, dici, quod Schefferus ad Juſtin. V. *cap.* 1. negaverat, pluribus comprobant Burmannus ad Quinctil. II. Inſt. *cap.* IV. p. 140. Freinshem. & Ducker. ad Flor. III. *c.* X. num. 13.

OPTUMUM FACTU RATUS. Academ. Guelf. 5. 9. & 12. *optumum factum*, quod ſupra ad *cap.* XXXII. nu. 2. largiter illuſtravimus.

FORTUNAM BELLI TENTARE. Praelii: tentare, quomodo praelium caderet, atque an eo rebus ſuis adverſis aliquid praeſidii parari queat. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* XX. *Cunctantem legatum milites perpulerant*, fortunam praelii *experiretur*. Herodian. VIII. *c.* III. nu. 10. *πιςεῦσαι πολέμου ἀμφιβόλῳ τύχῃ. πολλάκις γὰρ ϗ ὀλίγοι πλειόνων περιεγένοντο* cetera. Caeſar I. Gall. *c.* XXXVI. *Aeduos ſibi, quoniam* belli fortunam tentaſſent, *& armis congreſſi ac ſuperati eſſent, ſtipendiarios eſſe factos*. Noſter Jug. *c.* VII. n. 1. *ſtatuit eum objectare periculis, ac eo modo* fortunam tentare. *Fortunam belli* Bellonam, ſeu ambiguum belli ſtatum interpretatur Barth. XIV. Adverſ. *c.* XIX. Franc. *affligere* habet pro *confligere*.

6. ITAQUE CONCIONE ADVOCATA. Heuſſian. *atque*, pro *itaque*; Guelf. 4. *conjuratione advocata*. Jug. *cap.* LXXXIV. extr. concionem *populi advocavit*.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LVIII.

LX.

COmpertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere; neque 1
ex ignavo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cujusque animo audacia natura, aut moribus ineſt, 2
tanta in bello patere ſolet. quem neque gloria, neque pericula excitant, nequid-

CAP. LVIII. 1. Compertum ego habeo. Quatuor ex ſcriptis noſtris Pronomen omittunt, iique deterioris conditionis; & ex dictis ad *cap.* LII. extr. reſutantur, uti ex Jug. *cap.* LXXXV. num. 1. de voce *compertum* dico ad Jug. *cap.* XVII. n. 2. Imitatur Dictys II. *c.* XXI. *Credo ego vos ſatis* compertum habere, *nihil temere Graecos, nihil inconſultum incipere ſolere*. Confer ſupra *cap.* XLI. extr. Livius XXVI. *cap.* XLVIII. *Se ſatis* compertum habere, *Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum eſcendiſſe*.

Milites. Ita duces compellare ſolebant. Ignominiae cauſſa *Quirites* dicebant, Lamprid. Sever. *cap.* LII. blandiori nomine *Commilitones*, Sueton. Caeſ. *cap.* LXVII. In ſcriptis aliquot, uti ex Baſil. 1. eſt *o milites*. quomodo paſſim erratum eſt.

Verba viris virtutem non addere. Fabric. 1. & ab correctore Baſil. 1. *verbo*; ſed *viris* locum mutat in Guelf. 10. & Vinar. 2. eam vocem plane abjiciunt Eccard. Incerti, Acad. Baſil. 1. & 3. Senat. 1. Franc. Fabriciani, Gu. 2. 3. 5. & 9. Idque cum in ſeptem ſuis Codd. I. Waſſe deprehenderet, potuit addere exemplum hujus formulae apud auctorem proſaicum non temere occurrere; etſi mox Poetas ſaepe ſine tertio Caſu Verbum *addere* uſurpare, agnoſcat, ipſeque auctoritate Gruteri & MSSptorum τὸ *viris* expunxerit. Habeat itaque Livium XXVII. *cap.* XXV. *ita* addita *Virtutis aedes approperato opere:* & alia ejuſdem & Capitolini apud Gronov. ad II. *cap.* II. Ipſe etiam aliquoties Cicero ſine tertio Caſu addito. Librarii autem, uti quartum, ſic & hunc ſaepe de ſuo adjecerunt. vide *cap.* XLVI. num. 5. LI. nu. 13. & alibi. Sic ſupra *cap.* XXXIII. n. 6. *legis praeſidium* reſtituatis, *neque eam neceſſitudinem* imponatis. adde *cap.* XL. num. 5. Hinc reſtitui Jug. *cap.* I. nu. 3. *quippe quae probitatem, induſtriam, aliaſque artis bonas neque* dare, *neque* eripere *poteſt*. ubi vulgo addunt *cuiquam*. ut Liv. I. *cap.* XLVII. *nullum momentum in* dando adimendoque *regno faceret*. Jug. *cap.* X. num. 3. *neu malis alienos* adjungere, *quam ſanguine conjunctos retinere*. & ſic III. Hiſt. Or. Macri num. 26.

Ex ignavo strenuum. Recte *ſtrenuo* opponit *ignavum*, ut ipſe Cicero II. de Inv. *c.* LIV. *ignaviam fortitudini contrariam eſſe* docuit. Id. II. Tuſc. Qu. *c.* XXIII. *ignavus miles ac timidus*. & alii ſaepiſſime. vide ſupra *c.* XX. nu. 2. & notam infra ad *cap.* LXI. nu. 7.

Exercitum oratione imperatoris. Gruterus, qui primum omnia haec: *Neque ex ignavo* cet. pro ſupervacuis habuerat, mox pro certo ſtatuit, voces *exercitum*, & *imperatoris* abundare. Parum cogitans de more Criſpi aliorumque, qui, quae in univerſum dixerunt, mox ad ſingularia adplicant. Iſtud autem *verba virtutem non addere* latius patet, quam ut de verbis tantum *imperatoris*, & virtute *exercitus* intelligendum eſſet. Talia habes ſupra *cap.* XX. num. 2. XXXV. num. 3. alibi. Ceterum orationem Ducum ad milites nihil non perficere, multis exemplis atque egregiis ſententiis probat idem Gruterus Diſcurſ. LIII. in Tacitum.

2. Quanta cujusque animo audacia. Gu. 3. *quantacumque animo;* & ſic habuerat 5. qui nunc offert *quanta* cuique *animo*, hoc etiam in 9. Fabric. 1. Struv. Senat. 2. & Heuſſiano legere licet, & forſitan ſperni non debet. Guelf. 1. *quanta* cui *animo*. *Audaciam* dixit, pro *virtute*, uti *cap.* IX. num. 3. Tacit. I. Ann. *cap.* LVII. *Nam barbaris* quanto quis *audacia promtus, tanto magis fidus, rebùsque motis potior habetur*.

Aut moribus. H. e. conſuetudine & exercitio, qui multis tempeſtatibus fortiter rem geſſit, ut *ſtrenue facere ex conſuetudine in naturam verterit*, Jug. *cap.* LXXXV. Juvenal. Sat. XIII. *v.* 204. *reddidit ergo metu, non* moribus. Hinc & quae in quaque re ſaepe obſervantur, modo *ingenium*, modo *mores* vocare ſolent. vide Caſp. Gevart. Lect. Papinian. III. *cap.* V.

Neque pericula excitant. Guelf. 9. *neque periculum excitat*, ut idem numerus ſervaretur: quam ineptiam alibi taxavimus. Curt. IX. *cap.* II. num. 30. *Surdas jamdudum aures pulſo: averſos animos & infractos* excitare *conor*.

Nequidquam hortere. Pro *hortaberis*, ſive pro

3 *quidquam hortere: timor animi auribus obficit. Sed ego vos, quo pauca*
4 *monerem, advocavi; ſimul uti cauſſam conſilii aperirem. Scitis equi-*
dem, milites, ſecordia atque ignavia Lentuli quantam ipſi cladem nobiſ-
que attulerit; quoque modo, dum ex urbe praeſidia opperior, in Gal-
5 *liam proficiſci nequiverim. Nunc quo in loco res noſtrae ſint, juxta me-*
cum

pro eo, quod eſſet *iſte fruſtra admonetur, & excitatur oratione*. Sic *cap.* LII. num. 29. *Ubi ſecordiae te atque ignaviae tradideris, nequidquam Deos* implores. Jug. *cap.* I. num. 2. *Nam contra reputando non majus aliud* invenias. ibi plura. Male ergo Guelf. I. 6. 8. 9. Acad. Incert. 2. Franc. *hortare;* in 6. correctum, quod etiam in 9. legitur, *hortari*; 5. *hort re*, ut incertus fuiſſe videatur, quam vocalem daret: & in Fabric. I. fuit tantum *hort*, alia autem manus jam olim addidit *ere*. Vide etiam Jac. Perizon. ad Sanct. I. Min. *cap.* VII. ubi pluribus probat Praeſens tempus Subjunctivi Futurum denotare. quibus adde Virg. II. Eclog. *v.* 57. *Nec, ſi muneribus certes*, concedat *Iolas*.

TIMOR ANIMI. Sic *cap.* II. nu. 3. *virtus animi*. Plin. VI. epiſt. II. *Semper aruſpices conſulebat de actionis eventu*, animi *ſuperſtitione*. Cic. IX. ep. XVI. nu. 22. *volo enim abſtergere* animi *tui metum*.

AURIBUS OFFICIT. Guelf. 5. clare *obficit* ſcribit; quod verbum hic eſt obſtare & impedimento eſſe. adi *cap.* XXVII. extr. Thucydid. II. *cap.* LXXXVII. φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει. Auct. B. Alex. *c.* XVIII. *Terror hominibus mentem conſiliumque eripit & membra debilitat*. Egregie Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXXIII. quem vide, & Ovid. IV. Pont. Eleg. XII. *v.* 47.

3. VOS, QUO PAUCA MONEREM. *Vos* delet Guelf. 4. pro *monerem* Baſil. 2. Franc. & Guelf. 5. *admonerem*. mox Guelf. 6. *adcavi* in textu, in margine *advocavi*: id quod ſaepe apud Livium occurrit, cujus aliquot loca collegit Gronov. ad XXVI. *cap.* XLVIII.

UTI CAUSSAM CONSILII MEI APERIREM. Baſil. I. Struv. Academ. Fabric. 2. Guelf. 8. & 9. *mei conſilii*. Sed ſupervacuum eſt illud *mei*, quod recte omittunt Vin. 2. & ed. vet. vide ad *c.* XXXV. n. I. & in primis eleganter *cauſſam conſilii* dixit, pro ipſo conſilio, & quod ad id impulerit. ut Lucan. III. *v.* 55. *Gnarus &* irarum cauſſas, *& ſumma favoris Annona momenta trahi*. Seneca I. de Clem. *c.* I. *ex noſtro reſponſo* laetitiae cauſſas *populi urbeſque concipiunt*.

4. SCITIS EQUIDEM. Academ. *ſcitis ſiquidem*. alterum adſuit *cap.* LII. num. II. *Jam pridem* equidem *nos vera rerum vocabula amiſimus*. & ſic alibi.

QUANTAM IPSI NOBISQUE CLADEM ATTULERIT. Fabric. 2. *ipſis*; pro quo Franc. & Baſil. 3. *ſibi;* Incert. 2. *ſibi & nobis*. Sed *ipſe* ſaepe per ſe ponitur, ubi *is*, *ego*, *ſe*, *nos* addenda ſunt. vide Gronov. ad Liv. I. *cap.* I. Burmann. ad Quinctil. VII. *cap.* II. Ducker. ad Flor. IV. *cap.* X. num. 4. Guelf. 5. *vobis*, & ſecunda manus addidit *que;* 8. *attulerat;* ſed 9. & Fabric. 2. *intulerit*. Praeterea verum poſitum ſervant Guelf. 2. & Baſil. 2. *quantam ipſi cladem nobisque attulerit*, quem & ipſe expreſſi. Sic fere *cap.* LII. num. 29. & adde *cap.* XXXIII. num. 3.

QUOQUE MODO. Baſil. 2. & Struv. omittunt *que*. Vide, quae collata ſunt ad ea *cap.* XXIII. num. 4. *quae* quo*que* modo *audierat compluribus narravit*.

5. QUO IN LOCO RES NOSTRAE SINT. Eccard. Vinar. 2. Senat. I. Acad. Baſil. 2. Remenſes, Struv. Guelf. 4. 7. 10. 12. Franc. & ed. vet. *quo loco*, ſine Praepoſitione *in*. Et ſic Horat. I. Epiſt. XII. *v.* 25. *ne tamen ignores*, quo *ſit Romana* loco *res*. Sed jam ad Cic. IV. epiſt. II. num. 6. Plauti Caeſarisque exempla poſui, qui Praepoſitionem ſervant: ibidem dixi, *locum*, pro *ſtatu* & conditione accipiendum eſſe. Sic & Senec. Hippol. *v.* 358. *Altrix, profare, quid feras*. quo*nam* in loco *eſt Regina?* Cic. II. Phil. *cap.* XXXVIII. *Cur eos habes* in loco *patrui?* Livius XXXVII. *cap.* XIV. *qui id alteri ſuaderet, quod ipſe, ſi* in eodem loco *eſſet, facturus fuerit*. Ex quibus iſtud ſimul adparet, male ſcribi in Fabric. 2. & Incert. 2. *quo in loco res noſtrae* ſitae *ſint*: quem errorem alibi jam notavimus.

JUXTA MECUM OMNES INTELLIGITIS. Recte & eleganter *juxta mecum* Noſtrates exprimere: *ſo* gut *als ich*, videbis ex nota ad *c.* II. nu. 8. Plautus Aul. A. IV. Sc. VII. *v.* I. juxta *rem* mecum *tenes, Super Euclionis filia*. Id. Pſeud. A. IV. Sc. VII. *v.* 67. *An neſcis, quae ſit haec res?* juxta cum *ignariſſumis*. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 160. Juxta*que eam curo* cum *mea*. Poenul. Prolog. *v.* 47. Aeque *ut* mecum *ſitis ignatures*. Apulej. Apolog. p. 303. *Unum puerum, atque eum caducum, requiris, quem olim abeſſe*, pariter mecum *ſcis*. Porro *intellegitis* ſcribitur in Guelf. I. Senat. I. aliiſque, uti ſupra *intellegit*, alibi *neglegas*. Gruterus in his ſecutus

cum omnes intellegitis. Exercitus hoſtium duo, unus ab urbe, alter a 6 LXI.
Gallia obſtant: diutius in his locis eſſe, ſi maxume animus ferat, frumenti
atque aliarum rerum egeſtas prohibet. Quocumque ire placet, ferro iter 7
aperiundum eſt. Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo 8
ſitis; &, cum praelium inibitis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam,
prae-

tus eſt MSS. Codices, non vero in illo; quam inconſtantiam ut evitarem, dedi, quod in iſtis MSS. reperi.

6. EXERCITUS HOSTIUM DUO ---- OBSTANT. Eccard. *obſtat*, quia proxima erant *unus*, *alter obſtat*; quomodo lapſi ſunt ſupra *c.* XLVII. extr. Sed vide de hac Prolepſi omnino notam ad *cap.* IX. num. 3. & ad *cap.* XLIX. numer. 2. Prorſus, ut Noſter, Livius IX. *cap.* XXVII. *Conſules*, Sulpicius *in dextro*, Pactilius *in laevo cornu*, conſiſtunt: & XXXIV. *cap.* XIX. *Cum incerta* bellum, *an* pax *cum Celtiberis* eſſent.

UNUS AB URBE, ALTER A GALLIA. Struv. *in Gallia*. *Ab* eſt *ab* Gallia *verſus*, ea parte, qua itur ab urbe, a Gallia. Cicer. XV. epiſt. IV. n. 7. *Sed me Cappadocia movebat, quae patet* a Syria. Caeſar I. Gall. *c.* I. *attingit etiam* a Sequanis & Helvetiis *flumen Rhenum*. Livius XXXIV. *c.* XXX. *cum* ab terra, *omnibus circa hoſtium, nihil ſpei eſſet;* a mari *quoque toto ſe interclusum*. De perſonis eodem modo loquuntur, influente tamen notione cauſſae. Liv. XL. *c.* XXXIV. *Carthaginienſibus eodem anno centum obſides redditi, pacemque cum iis populus R. non* ab ſe *tantum*, *ſed* ab rege *etiam* Maſiniſſa *praeſtitit*.

IN HIS LOCIS ESSE. Guelf. 4. *in hoc loco;* Vinar. 2. *in his* eſſe *locis*. Sed Fabric. I. & Guelf. 9. omittunt *eſſe;* credo propter *locis* ſ*i*, h. e. propter concurſum duorum *ſ*, incuria librarii, eſſe amiſſum.

SI MAXUME ANIMUS FERAT. Si maxume cuperemus, vellemus. Lucret. III. *v.* 46. *ſi* fert *ita fera voluntas*. Ovid. III. Art. Am. *v.* 467. fert animus *propius conſiſtere*. Supra *c.* XXI. n. 2. *lubido victorum* fert. Plura Drackenb. ad Sil. XVI. *v.* 294.

FRUMENTI ATQUE ALIARUM RERUM EGESTAS. Particulam *atque* neglexit Incert. 2. *Egeſtas* cum addito ſecundo Caſu Tacit. VI. Ann. *c.* XXIII. *quem* egeſtate cibi *peremtum*, *haud dubium habebatur*. Noſter ſupra *c.* VII. n. 6. *laudis avidi*, pecuniae *liberales erant*. adde Jug. *c.* XIV. n. 17.

7. FERRO ITER APERIENDUM EST. Guelf. 6. *iter* eſt *aperiundum*. imo abjiciatur prorſus ille turbator, qui nempe in Veneta 1493. legitur, ut abjiciunt ſcripti & impreſſi Jug. *c.* CXI. n. I. Virg. II. Georg. *v.* 371. Texendae *ſaepes etiam*, & *pecus omne* tenendum. De tali autem neceſſitate Livius IX. *quid hic ſtantibus ſpei eſt? an Deum aliquem protecturum vos rapturumque hinc putatis?* ferro via *facienda eſt*. Idem IX. *Locis anguſtis, milites, deprehenſi, niſi quam victoria* patefecerimus, viam *nullam habemus*. XXII. *c.* V. *Per medias acies* ferro viam fieri: & *quo timoris minus ſit, eo minus ferme periculi eſſe*. Tacit. IV. Hiſt. *c.* XX. *Si nemo obſiſteret, innoxium iter fore: ſin arma occurrant*, ferro viam *inventuros*. Lucan. I. *v.* 150. *gaudensque* viam *feciſſe* ruina. Guilielm. Brito. V. *v.* 404. Enſe viam *faciat medios ſibi quisque per hoſtes*. vide Barth. ibidem ad *v.* 213. Hi vero omnes *viam facere*, *invenire;* Noſter graviori ſententia *aperire*, ut Livius XLIV. *c.* IV. *Attalum & Miſagenem praeſidio eſſe* ſaltum aperientibus *jubet*. Curt. V. *c.* III. n. 22. *mari quoque novum* iter *in Pamphyliam* aperuerat. Confer ſupra *c.* X. n. I. *cuncta maria terraeque* patebant.

8. FORTI ATQUE PARATO ANIMO SITIS, ET. Poſtremum & non fuit in Incert. 2. Et Fabric. 2. *parato ſitis animo*. An ſcriptum fuit: *Quapropter forti atque parato animo cum praelium inibitis, memineritis*, cetera? in qua lectione cum vulgatae etiam ſenſus exprimatur, ſed pro more Salluſtii, vetuſtum aliquem interpretem eum per ea verba, quae nunc habemus, explanaſſe, credibile eſt. Curtius tamen, qui locum aemulatus eſt IV. *cap.* XIV. num. 25. pro recepta lectione facere videtur. nec minus ipſe Criſpus Jugurth. *cap.* XLIX. num. 4. *proinde* parati *intentique* eſſent, *ſigno dato Romanos invadere: illam diem cet.* & *cap.* LXXXV. num. 47.

DECUS, GLORIAM, P. LIBERT. ATQUE PATRIAM. *Decus* quid ſit, fuſius doceo ad Jug. *c.* III. extr. pro *patria* autem certabant n. 12. iſti latrones, quia *exſules* erant. Apud omnes autem quantum patriae conſideratio habeat momentum, late docet Bernecerus Obſerv. Miſcell. VII. p. 35. ſeqq. Similiter Livius XXI. *c.* XLI. *Unusquisque ſe non corpus ſuum, ſed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet*. & quae ibi plura.

IN DEXTRIS VESTRIS PORTARE. Gladium nempe, quem in manu geritis, & virtutem veſtram

9 *praeterea libertatem atque patriam in dextris portare. Si vincimus,*
omnia nobis tuta, commeatus abunde, coloniae atque municipia pate-
10 *bunt. ſin metu ceſſerimus, eadem illa advorſa fiunt: neque locus, neque*
11 *amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Praeterea, milites,*
non eadem nobis & illis neceſſitudo impendet. nos pro patria, pro libertate,
pro

ea omnia dare poſſe. Curt. l.c. In dextris *veſtris jam libertatem, opem, ſpem futuri temporis* geritis. Livius XXVII. *cap.* XLV. In *illorum armis* dextris*que ſuam liberorumque ſuorum ſalutem ac libertatem* repoſitam *eſſe*. Valer. Flacc. VI. *v.*460. In manibus *ſpes noſtra tuis*. Verum Guelf. 1. *in dextris portare veſtris*; 12. vero Pronomen *veſtris* non habet, niſi inter verſus. recte ille quidem, & tali loco habendum eſt, nempe pro mera interpretatione. Plura autem de hujuſmodi Ellipſin habes ſupra ad *c.* XXXV. n. 1. Sic in ſimili formula Stat. Theb. x. *v.* 29. *in* manibus *merces*, & Silius VII. *v.* 35. & Noſter ſupra *c.* XX. n. 10. ac Jug. *c.* *c.* XIV. n. 4.

9. OMNIA NOBIS TUTA ERUNT. Guelf. 6. *nobis omnia tuta erunt*; 12. *o. tuta erunt nobis*. Senat. 1. expungit *nobis*. Lege: *omnia nobis tuta, commeatus abunde, municipia* &c. nulla majore diſtinctione interpoſita, & Verbo Subſtantivo amandato. Dictum autem jam ad *c.* XI. num. 3. Salluſtium, ubi aliud verbum ſententiam claudit, ſolere Verbum *eſſe* omittere, idque ex communi iſto Verbo intelligendum reliquere. Tacit. Agric. *c.* XXXIII. *Omnia* prona *victoribus, atque eadem victis* adverſa --- *fugientibus periculoſiſſima, quae hodie proſperrima ſunt*. *Tuta* notanter, ut Caeſar II. Gall. *cap.* XXVII. *Cum victoribus nihil* impeditum, *victis nihil* tutum *arbitrarentur*. adde III. Civ. *c.* X. & *c.* CVI. *confiſus fama rerum geſtarum, omnem ſibi locum* tutum *fore exiſtimabat*. Catullus Carm. XXX. *v.* 8.

> *Inducens in amorem, quaſi* tuta omnia *mi forent*.

COMMEATUS ABUNDE. Eccard. *commeatus, ſtipendium abunde*. nempe & Fabriciani 1. Gloſſa exponit *ſtipendia & ſumtus*, cur non & *frumentum* atque *cibaria?* Deinde ex more Salluſtii *commeatus*, non tam pro ſecundo, quam primo caſu habendum eſt, ut *cap.* XXI. num. 1. *quibus mala* abunde *omnia erant*. Ponitur enim loco Adjectivi, ut *cap.* XX. *amplius*; *cap.* XIV. *undique*; *cap.* VII. *magis*, alia alibi. Senec. Herc. Oet. *verſ.* 1830. *reliquiae auxilium dabunt*. *Erunt* ſatis praeſidia. adde Gruter. ad Plaut. Menaechm. Prolog. *verſ.* 16.

10. SIN METU CESSERIMUS. Omnes noſtri MSS. & vetuſti impreſſi: Si *metu ceſſerimus*, nec ulla alia varietas in iis adparet. Eodem modo *c.* LII. n. 16. in ſcriptis *Si* eſſe notavimus, ubi vulgo editur *Sin.* nihil vero movent Jug. *c.* I. n. 4.

EADEM ILLA ADVERSA FIENT. Guel. 5. *illi*; Rem. 1. omittit id provocabulum. vide Jugurt. *c.* XIX. num. 21. Eleganter autem Fabric. 1. *fiunt*, quod pro veriſſimo habendum. Supra *cap.* LI. num. 26. *Illis merito* accidit, *quidquid* evenerit.

TEGET, QUEM ARMA NON TEXERINT. *Tegere*, pro tueri, ut ſupra *c.* VI. n. 5. *libertatem patriam parentesque armis* tegere. ubi vide. Tacit. VI. Ann. *c.* II. *Neque ſibi vitam tanti, ſi armis* tegenda *foret*. Livius XXII. *c.* XXIX. extr. *Vos eos, quorum vos modo* arma *dexteraeque* texerunt, *Patronos ſalutabitis*.

11. NON EADEM NOBIS, ET ILLIS NECESS. IMP. Baſil. 3. Guelf. 8. & 10. *non eadem illis & nobis n. i.* An & hic ſcriptum fuit: *non* eadem nobis *illis neceſſitudo impendet?* quod tamen non ita cupio hoc loco, ut ſupra *cap.* XX. n. 4. *Impendet neceſſitudo*, quae eſt jam impoſita, *c.* XXXIII. extr. uti Cicero, *belli magni timor* impendet. De tali autem, aliis neceſſitatibus pugnandi Juſtin. I. *c.* VI. *ingens, poſt* neceſſitatem pugnandi, *animus exercitui ejus acceſſit*: & Florus III. *c.* XIII. n. 8. *neceſſitate augetur virtus*. Curt. IV. *c.* III. n. 24. *efficacior omni arte* imminens neceſſitas *non uſitata modo praeſidia, ſed quaedam etiam nova admonuit*. adde Frontin. II. *c.* VIII. Strateg. & Scip. Amirat. Diſſert. IX. ad Tacitum. & Cic. V. epiſt. XIII. num. 8.

PRO PATRIA, PRO LIBERTATE. Secundum *pro* non eſt in Fabric. 1. nec Guelf. 4. & ſi expungeretur, haberet illa adſumtio *pro vita* magnum aliquid & ſingularis ſignificatus. De *patria* dixi num. 8. & de eadem Tacit. Agric. *cap.* XV. *Sibi* patriam, *conjuges, parentes*; *illis avaritiam & luxuriam cauſſas belli eſſe*. Juſtin. V. *cap.* IX. *Sed cum hinc pro* patria *ſummis viribus, inde pro aliena dominatione* ſecurius *pugnaretur*. adde Orationem Pompeii apud Lucan. VII. & Criſpini apud Herodian. VIII. *c.* III. itemque Lucian. in Encom. Patriae. De *libertate* ſcite Florus III. *cap.* X. *Sequens longeque*
cruen-

pro vita certamus: illis ſupervacaneum eſt pugnare pro potentia paucorum. Quo audacius adgredimini, memores priſtinae virtutis. Licuit 12.13. *nobis cum ſumma turpitudine in exſilio aetatem agere: potuiſtis nonnulli Ro-*

cruentior pugna Belgarum; quippe pro libertate *pugnantium.*

Illis supervacaneum est. Vinar. 2. Acad. Baſil. 2. Guelf. 2. & edit. vet. *ſupervacuum eſt.* vide *c.* li. num. 19. Eodem argumento utitur Phormio apud Thucydid. ii. *cap.* lxxxix. Et quia ſupervacaneum eſt, *μετριάσωσιν ἐν τῷ προθύμῳ τῆς μάχης*, Herodian. d. l. In Numero hic iſtud eſt notandum, quod aliquid addiderit, in priori membro omiſſum. Opponit nempe *Nos certamus*, & *illis ſupervacuum eſt pugnare.* qualia *c.* xii. num. 5. & xxxi. num. 7. vidimus. Mela ii. *c.* v. *Unde Graiis noſtriſque etiam auctoribus, verine ignorantia, an* prudentibus etiam *mendacii libidine, viſum eſt tradere poſteris* cet. Et hic quidem, qui attenderit, videbit, Salluſtium ſingulari artificio ita locutum eſſe, ut quaſi ſupervacuam poneret vocem *ſupervacaneum*, quod ſuam tamen habet ſignificationem.

12. Quo audacius aggredimini. *Quo* Gloſſae MSS. exponunt *Ideo.* vide ad *c.* i. num. 3. Sed Fabriciani, Remenſes, Baſil. 1. & 2. Incert. 1. Struv. Acad. Eccard. Senat. 1. Franc. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. *adgrediamini*, & ſic voluit etiam Guelf. 12. qui dedit *egrediamini*. ceteri *aggredimini;* nulli autem *aggrediemini;* Senat. 2. *egredimini.* Saepe autem Subjunctivus ponitur pro imperandi Modo, obſervante Donato ad Terent. Andr. Act. iii. Sc. iv. Noſter tamen ſemper Imperativum in hujuſmodi adhortationibus adhibet. vide *cap.* xx. item Jugurth. *cap.* x. xiv. xxiv. & maxime lxxxv. num. 47.

Memores pristinae virtutis. Eadem infra *c.* lx. num. 8. & Jug. xlix. n. 2. Caeſar. vii. Gall. *cap.* lxii. *Ut ſuae* priſtinae virtutis, *& tot ſecundiſſimorum praeliorum memoriam tenerent.* Idque in multis ducum ad milites Orationibus legitur. Imitatur Prudent. Pſychom. *v.* 381.

> *State, precor*, veſtri memores, *memores quoque Chriſti.*
> *Quae ſit veſtra* tribus, *quae gloria, quis Deus & rex,*
> *Quis dominus, meminiſſe decet.* cet.

Latin. Pacat. Paneg. Maxim. *c.* xxxv. *milites* priſtinae virtutis, *Romani nominis, Imperatorum denique memores, cauſſam publicam manu agere.*

13. Licuit nobis cum summa turp. *Nobis* ex noſtris plerique MSS. iique meliores. Tuetur iſtud recte Gruterus, & ſenſus aliorum *vobis* reſpuit, quod homines imperiti propterea, quod *Potuiſtis* ſequitur, adſcivere. Ea cauſſa tot flexus ſibi diſpoſuerunt interpretes in Cic. ii. Offic. xvi. ubi *admiremur, nobis videri, cum attenderint* conjungit. Vide locum, ibique Graevium, qui recte obſervat veteribus immutationem perſonarum fuiſſe frequentem. Noſter vero, ubicumque poteſt, hujuſmodi variationem quaerit. vide ad *c.* xxxiii. n. 1. quo eodem *c.* n. 2. *veſtrum*, & *noſtra* compoſuit. Praeterea pro *Licuit*, Baſil. 1. *Libuit:* quod falſum eſt. *Licuit* autem *aetatem agere* intellige *potuimus*, ſive etiam *debuimus.* nam nulla proprie licentia eſt in rebus adverſis, quas nemo *cupit*, &, ſi cupiat, quilibet ſuo arbitrio miſer eſſe poteſt, neque iſtud his exſulibus ſingulare accidiſſet. Habet certe *licet* verbum, diverſas, quam vulgo ſtatuunt, notiones. Plautus Stich. A. iv. Sc. ii. *v.* 31. *per hanc tibi caenam incaenato, Gelaſine, eſſe hodie* licet. Propert. i. Eleg. viii. *v.* 29. *Falſa* licet *cupidus deponat gaudia livor.* ubi potius per *oportet*, aut *debet* exponendum eſt. Idem de verbo *Poſſe* ſtatim adnotabimus: ubi ſimul vides, utrumque Periphraſi exquiſitiori Verbi Gerundi, aut certiſſimi eventus, inſervire, quae hic omnino agnoſcenda eſt.

Aetatem agere. Fabric. 1. Eccard. Academ. Incert. 1. Franc. Guelf. 3. & 10. *vitam agere*, a manu interpretis, ut ſupra *c.* xxxvii. num. 6.

Potuistis nonnulli — exspectare. Et hic illud *potuiſtis* ſenſum non pervulgatum habet, nempe *debuiſtis* fere. Sic certe Cicero iii. Att. epiſt. xv. *quod meritis meis* perfectum eſſe potuit, *ut dies & noctes, quid mihi faciendum eſſet, cogitares, id abs te meo, non tuo ſcelere, praetermiſſum eſt.* cum nota Corradi. Pacat. Paneg. Maxim. *c.* xvii. *enimvero cum leviter cognitos, aut etiam ſemel viſos iis honoribus ſimul ditas, quibus & amici* poſſent eſſe contenti, *nonne omnibus vis probare amicum tibi eſſe, qui bonus ſit?* ibi recte Juretus Balduinum refutat, quod repoſuerat *amici* debent *eſſe contenti:* notatque haec duo inter ſe permutari. Egregie inprimis ſuper hoc verbo *poſſe* diſputat Joan. Schultingius ad Dialog. de Orator. *cap.* xxxvi. & ad Senec. i. Controv. i. pag. 67. & priori loco addidit etiam D. Matth.

Rr 2 cap-

14 *Romae, amiſſis bonis, alienas opes exſpectare. Quia illa foeda atque in-*
15 *toleranda viris videbantur, haec ſequi decreviſtis. Si relinquere voltis,*
16 *audacia opus eſt. nemo, niſi victor, pace bellum mutavit. Nam in fuga*
ſalutem ſperare, cum arma, quis corpus tegitur, ab hoſtibus averteris, ea
vero

c. IX. comm. 15. Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος: & per *fas eſt*, eo loco *poſſe* videtur reddere. Sed ex aliis locis pluribus collatis id conſtat, Latinos per verbum *poſſe*, uti per *licet*, circumſcribere Verba Gerundi, ſive quae certo fieri debent, aut certo jam facta ſunt. Sic Quinctil. Declam. II. *Quisquamne mortalium confodiet illud ſacrum venerandumque* (patris) *corpus, quod* poteſt *ex ignibus* rapi, *pro quo bene* conſumuntur *oculi*. Et hoc Gronovius ex Cantero obſervavit ad Liv. XXXII. *c.* XIII. etſi male ſolius venuſtatis cauſſa verbum *poſſe* aliis jungi putent. De *licet* adde notam ſupra ad *c.* XXXV. n. 2. Propert. I. eleg. I. *v.* 5. *Ergo velocem potuit* domuiſſe *puellam*. ubi Cl. Brockhuſius, uti & ad Tibull. I. eleg. XI. *v.* 31. citavit Canter. II. Nov. Lect. *c.* II. adde noſtra ſupra ad *c.* LIV. num. 4.

ALIENAS OPES EXSPECTARE. Eccard. & Franc. *ſpectare*. Eamdem phraſin ſervat Auctor Jug. *c.* XIV. ubi vide.

14. QUIA ILLA FOEDA ATQUE INTOL. VIRIS. Guelf. 7. *Sed quia* male, ut vides ex *c.* XVIII. extr. *foeda* ſunt inhoneſta ac turpia. Supra *c.* XI. num. 4. foeda *crudeliaque in civibus* facinora *facere*. Livius XXIX. *c.* XVII. *Non poſſumus diſſimulare, nos multa* foeda, *indigna & a praefecto praeſidii Amilcare & ab Numidis Afriſque paſſos eſſe*. *Viris* vacat in Guelf. 3. ſed contra dictionis gravitatem. quibus virile ingenium, illi haec tolerare non poterant. vide ad *cap.* XL. num. 3. Sic ediderunt Jug. *c.* XXXI. n. 21. *Atque ego tametſi* viro flagitioſiſſumum *exiſtimo, impune injuriam accepiſſe*.

HAEC SEQUI DECREVISTIS. *Haec* δεικτικῶς. hunc talem ſtatum, bellum & haſce miſerias, quae nunc premunt, pabuli aliarumque rerum egeſtas. Sic Plautus *hoc noctis*, pro nocte tam ſera, & Noſter Jug. *c.* IV. n. 6. *his moribus*. ubi vide. de verbo *ſequi* plura ad *c.* LII. n. 22. Caeſar II. Civ. *c.* XXIX. *quod liceret libere facere, & ſequi, quod vellent*.

15. SI HAEC RELINQUERE VULTIS. Incerti & Guelf. 7. *Si* hoc *rel. v.* iidemque ſupra ſcribunt *hoc ſequi*. Vellem dudum aliquis Pronomen abjeciſſet, & lubens pepercisſem hac opera. nam *relinquere* eleganter per ſe ponitur, ac ſi tale quid opus eſt, proxime antecedit *haec*. vide ad Jug. *cap.* XCII. extr. Praeterea Baſil. I. & Acad. *voltis*, quae eſt Salluſtii aetatis ſcriptura. dictum ſupra ad *cap.* XXIX. n. I.

N. NISI VICTOR, PACE BELLUM MUTAVIT. Vinar. 2. Rem. I. Franc. Incert. 2. Guelf. 8. 10. & ed. vet. *pro pace*. peſſime. intelligendum *cum pace*. nempe pro bello, pacem accepit, ex ſuo arbitrio, quod pluribus Noſter oſtendit Jug. *cap.* LXXXIII. Fragm. *togam* paludamento *mutavit*. Jug. *c.* XXXVIII. extr. *quae quia* mortis metu *mutabantur, ſicuti regi libuerat, pax convenit*. h. e. quia pro his, pactione nempe rejecta, mors metuenda erat. ibi vide. Seneca Thyeſt. *v.* 297. *relictis exſul hoſpitiis vagus* Regno *ut miſerias* mutet, *atque Argos regat Ex parte dominus*.

16. IN FUGA SALUTEM SPERARE. Guelf. 6. *in fugam*; Baſil. I. transpoſitis vocibus *ſperare ſalutem*. Caeſar II. Gall. *c.* XI. *omnes* in fuga *ſibi ſubſidium poſuerunt*. Noſter Jug. *cap.* CVII. *nec decere quemquam qui manus armaverit, ab inermis pedibus* auxilium *petere*. Magnifice Curtius III. *c.* XI. n. 12. *Tum vero ceteri diſſipantur metu, & qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt*, arma *jacentes, quae paullo ante ad* tutelam corporum *ſumſerant: adeo pavor etiam* auxilia *formidat*.

ARMA, QUIS CORPUS TEGITUR. Noſtri omnes *quibus corpus tegitur*; ſed Rivius ex MS. Merſeburgenſi revocavit *quis*, quod edidit Gruterus. vide ad Jug. *c.* LXXX. n. 5. de *tegere* hoc *cap.* n. 10.

AB HOSTIBUS AVERTERIS. Guelf. 9. *adverteris*, pervulgata iſta confuſione, de qua ad Jug. *c.* XCIII. n. 2. Franc. *animadvertis*. Voces *ab hoſtibus* Guelf. 12. in margine habet. Livius XXIV. *c.* V. avertit ab *conſciis in inſontes judicium*. *c.* VI. extr. *dummodo* averterent *eum* ab *Romanis*. *Avertere* ergo *arma ab hoſtibus* eſt illis non uti adverſus hoſtem, ſed averſum fugere.

EA VERO DEMENTIA EST. *Vero* deficit Guelf. 12. pro eo 5. *ea vera dementia eſt*. *Vero* eſt particula adfirmandi, quam Gloſſae partim *magis*, aliae *certe* reddunt. vide ad *c.* LXI. Plin. VIII. epiſt. VIII. extr. *Plura laudabis, nonnulla ridebis: quamquam tu* vero, *quae tua humanitas, nulla ridebis*. ſic Idem III. epiſt. VIII. Cic. III. Offic. *c.* I. *magnifica* vero *vox, & magno viro*

vero dementia eſt. Semper in praelio maxumum eſt periculum, qui ma- 17
xume timent: audacia pro muro habetur. Cum vos conſidero, milites, 18
& cum facta veſtra aeſtumo, magna me ſpes victoriae tenet. Animus, aetas, 19
virtus veſtra hortantur; praeterea neceſſitudo, quae etiam timidos fortis
facit. Nam multitudo hoſtium ne circumvenire queat, prohibent angu- 20
ſtiae.

ro, ac ſapientedigna. Lactant. IV. c. XXIX. *Qui autem filium ſuſcipit & nomen ejus gerit; is* vero *cum filio ſimul & patrem colit*. Hinc & ſaepe ab initio, pro *ſic eſt*, ponitur. vide Cellar. ad Lactant. III. c. XVII.

17. IIS MAXUMUM EST PERIC. QUI M. TIM. Scripti complures *his*; Incert. 2. & Guelf. 12. *illis*. Sed Baſil. 1. Senat. 1. Franc. Fabriciani, Eccard. Guelf. 2. & ed. vet. omittunt Demonſtrativum Pronomen. Optime & vere. Multa protulimus ſupra ad c. XIII. n. 2. *quippe*, quas *honeſte habere licebat, abuti per turpitudinem properabant*. pro eo, quod eſſet *illis, quas*. Livius XXIII. c. XV. *praemia atque honores*, qui *remanerent ac militare ſecum voluiſſent, propoſuit*. In ſententiam Flaminius apud Liv. XXII. c. V. *quo timoris minus ſit, eo minus ferme periculi eſſe*. Plutarch. Themiſt. p. 115. Ἀρχὴ γὰρ ὄντως τοῦ νικᾶν τὸ θαρρεῖν.

AUDACIA PRO MURO HABETUR. Formulam imitatur Tacit. III. Hiſt. c. LXXIII. extr. *audaciam* pro latebra *haberent*. accedit Cicer. I. epiſt. IX. *his temporibus audacia* pro ſapientia *licet uti*. *Murum* dixit munimentum, quod tueatur. Jug. c. LVII. num. 5. *Sed nec illos, qui procul manſerant, timor animi ſatis* muniverat. Hinc Egeſippus V. c. IV. *in bello plurimum* audaciam *poſſe, quae vel ſola tibi* murus *eſt*. Sic & Claudian. IV. Coſ. Hon. v. 109. *Non dabitis ſceleri* murum: *qui vindicat, ibit*. ibi vide Barthium, & Drackenb. ad ea Sil. XVI. v. 68. *qui poſtquam* murus *miſeris ruit*. Paullin. II. Vit. Mart. v. 304. *Erigit armatam ſigni* munimine *dextram*. ibique Juretus. Alia infra a re militari translata notabimus ad Jug. c. XXXI. n. 14. *Plerique caedem in vos feciſſe* pro munimento *habent*.

18. FACTA VESTRA AESTUMO. Struv. Guelf. 7. 8. 9. 10. 12. Franc. Senat. 2. *exiſtimo*; 11. *extimo*, ut ſupra aliquoties. Alexander de ſuis militibus apud Curt. IX. c. II. n. 25. *Veſtras manus intueor; veſtram* virtutem *rerum, quas geſturus ſum*, vadem praedem*que habeo*. *Quamdiu vobiſcum in acie ſtabo, nec meos, nec hoſtium exercitus numeravero*. Caeſar apud Lucan. VII. v. 290. *Quod ſi ſigna ducem numquam fallentia veſtrum Conſpicio, facieſque truces oculoſque minaces: Viciſtis*. adde Tacit. Agric. c. XXX. in praeterea Franc. cum tribus aliis: *cum facta*, ſine Copula &.

MAGNA ME SPES VICTORIAE TENET. Guelf. 7. 8. & Baſil. 2. *ſpes victoriae* me *tenet*; Incert. 2. *ſpes* me *vict. tenet*; Guelf. 10. *meae victoriae*. Sed Remenſ. 2. delet *me*: atque id quidem eleganter. c. LI. n. 3. *ſi lubido poſſidet*. Sic *inceſſerat, invaſerat* ſupra poſuit ſine Caſu Nominis. Sic c. XX. extr. *niſi forte animus fallit*. ubi vide, addito c. VII. extr. & c. hoc n. 1. Hinc Jug. c. III. extr. *niſi* quem *pernicioſa lubido* tenet: perquam ſcite *quem* ejeceris; etiamſi ita Egeſippus II. c. XVII. *Non enim vitae hujus ulla* me *cupiditas* tenet. At Cic. V. epiſt. XIII. num. 6. *Itaque alterum minus mirum, fortiorem* te *eſſe, cum aliquid ſperes: alterum mirum*, ſpe *ulla* teneri. Sic mox *hortantur*; & n. 20. *multitudo hoſtium ne* circumvenire *queat*. ubi in duobus MSS. legi *nos circumvenire*.

19. VIRTUS V. ME HORTANTUR. Eadem & hic in ſcriptis circa Pronomen inconſtantia, quod Struvianus plane non agnoſcit, uti c. XX. num. 15. *belli ſpolia magnifica magis, quam oratio*, hortentur. Denique τὸ *me* etiam Grutero odioſum fuit; ſed quod Idem verbum *hortantur* pro parum efficaci habuerit, id feſtinationi ejus adſcribo. *hortantur* intellige, *ut ſpem habeam*. Supra c. XVII. num. 5. *quos magis dominationis ſpes* hortabatur, *quam inopia aut alia neceſſitudo*. Sic alibi pro *excitare, arrigere* ponitur. vide ſupra n. 3. Confer Bernecc. & Vorſt. ad Juſtin. XI. c. IX. num. 13. Epiſt. Mithrid. n. 3.

NECESSITUDO, Q. E. TIMIDOS FORTIS FACIT. Vide quae de *neceſſitatis* vi n. 10. ſcripſi. Dionyſ. Halic. I. c. XXV. ἡ ἀνάγκη ἱκανὴ οὖσα —— τόλμαν ἐνδέχειν, ἡγεμὼν δὲ διδάσκαλος τοῦ παντὸς κινδυνευόμενος αὐτοῖς ἐγένετο. Curt. V. c. IV. n. 31. *ignaviam quoque* neceſſitas *acuit, & ſaepe deſperatio ſpei cauſſa eſt*. ibi conſulas Interpretes.

20. NAM MULTITUDO HOSTIUM. Remenſ. 2. omittit *hoſtium*, quod probo. Corn. Nep. Milt. c. V. *ne* multitudine *clauderentur*. Jug. c. CVII. num. 1. *ſaepe ante paucis ſtrenuis adverſus* multitudinem *bene pugnatum*. etſi addat id nominis ſupra *cap.* VII. extr. & *cap.* LIII. de ſtructura Verbi *circumvenire* dixi modo num. 18.

Digitized by Google

21 *ſtiae. Quod ſi virtuti veſtrae fortuna inviderit, cavete, inulti animam amittatis; neu capti potius, ſicuti pecora, trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.*

CAP.

Eleganter Senat. 2. *queant.* vide ad III. Hiſt. Or. Macri extr.

PROHIBENT ANGUSTIAE LOCI. Poſtremum vocabulum non comparet in Guelf. 3. Cornel. Nep. Them. *c.* III. anguſtias *enim Themiſtocles quaerebat, ne multitudine circumiretur.* is tamen alibi *locorum* addit, uti Epamin. *c.* VII. Hamilc. *c.* II. num. 4. Frontin. II. Strateg. *c.* II. num. 1. *dedit operam, ut in* anguſtiis *confligeret.* Curt. III. *c.* VII. num. 9. *cum* anguſtiae *multitudinem non caperent. c.* IX. num. 12. *neque enim latius extendi aciem patiebantur* anguſtiae. quamquam vero & hic alibi iſtud additamentum agnoſcat, Salluſtium tamen ſine eo ſcripſiſſe exiſtimo. Ceterum peritos ſemper duces, qui copiis hoſtibus fuere inferiores, anguſtias quaeſiviſſe, adnotant Loccenius ad C. Nep. Datam. *c.* VI. & ad quaedam ex ll. cc. Interpp.

21. VIRTUTI VESTRAE FORTUNA INVIDERIT. Fabric. 2. & Guelf. 11. *virtuti noſtrae;* Remenſ. 1. Acad. Eccard. *invidet.* Forte fuit: *quod ſi virtuti fortuna invidet.* nam quod *ſi* cum Indicandi modo conſtruatur obſervavimus ad *c.* XX. Livius XXI. *c.* XLIV. *Vobis neceſſe eſt ---- aut vincere, aut* ſi fortuna dubitabit, *in praelio potius, quam in fuga mortem oppetere.* Namque & virtus δουλεύει τῇ τύχῃ, quod Herculis dicto Brutus moriens profeſſus eſt apud Dion. XLVII. extr.

CAVETE, NE INULTI AN. AM. Commelin. Nazar. & Palat. 5. apud Gruterum; ex noſtris Baſil. 1. Guelf. 2. & 4. omittunt *ne:* in aliis autem modo ante Verbum *amittatis*, modo ante Vocabulum *animam* ponitur, quae inconſtantia per ſe arguit, aliunde intruſum eſſe. Sic *ut* omittitur ſupra *c.* XXXIII. extr. & XXIX. num. 2. Sic *cave facias, putes, exiſtimes* apud Ciceronem Curt. IV. *c.* 1. num. 22. *cave,* obliviſcaris *hujus ſtatus, in quo accipis regnum. Inulti* pereunt, qui alios non ſecum rapiunt in mortem, atque eos maxime, quorum opera pereunt. *c.* XXXIII. extr. *quonam modo maxume* ulti ſanguinem noſtrum *pereamus.* Juſtin. XX. *c.* III. n. 5. *tantuſque ardor ex deſperatione ſingulos cepit, ut victores ſe putarent, ſi* non inulti *morerentur.* Dictys V. *c.* XII. *univerſos, qui in manus venerant, foede atque* inultos *obtruncavere.* Florus III. *c.* III. n. 18. *Bojorix rex in acie dimicans, impigre, nec* inultus *occubuit.* ubi plura Freinshemius. Curt. IV. *c.* IV. num. 13. *nonnulli ruunt in hoſtem,* haud inulti *tamen perituri.* Horat. II. Sat. VIII. *v.* 34. *Nos, niſi* damnoſe *bibimus, moriemur* inulti.

NEU CAPTI POTIUS, SICUTI PECORA. *Potius* ab uno MS. apud Waſſium exulat: & videtur propter ſequens *quam* ab imperitis inſertum, ut alibi *magis.* vide ad *c.* XX. extr. Livius XXV. *c.* XVII. *id referre, utrum praebentes corpora,* pecorum modo, *inulti trucidarentur.* Vellej. Pat. II. *c.* CXIX. *Exercitus omnium fortiſſimus ab eo hoſte ad internecionem trucidatus eſt, quem ita ſemper* more pecorum *trucidaverat, ut vitam, aut mortem ejus nunc ira nunc venia temperaret.* Noſter II. Hiſt. *ceteri* vice pecorum *obtruncabantur.*

CRUENTAM ATQUE LUCTUOSAM VICTORIAM. *c.* LXI. num. 7. *Neque tamen exercitus populi R.* laetam *aut* incruentam *victoriam adeptus erat.* Jug. *c.* XCII. num. 4. *exercitu incruento.* Livius IV. *nec* incruentam victoriam *retulit.* Florus I. *c.* XVII. *nec* incruenta *tamen illa* victoria. Tacit. II. Ann. *c.* XVII. *Magna ea* victoria, *neque* cruenta *nobis fuit.* Juſtin. V. *c.* 1. *Non tamen inerti, neque* incruento *cecidere* bello.

CAP.

CAP. LIX.

LXII.

HAec ubi dixit, paullulum commoratus, ſigna canere jubet, I
atque inſtructos ordines in locum aequum deducit: Dein, remotis omnium equis, quo militibus, exaequato periculo, animus amplior eſſet, ipſe pedes exercitum, pro loco atque copiis, inſtruit. Nam,

CAP. LIX. 1. SIGNA CANERE JUBET. Tubicines nempe atque Cornicines ſuis inſtrumentis *ſigna dare* & praeparationis ad pugnam, & profectionis conſueverant. inde tractum nomen *ſignorum*. dabant & *ſigna praelii* committendi, de quo *c.* LX. num. 1. Latius A. Gellius I. *c.* XI. *Lacedaemonios non* cornuum tubarum*ve* ſignis, *ſed tibiarum modulis in praeliis uſos eſſe, refert Thucydides.* Forſitan vero τὸ *jubet* abjiciendum, uti Jug. *c.* XCIX. num. 1. Et, ſi opus eſt intelligi, eleganter exauditur: uti alibi, quae cujus imperio fiunt, ipſe feciſſe dicitur. vide ad *c.* LV. num. 5. Atque ſic intelligendus Florus II. *c.* VI. num. 59. de Annibale & Scipione: *Steterunt diu mutua admiratione defixi. ubi de pace non convenit*, ſigna cecinere.

ATQUE INSTRUCTOS ORDINES. *Inſtructos* eſt praelio omnibus rebus paratos. mox aciem *inſtruet*. Nec te moretur idem Verbum bis poſitum; cum talia plura notata ſint ad *c.* XXIII. num. 3. & ſic Livius XXII. *c.* XLV. *Signum pugnae propoſuit* inſtructasque *copias flumen traduxit, ſequente Paullo. Tranſgreſſi flumen eas quoque quas in caſtris minoribus habuerant copias ſuis adjungunt: Atque ita* inſtructa *acie, in dextro cornu* cet. adde Jug. *c.* XCVII. num. 5. & LIII. num. 5. *Ordines* dixit pro militibus ordinibus ſuis diſpoſitis, ſicuti ſaepe ipſi manipuli *Ordines* vocantur: erantque Ordines haſtatorum, principum, triariorum. Series militum incedentium, aut in acie ſtantium alibi ita nominantur. Vide Freinſhem. & Scheffer. ad Curt. III. *c.* IX. num. 12. & Patric. de re milit. R. P. IV. S. II. ac adde Jug. *c.* LXXX. num. 2.

DEDUCIT. Eccard. *deduxit*. Mox plerique *Deinde*. Sed Remenſ. 1. *dehinc*.

REMOTIS OMNIUM EQUIS. Fabric. 1. & Guelf. 5. *omnibus:* uti & Veneta 1493. Sed Caeſar I. Gall. *cap.* XXV. *Caeſar primum ſuo, deinde* omnium *remotis equis, ut, aequato omnium periculo, ſpem fugae tolleret, cohortatus ſuos praelium commiſit.* Verum ibi propter praecedens *ſuo* ita ſcribendum erat; hic vero *omnibus* ſignificantius eſſet. vide ad *cap.* XLIII. num. 1.

EXAEQUATO PERICULO. Livius III. *cap.* LXII. *Sexcenti fere ex equis deſiliunt, cedentibusque jam ſuis provolant in primum ſimulque & hoſti ſe opponunt, &* aequato *primum* periculo, *pudore dein animos peditum accendunt.* Franc. *exaequato praelio*.

ANIMUS AMPLIOR ESSET. Vox poſtrema non legitur in Guelf. 2. & ſic ſupra *c.* XXXIV. n. 2. eamdem omiſerat. *animus amplus* eſt magnus & confidens. vide ſupra *c.* XL. extr. Sed ſi auctoritate MS. Polonici, quem Gruterus ſub manibus habuit, τὸ *militibus* delere malueris eleganter locus ita concipitur: *Dein remoti* omnium *equi; quo exaequato periculo animus amplior eſſet: Ipſe* cet. Sane cum quidam Codd. pro *militibus* habeant *peditibus*, cumque inter tot Nomina *copias*, *ordines*, *exercitum* omnino ſuperfluum ſit iſtud *militibus*, recte, vel ſine MSS. auctoritate, deleri poteſt. Saepe vero tertius Caſus Verbo Subſtantivo adjungendus apud Noſtrum omittitur, ut *c.* XXV. extr. Denique nec Caeſar eum defendit. Sed quando *remoti equi* reſcribes, habes eum quidem adverſarium; veroſimile tamen mutatam iſtam ſtructuram in *deducit*, & *remoti* locum primum corrupiſſe: quemadmodum librarii ſupra *cap.* LIII. num. 3. haeſitarunt in *contendiſſe* & *bella geſta* compoſitis. ad quem locum plura. Vidi autem ipſe in quodam MS. *remoti ſ*, & ſupra *ſ* lineolam transverſam: quomodo *ſunt* exprimere ſolent. id mihi corruptae ſcripturae fontem monſtrare videtur. *Ipſe* demum eleganter inchoat ſententiam, ut n. 3. & 5.

IPSE PEDES. Sic Codd. omnes, & Seneca Epiſt. CIV. *per medias Africae ſolitudines* pedes *duxit exercitum*. Thyeſt. *v.* 376. *Danubii vadum Audet qui* pedes *ingredi*. Silius VIII. *v.* 558.

— & campi per aperta volantem
Ipſe pedes *praevertit equum*.

Idem I. *v.* 246. *noctemque* vigil *ducebat in armis*. Noſter Jug. *c.* LVIII. num. 5. *ne quam contumeliam in exercitu* victore *ſinat*. adde ibid. *c.* LXIV. n. 1. Adpoſite Claudian. IV. Conſ. Hon. *v.* 342. 349. *ſolabere partes Aequali ſudore tuas* —— *Nunc* eques *in medias equitum te conſere tur-*

2 Nam , uti planities erat inter ſiniſtros montis , & ab dextra rupe aſpera , octo cohortis in fronte conſtituit : reliqua ſigna in ſubſidio

turmas ; Nunc pedes *adſiſtas pediti : tum promtius ibunt Te ſocio : tum conſpicuus gratuſque feretur Sub te teſte labor*. his adde Jug. *cap.* XLV. LXXV. & c. cum Gruteri Diſcurſ. XV. in Tacitum.

Exercitum p. l. a. c. instruit. Alii *aciem inſtruere* dicunt, ut & Noſter Jug. *c.* XLIX. Sed Cato v. Orig. Exercitum *ſuum eduxit foras atque* inſtruxit. Plaut. Amphitr. A. I. Sc. I. *v.* 65. *Diſpertiti viri , diſpertiti ordines. Nos noſtras more noſtro & modo* inſtruximus legiones, *item Hoſtes* legiones *ſuas contra* inſtruunt. *Inſtruit* autem eſt in omnibus noſtris, praeter Franc. Remenſ. I. Incert. 2. Guelf. 4. & II. qui *inſtruxit:* itaque Eccardianus hic offendiſſe videtur, cum ſupra exaraverit *deduxit*. Salluſtius enim hac varietate nimium delectatur. *pro loco atque copiis* eſt, ut requirebant locus & copia militum. vide ſupra *c.* XXX. n. 5. & XXXV. num. 5.

2. Uti planities erat. I. e. pro captu planitiei illius, quae erat inter ſiniſtros montes &c. Livius XXIV. *c.* XXVIII. *Orationem ſalutarem*, ut *in sali tempore, habuit*. Idem XXIX. *c.* I. *Trepida omnia*, ut *inconditam turbam tironum eſſe*. Curt. III. *c.* II. num. 3. *ad noctem agmina*, ſicut *deſcripta erant, intravere vallum*. Hinc illa lucem accipiunt Tacit. III. Hiſtor. extr. *Caeſarem conſalutatum miles frequens*, ut*que erat in armis, in paternos penates deduxit*. C. Nep. Att. *c.* I. *& tum*, ut *erant tempora, diti*. Vale. Flaccus VII. *v.* 407. *Ergo* ut *erat vultu defixus uterque ſilenti, Noxque ſuum peragebat iter ; jam jam ora levare* cet. Cic. XII. epiſt. II. *nonnihil*, ut *in tantis malis, eſt profectum*.

Inter sinistros montis. Guelf. 6. non agnoſcit vocem *montes*, eamque & praeterea copulam & delet etiam 4. *Montes ſiniſtri* ſunt a ſiniſtra parte ſiti, ut ſaepe apud Melam. Sic ille I. *c.* IV. *& ab his potiſſimum, quae influenti* dextra *ſunt*. Cicero de Legib. *ſiniſtra avis*. Hinc Feſtus *ſiniſtra auſpicia*. & Plaut. Amphitr. A. I. Sc. I. *v.* 176. *Hinc enim* dextera vox *ut videbatur aures verberat.*

Ab dextera rupes aspera. Codd. Fabriciani, Senatorii, Franc. Baſil. I. & 3. Remenſes, Acad. Incert. 2. Struv. Heuſſ. Guelf. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. II. I2. *rupe aſpera:* eodem modo Gruteri membranae excellentiores. & tamen potuit nobis *rupes aſpera* propinare, quod nemo Latinorum in iſta ſtructura dicere potuit. Servant tamen ex noſtris Guelf. I. Vinar. 2. Incert. I. & Baſil. 2. At Eccard. *ru aſpera* ſine terminatione prioris vocabuli, quae a poſteriore in Guelf. 5. eſt eraſa. Habebam ego aliquid longe magis probabile, nempe *ab dextra rupem aſperam*, ut ab Praepoſitione *inter*, uti neceſſe erat, haec verba penderent. Sed contra Codd. nihil novandum & Criſpi potius ingenium hoc etiam loco eſt agnoſcendum, qui diverſas ſaepiſſime Conſtructiones jungit. Tale quid erat ſupra *c.* XLII. num. 2. *plus* timoris, *quam* periculum *effecerant*. Jug. *c.* XL. n. 4. *inter* laetitiam *plebis , & ſuorum* fugam , *trepida etiam tum* civitate. *c.* LXVII. num. 3. In *ea tanta* aſperitate , *ſaeviſſimis* Numidis , *&* oppido *undique clauſo* cet. Nam quod *ſiniſtros* & *ab dextra* opponit , ſuo etiam more facit , qui Jugurth. *c.* L. num. 4. *Numidae alii* poſtremos *caedere*, *pars* a ſiniſtra *ac* dextera *tentare*. adde ſupra *cap.* XIV. num. 2. Ceterum Codd. *dextera*. Utrumque Ovid. Her. Ep. II. *v.* 31. *Jura, fides ubi nunc commiſſaque* dextera dextrae.

Octo cohortis. Cohors decima legionis pars, toties fere centum habebat milites, quoties legio mille. vide ad *c.* LV. n. I. Liv. XXVIII. *Ipſe omnia ſigna peditum in hoſtes vertit : quatuor* cohortes in fronte *ſtatuit, quia latius tendere aciem non poterat*.

In fronte constituit. Guelf. I. & Franc. *in frontem:* & ſic infra num. 5. apud Nonium. *Frons* eſt prima aciei pars, quae adverſus hoſtem ſpectat, Veget. III. *c.* XIV. Graeci *μέτωπον* dicunt: item *στόμα*. Aelian. de ord. acieb. *cap.* XXXVII. *Στόμα λέγονται οἱ πρῶτοι ἐπὶ τοὺς πολεμίους πορευόμενοι*. Sed vide A. Gellium X. *c.* IX. ubi recenſet aliquot vocabula militaria tranſlata ab iis rebus, quae ita proprie nominantur, quarumque imagines in acie inſtructa oſtenduntur.

Reliqua signa. Sic quidem edd. bene multae. Sed ſcripti omnes aut *reliquarum*, aut *reliquorum ſigna*. certe in noſtris *reliqua* nuſquam eſt. Et apud Livium quidem *haſtatorum , principum ſigna* leguntur. *Signa* tamen pro ipſis militibus, qui ſub ſignis ducuntur ; aliquoties apud Florum legas. Livius VIII. *c.* IX. *Ita omnis terror pavorque cum illo latus* ſigna *primo Latinorum turbavit : deinde in totam penitus aciem pervaſit*. Sic *vexilla* Tacitus Agricol. *capit.* XVIII. *Contractiſque legionum* vexillis , *& modica auxiliariorum manu erexit aciem*. Confer ſupra *cap.* XVIII. numer. 5. Haec ſignificatio impoſuit librariis , & quod

Digitized by

ſidio artius collocat. Ab his centuriones omnis lectos, & evocatos, 3
praeterea ex gregariis militibus optumum quemque armatum in primam aciem ſubducit. C. Manlium in dextera, Faeſulanum quemdam in ſiniſtra parte curare jubet: ipſe cum libertis & colonis pro-

quod forte aliquis Codex habebat *reliqua tum ſigna.*

In subsidiis. Erant poſt primam aciem, & de triariis proprie dictum exiſtimat Varro iv. L. L. *cap.* xvi. quia iſti ſubſidebant, dextro genu innixi. *Triplicia ſubſidia* memorat Noſter Jug. *cap.* xlix. extr. Sed hoc loco MSS. Fabriciani, Baſil. 1. 2. Incerti, Franc. Senatorii, Academ. Vinar. 2. Eccard. Struv. Heuſſ. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. & ed. vet. *in ſubſidio:* quomodo & Nonius loco n. 5. citando. *Subſidium* certe ſingulari Numero in uſu fuiſſe, & Varro, & Feſtus p. 368. & 539. evincunt. Ac forte Criſpus eo indicare voluit, duplicem tantum Catilinae aciem fuiſſe, ut Afraniana apud Caeſar. 1. Civ. *cap.* lxxxiii. Neque noſtri tantum, ſed etiam Gruteri potiores *in ſubſidio* tuentur.

Artius collocat. Guelf. 5. *armis locat:* ceteri *artius*, aut *arcius;* nulli *arctius*. iſto nempe modo olim hanc vocem ſcribebant. Sic Jug. *cap.* xlvi. num. 2. & lxxxv. num. 34. *arte*, pro *arcte*.

3. Centuriones omnis lectos & evocatos. Sic habent Baſil. 1. & 3. Fabriciani, Remenſes, Acad. Vinar. 2. Senat. 1. Eccard. Guelf. 3. 4. 5. 10. 12. & ed. vet. Reliqui aut *electos & evocatos*, aut *lectos & vocatos*. Struv. *electos evocatos*. Intellige *ab his lectos* h. e. *electos*, ſive elegit & in primam aciem ſubduxit centuriones, evocatos, optimum quemque ex gregariis militibus. Valer. Max. ii. *cap.* iii. extrem. *e peditibus* lectos *expediti corporis*. Juſt. xiii. *cap.* ii. *Trecenta millia armatorum* lecta *ex omnibus copiis*. vide Abr. Gronov. ad iii. *cap.* iii. n. 8. Sed quod vocabulum *lectos* non ſuo loco poſitum videbatur, tantas difficultates interpretibus peperit. Sed habes ſimilem poſitum in Verbo *cap.* xx. n. 8. & in Nomine *cap.* xxxiii. n. 3. *Centuriones* praeerant centuriis, ſive centum militibus, Veget. ii. *c.* xiv. iique ab *evocatis* diſtinguuntur a Caeſare 1. Civ. *cap.* xvii. extr. aliiſque. vide Dion. Voſſium ad Caeſ. 1. Civ. *cap.* xxvii. *Evocati* erant, qui expletis ſtipendiis non poterant in delectu ſcribi, ſed precibus imperatoris permoti, aut in gratiam ejus, militiam reſumebant, homines longo uſu militiae peritiſſimi. Dio xlv. p. 276. *ἐκ τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν Ἠουοκάτων ἢ Οὐοκάτων σύστημα* (*οὓς Ἀνακλήτους ἂν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας, ἐπ᾽ αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν*) *ἐνομίσθη*. Intelligit itaque ejuſmodi homines veteranos, etſi non proprie eſſent tales Evocati, ſed ſponte caſtra Catilinae eſſent ſecuti. Plura de his Lipſius 1. de Mil. R. Dial. viii. Schelius in Polyb. & Stewech. in Veget. cum aliis pluribus.

Optumum quemque armatum. Peropportune Guelf. 5. omittit vocem *armatum*. & ſic certo *optumum* foret *fortiſſimum*; ſicuti Jug. *cap.* xiii. n. 1. *bello meliores*. ubi vide, & *cap.* xcii. extr. optumus *quiſque cadere*, *aut ſauciari*. Quando vero illa vox legenda eſt, incertum videtur, an hoc ſenſu *optimum* intelligendum, an pro *optime* (ut eſt in quibuſdam Codd.) capiendum ſit. Sic iii. Hiſt. immenſum *aucto mari & vento gliſcenti*. Sic Gutherius *ultimum* accipit apud Liv. xl. *cap.* xlii. ultimum *de caelo*, *quod comitia turbaret*, *intervenit*. adde Jug. *cap.* v. n. 4.

In primam aciem subducit. Livius xxxvi. *cap.* xviii. *pulſi loco*, *intra munimenta*, ſubductis *ordinibus*, *conceſſerunt*. adde notata ad *cap.* lvii. num. 1. Lege hic Silium ix. *v.* 328. ſeqq.

Faesulanum quemdam — curare jubet. *Anci* nomen, ſi credere volueris, fuit illi Faeſulano, Curt. Inghiram. Antiqu. Etruſc. pag. 2. *Curare* proprium verbum. Jug. *cap.* lvii. n. 2. *legatis imperat*, *ubi quiſque* curaret. & alibi ſaepe.

Ipse cum libertis & colonis. Guelf. 3. *cum liberis*; Franc. Incert. 2. Guelf. 7. & 8. *cum libertinis*, ut ſupra *cap.* l. n. 1. Praeterea Remenſes, Academ. Guelf. 3. 6. 9. *coloniis*; Vinar. 2. a manu ſecunda Guelf. 2. & ed. vet. *colonibus*, quod Salmaſius probat ad Capitolin. Maximin. *cap.* ii. ad Flor. ii. *cap.* vi. n. 23. & de Re Milit. *cap.* vi. interpretaturque *clientes*, a Verbo *colo*: ut *Volones*, *Accedones* dicuntur. Inde alii fecere *colonibus*, quod nec Codd. nec ſenſus patiuntur. In ceteris ſcriptis eſt *colonis*, quod Gronovius tuetur; qui intelligit veteranos Sullae, poſitos in coloniis, *cap.* xxviii. extrem. Eſt tamen in eo quaedam difficultas. Nam ſupra memoraverat *Centuriones & Evocatos*, & *Optimum* quemque *armatum* in primam aciem ſubductos eſſe: quod genus hominum minimum aliquot ex iſtis *Sullanis*

Digitized by Google

propter Aquilam adſiſtit, quam bello Cimbrico C. Marius in ex-
4 ercitu habuiſſe dicebatur. At ex altera parte C. Antonius pedibus
aeger, quod praelio adeſse nequibat, M. Petrejo legato exercitum
5 permittit. Ille cohortis veteranas, quas tumulti cauſſa conſcripſe-
rat,

colonis comprehenderit. Aut igitur intelligendum *ceteris colonis*; aut ſuperiora illa, propterea quod haec excipiunt, ad alios reſtringenda; aut lectio haec deferenda eſt. *Libertos* cum *colonis* jungit Caeſar I. Civ. *cap.* XXXIV. *profectum item Domitium ad occupandam Maſſiliam navibus actuariis* VII. *quas Igilii & in Coſano a privatis coactas ſervis, libertis*, colonis ſuis *compleverat*. adde Hottomann. & D. Voſſium ad I. Civ. *cap.* LXXV. Sed neque Catilina umquam colonos deduxerat, neque tam late poſſidebat, ut familiam colonorum haberet. Verum enim vero cum *Aquila* fuerit ea tempeſtate in prima acie, in eaque media curaverit Catilina, nulla remanet difficultas; ſed *coloni* iſti ſunt ipſi illi Evocati, Centuriones ceterique, aut ex ipſis, quos ideo ſupra lectos & ſubductos ex ſubſidiis memoraverat, ut Catilinae quaſi cohors praetoria eſſent.

PROPTER AQUILAM ADSISTIT. Vinar. 2. Baſil. 2. & 3. Remenſ. I. Incerti & Struvianus *prope*. & ſic peccarunt apud Auct. B. Afric. *cap.* XXXVII. propter *mare legiones ducit*: ubi in Edd. aliquot eſt *prope*. vide ibi Daviſium, ut & ad *cap.* LXXIII. propter *hoſtium caſtra praetergreſſus*. Cic. III. de N. D. *cap.* XXII. *Vulcanus tenuit inſulas* propter *Siciliam*, *quae Vulcaniae nominantur*. *Aquila* ſignum legionis ex argento, modica & haſtae oblongae impoſita, alis expanſis & pede fulmen aureum tenens. Sic vide Lipſium IV. de Mil. Rom. Dial. III. & V. ad Tacit. II. Annal. Excurſu C. Valtrin. de Mil. III. *cap.* IX. &c. Antiquitus apud Triarios erat; Sed Mariana militiae mutatione ad primam aciem translata eſt. Salmaſ. de Re Mil. *cap.* VI. Denique Guelf. 9. Incert. I. Remenſ. I. *adſtitit*. quod ex majoris fidei Codd. lubentiſſime reciperem. vide ad *cap.* LVII. n. 3.

B. CIMBRICO C. MARIUS. Dum bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Cimbri, Teutones, Tigurini & Ambrones Germanorum & Gallorum gentes Rhenum tranſgreſſi ingentem Romanis cladem intulerant, quos, victo Jugurtha, C. Marius & L. Catulus fuderunt. vide Eutropium, Vellejum & quos ad Flor. III. *cap.* III. Camers & Freinshemius, una cum Cellar. Diſſert. de Cimbris & Teutonis p. 488. ſeqq. De iſta *Aquila* vide Cic. I. Cat. *cap.* IX.

IN EXERCITU HAB. DICEBATUR. Guelf. 3. *in exercitum*; 5. *in* delet; Fabriciani: *habuiſse in exercitu dic.* Baſil. 2. *habuiſſe fertur*. Sed quid opus *in exercitu*?

4. AT ALTERA PARTE. Fabric. 2. Senat. 2. & Heuſſ. *in altera parte*; Remenſ. I. *At* in ex *altera parte* utramque lectionem notans, ut alii alibi. vide *cap.* LI. n. 43. XLVII. n. I. Vulgatum eſt in his dictionibus *ex* pro *in* poni; Sed in aliis etiam iſta hujus vices ſuſtinet, vide ad Cic. VII. epiſt. I. n. 3. XII. epiſt. 2. n. 6. Mox Guelf. 22. *Conſul Antonius*; Vinar. 2. *Gajus Conſul Antonius*.

PEDIBUS AEGER. Gloſſa Fabric. I. *ultroneam paſſus eſt podagram*. Nimirum Dio XXXVII. p. 47. teſtatur, Antonium ſimulaſse morbum, veritum, ne ſtrenue ipſum certantem Catilina probris inceſſeret, quem ſocium aliquando Conjurationis habuiſſet.

QUOD PRAELIO ADESSE NEQUIBAT. Duas priores voces *quod praelio* non habet in contextu Guelf. 3. Eorumque 4. & 5. habent *quod* bello *adeſſe nequibat*: uti ſupra *c.* IX. n. 4. Gruterus putat quadrigam hanc non eſſe ab Salluſtio, quia ſubintelligi poſſet. Idem diceres ſupra *cap.* XXXV. n. 3. ubi vide. Mallem itaque duorum Guelferbytanorum lectionem recipere.

M. PETREJO LEGATO. Forſitan ille ipſe Petrejus, qui poſtea Cn. Pompeii legatus, quique, Caeſare ad Thapſum oppidum victore, Jubam regem ſeque interfecit. Auctor B. Afric. *cap.* XCIV. Eutropius, Seneca, Florus. *Legati* Conſulis erant, quos ille operae ſuae vicarios ſibi legaverat, Jug. *cap.* XXVII. n. 4. quibuſque, ſi res poſceret, imperium permittere poſſet: ita tamen, ut omnia ad praeſcriptum Imperatoris ageret, Caeſar III. Civ. *cap.* LI.

EXERCITUM PERMITTIT. Tradit, atque imperium ejus commendat: ſicut Florus I. *cap.* III. *in trigeminis hinc inde fratribus utriusque populi fata* permiſsa *ſunt*. Noſter Jug. *cap.* LXIV. n. 5. *dimidia pars exercitus ſibi* permitteretur. Juſtin. II. *cap.* VII. *Adminiſtratio reip. annuis magiſtratibus* permiſſa. Horat. I. Sat. III. v. 123. *Si tibi regnum* Permittant *homines*. Confer ſupra *cap.* XLV. n. I.

5. ILLE COHORTES VETERANAS. Guelf. 6. *ipſe cohort. vet.* editum autem in margine ſervat. vide

Digitized by Google

rat, in fronte; poſt eas ceterum exercitum in ſubſidiis locat. Ipſe equo circumiens, unumquemque nominans adpellat, hortatur,

vide mox ad *Ipſe*. *Veterani* libera rep. erant, qui viginti quinque ſtipendia expleverunt, &, ut cum Lactantio I. *c.* I. loquar, decurſis operibus actionum ſuarum, quieti ſe tradiderant. vide Auct. B. Alexandr. *cap.* LXXII. Cic. X. epiſt. XXVIII. n. 8. & quae ſupra de *Evocatis* n. 3.

Quas tumulti caussa conscripserat. Libri fere *tumultus*; ſed Nonius *tumulti* citat; & alibi bene multa hujus inclinatus exempla ſuppeditavit: ſicuti ſupra *ſenati* habuimus. vide *c.* LIII. n. I. *Tumultus* Romae decernebatur, ſi ab Gallis, aut domeſticis ſubitum periculum exortum eſſet, Feſtus pag. 580. Cicer. V. Philipp. *c.* XII. Quaedam de hoc Donatus ad ea Terent. Act. IV. Sc. VIII. *Simalio*, *Donax*, *Syriſce ſequimini: Hujuſmodi*, inquit, *militia per* tumultum *repente ſuſcipitur, & dicitur* Evocatio, *ubi dux adloquitur cives: Qui remp. ſalvam eſſe vult, me ſequimini*. Ubi tamen a *Conjuratione* non ſatis diſtinguit *Evocationem*. Non ſemper autem *Tumultuarii* milites fuere Veterani, ſed & alii. vide Liv. XXXV. *c.* II. & Stewech. ad Veget. III. *c.* VIII. Hic vero improprie *conſcribere* uſurpatur, quod proprie erat, quando in dilectu ſcribebantur. vide XXXII. num. 2.

In fronte, post eas cet. exerc. in subsidiis. Nonius Marcell. *c.* VIII. num. 50. *Ille cohortes veteranas q. t. c. c.* in frontem *poſitas*, *ceterum exercitum* in ſubſidio *locat*. ex *poſt eas*, fecit *poſitas*; cum & Baſil. 2. *in fronte inſtituit*. Sed mihi Nonius *in frontem*, & *in ſubſidio* ex n. 2. deſumſiſſe videtur, ubi potiori jure ita legi poſſit: quamvis Guelf. 9. & Franc. hoc loco habeant *in ſubſidio*. & Franc. *in frontem*. Sed 4. *poſtea*: quaſi pro *poſt eas* illud accipiendum foret, ut alibi *antea*, pro *ante ſe*; *praeterea*, pro *praeter eos*. vide ad *c.* XLVII. n. I. Franc. *reliquum exercitum*: male.

Ipse equo circumiens. Neſciunt vulgo interpretes, quem reſpiciat paullo ſupra Pronomen *Ille* (*ille* cohortes veteranas &c.) & hoc loco *Ipſe*. Glareanus per *Ille* Petrejum intelligit; per *Ipſe* Antonium. Contra I. Waſſe *Ille* ad Antonium retulit; *Ipſe* ad Petrejum. Uterque falſo. Tam *ille*, quam *ipſe* de Petrejo intelligendum eſt. Prius non poteſt de Antonio accipi tum propter aperta verba & conſtructionem, tum quia Antonius aciem non inſtruxit, ſed abſens fuit. & quamvis interponatur: *quas tumulti cauſſa conſcripſerat*, quod ad Antonium pertinere poſſet, haud tamen novum eſt, diverſa, quae vocant, Subjecta in uno commate intelligere. adhoc de veteranis cohortibus loquitur, quas ipſe Petrejus, juſſu Antonii, poteſt evocaſſe, in quo gratiae & auctoritatis multus locus erat, quae utraque valde exigua in Antonio fuerunt, apud Petrejum hominem militarem abunde magna. Poſterius *ipſe* ut Antonium denotet, res ipſa & tantae laudes non patiuntur; contra iisdem fere verbis Cicero Petrejum laudat pro Sextio *c.* V. Neque *ipſe* aliam perſonam inferre, patet ex num. I. ipſe *pedes exercitum inſtruxit*. *c.* LV. n. I. ipſe *praeſidiis diſpoſitis* &c. adde Jug. *c.* LXXV. n. 5. Livius VII. Conſul *concione advocata laudatum tribunum decem bobus aureaque corona donat*, ipſe *juſſus ab Senatu bellum maritimum curare* &c. & ſic ille ſaepiſſime.

Equo circumiens. Fabriciani, Vinar. 2. Senat. I. Guelf. 5. aliique *circuiens*. Sueton. Caeſ. *c.* LVIII. *in agmine nonnumquam* equo, *ſaepius pedibus* anteibat. Sic *plauſtro ire*, *navibus transgredi*. Ammianus XIV. *cap.* XVII. *matronae complures opertis capitibus & baſternis per latera civitatis cuncta* diſcurrunt. Auſon. Epigr. CXXV. Ambulat *inſidens caeco* pede captus *utroque*. adde I. Hiſtor. ad finem.

Unumquemque nominans. Guelf. 3. omittit *unum*. Alius quidam *nominare*: quod ſi ex probato Codice eſſet, probare non reformidarem. Id vero inter artes Imperatorum milites accendendi ſibique conciliandi numeratur, ut ſingulos nomine compellent. Tacit. I. Hiſt. *c.* XXIII. *In itinere, in agmine, in ſtationibus, vetuſtiſſimum quemque militum* nomine vocans, *ac memoria Neroniani comitatus*, *contubernales adpellando*, *alios agnoſcere*, *quosdam requirere, & pecunia aut gratia juvare*. Plin. Paneg. *c.* XV. extr. *In praeſentia quidem quisquis paullo vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur. Quotus enim quisque cujus tu non ante commilito, quam imperator? Inde eſt, quod prope omnes* nomine adpellas, *quod ſingulorum fortia facta commemoras* &c. quod de Cyro prodidit Valer. Max. VIII. *c.* VII. extr. Solinus Pol. *c.* I. alii. Virg. XII. *v.* 758. *Rutulos ſimul increpat omnes*, Nomine *quemque* vocans. ubi vide Cerdam & Heinſium ad Claud. VI. Conſ. Hon. *v.* 255.

Contra latrones inermes. Guelf. II. omittit poſtremam vocem. Sed Urſini Codex *inermior*,

tur, rogat, uti meminerint, ſe contra latrones inermos, pro patria,
6 pro liberis; pro aris atque focis ſuis cernere. Homo militaris,
quod amplius annos triginta tribunus, aut praefectus, aut legatus,
aut

ermos, quod eſt Salluſtii, ut vidimus ad *cap.* III. n. 4. *Latrones* dicebant, qui nullo jure bellum faciebant. de Antonio Cic. x. epiſt. VI. n. 2. *cum collega tuus a foediſſimis* latronibus *obſideretur*. Caſſius XII. epiſt. XII. n. 5. *Si contra importuniſſimos* latrones *arma cepi*. adde leg. 118. D. de V. S. Herodian. I. *cap.* x.

PRO ARIS ATQUE FOCIS SUIS CERTARE. De *aris & focis* dictum ad *cap.* LII. n. 3. Hic vero pro *certare* Bongarſii liber habuit *cernere*. & ipſe in Fabriciano I. lego *cer..re*, eraſa media media ſyllaba, ſive illa *ta*, ſive *ne* fuerit. Verbo *cernere*, pro *certare pugnare*, uſus eſt Ennius, Pacuvius, Virgilius, vide Cic. I. Offic. *cap.* XII. Varron. v. de L. L. *cap.* VIII. Senec. Ep. LVIII. item Coelius Epiſt. XIV. *quamdiu civiliter ſine armis* cernetur. Plautus Amphitr. Arg. *pro patria dum* cernit *cum hoſtibus*. Id. Trin. Act. II. Sc. IV. *v.* 78. *Nam ibi de divinis atque humanis* cernitur. Lucret. v. *v.* 395. *Magnis de rebus inter ſe* cernere *certant*. Id verbi reſtituunt Corn. Nep. Milt. *cap.* IV. n. 4. viri docti. Silius XVI. *v.* 532. *Hi* crevere *pares ferro*. ibi Cl. Drackenborchius Quinctiliani, Claudiani exempla addit, alioſque citavit verbum defendentes. Ipſe etiam in Salluſtii loco ita legit: quia in Codd. *certare*, *pugnare*, *decernere* promiſcue ſcribatur. neque abit in diverſum Cellarius ad Coelii l. c. Poſſet aliquis comparare Libr. II. de Reg. *cap.* XIV. com. 8. & II. niſi jam ipſum *decernere*, & Graecorum *κρίνειν*, unde *cernere* tractum, proprietatem defenderet. *pro aris* abfuit Franciano.

6. HOMO MILITARIS. Peritiſſimus & exercitatus in re militari, ut ſupra *cap.* XLV. num. Quinctil. Declam. CCCX. in. *contemnunt* hominem militarem, *nihil minus*, *quam litibus idoneum*. Gloſſae Iſidori p. 37. ed. Graev. Militaris, *opinatus*, *id eſt*, *vetus miles*. Treb. Pollio Tyrann. *cap.* XXX. *Cenſorinus*, vir *plane* militaris, *& antiquae in curia dignitatis*, *bis conſul*, *bis praefectus praetorio*, *ter praefectus urbis*, *quarto proconſul*, *tertio conſularis*, *legatus praetorio ſecundo*, *aedilitius quarto*, *quaeſtorius tertio*.

AMPLIUS ANNOS TRIGINTA. Incerti, Vinar. 2. Franc. Guelf. 7. 8. *annis*; 9. *amplius quam annis* XXX. Peſſime, et quod a vulgo Grammaticorum ortum, qui voculae *amplius* aliquod regimen adtribuerunt, cum tamen pro Orationis tractu Nomina Caſus ſuos gerant. Caeſar II. Gall. *c.* XVI. *inveniebat ex captivis*, *Sabin flumen ab caſtris ſuis* non amplius millia *paſſuum decem abeſſe*. Auct. B. Afric. *cap.* I. *Cum non* amplius legionem *tironum haberet* unam. adde *cap.* XX. n. II. Nimirum temporum menſura & quarto, & ſexto Caſu exprimitur. vide *cap.* XXVII. n. 2.

TRIBUNUS. Tribunos militum inde dictos putat Varro IV. de L. L. *quod terni tribus tribubus Ramnium*, *Lucerum*, *Titienſium ad exercitum mittebantur*. *Tres* itaque primum in quaque legione fuiſſe agnoſcit; poſtea *ſex* creati ſunt, et bini eorum ac bini, per vices, legioni imperitarunt. Lipſius II. Milit. Rom. Dial. IX. Imperium haud obſcure innuit Horat. I. Sat. VI. *v.* 48.

Quod mihi pareret legio Romana tribuno.

Aſconius duo eorumdem genera ſtatuit, primum eorum, qui *Rufuli* dicebantur: hi in exercitu creari ſolebant; & *Comitiatorum*, qui in comitiis Romae deſignabantur. adde Liv. VII. *cap.* V. Diſtinguunt etiam *tribunos legionum*, quos *majores* vocant a *minoribus* nempe *tribunis cohortium*, quorum meminit Caeſar II. Civ. *cap.* XX. De officio eorum bene Hottomannus de Magiſtr. Roman. pag. 428. ex leg. 12. D. de re milit. adde Thyſii Roman. Illuſtr. II. p. 62.

PRAEFECTUS. Varia in re militari praefectorum genera. Memorantur *Praefectus caſtrorum*, Tacit. XIV. Ann. *cap.* XXXVII. *Praefectus fabrum*, Vellej. II. *cap.* LXXVI. & alibi ſaepiſſime. Sed plerumque, quando abſolute ponitur, intelligunt *Praefectum* Auxiliarium cohortium atque ſociorum, qui apud eas ejuſdem dignitatis erat, cujus in legionibus Tribuni. dicuntur *Praefecti alarum* apud Sueton. Auguſt. *cap.* XXXVIII. ubi vide Interpretes, & Graev. Praefat. in Tom. I. Ant. Rom. Cic. VII. epiſt. V. *Huic ego neque* tribunatum, *neque* praefecturam, *neque ullius beneficii certum nomen peto*. eoſdem jungit Caeſar I. Gall. *cap.* XXXIX. adde Cic. III. epiſt. VIII. num. 25. ubi *legatorum tuorum cuipiam*, *aut praefectorum*, *aut tribunorum militum*: ſimiliter *praefectos* praeferens *tribunis*, ut Sueton. l. c. Porro Baſil. I. *tribunus atque praefectus*: quod forte ſalivam movebit hominibus elegantioribus; etiamſi norint *atque* & *aut* in membranis infinitis locis confundi. vide Jug. *cap.* LXXXII. numero 4.

LEGATUS. Imperatoris vicarius. dixi n. 4. adde Caeſ. III. Gall. *cap.* XVII. Dionyſ. Hal-

lic.

aut praetor cum magna gloria fuerat, pleroſque ipſos factaque eorum fortia noverat ; ea commemorando militum animos accendebat .

CAP. LX.

LXIII.
SEd ubi , rebus omnibus exploratis , Petrejus tuba ſignum dat ; 1
cohor-

lic. XI. c.XXV. qui eleganter inprimis deſcribit.

PRAETOR. H. c. ipſe ſummum in exercitu imperium habuerat . Mittebantur enim Praetores in provincias cum imperio, & permittebatur iis exercitum conſcribere pro tempore atque periculo , ſupra *cap.* XXX. praeficiebantur exercitui, Coſſ. aliis adſtrictis . Stewech. ad Veget. III. *cap.* I. Vellej. I. *cap.* IX. *Tum ſenatus populuſque R. L. Aemilium Paullum , qui & Praetor , & Conſul triumphaverat —— Conſulem creavit* . Antiqui omnem magiſtratum , cui exercitus pareret, Praetorem dixere , obſervante Aſcon. in Cic. de Praet. urb. Inde manſerunt apud Romanos *navis Praetoria* , *cohors praetoria* , *cap.* LX. num. 6. *Praetorium* , Jug. *cap.* VIII. num. 2. Ipſe etiam Dictator olim *Praetor maximus* dictus, ex vetuſta lege apud Liv. VII. *cap.* III.

CUM MAGNA GLORIA. Baſil. 3. *cum ſumma claritate* , Gloſſa vix memoranda. *Cum* abundat , ut apud Plin. VII. epiſt. IX. *Multos videmus ejuſmodi certamina ſibi* cum *multa laude ſumſiſſe* . Alia vero Giſan. ad Lucret. p. 325. & nos ad *cap.* LI. nu. 38.

IN EXERCITU FUERAT. Guelf. 12. non habuit primitus *in exercitu* , nec ſenſus multum poſcit : imo , quae ſupra audivimus , *exercitum inſtruxit* , *exercitum permittit* , *ceterum exercitum locat* prorſus damnant . Et quem hominem laudavit *militarem*, eum nemo *praetorem*, *legatum*, *praefectum*, *tribunum* in cloacis purgandis fuiſſe, crediderit.

PLEROSQUE IPSOS. Guelf. 1. *pleros ipſos* . Si tantus antiquitatis adfectator noſter Criſpus , debuerant hoc vel ſine Codd. auctoritate reſtituere . Sic enim Pacuvius in Duloreſte : *Pater Achaeos in Capharaeis ſaxis* pleros *perdidit* . Idem in Teucro : *Periere Danai* , plera *pars peſſum data eſt* . vide Priſcian. v. p. 668. & Feſtum p. 352. Porro Baſil. 2. *pleroſque ſuos* ; Incert. 2. *pleroſque ipſe* . Nullibi aliquid muto . *Ipſos* addidit , propter ſubjunctum *facta eorum* . Sic *cap.* XXXI. nu. 7. *cujus* ipſius, *atque majorum plurima beneficia in remp. eſſent*.

FACTAQUE EORUM FORTIA NOVERAT. Franc. & Baſil. 2. *cognoverat* . idemque *aut facta eorum* ; Guelf. 3. *fortia factaque eorum noverat* . Silius IX. *v.* 245. *Hortandoque iterum atque iterum inſatiabilis urget* Factis *quemque* ſuis . adde Jug. *cap.* XLIX. n. 4. & Tacit. Agric. *cap.* XXXIV. Spartian. Adrian. *cap.* X. *agebatque ut ſibi ſemper noti eſſent* (milites) *& eorum numerus ſciretur* .

MILITUM ANIMOS ACCENDEBAT. Guelf. 5. *multum alios accendebat* ; Fabric. 2. *accenderat* . Terſius foret : *ea commemorando animos accendebat* , ſine voce *militum* : aut *multum animos accendebat* . Tamen Jug. *cap.* XXX. num. 3. *prorſus intentus omni modo* plebis *animum accendebat* . item *cap.* VIII. num. 1. ſupra *cap.* XL. extr. alibi . in quibus tamen itidem quaedam dubia. Franc. *memorando* , pro *commemorando* .

CAP. LX. 1. *Sed ubi omnibus* rebus *explor.*) Fabriciani , Incerti aliique MSS. *rebus omnibus* ; Baſil. 2. *exploratis omnibus rebus* ; Eccard. *omnibus locis explor* . Sed Guelf. 5. primitus non habuit τὸ *rebus* . & cum , & ſine illo Salluſtius aliis locis *omnia*, *omni re*, ſimilia proferre ſolet.

TUBA SIGNUM DAT. *Tuba* non eſt in Baſil. 2. Ceteri ſervant . Lucan. VII. *v.* 477. *Tunc auſae dare ſigna tubae* . Caeſar III. Civ. *cap.* XLVI. *Quod cum animadvertiſſet Caeſar*, tuba *ſignum dari* , *atque in hoſtes impetum fieri juſſit*. De illa Ovid. I. Metam. *v.* 98.

Non tuba *directi*, *non aeris cornua flexi* .

Tuba nempe directa , Cornu incurvum ad figuram bubuli cornu, ex quo primis temporibus facta, teſte Varrone IV. de L. L. Idem Ovidius ibid. *v.* 335. deſcribit etiam *buccinam* ; & de *Lituo* videndus Feſtus & A. Gellius V. c. VIII. *Tubae* uſus multiplex erat ; & non modo in bello, vide I. Ep. ad Corinth. c. XIV. com. 8. ſed etiam in conviviis, ludis , & funeribus adhibitae ſunt, vide Ovid. II. Am. eleg. VI. *v.* 6. Propert. II. eleg. VI. *v.* 12. Horat. I. Sat. VI. *v.* 43. & Bartholinum de Tibiis Vet.

COHORTES PAULLATIM INCEDERE JUBET. Grutero jucundius omnia cohaerent, ſi abjiciatur ver-

cohortis paullatim incedere jubet. idem facit hoſtium exercitus. Poſt-
2 quam eo ventum, unde a ferentariis praelium committi poſſet, maxumo clamore, cum infeſtis ſignis concurrunt; pila omittunt; gla-

verbum *jubet:* quod tamen ipſius noſtrique Codd. vetant. Paullulum etiam Silius XIII. *v.* 112.

Dat ſignum, *atque alacer muros tranſcendere ſcalis.*

Imperat.

& Curtius III. *c.* VIII. nu. 23. *Jamque tertium ſignum* tuba *miles* acceperat, *itineri ſimul paratus & praelio*: *ſtrenueque* juſſi *procedere*, *oriente luce pervenerunt ad anguſtias.*

IDEM FACIT HOSTIUM EXERCITUS. H.e. itidem paullatim procedit. dixi ad *c.* LV. nu. 2.

2. POSTQUAM EO VENTUM EST. Guelf. 6. & 9. delent *eſt:* nec habet aliquid ſingulare, quo ſeſe tueatur, cum ſupra *c.* XXXIV. extr. ibique dicta urgeant. idem Guelf. 6. *ventom* a prima manu: poſtea *v.* deſuper in *o* eſt inductum. vide ad *c.* XXIX. nu. 1.

UNDE A FERENTARIIS PRAEL. COM. POSSET. Corrupte Guelf. 2. & Struvianus *unde afferentariis*. Sed eleganter Baſil. I. *unde ferentariis p. c. p.* ſine Praepoſitione. ut Catullus: *amata* nobis, *quantum amabitur nulla*. Cic. IV. ep. XIII. num. 16. *quibus tenetur*, pro *a quibus*. ibi vide. Auſonius de Penelope: *Intemerata procis, & tot ſervata per annos Oſcula vix* ipſi *cognita* Telemacho. Livius XXXIV. *c.* XLVIII. *orſus ab inita primum* Romanis *amicitia cum Graecorum gente. Ferentarii* erant milites levis armaturae, qui praelii initium facere ſolebant, pilis atque miſſilibus pugnantes, Veget. I. *cap.* XX. Feſtus dictos putat, quod ea modo *ferrent*, quae in hoſtem jacerentur, vel ab *auxilio ferendo*: quomodo Novius. ſed prius agnoſcit etiam Varro VI. de L. L. legatur etiam Philo I. de Vit. Moſ. p. 16. Ovidii Ibis. *v.* 45. Gronov. ad Liv. XXIII. *cap.* XXIX. praeter Lipſium, Salmaſium & Alexandr. ab Alex. VI. Gen. D. p. 698.

CUM INFESTIS SIGNIS. Sic eſt in MSS. noſtris omnibus, & ineptiunt editiones, quae *cum* abjecerunt. Scilicet *maxumo clamore* dixerat, ergo non poterat niſi *infeſtis ſignis* ſcribere, ut aequalis eſſet oratio. Pergant itaque boni viri, & corrumpant etiam Auſon. Faſtor. Epigr. I. *Ignota aeternae ne ſint tibi tempora Romae* Regibus *& Patrum ducta* ſub *imperiis*. item Sidonium Carm. II. *Nam* patre *Suevus* A genitrice *Gethes*. Confer *cap.* LIII. num. 2. & *cap.* XXXIII. num. 1. Male Fabric. I. *cum incertis ſignis*. *Infeſta* ſunt, in hoſtem verſa, ut ſolent pugnantes: Contra *verſa ſigna* ſunt fugientium apud Prudent. Pſychom. *v.* 341. Livius I. *cap.* XXV. *Datur ſignum*, infeſtis*que* armis *concurrunt*. Caeſar VII. Gall. *cap.* LI. infeſtis *contra hoſtes* ſignis *conſtiterunt*. *cap.* LXVII. *ſi qua in parte noſtri laborare videbantur*, *eo* ſigna inferri *Caeſar*, *aciemque converti jubebat*. Noſter Jug. *cap.* LVI. nu. 5. De *clamore* militum bene Caeſar III. Civ. *c.* XCII. *Eſt quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae ſtudio pugnae accenditur. hanc non reprimere, ſed augere imperatores debent. neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, ut ſigna undique concinerent* clamorem*que univerſi tollerent: quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimaverunt.* adde I. Sam. *cap.* XVII. com. 20. Lipſium IV. Milit. R. Dial. XI. & Gruter. Diſcurſ. XII. in Tacitum. Tandem Vinar. 2. & ed. vet. *occurrunt*; Guelf. 9. & Franc. *concurritur*. quia nempe excipit *geritur*. Abunde refutavimue ad *cap.* LI. num. 40.

PILA OM TTUNT. Guelf. 6. Senat. 2. & Heuſſ. *comittunt*; Guelf. 3. *committunt*: correctum in id, quod & Academ. habet, *obmittunt*. Recte *omittunt*, ſive *obmittunt*. Livius IX. *& ne mora in concurſu pilis emittendis, ſtringendisque inde gladiis eſſet*, pila *velut dato ad id ſigno* abjiciunt, *ſtrictiſque gladiis curſu in hoſtem feruntur*. Caeſar I. Gall. *cap.* LII. Rejectis pilis, *cominus gladiis pugnatum eſt*. Id. VII. Gall. *cap.* LXXXVIII. *Noſtri*, omiſſis pilis, *gladiis rem gerunt*: ſic ibi legendum. vulgo *emiſſis pilis*. Contra III. Civ. *cap.* XCIII. *Pilum* telum miſſile, proprium Romanis, Sil. VIII. *v.* 376. De quo Polyb. VI. de caſtrametatione: *Pili telum lignum habet longitudine plerumque bicubitale, craſſitudine digitali, ſpiculum unius ſpithamae, palmi inquam majoris, eo uſque attenuatum & acutum, ut mox primum poſt jactum neceſſario flectatur, ſitque inhabile ad remittendum. alioqui commune fieret telum*. Imaginem ejus habes in numo apud Guther. de vet. jur. pontif. III. *c.* XVI. vide & Stewech. ad Veget. I. *c.* XX. Alexandr. ab Alex. IV. Gen. D. *c.* VII. & VI. *cap.* XXII.

GLADIIS RES GERITUR. Fabric. I. Franc. Guelf. 3. 5. & 10. *gladiis agitur res*. Jug. *c.* LVIII. n. 4. *Interim Metellus, cum acerrume* rem gereret, *clamorem & tumultum hoſtilem a tergo accepit*. ibi vide plura. Ovid. I. Faſt. *v.* 569. *Prima movet Cacus collata praelia dextra; Remque ferox ſaxis ſtipitibuſque* gerit.

3. PRI-

gladiis res geritur. Veterani, priſtinae virtutis memores, com- 3
minus acriter inſtare; illi haud timidi reſiſtunt. maxuma vi cer-
tatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie verſari, labo- 4
ranti-

3. PRISTINAE VIRTUTIS MEMORES. Academ. omittit vocem *priſtinae*. ſed & hanc, & reliquas duas omittere potuiſſet. quas omnes aliquis interpres ex *cap.* LVIII. nu. 3. derivaſſe videtur.

COMINUS ACRITER INSTARE. Fabriciani, Sen.1. Baſ. 1. ceterique vetuſtiores *comminus*, quam ſcripturam retinendam cenſeo, quandoquidem in ceteris a *Con* & Verbo ab *m* incipiente compoſitis conſtanter *m* geminare ſoleant. eſt enim a *con* & *manu*, ut contra *eminus*, Vet. Schol. ad Stat. Theb. III. *v.*100. Cicero de Senect. *c.* VI. *Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec* eminus *haſtis, aut* comminus *gladiis uteretur*. Sic *comminus ire* apud Propert. II. eleg. XIX. *v.*21. & III. eleg. I. *v.* 26. ubi plura Paſſeratius. Guelf. 2. & Baſil. 2. *inſtare acriter;* ſed Vinar. 2. & ed. vet. *acriter inſtabant:* propter proximum *reſiſtunt*. Iſtud tuetur ipſe Criſpus ſupra *c.*XXI. n.4. quos ibi produximus.

HAUD TIMIDI RESISTUNT. Aeque acriter. vide ad *cap.* III. nu.1. Praeterea Nomen, & Adverbium pro ſuo more conjungit, uti *c.*XIII. n. 2. addito *c.* LIX. nu.2. Illud enim hujus locum ſaepe tenet, uti apud Ovid. II. Metam. *Juſſa Deae* celeres *peragunt*. adde Jug. *c.*XXXVIII. n. 1. & ſupra *cap.* II. nu. 1.

MAXUMA VI CERTATUR. Heuſsian. *maximam certatur*: lapſu librarii. mox n.5. *magna* vi *tendere*. Jug. *c.* LX. n.1. *eodem tempore apud Zamam magna* vi *certabatur*. Dictys IV. *c.* XVII. *magnaque* vi *utrimque decertantes cadunt plurimi*. Ennius apud Macrob. VI. Sat. *cap.*1. & Serv. ad XII. Aen. *ſumma nituntur opum* VI.

4. IN PRIMA ACIE VERSARI. Guelf. 3. *in prima verſari*. An fuit *in primo verſari?* ut Jug. *cap.* LXVIII. extr. *equites* in primo *late, pedites quam artiſſume ire, & ſigna occultare jubet*. ubi hujus dictionis plura exempla. Id mallem, quam *in prima*, ut ſubintelligatur *acie:* etſi *ab dextera*, ſubintelligendo *parte; recta*, intelligendo *via*, alia plura latine dicantur. Sic *primas agere, primas deferre*, Cicero: uti Seneca aliique *ſecundas agere*. vide illum III. de Ira *cap.* VIII.

LABORANTIBUS SUCCURRERE. Iis, qui premebantur ab hoſte, & in periculo erant, ut ferirentur. Noſter Jug. *cap.* XCVIII. n.1. *ac modo* laborantibus *ſuis ſuccurrere*. Id verbum de omnibus, quae in periculum veniunt, eleganter dicitur. Sic Florus I. *cap.* XII. Laborat *annalium fides*. cum nota Duckeri. et ſic *labor*. vide Gronov. ad Senec. Herc. Fur. *v.* 1065. Thucyd. I. *c.*XLIX. *μάλιστα δὲ τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Κορινθίων* ΕΠΟΝΕΙ. Id autem boni olim imperatoris fuit, notante Buchnero ad Tacit. Agric. *cap.* XVIII. hodie paullo aliter fit.

INTEGRO PRO SAUCIIS ARCESSERE. Sic ſcribunt Fabric.1. Vinar.2. Acad. Senat.1. Baſil. 3. Struv. Guelf. 1. 3. 4. 7. 8. 12. et ed. vet. Ceteri fere *accerſere;* ſed Fabric. 2. *acceſſere;* Senat. 2. Incert. 2. et Heuſsian. *accerſire*. Vide ad *c.* XL. nu.6. Caeſar III. Gall. *cap.* IV. *quod diuturnitate pugnae hoſtes defeſſi praelio excedebant, alii integris viribus ſuccedebant --- apud nos ne* ſaucio *quidem ejus loci, ubi conſtiterat, relinquendi, ac ſui* recipiendi *facultas dabatur*. *Integrum* recte *ſaucio* opponit, ut Livius VIII. *c.* XXIX. *Catinam ingenti ardore militum, aut* vulnerum ira, *quod haud fere quisquam* integer *praelio exceſſerat, ſcalis cepit*. et ſic Noſter Jug. *cap.* LX. extr.

MULTUM IPSE PUGNARE, S. H. FERIRE. Baſil. 1. *multum pugnare ipſe*. *Ferire* eſt verbum bellicum, ut in illo Enni: *Hoſtem qui feriet* cet. Noſter tamen Jug. *cap.* VI. num. 1. *pleraque tempora in venando agere; leonem atque alias feras primus aut in primis* ferire. Nota vox Caeſaris: *miles, faciem* feri! apud Flor. IV. *cap.* II. num. 50. et de fulgure Domitiani apud Sueton. *cap.* XV. Feriat *jam quem volet*. Sic alia quae feralia et exitioſa ſunt *ferire* dicuntur.

STRENUI MILITIS ET BONI IMPERATORIS. Haec ſummi cujuſque Ducis laudes. de Caeſare Florus l. c. *medius inter imperatorem & militem*. de Alexandro Curt. III. *cap.* XI. nu. 7. *Alexander non* ducis *magis, quam* militis *munia exſequebatur*. idem Juſtin. de Epaminonda VI. *cap.* VII. de Trajano Plin. Paneg. *cap.* XIX. Sic Caeſar V. Gall. *cap.* XXXIII. *Cotta in adpellandis cohortandiſque militibus* imperatoris, *& in pugna* militis *officia praeſtabat*. vide ſupra *c.* XX. ad fin. et Jug. *c.* LXXXV. num.47. Gunther. Ligur. II. *v.*545. de Friderico ſuo:

> --- *multumque & ubique* jubendo
> Pugnando*que manu perfecti* militis *uſum*
> *Officiumque ſimul diſcreti* Principis *implet*.

de Mithridate Vellejus II. *cap.* XVIII. *conſiliis* dux, miles *manu*. Tibullus I. eleg. I. *v.* 89. *Hic ego dux mileſque* bonus. Adludit Ovid. II. Am.

Digitized by Google

rantibus ſuccurrere, integros pro ſauciis arceſſere: omnia providere: multum ipſe pugnare, ſaepe hoſtem ferire. ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur. Petrejus, ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magna vi tendere; cohortem prae-

Am. eleg. xii. *Me duce ad hunc voti finem, me milite veni: Ipſe eques, ipſe pedes, ſignifer ipſe fui*.

5. Contra, ac ratus erat, magna vi tendere. Sic quidem ſcriptorum & impreſſorum optima pars. Sed in Struviano prima manus *vi* non perſcripſit, & in Guelf. 3. deficiunt haec *magna vi*, &, ut arbitror, perquam adpoſite. non modo quia n. 3. dixerit *magna vi* certatur; ſed quia etiam nu. 4. enarraverit, quomodo Catilina pugnaverit. id jam dicit contra fuiſſe, ac ſibi initio perſuaſerat Petrejus. Sic Jug. *cap.* vii. num. 5. *Sed ea res* longe aliter, *ac ratus erat evenit*. Non addit Verbo *evenit* Adverbium aliud, aut Nomen, indicans *quomodo* evenerit. Cicero pro Balbo *cap.* iii. contra, *ac liceret*; contra, *ac oporteret*, *factum*. & ſic ubivis alibi. Idem pro Planc. *c.* i. *Plancii ego ſalutem non* ſecus, *ac meam*, *tueri debeo*: addere debuiſſet, ſi opus foret, *diligentiſſime tueri*. vide Jug. *cap.* i. nu. 2. Deinde Franc. & Guelf. 9. *contra quam*; Vinar. 2. ed. vet. *contra*, ut *ratus erat*; prius de Gloſſa, qualem notavimus ſupra ad *cap.* xxxvii. nu. 10. Poſterius autem hanc lectionem pareret: *contra*, ut ratus erat, magna vi *tendere*; ut *contra tendere*, dicatur, ſicut ſupra *c.* xxxviii. nu. 2. *contra niti*. quae ſententia hoc loco non adeo abſurda foret: quia Petrejus de Catilina perdito & deſperato omnino magnam vim difficilemque pugnam ſibi perſuaſiſſe credibile eſt; hocque eſſet *ut ratus erat*. Aliud tamen & Codicibus, & Noſtro *cap.* lix. nu. 5. viſum, ubi Catilinae copiam *latrones inermos* vocat. Denique verbum *tendere* non potuit incorruptum manere. Franc. Fabric. 1. Acad. Vinar. 2. Struv. Guelf. 4. 7. 8. 9. & ed. vet. *contendere*; Senat. 1. & Baſil. 2. *intendere*. Nihil muta. Donatus ad Terent. Eunuch. A. iv. Sc. i. *v.* 12. *miles* tendere *inde ad jurgium*. *Proprie*, inquit, *dixit* tendere, *quod ſignificat pertinacem contentionem*. Virgilius (xii. Aen. *v.* 553.) *vaſto certamine* tendunt. id Servius interpretatur *contendunt*. Livius xxxii. *cap.* xxxii. *quod ſumma vi ut* tenderent, *amicis & propinquis mandaverat*. ubi Gronovius docuit, Livium perſaepe hoc ſimplici, pro compoſito *contendere*, uti. Dictys ii. *c.* xxxix. *Sed ubi eos contra ſe* tendere *paratos armis atque animis exercitus animadvertit*, *ſigno dato recedunt cuncti*.

Cohortem praetoriam. Ab eo dicta, quod, circa *ducem* eſſent, ab eoque non diſcederent, lecti ex omni exercitu, virtutiſque ſpectatae. id inſtitutum profectum eſſe a P. Scipione, auctor eſt Feſtus p. 371. etſi ſimile quid de Poſtumio Dictatore jam narret Livius ii. *cap.* xx. vide Lipſ. ii. Dial. iv. Sub Imperatoribus, unus etiam Dux plures cohortes praetorias habuit: & tunc orti *Praetoriani*. Herodian. v. *c.* iv. n. 16. *ὁ δὲ στρατὸς ἑκατέρωθεν ἐμάχοντο ὑπὲρ τοῦ Μακρίνου, οἱ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι (οὓς δὴ* ΠΡΑΙΤΟΡΙΑΝΟΥΣ *καλοῦσιν) οἱ γενναίως ἀνθεστήκεσαν παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἅτε ὄντες μέγιστοί τε καὶ ἐπίλεκτοι*.

In medios hostes inducit. MSS. Incerti *deducit*, ne geminaretur Praepoſitio eadem. Sed vide ad *cap.* xlviii. num. 4. *In* medios *hoſtes* eſt *in medium hoſtium*: & duo ſignificare poteſt: vel mediam partem aciei, ut vulgo interpretes capiunt, ad ſolam latitudinem reſpicientes: ſed iſtud incommode: vel cohortem iſtam in interiora aciei penetraſſe, ut disjiceret in profunditatem medios, qui obſtitiſſent: quod nos partim exprimimus, *mitten unter*. Sic Livius xxiv. *c.* xliii. *per* medios *hoſtes evaſit*. Id. xxix. *cap.* ii. *Vix haec dicta dederat*, *cum Romani equites* in medios *invecti* hoſtes, *ſimul pedeſtres acies turbarunt*, *ſimul equitibus Hiſpanorum viam immittendi equos clauſerunt*. Rurſus xxiv. *cap.* xxvi. *Tum quoque haud magno aedium ſpatio inter* medios *tot armatos aliquoties integro corpore evaſerunt*. xxxiv. *cap.* xvi. *inter* medios *hoſtes praelium commiſit*. xxxv. *cap.* xi. *per* medias *ſtationes hoſtium erupere*. Silius iv. *v.* 558. medioſque *invectus in hoſtes*. Virgil. ix. Aen. *v.* 400. *an ſeſe* medios *moriturus* in enſes *inferat*. qualia plura Cl. Bentlej. ad Horat. iv. Od. liv. *v.* 24. Cic. ix. epiſt. viii. nu. 2. *Ex ea igitur* media *excitatos miſi*. Idem Bruto *cap.* ult. *cujus in adoleſcentiam*, *per* medias laudes, *quaſi quadrigis*, *vehentem tranſverſa incurrit miſera fortuna reip.* Ovid. ii. Am. eleg. x. *v.* 18. *&* medio *laxe ponere membra* toro. *v.* 36. medium *ſolvar & inter* opus. Idem ii. Faſt. *v.* 651. *ubi ter fruges* medios *immiſit* in ignes. Haec ut cupiditati quorumdam ſatisfacerem. paucis abſolvere potuiſſem. Non aliter ſolent Latini.

Eosque perturbatos. Guelf. 1. *eos perturbatos*, ſine copula. & ſic exprimi curavi, propter ſtilum Auctoris, de quo ad *cap.* xliii. nu. 2.

Alios

Digitized by Google

praetoriam in medios hoſtis inducit, eos perturbatos atque alios alibi reſiſtentes interficit: deinde utrimque ex lateribus adgreditur. 6.7
Manlius & Faeſulanus in primis pugnantes cadunt. Poſtquam fuſas copias, ſeque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis at-

ALIOS ALIBI RESISTENTES. Fabric. 1. *alios aliis reſiſtentes;* Guelf. 10. *alios ibi*. Ex hoc loco deſumtum eſſe puto, quod vulgo ex proximo *c.* LXI. num. 3. Grammatici citant: *alis alibi ſtantes*, omnes tamen adverſis vulneribus conciderant: quod & eo loco Carrio atque Popma propugnant; Palmerius autem *alis alibi reſtantes* legit. Verum in MSS. nullum earum vocum veſtigium, quod tamen contra conſuetudinem eſt librariorum, qui tres voces, etſi antiquas, non facile abjiciunt, ſed in alias mutant. Hic vero *alis alibi* ne ferri quidem poſſet, ex mente Grammaticorum, quibus *Alis* prima eſt poſitio. vide Chariſ. II. pag. 133. Diomeden I. p. 323. Priſcian. XIII. p. 959. niſi quis ineptire, & *alis*, pro *ales*, uti *omnis*, *fortis*, pro *omnes* quarto Caſu plurium numero dictum eſſe, adfirmare vellet.

INTERFICIT. Guelf. 6. 7. 9. Vinar. 2. Heuſſ. & ed. vet. *interfecit*.

DEINDE UTRIMQUE EX LATERIBUS CETEROS. Guelf. 4. *dehinc*. Sed *dein* ſcripſerat Salluſtius. vide ad *c.* III. n. 2. Incert. 2. Baſil. 2. Guelf. 6. & 11. *utriſque ex lateribus*. Vopiſc. Aurel. *c.* XXXII. *Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis atque* undique *terris*, *Romam iter flexit*. adde ſupra *c.* XIV. num. 3. ad Cicer. VI. ep. V. n. 2. VII. ep. X. n. 1. Si tamen vulgata lectio conſervanda, non multum aliquis peccaverit, qui *ex lateribus* pro Gloſſa habebit. Hoc vero cum ſit contra Codd. malui cum MSS. Bodlejano & Remenſi 1. *ceteros* delere, quod hic ita additum eſt ab imperitis, ut *legatos* ſupra *cap.* XXXII. n. 3.

6. IN PRIMIS PUGNANTES CADUNT. Illud *in primis* non tam ad locum, ubi pugnaverint; quam ad tempus & ordinem, quo occubuerint pertinet. priori ſenſu Dictys II. *c.* XI. *Sed in ea pugna Proteſilaus* inter primos *bellando*, *ad poſtremum telo Aeneae ictus ruit.* poſteriore Noſter Jug. *c.* XXVI. n. 3. *Jugurtha* in primis *Atherbalem excruciatum necat.* aut ſi hoc non certum tibi atque clarum, ſupra *c.* IV. num. 4. Nam *pugnantes cadunt* eſt ad laudem eorum. Thucyd. II. *c.* XLI. extr. μαχόμενοι ἐτελεύτησαν. Livius XXVII. *c.* XLIX. *ibi*, *ut patre Amilcare & Annibale fratre dignum erat*, pugnans *cecidit*. Silius IV. *v.* 509. *nec ſine ſub aevi Oppetere in bello detur*, *cum fata vocabunt*. Pugnantem *cecidiſſe meum eſt*. Spartianus de Nigro: pugnans *victus eſt*. Sed *cadere* Silio, Livio cum Noſtro placuit. & ſic Cornel. Nepos Pauſan. *cap.* 1. *eoque ipſe dux cecidit praelio*, alique plurimi. Sed inprimis Juſtin. IV. *c.* V. VIII. *c.* I. & XXXV. *c.* I.

7. POSTQUAM F. C. S. C. P. RELICTUM VIDET CATILINA. Guelf. 5. *At Catilina poſtquam;* Vinar. 2. Acad. Incerti, a manu ſecunda & recentiore Baſil. 1. Heuſſ. Senat. 2. & ed. vet. *Poſtquam Catilina fuſas* &c. Sed Fabriciani, Senat. 1. a manu prima Baſil. 1. & 2. Guelf. 1. 2. 5. 9. 10. 12. id Nomen nullo loco habent: probante Grutero, qui ita abeſſe cenſet, ut ſupra *c.* VI. num. 4. *Romanos*. Ceterum in duabus membranis eſt *copias ſuas*, quod eo adnoto, ut confirmentur loca, ubi contra editiones quasdam Pronomina Poſſeſſiva delevimus. vide ad *c.* LI. num. 4. Franc. *Poſtquam Catilina Faeſulas copias videt*, *ſe cum paucis relictum*. in quo poſitus verbi *videt* valde placet.

MEMOR GENERIS ATQUE PRISTINAE SUAE DIGNITATIS. Fabr. 1. *atque* ſuae priſcae *dignitatis;* Incert. 1. & Guel. 3. addunt *& virtutis*. *Suae* inprimis incertae ſedis eſt. quidam *priſtinae dignitatis ſuae;* Sed Fabric. 2. Vinar. 2. Baſilienſ. 1. & 2. Incerti, Senatorii, Struv. Heuſſ. Guelf. 5. & 9. *priſtinae* ſuae *dignitatis*. Ego vero expunxi, tum quod, ut modo dixi, Criſpus plerumque Pronomina iſta omittat, tum propter Florum II. *cap.* XX. *Sed ille memor &* familiae, *& Romani nominis*. & Juſtinum IX. *cap.* III. *non tamen immemores* priſtinae gloriae *cecidere*.

IN CONFERTISSUMOS HOSTES INCURRIT. Incert. 1. Guelf. 4. 7. 9. & 12. *inter confertiſſimos*, ut Caeſar VII. Gall. *quod intrare* intra *praeſidia periculoſum exiſtimabat*. *Confertiſſumos* Gloſſae MSS. reddunt *condenſiſſimos*. Jug. *c.* XCVIII. n. 1. *hoſtes ubi* confertiſſumi *obſtiterant*. Virg. II. Aen. *v.* 347. *quos ubi* confertos *audere in praelia vidi.* ſic ex MSS. vetuſtiſſimis Salluſtii loco adjutus repoſuit Pierius pro *conſertos*. Juſtin. XXIV. *c.* VIII. *&* confertiſſimi *cunei non ſine vulneribus hoſtium diſſipati ruebant.* Ennodius Vita S. Epiphan. *Scis*, *quae te pollicebaris acturam*, *quando* confertiſſimis *inimicorum cuneis urgebaris*. Cur. VII. *cap.* IX. n. 7. *Tormenta ſaluti fuere: quibus in* confertos

atque priſtinae dignitatis, in confertiſſumos hoſtes incurrit ibique pugnans confoditur.

CAP. LXI.

LXIV.

1 SED confecto praelio, tum vero cerneres, quanta audacia quan-
2 taque animi vis fuiſſet in exercitu Catilinae. Nam fere, quem quis-

ac temere ſe offerentes haud fruſtra excuſſa ſunt tela. Caeſar II. Gall. *cap.* XXIII. *Omnes Nervii* confertiſſimo *agmine ad eum locum contenderunt*. Similem hominis militaris, Scaevolae mortem depingit Silius IX. *v.* 370. ſeqq. Virg. II. Aen. *v.* 407. *Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus Et ſeſe* medium injecit *periturus* in agmen.

IBIQUE PUGNANS CONFODITUR. Academ. *ubique;* Guelf. I. *ubi.* quam varietatem habuimus *c.* III. n. 3. Incert. I. *pugnando confoditur.* Putarem non incommode τὸ *pugnans* poſſe deleri, propter num. 6. & quod dixerat, eum in confertiſſimos hoſtes incurriſſe, ubi ſi confoſſus eſt, non erat metuendum, ne lector intelligeret eum plorantem, aut cervicem praebentem eſſe obtruncatum. Accedit, quod ſtatim *c.* LXI. n. 4. manifeſtetur, eum certe *pugnantem* eſſe confoſſum, qui inter hoſtium cadavera ferociſſimo vultu repertus eſt.

CAP. LXI. 1. TUM VERO CERNERES. Guelf. 10. *Sed non ſolum pugnando apparuit, quanta audacia & quanta vis animi fuerit in illis, etiam confecto praelio. tum vero cerneres* &c. quae quidem quod ex Gloſſa ſint, vel lippus viderit; hic tamen non negligenda, cum bene explicent vim particularum *tum vero*. Eae nempe aliud quidem alio tempore factum, aliud ſimiliter comparatum eſſe inferunt: ſed quod nunc narratur illi praeferendum eſt. Sic ſupra *c.* XXXVII. n. 4. *Sed urbana plebes, ea* vero &c. *c.* LVIII. num. 16. *ea* vero *dementia eſt*. Sic Curt. *cap.* XI. num. 5. tum vero *multum ſanguinis fuſum eſt*. & n. 9. tum vero *ſimilis ruinae ſtrages erat*.

QUANTAQUE ANIMI VIS FUISSET IN EX. C. Copulam *que* omittit Baſil. 1. & vocabulum *animi* inter lineas haeret tam in Guelf. 12. quam Fabric. 1. Sed Guelf. 9. *animi virtus*. In hoc tamen nihil mutandum. Sic *magna* vis animi *atque corporis* dixit *c.* V. n. 1. & *c.* XXXVI. extr. *Tanta* vis morbi, *uti labes, plerosque civium animos invaſerat*. Sed cum Eccard. deleat *fuiſſet*, pro eoque Baſil. 2. exhibeat *eſſet*, poſſes ita legere: *quanta audacia, quanta animi vis in exercitu Catilinae*. Saltem Verbum Subſtantivum damnabis; cum & alibi in tali poſitu praeterire ſoleat Criſpus, uti notatum ad *cap.* XXXIV. num. 2.

2. QUEM QUISQUE VIVUS PUGNANDO LOCUM CEPERAT. Hoc quidem editiones Salluſtii obſedit; ſed vox *vivus* in tribus Waſſii, in quinque noſtris locum mutat. Fabriciani quippe & Guelf. 4. 5. hoc ordine: *locum* vivus *ceperat;* Guelf. 9. *ceperat vivus*. Pro eo Senat. 2. *nimis pugnando*. Franc. *quem quisque in viis*. Sed Gu. II. plane omittit dubium iſtud; ut & Florus: *Quem quis in pugnando ceperat locum, eum amiſſa anima corpore tegebat*. Sufficere iſte poterat, ut expelleretur, quoniam, ut alias docui, iſte Annaeus verba integra vetuſtiorum exſcribere ſolet. Et propter illum etiam I. Waſſe ſuſpicatus eſt, intruſam eſſe vocem a Grammaticellis, qui propter oppoſitionis amoenitatem addendam cenſuerint. Recte iſtud, & vidimus exempla *c.* XII. num. 5. & LVIII. num. 10. ubi notas vide. Sic Jugurth. *c.* LXXXVIII. num. 2. legendum: *Nihil remiſſum, neque* apud illos *tutum pati*. vulgo habent. *Nihil* apud ſe *remiſſum* &c. Tale illud Celſi III. *c.* IV. *Aſclepiades medicamenta ſuſtulit: alvum non* toties, *ſed fere tamen in omni morbo ſubduxit*. nihil dixit, quod in altero membro τῷ *toties* reſponderet. Sic Zeno Veronenſ. Serm. XXXIV. *Regem aliquotiens a Deo in manus traditum ſibi mavult* ſemper *timere, quam occidere.* dicere debuerat: *ſemel occidere*. Firmat maxime Juſtin. III. *c.* IX. num. 10. *quippe adverſis vulneribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt*. In eam ſententiam egregie Plautus Amphitr. Act. I. Sc. I. *v.* 81. Arrianus II. pag. 154. Curt. III. *c.* XI. num. 9. quae loca indicavit Freinshem. ad Florum. Denique *pugnando* non comparet in Fabric. 2. quod, quia *vivus* ille quidem agnoſcit, omittere facile poterat. non debebat. Eſt idem quod Floro *in pugnando*, ſive *in pugna*, ut Jug. *c.* I. n. 2. *reputando*. adde Jug. *c.* XII. num. 5. & XXX. n. 3.

EUM AMISSA ANIMA. Cupio Pronomen abigere; ſed Codd. non juvant. Guelf. 12. *amiſſa anima*, at *c.* XX. *vitam per dedecus* amittere.

3. Quo

Digitized by Google

quiſque pugnando locum ceperat, eum, amiſſa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos cohors praetoria disjecerat, paullo diverſius, 3

3. QUOS MEDIOS COHORS PRAET. DISJECERAT. Academ. *medius*; in Fabric. 1. eraſa eſt terminatio, ut neſcias, an *media* iſte corrector reſcribere voluerit. Conſidera locum, & ſenties *medios* hic ferri non poſſe. I. Waſſe in proclivi habuit interpretationem. *Medios*, inquit, *disjecerat*, ut apud Plautum Caſina: *Illam* mediam *diruptam velim*. Terentium: mediam *mulierem amplectitur*. Livium: medium arripuit Servium. Horatium: *diviſit* medium. Virgilium denique: *Aurea compoſuit ſponda* mediamque *locavit*. Haec ille, verbum non amplius addens. Sed vide ingenium viri illius docti, & quomodo exempla iſta illuminent Salluſtium. Haec enim partim eum ſenſum eſſe juberent: cohors praetoria disjecerat *medios* h. e. corpora eorum diviſerat in duas partes, diſſecuerat illos; qui ſenſus aperte falſus eſt. Sic vero Plautus, Terentius, Livius, Horatius, & ſi plura cupis vide noſtra ad *cap.* LX. num. 5. ex quo loco Gloſſargus quidam τὸ *medios* huc transtuliſſe videtur. addere poſſes Lucan. I. *v.* 322. *Atque auſo* medias *perrumpere milite* leges. & Phaedr. II. Fab. IV. princ. *Aquila in ſublimi* quercu *nidum fecerat: Feles cavernam nacta* in media *pepererat*. Sed iſti pariter, ac omnes reliqui hunc ſenſum Salluſtio abjudicant. Quod ſi vero ex Virgilii dicto: *ſe* mediam *locavit*, interpretari volueris, haec proveniet ſententia: *quos* in medio poſitos *cohors praetoria disjecerat*. Sed, praeterquam quod ille ſenſus nimis vulgaris eſt in tanta Criſpi elegantia; non bene conciliabitur cum Verbo *disjecerat*, & exemplum deſidero hujus conſtructionis. Salluſtius vero Jugurth. *cap.* XLI. numer. 5. alia notione: *ita omnia in duas partes abſtracta, reſpublica, quae* media *fuerat, dilacerata*. Noluit *reſp. media dilacerata* dicere, ne in iſtam Amphiboliam incideret, quam hoc loco, quocumque te vertas, non evitabis. Reliquum igitur, ut vocabulum *medios* expungamus.

PAULLO DIVERSIUS. Intellige *paullo* quidem *diverſius*, uti dictum ad *c.* LII. num. 28. *Diverſa* eſt *disjuncte*, *diverſis locis:* ſeparati enim a ſe invicem ordineſque turbati erant impetu cohortis. Propert. I. eleg. X. *v.* 15. *Poſſum ego* diverſos *iterum* conjungere *amantes*. ibi vide Brockhuſium, & ad Tibull. IV. eleg. 1. *v.* 45. adde ſupra *c.* II. num. Remenſ. 1. diverſius erant; 2. *diverſi a ſuis;* Incert. 2. *diverſi jacebant;* Guelf. 8. 9. *diverſius jacebant;* 7. *paullo diverſi a ſuis jacebant*. Nugae merae; adſumendum nempe verbum *conciderant;* quod genus illuſtravimus ad *c.* XVI. n. 2. XXIX. extr.

SED OMNES TAMEN. *Sed* alia manus addidit Guelferbytano 1. & in 6. *Sed omnes tamen omnes adverſis &c.* quaſi Salluſtii fuiſſet: *paullo diverſius*, *omnes* tamen *adverſis v. conciderant*. Jungit quidem Cicer. II. epiſt. VII. num. 5. VI. epiſt. VI. num. 1. & alibi cum aliis *ſed tamen:* Sequitur etiam apud probatos poſt *quidem* haud raro *ſed tamen*, *verumtamen* & alia hujuſmodi, ut apud Livium XXV. *cap.* XXII. *ingens* quidem *luctus & pavor civitatem cepit;* ſed tamen — *minus commovebantur*. Terent. Prolog. Andr. *v.* 11. *Non ita diſſimili ſunt argumento*, ſed tamen *Diſſimili oratione ſunt factae*. In Salluſtio vero aliud ſemper ſpectandum eſſe puto. Plin. Paneg. *c.* XXXI. *ſuperbiebat ventoſa & inſolens natio*, *quod victorem* quidem *populum*, *paſceret* tamen. Idem VI. epiſt. XXVII. *quas omnes improbe* quidem, *accepi* tamen. VII. ep. XXX. *quibus ex cauſſis precario ſtudeo: ſtudeo* tamen. Cicer. XII. epiſt. XXVI. num. 2. *plus, quam ego auderem te rogare: audebo* tamen. Livius II. *c.* XLV. *Matura res erat: conſules tergiverſantur* tamen.

ADVERSIS VULNERIBUS CONCIDERANT. Incert. 1. & Guelf. 6. *ceciderant*, quod non uno nomine poſt vulgatam eſt habendum; Franc. *inciderant*. Senat. 2. Academ. & alii quidam *volneribus*, ut alibi *voltus*, *volgus*, vide ad *cap.* XXIX. num. 1. Fabric. 2. *averſis volneribus*, quod falſiſſimum. ſed is librariorum error quam maxime frequens. vide ad Jugurth. *c.* XCIII. num. 2. *adverſa* autem *vulnera*, pro illis, quae accipiuntur adverſa h. e. anteriore parte corporis, ubivis legas. Noſter Jugurth. *cap.* LXXXV. num. 29. *cicatrices* advorſo *corpore oſtentare poſſum*. & in Fragment. Incert. *Cominus faciem ſuam oſtentabat aliquot* advorſis cicatricibus *& effoſſo oculo*. Cicer. de Haruſp. Reſp. *c.* XIX. *ut tamquam fortis in pugna vir*, *acceptis a forti adverſario* vulneribus adverſis, *honeſte cadere videretur*. Valer. Flaccus IV. *v.* 184. *quibus* adverſo *ſub* vulnere *nulla Jam facies*, *nec nomen erat*. Hinc Plinius VII. *cap.* XXVIII. L. Siccium Dentatum laudat, qui fuerit *quadraginta quinque cicatricibus* adverſo corpore *inſignis*, *nulla in tergo*. Contra Ovid. II. Faſt. *v.* 211. *Diffugiunt hoſtes*, inhoneſtaque *vulnera* tergo *Acci-*

4 ſius, ſed omnes tamen adverſis volneribus conciderant. Catilina ve-
ro longe a ſuis, inter hoſtium cadavera repertus eſt, paullulum etiam
ſpirans ferociamque animi, quam habuerat vivus, in voltu retinens.
5 Poſtremo ex omni copia neque in praelio, neque in fuga quisquam
6 civis ingenuus captus. Ita cuncti ſuae hoſtiumque vitae juxta pe-
7 percerant. Neque tamen exercitus populi Romani laetam aut
incruentam victoriam adeptus. nam ſtrenuiſſimus quisque aut
occi-

Accipiunt. adde Curt. III. *c*. XI. n. 9. Senec. I. de Clem. *c*. IV. Flor. I. *c*. XVIII. Latinitatem ita explica, ac ſi per Periphraſin quamdam voces *adverſis vulneribus* Adjectivum inferrent, ſive *adverſis vulneribus acceptis*, ſive *inſignes*, ſive aliud intellexeris. Sic Noſter *c*. XXXVII. n. 5. & Eutrop. II. *c*. VII. *quos cum* adverſo vulnere & truci vultu *jacere vidiſſet*. Livius XXXI. *c*. XLVI. & pondere ingenti *ſaxa jacientes*. Spartian. Adrian. *c*. XII. *baſilicam* opere mirabili *exſtruxit*. Virgil. III. Aen. *v*. 286. Aere cavo *clipeum adverſis poſtibus figo*.

4. INTER HOSTIUM CADAVERA REPERTUS EST. Abeſt *eſt* ab Remenſ. I. & Salluſtium omittere conſueviſſe saepius dictum eſt. vide *c*. XLVII. n. 4. extr. &c.

PAULLULUM ETIAM SPIRANS. Olim erant, qui legerent: *paullum adhuc etiam ſpirans*, manifeſta Gloſſa, quod vidit Jo: Rivius, quae nempe exponeret *etiam*, pro quo vulgus ſemper *adhuc* dicere ſolet. Plaut. Captiv. Prol. *v*. 53. *Sed* etiam *eſt*, *paucis vos quod monitos voluerim*. Terent. Andr. Act. III. Sc. II. *v*. 23. *Non ſatis me pernoſti* etiam, *qualis ſim*. Virgil. XI. Aen. *v*. 352. *Unum* etiam *donis iſtis adjicias*, cum nota Servii, qui etiam ad *v*. 373. & ad VI. Aen. *v*. 485. per *adhuc* interpretatur. Ceterum *paullulum* MSS. noſtri, non *paullum*.

FEROCIAMQUE ANIMI, QUAM HABUERAT. Incerti & Guelf. 12. primitus non habuerunt Copulam *que*; eam & vocem *animi* ſimul omittit Lactantius in Statium: nec multum ille quidem reprehendi poteſt. Sed ceteris ut ſunt relictis, & particula tantum *que* abjecta concinnior eſt ſcriptura. quidam MSS. *ferocitatemque*.

IN VULTU RETINENS. De hujus generis mortuis Silius V. *v*. 673. *Fronte minae durant & ſtant in vultibus irae*. & XIII. *v*. 733. *Cui frons nec morte remiſſa Irarum ſervat rabiem*. ubi vide Drackenb. & ad Flori locum I. *c*. XVIII. Freinshemium. Sidon. VIII. epiſt. XI. de Lampridio Oratore occiſo: *Oculi protuberantes & in obruto vultu non minora* irae *veſtigia quam doloris*. cum nota Jo. Savaronis. Vellej. II. *cap*. XXVII. *Teleſinus poſtera die ſemianimis repertus eſt*, *victoris magis*, *quam morientis* vultum *praeferens*.

5. QUISQUAM CIVIS INGENUUS CAPTUS EST. Incert. I. *eſt captus*; ſed Remenſis 2. omiſit *eſt*, eumque ſecutus ſum. *ingenuum* Gloſſa Struv. interpretatur, qui in *genere* nobilitatem habet, non in facto. nempe qui parentibus liberis nati eſſent, ingenui dicti. Hottomann. Part. Jur. Civ. Elem. *c*. III. Guther. de vet. Jur. Pontif. II. *cap*. VII. Olim autem qui patrem ciere poſſent, *ingenuos* adpellatos eſſe, patet ex Livio X. *cap*. VIII.

6. SUAE HOSTIUMQUE VITAE JUXTA PEPERC. Fabric. 2. *vitae* in margine; Guelf. 4. omittit *que*. Notat ſimiliter nullo modo pepercerant. vide ad *cap*. II. num. 8. Papin. Statius Theb. IV. *verſ*. 674. *praebent obnixi pectora ferro*: Idem ardor *rabidis externum haurire cruorem* Ac *fudiſſe ſuum*; *nec ſe veſtigia mutant*.

7. LAETAM, AUT INCRUENTAM VICTORIAM. Incert. I. Remenſ. I. & Academ. *laetam* atque *incruentam*, quod propter adfinitatem particularum in vetuſta ſcriptura eveniſſe pluribus exemplis probo ad Jugurth. *caput* LXXXII. num. 2. Hic vero *aut incruentam* a mala manu profectum aliquis diceret, quae iſtud ex *cap*. LVIII. extr. rapuerit. Juſtinum XVIII. *cap*. I. *Nec hoſtibus incruenta victoria fuit. nam & ipſe Pyrrhus graviter vulneratus eſt*, *& magna pars militum ejus caeſa*; *majoremque gloriam ejus* victoriae, *quam* laetitiam *habuit*. Curt. IX. *cap*. VIII. num. 20. *Sed non ut prima ſpecie* laeta victoria; *ita eventu quoque fuit*; *quippe barbari veneno tinxerant gladios*.

ADEPTUS ERAT. Incert. uterque & Fabric. 2. *adeptus eſt*; Struv. *adeptus* fuit. Haec nemo adhuc deſideravit; & ſi, quod vulgo tenent, verbum *erat* quis expulerit, juxta inpoſterum deſiderabitur. Sic n. 4. *repertus*; n. 5. *captus* nude dixerat; alia plura collegimus ad Jugurt. extr.

STRENUISSIMUS QUISQUE. Sic Codd. noſtri, non *ſtrenuus*. Tacit. IV. Hiſt. *c*. LXIX. *Sumi bellum etiam ob ignavis*, ſtrenuiſſimi cujusque *periculo geri*. Id. Agric. *c*. XXXIV. *Quomodo ſilvas ſaltus-*

occiderat in praelio, aut graviter vulneratus diſceſſerat. Multi au- 8
tem, qui de caſtris viſundi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant, volventes hoſtilia cadavera, amicum alii, pars hoſpitem, aut cognatum repe-

ſaltuſque penetrantibus fortiſſimum quodque *animal robore*, *pavida & inertia ipſo agminis ſonu pelluntur : ſic acerrimi Britannorum jam pridem ceciderunt ; reliquus eſt numerus ignavorum & metuentium*. adde v. Hiſt. *c.* XVI. & ad ea Gruter. Diſcurſ. XIV. Dares Phryg. *c.* XIX. *praelium acre & iracundum fit :* fortiſſimus quisque *in primis cadit*.

AUT OCCIDERAT IN PRAELIO. Guelf. *6. ac ut* pro *aut*, quod propter *c.* XXXI. num. 5. non fuit negligendum. Incert. 1. & Guelf. 10. *aut* ceciderat *in praelio*. Sed Compoſitum *Occido* aeque frequens in hac re. Jug. *c.* VII. num. 2. *Sperans vel oſtentando virtutem*, *vel hoſtium ſaevitia facile* occaſurum. Curt. VIII. *c.* XI. n. 23. *Multique per invias cotes praecipitati* occiderunt. & infinitis locis aliis. Academ. *in bello*, pro *in praelio*. idque adeo bis ille ſcriba perſcripſit. Eſt, ubi *bellum*, pro *praelio* accipitur. & diximus ad *c.* IX. n. 4. Attamen ex iſto Codice nihil facile mutaverim. Satius foret, ſi quis voces *in praelio* meliorum Codd. ſuffragiis in exſilium mittere poſſet.

GRAVITER VULNERATUS DISCESSERAT. Eleganter iſtud dicitur, & amplius quid notat, quam *vulneratus erat*. Sic *c.* XLIX. num. 2. *ab adoleſcentulo Caeſare victus* diſceſſerat. ubi vide. ſed maxime ad Jug. *c.* CX. extr. Franc. delet *graviter*.

8. QUI DE CASTRIS — PROCESSERANT. Sic Gruterus ex MSS. edecumatae virtutis, quibus plerique ex noſtris accedunt. Baſil. vero 1. & 2. Remenſes, Vinar. 2. Academ. Struv. Heuſſ. & tres Guelferbb. *e*, vel *ex caſtris* praeferunt. Sed Curt. VIII. *c.* I. num. 51. *Clitum eſſe*, & de *convivio exire reſpondit*. Corn. Nepos Pauſan. *c.* V. *Hic cum ſemianimus* de *templo elatus eſſet*. Curius Cic. VII. epiſt. XXIX. num. 4. *nec ſolere duo parietes* de *eadem fidelia dealbare*. Juſtin. VII. *cap.* II. *quem captivum* de *rege facturi videbantur*. Diverſa haec inter ſe iſtud commune habent, quod in his uſitatius *ex* dicatur. Addo Capitolin. Marco *c.* X. *neque umquam receſſit* de *curia*, *niſi conſul dixiſſet : Nihil vos moramur*, *Patres Conſcripti*. Quinctil. VI. *cap.* I. *fugiendum* de *civitate*, *cedendum bonis*.

VISUNDI AUT SPOLIANDI GRATIA. Guelf. 12. *vincendi aut ſpol.* Incert. 1. & Struv. *videndi*. vide *cap.* XII. num. 3. Guelf. 3. & 5. *ſpoliandi cauſſa*. Sed Academ. & Incert. 2. *viſendi aut* gratia *ſpoliandi :* uti Spartian. Adrian. *c.* III. extr. *Et defuncto quidem Sura*, *Trajani ei familiaritas crevit*, cauſſa *praecipue* orationum, *quas pro imperatore dictaverat*. Capitolin. Vero *c.* VI. cauſſa *Circenſium litteras miſit*. Ineptum tamen foret, ex his in Criſpo noſtro aliquid mutare. Ceterum audiamus de tali re Pap. Statium III. Theb. *v.* 114.

At nuptae exanimes, *puerique aegrique parentes*
Moenibus effuſi per plana, *per invia paſſim*
Quiſque ſuas avidi ad lacrymas miſerabile currunt
Certamen : quos denſa gradu comitantur euntes
Millia ſolandi ſtudio ; pars viſere *flagrant*
Unius acta viri cet.

VOLVENTES HOSTILIA CADAVERA. Guelf. 7. *volentes hoſtialia cadavera ;* 3. *hoſtia cadavera ;* 1. *hoſtilia corpora ;* Senat. 2. *hoſtium cadavera*. An *hoſtilia* abundat?

AMICUM ALII, PARS HOSPITEM. Baſ. 1. *amici alii hoſpitem ;* Guelf. 4. *hoſpites ;* Baſil. 2. *partes hoſpitem ;* Guelf. 1. *amicum* aliu.. *pars hoſpitem :* ita ut *alius* primitus habuiſſe videatur. Saepe Noſter *alii*, & *pars*, conjungit, & vidimus quaedam exempla ad *c.* II. n. 1. Ex vetuſtiſſimo tamen Baſil. 1. conjicias Criſpum tantum dediſſe : *volventes hoſtilia cadavera amicum*, alii *hoſpitem aut cognatum reperiebant*. Nam voces illae Relativae *pars*, *alii*, *partim*, *interdum* ſaepe ſemel ponuntur, ubi ſenſus bis, aut amplius poni requirat. Jug. *c.* XXXI. n. 10. *Incedunt per ora veſtra magnifice*, *ſacerdotia & conſulatus*, pars *triumphos ſuos oſtentantes*. Livius III. *c.* XXXVII. *Et jam ne a tergo quidem abſtinebatur : Virgis caedi*, alii *ſecuri ſubjici*. ubi plura Gronov. *Hoſpites* dicebantur, quibuſcum hoſpitium inſtitutum erat, ut alter ad alterum divertere & omnia liberalitatis genera exſpectare poſſet. Contrahebantur autem vel a privatis cum privatis, ut Ciceroni cum Lyſone Patrenſi erat vetus hoſpitium, XIII. ep. XIX. vel a populo cum populo, Lucian. Phalar. II. p. 741. vel etiam a rep. cum privatis, cujus exemplum ſuppeditat Liv. V. *c.* XXVIII. Erat autem id genus neceſſitudinis tanto honori, ut etiam hoſpites cognatis praeferrent. vide Gellium I. *c.* XIII. & omnino Thomaſin. de Teſſera hoſpitalitatis.

REPERIEBANT. Guelf. 6. *reperibunt*. & ſi in

9 reperiebant. fuere item, qui inimicos ſuos cognoſcerent. Ita varie per omnem exercitum laetitia, moeror; luctus atque gaudia agitabantur.

in aliquot ſcriptis Jug. *c.* XXVII. n. I. legitur *lenibant*, pro *leniebant*. Sic Ovid. III. Faſt. *v.* 507. *Dixerat:* audibat *jamdudum verba querentis Liber.* & Diomedes I. p. 342. de hujuſmodi Verbis: *Veteres haec ſine e littera pronunciabant*, audibam, nutribam, *dicentes, ut apud Virg.* Nutribant Thyrruſque pater. haec ille. Notavit haec & alia Munckerus ad ea Fulgent. Mythol. p. 16. *epigrammatum brevitate* condibam.

INIMICOS SUOS COGNOSCERENT. Baſil. I. & 3. Struv. Guelf. 3. & 10. *recognoſcerent*, quod librariorum illorum aetate frequentiſſimum fuiſſe, oſtendi ad *c.* XXXV. n. 2. Conferas licet Tacit. IV. Hiſt. *c.* LXII.

9. ITA VARIE PER OMNEM EXERCITUM. *Varie* praemittitur Verbo, uti alibi Nomina aliaeque Particulae. Jug. *c.* I. n. 2. & *c.* XIV. n. 10. laeti *pacem agitabamus*. Supra *c.* II. n. I. *Reges diverſi pars ingenium, alii corpus exercebant*. *c.* LII. n. I. *ceteri verbo, alius alii* varie *adſentiebant*. Notat autem alios triſtes, alios laetos fuiſſe.

LAETITIA, MOEROR; LUCTUS ATQUE GAUDIA AGITABANTUR. Senat. 2. & Heuſſ. *laetitiam, moerorem, luctum atque gaudium agitabant.* & *gaudium* quidem, non *gaudia*, Guelf. etiam 12. & quidam impreſſi amplexi ſunt, quia reliqua nomina ſunt ſingularia. Sed abunde probavimus ad *c.* XX. n. 8. nec Salluſtium, neque alios hanc legem obſervaſſe. adde *c.* LI. n. 16. & 33. Virgil. II. Georg. *v.* 442. *dant utile* lignum *Navigiis* pinos, *domibus* cedrum*que* cupreſſos*que*. Sic Codd. aetate atque auctoritate inſignes; deteriores *cedroſque*. Plautus adpoſite Poenul. A. V. Sc. IV. *v.* 105. *Cum hac me* laetitia *tanta & tantis adfeciſtis* gaudiis. ibi & de differentia *laetitiam* inter & *gaudium* monent Interpretes. Gloſſae MSS. ita habent: laetitia *vultu*, moeror, *corde;* luctus *corpore*, gaudium *corde*. Sed Cicero IV. Tuſc. Qu. *c.* VI. *Nam cum ratione animus movetur, placide atque conſtanter, tum illud* gaudium *dicitur. Cum autem & inaniter, & effuſe exſultat, tum illa* laetitia *geſtiens vel nimia dici poteſt; quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem*. Lactant. VI. *c.* XV. Laetitia *nihil aliud eſt, quam profeſſum* gaudium, *aut, ſecundum Stoicos, inſolenter ſe efferens* gaudium. ubi ſimul varia tradit de iſta diſtinctione. adde Diogen. Laert. in Zenone & Gellium II. *c.* XXVII. qui hac ratione III. *c.* XV. dixit *laetiſſime gaudere*. Item Cicer. III. de Fin. *c.* X. & Senec. Epiſt. LIX. Sic & *moeror* eſt profuſior. & *luctus* remiſſior. Cicer. IV. Tuſc. Qu. *cap.* VIII. Luctus *eſt aegritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo;* moeror *aegritudo flebilis*. Itaque moerorem laetitiae, luctum gaudio recte adjungit Criſpus. Denique Gruterus mallet *agitabantur* delere: quod quomodo per Adverbium *varie* liceat, non video. Phraſin Noſter frequentat. Supra *cap.* II. num. I. *& jam tum* vita *ſine cupiditate* agitabatur *c.* IX. extr. *beneficiis, quam metu*, imperium agitabant. Jug. *c.* XCVI. num. 2. joca *atque* ſeria *cum humillumis* agere. alibi *praeſidia agitare*. Sic Virgilius: *agitare fugam*. Tacitus: *aemulatum agere*. Seneca Herc. Fur. *v.* 1050. *Sopor eſt, reciprocos ſpiritus* motus agit. *v.* 362. odia *mortales* agant. Plinius II. *c.* VII. *agere curam*. vide Heinſium ad Ovid. Her. Epiſt. XVI. *v.* 302. Plin. IX. *cap.* XXXV. *poſtero die, quo judicium agebatur*. Ovid. II. Faſt. *otia agere*. Ut adeo verum ſit, *agere* non *facta* ſemper quaedam denotare, ſed eo pertinere, ut ex Nomine aptum Verbum circumſcribendo reddatur: de quo partim, ſed obſcure, diſputantem lege Varron. V. de L.L. *c.* VI. & VII.

EXPLICIT C. CRISPI SALLUSTII CATILINA.

GOTTLIEB CORTII IN CRISPI SALLUSTII *CATILINAM*

EXCURSUS I.

CAP. I. extr. ITA UTRUMQUE PER SE INDIGENS, ALTERUM ALTERIUS AUXILIO EGET. Gruteri, Rivii, Waſſii, Noſtrorum & forſitan omnium, qui ubique dantur MSS. haec eſt lectio, quam primus Palmerius immutavit, *veget* loco *eget* ſubſtituendo. Carrio recepit in textum, cui Gruterus & adſeclae adhaerent. Memini quidem, & me aliquando ſolum *veget* rectum putaſſe Diſſert. I. de Uſu Orthogr. Lat. *cap.* III. §. VI. num. 2. Sed cum Codd. ut dixi, pro *eget* militent: Nonius etiam Marc. *cap.* II. num. 876. Salluſtium non adduxerit, quem non facile praeterire ſolet: Giſanius pariter Conlect. ad Lucret. p. 449. ne ex conjectura quidem id verbi hic reſtituerit, quibus tamen aliquot antiqua Noſtro reddidit: & ipſa denique ſignificatio hujus verbi huic loco non ſatis accommodata ſit; nulla antiquitatis ſpecie eo nunc adductus ſum, ut repudiato Verbo *eget*, alterum illud in contextu exhiberem. Primum quidem, cum ſentirem, Viris doctis iſtam repetitionem *indigens* —— *eget* maxime odioſam fuiſſe, in mentem veniebat alia quaedam ratio loci ſanandi. Nam dudum in Fabriciano I. Struviano, Guelſerbytanis 2. 4. 6. 9. & 11. *indiget*; in Francii *indeget*, pro *eget* reperiebam, aderat conjectura: *Ita utrumque per ſe alterum alterius auxilio eget*. conjiciebam, dico, *indigens* ex illo *indiget* ortum eſſe, & jam parabam oſtendere, quid ſit *utrumque per ſe*. Sed cum ea ratione aliud vitium Criſpo inferretur; conſtitui tandem, nihil eſſe mutandum. non modo propter Horatium, qui de Arte P. *v.* 410.

> - - - - *alterius ſic*
> *Altera* poſcit opem *res*, *& conjurat amice.*

& princ. Conſtitut. *Summa reipubl.* de Juſtin. Cod. confirm. ubi de legibus & armis *iſtorum etenim*, inquit, *alterum alterius auxilio ſemper* eguit, quos dudum interpretes advocarunt; ſed etiam, quod ipſa Latinitas bene permittat *indigens eget* hic conjungi, ubi alterum intranſitivam, quam vocant, alterum tranſitivam ſignificationem habet, & haec ipſa res non aliter, quam ita ſignificanter erat exprimenda. Hinc olim Omnibonus haec ita interpretabatur: *indigens eſt*, *quia alterum alterius auxilio eget*. Qui etſi rem non conficiat, habemus tamen exempla alia talium tam *Explanationum*, quam *Intenſionum*, quae nec in Salluſtio rara ſunt. Is nempe mox *cap.* II. num. 9. *qui aliquo* negotio *intentus*, *praeclari* facinoris, *aut artis bonae famam quaerit*. *cap.* III. num. 2. *veluti* ficta, *pro* falſis *ducit*. *cap.* LI. num. 12. *qui* demiſſi *in obſcuro vitam agunt*. II. de Rep. Ord. *cap.* XII. *Si id accidat*, *neque tibi* nox, *neque dies curam animi ſedaverit*, *quin* inſomniis *exercitus*, *furibundus atque* amens, alienata mente *feraris*. Jugurth. *cap.* L. *infenſi omnibus locis* adeſſe *atque* inſtare. adde Catilin. *cap.* LIII. extr. Jam & Plautus Poen. Act. IV. Sc. II. *v.* 84. dixit: *tacitus tace*, & Claudian. I. de Rapt. *verſ.* 74.

> *Sed quamvis nimio* fervens *exuberet* aeſtu.

& Virgil. VI. Aen. *v.* 310. Lapſa cadunt *folia*. Se-

Digitized by Google

Seneca Oedip. *v.* 52. *Nec ulla pars* immunis *exitio* vacat: Lucret. I. *v.* 344.

Non tam ſollicito motu privata carerent. quae apud Poetas ſunt longe frequentiſſima. Vitruvius non multum abit I. Archit. *cap.* I. *Hoſtes* horreſcerent timore *eorum fortitudinis* adfecti. neque Pompon. Mela, qui alibi brevitate vel cum Criſpo noſtro certare voluit, II. *c.* III. *Non tam lata, quam coeperat*, ingens *tamen iterum, & quaſi peninſula* extenditur. I. *c.* I. *Hoc primum anguſtum, nec amplius decem millibus paſſuum* patens, *terras* aperit *atque intrat.* ſi *patet*, certe ſi *terras intrat* etiam *aperit;* ac ſi *aperit*, non dubium eſt quin *pateat* certo ſpatio. Liv. II. *c.* VI. *Ille eſt vir, qui nos* extorres expulit *patria*. Hinc neque Caeſarem ſollicitarem I. Civ. *c.* LXV. n. I. *Quos ubi Afranius procul* viſos *cum Petrejo* conſpexit. uti nec Juſtin. I. *c.* VI. *per deditionem tradidit*. Aliud enim eſt quod *alterum alterius ope eget;* aliud quod *utrumque* per ſe *ſit indigens*, quemadmodum alibi *inops, & alienas opes exſpectare* differunt apud Noſtrum Jug. *c.* XIV. n. 7. *quod paullo ante rex, genere, fama, atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis*, inops, *alienas opes* exſpecto. quae Verba cum valde ſimilia ſint hiſce, hanc litem tandem dirimant, efficiantque, ut in poſterum hinc conjecturae abigantur.

EXCURSUS II.

CAP. VII. n. 4. JAM PRIMUM JUVENTUS, SIMUL AC BELLI PATIENS ERAT, IN CASTRIS PER LABOREM USU MILITIAM DISCEBAT. Locum eſſe male ſanum & Codd. Salluſtii atque Vegetii Libr. I. de Re mil. *c.* IV. ubi haec citantur, & ipſa dictio hiulca & moroſa clamare videntur. Quis enim in tam terſo ſcriptore ferat eam Battologiam *in caſtris, per laborem, uſu* diſcebat? Tulerunt eam tot eruditi, & in eis etiam Bentlej. ad Horat. IV. Od. II. *v.* 29. ut iſti & me abſtraxerint ad Cic. XVI. ep. XXVI. num. I. Sed male tulerunt; & ne fingi quidem aliquid cum bona gratia Criſpi noſtri poteſt, quod vulgatam tueri queat. Senſit hoc Gruterus, qui modo *juventus, belli patiens, in caſtris*, modo *juventus, laboris patiens, in caſtris uſu mil. d.* conjiciebat. Senſit & Rupertus, vir harum litterarum non adeo rudis, qui propterea emendabat ex MSS. *ſimul laboris ac belli patiens erat, in caſtris uſu militiam diſcebat*. Neque aliis omnino placebat, qui ceteris, ut ſunt, relictis, *uſum militiae* reſcripſere.

2. Ego vero dicam primo, quid librarios impulerit ad corrumpendum: dein praeſidia noſtrae emendationis ex MSS. advocabo. Primum omnium particula *Simul* pro *ſimulac* poſita iſti hominum generi inſolens viſa eſt; attamen frequentem ejus uſum in notis jam demonſtravimus. Hoc ſolum cum ſufficeret ad corruptionem, putarunt quidam longe elegantius eſſe *laboris uſum* ſcribere, & cum ita litterator forte adnotaſſet, avide iſtud arripuerunt, unde poſtea *per laborem*, ut fit, procuderunt, Praepoſitioni ſtatim mox caſum ſuum reddendo. Praeterea viderunt illi homines, non pulcherrime *laboris ac belli* conjungi, cum alterum jam mentem auctoris ſatis exprimere poſſet. Hae mihi praecipue cauſſae videntur, quae nobis ineptam iſtam lectionem tradiderunt: quas vero nullas eſſe mox evincam. Quare cum & illae partim mihi olim occurrerent, non tamen prohibuerunt, quo minus legerem: *Jam primum juventus, ſimul laboris ac belli patiens erat, in caſtris per uſum militiam diſcebat*.

3. Et vide, quam id Codd. confirment. *Senatorius* 2. chartaceus ille quidem, ſed ab optimo exemplari deſcriptus aperte & ſine ulla litura exhibet: *juventus* ſimul laboris ac belli *patiens erat*. Atque eodem modo aperte *Henſſianus*, qui & aliis locis Senatorio adhaereſcere ſolet, & *Vinarienſis* 2. accuratiſſime ſcriptus. *Guelferb.* 12. *ſimul* (& ſpatio relicto, quo vox eraſa eſt, quae latitudinem *laboris* capiat) *ac belli patiens erat*. *Baſil.* autem I. ab initio habuit tantum *ſimul patiens erat*. *Fabric.* 2. *ſimul belli patiens erat*, deleta jam dudum particula *ac*. Haud longe abit *Struvianus: juventus laboris ſimul ac belli patiens erat:* neque *Vinar.* I. ubi ita: *ſimul. ac belli pat.* Vetuſtiſſimus autem *Nazarianus*, quem Gruterus verſavit, pro varia lect. in margine: *ſimul labores ac belli patiens erat*. Certe praeceſſiſſe nomen quoddam ante *ac belli Palatinus* quondam 4. & *Guelf.* 3. ſuggerunt, quorum in altero: *juventus pacis ac belli patiens erat*, in altero, nempe Guelferbytano, a manu emendatrice: *ſimul ac pacis & belli* cet. His accedit *MS. Vegetii membranaceus* Bibliothecae Guelferb. ſub numero 82. quem Marqu. Gudius ſeptingentorum annorum aetatis ac pretii quantivis eſſe judicavit, *Nam ſimul ita Juventus belli patiens erat*. Illud *ita*, quod propter voculam, cui adhaeret, pro *ata* legi poſſet, indicat *ita*, (nempe *ſimul*, non *ſimulac*) eſſe legendum. Haec primum dubitare non patiuntur, quin recte editum ſit: *Juventus ſimul laboris ac belli patiens erat;* niſi ex MSS. malueris *ſimul juventus laboris ac belli*.

4. Jam vocem *laboris* trajectam eſſe & detruſam in locum inferiorem inde diſcas, quod *Vinarienſ.* 2. & edit. vetuſta praeferant: *per laboris uſum*, & ſic Vegetii edd. Pariſina 1515. Colonienſis 1580. Lugdun, 1592. alie; dictus vero MSS. Codex *per* laborum *uſum*. Et hujuſ-

juſmodi quidem Trajectiones in veteribus libris paſſim licet animadvertere, quibus neque Noſtrum fuiſſe liberum, diſcas ex *c.* XXIX. n. 3. *cap.* XXXVIII. n. 1. L. n. 2. ex Jug. *c.* XVI. n. 1. ubi voces *in Senatu* in MSS. poſitae ſunt poſt illas: *decretum fit.* ex ejuſdem Jug. *c.* XXXIII. n. 4. & XXXVIII. n. 2. 3. pluribus. Hac igitur in ſedem ſuam revocata, remanet *per uſum*, quod male propterea, quod *per laborem* ſcripſerant, mutarunt in ſextum caſum *uſu*; cum Noſtro nihil ſit frequentius, quam *per virtutem*, *per dedecora*, *per ſocordiam*, vice illius Caſus dicere. lege dicta ad *cap.* XX. num. 9. *uſum* ſervant ed. vet. Academ. Baſil. 2. edd. Vegetii ejuſque MSS. praeter eum, quem laudavi, alius ejuſdem Bibliothecae num. 84. notatus, & quos Stewechius atque Scriverius tractarunt. unde quoque, cum potuiſſem cum Ruperto *uſu militiam diſcebat* edere, malui *per uſum retinere*, cum non viderem, unde librarii Praepoſitionem *per* accepiſſent, niſi in vett. Codd. fuiſſet, quippe qui pro ſua ſomnolentia prius exaraſſent *laboris uſu*, quam illud aliunde accivisſent. ſic quippe Jug. *cap.* LXXXV. num. 9. in MSS. eſt *qui* ambitione *ſeſe probos ſimulavere*; cum reliqui omnes & ipſae edd. habeant *per ambitionem*. Concurſum autem τῶν m m in *uſum militiam* ne crimineris, habes in unico *cap.* XX. *ceterum mihi*, & *vitam miſeram*, & *alienum mala res*. quomodo in exiguo iſto Cicer. de Opt. gen. Orat. libello ſaepius; ut *cap.* I. *tamquam medios*, *cap.* II. *aedificiorum memoria*. *cap.* III. *alterum multi*. *cap.* V. *num melius*. *cap.* VI. *cum maximis*, & *verum melius*, & *quam Menandrum*. adde, ſi placet, Cat. *cap.* XXIII. n. 1. Conjungit autem *in caſtris per uſum*, quia Salluſtii aetate invalverant exercitia quaedam bellica, quibus juventus ad militiam formata, quorum in adnotatione memini.

5. Haec quando ita recte habent, non eſt diſficile, corrumpentibus reſpondere, & ipſa verba defendere. *Simul*, praeter uſum veterum, defendit etiam Stewechius ad Vegetium, & Freinshemius ad Flor. II. *cap.* XVII. num. 16. qui ſic ait eſſe in vetuſtioribus edd. *Laboris ac belli* eo conjunguntur, ut vox *belli* priorem explicaret, de quo genere dictionum proba eſt adnotatio Jac. Gronovii ad Pompon. Melae Proem. p. 3. Quare, ut Juſtin. III. *cap.* II. *Parcimoniam omnibus ſuaſit, exiſtimans* laborem militiae *adſidua fragilitatis conſuetudine faciliorem fore*: ſic Noſter pro more ſuo *laboris ac belli* conjungit. Pariter atque *cap.* II. num. 2. periculo *atque* negotiis *compertum eſt*, ubi alia adpoſui. *cap.* III. num. 2. malivolentia *ac* invidia *reprehendiſſe putant*. Jug. *cap.* LXXXV. num. 30. *quae ego plurimis meis* laboribus *ac* periculis *quaeſivi*. Ibid. *cap.* XXVIII. num. 3. *cujus de* natura & habitu *ſupra memoravimus*. Cat. *cap.* LII. num. 8. *qui* mihi *atque* animo *nullius umquam delicti gratiam feciſſem*. Sic & Juſtin. II. *cap.* III. *Gens* laboribus & bellis *aſpera*. ubi Gronovii notam conſulas. Capitolin. Vero *cap.* I. *Scio pleroſque vitam Marci ac Veri* litteris *atque* hiſtoriae *dedicaſſe*. Pomp. Mela II. *cap.* III. *Hin non longe eſt Olympus, Pelion, Oſſa, montes Gigantum* fabula belloque *memorati*. Sic cum aliis Livius XXXI. *cap.* XXVII. vi *atque* armis. Tacit. V. Hiſt. *cap.* VI. Terra fineſ*que*, qua ad *Orientem vergunt, Arabia terminantur*. Id. III. Hiſt. *cap.* XIX. *pro labore & vulneribus* clementiam & gloriam *inania laturos*. lege quae ibi Acidalius, ut & ad XIV. Ann. *cap.* I. congeſſit per ἓν διὰ δυοῖν dicta, qualia ubivis deprehendas licet. Sed cave, quod quidem haec figura requirit, ſemper alterum Nomen in *Genitivum* aut *Adiectivum* vertas: quin, potius haud raro alterum Nomen pro alterius Declaratione atque Explanatione habeas. Sic certe interpretatio melius tibi procedet etiam in iis, quae ſine copula, aut plane aliis partibus ad hanc formam proferri ſolent, ut Cat. *cap.* XX. num. 2. ſpes magna, dominatio *in manibus fruſtra fuiſſent*. adde *cap.* LI. n. 25. Terent. Eunuch. Act. I. Sc. II. bonam magnam*que partem ad te attulit*. ibi vide Donatum, & Quinctilian. VIII. *cap.* III. ille *Iſodynamiam*, hic *Synonymiam* modum hunc dicendi nominat, qui certe ab illo, quem primo nominavi, differunt.

6. Tandem ut facile concedo, *per uſum* intelligi *uſum laboris ac belli*, ſic unum ex his nominibus illi agglutinandum eſſe nego. Verum eſt, Cicero *uſum dicendi*, *virtutis*, *rerum*; Quinct. *uſum vocis*, *litterarum*; Curtius *uſum ſagittandi*, *vini*; Juſtinus *uſum frugalitatis*, alii alia expreſſe ponunt. pariter ac Lucan. I. *v.* 123.

> - - *Te jam ſeries* uſuſ*que* laborum
> *Erigit*.

ſed ſine tali adjitamento *Uſus* aeque frequenter per ſe dicitur pro *Exercitatione*, *Experientia* & *Conſuetudine*, ut Cic. pro Rab. Poſth. *cap.* IV. Uſus *eſt magiſter optimus*, quem expreſſit Plin. I. epiſt. XX. n. 12. VI. epiſt. XXXIX. n. 4. Rurſus Cic. pro Milone *cap.* XXVIII. *Neſcio quomodo jam* uſu *obduruerat & percalluerat civitatis incredibilis patientia*. Quinctil. XII. *cap.* V. *Pluſque, ſi ſepares*, uſus *ſine doctrina, quam citra uſum doctrina valeat*. Curt. V. *cap.* I. n. 6. uſu *didiciſſe, pretioſam ſupellectilem - nihil aliud fuiſſe, quam onera*. Tacit. V. Hiſt. *c.* XII. *metus atque* uſus *pleraque monſtravere*. Caeſ. I. Gall. *cap.* XXXIX. *Horum vocibus ac timore paullatim etiam ii, qui magnum in caſtris* uſum *habebant, perturbabantur*. Frontinus de Aquaeduct. Praef. Art. 2. *In aliis autem libris, quos poſt* experimenta & uſum *compoſui ſucce-*

dentium res acta eſt. Sic igitur omnia ſibi conſtant: nec pigebit plura forte, quam deſiderabas, verba feciſſe; dum Salluſtii, non correctorum, dictionem in poſterum te legere agnoſcas.

EXCURSUS III.

CAP. XXII. n. 2. ATQUE EO, DICTITARE, FECISSE. Varie turbant libri veteres: mire etiam ſeſe torquent interpretes. Quam ex optimis edd. dedi lectionem, eam firmant MSS. Remenſes, Baſileenſes, Incertus uterque, Eccardianus, Fabricianus I. Struvianus a prima manu, Senatorius I. Guelferbytani 4. 5. & 6. Sed diſtinctio nunc primum a me profecta hunc opportunum maxime, ſed adhuc neglectum ſenſum parit: Illi, (qui dicebant, Catilinam ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe, & cum omnes deguſtaviſſent poſt exſecrationem, aperuiſſe conſilium ſuum) illi, inquam, *dictitabant* h. e. cauſſam interſerebant, Nepotis locutione, fingebant rationem, ne fruſtra tantum facinus de Catilina credidiſſe & adfirmaſſe viderentur. Non traducam inſolentius interpretes; Sed I. Waſſium audire operae pretium eſt. is ita interpretatur: *aperuiſſe cauſſam, cur id fecerit, atque ideo ſe feciſſe dictitare*. Haec ille. addit: *quid pote apertius*. Immo nihil inficetius. *Conſilium* pro cauſſa accipit, & tranſitus ab Infinitivo Praeteriti ad Infinit. Praeſentis notiſsima illi res eſt. Quid vero de illis fiet: *Fuere qui exiſtimarent*; quid de *feciſſe*: quid de *dictitaſſe feciſſe*? Nihil ſani ex illa expoſitione nec Aeſculapius ipſe eruerit.

2. *Dictitare* itaque intellige *dictitabant*: neque, cum antea dixerit: *Fuere, qui dicerent*, potius exiſtima: *atque dictarent*. Primo enim, *Fuere, qui dicerent* eſt tantum Periphraſis pro, *Dicebant aliqui*: cui ita jungas *Dictitare aliqui*, ſive *illi*, uti Auſonius Epiſt. XXIV. ad Paulin.

Proxima, quae noſtrae fuerat querimonia chartae
Credideram, quod te, Paulline, inflectere poſſet,
Eliceretque *tuam blanda objurgatio vocem*.

Dein mutare Modos, & ipſa orationis varietate gaudere ſolet Noſter, quod notavi ad *cap.* XVI. num. 2. & ad *cap.* XXXVII. n. 5. item ad Cic. XII. epiſt. II. num. 7. & *cap.* modo XXI. num. 4. dixerat: *Ad hoc maledictis* increpat *omnis bonos*: *ſuorum unumquemque nominans* laudare: admonebat *alium* cet. cujus generis infinita in Salluſtio occurrunt. Eo nec Livius ſollicitandus XXXII. *cap.* XI. *Nocte itinera* fieri jubet: *& pernox forte luna erat; interdiu cibi quietiſque* ſumeret *tempus*. Noſter Jug. *cap.* XXXII. n. 3. Fuere, qui *auro corrupti elephantos Jugurthae* traderent; *alii perfugas* venderent; *pars ex pacatis praedas* agebant. ubi Gruterus *vendere, agere*, praeterendum exiſtimat.

3. Non vero idem bis dicit, dum *qui dicerent* & *dictitare* conjungit; Sed *dictitare* eſt *rationem adferre*, ſive prae ſe ferre. Sic Corn. Nepos Lyſandr. *cap.* I. n. 4. *Nam cum hanc cauſſam Lacedaemonii* dictitaſſent *ſibi eſſe belli*: & Liv. XXXI. *Imperium* dictitare *ſpretum*: *tamquam non eadem mente pugnare vetuerit, qua pugnatum doleat*. Interponit autem huic narrationi hoc verbum, ut Cicero XIII. epiſt. XXIV. num. 2. *Ita enim* ſcripſit *ad me, ſibi meam commendationem maxumo adjumento fuiſſe, quod ad te delatum* diceret, *ſeſe contra dignitatem tuam Romae de te loqui ſolitum eſſe*. Livius XXXI. *cap.* XL. *Q. Minucium*, confidere, *brevi triumphum poſtulaturum*. Tacit. XIII. Ann. *cap.* XLVI. *Saepe* auditus eſt *conſurgens e convivio Caeſaris, ſe ire ad illam, ſibi conceſſam*, dictitans, *nobilitatem, pulchritudinem, vota omnia & gaudia felicium*. quem locum editores itidem miſere lacerarunt. Sic eſt, quod Nicol. etiam Rubenius cum Cic. XV. ad Attic. epiſt. XIII. aliaque loca reſtitueret, obſervavit, multa Scriptorum loca ſingulorum membrorum connexione & diſtinctione a tenebris, quibus involuuntur, poſſunt vindicari. Nam de *eo*, quod pro *ob id* profuit, nihil eſt monendum, habes ea notione *cap.* XIII. extrem. *cap.* XX. n. 3. *cap.* XXI. n. 3. & apud Terent. Heaut. Act. III. Sc. III. *v.* 43. *Neque* eo *nunc dico*, quo *quidquam illum ſenſerim* cet. adde Perizon. Diſſertat. ad Dictyn Cretenſem §. XL.

4. Lectoris judicium eſto, an meliori jure de noſtra hac expoſitione dicere queamus: *nihil pote apertius*. Sed cum videam, conjecturis hic rem agi, ne quis forte exiſtimet, nos praeſidia, ſi quae adſint, librorum noſtrorum ſibi invidere: addam bona fide, quae reperi. Vinarienſis I. quem poſt Stepnerum, Kirchmeyerum, Reineſium, poſſedit Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, nunc eximia Seren. Ducis Saxo-Vinarienſis Bibliotheca cuſtodit, is ita ſcriptum exhibet: *atque* ideo, dictum eſt, *feciſſe*: quae noſtrae interpretationis adumbratio, & ſcripturae genuinae Gloſſa eſt. Guelferb. I. & 2. Vinarienſ. 2. edit. Vet. nec non ab correctore Fabrician. 2. *atque eo* dictam rem *feciſſe*: id quod maxime ſe probavit Rivio. inde Guelferb. 10. *dictat res* deſcripſit; quod etiam in ſuo Cod. reperit Andr. Schottus. Academicus *dictitaſſe*, ejecto verbo *feciſſe*: quod ſi adderet, maxime placuiſſet Manutio, &, ut vidimus, I. Waſſio. Guelferb. 3. *dictitavere*: cui *dictitare*, ut mihi olim, Praeteriti temporis viſum eſt, & ſimiliter peccatum *cap.* XXI. num. 2. ubi pro *poſtulare*, multi *poſtulavere*. Senator. 2. Heuſſianus,

Guelf.

Guelf. 7. 8. 9. 11. & Fabric. 2. a prima manu: *atque eo* dictare *feciſſe*: quod pro amico illo Manutii facit, qui conjecit: *atque eo*, dicta re, *feciſſe*. In Guelferb. 12. Verbum *dictitare* eraſum eſt; facillimo in his turbis ſenſu; niſi quod iſta facilitas, veluti color quidam adſciticius, merito ſuſpecta ſit, & ab genuina Salluſtii manu, ut reliqua commenta, condemnetur.

EXCURSUS IV.

CAP. XXXIV. n. 2. QUONIAM FACTIONI INIMICORUM RESITERE NEQUIVERIT, FORTUNAE CEDERE, MASSILIAM IN EXSILIUM PROFICISCI. Elegans inprimis, eademque uſitatiſſima eſt formula *fortunae cedere*, notione *ſubire fortunam*, obſequi atque ſine certamine atque conſlictatione ferre, etiam cum poſſes reſiſtere. Dicunt enim & *conſlictari cum fortuna*, ut Corn. Nepos Pelopid. *cap.* v. *fortunam in poteſtate habere*, ut Curt. x. *cap.* v. num. 35. Eadem *vincit*, *dominatur*, *violentiam exercet*; homines *tolerant*, *fecerunt* & *patientiam* praebent. Interdum homines *majores fortuna* exiſtunt, ſupra *fortunam animos gerunt*, & quae hujuſcemodi alia paſſim legere licet. *Cedere fortunae* habet Cic. III. Tuſc. *cap.* XVII. *Quid jaces? aut quid moeres? aut cur ſuccumbis* cediſque fortunae. item Epiſt. IV. ad Terent. *Meum fuit officium vel legatione vitare periculum, vel diligentia & copiis reſiſtere, vel* cedere fortunae. Livius XXV. *cap.* XV. *Cum alii urbem tuendam, alii* cedendum fortunae, *& tradendam urbem victoribus cenſerent*. Similiter *cedere auctoritati*, *tempori*, *amori*, *odio*, alia efferunt. Cic. pro Q. Ligario *cap.* VII. Ceſſit auctoritati *ampliſſimi viri*, *vel potius paruit*. Bene corrigit Tullius: cum *cedere* ejus ſit, qui in arenam veluti poſſit deſcendere; *parere* autem, cui tantum obedientiae gloria relicta eſt. Idem VIII. Fam. epiſt. III. Pudori *tamen malui* famaeque cedere, *quam ſalutis meae rationem ducere*. Recte. cum potuiſſet contra pudorem & famam quaedam experiri & ſalvus eſſe. Ovidius I. Amor. eleg. II. *v.* 9. de impetu Amoris:

> Cedimus? *an ſubitum luctando accendimus ignem?*
> Cedamus. *Leve fit, quod bene fertur, onus.*
> *Acrius* invitos, *multoque ferocius urget,*
> *Quam qui ſervitium* ferre *fatentur, amor.*

& quae ibidem ſequuntur. Hinc et *cedere conſilio* dicunt, quando patimur conſilia alterius, eaque obtinent. nam & *vincere* de *conſiliis* eleganter dicunt, ut Livius VI. *cap.* XXIII. *patere*, *te* vinci *conſilio*.

2. Quae cum notiſſima ſint, interpretes tamen cum alii, tum ſacrarum litterarum, qui his litteris inſtructi tantam rem aggredi debuiſſent, noluerunt animo peragere, qui locum Divi Paulli Epiſt. ad Rom. *cap.* XII. comm. 19. miſere vexarunt. is ita habet. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ ἀλλὰ ΔΟΤΕ ΤΟΠΟΝ ΤΗι ΟΡΓΗι. γέγραπται γὰρ Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω. quid *locum irae dare* aliud eſt, quam *cedere irae alicujus*, *tolerare & pati iratum quemdam* neque contra repugnare? ſive quod per Explanationem praemittitur *ne vos ipſi ulciſcimini*, *ne vindictam exercete*. Phraſin Graecam, ſignificatione τοῦ *cedere*, habes Luc. XIV. 9. Epheſ. IV. 27. Adpoſite Thucydid. I. *cap.* XXXVIII. Καλὸν δ᾽ ἦν, εἰ καὶ ἡμαρτάνομεν, τοῖν δε μὲν ΕΙΞΑΙ ΤΗι ΗΜΕΤΕΡΑ ΟΡΓΗι, ἡμῖν δὲ αἰσχρὸν βιάσασθαι τὴν τούτων ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΑ. *Sed quamvis peccaſſemus, illi quidem glorioſum fuiſſet*, irae *noſtrae* ceſſiſſe; *nobis vero infame*, *eorum* moderationi *vim intuliſſe*. ibi Scholiaſtes non male: ἐπαινετὸν ἂν ἐνδοῦναι ἡμῖν ὀργιζομένοις. Seneca III. de Ira *cap.* XL. *Caſtigare vero iraſcentem*, *& ultro* obiraſci, *incitare eſt*. mox *cap.* XLI. potentioribus tantum permittit, *reſiſtere irae*. Auguſtin. IX. Confeſſ. *cap.* IX. quomodo ſe geſſerit Monica adverſus iracundum maritum: *Sed noverat haec* non reſiſtere irato *viro*, *non tantum facto*, *ſed ne verbo quidem*. *Jam vero refracto & quieto*, *cum opportunum videret*, *rationem facti ſui reddebat*, *ſi forte ille inconſiderantius commotus fuerat*. & illa quidem *ceſſit irae*, ex praecepto Paullino. Zeno Veronenſ. Sermon. XCII. *Jacob per patientiam & benedictionem lucratus eſt fratrem*, dat iracundiae locum, *ſecurus ut redeat domum*.

EXCURSUS V.

CAP. XXXV. n. 4. QUAMOBREM DEFENSIONEM IN NOVO CONSILIO NON STATUI PARARE; SATISFACTIONEM EX NULLA CONSCIENTIA DE CULPA PROPONERE DECREVI. Hunc locum cum diu multumque agitaſſem, neque ab Interpretibus aut Codd. quidquam auxilii adeptus eſſem, vidi tandem, eum non tam ſcriptura, quam verborum ſenſu aliquanto implicatiorem eſſe: quem hic evoluere animus eſt. Primum omnium facillima obſervatu eſt ἀντίθεσις, & ſubintelligenda, ut verba jacent, adverſativa *Sed*: qua Ellipſi nihil apud Livium frequentius, & animadverſa etiam in Salluſtio ad *cap.* XVII. num. 7. & *cap.* XVIII. extr. Sed praeterea *non* poſuit, pro *non tam*: quaſi dixerit: *non tam defendam apud Te conſilium meum*, *quam excuſabo*: quod facere debeo, ne tu forte ignorans patrocinium meae Oreſtillae deneges, aut mea cauſſa non ſerves. Apud Amicum autem *excuſare* ſatis eſt, quod apud alienum aut luere, aut magna vi *defendere* debeas. De hoc hujus Particulae uſu

Digitized by Google

dicam ad Jug. *cap.* xiv. n. 22. *laetandum magis, frater, quam dolendum puto caſum tuum.* non *enim regnum*, ſed *fugam*, *exilium*, *egeſtatem & omnes, quae me premunt aerumnas cum anima ſimul amiſiſti*. h. e. *non tam* regnum, *quam* omnes aerumnas amiſiſti. Certe qui animam amittit, non amplius regnat, & vitae imperiique finis idem eſt; Sed in dolore ſupra caſum alicujus, non tam amiſſio regni luctus, quam liberatio ab omni genere aerumnarum gaudii argumentum eſt. Quod neque hoc loco negligendum eſt. Nam quae n. 3. ſequuntur habent ſpeciem *defenſionis* conſilii Catilinarii. Sed quia ad amicum directa ſunt, *defenſio* autem proprie contra adverſarium & apud judices paratur, *ſatisfactionem* potius et excuſationem nominare voluit, quae ad amicos & quoſvis alios locum habet. *Conſilium* igitur vocat propoſitum ſuum, ut ſupra de Conjuratione *cap.* xvii. n. 5. *Erant complures paullo occultius* conſilii *hujuſce participes nobiles*. adde *cap.* xviii. num. 5. Jug. *cap.* lxvi. de conjuratione Vaccenſium: *iquis acta* conſilium*que ignorantibus tumultus ipſe & res novae ſatis placebant*. Livius ii. *cap.* iv. de propoſito reducendi Tarquinii: *eos quoque in ſocietatem* conſilii *avunculi adſumunt*. & de hac ipſa Catilinae conjuratione Cic. pro Sulla *cap.* xx. *an in tantis rebus, tam* novis conſiliis, *tam periculoſis, tam turbulentis hominem familiariſſimum dimittendum arbitraretur*. Quae loca cum prae oculis haberet I. Waſſe, miror eum cum Caſtalioneo, Criſpino & hujus farinae hominibus aliis potuiſſe dicere: *conſilium novum hoc loco denotat judicium novum*; quo ipſo omnis ſenſus verborum invertitur. & quid aliud eſt flexus ſibi diſponere, quos cum magna moleſtia relegas, ſi hoc non eſt. Ita nec hoc intelligis, neque in ceteris proficies. Nam quo modo aptetur *ſatisfactio*, qua ratione de *fide* Catuli praefatus ſit, cur *quamobrem* poſuerit, qua de cauſſa mox ipſe ſeſe purget, ex iſta interpretatione numquam videbis, quae nunc ſatis certa ſunt. *Satisfactionem* itaque vocat excuſationem, qua ſatisfiat amico pro invidia facti, & cauſſis, quae amicitiam ſolvere poſſent, quaque is confirmetur in amore contra calumnias aliorum. *Satisfacimus* enim, ubi fatemur rem, quae aliis pro crimine traducitur, eam vero purgamus: quam notionem dudum in lepidiſſimo illo Martialis xii. Epigr. lxxx.

Nil in te ſcripſi, Bithynice: credere non vis
Et jurare jubes, malo ſatisfacere.

agnovit Caſaubonus ad Sueton. Claud. *c.* xxxxviii. & quamquam de eo loco aliter ſentiri poſſet, habet tamen Cicero vii. ep. xiii. n. 3. de excuſatione ſui ſilentii: *Neque alia ulla cauſſa fuit intermiſſionis litterarum, niſi, quod ubi eſſes, plane neſciebam. Hic tu me etiam inſimulas, nec* ſatisfactionem *meam accipis*. adde Turneb. xviii. Adverſ. *cap.* xxv.

EXCURSUS VI.

CAP. XLVIII. 1. Volturcius interrogatus ----- quid, aut qua de cauſſa conſilii habuiſſet. Adnotat Gruterus: Numquam credam ita tortuoſe locutum Salluſtium, haud me tamen expediunt libri. Haec ille & haeſitarunt aliquot librarii. Rem. 1. *quid* eſſet, *aut qua de cauſſa conſilii habuiſſet*; Incert. 2. *quid*, *aut qua de cauſſa* iviſſet, *conſilii habuiſſet*; Eccard. & Franc. *quid*, *a. q. d. c.* conſilium *habuiſſet*; Acad. *quid aut de cauſſa conſilii habuiſſet*; Guelf. 9. *de qua cauſſa*, *aut quid conſilii habuiſſet*; & ita voluit Incert. 1. *quid conſilii*, *aut qua de cauſſa abiiſſet*. Sentiebant illi, hoc ordine ſenſum eſſe in proclivi; Sed cogitare ſecum noluerunt, hunc ordinem ſaepiſſime inverti. Potuiſſet etiam Criſpus ſupra *c.* xxvii. n. 1. *dimiſit praeterea alium alio*, ubi quemque *opportunum credebat*. Sed maluit *quem ubique*. Potuiſſet *c.* xx. n. 11. *illos* binas domos, *aut amplius continuare*; ſed maluit: *binas* aut amplius *domos*. Nec cogitarunt, quod tamen eſt frequentiſſimum, ubi unum verbum (*conſilii habuiſſet*) ad plures quaeſtiones refertur, alteri non opus eſſe ut ita reſpondeat, ac alteri: ſicuti Liv. ii. *c.* xxi. *ut nec* qui *conſules*, *nec* quid *quoque anno actum ſit* digerere *poſſis*. Idem xxxiii. *c.* xxxiv. *Cum quaereret*, qui, & unde, & quo *tenderent curſum?* vide & Noſtr. ſupra *c.* v. extr. Adderem denique non cogitaſſe de Idiotiſmo Latinorum, qui *quid* & *qua de cauſſa* junguntur, ut Terent. Phorm. A. iv. Sc. 1. *v.* 1. Quid? qua *profectus* cauſſa *hinc es Lemnum*, *Chremes?* niſi iſta obſervatio paullum diverſa eſſet.

2. Sed nihil arduum, nihil tortuoſum ſubeſt, ſi exponas: *Quod* conſilii, *aut qua de cauſſa* id (*quodcumque*) *conſilii habuiſſet*. Nimirum in *quid*, a quo ſuſpenſa eſt ſententia, latet *id*, quaſi foret *Quod id*: adeoque inde adſumendum eſſe, jam ſupra monuimus. ut *cap.* xxi. nu. 1. *quid*, ubique *opis aut ſpei haberent*. i. & ubi *id* (quodcumque) opis haberent. *c.* xxiii. n. 4. *quae*, quo*que* modo *audierat*. i. & quomodo *ea* (quaecumque) audierat. Vide ibi plura. Cic. 1. Offic. *cap.* xli. *In quibus videndum eſt*, *non modo* quid quiſque *loquatur*, *ſed etiam* quid quiſque *ſentiat*, *atque etiam* qua de cauſſa quiſque *ſentiat*. ubi temere intrudunt *quid*. intellige *qua de cauſſa* id (quodcumque) *quiſque* ſentiat. Caeſar 1. Gall. *cap.* xliii. *docebat etiam*, *quam veteres quamque juſtae cauſſae neceſſitudinis ipſis cum Aeduis intercederent:* quae *Senatus conſulta*, quoties, quam*que honorifica in eos facta eſſent*. Virg. iii. Eclog. *v.* 72.

O quoties, & quae *nobis Galatea locuta eſt*.

Celſus ii. Praef. extr. *Ideo utile eſt ſcire unum*-

quem,

quemque, quid, & quando *maxime caveat*. Seneca II. de Clem. *c.*I. *exigebat a te, ſcriberes, in* quos, & ex qua cauſſa *animadverti velles*. Capitolin. Macrino *cap.* I. *Quaſi ſciendum ſit, quoties proceſſerit, & quando veſtem mutaverit, &* quos, quando *promoverit*.

3. Jam etſi in his Verbum ſemper ita comparatum eſt, ut apte utrique particulae, aut nomini adhaereat: quod in Salluſtii loco, ubi *conſilii habuiſſet* aptatur voculis *qua de cauſſa*, non aeque procedit; tamen id non praeter morem fieri ex num. I. conſtat; & permittendum eſt proprietatis ſtudioſo, ut ſenſus magis connexionem, quam verborum quaeſiviſſe videatur. Sed hunc externum etiam habitum cum Glareano & Valla ita juvabis, ut ordinem putes *quid conſilii, aut qua de cauſſa habuiſſet*. Sunt ſane plurima in optimis ſcriptoribus, quae quando ad normam plana redduntur hujuſmodi difficultates pariunt: quas ne quidem ſentiunt, qui ſine tali conſilio legunt. Ea autem omnia emendare velle aut pro corruptis habere, eſt hominum latinarum litterarum rudium atque expertium.

Excursus VII.

CAP. LII. nu. 13. FALSA, CREDO, EXISTUMANS, QUAE DE INFERIS MEMORANTUR. De Caeſare facile id credere potuit, qui ſemper humilia omnia de diis ſenſit. Sed omnes etiam prudentiores portenta illa, & immania figmenta falſa habuerunt. Non modo Juvenal. Sat. II. v. 149.

> *Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna,*
> *Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,*
> *Atque una tranſire vadum tot millia cymba,*
> Nec pueri credunt, *niſi qui nondum aere lavantur.*

Verum etiam Cicero pro Cluentio: *Quid illi tandem mali mors adtulit? niſi forte* ineptiis *ac* fabulis *ducimur, ut exiſtimemus, illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre*. & ſic Idem I. Tuſc. Qu. *c.* V. alibi. Plato τὰ περὶ τοῦ ἅδου vocat μύθους I. de Rep. & Phaedro in fin. Quod nec in illo mirum, ſi, quod tradit Lactant. II. *cap.* IV. ipſos Deos nihil eſſe docuit. Aſt male intellecta, aut in pravum detorta ejus verba videntur: adeo iſta Lactantianiſmum ſapiunt. Pythagoras, qui de immortalitate animae multa perſpexit, Stygem inferaſque tenebras, ut materiem vatum rejecit. Sic enim inquit apud Ovid. XV. Metam. *v.* 153.

> *O genus attonitum gelidae formidine mortis,*
> *Quid Styga, quid tenebras, quid* nomina vana *timetis,*
> *Materiem vatum, falſique piacula mundi?*

Epicuraeis autem maxime proprium, quin & neceſſarium erat, negare inferos. lege Lucretium III. & Senec. Ep. XXIV. Non *ſum tam ineptus, ut Epicuraeam cantilenam hoc loco perſequar, & dicam, vanos eſſe inferorum metus, nec Ixionem rota volvi, nec ſaxum humero Siſyphi trudi in adverſum, nec ullius viſcera renaſci poſſe quotidie & carpi. Nemo tam puer eſt, ut Cerberum timeat, & tenebras, & larvalem habitum nudis oſſibus cohaerentem*. adde Lactant. VII. *cap.* VII. Gaſſend. Phil. Ep. p. 572. 573. Id certum eſt, metum hominum, & ingenia Poetarum auctores fuiſſe tam incredibilium rerum, quas olim circumferebant: & ſi inſpexeris Homerum Odyſſ. V. Virg. A. Aen. VI. Apollodorum III. Ovid. Metam. IV. Statium Papin. Theb. IV. verum eſſe ſenties. quamquam Tertullian. Apolog. *c.* XLVII. id etiam, ut mos eſt, Philoſophis adſcripſerit.

2. Sed omnes illos, qui inferos ita negant, alibi ſatis confidenter legas de illis diſſerentes. Credebant nempe ſtatum quemdam defunctorum malorum, diverſum a ſtatu bonorum, vide Cic. I. de Leg. de Amicit. *c.* III. IV. pro S. Roſc. Amer. & junge illi Minuc. Fel. *cap.* XI. aut *inferos* dicebant *mortuos*: ut contra *ſuperos* nominabant *viventes*. Quemadmodum & ſacrae litterae *infernum* aliquoties dicunt, pro *ſepulchro* & loco demortuorum. Hinc & *ſilentes, taciti*, aliaque nomina illis, qui ad inferos deſcenderunt, aptari ſolent: quae propria ſunt illis, quos vita reliquit. Qui multa credidere, colorem tamen & figmenta Poetarum (Lactant. I. *cap.* XI.) non crediderunt. Et quando Plato, aut aliquis alius, quem aliunde conſtet immortalitatem animae agnoviſſe, alibi etiam aperte veritatem inferorum adſtruxiſſe, inferos negant, non de re ſed de iſtis figmentis intelligendum eſſe, apparet, uti apud Cic. II. de Nat. D. Senec. ad Marc. *c.* XIX. & Ep. XXIV. Alioquin & poenas, & gradus poenarum apud inferos pro malis, ut pro bonis aeternam quamdam felicitatem, multi docuerunt: ſed egregius inprimis locus eſt apud Apulejum Adlocutione ad Aſclepium p. 93. 94. quem lege. Empiricus autem de inferis, ſicuti de diis, *communem eſſe notionem*, aut, ut Senec. Ep. CXVII. ſcribit, *communem perſuaſionem* docuit. Multi tamen Philoſophorum bona fide iſta pro falſis habuerunt; aut cum immortalitatem animae docerent, vita ſua & vitiis effecerunt, ut pro fabulis, quidquid dicerent, habere viderentur. Euſeb. I. Praepar. Ev. *cap.* IV. Poetis etiam parum ſemper fidei fuit: ſed qui eorum involucris in argumentum abutuntur ad omnem rem negandam, non animadvertunt, *non eſſe Poeticum ſic fingere, ut totum mentiare, ſed ut ea quae geſta ſunt, figura & quaſi velamine aliquo verſicolore praetexas*, quae proba eſt obſervatio.

Lactantii Epit. Inſtit. *c.* XI. Salluſtii autem mentem in hoc negotio perſpicias ex II. de Rep. Ord. *cap.* ult. ſi iſta Salluſtius ſcripſit.

EXCURSUS VIII.

CAP. LVI. n. 5. INTEREA SERVITIA REPUDIABAT, CUJUS INITIO MAGNAE AD EUM COPIAE CONCURREBANT. Locus ſingularem latinitatis rationem praeferens non potuit ab librariis ſalvus ſervari. MS. Francii: *quorum in initio;* Incert. I. Guelf. 6. & a manu correctrice Fabric. I. *ſervitia repudiabat*, quorum *initio* cet. Vinar. 2. *quorum ab initio;* Baſil. 2. *quod in initio;* Guelf. 3. a prima manu, *cui initio*. Sed Eccardianus, Baſil. 3. Guelf. 9. & 10. *cujus rei initio*. Male omnes: & dudum Priſcianus XVIII. p. 1099. hoc Salluſtii exemplo docuit, diverſos numeros conſtrui, atque illud *cujus*, hoc quidem loco, ad rem referri, non ad verba: etſi ipſemet interpretetur *cujus rei ſervitiorum*. Sed hanc conſtructionem curatius paullo conſiderare, non abs re exiſtimamus.

2. Igitur *Pronominibus* hoc maxime accidere ſolet, ut ſaepe contra & Genera, & Numeros, & Caſus alios gerant, quam vulgaris loquendi modus, & canones recepti poſtulant. Vidimus *cap.* XVIII. num. I. *Antea* conjuravere *pauci*: *de* qua, *quam veriſſime potero, dicam*. ubi hodie *de quo* potius ſcriberent. Item *cap.* XXXIV. nu. 2. *ſe in exſilium proficiſci*, *non* quo *ſibi conſcius eſſet*. nos vix aliter, quam *quod*. Sic Jug. *cap.* C. nu. 4. *non tam diffidentia futuri*, quae *imperaſſet* neque hoc loco aliud permittunt, quam *quod*. Supra vero, ut de Numero ſolum dicamus, *cap.* XVI. nu. I. *Juventutem* & *ex illis* conſtruit: *cap.* XXXIV. num. I. *Senatum populumque R.* & *ab eo*. Jug. *cap.* XIV. nu. 6. *familiam* & *quorum*. & talia quidem paſſim, ut iis locis alibique notamus, in quibus ratio eſt paullo manifeſtior.

3. Sed Quando *ſervitia*, *cujus*, aliaque ad hanc formam conſtruunt, tribus potiſſimum viis rationem erues. *Primum* aliud plane Nomen adſumendo, quod Numerum ſuſtentet, neque tamen poſito Nomini contrarium. Eam viam monſtrat Lamprid. in Severo *cap.* XLV. *ut ab* eunuchis *omnia venderentur*, quod genus *hominum omnia ſecreta in aula noſſe cupiunt*, *ut ſoli aliquid ſcire videantur*. & Livius XXXI. *Elephantis*, quo auxilio *Romani tum primum uſi ſunt*. junge notam ad Cat. *cap.* II. nu. I. Sic nempe Ciceronem *Lupercalibus*, *quo* conſtruxiſſe, memorat Quinctilianus, ut intelligeretur *quo die*: & vetuſtiſſimi Grammaticorum Syllepſin quamdam Numeri agnoſcunt, cujus quaedam exempla huc pertinent. Confer notam ad Jug. *cap.* XXXVIII. nu. 6. *Deinde* ſaepe proximum eſt aliud Nomen, quod Numerum ſuperiori non reſpondentem tuetur. Livius XXXVIII. *Uti quae* ſervitia *tyranni liberaſſent*, ea *ingens* multitudo *erat*, *ante diem certum abirent*. ibi ab Nomine *multitudo* pendet Pronomen, ut apud Noſtrum Cat. *c.* VII. nu. 6. eas *divitias*, eam *bonam famam*, & *cap.* LV. nu. 3. *Eſt* locus *in carcere*, quod *Tullianum appellatur*.

4. *Tertius* denique modus eſt, quando poſitum jam Nomen alio numero exauditur, quem in hoc Salluſtii loco ceteris praeferendum eſſe, ipſa res docet. Terent. Eunuch. A. I. Sc. II. Eunuchum *dixti velle te*, *quia ſolae* his *utuntur reginae*. *his*, nempe *Eunuchis;* etiamſi Donatus ibi maluerit, ad primum modum, *his deliciis* intelligere. Idem Act. II. Sc. I. *Adeone* homines *immutarier ex amore*, *ut non cognoſcas* eumdem *eſſe*. Livius XLII. *cap.* VIII. Bonaque *ut iis*, *quidquid* ejus *recuperari poſſit*, *reddantur curare*. Ovid. II. Am. Eleg. XIII. *v.* 17.

> *Saepe tibi ſedit certis operata* diebus,
> Qua *cingit lauros Gallica turma tuos*.

iſtud *qua*, ut ſuperius *ejus*, conſuetudo fere ex hoc cenſu exemit: nihil tamen vetat, quo minus *Ejus rei*, *bonorum*, & *qua die* ex *diebus intelligamus*. Sueton. Caeſ. *c.* XXII. *Socero igitur generoque ſuffragantibus*, *ex omni provinciarum copia* Gallias *potiſſimum elegit*, cujus *emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum*. Sic vulgo editur; viri tamen docti locum pro corrupto habent, & forſitan haud injuria. Aſt aperte firmat, qui non contentus ſaeculi ſui eloquentia, optimum quemque aemulabatur, Plin. Paneg. *cap.* XI. *Num hos proximos divinitate parentum deſides ac ſuperbos potius*, *quam illos veteres & antiquos aemularis*, *qui hoc ipſum imperium peperere*, *quod modo* hoſtes *invaſerant*, *contemſerantque?* cujus *pulſi fugatique non aliud magis habebatur indicium*, *quam quod triumpharetur*. Laborant ibi Livinejus & Lipſius. Salluſtii locum conſidera, & videbis, ab ſcriptorum & impreſſorum lectione non eſſe recedendum. Intellige autem *cujus hoſtis*, uti hic *cujus ſervitii*: quae utraque, numero ſingulari, plures denotant. quemadmodum apud Plaut. Curc. A. II. Sc. II. *v.* 21. *Ita nunc* ſervitium *eſt*, recte Lambinus interpretatur, ita nunc *ſervi* ſunt. Cic. V. Verr. *c.* IV. *& tamen coeptum eſſe in Sicilia moveri aliquot locis* ſervitium *ſuſpicor*. & ſic Idem alibi. Cum itaque *cujus ſervitii* ſupplere poſſumus, non opus erit cum MSS. *cujus rei* intelligere, aut *cujus generis*, vel *copiae* adſciſcere.

CAII

CAII CRISPI
SALLUSTII
QUAE EXSTANT
TOMUS II.

SIVE

BELLUM JUGURTHINUM

RECENSUIT DILIGENTISSIME
ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT
GOTTLIEB CORTIUS

Digitized by Google

Si cui nimia Libri moles videbitur, is in tres Librum partes ſecare poterit; ac prima quidem pars pag. 1. Catilinarium Bellum, altera pag. 343. Jugurthinum, tertia pag. 793. Hiſtoricorum Fragmenta cum reliquis complectatur; appoſitis ſuo loco pagellis, quae & Libri frontem exhibent, & quid quaeque pars contineat, explicant.

Digitized by Google

CAII CRISPI SALLUSTII BELLUM JUGURTHINUM.

CAP. I.

FAlſo queritur de natura ſua genus humanum , quod imbecilla 1
atque

BELLUM JUGURTHINUM. Sic, aut nude *Jugurthinum* , inſcribunt MSS. Aſt Vinar.2.*Caii Criſpi Saluſtii de bello Jugurthae contra populum Ro. liber feliciter incipit ;* Struvian. *de Bello Jugurthino ;* Baſil. I. *Explicit Bellum Catilinarium . Incipit Jugurthinum* . Perſcripſerunt illud Florus III. *cap.* I. & quos adnotavit ibi Camers . adde Vellej. Pat. II. *cap.* XI. & Freinshem. Supplem. Liv. LXII. Propter veteres Grammaticos obſervandum , quod non modo *Jugurtham* , ſed etiam *ſecundam Hiſtoriam* ſemel atque iterum hunc librum vocaverint ; ut contra ſecundum librum Hiſtoriarum adpellarunt Jugurtham , & primum Catilinam : quae res imperitis ſaepe fucum fecit .

CAP. I. I. FALSO QUERITUR CET. De his plura conjecimus in EXCURSUM I. in Jugurtham , quem lege.

QUOD IMBECILLA ATQUE AEVI BREVIS. Gue. 3.8.9. Vinar. 2. & Acad. *quod imbecilla* aetas *atque aevi brevis ;* quae macula partim ex interpretatione τοῦ *aevi* , partim ex Cat. *cap.* III. num.4. orta eſt ; cujus generis plura notavimus ad Cat. *c.* XXXIX. extr. Sed priori loco habes etiam ſimiles terminationes antiquas *imberbus* , *declivus* , *inermus*. & Lactantius ſervat de Opif. D. *cap.* III. *Queruntur hominem nimis* imbecillum *& fragilem naſci* , cet. in quam ſententiam Idem *cap.* IV. & Seneca de Brev. Vit. *cap.* I. II. aliis plura . Celſus I. *c.* III. *Raro quiſquam non aliquam corporis partem* imbecillam *habet* . *Aevum* pro aetate etiam Vellej. II. *cap.* LXXXVIII. *omni* aevi ſui *ſpatium impenſurum in id ſolum opus ſcriptorem fatigent* . Seneca Epiſt. XCIX. ad fin. *Omnes*, *quantum ad* brevitatem aevi, *& juvenes, & ſenes in aequo ſumus* . Denique *aevi brevi* utrumque eſt ſecundi Caſus , qui vice Adjectivi

2 atque aevi brevis forte potius, quam virtute regatur. Nam contra, reputando, neque majus aliud, neque praeſtabilius invenias, magiſque naturae induſtriam hominum, quam vim, aut tempus

ctivi poni ſolet. Livius XXVIII. *cap.* XXXVII. *Satis ſperare* perbrevis aevi *Carthaginem eſſe*. Horat. II. Sat. VI. *Vive memor*, *quam ſis* aevi brevis. Et frequenter habitus vocum ita permutatur, ut Cat. *cap.* XVIII. num. 4. *adoleſcens nobilis*, ſummae audaciae, *egens*, *factioſus*. ubi vide.

FORTE POTIUS, QUAM VIRTUTE REGATUR. Futiles quaedam edd. & MSS. Incerti, Vinar. 2. Struv. Senat. 2. Franc. 2. Heuſſ. *Sorte potius*. *Forte* ſextus Caſus a *fors*, hoc eſt, per ſortem, a forte, ſeu *caſu* & *fortuna*. hinc Guelf. 2. *fortuna potius*. Horat. I. Sat. I. *Qui fit*, *Maecenas*, *ut nemo*, *quam ſibi ſortem Seu* ratio *dederit*, *ſeu* fors *objecerit*, *illa Contentus vivat*. Plin. Paneg. *cap.* I. *Ac ſi adhuc dubium fuiſſet*, forte caſu*que terris*, *an aliquo numine darentur rectores*. Noſter infra *cap.* XCII. *Sed ea res* forte, *quam* conſilio *melius geſta*. Cicero II. de Leg. *cap.* XI. *fortem* a *fortuna* ita diſtinguit, ut illa *incertos magis caſus ſignificet*: & ita fere Excepta Different. Bongarſii p. 105. Paullo aliter Nonius Marc. *cap.* V. nu. 15. ubi Accii, Livii aliorumque loca juvabit inſpexiſſe. parumper Donatus ad Ter. Phorm. A. V. Sc. VI. in. Ille vero *fortem* negat Deam. At contra Ovid. VI. Faſt. *v.* 775.

Ite, deam *laeti* fortem *celebrate Quirites*. Adde Senec. de Conſt. Sap. *cap.* IX. Curt. V. *cap.* XI. num. 10. Vellej. II. *cap.* LXVI. num. 5. & quod ab imperitis confuſa ſaepe ſint *Sors* & *Fors*, docebunt Daviſius ad Caeſar. VII. Gall. *cap.* LXXXVII. & Drackenb. ad Silium XV. *v.* 105. *Regere* dixit pro ingenio illorum hominum, ut infra *cap.* LI. *fors omnia regere*. & mox *caſus regunt*, qui obtinent & per quos omnia fiunt. & de fortunae dominio Cat. *cap.* VIII. num. I. ubi vide, & ad *cap.* X. num. I. item Cic. V. Tuſc. Quaeſt. §. 25. Interim acute ſatis fortunae regimen adſtruxit Caecilius apud Minuc. Fel. *cap.* V. & VI. refutatus *c.* XVII. Sed Cicero II. Offic. *cap.* VI. etiam maxime *fortuita ſine hominum operibus & ſtudiis neutram in partem effici poſſe*, docet. quod hoc doctore magis dignum eſt, quam Syneſium decet, qui *deam fortunam* ſerio ſatis vocat Epiſt. XLIII. & XLIV. Sed talia plura in eo deprehendas.

2. NAM CONTRA, REPUTANDO, NEQUE. Sic diſtinguo locum, ut *reputando invenias* conjungatur, ea latinitatis ratione, qua Cat. *cap.* LXI. num. 2. pugnando *ceperat locum*. adde infra *cap.* XXX. num. 3. Sic *contra* eſt pro *contrarium invenias*, ita ut haec particula ipſi contrario mox enarrando praemittatur. vide ad *c.* cit. extr. Quinctil. I. *cap.* I. *Nam* contra *plures* reperias *faciles in excogitando* cet. Sueton. Galba *c.* XV. *Liberalitates Neronis*, *decimis conceſſis*, *revocandas curavit*. *At* contra *nihil non pretio addici*, *aut donari gratia paſſus eſt*. Noſter infra *c.* LXXXV. nu. I. *Sed mihi* contra *videtur*. Contrarium iſtud non ſola particula, ſed etiam diſertis verbis ſimul exprimit etiam Cicero de Senect. *cap.* XXIII. *Cujus a me corpus crematum eſt*; *quod* contra *decuit ab illo meum*. & ſic Lael. *cap.* XXIV. extr. item Apulej. Apolog. p. 287. *tu mihi vitio dabis*, *quod pauciores ſervos habeo*, *parcus paſco*, *levius veſtio*, *minus obſono*? *Atqui ego* contra, *quantulacumque tibi haec videntur*, multa *etiam*, & nimia *arbitror*. adde Cat. *cap.* LX. nu. 5. Male Guelf. 6. & Academ. *repugnando*.

NEQUE MAJUS ALIUD. Struv. Acad. Guelf. 3. 6. 9. & Franc. *neque majus aliquid*. Sed *c.* II. nu. 4. *neque melius*, *neque amplius* aliud. Horat. I. Sat. III. *v.* 33. *at eſt bonus*, *ut melior vir* Non alius *quiſquam*. Phaedr. Prolog. II. *v.* 2. Nec aliud *quidquam per fabellas quaeritur*, *quam corrigatur error ut mortalium*. In ſententiam legere licet Cic. Somn. Scip. *cap.* VII. & Senec. Epiſt. XXXI.

NEQUE PRAESTABILIUS. Sic Codd. noſtri omnes. melius, certe auctori magis accommodatum, quam *praeſtantius*, qui Cat. *cap.* II. nu. 3. aequabilius *ſeſe res humanae haberent*, & alia protulit. Erat autem aetatis illius mos Nomina hujus formae haud raro ἐνεργητικῶς accipere. Sic Plautus Ciſt. A. II. Sc. II. *v.* 3. *immemorabilis* pro eo, qui nihil memorat; Afranius apud Nonium Marc. *cap.* II. nu. 435. *Didiciſſet is ferre*, & *non eſſe* intolerabilis. h. e. intolerans, impatiens. Cic. de Senect. *c.* XII. *Cum homini ſive natura*, *ſive quis Deus nihil mente* praeſtabilius *dediſſet*. Idem Laelio extr. *ut nihil amicitia* praeſtabilius *judicetis*. adde II. Offic. *cap.* II. & I. de Orat. *cap.* VIII. Terent. Hecyr. A. III. Sc. I. *v.* 4. *Cui quanto fuerat* praeſtabilius, *ubivis gentium aetatem agere*. Horat. I. Od. III. v. 22. *Nequidquam Deus abſcidit Prudens Oceano* diſſociabili *Terras*. Media vero aetas per nimiam licentiam plura talia effinxit, ut *illaeſibilis*, *paſſibilis*, *flebilis* apud Lactantium, Prudentium, Sedulium.

INVE-

pus deeſſe. Sed dux atque imperator vitae mortalium animus eſt: 3
qui ubi ad gloriam virtutis via graſſatur, abunde pollens potenſque
&

INVENIAS. Sic Codd. meliores. at MSS. Incerti, Franc. Struv. Remenſ. 1. Acad. Vinar. 2. Baſil. 2. & 3. Eccard. Guelf. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *invenies:* cum longe elegantius Latini Futurum tempus per Praeſens etiam Conjunctivi exprimere ſoleant, quod exemplis firmatum ad Cat. *cap.* LVIII. n. 2. Praeterea amant Latini ſecundam Perſonam, quando Imperſonalem, quem vocant, ſignificatum inferre volunt. Virgilius IV. Aen. *v.* 401. *Migrantes* cernas *totaque ex urbe ruentes*. ubi Servius: *Honeſta figura, ſi rem tertiae perſonae in ſecunda referas; hoc eſt*, ſi quis cernat. Eumdem adduxit Donatus, ut Terent. Andr. A. III Sc. I. *v.* 2. *Fidelem haud ferme mulieri* invenias *virum*, explicaret: ubi itidem accipit *inveniat quis*, vel *invenire poſſit*. Similiter Soſipater Chariſ. IV. p. 241. & alii. Noſter Cat. *cap.* I. n. 6. *prius, quam* incipias, *conſulto – opus eſt.* *c.* II. n. 3. *neque mutari ac miſceri omnia* cerneres. *c.* XXV. n. 4. *haud facile* decerneres. Livius XXV. *c.* XXXVIII. *ſi in occaſionis momento cunctatus paullum fueris, nequidquam mox amiſſam* quaeras. Id. XXVI. *c.* XIII. *Feras beſtias, ſi ad cubilia & catulos earum ire* pergas; *ad opem ſuis ferendam* avertas. XXXVI. *cap.* XXXII. *Erat Quintius, ſicut adverſantibus aſper; ita ſi* cederes, *idem placabilis*. Tacit. Germ. *cap.* VI. *Cedere loco, dummodo rurſus* inſtes, *conſilii, quam formidinis arbitrantur*. Id. Agric. *cap.* III. *ingenia* oppreſſeris *facilius, quam* revocaveris. Plin. I. epiſt. XII. n. 8. Dediſſes *huic animo par corpus, feciſſet, quod optabat*.

NATURAE INDUSTRIAM HOMINUM. I. Waſſe a Codice Regio τὸ *hominum* abeſſe teſtatur, & expungendum omnino videtur, ortum ex Gloſſa ejus, quod ſequitur, *mortalium*. Phaedrus Epilog. IV. *v.* 6. *Quamvis naturae tanta abundet copia*, Labori *faber ut* deſit, *non fabro labor*. Cic. Act. in Verr. I. *c.* I. extr. *ego hoc tamen adſequar, ut judicium potius reip. quam ut reus judicibus, aut accuſator reo* deſuiſſe *videatur*. Seneca Epiſt. XXII. extr. *Noſtrum iſtud, non* naturae *vitium eſt. illa de nobis conqueri debet*. Quinctil. I. *c.* I. *manifeſtum eſt*, naturam *non defeciſſe, ſed* curam.

3. SED DUX ATQUE IMPERATOR VITAE M. Opportune *ducem* & *imperatorem* vocat animum, ubi de imperio fortunae & virtutis locutus eſt. Animus itaque *regit* naturam actionesque hominum. is *c.* II. n. 3. *rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur*. Seneca ep. CIV. *Animus* dominus *omnium eſt, ſupra omnia eſt. itaque nulli ſe rei ſubmittit*, reliqua. Id. Epiſt. CXIV. Rex *noſter eſt animus, hoc incolumi, cetera manent in officio, parent & obtemperant*, & quae ſequuntur egregia de animo libidinibus capto. Vide Cat. *c.* I. n. 2. Ceterum *vitae* omiſit Guelf. 8.

VIRTUTIS VIA GRASSATUR. *Via* non legitur in Eccard. qui *gloriam virtutis* junxit, ut Cat. *c.* I. *divitiarum & formae gloria* dicitur. Sed *virtutis via* habet ſuam elegantiam. Cat. *c.* XI. n. 2. dixerat: *ille* vera via *nititur*. ubi vide. Apul. de Hab. Doctr. Plat. p. 22. *Eum, qui per haec profectus fidenti & ſecuro gradu* virtutis via graderetur, *adeptum ſolidam vivendi rationem, repente fieri perfectum*. adde Gronov. ad Senec. VII. Benef. *c.* XXVI. Joannes Saliſb. III. Nug. Cur. *c.* V. *Eſt quidem omnium captanda benevolentia, ſed honeſtate incolumi, officiorum ſtudiis*, virtutis via, *obſequiorum fructu, integritate ſermonis*. *Graſſari* honeſta etiam ſignificatione pro ire, & magna vi contendere poni, hoc Salluſtii loco, & illo Silii I. *v.* 570. graſſandum *ad clara periclis*, docuit Ph. Beroaldus ad Apulej. II. Metam. p. 179. adde ad Silium Drackenborchii notam.

ABUNDE POLLENS POTENSQUE ET CLARUS EST. Vinar. 2. ſine *que, potens & clarus eſt;* Gu. II. *& clarus factus eſt;* Academ. *& clarus habetur* ex Cat. *c.* I. num. 4. Conjungunt autem veteres *pollens, potens* uti Lapis apud Gruterum p. L. n. 3.

HERCVLI. VICTORI
POLLENTI. POTENTI
INVICTO. D. D. L. M.

Livius II. *cap.* XXXIV. *Cur Sicinnium* potentem pollentemque *video? Pollens* nempe ad vires *inſitas* conſtantes & incorruptas magis pertinet, quod indicat MS. Eccard. ubi *pollens* cum Gloſſa *in ſe* conſpicitur: & bene Claudian. II. Rapt. *v.* 357. *Oppida funerei* pollent *immunia leti*. *Potens* autem de virium *exercitio* dici videtur, ut Ovid. II. Met. *v.* 292. *Laeta malo nimiumque* potens. Imbecillo & abjecto opponit Boetius IV. Proſ. I. *cognoſces, ſemper quidem* potentes *bonos eſſe; malos vero* abjectos *ſemper &* imbecillos: & Proſ. II. *Si bonum* potens *eſſe conſtiterit, liquet* imbecillitas *mali*. Poetae tam *pollentes*, quam *potentes* frequentant herbas, quas alii *operoſas viribus* celebrant. vide quae collegit Jan. Brockhuſius ad Tibull. I. eleg. IX. *v.* 17. Ut igitur haec contra ſuperius *imbecilla* di-

& clarus eſt, neque fortunae eget : quippe probitatem, induſtriam,
4 alias artis bonas neque dare, neque eripere poteſt. Sin captus pra-
vis cupidinibus ad inertiam & voluptatis corporis peſſum datus eſt:
perni-

dicuntur; ſic contra *aevi brevis* adjecit *& clarus*. Sic Cat. *c.* I. clara *aeternaque virtus habetur :* & Boet. III. Proſ. II. *At quibus optimum quiddam* claritas *videtur : hi vel belli, vel pacis artibus glorioſum nomen* propagare *ſtudent*.

NEQUE FORTUNA EGET. Incert. 2. Struvian. & a prima manu Guelf. 3. 4. & 6. *neque* fortunae *eget :* id probat Jo. Rivius, & deprehenderunt in ſuis Codd. ſcribae Academ. & Guelf. 7. ubi *neque* fortitudine *eget ;* quam varietatem ex Senat. I. adnotavimus ad Cat. *cap.* XXXIII. n. I. Nihil autem magis proclive fuit librariis, quam in *fortuna* mutare alteram lectionem : cum propter conſtructionem, tum propter concurſum ejusdem litterae Vocalis, quae alibi ſaepe cauſſa erroris fuit. vide ad Cat. *c.* XXIII. n. I. Rem ita expreſſit Seneca de Conſtant. *c.* V. *Virtus* fortuitis *non indiget*. & Epiſt. XCVIII. *Valentior* omni fortuna *animus eſt : in utramque partem ipſe res ſuas ducit, beataeque ac miſerae vitae ſibi cauſſa eſt*. qualia leguntur de Vit. Beat. *c.* XV. Cicero pro M. Scauro apud Aſconium : *Primus enim me flagrantem ſtudio laudis in ſpem impulit, poſſe virtutem*, ſine praeſidio fortunae, *quo contendiſſet, labore & conſtantia pervenire*.

QUIPPE QUAE PROBITATEM. Iſtud *quae* omittunt Fabriciani, Baſil. I. Senat. I. Remenſ. I. Eccard. Guelf. 3. & 10. Cat. *c.* XIX. n. I. *neque tamen* ſenatus *provinciam invitus dederat :* quippe *foedum hominem a rep. procul eſſe volebat*.

ALIASQUE ARTIS BONAS. Recte Struvianus omiſſa copula *alias artes bonas.* & ſic Noſter tum alibi ſaepe, tum Cat. *cap.* XV. n. I. quid ſint *artes*, expoſitum ad Ei. *c.* II. n. 4. Porro Incert. I. Eccard. Guelf. 3. 5. 6. 8. 9. 12. *bonas artes :* At Fabric. I. omiſit Epitheton *bonas*, quod tamen negligere Noſter haud ſolet. vide Cat. *c.* X. n. 4. De terminatione autem in voce *artis* ne monere quidem debemus, niſi eos, qui neglecto operis principio huc accedunt.

NEQUE DARE, NEQUE ERIPERE CUIQUAM POTEST. Sic quidem Codd. ſic bis citavit Donatus ad Terentium, addito Salluſtii nomine ad Eunuch. A. II. Sc. II. *v.* 10. & ſine iſto ad Andr. A. IV. Sc. III. *v.* I. Sic & Lactantius IV. *c.* XVI. *Sed ſola eſt virtus, ſola juſtitia, quae nec datur* cuiquam, *nec auffertur*. Nihilominus, ſi novi Criſpum meum, τὸ *cuiquam* deleri debet, quia tertius Caſus a Noſtro inprimis ſaepe Verbo non additur, vide ad Cat. *c.* LVIII. n. I. & hic ipſa elegantia ſententiae iſtum reſpuit. Habemus etiam praeſidium aliquod MSS. Nam Guelf. 9. *eripere* umquam *poteſt ;* II. *eripere quicquam poteſt*. Sed 6. mecum plane delet. Neque aliter Seneca ad Helv. *c.* VIII. *Id actum eſt, ut in alienum arbitrium, niſi viliſſima quaeque, non caderent. Quidquid optimum homini eſt, id extra humanam potentiam jacet ;* nec dari, *nec* eripi *poteſt*. Idem de Conſtant. *c.* V. *nihil* eripit *fortuna, niſi quod* dedit. Horat. I. Epiſt. XVIII. extr. *Sed ſatis eſt orare Jovem, quae* ponit, *&* aufert : Det *vitam*, det *opes : aequum mihi animum ipſe parabo*. Silius XV. *v.* 105. *Nec bona cenſendum, quae fors infida* dediſſe, *Atque eadem* rapuiſſe *valet*. Noſter III. Hiſt. Or. Macri : *neque mortalium quisquam* dare *aut* eripere *talia unus poterat*. Senec. Controv. VII. *Cara eſt cuiquam ſalus, quam aut* dare, *aut* eripere *poteſt Antonius?* Plura addere poſſem, ubi ſimiliter ſine tertio Caſu ejusmodi Verba ponuntur, & ubi humile illud *cuiquam* non adjicitur. Sed tu vide notam ad Cat. *cap.* XLVII. n. 5. Sententia fere Stoica eſt, ſed mollior, quam illa Cicer. III. de Nat. Deor. *c.* XXXVI. *virtutem nemo umquam Deo acceptam retulit*. & mox : *Num quis quod bonus vir eſſet, gratias diis egit umquam? At quod dives, quod honoratus, quod incolumis.* adde Ejusd. Parad. IV. *c.* I. & V. *c.* I. Boetius II. Proſ. VI. extr. *In fortuna nihil expetendum, nihil nativae bonitatis ineſſe maniſeſtum eſt, quae nec ſe bonis ſemper adjungit, & bonos, quibus fuerit adjuncta, non efficit*. Accedit Plautus Poen. A. I. Sc. II. *v.* 89. *Aurum in fortuna invenitur, natura ingenium bonum*. Seneca Epiſt. XXXVI. alii. Ceterum in his verbis Guelf. 8. finitur.

4. SIN CAPTUS PRAVIS CUP. *Cupiditatibus* legit Academ. & Guelf. 10. Bene Plautus Trin. Act. III. Sc. II. *v.* 32. *Ita vi Veneris* vinctus, *otio* captus *in fraudem incidi.* adde Cat. *c.* XV. n. 2. Graphice haec depingit M. Camariota contra Plethon. p. 130. Nec facile hic omiſerim S. Caeſar. Hom. VIII. *Alios enim* tenet *corporis infirmitas, alios publica neceſſitas ; alios* ligat *& quaſi* captivos *trahit cupiditas*. Mox Guel. 4. *voluptatis* expreſſit.

PESSUM DATUS EST. Fabric. I. Baſil. I. Struv. Guelf.

perniciosa lubidine paulliſper uſus ; ubi per ſecordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturae infirmitas accuſatur : ſuam quis-

Guelf. 2. & 5. diviſim *peſſum datus*, h. e. demiſſus ex regali ſuo faſtigio, & inertiae voluptatibusque *ſubjectus*. Male enim *peſſum* pro Adverbio habent : non multo melius pro Nomine, *fundum* denotante : cum ſit Supinum ab antiquo Verbo *petior*, h. e. ſubigor, pedibus calcor. dicitur ut *venum*, *victum*, *paſſum dare* & ſimilia, quod alibi docui. vide infra c. LIX. extr. Terent. Phorm. A. I. Sc. IV. v. 5. *me*, *aut herum* peſſum dabunt. Lucret. VI. v. 588.

- - - & multis per mare peſſum
Subſedere *ſuis pariter cum civibus urbes.*

Plaut. Rud. A. II. Sc. III. v. 64. *Nunc eam cum navi ſcilicet* abiviſſe peſſum *in altum.* Silius VIII. v. 287. *labi*, *mergente ſiniſtro Conſule*, *res* peſſumque dari. Petron. Sat. c. XLIII. *Habuit oricularios ſervos*, *qui illum* peſſum dedere. *Ad* hic terminum, *cui* ſubjectus ſit, denotat uti *πρὸς* apud Platon. in Phaedone : *Ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα, προσηλοῖ τὴν ψυχὴν* ΠΡΟΣ *τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ*. quem, & Plutarch. Sympoſ. VIII. c. II. bene comparavit cum Horat. II. Sat. II. v. 77. *quin corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque praegravat una Atque* adfigit humo *divinae particulam aurae*, R. Bentlejus. Sed latinitatis ratio illuſtrior erit ex nota ad Cat. c. L. n. 2. Senſus ex Lactant. de Opif. D. c. XIX. *Qui ſi delicatus ac magis tener in hac vita fuerit*, *quam ratio ejus expoſcit*, *virtute contempta*, *deſideriis ſe carnis addixerit*, *cadet & premetur in terram*.

PERNICIOSA LUBIDINE PAULLISPER USUS. h. e. ubi lubidine paulliſper uſus eſt, per Nominativum abſolutum, quem adhibent, ubi largius fluere debet oratio. Sic infra c. XXXIII. n. 2. *tametſi in ipſo magna vis animi erat*, confirmatus *ab omnibus*. ut eo loco proxima verba primum iſtum Caſum ſuſtinent ; ſic hoc loco ſuperiora *peſſum datus eſt*. ita ut alterum potius (*peſſum datus*) per Participium efferendum fuiſſet : qualia notavimus ad Cat. c. LVII. n. 2. Sed Juſtin. c. IV. n. 3. *Hujus conſilii non minus admirabile ſilentium*, *quam commentum fuit*, *populo hoc ſolum* profeſſus, *inveniſſe ſe victoriae viam &c.* Sed ſi ad ſuperiora *Ubi*, & *Sin* reſpicias, ſequela ſententiae non rite ſeſe habere videtur. propterea Cl. Perizonius ad Sanct. IV. Minerv. *cap.* XI. Anacoluthon quoddam hic ſtatuere videtur. Scilicet ea invaſit opinio, qui *Sin* ſemper diſertam contrapoſitionem & negationem ejus, quod praeceſſit, inferre debere. adeoque Salluſtio ſcribendum fuiſſet : *Sin captus pravis cupidinibus ad inert. & v. c. p. e. l. p. v. ubi per ſecordiam vires*, *tempus*, *ingenium defluxere*, *animus infirmus*, *nec pollens potensque & clarus eſt.* vide, quam inepta haec adcurata Antitheſis foret. Sic vero quando dixit : *naturae infirmitas accuſatur* ; quid hoc eſt aliud, quam natura, animus praecipue *infirmus eſſe videtur* ? & quid eſt ſenſus eleganter connectere, ſi hoc non eſt ? Planiora quidem habuimus Cat. c. LI. num. 3. Sed neque hoc eſt ſine exemplo. Livius X. c. XXVI. *Neminem omnium ſecum conjungi malle : & copiarum ſatis ſibi cum P. Decio & numquam nimium hoſtium fore.* Sin *collega quid alind malit ; at ſibi L. Volumnium darent adjutorem*. Sed locus propter nexum inſpici meretur. Idem XLII. c. XLI. *Cujus conditionis iniquitatem ita* non ſum recuſaturus, ſi *vos quoque accipitis*, *ut quicumque exules in Italiam*, *aut Romam ſe contulerunt*, *his facinorum*, *propter quae damnati ſunt*, *auctores vos fuiſſe*, *fateamini*. Si *hoc & vos recuſabitis*, *& omnes aliae gentes*, *ego quoque* inter ceteros ero. & eodem *cap. fatendum eſt*, *foedus violatum eſſe*. & poſt particulam *Sin*, *quid tandem me facere decuit*. Adde Cic. III. Offic. c. VI. & V. Tuſcul. Qu. §. 106. & quod non eadem verba repetere neceſſe ſit, exempla ſufficiant Horat. III. Od. XXIX. & Plaut. Trin. Act. III. Sc. II. v. 87. ſeqq.

VIRES, TEMPUS, INGENIUM DIFFLUXERE. Guelf. 3. Incert. 2. Remenſ. 1. & Academ. *tempus* aetatis, *ingenium d.* At Eccard. Guelf. 9. & 10. Vinar. 2. Remenſ. 2. Uratiſl. 2. & Franc. *vires*, *tempus*, aetas, *ingenium* : quaſi ex quadam Gloſſa, quae vocem *tempus* propter n. 1. ad aetatem hominis referre voluit. Sed & indefinite *tempus* non male intelligitur, & quod pro opportuuitate ſumatur, antiqua eſt obſervatio. Id loco magis aptum eſt, quam tempus vitae intelligere. *Diffluxere* in membranis notae primae viderunt Rivius & Grut. cum iis faciunt Incert. 2. Senat. 1. Fabric. 1. Baſil. 1. Guelf. 2. & 3. Reliqui ad unum omnes *defluxere*. Multis egimus de hujus ſcripturae varietate Diſſert. III. de Uſu Orthogr. Lat. c. III. §. XIII. ubi id inprimis demonſtravimus, nullam inter haec verba differentiam eſſe, & ad antiquitatem propius accedere *defluere*, quam alterum. Scite autem de rebus pereuntibus hoc verbum dici, exemplis patet ad Catil. c.

5 quiſque culpam auctores ad negotia transferunt. Quod ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena ac nihil pro-

I. n. 4. adducti. Quare ex hoc loco recte Cl. Graevius *defluxerunt* non auſus eſt rejicere apud Cicer. pro Marcello *c.* VIII. *Omnia, quae dilapſa* defluxerunt, *ſeveris legibus vincienda ſunt*. ſic eſt in vetuſtiſſimis MSS. quorum quidam etiam *delapſa:* ſicuti Cod. Salmaſii apud Sueton. Caeſ. *c.* XI. *deminueret*, pro vulgato *diminueret*. Livius XLI. *c.* XV. *expoſuit Patribus conſcriptis, bovis ſeſcenaris, quem immolaviſſet, jecur* defluxiſſe. ibi Jac. Perizonius mallet *diffluxiſſe:* ſed vide Gronov. ad XXVII. *c.* XVII. & quibus *de* ſemper de loco labi ſuperiore notare debet, audiant Senecam Ep. CXXIII. Fluunt *dies, & irreparabilis vita* decurrit. Columella XII. *c.* XI. *Nunc vero, cum plerae que ſic luxu & inertia* defluant, *ut ne lanifici quidem curam ſuſcipere dignentur*. Sic *folia defluunt*, aut *difluunt*, de quo Munckerum ad Hygin. Fab. LIX. conſuluiſſe, non poenitebit. Tandem & Zeno Veron. Serm. LIII. *Quae in manibus habes, commiſſa tibi, quam conceſſa cognoſce. Parvo tempore ſuper his aliquantulum laetaris, & abuti eis voluptuoſius delectaris: Cum vero* haec *pariter cum* vita *noſtra* defluxerint, *rationem diſpenſationis noſtrae evocamur domino reddituri*. & Juvenal. Sat. VII. *v.* 32. *Sed* defluit *aetas:* ut Sabinus Epiſt. II. *v.* 17. Fluxere *interea pede* tempora *lapſa fugaci*. adde Ulpian. Rhet. ad Demoſthen. Olynth. II. pag. 23. ubi *καταῤῥεῖ* exponit.

SUAM QUIPPE CULPAM AUCTORES. Fabric. I. olim his verbis praemiſit: *ſed propria culpa eſt*. Praeterea Baſil. I. Incert. 2. Remenſes, Acad. Vinar. 2. Fabric. I. Eccard. Franc. Uratiſlavienſes, Senat. I. Guelf. I. 2. 5. 7. 9. & 10. *ſuam quique culpam*. Rectius Fabric. 2. Incert. I. Sen. 2. Heuſſ. Guelf. 3. 4. II. & 12. *ſuam* quiſque *culpam:* idque revocavi eo lubentius, quod *c.* LVIII. n. 2. idem erratum in veteribus libris offenderem. adde Catil. *cap.* XLII. extr. & VII. n. I. *quippe*, quod adhuc in edd. regnavit, nuſquam niſi in Guelf. 6. reperi. nam & vetuſtae edd. Venetae *quique* habent, quod illis placuit propter Nomen *auctores*, & Verbum *transferunt*, quod ex Struviano manifeſtum eſt, ubi legas: *ſuamque culpam actores quique ad neg. tr.* Propterea neque nomen *auctores* exturbandum eſt, quod cenſuit Gruterus; neque copula addenda cum iſto MS. quae non magis hic neceſſaria, quam Cat. *c.* III. n. 5. aut infra *c.* II. n. 3. Deeſt tamen *auctores* Guelferbytano I. ita vero, non *actores*, ſcribunt Vinar. 2. Acad. Baſil. I. Eccard. Incert. I. Uratiſl. 3. Guelf. 3. 4. 10. II. & 12. Ceteri ita abſtracti ſunt, ut Cat. *c.* III. n. 2.

AD NEGOTIA TRANSFERUNT. Imitatur Minucius Fel. *c.* XIV. *culpam judices* transferunt ad *incerti querelam*. ita Livius XXVI. *c.* III. princ. *Reus ab ſe culpam* in *milites* transferebat. Id. XXX. *c.* XVI. *Conveniens oratio tam humili adulationi fuit, non culpam purgantium, ſed* transferentium *initium* culpae in *Annibalem impotentiaeque ejus fautores*. Quinctil. IX. *c.* II. *removere a ſe, in alium* trajicere *culpam:* pro eo Cic. III. ep. X. n. 18. *conferre*. Sed Apulej. VII. Met. p. 142. Culpam *manus ſuae mentiens beſtiae* dabat. De re Seneca Epiſt. CXVI. extr. *Satis natura homini dedit roboris, ſi illo utamur, ſi vires noſtras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in cauſſa eſt:* non poſſe *praetenditur*. Quinctil. I. *c.* XII. *difficultatis patrocinia praeteximus ſegnitiae*.

5. QUOD SI HOMINIBUS BONARUM RERUM. Guelf. 9. *bonarum artium*. Haud abſimiliter Varro apud A. Gellium XV. *c.* XIX. *Si, quantum operae ſumſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, ejus duodecimam Philoſophiae dediſſes; ipſe jam pridem bonus eſſes factus*. Plin. IV. Ep. VII. *Hanc ille vim ſi ad potiora vertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet*. adde Paneg. *c.* LXVIII. Eccard. *quod ſi* omnibus *bon.* ſed antiqua manus emendavit.

TANTA CURA E. QUANTO STUDIO. Guelf. II. *ea cura eſſet;* Baſil. I. *tanto cura eſſet, quanto* &c. ut ſcilicet voces relativae ſimiliter caderent: qua elegantia deſtituitur Ovid. Her. Ep. XVIII. *v.* 71. Quantum *concedunt flammis ſidera cunctis tuis;* Tanto *formoſis formoſior omnibus illa eſt*. Cicer. VI. Epiſt. IX. tantus *cumulus accedat commendatione mea*, quanti *me a te fieri intelligo*. adde XII. epiſt. VII. n. 2. Id. II. ad Att. ep. XIX. *neque* tantum *eſt in re*, quantus *eſt ſermo*. Potuiſſe etiam adſtrictius *quanta*, ut intelligeretur *cura;* ſed maluit id, quod plenius. ut Juſtin. III. *c.* XIII. *Sibi CCC. millia armatorum relinquat;* qua manu *aut perdomiturum ſe Graeciam, aut hoſtibus ceſſurum*. id decet rem gravem. Cic. X. epiſt. I. n. 2. *Itaque mihi maxima* cura eſt *non de mea quidem vita; ſed me patria* ſollicitat. potuiſſet paucis: *ſed de patria*. Adde Soſipatr. Chariſ. IV. p. 250. & infra *c.* XVII. n. 2.

ALIENA. Philoſophis vox propria. Epictet. Enchirid. *c.* II. τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ΑΛΛΟΤΡΙΑ. adde *c.* III. & Seneca *fortuita* interpretatur Epiſt. VIII. ubi Publii verſum citat:

profutura, multumque etiam periculoſa petunt; neque regerentur magis, quam regerent caſus, & eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.

CAP.

citat: Alienum *eſt omne*, *quidquid optando venit*. Apulej. de Deo Socrat. p. 55. *in hominibus contemplandis noli illa* aliena *aeſtimare*, *ſed ipſum hominem penitus conſidera*. Aliena *autem voco*, *quae parentes pepererunt*, *& quae fortuna largita eſt*. adde Plin. I. epiſt. III. num. 4. & Caſſian. Collat. III. *c.* I. Egregie Boetius II. Proſa II. & Proſa V. *Quid inanibus gaudiis raperis? quid* externa *bona pro tuis amplexaris? numquam* tua *faciet eſſe fortuna*, *quae abs te natura rerum fecit* aliena. Sed & *aliena* pro iis rebus, quae non ſint apta, bene capiuntur, qua notione voce uſus eſt Noſter Cat. *c.* XL. n. 5. & LI. n. 17.

MULTUMQUE ETIAM PERICULOSA. Sic legendum eſſe, nullus dubito, & nexus inter *nihil profutura*, & *periculoſa* ſatis defendit eam lectionem, quam & Uratisl. 3. Guelf. 4. & 5. cum aliquot aliis, praeterea editio Gruteri amplectuntur. Sed Baſil. I. Senat. I. Guelf. I. 2. 7. Fab. I. & Acad. cum Veneta 1494. *multaque etiam periculoſa*; quos in eum errorem vox *periculoſa* induxit. Auguſtinus vero Epiſt. LIV. & cum eo Vinar. 2. Fabric. 2. Incerti, Struv. Eccard. Uratisl. I. & 2. Guelf. 3. 6. & 11. *multoque etiam periculoſa*, qui vocem *multum* per uſitatiorem interpretari voluerunt. ea nempe denotat hoc loco *ſaepe*. ut Plin. I. epiſt. IX. n. 7. *proinde tu quoque ſtrepitum iſtum*, *inanemque diſcurſum*, *&* multum *ineptos labores*, *ut primum fuerit occaſio*, *relinque*. Gloſſa Statii IV. Theb. *v.* 334. *crebro* reddidit. Denique Senat. 2. Guelf. 9. & Heuſſ. *multumque periculoſa*, omiſſa particula *etiam*; contra vero quaedam edd. recentiores cum Veneta 1500. *multum etiam periculoſa*. MS. Francii: *multo etiam*. Scilicet ne *que* & *etiam* conjungerentur; cum tamen & Livius XXI. *c.* LIV. *Sed ut* & *numero* etiam, *non animis modo valeatis*. & Cic. VII. ep. XXV. extr. Atque *equidem aliquantum* etiam *noctis adſumo*. adde notata ad XIII. ep. VII. n. 7. & Suet. Caeſ. *c.* LXXVI. *Sed & ampliora* etiam *humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt*. adde infra *c.* XXXI. num. 3. atque etiam *nunc timetis eos*.

NEQUE REGERENTUR MAGIS. *Neque*, propter excipiens *&*, ſolve in *& non*. Sic Cat. *c.* XXXII. n. I. *quod* neque *inſidiae conſuli procedebant*, & *ab incendio urbem intelligebat vigiliis munitam*. infra *c.* LXXXIV. *quia* neque *plebi militiam volenti putabatur*, & *Marius aut belli uſum*, *aut ſtudium vulgi amiſſurus*. Terent. Eunuch. A. V. Sc. V. *v.* 23. *vide quid agas*, *ne* neque *illi proſis*, & *tu pereas*. Ovid. XIV. Metam. *v.* 841. *Namque mihi* nec *quae ſis dicere promtum eſt*, Et *liquet eſſe Deam*. Phaedr. I. Fab. IV. *v.* 6. Et *quem tenebat ore demiſit cibum*, Nec *quem petebat adeo potuit attingere*. Aſconius in Cic. pro M. Scauro, quo loco quaerit an *Neque* ſemel poſſit poni: neque *perſpicere potui*, & *attendendum eſſe valde puto*. Capitolin. Macrino *c.* V. *quod ſi unius numeri adſenſus accederet*, neque *ille recuſaret*, & *omnes cupidiſſime id facerent*. adde Cat. *c.* XXIV. n. 3. Eccard. Vinar. 2. Rem. I. Incert. I. Heuſſ. Senat. 2. Franc. Uratisl. 2. Guelf. 7. 9. 10. & 11. *regerentur* caſibus *magis*; verum iſtud non infarciendum, ſed per Synezeugmenon intelligendum eſt. Liv. III. *c.* LXXI. *Tribuni*, *ut fere ſemper reguntur* a multitudine *magis*, *quam* regunt, *dedere cupidae plebi*, cet. A. Caecina Cic. VI. ep. VII. n. 10. *Armati* ſtilum *perſequitur*, *victi & nondum reſtituti quid* faciet? Frontin. de Aquaed. Art. XXXV. *Meminerimus omnem aquam*, *quotiens ex altiore loco venit non tantum reſpondere* modulo ſuo, *ſed etiam* exſuperare. Noſter Cat. *c.* LI. n. 38. imitari, *quam invidere* bonis *malebant*. adde Eod. *c.* IX. extr. & notam ad Cic. X. ep. XXV. n. I.

QUAM REGERENT CASUS. Eccard. & Guelf. II. *quam ipſi caſus regerent*. Particula *quam* validam hic inſert adfirmationem, ut contra negat Cat. *c.* XIV. extr. *ex aliis rebus* magis, quam *quod cuiquam compertum foret*, *haec fama valebat*. ubi vide. Similis Numerus eſt *c.* II. n. 3. *animus* habet *cuncta*, *neque ipſe* habetur. cum ibi adnotatis, quibus adde notam ad Cic. IV. ep. XII. n. I.

ET EO MAGNITUDINIS PROCEDERENT. Gloſſae MSS. *eo* i. *ad hoc*. nempe & Vellej. II. *c.* LXXX. in id *furoris proceſſerat*. Sed Florus: *eo inſolentiae*, *eo neceſſitatis*, *eo veſaniae*. Plin. Paneg. *c.* XVI. eo *inſolentiae furoriſque proceſſit*. Juſtin. III. *c.* V. eo *uſque deſperationis Spartanos adduxit*. Saepe Tacitus, qui III. Ann. *c.* LXXIII. huc *adrogantiae venerat*. Curt. V. *c.* XII. n. 3. eo *rerum ventum erat*. Sulpic. Sev. I. Hiſt. *c.* XX. eo *mali ventum*. Id. II. *c.* L. *ſtultitiae* eo *uſque proceſſerat*. Sextus enim Caſus eſt termini, uti III. Hiſt. *inguinum* fine. adde infra *c.* LII. n. 2.

UBI PRO MORTALIBUS. Incert. 2. Guelf. 2. & 4. *uti*; 10. & 12. *ut*. nempe in MSS. *u* cum ſuperimpoſito *i* modo *ubi*, modo *uti* notare ſolet. Et ceteri quidem omnes poſt *eo*, in tali notione, *ut* ponere ſolent: Neſcio, an propter

CAP. II.

1 NAM uti genus hominum compoſitum ex anima & corpore : ita res cunctae ſtudiaque omnia noſtra corporis alia, alia ani-
2 mi naturam ſequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis, alia hujuſcemodi omnia brevi dilabuntur ; at inge-

proprietatem Salluſtius *ubi* poſuerit. nam quando pro *in eum locum* ponitur, uſitate accipit *ubi;* ſicuti apud Varron. III. de R. R. *c.* XVI. *Si apes ex bono loco tranſtuleris* eo, ubi *idonea pabulatio non eſt, fugitivae fiunt.* Et ſane intelligi *ubi* etiam poteſt *in qua magnitudine* propterea, quod *unde, ubi, inde* & ſimiles Particulae loco Pronominum ponuntur: de quo plura ad *c.* XIV. num. 22. ſuſpecta nihilominus iſta mihi convenientia inter *eo* & *ubi:* Et librarios *uti* immutaſſe arbitror, quia diverſi Ordinis Particulas conjungere noluerant.

CAP. II. 1. GENUS HOMINUM. Fabric. 1. Baſil. 1. a prima manu & Guelf. 9. *genus humanum. genus hominum* ſunt homines omnes. uti Silius XV. *v.* 56. volucrum*que* genus, *formaſque ferarum.* & *v.* 89. *ad laudes genitum* hominum genus. Juſtin. II. *c.* VI. *a quo propterea* genus hominum *conditum dicitur.* Apulej. Ad loc. p. 98. *Unumquodque enim* genus animalium — *prout cuique eſt genus, ſic ſingula ſui generis imagines habent.* Phaedr. Prolog. III. *verſ.* 33. *Nunc* fabularum *cur ſit inventum* genus, *Brevi docebo.*

COMPOSITUM EX CORPORE ET ANIMA EST. Sic edd. vulgares; ſed Fabric. 1. Incert. 1. Academ. Heuſſ. Senat. 2. Franc. Guelf. 2. 4. 7. aliique *ex anima & corpore eſt.* quem poſitum immutarunt correctores, quia mox: *corporis alia, alia animi naturam ſeq.* lepido prorſus conſilio. ſed quae vera apud Noſtrum ſit elegantia in hac Numeri parte, diximus ad Cat. *c.* II. n. 2. & *c.* IX. n. 1. Verbum *eſt* locum mutat in Guelf. 7. & Franc. id ſufficere poterit, ut deleatur hoc loco, ubi minus apte collocatum eſt. vide plura ad libri h. extr. Denique hinc agnoſcas, nullam a Salluſtio ſtatutam eſſe inter *animum*, & *animam* differentiam: qui hic *animae* voce utitur, cum in eadem re Cat. *c.* I. n. 2. *animi* adhibuerit. & ſic mox h. *c.* n. 3. 4. 5. Eodem modo inprimis Varro his vocabulis utitur, & Noſter Cat. *c.* II. n. 8. *quibus profecto* corpus *voluptati*, anima *oneri fuit:* cum perpetuo *animi* aut *ingenii* vocabula ibi eſſent lecta. adde notam ad *c.* XL. n. 3. Apud Nonium quidem Marcellum *c.* V. num. 20. Juvenal. Sat. XV. *v.* 148. haec diſterminantur. Sed Iſidorus XI. Orig. *cap.* 1. ſanior eſt, & uſus auctorum cum Noſtro facit. Nec *anima* tantum pro mente & animo, ſed hic etiam pro illa dicitur, ut adparet ex Catil. *c.* LII. n. 8. Mox MS. Franciı omittit *omnia.* recte; & illi intruſiſſe videntur, qui *cunctae* ad ſtudia non referri poſſe putarunt.

ANIMI NATURAM SEQUUNTUR. Ita ſeſe dant, comparata ſunt, & induunt quaſi naturam corporis alia, alia animi. Curt. VI. *c.* 1. n. 13. *expertuſque membra, an impetum animi* ſequi *poſſent.* Sed compone notas ad Cat. *c.* III. n. 2. & LII. n. 22. Guelf. 6. *ſecunctur;* 9. Eccard. Incerti, Uratisl. 3. & Struvian. *ſecuntur.* Sed ſupra Guelf. 10. & 11. ſemel tantum *alia* ſcripſere ; & Uratisl. 1. *animae naturam.* Seneca Epiſt. LXXVI. *in homine optimum quid eſt? Ratio: hac antecedit animalia, Deos* ſequitur. ubi nihil mutandum. eſt enim *ſimilis eſt*, ut hoc loco, quod & ſequentia apud Senecam, & Noſter Cat. *c.* I. n. 2. declarant. Sic & apud Cic. III. Fin. *c.* XXI. *Deum ſequi*, ex diſciplina Stoica interpretari licet.

2. PRAECLARA FACIES. Formae elegantia, & *gloria*, Cat. *c.* I. n. 4. Sueton. Calig. *c.* XXV. *facies inſignis.* Phaedr. III. Fab. VIII. *v.* 3. *facies inſignis & pulchra.* Mox Incert. 1. & Guelf. 9. *ad haec.* vide Cat. *c.* XLIV. n. 6.

ET ALIA OMNIA HUJUSCEMODI. Guelferb. 9. *hujuſmodi*, qui & cum Franc. *omnia* omiſit, quod alio loco ponitur in Guelferb. 5. & tribus aliis, nempe *alia hujuſcemodi omnia.* nihil muto ex formula, de qua confer Catil. *c.* LII. n. 10. praeterquam quod Copulam deleo, ex fide Academ. qui *alia* vero *omnia*, & conſuetudine Salluſtii, uti dictum ad *c.* I. n. 3. & Catil. *c.* LI. n. 40.

BREVI DILABUNTUR. Guelf. 1. *delabuntur.* non male, ſed contra id, quod nunc obtinet. Baſil. 1. non habet *brevi*, niſi ab alia manu inter verſus. & ſine adnotatione temporis dixerat ſimilia Cat. *c.* I. n. 4. & *c.* LVII. num. 1. De forma, praeter Ovid. Stat. I. Sylv. II. *v.* 166. *Exerce* formam & fugientibus *utere donis.* Seneca

genii egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt. Poſtremo 3
corporis & fortunae bonorum, ut initium, finis eſt: omnia orta occidunt & aucta ſeneſcunt; animus incorruptus, aeternus, rector hu-

neca Epiſt. XXXI. *Ne* forma *quidem & vires beatum te facere poſſunt: nihil horum non patitur vetuſtatem*. Epiſt. LXVI. *Pecunia & corpus & honores imbecilla, fluida, mortalia*. adde Cic. de Amicit. *c.* VI.

SICUTI ANIMA IMMORTALIA SUNT. Hujuſmodi fere ratiocinium habes apud Lactant. VII. *c.* XI. *Ergo ſi* opera corporis *ideo mortalia ſunt, quia ipſum mortale eſt, ſequitur ut* anima *ex eo immortalis adpareat, quia videmus* opera ejus *non eſſe mortalia*. Propert. III. eleg. II. *v.* 63. *At non* ingenio *quaeſitum nomen ab aevo Excidet: ingenio ſtat* ſine morte *decus*. Lege Quinctil. Declam. X. *c.* XVII.

3. UTI INITIUM, SIC FINIS EST. Quia initium, etiam finis eſt. Hac vi iſtas particulas poſuit Caeſar I. Gall. *c.* XLIV. n. 16. uti *ſibi concedi non oporteret, ſi in noſtros fines impetum faceret: ſic item nos eſſe iniquos, quod in ſuo jure ſe interpellaremus*. Hac autem ratione inprimis Epicurus uſus eſt. Philargyrius ad Virg. II. Georg. *v.* 336. *Si creſcit, deficit. in quo videtur ſecutus Epicurum, qui ait: Omnia*, quae orta, *occidunt & aucta ſeneſcunt*. Lactant. VII. *cap.* I. *Epicurus ait, mundum & ortum aliquando fuiſſe, & aliquando eſſe periturum*. Perperam itaque Guelf. 4. omiſit *ut*: Ceteri omnes ſervant, ſed *ut*, non *uti*, quod eſt in ſolo Remenſi I. At Guelf. 3. & Heuſſian. omittunt *ſic*, legentes: *ut initium, finis eſt*. quod genuinum videtur, ut apud Livium XXXIV. *c.* IX. *ſub umbra Romanae amicitiae latebant. quam ſicut minoribus viribus, quam Maſſilienſes, pari colebant fide*. ibi editores adjecerant *ita pari* cet. Is etiam doceat *bonorum* non male pro *bonis* tertio Caſu poni, quem alioquin verbum *eſt* exigere poſſet. nam XXXVII. *c.* LV. *Ceterae civitates Aſiae, quae* Attali *ſtipendiariae fuiſſent, eaedem Eumeni vectigal penderent: quae vectigales* Antiochi *fuiſſent, eae liberae atque immunes eſſent*. item Auſonius Idyll. XX. de Januario: *Hic* Jani *menſis ſacer eſt*. Noſter infra c. LXXI. n. I. *Romanos communes* omnium *hoſtes eſſe*. Senat. 2. *ſic finis ſit*.

OMNIAQUE ORTA OCCIDUNT. Guelf. 10. & Struv. *omnia*, quae *orta* ſunt, *occidunt*: & ſic, omiſſo Verbo Subſtantivo, Philargyrius; cum eo Minuc. Felix *c.* XXXIV. illius lectionem probat Colerus. nec adeo male, cum ſic ſoleat Noſter, ut vidimus Cat. *c.* XXXVII. n. I. XLVII. n. 4. Praeſtat tamen, quod in Remenſi I. Fabric. 2. Guelf. 9. 10. 11. 12. eſt: *omnia orta occidunt*. non tam ob I. de Rep. Ord. *c.* V. *quoniam* orta *omnia intereunt*; quam quod in ejuſmodi expoſitionibus Noſter neque *nam*, quod interdum poſſet, neque & aut ſimiles copulas addere ſolet. Explanat autem, quod dixerat: *ut initium, finis eſt*. Sic Cat. *c.* XXXIV. n. 2. *quoniam factioni amicorum reſiſtere nequiverit*, fortunae cedere, Maſſiliam *in exſilium proficiſci*. Supra *c.* I. n. 4. *ubi vires tempus ingenium defluxere*, naturae infirmitas accuſatur: ſuam *quiſque culpam auctores ad negotia transferunt*. adde *c.* XCVII. n. 2.

ET AUCTA SENESCUNT. Audi Senec. ad Marc. *cap.* XXIII. *Quidquid ad ſummum pervenit, ad exitum prope eſt. Nam ubi* incremento *locus non eſt, vicinus occaſus eſt; & adpetit finis*, *ubi* incrementa *conſumta ſunt*. Cicer. II. Tuſc. Qu. *c.* II. *Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam, quod natura fert in omnibus rebus*, ſeneſcat, *brevique tempore ad nihilum ventura videatur*. Lactant. III. *c.* VI. *ad ſummum jam incrementum pervenerat, ut jam neceſſario* conſeneſceret *ac periret*. Auguſtin. IV. Confeſſ. *c.* X. *Quae oriuntur, & occidunt, & oriendo quaſi eſſe incipiunt & creſcunt, ut perficiantur, &* perfecta ſeneſcant *& intereant: etenim omnia ſeneſcunt, & omnia intereunt*. Thucydid. II. *c.* LXIV. *πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι*.

ANIMUS INCORRUPTUS. Cetera omnia corruptioni obnoxia. Seneca Epiſt. XXXI. *Quaerendum eſt ergo quod non* in dies *fiat* deterius, *cui non poſſit obſtari. quid hoc eſt?* animus: *ſed hic rectus, bonus, magnus*.

AETERNUS. Fabric. I. *& aeternus eſt*. Similiter aberrarunt etiam Cat. *c.* XLIII. extr. Animus *immortalis* Boetio IV. Proſa IV. Platonicis & Stoicis vel eam ob cauſſam, quod ex *ſempiternis ignibus* derivatus, Tertullian. de Anima *c.* V. Cic. Somn. Scip. *c.* III. Marcus XII. ad ſe ipſum §. XXI. Quamquam facete Cicer. I. Tuſc. Qu. *c.* XXXI. *Stoici autem uſuram nobis largiuntur, tamquam cornicibus: diu manſuros ajunt* animos, *ſemper negant*. Quomodo pro immortalitate animi ratiocinatus ſit Plato, lege apud Lactant. VIII. *cap.* VIII. adde III. *cap.* XVIII. Cicer. de Senect. *c.* XXI. ſeqq. H. Grot. I. de Ver. Rel. Chr. §. XXII. Similia tamen in Seneca leguntur. ad Helv. *c.* XI. extr. *animus quidem ipſe ſacer &* aeternus *eſt*. Epiſt. CII. *nul-*

4 humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda eſt, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam aetatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium eſt, in-

Magna & generoſa res eſt humanus animus: nullos ſibi poni, niſi communes cum Deo, terminos patitur. arctam aetatem ſibi dari non ſinit, & quae ſequuntur. Confer Epiſt. LXXXVIII. & I. Nat. Qu. Praefat.

RECTOR HUMANI GENERIS. Vitae mortalium, c. I. n. 3. Seneca V. Beneſ. c. XXV. *Animus ſui rector optimus*. Id. VII. Nat. Qu. c. XXIV. *Quid tamen ſit animus ille*, rector dominus*que* noſtri, *non magis tibi quiſquam expediet, quam ubi ſit*. Igitur *humani generis* intellige *cujuſque hominis*, & reſpice n. I. notata.

AGIT ATQUE HABET CUNCTA. Verba imperioſa & arbitrii. *Agit* eſt regit, diſponit omnia ex ſuo arbitrio. Seneca Oedipo v. 980. *Fatis agimur. cedite fatis.* Auctor Dial. de Orat. c. VIII. de Marcello Eprio & Criſpo Vibio, qui gratia & auctoritate apud principem poterant omnia: *nunc principes in Caeſaris amicitia* agunt *feruntque* cuncta: *atque ab ipſo principe cum quadam reverentia diliguntur.* ita melius locum intelliges, quam ex formula *agere & ferre.* Et proprium eſt hoc verbum in vi divina. vide Heinſium ad Ovid. II. Art. Am. v. 496. & Burmann. ad Vellej. II. c. XXXI. Secunda aetate *agere in rebus*, *actores* & ſimilia frequentari coepere, quorum nominum vis ex ea proprietate pendet. vide Schulting. ad Quinctil. Declam. I. c. IX. *Habet* eſt poſſidet, habet in poteſtate. Ovid. I. Metam. v. 197.

> *Cum mihi, qui fulmen, qui vos* habeo*que* rego*que*,
> *Struxerit inſidias.*

Terent. Andr. A. I. Sc. I. v. 23. *Eduxi a parvulo*, habui, *amavi pro meo*. Noſter III. Hiſt. Or. Macri nu. 6. *Cum interim vos multitudo ſingulis* habendos *fruendoſque praebetis*. Horat. I. Epiſt. VII. n. 85. *Immoritur ſtudiis & amore ſeneſcit* habendi. mox plura. adde Cat. c. VI. n. I. Eadem brevitate Noſter Cat. c. II. n. 7. *virtuti omnia parent*.

HABET, NEQUE IPSE HABETUR. Hanc elegantiam comparavit jam Ciacconius cum illa Ariſtippi apud Cic. IX. epiſt. XXVI. n. 6. Habeo, *non* habeor *a Laide*. Guelf. 5. omiſit *ipſe*. & Seneca fere omittit; ſed de vita B. c. XIV. *ceterum non ipſi voluptatem, ſed* ipſos *voluptas habet*. Eleganter deſideratur I. de Ira c. XVI. de affectibus: *habent, non habentur*. Epiſt. VIII. *in quibus hoc quoque miſerrimi fallimur*, habere *nos putamus*, habemur. ubi vide Lipſium. Plinius IX. epiſt. XXX. extr. *Ea invaſit homines habendi cupido, ut* poſſideri *magis, quam* poſſidere *videantur*. Cyprianus II. Epiſt. II. *Auro adligati* poſſidentur *magis, quam* poſſident. Alanus Planct. Nat. Metr. VII. v. 54. *Divitias non dives* habet, *ſed* habetur *ab illis: Non eſt poſſeſſor numi, ſed poſſidet ipſum Numus*. Eadem figura Seneca Epiſt. XCIV. *Marius exercitum, Marium* ducebat *ambitio:* & Epiſt. XLII. *libertatem nobis extorſerunt;* noſtri *eſſemus, ſi iſta* noſtra *non eſſent*. Nimirum quod Prudent. Hamartig. v. 306. cecinit: *Perverſum jus omne viget, dum quidquid* habendum *Omnipotens dederat ſtudia in* contraria *vertunt.* adde c. I. n. 5. de particula *Neque* ibidem dixi & ad Catil. c. XXIV. n. 3.

4. PRAVITAS EORUM ADMIRANDA EST. Senat. I. *amittenda eſt;* Eccard. & alii duo *eſt admiranda;* Guelf. 7. *miranda*. vide Catil. c. LVIII. n. 7. *Pravitas* eſt perverſitas, ſive quod a recto detortum. vide ad Cat. c. V. n. I. & ibidem c. II. n. 8. hos mores dixerat eſſe contra naturam. Cic. II. de Fin. c. XVIII. *Natura* recta *plus valet, quam* prava *ratio*.

CORPORIS GAUDIIS. Ventri atque ſomno dixerat Cat. c. II. num. 8. I. de Rep. Ord. c. VII. *omiſſis pecuniae & corporis* gaudiis, *animo indulgens*. Claudian. II. Stilic. v. 132. *Luxuries praedulce malum, quae dedita ſemper* Corporis arbitriis *hebetat caligine ſenſus*. de iſta pravitate pluribus Cic. Parad. I. c. III. & Senec. VII. Beneſ. c. II.

PER LUXUM ATQUE IGNAVIAM AETATEM AGUNT. *Per luxum*, idem notat, ac *luxu*, luxurioſe. dictum ad Cat. c. XX. n. 9. Phraſin *aetatem agere* illuſtravimus ad Cat. c. IV. num. I. & XXXVII. n. 4. quibus adde quae ad ejus libri finem ſunt notata. & ſic infra c. VI. n. I. *pleraque* tempora *in venando* agere. male Senat. 2. *vitam agunt*.

NEQUE AMPLIUS ALIUD. Remenſ. I. Struv. Guelf. 3. & 7. *aliquid*. ſed vide c. I. n. 2. Rem. 2. omittit voces *neque amplius;* Franc. habet: *neque clarius;* & ſic Uratiſl. 3. melius Guelf. 9. τὸ *aliud* non ſcripſit, (& in Uratiſl. I. legas: *neque amplius in n. m. aliud eſt*) quod vereor, ne ex citato l. tranſmigraverit. vide Catil. c. XXXIX. extr.

IN

incultu atque ſecordia torpeſcere ſinunt: cum praeſertim tam multae variaeque ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur.

CAP.

In natura mortalium est. Guelf. 7. *in natura rerum mortalium eſt*. Waſſius unum Cod. laudat, a quo abſuerit Verbum Subſtantivum, quod in Uratiſl. 3. locum mutat. *in natura* notat *naturae eſt* h. e. mortales natura nihil melius neque amplius habent. Sic infra *cap.* xxxiii. num. 2. in illo *magna vis animi erat*. conſulas notam ad Cat. *cap.* li. n. 42. Sed ſine quatuor his vocibus aeque ſententia conſtaret, ut apud Cic. 1. Parad. *cap.* iii. *Tu, cum tibi deus dederit animum*, quo nihil eſt praeſtantius, neque divinius, *ſic te ipſe abjicies & proſternes, ut nihil inter te atque quadrupedem putes intereſſe?*

Incultu atque secordia. Guelf. 9. *incultum;* Fabric. 1. a manu ſecunda: *inculti atque ſecordes*. *Incultu* eſt neglecta cultura, ſeu oppoſitum *cultus*, & dicitur pro *incultione*, ſi licet cum A. Gellio tale vocabulum fingere, ut illi xiii. *cap.* xix. *peccatus* quarti ordinis, quaſi *peccatio*, recte latineque dicitur. Sic apud Lucret. 1. *v.* 454. *intactus*. *Tactus corporibus cunctis*, intactus *inani*. & Plautus Moſtell. Act. 1. Sc. ii. *v.* 64. *Ego ſum* inuſu *factus nimio nequior*. Sic *injuſſu* infra *c.* xxxix. n. 3. *inconſultu meo* apud Plaut. Trin. Act. 1. Sc. ii. *v.* 130. & Noſter Cat. *cap.* lv. n. 4. incultu, *tenebris*, *odore foeda atque terribilis facies*. In hos homines valet, quod Quinctil. 1. *cap.* xi. dixit: *corporis cura mentem obruerunt*. Is ii. *c.* xx. culturam ingenii cum agricultura comparat. Optime vero Epictetus *c.* lxiii. *Ἀλλὰ ταῦτα (τὰ περὶ τὸ σῶμα) μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον. περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.*

Torpescere sinunt. Fabric. 1. *tepeſcere ſinunt*. forte pro *bebeſcere*, quod habet Cat. *cap.* xii. n. 1. Sed *torpeſcere* recte illud dicitur, quod incultu corrumpitur & langueſcit, & per ſecordiam vim ſuam amittit. Cat. *cap.* xvi. n. 3. *ne per otium* torpeſcerent *manus*. ubi vide. Manilius iv. Aſtron. *v.* 818. *certos quaſi delaſſata per annos Nonnunquam ceſſant ſterili* torpentia *motu*. Tacit. 1. Hiſt. *cap.* lxxi. *Otho non deliciis, neque deſidia* torpeſcere. Apulej. ix. Met. pag. 201. *Exſpectatione teterrimae formidinis* torpidis.

Cum praesertim. Fabric. 2. *praeſertim, cum*, modo puerili. vide ad Cat. *cap.* lii. num. 35.

Tam multae v. q. sint artes animi. *Tam* non legitur in Guelf. 12. & iſtam quidem particulam paſſim librarii inculcarunt, & ſine iſta Cat. *cap.* ii. extr. *ſed in* magna *copia rerum aliud alii natura iter oſtendit*. *Sint* non agnoſcunt Remenſ. 1. & Struvianus: quod verbum alibi etiam omittitur. vide ad Cat. *cap.* li. n. 36. pro eo Eccard. & Guelf. 5. *ſunt;* Fabric. 2. *cum t. m. variaeque ſint artes, quibus* animi *ſumma claritudo paratur;* Guelf. 6. *animus*, emendatum *animis;* ſed Eccard. & Guelf. 11. *animi* delent: eoſque audiendos eſſe putarem. vide Cat. *cap.* ii. n. 4. & infra *cap.* x. extr.

Quibus summa claritudo paratur. Gu. 11. *cum quibus*. *Claritudo* vox Tacito in primis uſitata: ſed jam Cato apud Feſtum p. 358. *In maxumum decus atque in excelſiſſimam* claritudinem *ſublimavit*. quali extremitate *bellitudinem* dixit Verrius, eodem Feſto auctore p. 49. Plautus ibidem p. 65. *Canitudinem*. apud Nonium *cap.* ii. n. 399. *Hilaritudinem*, qui n. 401. Accii *Honeſtitudinem* memorat, & num. 364. *Gracilitudinem* ejuſdem, & aliorum *Aritudinem*, *Anxitudinem*, ſimilia. adde Varron. iv. de L. L. Plaut. Capt. Act. 1. Sc. ii. *v.* 132. *macritudo*. Q. Claudius: *tanta* ſanctitudo *fani eſt;* idque eleganter & ſignificantius, quam ſi dixiſſet *ſanctitas*, vel *ſanctimonia*, cenſente A. Gellio xviii. *cap.* ii. adde quae Cic. de Nat. Deor. *cap.* xxxiv. de *beatitate*, & *beatitudine*. Noſter Cat. *cap.* xiii. num. 2. *laſſitudo;* *cap.* xvii. num. 5. & paſſim. *neceſſitudo* non ſine vi dixit. Equidem illorum quaedam obſoleverunt: at *claritudo* diu obtinuit. habet apud Vellej. Pat. ii. *cap.* xi. xvii. cxxx. apud Boetium iii. bis una Proſa ii. item apud alios. Confer Daumii Epiſt. ad Reineſ. lx.

CAP. III.

1 VErum ex his magiſtratus & imperia, poſtremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempeſtate cupiunda videtur : quoniam neque virtuti honos datur ; neque illi, quibus per frau-

CAP. III. 1. CURA RERUM PUBLICARUM. Proprie. nullam partem ex variis reipublicae curis adtingendam putat. Trebell. Pollio Valer. *cap.* III. *Cui ſummam omnium* bellicarum rerum *agendarum commiſerat*. Spartian. Adrian. *cap.* X. *Profectus in Gallias omnes cauſſariis* liberalitatibus *ſublevavit*. Sed Noſter etiam *filios*, *matres familiarum* ἀναλόγως dixit. vide ad Cat. *cap.* XLIII. num. 2. Remenſ. 1. Struv. & Guelf. 7. *publicarum rerum*, ordine inverſo.

MINUME MIHI H. T. CUPIUNDA VID. Sic Codd. mallet tamen aliquis *competenda* reponere; quem nimis audacem eſſe, res clamat. In tali re ita loquuntur. Cic. pro Milon. *cap.* XVI. *cupiditas conſulatus*. Id. XI. Phil. *cap.* X. *effice, ne id, quod non curas* (*provinciam*) *cupere videaris*. 1. Fam. Ep. 1. *ut Pompejus* (*munus reſtituendi regis*) cupere *videatur*. Noſter III. Hiſt. Epiſt. Pompeii: *majore* ſtudio, *quam conſilio, ad hoc bellum profectus ſum*. Bene autem *hac tempeſtate*: etſi multi fuerint, qui negabant, ſapientem omnino ad remp. accedere. vide Gaſsend. ad Diog. Laert. p. 1207. & 1478. alii tamen cum alia reſtrictione. *Epicurus ait: non accedat ad remp. ſapiens, niſi ſi quid intervenerit. Zenon ait: Accedat ad remp. niſi ſi quid impedierit*, verbis Senecae de Otio Sap. *cap.* XXX. Eſt quaedam vis temporis; ſed non ſufficit otio. Verum cujus opera reip. nullo modo procedit, & qui turbas publicas quieto animo perferre nequit, is latenter et ſibi vivere poteſt. Fuere tamen etiam Philoſophi, qui remp. gubernarent. vide Aelian. III. *cap.* XVII. VII. *cap.* XIV. & quae ibi viri docti. Ceterum haud inepte Guelferb. 9. omittit *mihi*.

NEQUE VIRTUTI HONOS DATUR. Guelf. 1. *honos habetur* contra ceteros omnes Auſon. Sapient. in Cleobulo: *Majorum meritis* gloria *non* datur: *Turpis ſaepe* fama datur *minoribus*. Id. Profeſſ. Epigr. XIV. *Eſſet Ariſtarchi tibi gloria Zenodotique Grajorum antiquus ſi ſequeretur* honor. Eodem modo Florus I. *cap.* III. *Excipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius: cui* in honorem virtutis *regnum ultro datum*. poſſes ibi ex Jordane legere: *cujus honor virtuti*, per Ἐπεξήγησιν. *Honor* autem ſignate de muneribus publicis. Livius XLII. *cap.* XXII. *quo die novi magiſtratus inituri erant* honorem. Capitolin. Marco *cap.* VI. *Per eadem tempora cum tantis* honoribus *occuparetur* --- *ſtudia cupidiſſime frequentavit*. adde Cat. *cap.* XI. n. 2. & Senecam Epiſt. LXIV. ad fin. Interpretatur Zoſimus I. *cap.* V. κόλακες ΤΙΜΩΝ ἀξιώμασι τῶν μεγίστων ΑΡΧΩΝ ἐπιβαίνουσι.

NEQUE ILLI, QUIBUS PER FRAUDEM JUS FUIT. h. e. qui per faudem adepti ſunt honorem. Implicant locum MSS. quidam *vis*, pro *jus*; qui quidem lapſus facillimus eſt. Remenſ. 2. *cui conceſſum per fraudem jus fuit*; Guelf. 5. *is fit*; 1. *is erat*; Fabr. 2. *is fuit*; Vinar. 2. & Uratisl. 2. *conceſſum jus fuit*; Senat. 2. & Heuſſ. *quibus per fraudem uſus fuit*. Unde tandem adparet dictionem *jus fuit* partim, partim quae ſequitur, vocem *tuti* has turbas excitaſſe. Ex hac enim cum aliquando extitiſſet *uti*, illud ſtatim cum *jus fuit* conjungere niſi ſunt, uti junguntur alia Verba cum illis Cat. *cap.* XXIX. extr. Verum intellige *jus fuit honoris*, & agnoſce morem Salluſtii, qui praeciſis talibus nominibus delectatur, quod docuimus ad Cat. *cap.* XLVIII. n. 7. *neque amplius* poteſtatem *faciundam*. Confirmat manifeſto Auſonius Caeſar. Epigr. 1. *Imperium binis fuerat ſollemne quod olim Conſulibus, Caeſar ſolus* ---- *obtinuit. Sed breve* jus regni, *ſola trieteride geſtum*. Livius I. *cap.* XLIX. *Neque enim ad* jus regni *quidquam, praeter vim, habebat*. Tacit. XIV. *cap.* L. *Adjiciebat: venditata ab eo munera principis & adipiſcendorum* honorum jus. Dictys V. *cap.* XVI. *ibi namque ei ſimile cum ceteris ducibus* jus regni*que eamdem* poteſtatem *fore*. Claudian. III. Stilic. *v.* 262. *O ſociae, mecum* thalami *quae* jura *peroſae*. Itaque *jus honorum* recte dicitur, & qui forte propter additum *per fraudem* nullum hic *jus* agnoſcere vellet, cogitet de *poteſtate*, *copia* & de illo Pedonis ad Livium de morte Druſi *v.* 46. *Saevit* (fortuna) *&* injuſtum jus *ſibi ſola facit*. Quamobrem ex edita lectione nihil mutandum, niſi quis Pronomen *illi* abjicere voluerit, quod in hoc

fraudem jus fuit, tuti, aut eo magis honeſti ſunt. Nam vi quidem 2
regere patriam, aut parentes, quamquam & poſſis, & delicta corrigas,

hoc poſitu Noſter omittit. vide ad Cat. *cap.* LV. num. 5. eo magis, quod pro eo in Guelferbert. 5. 9. & 11. legatur *illis*. aut *fuit*; pro quo MSS. *erat*, *fit*, *ſit*, aut alia exhibent.

TUTI, AUT EO MAGIS HONESTI SUNT. MSS. plurimi, etiam meliores ex noſtris, Fabriciani, Baſil. 1. Remenſ. 2. Senat. 1. aliique *utique tuti*; Remenſ. 1. *uti tuti*: quod unde ortum ſit, ſuperiore adnotatione diximus. Forte fuit initio *aut tuti*, *aut eo magis h. ſ.* Sed duo Codd. *magis tuti*; unus: *eo magis tuti*, *aut honeſti ſ.* quae ſunt correctorum commenta. nam *magis* additur ſecundo membro, ut Cat. *cap.* VII. num. 1. ubi ſimiliter turbant edd. omnes. De *honeſto*, pro honorato, adtulimus quaedam ad Cic. II. epiſt. XV. num. 3. adde Eumd. XI. epiſt. III. num. 9. *Nos in hac ſententia ſumus, ut te cupiamus in libera rep. magnum & honeſtum eſſe.*

2. VI QUIDEM REGERE PATRIAM A. PARENTES. Remenſ. 1. omittit *vi*, quod eſt contra ſententiam & contra Platonem, quem Noſter expreſſit, & Cic. I. Epiſt. IX. n. 44. Vim *neque parenti neque patriae adferri oportere*. Quare & Dio Caſſius in Pertinace reprehendit minus temperatum illud emendandi ſtudium, & contra Libr. LII. Auguſti ſingularem hac in re prudentiam laudat. Porro interpretes fere *parentes* intelligunt vulgari notione, *ex quibus orti ſumus*; per Platonem abſtracti, cujus tamen *ſimilitudinem* Criſpus nullo modo ſequitur. Intellige *qui parent*, *obediunt* h. e. quos vulgo *ſubditos* vocant. vide ad Cat. *cap.* VI. num. 5. Conjungit cum *patria* illos, ut Cat. *cap.* LII. extr. *facinora in* civis *patriamque*. *Cives* dixit, quia ibi de civibus ſceleratis, non, ut hic, de imperantibus loquitur. ſed & *patria* ibi ad *urbem patriam* bene refertur. Horatius III. Od. VI. *v.* 20. *Hoc fonte derivata clades In* patriam populumque *fluxit*. ubi, etiamſi longam R. Bentleii animadverſionem legeris, videbis tamen, rectiſsime *patriam populumque* conjungi, ut *patria* de urbe Romana, *populus* de ceteris Romano imperio parentibus intelligendum ſit: ſicuti alibi *domi ac foris* haud multum abſimiliter dicere ſolent. vide notam ad Cat. *cap.* LII. n. 21. In hoc vero Salluſtii loco *patria* non quidem praeciſe Senatum, ſed rempublicam h. e. qui remp. quomodocumque curant & partem *imperii* ſuſtinent, denotat: cujus cum Romae ſedes eſſet, non abſurde nomen *patriae* ſuſtinet. Mithridates de Romanis IV. Hiſt. *convenas olim ſine* patria, *ſine* parentibus, *peſte conditos orbis terrarum*. II. de Rep. Ord. *Avaritia fama, pudicitia, liberis*, patria atque parentibus *ſpoliat*. & Eadem Ep. ad fin. *Quod ſi tecum* patria atque parentes *poſſent loqui, ſcilicet haec tibi dicerent*. in quibus fere *imperantes & parentes* notari videas. Mallem denique & hoc loco *patriam atque parentes*. vide ad *cap.* LXXXII. n. 2.

QUAMQUAM & POSSIS. Guelf. 10. & 11. delent *&*: Tollius vero ad Auſonium inficete *proſis* ſubſtituere nititur. *& poſſis* intellige *vi regere*. uti Cicero XIII. epiſt. XVI. n. 9. *Nunc autem incenſus ſtudio rerum tuarum, eas litteris Graecis* mandare *cupiebat*, poſse *arbitror*. Eleganter Albinovan. Eleg. II. *v.* 31. *Majus erat* potuiſſe, *tamen nec velle* triumphos: *Major res magnis abſtinuiſſe fuit*. & Zeno Veron. Serm. LXIV. *Unde dubium non eſt, legem* non poſſe *ſine fide: fidem* poſſe *ſine lege*: poſt pauca ſequitur verbum *juſtificari*. & in ejuſmodi quidem Syllepſi jacet idem Verbum infra *c.* LXIV. num. 3. *ubi primum* potuiſſet *per negotia publica*, facturum *ſeſe*, *quae peteret*. ubi vide plura.

DELICTA CORRIGAS. Imperantium, civium *malos mores* emendes. ſic *delicta* pro *malefactis* dixit Cat. *cap.* III. num. 2. & *delinquere* Eod. *cap.* LII. num. 26. *Corrigere* optime intelligas ex ludo illo apud Senec. de morte Claud. *cap.* IX. *hic nobis* curva *corrigit*; quod Plinius reddit: *publicos mores emendabit*. Terent. Adelph. A. IV. Sc. III. *v.* 2. *quod* peccatum *a nobis ortum eſt*, corrigo. Phaedr. Prolog. II. *v.* 3. Corrigatur error *mortalium, acuatque ſe diligens induſtria*. Quinctilian. Declam. III. *Quis* continebit *militiam? quis caſtrenſis diſciplinae praecipiet ſeveritatem? quis te, imperator, majoribus curis diſtricto*, delicta *militum* coercebit, *Tribuni corruptoris* peccatum corriget.

IMPORTUNUM EST. Alienum & non conveniens cum vero regendi modo. Cic. pro Sext. *cap.* XIII. in. *quid hoc homine facias?* aut quo civem importunum, *aut quo potius hoſtem ſceleratum reſerves?* adde infra *cap.* XXXI. num. 21. de *periculo* C. Nepos Attic. *cap.* VI. *Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem: quod neque peti more majorum, neque capi poſſent ſervatis legibus, in tam effuſis ambitus largitionibus, neque regi reſp.* ſine periculo, *corruptis moribus*.

gas, tamen importunum eſt : cum praeſertim omnes rerum muta-
tiones caedem, fugam, aliaque hoſtilia portendant ; Fruſtra autem
3 niti, neque aliud fatigando, niſi odium, quaerere, extremae de-
4 mentiae eſt. niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa lubido tenet, po-
ten-

CUM PRESERTIM O. R. MUTARIONES. h. e. *praeſertim*, *cum*, per Anaſtrophen uſitatiſſimam. vide ad *cap.* LII. n. 35. Mutationes autem omnes periculoſae. Hinc recte Alcibiades apud Thucyd. VI. *cap.* II. eos tutiſſime agere cenſuit, qui quam minimum de moribus reip. mutare opus habeant.

ALIAQUE HOSTILIA PORTENDANT. Guelf. 10. *pretendant*; Francianus: *portens*. male. Gloſſa vetuſta Senat. I. *ſignificens in futuro*. ſed cape cum effectu: ita certo ſecum ferant, ut certa clara ſigna malum quoddam adlatura credebantur. vide ad Cat. *cap.* XXVI. n. 4. Pollio ad Cic. X. epiſt. XXXII. n. II. *exercitum nec eorum periculorum metu, quae, victoribus illis*, portendebantur, *diminuere volui*. Liv. XXVIII. *cap.* V. *hi omnes ſuis quiſque urbibus, quae pericula terra marique* portenderentur, *memorantes, auxilia regem orabant*. de *aliaque* quid ſentiam, ſaepe dictum eſt.

3. FRUSTRA AUTEM NITI. Ubi non valeas per vim mores publicos emendare, aut vim adhibere nolueris. *Niti* abſolute poſitum ſenſu expoſcit *ad regendum*, *ad corrigendum*, de quo diximus ad Cat. *cap.* XLVI. n. 5. Egregie illuſtrat locum Seneca de otio Sap. *cap.* XXX. *Non* nitetur *ſapiens* in ſupervacuum, *nec ſe nihil profuturus impendet, ſi parum habebit auctoritatis* & virium.

SE FATIGANDO. Provocabulum *ſe* omittunt Remenſ. I. Eccard. & Struvianus; cumque his Hieronymus Praefat. in Eſdram & Neem. *Fruſtra autem (ut ait quidam) niti, neque aliud* fatigando, *niſi odium quaerere*, cet. Sed Eccard. pro Verbo habet *faciendo*, & Guelf. 6. *ſe forti gaudio*, quibus verbum abſolutum impoſuit, quod eodem modo Noſter adhibet infra *cap.* LXXIII. n. 2. neque novum eſt *ſe* ſubintelligi. Sic intelliguntur *me*, *te*, *vos*; item *tibi*, *ſibi*. vide ad Cat. *cap.* XX. extr. LVIII. n. I. & III. Hiſt. Or. Macri n. 6.

ODIUM QUAERERE. i. e. adquirere ſibi, *cap.* IV. n. 2. id accidit Catoni, quod queſtus eſt Cat. *cap.* LII. n. 7. idem Cicero in Or. pro Sextio paſſim graviter docet, ſed ita, ut tale odium pro rep. ſuſcipiendum eſſe ſtatuat, ut *cap.* LXV. & LXVI. Egregia ſunt, quae in hanc rem Seneca Epiſt. XIV. de evitatione odii, invidiae, contemtus; ubi ſimul Catonem memorat, *qui bellum civile ſententia ſua reprimere* ſtuduit, eoque odium & ſummum contemtum meruit, ut diſputari tunc potuiſſet, inquit Seneca, *an illo tempore capeſſenda fuerit ſapienti reſp. dum ſapienti opera non ſit perdenda*.

EXSTREMAE DEMENTIAE EST. Struvianus: *eſt extremae dementiae*; Incert. 2. plane reſpuit illud *eſt*, ex conſuetudine Salluſtii, ut infra *cap.* LXIII. extr. & alibi paſſim. Guelf. 2. *extrema dementia*, ab interprete, opinor. intelligunt vulgo *opus*, vel *factum* dementiae eſt. Noſter infra *cap.* LXXXIII. n. I. *quia* ſtultitiae *videbatur alienam rem periculo ſuo curare*. ubi vide. *Extremam* dixit, quae eſt ſumma, peſſima & maxima. Lact. de mort. perſec. *cap.* V. *Captivitatis tamen ſuae ac ſervitutis* extremae *non invenit ultorem*. Apulei. VII. Metam. p. 188. *quodque cunctis eſt* extremius, *varias opiniones, immo contrarias nobis adtribuat*. Id. de Hab. doctr. Plat. p. 18. *Sed illud* poſtremae dementiae eſt, *eum qui virtutis pulchritudinem animae oculis viderit ---- tamen addictum ſe velit vitiis*, adde infra I. Hiſt. & Cat. *cap.* XXVI. extr.

4. NISI FORTE QUEM I. E. P. LUBIDO TENET. *Niſi forte* quando Noſter uſurpet, dixi ad Cat. *cap.* XX. nempe, ubi aliquid vix praeſumendum. Sic & Curt. V. *cap.* VIII. n. 12. *Licet honeſta morte defungi:* niſi forte *ſatius eſt victoris exſpectare arbitrium*. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXXIV. niſi forte *moderatius imperium exſpectatis*. Hieronymus Epiſt. ad Vitalem de Salom. Niſi forte *graeco homini latinus ſermo inter chartulas* oberrabit. Sic venerandae vetuſtatis Cod. MS. quem ſub manibus habeo. alii & ſecunda inibi manus: *oberraverit*. vide ad Cat. *cap.* XX. n. 4. Seneca Ep. LXXIII. Niſi forte *tam iniquum putas eſſe ſapientem* cet. *Lubido tenet*, ut Cat. *cap.* LVIII. n. 18. *ſpes tenet*. infra *cap.* XXXI. n. 19. *ſatietas tenet*. Phaedr. V. Fab. V. *v.* 25. *favor mentes tenet*. Liv. III. *cap.* XV. *cura civitatem* tenebat. ſic iterum ille *cap.* XVI. & alibi. adde infra *cap.* XVII. n. 7. de lubidine quidem Cat. *cap.* LI. n. 3. dixerat, quod *poſſideat* animum: uti *invadere* Cat. *cap.* II. n. 5. *inceſſerat*, c. XIII. n. 2. aliis; quae tecum reputes, ut verus ſenſus teneat. Porro Guelf. I. *pernicioſa* ſcribit, quomodo alibi; Franc. *periculoſa*. Sed Guelf. 9. Vinar. 2. Struv. & Heuſ. *Niſi forte* quae *inhoneſta* cet. non *quem*. id quod eleganter exauditur, ut diximus ad Cat. *cap.* LVIII. n. 18.

POTEN-

Digitized by Google

tentiae paucorum decus atque libertatem ſuam gratificari.

CAP. IV.

CEterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno uſui eſt memoria rerum geſtarum: cujus de virtute, quia multi dixe- 1 2

Potentiae paucorum. *Paucis illis potentibus* in rep. de quibus ad Cat. *cap.* xx. nu.7. ſeſe addicendi, ut eorum gratia, auctoritate & potentia ſubnixus, aliquam partem in rep. teneas.

Decus atque lib. suam. Guelf. 5. omittit *ſuam*, elegantius multo quam 10. *decus ſuum atque libertatem ſuam*. *Decus* eſt maniſeſte Graecorum δόξα; etſi Cicero *decorum* Graece πρέπον dici, docuerit I. Offic. *cap.* XXVII. Habitus nempe ille cujuſque vitae, qui cum *opinione* hominum de illa optime conveniat; inde vero *gloria*. Noſtrates bene *Anſehen*, vel *Anſtendigkeit*. *Ornatum* vitae dixit Cicero, & ad omnem *honeſtatem* ita pertinere, ut ſtatim omnibus *adpareat*. Dein definivit, quod ſit *conſentaneum hominis excellentiae*, h. e. ſi ad partes reſpicias, *cujusvis ſtatui conveniens & quavis perſona dignum*. Hinc idem *cap.* XXXI. oſtendit, Catonem contra *decus* ſuum, h. e. contra famam vitae ſuae conſtantis & reipublicae conſecratae facturum fuiſſe, ſi Caeſari ſeſe tradidiſſet. Poſtea *decus magiſtratus* & *decus civitatis cap.* XXXIV. exponit. Hinc Tacit. XII. Ann. *cap.* XLVIII. *paucis* decus publicum *curae*: *plures tuta differunt*. & I. Hiſt. *cap.* ult. de adſentatoribus Principum: *vile jam* decus *publicum*. quomodo & Vellej. II. *cap.* XIII. Virg. II. Georg. *v.* 40. *O* decus, *o famae merito pars maxima noſtrae Maecenas*, ubi Servius Horat. I. Od. I. *v.* 2. contulit; ad XI. Aen. *v.* 657. vero *decus* exponit *nobilitatem*, *pulchritudinem*, aut denique *ornamentum*. Cic. X. epiſt. XII. nu. II. *Verum* decus *in virtute poſitum*, *quae maxime* illuſtratur *magnis in remp. meritis*. Curt. VIII. *cap.* XI. num. 35. *Regina non veniam modo*, *ſed etiam priſtinae fortunae impetravit* decus: *adpellata regina eſt*. Noſter infra *cap.* XXXIII. num. I. *Jugurtha contra* decus regium, *cultu quam maxume miſerabili*, *Romam venit*. Cat. *c.* XX. n. 15. *libertas*, *praeterea divitiae*, decus, *gloria in oculis ſita*. LIV. nu. 5. *Catoni ſtudium modeſtiae*, decoris, *ſed maxume ſeveritatis erat*. LVIII. nu. 8. *memineritis*, *vos divitias*, decus, *gloriam*, *praeterea libertatem atque patriam in dextris portare*.

Gratificari. Pro *gratificandi*, vide ad *c.* XXXIX. n. 3. h. e. donandi, & tamquam rem *gratam* devovendi. cum utroque caſu Cic. I. Fam. ep. X. num. I. *cur enim* hoc tibi *non gratificer*. alibi.

CAP. IV. I. *ex iis negotiis*. Omnes ſcripti impreſſique vetuſtiores: *ex aliis negotiis*, quod in recentioribus quibuſdam edd. in Gruteriana & Waſſiana perperam eſt mutatum. reſpicit Auctor ad *cap.* II. extr. & *prae aliis* hujus generis *negotiis* utilem eſſe memoriam rerum geſtarum, docet. *Aliis* itaque tam ad excellentiam, quam ut diſtingueret a cura rerump. de qua *c.* III. comparatum eſt. & hujus quidem *c.* principium ita habet: *Verum* ex his *magiſtratus* cet. Vides quam putide iterum dixiſſet: *ex iis negotiis*.

Ingenio exercentur. Cat. *cap.* II. num. I. *ingenium exercere*. *cap.* IX. num. 2. *jurgia*, *diſcordias*, *ſimultates exercere*. & ſic alibi. Dial. de Orat. *cap.* V. *exercere artem*. Sed cum utroque caſu Phaedr. I. Fab. XXXI. *v.* 12. *Exercere imperium ſaevis* unguibus. quomodo & Curtius. vide Cat. *cap.* XXXVIII. extr.

In primis magno usui est. Incert. 2. expungit Verbum Subſtantivum. *uſus* eſt utilitas, ut diximus ad Cat. *cap.* LI. nu. 2. Caeſar IV. Gall. *c.* XX. magno *ſibi* uſui *fore arbitrabantur*. cum nota Daviſii. Conſtructionem illuſtravimus ad Cat. *cap.* XXI. nu. 4.

Memoria rerum gestarum. Cognitio & recordatio rerum geſtarum h. e. *hiſtoria*. Livius VI. *cap.* I. *rarae per eadem tempora litterae fuere*, *una cuſtodia fidelis* memoriae *rerum geſtarum*. Pollio Cic. X. epiſt. XXXII. nu. 6. *Et quidem cum ageretur* (*comoedia*,) *flevit*, memoria *rerum geſtarum*. adde Cic. V. de Fin. *c.* XIX. alibi *memoria* dignum & ſimilia. Sequior aetas non modo pro *commemoratione*, ſed etiam pro hiſtoria & libris ſcriptis uſurpavit. Apulejus de Mundo p. 72. *Phidiam illum*, *probum quem fictorem fuiſſe tradit* memoria. Minuc. Fel. *c.* XXXI. Memoriae *& tragoediae veſtrae inceſtis gloriantur*, *quas vos libenter & legitis*, *& auditis*. ubi plura Elmenhorſtius.

2. Cujus de virtute, quia multi dixere. Virtus eſt praeſtantia, efficacia & utilitas, quod Perizonius docuit in Aelian. X. Var. Hiſt. *cap.* XXII. & Curt. Vindic. p. 61. pro efficacia

 Plin.

Digitized by Google

dixere, praetereundum puto ; ſimul , ne per inſolentiam quis exi-
3 ſtumet , memet , ſtudium laudando , extollere. Atque ego credo fo-
re , qui , quia decrevi procul a republica aetatem agere , tanto
tam-

Plin. XXXVI. *cap.* ult. *carbo vires habere incipit reſtinctus , atque interiiſſe creditus majoris fit* virtutis. & ſic de medicamentis, quae abſolute *virtutes* adpellavit. Coel. Aurelian. III. Acut. *c.* IV. extr. Efficaciam hiſtoriae mox memorat Criſpus, & de illa vide Livii Praefat. Maxim. Tyr. Serm. XII. Cic. II. de Orat. *cap.* IX. Senec. Epiſt. XCV. Polybii Praefat. cum nota Caſauboni. Ceterum quod aliis adridere poſſet ex Cod. Bongarſii *multi multa dixere*, id Salluſtianum non eſt. Plauto , Ciceroni , Terentio , Livio is modus decet, non Criſpum. Denique Codd. noſtri omnes cum vulgata incedunt.

PRAETEREUNDUM PUTO. Puta *dicere*. Sic plane Treb. Pollio Claud. *c.* I. de quo *ego idcirco* recuſare *non potui*, *quod alias* ſcripſeram. adde notam ad Cat. *c.* IV. nu. d. unde vides ita diſtinctionem, ut poſui ponendam eſſe , quod & alii Codd. & maxime Vinar. 2. confirmat, qui verba , *quia multi dixere* , uncinis incluſa exhibet. Struv. Acad. & Guelf. 7. *praetereundum* eſſe *puto*.

SIMUL. Pro *&* ; cum quo & ſynonymis ſaepe conjungitur . Sed ſolitarium habemus Cat. *c.* XVII. extr. *Craſſum cujuſvis opes voluiſſe contra illius potentiam creſcere ; ſimul confiſum* cet. ibidem *cap.* XX. nu. 3. qui locus eſt geminus. Tacit. I. Hiſt. *cap.* I. *magna illa ingenia ceſſere ;* ſimul *veritas infracta*. adde XIV. Ann. *c.* XLIII. Caesar III. Civ. *c.* XLIII. pro *ſecundo* adhibet, & ſubjungit *tertio*. Cic. V. Verr. *cap.* XXXII. *Committere igitur eum non fideliſſimis hominibus noluit* : ſimul *quod ab illa parte urbis navibus ex alto aditus eſt*. Neque ſollicitandus eſt Horatius I. Epiſt. VII. *v.* 95. *Vitae me redde priori ; Qui* ſimul *adſpexit , quantum dimiſſa petitis Praeſtent, mature redeat repetatque relicta*. h. e. ET *ille, qui adſpexit ;* nempe *ego, qui adſpexi —fac ut redeam*. Ordo autem eſt : *ne quis exiſtimet, me memet inſolenter* (ſic reddidit Hieronymus Praefat. ad L. de Nom. Ebr.) *extollere, dum ſtudium meum laudo*. *Ne quis* interpoſitis vocabulis diſſecantur, qualia adnotavit Bentlej. ad Horat. Art. P. *v.* 461.

MEMET , STUDIUM MEUM LAUDANDO , EXTOLLERE. Sic diſtincta verba accipienda ſunt, nec conjungenda *laudando extollere* . quod cum videret hoc loco alienum eſſe , Fabriciani 2. ſcriba maluit *laudando* abjicere. Intelligendum autem inſuper *me*, quod penes Infinitivos frequentiſſime deſideratur. & hoc voluit Guelf. 1. *me me ;* 2. *memet & ſtudium*. Sed Remenſ. 1. nude *me ſtudium* cet. & Fabric. 1. inter lineas habet *memet*. Vide de iſta Ellipſi Pronominis ad ea Cat. *c.* LII. n. 16. *eo magis refert*, mihi *atque vobis* timere. ubi vulgo legunt *me mihi* cet. infra *c.* XIV. n. 1. *in veſtra amicitia praeſidia regni* habiturum. ſic eſt in MS. probatiſſimo . vulgo *me habiturum*. III. Hiſt. Or. Macri : *niſi quia* vobiſmet *ipſi per ſuffragia dominos deſtinatis* ; & : *cum interim* vos *multitudo ſingulis habendos fruendoſque praebetis*. unde videas , quam vitet Salluſtius Pronomina iterare , quod alio etiam loco admonuimus . Igitur pace tua factum arbitror, quod & *meum*, auctoritate MS. Struv. ubi locum mutat , & Guelf. 6. & 12. in quibus nuſquam eſt, deleverim. & ſi forte haeſitas, adi notam ad Cat. *c.* XXXV. n. 1. & LI. n. 4. & mox nu. 4.

STUDIUM. Abſolute dixit pro *ſtudio* circa memoriam rerum geſtarum . Sicuti de aliis *ſtudiis* praeciſe poſuit Terent. Phorm. Prolog. *v.* 19. *ille ad famem hunc a* ſtudio *ſtuduit rejicere* . Phaedrus Epilog. II. *v.* 13. *ſi noſtrum* ſtudium *ad aures pervenit tuas* . Caecina Cic. VI. ep. VII. num. 8. *tot malis cum vinctum , tum fractum* ſtudium ſcribendi , *quid dignum auribus aut probabile poteſt adferre*. Noſter Cat. *c.* IV. nu. 2. *Sed a quo incepto* ſtudio *me ambitio mala detinuerat*.

3. ATQUE . Servit occupationi & notat *& vero , & tamen* . Sic accipit Donatus ea Terent. Andr. Act. I. Sc. III. *v.* 20. *Mihi quidem hercle non fit veroſimile ;* Atque *illis commentum placet*. Idem Adelph. Act. I. Sc. I. *v.* 15. Atque *ex me hic natus non eſt , ſed ex fratre*. *Argute*, inquit Acron apud Chariſ. II. *nam per hanc Conjunctionem tranſitum fecit ad narrationem*. quae vero ſub Donati nomine circumfertur interpretatio, ea ſic habet : *Quaſi dicat ex me non eſt , & ſic adficior ; quid paterer , ſi genuiſſem*. Vulgo eo loco *Atqui* legunt. Propert. III. eleg. XX. extr. *Seu moriar fato , non turpi fractus amore ;* Atque *erit illa mihi mortis honeſta dies* . Cic. I. Offic. *cap.* XLIV. addidit *tamen*, quod in his compoſitis particulis haud novum. XII. Fam. epiſt. XXIII. nu. 6. *in qua tuam vicem ſaepe doleo , quod nullam partem per aetatem ſanae & ſalvae reip. guſtare potuiſti* . Atque *antehac quidem ſperare ſaltem licebat : nunc etiam id ereptum eſt* . Noſter I. de Rep. Ord. *c.* VI. in. Atque *ego ſcio, quam aſpera haec res in principio futura ſit*. adde Cat. *c.* LI. nu. 35. & LII. nu. 31.

CREDO FORE. Vinar. 2. Guelf. 10. & Uratiſl. 2. *quoſ-*

Digitized by Google

tamque utili labori meo nomen inertiae imponant: certe, quibus maxuma induſtria videtur, ſalutare plebem, & conviviis gratiam quaerere. Qui ſi reputaverint, & quibus ego temporibus magiſtratus 4
adeptus ſum, & quales viri idem adſequi nequiverint, & poſtea quae genera hominum in ſenatum pervenerint; profecto exiſtumabunt,

quoſdam credo fore; 3. *quoſdam fore homines*; Guelf. 9. 11. Incert. 1. *fore homines*: Remenſ. 1. *fore eos*; Guelf. 7. *tales fore eos*; Eccard. *fore aliquos homines*. Has nugas ne poeniteat adſpexiſſe; indicio ſunt, quomodo in alia etiam loca *quoſdam*, *aliquis* & ſimilia pervenerint. vide Cat. *cap.* LI. num. 33. & junge infra *cap.* LXXXV. nu. 12. Nam Latinis *Fuerunt*, *qui*; *Sunt*, *qui* & alia talia ſunt frequentiſſima. Mox *qui* deficit Fabric. 1. Guelf. 1. Franc. & Struv. propter ſimilitudinem primae ſyllabae in *quia*.

TANTO TAMQUE UTILI LABORI MEO. Senat. 2. & Heuſſ. *tam honeſto tamque utili*. Incertae ſedis eſt *meo* in Guelf. 11. Franc. & Struv. ſed Fabric. 2. penitus expulit. bonum factum!

NOMEN INERTIAE IMPONANT. Guelf. 3. *imponent*; 7. *imponunt*; Senat. 2. & Heuſſ. *ponant*. Juſtin. XLIV. *cap.* IV. *Nomen illi impoſitum Habidis*. Ovid. Art. Am. III. *v.* 411. *Nunc ederae ſine honore jacent: operataque doctis Cura vigil Muſis* nomen inertis *habet*. Cic. II. de Finib. *cap.* XXXIV. *Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant*, inertes *a majoribus nominabantur*. & Plinius quidem I. ep. IV. ſtudia ſua quietem & *inertiam* vocat. Sed Cic. XV. ep. IV. nu. 43. eodem, quo Noſter, modo infeſtus eſt illi nomini. adde II. Offic. *cap.* I.

QUIBUS MAXUMA INDUSTRIA VIDETUR. Eleganter Guelf. 5. omittit vocem *maxuma*, induſtriam enim opponit *inertiae*.

SALUTARE PLEBEM. Guelf. 6. *ſalutari a plebe*, contra mentem Auctoris; qui reprehendit ambitioſos illos, qui propter honores in rep. prenſabant plebem, etiam nomenclatore adhibito. ita nempe docet candidatos Q. Cicero de petit. Conſ. *cap.* VII. Livius XXXIII. *cap.* IV. *Hinc Senatores, omiſſa dignitatis libertatiſque memoria, plebem adulari, ſalutare, benigne invitare, apparatis accipere epulis* cet. Id. III. *cap.* XIV. *Nihil eiſdem illis placidius erat. benigne* ſalutare, *adloqui plebis homines, domum* invitare, *adeſſe in foro*.

CONVIVIIS GRATIAM QUAERERE. Aliquot ex noſtris libris *in conviviis*, quod non raro ſexto Caſu accidere ſolet. Mos autem ille adeo invaluerat, ut omnes, qui magiſtratus aut ſacerdotia adfectabant, quaſi ex neceſſitate caenis, epulis aut viſcerationibus eo niterentur. vide Plin. X. *cap.* X. Cic. II. Offic. *cap.* XVI. Sed Franc. & Uratiſl. 2. habent *gloriam quaerere*; Uratiſl. 3. *gloriam atque gratiam quaerere*: quibus dubio procul ob oculos verſabatur locus ex Cat. *c.* 1. *n.* 3. ubi *gloriam quaerere* recte ſcripſerat. *Quaerere* autem quanta vi dixerit Noſter, patet ex Cat. *cap.* LI. num. 6. Sic alibi *ſumtus*, *opes*, *conſilium quaerere*. infra *cap.* LXXXV. nu. 30. *quae ego plurimis meis laboribus atque periculis* quaeſivi. Livius XXV. *c.* VI. *tantum abfuit, ut ulla ignominia iis exercitibus* quaereretur. ibi vide Sigonium & Gronovium. Juſtin. V. *c.* XI. quaerentes *apud Cyrum* gratiam, *& apud Xerxem, ſi viciſſet, veniae patrocinia*. Id. XIII. *c.* III. *qui* potentiam *ex vulgi adulatione* quaerentes, *militibus conſentiunt*. nempe & pro *ſtudere*, & pro *adquirere* paſſim ponitur, quod illa exempla oſtendant.

4. QUI SI REPUTAVERINT. Eamdem formam habes apud Corn. Nepot. Praefat. nu. 2.

MAGISTRATUM ADEPTUS SIM. Scripti noſtri *adeptus ſum*: praeter Guelf. 1. & 5. Eccard. & Uratiſl. 1. in quibus tamen partim vocula ſcalpellum paſſa eſt. Senſus ipſe pro *ſim* militat, cujus partes arripui, cum ſaepius notatum ſit, Criſpum in tali permutatione delicias facere. Sic & Coelius ep. 1. num. 4. *& quemadmodum actum* ſit, *& quae exiſtimatio ſecuta, quaeque de eo ſpes* eſt, *diligenter tibi perſcribamus*. adde notam ad Cic. XII. epiſt. 11. num. 7. & Cl. Ducker. ad Flor. II. *c.* XV. num. 3. Supra pro *& quibus* habent Fabric. 2. Acad. Senat. 1. Uratiſl. 1. Struv. Franc. Guelf. 6. & 10. *ex quibus*: ſed Guelf. 9. neutrum. Praeterea Uratiſl. 2. Vinar. 2. Incert. 1. Guelf. 10. & 11. *magiſtratus*: quod mihi ab Salluſtio profectum eſſe videtur, ſed ab imperitis vel propter proximum *idem*, vel alia de cauſſa immutatum.

QUAE GENERA HOMINUM IN SENAT. PERV. Guelf. 9. *in ſenatu*; 6. *pervenerunt*: nimirum propter *ſum*, ob quam cauſſam alii etiam *nequiverunt* ſcripſerant. *Quae genera* pro *quales*. Sed ſic infra *cap.* XCI. extr. genus hominum *mobile*. Lamprid. Severo *cap.* XV. *quos impurus ille Heliogabalus* ex genere hominum *turpiſſimo provexerat*. Caeſar autem maxime dignos, indi-

Digitized by Google

bunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mutaviſſe, majuſque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis reipublicae venturum.
5 Nam ſaepe audivi, Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis noſtrae praeclaros viros ſolitos ita dicere, CUM MAJORUM IMAGINES INTUERENTUR, VEHEMENTISSUME SIBI ANIMUM AD VIRTUTEM ACCENDI. Scili-

indignos in ſenatum legit & incondita quadam multitudine civitatem onerabat. Dio teſtis XLIII. p.227. & Cic. VI. Fam. ep. XVIII.

EXISTIMABUNT, ME MAGIS MERITO. Guelf. 5. & a prima manu Fabric. 1. *exiſtimabant*; Guelf. 9. & Senat. 2. *magis me merito*; alii *me merito magis*: aliis concurſus ejuſdem ſyllabae formidoloſus fuit, cum tamen dixerit Cat. *cap.* XLI. num. 1. *in incerto*. Tibullus I. eleg. I. *v.* 62. *Mollis* in *inculta ſit mihi ſomnus humo*. ubi, & ad Propertium elegantiſſimus Brockhuſius quaedam alia notavit. Sic modo nu. 3. & *cap.* XXXV. nu. 1. *qui quia*. Nihil tamen muto. C. Nepos Attic. *cap.* XV. *Ex quo judicari poterat*, *non* inertia, *ſed* judicio *fugiſſe reip. procurationem*. Guelf. 6. & 9. *quam ignaviam*. acute, & forſitan vere.

JUDICIUM ANIMI MEI MUTAVISSE. Guelf. 9. *judicium meum mutaviſse*; 11. & 12. *mei animi*; Struv. a prima manu: *judicium* me *animi mutaſse*. Sed veriſſime Eccardianus: *judicium* animi *mutaviſse*, quod ex num. 2. poteris confirmare. Mutationem judicii ex n. 2. ſed magis ex Cat. *c.* III. n. 3. diſcere poteris.

QUAM EX ALIORUM NEGOTIIS REIP. VENTURUM. Fabric. 2. *ex* illorum *negotiis*, quae etiam Cat. *cap.* LI. num. 26. permutantur. Guelf. 9. *aliorum negotio*. Seneca Ot. Sap. *c.* XXXII. *Invenerunt*, *quemadmodum plus quies illorum hominibus prodeſset*, *quam aliorum* diſcurſus *et* ſudor. adde de Brev. Vit. *cap.* XI. XII. cet. Plin. 1. epiſt. IX. *O dulce otium honeſtumque*, *ac paene omni negotio pulchrius*. Plura Cicero I. Offic. *c.* XLIV. & Baſil. Κεφαλ. παραινετ. *c.* LVI. *negotio* legiſſe videtur Hieronymus Praefat. II. in Job. *magis utile quid ex otio meo eccleſiis Chriſti venturum ratus*, *quam ex aliorum* negotio. Sed is ea aetate vivebat, qua jam coeperant aequalia omnia reddere: itaque propter *otio* dedit *negotio*. Ab ea cura Noſtrum eſſe vacuum, dictum ad Cat. *c.* LXI. extr. *reip.* notat terminum, cui obveniat, uti Cat. *c.* III. nu. 1. & III. Hiſt. Or. Macri: *ita pugnatur et vincitur* paucis. Hieron. Praeſ. in Proverb. *ut* vobis *potiſſimum noſtrum deſudet ingenium*, & mox: *quaſi aut aequum ſit*, *me* vobis *eſurientibus et* aliis *laborare*. adde infra *cap.* CIII. nu. 2. Plaut. Capt. A. III. Sc. IV. *v.* 18. *et illic* iſti, *qui ſputatur*, *morbus interdum* venit. infra *cap.* VIII. extr. *ultro* illi *et gloriam*, *et regnum* venturum. Cic. II. Verr. *cap.* XIV. huic *hereditas* venit *teſtamento propinqui ſui*. quomodo iſte aliquoties.

5. NAM SAEPE AUDIVI. MSS. conſtanter: *ſaepe* ego *audivi*: qnod editores propterea non admittere voluerunt, quia aliquoties hoc *cap.* iteratur, qualia tamen & alibi obſervare poteris. vide notam ad Cat. *cap.* XXIII. num. 3. Plures autem *Q. Fabii Maximi*, plures etiam *P. Scipiones* rebus ſuis geſtis et praeclaris factis nomen gloriamque adepti ſunt: quos eo Noſter maxime nominavit, quod de majorum imaginibus loquitur, quorum famam filii aequare adniſi ſunt.

PRAETEREA CIVITATIS NOSTRAE P. VIROS. *Viros* inter verſus haeret in Fabric. 1. vide ad Cat. LI. nu. 19. Fabric. 2. *praeterea civ. n.* alios *praeclaros viros*. ita nempe ſenſus poſcebat. Nihilominus Cat. *cap.* XLVII. num. 1. dixerat *P. Autronium*, *multos* praeterea *in ea conjuratione eſſe*. ubi ſimiliter in MS. additum eſt *alios*. ibi videbis, eſſe proprie: *et praeclaros viros praeter eos*. unde bene *alios* omittitur. Sic et infra *cap.* LXXXV. num. 40. *Nam ex parente meo et* ex ſanctis viris *ita accepi*. ſic eſt in membranis probatiſſimis. Vulgo edunt: *et ex* aliis *ſanctis viris*.

SOLITOS ITA DICERE. De *ita* abundante dixi ad Cat. *cap.* XIV. num. 7.

MAJORUM IMAGINES. Quas habebant in atrio poſitas. vide *cap.* LXXXV. nu. 10.

VEH. SIBI AN. AD VIRTUTEM ACCENDI. Gu. 9. *vehementiſſimum*; Remenſ. 1. omittit *ſibi*. *Accendere* ſaepe Salluſtius. vide Cat. *cap.* XX. n. 6. Sed etiam *accendere ad quid*. Sic eod. *cap.* XIII. nu. 4. *Haec juventutem* ad *facinora incendebant*. Silius IV. *v.* 169. *dum ſtimulas cornu atque* in *praelia mentes* Accendis, *renovaſque viros* ad *vulnera cantu*. infra *c.* XXXI. nu. 16. *quam illi* ad *dominationem accenſi ſunt*. Apulej. XI. Metam. p. 266. *Sic anxius et* in proventum *proſperiorem* attonitus, *templi matutinas apertiones opperiebar*. adde *cap.* VI. nu. 3.

6. Sci-

Digitized by Google

Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere; 6
ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. At contra, quis eſt omnium his moribus, quin 7
divitiis & ſumtibus, non probitate neque induſtria cum majoribus ſuis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem ſo-

6. SCILICET—HABERE. H. e. ſcire licet habere, creſcere, ſedari; quod uſitatius dicimus: *ſcilicet habet, creſcit, ſedatur*. Nam hoc Salluſtii judicium eſt, non Fabiorum, nec Scipionum: qui nimis arrogantes erant, ſi ſemetipſi *egregios viros* adpellaſſent. Sic infra *c.* CXIII. n. *voltu corporis pariter atque animo varius: quae* ſcilicet *tacente ipſo occulta pectoris* pateſeciſſe. ubi vide.

NON CERAM ILLAM. Vinar. 2. *neque ceram illam. Ceram* intelligit, ex qua imagines formatae. Ovid. I. Faſt. *v.*591. *Perlege diſpoſitas generoſa per atria* ceras; *Contigerunt nulli nomina tanta viro*. Plin. XXXV. *c.* II. *Expreſſi* cera *vultus ſingulis diſponebantur armariis, quae comitarentur gentilia funera*. Senat. 2. *tantam vim, ut accenderentur, in ſeſe habere*.

EAM FLAMMAM EGREGIIS VIRIS IN P. CRESCERE. Fabric. I. ſcripſerat antiquo more *flamam*: ſed ecce ortus eſt aliquis corrector, qui eraſa littera *l* tentavit *famam*. *Flamma* eſt *ardor* ille mentis ad virtutem. dixerat enim *accendi* animum. Sic de amore Catullus Carm. XCVII. *Cum veſana meas torreret* flamma *medullas*. & Tacitus ſaepiuſcule *flammare* pro inflammare, & accendere. *Viris* dixit pro *virorum*, qua conſtructione Juſtin. I. *c.* I. *intra ſuam* cuique *patriam regna finiebantur*. Livius XL. *c.* XXXII. *unde* illis *terror*, Romanis *animus crevit*. vide notam ad Cat. *c.* XI. n. 4. & mox infra ad *c.* VII. n. 4. De vi autem iſta egregie teſtatur exemplum Caeſaris ingemiſcentis, cum Alexandri imaginem adſpiceret. vide Sueton. Caeſar. *c.* VI. & Galenus Protrept. ad art. unum illum nobilitatis fructum eſſe exiſtimat, quod domeſticum ad aemulationem exemplum habeamus, de qua pulchra Gruterus ad Liv. I. *c.* XXII. adde Sulpic. Sev. de Vit. Mart. *c.* I. Gregor. Nyſſen. Or. de Vita Moſis & *c.* II. in Pſalm. Ambroſ. II. de Offic. *cap.* ult. Senat. 2. *ſed memoriam r. g. ea flamma egr.* &c.

QUAM VIRTUS EORUM FAMAM. Quam *virtus* intellige egregiorum iſtorum virorum. Librarii vero qui *virtus eorum* conjungebant, addiderunt *majorum*: nempe Remenſ. I. Uratisl. 3. Guelf. 3. 10. & 11. habent *gloriam majorum adaequaverit*. Sed *eorum* majores denotat. Ita fere Catil. *cap.* LI. num. 8. *ſin magnitudo* ſceleris *omnium ingenia exſuperat*. ubi alia adnotavi. Perperam autem Ciacconius vocem *virtus* omitti & *adaequaverint* legi mallet: etſi hoc poſterius perſcriptum eſt in Uratisl. 3. & Eccardiano. dictum enim pro *virtute adaequaverint*: quod genus paſſim obvium. vide ad Cat. *c.* XXXIII. num. 5. & infra *c.* LXV. num. 4.

7. QUIS EST OMNIUM HIS MORIBUS. Hac tempeſtate cum hi mores invaluerunt. h. e. moribus hujus temporis, qua vi Pronomen demonſtrativum *hic* apud Livium, Ciceronem, Plautum legitur, ut dixi ad Cic. II. ep. V. n. I. Petron. Sat. *c.* XLIV. *Si perſeverat* haec annona, *caſulas meas vendam*. cum nota Burmanni. Noſter Catil. *c.* LVIII. num. 14. *Quia illa foeda atque intoleranda viris videbantur*, haec *ſequi decreviſtis*. Seneca Epiſt. XCVII. *quidquam fuiſſe corruptius* illis moribus *credis, quibus libido non ſacris inhiberi, non judiciis poterat*. adde Muret. XV. Var. Lect. *c.* XIII. Cuivis id in aperto erit, qui cogitaverit, *eo, huc, ad id locorum* etiam a vulgo hujuſmodi notione uſurpari: & quae ſupra num. 4. ſcripſerat Noſter, & proximum *antea* non alium ſenſum recipiunt. Ceterum Struv. Guelf. 6. & 9. *eſt* abjecerunt.

QUIN DIVITIIS ET SUMTIBUS. *Quin* eſt in Senat. I. Baſil. I. Fabricianis, Uratisl. I. Struvian. & aliquot Guelferbytanis. Ceteri *qui non*; uti erratum Catil. *cap.* XXXV. n. 3. Incert. I. Franc. & Guelf. 7. *qui non de divitiis*, quem lapſum animadvertimus Catil. *cap.* LIV. num. 6. mox *contendant* habet Eccardianus. non male.

ETIAM HOMINES NOVI. Quos deſcripſimus Cat. *c.* XXIII. n. 6.

QUI ANTEA PER VIRTUTEM. Struv. & Guel. 10. omittunt *antea*; propterea, quod non ſequitur *nunc*. Eodem errore inducti Guelf. 7. infra *nunc furtim*; & Eccard. atque Uratisl. 3. *modo furtim* ſcribunt. Sic I. Hiſt. Or. Philippi num. 6. *Attamen* erat *Lepidus latro cum paucis ſicariis* — nunc *proconſule cum imperio*. Sic ibi optimi Codd. vulgo: *at* tunc *erat Lepidus* &c.

ſoliti erant nobilitatem antevenire, furtim & per latrocinia potius
8 (quam bonis artibus) ad imperia & honores nituntur. proinde quaſi praetura & conſulatus, atque alia omnia hujuſcemodi per ſe ipſa clara, magnifica ſint; ac non perinde habeantur, ut eorum, qui

Furtim et per latrocinia potius. Vinar. 2. *furtim quaſi;* Uratisl. 2. & Guelſ. 10. *& quaſi per latrocinia*, ut mollirent verba. Sed talia non curat Criſpus, ut notatum ad Cat. *c.* x. n. 6. *Latrocinia* nempe notant malas artes, fraudes & inſidias, quod obſervavit Graevius ad Cic. pro S. Roſc. Am. *c.* xxii. *confitere, huc ea ſpe veniſſe, quod putares hic* latrocinium, *non judicium futurum.* addo Eckbert. adv. Catharos Serm. ii. *Non enim niſi* furtive, *& quaſi* per latrocinium *acquiritis in partem veſtram animas miſerorum*.

Quam bonis artibus. Remenſ. 1. haec: *potius, quam bonis artibus*, reticuit, ut veroſimile ſit, Salluſtium tantum ſcripſiſſe: *furtim ac per latrocinia potius ad imperia & honores nituntur*. Alterum enim & ſatis exprimitur ſupra, ubi dixerat *per virtutem*, & Noſter aliique lectori potius intelligendum relinquunt, quod nullius intellectum fugere poteſt. exempla quaedam habes ad Cat. *c.* xvi. n. 3.

Ad imperia et honores nituntur. Eccard. *ad imp. ad honores nituntur;* in Francii MS. deſiderantur illa *& honores*. utrumque conjungit Cat. *c.* xi. n. 2. *nam gloriam*, honorem, imperium *bonus, ignavus aeque ſibi exoptant:* ſed ille vera via nititur, *huic quia bonae artes deſunt, dolis atque fallaciis* contendit.

8. Proinde quasi. Scripti plerique *perinde*, ita ut vix Baſil. 1. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. cum Guelſ. 1. & 3. nominare queam, qui habeant *proinde*. de facili harum particularum confuſione diximus ad Catil. *cap.* xii. extr. proinde quaſi *injuriam facere, id demum eſſet imperio uti;* eaedemque confunduntur apud Corn. Nep. Alcib. *c.* vi. num. 1. Quinctilian. v. *cap.* ix. pag. 393. & alibi. Senat. 2. *Praeterea quaſi.* qui τὸ *Proinde* ſuſpectum reddit.

Praetura et consulatus. Struv. & Guelſ. 12. negligunt Copulam. Haec autem, ut honoratiſſima in libera rep. nomina, pro maximis dignitatibus ſigillatim adduxit. Boetius iii. Proſ. iv. *Atqui* praetura, *magna olim poteſtas, nunc inane nomen eſt, & ſenatorii cenſus gravis ſarcina*.

Atque alia omnia hujuscemodi. Struv. *aliaque omnia* &c. *alia* non comparet in Acad. Sed Uratisl. 1. Guelſ. 5. & 10. omittunt *omnia*. nihil puto vitii in lectione recepta, praeterquam quod *atque* male ſanum eſt. vide ad *cap.* ii. num. 2.

Per se ipsa. Uratisl. 1. & Guelſ. 12. confodiunt *ipſa;* ordinem tantum novat Guelſ. 2. *per ſe clara ipſa*. Cic. ii. epiſt. iii. n. 6. *Si res verba deſiderares, ac non* per ſe ipſa *loquerentur*. Id. vi. ep. x. n. 8. *agam* per me ipſe *& moliar*. cum ibi notatis. Id. pro Murena *cap.* xiv. *Ceterae tamen virtutes* ipſae per ſe *multum valent*. Liv. iii. *c.* vi. *ut* per ſe ipſi *Hernici cum Latinis res ſuas tutarentur*. &: *munus vigiliarum ſenatores* per ſe ipſi *obibant*. Seneca Epiſt. xcii. *ideo virtus ad illam* per ſe ipſa *ſatis eſt*. Noſter infra *c.* xiv. n. 4. Sed quoniam *parum tuta* per ſe ipſa *probitas eſt*. adde *cap.* xcvi. n. 2.

Clara et magnifica sint. Haud inficete Baſil. 1. *clara, magnifica ſint*, ſine copula; uti alii infra *c.* xvii. n. 1. *Africam initio habuere Gaetuli & Libyes*, aſperi, inculti. ubi vide. Sed Dictys ii. *c.* xix. *Igitur ambo duces multis vaſtatis atque expugnatis regionibus, ipſi* clari atque magnifici, *ingenti nomine, per diverſa loca, quaſi de induſtria, eodem tempore ad exercitum remeavere*. Verbo *ſint* quid debeatur, prudens lector videbit.

Ac non perinde habeantur, ut. Perinde ſint, talia & tam clara ac magnifica. vide ad Cat. *c.* i. n. 4. Terent. Heaut. A. i. Sc. ii. *v.* 21. *Atque haec* perinde ſunt, ut *illius animus, qui illa poſſidet*. Et cum his maxime Verbis quaedam Particulae, ut *recte, ita, contra, bene, laxius, facile*, frequenter pro Adjectivis ponuntur. Boetius ii. Proſ. vi. *ita fit, ut non virtutibus ex dignitate; ſed ex virtute dignitatibus honor accedat*. Liv. xxvi. *c.* xii. *In magiſtratu autem erat, qui non ſibi honorem adjeciſſet, ſed indignitate ſua vim ac jus magiſtratui, quem gerebat, demiſiſſet*. Seneca ad Helv. *c.* xiii. *ignominia illa praeturae & conſulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur*. & ita fere de eodem Catone Valer. Max. vii. *c.* v. extr. Juſtin. vi. *c.* viii. de Epaminonda: *honores ita geſſit, ut ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati videretur*. Eadem Herodian. ii. *c.* iii. n. 17.

Ut eorum, qui ea sustinent, virtus est. Fabric. 1. a primo librario: *qui ea tenentur;* ſecundus fecit: *qui ea tenent*, quod etiam in Uratisl. 1. legitur. Senat. 2. *ut eorum, ea quae ſuſtinent*, *v. e.* Sed *ea* recte abjecit Incert. 2. quale

Digitized by Google

qui ſuſtinent, virtus eſt. Verum ego liberius altiusque proceſſi, 9
dum me civitatis morum piget taedetque. nunc ad inceptum redeo.

CAP. V.

BEllum ſcripturus ſum, quod populus Romanus cum Jugurtha, 1
rege Numidarum geſſit: primum quia magnum & atrox, variaque victoria fuit; dein quia tum primum ſuperbiae nobilitatis

quale mendum ſuſtulimus Cat. *c.* VIII. num. 4. *Ita* eorum, *qui fecere*, *virtus tanta habetur*: ubi vulgo legebant: *qui* ea *fecere*. Sed uti hoc loco, ſic infra loquitur *c.* XVIII. n. 5. *quia neque* materia *in agris*, *neque ab Hiſpanis emundi*, *aut mutandi copia erat*. adde Cat. *c.* XXXV. num. 3.

9. VERUM EGO LIBERIUS ALTIUSQUE PROCESSI. Guelf. 12. *Ego vero liberius*; 7. omittit *ego*; 9. & Uratisl. 3. *liberius atque altius*. Imitatur Sulpic. Sev. I. *c.* XXIII. *Sed longius*, *quam volui*, *egreſſus ſum*, *dum me temporum noſtrorum* piget taedetque. *Ad inceptum redeo. longius* illi, quod Noſtro *altius*: ſicuti alibi *ſupra*, *ex alto* repetere.

PIGET TAEDETQUE. Guelf. 5. *pigetque taedetque*: Verum 3. neglexit *taedetque*. Sed tuetur bene Sulpicius & Mamertus I. apud Waſſium. Salvianus VII. *Exceſſi paullisper coeptum ſermonis ordinem*, *rei* indignitate *compulſus*.

AD INCEPTUM REDEO. Et tamen in id nondum erat ingreſſus, inquit Muretus. Imo cum inciperet ſcribere, ingrediebatur Hiſtoriam belli Jugurthini, ad quam ex diverticulo nunc vere *redit*. Sed haec alibi valeant. novimus *Re* in compoſitione ſaepe idem eſſe, quod *De*; & Verba inde compoſita pro ſimplicibus uſurpari. Sic dicimus *eo rediit*, & Cicer. I. Att. ep. XIV. *nunc ut ad privata* redeam: & epiſt. XVI. *ut jam πρὸς τὸ πρότερον* revertar. neque tamen ſupra aliquid de iis rebus dixerat. Sic *refervescere* pro *fervere* pro Roſc. Comoed. *c.* VI. Recalent *noſtro Tiberina fluenta ſanguine*, pro *calent* inquit Chariſ. IV. pag. 241. Coelius epiſt. XIV. num. 7. *Sic illi jam amores & invidioſa conjunctio non ad occultam* recedit *obtrectationem*. Terent. Andr. A. III. Sc. II. *Nunc tibi* renuncio; ubi Donatus: Re *ſyllaba apud veteres interdum abundat*, *ut modo* renuncio *pro* nuncio, *& Cicero*: renunciatur *mihi*. Livius XXI. *c.* XLV. *Agnum laeva manu*, *dextra ſilicem* retinens. *Reſurgere* & *Recipere*, ſimplicis notione, advocat Acidalius ad Vellej. II. *c.* VI. & in his Silii II. *v.* 223. *tantone cavetur Mors* reditura *metu*, non aliter, quam *ventura* ſumendum eſſe, cenſet D. Heinſius. Denique Dares Phryg. Praefat. extr. *Sed hactenus iſta. nunc ad pollicitum* revertamur. adde infra *cap.* XII. extr.

CAP. V. 1. BELLUM SCRIPTURUS SUM. Vide ſuper hoc judicium Livii ad Cat. *c.* IV. num. 4.

VARIAQUE VICTORIA FUIT. Struvianus particulam *que* accepit demum ab ſecunda manu, & ſimilis poſitus eſt VI. Hiſt. Or. Cottae n. 3. in libris vetuſtis. Guelf. 6. *magna & atrox*: ſcilicet ut omnia ſimiliter currerent: ſed vide *c.* LXI. extr. *bellum varia victoria*, ut ibi *Numida ingenio infido*. *Varia* dicitur, quae apud Jugurtham modo, modo apud Romanos fuit ut Juſt. IV. *c.* II. *diuque* varia victoria *cum tyrannis dimicatum*. & Guelf. I. Uratisl. I. atque Fabric. 2. *variaque* fuit *victoria*: ſed Guelf. 4. omnium optime *fuit* omiſit. uti *c.* III. n. 3. & infra *c.* LXIII. extr.

DEIN, QUIA TUM PRIMUM. Quidam *deinde*; ſed Acad. Remenſ. I. & Guelf. 3. ac 12. *dehinc*. porro plerique *tunc primum*: cum tamen & *dein*, & *tum* Salluſtii ſit. Guelf. 6. neglexit *quia*: quod haud raro Latini omittunt, & eadem forma legebatur Cat. *c.* IX. n. 5. *Quarum rerum documenta haec habeo*, quod *in bello ſaepius vindicatum eſt* ---- *in pace vero beneficiis magis*, *quam metu imperium agitabant*. Sed nos ibi auctoritate MSS. dedimus: *in pace vero* quod *beneficiis* &c. Liv. *c.* XL. *ſed & injuriae dolor ſtimulabat*: *&* quia *gravior ultor caedis*, *ſi ſupereſſet*, *Rex futurus erat*, *quam privatus*: tum, *Servio occiſo*, *quemcumque alium generum delegiſſet*, *eundem regni haeredem facturus videbatur*. qui locus fruſtra ſollicitatur; nec ſollicitatus eſſet, ſi ſcriberet: *tum*, quia *Servio occiſo* &c. Tacit. XIV. Ann. *c.* XLIII. *neque ſum adverſatus*. *Non* quia *dubitarem* — *Simul quidquid hoc in nobis auctoritatis eſt*, *crebris*

Digitized by Google

2 tatis obviam itum eſt. quae contentio divina & humana cuncta permiſcuit, eoque vecordiae proceſſit, uti ſtudiis civilibus bellum at-
3 que vaſtitas Italiae finem faceret. Sed priuſquam hujuſcemodi rei

contradictionibus deſtruendum non exiſtimabam. pro *ſimul*, quia *non exiſtimabam*.

SUPERBIAE NOBILITATIS OBVIAM ITUM EST. per Tribunos non minus, vide *c*. XXX. ſeqq. quam per Marium, vide *c*. LXXXIV. ſeq. Sed Fabric. I. Baſil. I. Vinar. 2. Senat. I. Remenſ. I. Incerti, Struv. Franc. Uratisl. 3. Eccard. Gu. 2. 3. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. hi omnes habent *obviatum eſt:* quod etiamſi omnes Codd. haberent, tamen ſemetipſum prodit, ut illi aetati familiare, qua librarii plerique vixerunt. nempe Sidon. V. epiſt. I. *niſi tamen coeptis factioſa vis* obviet. Lupus Ferrarienſis ep. XXIV. *quamquam paratiſſimam haberem voluntatem, imbecillitati tamen* obviare *non potui*, & hujus claſſis multo plures. Vidimus & Catilin. *c*. XXXV. n. 2. *recognoſcere; c*. XLIII. num. 3. *protelare* ejusdem generis errores. Criſpi autem aetas *obviam ire* dixit, pro reſiſtere, contra niti, *Einhalt thun:* & ſic aemuli etiam Salluſtii loquuntur. Dictys II. *c*. XXIX. pr. *Quae poſtquam Agamemnon accepit*, obviam *cunctorum ſententiis* ire *pergit*. & I. *c*. XIX. *uti malo* obviam *properaret*. Noſter autem ipſe ſaepius, ut *c*. XIV. extr. XXXI. n. 4. &c.

2. QUAE CONTENTIO. Sic ſolent Latini & Nomina, & Verba praemiſſa explanare, ut hic *contentio* illuſtrat Verbum *obviam itum eſt*. Juſtin. XVIII. *c*. XII. *impuberes, quae* aetas *etiam hoſtium miſericordiam provocat, aris admovebant*. adde Catil. *cap*. II. n. I. & LI. n. 42. de Verbis haec habeas. Cat. *c*. XXIII. num. 4. 5. *Fulvia de Catilinae conjuratione quae quoque modo audierat compluribus* narravit. *Ea res inprimis ſtudia hominum accendit*. *c*. XXIV. n. I. *Igitur conſules* declarantur *M. Tullius & C. Antonius. quod* factum *primo popularis conjurationis concuſſerat*. Sed adpoſite infra *c*. XXXVII. num. 2. *P. Lucullus & L. Annius Tribuni pl. reſiſtentibus collegis continuare magiſtratum nitebantur:* quae diſſenſio *totius anni comitia impediebat*. Lapſus itaque eſt librarius Fabric. I. cum ſcriberet: *quae conditio*.

DIVINA ET HUMANA CUNCTA PERMISCUIT. Grutero vox *cuncta* a mala manu videtur; tuetur I. Waſſius ex formula. vide ad Cat. *c*. XI. n. 6. Noſtri omnes ſervant, praeter Uratisl. I. ubi in margine legitur.

STUDIIS CIVILIBUS. Partibus, factionum diſſidiis. infra *c*. LXXIII. n. 3. *ceterum in utroque magis* ſtudia *partium, quam bona aut mala ſua moderata*. adde Cat. *c*. LI. n. 13. Cic. pro Marcello *c*. X. *non enim conſiliis ſolum &* ſtudiis, *ſed armis etiam & caſtris diſſidebamus*, cum nota Abramii.

BELLUM ATQUE VASTITAS ITALIAE FINEM FAC. h. e. ut non prius finirentur, niſi bello & vaſtitate Italiae. bellum & vaſtitas *finit*, uti infra & apud alios *nox dirimit*, & *c*. LXV. n. 4. *ſpes pacis impellit*. Cat. *c*. XXXV. *cum alienis nominibus* liberalitas *Oreſtillae perſolveret*. cum ibi notatis. ut & ad *c*. LII. n. 22. & *cap*. XXXVII. n. 5. *quos* flagitium, *aut* facinus *domo expulerat*. Livius XXIV. *c*. XXXI. Nox *caedibus finem fecit*. *Vaſtitas* Italiae facta per tot caedes atque fugas in bellis civilibus. Pollio Cicer. X. epiſt. XXXIII. num. 2. *tamen poſtmodum neceſſe eſt doleant, cum* vaſtitatem Italiae *reſpexerint*. Livius III. *c*. VI. *hoſtis pergit inde infeſtus in agros Romanos; etiam ſine belli injuria* vaſtatos. *morbo enim populabantur. cap*. VII. *quid in* vaſto *ac deſerto agro inter tabem pecorum hominumque tempus tererent*. Tandem *faceret* eſt in MSS. vetuſtioribus omnibus; pauci, quibus non ea commendatio, & edd. quaedam vulgares: *facerent*. Sed Catil. *cap*. XII. num. I.

3. INITIUM EXPEDIO. Profero, propono, explano. Terent. Eunuch. A. IV. Sc. IV. *v*. 17. *agedum*, hoc *mihi* expedi: *primum, unde habes iſtam veſtem?* Plautus Amphitr. Act. V. Sc. I. *v*. 29. *Agedum* expedi. Apulej. ad Aſclep. p. 80. *Sed nunc vobis* expediam, *quae coeperam*. p. 89. *Si ergo ſolis & paucis hoc prodeerit, dignum eſt hunc proſequi atque* expedire tractatum. adde notam ad Cat. *c*. IV. num. 3. Cic. III. ep. XIII. n. 5. *Itaque quemadmodum* expediam exitum *hujus inſtitutae orationis, non reperio*. Gloſſa itaque eſt, quod habet Uratisl. I. *priusquam hujuſcemodi initium faciam*, qui tamen confirmat, haud inepte Guelf. II. abjeciſſe *rei*. Sed Baſil. I. Vinar. 2. Incerti; Uratisl. 2. & 3. Franc. Struv. Senatorii, Heuſſ. Remenſ. I. Guelf. 4. 7. 9. 11. habent *expediam;* alterum ex ſuis MSS. protulit Rivius (quibus ceteri ex noſtris adſentiuntur) probavitque Ciceronis exemplis.

AD COGNOSCEND. OMNIA ILLUSTRIA MAGIS. Haec *omnia illuſtria* deſunt Gu. 4. mallem prius *magis* expelleretur, uti Cat. *c*. VII. n. I. pro *illuſtria* Struv. habet *induſtria;* ſed editum pro varia lectione, quod notat *expreſſa, clara*, ut hodie

rei initium expedio , pauca ſupra repetam ; quo ad cognoſcendum
omnia illuſtria magis , magiſque in aperto ſint. Bello Punico ſe- 4
cundo , quo dux Carthaginienſium Hannibal , poſt magnitudi-
nem nominis Romani , Italiae opes maxume adtriverat ; Maſi-
niſſa rex Numidarum , in amicitia receptus a P. Scipione , cui
poſtea Africano cognomen ex virtute fuit , multa & praeclara rei
mi-

hodie loquuntur. Cic. I. epiſt. VII. *haec profecto vides* , *quanto* expreſſiora *quantoque* illuſtriora *futura ſint*. A. Gellius VII. *c.* XIV. extr. *Unumquodque autem genus* , *ut diximus* , *cum caſte pudiceque ornatur* , *fit* illuſtrius : *cum fucatur atque praelinitur* , *fit praeſtigioſum*.

MAGISQUE IN APERTO SINT. H. e. *aperta* , quod aliquis litterator hic potius ſcripſiſſet , quoniam *illuſtria* praeceſſit ; ſed contra ſolet Criſpus. vide VI. Hiſt. Or. Cottae n. 4. & ad Cat. *c.* IX. n. 3. Tacitus preſſe ſequitur Agric. *c.* I. *apud priores agere memoratu digna* pronum , *magiſque* in aperto *erat*. Livius Praefat. *ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama* in obſcuro *ſit*. Idem III. *c.* VIII. *cum exitus haud* in facili *eſſent*. ubi vide Gronovium, ut & ad *c.* X. *niſi dum* in integro *res ſit:* ubi vulgo legerant *integra*. adde quae notamus ad Cat. *c.* XLI. n. I. & *c.* LII. n. 6.

4. DUX CARTHAGINIENSIUM HANNIBAL . *Hannibal* ſcribunt Fabriciani, Incerti, Remenſes, Baſileenſis, Senatorii, Uratisl. I. Academ. Guelf. I. 2. 3. & 5. Sed Vin. 2. Struv. & Uratisl. 2. *Hanibal;* ceteri *Annibal*, aut, uti Eccard. Uratisl. 3. Guelf. 4. 10. & 12. *Anibal*. Aſpiratam tamen vides in optimis ſervari , quam & ſervandam eſſe cenſent viri docti. vide Drackenb. ad Sil. I. *v.* 39. de vocabulo *Carthaginienſium* monui ad Cat. *c.* LI. n. 6.

POST MAGNITUDINEM NOMINIS ROM. Neſcio, cur turbent Interpretes. intellige ſimpliciter : poſtquam Romani magni facti, & reſp. ad eam magnitudinem excreverat. Nam antea ſaepe tam graves , immo graviores clades perpeſſi ſunt , inprimis a Gallis. Dictio eſt vulgata , & talis illa C. Nepot. Attic. *c.* IX. *neque* poſt calamitatem *verſuram facere potuit*. Noſter Catilin. *cap.* XVIII. num. 8. poſt *conditam urbem Romanam peſſimum facinus*. adde omnino infra *cap.* XXXVI. num. 3. & *cap.* LV. num. 4.

MASINISSA, REX NUMIDARUM. Sic nomen ſcribitur in optimis noſtris Codd. idque in membranis vetuſtiſſimis apud Livium XXV. *c.* XXXIV. offendit Gronovius; & tamen XXIV. *cap.* XLIX. ediderunt *Maſaniſſa* , ubi in vet. lib. Sigonius eſſe ait *Maſſaniſa* , ut Graeci ſolent. adde Vorſt. ad Valer. Max. I. *c.* I. extr. 2. Drackenb. ad Sil. XVI. *v.* 117. & Ducker. ad Flor. II. *cap.* XV. num. 3. Guelf. 9. & 10. ſcribunt *Maſſiniſſa*, & quod idem eſt, 10. Struv. Franc. & Uratisl. 3. *Maxiniſſa*. De hoc ita Liv. XXIX. *c.* XXIX. *Ceterum cum longe maximus omnium aetatis ſuae regum hic fuerit* , *plurimumque rem Romanam juverit : operae pretium videtur excedere paullulum ad enarrandum* , *quam varia fortuna uſus ſit in amittendo recuperandoque paterno regno* . lege quae ſequuntur ibidem. Juſtin. XXXVIII. *c.* VI. *Nullius apud eos majora* , *quam* Maſiniſſae, *regis Numidarum haberi merita*. adde Appianum, Polybium, Cicer. Somn. Scip. *cap.* I. alios.

IN AMICITIAM RECEPTUS. Baſil. I. Fabric. I. libri vetuſtiſſimi, ut & Uratisl. 3. Guelf. 6. & 11. *in amicitia receptus*, de qua conſtructione pluribus dixi ad Cat. *c.* XLII. n. 3. quamque ex melioribus libris hic revocavi, cum & I. Hiſt. conſtanter legatur: *quorum* in gratia *plerique conceſſerant*. & alia ex veteribus memorat Giſan. ad Lucret. p. 359.

CUI POSTEA AFRICANO COGN. EX VIRTUTE FUIT. Meminit Horatius IV. Od. VIII. *v.* 17. *Non incendia Carthaginis impiae* , *Ejus qui domita* nomen *ab Africa Lucratus rediit*. adde Epod. IX. *v.* 25. Silius XVII. *v.* 627. *Devictae referens primus* cognomina *terrae*. nam alii duces ante illum tantum a devictis urbibus cognomina gerebant. adde Livium XXX. *c.* XLV. Ceterum Fabric. 2. & Guelf. 10. cui *poſtea* Africanus *cognomen ex virtute fuit :* quod eſt contra morem Claſſicorum, de quo bene Gronov. ad Liv. I. *c.* I. adde & Heinſium ac Drackenb. ad ea Silii XI. *v.* 58. Pacuvio *fuit haud obſcurum* crimine *nomen*. Liv. XXV. *c.* II. *Aedilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio*, cui *poſt* Africano *fuit cognomen*. Apulejus Florid. pag. 343. *Alexandro illi* , *longe omnium excellentiſſimo regi* , *cui* ex rebus actis & auctis *cognomentum* Magno *inditum eſt*. id breviter Noſter *ex virtute* , quae tantas res patraverat.

COGNOMEN EX VIRTUTE FUIT. Soli ex MSS. noſtris Incerti *agnomen* praeferunt , ut vulgo etiam numerare ſolent . Sed auctoribus P.

militaris facinora fecerat: ob quae, victis Carthaginienſibus & capto Syphace, cujus in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus quaſcumque urbis & agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Maſiniſſae bona atque honeſta nobis perman-

Cornelius Scipio nomen eſt; hinc illud *cognomen* recte dicitur. Sic locutos vidimus Livium, Silium, Apulejum: ſic & Vellej. II. *c.* XV. *L. Metellus Numidici filius, qui meritum* cognomen *Pii conſecutus erat;* & Frontin. de Aquaed. p. 14. ed. Poleni: *ab Appio Claudio, cui poſtea* Caeco *fuit* cognomen, ceteri. neque prorſus aliter umquam Latini ex Claſſibus. vide Lil. Gyraldum Dialogiſmo IV.

PRAECLARA REI MILITARIS FACINORA FECERAT. Guelf. 2. *facinora* in margine ſaltem exhibet; cum tamen *facinora facere*, Noſtro ſit familiare illique omnino aetati. vide ad Catil. *c.* VII. n. 6. Hic vero *multa & praeclara rei militaris* non incomte ſcriberetur, qua de re notavimus quaedam ad Cat. *c.* LII. n. 4. Nihil tamen mutandum cenſeo: neque adeo Guelf. 3. auſcultandum, qui *rei militaris* omiſit. Cat. *c.* LIII. n. 2. *quae populus R. domi militiaeque, mari atque terra* praeclara facinora *fecit.* Liv. V. *c.* XII. *Reſque* militiae *ita proſpere gererentur.* Sed hic dicitur pro *in re militari*, h. e. quod infra *c.* XLIX. n. 5. occurrit *militaria facinora*. Cic. pro Murena *c.* X. rei militaris virtus *praeſtat ceteris omnibus.*

CAPTO SYPHACE. In ſcriptis aliquot eſt *Siface*, quod in hujus generis vocabulis haud rarum. *Syphax* rex Numidiae, cujus caput Cirtha, apud Liv. XXIV. *c.* XLVIII. quomodo captus ſit, Idem deſcripſit XXX. *c.* XII. Appian. Punic. pag. 6. ſeqq.

MAGNUM ATQUE LATE IMPERIUM VALUIT. Vinar. 2. Uratiſl. 2. & Guelf. 6. *magnum atque latum*, idque ſecunda manus refingere voluit in Guelf. 2. Sed Senat. 2. & Heuſſ. *magnum imperium late valuit*. Difficilis fuit bonis viris compoſitio *magnum atque late*, Nominis & Adverbii: qua tamen uſus eſt Cic. XIII. ep. LXIX. n. 2. *ut intelligeres, me non* vulgare, nec ambitioſe — *ſcribere*. ubi vide notata. de Maſiniſſa Liv. XXIV. *c.* XLIX. *ut jam tum adpareret*, latius *regnum* opulentiusque, *quam accepiſſet, facturum.* cum adnotatis Gronovii. Petron. Carm. Civ. *v.* 85. *Adſpice* late *Luxuriam ſpoliorum, & cenſum in damna* furentem. Silius XV. *v.* 92. *idem adſpice*, late Florentes *quondam luxu quas verterit urbes*. Unde *valuit* eleganter politum eſſe adparet pro *fuit*, quod pro var. lect. habet Eccard. Virg. III. Aen. *v.* 537. *Quatuor hi primum omen equos in gramine vidi* Tondentes *campum* late. Seneca Epiſt. LXXXVII. late *poſſidet, ſed multum debet*. Horat. II. Od. II. *v.* 9. Latius regnes *avidum domando Spiritum, quam ſi* cet. Solet autem Noſter aliique verbum Subſtantivum in aliud efficacius commutare, de quo dixi ad Cic. IV. epiſt. IX. n. 13. XV. epiſt. VI. n. 1. & infra ad *c.* CX. extr.

ET AGROS MANU CEPERAT. Uratiſl. 3. Guelf. 7. & 11. *& quoſcumque agros*. *Manu capere* eſt vi bellica occupare, quod Cat. *c.* VII. n. 7. *pugnando capere*. citavit locum Brockhuſ. ad Propert. III. eleg. XVI. *v.* 5. ſed inter alia non adeo accommodata meliora dabit Ducker. ad Flor. I. *c.* I. n. 10. *Itaque matrimonia a finitimis petita: quia non impetrabantur*, manu capta *ſunt*. qui locus recte habet. Claudian. III. Rapt. *v.* 303. *Non repetam.* quaeſita manu *ſecurus habeto Quiſquis es*. Id. B. Get. *v.* 143. *Tres potuit ſuperare duces, fregitque furentem cunctando*, vicitque manu, *victumque relegat*. pro quacumque violentia dicitur, quod vides ex *c.* XXXI. n. 18. & *c.* CVI. n. 8.

REGI DONO DEDIT. Laudat iſtud Claudian. III. Stilic. *v.* 185. *Quoties dono conceſſit amicis Regibus Auſonio quaeſitas ſanguine terras?* de hac vero donatione inſpiciendus Liv. XXX. *c.* XV. & XLIV.

5. AMICITIA M. BONA HONESTAQUE NOB. P. De hac amicitia Liv. XXV. *c.* XXXV. *Maſiniſſa erat juvenis eo tempore ſocius Carthaginienſium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit* amicitia. *bona* ſignate de Maſiniſſae amicitia. Flor. II. *c.* XV. n. 4. *frequens autem Maſiniſſae fines territabat. ſed huic* bono *ſocioque regi favebatur.* Sed & de aliis ſociis Livius XXIV. *c.* XLVIII. *Tum primum, ut pro* bonis *& fidelibus ſociis facerent, oravit.* Sed diſtincte verba capienda ſunt. *Bona* dicitur Maſiniſſae amicitia, quod vera atque utilis eſſet Romanis. Imitatur in eo ſuum Thucyd. I. *c.* XXXIII. princ. Γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις ΚΑΛΗ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας. *Honeſta*, quod Romani illam honoraverint. Claudian. Olybr. *v.* 261. *Semper* honoratus *noſtris celebrabitur undis Iſte dies*. & Archetypon Thucydides III. *c.* XXXIX. αὐτόνομοι τε οἰκοῦντες, καὶ ΤΙΜΩΜΕΝΟΙ ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ ἡμῶν cet. jungit eadem Noſter infra *cap.* LXXXV. n. 49. *uti* boni honeſtique *vitam exigerent*. *Permanſit* etiam tempus & durationem denotat, ut apud Dictyn II. *c.* XIII. extr. *fideles*


manſit : imperii vitaeque ejus finis idem fuit. Dein Micipſa filius 6
regnum ſolus obtinuit, Maſtanabale & Guluſſa fratribus morbo ab-
ſumtis. Is Adherbalem & Hiempſalem ex ſeſe genuit; Jugurtham- 7
que,

les atque amiciſſimi nobis ad hoc tempus permanſerant.

Sed imperii. Guelf. 7. *ſed fere imperii; 6. ſed imperia;* Franc. *ſed vitae imperiique;* Fabric. 2. *ſed & imperii;* Struv. *ſed imperii vitae ejus;* Caſte & vere Guelf. 3. *imperii vitaeque*, ſine particula adverſativa, ut Cat. c. xx. n. 11. infra c. xiv. n. 5. adde notam ad Cat. c. xviii. extr.

Imperii vitaeque finis idem fuit. Abſurde interpretantur : *uſque ad mortem imperium retinuit;* quod Salluſtius dicere non debuit. nam qui vitam amittit, eum inter vivos imperium tenere nemo facile credet. Sed hic ſenſus eſt: imperium in donatas urbes atque agros non translatum eſſe ad filios, ſed cum vita Maſiniſſae deſiiſſe. Micipſa enim in Numidia tantum ſua regnavit, Cirtam autem reliquamque Syphacis Numidiam Romani in provinciae formam redegerunt. Apulej. Apolog. pag. 289. *Neque hoc eo dixi, quo me patriae meae poeniteret, etſi adhuc* Syphacis *oppidum eſſemus. quo tamen victo ad* Maſiniſſam *regem conceſſimus, munere populi R. ac* deinceps *veteranorum militum novo condita, ſplendidiſſima* colonia *ſumus*. Eadem latinitate Seneca 1. Clem. c. iv. idem*que huic urbi dominandi* finis *erit*, *qui parendi fuerit*. Ovid. 11. Faſt. v. 683. *Gentibus eſt aliis tellus data limite certo; Romanae* ſpatium *eſt urbis & orbis* idem. Claudian. iv. Hon. v. 154. *Vitam tibi contulit* idem *Imperiumque* dies. Gunther. Ligur. x. v. 37. *Occubuit bellumque* ſimul *vitamque reliquit*.

6. Deinde Micipsa filius. Fabriciani, Remenſ. 2. Uratisl. 1. & Guelf. 1. *dein*, quod eſt Salluſtianum. Remenſ. 1. & Guelf. 11. *dehinc*. Filii autem in hoc Jugurthae bello memorantur ſequentes



aliud Maſiniſſae familiae ſtemma vide apud Sigon. ad Liv. xxix. c. xxxi. ex hoc noſtro partim ſupplendum, partim emendandum.

Solus. Ex xliv. Maſiniſſae filiis, auctor Eutropius iv. c. v. n. 5. plures filios habuiſſe illegitimos, quibus multa donaverit; tres vero tantum ex matrimonio, ſcribit Appian. Pun. pag. 63. Ita vero inter legitimos regnum diviſum, ut *Micipſae*, natu maximo adſignaretur Cirta regia; *Guluſſae* belli paciſque cura committeretur; *Maſtanabal*, natu minimus, controverſiarum inter ſubditos finiendarum acciperet judicium. Idem pag. 64.

Mastanabale. Sic Baſil. 1. & Guelf. 1. Ceteri *Manaſtabale;* aut, quod legitur in Guelf. 6. 10. 12. Struv. Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl. 3. *Manaſtabile;* Senat. 1. *Maſtanabele;* mox *Maſtanabilis*. Sed editum firmat Appianus.

Gulussa. Scripti quidam *Guluſa;* Appianus Γολόσσης ; aliis *Gulaſſes*. vide Reineſ. ad Claſſ. iii. Inſcript. lxx.

Morbo absumtis. Recentiores MSS. *aſſumtis*, vitio ſcribarum. Livius iii. c. ix. morbo abſumtis *priore anno conſulibus*. Id. xxvii. c. ix. *Alios in acie occidi, alios* morbo abſumi. Tacit. ii. Ann. c. iv. *morte fortuita* abſumto.

7. Is Atherbalem et Hiempsalem. Varie nomen *Adherbalis* ſcribitur in libris vetuſtis. Fabric. 1. Baſil. 1. Vinar. 2. Acad. Uratisl. 1. Guelf. 1. 2. 3. & 5. *Atherbalem;* Fabric. 2. *Aterbalem;* Guelf. 4. *Aderbal* modo, modo *Adherbal*, atque ſic legimus in Guelf. 7. 9. 10. 11. Heuſſ. Senat. 2. Uratisl. 2. & 3. ſed Guelf. 6. *Aderbal*, *Atherbal*, *Adherbal*. Apud Florum ii. c. vi. in libb. vett. *Adarbal*, *Adharbal* & *Adherbal* legitur: ſed apud Eutrop. iv. c. xi. *Adherbalis* ediderunt, ubi Metaphraſtes Ἀδαρβάλου. Sed etiam Flori l. c. & iii. c. i. item apud Liv. Ep. lxiii. lxiv.

que, Maſtanabalis fratris filium, quem Maſiniſſa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos ſuos, domi habuit.

CAP.

LXIV. Claudian. B. Gild. *v.* 408. Aurel. Vict. Vir. Illuſtr. *c.* LXVI. *Adherbalem* viri docti ſcripſerunt; quod & originem propius videtur. Senat. 2. hoc quidem loco *Adberſalem*.

EX SESE GENUIT. Guelf. 6. *exe ſeſe*; alii: *ex ſe*. infra *c.* LXXXV. n. 16. *Ac ſi jam ex patribus Albini, aut Beſtiae quaeri poſſet, mene, an illos* ex ſe gigni *maluerint*. Liv. XXIV. *c.* XVIII. *quae velut diutinis morbis aegra corpora* ex ſe gignunt. de muliere Sulpicius Cic. IV. epiſt. V. n. 6. *an ut ea liberos* ex ſeſe *pareret*. adde hic IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 9. Dictys I. *c.* IX. *Electram natam, quam ex Jove gravidam Dardanum genuiſſe*. ex quo *Tros* —— *quem Tyndari*, ex quo *ipſa* genita *videretur, patrem conſtaret*. Juſtin. XXXVI. *c.* IV. n. 6. *erat* ex Eumene *Ariſtonicus non juſto matrimonio, ſed ex pellice Epheſia citbariſtae cujuſdam filia* genitus. Plin. I. epiſt. XIV. *eligam juvenem*, ex quo naſci *nepotes Aruleno Ruſtico deceat*. quae eo comparavi, ut adpareret, fruſtra vulgo differentias in his dictionibus conſtitui.

QUEM MASINISSA. Glareanus ait, eſſe quoſdam, qui Provocabulum *quem ad Maſtanabalem* referunt, quod eſt cȏntra hiſtoriae fidem. Appianus enim diſerte Maſtanabalem legitimis Maſiniſſae filiis adnumerat. Neque facile quem inducat ad aliter ſentiendum, quod Maſtanabalis propius ſit nomen, quam Jugurthae: cum Latini non tam poſitum vocabulorum, quam ſenſum, argumentum & ſermonis nexum in relatione reſpicere ſoleant. de quo exempla adduxi infra ad *c.* XVIII. n. 9.

QUOD ORTUS EX CONCUBINA ERAT. Hic infra *c.* XI. n. 3. *Hiempſal Jugurtham deſpicit*. Dares *c.* IV. *nam erant & alii filii* ex concubinis *nati*. *c.* VI. *& omnes filios, qui* ex concubinis *nati erant*. vid. infra *c.* LXXX. n. 6. 7.

PRIVATUM RELIQUERAT. Baſil. I. a prima manu, & Senat. 2. *privatim*; Incert. I. *privatum regno*, quomodo interpres in Eccardiano; Franc. & Guelf. II. *privatum a regno*. Sed hi quidem a Verbo *privo* iſtud vocabulum deduxiſſe videntur, cum potius ſit Nomen, quod opponitur alioquin *publico*. Inter ceteros enim legitimos filios regnum partiverat, ſed illegitimis tam ſuis, quam ſuorum filiis munera tantum quaedam conceſſit, teſte Appiano. Juſtin. II. *c.* X. *Namque Artemenem primum quidem Dario, ſed* privato *proveniſſe, ſe regi primum natum.* —— *Huc accedere, quod Artemenes non patre tantum, ſed & matre* privatae *adhuc fortunae, avo quoque materno* privato *procreatus ſit*. Noſtrates dicunt *einen abgefundenen (apennagirten) Herrn*. Sed Baſil. I. Fabriciani, Remenſes, Acad. Incert. 2. Senat. I. Struv. Uratisl. I. 3. Guelf. 3. 5. 6. 7. 10. *dereliquerat*: quod unde in tot Codd. irrepſerit Guelf. 2. & 12. produnt, qui primitus *deliquerat*. *re* nempe & *de* alibi etiam in MSS. permutantur. Inde librarius quidam utramque lectionem *de* & *reliquerat* notare voluit, cujus moris mentio facta Cat. *c.* XXX. n. 3. & XLVII. n. I. paſſimque alibi. hinc *dereliquerat* prognatum, quod locus hic non patitur. Similiter lapſi ſunt librarii Catil. *c.* XIX. extr.

EODEM CULTU-DOMI HABUIT. Simpliciter infra *c.* LXXXV. n. 34. *colere*. hinc *cultus* omnem educationem, victum & amictum comprehendit. Interpretatur Dictys I. *c.* I. *Atreus miſeratione aetatis ſecum eos habuerat, neque minus, quam regios, educaverat*. *Habere* Juſtin. XI. *c.* IX. *eaſque* haberi, *ut reginas, praecepit*. adde Cat. *c.* XI. n. 5. Mela I. *c.* VIII. *ex his, qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, quos pro ſuis* colant, *formae ſimilitudine agnoſcunt*. ubi ſimilem Hieronymi locum Ciacconius & Voſſius laudant. Cum Noſtro incedit Spartian. Severo *c.* IX. *Filios Nigri poſthoc, quos ſuorum liberorum* cultu habuerat, *in exſilium cum matre miſit*. adde Cat. *c.* XIII. n. 3. Cic. pro Flacco *c.* XII. *cum in privatis rebus ſuisque ſumtibus minimo contenti tenuiſſimo* cultu *viverent*.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

QUi ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, ſed 1
multo maxume ingenio validus, non ſe luxu, neque inertiae corrumpendum dedit; ſed, uti mos gentis illius eſt, equitare, jaculari, curſu cum aequalibus certare: & cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus eſſe: ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum

CAP. VI. 1. DECORA FACIE. Non *decorus*, uti tamen *pollens*, *validus*. vide ad *cap.* LVII. extr. & ad Cat. *cap.* XVIII. n. 4. male Uratisl. 2. *decorata facie*. Dictys I. *cap.* XIV. *His in primis adoleſcentiae annis*, *procerus*, decora facie, *ſtudio rerum bellicarum omnes jam tum virtuteque & gloria ſuperabat*. Facies autem & decus etiam corporis magnos viros commendat. vide Tacit. II. Ann. *c.* XIII. I. Hiſt. *cap.* VII. & Juſtin. XIII. *cap.* I. Dictys II. *c.* IV. *procerus corpore*, *ac* pollens viribus, adde Bernard. Realin. Annot. *cap.* XIV.

MULTO MAXUME —— VALIDUS. Guelf. 9. *multo magis*, qui unus ex omni numero ineptit; Levius enim Senat. 2. *multo maximo*. Noſter Cat. *cap.* XXXVI. num. 4. *Ea tempeſtate mihi imperium populi R.* multo maxume *miſerabile viſum*. ubi plura.

NON SE LUXU NEQUE INERTIAE CORR. DEDIT. Hanc antiquam ſcripturam, quam bene vindicavit Rivius, tuentur ex noſtris Fabriciani, Baſil. 1. Franc. Uratisl. 2. Guelf. 5. & 9. Ceteri *luxui*, quomodo Diomedes citat: Guel. 4. *luxuriae*, ut eſt ad Macrobium. Sed *luxu* poſſes ſexto Caſu accipere, pro *luxu corrumpendum*: itaque diverſi Caſus copularentur, ut in iis, quae produximus ad Cat. *cap.* XXXIII. n. 1. Sed Rivius capit pro *luxui* antiqua Declinatione, de qua plura A. Gellius IV. *cap.* XVI. Plancus Cic. X. epiſt. XXIV. num. 6. *non enim magna ſubſidia reſp. habet expedita*, *quibus ſubito* impetu *ac latrocinio parricidarum* reſiſtat. Cic. XIII. epiſt. LXXI. extr. *ut intelligat*, *hanc ſibi commendationem magno* uſu *atque adjumento* fuiſſe. Caeſar VI. Gall. *cap.* XLII. *queſtus*, *ne minimo quidem* caſu *locum relinqui debuiſſe*. Virg. IV. Georg. *v.* 198. *Quod nec* concubitu *indulgent*, *nec corpora ſegnes In Venerem ſolvunt*. qui ea terminatione frequentiſsime utitur. Apulej. VII. Met. pag. 205. *Boni ergo & optime conſules*, *ſi* luctu *legitimo miſerrimae feminae neceſſarium conceſſeris tempus*. Ceterum ſimiles mores eleganter depingit Claudian. III. Hon. *v.* 39. ſeqq. Stat. IV. Silv. V.

MOS GENTIS ILLIUS EST. *Illius* non uno in ſcriptis Codd. loco ponitur; optime autem ſubintelligeretur. *gentis* non ſincerum viſitur in Guelf. 9. Et Eccard. omittit vocem *mos*. Morem hunc Numidarum exemplo Maſiniſſae cognoſces apud Livium & Appianum. adde Cic. pro R. Dejotaro *cap.* X. Plaut. Moſtell. Act. I. Sc. II. *v.* 73. & Herodian. VII. *cap.* IX.

CURSU CUM AEQUALIBUS CERTARE. Juſtin. XXXVII. *cap.* IV. *Non in vacationibus*, *ſed exercitationibus*; *nec inter ſodales*, *ſed inter* aequales *aut equo aut* curſu, *aut viribus* contendebat.

ET CUM OMNIS GLORIA ANTEIRET. Fabric. 1. vox *gloria* inter verſus a recenti manu adpicta eſt, & dubito valde, an ea umquam a Salluſtio perſcripta ſit hoc loco: etſi Caeſar I. Civ. *cap.* XXXII. *ſe vero*, *ut* opibus anteire *ſtuduerit*, *ſic juſtitia & aequitate velle ſuperare*. Codex aliquis apud I. Waſſium: *cum gloria ante omnis iret*, & ſic in exemplari deprehendiſſe videtur Academ. vide Cat. *cap.* V. n. 4. & *cap.* LIII. n. 3. Artes autem, quibus Jugurtha, cum omnes anteiret, ut omnibus tamen carus eſſet, obtinuerit, vide apud Terent. A. I. Sc. I. *v.* 35. Sed Guelf. 1. *eſſet*; Guelf. 5. Heuſſ. Senat. 2. Uratisl. 3. *erat*; Eccard. omittit Verbum iſtud: rectius in Guelf. 6. *tamen* non legitur. vide infra ad *c.* XXXV. n. 9. Sed ſi & deleveris, omnino elegantior eſt oratio, ſi cum Eccard. *erat* ſimul ejicitur.

PLERAQUE TEMPORA IN VENANDO AGERE. *In* omiſit primitus Guelf. 12. *tempora agere* dixit, uti *aetatem*, *vitam agere*. vide Cat. *cap.* XXXVII. num. 6. Livius XL. *cap.* XXIII. *His anxius curis cum aliquot* menſes egiſſet. Cicero: agere *unum* diem *bene*, *vel male ex praeceptis ſapientium*. Mox Guelf. 10. Incert. 1. & Remenſ. 1. *leones*: ſcilicet propter *feras*. dixi *cap.* IV. n. 4.

AUT IN PRIMIS FERIRE. Guelf. 7. tres priores voces male praeteriit. *in primis* ferit qui

 ſecun-

2 rimum facere, minumum ipſe de ſe loqui. Quibus rebus Micipſa tametſi initio laetus fuerat, exiſtumans virtutem Jugurthae regno ſuo gloriae fore: tamen, poſtquam hominem adoleſcentem, exacta ſua aetate, parvis liberis, magis magiſque creſcere intellegit, vehementer negotio permotus, multa cum animo ſuo volvebat. Terre-

ſecundo aut tertio loco h. e. poſt primum ferit. vide Cat. *cap.* LX. num. Sequior aetas *inter primos* dixit. Dictys II. *cap.* III. *atque ita omnino* primi, *aut* inter primos *bellantes*. D. Bernhard. Epiſt. CCV. ad Ludovic. Reg. *Regum* primus, *aut certe* inter primos *rabiei perſequentium ----- obviaſtis*. adde Juret. ad Symmach. X. epiſtol. XVI. & ubi haec jam praecepta video, ad Paneg. X. *cap.* X. pag. 686. 687.

PLURIMUM FACERE, MINIMUM IPSE D. S. L. Guelf. 4. omittit priora *plurimum facere*, quod tamen in ſpatio interlineari poſtea eſt additum. Nobis iſta ſatis probantur: ſed in eo haeſito, quod Guelf. II. & Uratisl. 3. habent *minime*. deliberio nempe, an & hic tale quid lateat, quod obvium fuit *cap.* V. num. 4. Porro Franc. & Uratisl. 2. habent *de ſe ipſo*; Uratisl. I. expungit *τὸ ipſe*. quos partim ex ad Cat. *cap.* XX. n. 6. partim ad Ei. *cap.* XXXII. num. I. adnotatis bene refutabis. Sed Fabric. 2. *de ſe ipſe*, quem poſitum aliquis praeferendum exiſtimaret. Struv. omiſit *&*, habetque *facere, minimum ipſe de ſe loqui*. quod non eſt praeter morem; ſed meliores Codd. prohibent.

2. TAMETSI INITIO LAETUS FUERAT. Uratisl. I. *etſi*. Sed Gruterus acerbe illos redarguit, qui propter excipiens *tamen*, *etſi* potius, quam *tametſi* legendum eſſe cenſuerint. adi notam ad *cap.* XIII. num. 4. Guelf. II. delet *fuerat*. ſed is etiam mox *gloriae* vocem non ſcripſit: ubi tamen quid argutiarum, aut elegantiae fingere liceret.

EXACTA SUA AETATE. Sic meliores Codd. noſtri, puta, Baſil. I. Fabriciani, Guelf. I. 2. 5. item Vinar. 2. Academ. aliique. non *exacta aetate ſua*. Academ. ſcripſerat *exaucta*. *exacta* eſt ad finem perducta. Livius XXIV. *cap.* XX. *jam media aeſtas* exacta *erat*, *& hibernis placebat locus*. Ovid. Remed. Am. *verſ.* 811. *Hoc opus* exegi: *feſſae date ſerta carinae*. Cic. V. Verr. *cap.* VIIII. *patri* exacta aetate, *& adoleſcenti filio adeundi ad illum miſerum poteſtatem numquam eſſe factam*. Tacit. III. Hiſtor. *cap.* XXXIII. *Grandaevos ſenes*, exacta aetate *feminas in ludibrium trahebant*. pro ea *acta aetate* habes VI. Hiſtor. Or. Cottae num. 2. adde infra *cap.* XIV. num. 15. Terent. Adelph. Act. V. Sc. IV. *v.* 16. *Nunc* exacta aetate *hoc fructi pro labore ab iis fero*.

ET PARVIS LIBERIS. Copula abeſt ab Struviano & duobus Waſsii: nec quid eam magnopere tueantur, video.

MAGIS M. CRESCERE INTELLIGIT. Incert. 2. Guelf. 2. 4. & II. *intellexit*. Sed Baſil. I. Fabric. I. Eccard. Senat. I. Guelf. I. & 6. *intellegit*: ex qua ſcriptura illud alterum exſtitit, uti Cat. *cap.* XXXVII. num. 2. ubi vide.

VEHEMENTER EO NEGOTIO PERMOTUS. Guelf. 4. confodit Pronomen *eo*, quod juſtum atque aequum. tanto magis, ſi vulgarem interpunctionem conſideres, qua ſupra poſt verba *Quibus rebus Micipſa* minorem diſtinctionem ponunt: ac ſi ad hoc verbum *permotus* ſpectarent, quod etiam in Guelf. 9. illis ſtatim adjicitur. Sed Noſter potius *negotio* ſine tali relatione, aut demonſtratione poſuit, ut Cat. *cap.* XLVIII. num. 5. *Sed ubi Tarquinius* Craſſum *nominavit, alii ----- pars, quia in tali tempore tanta vis* hominis *leniunda quam exagitanda videbatur, conclamant*. Supra *cap.* V. num. 4. Maſiniſſa *multa praeclara facinora fecerat; ob quae ---- populus R. quaſcumque urbis & agros manu ceperat*, regi *dono dedit*. Vides, quam inepte in his *illius hominis*, *illi regi* legeretur. Sed cum id verbum *negotio*, ut nos interpungimus, ne quidem ad illa ſuperiora referendum ſit: patere arbitror, *negotio* ſine Provocabulo hic ita poni poſse, ut ponitur infra *cap.* LVI. num. I. *ratus id, quod* negotium *poſcebat*: *cap.* XXXIX. num. 3. & *cap.* LXXXIV. num. 3. adde Gronov. II. Obſerv. *cap.* XXIV.

MULTA CUM ANIMO SUO VOLVEBAT. *Suo* omittunt Fabric. Uratisl. Vinar. *ſecundi* & Guelferb. 5. quorum auctoritate ſcriptura noſtra nititur. & ſic infra *cap.* XIII. n. 5. *in otio facinus ſuum* cum animo *reputans*. Struv. & Guelf. II. *in animo ſuo*, quod pluribus rejeci ad Cat. *cap.* XXXIII. num. I. accedit Livius XXVI. *cap.* VII. *multa* ſecum, *quo jam inde ire pergeret*, volventi *ſubiit* animum *impetus, caput ipſum belli Romam petendi*.

3. TER-

Terrebat natura mortalium, avida imperii & praeceps ad explen- 3
dam animi cupidinem: praeterea opportunitas ſuaeque & liberorum aetatis, quae etiam mediocris viros ſpe praedae tranſvorſos agit: ad hoc ſtudia Numidarum in Jugurtham accenſa; ex quibus,

3. TERREBAT EUM. Guelf. 2. a prima manu: *Terrebat enim nat. m.* Fortaſſe optimum erit: *Terrebat natura mortalium*, ut Cat. *cap.* v. num. 8. Incitabant *corrupti civitatis mores*. adde ibidem *cap.* XLVIII. nu. 4. Porro Struv. *Tentabat eum*: forte pro *territabat*, uti *agitare*, *ductare*, cetera.

PRAECEPS AD EXPLENDAM. Vehemens, alacer & ardens. Lucanus III. *v.* 50. *Neque enim jam ſufficit ulli* Praecipiti *fortuna* viro: *nec vincere tanti, ut bellum differret, erat*.

ANIMI CUPIDINEM. Fabric. I. Uratiſl. 3. Remenſ. 2. Guelf. 2. 3. 9. 10. 11. *animi cupiditatem*. alterum Salluſtii eſt, ejuſque aemulorum.

SUAEQUE ET LIBERORUM AETATIS. Sic Rivius ex Codd. ſuis legendum cenſuit. eum ſequuntur Gruterus, Pareus & Waſſius. Scripti noſtri omnes *ſuae liberorum aetatis*; Struv. & duo alii: *liberorum ſuaeque aetatis*. unde nec ipſe invitus Rivio accedo. Quae Waſſius & hoc loco & ad Cat. *c.* IX. nu. 3. exempla poſuit, eorum multa non ſatis accommodata ſunt, quae nimirum tria nomina copulant, ut Liv. I. *cap.* VI. *cum* ſitum, moeniaQUE ET *frequentem tectis* urbem *vidiſſent*. Sed ea proprie huc faciunt Liv. XXI. *cap.* XXX. *neque ante Hiſpania exceſſiſſe, quam omnes gente*ſque & *terrae eae, quas duo diverſa maria amplectantur, Carthaginienſium eſſent*. Terent. Eunuch. Act. V. Sc. VIII. *ſtertit noctes*que & *dies*. Plaut. Rud. A. III. Sc. III. extr. *Sed optime eccum exit ſenex, patronus mihi*que & *vobis*. Noſter infra *cap.* LV. num. I. *uti ſe*que & *exercitum more majorum gereret*. contrario poſitu Brutus Cic. XI. epiſt. XIII. nu. II. *ut quam paratiſſimi* & *ab exercitu, reliquiſ*que *rebus pro veſtra ſalute — confligamus*.

QUAE ETIAM MEDIOCRIS VIROS. Putſchius ex libro Rittershuſii: *quae res etiam m. v.* Sed in Struviano, qui olim fuit Rittershuſii, *res* quidem legitur, ſed inter lineas, & ab ea manu, quae librum paſſim interpolavit. Igitur *quae* intellige *opportunitas* ſeparatim, & ſine iſtis *ſuaeque & liberorum aetatis*: quale Zeugma Verbi adnotavit Donatus in eis Terent. Adelph. A. I. Sc. I. *nam qui mentiri, aut fallere* inſuerit *patrem*. ubi tantum *inſuerit*, non vero *mentiri patrem inſuerit* eſt exaudiendum. adde notata ad Cic. X. epiſt. XIV. nu. 3. *mediocres* vocantur alibi homines mediae ſortis; hic vero *animi medii*, h. e. non cupidiſſimi, neque tamen abjecti plane animi. infra *c.* VIII. nu. I. *qui Jugurthae non* mediocrem *animum pollicitando accendebant*.

TRANSVORSOS AGIT. Praecipitat, abſtrahit, & a regia via deducit, infra *cap.* XIV. nu. 20. *Ne quos privata amicitia Jugurthae parum cognita* tranſvorſos agat. Seneca Epiſt. CVIII. *In praecipitia curſus iſte deducit — deinde ne reſiſtere quidem licet, cum coepit* tranſverſos agere *felicitas*. Boetius IV. Proſa II. *ſed* tranſverſos *eos libido* praecipitat. Sumſit a Catone qui apud Gellium VII. *cap.* III. *Secundae res laetitia* tranſvorſum trudere *ſolent a recte conſulendo atque intelligendo*. adde Barth. ad Stat. I. Theb. *v.* 348. & Burmann. ad Quinctil. X. *cap.* I. p. 916. Sed quid ſit proprie *tranſverſum*, patebit infra *cap.* XLIX. num. I. eſt enim hoc ex illis vocabulis, quae vulgo male capiunt.

IN JUGURTHAM ACCENSA. Vinar. 2. Acad. Incert. 2. Uratiſl. 3. Guelf. 6. & II. *In Jugurtha accenſa*, uſitatiſſima varietate. dictum foret, ut *miſericors in furibus, ſaevire in civibus*, quae illuſtravimus abunde ad Cat. *cap.* XI. num. 4. & *cap.* LII. num. 12. *accendere* autem etiam tranſitive cum Praepoſitione conſtrui, diximus ad *cap.* IV. num. 5. Livius XXIX. *cap.* XIX. *Perrogari eo die ſententiae*, accenſis ſtudiis pro *Scipione* & adverſus *Scipionem*, *non potuere*.

EX QUIBUS. Guelf. 3. *a quibus*; Uratiſl. 2. *ex quibus omnibus*: perperam id quidem, cum rectius *Numidis*, aut *ſtudiis* intelligere potuiſſet.

DOLIS INTERFECISSET. Guelf. 4. & Uratiſl. 2. non exhibent vocem *dolis*. idque vehementer placet. Nam *dolis interficere* ita etiam potuiſſet, ut Numidae deciperentur, nec certum haberent fato, an fraude perierit. Et quid illud aliud eſt, cum eum ad Numantiam periculis objicit, ut pereat, quam dolis interficere? Firma non parum Sulpic. Sev. I. H. S. c. XXXIV. *Timens autem tam charum omnibus cum invidia & pernicie* necare, *ſub ſpecie honoris objectare eum periculis ſtatuit*. adde Herodian. IV. *cap.* V.

Digitized by Google

bus, ſi talem virum interfeciſſet, ne qua ſeditio aut bellum oriretur, anxius erat.

CAP. VII.

1 HIs difficultatibus circumventus ubi videt, neque per vim, neque inſidiis opprimi poſse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurtha manu promtus & adpetens gloriae militaris, ſtatuit eum objectare periculis et eo modo fortunam tentare. Igi-

NE QUA SEDITIO, AUT BELLUM OR. A. E. Guelf. 4. *ſeditio an bellum*; 6. *ſeditio ad bellum*. Cic. I. de Finib. *Ex cupiditatibus odia, diſcidia, diſcordiae*, ſeditiones, bella *naſcuntur*. Sed Fabric. I. *anguſtus erat* ſcripſit, pro *anxius erat*; quod ex vera ſcriptura ortum, ſed ſingulare quid habet. *anxius* ita poſuit Noſter Cat. *cap.* XLVI. n. 2.

CAP. VII. 1. UBI VIDET ----- OPPRIMI POSSE. Guelf. 2. *vidit*, ut ſaepe alibi peccarunt, quia poſt *ubi* & *poſtquam* non putarent praeſens tempus locum habere. at vide notam ad *cap.* LII. n. 6. Sed Guelf. 6. plane hoc verbum *videt* omiſit, quomodo Cat. *cap.* LVII. n. 5. peccatum eſt etiam in vetuſtiſſimo Commeliniano. ubi rationem ſimul quamdam hujus erroris adjeci. Hic tamen poſſemus *ubi poſſe* intelligere *ibi poterat*. nam & poſt particulas quaſdam, ut ſunt *quia*, *cum* haec figura hiſtorica locum habet, quod videbis infra ad *cap.* XCVIII. n. 2.

NEQUE PER VIM, NEQUE INSIDIIS. Uratiſl. 1. & Senat. 1. item Academ. *neque per vim, neque per inſidias*. ut ita prodatur, cur aliis locis pluribus diverſos Caſus non paſſi ſint librarii. vide ad Cat. *cap.* XXV. n. 2. *cap.* XXXIII. n. 2. ubi ſingularia quaedam hujus generis adſcripſimus. nam haec quidem *per vim* & *inſidiis* apud Claſſicos omnes ſibi ſimilia habent, ut apud Tacit. Agric. *cap.* XLI. *tot exercitus* temeritate, *aut* per ignaviam *ducum amiſſi*. Suet. Jul. *cap.* XVI. *qui* vi, *ac* per arma *prohiberent*. quae etiam adduxit Waſſius. Liv. XXXIX. *cap.* VIII. *multa* dolo, *pleraque* per vim *audebantur*.

TAM ACCEPTUM POPULARIBUS. Quod placet, accipimus: hinc *acceptus*, ut infra *cap.* XII. n. 3. & LXX. n. 1. Dictys *cap.* IX. extr. *qui in primis pueritiae annis, cum verecundia ac probitate tum praecipue forma corporis amabilis atque* acceptus popularibus *adoleſcebat*.

QUOD ERAT JUGURTHA ---- STATUIT EUM. Latini rationes praeponere ſolent factis, quandoquidem horum illae cauſſae ſunt. Sic Noſter Cat. XI. n. 2. *cap.* XVII. n. 7. *quia* Cn. Pompejus, *inviſus ipſi, magnum exercitum ductabat, cujusvis opes voluiſſe contra* illius *potentiam creſcere*. adde *cap.* XV. num. 2. & XVIII. extr. Sed penitus locum expreſſit *cap.* Dictys I. *cap.* III. quod *erat* Helena *praeter ceteras Graeciae feminas miranda ſpecie, amore* ejus *captus ipſamque & multas opes domo ejus aufert*. Guelf. 6. omittit *erat*.

OBJECTARE PERICULIS. Fabric. 1. Franc. Guelf. 3. & 6. perſpicue: *objectare periclis*, ut ſolent Poetae. Virgil. II. Aen. *v.* 751. *& rurſus caput objectare* periclis: qui forte bonis librariis haeſit. Sed *vinclis* etiam, *circlos*, *gubernaclum* eodem modo in vetuſtiſſimis etiam reperiuntur: & apud Poetas quidem ita ediderunt recentiores: ſed in aliis ſcriptoribus iſtud rarum eſt. Tamen apud Cic. III. Offic. *cap.* V. legimus: *eos morte, exſilio*, vinclis, *damno coercent*. & apud Varron. I. R. R. *cap.* XL. *quod ex arbore* ſurclos *deferitur in terram*. & in veteri Inſcriptione FIBLAE pro *Fibulae*. *Objectare* maluit, cum Cic. VI. ep. IV. n. 10. *quod ad omnes caſus ſubitorum periculorum magis* objecti *ſumus*. Alterum Virgilius, Livius, Boetius & Silius III. *v.* 121. *ruis ipſos acer in enſes* Objectaſque *caput telis*. XV. *v.* 39. *moneo, certare periclis Deſine, & armiſonae caput* objectare *procellae*. Tacit. II. Hiſt. *cap.* XXXIII. *ne principem* objectare periculis *viderentur*. ita & II. Ann. c. V. Prudent. Apoth. *v.* 4. *nec pavet ipſum* Objectare *neci duroque adfigere ligno*. Guil. Brito II. Phil. *v.* 413. *caput* objectare *periclis*. Thucyd. II. c. XLIV. *οἱ ἂν μὴ καὶ παῖδες ἐκ τῦ ὁμοίυ* ΠΑΡΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟΙ *κινδυνεύωσιν*. Senat. 2. *objectarare*.

FORTUNAM TENTARE. Experiri, an forte in praelio occideret. Cat. *cap.* LVII. n. 5. *optumum factum ratus, in tali re* fortunam *belli* tentare. ubi vide. Caeſar II. Civ. *cap.* XXX. *per virtutem in pugna belli* fortunam experiri. Juſtin. V. *cap.* VI. num. 7. *iterum tamen* fortunam *maris* experiendam *decernunt*. adde Herodian. I. *cap.* VIII. num. 10. & Aſcon. ad Cic. Divinat. *cap.* VIII.

2. BEL-

Digitized by Google

Igitur, bello Numantino, Micipſa cum populo Romano equitum 2
atque peditum auxilia mitteret, ſperans, vel oſtentando virtutem,
vel hoſtium ſaevitia facile occaſurum, praefecit Numidis, quos
in Hiſpaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ratus 3
erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat impigro atque acri in-
genio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator, 4
& morem hoſtium cognovit; multo labore multaque cura,
prae-

2. Bello Numantino. In ſcriptis tribus *Numantino bello*. De hoc plura Florus II. c. XVII. & XVIII. ibique laudati. Breviter Seneca I. de Ira c. XI. *Quid alter Scipio? non circa* Numantiam *multum diuque ſedit, & hunc ſuum publicumque dolorem aequo animo tulit, diutius Numantiam, quam Carthaginem vinci? dum circumvallat & includit hoſtem, eo compulit, ut ferro ipſi ſuo caderent.*

Vel oſtentando virtutem. Guelf. 6. *obtendendo*; ſupra ſcriptum vel *hoſtendendo*. nempe *oſtendendo* habent Struv. Franc. & Uratisl. 2. editum vero eſt Salluſtianum. vid. ad Cat. *cap.* II. num. I.

Hoſtium ſaevitia. virtute furente. Virgil. XI. v. 910. *Et* ſaevum *Aeneam adgnovit Turnus in armis*, ubi Servius & *fortem* & *iratum* interpretatur. adde Gronov. ad Senec. Thyeſt. v. 715.

Facile eum occaſurum. τὸ *eum* non hujus loci eſt in aliquot membranis. Guelf. 5. & Fabric. 2. *facile occaſurum. eum praefecit*; Franc. *fac occaſurum. praefecit eum*. Sed Guelf. 4. 7. 6. & 10. plane nullo loco habent. a quibus noſtra editio ſtabit. vide ad Cat. cap. XLIII. n. 3. pro *occaſurum* Heuſſianus praefert *caſurum*. eam varietatem notabamus ad Cat. cap. LXI. n. 7. ſupra voces *equitum atque peditum* ab Francii MS. exulare didici: & habebit iſte ſua ſuffragia.

Quos in Hiſpaniam mittebat. Optimus Baſil. I. *in Hiſpania*, uti cap. VI. n. 3. Sed Fabric. 2. non protritae auctoritatis: *quos* Hiſpaniam *mittebat* & ſic etiam Latini. Noſter infra cap. XXVIII. n. 7. *Sed legiones per Italiam Rhegium atque inde* Siciliam, *porro ex Sicilia in Africam transvectae*. Virg. I. Aen. v. 6. Italiam, *fato profugus, Lavinaque venit Littora.* cum obſervatione Servii. Curt. IV. cap. I. nu. 27. *inde in naves militibus impoſitis* Cyprum *transmiſit*. Corn. Nepos Milt. cap. II. Lemnum *revertitur*. plura Bernegger. ad Juſtin. XIV. cap. V. n. 9. Sanct. IV. Min. cap. VI. ibique Perizonius. & Vechner. Hellenol. I. cap. V. pag. 87.

3. Longe aliter, ac ratus erat. *aliter* deficit Guelf. 9. ſed 6. *ac metus erat*; Uratisl. 3. *ac quam ratus erat.* quales Gloſſas alibi adnotavimus.

4. Ut erat impigro atque acri. *impiger* magnae laudis eſt, ut apud noſtrates *onverdroſſen.* infra cap. XV. *homo nobilis*, impiger, *factioſus, avidus potentiae, honoris, divitiarum.* Livius XXVI. cap. XXXIX. C. *Perſium*, impigrum *virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emiſit.* plura infra ad cap. CI. num. 6.

Ubi naturam P. Scipionis. Fabriciani & Guelf. 5. omittunt Praenominis notam *P.* de *natura* vide ad cap. XXVIII. num. 4.

Qui tum Romanis imperator erat. Eccard. Fabric. 2. Vinar. 2. Guelf. 10. Uratisl. I. Franc. Senatorii & Academ. *Romanus imperator*. Guelf. 4. *Romanis imperabat, imperator erat.* 6. & Struv. a prima manu: *Romanis imperitabat.* Cur ita turbat *Romanis?* Plaut. Amphitr. Prol. v. 44. *Quis* beneſactis *meus pater* architectus *omnibus.* lege notata ad Cic. II. epiſt. XIX. n. 5. & ad Cat. cap. XL. n. 2. Claudian. III. Rapt. v. 39. *quae* genetrix mortalibus *ante fuiſſet, in divae ſubito mores tranſiſſe novercae.* ubi non bene ſecundus caſus locum habet, quod in aliis tamen accidit. Spartian. Adr. cap. I. Adriano pater *fuit Aelius Adrianus. erat*, quod omnibus edd. adhaeret, fide Guelf. 9. 10. & Uratisl. 3. expunxi. aliis edd. vetuſtioribus placuit *praeerat.* Senat. 2. *fuit.* Cat. cap. LI. nu. 36. cui *item* exercitus *in manus.* ubi vide. Eod. cap. VI. n. 6. quibus *corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum.* cap. XX. n. II. cui *virile ingenium.* infra cap. XIV. n. 10. *quippe* quis *hoſtis nullus.* Virg. I. Georg. v. 299. *hiems ignava* colono. quibus locis omnibus ſimiles appendices vulgo addunt.

Et morem hoſtium. Incert. I. Guelf. 7. & II. *mores*: propter vulgatum uſum, & adpoſitum *hoſtium*. Noſter infra cap. XXXI. n. 6. *neceſſe eſt, ſuomet* ipſi more *praecipites eant.* C. Nepos Attic. cap. XVIII. pr. Moris *etiam* majorum *ſummus imitator fuit.* Sueton. Aug. cap. XXIV. *In re militari & commutavit multa & inſtituit: atque etiam ad antiquum* morem nonnulla *revocavit.* ſic

praeterea modeſtiſſume parendo & ſaepe obviam eundo periculis in
5 tantam claritudinem brevi pervenerat, ut noſtris vehementer carus,
Numantinis maxumo terrori eſſet. Ac ſane, quod difficillumum in
primis eſt, & praelio ſtrenuus erat, & bonus conſilio: quorum
alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temerita-
6 tem adferre plerumque ſolet. Igitur imperator omnis fere res
aſpe-

& Claud. cap. XXII. Seneca I. Benef. c. IX. *Ruſticus*, *inurbanus*, *ac mali* moris. adde Barth. Adverſ. XXIV. cap. IV.

MULTO LABORE. C. Nepos Conon. cap. III. *apud quem ut multum gratia valeret*, multo labore *multisque effecit periculis*. cum nota Loccenii.

MODESTISSUME PARENDO. Baſil. I. & Uratisl. 2. *parando*, contra mentem auctoris, qui obedientiam & obſequium Jugurthae deſcribit. forte decepit illos Cat. cap. VI. n. 5. Plin. VIII. epiſtol. XXIII. *Quod ille* obſequium *Serviano*, *exactiſſimo viro praeſtitit? quem legatum tribunus ita &* intellexit *&* cepit, *ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem*, *non ut commilito*, *ſed ut comes adſectatorque ſequeretur*. iiſdem moribus Ventidium Baſſum ignobilem hominem ad ſummos honores perveniſſe ſcripſit A. Gellius XV. cap. IV. adde Tacit. Agric. cap. XII. Ceterum non abſurde haec *labore*, *cura* & *parendo*, *eundo* copulantur. Cic. III. epiſt. XIII. n. 2. *quis enim ad me non perſcripſit*, *te non ſolum* auctoritate *orationis*, ſententia *tua ---- ſed etiam* opera, conſilio, *domum* veniendo, conveniendis *meis*, *nullum munus officii cuiquam reliquum feciſſe*. Id. Parad. I. *cap.* IV. *an quiſquam in potiundis voluptatibus* gloriando *ſeſe &* praedicatione *effert?* ubi alii *gloria*, aut *gloriatione* perperam ſubſtituunt. Livius XXI. *feſſiſque* labore *&* pugnando *quies data*. Id. XXXVI. *cap.* XLI. *quam ſecuritatem ei magna pars amicorum aut* per errorem, *aut* aſſentando *faciebat*.

OBVIAM EUNDO PERICULIS. Solus Baſil. I. *obviando periculis* cum ſuae aetatis hominibus ſcripſit: de quo plura ad *c.* V. nu. I.

IN TANTAM CLARIT. BREVI PERVENERAT. Guelf. 3. *in tantam gloriam pervenit*, omiſſo illo *brevi*. pro quo Eccard. Uratisl. 3. Guelf. 6. 7. 9. 11. *brevi tempore*, quomodo alibi etiam peccatum. vide ad Cat. *cap.* XLIV. nu. 2. Struv. *in tanta claritudene*.

VEHEMENTER CARUS --- MAXUMO TERRORI. Vinar. 2. *maxime terrori eſſet*, propter *vehementer*. Sed *terrori* vocabulo ſuum jus eſſe debet, etiamſi *carus* opponatur. Sic Cat. *c.* XLVIII. n. 2. *alia facinora* praedae *magis*, *quam* detrimento *fore*, *incendium vero* crudele, *ac ſibi maxume* calamitoſum *putabat*. infra *cap.* CIII. num. 7. *& alia*, *quae aut* utilia, *aut* benevolentiae *eſſe credebant*, adde *cap.* LXXXVIII. num. 4. Sueton. Ner. *cap.* VI. *negantis quidquam ex ſe & Agrippina*, *niſi* deteſtabile *&* malo publico, *naſci potuiſſe*. Confer notata infra ad *cap.* CIX. extr.

5. ET PRAELIO STRENUUS. Illud *&* in Gu. 3. & 10. item in duobus aliis non legitur.

ET BONUS CONSILIO. Sic infra *cap.* XIII. nu. 1. *bello meliores*. ubi vide. Dictys II. *cap.* XXV. *nam is inter regulos cum* virtute; *tum* conſilio bonus *credebatur*.

EX PROVIDENTIA TIMOREM. *Providentiam* adjungit *conſilio*, quam cum *ſapientia* jungit Tacitus. inde facta *prudentia*, quae cum iſta in libb. vett. ſaepe permutatur. Seneca Epiſt. X. *timoris enim tormentum memoria reducit*, providentia *anticipat*. infra *cap.* XXVIII. *acri ingenio*, *ſatis* providens, *belli haud ignarus*. Nos optime & verbotenus *Furſichtigkeit*. Ex hoc loco cauſſam notat, ut Liv. II. *cap.* LII. *Ex copia deinde otioque laſcivire rurſus animi*. Noſter infra *c.* XXXIX. nu. 2. ex *delicto fratris invidiam*, *ac deinceps periculum metuens*. Vellej. I. *c.* XII. ex *provocatione*, *ipſe modicus virium*, *immanis magnitudinis hoſtem interemit*. Aelredus Spec. Char. II. *c.* XI. *in quo divina pietas mirabiliter operatur in homine*, *ut* ex *tentatione proficiat*, ex *infirmitate amplius convaleſcat*.

EX AUDACIA TEMERITATEM. Fabric. 2. in exemplari ſuo offendit *temeritatem ex audacia*; quem ordinem confirmant Uratisl. 1. & Franc. in quibus ſupra *timorem ex providentia* ſcribitur. illi enim homines ita amabant iſtam ſimilitudinem, ut omnia potius perdidiſſent, quam non bis ab initio *ex* poſuiſſent. Sed ſcribe: *alterum ex providentia timorem*, *alterum temeritatem ex audacia adferre plerumque ſolet*. & vide notata ad Cat. *cap.* II. nu. 2. & ad *cap.* IX. nu. 1.

6. IN AMICIS HABERE. Struv. *in amicis eum habere*: Uratisl. 2. *in amicitiam habere*. Cic. XI. epiſt. XXVII. n. 6. *perfeciſti*, *ut ille me diligeret*, *coleret*, *haberet* in ſuis.

MAGIS MAGISQUE EUM IN DIES AMPL. Sincerio-

aſperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magis magiſque
in dies amplecti: quippe cujus neque conſilium, neque inceptum
ullum fruſtra erat. Huc accedebat munificentia animi & ingenii 7
ſollertia, quis rebus ſibi multos ex Romanis familiari amicitia
conjunxerat.

CAP. VIII.

EA tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures novi atque no- 1
biles, quibus divitiae bono honeſtoque potiores erant, factio-
ſi, domi potentes, apud ſocios clari magis, quam honeſti: qui
Jugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, SI MI-
CI-

ceriorem lectionem futuram cenſuit Putſchius, ſi expungeretur *eum*. Atqui optimus Fabric. 1. item 2. Struv. & Franc. ita fecere. vide n. 2. & *cap.* VI. nu.3. Struv. praeterea omittit prius *magis*; Uratisl. 2. *magis magis in diem*. Cat. *cap.* XX. nu.6. *Ceterum mihi* in dies magis *animus accenditur*. ubi itidem in quibuſdam Codd. datur *magis magiſque*. Sed Eod. *cap.* V. nu. 7. conſtanter: *Agitabatur* magis magiſque in dies *animus ferox*. ubi notata legere licet. Utrumque probum. Hic vero melioribus libris adhaeremus. Dictys I. *cap.* XIX. *interim* in dies magis magiſque *ſaeviens*. II. *cap.* VII. *mare* in dies magis magiſque *ſaevire occepit*. III. *cap.* III. *jactari animo*, *atque* in dies magis magiſque *aeſtuare*. Catullus Carm. XXXIX. *Et* magis, magis in dies & horas *Iraſcor tibi*. ita nempe & hic *magis*, *magis in dies* ex Uratislavienſi placebit: non mihi.

QUIPPE CUJUS NEQUE CONSILIUM. Vinar. 2. *quippe cui*; Guelf. 7. *quippe neque conſilium ejus*: quae eſt bona expoſitio; 6. *quippe* ſcribit. Sed Fabric. 1. & Franc. *neque* omittunt: *quippe cujus conſilium*, *neque inceptum*; quaſi alterum *neque* ſeparatim intelligendum eſſet: & inceptum ullum fruſtra *non* erat. Simile quid in vetuſtiſſimis MSS. Cic. XIII. epiſt. IV. nu. 1. legitur: *Nam* nec *in honoribus meis*, (nec in) *laboribus unquam defuerunt*. Fortaſſe ſumum illum diſpellunt Senat. 2. & Heuſſ. ubi clare legitur: *quippe cujus* nec *conſilium*, neque *inceptum*. ita nempe *nec* & *neque* oppoſita offendiculo fuerunt: quomodo tamen aliquoties Cicero, & ipſe Salluſtius Cat. *c.* XXXI. num. 2.

FRUSTRA ERAT. Aemulatur Dictys II. *cap.* XV. adde infra *cap.* LXXXV. nu.6.

7. MUNIFICENTIA ANIMI. Guelf. 4. ſcripſerat *magnificentia*. *animi* additur, ut alibi *virtus animi*, *timor animi*. vide ad Cat. *c.* II. n.3. & *c.* LVIII. num.2. De *munificentia* & *ſollertia* confer infra *cap.* CIII.

QUIBUS REBUS. Uratisl. 1. Senat. 1. Guelf. 1. & 2. *quis rebus*. vere. vide ad *c.* XXX. n.5.

FAMILIARI AMICITIA. Guelf. 6. *familiares amicos conjunxerant*; 2. *familiares amicitia conjunxerat*. an, ut *numero amplior*, *aetate adultus*, ſimilia? Sed alterum eſt frequens apud Ciceronem.

CAP. VIII. 1. COMPLURES NOVI ATQUE NOBILES. Struv. Guelf. 6. & Uratisl. 2. *quamplures*; Franc. *complures novi*, *nobiles atque ignobiles*: cui geminum errorem animadvertimus Cat. *c.* XVII. nu.5. *novi* qui ſint, expoſuimus ad Cat. *cap.* XXIII. nu.6.

DIVITIAE BONO HONESTOQUE POTIORES E. Guelf. 5. *bono atque honeſto*. vide infra *c.* LXXXII. nu.2. hic *bonum honeſtumque* fere, quod Cat. *c.* IX. nu.1. *jus bonumque*. ubi vide.

DOMI POTENTES. Vide, ut ſe reſpiciant *domi* & *apud ſocios*. Sic Cat. *cap.* XVII. num.4. domi *nobiles*.

CLARI MAGIS, QUAM HONESTI. Livius VIII. *c.* XXVII. clari *magis inter populares*, *quam* honeſti. Tacit. II. Hiſt. *c.* X. *Ulbius Criſpus inter* claros *magis*, *quam* bonos.

NON MEDIOCREM ANIMUM. Uratisl. 3. *non* mediocriter *animum*. voluit *non mediocriter accendebant*. Sed *non mediocris* animus eſt, qui per ſe eſt cupidus & inflammatus. *cap.* VI. n. 3. *opportunitas etiam* mediocris viros *ſpe praedae tranſverſos agit*. eo autem modo *haud abſurdum* dixit, pro laudabili Cat. *c.* III. n.1. ubi plura adtulimus. idque etiam vetuſtiſſimi interpretes adnotarunt. vide Achill. Statium Obſer-

Digitized by Google

IPSA REX OCCIDISSET, FORE, UTI SOLUS IMPERII NUMIDIAE POTIRETUR: IN IPSO MAXUMAM VIRTUTEM,
2 ROMAE OMNIA VENALIA ESSE. Sed poſtquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, ipſe revorti domum decrevit: donatum atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in praetorium abduxit: ibique ſecreto monuit, *uti potius publice, quam privatim amicitiam populi R. coleret; neu quibus largiri inſueſceret: peri-*

Obſervat. *cap.* XIX. mox *pollicendo* legitur in Struv. & Guelf. 10. horum hominum orationes vide depictas apud Tacit. 1. Hiſt. *cap.* LII. Inepte autem Vinar. 2. *accendebant, dicentes, ſi* cet. Aliud cognoſces ex nota ad Cat. *c.* XXI. n.3.

REX OCCIDISSET. Remenſ. 2. *occideret*.

IMPERIO NUMIDIAE POTIRETUR. Senat. 2. Fabric. 2. Heuſſ. & Incert. 2. *imperii Numidiae potiretur*: eamque lectionem exſtare in ed. vet. Palatino 2. adnotatam etiam in Nazariano, teſtatur Gruterus. infra *cap.* XXV. nu. 10. *uti prius, quam legatus conveniret*, Atherbalis potiretur. Cat. *cap.* XLVII. num. 2. *cui fatum foret* urbis potiri. quibus locis in ſcriptis aliquot corrupte etiam ſextus Caſus legitur. Praeterea Francii MS. omittit *Numidiae*, & Senat. 2. *potiretur*.

ROMAE OMNIA VENALIA. Quod ex dicto Jugurthae infra *cap.* XXXV. extr. confirmatur. Cat. *cap.* XXX. num. 4. *calumnia paucorum, quibus omnia honeſta atque inhoneſta vendere mos erat*. Claudian. 1. Eutrop. *v.* 196. *quidquid ſe Tigris ab Aenio Dividit, hoc certa proponit* merce *locandum* Inſtitor *imperii*, caupo *famoſus honorum*. lege quae ibi ſequuntur plura. pro *eſſe* Remenſ. 2. *fore*. unde recte cum Grutero delebis.

2. ET IPSE REVORTI DOMUM. Guelf. 11. eleganter abjecit Copulam &, quam conſuetudo Salluſtii in hujuſmodi narrationibus non admittit. vide Cat. *cap.* LIX. nu. 5.

DONATUM ATQUE LAUDATUM MAGNIF. *Laudes & dona* erant praemia militaria, infra *c.* LIV. num. 1. *meritos in praeliis more militiae* donat, *univerſos in concione* laudat *atque agit gratias*. ubi nos quaedam. plura Brockhuſ. ad Tibull. 1. eleg. 1. *v.* 57. quibus adde Caeſar. v. Gall. *cap.* LII. II. Civ. *cap.* XXI. & III. *cap.* LIII. mox nomen *Jugurtham* deficit Guelf. 5. quae nomina etiam alibi, ubi ſenſus ipſe flagitare videtur, abeſſe ſolent. hic facile ſubauditur. *pro concione* Gloſſa Fabric. 1. reddit *ante concionem*.

IN PRAETORIUM ADDUXIT. Suſpicabatur Gruterus *abduxit*: & ſic perſpicue exhibent Fabric. 1. & Academicus. plura contulit ad Cat. *cap.* LVII. nu. 1. *reliquos* in *agrum Piſtorienſem* abducit. ubi itidem in bene multis Codd. erat *adducit*. *Praetorium* erat tabernaculum imperatoris, qui olim omnes *praetores* dicti. inde nomen, ut obſervavit Aſconius. Vide Perizonium Diatriba de Praetorio.

IBIQUE SECRETO MONUIT. Struv. *ſecretum*. Sed Fabric. 2. Heuſſ. Senat. 2. Guelf. 4. & 5. *ibi*. quod probo, & mallem revocari, uti Cat. *cap.* III. n. 3. ex Fabric. & Vinar. primis: *ad remp. latus ſum*, ibi *mihi advorſa multa fuere*.

PUBLICE, QUAM PRIVATIM. Sua vi & integro ſenſu hae particulae accipiuntur. *publice* eſt cum rep. & omni populo R. officiis publicis; *privatim* cum hominibus privatis, nempe muneribus. Sic Cic. *cap.* XI. n. 6. *ea* privatim *ac* publice *rapere*. quae, ut ibi dixi, de locis intelligenda ſunt, aut potius integro ſenſu, qui proprius eſt Subſtantivis, ut *ſit privatim*, pro ſe quiſque; *publice*, publico nomine, ſub quadam imperii & reip. Ro. ſpecie rapiebant. Livius XXV. *cap.* VIII. *Hujus atrocitas poenae duarum nobiliſſimarum in Italia Graecarum civitatum animos irritavit: cum* publice, *tum etiam ſingulos* privatim. Tacit. Germ. *c.* XV. *Gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo* a ſingulis, *ſed* publice *mittuntur*.

NEU QUIBUS LARGIRI INSUESCERET. Sic Rivii & Gruteri, nec non ex noſtris aliquot MSS. At Guelf. 2. 6. & 7. Eccard. Incerti, Remenſ. 1. & Franc. *neu aliquibus*; Guelf. 5. & Fabric. 2. *nec quibus*; Guelf. 3. 9. & 10. Struv. & Uratisl. 3. *ne aliquibus*; Guelf. 7. *neve quibus*; Remenſ. 2. *nec aliquibus*; Vinar. 2. & Uratisl. 2. *neque aliquibus*. in Heuſſiano quid ſcriptura velit, non adſequor, quae talis eſt; *veti quibus vani largiri*; Senat. 2. *neu quibus vam largiri*. Nimirum particula *neu* ſaepiſſime corrupta eſt, ut Cat. *c.* LI. extr. *quibus* hic vere indefinite ponitur, & opportunius eſt quam *aliquibus*. Sic *cap.* VI. extr. ne qua *ſeditio, aut bellum oriretur*. Livius XXXIII. *c.* X. *ibi ſubſtitit ad excipiendos, ſi* qui *praelio ſupereſſent*. Cato: *Si* qui quid *alter ab altero petere vellet*. Eccard. *largiri inſueret*.

A PAU-

Digitized by Google

periculoſe a paucis emi, quod multorum eſſet. ſi permanere vellet in ſuis artibus, ultro illi & gloriam, & regnum venturum: ſin properantius pergeret, ſuamet ipſum pecunia praecipitem caſurum.

CAP. IX.

SIC locutus, cum litteris, quas Micipſae redderet, dimiſit: ea- 1
rum ſententia haec erat. *Jugurthae tui bello Numantino longe ma-* 2
xuma virtus fuit: quam rem tibi certo ſcio gaudio eſſe. nobis ob merita ca-
rus eſt: uti idem ſenatui ſit & populo Romano, ſumma ope nitemur. Tibi
quidem

A PAUCIS EMI. A paucis illis privatis pretio comparari, quod totius reipubl. eſſet, ubi multi dare poſſent ſimul, ac ſolerent, quod Jugutha muneribus peteret. *emi* hic valde proprie. Sed alibi etiam pro comparare. Quinctil. IX. *c.* III. emit *morte immortalitatem*. Virg. IX. *v.* 206. *Qui vita bene credat* emi, *quo tendis, honorem*. Ceterum in Struv. & Uratisl. 3. legitur: *periculoſum a paucis emi*.

PERMANERE VELLET IN SUIS ARTIBUS. Sed rapere maluit, quam exſpectare, verbis Flori I. *c.* VII. Guelf. 5. hoc ordine: *in ſuis artibus vellet*. Scribere debuiſſet: *in ſuis artibus permanere vellet*, & ita demum placuiſſet noſtris Latinis, qui elegantiam putant verba in extrema ſervare. Florus IV. *c.* II. num. 17. *niſi* in fide permanerent, *non ſe remittere exercitum*.

ILLI ET GLORIAM ET R. VENTURUM. Tres MSS. omittunt prius *et. illi venire* illuſtravi ad *c.* IV. n. 4. Sed Perizonius ad Sanct. Min. IV. *c.* X. extr. ex Cod. Daventrienſi legit *ventura*. non id praeter morem; ſed nec alterum eſt ſollicitandum, ut adparet ex dictis ad Cat. *c.* X. num. 2.

SUAMET IPSUM PECUNIA. Nihil de hac ſcriptura imminuendum, quae eſt Salluſtii. & genus dicendi adſtruximus ad Cat. *c.* XX. n. 5. & XXIII. n. 2. eam exſtare ſcimus in Eccard. Guelf. 2. 3. 5. Senat. utroque & Heuſſiano. Reliqui vero ita turbant, ut ſolent in rarioribus formulis. Fabric. 1. Baſil. 1. Guelf. 3. 4. & 10. Vinar. 2. Acad. Struv. & Uratisl. 2. *ſuamet ipſum pecuniam*, aut *ſuam & ipſum pecuniam*; Guelf. 6. *ſuamet ipſius pecunia*; 1. *ſua pecunia & ipſum*; 11. *ipſum & ſuam pecuniam*; 9. *ſuam pecuniam & ſe ipſum*; 12. Fabric. 2. Uratisl. 1. & 3. *ſuam pecuniam & ipſum*; Incert. 1. *pecuniam & ipſum*; 2. *ſuum regnum & ſuam pecuniam*; Franc. *ſe & ipſius pecuniam*. de Remenſibus nihil compertum habeo.

CAP. IX. 1. CUM LITTERIS EUM DIMISIT. Longe alio ordine Provocabulum *eum* viſitur in Vinar. 2. Franc. Guelf. 11. & Uratisl. 2. Sed Fabric. 2. & Guelf. 5. omnino delent. vide *c.* VII. n. 6. Fabric. 1. & Guelf. 6. *cum litterulis* ex ingeniolo librariorum, qui brevius exemplum *litteras* vocare reformidarunt. Non vero Cat. *c.* XLIV. n. 4.

2. BELLO NUMANTINO. Poſterius vocabulum deſideratur in Guelf. 5. idque ejus generis Nominibus ſaepe accidere ſolet.

TIBI CERTO SCIO GAUDIO ESSE. Guelf. 10. *certe tibi ſcio gaudio eſſe*, ſuaviori orationis tractu. Sed Franc. *certo* omiſit, & Eccard. cum Uratisl. 2. *tibi*. alia tamen manus in utroque adjecit. Gruterus *certe* maluit, quod in Commelin. & aliquot Palatinis, in pleriſque noſtris etiam vetuſtiſſimis legitur. Repudiavi, ait, *certo* ob ſonum pinguiorem, concurrentium nempe τῶ ſ o. Non ea mens fuit Jac. Gronovio, qui cum apud Tacit. XVI. Ann. *c.* III. legiſſet: *falſa antea ſomnia ſua*; talia eidem auctori aliis locis reſtituit. vide ipſum ad III. Hiſt. *c.* XI. p. 227. attamen eadem forte de cauſſa Gu. 10. & 11. maluerunt *gaudium eſſe*. Mihi nihil mutandum videtur, niſi quis *tibi* eraſum iverit. Catil. *c.* XLVIII. num. 2. *alia belli facinora* praedae *magis*, *quam* detrimento, *incendium* &c.

NOBIS OB MERITA SUA CARUS EST. Uratislav. 2. abeſt *ſua*; Guelf. 5. *nobis eſt ob merita ſua carus*. Struv. *eſt* delet. Et miror, ignaviſſima haec Verba tam diu in Salluſtio potuiſſe tolerari. Scribe itaque: *Nobis ob merita carus.* & ſimilia lege Cat. *c.* XX. n. 10. *victoria nobis in manu.* & ad *c.* Ei. XXXV. n. 1. LI. n. 4. infra *c.* LXXXV. n. 37. *honores non* ex merito, *ſed quaſi debitos a vobis repetis*. Curt. VIII. *c.* V. num. 10. *ſermonem cum admiratione laudum ejus inſtituit*. merita *deinde percenſuit*. & quidem dixerat modo *Jugurthae tui*. Sueton. Aug. *cap.*

quidem pro noſtra amicitia gratulor : *en habes virum dignum te atque*
3 *avo ſuo Maſiniſſa*. Igitur rex, ubi, quae fama acceperat, ex litteris imperatoris ita eſſe cognovit, cum virtute viri, tum gratia permotus, flexit animum ſuum, & Jugurtham beneficiis vincere adgreſſus eſt:

XLVII. merita *erga pop. R. allegantes Latinitate, vel civitate donavit*. Noſter Cat. *c.*XXII. n. 1. *probri gratia*.

UT IDEM S. P. Q. R. SIT. Academ. *itidem ſenatui;* Remenſ. 2. *ſit carus*, quod eſt interpretatio τῶ *idem*, quae vox, uti *item*, *alius*, *talia*, vide Cat. *c.*LI. n. 6. & in Verbis *facere*, ſuperius verbum inferre ſolet. vide Cat. *c.* XXVII. n. 2. Guelf. 11. *idem S. P. Q. R. ut ſit*. non male. 6. omittit Verbum Subſtantivum. Sed plerique omnes MSS. Fabriciani, Remenſes, Vinar. 2. Acad. Struv. Heuſſ. Incerti, Senatorii, Uratislavienſes, Guelf. 2. 3. 5. 6. 10. & 12. *ſenatui & populo R.* praeterea Guelf. 5. & Fabric. 2. *ut idem ſenatui ſit & populo Rom.* qui mihi manum Salluſtii repraeſentare videntur. non enim ita Latini adhaerebant formulae *S. P. Q. R.* ut aliter loqui nefas fuiſſet: cum ex Livio vetuſtisque monumentis contra licuiſſe conſtet. Mallem etiam cum Heuſſiano & Senat. 2. *ſenatu ſit & populo R.* ut *c.* VI. n. 1. *luxu*, pro *luxui*. mox *nitimur* pro varia lectione adnotat antiqua manus in Fabric. 2. quomodo Cat. *c.* LI. n. 26.

PRO NOSTRA AMICITIA GRATULOR. Gloſſa MS. Fabric. 1. *grates refero*. Immo *gratum habeo* tibi talem virum contigiſſe. Trebonius Cic. XII. epiſt. XVI. n. 4. *Itaque* tibi *libenter quoque* gratulor, *nec minus etiam* nobis, *quod eum, quem neceſſe erat diligere, qualiscumque eſſet, talem habemus, ut libenter quoque diligamus*. Eſt quidem *gratulari* alibi *gratias agere*, ut apud M. Caton. ad Cic. XV. ep. V. n. 3. & quae plura D. Voſſius ad Caeſar. VII. Gall. extr. Viri tamen ſummi Jo. Frid. Gronov. II. Obſerv. *c.* XIX. & Perizon. ad Sanct. Min. 1. *c.* 1. ex hac *grates agere* ſignificatione, quam propriam eſſe docent, illam alteram deducunt; neque permittunt, ut, quam nos poſuimus, recipias. non tamen perſuadent. Sed ut *gravari*, grave aliquid habere, ſic & *gratulari*. & ſi *gratias habeas*, neceſſe eſt ut prius rem habeas gratam & acceptam. vide infra *c.* CXI. n. 1. Sic Herodotus, cognito Thucydidis ingenio, gratulatus eſt patri de tali filio: *μακαρίζω σε τῆ εὐτεκνίας*, Ὄλορε. quod fere idem eſt, quod illud D. Luc. *c.* 1. comm. 48.

EN HABES VIRUM DIGNUM TE A. A. S. M. Particula princeps non adparet in Guelferb. 3. nec eam adgnoſcit Symmach. 1. epiſt. XIX. in reliquis conſpirant omnes libri. Saepe ita Cicero 1. epiſt. VII. n. 29. *quia* te dignus *eſt filius*. XI. epiſt. XXVIII. n. 17. *optimae ſpei adoleſcenti ac* digniſſimo Caeſare. XIII. ep. XXXIV. n. 1. *cognovique* dignum & patre, & avo. epiſt. LXXIX. num. 2. *filios* digniſſimos *illo* patre *meosque neceſſarios*. Livius XXIV. *c.* L. *ſervata tibi eſt, ut inviolatum* & dignum me te*que dari tibi* donum *poſſet*. Virg. XII. Aen. *v.* 649. *magnorum haud umquam* indignus avorum. Curt. IV. extr. *fatebimur & Regem talibus* miniſtris, & *illos tanto* rege *fuiſſe* digniſſimos. Pollio Tyrann. *c.* III. *adoleſcenti, qui ſe* dignum *patris* moribus *reddet*.

3. UBI EA, QUAE FAMA ACCEPERAT. Uratisl. 2. furcillat τὸ *ea*, haud invito Salluſtio. Sic Cat. *c.* LII. n. 13. *falſa, credo, exiſtimans*, quae *de inferis memorantur*. *c.* XLIX. n. 4. *ementiundo*, quae *ſe ex Volturcio -- audiſſe dicerent*. ibi etiam in probatis libris *ea*, *quae* legitur. vide & ibidem notata. de *ita eſſe*, relege notam ad Cat. *c.* LI. n. 11. Guelf. 5. & Senat. 2. *cognoverat*.

CUM VIRTUTE, TUM GRATIA VIRI. Sic vetuſtiſſimi MSS. ceteri, major pars, *tum - tum*. Vinar. 2. *tum Jugurthae virtute, tum gratia viri;* Uratisl. 3. *tum virtute ejus:* quae ſunt Gloſſae vocabuli *viri*, quod pro *ejus* ponitur, quemadmodum alibi vox *homo*. vide ad Catil. *c.* XLVIII. n. 5. Virg. IV. Aen. *v.* 3. *Multa* viri *virtus animo multusque recurſat Gentis honos*. infra *c.* LXX. extr. *in quis mollitiem ſocordiamque* viri *accuſare*. Sed Fabric. 2. *cum virtute viri, tum gratia permotus*. quod eſſe ex numeris Salluſtianis, quilibet paullo humanior per ſe ipſe ſentiet. adde Catil. *c.* XXXIII. num. 3.

FLEXIT ANIMUM SUUM. Ad alia conſilia revocavit. Seneca Phoeniſſ. *v.* 77. *Sed* flecte mentem; *pectus antiquum advoca*. Ovid. 1. Art. Am. *v.* 442. flectitur *iratus voce rogante deus*. Noſter infra *c.* LXIV. n. 2. *neque animus Marii* flectitur.

BENEFICIIS VINCERE ADGRESSUS EST. Non tam inepte Ciacconius *vincire;* ſed contra omnes Codd. Norat ipſe Apulej. Apolog. pag. 342. *Malum filium* beneficio vinceret, *me invidia liberaret*. Sic & abſolute Propert. 1. eleg. VIII. *v.* 28. Vicimus. *adſiduas non tulit illa preces*. Sic infra *cap.* XVI. princ. Boet. III. Metr. ult. *v.* 40.

Tan-

eſt: ſtatimque adoptavit, & teſtamento pariter cum filiis heredem
inſtituit. Sed ipſe paucos poſt annos, morbo atque aetate confe- 4
ctus, cum ſibi finem vitae adeſſe intellegeret, coram amicis & cognatis, item Adherbale & Hiempſale filiis, dicitur hujuſcemodi verba cum Jugurtha habuiſſe.

CAP. X.

PArvum ego, Jugurtha, te, amiſſo patre, ſine ſpe, ſine opibus, in meum 1
regnum accepi; exiſtumans non minus me tibi, quam liberis, ſi genuiſſem,

Tandem, vincimur, *arbiter Umbrarum miſeratus ait: Donamus comitem viro Emtam carmine conjugem. Vincere* itaque eſt ſuperare aliquem & ſuae voluntati accommodare, quod beneficiis quaerebat Micipſa. alii *lacrymis*, *prece*, aliisve rebus. Livius XLII. *c.* XXII. *praetor Popilliae familiae* precibus victus. Juſtin. XVIII. *cap.* V. *aegre* precibus *matris & deorum* minis victus *quievit*.

STATIMQUE EUM ADOPTAVIT. Guelf. 5. & Fabric. 2. *ſtatimque adoptavit eum.* ſed Guelf. 4. & Uratisl. 3. omittunt *eum.* de quo ſaepiſſime & vel hujus belli ſuperioribus *capp.* abunde dictum eſt. Hic vero cum *Jugurtham* modo dixiſſet, nemo attendens (dormitarunt enim optimi interpretes) ferre poterit. de *adoptatione* vide Gellium IV. *c.* XIX.

PARITER CUM FILIIS H. INSTITUIT. Merſeburgenſis *cum liberis*; itaque apud nos Remenſ. 1. Incert. 1. & Franc. quod credo propter excipiens: *Atherbale & Hiempſale filiis* adſcitum eſſe. Nihilominus eximia MS. Merſeburg. autoritas facit, ut fere adprobem. Fabriciani & Guelf. 5. *cum filiis pariter*; eoque ordine etiam Franc. neque diſplicet: Denique Guelf. 3. & 4. Vinar. 2. & Incert. 2. *heredem conſtituit*. Sed alterum uſitatiſſimum: niſi propter proprietatem, quod Jugurtha ſimul *cum* liberis heres inſtitutus eſt, *conſtituit* malueris, ut Catil. *c.* XLVII. n. 2. *coarguere*, & quae alia ibi adſcripſimus.

4. AETATE CONFECTUS. Sic infra *c.* XI. n. 5. confectum *annis parum animo valuiſſe.* ubi vide. male Senat. 2. *infectus*.

FINEM VITAE ADESSE INTELLIGERET. *vitae* non viſitur in Uratisl. 2. neque in uno I. Waſſii: *vitam finire* ſaepe Cicero, Livius, Juſtinus: item *vitae finis*. mox Noſter *cap.* X. n. 3. *nunc quoniam mihi natura* finem vitae *facit.* Fabric. 1. *intelligere adeſſe*; Guelf. 6. Senat. 1. & Eccard. *intelligeret*.

DICITUR HUJUSCEMODI VERBA C. I. HABUISSE. Multum abit Fabric. 1. *dicitur hujuſcemodi habuiſſe orationem*. ſed ſine dubio ab interprete. omittit ille verba *cum Jugurtha*, quae neque in Remenſi 1. leguntur, in ceteris etiam ſaepe locum mutant. Dixerat Cat. *c.* XXXI. n. 6. *orationem habere*. & ibid. *c.* XLVII. n. 2. *ſermones habere*. alibi *verba facere*. Terent. Hecyr. A. III. Sc. III. *v.* 21. *Hanc* habere *orationem* mecum *principio inſtitit*. Cic. II. de Orat. p. 126. *quibus omnibus* verbis, quae *a me tum ſunt* habita, *ſi dolor abfuiſſet meus*, — *irridenda fuiſſet oratio mea*. De hac Oratione ita Spartian. Severo *c.* XXI. *Qui quidem* divinam *Salluſtii* orationem, *qua Micipſa filios ad pacem hortatur*, *ingravatus morbo miſiſſe filio dicitur majori*. Orationes autem moribundorum ſingularis ſemper ponderis habitae ſunt a prudentibus, ſcriptoresque easdem magno ingenio concinnarunt. Laudat quasdam Boeclerus ad Herodian. I. *c.* IV. pag. 366.

CAP. X. 1. PARVUM EGO TE, JUGURTHA. Guelf. 4. *ego te* omittit; Uratisl. 1. tantum *ego*. Sed in Baſil. 1. Uratislavienſibus, Incertis, Fabric. 2. Vinar. 2. Senat. 1. Struv. Franc. Guelf. 2. 5. 6. 7. 11. 12. & Eccardiano hoc ordine verba locantur: *Parvum ego, Jugurtha, te, amiſſo* &c. quem ob aſperiorem paullo pronunciationem, & faciliorem expoſitionem ab aliis mutatum eſſe puto.

SINE SPE, SINE OPIBUS. Vinar. 2. perperam *ſine operibus*. Cat. *c.* XXI. n. 1. *quibus neque res, neque* ſpes *bona ulla*. vide notata ib. ad *cap.* XX. n. 13.

IN MEUM REGNUM ACCEPI. Incert. 1. *excepi*. Ceteri omnes uno ore vulgatum tuentur, quod Palmerius temere mutat in *accivi*. Sic Graeci λαμβάνειν etiam de *adoptione*, & Noſter extr. *cap. ſumere*. Neque enim aliter hoc loco capiendum; etſi nuper eum ſollemni more demum

Digitized by Google

2 *nuiſſem, ob beneficia carum fore: neque ea res falſum habuit. Nam ut alia magna & egregia tua omittam, noviſſume rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoraviſti: tua virtute nobis Romanos ex amicis amiciſſumos feciſti: in Hiſpania nomen familiae renovatum: poſtremo, quod*

adoptaverit. Jugurthae quippe nititur perſuadere, cum jam parvulum a Micipſa eo conſilio accitum, & eodem cultu, quo liberi, habitum eſſe. Sed *accipere* eſt *ſuſcipere*, quomodo aliquis Cod. apud Waſſium. Livius VII. *c.* XXX. *ad id valere arbitror, ne nos* in *amicitiam* accipiamur. ubi plura Gronovius. Sic *accipere in fidem*, *in deditionem*, *in matrimonium*, alia.

QUAM LIBERIS, SI GENUISSEM, CARUM FORE. Sic quidem omnes noſtri Codd. pertinaciſſimo conſenſu: ſic & Rivii, Gruteri, aliorumque libri. Sed Urſinus & Ciacconius vocem *liberis* abundare exiſtimant, & ex horum voluntate Criſpinus hujusque adſeclae ediderunt: *non minus me tibi, quam ſi genuiſſem ob benef. carum fore*. Non patitur eam audaciam Gruterus, & mallet potius voces *ſi genuiſſem* abjici. Si quid contra Codd. tentandum foret, priores potius habere videntur, quo ſuam conjecturam tuerentur. nam ab imperitis τὸ *liberis* adſumtum eſſe dicerent, quia habere voluerint, quod objiceretur τῷ *tibi*, cum ſemel in iſtud Pronomen accentum poſuiſſent. Sed diceres etiam: Parvulum Jugurtham Micipſa adſumſit, quo tempore nondum habebat liberos ipſe; nec huic opinioni, ſi animum advertas, obſtabit *cap.* V. extr. Igitur recte tunc temporis Micipſa Jugurtham, & liberos, ſi quos forte genuiſſet, in amore comparavit. Ceterum *ſi* omittitur in Guelf. 9. in Franc. *ob beneficia*; Vinar. 2. Uratisl. 2. Guelf. 1. & 10. *carum eſſe*.

NEQUE EA RES FALSUM ME HABUIT. Falſum habere eſt *fallere*. Cic. I. in Verr. *c.* VII. *quod me non fefellit*. Spartian. Severo *c.* XX. *ſed illum multum* ſpes *fefellit*. potuiſſet & hic aliquis conjicere. *neque ea ſpes*. ea quippe ſaepe fallere & decipere dicitur. vide Plaut. Rud. A. II. Sc. III. *v.* 70. Apulej. Florid. p. 345. *Nec tamen vos parva quaedam & prava ſimilitudo* falſos *animi* habeat. Dictys II. *c.* XXXVII. *quae* res *non* fruſtra *eos* habuit. Liv. XXXIX. *c.* XXIX. *qui vias latrociniis, paſcuaque publica* infeſta habuerunt. Sed Guelf. 3. 4. & 6. non agnoſcunt illud Pronomen *me* quod propter proxime pracedens *m* excidiſſe diceres; niſi & Catilin. *c.* XX. extr. dixiſſet: *niſi forte animus fallit*. ubi vide. Livius XXI. *Non* fefellere *inſidiae*.

2. ET EGREGIA TUA FACINORA OMITTAM. Rariſſimum hoc *facinora* in libris ſcriptis. Fabriciani, Uratislavienſes, Remenſ. 1. Vinar. 2. Franc. Senat. 2. Incert. 2. Heuſſ. Guelf. 5. & 10. *egregia tua facta:* & ſic ad Rivium uſque vulgo legebatur. Sed plures Guelſerbytani, Baſil. 1. omni fide dignus, Remenſ. 2. Academ. Senat. 1. & Struv. *& egregia tua omittam*, ſine iſta dubia voce: Sic ſolet Criſpus aliique. vide notam ad Cat. *c.* LII. n. 4. idem teſtatur de pluribus ſuis Codd. Waſſius, additque Liv. XXX. *c.* XXX. *tibi quoque inter* multa egregia, *non in ultimis laudum hoc fuerit, Annibalem... tibi ceſſiſſe*. Senat. 2. *omiſſa*. Guelf. 4. *dimittam*. Cat. *c.* LII. n. 24. *Sed ego haec omitto*. Livius XXVI. *c.* XIII. *Sed* omitto *haec. vetus atque uſitata res eſt* &c.

GLORIA HONORAVISTI. Uratisl. 2. *honeſtaſti*, uti Cat. *c.* XXXV. *non dignos homines* honore honeſtatos *videbam*. Eod. *c.* XII. n. 4. *domos ſua* gloria decorabant. ubi vide. Petrus Cellenſ. de Pan. *c.* XVI. *Virtus emendicatis recuſat obſuſcari nitoribus. pudet eam alienis onerari magis, quam* honorari ſplendoribus. Cicero *laudibus honorare*, & *muneribus honorare* Aurel. Vict. Vir. Illuſtr. *c.* XVI.

TUAQUE VIRTUTE. *Que* deſideratur in Franc. & Guelf. 6. neque eo multum opus habemus. de eo, quod dixit *feciſti*, *renovatum*, *viciſti*. vide ad Cat. *c.* LIII. n. 3.

NOMEN FAMILIAE RENOVATUM EST. Nomen, quod comparaverat ſibi Maſiniſſa. In duodecim MSS. reperi *familiae noſtrae;* reliqui vero ab illis ſtant, qui iſtam appendicem reciderunt. At Fabric. 1. poſtremam etiam voculam *eſt* abjecit: cui nos ſecundas fecimus. Sic mox Incert. 1. & Franc. *quod difficillimum eſt inter mortales*. Fabric. 1. vero & Baſil. 1. vetuſtiſſimi eo etiam loco nullum Verbum Subſtantivum habent. Senat. 1. *renovatum eſt per te*, a manu ſecunda.

GLORIA INVIDIAM VICISTI. Quod in ipſo Micipſa probatur. & neſcio, an ita hiſtoriae ſerviat Criſpus. Jugurthae fore illud facile, ut mores ejus docent *c.* VI. Sed & Claudian. III. Stilic. *v.* 36. *nulli pars aemula defuit unquam, Quae gravis obſtreperet laudes ſtimulisque malignis Facta ſequebatur, quamvis ingentia, Livor. Solus hic* invidiae *fines* virtute *reliquit Humanumque modum* &c.

2. Fi-

Digitized by Google

quod difficillumum inter mortalis, gloria invidiam viciſti. Nunc, quo- 3
niam mihi natura vitae finem facit, per hanc dextram, per regni fidem
moneo obteſtorque, uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fra-
tres ſunt, caros habeas: neu malis alienos adjungere, quam ſanguine
conjunctos retinere. Non exercitus, neque theſauri praeſidia regni ſunt, 4
verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio
& fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem 5
alie-

3. FINEM VITAE FACIT. In manu exaratis aliquot: *finem facit vitae*. Dictys III. *c.* XXVI. *Ceterum ſibi, quoniam ita res ruerent, optatiſſimum appropinquare* naturae finem. Noſter I. Hiſt. Or. Lepidi: *quoniam quidem unum omnibus finem* natura *vel ferro ſeptis ſtatuit.* Lucret. III. *v.* 956. *Nec potius* vitae finem facis *atque laboris?*

PER HANC DEXTRAM. Gloſſae MSS. *dextra tenuit*. Validiſſima autem per eam obteſtatio, quae apud omnes gentes pignus fidei eſt habita. vide omnino Freinshem. ad Curt. VI. *c.* IV. n. 14. Plaut. Capt. A. II. Sc. III. *v.* 82. *Haec per* dexteram *tuam, te dextera retinens manu, Obſecro*. Terent. Andr. A. I. Sc. V. *v.* 55. *Quod ego te per* hanc dextram *oro & ingenium tuum*. *Per tuam* fidem *perque hujus ſolitudinem Te obteſtor*. Virg. IV. Aen. *v.* 314. *per ego has lacrymas* dextram*que tuam te Oro*. adde Plaut. Poen. A. I. Sc. III. *v.* 8.

PER REGNI FIDEM. Per fidem, quam in regnum acceptus debes. Plaut. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 116. *Id ſolus ſolum per amicitiam &* per fidem *Flens me obſecravit*. Apulej. IV. Metam. p. 147. *multis precibus quaeſens adhortatur, per dextram Martis*, per fidem ſacramenti, *bonum commilitonem cruciatu ſimul & captivitate liberaremus*. Tibullus I. eleg. V. *v.* 7. per *te furtiva* foedera lecti *Per Venerem quaeſo compoſitumque caput*. adde infra *c.* XIV. extr. & *c.* LXI. extr. *c.* XXIV. extr. *me ex manibus impiis eripite per majeſtatem imperii, per* amicitiae fidem.

MONEO OBTESTORQUE. *Te* adjiciunt Fabriciani, Remenſ. 2. Incert. I. Struv. Franc. Heuſſ. Uratisl. I. & 3. Guelf. I. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. Ceteri rectius omittunt. omittit Remenſ. I. *obteſtorque*. Sed Baſil. I. *moneo, obteſtor te*. ſine copula. mox in duodecim legitur *uti hos*, quod voluit Rivius.

QUI TIBI GENERE PROPINQUI. Poſtremum vocabulum non habet in contextu Fabric. I. ſed alia manus in ſpatio, quod verſus dirimit, perſcripſit. Rem. 2. *tibi* omiſit. non male. Heuſſ. & Senat. 2. *qui tibi genere propinqui* ſunt, *h. m. fratres*. neque id inficete. Eadem ſententia de ordine Franc. *qui tibi propinqui genere, beneficio* cet. vide *c.* VII. n. 5.

NEU MALIS ALIENOS ADJUNGERE. Academ. & Incert. I. *neu malis alienos* tibi *adjungere*: ſed haec Verba ſine dandi Caſu apud Noſtrum ubivis obvia. vide ad *c.* I. n. 3. Uratisl. 3. *alios*, pro *alienos*. 2. *jungere*; Guelf. I. & Remenſ. 2. *conjungere*, quod fuit etiam in perveteri Commeliniano. nimirum propter proximum *ſanguine conjunctos* correctoribus placuit. Contrarium vide notatum ad Cat. *c.* XL. n. 3. Terent. Adelph. A. I. Sc. I. *v.* 47. *ille, quem beneficio* adjungas, *ex animo faciet*. mox Remenſ. 2. *ſanguinitate conjunctos retinere*.

4. NON EXERCITUS, NEQUE THESAURI. Ab Xenophonte Lib. VIII. locum eſſe expreſſum, notavit Manutius. Noſtrum aemulatur Herodian. I. *c.* IV. n. 10. plura collegit N. Abram ad Cic. II. Philipp. *c.* XLII. Reinhold. ad Lipſ. III. Polit. *c.* III.

OFFICIO ET FIDE PARIUNTUR. Incert. 2. *ſed officio & f. par.* quomodo quidem recte exponis, ſed cave eam particulam in contextum immittas, quam optimus quiſque exaudiri maluit. Cat. *c.* LII. n. 6. *Non agitur de vectigalibus, non de ſociorum injuriis:* libertas *& anima noſtra in dubio eſt*. ubi vide & Eod. ad *c.* XVIII. extr. fide autem & officio amicos parari, docuit Cic. II. Offic. *c.* VIII. & Lael. *c.* XV. aliis. *pariuntur*. noſtri etiam Codd. vetuſti & recentiorum plerique. male alii *parantur*, eo fere errore, quem tetigi n. 3. Cic. II. Offic. *c.* IX. *quibus rebus* pariuntur *a ſingulis, eiſdem fere a multitudine*, cum nota Fr. Fabritii. Sic ſupra *parta*. Terent. Eunuch. A. II. Sc. I. *parta gloria*. ubi Donatus: *quae paritur*. Livius VII. *c.* XL. *unde belli decus* pariatur. Notabilis etiam dictio *cogere amicos*, cum *cogere* proprie ſit *colligere*. Sic fere Cato de R. R. *c.* LXIV. LXV. *cogere oleam*. Columella V. *c.* IX. *meminiſſe convenit, Eum qui aret olivetum, rogare* fructum: *qui ſtercoret, exorare: qui caedat*, cogere. *Exercitum cogere, pecus* & ſimilia notiſſima ſunt.

5. QUIS AUTEM AMICIOR, QUAM FRATER FR. Fabric. I. Vinar. 2. Academ. Struv. Heuſſ.

Digitized by Google

2 *nuiſſem, ob beneficia carum fore: neque ea res falſum babuit. Nam ut alia magna & egregia tua omittam, noviſſume rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoraviſti: tua virtute nobis Romanos ex amicis amiciſſumos feciſti: in Hiſpania nomen familiae renovatum: poſtremo, quod*

adoptaverit. Jugurthae quippe nititur perſuadere, cum jam parvulum a Micipſa eo conſilio accitum, & eodem cultu, quo liberi, habitum eſſe. Sed *accipere* eſt *ſuſcipere*, quomodo aliquis Cod. apud Waſſium. Livius VII. *c.* XXX. *ad id valere arbitror, ne nos* in *amicitiam* accipiamur. ubi plura Gronovius. Sic *accipere in fidem, in deditionem, in matrimonium*, alia.

QUAM LIBERIS, SI GENUISSEM, CARUM FORE. Sic quidem omnes noſtri Codd. pertinaciſſimo conſenſu: ſic & Rivii, Gruteri, aliorumque libri. Sed Urſinus & Ciacconius vocem *liberis* abundare exiſtimant, & ex horum voluntate Criſpinus hujusque adſeclae ediderunt: *non minus me tibi, quam ſi genuiſſem ob beneſ. carum fore*. Non patitur eam audaciam Gruterus, & mallet potius voces *ſi genuiſſem* abjici. Si quid contra Codd. tentandum foret, priores potius habere videntur, quo ſuam conjecturam tuerentur. nam ab imperitis τῷ *liberis* adſumtum eſſe dicerent, quia habere voluerint, quod objiceretur τῷ *tibi*, cum ſemel in iſtud Pronomen accentum poſuiſſent. Sed diceres etiam: Parvulum Jugurtham Micipſa adſumſit, quo tempore nondum habebat liberos ipſe; nec huic opinioni, ſi animum advertas, obſtabit *cap.* V. extr. Igitur recte tunc temporis Micipſa Jugurtham, & liberos, ſi quos forte genuiſſet, in amore comparavit. Ceterum *ſi* omittitur in Guelf. 9. in Franc. *ob beneficia*; Vinar. 2. Uratiſl. 2. Guelf. 1. & 10. *carum eſſe*.

NEQUE EA RES FALSUM ME HABUIT. Falſum habere eſt *fallere*. Cic. I. in Verr. *c.* VII. *quod me non fefellit*. Spartian. Severo *c.* XX. *ſed illum multum* ſpes *fefellit*. potuiſſet & hic aliquis conjicere. *neque ea ſpes*. ea quippe ſaepe fallere & decipere dicitur. vide Plaut. Rud. A. II. Sc. III. *v.* 70. Apulej. Florid. p. 345. *Nec tamen vos parva quaedam & prava ſimilitudo* falſos *animi* habeat. Dictys II. *c.* XXXVII. *quae res non* fruſtra *eos* habuit. Liv. XXXIX. *c.* XXIX. *qui vias latrociniis, paſcuaque publica* infeſta habuerunt. Sed Guelf. 3. 4. & 6. non agnoſcunt illud Pronomen *me* quod propter proxime praecedens *m* excidiſſe diceres; niſi & Catilin. *c.* XX. extr. dixiſſet: *niſi forte animus fallit*. ubi vide. Livius XXI. *Non* fefellere *inſidiae*.

2. ET EGREGIA TUA FACINORA OMITTAM. Rariſſimum hoc *facinora* in libris ſcriptis. Fabriciani, Uratislavienſes, Remenſ. 1. Vinar. 2. Franc. Senat. 2. Incert. 2. Heuſſ. Guelf. 5. & 10. *egregia tua facta*: & ſic ad Rivium uſque vulgo legebatur. Sed plures Guelferbytani, Baſil. 1. omni fide dignus, Remenſ. 2. Academ. Senat. 1. & Struv. *& egregia tua omittam*, ſine iſta dubia voce: Sic ſolet Criſpus aliique. vide notam ad Cat. *c.* LII. n. 4. idem teſtatur de pluribus ſuis Codd. Waſſius, additque Liv. XXX. *c.* XXX. *tibi quoque inter* multa egregia, *non in ultimis laudum hoc fuerit, Annibalem... tibi ceſſiſſe*. Senat. 2. *omiſſa*. Guelf. 4. *dimittam*. Cat. *c.* LII. n. 24. *Sed ego haec omitto*. Livius XXVI. *c.* XIII. *Sed* omitto *haec. vetus atque uſitata res eſt* &c.

GLORIA HONORAVISTI. Uratiſl. 2. *honeſtaſti*, uti Cat. *c.* XXXV. *non dignos homines* honore honeſtatos *videbam*. Eod. *c.* XII. n. 4. *domos ſuas* gloria decorabant. ubi vide. Petrus Cellenſ. de Pan. *c.* XVI. *Virtus emendicatis recuſat obfuſcari nitoribus. pudet eam alienis onerari magis, quam* honorari ſplendoribus. Cicero *laudibus honorare*, & *muneribus honorare* Aurel. Vict. Vir. Illuſtr. *c.* XVI.

TUAQUE VIRTUTE. *Que* deſideratur in Franc. & Guelf. 6. neque eo multum opus habemus. de eo, quod dixit *feciſti, renovatum, viciſti*. vide ad Cat. *c.* LIII. n. 3.

NOMEN FAMILIAE RENOVATUM EST. Nomen, quod comparaverat ſibi Maſiniſſa. In duodecim MSS. reperi *familiae noſtrae*; reliqui vero ab illis ſtant, qui iſtam appendicem reciderunt. At Fabric. 1. poſtremam etiam voculam *eſt* abjecit: cui nos ſecundas fecimus. Sic mox Incert. 1. & Franc. *quod difficillimum eſt inter mortales*. Fabric. 1. vero & Baſil. 1. vetuſtiſſimi eo etiam loco nullum Verbum Subſtantivum habent. Senat. 1. *renovatum eſt per te*, a manu ſecunda.

GLORIA INVIDIAM VICISTI. Quod in ipſo Micipſa probatur. & neſcio, an ita hiſtoriae ſerviat Criſpus. Jugurthae fere illud facile, ut mores ejus docent *c.* VI. Sed & Claudian. III. Stilic. *v.* 36. *nulli pars aemula defuit unquam, Quae gravis obſtreperet laudes ſtimulisque malignis Facta ſequebatur, quamvis ingentia, Livor. Solus hic* invidiae *fines* virtute *reliquis Humanumque modum* &c.

2. Fi-

quod difficillumum inter mortalis, gloria invidiam viciſti. Nunc, quo- 3
niam mihi natura vitae finem facit, per hanc dextram, per regni fidem
moneo obteſtorque, uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fra-
tres ſunt, caros habeas: neu malis alienos adjungere, quam ſanguine
conjunctos retinere. Non exercitus, neque theſauri praeſidia regni ſunt, 4
verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio
& fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem 5
alie-

3. FINEM VITAE FACIT. In manu exaratis aliquot: *finem facit vitae*. Dictys III. *c.* XXVI. *Ceterum ſibi, quoniam ita res ruerent, optatiſſimum appropinquare* naturae finem. Noſter I. Hiſt. Or. Lepidi: *quoniam quidem unum omnibus finem* natura *vel ferro ſeptis ſtatuit*. Lucret. III. *v.* 956. *Nec potius* vitae finem facis *atque laboris?*

PER HANC DEXTRAM. Gloſſae MSS. *dextra tenuit*. Validiſſima autem per eam obteſtatio, quae apud omnes gentes pignus fidei eſt habita. vide omnino Freinſhem. ad Curt. VI. *c.* IV. n. 14. Plaut. Capt. A. II. Sc. III. *v.* 82. *Haec per* dexteram *tuam, te dextera retinens manu, Obſecro*. Terent. Andr. A. I. Sc. V. *v.* 55. *Quod ego te per* hanc dextram *oro & ingenium tuum. Per tuam* fidem *perque hujus ſolitudinem Te obteſtor*. Virg. IV. Aen. *v.* 314. *per ego has lacrymas* dextram*que tuam te Oro*. adde Plaut. Poen. A. I. Sc. III. *v.* 8.

PER REGNI FIDEM. Per fidem, quam in regnum acceptus debes. Plaut. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 116. *Id ſolus ſolum per amicitiam &* per fidem *Flens me obſecravit*. Apulej. IV. Metam. p. 147. *multis precibus quaeſens adhortatur, per dextram Martis*, per fidem ſacramenti, *bonum commilitonem cruciatu ſimul & captivitate liberaremus*. Tibullus I. eleg. V. *v.* 7. per *te furtiva* foedera lecti *Per Venerem quaeſo compoſitumque caput*. adde infra *c.* XIV. extr. & *c.* LXI. extr. *c.* XXIV. extr. *me ex manibus impiis eripite per majeſtatem imperii, per* amicitiae fidem.

MONEO OBTESTORQUE. *Te* adjiciunt Fabriciani, Remenſ. 2. Incert. I. Struv. Franc. Heuſſ. Uratisl. I. & 3. Guelf. I. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. Ceteri rectius omittunt. omittit Remenſ. I. *obteſtorque*. Sed Baſil. I. *moneo, obteſtor te*. ſine copula. mox in duodecim legitur *uti hos*, quod voluit Rivius.

QUI TIBI GENERE PROPINQUI. Poſtremum vocabulum non habet in contextu Fabric. I. ſed alia manus in ſpatio, quod verſus dirimit, perſcripſit. Rem. 2. *tibi* omiſit. non male. Heuſſ. & Senat. 2. *qui tibi genere propinqui* ſunt, *b. m. fratres*. neque id inficete. Eadem ſententia de ordine Franc. *qui tibi propinqui genere, beneficio* cet. vide *c.* VII. n. 5.

NEU MALIS ALIENOS ADJUNGERE. Academ. & Incert. I. *neu malis alienos* tibi *adjungere:* ſed haec Verba ſine dandi Caſu apud Noſtrum ubivis obvia. vide ad *c.* I. n. 3. Uratisl. 3. *alios*, pro *alienos*. 2. *jungere;* Guelf. I. & Remenſ. 2. *conjungere*, quod fuit etiam in perveteri Commeliniano. nimirum propter proximum *ſanguine conjunctos* correctoribus placuit. Contrarium vide notatum ad Cat. *c.* XL. n. 3. Terent. Adelph. A. I. Sc. I. *v.* 47. *ille, quem beneficio* adjungas, *ex animo faciet*. mox Remenſ. 2. *ſanguinitate conjunctos retinere*.

4. NON EXERCITUS, NEQUE THESAURI. Ab Xenophonte Lib. VIII. locum eſſe expreſſum, notavit Manutius. Noſtrum aemulatur Herodian. I. *c.* IV. n. 10. plura collegit N. Abram ad Cic. II. Philipp. *c.* XLII. Reinhold. ad Lipſ. III. Polit. *c.* III.

OFFICIO ET FIDE PARIUNTUR. Incert. 2. *ſed officio & f. par.* quomodo quidem recte exponis, ſed cave eam particulam in contextum immittas, quam optimus quiſque exaudiri maluit. Cat. *c.* LII. n. 6. *Non agitur de vectigalibus, non de ſociorum injuriis:* libertas *& anima noſtra in dubio eſt*. ubi vide & Eod. ad *c.* XVIII. extr. fide autem & officio amicos parari, docuit Cic. II. Offic. *c.* VIII. & Lael. *c.* XV. aliis. *pariuntur*. noſtri etiam Codd. vetuſti & recentiorum plerique. male alii *parantur*, eo fere errore, quem tetigi n. 3. Cic. II. Offic. *c.* IX. *quibus rebus* pariuntur *a ſingulis, eiſdem fere a multitudine*, cum nota Fr. Fabritii. Sic ſupra *parta*. Terent. Eunuch. A. II. Sc. I. *parta gloria*. ubi Donatus: *quae paritur*. Livius VII. *c.* XL. *unde belli decus* pariatur. Notabilis etiam dictio *cogere amicos*, cum *cogere* proprie ſit *colligere*. Sic fere Cato de R. R. *c.* LXIV. LXV. *cogere oleam*. Columella V. *c.* IX. *meminiſſe convenit, Eum qui aret olivetum, rogare* fructum: *qui ſtercoret, exorare: qui caedat*, cogere. *Exercitum cogere, pecus* & ſimilia notiſſima ſunt.

5. QUIS AUTEM AMICIOR, QUAM FRATER FR. Fabric. I. Vinar. 2. Academ. Struv. Heuſſ.

6 *alienum fidum invenies, ſi tuis hoſtis fueris? Equidem ego vobis regnum trado firmum, ſi boni eritis; ſin mali, imbecillum. Nam concordia par-*
7 *vae res creſcunt, diſcordia maxumae dilabuntur. Ceterum ante hos te, Jugurtha, qui aetate & ſapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipit in-*

Franc. Senatorii, Guelf. 1. 3. 9. & 10. Uratisl. 2. & 3. *quis a. amicitior*. Sic etiam ediderunt apud Apulej. Apol. p. 258. *Erras, ſi virum tam auſterae ſectae ---- non putas* amicitiorem *eſſe coercitae mediocritati, quam delicatae opulentiae*. atque ſic tentant apud Cic. III. epiſt. II. num. 1. Sed contra Analogiam & Codd. meliores. Facilis certe lapſus in geminatione ſyllabae poſitus. Et ſic apud Hieron. Epiſt. ad Julianum extr. *laetitiorem* ſcribitur, pro *laetiorem*, in MS. alterum vero frequentat Cicero. Habes & apud C. Nepotem & Quinctil. Declam. CCLXIX. *quis* amicior *mihi, in quo plus eſſe fidei exiſtimavi?*

Quam frater fratri. Nos dicimus *fratres ſibi invicem*. Plaut. Menaechm. A. v. Sc. IX. *v.* 29. *Nam ego* hominem homini *ſimiliorem numquam vidi alterum: Neque* aqua aquae *neque* lacte *eſt* lacti *uſquam ſimilius*. Dictys II. *c.* XXII. *quis* frater fratri *aditum patefaciet. fratres* autem Jugurtha & filii Micipſae infra etiam vocantur, & ipſe explanavit n. 3. ſed adde *c.* XXXIII. n. 4. In ſententiam Quinctil. Declam. CCCXXI. *quae poteſt amicitia eſſe tam felix, quae imitetur* fraternitatem. *Certe quotiens blandiri volumus his, qui eſſe* amici *videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen poteſt, quam ut* fratrem *vocemus*. cet. Sed fratrum quoque gratiam raram eſſe, Perſeus & Demetrius apud Livium XL. immo infinita exempla teſtantur. vide Pap. Stat. Theb. I. *v.* 125. ſeqq.

Aut quem alienum fidum inv. si tuis. Sedet enim omnibus iſtud judicium, quod habes apud Themiſtium Or. de Amicitia: *ὁ πρὸς τὸ ἔνδον πονηρὸς, οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς τὰ ἔξω χρηστός*. Partem ſententiae dilatat Aeſchines contra Cteſiph. p. 285. *Alieni* autem & *tui* recte opponuntur. Cic. pro Milone *c.* XXVIII. *Aequabiliter in rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos,* in alienos, *in* ſuos *irruebat*. Eccard. *fidem*. Guelf. 5. omiſit vocem *fidum*, quaſi ex *amicior* adſumendum eſſet *amicum: quem alienum* amicum *invenies*. Sed propter ſimilem duarum vocum terminationem ea vox excidiſſe videtur. *Tuis hoſtis*, ut Plaut. Pœn. A. V. Sc. IV. *v.* 43. *amicus tibi*. Liv. XXVI. *c.* L. *nec ullum in terris populum hodie dici poſſe, quem minus* tibi hoſtem tuiſque *eſſe velis, aut amicum malis*.

6. Equidem ego vobis regnum trado. Academ. & Struv. *Equidem vobis*, ſine *ego*, quod illud latere crederent in *Equidem*. Sed vide ad Cat. *c.* LI. n. 15. Haec autem ipſa verba legas apud Spartian. in Severo *c.* XXIII. *firmum imperium Antoninis meis relinquens, ſi boni* erunt; *imbecillum, ſi mali*. Unde vides, recte & hic legi *eritis*; non, quod eſt in Fabric. 1. Academ. & Guelf. 11. *fueritis*.

Si mali, imbecillum. Baſil. 1. a primâ manu, Senatorii, Fabric. 1. Incerti, Acad. Vinar. 2. Heuſſ. Uratisl. 1. *ſin mali*. Struv. *Sed ſi*. ſic nempe alibi etiam *ſin* exponunt librarii. vide Jug. *c.* I. n. 3.

Parvae res crescunt. Sic omnis manus, non ut proletariae edd. *res parvae*. cum MSS. facit Seneca Epiſt. XCIV. p. 448. adde notam ad Catil. *c.* XLVIII. n. 1. Sententia eſt pervulgata. adde tamen Herodian. III. *c.* XIII. Liv. XL. *c.* VIII. Cic. Laelio *c.* VII.

7. Ante hos te, Jugurtha, qui aetate. Illud *te* deſideratur in Eccard. Incert. 2. & Guelf. 9. Sed Franc. *ante hos, Jugurtha, te;* Senat. 2. *hos ante te*. pro *qui* in pleriſque eſt *quia;* cujus vero originem Rivius oſtendit, ſed & alibi *quia* & *qui* permutantur. Hoc tamen tuentur ex noſtris Vinar. 2. Incert. 1. Heuſſ. Guelf. 1. 3. 4. Uratisl. 1. & 3. *prior es*, i. e. praeſtas, antecellis. vide infra ad *c.* XCVI. extr.

Ne aliter quid eveniat. *Quid* abeſt ab Guelf. 5. & Fabric. 2. Terent. Prolog. Andr. *v.* 4. *verum* aliter evenire *multo intellegit*. & hic quidem iſtud *quid*, uti alias *aliquid*, eleganter poteſt reticeri. vide quae dixi ad Catil. *c.* XXXVI. extr. & LI. num. 33. *aliter* autem eſt adverſum, contrarium, quam debent fratres, aut ſperat Micipſa. vide ad Cic. I. ep. II. n. 4. Supra tamen *c.* VII. n. 1. *ſed ea* res *longe* aliter, *ac ratus erat, evenit*. Lamprid. Severo *c.* XXIV. *Omnes Chriſtianos futuros, ſi* id optato *eveniſſet*.

Nam in omni certamine cet. Animus enim ſemper infirmo favet, Seneca Phoen. *v.* 385. c. nota Gronovii. Expreſſit totam ſententiam Herod. IV. *c.* V. n. 4. Τοῖς *μὲν γὰρ δυσυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ. καὶ τὸ μὲν ἡττηθῆναι, τοῖς τοιούτοις* ΑΔΙΚΕΙΣΘΑΙ· *τὸ δὲ νικῆσαι*, ΑΔΚΕΙΝ *δοκεῖ*. Talia & Dio aliique apud Gruter. ad Liv. I. *c.* V.

Ta-

injuriam, quia plus poteſt, facere videtur. Vos autem, Adherbal & Hiempſal, colite, obſervate talem hunc virum, imitamini virtutem & enitimini, ne ego meliores liberos ſumſiſſe videar, quam genuiſſe. 8

CAP. XI.

AD ea Jugurtha, tametſi regem ficta locutum intelligebat, & ipſe longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne reſpondit. 1
Micipſa paucis diebus moritur. Poſtquam illi, more 2
regio, juſta magnifice fecerant, reguli in unum convenere, uti inter

TAMEN QUIA PLUS POTEST. Guelf. 2. & Senat. 1. omittunt *tamen:* nec non Franc. qui pro eo *ipſe quia plus poteſt*. & ea quidem particula poſt *etiamſi* aliaſque hujuſmodi haud raro omittitur. vide infra ad *cap.* XXXV. num. 9. *Igitur* quamquam *in priore actione quinquaginta vades dederat;* regno *magis, quam vadibus conſulens clam in Numidiam Bomilcarem dimittit.*

8. COLITE, OBSERVATE. Fabric. 1. Remenſes, Incerti, Vinar. 2. Struv. Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. Academ. *colite & obſervate*. Sed recte editores. *colere & obſervare* frequentiſſime componit Cicero. vide loca ex Epiſtolis, quas non adeo male Familiares vocari exiſtimo. VI. ep. X. n. 7. *me diligenter* obſervant & colunt. XIII. epiſt. XXII. n. 1. *Nam & ſemper me* coluit, *diligentiſſimeque* obſervavit. epiſt. LXXVIII. n. 2. *meque praeter caeteros* & colit, & obſervat, & *diligit*. adde epiſt. XXXIV. item V. ep. VIII. n. 11. item ad Attic. II. epiſt. XIX. *Hic Caecilium* colimus & obſervamus *diligenter*. & pro Murena *c.* XXXIV. *diligenter* obſervari *videmur* & coli, alibi.

TALEM HUNC VIRUM. *Talis* ad laudem, & quod notet certas & cognitas quaſdam virtutes. Sic infra *c.* LXIII. n. 6. *atque is ad id locorum* talis *vir*. ibi vide. Guelf. 9. Eccard. Struv. & Franc. *hunc talem virum*. contra numeros Salluſtianos.

ET ENITIMINI. Fabric. 1. a prima manu, item 2. Acad. Senatorii, Heuſſ. Uratisl. 3. Guelf. 1. 3. 4. & 6. *& enitemini*.

NE EGO MEL. LIB. SUMSISSE VIDEAR. *Sumere* & *adſumere* pro *adoptare* dicuntur. Plin. Paneg. *c.* VIII. *Se filium ſibi, hoc eſt, unicum auxilium feſſis rebus* adſumſit. Meliores tamen omnino eſſe debent, qui adoptantur, quam geniti: quia hoc fortunae eſt, illud fit conſilio. Id. Plin. *c.* VII. & Tacit. I. Hiſt. *c.* XVI. *liberos ne te moretur de uno Jugurtha*, vide Duckerum ad Flor. IV. *c.* III. n. 2. A. Gellium II. *c.* XIII. quo docet *Liberos*, in multitudinis numero, etiam unum filium filiamve veteres dixiſſe.

CAP. XI. 1. REGEM FICTA LOCUTUM INTELLIGEBAT. Guelf. 5. & Fabric. 2. *intellexiſſet;* Senat. 1. & Eccard. *intellegebat*. Sed Guelf. 4. expungit omnino iſtud Verbi. Itaque exaudiendum foret *animo agitabat*, ut Cat. *c.* XII. n. 2. *pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiſcua, nihil penſi, neque moderari* habere. Uratisl. 2. *regem ficta loqui*. ſupra Guelf. 10. *Ad ea verba;* Struv. *Ad haec verba*.

LONGE ALITER ANIMO AGITABAT. Guelf. 5. & Fabric. 2. *animo cogitaſſet;* Guelf. 10. *animo exagitabat. aliter* omittunt Academ. Struv. & Uratisl. 3. Sed *animo agitare* proba dictio. infra *c.* LXIII. num. 1. *proinde quae* animo agitabat, *fretus diis ageret*. Plin. Paneg. *c.* IV. *Saepe ego* mecum *tacitus* agitavi. neque vero *cogitare* aliud eſt, quam *cum* h. e. ſecum *agitare*. mox Academ. *bene reſpondit*. in Guelf. 12. additum eſt acumen veteris litteratoris: *Praeterit reſponſum, quod tamen audientes delectaſſet*.

2. PAUCIS POST DIEBUS. Guelf. 5. & 9. *paucis diebus poſt*. ſed 6. omittit eam particulam. Sic infra *c.* XIII. n. 6. *Itaque* paucis diebus *legatos mittit*. ubi plura.

JUSTA MAGNIFICE FECERANT. Senat. 2. *cuncta magnifice*. Acad. & Vinar. 2. *juxta;* Struv. Uratisl. 3. Guelf. 1. 3. 9. 10. 11. 12. *buſta magnifice fecerant*. & ſic manus ſecunda in Guelf. 2. Sed Uratisl. 1. mallet *juſta funera:* ut Caeſar VI. Gall. *c.* XIX. extr. juſtis funeribus *confectis, una cremabantur*. adeoque non male Grammatici cenſent, quando *juſta* praeciſe ponuntur, iſtam vocem exaudiendam eſſe: niſi & Graeci

Digitized by Google

3 ter ſe de cunctis negotiis diſceptarent. Sed Hiempſal, qui minumus ex illis, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthae (quia materno genere impar erat) deſpiciens, dextra Adherbalem adſedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur,
4 Jugurtha foret. Dein tamen, uti aetati concederet, fatigatus a fra-

ci τὰ *νομιζόμενα* eodem ſenſu frequentarent. vide Hottomann. ad Cic. pro S. Roſc. Am. *c.* VIII. Perperam igitur in MSS. *buſta* legitur, quomodo & alibi erratum eſſe, videas ex nota N. Heinſii ad Ovid. IV. Triſt. eleg. X. *v.* 80. Frequentiſſimum autem eſt *juſta ſolvere* & *perſolvere*, quod videas apud Jo. Savaronem ad Sidon. II. ep. VIII. & Interpp. Curtii III. *c.* XII. n. 15. dicunt tamen & *juſta dare*, *reddere*, *ferre*, Valer. Flaccus III. *v.* 365. V. *v.* 6. & Heinſius l. c. Nec tamen inſolens *juſta facere*, ut jam olim Ennius: *Nemo me lacrymis decoret*, *neque* funera *fletu* Faxit Seneca Troad. *v.* 64. *Ferite palmis pectora & planctus date*, *Et* juſta *Trojae* facite. Dictys V. *c.* VI. princ. *Dein ubi* juſta *pueris* facta *ſunt*. Seneca Epiſt. CXXII. p. 606. *Non convivantur*, *ſed* juſta *ſibi* faciunt. adde Magium II. Miſcell. *c.* XIX.

REGULI IN UNUM CONVENERE. Adherbal nempe Hiempſal & Jugurtha, qui pro modo imperii *reguli* nominantur, ut apud Liv. XLV. *c.* XV. Juſtin. XLIII. *c.* IV. alibi. de formula *in unum convenire* plura ad Cat. *c.* XVII. n. 2. Dictys I. *c.* XII. *omnes Pelopidae* in unum conveniunt.

3. QUI MINUMUS EX ILLIS ERAT. Struv. & Franc. *qui minor erat ex illis*. Sed recte *minimus*. at *erat* fortaſſe dubium, nec legitur in Uratiſl. 1. Juſtin. XXXVI. *c.* II. minimus *aetate inter fratres Joſeph fuit*. Liv. I. *c.* LIII. *Sextus filius ejus*, *qui* minimus *ex tribus erat*, *confugit ex compoſito Gabios*.

QUIA MATERNO GENERE IMPAR ERAT. Sic quidem Codd. omnes. Sed vix opus fuit, lectorem iſtud monere, cum ſupra *c.* V. n. 7. hunc Jugurtham memoraverit, ortum ex concubina. Praeterea eadem verba habes infra *c.* CVIII. n. 1. ubi ut legantur, neceſſe eſt. Conſidera utrumque locum, & ſenties, ex poſteriori derivata eſſe verba, quae meo jure expungere potuiſſem, cum uncinis tantum incluſerim. adde Catil. *c.* XXXIX. extr.

DEXTRA ATHERBALEM ADSEDIT. Guelf. 4. & 6. *dextram Adherbalem adſedit*: quod fortaſſe placebit, ſi legeris notam ad Cat. *c.* L. n. 1. pro *dextram Atherbalis*. Senat. 2. *dextera ad Adherbalem adſ.* Poſſes etiam *dexter Atherbalem adſedit*, uti Virgil. IX. Aen. *v.* 769. *Vibranti gladio connixus ab aggere* dexter *Occupat*. & V. *v.* 162. *Quo tantum mihi* dexter *abis*. Sed prior lectio tum propter Codd. tum quod paullo inſolentior eſt ſtructura, praeferri meretur: quamquam nec vulgatam omnino damno. *Adſidere* autem cum quarto Caſu conſtruit Silius IX. *v.* 623. *ut qui caſtella per altos Oppugnat munita locos*, *atque* adſidet arces. Noſter IV. Hiſtor. *aſſidere Amiſſum*. Apulejus I. Metam. pag. 112. Adſidebat pedes *uxor & menſa vacua poſita*.

QUOD APUD NUMIDAS HONORI DUCITUR. Lipſius II. Elect. *c.* II. cum ſciret apud Romanos etiam medium locum honoratiorem fuiſſe, corrigit: *quod* & *apud Numidas honori ducitur*. Sed quis talia ab Hiſtorico exegerit? Si de Numidis narrat, non facile aliquis intulerit, aliter propterea fuiſſe apud Romanos. Superſunt aliae gentes, a quibus iſte mos divertere poteſt. Infra *c.* LIV. n. 4. memorat morem quemdam Numidarum, quem Judaeis etiam aliiſque populis fuiſſe & nemo neſcit, & Salluſtius ſcivit. non tamen anxie *&*, aut *etiam* addit. Plura hujuſcemodi paſſim occurrunt, & merito Criſpinus Waſſio vapulat qui *&* in textum recepit. de medio loco honoratiſſimo etiam Minucius Octavian. *c.* IV. ibique interpretes; quem eumdem citavit Jac. Scheckius Praemeſſ. Epiſt. IV. Ceterum Eccard. & Guelf. 6. *honor ducitur*.

4. DEIN TAMEN, UT AETATI CONCEDERET. Remenſ. 1. Incert. 1. Guelf. 6. & 11. *Dehinc tamen*. Guelf. 5. omittit *aetati*. Franc. ſcribit *cederet*; Uratiſl. 3. *contenderet*. Dictys V. *cap.* XIV. *Quare coacti paene omnes* .-- concedunt *Ajaci*. Lactant. Mort. Perſec. *c.* XXXII. *Cedat* aetati *& honorem deferat annis*. Tacit. II. Ann. *cap.* LXXIV. *dein Marſus* ſeniori *& acrius tendenti Sentio* conceſſit. infra *c.* CII. num. 4. *cujus facundiae*, *non* aetati *a Manlio* conceſſum.

FATIGATUS A FRATRE. Saepius rogando & adhortando obtuſus. Juſtin. VI. *c.* II. *Conon diu rege per epiſtolas fruſtra* fatigato. infra *c.* LXVI. num. 2. *Vaccenſes* fatigati *regis ſuppliciis*. adde Non. Marcell. *c.* IV.

VIX IN PARTEM ALTERAM TRANSDUCTUS EST. Ad ſiniſtram ſcilicet Jugurthae. *vix* non eſt in Guelf

Digitized by Google

ſratre, vix in partem alteram transductus eſt. Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſererent, Jugurtha inter alias res jacit: OPORTERE QUINQUENNII CONSULTA OMNIA ET DECRETA RESCINDI. NAM PER EA TEMPORA CONFECTUM ANNIS MICI-

Guelf. 10. ſed ſenſus poſtulat. Franc. *in aliam partem;* quod rei non eſt adaequatum. Sed Guelf. 5. *translatus eſt*, & ſic habuerat forte a prima manu Fabric. 2. utrumque probum ſed editum eſt adpoſitum magis: & ipſe Cicero *animos* in aliam partem *commemoratione fortitudinis* tranſducere dixit. *Transductus* autem, non *traductus* libri noſtri meliores: idque ſonantius & veteribus uſitatum dicit Donatus ad Terent. Phorm. princ. Multa ſuper his Caſſiodor. de Orthogr. pag. 2294. & Velius Longus pag. 2227. ex quo quo diſcas *transductus*, *tranſmiſit*, *transjicit* ſcriptum, ſed *traductus* & ſic deinceps enunciatum eſſe. Apud Caeſarem & Terentium plura talia inveniuntur: quo refero etiam Plauti & ipſius Ciceronis III. Officior. *cap.* XXIX. *perjurare*, pro *pejerare*. item *inpedio*, *inpello*, quae ſemper per *n* in Baſil. 1. & Fabric. 1. item in aliis ſcribuntur.

5. IBI CUM M. D. A. I. DISSERERENT. Haec deſunt omnia Guelf. 5. & Fabric. 2. & mire id conſentit cum brevitate Salluſtii, ſi ſtatim incipiat: *Jugurtha inter alias res jacit*. Ex interpretatione autem τῶν *inter alia res* primum orta videntur. Guelf. 6. etiam truncata habet: *Ibi cum de miniſtrando imperio diſſererent*.

JUGURTHA INTER ALIAS RES JACIT. Proponit, injicit mentionem. Sic Rivius ex MSS. egregie reſtituit, ſic Luctatius ad Stat. 1. Theb. *v.* 411. ſic denique Baſil. 1. Remenſ. 1. Guelf. 1. & 2. fuerat etiam in 4. ſed mala manus fecit *ait*, quod reliquos Codd. omnes inſedit. Confirmavimus paullum veram ſcripturam ad Coelii epiſt. IV. n. 12. & VI. n. 13. ubi *conjicere* & *jactare* ita dicuntur. Sic & Trebon. Cic. XII. epiſt. XVI. n. 5. *Qui cum mibi in ſermone* injecisset, *ſe velle Aſiam viſere*. Bene Cicero pro Roſc. Comoed. *cap.* IX. *Quin tu hoc crimen objice, ubi licet agere; aut* jacere *noli, ubi non oportet*. Tacit. I. Ann. *c.* X. *quaedam de habitu cultuque & inſtitutis ejus* jecerat. Livius XXXIV. *c.* V. *in quos* jecit *haec magis conſul verbotenus, quam ut re inſimularet*. Seneca Hippolyto *v.* 639. *Ambigua voce verba perplexa* jacis. Sic *jactare* abſolute Livius aliique. vide Gronov. ad XXXVIII. *c.* XXV. & ad XXIII. *c.* XXII.

QUINQUENNII CONSULTA & DECR. OMNIA. *Omnia* nuſquam viſitur in Fabr. 2. Sed Heuſſ. *& omnia decreta*. Uratisl. 2. & Guelf. 11. *conſulta omnia & decreta*: atque ita legendum. vide ſupra *cap.* IX. n. 3. & Cat. *cap.* XXXIII. n. 3. *quinquennii* dixit, quae *per quinquennium* facta. Cic. II. ep. XIV. n. 8. *publicanis etiam* ſuperioris luſtri reliqua, *ſine ſociorum ulla querela, conſervaram*. cum ibi adnotatis, & XIII. ep. V. n. 3. Noſter infra *cap.* XXXVII. n. 2. *quae diſſenſio* totius anni *comitia impediebat*. Eam ſecundi Caſus naturam animadvertas etiam in vocibus, quae non proprie denotat tempus. ſupra *cap.* V. n. 4. *facinora rei militaris*. Cat. *cap.* XVII. n. 1. *praemia conjurationis*. *cap.* XX. n. 5. *ſpolia belli*. quibus prae ceteris delectatur. Saepe redditur per Adjectivum, quod hic illic monui. & placet eam in rem adſcribere illuſtre exemplum Lamprid. Severo *cap.* XXVII. *Penulis intra urbem frigoris cauſſa ut ſenes uterentur permiſit, cum id veſtimenti genus ſemper* itinerarium, *aut* pluviae *fuiſſet*. pro *pluviale*, quod Cod. Palatinus habuiſſe dicitur, tacente tamen Grutero. Ne vero quid mutes, vide infra *cap.* CIII. num. 7. addito *cap.* XCIV. num. 2.

RESCINDI. Diſſolvi, & irrita reddi. 1. Hiſt. Orat. Philippi: *belli jura reſcindi placet*. Livius XXVI. *cap.* XXXI. *ne acta mea* reſcindendo *alios in poſterum duces ſegniores faciatis*. Sueton. Tib. *cap.* XXXIII. *conſtitutiones quaſdam ſenatus* reſcidit. Valer. Max. VII. *cap.* VII. princ. *conſideremus, quae teſtamenta aut* reſciſſa *ſunt legitime facta, aut cum merito* reſcindi *poſſent, rata manſuerunt*.

CONFECTUM ANNIS MICIPSAM. *Annis* expunxit Guelf. 12. et ſine cauſſae mentione Cic. XIV. epiſt. IV. n. 4. *quid nunc rogem te mulierem aegram & corpore, & animo* confectam. Sed ſupra *cap.* IX. morbo *atque* aetate *confectus*. Lucret. III. *v.* 959. *Si tibi non* annis *corpus jam marcet & artus* Confecti *languent*. Pacuvius Teucro: *quamquam* anniſque *& aetate hoc corpus putret*. Phaedrus I. Fabric. XXI. *v.* 3. *defectus* annis *& deſertus viribus*. ubi vide Interpp. ipſe Phaedrus alibi: *morbo, macie confectus*. Curt. III. *cap.* XI. num. 25. *non ſuo tantum, ſed etiam illius moerore* confectae. Jam *aetate confectus* multi dixere. Eſt igitur *confectus* idem, quod viribus exutus, attritus, imminutus.

PARUM ANIMO VALUISSE. Nimia enim ſenectus obtundit & frangit mentem, quod Cice-

6 MICIPSAM PARUM ANIMO VALUISSE. Tum IDEM, Hiem-
pſal, PLACERE SIBI, reſpondit: NAM IPSUM ILLUM TRIBUS
HIS PROXUMIS (ANNIS) ADOPTATIONE IN REGNUM PER-
7 VENISSE. Quod verbum in pectus Jugurthae altius, quam quiſquam
8 ratus, deſcendit. Itaque ex eo tempore ira & metu anxius moliri,
para-

ro & Lactantius docuerunt. vide notam ad Cat. *cap.* VI. n. 6. & Cic. I. epiſt. IX. n. 45. ac II. epiſt. VI. n. 18. infra *cap.* LXV. n. I. *morbis confectus, & ob eam cauſſam mente paullulum imminuta.* n. 3. *hominem ob morbos* animo *parum* valido. Apulej. Apolog. p. 298. *cum igitur accuſaretur a filio ſuomet dementiae, quaſi jam* per aetatem deſiperet, *protuliſſe dicitur Coloneum ſuum.* Claudian. B. Get. *v.* 521. *Si non* mentis inops *fraudataque ſenſibus* aetas *Praeberet veniam.* ubi Barthium conſulas. mox haec omnia. *placere ſibi reſpondit, nam ipſum illum tribus bis* deſunt Senat. 2. Forte rectius leges: *Tum idem, Hiempſal, plaere ſibi: nam ipſum* cet. abjecto verbo *reſpondit.*

6. Ipsum illum tribus proximis annis. Gruterus & Waſſius. adſentiuntur ſcriptis quidam. Cario tamen aliique exquiſitius; *tribus* his *proxumis annis*: eamque lectionem tuentur optimus Baſil. I. aliquot Guelſerbytani, Incerti, Vinar. 2. Academ. Remenſ. I. Accedunt Struv. qui *in his tribus proximis*; Franc. *illis tribus proximis*; Uratiſl. 3. *illis his tribus proximis*. Firmat Cicero Laelio *cap.* II. *eoque magis, quod* proximis *Nonis ----- tu non adfuiſti.* ubi eodem modo libri vett. varie turbant. Igitur *his* quidem tenendum eſt, quod ſaepe *proximos* dies, menſes, annos notat. Cic. VII. epiſt. IX. num. I. *neque ego ad te* his duobus *menſibus ſcripſeram*. Q. Cic. de Petit. *c.* V. *per* hos *annos*. Petron. *cap.* XXXVIII. *Ecce, intra* hos dies *ſcripſit*. Noſter infra *cap.* XXXI. num. 2. *Nam illa quidem piget dicere*, his annis quindecim *quam ludibrio fueritis ſuperbiae paucorum*. Sed quid de voce *proximis* ſentiendum ſit, haud facile dixerim. Vidi tamen in Guelf. 10. *tribus*; in Struv. vero & Eccard. *annis* omiſſa. Poſterius oppido venuſte. Ex eo enim, quod dixerat *quinquennii*, intelligendum voluit *annis*. vide infra *c.* LXXXV. n. 12. inprimis cum, veluti ſollemni modo, Latini poſt nomina numerandi *via*, *gradus*, *paſſus*, *modium*, *aeris* & alia omittere ſoleant. infra *cap.* LXXV. n. 2. Scribamus itaque: *ipſum illum* his tribus *adoptatione in regnum perveniſſe*, quo ordine in MSS. omnibus voces ponuntur. idque feroci & ardenti Hiempſalis ingenio aptiſſimum videtur.

Adoptatione in regnum perveniſſe. Sic eſt in Senat. 2. Baſil. I. Incert. I. Struv. & Guelf. cum tamen olim fuerint, qui de vocis *adoptatio* latinitate dubitarent, & ſemper *adoptio* ſubſtituerent. Borrichius vero ex Gellio V. *cap.* XIX. & Plin. Pan. *cap.* V. defendit. Libris ſolum ſcriptis hanc litem dirimere, non licet, cum ſaepiſſime hujuſmodi extremitates *tatio*, per compendium *tio* exaraverint: At Analogia utrumque tuetur. Dicimus enim *optio* & *optatio* apud Cic. III. Offic. *cap.* XXV. *cooptatio* aliquoties Livius. Praeterea *notio* & *notatio*; *allectio* & *allectatio*; *adſectio* & *adſectatio*; *detractio* & *detractatio*, & multa talia probati ſunt uſus. Jam Criſpum Noſtrum Iterativis delectari, jam olim eſt adnotatum. Quod ſi numquam Simplicia praetuliſset, res eſſet compoſita: nunc *adoptatio* aliquid tamen inde ſubſidii nanciſcitur. Ne vero ſequiori aetati tribuas, vetat paullulum Volcatius Caſſ. *cap.* II. ubi *affectio tyrannidis* dixit, quam vetuſtiores *affectationem*.

7. Altius, q. q. r. erat, descendit. *Erat* excludit Carrio, damnavit Rivius, improbat Gruterus. Popma tamen defendit, ex *cap.* VII. n. 3. Cur non & Cat. *cap.* XL. n. 2. XLVII. n. 4. alia loca advocat, ubi *erat* haud injuria, arbitror, expulſum eſt. adde tamen Cat. *cap.* V. n. 3. & VI. n. 2. Pro *quiſquam* Incert. 2. Guelf. 9. & II. habent *quiſque* uti Cat. *cap.* XIV. extr. *altius* non comparet in contextu Guelf. 9. & Struviani. Sed Spartian. Geta *cap.* VI. *quod dictum* altius *in pectus Baſſiani* deſcendit. alio ſenſu Claudian. B. Get. *v.* 601. Altius *haud umquam toto* deſcendimus *enſe In jugulum Scythiae*. Porro Seneca I. Controv. Praef. p. 72. *Adeo quaecumque* in animum *ejus ſemel* deſcenderant, *in promtu erant*. Auguſt. II. Confeſſ. *c.* III. *Nec inde quidquam* deſcendit in cor *meum, ut facerem illud*.

8. Ira & metu anxius. Ira ſimul & metu *agebatur*. vide Scheffer. ad Curt. III. *cap.* III. n. 2. Juſtin. III. *cap.* II. *cum eum nunc lineamentorum filiae ſimilitudo, nunc aetas expoſitionis temporibus congruens* anxium *tenerent*.

Ea modo cum animo habere. Sic Baſil. I. Fabric. I. Vinar. 2. Academ. Incerti, Struv. a prima manu, Franc. Heuſſ. Uratiſl. I. 2. Guelf. 2. 4. 9.

parare, atque ea modo animo habere, quibus Hiempſal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox, 9
ſtatuit quovis modo inceptum perficere.

CAP. XII.

PRimo conventu, quem ab regulis factum ſupra memoravi, propter diſſenſionem placuerat dividi theſauros, finiſque imperii ſingulis conſtitui. 1
Itaque tempus ad utramque rem decernitur, ſed maturius ad pecuniam diſtribuendam. Reguli interea in 2
loca

4. 9. & 10. atque amat Noſter Praepoſitionem *cum*, ubi de rebus animi loquitur, quod pluribus exemplis oſtendimus ad *cap.* XIII. num. 5. *in otio facinus ſuum* cum *animo reputans*. Quidam: *in animo habere*, ſed iſti imi ſubſellii. Sed Nazar. Palat. 5. & 10. Fabric. 2. Guelf. 1. 5. 6. & 11. nullam Praepoſitionem immittunt, unde Gronovius & hunc locum advocavit, ut firmaret lectionem Livii XLIV. *cap.* XXV. *Eumenes neque favit victoriae Perſei, neque bello eum invadere* animo habuit. Daviſius autem, cum iſtam Gronovii notam noſse potuiſset, apud Auctorem B. Hiſpan. *cap.* XXVI. & Ciacconii codice, quem toties deſeruit, & edit. Stephani maluit edere: *Cohortes* in animo habeo *ad vos mittere*; ubi ceteri omnes rectius *animo habeo* expreſserunt. ſicuti & *animo eſt* Plautus & Livius dixerunt. vide Gronovium ad hujus XXXI. *cap.* XVIII. ante Gronovium Gruterus hoc loco probaverat *animo habere*.

QUIBUS HIEMPSAL P. D. CAPERETUR. Guelf. 5. & a manu ſecunda Eccard. a prima Fabric. 2. *quibus modis H. p. d. caperetur*. quod aliquam ſpeciem haberet, ſi cum Franc. ſupra omiſeris *modo*. iſte enim nexus ſtatuetur, qui eſt apud Terent. Andr. A. V. Sc. 1. *Ubi ea cauſſa, quamobrem haec faciunt*: & apud Plaut. Epidic. Act. 1. Sc. 1. *v.* 79. *Neque ego nunc quo modo me expeditum ex impedito faciam*, Conſilium *placet*. Nunc vero nihil mutandum.

9. NEQUE LENITUR ANIMUS FEROX. Guelf. 9. 11. & Uratiſl. 3. *animus ejus*, ita quidem, ut Guelf. 11. vocem *ferox* negligat. Sic *ira lenitur* apud Ciceronem & Dictyn 1. *cap.* XIX. vide ad Cat. *cap.* XXII. n. 3. *invidiam lenire*. mox *perficeretur* eſt in Guelf. 6. & in 10. *peragere*. Similem ferociam hominis irati habes apud Herodian. IV. *cap.* IV.

CAP. XII. 1. PRIMO CONVENTU. Guelf. 11. *In primo conventu*. peſsime. Cic. II. Cat. *cap.* VI. *quaeſivi a Catilina, an* nocturno conventu *apud M. Laceam fuiſſet, nec ne*. pro domo *cap.* XXI. *qui* conventu *virorum bonorum verba de ſalute mea fecerant*. Plura Graevius ad Sueton. Aug. *cap.* XIII.

QUEM AB REGULIS FACTUM CET.) Tres voces, *ab regulis factum*, non leguntur in Eccard. niſi ab correctore. Forte haec omnia: *quem ab r. f. ſupra memoravi* ab Gloſſargis invecta ſunt. alioquin *conventum facere* etiam Cat. *cap.* XXX. n. 2. dixerat.

PROPTER DISSENSIONEM PLACUERAT. Incert. 2. & Academ. *diſceſſionem*; Struv. Guelf. 4. & Eccard. *diſcenſionem*; Guelf. 3. *deſenſionem*. Eaſdem turbas videas infra *cap.* XLI. extr. Eccard. & Guelf. 11. *placuerat illis*. Contra Cat. *cap.* L. n. 3. *quid de his fieri* placeat. *cap.* LI. n. 43. Placet *igitur eos dimitti*.

2. ITAQUE TEMPUS AD UTRAMQUE REM. Fabric. 1. *ita*. is etiam cum pleriſque aliis: *ad utramque rem tempus decernitur*; quem ordinem quaedam edd. ſervant. mox tres membranae: *ad diſtribuendam pecuniam*. Mallem induci verbum *diſtribuendam*, cum ſupra ſcripſerit *dividi*. Sic Cato: *dies pecuniae*, alii alia praeciſe poſuerunt. Notavimus quaedam ad Cat. *c.* XII. n. 4. & XXVII. extr.

IN LOCA P. T. ALIUS ALIO CONCESSERE. Struv. & Guelf. 11. Praepoſitionem *in* haud ſcripſere: quam tamen Latini negligere non ſolent, uti penes Verbum *ſuccedere*. Plaut. Aul. A. IV. Sc. V. extr. *Tantiſper hic ego* ad *januam* conceſsero. Curt. V. *cap.* III. n. 11. *magna pars* in *arcem* conceſſit. Sic Cicero, Terentius, Livius. adde infra *cap.* XVIII. extr. Male ergo Fabr. 1. & Vinar. 2. *alius alio* ceſsere: etiamſi Juſtinus XXXIII. *cap.* II. n. 7. *cum in ditionem Romanorum* ceſſiſset, *libera facta eſt*. Guelf. 5. *alii alia*. vide ad Cat. *cap.* VI. num. 2. Sed Academ. & Heuſſ. ſcripſerant primum *aliis alio*; forte pro

Digitized by Google

3 loca propinqua theſauris alius alio conceſſere. Sed Hiempſal in oppido Thirmida forte ejus domo utebatur, qui proxumus lictor Jugurthae, carus acceptuſque ſemper fuerat. quem ille caſu miniſtrum oblatum promiſſis onerat, uti tamquam ſuam viſens domum

alis alio. de quo ad Cat. *cap.* LX. nu. 6. Certe ſi Salluſtius alicubi *alis*, pro *alius* dixit, quod volunt Grammatici veteres: melius hoc loco, quam eo revocaveris. Eccard. denique: *alius* in *alio conſenſere*. haeſit illi *in loca*. eſt autem Prolepſis quaedam, ut apud Liv. XLIV. c. XXXIII. *Juſſit* in littore, alios alibi *modicis intervallis fodere*. Noſter infra c. XLIX. num. 4. *poſtremo pro cujuſque ingenio, pollicendo, minitando, obteſtando*, alium alio modo, *excitare*. c. LXVI. nu. 3. *Centuriones tribunoſque militares & ipſum praefectum oppidi L. Turpilium Silanum* alius alium *domos ſuas invitant*. Confer. Cat. *cap.* LII. num. 1.

3. In oppido Thirmida. Guelf. 12. *Sed Hiempſal ſeceſſit in oppido Tirmida*; Franc. *conceſſit* immittit. Inde remanſit in Remenſ. 1. & Incert. 1. *Tirmidam*. Sed male haec ad verbum *conceſſere* referuntur: cum alterum Hiſtoricorum more, & maxime Salluſtii propugnetur. de quo ad *cap.* C. extr. *Tirmida* eſt in Codd. junioris aevi; meliores *Thirmida*. Uratisl. 3. *Turmida*; Baſil. 1. *Tarmida* Senat. 2. *Tarunda*. forte *Tamuda*, ut oppidum ſit ejuſdem nominis, cujus quidam in Africa fluvius apud Plinium, Ptolemaeum & Melam.

Forte ejus domo utebatur. Sic MSS. non ut edd. quaedam, *ejus utebatur domo*. Heuſſ. *domum utebatur*. Cato apud Gellium XIII. c. XXII. *Si quid eſt*, quod utar, *utor: ſi non eſt, egeo*. Suum *cuique per me* uti *atque frui licet*. Terent. Heaut. A. I. Sc. I. v. 81. *quod illa aetas magis ad* haec utenda *idonea eſt*.

Proxumus lictor Jugurthae. Proximus lictor eſt in ſerie incedentium lictorum ultimus & proxime praecedens regem vel magiſtratum. vide Lipſ. I. Elect. *cap.* XXIII. idemque, alio reſpectu, *primus lictor* dicitur, quem male Colerus diſtinguit, nec ſatis probe de illo Fr. Robortellus II. Annot. c. XX. An vero etiam in Numidia *lictores* eo more, quo apud Romanos? apud Numantiam Jugurtha didiciſſe poterat. an more Romano tantum loquitur? Eo pacto *praetorium*, *dictaturam*, *aediles* de aliis gentibus memorant. vide Berneccer. ad Juſtin. XIX. c. I. num. 7. item *principia caſtrorum* de Macedonibus Id. XI. c. VI. num. 6. adde Bongarſ. ad XXXI. *cap.* II. num. 6. Tali ratione C. Nepos Pauſania *cap.* I. dictione *vitim legere*, tantum pro ſtudioſe deligere; & Conon. c. IV. *hoſtem judicare*, quod ſollemne Romanis, etſi & Graeci πολέμιον ποιεῖν, utitur. Apud Noſtrum Cat. c. LVI. nu. 2. *voluntariorum & ſociorum*, atque c. LIX. nu. 3. *evocatorum* nomina de exercitu Catilinae ita uſurpantur. *Lictorem* Samnitibus etiam tribuit Livius. adde Gronov. ad Tacit. I. Ann. c. XXXV. Dictys II. *cap.* XXXIII. *Agamemnon* lictoribus, *uti Hippodamia ab Achille abſtraheretur, imperat*. Hi ſunt apud Homerum praecones & fidi miniſtri. Idem *cap.* XLIX. *adferre hoſtiam* lictores *jubet*. Igitur familiarem miniſtrum hic *proximus lictor* notabit: quia hujus apud Romanos familiarius erat miniſterium.

Carus acceptuſque ei ſemper f. Fabric. 2. & Guelf. 5. *erat ei ſemper*; Vinar. 2. *ſemper ei fuerat*. Sed Guelf. 3. *carus acceptuſque erat ſemper*. Unde recte quidem abigemus Pronomen: ſed *fuerat* tenebimus. vide Cat. c. XLVIII. num. 4. & LIV. extr. Niſi malueris: *qui proximus lictor Jugurthae fuerat, carus ſemper acceptuſque*. vide Cat. c. XXI. n. 1. Struv. *acceptuſque carus ei ſ. f.*

Promiſſis onerat. Eccard. *boneraverat*. *Promiſſis onerare*, eſt multa & magna promittere. Livius XXIV. c. XIII. *Annibal collaudatos eos*, oneratoſque *ingentibus* promiſſis, *domum ad coepta maturanda redire jubet: ſe in tempore adfuturum eſſe*. Idem XXIX. c. XXXII. praemiorum*que ingentium* ſpe oneratus, *ſi caput Maſiniſſae retuliſſet*. Sic ille ſaepe. vide Drackenborch. ad Sil. III. v. 15. Plautus Mil. A. III. Sc. III. v. 29. *ſed dic mihi, ecquid hic te* oneravit praeceptis. ille etiam Sticho Act. IV. Sc. I. *verſ.* 27. *Noſmet potius* oneremus *viciſſatim voluptatibus*. *impellitque* libenter expellerem, quod ab Gloſſatore eſt intruſum, qui ex dictis *promiſſis onerat* iſtud non poterat exaudire, ut Cat. *cap.* XI. VI. num. 2. *Nam laetabatur, civitatem periculis ereptam; porro autem* anxius erat, *quid facto opus eſſet*. ubi *intellegens & dubitans* infarciunt. *cap.* XLVII. num. 1. *omnia uti geſta erant* aperit, *ſe paucis ante diebus ſocium adſcitum*. ubi addunt *docetque*. vide ibi & ad c. XXI. nu. 3. plura. Tacit. I. Hiſt. *cap.* XXV. *poſtquam vario ſermone callidos audaceſque cognovit*, pretio & promiſſis onerat, *data pecunia* ad *pertentandos plurium animos*. Placuit autem corrumpentibus,

mum eat, portarum clavis adulterinas paret: nam verae ad Hiem-
pſalem referebantur. ceterum, ubi res poſtularet, ſe ipſum cum
magna manu venturum. Numida mandata brevi confecit: atque, 4
ut doctus erat, noctu Jugurthae milites introducit. Qui poſt- 5
quam in aedis irrupere, diverſi regem quaerere: dormientis alios,
alios occurſantis interficere: ſcrutari loca abdita: clauſa effringe-
re,

tibus, quod infra Noſter *cap.* LXV. num.4. & alibi eo Verbo, ſed nullo alio praecedente, utitur.

UTI TAMQUAM SUAM VISENS DOMUM EAT. *Tamquam* non eſt in Guelf. II. *uti* vero in margine conſpicitur Fabric. 2. & Struv. unde adparet, poſteriorem hanc particulam *uti* eſſe inducendam, quod feci Cat. *c.* L. num.2. Porro *viſens* Baſil. I. neglexerat primum, adjecit recentior manus. Senat. 2. & Vinar. 2. *domum erat*. Terent. Hecyr. Act. I. Sc. II. *it viſere*. Scripſit Salluſtius. *Promiſſis onerat, uti tamquam ſuam viſens domum portarum c. a. paret*.

PORTARUM CLAVES ADULTERINAS PARET. Franc. *oppidi portarum*; quaſi non de domo lictoris intelligi voluerit. Sed Caſtalioneus poſteriorem ſententiam amplectitur. *Adulterinus* opponitur *vero*. vide N. Heinſ. ad Ovid. III. Art. Am. *v.* 644. Apulej. Metam. IV. pag. 149. *Thraſileonis caveam Demochari cum* litteris *illis* adulterinis *offerimus*. Alani Anticlaudian. I. *v.* 279. *Spirat in ore color vivus nec* candor adulter *Turpiter effigiat tanti phantaſma decoris*. Cic. III. Offic. *c.* XXIII. *Quaerit etiam ſi ſapiens* adulterinos nummos *acceperit imprudens pro bonis: cum id reſcierit, ſoluturusne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis*. adde Carrion. II. Emendat. *c.* X. Mox Fabric. 2. Guelf. 5. & 7. *nam claves verae ad H. r.* Guelf. 6. *ubi res poſtulabat*. vide infra *c.* LXIII. num. 1. Eccard. *uti res poſt*.

CUM MAGNA VENTURUM MANU. Fabriciani, Baſil. I. Franc. Guelf. 3. 5. aliique: *cum magna manu venturum*. Guelf. 6. *cum magna vi*. Waſſius vocem *magna* a mala manu eſſe putat. Sed *cum manu venire* Salluſtius haud facile dixerit: etſi Tacitus II. Ann. *cap.* XXV. *miſſa exemplo* manus, *quae hoſtem a fronte eliceret*. *ipſum* non eſt in Fabric. 2. Quidam turpiter augent Criſpum. Eccard. & Vinar. 2. *venturum conſtituit*; Struv. & Guelf. 10. *venturum promiſit*.

4. MANDATA BREVI CONFICIT. Fabric. I. & Incert. I. *perficit*. Sed Guelf. I. *effecit*; 2. 5. 7. Senat. I. & Eccard. *confecit*; Franc. Uratiſl. 3. Guelf. 6. & 10. *perfecit*. pars etiam mox *introduxit*, nempe Eccard. Guelf. 4. & 10. ceteri *introducit*. *conficere* non muto, cum Noſter alibi *bellum conficere*, ſed Cicero ſaepe *mandata conficere* dixerint. Philipp. IX. *c.* III. mandata *noſtra* conficere *cupiens in hac conſtantia perſeveravit*. Sed propter Codd. reſcribendum erit: *mandata b.* confecit, *atque* --- introducit. Similia notamus Cat. *c.* LVII. nu. 3. LIX. num. 3. & plura Eod. ad *cap.* XII. n. I. de *mandatis*, quae verbis committuntur, dixi ad Cat. *cap.* XXXII. extr. Sed *facta* etiam *mandamus*. Plautus Merc. A. II. Sc. IV. *v.* 125. *Melius eſt te, quae ſunt* mandatae *res tibi, praevortier*. *v.* 134. *Sed Lyſimacho amico* mandabo. Seneca: *Nec* mandat *ultionem ſuam, ſed ipſe ejus exactor animo ſimul & manu ſaevit*. vide Gronov. ad Senec. Herc. Fur. *v.* 77. *Quid tanta* mandas *odia?*

5. IN AEDES IRRUPERE. Remenſ. I. Eccard. Guelf. 5. & 6. *inrumpere*; Guelf. 4. *rupere*. Remenſ. I. ſine Praepoſitione *aedes inrumpere*.

DIVERSI REGEM QUAERERE. *Diverſi* eſt diverſa via, alius alibi. vide ad Cat. *c.* II. n. I. Guelf. 7. *quaerebant*; 6. omittit vocem *regem*. opportune. Sufficit enim, quod ſequitur, *cum interim Hiempſal reperitur*. & hos quidem *regulos* adhuc adpellavit. vide Cat. *c.* XLVI. nu. 5. Inprimis ſi proxima ſenſum ſupplent, amant Verba abſoluta. Liv. XL. *c.* XXV. *Aemilius cum & venturos ſciſſet, & educere in aciem potuiſſet, intra vallum* ſuos *tenuit*. adde infra *cap.* XCVIII. num. 5.

DORMIENTIS ALIOS, ALIOS OCCURS. Ut ſolet in tali tempore & periculo inopinato. infra *c.* XXI. nu. 2. *ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugant funduntque*. Claudian. II. Eutrop. *v.* 436. *pereunt alii, dum membra cubili Tarda levant: alii leto junxere ſoporem*.

CLAUSA EFFRINGERE. Ut *fores effringere*: hinc *effractores* apud ICtos. vide Abram. ad Cic. in Vatin. *c.* V. Guelf. 5. *cluſa effringere*. Florus III. *cap.* XX. num. 13. *Ibi circa Brutium angulum* cluſi. vide ibi Duckerum. infra *miſceri* eſt in Struv. & Guelf. 10. quae quidem & Cat. *c.* X. nu. I. miſcentur; hic tamen *miſceri* non eſt abſurdum: cum ſaepiſſime Activa & Paſſiva

Digitized by Google

re, ſtrepitu & tumultu omnia miſcere: cum Hiempſal interim reperitur, occultans ſeſe tugurio mulieris ancillae, quo initio pavi-
6 dus & ignarus loci perſugerat. Numidae caput ejus, ut juſſi erant, ad Jugurtham referunt.

CAP.

apud Noſtrum componantur. vide ad Cat. *c.* LI. num. 40.

CUM INTERIM H. REP. Baſil. I. *cum Hiempſal interim reperitur*. Guelf. 9. *reperiretur*, quomodo Donatus ad Ter. Phorm. A. II. Sc. I.

OCCULTANS SE TUGURIO. Merſeburgenſis & Fabric. I. *occultans ſeſe*. Guelf. 7. *ſe occultaſſe*. qui veram illam lectionem in exemplari legiſſe videtur: maluit autem interpretari. Namque *occultans ſeſe* eſt *qui ſe occultaverat* & adhuc *occultabat*. Virgilius: *genibuſque* volutans *haerebat*. vide Chariſium III. p. 233. & infra *cap.* LXXIII. num. 3. Vinar. 2. Incert. I. Franc. Uratisl. 2. Eccard. Guelf. 3. 7. 9. & 10. *occultans ſe* in *tugurio*. Curt. III. *cap.* VIII. n. 10. *ritu ignobilium ferarum, quae ſtrepitu praetereuntium audito, ſilvarum* latebris *ſe* occuluerunt. & ſic Cicero. adde Cat. *cap.* XIV. nu. 3. & XXVII. n. 6. *Tugurium* Gloſſae *caſam* & *καλύβην* exponunt. quae eſt in Senat. I. ita habet: *in ſubterraneo hoſpiciolo*. Feſtus & Iſidorus a *tegendo* deducunt, hicque addit ruſticos dicere *capannam*, quod unum tantum capiat. conſentit Ofilius apud Pompon. leg. 180. de V. S. Noſter infra *c.* XVIII. nu. 5. *alveos navium inverſos pro* tuguriis *habuere*. Vulgo arundine & ſtramentis tecta. Ovidius III. Faſt. *v.* 183. de *tugurio*, ut Solinus *c.* I. vocat, Romuli.

Quae fuerit noſtri ſi quaeris regia nati,
Adſpice de canna ſtraminibuſque *domum*.

Memorat & Curt. IV. *cap.* VII. num. 20. & V. *cap.* VI. num. 15. Sed hoc *tugurium* domi lictoris fuit, quod apud Romanos *cella*, quae ſervis fere propria. Varro I. R. R. *cap.* XIII. *Villici proxime januam* cellam *eſſe oportet*. & in talem confugit etiam Vitellius apud Sueton. *cap.* XVI. de quo Tacit. III. Hiſt. *cap.* LXXXV. *feſſuſque miſero errore &* pudenda latebra *ſemet occultans*. Pignor. de Servis p. 279. adde Columell. XII. *cap.* XV. idque Gloſſa Senat. I. innuere voluit.

MULIERIS ANCILLAE. Guelf. 4. *ancillae mulieris* in invidiam Quinctiliani IX. *cap.* IV. & Servii ad I. Aeneid. *v.* 406. qui *mulieris* quidem *ancillae* recte dici docent, ſed ordine permutato fieri ſupervacua. Sed non perpetuum eſſe, exemplis docuit Cl. Burmannus ad Fabium. Hic tamen nihil mutandum. Tale illud *hoſtis homo* apud Quinctil. IX. *c.* III. *ventus aquilo* Corn. Nep. Milt. *c.* II. *femina vidua* Id. Praefat. nu. 4. in MSS. Noſter Cat. *c.* XXXVIII. n. I. *homines adoleſcentes*. *c.* LVI. extr. *ſervus fugitivus*. Cicero, Caeſar aliique *mare Oceanum*. Dictys V. *c.* X. *viros legatos*. Rurſus Caeſar I. Gall. *c.* I. *ſpectant in Septemtriones &* orientem ſolem. Gellius VIII. *c.* XI. Arg. *homines Afri*. de quo bene D. Voſſius ad Caeſar. I. Gall. *c.* XXXI. Eumen. Paneg. IV. *cap.* VII. *continens terra*. Sulpic. Sev. Vit. Mart. *cap.* XIII. *arbor pinus*. Terent. Andr. A. IV. Sc. IV. *v.* 16. *mulier meretrix*. Cic. XII. ep. XXII. num. I. *homo gladiator*. *Ancilla* autem & *Ancillus* veteres dixiſſe, pariter ac *famulus*, *famula*, *famulum* vigentis uſus eſt, ex Feſto cognoſcas p. 28. ubi veteres *anculos* & *anculas* dixiſſe memorat. Hinc *mulier ancilla* proprie non inſolentius eſt, quam *mulier famulans*, aut *aetas ſenecta*, *terra Italia*, ſimilia. Vide Scioppii Parad. Litter. Epiſt. V. *perfugerat* eſt in ſcriptis melioribus. *profugerat* recentiores & novitios quoſdam impreſſos obſedit.

6. NUMIDAE CAPUT EJUS -- REFERUNT. Tum fidei peractae caedis, tum praemii adquirendi cauſſa hic mos capita referendi multis obſervatus. vide Zoſimum I. *cap.* XV. nu. 3. Plura collegit Freinshem. ad Flor. IV. *cap.* IX. nu. 7. ad Curt. VII. *cap.* II. nu. 32. & Gebhard. ad Corn. Nepot. Alcibiad. *c.* X. extr. Hic vero obſerva morem Hiſtoricorum finem tantum actionis narrantium non initium, quod per ſe intelligitur. de qua brevitate diximus quaedam ad Cat. *c.* XXVIII. nu. 3. Sic Eod. *c.* XLV. nu. 2. *Homines militares, ſine tumultu praeſidiis collocatis occulte pontem obſidunt*: neque memoraverat quae praeſidia ſecum eduxerint, neque quando, aut quomodo factum; quod Cicero ſtudioſe perſequitur. Infra *c.* XXXIV. extr. *Ita populus ludibrio habitus ex concione diſcedit*. item *cap.* XXXVIII. nu. 9. LII. nu. 4. XCIV. extr. Baſil. I. *ut juſſi fuerant*. infra: *ſicuti praeceptum fuerat*; *c.* LIV. *ſicuti juſſi* erant, *in proximos colles diſcedunt*. ibi nihil movet iſte Baſileenſis. Eſt & haec formula ex Hiſtoricis. Cat. *c.* XXXIX. nu. 6. *ſicuti Catilina praeceperat*. *cap.* XLIX. pr. *ex praecepto Ciceronis*. infra *cap.* LXX. num. 3. *juſſus*. nec ſemper praecepti antea fit mentio. Guelf. 3. *deferunt*. Sed *Re* ex illo *De* factum eſſe, alio loco docuimus: & in Compoſitione ſaepe ejus naturam ſervat. vide ad *cap.* IV. extr.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIII.

CEterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi di- 1
vulgatur ; Adherbalem omniſque , qui ſub imperio Micipſae
fuerant , metus invadit . in duas partis diſcedunt : plures Adher-
balem ſequuntur , ſed illum alterum bello meliores . Igitur Jugur- 2
tha quam maxumas poteſt copias armat : urbis partim vi , alias vo-
lunta-

CAP. XIII. 1. BREVI DIVULGATUR . Non modo Guelf. 7. & 11. quod genus Codd. permultis locis addere , & *tempore* inprimis immittere ſolet ; ſed etiam Baſil. 1. *brevi tempore.* alibi tamen *brevi* abſolute . vide Cat. *c.* XLIV. n. 2. Sed ibid. *cap.* LVI. n. 2. *ac* brevi ſpatio *legiones numero hominum expleverat* . Fabric. 1. Gu. 1. 4. 6. *divulgabatur* ; 3. *devulgabatur* ; Fabric. 2. *devulgatur* ; Remenſ. 1. *divulgatum eſt* . Sed Guelf. 6. & Uratisl. 3. *brevi* plane omittunt . Hic etiam mox : *& qui ſub imperio M. f.* neglecto illo *omnis* .

QUI SUB MICIPSAE IMPERIO FUERANT . Sic editiones . Omnes ſcripti , quomodo expreſſimus . Struv. *qui ſub imperio fuerant Micipſae* ; Guelf. 10. *ſub imp. Mic. qui fuerant* . Fabric. 1. *timor invadit* .

IN DUAS PARTES DISCEDUNT NUMIDAE . Poſtremum vocabulum vacat in Guelf. 10. & poſt *diſcedunt* diſtinguit 5. & Fabric. 2. habentque *diſcedunt* . *Numidae plures Adh.* cet. ut videas ex vetuſta Gloſſa irrepſiſſe . Namque *qui ſub imperio Micipſae fuerant* , ſunt *Numidae* : nec id iterum erat inculcandum . Guelf. 3. *dividuntur Numidae* .

PLURES ADHERBALEM SEQUUNTUR . Guelf. 6. *pluresque* . Baſil. 1. Fabric. 1. Struv. Eccard. Uratisl. 3. Guelf. 2. 6. & 9. *Adherbalem* ſecuntur : quam ſcripturam etiam alibi adnotavimus , ſed non ex libris tantae auctoritatis . In Hiſtoria Miſcella ſaepe *obſicium* , *obſicii* , pro *obſequium* , *obſequii* ; & *ſecutus* , ut *locutus* , ipſi Lapides tuentur . Nec multum adverſatur Priſcianus 1. pag. 543. Contra uſum tamen communem *ſecuntur* non revocaverim .

SED ILLUM ALTERUM BELLO MELIORES . Guelf. 3. *illum alium* . imperite . infra *c.* XVI. nu. 5. de diviſione Numidiae inter Adherbalem & Jugurtham : illam alteram *Adherbal poſſedit* . Guelf. 6. & 10. *meliores in bello* . & hoc falſo . Livius III. *cap.* II. extr. *Aequos* populationibus incurſionibuſ*que* meliores *eſſe* . Idem XXV. *cap.* XVIII. *conſcendamus equos* , *ſummotiſque aliis* , *uter* bello melior *ſit* , *decernamus* . XXXVIII. *cap.* XV. *Colunt Piſidae* , *longe* optimi bello *regionis ejus* . Lucillius : *Calvus Palatinus* , *vir nobilis ac* bonus bello . Virg. XI. Aen. *v.* 338. *Largus opum & lingua* melior ; *ſed frigida bello dextera* . Sic ille ſaepius , ſupra *c.* VII. n. 5. *& bello ſtrenuus erat* , *&* bonus conſilio . Prudent. Cathem. Hymn. IV. *v.* 60. *bonus agreſti arte* . Tacit. 1. Ann. *c.* III. *Agrippam ignobilem loco* , *&* bonum militia , *geminatis conſulatibus extulit* . Vides ſextum Caſum eſſe *bello* . Alii tamen etiam ſecundum Caſum adjungunt *furandi melior* , quos ſequioris aetatis eſſe , putat R. Bentlej. ad Horat. 1. Epiſt. X. *v.* 34. *pugna melior* . Sed Pomp. Mela III. *cap.* II. *Unum ex iis* , *quae praecipiunt* , *in vulgus effluxit* , *videlicet ut forent* ad bella meliores , *aeternas eſſe animas* , *vitamque alteram ad manes* . quem ſi ſequeris *bello* tertius ſeu termini Caſus eſſe poſſet , ut Papin. Stat. IV. Silv. III. *v.* 134. *Hic* paci bonus , *hic timendus armis* , *Natura melior potentiorque* . Sed iſtud paullo aliter dicitur , & habemus hujus generis infra *c.* XVII. n. 5. Contra pro ſexto Caſu Thucyd. IV. *ἀγαθὸς τὰ πολέμια* : Aelius XII. Var. Hiſt. *cap.* XXXII. *ἀγαθὸς δὲ ἐρωτῆς* .

2. QUAM MAX. POTEST COPIAS ARMAT . Franc. omiſerat *poteſt* . Sed vide ad Cat. *cap.* IV. num. 3. Remenſ. 1. Incert. 1. Struv. Guelf. 12. *copias parat* . Guelf. 5. *copias parat* , *armat* . Sed recte *armat* . Tacit. 1. Hiſt. *cap.* XL. *Othoni tamen* armari *plebem nunciabatur* . Florus III. *c.* XXII. *tandem Hiſpaniam* armavit . Cicero : *exercitum cogere* , *armare* . Sed Criſpus ſaepe ex eo , quod ſequitur , id , quod praecedit , vult intelligi . C. Nep. Annib. *c.* X. *neque aliud quidquam egit* , *quam* regem armavit *& exercitum adverſus Romanos* . h. e. ſollicitavit & exercitum coegit & armavit . Senat. 2. *quam magnas poteſt* .

PARTIM VI , ALIAS VOLUNTATE . Latini eleganter etiam diverſa , quae vocant , Subjecta eodem Caſu efferunt . *Vi* nempe ſua ; *voluntate* eorum , quos oppugnatum venerat . Livius XXI. *cap.* LVIII. *eam quoque gentem* , *ſicut Gallos* Ligu-

Digitized by Google

luntate imperio ſuo adjungit : omni Numidiae imperare parat .
3 Adherbal , tametſi Romam legatos miſerat , qui Senatum do-
cerent de caede fratris & fortunis ſuis ; tamen fretus multitudine
4 militum , parabat armis contendere . Sed ubi res ad certamen ve-
nit , victus ex praelio profugit in provinciam , ac deinde Romam
con-

Ligureſque , *aut* vi , *aut* voluntate *adjuncturus*. Idem Epit. xlix. *totam Macedoniam aut* voluntate *incolentium* , *aut* armis *occupavit* . Plautus Moſtell. A. i. Sc. iii. *v.* 39. *Moneo ego te : te deſeret ille* aetate & ſatietate, i.e. aut propter aetatem tuam , aut ſuam ſatietatem . Tale quid Cat. *cap.* xxxix. nu. 6. *aut* per ſe , *aut* per alios *ſollicitabat* . infra *c.* xviii. n. 12. *finitimos* armis , *aut* metu *ſub imperium ſuum cogere* . *cap.* lxxxix. nu. 2. *oppida caſtellaque partim* vi , *alia* metu , *aut praemia oſtentando avertere ab hoſtibus* .

Omni Numidiae imperare p. Guelf. 4. *Numidae* , ſicut alii infra nu. 5. ſed 10. *toti Numidiae*. adeo ignotum illi fuit Caeſaris i. Gall. princ. *omnis Gallia* , Taciti Germ. pr. *omnis Germania* , Noſtri infra *cap.* cxiv. num. 2. *quo metu* Italia omnis *contremuerat*. vide & Scaliger. ad Auſon. Idyll. xi. *v.* 4. Sic Cicero Somn. Scip. *cap.* vi. Omnis *enim terra* , *quae colitur a vobis* --- *parva quaedam inſula eſt* . Id. pro M. Marcello *cap.* i. *de* omni *republica* . Hieronym. Epiſt. civ. *aſteriſco & obelo* opus omne *diſtinguens* . Sequior aetas & hic , & in aliis *totus* maluit pro *omni* . Paullinus in fun. Ambroſ. *Erat exſequiarum turba innumerabilis* , totius *dignitatis* , totiuſque *ſexus* , omnium *paene aetatum* . Sidonius ix. epiſt. xiv. *Nam* plerique *laudabunt facundiam tuam*, plurimi *ingenium* , toti *pudorem* . Senat. 2. *imperitare* .

3. Tametsi Romam legatos miserat . Guelf. i. *miſerit* . Eccardianus omnibus litteris : *tamen etſi* . & ſic unus Waſſii. plura vide ad Cat. *cap.* xxi. nu. i. Ibid. *c.* xxxi. nu. 4. tamen etſi *praeſidia parabantur*. xlviii. nu. 5. tamen etſi *verum exiſtumabant* . ibique & aliis locis iterum excipit *tamen* . Coelius ep. i. n. 2. *tametſi tu ſcio quam ſis curioſus* ---- tamen *in hoc te deprecor* . Neque aliter Cicero , Livius aliique . de *tamen etſi* notavit etiam Weitzius ad Terent. Andr. A. v. Sc. ii. p. 115. ubi Guilielm. i. Veriſim. *c.* xiv. Schopp. Suſp. Lect. ii. *c.* xiii. alioſque citat : item Baluzius Not. ad Lupum pag. 478. Neque iteratio τοῦ *tamen* inſolens erit, cum conſideraveris Livium *ut* ; Noſtrum alioſque Pronomina iterare. Denique *atque etiam* , *equidem ego* , *etiam nunc* vulgo dicuntur ; neque aliquis muſſat .

Docerent de caede fratris . Uratiſl. i. Senat. 2. & Heuſſ. *de nece fratris* ; uti tollerent, credo , amphibologiam , quam hic ſine vitio admittas . Tales ſunt apud Terent. Andr. Act. iii. Sc. iii. A. v. Sc. iii. ubi notavit Donatus. ſed paſſim praeterea. *docere de re*, ut alibi *indicare de*, *diſſimulare de* , *interrogare* , *confirmare de re*. vide ad Cat. *c.* xlvii. n. i. ad Cic. vi. epiſt. vi. num. 3.

Parabat armis contendere . Sic Codd. Gudius conjecerat: *properabat armis contendere*. forſitan , quia num. 2. dixerat *imperare parat*. ſed leviculum illud . vide ad Cat. *c.* xxiii. num. 3. Immo , ſi quid novare volueris, lege: *fretus multitudine militum armis contendere* . neque tamen haec , aut alia medicina neceſſaria .

4. Ubi res ad certam. venit. Scripti recentiores : *ubi rex ad certamen venit* . ſed vide infra *c.* lviii. nu. 4. ceterum *ſ* & *x* in MSS. haud raro permutantur. Commodianus Inſtruct. xxxv. *Xanta Dei lex eſt* pro *Sancta* . Paullin. Vit. Mart. i. *v.* 24. *Haec* vis *biſſenis cum moliretur in annis* . Sic erat in vet. cod. Recte Juretus : *Haec vix* cet. Sic ſupra *juxta* , pro *juſta*, *Maxiniſſa* , pro *Maſiniſſa* , infra *c.* xviii. n. 2. *nos* pro *nox*. alia plura adnotavimus. Guelf. 12. *venit* exhibet in margine.

Victus ex praelio profugit in prov. Gruterus maluit *victus praelio*, & Waſſius importune vulgatam defendit . Non jungenda ſunt *victus ex praelio* , ſed *ex praelio profugit*. Notat autem Adherbalem non modo praelio exceſſiſſe ; ſed praelio facto non arcem , aut caſtellum petiiſſe , verum ſtatim in provinciam Romanam profugiſſe . Unde neque abeſſe poſſunt voces *ex praelio* , quas omnes noſtri Codd. agnoſcunt . Solus Guelf. ii. ſine praepoſitione *praelio* : at is non eſt tanti . neque, ſi plures cum illo facerent eleganti illi & praegnanti ſenſui deberent obficere. Vinar. 2. Heuſſ. Uratiſl. 2. Guelf. 4. Senat. 2. *fugit* .

In provinciam . Romanorum in Africa. infra *c.* xxv. nu. 5. *quam ociſſume ad* provinciam *accedat* . *cap.* xxxix. num. 4. *nam omnis exercitus* , *uti convenerat*, *Numidia deductus* in provincia *hiemabat* . deſcripſit illam optime infra *c.* xix. nu. 7.

contendit. Tum Jugurtha, patratis conſiliis, in otio facinus ſuum 5
cum animo reputans, timere populum Romanum, neque advorſus iram ejus uſquam, niſi in avaritia nobilitatis & pecunia ſua, ſpem habe-

n. 7. Vellej. Pat. II. c. XXXVIII. *Primus Africam Regulus, nono ferme anno primi belli Punici,* trajecit: *ſed poſt* CV. *annos P. Scipio Aemilianus, eruta Carthagine, abhinc annos* CLXXV. *Africam in formulam redegit provinciae*. Africa nempe illa Carthaginienſium, quam his devictis Romani, pro more, provinciam fecerunt. vide Cellar. IV. c. IV. p. 133. adde Sigonium & Robortellum. &, ſi lubet, notam ad Cic. I. epiſt. III. n. 2. Daviſium ad Caeſar. I. Gall. c. I. Guelf. II. omiſit *in provinciam*.

AC DEINDE ROMAM CONTENDIT. Rivius ex vetuſtis *dehinc:* atque hae quidem particulae ſaepiſſime permutantur. meliores tamen noſtri *deinde;* duo tantum modo Guelferbytani *dehinc*. vide Cat. c. III. n. 2. hoc quidem cum *de loco* quodam abitus notatur, proprie magis hic ſcriberetur; ſed nec *inde*, *deinde* ita inuſitatum.

5. PATRATIS CONSILIIS. Incert. 2. Senat. I. a prima manu, Guelf. I. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. *paratis conſiliis*. Cat. *cap.* XVIII. n. 8. *peſſimum facinus* patratum *foret*. ibi MSS. itidem *paratis*, & aliis locis. Rivius in quibusdam invenit *peractis:* quod ſe quidem nobis non obtulit. Apud Florum tamen II. c. XV. *patratum*, *paratum*, *peractum* ſimiliter confunduntur. conſulas ibi Duckerum.

POSTQUAM OMNI NUMIDIA POTIEBATUR. Turpiſſima Gloſſa, quae dudum ad Gemonias trahi debuerat. quae enim Jugurthae conſilia alia fuerunt, quam ut omni Numidia potiretur? vide num. 2. ibidem dixerat *omni Numidiae:* atque id ſcrupulum injicere alibi ſolet. Vide tamen, quam ſpeciem huic panno induant & ipſe Salluſtius ſupra c. VII. num. I. infra c. XVI. num. 5. XXV. num. 10. XXXVII. num. 4. & Codd. noſtri Incert. 2. *omni Numidiae:* atque ſic Acad. a prima manu. Struv. *omni Numida;* Baſil. I. primum *omni Numidae*, ſed emendatum ſtatim *omnis Numidiae*: quomodo olim Guelf. 6. & Fabric. I. quod litura probat; certe in Guelf. nunc etiam reſtat: *omni Numidiae.* quod indicat ex n. 2. hanc Gloſſam deſumtam eſſe: etſi *omnis Numidiae potiebatur* ex conſuetudine Salluſtii dictum ſit. vide ad *cap.* XXV. n. 10. Poterat Spartian. Adrian. c. XXIV. *Qua re prodita*, ſucceſſore accepto, *dignitate privatus eſt*, & alii ad Cat. c. XIII. extr. producti. Poterat etiam ipſe Salluſtius alibi Caſus Auferendi abſolutos, & diverſam ſententiam ſimul per *Ubi*, aut *Poſtquam* adjicere: alibi quaſdam neceſſarias Explanationes addere. Sed hoc loco talia ipſa res plane non admittit. Nam verba *patratis conſiliis* non ſunt obſcura, & tamen Explanatio eadem dicit, (quod contra *cap.* 7. num. I.) neque aliquid ſententiae addit, quae Criſpus alibi ſtudioſe obſervat.

IN OTIO. Aptum iſtud cogitationibus, & ſurgunt illae, ubi libidines deferbuerunt. Tacit. XIV. Ann. c. X. *Sed a Caeſare, perfecto demum ſcelere, magnitudo ejus intellecta eſt:* ibi Lipſius & I. Polit. c. V. Berneccer. ad Juſtin. XII. c. XI. n. 5.

CUM ANIMO REPUTANS. Guelf. 4. *cum animo putans*. Ennius apud Nonium: *Ibi quid agat*, ſecum *cogitat*, *parat*, putat. Sed alterum verum, & ab alia manu in eo codice repoſitum. Guelf. 6. & 11. omittunt *cum*. in aliis pro eo *in*. utrique male. Noſter infra c. LXX. extr. *proinde* reputaret cum animo *ſuo*, *praemia an cruciatum mallet*. & ſic *cap.* LXXXV. n. 10. Cicer. poſt Red. in Sen. c. XII. extr. *multa* mecum *ipſe* reputavi. Lactant. IV. ineunt. *Cogitanti mihi & cum animo meo* reputanti. Sulpic. Sev. Dial. I. c. I. *Somnium meum ipſe* mecum reputans. Dictys II. c. XXII. *Per deos immortales*, reputate cum *animis veſtris*. Boetius I. Proſa I. *tacitus* mecum *ipſe reputans*. Sic Terent. Adelph. A. III. Sc. IV. v. 55. *Cum animo cogitare*. Heaut. A. II. Sc. IV. v. 5. Mecum *in animo conſidero*. Plaut. Moſt. A. III. Sc. II. v. 13. *Ego cogito* cum *meo* animo. Milit. A. IV. Sc. VIII. v. 65. *cum egomet* mecum *cogito*. Cicero pro Murena c. XXV. vobiſcum *recordamini*. I. Offic. c. XXXII. ſecum *dubitare*. adde Noſtr. Cat. c. XXXII. n. I. infra c. XCIII. num. I. Donat. ad Terent. Eunuch. A. II. Sc. III.

USQUAM, NISI IN AVARITIA. Uratisl. I. *nuſquam*, Graecorum modo, multorumque Latinorum, qui duas negationes, pro una ponunt. vide Achill. Stat. ad Tibull. IV. eleg. VII. Brockuſ. ad Eumd. IV. eleg. I. v. 127. Popmam II. de Uſu A. L. c. IX. Muncker. ad Hygin. Aſtron. IV. c. XIV. Scottum ad Corn. Nep. Attic. c. XI. n. 5. Scheffer. ad Ei. Ageſil. c. VII. n. 3. Graev. ad Cicer. III. Att. ep. VII. illi nempe *neque nullus*, *nihil nunquam*, & ſimilia; pro *neque ullus*, *nihil umquam* monſtrabunt. adde infra c. LXXXIV. num. 2. Praepoſitionem *in* haud reperio in Guelferb. 4. Et *conſidere* quidem cum

6 habere. Itaque paucis diebus cum auro & argento multo Romam
mittit, quis praecepit, uti primum veteres amicos muneribus ex-
pleant: deinde novos adquirant: poſtremo quaecumque poſſint lar-
7 giundo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere,
& , ex

ſexto Caſu abſolute conſtruunt. Caeſar I. Gall. *c.* LVIII. Celeritate *navium* & ſcientia *gubernatorum* confiſi. & ſic alibi ſaepe. at *ſpem qua re habere* forte duriuſculum erit: non tamen minus Latinum. Guelf. 9. *ſuam ſpem habere*.

6. Itaque paucis diebus. Uratisl. 3. Guelf. 4. & 11. *poſt paucis diebus*; Remenſ. 1. Incert. 1. Guelf. 1. 9. & 10. *paucis diebus poſt*. Sic corruperant ſupra *c.* XI. n. 2. *Micipſa* paucis diebus *moritur*. infra *c.* LXIV. n. 5. paucis diebus *Jugurtham in catenis habiturum*. *c.* XXXV. extr. & *ipſe* paucis diebus *profectus eſt*. Cic. II. epiſt. VII. n. 6. paucis diebus *eram miſſurus domeſticos tabellarios*. ubi adde notam. pro Cluentio: *Aſinius autem brevi illo tempore occiditur & venenum* diebus paucis *deprehenditur*. Livius XXX. *cap.* XXI. *Dediſſe tandem id deos* ſexto decimo *demum* anno. ubi olim ſimiliter intruſerant *poſt*. adi Gronovium ibidem. Mox omnes noſtri: *cum auro & argento multo*: niſi quod Heuſſ. & Senat. 2. omiſerit *multo*.

Romam legatos mittit. Hoc ordine Palatini & noſtri Codd. Sed Struv. non habuit ab initio vocem *legatos*. atque id eleganter: maxime cum ea vox n. 7. recurrat. Cat. *c.* XXXII. extr. C. *Manlius ex ſuo numero ad Marcium Regem* mittit, *cum mandatis hujuſcemodi*. ubi plura. Guelf. 6. *miſit*.

Queis praecipit. Baſil. 1. Fabriciani, Vinar. 2. Senatorii, Acad. Incerti, Heuſſ. Struv. Uratisl. 1. & 3. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 10. & 11. *quis*. & hoc modo ſcripſit Salluſtius. vide infra ad *cap.* LXXX. num. 4. Porro Fabriciani, Vinar. 2. Incert. 1. Uratisl. 1. Struv. Franc. Heuſſ. Guelf. 4. 6. 7. & 12. *praecepit*. mutarunt propter *mittit*. Sed Noſter Cat. *c.* LVII. num. 3. *caſtra propere* movet, *ac ſub ipſis radicibus montium* conſedit. adde ſupra *cap.* XII. num. 4.

Uti primum v. a. muneribus expleant. Incert. 1. Senat. 1. Fabric. 2. Guelf. 1. 2. 5. & 9. *primum uti*. ſed Guelf. 7. negligit *primum*, fortaſſis optime. Uratisl. 1. *muneribus explicant*: lapſu ridendo. Cic. II. Phil. *c.* XX. *ibi tecum & illius* largitionibus & *tuis rapinis* expleviſſes (*ſi hoc eſt* explere, *quod ſtatim effundas*) *advolaſti egens ad tribunatum*. Dictys V. *c.* XVI. *ibique ſingulos quam maximis* donis replet. Juſtin. IX. *c.* II. n. 7. *nullas ſibi* opes *eſſe*, *quibus tantum regem* expleat; & *turpius putare*, *parvo defungi*, *quam totum abnuere*. Noſter Cat. *c.* LI. n. 34. & infra *c.* XX. n. 1.

Deinde novos adquirant. Giſanius ad Lucret. pag. 307. legit *novos anquirant*: atque id verbi reſtituerat C. Langius Cat. *c.* XLII. n. 2. Saepe Victorius, Lambinus, Fabricius revocarunt in Cicerone. tentavit etiam aliquid Godelaevejus ad Liv. pag. 76. Elmenhorſtius & Stewechius ad Apulejum, alii alibi. Certe ex venerando codice Florentino reſtituit Jac. Gronovius Tacito XIV. Ann. XXII. *quisnam deligeretur*, anquirebant. & ex eodem jam olim Pichena XII. Ann. *c.* VI. *nec diu* anquirendum. Sed ibi ſententia poſcit; hic vero *adquirere* non debet vexari: ſicuti *parare amicos c.* XI. nemo vexat. Nec Codd. noſtri juvant, qui neque *inquirant*, neque *requirant*, in quae tamen vulgo mutatum eſt, exhibent. Guelf. 5. *aquirant*. 2. 3. 4. 7. Eccard. Fabric. 1. Baſil. 1. Vinar. 2. Struv. Remenſes, Heuſſ. & Uratisl. 1. *adquirant*. ceteri *acquirant*.

Quemcumque possint largi. par. Sic edd. inde ab Aldina omnes. mira profecto ſecordia. Aſt Fabriciani, Uratislavienſes, Baſil. 1. Vin. 2. Remenſ. 1. Incert. 2. Struv. Heuſſ. Eccard. Senat. uterque. Guelf. 2. 5. & 9. *quaecumque*. neque aliter edd. Pomp. Laeti. Nimirum *omnia*, quae idonea eſſent, pararent. Sic alibi *parare multa*, *moliri*, cetera. Similis fere locus Livii I. *c.* LIII. *vetant mirari*, *ſi qualis in cives*, *qualis in ſocios*, *talis ad ultimum in liberos eſſet*. *in ſeipſum poſtremo ſaeviturum*, *ſi alia deſint*. ibi Vir incomparabilis: *Forte*, *alii*. Neutra autem, ut vocant, univerſalitatem quamdam denotant. guſtum dedi ad ea Cic. IV. epiſt. IV. n. 6. *nec id victoris vitio*, *quo* nihil moderatius; *ſed victoriae*. Horat. I. Sat. VI. *v.* 1. *Lydorum quidquid*. Id. I. Od. XXXIV. *Et* inſigne *attenuat Deus* Obſcura *promens*. & haec quidem infinita. *res* itaque *hominesque* pretio adquirere jubet. Tamen Incert. 1. *quoscumque*; Franc. contra *quodcumque*. Fabric. 1. Heuſſ. & Uratisl. 2. *poſſent*. Guelf. 10. *non*; 11. *nec cunctentur*.

7. Et, ex praecepto regis, hospitibus. Guelf. 5. *hoſpitibus regi*. Ceteri recte. Cat. *cap.* XLIV. princ. *ex praecepto Ciceronis*. de *hoſpitibus* dixi ad Cat. *c.* LXI. n. 8.

In

&, ex praecepto regis, hoſpitibus aliiſque, quorum ea tempeſtate
auctoritas pollebat, magna miſere; tanta commutatio inceſſit, uti
ex maxuma invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha ve-
niret. quorum pars ſpe, alii praemio inducti, ſingulos ex Senatu am- 8
biundo, nitebantur, ne gravius in eum conſuleretur. Igitur, legati 9
ubi ſatis confidunt, die conſtituto, Senatus utriſque datur. Tum
Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

CAP. XIV.

Patres conſcripti. Micipſa pater meus moriens praecipit, uti regnum 1
Numidiae tantummodo procuratione exiſtumarem meum; ceterum
jus

IN SENATU AUCTORITAS POLLEBAT. Fabric. 2. Uratisl. 1. cum aliis tribus: *auctoritas in ſenatu.* inviſae ſunt duae voces *in ſenatu*, quae mox bis iterantur. infra *c.* XXV. n. 6. *ille ubi accepit, homines claros, quorum* auctoritatem Romae pollere *audiverat, contra inceptum ſuum veniſſe.*

MAGNA MUNERA MISERE. Dixerat n. 6. *muneribus expleant.* opportune igitur Guelf. 4. hoc vocabulum inducere jubet. Diximus ad Cat. *cap.* LII. nu. 4. item ſupra *cap.* V. n. 4. *cap.* X. n. 2. Simile mendum ſuſtulit Salmaſius in Spartian. Adrian. *c.* XVII. *Cum a Pharaſmane ipſe quoque* ingentia *accepiſſet.* ibi antea legebatur *ingentia dona*. Guelf. 6. habet *munerae.* forte ut indicaret varietatem lectionis *munera* & *munere.* nam & hoc latine dicitur, ut apud Hygin. Aſtron. II. *c.* XXXV. *quam Procris Cephali uxor laborantem dicitur ſanaſſe, & pro eo beneficio canem* munere *accepiſſe*. Sed melius eſt hanc vocem expungere.

EX MAXUMA INVIDIA IN GRATIAM. Veneriis cuſi: *ex maxuma invidia & malivolentia.* ſcilicet, quia ſequitur *in gratiam & favorem*. Sed vide ad Cat. *cap.* V. extr. Plaut. Stich. Act. III. Sc. I. *verſ.* 8. *Cumque eo reveni* ex *inimicitia* in *gratiam*. Remenſ. 1. *in gloriam.*

8. QUORUM PARS SPE. *Nobilitas — quorum*, uti mox *c.* XIV. n. 6. familia *noſtra* — quorum *progeniem*. ubi vide.

SINGULOS AMBIUNDO. Sic Fabric. 1. Baſil. 1. & vetuſtiſſimi quique. alii *ambiendo*; Guelf. 4. *ambeundo*. Servius ad IV. Aeneid. *rogando* interpretatur. Terent. Andr. Act. II. Sc. II. *v.* 36. *Niſi ſenis amicos oras*, ambis. adde *cap.* XIV. num. 20. Incert. 1. & Guelf. 5. *ſingulos in Senatu.*

NE GRAVIUS IN EUM CONSULERETUR. Guelf. 9. *gravius*; Vinar. 2. *conſulerentur*. Juſtin. II. *c.* XV. num. 8. *Legatos vinciant, pignuſque teneant, ne in ſe* gravius conſulatur. Id. I. *cap.* VII. n. 10. *ſi quid in Croeſum* crudelius conſuluiſſet.

9. UBI LEGATI SATIS CONF. Guelf. 7. *ut*; ſed Fabric. 1. *legati ubi ſatis confidunt.* vide infra *c.* CII. n. 3.

SENATUS UTRISQUE DATUR. Admittuntur in ſenatum, ut, quae vellent, exponant. Corn. Nepos Annib. *c.* VII. num. 6. *priusquam bis* ſenatus daretur. Livius XXI. *c.* XII. extr. Senatus *Alorco* datus eſt, *cujus talis oratio fuit*. Id. XXII. *c.* LIX. primo. *Legatis captivorum* ſenatus *ab dictatore* datus eſt. XXIII. *cap.* XI. *is cum ei* ſenatus datus eſſet, *res geſtas in Italia a fratre exponit*. adde Briſſon. II. Form. pagina 242. 243. Mox particula *Tum* deficit Senat. 2.

CAP. XIV. 1. MORIENS MIHI PRAECEPIT. *Moriens*, pro jam jam morituro. A. Victor Vir. Illuſtr. *cap.* XLIX. extr. moriens *ab uxore petiit, ne corpus ſuum Romam referretur*. Juſtin. XI. *c.* XV. n. 10. *Alexandro referre ſe, quam ſolam* moriens *poteſt, gratiam*. Capitolin. Marco *cap.* XIV. *aliis etiam gentibus, niſi reciperentur, bellum* inferentibus. Jul. Obſequens de Prod. *cap.* LXXVI. *in provincia Poſtumius conſul* proficiſcens *cum immolaret*. Seneca Suaſor. VII. pag. 54. Ignoſcentem *tibi illum putas, qui ingenio tuo iraſcitur?* ubi viri docti alius *ignoſcere*, *ignoſciturum* alius ſubſtituunt. Porro Senat. 2. Eccard. Franc. Heuſſ. Guelf. 6. *praecepit mihi*. Immo expunge Pronomen, ſi vis Salluſtium legere. vide ad Catilin. *c.* XXXV. num. 1. Vellem fere & *meus*. Sic apud Hieronym.

jus & imperium penes vos eſſe: ſimul eniterer domi militiaeque quam maxumo uſui eſſe populo Romano. vos mihi cognatorum, vos in adfinium locum ducerem: ſi ea feciſſem, in veſtra amicitia exercitum, di-
2 *vitias, munimenta regni habere. Quae cum (praecepta parentis mei) agitarem; Jugurtha, homo omnium, quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſumus,*

ronym. Quaeſt. I. ad Heldib. ediderunt: *& imitemur* patrem noſtrum, *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Sed in egregio MS. neque poſtrema verba *& pluit* &c. neque illud *noſtrum* legitur.

Regni Numidiae t. procurationem. Guelf. 10. *regno Numidiae*; 6. 9. & Eccard. *regnum Numidiae*. praeterea Guelf. 6. *procurationem.* utramque, pro more ſuo laudabili, extremitatem adnotavit. Scribere itaque ille voluit: *Regnum Numidiae tantummodo procuratione exiſtimare meum. procuratione meum*, uti Cicero *mancipio, uſu meus, tuus*. quomodo & Noſter ſupra loquitur. nam habitus Orationis immutatus in *procuratione* & *jus & imperium* prudentem non morabitur. vide Catil. *c.* LIX. num. 2. Scite autem opponit *procurationem* & *imperium*. Curt. X. *c.* X. num. 7. *quippe paullo ante regis miniſtri, ſpecie imperii alieni* procurandi, *ſinguli ingentia* invaſerant regna. Seneca Nat. Quaeſt. IV. princ. *Delectat te Sicilia & officium* procurationis *otioſae. delectabit, ſi continere id intra fines ſuos volueris, nec efficere* imperium, *quod eſt* procuratio. Pie Jacobus Potentiſſ. Don. Reg. II. p. 59. *Regnorum collatio eſt penes Deum, uſusfructus tantum noſter eſt.*

Jus et imperium. MSS. plerique: *jus & imperium ejus*. mutilavit Rivius ex ſuis Codd. Habet etiam ex noſtris aliquot adſeclas. Guelf. 2. & 6. omittunt *&*. idque incommodum. Seneca Nat. Qu. II. *c.* XXXII. *ceterum & illa non extra* jus dominiumque *noſtri ſunt*. Sic Livius *jus imperiumque*. vide ad Cat. *cap.* XX. num. 7.

Quam maxumo usui esse. Placuit Putſchio ex MS. Rittershuſii: *quam maxume uſui eſſe*: & ſic apud nos non Struvianus modo, ſed & Eccard. Fabric. 2. Franc. Uratisl. 2. Vinar. 2. & Guelf. II. atque ſic plane Livius, laudatus ad Catil. *c.* VII. num. 4. magis *lubidinem habebat*. ubi, ut & ad *c.* LVIII. num. 9. plura dedimus. ſupra *domi*, *militiae* ſine copula Guelf. 5. & 10. vide Catil. *c.* XLIII. num. I. infra *c.* XVIII. num. I. Sed adde Cat. *cap.* XIV. num. 3.

Vos in adfinium locum ducerem. Abeſt ab quinque Codd. illud *vos*. Struv. *vosque adfinium loco:* quae mera interpretatio, Grutero tamen placere potuit. Fabric. I. Guelf. 9. 10. 12. *in adfinium loco.* & in poſtremo quidem libro a manu correctrice. *in locum* eſt *loco* etiam apud Boetium IV. Proſa I. *virtus non ſolum praemiis caret, verum etiam ſceleratorum pedibus ſubjecta calcatur &* in locum facinorum *ſupplicia luit*. ibidem alii Codd. *loco facinorum*. Frequentius id eſt, ut per *ad* Praepoſitionem ſextum Caſum exprimant. Neque tamen abhorret Juſtinus XII. *cap.* XII. *Dimiſſis bis Craterus praeponitur, juſſus praeeſſe Macedonibus* in *Antipatri* locum, *Antipatrumque cum ſupplemento tironum in locum ejus evocat.* Caeſar VI. Gall. *c.* XXXII. *Ne ſe* in *hoſtium* numero duceret. quomodo ſaepe Tullius. ille VII. Verr. *c.* XXVIII. In *piratarum* locum *cives Romani* hoſtilem in modum *cruciati & necati ſunt*. adde Stewech. in Apulej. VI. Metam. p. 345. Guelferb. 3. cum aliis ſeptem: *vos mihi* in *cognatorum*. ne ſcilicet prius membrum ita nude proferretur. Pariter lapſi ſunt *cap.* III. num. I. *neque quibus per fraudem jus fuit, tuti, aut* eo magis *boneſti ſunt*. ibi dederant quaedam membranae: *eo tuti, aut magis boneſti ſunt*. Fabric. I. *ducere*; Senat. I. *deducerem.* mox Guelf. I. *ſi* ita *feciſſem*. utrumvis recte dicitur.

Me habiturum. Guelf. 10. *regni mei habiturum*. Sed Fabric. I. & Guelf. 12. expellunt *me*. Supra *c.* IV. n. 2. *ne quis exiſtumet, memet, ſtudium laudando*, extollere. pro *me memet extollere.* adde Cat. *c.* XXXI. n. 7. Guelf. 5. & Fabric. 2. *me habere.* dignum gravitate Salluſtii & perſona promittente. Caeſar VII. Gall. *cap.* XIV. *pabulum ſecari non poſſe, neceſſario diſperſos hoſtes ex aedificiis* petere: *hos omnes quotidie ab equitibus deleri poſſe*. Florus I. *c.* XII. *adactus miles ſua ſponte jurejurando, niſi capta urbe non* remeare. ubi vide Duckerum & quos ille citavit. quibus adde Rittershuſ. ad Gunther. Ligur. I. *v.* 480.

2. Quae cum praecepta par. m. agitarem. Ita collocantur verba in MSS. iidemque omnes fere *parentis*, non *patris*. Guelf. 3. *agerem*. Rivius recte abigit ex vetuſtis *mei*. Parum id fuit optimo Grutero, qui haec *praecepta parentis mei* in

mus, contemto imperio veſtro, Maſiniſſae me nepotem, & jam ab ſtirpe ſo-
cium & amicum populo Romano regno fortuniſque omnibus expulit. At- 3
que ego, Patres conſcripti, quoniam eo miſeriarum venturus eram, vel-
lem, potius ob mea, quam ob majorum beneficia poſſe auxilium pe-
tere;

in exſilium mittit: volentibus credo, omnibus, qui Salluſtium norunt. Car. tamen Langius ad Cic. I. Offic. c. XXIV. *agitare praecepta* exponit, ſedulo ſecum expendere & animo volutare. Poſſes ut Graecorum ποιεῖν accipere, ut ſit obſervare & efficere praecepta. noſtrates *halten*. Sic Donatus: *Nomen injuſtum & iniquum leno*, iniquitatem agitat, *juſtitiae patrocinatur*. vide ad Catil. extr. Sed haec minus apta, & rectius, uti dixi, cum Grutero legas: *Quae cum agitarem:* non modo quia principio poſuit *praecepit*; ſed etiam quod in vetuſtis aliquot legitur: *Quae praecepta mei parentis cum agitarem*. itaque modeſte *agitare* pro *ſtudere ut agerem*, *agere incipere*, quae vis eſt illorum verborum. Catil. c. XXVII. num. 3. *poſtremo ubi multa agitanti nihil procedit*. infra *cap.* XXXV. num. 4. Quae *poſtquam* Maſſiva agitare *coepit*. ubi ſimiliter illud *quae* ad paullo remotius pertinet.

HOMO OMNIUM QUOS T. S. SCELERATISS. Guelf. 3. omittit *homo*; 4. *omnium*; 11. *quos terra ſuſtinet*. ita de elegantiſſima formula nihil ſit reliqui. Franc. *Jugurtha omnium hominum ſcel.* Periit τὸ *homo* per vocem *omnium*, pro qua plerique MSS. *hominum*. Perſpicue Fabric. I. *homo hominum*, *quos* cet. Incert. 2. & Uratisl. 3. *homo omnium hominum*, *quos* cet. Quare non recte Gruterus & Waſſius praeferunt: *Jugurtha*, *hominum*, *quos* cet. Terent. Phorm. A. V. Sc. VI. v. 14. *O omnium*, *quantum eſt*, *qui vivont hominum*, homo *ornatiſſime*. Adelph. A. II. Sc. II. v. 10. *hominum* homo *ſtultiſſime*. Plautus Caſin. A. II. Sc. III. v. 28. *te ſene omnium ſenem neminem eſſe ignaviorem*. Moſtell. A. III. Sc. I. v. 65. *Quid tu homo hominum omnium teterrime Veniſſe huc extentatum*. Trinum. A. V. Sc. I. v. I. *Hic* homo *eſt omnium hominum praecipuus*. Cic. XI. epiſt. XXI. n. I. *Di iſti Segulio male faciant*, homini *nequiſſimo omnium qui ſunt*, *qui fuerunt*, *qui futuri ſunt*. Id. XII. epiſt. XXII. n. I. *Nos hic cum* homine *gladiatore omnium nequiſſimo collega noſtro Antonio bellum gerimus*. pro domo c. IX. homo, *poſt homines natos*, *turpiſſimus*, *ſceleratiſſimus*, *contaminatiſſimus*. Apulej. Florid. p. 355. *Quibusnam verbis tibi Aemiliane Strabo*, vir *omnium*, *qui umquam fuerunt*, *aut ſunt*, *aut etiam erunt*, *inter optimos clariſſime & inter clariſſimos optime*, *inter utroſque doctiſſime* — *gratias habiturus ſum?* quae Cicero & Apulejus pluribus verbis, ea Noſter paucis *quos terra ſuſtinet*. Plaut. Menaechm. A. V. Sc. II. v. 65. *Omnium hominum exopto*, *ut fiam miſerorum miſerrumus*. Perſa A. V. Sc. II. v. I. *Qui ſunt*, *qui erunt*, *quique fuerunt*, *quique futuri ſunt poſthac Solus ego omnibus antideo facile miſerrumus hominum ut vivam*. adde Pſeudol. A. I. Sc. III. v. 117. Guelf. 6. *ſceleriſſimus*.

MASINISSAE ME NEPOTEM. Guelf. 6. *me dico nepotem*. ſed 3. elegantius reticet *me*. vide Catil. c. LII. num. 23. & III. Hiſt. Or. Macri num. 6.

ET JAM AB STIRPE S. ET A. POPULI R. Non factus, ſed natus ſocius & amicus. Plautus Trin. Act. I. Sc. II. v. 180. *quod ſi exquiratur uſque* ab ſtirpe *auctoritas*. Apulej. de Hab. Doctr. Plat. p. 13. *Hominem* ab ſtirpe ipſa *neque abſolute bonum*, *nec malum naſci*. Auſonius Epitaph. XV. *Parvulus*, *Argivis ſed jam* de patre *timendus*. Cicer. II. de Invent. *Poſtea ſi facultas erit*, *ſe aut conſanguineum*, *aut* jam a majoribus *in primis amicum eſſe demonſtrabit*. Deinde in MSS. eſt *populo R.* ut Catil. c. XIX. num. I. *quod eum infeſtum* inimicum *Cn.* Pompejo *cognoverat*. edd. etiam Gruteriana *populi R.* Guelf. 10. *ut a ſtirpe*. Ceteri omnes prout editur.

3. QUAM OB M. MEORUM BENEFICIA P. ME A VOB. Repurgavi hanc περικοπὴν ab variis mendis, quibus propter paullo obſcuriorem ſenſum erat deturpata. Tria optat Adherbal, nihil morante dictione *ſecundum ea*, ut videbimus: *Primum*, ut propter ſua ipſius merita auxilium a Romanis petere poſſet; revocaverat enim in memoriam benefacta Maſiniſſae. *Deinde*, ut ſibi tantummodo deberentur a Romanis omnia amicorum officia, quibus vero non egeret; ita nempe, ut ipſe florens nullo malo affligeretur, quod cogeret ad alios confugere: aut iis viribus inſtructus eſſet, quibus adverſa omnia per ſe ipſe propellere poſſet. *Poſtremum* optat, ut eis, quae deberent Romani, jam jam uteretur, tamquam ſoluto debito; neque Jugurthae fautores aliique morarentur. Contrarium priorum mox num. 4. oſtendit. item numer. 14. 15. 16. Poſtremum indirecte per totam Orationem urget, ſed maxime ad finem & numer. 20. Nunc maculas eluamus, *meorum*, in verbis, *quam ob majorum meorum*

tere; ac maxume deberi mihi a populo Romano, quibus non egerem;
4 *ſecundum ea, ſi deſideranda erant, uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per ſe ipſa probitas, neque mihi in manu fuit, Jugurtha qualis foret: ad vos confugi, Patres conſcripti, quibus, quod miſerrumum,*
cogor

rum, non legitur in Francii quondam MS. neque Cat. *c.* XXXI. n. 7. *cujus* ipſius, *atque* majorum *plurima beneficia in remp. eſſent*. nec apud Liv. III. *c.* XII. *cum multa referret* ſua familiaeque *decora*. Sequitur *poſſe me a vobis auxilium petere*. Sed *me* vacat in Guelf. 4. & 12. Senat. 2. & Heuſſ. idque Latinum eſſe, vidimus modo n. 1. ubi *habere*, pro *me habere*. adde ibi producta. *a vobis* exulat ab Guelf. 10. & 11. in ceteris mire ſedem variat. excipit mox *a populo R.* quod horum defectum bene ſupplet. Livius XXX. *c.* XXX. *Annibal* peto pacem: *qui neque* peterem, *niſi utilem crederem*. & ſic locis infinitis. Struv. *auxilia*.

AC MAXUME D. M. BENEFICIA A POP. R. Vinar. 2. *ac maxuma*. Guelf. 11. *ac vellem deberi mihi*. Baſil. 1. *beneficio populi R.* Tollenda vox *beneficia*; neque cum Struv. *auxilia* intelligi neceſſe eſt. *deberi mihi* res, officia, *quibus non egerem*. Sic Catil. *c.* XXXII. n. 2. quibus rebus *poſſent*, *opes factionis confirment*. Ibid. num. 1. *prius*, *quam legiones ſcriberentur*, antecapere, quae *bello uſui forent*. vulgo: *multa antecapere*. Sed infra ad *c.* XCII. n. 9. plura Verba praeciſe & ſine Nomine poſita produximus, quae conſideres velim. Alioquin poſſes ex Vinar. 2. *ac* maxuma deberi *mihi*, *quibus non egerem*; ut *c.* X. n. 2. *egregia*; & *c.* XIII. n. 7. *magna miſere*. ubi vide. Poſſes etiam *deberi auxilia*; etiamſi *auxilium* poſuit. vide ad Cat. *c.* LI. n. 42. Sed quod poſuimus omnium maxime probabile eſt.

SECUNDUM EA. *Hiernachſt*. nam & Priſcianus docet, *poſt*, vel *proximo* notare. Variant autem nequidquam MSS. Acad. Rem. 1. Incert. 1. Struv. Uratisl. 3. Guelf. 3. 7. 9. 12. *Sed ſi ea deſid.* Senat. 1. Incert. 2. Guelf. 4. 6. 11. *Sed ea ſi deſid.* quomodo etiam Fabric. 1. ſed in margine adſcriptum habet: *Alia litteratura ſecundum Priſcianum: ſecundum ea, uti debitis uterer*. Guelf. 1. tantum: *ſi ea deſid.* 5. *ſed ſecundum ea beneficia ſi* cet. Fabric. 2. *ſed ea beneficia ſi* cet. Franc. *ſed ea deſid.* Guelf. 10. *ſecunda ſunt ea ſi deſid.* Eccard. *ſed eaque deſid.* Uratisl. 1. *Secundum ea ſed ea ſi* cet. Ceteri editam apertius tuentur. Cic. in Vatin. *c.* VI. ſecundum ea *quaero*, *ſervariſne in eo fidem*. Sic Noſter *contra ea*, *ſupra ea*. Tacitus I. Hiſt. *c.* LII. n. 5. ſecundum *avaritiam & arrogantiam*, *contumacia Gallorum irritati*. h. e. *praeter*.

UTI DEBITIS UTERER. Eccard. & Remenſ. 2. *frueret*; Heuſſ. & Uratisl. 3. *uti debitis uterer*. *deditis* forſitan ſcripſerat Salluſtius, ut praeſentiam auxilii denotaret magis. *deditis* pro *datis*. Jam vero *debitus* & *deditus* in MSS. ſaepe confunduntur. vide Burmann. ad Quinctilian. Declam. IX. pag. 194. Drackenborch. ad Sil. I. *verſ.* 186. Sed cum ex vulgata aeque probus ſenſus proveniat, nihil mutandum cenſeo.

4. PARUM TUTA PER SE IPSA PROBITAS. *Ipſa* non legitur in Guelf. 3. 6. & 11. At Fabriciani, Vinar. 2. Academ. Guelf. 5. & 10. *per ſe ipſam*. Supra *c.* IV. n. 8. per ſe ipſa *clara*. ubi vide. Prudent. Cathem. Hymn. IV. *v.* 46. *O ſemper pietas fideſque* tuta! Contra cum Noſtro Seneca Tranqu. *c.* III. *parum* tuta *ſimplicitas eſt*. Livius II. *c.* III. *Periculoſum eſſe in tot humanis erroribus ſola innocentia vivere*. Aliud docent illi, quos produxit Gruterus ad Liv. I. *cap.* XXI.

N. MIHI IN MANU FUIT, J. QUALIS FORET. Gloſſa Fabric. 1. *in notitia fuit*. poſſes extundere illud; ſed ſimpliciter accipe *in poteſtate fuit*. h. e. per me non ſtetit, qualis Jugurtha eſſet; non potui illum ad obſervationem juſti & aequi vi adigere. Terent. Hecyr. A. IV. Sc. IV. *v.* 44. *Uxor* quid faciat, in manu *non eſt* mea. A. III. Sc. V. *v.* 43. Tibi in manu eſt, *ne fiat*. Plaut. Poen. A. IV. Sc. II. *v.* 5. *Pol iſtuc* tibi *& tuo Ero eſt* in manu. Bacchid. A. I. Sc. II. *v.* 36. *quo eveniat*, dis eſt in manu. Trin. A. I. Sc. II. *v.* 68. *Eſt*, *atque non eſt*, mihi in manu *Megaronides*. Prudent. Paſſ. Rom. *v.* 780. *Me partus unus ut feracem gloriae*, *Mea vita*, *praeſtet*, in tua *eſt ſitum* manu. Coelius ep. VI. n. 3. *quam velis eum obligare*, in manu tua eſt. Boetius IV. Proſa VII. extr. In veſtra *enim ſitam* manu, *qualem vobis fortunam formare malitis*. adde Sueton. Ner. *c.* XXIII. n. 6. Cic. XI. epiſt. XIII. n. 2. XIV. ep. II. n. 7. Plin. Paneg. *c.* XXXI. infra n. 13. quod dixit *qualis foret*, id Terentius illuſtrat & Cn. Fulvius apud Liv. XXVI. *c.* III. vi aperta, armis, acie victum: *nec ſuorum animos*, *nec hoſtium* in poteſtate *habuiſſe*. adde Barth. ad Pap. Stat. I. Theb. *v.* 440.

QUOD MIHI MISERRUMUM EST. *Eſt* in quinque Codd. locum mutat, & *mihi* abeſt ab Remenſ. 1. Sed adſtricte ſatis Guelf. 6. *quod miſerrumum*. atque ſic Florus aliique.

PRIUS

cogor prius oneri, quam uſui eſſe. Ceteri reges, aut bello victi in ami- 5
citiam a vobis recepti, aut in ſuis dubiis rebus ſocietatem veſtram ad-
petiverunt. familia noſtra cum populo Romano bello Carthaginienſi Al.
amicitiam inſtituit: quo tempore magis fides ejus, quam fortuna petenda cap. XV.
erat. Quorum progeniem vos, Patres conſcripti, nolite pati fruſtra a 6
vobis auxilium petere. Si ad impetrandum nihil cauſſae haberem, prae-
ter miſerandam fortunam; quod paullo ante rex, genere, fama atque 7
co-

PRIUS ONERI, QUAM USUI ESSE. *Oneri*, quia onus imponit ſibi auxilium ferendi. vide Cat. c. II. n. 8.

5. A VOBIS RECEPTI SUNT. Guelf. 6. *receptis a vobis;* Fabric. 1. & Struv. *ſunt recepti a vobis.* Heuſſ. & Franc. *ſunt a vobis recepti.* Vinar. 2. *ſunt* jubet delere. quo Catone contenti ſimus. Alioquin illa etiam *a vobis*, cum tam incerta vagantur, idem pati deberent. certe Praepoſitio *a*, non viſitur in Senat. 1.

IN SUIS DUBIIS REBUS. Sic Cat. c. X. n. 2. Qui dubias *atque aſperas* res *facile toleraverant*. Livius XXXI. c. II. *gratias agerent regi, quod in* rebus dubiis, *cum finitimi etiam ſocii Romanos desererent, in fide manſiſſet.*

AMICITIAM INSTITUIT. Junxit primum. Cic. X. ep. III. n. 3. *Ego* neceſſitudinem conſtitutam *habui cum domo veſtra ante aliquanto, quam tu natus es.* XIII. ep. XVII. n. 1. *nam & amicitia pervetus mihi cum eo eſt, ut primum in forum veni*, inſtituta.

FIDES EJUS, QUAM FORT. PETENDA ERAT. Hanc unanimem & veriſſimam MSS. & edd. omnium lectionem cur ſollicitarint viri docti, reperire adhuc non potui. Gruterus edidit *pendenda:* atque ſic quoſdam legere teſtatur Stewech. ad Apulej. Apolog. p. 422. ipſe tamen maluit *putanda*. Imo *petenda* eſt appetenda, quaerenda. Bello Carthaginienſi amicitia non ob fortunam, quae Romanis adflictiſſima erat, ſed ob fidem in amicitiis, petenda erat. Sic Cat. c. XXI. n. 1. *quae praemia armis* peterent. IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 16. *ea re a nobis ad ſocietatem, ab illis ad praedam* peteris. Tacit. XII. Ann. c. XXXVI. princ. *Ipſe cum fidem Carriſmanduae reginae Brigantum* petiviſſet, *vinctus ac victoribus traditus eſt.* Lucret. III. v. 173. *Attamen inſequitur languor terraeque* petitus *Suavis.* Noſter Catil. c. LIV. extr. *ita quo minus* petebat *gloriam, eo magis ſequebatur.* Eod. c. XXXIII. num. 4. *Nos non* imperium *neque* divitias petimus, *quarum rerum cauſſa bella atque certamina omnia inter mortalis ſunt.* conſule etiam notata infra ad c. XXIV. num. 5. Ovid. I. Triſt. eleg. IV. v. 33. *Vix duo treſve mihi de tot ſupereſtis amici.* Ceteri fortunae, *non mea turba fuit.* Eleg. VIII. v. 10. *Nullus ad amiſſas* ibit *amicus opes.* v. 13. *Mobile ſic* ſequitur fortunae *lumina vulgus.* Non male Guelf. 5. omiſit *ejus*.

6. QUORUM PROGENIEM. Guelf. 6. *progenie;* 11. *propaginem;* Fabric. 1. a manu ſecunda *progenies.* Se ipſe innuit Adherbal, qui erat progenies Maſiniſſae. rectum ergo *progeniem. Quorum* per Syllepſin Generis & Numeri retulit ad *familiam;* ſicuti ſupra c. XIII. n. 7. *ut in gratiam* nobilitatis *Jugurtha veniret.* quorum *pars ſpe, alii praemio inducti* cet. III. Hiſt. Orat. Macri extr. plebs, *quodcumque accidit, pro victis eſt.* vide ad Cat. c. LVI. num. 5. *Excurſ.* VIII. pag. 404. & infra c. XXVIII. num. 2. Sic Apulejus II. Met. productus ad Catil. XXXIII. num. 1. Noſter Cat. c. V. num. 8. *civitas, quos.* ubi plura. ex quibus cognoſces, imperite mutari Juſtin. Prolog. IX. *Unde reverſus* Graeciae *bellum intulit; victiſque Cheroneae, cum bella Perſica moliretur, — occiſus eſt.* ubi contra auctoritatem veterum reponunt *Graecis*. Paeanius Metaphr. Eutrop. IV. cap. VIII. num. 4. πολίων — τὰς μὲν. Auct. B. Hiſpan. c. XI. *ſitus & omne* genus, quibus *ignis per jactus ſolitus eſt mitti.*

ME, NEPOTEM MASINISSAE. Haec plus, quam ſubintelliguntur Grutero. & inducenda cenſuerat Bongarſius atque Putſchius. idem nobis videtur. tracta ſunt ex n. 2.

A VOBIS AUXILIUM PETERE. *A vobis* in Waſſii duobus & Guelf. 3. non legitur. in aliis *petere a vobis*. Forſitan & haec adſumta ſunt ex n. 3. Sufficiebat: *quorum progeniem, P. C. nolite pati fruſtra eſſe.* & hoc *eſſe* latere videtur in particula *ſed*, quae, ut mox indicamus, optimis Codd. adhaeret.

7. SI AD IMPETRANDUM NIHIL C. H. Fabric. 1. Incerti, Uratislavienſes, Vinar. 2. Struv. Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 7. 9. 10. 11. 12. *Sed ſi.* Forte ita poſitum *Sed*, uti c. XIII. n. 7. & alibi ſaepe. Aut aliud latet in iſta particula: *eſſe*, vel *ſcilicet*. Niſi ex Senat. 1. erroris anſam cognoſcere malis, ubi *Si ſi ad* cet. Guelf. 9. *ad imperandum.* immo ad impetrandum auxilium; aut abſolute ad impetrandum, quae volo & peto.

FA-

copiis potens, nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes exſpecto: tamen erat majeſtatis Romani populi, prohibere injuriam, neque cujus-
8 *quam regnum per ſcelus creſceret. Verum ego his finibus ejectus ſum,*
quos majoribus meis populus Romanus dedit: unde pater & avus una vo-
9 *biſcum expulere Syphacem & Carthaginienſes. Veſtra beneficia erepta*
ſunt, Patres conſcripti: vos in mea injuria deſpecti eſtis. Eheu me miſe-

FAMA ATQUE COPIIS POTENS. Sicuti Ovid. XIII. Metam. *v.* 22. *Nobilitate potens*. Sic Medea apud Senec. *v.* 209. *quondam nobili fulſi patre*. Noſter Catil. *c.* XXXVIII. n. 1. *ita ipſi* clari *potenteſque fieri*. Livius III. *c.* XIX. *Perculſa erat plebes conſulem habituram iratum*, potentem *favore patrum*, virtute *ſua*, *tribus* liberis, *quorum nemo Caeſoni cedebat magnitudine animi*. Guelf. 4. & Eccard. *copia*.

DEFORMATUS AERUMNIS. Livius XXXVIII. *c.* LIII. *Legatio* deformata *filii caſu*. Lamprid. Sever. *cap.* II. *poſt illam cladem, quae non ſolum Antoninorum* decoloravit *nomen, ſed etiam Romanum dehoneſtavit imperium*. Id. Diadum. extr. *Et qui fato quodam Romanum* deformaverit *imperium*. Rurſus Severo *c.* XLIV. *multis civitatibus, quae poſt terrae motus* deformes *erant*, *ad inſtaurationem operum & publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit*. quomodo Rutilius I. Itiner. *v.* 20. *Illa quidem longis nimium* deformia *bellis*. Juſtin. VII. *c.* III. *ne ubique* deformis *militiae damnis haberetur*. Cicer. pro Sulla *c.* XXVI. *quae ita a fortuna* deformata *ſunt, ut tamen a natura inchoata compareant*. adde Pap. Stat. X. Theb. *v.* 327. XI. *v.* 80. ibique Barthium.

ALIENAS OPES EXSPECTO. Fabric. 1. Baſil. 1. Vinar. 2. Incert. 1. Uratiſl. 2. Guelf. 3. & 4. *expeto*. 10. *appeto*. Validius *exſpecto*, quod eſt circumſpicere & quaerere ſollicite. Cat. *c.* XL. num. 3. *miſeriis ſuis remedium mortem* exſpectare. Cicero pro Quinct. *c.* XV. *alterius* opes, *id quod miſerrimum eſt*, *non* exſpectat. adde ibi Graevium, & infra num. 23. Cat. *c.* XXXVII. num. 9.

ERAT MAJESTATIS POP. R. Guelf. 6. & Uratiſl. 3. *majeſtas*. *majeſtatis* intellige, *officium*, *opus*, quod Sanctius IV. Min. *c.* IV. pluribus comprobat, neque Grammaticis ex circulo ignotum. adde infra ad *c.* LXXXIII. n. 1. ſive, pro dictione Salluſtii, aptum, comparatum ad majeſtatem Romani populi. vide ad *c.* LXXXVIII. n. 4. mox n. 16. *pro magnitudine imperii*. *majeſtatem* adpellat n. 25. & *c.* XXIV. extr. Baſil. 1. *Romani populi*.

NEQUE PATI CUJUSQUAM REGN. P. S. CRESCERE. Sic edd. omnes. Noſtram lectionem ex Guelferb. 6. deſumſimus adjecta unica littera Verbo *creſcere*. Senſus eſt: Majeſtatis erat, prohibere injuriam, & *prohibere*, ne cujusquam regnum per ſcelus creſceret. Probamus & illuſtramus EXCURSU II. in Jugurtham. *per ſcelus* reſpicit caedem Hiempſalis, & expulſionem Adherbalis, quae erant Jugurthae ſcelera.

8. IIS FINIBUS EJECTUS SUM — UNDE. Omnis manus *his finibus. unde* pro *ex quibus;* ſicuti mox num. 22. *unde*, pro *a quo.* ubi vide. Guelf. 3. *pater meus & avus meus*. Tantum abeſt, ut ita ſcripſerit Salluſtius, ut potius nihil amplius ab eo ſit, quam: *unde pater & avus expulere*. de Syphace vide *c.* V. n. 5. Occupaverat ille Numidiam Maſiniſſae, ſed a Romanis, eo capto, Maſiniſſae regnum reſtitutum eſt. Eo bello jam opera Micipſae & poſtremo etiam Punico clara fuit, ut vides ex Appiano Pun. pag. 67.

VESTRA BENEFICIA MIHI EREPTA SUNT. Guelf. 10. omittit *veſtra*. ſi vocem *beneficia* exturbaſſet, cum ſpecie erraſſet. Sic enim infra *c.* XXXI. num. 8. *Sed ſane fuerit regni paratio*, *plebi* ſua *reſtituere*. Verum regnum Numidiae vocat *beneficia*, quia ex beneficio populi R. habebat. Sic Marius infra *c.* LXXXV. n. 8. conſulatum. *Quae ante* beneficia veſtra *gratuito faciebam.* adde ibidem n. 3. Juſtin. XIII. *c.* IV. *Reverſus inde inter principes provincias dividit*, *ſimul ut & removeret aemulos*, *& munus imperii* beneficii ſui *faceret*. Incert. 1. & Vinar. 2. *erepta ſunt mihi:* ſed Guelf. 9. *nunc erepta ſunt;* Senat. 2. *Veſtra mihi beneficia*. Non patitur Salluſtius Provocabulum *mihi*, cum mox ſcribat *in mea injuria*. Multa diximus de eo ſupra ad *c.* IV. num. 1. & ad Cat. *c.* XXXV: num. 1. & hoc *c.* num. 1.

VOS IN MEA INJURIA DESPECTI ESTIS. *Vos* delet Uratiſl. 1. *in* Guelf. 7. Sed Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *in mei injuria:* quaſi aliter injuria, quam paſſus eſt, non exprimeretur. At Cat. *c.* LI. n. 11. *neque cuiquam mortalium* injuriae ſuae *parvae videntur*.

9. EHEU ME MISERUM! Senat. 1. Franc. Incerti, Guelf. 9. 11. & 12. *Heu me miſerum;* Uratiſl. 1. *Ehu;* 2. *Heu, heu, heu;* Guelf. 4. *Heueu;* 6. *Eueu;*

ſerum! Huccine, Micipſa pater, beneficia evaſere, uti quem tu parem cum liberis, regnique participem feciſti, is potiſſumum ſtirpis tuae exſtinctor ſit? Numquamne ergo familia noſtra quieta erit? ſemperne in ſanguine,

6. *Eueu*; 3.7.10. Eccard. Uratisl. 3. Remenſ. 1. & Struv. *Heu, heu me miſerum*, & Giſanius multis ſe locis in MSS. *Heu* reperiſſe ait, ubi vulgo *Eheu* legebatur, Ind. Lucret. p. 357. Sic apud Virg. II. Eclog. *v.* 58. Eheu, *quid volui miſero mihi?* in codice Romano legitur *Heu, Heu*. Petronius Sat. *cap.* XXXIV. *&* heu, heu, *inquit, ergo diutius vivit vinum, quam homuncio*, ubi Heinſius mallet *& eheu*. Ibidem: Heu, heu *nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt*. Sic *cap.* XXXVII. *babae, babae!* In Criſpo tamen adprobo *eheu* cum Rivio aliiſque. vide Drackenb. ad Sil. XI. *v.* 212. Sed Guelf. 5. & Fabric. 2. ommittunt *miſerum*.

HUCCINE, MICIPSA PATER. Baſil. 1. *Hucne*: ſed poſtea editum eſt reſtitutum. Guelf. 9. *Huccine, Micipſa, rerum*. In dolore frequentes ejuſmodi interrogationes. Plaut. Rud. Act. I. Sc. III. *v.* 5. Hanccine *ego ad rem natam miſeram me memorabo?* Hanccine *ego partem capio ob pietatem praecipuam?*

BENEFICIA TUA EVASERE. *Tua* abeſt ab Guelf. 6. & Franc. neque id inficere. *Evadere*, terminum ad quem quid pertingit, denotat. Terent. Eunuch. Act. III. *v.* II. *Huc evaſit*. Andr. Act. I. Sc. II. *v.* I. *heri ſemper lenitas, Verebar*, quorſum *evaderet*. junge obſervationem ad *cap.* LV. num. 3. & infra ad *cap.* LII. num. 3.

PAREM CUM LIBERIS TUIS. Struv. *cum tuis liberis*: ſed Senat. 2. & Heuſſ. expungunt illud Pronomen, quod etiam ab Vaticano exulat. reſpice h. *cap.* n. 1. & *cap.* IV. n. 1. de phraſi *par cum aliquo* diſputat quaedam Cl. Duckerus ad Flor. II. *cap.* IV. n. 2. Sed Grutero particula *cum* ſuſpecta fuit: gnarus fortaſſe, quam ſaepe & illa, & *pro, in, ex* ac ſimiles ab librariis ſexto Caſui ſint ſuperadditae. Simile quid habemus Cat. *cap.* LI. n. 8. *nam ſi* digna *poena* pro *factis eorum reperitur*; ſed quomodo accipiendum, ad locum diximus. Et quamvis haud ignorem, Latina eſſe: *pacem ſervare* cum *quo, fidem praeſtare* cum *illo, queri* cum *homine*: aliter tamen, illa dicuntur, quam *parem* cum *liberis facere*. Vide igitur, an Criſpus ſcripſerit: *parem cum liberis regni participem feciſti*. certe Guelf. 9. non *regnique*; ſed *regni etiam*: Heuſſ. & Senat. 2. *participemque regni*: & Franc. ſine ulla Conjunctione iſta, ut ſcripſimus, exhibet. Sic intelliges: *pariter cum liberis* h. e. ipſum ſimiliter ac libros regni participem feciſti, ac nihil ſubeſt inſolentiae. niſi malueris vulgatam etiam lectionem per Ἓν διὰ δυοῖν eodem modo interpretari: ut ſaepe *multa bonaque*, et alia hujuſcemodi, vide ad *cap.* LXXVIII. extr. aut ſine tali adjumento *regnique* cum emphaſi additum accipere. utroque tamen caſu non pro *parem liberis* dicitur. Sed ſufficeret aliis: *quem tu* liberis regni *participem feciſti*, ceteraque omnia ex Gloſſa viderentur. Curt. VI. *cap.* VI. extrem. *Satrapes erat Barzaentes*, ſceleris *in regem ſuum particeps* Beſſo. *cap.* VII. num. 6. *in tertium diem inſidias regi comparatas, ſeque ejus* conſilii *fortibus* viris *& illuſtribus eſſe* participem. adde Cat. *cap.* XXII. n. 2. Sed nobis media iſta interpretatio ſatis placet.

IS POTISSIMUM ----- EXSTINCTOR SIT. In Guelf. 6. non comparet *is*; ſed ſcripſerat *feciſtis*; 3. *potiſſime*; 9. *ſtinctor*; Uratisl. 3. *eteritor ſit*. Juſtin. XVI. *cap.* I. *Caſſandrum vero patrem*, exſtinctorem *regiae domus, non feminis, non pueris perperciſſe; nec ceſſaſſe, quoad omnem* ſtirpem *regiae ſobolis* deleret. adde infra *cap.* XXIV. n. 1. Cicero Bruto ad fin. *Sic Q. Hortenſii* vox extincta *fato ſuo eſt, noſtra publico*. Id. Orator. *quod dictionis genus Rhodii numquam probaverunt, Graeci autem multo minus, Athenienſes vero* funditus *repudiaverunt*. Seneca Ep. LXVIII. *Haec aetas optime facit ad haec ſtudia: jam deſpumavit, jam* vitia *primo fervore adoleſcentiae indomita* laſſavit: *non multum ſupereſt, ut* extinguat. Corn. Nep. Eumen. *cap.* VI. *ne pateretur, Philippi domus & familiae inimiciſſimos* ſtirpem *quoque* interimere. Eſt et in vetuſto lapide apud Joſ. Caſtalion. Var. Lect. *cap.* XX. EXTINCTORI. PESTIFERE. TYRANNIDIS. quae omnia, ut *ſtirpis exſtinctor*, contra proprietatem dicta videntur, ſed videntur tantum. Locum aemulatur Herodian. I. *c.* XIII. adde Gebhard. ad Corn. Nep. Phocion. *cap.* II. n. 3.

NUNQUAMNE ERGO FAMILIA NOSTRA. Uratisl. 3. et Guelf. II. omittunt encliticam *ne*; Eccard. et eam, et praeterea τὸ *ergo*. mox Senat. 1. alterum *ne* praeterit, habetque nude *ſemper*: quomodo Cicero VII. epiſt. XXXII. n. 3. ubi ſaepe particulas iſtas deſiderari, adnotavimus. adde et Sulpic. Sev. Epiſt. II. num. 15. *Numquam* ſcribunt vetuſtiſsimi Baſil. 1. et Fabric. 1.

IN SANGUINE, FERRO, FUGA VERSABIMUR.

 Guelf.

Digitized by Google

10 *ne, ferro, fuga verſabimur? Dum Carthaginienſes incolumes fuere, jure omnia ſaeva patiebamur: hoſtes ab latere, vos amici procul, ſpes omnis in armis erat. Poſtquam illa peſtis ejecta, laeti pacem agitaba-*
11 *mus: quippe quis hoſtis nullus, niſi forte quem juſſiſſetis. Ecce autem ex improviſo Jugurtha, intoleranda audacia, ſcelere atque ſuperbia ſeſe ecſerens, fratre meo, atque eodem propinquo ſuo interfecto, primum regnum*

Guelf. 2. & 7. Eccard. Uratisl. 1. & 3. Vinar. 2. Academ. Baſil. 1. Franc. Remenſes, Incert. 1. & Struv. *verſabitur*: quia audierunt *familia*; cum potius perſonas etiam diverſas conjungat Noſter. vide Cat. *cap.* LVII. n. 1. & LVIII. n. 13. Guelf. 10. *vexabitur*, ab interprete, ut opinor. non enim *verſari* pro conſtitutum eſſe in qua re capiendum eſt, ſed pro *agitari* & *vexari*, quae Plautus conjungit citatus ad Cat. *cap.* V. n. 7. iſque eo ſenſu ſaepe. Seneca Epiſt. XC. *Sollicitudo nos in noſtra purpura* verſat. Sic Ennius: *cura verſat*. vide R. Bentlej. ad Horat. II. *v.* 90. *qui minus argutos* verſat *furor iſte poetas*. ſic vir ille doctus; vulgo dabant *vexat*. Cic. II. Att. epiſt. XXIII. *Ex quo* in *multa commemoratione earum rerum*, *quas geſſimus*, deſiderio*que verſamur*. IV. Fam. epiſt. XIII. n. 6. verſor*que* in *eorum naufragiis & bonorum direptionibus*. vides etiam in his quaedam, ubi diverſa uni Verbo Nomina junguntur. Sed recte diceres ſimul *eſſe in ſanguine*, *ferro*, *fuga*; item *agere*: cur non etiam *verſari*? adde notam infra *c.* XXXVIII. n. 9. *fame ferroque clauſus*, & *c.* XLII. n. 4. *ferro aut fuga exſtinxit*.

10. HOSTES AB LATERE --- ERAT. *Hoſtes* in noſtris Codd. fere omnibus legitur; pauci *hoſtis*. ſupra *jure* omittit Uratisl. 2. dicitur quod neceſſitate quadam accidit, *jure* etiam accidere. inde quod quiſque *poteſt*, & cuique *debetur*, *jus* nominatur. vide ad Cat. *cap.* XXXIV. extr. & Jug. *cap.* III. num. 1. Struv. *jura*. Pro *erat* in Guelf. 2. qui eſt ex melioribus, legitur: *ſpes omnis in armis ſita eſt*. quod facit, ut de ipſo illo *erat* deliberemus.

PESTIS EX AFRICA EJECTA EST. *Peſtem* vocat Carthaginienſes, propter perniciem, ut Florus III. *cap.* VI. de Piratis: *ille diſperſam toto mari* peſtem *ſemel & in perpetuum volens exſtinguere*. vide noſtra ad Cat. *cap.* V. epiſt. VIII. n. 3. & infra ad *cap.* CVI. n. 3. praeterea Gronov. III. Obſerv. *cap.* XV. Franc. & Guelf. 5. *ejecta eſt ex Africa*. ſed Guelf. II. voces *ex Africa* omiſit. perquam ſcite. neque enim Noſter, nec alii terminum a quo exprimunt, vide ad Cat. *cap.* XLVI. n. 4. Quinctil. Declam. XIV. *cap.* X. *amor ille fugatus* ejectuſque *eſt*; & verbum *elicere* praeciſe pro *elidere*, *extinguere* ponitur. vide Gronovium ad Livium VII. *cap.* XXXIX.

PACEM AGITABAMUS. Guelf. 7. *agebamus*; 6. *pace agitabamur*. IV. Hiſt. Epiſt. Mitrid. n. 1. *conſiderare debent*, *liceatne tum* pacem agere. Sed *agitare* hic valde ſignificanter. vide Cat. extrem. & infra *cap.* CIX. n. 2. pacem *an bellum* agitaturus *foret*.

QUEIS HOSTIS NULLUS ERAT. MSS. noſtri, tribus exceptis, uno ore, *quis*: illi temere *queis* praeferas, ut apparet ex nota ad *cap.* LXXX. n. 4. Porro *erat* expellunt Remenſ. 1. & Guelf. 6. atque ſic ſupra *cap.* VII. n. 4. *qui* Romanis *imperator*, reſtituimus, ubi vulgo addebant *erat*. ibi plura produximus.

NISI FORTE QUEM VOS JUSSISSETIS. Guelf. 5. & Fabric. 2. *juſſiſtis*; Uratisl. 2. *juſſeritis*; Heuſſ. *juſſetis*. Franc. & Guelf. 6. omittunt *vos*: Guelf. 10. tantummodo: *niſi forte juſſiſſetis*. Livius XXI. *cap.* XLIV. *Crudeliſſima ac ſuperbiſſima gens*, *ſua omnia ſuique arbitrii facit*. *cum quibus bellum*, *cum quibus pacem habeamus*, *ſe modum imponere*, *aequum cenſet*.

11. ECCE AUTEM EX IMPROVISO. *Autem* abeſt ab Academico; Senat. 2. *ecce jam ex impr.* Franc. Eccard. Vinar. 2. & Guelf. 10. *de improviſo*: ut infra *cap.* XXXVIII. n. 4. *nocte* de improviſo *Auli caſtra circumvenit*. ſed altero modo *cap.* LIII. n. 1. & LVIII. n. 1. Palmerium bene in ordinem coegit Cl. Waſſius. is laudat etiam Varronem ex Nonio *cap.* IV. n. 25. *Et ecce de improviſo ad nos accedit cana veritas*, *Atticae philoſophiae alumna*. *autem* tuetur Gronov. ad Liv. VII. *cap.* XXXV.

ATQUE AUDACIA SESE EFFERENS. Sic ſcripti noſtri plerique. At Gruterus ex ſuis edidit *ecferens*. Baſil. 1. *ſe efferens*; Uratisl. 1. *efferens ſeſe*; Heuſſ. *ſeſe afferens*; Acad. *ſeſe ferens*: ut facile credas, his etiam in exemplaribus *ecferens* viſum. In antiquiſſima columna Duilliana EXFOCIONT pro *Effugiunt* haud abſimiliter ſcriptum, & erudite, pro more ſuo, Noriſius ad Cenotaph. Piſan. Diſſ. IV. Cap. II. §. II. oſtendit, quomodo *ecſilium* etiam, *ecſequor* olim ſcriptum ſit, citatque Guilielm. Canterum ad Cic. VII. epiſt. XVIII. quem vide inter Com-

gnum ejus ſceleris ſui praedam fecit: poſt, ubi me iſdem dolis nequit capere, nihil minus, quam vim, aut bellum exſpectantem, in imperio veſtro, ſicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem & coopertum miſeriis

Commentar. Manutii pag. 320. ed. Graevii. & ſic apud Virg. IV. Georg. *v.* 450. *ecfatus* ſcriptum fuiſſe, non male conjicit Pierius, quem vide. Plauto *ecfeceris* pro *effeceris* reſtituit Palmerius Spicileg. XV. *Secus* etiam pro *Sexus* notiſſimum, uti *eclectus* in Hiſtoria Auguſt. pro *electus* aliquantulum juvant. denique vide Donatum ad Terent. Andr. Act. I. Sc. I. *v.* 90. Copulam *atque* in margine haerere in Guelf. 12. monere debui. *Ecferens* idem, quod inſurgens, neque ſine cauſſa illud quaſi ex abundanti adjicitur. vide ad Cat. *cap.* XLIX. n. 2.

ATQUE EODEM PROPINQUO SUO. *Suo* in Struv. locum mutat: ab Remenſi I. plane exulat. *eodem* omnes noſtri agnoſcunt, & ſolent illud Latini vere *pro* iterando *Nomine* ponere. Cic. I. ad Attic. ep. I. *per unum ſervum*, & eum *ex gladiatorio ludo confecit totum negotium*. Sed hic proprie ponitur, pro eo quod eſſet: *& qui ſimul propinquus ejus eſſet*; quomodo penes Verba *item* poni, alibi dictum eſt. idem Tullius IX. Fam. ep. XVII. n. 5. *Cum ego vir fortis*, idemque *philoſophus vivere pulcherrimum duxi.* Juſtin. XVIII. *cap.* IV. *avunculum ſuum*, eumdemque *generum*, *ſine reſpectu pietatis occidit*.

SCELERIS SUI PRAEDAM FECIT. Occupavit tamquam praedam, ſceleris ſui mercedem. illuſtrat locum Cl. Obrechrus ad Dictyn Cret. I. *cap.* V. p. 244. adde noſtra ad I. Hiſtor. Or. Lepidi num. 12. *plebis innoxiae patrias ſedes occupavere pauci ſatellites*, mercedem *ſcelerum*. item infra *cap.* LXXXIV. num. I. mox *iſdem dolis* eſt in Fabric. 2. Incertis, Senatoriis, Heuſſ. Academ. Remenſibus, Guelf. I. 2. 5. 9. Uratisl. 3. & ſic Gruteriana. Ceteri fere *hiſdem;* Struv. *eiſdem;* Vinar. 2. *bis dolis*. Waſſiana, pro more, *iiſdem*. vide ad Cat. *cap.* XXXIX. n. 6. *dolis* non eſt in Guelf. 10.

NIHIL MINUS —— EXSPECTANTEM. h. e. *timentem*: ut recte Livius XXXIX. *cap.* VII. *cum repente in eum* nihil minus, *quam tale quidquam*, timentem, *patefacta porta*, *erumpunt Romani*. Sed ea notione *exſpectare* paſſim, & apud Petron. *cap.* CXXV. extr. *Dii deaeque*, *quam male eſt extra legem viventibus*! *quidquid meruerunt*, *ſemper* expectant. item Plin. VIII. epiſt. XVIII. num. 6. & Herodian. I. *cap.* IX. num. 19. Modum dicendi, quo notatur vim ac bellum *plane non* timuiſſe, abunde illuſtravimus ad Cat. *cap.* XIV. extrem. Atque utrumque firmat Noſter infra *cap.* LVIII. num. I. *alia omnia*, *quam praelium* exſpectantibus. & Livius XXII. *cap.* XIX. *vagos in littore quietoſque in tentoriis ſuis* nihil minus *quam hoſtem aut praelium eo die* exſpectantes *conſcendere naves propere atque arma capere jubet*. male ergo Uratisl. I. *nihilominus*.

IN IMPERIO VESTRO. Omittunt Praepoſitionem *in* Baſil. I. Senat. I. Incerti, Struv. Franc. Uratisl. 3. Guelf. 4. 6. II. 12. cui errori triplex anſa fuit. prima excipiens *im;* quo caſu addita ſaepe, ſaepe abjecta fuit iſta Praepoſitio. vide infra *cap.* XXXI. num. II. Cat. *cap.* II. n. I. & XXXI. num. 3. ſecunda, quod inepti librarii *extorris* agglutinarunt his vocibus imperio veſtro, quod ex Uratislavienſi & Vinarienſi ſecundis adparet, qui ſcripſerunt *ex imp. veſtro*. tertia, quod naſutuli crederent *imperio veſtro* idem notare, quod edita lectio ſignificat: nempe *cum vos imperatis*. hoc enim eſt, quod Adherbal ſaepius inculcat *pro majeſtate*, pro *magnitudine imperii*. Et ex quo docti homines in eam opinionem ingreſſi ſunt, Ablativos, quos dicimus abſolutos, talem ſenſum commode ſuſtinere, multos locos corruperunt, qui in emendandis libris adminiſtrant: quorum partim vindicavimus ad ea Cic. I. epiſt. IV. num. 6. *Ego tibi a vi*, in *hac praeſertim* imbecillitate *magiſtratuum*, *praeſtare nihil poſſum*. alia ſuppeditabunt notae ad Cat. *cap.* II. extr. & *cap.* LI. num. 15. Nihil certe optimis Latinis frequentius. & miror quid D. Voſſium impulerit, ut diſſentiret ab Hotomanno apud Caeſar. II. Gall. *cap.* I. extrem. ex optimis Codd. reſtituenti: *qui minus facile eam rem* in imperio *noſtro conſequi poterant*. cum & I. Gall. *cap.* XVIII. MSS. quos ipſi conſuluimus habeant *in imperio*. Sed indubius locus eſt Juſtin. XXXVI. *cap.* I. n. 10. *Judaeoſque*, *qui* in Macedonico imperio *ſub Demetrio patre armis ſe in libertatem vindicaverunt*, *ſubigit*. Sic ibi omnes omnino Codd. attamen Bongarſius maluerat *a Macedonico imperio*. non cogitant de Caeſar. I. Gall. *cap.* XXXIII. *quod* in *tanto* imperio *populi R. turpiſſimum ſibi & reip. eſſe arbitrabantur*. Aliud ſentio & fere cum exactiſsimo Gronovio de loco Livii XXVIII. *cap.* XLII. Oroſius III. *cap.* I. in *maximo* gaudio *civium ipſe triſtis*. reſpice ſis etiam ad Cat. *cap.* XLVIII. num. 5. & infra ad *cap.* XXXI. num. 22. *Sicuti* eſt in

 Fabric.

XVI. 12 *riis effecit, ut ubivis tutius, quam in meo regno eſſem. Ego ſic exiſtumabam, Patres conſcripti, ut praedicantem audiveram patrem meum; qui veſtram amicitiam colerent, eos multum laborem ſuſcipere: ceterum*

Fabric. I. Incert. 2. Guelf. 6. ac tribus praeterea. eodem modo Nonius *cap.* I. num. 48. quem vide.

EXTORREM PATRIA, DOMO. Mira comminiſcitur Joſ. Scaliger ad Varron. IV. de L. L. pag. 28. de voce *extorris*, quae ipſi a *torre*, ſeu *titione* deſcendere debet. Longe melius Nonius Marcellus ab eo, quod eſt *extra terram*: ſicuti *exſul* eſt, qui ejectus *ex ſolo* patrio. additur autem *patria*, *domo*, ut apud Flor. III. *cap.* XIII. n. 4. *extorris aris ac focis*, ubi vide providentiſſimum Duckerum, Virum, quem prae ceteris & amamus, & colimus. Sueton. Auguſt. *cap.* XII. *extorres* oppido *egit*. Noſter II. Hiſt. *urbe patriaque extorres*. Livius II. *cap.* VI. *ne ſe ortum*, *ejuſdem ſanguinis*, extorrem, egentem, *ex tanto modo regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent*. fere fecerim ibi: *egentem*, *extorrem ex*, tranſpoſitis vocabulis. Titinnius in Prilla: *Quando ego hodie* extorrem *hanc* domo *faciam*. Tacit. VI. Ann. *c.* XXXVI. *ſedibus extorres*. Sulpic. Sev. II. Hiſt. S. *cap.* XXX. *haec poſtrema Judaeorum captivis*, *qua* extorres patria, *per orbem terrarum diſperſi cernuntur*. Et fac idem jam *extorris* per ſe notare, quot, quaeſo, vocabula dantur, quae cum ſtrictius origine, laxius tamen uſu ſignificent? quod ipſum jam ad Cat. *cap.* XIV. num. 3. in nomine *parricidae* adnotavimus. ſic infra n. 17. *exſul patria*, *domo*. vide Muncker. ad Hygin. Fab. XXVI. atque & *loco cedere*, *ruinis collapſa*, alia hujuſmodi Latini pariter ac Graeci uſurpant. Singulariter Tacit. IV. Ann. *cap.* XIII. *extorres* praeciſe poſuit, atque ita fere, uti Pagani olim Chriſtianos per convicium *extorres* vocare ſolebant, de quo Albaſpin. I. Obſervant. *cap.* XXI. numero I.

COOPERTUM MISERIIS EFFECIT. De dictione priore exempla habes ad Cat. *cap.* XXIII. n. I. *flagitiis atque facinoribus coopertus:* quomodo Livius XXXIX. *cap.* XV. extr. *cooperti ſtupris ſuis alieniſque*. Hieron. Quaeſt. I. ad Heldib. *Non utique ille*, *qui mendicitate* & paupertate *atque ſqualore* coopertus eſt, *& tamen non recedit a vitiis*. ſic MS. Eraſmus mutilavit locum. Sic *oneratos*, *merſos*, *oppreſſos*, Graeci etiam *βεβαπτισμένους* eodem modo dicunt. *Effecit* eſt in ſcriptis noſtris primae claſſis. Quatuor pedanei *efficit*. Guelf. 4. & 10. *fecit*, quae & Cat. *cap.* XXVI. n. 3. confunduntur. Sed hic aliud haeſit librariis, qui voluerunt *effecit & fecit*. eo, quod verbum *effecit* bis neceſſarium videbatur. Tu vero obſerva hic Metabaſin quamdam, ſive alio nomine vocare malis, qua inter duo Verba (*effecit*, & *eſſem*) Nomen illi Caſu aptatur, cui proprie non debebat. adeoque ita locum capias: Jugurtha *effecit*, *uti* ego *nihil minus quam vim aut bellum* exſpectans, *in imperio veſtro*, *ſicuti videtis*, extorris *patria domo*, inops & coopertus *miſeriis* (eſſem, &) *ubivis tutius quam in regno meo eſſem*. Sic nempe & Cicero IV. epiſt. I. n. 8. Rem *vides*, *ut ſe* habeat. ubi Varron. II. R. R. *cap.* IX. Reliquas canes *facit*, *ut* ſint *in tuto*, & pluſcula alia adſcripſi. Plaut. Poen. A. II. *v.* 5. 6.

Sex immolavi agnos, *nec potui tamen*
Propitiam Venerem *facere*, *uti* eſſet *mihi*.

Terent. Hecyr. Prol. II. *v.* 4. Novas *qui* exactas *feci*, *ut inveteraſcerent*. Varrouis atque Ciceronis loca adduxit etiam Jo. Fr. Gronovius ad Senec. IV. Benef. *cap.* XXXII. ubi erudite hoc genus illuſtrat. Ea autem loca ſelegi, quia in illis Verbum ſimul *facere* expreſſum vides, quod ex duobus MSS. revocandum exiſtimo. adde Daviſium ad Auct. de B. Afric. *cap.* XX. ſagittaſque *&* tela *uti* fierent *complura*, *curare*. & conſule etiam noſtra ad *cap.* XLI. numero 4.

UT UBIVIS TUTIUS. De hoc, quod modo indicavimus, actum jam ad Cat. *c.* XIV. extr. unde cognoſcas ſenſum eſſe: *ut minime tutus eſſem in regno meo*. Sed illud *ut* non comparet in Guelf. 3. Et Guelf. II. ac Incert. I. habent *tutior*. hoc quidem valde frigide, & pariter lapſi ſunt infra *cap.* XCIV. n. I. Sed *perinde*, *recte*, *bene*, *ſatis ſuperque laxius eſſe* Noſter aliique pro Adjectivis ponunt. vide ex multis Cat. *c.* LVII. n. 9. ſupra *cap.* IX. n. 8. & infra *c.* LXXXVII. extr. mox *regno meo* ſine Praepoſitione *in* exhibet Guelf. 6. qui & *eſſet* inficete oſtentat. quid, ſi *tutius* non legeretur?

12. EGO SIC EXISTIMABAM. Guelf. 4. *exitimabam;* 9. & II. *extimabam;* Eccard. *eſtimabam*. Deinde Fabr. I. Struv. Guelf. 9. & Uratiſl. I. *audieram*: quomodo Gruterus. Waſſius *audiveram*, ut reliqui Codd. noſtri. Sed poſtea *ut* eſt in vetuſtiſsimo quoque; non *uti*, quod & eas, & plurimas editiones obſedit.

V. AMI-

rum ex omnibus maxume tutos eſſe. quod in familia noſtra fuit, praeſtitit, 13
uti in omnibus bellis vobis adeſſent. nos uti per otium tuti ſimus, in manu
veſtra eſt, Patres conſcripti. Pater nos duos fratres reliquit: tertium 14
Jugurtham, beneficiis ſuis ratus nobis conjunctum fore. alter eorum neca-
tus, alterius ipſe ego manus impias vix effugi. Quid agam, quo potiſſu- 15
mum

V. AMICITIAM DILIGENTER COLERENT. Sic omnes edd. Gruterus haeſitabat initio, cum in vetuſtiſſimo Commeliniano legeret *diligerent*, *colerent*; mox tamen ſeſe confirmabat pro vulgata. Uratisl.1. *colerent diligenter*; Guelf.4. *dilienter*; 7. *libenter colerent*. Sed Fabricianus, Vinarienſis, Uratislavienſis ſecundi & Guelf. 3. nil, niſi: *qui veſtram amicitiam colerent*, & eos ſolos veritatem manumque Salluſtii repraeſentare, ex num. 18. tibi confirmabis. mihi, ſi Salluſtium proprietatis ſectatorem reſpicio, *amicitiam diligenter colere*, ab ejus lingua multum abhorrere videtur. Ita vero exiſtimo, ſciolum quemdam explanaſſe Verbum *colerent*, eamque gloſſam eſſe tandem in textum receptam. id vero manifeſtat iſte Commelinianus. *amicitias colere* habes apud Juſtin. IX. *cap.* VIII. num. 9. item apud Ciceronem & Livium.

MULTUM LABOREM SUSCIPERE. Guelf.6. *ſcipere*, neglecta prima ſyllaba. Caeſar III. Gall. c. XIV. *Caeſar ubi intellexit, fruſtra tantum* laborem capi: cum nota Jo. Brantii. Cic. III. Offic. *ſuſcipere maximos labores*. & ſic ille ſaepiſſime. infra *τὸ maxime* non viſitur in Guelf. 7. & 12. eleganter & vere.

13. QUOD IN FAM. NOSTRA FUIT, PRAESTITIT. Guelf. 4. pro *praeſtitit*, habet *ſtatuit*; Remenſ. 1. *& id praeſtitit*. Neſcio, cur bonus Gruterus hic aliquid deeſſe cenſuerit. Intelligis, *Quod in familia noſtra fuit, illud praeſtitit familia*. Ut: *quod* viro *integrum fuit, fecit*. adde infra *c.* LXXIX. n.4. Sed non tam iſtud Synezeugmenon, quam dictio *quod in fam. n. fuit* abſtraxit, cum putaret *quod* pro *quantum* poſitum eſse, & id dicere Adherbalem, quod fere legimus apud Juſtin. IX. *c.* IV. *quantum* in illo fuit, *ita vicit, ut victorem nemo ſentiret*. & Corn. Nepot. Iphicrat. extr. *pater, quantum* in ſe fuit, *Thracem me genuit*. Sed Noſter diſtincte, *id*, quod debuit ac potuit familia, *praeſtitit*. Curt. IV. *cap.* XIV. num. 12. conciſe: *Quod mearum fuit partium, exercitum — comparavi*.

UTI IN OMNIBUS B. ADESSET VOBIS. *Uti* Codd. noſtri ſedecim virtutis robuſtioris: *in* vero abeſt ab Guelf.10. Senat. 2. & Heuſſiano. ſed Guelf.4. omittit etiam *bellis*. hanc tamen vocem vel cum diſpendio Praepoſitionis redimendam exiſtimo, etſi eam per particulam *uti* periiſse in laudatis Codd. veroſimile eſt. Sed Merſeburgenſis & Francianus *adeſſent*, idque ſolum certum, verum. Cat. *c.* XXIII. nu.6. *nobilitas* aeſtuabat *&* credebant. ubi vide plura. Virg. II. Aen. *v.* 63. *Undique viſendi ſtudio Trojana* juventus *Circumfuſa* ruit, certant*que illudere capto*. ibi Servius P. Danielis hanc figuram adnotavit. Citat autem & eum, & duos praeterea Virgilii locos etiam Joſ. Caſtalio Var. Lect. *cap.* XXXI. junge Cat. *cap.* XLIII. num.1.

PER OTIUM. Cum pacem habeamus ab hoſtibus & bellis veſtris, uti infra *cap.* XLI. nu. 4. mox duo ex noſtris *ſitum eſt* praeferunt: ſed Francianus etiam *eſt* omiſit, ut Cat. *cap.* XX. num.10.

14. RATUS EST CONJUNCTUM NOBIS FORE. Hoc ordine Fabriciani, Baſil. 1. Acad. Guelf. 1. 2. 5. & plerique ceteri. Sed *ratus* nude ſine Verbo Subſtantivo, Incert. 1. Guelf. 6. & 12. At Guelf. 4. *nobiſcum junctum*. perperam. Contra mox omnis manus, quam nos conſpeximus, *necatus eſt*. Supra *tertium* omittit Senat. 2. non male.

ALTERIUS IPSE EGO MANUS IMPIAS. Sic membranae, & tantum abeſt ut egregia ſit lectio, quae edd. quaſdam occupavit, *alter ipſe ego*, ut nihil fingi poſſit, quod magis ſit putidum in hoc loco, ubi Adherbal de ſuis praeſidiis, amicis & propinquis dicere ingreditur. & tamen etiam I. Waſse voluit *Alter is, ipſe ego*, quod certe omnes ineptias ſuperat. Sed quid eſt, quod hominibus illis *τὸ alter* ita commendat? quia dixerat *alter* eorum necatus. Jam non ferent amplius in Cic. VI. epiſt. IV. Alteros *propemodum jam ſumus experti*: de altero *nemo eſt, quin cogitet*. Non addo plura, quae infinita ſunt. Sed perſimile mendum occupavit Codd. aliquot infra *cap.* XVIII. num.8. Et jam ſupra ſatis ſuperque demonſtratum eſt, Salluſtium nihili illam aequalitatem facere. Quidam ex manu deſcriptis: *ego ipſe*. Sed alterum praefero. vide Jac. Gronov. ad Liv. III. *cap.* XII.

15. AUT QUO POT. INF. ACCEDAM. Haec omnia non leguntur in Guelf. 7. propter ſimilitudinem *τῶν agam* & *accedam*, credo, omiſsa. Guelf. 5. & Fabric. 2. a manu prima: *aut quo*

Digitized by Google

mum infelix accedam? generis praeſidia omnia exſtincta ſunt: pater, uti neceſſe erat, naturae conceſſit; fratri, quem minume decuit, propinquus, per ſcelus vitam eripuit; adfines, amicos, propinquos ceteros, alium alia clades oppreſſit: capti ab Jugurtha, pars in crucem acti, pars beſtiis objecti; pauci, quibus relicta anima, clauſi in tenebris, cum moerore & lu-

potiſſimum me vertam, quod paullulum confirmat conjecturam Palmerii Spicil. VII. pag. 726. ubi *accidam* legit. Sed Ennius in Hecuba: *quo* accedam, *quo applicem?* adde infra num. 17. Guelf. 6. *aut* ſolum omiſit: quo expuncto ardentior videtur Oratio. Fabric. 1. *infelix ego*.

GENERIS PRAESIDIA OMNIA. Quidam MSS. *gen. omnia praeſ.* Guelf. 2. *generis mei*; 3. *noſtri generis*, ex additamento interlineari. vide ad Cat. *cap.* XXXV. num. 1.

UTI NEC. E. NATURAE CONCESSIT. Guelf. 6. *neceſſe uti erat*; 9. *uti naturae neceſſe erat conc.* id vero idem, quod *facto functus eſt*: & ipſa mors *neceſſitas* dicta, Tacit. 1. Hiſt. *cap.* III. qui II. Ann. *cap.* LXXI. *fato concedere* ita dixit. Cic. I. Tuſc. *cap.* XXXIX. Natura *dedit uſuram* vitae, *tamquam pecuniae*, *praeſtituta die*. *Quid eſt igitur*, *quod querare*, *ſi repetit*, *cum vult*. *ea enim conditione acceperas*. adde ſupra *cap.* X. num. 3.

QUEM MINUME DEC. PROPINQUUS. Remenſ. 1. *quod minime decuit propinquis*. & ſic manus ſecunda in Academico. Fraudi fuit librariis, quod alibi doctos fruſtra habuit, Pronomen Relativum praepoſitum. vide infra ad *c.* XLI. n. 4. niſi malueris *propinquum*; me tamen invito. Quinctil. VI. *c.* 1. inter querelas de interfecto refert, percuſſum eſſe eum *ab eo*, *a quo minime oportuit*. adde nu. 22.

ADFINES, AMICOS, PROPINQUOS CET. Academ. Guelf. 9. & 11. *ceteroſque meos*; Franc. Guelf. 6. *& ceteros meos*. in tribus eſt *propinquos*, *amicos cet.* Gruterus abeſſe poſſe cenſet vocem *propinquos*: quia, puto, modo dixerat *propinquus*. nam non ignorabat diverſos eos eſſe ab *adfinibus*, qui cum *cognatis* junguntur ab Noſtro infra *cap.* LXXXV. num. 4. & Cic. pro Cluent. *cap.* XXXIV. & Hieronym. Epiſt. ad Demetriadem: *da pauperibus*: *non divitibus*, *non propinquis*, *non ad luxuriam*, *ſed ad neceſſitatem*; *ſive ille ſacerdos*, *ſive* cognatus *ſit &* adfinis. *nihil in illo aliud conſideres*, *niſi paupertatem*. *propinquos & adfines* ſaepe Tacitus ſimul memorat. Plin. VII. epiſt. XXIV. *adoleſcentem ſingularem*, *nec iis tantum*, *quos* ſanguine *adtingit*, *inter* propinquos *amandum*. Cic. II. epiſt. XIII. num. 3. *hominem florentem liberis*, propinquis, adfinibus, *amicis*. Id 1. Offic. *cap.* XIII. *cum retineretur ab* amicis & propinquis. Sed in Vaticano non legitur *meos*, quod & nos delevimus.

ALIUM ALIA CLADES OPPRESSIT. Guelf. 6. *alios alia*; Struv. Incert. 1. Franc. Guelf. 10. & 11. *alium alia* clade *oppreſſit*. Jugurtha ſcilicet: nam clades ipſa facere non poterat. puerilis error, qui tamen per bene multos ſcriptores diffuſus eſt. tu vide ſupra ad *c.* V. nu. 2. & infra ad *c.* LXV. n. 4. Noſter Cat. *c.* XXXIX. n. 4. *profecto magna* clades *atque* calamitas *remp.* oppreſſiſſet. Liv. XXV. *c.* XIX. *ceteri paſſim*, alii alia peſte *abſumti ſunt*. Uratiſl. 1. *amici*, *propinqui ceteri mei alia clade eripuit*: ſecunda manus fecit: *clade oppreſſi*.

PARS IN CRUCEM ACTI. Struv. Guelf. 10. & 11. *in cruce acti*; Guelf. 9. *in cruce apti*. *figere*, *ſuffigere*, *tollere*, *ſuſpendere* frequentiora. Sed Cicero: *Polycrates in crucem* actus *eſt*. Valer. Max. VIII. *c.* IV. n. 2. *a L. Calpurnio Triumviro in crucem* actus *eſt*. Apud Africanos hoc genus ſupplicii uſitatum fuiſſe, eoque & illuſtres viros adfectos, adnotant Bernegger. ad Juſtin. XVIII. *c.* VII. & Drackenborch. ad Silium 1. *v.* 153. *pars acti* illuſtramus ad *c.* LVIII. nu. 2.

PARS BESTIIS OBJECTI SUNT. Guelf. 11. *beſtis*; Fabric. 1. *ſunt objecti*, & Francianus poſt *objecti* diſtinguit, jungitque *ſunt pauci*. hinc *ſunt* delevi, ut Cat. *c.* XV. extr. Beſtiis apud Romanos ſceleratiſſimus quiſque, & poſt etiam Chriſtiani ſaepe objecti. Afros autem crudelitatis ejus prima fere exempla edidiſſe, vide apud P. Fabr. Semeſtr. II. *c.* VII. & Bulenger. de Venat. *cap.* VI.

CLAUSI IN TENEBRIS. Guelf. 4. *clauſi in carcerem in tenebris*. de Gloſſa: ſed 3. *clauſi tenebris*. uti ſupra *c.* XII. num. 3. *occultans ſeſe tugurio*. Sed edita ſignificantior videtur.

CUM MOERORE ET LUCTU. Struv. *cum majore luctu*. utrumque conjungit Cat. extr. *cum* eleganter. Plaut. Rud. Prolog. *v.* 29. *Quique aetatem agitis* cum *pietate &* cum *fide*. Coelius epiſt. XIV. n. 8. *ad Caeſarem omnes*, *qui* cum *timore aut mala ſpe* vivant, *acceſſuros*.

MORTE GRAVIOREM VITAM EXIGUNT. Guelf. 11. *mortem graviorem vita ex*. Elegantius errat Incert. 1. *morte graviorem vitam vitant*; ſed elegan-

& luctu, morte graviorem vitam exigunt. Si omnia, quae aut amiſi, aut 16
ex neceſſariis advorſa facta ſunt, incolumia manerent, tamen, ſi quid ex
improviſo accidiſſet, vos implorarem, Patres conſcripti; quibus, pro
magnitudine imperii, jus & injurias omnis curae eſſe decet. Nunc vero exſul 17
pa-

elegantiſſime Fabric. 2. & Guelf. 5. *morte graviori vitam exigunt*, id vero nimis Poeticum, ne Salluſtianum. Recte habet vulgata. Livius XXIV. c. XXXIII. *qui metu oppreſſi*, foediorem *non exſilio ſolum, ſed etiam* morte *ſervitutem patiuntur*. Auct. B. Alexandr. c. XLI. *ſupplicia conſtituit in eis ea, quae* morte *eſſent* miſeriora. Silius II. v. 522. *Vel* leto graviora *pati*. Porro Struv. Incert. 1. & Guelf. 7. *vitam agunt*: atque ſic legit Jo. Garzon, qui totam hanc περιοχὴν, ut multa alia, aemulatur Libr. 1. de Bellis Friderici Admorſi c. V. §. 10. Sed exigere idem, quod *degere*, decurrere. infra *cap.* LXXXV. extr. *ut boni honeſtique vitam* exigerent. Terent. Heaut. A. II. Sc. III. v. 39. *Quo ſtudio* vitam *ſuam te abſente* exegerit. Plaut. Milit. A. IV. Sc. II. v. 48. *Tecum* aetatem exigere *ut liceat*, Sc. VI. v. 60. *Tecum vivere volt atque* aetatem exigere. Trinum. Prolog. v. 15. *dedi meam gnatam, quicum* aetatem exigeret. Seneca Epiſt. CXXII. *licet in vino unguentoque* tenebras *ſuas* exigant, *licet epulis totum perverſae vigiliae tempus* educant. Hippolyt. v. 90. Degere aetatem *in malis Lachrimiſque cogis*. Paullinus Euchariſt. v. 491. *Perpetuum* exilium *diverſa ſorte dierum* Exigo. atque ſic etiam Vitruvius II. c. 1. princ.

16. Ex NECESSARIIS ADVORSA FACTA. Exquiſitum genus oppoſitionis. *Neceſſaria* autem, ex Galli Aelii apud Feſtum ſententia, eſſent, quae nobis neceſſario debentur praeter ceteros & quibus ob id maxime confidere poſſumus. *Adverſa* contra fiduciam tollunt atque a nobis aliena ſunt, & praeterea nocent. Et neutro Genere maluit, quam *ex neceſſariis adverſi* dicere, ut latius pateret Oratio. ſic Seneca Epiſt. CII. item Vellej. II. *cap.* XLV. *quid enim inter tam diſſimiles* amicum *eſſe poterat*. adde ſupra *cap.* XIII. num. 6. Remenſ. 1. *ex neceſſitate* Struv. *incolumnia*; Guelf. 6. & Fabr. 1. *incolomia*; Heuſſ. *incolonia*. Gloſſa Fabr. 1. *quos neceſſe fuit vetulos mori*, exponit *neceſſarios*.

Si QUID EX IMP. MALI ACCIDISSET. Heuſſ. *ſi quid improviſo mali acc.* Guelf. 3. *cecidiſſet*; 6. *accediſſet*. ſed Eccard. omittit *mali*. vere, ut opinor. Sic Cat. c. LI. n. 22. *Illis merito accidit*, quidquid *evenerit*. & ſic in formula: *Si* quid *accidat Romanis*. item Demoſthen. de Corona p. 344. ἄν τι γίγνηται. atque ſic Idem Exord. XVIII. & aliis locis. Niſi credas librarium per negligentiam vocabulum omiſiſſe, quod *quid mali* interpoſitis voculis aliis eſſet diſſolutum. ſed ſic Cat. c. XXIX. nu. 1. *ne* quid *reſp.* detrimenti *caperet*.

QUIBUS PRO MAGNITUDINE IMPERII. Heuſſian. *quib. ex magn. imp.* Utraque certe Praepoſitio cauſſam notat, ſed hoc loco elegantius *pro* h. e. reſpectu, ſive propter magnitudinem. vide ad Cat. c. LI. num. 8. Apulej. Apol. p. 317. *niſi forte Aemilianus* pro *ſua ſeveritate exemplum dedit, & ipſis maleficiis infenſus accuſationem iſtam* pro morum integritate *ſuſcepit*. Noſter ſupra c. IX. nu. 2. *tibi quidem* pro *amicitia noſtra gratulor*. vide Muncker. ad Fulgent. Mytholog. III. c. VII. *magnitudo* eadem, quae n. 7. *majeſtas: tamen* erat majeſtatis *populi R. prohibere injuriam*. Liv. XXII. c. XXXVII. *quamquam probe ſciat* magnitudinem *populi R. admirabiliorem prope adverſis rebus, quam ſecundis eſſe.* Noſter ſupra c. V. n. 4. *poſt* magnitudinem *nominis R.* Cat. c. XXXI. nu. 7. *quibus in reip.* magnitudine *timor belli inſolitus*. Rurſus Livius XXXVII. *cap.* LV. pro *Apta* magnitudini Romanae *oratio viſa*. Noſter infra c. XXVI. nu. 1. *confiſi, propter* magnitudinem populi R. *inviolatos ſeſe fore*. Notat itaque non modo *potentiam*, ſed & *excellentiam* imperii, quod omnia alia ſuperet. Polybius in formula foederis recte τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων vocat.

JUS ET INJURIAS OMNES. *Jus*, ut ſuum cuique conſtet: *injuriae* ut defendantur & vindicentur, nu. 19. Sic infra c. XXXIII. nu. 2. *cujus impudentia contra* jus & injurias *omnes munitus foret*. Sic *honeſta atque inhoneſta* vendere. vide Cat. c. XXX. nu. 4. notata. *omnes* non legitur in Guelf. 3. propter vocabulum *jus*; *jus omniſque injurias*; 10. *vis & injurias omne*. Ceterum ex hoc loco peſſime aliquis extundere voluit *decet* cum tertio Caſu conſtrui; cum potius praeciſe poſitum ſit, & *quibus curae eſſe* jungantur.

17. EXSUL PATRIA, DOMO. Vide ſupra ad num. 11.

SOLUS. Sic omnes Codd. i. e. deſertus ab omnibus & ſolus relictus, quod ipſum queritur etiam Rex David Pſal. XXV. c. 16. Sic infra *cap.* CIII. n. 1. *loca ſola*. III. Hiſt. Or. Macri n. 3. *ſolus, impotens*. Livius XL. *cap.* XII. *Circumventum*, ſolum, inopem, *invidia gratiae externae one-*

patria, domo, ſolus & omnium honeſtarum rerum egens, quo accedam, aut quos adpellem? nationeſne, an reges, qui omnes familiae noſtrae ob veſtram amicitiam infeſti ſunt? an quoquam adire licet, ubi non majorum meorum hoſtilia monumenta plurima? aut quiſquam noſtri miſere-
XVII. 18 *ri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit? Poſtremo Maſiniſſa nos ita inſti-*

onerat. Auſon. Epigr. XLIII. *Quid tibi divitiae Nunc proſunt, regum rex o ditiſſime? cum ſis Sicut ego* ſolus, *me quoque pauperior*. Seneca Med. *v.* 119. *erepto patre, Patria atque regno. ſedibus* ſolam *exteris Deſerere*. *v.* 208. *Quamvis enim ſim clade miſeranda obruta, Expulſa, ſupplex*, ſola, *deſerta, undique Adflicta*. Excerpt. III. Controv. III. extr. *Quid facerem* ſolus, *ſenex, inops, cujus patrimonium alter diviſerat, alter abſumſerat?* Hieronymus: *Vende omnia, & nudam* ſolam*que crucem nuda ſequaris &* ſola.

OMNIUM HON. RER. EGENS. Guelf. 6. *omnia honeſtarum rerum egens*. Cic. VI. epiſt. XXIII. nu. 1. *quia, quid tibi pollicerer ipſe* egens rebus omnibus, *non reperiebam*. Caeſar III. Civ. *c.* XXXII. *dictitabant enim, ſe domo patriaque expulſos*, omnibus neceſſariis egere rebus, *ut honeſta praeſcriptione rem turpiſſimam tegerent*. Guarricus Abb. Igniac. Serm. II. de Reſurr. *Sufficit bona voluntas, qua plerumque ſunt ditiores; qui* rebus *ſunt* pauperiores. Apulej. VIII. Met. p. 201. *juvenis natalibus praenobilis, equo clarus, &* pecuniae *ſimul ſatis* locuples. Herodotus I. *cap.* XXXV. *ἐξεληλαμένος τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ ἐστερημένος* ΠΑΝΤΩΝ. adde Cat. *c.* VII. nu. 6.

QUO ACCEDAM. Sic iterum omnes MSS. & tamen viſitur in quatuor novitiis edd. *quos accedam*. Jacobus a Cruce, Bononienſis vulgo dictus, maluit ex Donato: *quo accidam*; & Carrio *quos accidam*, quos recte Rivius, Ciacconius, Gruterus deſeruerunt. n. 15. quo *potiſſimum infelix* accedam? mox: *an* quoquam *mihi* adire *licet*. Dinarchus contra Dem. pag. 93. *ποῦ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος, ἢ τίσι προστάξας ζητεῖν περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων*. propterea fere in eam ſententiam prolabi poſſes, haec eſſe inducenda. Ipſo tamen dolori Adherbalis hanc geminationem permittendam cenſeo.

AUT QUOS ADPELLEM? Fabric. 2. & Guelf. 5. *aut quem adpellem?* Noſtrates ſimiliter *anſprechen*. Cic. pro Flacco *c.* II. *quem* adpellem, *quem obteſter, quem implorem?* atque ſic pro Quinct. *cap.* XXX. extr. Poſteriori aetate etiam *ad* Praepoſitionem adjiciunt; *adpellare ad Imperatorem*, leg. 21. D. de adpell. Prudent. Paſſ. Roman. *v.* 818. Adpello *ab iſta, perfide*, ad Chriſtum *meum Crudelitate*. Sed Latinum eſſe, dudum negarunt Stracha de Adjecto pag. 561. & 562. ac Jo. Petr. Titius Manud. ad Excerp. pag. 176. & 177. Ceterum nihil geminum magis huic loco habes, quam Catull. Carm. LXIII. *v.* 177. *Nam quo me referam, quali ſpe perdita nitar? Iſthmon, eoſne petam montes — An patris auxilium ſperem?* & quae ſequuntur.

NATIONESNE AN REGES. *Ne* omittunt Guelf. 9. 10. 11. pro quo Heuſſ. *nationeſve*. Fabric. 1. Struv. Guelf. 6. & Vinar. 2. *nationeſne aut reges*. idem infra aliquoties adnotandum veniet.

OB VESTRAM AMICITIAM. Quae familiae noſtrae vobiſcum intercedit. vide Perizon. ad Sanct. II. Min. *cap.* XIII. Supra n. 12. *qui* veſtram amicitiam *colerent*. Aeſchines contra Cteſiph. p. 294. *οὐδεὶς πώποτε αὐτοὺς ἐδυνήθη προτέψασθαι εἰς τὴν* ΥΜΕΤΕΡΑΝ *φιλίαν*.

AN QUOQUAM ADIRE LICET. Remenſ. 1. & a manu ſec. Guelf. 2. *aut quoquam*; Fabric. 2. & Guelf. 5. *an quonam*; Guelf. 10. *an quo mihi ad. mihi* ſaepe & varie locum mutat. ego delevi praeeunte Guelf. 11. adde nu. 19.

HOSTILIA MONUMENTA PLURIMA SINT. Fabric. 1. *hoſtilia plurima ſunt*, ſine voce *monumenta*, quam tamen neceſſariam eſſe video. Cicero pro Balbo *cap.* V. *Quae eſt enim ora, quae ſedes, qui locus, in quo non exſtent hujus cum fortitudinis, tum vero humanitatis, tum animi, tum conſilii* expreſſa veſtigia. Guelf. 5. & Incert. 1. *ſunt*. ſed Heuſſian. & Senat. 2. abjiciunt eam adpendicem librariorum.

AUT QUISQUAM NOSTRI MISER. POT. *Aut*, non *an*, habent Fabriciani, Baſil. 1. (qui primitus *at* habuit) Academ. Incert. 2. Struv. Vinar. 2. Franc. Senatorii & pars melior Guelferbytanorum. idque ſonantius videtur Grutero. Eccard. *quiſque*; Guelf. 6. delet *noſtri*, quod tamen recte doctiſſ. Perizonius ad II. Min. *cap.* XIII. capite de familia Adherbalis. Struv. & Franc. *nobis hoſtis fuit*; Vinar. 2. *nobis hoſtis fuerit*.

18. ABUNDE MAGNA PRAESIDIA. Ita Codd. & ſic Cat. *c.* XXI. nu. 1. *quibus* male abunde omnia *erant*. ubi vide. Quinctil. XII. *c.* XI. *Quae ſi omnia ſtudiis impenderentur, jam nobis longa aetas, &* abunde ſatis *ad diſcendum* ſpatia *viderentur*.

Tres

inſtituit, Patres conſcripti, ne quem coleremus, niſi populum Romanum,
ne ſocietates, ne foedera nova acciperemus: abunde magna praeſidia no-
bis in veſtra amicitia fore: ſi huic imperio fortuna mutaretur, una no-
bis occidendum eſſe. Virtute ac dis volentibus magni eſtis & opulenti; 19
omnia ſecunda & obedientia ſunt: quo facilius ſociorum injurias curare
licet. Tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Jugurthae, parum 20
cognita, transvorſos agat: quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fa-
tigare vos ſingulos, ne quid de abſente, incognita cauſſa, ſtatuatis: finge-
re me verba, fugam ſimulare, cui licuerit in regno manere. Quod uti- 21
nam

Tres libri ſupra habent *ſocietatem*, quod probo; & mox Eccardiano deeſt *in*, quod mihi non aeque placet. Uratisl. I. *nos is ita inſtituit*.

UNA OCC. NOBIS ESSE. Guelf. 5. *eſſet*; 10. & Uratisl. I. *fore*. Waſſius unum memorat, a quo plane abſit. & ſic *eſſe* omittitur Cat. *c.* XL. n. 4. XLVII. n. 2. Jug. *c.* LIV. n. I. & CII. n. II.

19. VIRTUTE AC DIIS VOLENTIBUS. *Dis* ſcribitur in Fabric. 2. Guelf. I. 3. 5. & 6. Deorum favor & hominum virtus maximis quibuſque rebus cauſſa, eaque jungit Noſter IV. Hiſt. Orat. Cottae n. I. Saepe Plautus, ut Aulul. A. II. Sc. I. *v.* 44. *Ego virtute* deum, *&* majorum *noſtrorum dives ſum ſatis*. & ſic Capt. A. II. Sc. II. *v.* 74. Id. Trinum. A. II. Sc. II. *v.* 65. *Edepol* deum virtute *dicam, pater, &* majorum, *&* tua *Multa bona bene parta habemus.* Livius XXIV. *c.* XXXVIII. *Eam vos fraudem*, Deum *primo* benignitate, *dein* veſtra *ipſi* virtute *dies noctesque perſtando ac pervigilando in armis, vitaſtis. Volentibus*, eſt propitiis atque faventibus. Livius XXXIX. *c.* XVI. *Omnia diis propitiis* volentibus*que ea faciemus*.

OMNIA SECUNDA ET OBEDIENTIA SUNT. Remenſ. I. Acad. & Uratisl. 2. *& obedientia vobis ſunt*. poſtrema vox deficit Guelf. II. Livius *c.* XLI. *nunc eosdem, quia illic omnia* ſecunda *laetaque ſunt, animis deficere. Obedientia* Gloſſae MSS. reddunt *ſubdita*: non male. Hoc alibi dixerat: *quibus ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis patebant*, Catil. *cap.* XXXVI. num. 4. adeoque *facili* negotio Romani, quorum imperio & viribus *nemo reſiſtere poterat*, ſociis auxilia ferere poterant. Curt. VII. *cap.* IV. num. 20. *obedienter imperata fecerant*.

INJURIAS CURARE LICET. Fabric. I. *quo ſociorum injurias facilius curare licet*. Guelf. 10. a manu ſecunda, *tutare licet*, quod & Urſinus in ſuo libro & Waſſius in Pembrochienſi legerunt. Sed *curare* non debet ſollicitari, quod integrum eſſet *curare, ut vindicentur injuriae & propulſentur*. num. 16. *quibus jus &* injurias *omnes* curae eſſe *decet*. Contra *negligere injurias* Caeſar I. Gall. *c.* XXXV. *quoniam ſenatus cenſuiſſet, uti Aeduos ceterosque populi R. amicos defenderet, ſe Aeduorum* injurias non neglecturum. Sic *curare frumentum, pecuniam* nota ſunt. Non autem ſufficit Waſſii interpretatio: curare injuriam *idem eſt ac moerore adfici ob injuriam, ſive illam non aequis oculis adſpicere*. haec ille. quod quomodo probet, ipſe viderit. adde n. 21.

20. PRIV. AMICITIA JUGURTHAE, P. COGNITA. Planius fuerit, inquit Gruterus, *parum cogniti*. Sed rectius exponit Gronovius, & omnes Codd. editam amplectuntur. adde *cap.* XV. num. 5.

TRANSVORSOS AGAT. In pravum abſtrahat a via juſtitiae. Supra *c.* VI. num. 3. *quae etiam mediocris viros ſpe praedae* transvorſos agit. ubi vide.

MAXUMA OPE NITI. Remenſ. 2. *magna ope*; I. & Incert. I. *ſumma ope*. atque ſic ed. Gryphiana, Venetae & Bodlej. probatque Popma. Certum id, alibi ſolere ita Criſpum. vide ad Catil. *c.* XXXVIII. n. 2. Sed cur alteram lectionem repudiemus, nihil eſt, quod urgeat. Recte enim & *ſumma & maxima ope* dicitur.

FATIGARE. Infra *c.* LXVI. n. 2. *fatigati regis ſuppliciis*. adde *c.* CXXIII. n. 2.

FINGERE ME VERBA. Struv. Guelf. 10. Franc. addunt *dicunt*. ſed Eccard. omittit *me*. fortaſſis eleganter. vide ad Cat. *c.* LII. n. 16. Certe adprobabis Fabr. 2. & Uratisl. I. qui ſine copula: *fingere me verba, fugam ſimulare*.

21. QUOD UTINAM ILLUM. *Illum* non viſitur in Guelf. 6. qui etiam pro *Quod*, praetulit *qui*. Ceteri omnes *Quod*: atque hoc loco non quidem *quod illum* pro *quem* ponitur, uti apud Plaut. Perſ. Act. II. Sc. III. *verſ.* 5. *quod eam* pro *quam*. Sed integra dictio foret: *Quod utinam* videam, neque *illum eadem haec ſimulantem*. Sic alibi *id, illud, hoc* tamquam ſuperflua ponuntur. item *Quod*, in *Quod ni*,

Fff *Quod*

nam illum, cujus impio facinore in has miſerias projectus ſum, eadem haec ſimulantem videam: & aliquando aut apud vos, aut apud deos immortalis rerum humanarum cura oriatur: ne ille, qui nunc ſceleribus ſuis ferox atque praeclarus eſt, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem noſtrum, fratris mei necis, mearumque miſeriarum gravis poenas
22 *reddet. Jam jam frater, animo meo cariſſume, quamquam immaturo,*

Quod ſi. vide ad Cat. *c.* XVII. n. 8. adde *cap.* XLVIII. num. 7. & infra *c.* LXXXV. num. 5. Apulej. Florid. pag. 359. Quod utinam *mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio ſuppeteret*. Symmach. I. epiſt. II. Quod utinam *ſenſus aliquis eorum ſuperſit!* adde Giſan. ad Lucret. p. 411. Mariangelum Auctar. Epiſt. VI. p. 53. 54. Sic I. Hiſt. Orat. Philippi: Quod *ego vos oro atque obſecro*. mox *impio* non legebatur in Franciano. Miror non tam Donatum & Servium ac alios recentiores, qui illud *Quod* per *propter quod* interpretantur; quam Manutium Aldum, qui ad Caeſar. II. Civ. *c.* XVI. princ. adverſativam vim τῷ *Quod* in hujuſmodi poſitu adtribuit, quam unde accipiat, fateor me ignorare. Sed & Muncker. ad Fulgent. I. Praefat. p. 14. ineptire maluit, quam ſimpliciſſimum ſenſum ſequi.

EADEM HAEC SIMULANTEM. Optimus Gronovius ad Liv. XXVII. *c.* VII. legendum exiſtimat: *eadem* ſic *ſimulantem;* ſed plane praeter rei neceſſitatem & contra omnes libros. Noſter Cat. *c.* XXXI. n. 4. *At Catilinae crudelis animus* eadem illa *movebat*. *c.* LI. num. 7. hoc idem *providendum eſt*, *P. C.* adde *c.* LVIII. n. 10. III. Hiſt. Orat. Macri n. 26. *Atque* haec eadem *non ſunt agreſtibus*. Livius III. *c.* XIV. *nihil* eisdem illis *placidius aut quietius erat*. Id. XL. *c.* XII. *Periculo ſuo te exterret*, *ut innoxio fratri per* eamdem te *maturet perniciem*. Cic. VII. epiſt. XVII. n. 10. hoc, *quemadmodum vos ſcribere in veſtris libris ſoletis*, idem *Q. Cornelio videbatur.* cum ibi adnotatis. Apulej. de Habit. Doctr. Plat. pag. 25. *ut* haec eadem *virtute fiant meliora.* atque ita ille paſſim. Vopiſcus Aurel. *c.* XIII. *Et quoniam a Maeotide multi barbari eruperant*, hos eosdem *conſilio*, *ut eodem redirent*, *compulit*. Capitolin. Albino *cap.* X. *Eſt & alia epiſtola*, *qua idem de* hoc eodem *ſcripſit*. Hieronym. Quaeſt. I. ad Hedibiam. Hoc idem *& in Evangelio legis doctor interrogat*. Sic MS. ille pervetuſtus Quedlinburgenſis. vulgo: *Hoc idem in Ev.*

RERUM HUMANARUM CURA ORIATUR. Id nimirum genus hominum rebus ex voto fluentibus libenter credebat Deos rerum humanarum curam gerere; ſed ut cujusque calamitas maxima erat, ita minimum de illorum cura ſentiebant. vide Liv. III. *cap.* LVI. Zoſim. I. *c.* I. Minuc. Fel. *cap.* V. & XVII. & praeterea Barthium ad Claudian. I. Ruffin. princ. ad Stat. I. Silv. IV. & Theb. I. *v.* 79. Boeclerum Not. Pol. ad Tacit. p. 499.

NAE ILLE ---- GR. POENAS REDDAT. Sic Gruterus ex membranis Nazarianis: cum vulgo *ut ille* legerent, quod & noſtros Codd. occupavit. Sed Guelferb. 6. *at ille* & *ut ille* ſimul repraeſentat; Senat. autem 2. & Heuſſian. *ut ne ille*, ut nempe utramque lectionem exprimerent. recte *nae* revocatur, idque vel geminus locus infra *cap.* CII. num. 8. ubi *profecto* ejus loco poſuit, evincat. Sed quid illud *reddat?* *reddet* omnino legendum, & alterum librarii nobis dederunt tum propter *ut*, tum propter *ne*, quod veteres ſimplici vocali *e*, non per *ae* ſcripſerunt. diximus ad Catilin. *cap.* LII. num. 27. ne *iſta vobis manſuetudo in miſeriam* vertet. ubi ſimiliter in libris eſt *convertatur*, *vertatur*, aut *vertat*.

FRATRIS MEI NECIS. Fabric. I. Guelf. 2. & II. *fratriſque mei:* eodem modo, ſed abjecta ſimul voce *mei*, Guelf. 9. at 2. omittit vocabulum *necis*. Lego itaque: *fratriſque mearumque miſeriarum*. Mox *gravis* ſcribit Senat. I. id vero plane non legitur in Guelf. II. ſicuti in 6. non viſitur *poenas*.

22. JAM JAM FRATER ANIMO MEO CAR. Fabriciani, Struvian. & Guelf. 5. non geminant particulam habentque: *Jam frater* &c. Sed geminat Virgilius & Apulejus, qui noſtrum preſſe ſequitur Metam. I. Jam jam *grabatule animo meo cariſſime* adde Paſſerat. Cic. pro Quinctil. *c.* I. *cariſſime* non invenio in Guelf. 10. nec II. mallem id accidiſſet τῷ *meo*. Sed Capitolin. in Clod. Albino *cap.* VII. *Te quaeſo*, *ut eo animo remp. regas*, *quo dilectus es frater* animi mei, *frater imperii.* vide & ad Catil. *cap.* LII. n. 8. & Schulting. ad Senec. II. Controv. XI. pag. 154. Sic Homerus Iliad. *ι.* ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ: quem adduxit F. Urſinus ad Virgil. XII. Aeneid. *animo gratiſſima noſtro*.

QUAMQUAM TIBI IMMATURO. Academ. ſegni-

turo, & unde minume decuit, vita erepta eſt: tamen laetandum magis, quam dolendum puto caſum tuum. non enim regnum, ſed fugam, exſi- 23
lium, egeſtatem & omnis has, quae me premunt, aerumnas cum anima ſimul amiſiſti. At ego infelix, in tanta mala praecipitatus ex patrio regno, rerum humanarum ſpectaculum praebeo: incertus quid agam,

tuasne

gniter *immature;* Struv. *immaturo tibi.* ſed in Uratisl. 2. *tibi* non legitur. & quando alia nomina adſunt, quibus Subjectum, quod ajunt, deſcribitur, eleganter certe, & recte ſimul Pronomen omittitur, ut Cat. *c.* XLVIII. n. 2. & I. Hiſt. Or. Lepidi n. 1. *quo* (vobis) captivis *libertatis curam miſeria eximat.* adde ſupra h. *c.* n. 2. & infra *c.* XXIV. n. 3.

ET UNDE MINUME DECUIT. *Et unde* non viſitur in Guelf. 6. & in Struv. inter verſus jacet. Bonis librariis duriuſculum viſum eſt *unde* de perſona dictum, pro *a quo.* Sed Livius I. *c.* XLIX. *perque eam cauſſam occidere, in exſilium agere, bonis multare poterat: non* ſuſpectos *modo, aut* inviſos, *ſed* unde *nihil aliud, quam praedam ſperare poſſet.* Plautus Menaechm. Act. V. Sc. II. *v.* 32. MV. *ludibrio pater Habeor.* SE. unde? MV. ab illo, *cui me mandaviſti, meo viro.* Virg. VIII. Aen. *v.* 71. *genus amnibus* unde *eſt.* ibi Servius: *Cum* unde *hodie ad locum referamus, veteres etiam perſonis adplicabant, ita ut ad omne genus, & ad omnem numerum referrent.* Hyginus Fab. CXII. *Ajax Hectori donavit balteum,* unde *eſt tractus.* ibi vide Munckerum. item Stewech. ad Apulej. IV. Florid. p. 400. Gronov. ad Plaut. Trucul. A. I. Sc. I. *v.* 42. Sic *ubi,* pro *apud illos* Cat. *c.* XX. n. 8. & infra *c.* CXII. n. 3. *ibi,* pro *in eo colloquio,* alia alibi.

LAETANDUM -- PUTO CASUM T. Sic Catil. *c.* LI. num. 29. Ea *populus* laetari. ubi vide. Guelf. 9. *laetandum magis puto, quam caſum tuum dolendum.*

23. NON ENIM REGNUM, SED OMNES. h. e. *non tam* regnum, quam aerumnas amiſiſti, ut recte interpretatur Parkeſius: & mera ejuſmodi interpretatio eſt, quod legimus in Vinar. & Uratisl. ſecundis: *non enim modo regnum;* item in Fabric. 2. & Guelf. 5. *non enim ſolum regnum.* Ita nempe ſolent alterum membrum tanto magis adfirmare: quae adfinis eſt obſervationi noſtrae ad Cat. *c.* XIV. extr. Sic infra ex fido Codice reſtitui *c.* C. num. 4. *vigilias ipſe circuire,* non *diffidentia futuri, quae imperaviſſet,* quam *ut militibus labor volentibus eſſet.* atque ita legendum apud Juſtin. XI. *c.* VII. num. 4. *cujus urbis potiundae* non *propter praedam cupido eum cepit,* ſed *quod audierat* &c. Notavimus alia ad Cicer. VI. epiſt. VII. n. 17. *Unum tibi ſi perſuaſeris,* non *hoc eſſe tui muneris, ſi quid rogatus fueris, ut facias,* ſed *totum tuum eſſe onus.* Lentulus XII. epiſt. XIV. num. 19. *Ego me de rep. puto eſſe meritum, ut* non *provinciae iſtius beneficium exſpectare debeam,* ſed *tantum, quantum Caſſius & Brutus.* Florus II. *c.* II. num. 20. Nec *cum hominibus,* ſed *cum monſtris* quoque *dimicatum eſt.* ubi vide Duckerum. adde infra *c.* LXXXV. num. 49. D. Joannes Ev. *c.* XII. com. 44. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ΟΥ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ΑΛΛ' εἰς τὸν πέμψαντά με.

PRAECIPITATUS EX PATRIO REGNO. Sic MSS. noſtri & edd. vett. nuperas quaſdam edd. occupavit: *praecipitatus,* pulſus *ex patrio regno;* etiamſi Gruterus ejecerit ſpuriam illam dictionem. Si dediſſet: *ex patrio regno praecipitatus in tanta mala* haud facile quidquam novatum foret. Sed alterum exigebat numerus & mos Latinorum, de quo ad Cat. *c.* XXXVI. num. 4. *Cui cum* ad *occaſum* ab *ortu ſolis omnia domita armis paterent.* ita & infra *c.* LXII. num. 9. *quam gravis caſus* in *ſervitium* ex *regno foret.* Praeterea Guelf. 11. habet *praecipitans,* & ſic apud Virgilium *praecipitat* pro *praecipitatur,* ſimilia infra ad *c.* XXXVIII. extr. & *cap.* LXXXV. n. 9. Livius V. *c.* XVIII. *Tribuni militum, dum bellum majore animo gerunt, quam conſilio,* praecipitavere *in inſidias.* cum nota Sigonii. Rurſus Virgil. VI. Aen. *v.* 351. *Gubernaculum* praecipitans *traxi mecum.* eoque nomine laudat Chariſius III. pag. 233. praecipitans *traxit omnia.* Tacit. XIII. Ann. *cap.* XLVI. *acri jam principis amore, ad ſuperbiam* vertens. Plaut. Trin. Act. II. Sc. II. *v.* 30. *Nam qui in amorem* praecipitavit *pejus perit, quam ſi ſaxo ſaliat.*

RERUM HUMANARUM SPECTACULUM PRAEB. *rerum humanarum* ea natura eſt, ut ſemper fluxae ac mobiles in adverſa mutentur. ſic deſcripſit Noſter infra *c.* CIV. n. 2. adde *cap.* XXXVIII. num. 9. ubi plura. Aemulatur Dictys III. *c.* XXI. *Me quoque, ſi videtur, exhibeo poenae mortis, cui miſero confectoque moeroribus, omnes* aerumnas, *quibus nunc depreſſus infeliciſſimum* ſpectaculum *mortalibus* praebeo, cum *hoc exiguo* ſpiritu ſimul *aufers.* Comparat Pareus illud D. Pauli I. ad Corinth. *cap.* IV. comment. 9. θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, Sulpic.

Sev.

tuaſne injurias perſequar, ipſe auxilii egens; an regno conſulam, cujus
24 *vitae necisque poteſtas ex opibus alienis pendet. Utinam emori fortu-*
nis meis boneſtus exitus eſſet, neu vivere contemtus viderer, ſi defeſſus
malis injuriae conceſſiſſem. Nunc neque vivere lubet, neque mori licet
ſine

Sev. II. c. XI. *quae jam per annos fere ducentos & quinquaginta ſolo ſtrata, malorum teſtimonium*, ſpectaculum *inimicis praeberet*. adde Burmann. ad Quinctil. Declam. VI. c. XVI.

TUASNE INJURIAS PERSEQUAR. *Perſequi injurias* illuſtravimus ad Catil. c. IX. extr. & eadam notione *perſequi quid* dixerat Eod. c. LII. num. 4. eadem fere adnotavit Muncker. ad Hygin. Fab. LVIII. quaedam alia Brockhuſ. ad Tibull. I. eleg. IX. v. 28. Caeſar VII. Gall. c. XXXVIII. extr. *hortatur, ut ſimili ratione atque ipſe fecerit*, ſuas *injurias* perſequantur. ubi Daviſius: *ſuas* i. ſibi illatas. injurias enim dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt, ut notavit A. Gellius IX. c. XII. Atqui non ab voce *injuriae* iſtud provenit, ſed a Pronomine *meus, tuus, ſuus*, quae utroque verſum ſignificant, & active, & paſſive: ſicuti in Nominibus Caſus ſecundus. vide Cat. c. XXXI. extr. Statim *ipſe* non legitur in Guelf. 12. niſi in margine, & 9. habet *egenus*; Uratisl. 2. *auxiliis*; Franc. *auxilio*.

POTESTAS EX OP. AL. PENDET. Eccard. *pendent*, quod valde adridet. vide ad Cat. cap. X. num. 3. & infra c. LVII. n. 4. Mallem: *cujus vita necisque ex op. al. pendent*. *Necis* pro *Nex*, ut *merces* pro *merx*; *regis* pro *rex*; *nucis* pro *nux*: qualia plura vide apud Burmann. ad Quinctil. Declam. VI. c. XVII. adde ad Cat. c. XXXVI. num. 1. Certe ſi editam praetuleris, *poteſtas* vocem tantum ita additam memento, ut apud Auſonium *jus regni*, pro *regno*, alia apud alios, quae prolata ſunt ſupra ad c. III. num. 1.

24. UTINAM EMORI FORTUNIS M. Uratisl. 1. *mori*, alius quidam *mors*, ab interprete, ut mihi videtur. Nam Verbum, licet eadem notione, gravius quiddam habet. infra c. XXXI. num. 13. *Pars eorum* occidiſſe *tribunos plebis — pro munimento habent*. ubi vide.

NE VIVERE CONTEMTUS VIDERER. Corruptus aliis, aliis obſcurus eſt viſus. Nos ex Commeliniano & Guelf. 4. reſtituimus primum *neu vivere*. h. e. utinam honeſte emori poſſem, *aut* tamen *non* contemtus viverem, ſi Jugurthae injurias inultas patiar. Fruſtra alii *contentus* inferunt: fruſtra etiam Guelf. 12. *viderer* omittit. *Vivere contemtus viderer* eſt *viverem* contemtus omnium judicio: qui ignaviae tribuent, & flagitioſiſſimum mihi exiſtimabunt impune injuriam accepiſſe, c. XXXI. n. 21. Sic Cat. c. LII. n. 3. *illi mihi* diſſeruiſſe videntur. ubi alia adnotavimus. Lamprid. Severo c. LIX. *Ea natio imminebat reip. cervicibus, quae ſemper etiam minuſculis imperatoribus* ſubjecta fuiſſe videbatur. Et ſic apud Graecos νομίζω alias Verbis additur; non ſemper in re dubia, ſed etiam certa, pro judico, ſtatuo. auctor eſt Ulpianus Rhetor ad Demoſthen. Olynth. I. pag. 13. Sed Cicero, more Stoicorum, cum idem dicere debuiſſet, de Verbo *videri*, nugari maluit. vide eum ad Catil. c. XLVIII. num. 6. Idem I. Offic. c. XIV. Videre *etiam licet, pleroſque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quae* proficiſci *ab oſtentatione magis, quam a voluntate*, videantur.

INJURIAE CONCESSISSEM. h. e. ſi feſſus bello ceteriſque aerumnis tandem Jugurthae cedam, eumque Numidiae potiri patiar. Guelf. 6. *ceſſiſſem*. idque perperam. Ovid. I. Faſtor. v. 222. *Priſca moneta victa* concedit *novae*. Porro ſingulari notione tempus Plus quam perfectum ponitur, ut apud Livium XXXIV. c. XI. *querentes, caſtella ſua oppugnari; nec ſpem ullam* eſſe *reſiſtendi, niſi praeſidium Romani* miſiſſent. ubi vide Gronovium. adde Salmaſ. ad Capitol. Marc. c. XXVII. & Muncker. ad Fulgent. Praefat. p. 6. Juſtin. I. c. VI. *praemonitus, ut quem primum poſtera die obvium* habuiſſet, *ſocium coeptis* adſumeret. Sed poſt particulas *Si* & *Niſi* iſtud frequentiſſimum eſt. Hoc vero loco ejus rei ignoratio aliquas obduxit tenebras.

NUNC NEQUE VIVERE LUBET. *Vivere non lubet* in illo contemtu, ſi injuriae concedendum eſt; *mori non licet* per virtutem, in acie aut fortiter dimicans, qui ſolus honeſtus viro ex vita exitus. nam mortem ſibi conſciſcere ignaviae eſt, aut temeritatis. Sic autem & noſtri Codd. omnes, & Gruteriani. Alii infarciunt *quoniam*, quia haec cum proxime ſequentibus jungenda eſſe putarunt. *lubet* non fuit in Remenſ. 1. pro eo Guelf. 5. *licet*, qui infra cum 6. *licet* omiſit, ſimilitudine Verborum decepti. *ſine dedecore* deeſt 7. pro quo 4. *neque mori licet decore*. alterum praefero. Ovid. III. Metamorph. v. 459. *Utinam tormenta virique Moenia diruerent: ferrumque ignisque ſonarent! Eſſemus miſeri ſine crimine: forsque que-*

ſine dedecore. Patres conſcripti, per vos liberos atque parentes, per 25
majeſtatem populi R. ſubvenite miſero mihi: ite obviam injuriae: nolite pati, regnum Numidiae, quod veſtrum eſt, per ſcelus & ſanguinem familiae noſtrae tabeſcere.

CAP. XV.

XIIX.

POſtquam rex finem loquendi fecit, legati Jugurthae largitione 1
magis, quam cauſſa freti, paucis reſpondent: *Hiempſalem ob ſaevitiam ſuam ab Numidis interfectum: Adherbalem ultro bellum inſe-*

querenda, Non celanda foret: lacrymaeque pudore carerent. At nunc a puero cet.

25. Patres conscripti, per vos. Sic diſtinguo ex voluntate MSS. omnium. Vulgo illud *Patres conſcripti* ad ſuperiora trahitur, & Gruterus ſemet ipſe deſerit, quando refingit: *Quare P. C. per vos*, cum illud alterum dolori longe ſit aptiſſimum. Non tamen tam inſubide peccavit, ut correctores aut librarii, qui *oro*, *obteſtor* aut ſimilia intrudunt fulcra τῷ *per vos*, & reliquorum. poſterius ex noſtris habent Incert. 2. Guelf. 11. & Remenſ. 1. prius autem Franc. & Uratiſl. 3. Noſtrates etiam ſine addito Verbo *durch unſerm Herrn* cet. Cic. pro Planc. *c.* ult. *Nolite*, *judices*, per *vos*, per *fortunas*, per *liberos veſtros inimicis meis dare laetitiam*. Sed vide, ut huic loco nova lux adfulſit ex libris noſtris. Uratiſl. 3. *oro vos per liberos veſtros;* Struv. *P. C. per veſtros liberos atque parentes veſtros;* Incert. 1. *P. C. vos per liberos*. Sed caſtiſſime omnium Eccard. cum duobus aliis: *P. C. per vos liberos atque parentes*. ea nempe eſt antiqua formula, quam & Gronovius reſtituit apud Liv. XXIX. *c.* XVIII. quem locum Manutius & Rivius corrupte citarunt: *quibus* per *vos* fidem *veſtram* cet. ubi in priore edit. I. Fr. Gronovius alia adjecit, quae in poſteriore male reſecta eſſe, docet Burmann. ad Petron. Plura Heinſius ad illa Silii I. *v.* 658. Per *vos* culta *diu Rutulae primordia gentis*, *Laurentemque larem & genetricis pignora Trojae Conſervate pios*. ubi vulgo expreſſerant: *Vos per culta*. Nimirum eſt tranſpoſitio Pronominis *vos*, quam & alibi interpretes advertere noluerunt. vide modo Drackenborch. ad eumdem Sil. V. *v.* 82. *Iliacas per* te *flammas Tarpejaque ſaxa*. ubi itidem olim erat: *Iliacas te per flammas*. adde L. Vallam V. Eleg. *c.* XXXI. & Scaliger. ad Virg. Ceir. *v.* 326. Notantur ſimilia ad Curt. V. *c.* VIII. num. 16. ad Plaut. Bacchid. A. IV. Sc. VIII. *v.* 64. ad Tibull. IV. eleg. V. *v.* 7. *per* te *dulciſſima furta Perque tuos oculos*, *per geniumque rogo*. Nec morari debet *vos* primo Caſu hic poſitum, non, ut in plerisque illis exemplis, quarto: cum genuina latinitatis ratio utrumque patiatur: ita nempe, ut *vos ſubvenite* jungatur, ut apud Silium *vos conſervate*. Sed Cl. Burmannus ad Quinctil. Declam. VI. *cap.* VIII. *vos* accuſandi Caſu accipit, ac illum ab omiſſo Verbo *precor* ſuſtentari arbitratur. quod tamen minus probabile videtur. Praeterea *veſtros* fide Uratiſl. 1. & Guelf. 12. expunxi: ſecutus morem Criſpi, qui poſt *mihi*, *tu*, *vos* Poſſeſſiva inde ducta omittere ſolet. vide ſupra *c.* IX. n. 1. & alibi paſſim.

Per majestatem populi R. Senat. 2. *per poteſtatem R. P.* Sed *majeſtatem* dixerat etiam n. 7. & ſic *majeſtatem imperii & populi R.* Lentulus Cic. XII. epiſt. XV. n. 5. vide de majeſtate populi R. & poſtea Auguſtorum differentes viros doctiſſimos Caſaubon. & Salmaſ. ad Trebell. Poll. Gallien. *c.* XIV.

Tabescere. Dignitate ſua privari & paullatim interire. quaſi, ſi Jugurtha teneret, non tam vetus illa Numidarum gloria regnumque, quam Romanorum jus *periiſſet*. Eo nempe ſenſu hoc verbo utuntur Cic. III. ad Attic. ep. XXV. *litterae mihi Roma adlatae ſunt*, *ex quibus perſpicio nobis in hac calamitate* tabeſcendum *eſſe*. Lucretius V. *v.* 679. *Creſcere itemque dies licet & tabeſcere noctes*; *Et minui luces*, *cum noctes augmina ſumant*.

CAP. XV. 1. Ob saevitiam suam ab Numidis. Duas poſtremas voces in margine exhibet Fabric. 2. Reliqui ſervant; iidemque fere *ab*, non *a*. Guelf. 6. primitus ob *ſenitiam*, factum deinde *ſegnitiam*, quae tamen caedem accelerare non potuit. Aliud quid, quam *ſaevitiam* in Commeliniano fuiſſe, teſtatur Gruterus; neſcias *ſeductiam*, an *ſcaevi-*

inferentem, poſtquam ſuperatus ſit, queri, quod injuriam facere nequiviſſet. Jugurtham ab Senatu petere, ne alium putarent, ac Numantiae cognitus eſſet, neu verba inimici ante facta ſua ponerent.
2 Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus ſtatim conſulitur: Fautores legatorum, praeterea magna pars gratia depravati Adherbalis dicta contemnere, Jugurthae virtutem extollere laudibus; gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno ſcelere & flagitio,
3 ſua quaſi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, quibus bonum & aequum divitiis carius, ſubveniundum Adherbali & Hiempſalis mor-

vitiam. Dein Remenſ. 1. & Uratiſl. 1. *Adherbalem vero;* Guelf. 5. *at Adherbalem.* ab Gloſſargis. ut & illud Guelf. 5. *bellum Numidis inferentem.* immo Jugurthae. quem Caſum eleganter reticet. vide ad Cat. c. LVIII. n. 1. Guelf. 10. *poſtquam eſt ſuperatus.* Franc. Senat. 2. & Heuſſ. *conqueri.*

QUOD INJURIAM FACERE NEQUISSET. *Nequiviſſet* reſcripſi ex Baſil. 1. Fabric. 1. & melioribus omnibus. atque ſic Cat. c. LIII. n. 3. & c. XXII. n. 2. Aemulatur Gunther. VI. v. 439. *illum (cum poſſet tutus manſiſſe) coactam Sponte ſua ſimulaſſe fugam, cauſſamque doloris Eſſe, quod inceptos nequeat patrare furores.*

NE SE ALIUM PUTARENT. *Putarent* eſt in membranis etiam noſtris, cum nuperae quaedam edd. habeant *putaret.* vide infra c. XXVIII. num. 2. MS. Cantabrig. omittit *ſe*, quod perplacet. dixi de hoc dicendi modo ad Catil. c. XLVIII. n. 4.

AC NUMANTIAE COGNITUS ESSET. *Quam*, pro *ac* habent Incert. 2. & Guelf. 11. Sed Eccardianus: *ne ſe alium putarent ac Numantiae, neu verba cognitus eſſet inimici*, cet. ut ſuſpecta reddantur illa *cognitus eſſet*, quae certe ſalvo ſenſu abeſſe poſſunt. *Numantiae* eſt pro *ad Numantiam.* Sic MS. Heinſii apud Jul. Obſeq. c. LXXXV. Numantiae *res male geſtae.* Vulgo: *in Numantia*, quod itidem pro *circa Numantiam* recte dici, docuit Perizonius ab Cl. Oudendorpio ibi adſcriptus.

ANTE FACTA SUA PONERENT. Quindecim ſcripti: *ante ſua facta.* Fabric. 1. a manu ſecunda, Vinar. 2. Uratiſl. 2. Guelf. 9. *ne verba*, pro *neu.* Sed Struvian. ineptiſſime: *factis ſuis ante ponerent.* Tu vide, quae diximus ad ea Cat. c. LIII. n. 3. *gloria belli Gallos* ante *Romanos* fuiſſe.

2. CURIA EGREDIUNTUR. Franc. *ex curia*; Fabric. 2. *curia digrediuntur.* Senat. 1. *curia egridiuntur*, peculiari modo. De eo, quod dixit, *ſenatus conſulitur*, vide ad Cat. c. XLVIII. n. 6. Acad. *ſſactores*, pro *fautores.*

MAGNA PARS GRATIA DEPRAVATA. Recte Gruterus ejecit vocem *ſenatus*, quae in noſtris, qui habent, incerto loco ponitur. nempe Fabric. 1. Struv. Franc. *magna pars ſenatus:* reliqui *ſenatus magna pars.* Sed & Rem. 1. & ex Guelferbyt. duo eamdem omittunt. *depravata* ad hunc diem ediderunt; ſed Fabric. 2. *depravati*, quod probabit, qui legerit collata ad c. LVIII. n. 2. *fugere alii, alii arma capere: magna* pars vulnerati, *aut* occiſi. Guelf. 6. *praeparata*, & pro var. lect. *privata.* prius ab interprete accepit. *Depravati* eſt corrupti, in pravum abſtracti, c. XXIX. n. 2. Sulpic. Sever. II. Hiſt. c. V. depravatis *adulatione omnium animis.* item c. XXXVII. *Ceterum antea innocens, poſtea* depravatus.

ADHERBALIS DICTA. Guelf. 6. *Adherbale dicta*, uti apud Suetonium *conſule legatus*, pro *a conſule.* nihil tamen muto.

EXTOLLERE LAUDIBUS. Hanc poſituram reſtituit Gruterus ex MSS. quibus & noſtri, praeter Fabric. 1. & paucos alios, ubi lego *laudibus extollere*, adſentiuntur. Sed ex iis plurimi ita diſtinguunt: *Jugurthae virtutem extollere: laudibus, gratia* cet.

SUA QUASI PRO GLORIA NITEBANTUR. Guelf. 11. corrigit *niti*, propter *contemnere, extollere.* Sed vide infra c. XVIII. n. 12. *pro* non viſitur in Guelf. 4. ſicuti in Heuſſ. Senat. 2. Incert. 2. non eſt *ſua:* quae tamen Criſpus ſcripſerat. Acad. *ſua quaſi pro gloria quiſque nitebantur:* qui forte in exemplari ſuo invenerat: *ſua quiſque pro gloria nitebantur.*

3. BONUM ET AEQUUM DIVIT. CARIUS. Sulpic. Sev. II. Hiſt. c. XXXVII. *pauci, quibus veritas cara, & fides potior erat. bonum & aequum* jungit Terent. Heaut. A. IV. Sc. I. v. 29. *Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum & aequom ſciunt.* adde Adelph. ſub fin. Flor. III. c. XIV. num. 3. *ſive aequo & bono ductus.*

ET H. M. SEVERE VINDICANDAM CENSEBANT. Illud & non comparet in Guelf. 11. cujus lo-

co

mortem ſevere vindicandam cenſebant. Sed ex omnibus maxume 4
Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus, avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia ſua callide occultans. Is 5
poſtquam videt regis largitionem famoſam impudentemque, veritus, quod

to *eſſe* exaratum eſt. pro *cenſebant* in Guelf. 6. eſt *ceterabant*, aut *certabant*. vix enim diſtinguo. Sed abſque hoc verbo foret, Salluſtium legeres, qui ex Verbo *nitebantur* iſtud voluit intelligi. vide Cat. *c.* xxx. num. 6. 7. *Vindicandum* porro lego in Guelf. 2. 6. & Uratisl. 3. uti II. de Rep. Ord. *cap.* II. *quibus ille rebus* rempublicam *conturbavit*, *eiſdem tibi* reſtituendum *eſt*. leg. 12. D. de captiv. ſequendum *eſt Juliani* ſententiam. Varro: *animadvertendum tempora*. Cicero de Seneſt. *cap.* II. *tamquam aliquam viam longam confeceris*, quam *nobis quoque* ingrediendum *ſit*. ibi conſule Lambinum & Manutium. item ad Silium XI. *verſ.* 562. & XV. *verſ.* 105. Drackenborch. Primam in *ſevere* ſyllabam eraſit imperita manus in Fabric. 1. quae in Uratisl. 2. dedit *dire vindicandam*.

4. AEMILIUS SCAURUS. Vir ſummae gravitatis & conſtantiae, qui memoriam prope intermortuam generis ſui virtute renovavit, Cic. pro Murena *c.* VIII. Vitam ſuam ipſe deſcripſit, auctore Valer. Max. IV. *c.* IV. num. 11. eam actaque ejus egregia recenſet ſtrictim Aur. Victor. de Vir. Illuſtr. *cap.* LXXII. mire illum depraedicat Cic. pro M. Fontejo *cap.* VII.

IMPIGER, FACTIOSUS. Supra *c.* VII. num. 4. *Jugurtha ut erat* impigro *atque acri ingenio*. ubi de vocabulo monui. Guelf. 5. *impier. c.* VIII. n. 1. *factioſi*, *domi potentes*. neque autem *factioſus* in peſſimam ſemper partem accipitur: multo minus ea, qua hodie uſurpant, notione. v. *c.* XXXI. n. 15.

VITIA SUA CALLIDE OCCULTANS. In his verbis explicit Guelferbytanus 5. & adſcriptum eſt illud ſollemne: *Multa deſiderantur*. Guelf. 6. 11. & Incert. 2. *calide occultans*, quae in libris vett. perſaepe confunduntur. vide Cic. III. epiſt. VIII. num. 24. Hic vero *callide* conſervandum, quod firmat etiam Hieronymus Epiſt. XLVIII. Waſſio laudatus: *Nec tu tam callidus eras, ut prudenter tua vitia celares*. Juſtin. IX. *c.* IV. *Hujus victoriae* callide *diſſimulata laetitia eſt*.

5. IS POSTQUAM VIDET REGIS. Fabric. 2. habebat *vidit*, alterum a correctore. vide *cap.* VII. num. 1. *videt* inter lineas jacet in Senat. 1. pro *regis* eſt in Guelf. 6. *regni*: quae & apud Flor. 1. *c.* X. num. 1. permutantur. Sed 10. habet tantummodo: *Is poſtquam videt largitionem*.

LARG. FAMOSAM IMPUDENTEMQUE. *Famoſus* in utramque partem dicitur pro *celebri*, & *infami*. illud tamen recentiorum eſt, hoc veterum. vide Barth. VIII. Adverſ. *c.* VI. Ducker. ad Flor. III. *cap.* VII. extr. & pro ſignificatione *infamis* hunc etiam Salluſtii locum citat Nonius Marc. *cap.* IV. Horat. 1. Satyr. IV. *verſ.* 5. *quod malus ac fur*, *Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui* Famoſus. mox pro conſueta ſomnolentia Academ. Franc. Incerti, Guelferb. 3. 7. 9. 10. & 11. Uratisl. 2. & 3. Vinar. 2. *fieri ſolet*. vide Catil. *cap.* XXX. num. 2.

NE POLLUTA LICENTIA INVID. ACCEND. Sic omnes ſcripti & impreſſi, praeterquam quod Struv. *ne polluta ſua lic. inv. ſibi accenderet*; Guelf. 3. *aſcenderet*; 6. *adcenderet*. Sed I. Fr. Gronovius conjecit: *ne polluti licentia inv. accenderent*. quod nollem Viro optimo excidiſſe: adeo ſegne & pollutum id eſt. vide dicta ad ea Catil. *c.* XXXIII. num. 5. *legis praeſidium, quod* iniquitas *praetoris eripuit*, *reſtituatis*. & *c.* XXXV. num. 3. liberalitas *Oreſtillae perſolvit* quando nempe *propter* pollutam licentiam invidia exoritur, Latini dicunt *licentiam accendere invidiam*; quod planius effertur infra *cap.* XXXIX. num. 2. *ex delicto fratris* invidiam *ac deinde periculum metuens*. Cicer. IV. epiſt. IV. num. 3. Conſilium *suum hoc Achaicum negotium non* recuſavit. ubi vide. Phaedr. III. Fabula IV. *verſ.* 9. *Sed ſpes fefellit* impudentem audaciam, *Comprehenſus namque poenas perſolvit cruce*. Supra *c.* V. num. 2. Vaſtitas *Italiae ſtudiis civilibus finem* fecit. *Licentia* quod fit praeter bonos mores. Florus II. *cap.* V. *Hi, regnante Teutana muliere*, populationibus *non contenti*, licentiae *ſcelus addiderunt*. *Polluta* dicitur quae eſt foeda atque immoderata, quam Cic. pro Flacco *impudentem* vocat. Poſſes antiquorum *Pollutam* hic fingere, niſi id ipſum eſſet licentiae. vide de *polluto* quaedam apud Pricaeum ad Apulej. IX. Metam. pag. 562. *de pollutiſſimo divite*. Is igitur ſenſus eſt: veritus, ne illi, qui munera ab regis legatis accepiſſent, per impudentem ſuam licentiam gravi ſeſe invidia onerarent. Poſſes tamen etiam hanc *pollutam licentiam* de ſtudiis pro Jugurtha accipere, quod vero

quod in tali re ſolet, ne polluta licentia invidiam accenderet, animum a conſueta lubidine continuit.

C A P. XVI.

XIX.
1 VIcit tamen in Senatu pars illa, qui vero pretium aut gratiam
2 anteferebant. Decretum fit, UTI DECEM LEGATI REGNUM, QUOD MICIPSA OBTINUERAT, INTER JUGURTHAM ET ADHERBALEM DIVIDERENT. cujus legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens: quia conſul, C. Gracco & M. Fulvio Flacco interfectis, acerrume

vero dubium magis, quam quod ſupra ſcriptum eſt, videtur.

CONTINUIT. Guelf. 9. *continet*, propter *videt*, ut ego arbitror. 3. *avertit*, fruſtra. nota eſt *continentia*, atque id verbum etiam abſolute pro *retinere* & *reprimere* ponitur. ut Virg. x. Aen. *v.* 685. *Ter conatus utramque viam: ter maxima Juno* Continuit, *juvenemque animi miſerata* repreſſit.

CAP. XVI. 1. QUAE VERO PRET. A. G. ANTEFEREBAT. Pro *vero* Guelf. 1. *vel;* Vinar. 2. *nec;* alius *veritati*. *verum* dicunt bonum & aequum, docente Servio. vide 1. Hiſtor. extr. Optimus Baſil. 1. *anteferebant*, ut *c.* XV. num. 2. pars *gratia* depravati; & Cat. *c.* XLIII. n. 1. *cetera* multitudo *ſuum* quiſque *negotium* exſequerentur. ubi vide. Lego itaque: *pars illa, qui* —— *anteferebant*. adi *c.* XIV. n. 6. Supra Guelf. 11. *Vicit tamen pars illa:* isque mox: *Decretum fit in ſenatu*, ut duas voces in alium tantummodo locum tranſtuliſſe videatur. ſed eaſdem ex Gloſſa primum profectas eſſe patet ex *cap.* XV. num. 2. *Vicit* eſt obtinuit. Liv. XXIII. *cap.* XX. Vicit *tamen* ea pars, *quae nihil raptim, nec temere agendum, conſulendumque de integro cenſuit*.

2. UTI DECEM LEGATI. Uratisl. 1. & Senat. 2. *legati decem*. Sed Baſil. 1. & Guelferb. 2. nullum agnoſcunt numerum, habentque: *uti legati regnum* cet. Fabric. 1. *quod Micipſa tenuerat*. Sed ſupra *c.* V. n. 6. *Dein Micipſa filius regnum ſolus* obtinuit. adde Catil. *cap.* XVIII. num. 5.

CUJUS LEGATIONIS PRINCEPS FUIT. *Cujus legationis* intulit, cum dixiſſet *legati*. Sic infra *c.* XXXVI. num. 1. *uti ante* comitia, quod tempus *haud longe aberat* cet. Sic Catil. *c.* II. num. 1. *igitur initio* reges, *nam in terris* nomen imperii id *primum fuit*. ubi vide. Guelferb. 6. a prima manu *principes:* ſicuti infra *ancipes* & ſimilia ex MSS. adnotamus. vide *cap.* XIV. num. 23. Opportune Cicer. II. Verr. *cap.* V. *unam ſolam ſcitote eſſe civitatem Mamertinam, quae publice* legatos, *qui iſtum laudarent, miſerit*. ejus *autem* legationis principem, *civitatis nobiliſſimum, juratum dicere audiſtis*.

L. OPIMIUS. Guelf. 6. *L. Opimios*, uti *Davos*, *Voltus*. vide Cat. *c.* XXIX. n. 1. Is Opimius poſtea ob captam pecuniam damnatus atque in exſilium ejectus in dedecore conſenuit. vide Cic. 1. Catil. VIII. Philipp. pro Sext. *c.* LXVII. in Piſon. & paſſim alibi. Vellej. II. *c.* VI. Flor. III. *c.* XV.

QUIA CONSUL. Sic Fabric. 1. Baſil. 1. Senat. 1. Remenſ. 2. Guelf. 3. ceteri *qui*. Guelf. 2. *conſulibus*, & pro Var. lect. *tribunis*. illud primum in multis praeterea Codd. legitur; ſed Fabric. Academ. Baſil. 1. recte *conſul;* ita ut adponatur Opimio, qui in conſulatu ſuo, teſte Cicerone aliiſque, illas res geſſit.

C. GRACCHO. Hoc modo vix tres ex noſtris Codd. nomen ſcribunt. Guelf. 12. *Grajo;* Struv. *Grachio*. Sed Fabriciani, Incerti, Vinar. 2. Uratislavienſes, Senatorii, Heuſſ. (infra etiam Vinar. 1.) Franc. Academ. Eccard. & plerique Guelferbytani *G. Gracco* praeferunt: itaque ſcribendum eſſe, olim docuit ex Varrone Egnatius Racemat. *cap.* X. nuper ex numis & veteribus libris Cl. Duckerus ad Flor. II. *cap.* XVII. num. 9. de Gracco plura Plutarchus, Florus III. *c.* XV. Noſter infra *c.* XXXI. n. 7. & *c.* XLII. num. 1.

M. FULVIO. *Flacco* addunt Baſil. 1. Fabriciani, Struv. Academ. Franc. Rem. 2. Incerti, Vinar. 2. Senat. 2. Heuſſ. & alii. Cicer. *Occiſus eſt cum liberis M. Fulvius conſularis*. meminit no-

Digitized by Google

rume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Jugurtha 3
tametſi Romae in amicis habuerat, tamen adcuratiſſime recepit:
dando & pollicitando perfecit, uti fama, fide, poſtremo omnibus
ſuis rebus commodum regis anteferret. Reliquos legatos eadem 4
via

noſter infra *cap.* XXXI. n. 7. vide Vellej. II. *c.* VI. Valer. Max. IX. *cap.* V. n. I. Cic. pro domo *cap.* XXXIII.

VICTORIAM NOB. I. P. EXERCUERAT. Sic & noſtri Codd. omnes, quomodo Gruterus ex ſuis reſtituerat: & fruſtra Criſpinus contra nititur cum ſuo *vindictam*. Cat. *c.* XXXVIII. extrem. *utrique* victoriam *crudeliter* exercebant. ubi vide. De eadem re infra *cap.* XLII. n. 4. *Igitur* ea victoria *nobilitas ex lubidine ſua* uſa. adde Gronov. ad Liv. VI. *cap.* XXII.

3. TAMETSI ROMAE IN AMICIS HABUERAT. Vinar. 2. *Romae inimicis hab.* Eccard. *in amiciciis* a manu ſecunda; Guelf. 6. *Romae amicis habuerat*. Commelin. *in inimicis*; Gronovius ex priſcis edd. & Palat. 7. *inimicum*. ex *cap.* enim XV. num. 3. & 4. leviter colligas, Opimium fuiſſe inter fautores Jugurthae; idemque haud certo innuit, quod ſtatim ſequitur, eum ab Jugurtha adcuratiſsime receptum eſſe; quod amicis non tanto ardore praeſtare ſolemus. *In amicis habere* dixerat etiam *cap.* VII. n. 6. & ſi qua alia lectio recipienda, aut locus corruptus eſt, ea ſimilitudo locum errori fecerit. quare adſentior Gronovio.

TAMEN ADCURATISSIME RECEPIT. Guelf. 10. *accepit*; 11. *accipit*. Sed *recepit* in reliquis omnibus & noſtris, & Rivii ac Gruteri Codd. legitur. *Accipere* eo ſenſu apud Ciceronem, Plautum, Terentium frequens litteratoribus iſtis offendiculo fuit; ſed *recipere* dixit etiam Caeſar. II. Civ. *cap.* XX. *ut domum ad ſe quiſque hoſpitio cupidiſſime* reciperet. pro *accuratiſſime* nuperae edd. *curatiſſime* contra omnes MSS. & infra *cap.* CIII. n. 5. *Eos ille non pro vanis hoſtibus, ut meriti erant, ſed* adcurate *& liberaliter habuit*. eodem modo aliquoties Plautus.

DANDO & POLLICENDO MULTA. Fabric. 1. Vinar. 2. Incert. 1. Struv. Guelf. 7. & 12. *pollicitando*, ut ſupra *cap.* VIII. n. 1. *qui Jugurthae animum* pollicitando *accenderent*. ac infra *cap.* XXIII. n. 2. praeterea Guelf. 7. & Franc. deeſt vox *multa*: quam recte omitti, patet ex Cat. *cap.* XXXVIII. n. 1. *dein largiundo atque* pollicitando *magis incendere*. quibus addas notam ad Cat. *cap.* XLII. n. 2.

FAMAE FIDEI ------ ANTEFERRET. *Famae*, quam optimus quiſque integram ſervat, *cap.* LXXXV. n. 33. *fidei*, quam in diviſione, ut princeps legationis, praeſtare debebat. Sed Eccard. & Struv. habent a prima manu *famae*, *fide*, ut voluit Gruterus. ita nempe eo certius *fide* erit antiquus Genitivus, ſicuti Ovid. VI. Faſt. *Utque* fide *pignus dextras utriuſque popoſci*. quem locum, & hunc Noſtri, & praeterea omnia, quae adſcripſit Cl. Waſſius, habes apud Muncker. ad Lactant. Enarr. XII. Fab. VI. p. 273. adde quae de his Genitivis notamus infra ad *c.* LII. n. 3. *& jam* die *veſper erat*. At cum Nazar. & Commelin. ac apud nos Senat. 1. Baſil. 1. & uterque Fabricianus habeant *fama*, *fide*; non fuit ab hac genuina lectione recedendum, quam jam Carrio, Hackianae, & Waſſiana expreſſerunt: ſive *fama* etiam pro antiquo Dativo habeas, decurtato ex *famai*; uti *niſu*, *ſenatu*, pro *niſui*: ſine ſextum utrumque caſum eſſe velis, qui tam arcte in ejuſmodi conſtructionibus cum tertio cohaeret, ut vix diſtinguere queas. Sic Cat. *cap.* II. num. 9. *qui* aliquo negotio *intentus*. ubi lege, quae adſcripſimus. Cic. ad Att. epiſt. ult. *tranquillitates* majore impedimento *fuerunt*, *quam cuſtodiae*. Vopiſcus Numeriano *cap.* XIV. *Curioſum non puto, neque ſatis vulgare fabellam de Diocletiano Auguſto ponere* hoc *convenientem* loco. Eodem trahas licet Tacit. III. Ann. *cap.* XIX. *Is finis fuit* ulciſcenda *Germanici* morte --- *vario rumore* jactata. Sed apertiſſime lectionem hanc tuetur Cic. pro Balbo *cap.* VIII. *cum magna pars in iis civitatibus foederis ſui libertatem* civitate anteferrent. Sic Palatini MSS. notae melioris; ſic S. Victoris & probatiſſimus Erſurtenſis: eamque lectionem Graevius non debuerat ſpernere.

4. EADEM VIA ADGRESSUS. Guelf. 6. *egreſſus eſt*. Eccard. *aggreſſos*, quod alio loco defendi poterat, hoc alienum eſt Baſil. 1. *eadem* ratione *adgreſſus*: ſed eadem manus emendavit *via*, quae vox ſaepiſsime modum, inſtitutum, rationem denotat. vide ſupra *cap.* I. num. 3. Terent. Andr. Act. IV. Sc. I. *v.* 47. *Hac non ſucceſſit, alia* adgrediemur via. Et Noſter eleganter *adgredi* & *capere* copulat: ut ſolent Translationes continuare. cujus rei egregium exemplum illuſtravimus Cat. *cap.* XX. num. 12. Mox cuperem abeſſe voces *In diviſione*.

Digitized by Google

via adgreſſus, pleroſque capit: paucis carior fides, quam pecunia
5 fuit. In diviſione, quae pars Numidiae Mauretaniam adtingit, a-
gro, viris opulentior, Jugurthae traditur: illam alteram ſpecie,
quam uſu, potiorem, quae portuoſior & aedificiis magis exornata
erat, Adherbal poſſedit.

C A P. XVII.

1 RES poſtulare videtur Africae ſitum paucis exponere, eas gen-
tis, quibuſcum nobis bellum, aut amicitia fuit, adtingere.
2 Sed quae loca & nationes ob calorem, aut aſperitatem, item ſolitu-
dines minus frequentata ſunt, de is haud facile compertum narra-
verim: cetera quam pauciſſumis abſolvam.

In

5. MAURITANIAM ATTINGIT. *Mauretaniam* ſcripſimus ex Baſil. 1. auctoritate veterum monumentorum. vide Cat. *cap.* XXI. n. 3. pro *attingit* Guelf. 7. *tangit*, *attingit*; 6. *attinget*. fortaſſe pro *attinet*: nam alterum infra occurrit. *attinet* pro *attingit*. ut *pertinet* pro *pertingit* infra *cap.* XLVIII. n. 3. contra *attingere* pro *attinere* Plaut. Merc. A. 1. Sc. 1. *v.* 32.

AGRO VIRISQUE OPULENTIOR. Incert. 1. Remenſ. 1. Vinar. 2. *agris viriſque*. ſed vide infra *cap.* LVII. extr. Contra Struv. Guelf. 2. 4. 12. *agro*, *viris opulentior* ſine copula: quod non abhorret a conſuetudine Salluſtii. Sed infra *cap.* LVII. n. 1. *armis viriſque opulentum*. id vero alio modo dicitur. adde *cap.* XIV. num. 1. Cat. *cap.* XLIII. n. 1. infra *cap.* XVII. n. 2.

SPECIE, QUAM USU, POTIOREM. Guelf. 6. Uratisl. 3. *uſui*, ut Nazarianae membranae. Juſtin. VI. *cap.* 1. *induſtria potior vir*. Cicero: *potior vetuſtate neceſſitudinis*. *ſpeciem* habent Guelf. 9. & 11. etſi poſterior *ſpem* praeferat, vulgata illa permutatione ab viris doctis dudum obſervata. Atque *ſpeciem*, pro quod ad ſpeciem, recte ſcribere potuit, & diverſos Caſus conjungere, cujus moris exempla habemus ad Cat. *cap.* XXXIII. n. 1. *Speciem* & *uſum* contraponit etiam Plautus Moſtell. A. 1. Sc. II. *v.* 42. *Ut & in* uſum *boni*, *& in* ſpeciem *populo ſint*. Flor. III. *c.* XII. *Ut non in* uſum, *ita ad imperii* ſpeciem *magna nomina acquiſiſſe*, *fulcrum atque decorum*.

QUAE PORTUOSIOR. Interpretatur *ſpeciem* illius partis Numidiae, ut ſupra *cap.* II. n. 3. Guelf. 6. *quem oportuoſior*. Si *quod portuoſior ſcripſiſſet*, magis forte placeret lectio. vide Cat. *cap.* XXXV. n. 3. Sed poſt Nomen *potior* recte ſeſe *quae* habet. *Portuoſior* eſt pluribus portibus exornata. vide *cap.* XVII. n. 5.

ET AEDIFICIIS MAGIS EXORNATA ERAT. Eccard. *aedificiis magnis*: atque ſic a prima manu Struvianus. Idem in edd. invenerat Putſchius; ſed legendum, inquit, *magis*, quod vel *antecedens* portuoſior *oſtendit*. Haec ille. quaſi numquam poſt Comparativum prima Poſitio inferri poſſet. Livius 1. *cap.* XXV. *Eo* majore *cum gaudio*, *quo* prope *metam res fuerat*. ibi vide Gronovium. Sic infra *cap.* LXXXIX. n. 3. majora *&* aſpera *adgredi tempus viſum*, ubi vulgo: *& magis aſpera*. Sed illud *magis*, ſi neceſſarium, ex *majora* adſumere debes. Hic vero, contra plures Codd. &, ut videtur, ipſum ſenſum, nihil nunc mutaverim. Pro *erat*, Guelf. 11. *eſt*.

CAP. XVII. 1. RES POSTULARE VIDETUR. Fabric. 2. *R. p. mihi videtur*: ſed contra Cat. *cap.* V. num. 9. *Res ipſa hortari videtur*. ubi de ſimilibus connexionibus: & contra Dictyn II. *cap.* XXXV. Res poſtulare videtur, *eorum reges ---- edicere*.

QUIBUSCUM NOBIS BELLUM. Academ. & Franc. *quibus nobiſcum bellum*: quod contra magnitudinem, aut decus populi R. & Romani ſcriptoris. Fabric. 2. Struv. Incert. 1. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 4. & 7. *cum quibus nobis*. Plaut. Ciſtell. Act. IV. Sc. 1. *v.* 13. *Haec ſunt*, quibuſcum *tu extuliſti noſtram filiolam ad necem*. Sic *quacum*, *quicum* & ſimilia. ne in ſolo *cum nobis* illam Anaſtrophen agnoſcas, de qua Cic. Orat. *cap.* XLV. & IX. Fam. epiſt. XXII. n. 7.

2. SED QUAE LOCA & NATIONES ---- M. FREQUENTATA SUNT. Guelf. 12. & Bodlej. *loca*, *nationes*, ſine copula. Eccard. non agnoſcit *& nationes*; Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl. 2.

minus

Digitized by Google

In diviſione orbis terrae plerique in partem tertiam Africam 3 xx.
poſuere : pauci tantummodo Aſiam & Europam eſse ; ſed Africam
in Europa. Ea finis habet ab Occidente fretum noſtris maris & O- 4
ceani:

minus frequentatae ſunt. adeo illis haeſit Grammaticorum illa dignitas Generis, quam tamen & infra Noſter negligit *cap.* XXXVIII. num. 8. ubi vide. leg. 2. §. 1. fin. D. de peric. & commend. rei vend. *ut fatale* damnum, *vel vis magna ſit* excuſatum. Noſter Cat. *cap.* XVI. n. 2. *fidem*, fortunas, *pericula* vilia *habere*. Struv. *ſolicitudinem*. quem lapſum *cap.* modo XVI. n. 5. adnotavimus.

MINUS FREQUENTATA. Non culta, nec habitata ab hominibus. infra *cap.* XVIII. num. 4. *media planicies deſerta, praeter flumini propinqua loca : ea conſita arbuſtis pecore atque cultoribus* frequentabantur. Hinc Curt. III. *cap.* I. n. II. *Phrygia pluribus vicis, quam urbibus* frequens. Sueton. Aug. *cap.* XLVI. *Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab ſe* frequentavit.

DE IIS H. F. COMPERTUM NARRAVERIM. Scripti noſtri conſenſu: *de his*. Soli Guelf. 4. & 6. *de is*, quod revocavi. vide *cap.* XIV. num. 10. *Compertum* eſt certo cognitum. Declam. in Cicer. *denique de eo tibi* compertum *erat*. proprie de iis dicitur, quae aliis *auctoribus* cognoſcimus, Diomedes III. pag. 373. Sulpic. Sev. Vit. Mart. *cap.* I. *Neque me quidquam, niſi* probatum & compertum *ſcripſiſſe*. Id. I. Dial. *c.* XV. *quae mihi per fideles viros* comperta *ſunt narrabo*. Noſter Cat. *cap.* XXII. extrem. infra *cap.* LXXII. num. 3. & paſſim.

CETERA QUAM PAUCISSUMIS ABSOLVAM. Poſtremum verbum non fuit in Incert. 2. ac non ſine decore intelligeretur *narrabo*. Remenſ. 2. & Guelf. 6. *ceterum*. Alibi *de re abſolvere* dixit, Cat. *cap.* IV. num. 3. ubi vide Struv. & Guelf. 7. *quam paucis*.

3. IN PARTE TERTIA AFRIC. POSUERE. Optimus Commelinianus : *in partem tertiam* : illi ſecundas faciunt Incert. 2. Franc. Guelf. 4. 6. & 12. & cum his Auguſtinus XVI. de C. D. *cap.* XVII. quid ergo veritatem moratur, tot teſtibus adſtructam? Frontin. de Aquaed. Art. XXVII. *Eſt in uſum*. Sed vide multo plura ad Cat. *cap.* XIX. n. 3. addito *cap.* L. n. 2. *Ponere*, inquit I. Waſſe, eſt *ſcribere*. immo dividentium in partes, aut ſitum quemdam denotantium. Sic *poſita procul regna* Dictys; *ponere in loco*, Cicero. Ovid. I. Pont. Ep. II. *Non vacat in qua ſint* poſiti *regione Tomitae, Quaerere*. vide N. Heinſium ad Ovid. Pont. III. Ep. V. *v.* 79. Sed placuit Viro doctiſſimo illa notio, quia diverſimode inſert Criſpus *Aſiam eſſe* ut intelligerunt *ſcripſere*. de quo tamen aliud mox monſtro. Nam illud ipſi ignotum eſse non potuit, Poetas, Hiſtoricos, Geographos dici *ponere*, quando ipſi *narrant* poſita eſse. Quanto illud durius? Claudian. I. Stilic. *v.* 104. *Nec Mulciber auctor Mendacis clypei*, fabricat*aque* vatibus *arma Conatus juvere tuos*. Cic. II. epiſt. X. n. 4. *Clitarchus tibi* narravit. h. e. legiſti apud Clitarchum. ubi vide, quae adnotavimus. Mela II. *cap.* I. *Nam per immania magnarum gentium diu Danubius eſt: deinde aliter adpellantibus accolis* fit *Iſter*: Strabo VIII. ſimpliciter: καλῶσιν Ἴϛρον. Livius IV. *cap.* VI. *Claudii ſententia conſules* armabat *in tribunos*. *Tertiam* autem partem *Africam* ponit Strabo, Plinius, alii. vide Ducker. ad Flor. II. *cap.* VIII. n. I. Tres etiam partes eleganter ſiſtunt numi aliquot ſelectiſſimi, quos Melae ſuo addidit Jac. Gronovius I. *cap.* I. pag. 12. & 13. Apulej. de Mundo pag. 60. *In diviſione terrarum orbis*, Aſiam & Europam *et cum his praeterea, ſicut plures*, Africam *accepimus*. ibidem Geographos dixi Aegyptum Africae *adjungere*, item *comprehendere* & ſimilia, quae & alibi frequenter, ut illud *ponere*, occurrunt.

ASIAM & EUROPAM ESSE. Incert. I. & Uratiſl. 3. non habent *eſſe*; Guelf. 10. addidit *dicunt*, & manus ſecunda in Struv. *voluerunt*. Nimirum tale quid ex verbo *poſuere* intelligendum eſt, quod in diverſa ſtructura etiam ad haec ſenſum extendit; qualia ſupra adnotavimus aliquoties. item infra ad *cap.* LXXXII. n. 3. *Quam rem alii in ſuperbiam* vortebant, *alii bonum ingenium contumelia* accenſum eſſe, *multi* quod *parta victoria ex manibus* eriperetur. Ceterum inter illos, qui duas tantum orbis terrarum partes faciunt, eſt Varro IV. de L. L. *ut omnis natura in coelum & terram, diviſa eſt, ſic coelum in regiones, terra in* Aſiam & Europam. eſt Agathemerus II. *cap.* II. & Iſocrates in Panegyr. quem locum pridem indicavit Ruſus Antexegem. *cap.* LII. Varronem produxit etiam politiſs. Brockhuſ. ad Tibull. IV. Carm. I. *v.* 176. *Solus* utroque *idem diversis magnus* in orbe. ubi & alios auctores adjecit. Mox Guelf. 10. *in Europam*. quomodo Oroſius I. *cap.* II.

4. EA FINIS HABET. Uratiſl. 2. *Has fines habet*. Intelligebat homo *Ea* ad Africam pertine-

ceani : ab ortu ſolis declivem latitudinem : quem locum Catabathmon incolae adpellant . Mare ſaevum , importuoſum . ager frugum fertilis , bonus pecori , arbori infecundus : coelo , terra penu-

re, & tamen proxime audiri *Europam* . Ea cauſſa Struv. & Eccard. dederunt : *ſed in Europa Africam* . Sed nihili illam curam eſſe diſcas ex *c.* XVIII. nu. 9. ubi *hi* ſimiliter ad remotius refertur. Eo loco alia addidi . Apulej. l.c. *Europa fines habet*. Ceterum non adcurate Noſtrum fines Africae determinaſſe , erudite oſtendit ,811elioreſque ſtatuit Cl. Cellarius I. Not. Orb. A. *cap.* XI.

FRETUM NOSTRI MARIS ET OCEANI. Guelf. 3. *noſtrum fretum , maris & Oceani* ; Struv. *fretum maris noſtri & Oceani*. Ii *maris* etiam ad *Oceani* retuliſſe videntur . Dicitur enim *Oceanus* & *Mare Oceanum* . Caeſar III. Gall. *c.* VII. *P. Craſſus proximus* mare Oceanum *Andibus hiemabat*. ubi vide Daviſium. ut & Gronov. ad Seneca III. Qu. Nat. *cap.* XXII. *Fretum* intelligit Gaditanum , ſive Herculeum , quod & abſolute *fretum* dicunt . vide Daviſ. ad Caeſar. I. Civ. *c.* XXIX. Florus III. *c.* VI. n. 9. *Tiberius Nero obſedit Gaditanum* fretum, *qua primum* maris noſtri *limen aperitur* . *Noſtrum mare* dicunt Romani mare mediterraneum. infra *c.* XVIII. num. 4. *proxumos* noſtrum mare *locos occupavere* . ubi dixi . Ceterum Graecos fretum πορθμὸν adpellare , obſervavit Scholiaſtes MS. in Dionyſii Perieg. apud Barth. XI. Adverſ. *cap.* XXV.

DECLIVEM LATITUDINEM. Viri docti mallent *altitudinem* : quod conſilium mireris inprimis in Voſsio ad Melam I. *c.* VIII. p. 351. *Latitudo* & ſpatium, & ſuperficiem cum re ipſa denotat . Apulej. de Mundo p. 59. Mare in *immenſam* latitudinem *panditur* . adde Solin. Polyh. *c.* XII. Plin. H. N. IV. *cap.* XII. alioſque apud Waſsium .

QUEM LOCUM CATABATHMON. *Quem locum* maluit , pro *quam* , ut infra *c.* XXXVI. num. I. *ante* comitia, quod tempus *haud longe aberat*. item *cap.* XIX. num. 3. *Philenon* arae : quem locum *finem imperii habuere Carthaginienſes* . adde ſupra *cap.* I. num. 5. & *cap.* XVI. num. 2. Scripti *Cathabathmon* , *Cathabamon* , *Catabomum* ; ſed Incert. I. habebat Καταβαθμὸν litteris Graecis.

INCOLAS ADPELLANT. Guelf. 6. *adpellant Catabathmon incolae* ; Sed ab Guelf. II. exulat vox *incolae* : ſicuti ab Regio, quem Waſsius tractavit. Potuerunt certe ea tempeſtate Incolae Africae Graecum vocabulum in uſu habuiſſe, a Medis , Perſis aut Armenis loco impoſitum ; Sed abſciſa illa voce ſanitatem Salluſtio reddi poſſe putarem .

5. MARE SAEVUM, importuoſum. Guelf. 10. *Mare eſt ibi ſaevum* , *imp.* 6. addit : *importuoſus* & de terra , & de mari dicitur ; quin & Cic. VI. epiſt. XXI. n. 2. *navigatio minime* portuoſa . Supra *c.* XVI. extr. *pars Africae portuoſior* . *Mare* dicunt *importuoſum* , quod procellis expoſitum , & in littore nullos portus habet . Tacit. XII. Ann. *cap.* XX. *Suſcipi bellum avio itinere*, importuoſo *mari* . Seneca ad Helv. *c.* VIII. *Ex qua quid eos fugaverit , incertum eſt : utrum coeli gravitas, an praepotentis Italiae conſpectus , an natura* importuoſi maris . Bene Pomp. Mela III. *c.* V. *Mare Caſpium — omne atrox*, ſaevum, ſine portubus , *procellis undique expoſitum ; ac belluis magis quam cetera refertum, & ideo minus navigabile* . mox pro *fertilis* indocte Guelf. 7. *ſterilis* . Claudian. II. Stilic. *v.* 457. *frugumque feraces* . Ceterum inter hanc vocem *fertilis*, & ea *c.* IX. n. 4. *aut jacientes tela*, media omnia deſiderantur in Gu lferbytano 6.

BONUS PECORI. Plenius Livius XXIX. *c.* XXXI. *Quem ceperant exſules montem , herbidus aquoſuſque eſt : & quia* pecori bonus alendo *erat , hominum quoque, carne ac lacte veſcentium , abunde ſufficiebat alimentis* . Sed Noſter *c.* XCII. n. 7. aggeribus *locus importunus* . adde ſupra *c.* XIII. n. I. Virg. II. Georg. *v.* 222. *ferax oleo* . *v.* 223. *facilis pecori* . *v.* 228. *Altera frumentis favet* .

ARBORI INFECUNDUS . Sic & noſtri meliores . Sed Uratisl. 2. Franc. Guelf. 12. & Incert. I. *arboribus infoecundus* . qui omnino errant, quando tantummodo de Numero quaerimus , & obſervavit eam elegantiam , qua ſingularem praeferunt Plurium , dudum Chariſius IV. pag. 241. & exempla habes ſupra *cap.* VIII. nu. 4. infra *cap.* XXXI. num. 21. & LVII. nu. 3. Sed cum Vinar. 2. & Guelf. 4. *arborum* habeant ; 10. autem , Incert. 2. & Struv. a prima manu *arboris* , videndum anne hoc maluerit Salluſtius pro ſua conſuetudine, cujus *cap.* XVI. nu. 5. mentio facta . Utramque Conſtructionem patitur illud Nomen . Tertium Caſum habet Claudian. Laud. Serenae *v.* 54. *Dives* equis , frugum *facilis* , *pretioſa metallis* , Principibus foecunda *piis* . Apulejus Florid. pag. 350. *Ager* frumento *piger* , *aratro irritus* , foecundior oliveto , *nec vinitori* , *nec olivitori* , *ſcalpitur* . & quod idem firmat Juſtin. XLIV. *c.* I. *Hinc temperato calore , inde felicibus & tempeſtivis imbribus in omnia frugum* genera foecunda *eſt* .

Cum

penuria aquarum . Genus hominum ſalubri corpore , velox , pa- 6
tiens laborum : pleroſque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro, aut be-
ſtiis interiere : nam morbus haud ſaepe quemquam ſuperat. Ad hoc
malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam 7
habuerint, quique poſtea acceſſerint, aut quomodo inter ſe permix-
ti ſint :

Cum Secundo inter alios Boetius III. Proſa IX. *Nam aliae quidem campis , aliae montibus oriuntur ; alias ferunt paludes , aliae ſaxis haerent ,* aliarum fecundae *ſunt ſteriles arenae* .

COELO TERRAQUE PENURIA AQU. Struv. *coelo & terra ;* Eccard. *coelo terramque ;* Vinar. 2. & Uratisl. 2. *coeli terraeque* ; Uratisl. 3. *a coelo terraque* . Nihil mutandum cum his imperitis , niſi quod Copula *que* radenda . *Coelo , terra* , uti *terra , mari ; diem , noctem ; equi , viri ; huc , illuc ; bonus , ignavus* , quae alibi ex auctoribus notamus . vide Cat. *cap.* XI. num. 2. infra *cap.* LX. num. 4. VI. Hiſt. Or. Cottae princ. Imitatur , an exſcripſit Curt. IV. *c.* VII. num. 6. terra , coelo*que aquarum penuria eſt* . quem etiam poſitum verborum pro Salluſtiano haberem , nempe : *terra , coelo*. Gloſſa Academ. *Non pluit , & nulli fontes ſunt* .

6. GENUS HOMINUM SALUBRI CORP. Uratisl. 1. diſtinguit : *Genus hominum ſalubre , corpore velox* . quid illum corruperit , diſcas ex *cap.* 1. num. 1.

PLEROSQUE SEN. DISSOLVIT . Aptiſsimum verbum , quo & ſacrae litterae utuntur. Opus Synonymorum Jo. de Garland. *v.* 506. *Occumbit , vel obit* , diſſolvitur, *exanimatur* , *Ad* naturalem *concordant cetera* mortem . Florus IV. *cap.* XI. extr. *ſic morte , quaſi ſomno* , ſoluta *eſt* . ubi conſule Cl. Duckerum . de ſomno etiam Dracontius *v.* 255. *In dulcem* ſolvuntur *membra ſoporem* . De morte Lucan. IV. *v.* 332. *Quoque magis miſeros undae* jejunia ſolvant . Boetius II. Proſa III. ad fin. *ullamne humanis rebus ineſſe conſtantiam reris , cum ipſum ſaepe hominem velox* hora diſſolvat . Hieron. Epiſt. ad Miner. & Alexandr. *Incorruptio autem idcirco communis eſt omnium , quia in eo miſerabiliores erunt peccatores , ut ad tormenta perpetui ſint , & non mortali & corruptibili corpore* diſſolvantur.

NISI QUI FERRO AUT BESTIIS INTERIERE . Sic Codd. noſtri aliorumque . Palmerius maluit : *aut a beſtiis interiere* , eumque ſecutus eſt Criſpinus . atque ſic citant Muncker. ad Hygin. Fab. XXXIII. & Perizonius ad Sanct. I. Min. *cap.* II. Guelf. 10. *niſi qua ſi ferro aut beſt. int.* forte pro : *niſi qui a ferro aut beſtiis* . Dictio proba eſt : & ſic Plinius : *periit* ab *Hannibale*, aliique apud citatos. Sed vulgatam propterea non ſollicito. Lucanus III. *jubet immiſſo ſilvam* procumbere ferro.

AD HOC MALEFICI CET. Defendit locum contra Glareanum & Gruterum Perizonius ad Sanct. IV. Min. *cap.* XI. oſtenditque , ut omnia Africae primo Caſu memorentur , ita & Beſtias illas memorandas fuiſſe , etſi quaedam interpoſita ſint , quae ad deſcriptionem hominum pertineant . addo geminum locum , qui eſt infra *cap.* LXXXIX. num. 5. *alia omnia vaſta , inculta , egentia aquae , infeſta* ſerpentibus, *quarum vis , ſicut omnium ferarum inopia cibi acrior* . ad hoc *natura* ſerpentium cet. Noſtri Hiſtorici, quando memoraſſent *quoſdam beſtiis interire* , ita adderent : *plurima autem ibi malefici generis animalia* . adde Cat. *c.* XXXVII. nu. 1. & infra *c.* XIX. num. 3.

MALEFICI GENERIS . Ovid. IV. Faſt. *v.* 215. *Cur huic* genus acre *leones Praebent inſolitas ad juga curva jubas ?* vide ſupra *cap.* IV. nu. 4. Mela I. *cap.* IV. de hac Africa : *pleraque ejus inculta --- aut infeſtantur multo ac* malefico genere *animalium* . Cic. II. Offic. *cap.* V. & de Africae animalibus peſtiferis Manilius IV. *v.* 600. ſqq.

7. AFRICAM HABUERINT . Sic mox *c.* XVIII. num. 1. *Africam initio* habuere *Gaetuli*, Guelf. 9. 10. 12. Uratisl. 1. & 2. Incert. 1. *habuerunt* . De primis incolis Africae vide Strabon. II. pag. 131. mox verbum *acceſſerint* non fuit in Incert. 1. & poterat ſubaudiri ; niſi inter *indigenas* & *advenas* adcurate diſtinguere voluiſſet . Senat. 2. & Heuſſ. *inter ſe* mixti *ſint* .

QUAE PLEROSQUE OBTINET . Fama obtinet quos , quando valet apud illos . Livius I. *cap.* IV. *Tenet fama* . I. de Rep. Ord. princ. *pro vero antea* obtinebat . adde infra *c.* LXXX. extr. Urſinus tentabat : *plerumque* .

INTERPRETATUM NOBIS EST . Paſſive, ut pleraque alia, quae vocant, Deponentia ſunt uſurpata. vide notam ad Cat. *c.* VII. nu. 3. Saepiſſime Hieronymus, ut Quaeſt. II. ad Hedibiam : *quotidie in ſacrificiis ejus de genimine vitis verae , & vinea Sorec, quae* interpretatur *electa , rubentia muſta calcamus* . Sidonius II. epiſt. IX.

ti ſint : quamquam ab ea fama , quae pleroſque obtinet , diverſum eſt : tamen uti ex libris Punicis , qui regis Hiempſalis dicebantur , interpretatum nobis eſt ; utique rem ſeſe habere cultores ejus terrae putant , quam pauciſſumis dicam . Ceterum fides ejus rei penes auctores erit .

CAP. XVIII.

XXI A Fricam initio habuere Gaetuli & Libyes, aſperi, inculti; quis cibus

quos inter Adamantius Origenes , Turranio Ruffino interpretatus , *ſedulo fidei noſtrae lectoribus inſpiciebatur .*

UTIQUE REM SESE HABERE . *Et uti* legebatur in Guelf.7. & Franciano; ſic nempe *utique* intelligendum . *ut* nudum in Uratisl. 3. Sed Fabric. 1. Acad. & Incert. 1. *utque* . Nos & *neque* , & *ubique*, & *itaque* , & *quoque* ſimiliter ſeparanda eſſe monſtravimus ſupra. vide Cat. *c.* XXI. nu.2. XXIII. n.4. XXVII. n.1. Jug. *c.* XIV. nu.7. alibi.

CULTORES EJUS TERRAE . Vox *terrae* non genuina eſt in Eccard. & Guelf.12. & *ejus* nuſquam viſitur in Guelf.3. qui *terrae* oſtendit ſolum inter verſus. Quare ſcribendum: *utque rem ſeſe habere cultores putant . cultores* , ut ſupra *incolae* num.4.

FIDES EJUS REI PENES AUCTORES ERIT . Uratisl.2. Guelf.9. & Fabric. 2. omittunt *rei* . male. 2. Guelf. 9. & Fabric. 2. omittunt *rei* . male. vide infra *c.* LXXIII. extr. & *c.* CVII. n.5. Formula autem propria Hiſtoricorum , ubi ad praeſtationem ſcribere nolunt, Seneca de Brev. Vit. *c.* XIV. Neque ſemper pro ſigno verboſitatis & neglectus rerum eſt habenda . vide Jo. Chriſtoph. Becmann. Praecogn. Mor. *c.* III. Immo in re dubia , difficili , & per alios cognita fere ſemper adhibetur. Plin. XXVIII. *cap.* I. *Quinimmo externa quoque & barbaricos ritus indagabimus* . Fides *tamen auctores adpellet* . Seneca IV. Nat. Qu. *cap.* III. *Aut quod hiſtorici faciunt, & ipſe faciam . Illi cum multa mentiti ſunt ad arbitrium ſuum , unam aliquam rem nolunt ſpondere , ſed adjiciunt* : Penes auctores fides erit. *Ergo ſi mihi parum credis , Poſidonius tibi auctoritatem promittet* , cet. adde Eumd. de morte Claud. *cap.* I. Plin. IX. epiſt. XXXIII. Tacit. Germ. *cap.* III.

CAP. XVIII. 1. INITIO HABUERE. *Habitavere* corrigere voluit non nemo in Fabric. 1. Sed vide notas ad Cat. *c.* VI. nu.1. & ſic locutus eſt modo *cap.* XVII. nu.7.

GAETULI . Sic Criſpinus, Hackianae, Waſſius. At Gruterus vetereſque edd. & membranae noſtrae *Getuli* , ſimplici Vocali : quomodo Joſeph.1. Ant. Jud. *c.* VII. ὃ νῦν Γετύλοι λέγονται. At Strabo , Plutarchus, Philoſtratus Apollon. V. *c.* I. Γαιτύλυς vocant , per *ae* . Artemidoro etiam Γαιτύλιοι. vide Pierium ad Virg. IV. Aen. *v.* 40. *Hinc* Gaetulae *urbes , genus inſuperabile bello* .

ET LIBYES. A prima poſitione *Libys* . Silius I. *v.* 657. *Omnis ab aeſtifero ſitiens* Libys *imminet axe* . infra *c.* LXXXIX. n.4. eamque extremitatem firmat N. Heinſ. ad Sil. I. *v.* 189. Inde Africa *Libya* dicta, Solin. Polyh. *c.* XXIV. tamen Incert.2. Guelf.7. 11. *Libes* ; ceteri fere *Libies* .

ASPERI INCULTIQUE . Scholiaſt. Juvenalis : *aſperi & inculti* . ſed Guelf. 12. nullam Copulam addit. agnoſcit quidem Mela III. *c.* III. ſed Idem ille I. *c.* XIX. *Ceterum* aſperi , inculti , *pernoxii adpulſis* . & graviorem ponderoſioremque reddi orationem hoc defectu, notat Gronov. ad Liv. III. *c.* IX. *Quippe duos , pro uno , dominos acceptos* : immoderata, infinita *poteſtate* . quod diceres de illo Cat. *c.* V. n.5 . *Vaſtus animus* immoderata, incredibilia, nimis alta *ſemper cupiebat* . Hic non idem habet valoris : attamen & Cat. *c.* II. n.8. in ſcriptis legitur : *dediti ventri atque ſomno* , indocti , inculti *vitam , ſicuti peregrinantes tranſegere* . & ſic ſupra *c.* IV. n.8. optimus Baſileenſis: *perinde ac ſi --- per ſe ipſa* clara , magnifica *ſint* . adde Cat. *c.* III. n.5. ſupra *c.* X. n.8. XVI. n.5. infra *c.* XLI. nu.4. & *cap.* LXXXVIII. nu. 1.

QUEIS CIBUS E. CARO FERINA. MSS. *quis*, ut edidimus, quodque infra pluribus probamus ad *c.* LXXX. n.5. *caro ferina* occurrit infra *c.* LXXXIX. n. 7. *quia plerumque lacte &* ferina carne *veſcebantur* . Mela I. *c.* VIII. *humi quies epulaeque capiuntur --- Potus eſt lac , ſuccuſque baccarum : cibus eſt* caro, *plurimum* ferina.

HUMI PABULUM. Quod herbis & radicibus aluntur . Feſtus pag.289. ſive Paullus: *Numidas dicimus , quos Graeci Nomadas ; ſive quod id genus hominum pecoribus negotiatur ; ſive quod herbis* a.

cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi ne- 2
que moribus, neque lege, neque imperio cujuſquam regebantur: va-
gi, palantes, qua nox coegerat, ſedes habebant. Sed poſtquam in 3
Hiſpania Hercules, ſicuti Afri putant, interiit; exercitus ejus, com-
poſitus ex variis gentibus, amiſſo duce, ac paſſim multis, ſibi quique, impe-

bis, ut pecora, *aluntur*. De Hunnis tradidit Ammian. Marc. XXXI. *c.*II. quod *radicibus herbarum agreſtium & ſemicruda cujuſvis pecoris carne veſcantur*. adde Silium III. *v.*280. ſqq. Apulej. de Deo Socr. p.46. *Eſt enim ſemper illis victus omnis* in terra. *ibidem* pabulum, *ibidem cubile*.

2. HI NEQUE MORIBUS, NEQUE LEGE CET. *Hi* non eſt in Guelf. 3. male. vide Cat. *c.*V. nu. 2. XXIII. n.2. & XXV. nu.2. de libertate horum hominum compone Cat. *cap.*VI. nu.1.

VAGI, PALANTES. Suſpecta mihi aliquando erat vox *vagi*, ut Gloſſa τῦ *palantes*, & *palantes ſedes* conjungere volebam: Sed re cum cura circumſpecta nihil muto, & editam, quam omnes noſtri Codd. conſervant, tueor; intelligoque: vagi, palantes *erant*, etiamſi Silius III. *v.*290. *migrare per arva Mos*, *atque* errantes *circumvectare* penates. Junguntur iſtae voces apud Livium XXI. *c.* LXI. vagos, palanteſque *per agros equite paſſim dimiſſo ad naves compellit*. XXIII. *c.*XLII. *ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros* vagos, *ſine ſignis*, palatos, *quo quemque trahit*, *quamvis vana*, *praedae ſpes*. alia ejuſdem loca ſuppeditat Gronov. ad XXVII. *c.*XVI. Ipſe Criſpus infra *c.* XLIV. n. 5. *Lixae permiſti cum militibus diu noctuque* vagabantur, *&* palantes *agros vaſtare*, cet. Eo modo Mela I. *c.*IV. *ſine tectis* paſſim, *ac ſedibus* vagi. Cic. pro Sextio *cap.* XLII. *ut quodam tempore homines — fuſi per agros ac* diſperſi *vagarentur*.

QUAS NOX COEGERAT, SEDES HABEBANT. Ita Colerus, Gruterus, ſervus Hackianus, Criſpinus, Waſſius, ceterique horum adſeclae. paullo peritius, quam Venetae, qui habent: *quo nox coegerat*. Reliqui fere *qua nox coegerat*; quam lectionem per ſummam injuriam repudiarunt. Nam conſidera mihi primum, utrum de loco, ubi ſedes habuerint vagi illi atque palantes, an de conditione illarum memorare voluerit Criſpus. dein, ſi locum per *quas ſedes* notari poſſe exiſtimas, quid facilius fuerit librariis *qua ſedes*, an *quas ſedes* ſcribere. denique quod genus dicendi & exquiſitius ſit, & cum indole Salluſtii convenientius. Ego vero omnia iſta meliora in hac lectione, quam nunc ab exſilio liberavi, deprehendiſſe mihi videor, & vel invitis omnibus libris eam reſtituerem. Sed Fabric. 1. Struv. Incert. Remenſ. 2. Vinar. 2. Franc. Uratisl. 3. Eccard. a prima manu, ab ſecunda Academ. & cum his Guelf. 2. 3. 7. 9. 10. 11. 12. habent liquide: *qua nox coegerat*. h. e. qua parte terrae, quo loco. Sic Cat. *c.* LXII. num. 3. qua *illi deſcenſus erat*, *in Galliam properanti*: poterat & eo loco, ſi clauſtrale Latinum illi placuiſſet, *qui deſcenſus erat*. adde ibi notata. Sic Livius XXVIII. *c.* XIII. *paſſim*, qua *cuique proximum fuit*, *in fugam effunduntur*. alius dixiſſet: *quae cuique proxima fuit*. Seneca Hippolyt. *verſ.* 7. *ſcandite colles Semper canos nive Riphaea*. Hac, hac *alii*, qua *nemus alta Texitur almo*; qua *prata jacent* — Ubi *per glacies lenis Iliſſus*, Ubi *Maeander ſuper aequales Labitur agros* — qua *Marathon* — qua *comitatae* — qua *tepidis* — qua *curvati*. inſpice locum, & unus ſatisfaciet, ni infinita eſſent. Rutil. II. Itiner. *v.* 25. Qua *tamen eſt juncti maris anguſtiſſima tellus*, *Triginta & centum millia ſola patet*. Viſne & hic *Quae*? Sed & Severi Sulpicii membranae vetuſtiſſimae, quas ipſe in manibus habeo, Waſſius Cantabrigiae inſpexit I. Dialog. *cap.* XV. qua *nox coegerit*, *ſedes habent*. Guelf. 11. metuit illam imperitiam, & dedit: qua *nox coegerat*, ea *ſedes habebant*.

3. IN HISPANIA HERCULES — INTERIIT. Alii Herculem ex Hiſpania incolumem in Italiam rediiſſe memorant. vide Dionyſ. Hal. I. *c.* XXXIV. ubi & variae exercitus ejus gentes memorantur. Sed cum tot Hercules antiquitas ſibi finxerit, ut non modo ſex, ut Cicero III. de Nat. D. *c.* XVI. & Arnob. IV. adv. Gent. p. 136. ſed etiam quadraginta quatuor, ut Varro apud Servium ad VIII. Aen. *v.* 564. numeraverit; non mirum de obitu ejus eſſe quemdam diſſenſum. Academ. & Guelf. 10. *ſicuti Africi putant*.

AC PASSIM. Diverſis locis, ut Mela I. *c.* VIII. paſſim, *ac ſine lege diſperſi*. Brutus Cic. XI. epiſt. XIII. n. 4. *ille enim iit* paſsim, *ego* ordinatim.

MULTIS, SIBI QUISQUE, IMPERIUM PETENTIBUS. Sic edd. praeſtantiſsimae, & MSS. notae melioris omnes. Sed Struv. Franc. Guelf. 4. 9. 11. 12. omittunt *quiſque*, quod curſum orationis ſuſflaminare viſum eſt. Nec ipſe ego video, quomodo vox illa cum conſuetudine Latinorum

4 imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Per-
ſae & Armeni, navibus in Africam tranſvecti, proxumos noſtro
5 mari locos occupavere. Sed Perſae intra Oceanum magis; iique
alveos navium inverſos pro tuguriis habuere; quia neque materia
in

norum in conſtructione conciliari queat. Petrus quidem Burmannus V. C. ad Vellej. Paterc. II. *c.* CXIII. hunc locum citat, docetque poſt *multis*, *univerſis*, hanc vocem interponi: ſed & locus Velleii & Sueton. Aug. *cap.* IX. habent aliquod verbum *tentare non poſſet*, *condiderunt*, quibus recte *quiſque* addere poſſes. Sed apud noſtrum *quiſque petentibus* non ita cohaerere poteſt, ſi *quiſque* primus Caſus eſt. Citavit etiam locum doctiſſ. Obrechtus ad Dictyn Cret. III. *c.* IV. qui locus prima ſpecie in omnibus cum hoc noſtro conſentire videtur. is ita habet: *Tumque primi noſtrorum atque hoſtium*, *aſcenſis curribus*, *bellum* ineunt, *aſcito ſibi* quiſque *auriga ad regendos equos*. Sed ſi locus omnino ſanus eſt, poſſes τὸ *quiſque* ad verbum *ineunt* referre: quod non ita commode in Noſtro facias, ſi *quiſque* ad *dilabuntur*, quae tamen unica medicina reliqua eſt, adglutinaveris. Igitur ita omnibus difficultatibus occurrendum eſt. Aut *quiſque*, accipies pro *quiſque* h. e. *quibuſque* ut accipiendum apud Juſtin. XXIX. *cap.* I. nu. 8. *His regibus pueris*, *etſi nulli ſenioris aetatis rectores erant*, *tamen in ſuorum* quiſque *majorum veſtigia* nitentibus, *magna indoles virtutis enituit*. ubi Graevius Juntinae ſuae nimium obnoxius dedit *quibuſque*: Aut repone *quique*; *ſibi quique imperium petentibus*. id demum Latinum eſt. atque *quiſque* & *quique* in MSS. commutari, tum Livius docere poteſt, tum Noſter ſupra *cap.* I. num. 4. & *quique*, pro *quoque* ex nota Stewechii ad Veget. IV. *cap.* XIV. & noſtra ad Cat. *cap.* LI. nu. 24. confirmare poteris. Et hoc quidem *quique* eſt, quod mihi in loco ſubobſcuro maxime probatur. Cat. *cap.* XXXVII. num. 6. *ſibi* quiſque, *ſi in armis* forent, *ex victoria talia* ſperabant. ubi vide.

BREVI DILABITUR. Guelf. 4. *brevis*, ſequente litura. Uratisl. 2. *dilabutur*. Eccard. & a manu ſecunda Baſil. I. *dilabuntur*. *Exercitus dilabuntur* recte dici, probat illud Cat. *cap.* XLIII. num. I. *multitudo exſequerentur*; item illud III. Hiſt. Or. Macri extr. *plebes pro victis eſt*. & quae alibi diverſis locis adnotamus. Tacit. IV. Ann. *cap.* XXV. *Infenſus miles*, *memoria laborum & adverſum eludentes optatae toties pugnae*, *ſe* quiſque *ultione & ſanguine* explebant.

4. MEDI, PERSAE ET ARMENII. Fabriciani, Baſil. I. Acad. Incerti, Eccard. Franc. Uratisl. I. 2. Senat. I. Vinar. 2. & plerique Guelff. *Armeni*, non *Armenii*. & ſic etiam infra nu. 9. item Florus III. *c.* XII. nu. 4. ubi vide nuperrimum interpretem. In Salluſtio autem non tam eo, quod dicitur *Armenus*, ſed quod Noſter antiquo more pro *i* duplici, unum ſcribere ſoleat, *Armeni* ferendum eſt. Sic *dis*, *is*, *iſdem* & ſimilia paſsim.

PROXUMOS NOSTRO MARI. Mallem: *proxumos noſtrum mare*, ut mox n. 9. & II. poſtremam in voce *noſtrum* litteram proximae vocis prima ſuſtulit, uti infra *c.* LVII. nu. 4. adde ad Cat. *c.* VII. n. 4. EXCURS. II. nu. 4. p. 397. *Noſtrum mare* nominavit *Mediterraneum*, ut *c.* XVII. n. 4. Apulej. de Mundo p. 60. *Aſia conſtringitur Oceani cingulo & ſocietate* noſtri maris. Caeſar V. Gall. *c.* I. *humiliores*, *quam quibus* noſtro mari *uti conſuevimus*. Livius XXVI. *c.* XLII. *in Hiſpaniae ora*, *qua* noſtro *adjacet* mari.

5. INTRA OCEANUM MAGIS. Guelf. 7. addit *iere*; 10. *habitavere*. Sed ex dictione *locos occupavere* iſte ſenſus explendus eſt, uti ſupra *c.* XVII. num. 3. *intra Oceanum* loca ſunt, quae ab Oceano ambiuntur, eique proxima ſunt. Badius non male exponit *introrſus ad Oceanum*. paullo aliter Cic. III. Verr. *c.* LXXXIX. *locus* intra Oceanum *jam nullus eſt*, *neque tam longinquus*, *neque tam reconditus*, *quo non per haec tempora*, *noſtrorum hominum libido iniquitaſque pervaſerit*. Mela I. *c.* IV. *In Atlanticum pelagus expoſiti*. item *in mare attingunt*.

IIQUE ALVEOS NAVIUM INVERSOS. *Hique* legitur in ſcriptis pluribus: quidam *hiique*; Guelf. 7. *ibique*. Uratisl. 2. *alvos navium*; vide num. 8. Scholiaſt. Thucydid. ad I. *cap.* L. σκάφη καλεῖ τὰ κοιλώματα τῶν νεῶν, ἃ ἡμεῖς γαστέρας καλοῦμεν. Vellej. Pat. II. *cap.* CVII. *Cavatum ex* materia *conſcendit* alveum: *ſoluſque id navigii genus temperans ad medium proceſſit fluminis*. *Tugurium* interpretatur Gloſſa Acad. *bordellum*; alia *gurguſtiolum*. vide ad *c.* XII. num. 5.

NEQUE MATERIA IN AGRIS. Eccard. a manu ſecunda & Guelf. 10. *materies*, ut Putſchius voluit ex Bongarſiano. utramque extremitatem agnoſcit Noſter in aliis vocibus, nec deſerendi ſunt Codd. vetuſtiſsimi. Opus Synonymorum *v.* 448. Materiam, *vel* materiem *dic eſſe domo-*

Digitized by Google

in agris, neque ab Hiſpanis emundi, aut mutandi copia erat. ma- 6
re magnum & ignara lingua commercia prohibebant. Hi paulla- 7
tim per connubia Gaetulos miſcuere: Et quia ſaepe tentantes agros,

domorum. Perperam ergo Remenſ. I. Franc. Guelſ. 12. *materia lignorum*. Caeſar III. Gall. *cap.* XXIX. *omnem eam* materiam, *quae erat caeſa, converſam ad hoſtem collocabat.* cum nota Daviſii. adde Dictyn V. *c.* IX. extr. Daret. *c.* VIII. extr.

Emundi aut mutandi copia erat. Pro *emundi* Uratisl. 3. *oſtendi*: & videndum exiſtimabis forte, aliamne vocem dederit, an *emundi aut* ab Gloſſargis additum ſit. Pro *mutandi* peſſime Franc. *mutuandi*. per *mutationem* rerum olim mercatura exercebatur, de quo dico infra n. 9. Hic vero, cum *emendi* dixiſſet, illud *mutare* exportandas importandasque merces notat Virgil. Eclog. IV. *v.* 38. *Cedet & ipſe mari vector: nec nautica pinus* Mutabit *merces: omnis feret omnia tellus*. Unde & locum integrum ſanum eſſe perſpicies.

6. Mare magnum. *Oceanus*, ut recte Gruterus. de alia *magni* ſignificatione, quam hic fruſtra obtrudit Putſchius, dico infra ad *cap.* LXXVIII. n. 3. Cicero Somn. Scip. *cap.* VI. *terra parva quaedam inſula eſt, circumfuſa illo* mari, *quod Atlanticum, quod* magnum, *quod Oceanum adpellatis in terris: qui tamen tanto nomine, quam ſit parvus, vides*. Seneca VI. Qu. Nat. *c.* VI. *Thales Mileſius totam terram ſubjecto judicat humore portari & innatare: ſive illud* Oceanum *vocas, ſive* magnum mare. Sic & *ingens, immane, vaſtum* audit mare illud. vide Drackenborch. ad Sil. VI. *v.* 522. Guelf. I. non male: *& mare magnum*.

Et ignara lingua. Fabric. I. pro var. lect. *& ignara linguae*; Uratisl. 2. *& ignara loca*. nihil ad rem. *ignara lingua* eſt ignorata, quam alter alterius non intelligit. & ſic Nonius recte exponit *incognita*. Sic Noſter infra *c.* XCIII. n. 3. *more humani ingenii* ignara *viſundi animum vertit*. ubi plura Ovidius: *proles* ignara *parenti.* vide Abram. ad Cic. pro Coelio *c.* II. & Burmann. ad Quinct. Declam. VI. *c.* II. nos ad Cat. *c.* XV. num. 3. Guelf. I. *commercium prohibebant*.

7. Gaetulos secum miscuere. Struv. *ſibi Gaetulos miſcuere*, quem Caſum Livius, Lucanus X. aliique adjungunt. Eccard. a manu ſec. *Gaetulis miſcuere ſe*: ſicuti Sulpic. Sever. I. Hiſt. *cap.* II. *Angeli matrimoniis ſe mortalibus miſcuerunt*. Diverſas Gaetulorum atque Perſarum gentes conjunctas eſſe per matrimonia denotare voluit. Sed Guelferb. 4. & a prima manu Eccard. omittit *ſecum*. Recte, ut opinor. Sicuti enim *mixtus, permixtus* ſaepe ſine dandi Caſu, atque ſine ſexto cum Praepoſitione ponuntur; ſic potuit etiam in Activo: *Hi paullatim per connubia Gaetulos miſcuere*, h. e. adſcivere in ſuam gentem. Livius XXV. *cap.* XV. *conclamant, inſtare Poenum:* permixtosque *&* hoſtes *urbem invaſuros, ni propere portas claudant*. adde infra *c.* LVII. num. 4. Et eo modo Noſter, *adjungere*, ſine *ſibi cap.* X. num. 3. alia alibi dixit. vide Cat. *c.* LVIII. n. I. Hinc Lucanus IV. *v.* 283. *Inde ubi nulla data eſt* miſcendae *copia* mortis. VII. *v.* 100. addidit illud: *morteſque ſuorum Permiſcere* meis. Terent. Heaut. Act. IV. Sc. IV. *v.* 53. *Ita tu iſthaec tua miſceto, ne* me admiſceas. Ovid. IV. Triſt. eleg. X. *v.* 93. *Jam mihi canities, pulſis melioribus annis, Venerat, antiquas* miſcueratque comas. Expellamus itaque τὸ *ſecum*, auctoritate illarum membranarum, & praeterea Fabric. 2. Franc. Vinarienſ. 2. in quibus locum mutat.

Tentantes agros. Guelf. 10. *tempeſtates agros* ſcriptura antiqua *temptantes* fruſtratus. *tentare* agros eſt reperiri, quantum & quid pabuli darent agri. Phaedrus IV. Fab. VII. *v.* 3. *In officinam fabri venit vipera, Haec cum* tentaret, *ſi qua res eſſet cibi, Limam momordit*. Curt. IV. *cap.* IX. num. 15. *paucos equitum ad* tentandum *vadum fluminis praemiſit*. adde infra *c.* XXIII. n. I. *c.* XXXVIII. n. 3. *c.* XLVI. num. 6.

Alia, deinde alia loca. Sic Baſil. I. Fabriciani, Struv. Acad. Eccard. & ſex Guelferbytani. quidam ſecundum *alia* omittunt; nullus: *alia deinde atque alia*, niſi Senat. I. a manu ſecunda. id Gryphiana & Carrionis editiones oſtentant: Gruterus tot curis diſtractus non animadvertit; Waſſius, pro more ſuo, ſecutus eſt: neque verbulum de MSS. ſuis adjecit, intentus credo inquiſitioni de *mapaliis* & *magaliis*. Si quis umquam Codex vetuſtus habuit *alia, deinde atque alia*, non obſcura eſt conjectura, Gloſſam illum repraeſentaſſe, quales ſexaginta in hoc auctore adnotavimus. Dicimus nempe *alia atque alia*; & *alia deinde alia*. Hoc vero & Codd. hoc loco volunt, & ſenſus expoſcit. Noſter infra *c.* XXXVI. n. 2. *Jugurtha* alias, deinde alias *morae cauſſas facere*. Sed Gu. 4. *dein*; Incert. I. *dehinc*: quod eſt indicium, fuiſſe olim: *alia, dein alia*.

8 agros, alia, deinde alia loca petiverant, ſemet ipſi Numidas adpel-
lavere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agreſtium, quae mapa-
9 lia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium cari-
nae ſunt. Medis autem & Armenis acceſſere Libyes (nam hi pro-
pius mare Africum agitabant; Gaetuli ſub ſole magis, haud pro-
cul

SEMET IPSI NUMIDAS ADPELLAVERE. *Semet ipſi* ſcribunt Baſil. 1. Fabriciani, Guelf. 1. Eccard. Ceteri omnes *ſemet ipſos*. Alterum elegantius, & probatum ad Cat. *c.* XX. n. 6. *Numidas* non viſitur in Academ. unde conjicio, Graecis litteris hoc nominis in exemplari ſuo ſcriptum oſtendiſſe. Guelf. 2. *Numadas*, & ab eadem manu ſupra *Nu.*, ſcriptum eſt *No*, ut fieret *Nomadas*. Dicuntur ἀπὸ τοῦ νέμειν, h. e. paſcere, colere, ſive a tentatis paſcuis *agriſque*, ut Auctor dixit. Probat Bartholom. Barrient. Adnot. Silv. *c.* III. ex Plin. V. *c.* III. Pari modo aliquando Pelasgi πλανῆται vocati ſunt, Dionyſ. Hal. II. princ. & Scytharum gens ἁμαξόβιοι, Mela II. *c.* 1. &c.

8. QUAE MAPALIA ILLI VOCANT. *Illi* multo inferius non ſuo loco exhibet Guelf. 9. etiam Fabric. 1. *quae illi mappalia vocant*: adeoque Pronomen non adeo temere abjicies. vide Cat. *c.* XLVIII. n. 4. & ſupra *c.* XVII. num. 4. Ceterum Fabriciani, Franc. aliique *mappalia* gemino *p* ſcribunt, ut eſt in Gloſſis Philoxeni. Academ. *magalia*: ſed ea ab *mappalibus* operoſe diſtinguit I. Waſſius, & reprehendit viros doctos qui nullam fere differentiam ſtatuerint. Ipſe hos terminos ponit: *Mapalia* ſunt agricolarum Maurorum caſae, ſemper mobiles: *Magalia* autem inſtar villarum fixa & ſaepe oppidis circumjecta. illud a *Palea* Syrorum; hoc a *magar* vel *magal* deſcendit. Haec ille. Sed prudens lector videbit iſta non adeo diſcreta eſſe, quin de unis *mapalibus* utrumque dici poſſit. Nam iſta ſuburbia & viculi agreſtes a ſimilitudine aedificiorum *mapalia* dicta ſunt, neque res prohibebat, vaga illa tuguria loco aliquo conſtruere fixa. vide infra *c.* XLVI. num. 5. Alioquin & vox *tugurium*, quod modo de illis mobilibus, modo de fixis mapalibus dicitur, in duas diſſecanda erit. Neque auctores umquam diſtinguunt. Nam Feſtus Catonis verba citans legit *mapalia*; at Servius in iiſdem *magalia*. Victor Uticenſis 1. diſerte locum extramuranum *mapalia* vocat. vide Jo. Savaron. ad Sidon. II. epiſt. II. Salmaſ. ad Solin. *c.* XXVI. p. 219. 220. Facile fuerit Waſſio loca illa omnia corrupta dicere; ſed id neque ex uſu eſt diſputationum, neque Codd. ſinunt. vide Barth. ad Claudian. pag. 417. Schottum & Boſium ad Corn. Nep. Fragm. *cap.* III. num. 2. Corrigendae interim Gloſſae Iſidori p. 33. *Karibs, furca fornalis, alias Kalibs.* monſtra ſunt iſta, non vocabula. Καλύβη & *furnus Punicus* ex Gloſſis & Hieronymo nota ſunt: hic enim in Amos Proph. *agreſtes*, inquit, *caſas & furnorum ſimiles, Afri vocant mapalia.* ex his Iſidoro medicinam pete. Scriberem *Kalybium, furnus Punicus, alias Kalybe.*

INCURVIS LATERIBUS TECTA. Fabric. 1. *tecto* habuit, ſed reformatum *tecta*. Putſchius diſtinguit: *incurvis lateribus, tecta quaſi n. c. ſunt*, loco Sulpic. Sev. Dialog. 1. *c.* III. abſtractus. Immo latera, paullatim coeuntia, ipſa ſimul tecta erant: ut videmus in caſis paſtoritiis aliiſque, quas in agris, qui cuſtodiae frugum praeſunt, apud nos etiamnum conſtruere ſolent. Columella XII. *c.* XV. *ut cum ſol in occaſum fuerit, erigantur & inter ſe acclives teſtudineato tecto* more tuguriorum *inareſcentem ficum a rore & interdum a pluvia defendant.* Curt. VII. *c.* III. n. 9. *Ceterum ſtructura* latior ab imo *paullatim incremento operis* in arctius *cogitur: ad ultimum* in carinae *maxime modum coit.*

9. MEDIS AUTEM ET ARMENIIS ACCESS. Cave, aliquid mutes de hac lectione. mox videbis unde turbae illae in MSS. ortae ſint. Fabric. 2. Struv. a prima manu, Rem. 1. Incerti, Franc. Uratisl. 1. & 3. Eccard. Guelf. 4. 7. 10. 11. 12. *Medi a. & Armeni acceſſere Libyes*; Guelf. 9. *accerſere Libyes*: quidam ex iis *ad Libyes*: Ceteri recte, ut editur. Nimirum ratiocinati ſunt librarii, ut Ciacconius. *Perſae* arceſſerunt Gaetulos; ſic *Medi & Armeni* Libyes. ita utrobique idem nominandi Caſus ſervatur. Quaſi mutata terminatione ſenſus magis inverteretur, quam Cat. *c.* XI. n. 2. ille *vera via nititur*: huic *quia bonae artes deſunt dolis atque fallaciis contendit.* ſupra *c.* XIV. n. 14. alter *eorum necatus*; alterius *ipſe ego manus impias vix effugi.* ubi ſimiliter miſcent omnia. adde Cat. *c.* XXXVII. num. 5. Igitur ut *Perſae* permixti ſunt cum Gaetulis; ſic *Armeni & Perſae* cum Libybus. *Armenis* ſcribit Baſil. 1. Fabric. 1. a prima manu, ab ſecunda etiam 2. Academ. Vinar. 2. Senat. 1. Rem. 2. alii; non *Armeniis*.

NAM

Digitized by Google

cul ab ardoribus) hique mature oppida habuere. nam freto diviſi ab Hiſpania mutare res inter ſe inſtituerant . Nomen eorum paullatim Libyes corrupere , barbara lingua Mauros , pro Medis , adpel-

NAM HI PROPIUS MARE AFRICUM . *Hi* , nempe *Libyes*. nec debuerant Guelf. 10. & 11. omittere , quod viderent iterari mox *hi* , & intelligi de *Medis* & *Armenis*. Sed Parentheſi haec omnia haud abſurde notantur uſque ad vocem *ardoribus ;* & notata ſunt in Vinar. 2. & animadvertit Glareanus . Sic habes infra c. LX. n. 5. c. LXIII. n. 6. per eamdem particulam *nam* quaedam interpoſita. Porro Baſil. 1. Guelf. 9. & 10. *Africam* legunt: quaſi *Africam agitabant* junctim ſumere voluiſſent. Sed Eccard. habet *mare noſtrum* cum Gloſſa *Africum* vel *Mediterraneum :* tot enim nominibus ornatur. Quamobrem *Africum* retinemus. *agitare* abſolute pro *vivere* , *aetatem agere*. Sic infra c. LXXXIX. n. 7. *qui procul a mari incultius* agebant. Ovid. Her. Epiſt. 1. *v.* 66. *Quas habites terras aut ubi lentus* agas. Tacit. 1. Ann. c. L. *Laeti* , *neque procul Germani* agitabant . Sulpic. Sev. Dial. 1. *cap.* XVII. *Bina & terna millia in iisdem viculis* agere *conſtabat*. adde infra *cap.* XIX. n. 5. de ſtructura *propius mare* mox n. 11.

HAUD PROCUL AB ARDORIBUS. Solis ardentiſſimi. vide c. XIX. n. 6. male Guelf. 3. 9. 10. *arboribus*.

HIQUE MATURE OPPIDA HAB. Guelf. 11. *hi oppida habuere*, ceteris neglectis. *hi* dixit , ut ad Medos & Armenos reſpiciat, quod bene vidit Perizon. ad Sanct. II. Min. c. IX. etiamſi non modo quaedam interjecta , ſed etiam *Libyes* ultimo loco memorati ſint . Sic c. XVII. n. 4. Africam *in Europa* . Ea *finis habet* &c. c. V. num. 1. Jugurtham *filium Maſtanabalis* , quem , *Maſiniſſa* &c. infra c. XXXI. num. 14. *metum a ſcelere* ſuo *ad ignaviam veſtram transtulere*, quos *omnes eadem cupere* &c. III. Hiſt. Epiſt. Pompeii n. 4. *hoſtes ab* Alpibus *in Hiſpaniam ſubmovi* , *per* eas *iter aliud patefeci* . Flor. III. c. V. n. 16. *Sed fiduciam oppidanis* nuncius *fecit*, *adventare Lucullum :* qui (*horribile dictu*) *per medias hoſtium naves utre ſuſpenſus* &c. Talia notat Boſius ad Corn. Nep. Pelopid. c. III. num. 2. ubi *eorum* primo ad magiſtratum Thebanorum ; mox idem pronomen ad *exſules* refertur . Eodem modo interpretatur Cl. Burmannus Quinctilian. II. *cap.* V. *ut* Livium *a pueris magis* , *quam Salluſtium : &* hic *hiſtoriae majoris eſt auctor*. ubi *hic* de Livio intelligit.

NAM FRETO DIVISI . Sic Codd. omnes noſtri, Gruteri, Rivii. Waſſius ex unico edidit *fretu* , quomodo Naevius , Lucillius , Varro , Lucretius aliique locuti ſunt . & A. Gellius XIII. *cap.* XX. ipſum Ciceronem ita propter ſonum protuliſſe obſervat . Sed ſi ad enunciationis amoenitatem reſpiciendum eſt apud Noſtrum , *freto* praeferendum eſt . Guelf. 10. *diviſo ;* Franc. expungit *nam*. eleganter.

MUTARE I. S. R. INSTITUERUNT. Uratisl. 1. *ſtatuerunt ;* Eccard. & Guelferb. 9. *conſtituerunt* . Sed Livius XXVIII. *cap.* XLVI. *montanos* inſtituit *oppugnare*. ubi lege notam Gronovii, ne plura in re manifeſta compilare opus ſit . *Res mutare* antiquiſſimum & unicum apud illos genus commercii , nondum inventa una quadam re , quae pretium commune & univerſale eſſet , Ariſtotel. Polit. 1. *cap.* VI. Ethic. V. c. V. leg. 1. D. de contrah. emtione. de pleriſque omnibus gentibus eadem ab auctoribus obſervata ſunt. lege Bernegg. ad Juſtin. XVIII. c. V. num. 8. & Alexandr. ab Alexand. IV. Gen. D. *cap.* XV. addatur Mela I. *cap.* XII. Dictys II. *cap.* VIII. Apulej. Florid. pag. 343. Manſit vocabulum , ut poſtea etiam *aere* , *numo mutare* dicerent, pro emere. videre Columell. VII. *cap.* IX. & Rappolt. ad Horat. pag. 110. 111. Primis tamen temporibus commercia , maxime per naturalia ſepta , ignota fuiſſe , teſtes ſunt Caeſar Germanicus Arat. *v.* 112. ſeqq. Minut. Fel. c. XX. num. 6. Quod majoribus noſtris de mercatoribus judicium , & quam illos ab aliis gentibus advenientes, ut peſtem morum ſuorum , fugerint , diſcas ex Caeſar. II. Gall. *cap.* XV. adde Ejusd. 1. *cap.* 1. ac IV. *cap.* II. Hodie aliter fit : jure ne , an injuria , non diſputabo . Erant jam olim & delicatuli , & graviſſimi homines , qui multum probabant. vide Flor. III. c. VI. Plin. Paneg. c. XXIX.

10. PAULLATIM CORRUPERE. Fabric. 2. Baſil. 1. Struv. Guelf. 4. 7. Remenſ. 1. Senat. 1. Uratisl. 2. 3. Franc. *corrumpere*. Haud damnarem, ſi exciperet *adpellarunt*. Sic nempe Cat. c. X. n. 6. Nunc *corrupere — adpellantes* ſcripſit, pro *corrumpentes — adpellarunt* , de quo genere ad Cat. c. LVII. n. 2. pluribus. Silius IX. *v.* 75. Solinus *Ex ſeſe dictam Solimon : celebrata colonis Mox Italis* paullatim adtrito nomine *Sulmo*. Seneca de Brev. Vit. c. XIII. *Meſſana adpellatus eſt* , paullatimque vulgo permutante litteras , *Meſſalla dictus*.

11 adpellantes. Sed res Perſarum brevi adolevit: ac poſtea nomine Numidae, propter multitudinem a parentibus digreſſi, poſſidere ea loca, quae proxume Carthaginem Numidia adpellatur. Dein utrique

MAUROS PRO MEDIS ADPELLANTES. Nimia eſt haec permutatio. Sed ſi barbara lingua & vulgi ſermo rationibus niteretur, hinc magis, quam ex aliis monumentis certo ſtatuere poſſes *Maedos* ſcribendum eſſe, non *Medos*. Atqui apud Graecos Μαῦδοι plerumque ſcribuntur. vide Oudendorp. ad Jul. Obſequent. *cap.* CVIII. Ex hac igitur ſcriptura Μαῦδοι duabus tantum litteris permutatis fiunt *Mauri*. & hoc quidem ſollemni conſuetudine. Nam *I* & *U* infinitis locis permutantur, ut ſupervacuum ſit exempla proferre: neque minus D & R. Sic *Re* pro *De*, *Arverſarius*, pro *Adverſarius* veteribus in uſu fuerunt. vide Diſſert. III. de Uſu Orthogr. §. XIII. num. I. Inde etiam adfirmares *au* apud veteres, non *ae*, ſed *ai* enunciatum eſſe; quod hodieque inter doctiſſimos homines diſputatur. Sed, ut dixi, barbara lingua fortaſſe non erit regula.

II. PERSARUM B. ADOLEVIT. Aucta eſt reſp. eorum. Sic *res eorum* de Romanis Catil. *c.* VI. num. 3. & *adoleſcere* illuſtravi Eod. *c.* LI. num. 40.

AC POSTEA NOMO - NUMIDAE. Quis ferat hanc ineptiam, aut blatterantes interpp. de eo, quod propter diſtinctionem *Nomo - Numidae* dicti ſint. Nihil umquam verius excogitabitur lectione, in ſcriptis omnibus fere viſitur: *ac poſtea nomine Numidae*. paucis leve mendum adhaeſit, ut Fabric. I. Baſil. I. Remenſ. 2. Urat. 3. Senat. 2. Heuſſ. ubi eſt *nomine Numidiae*: ſicuti ſupra *Numida* & *Numidia*; *Numidae* & *Numidiae* itidem mixta ſunt a librariis, etiam non ſaepe dormitantibus. vide *c.* XI. XII. XIII. n. 2. 5. & alibi paſſim. in Eccard. eraſa eſt vox *nomine*, quae in Fabric. 2. inter lineas haeret. Sed unde & hoc, & reliquae mutationes acciderint, produnt Guelferb. 10. cum ſuo *nomine mutato*; Franc. *ſub nomine Numidae*; Senat. 1. *de nomine Numidae*; Academ. Vinar. 2. & Uratisl. 2. *ſub nomine Numidiae*. Scilicet dictionem *nomine Numidae* paullo inſolentiorem fuiſſe. Hinc eaedem turbae Catil. *c.* XXXVIII. n. 2. *nitebatur pleraque nobilitas*, ſenati ſpecie, *pro ſua magnitudine*. Egreſſi igitur ſunt *ſub nomine* Numidarum, non Perſarum: quod propterea adjecit, quia mox ab iis *Numidiam* dictam eſſe oſtendit. Sic *nomine Hercules*, *nomine Europus* & plurima alia apud Juſtinum, Tacitum, alios. Plaut. Capt. A. II. Sc. II. *v.* 38. Theodoremedes *germano* nomine. Silius XV. *v.* 193. *Urbs colitur, Teucro quondam fundata vetuſto*, Nomine Carthago.

A PARENTIBUS DIGRESSI. Guelf. 3. *diſgreſſi*. vide mox *c.* XIX. n. I. *multitudinis domi minuendae gratia*. Fabric. uterque, Academ. Franc. Struv. Uratisl. 2. Eccard. Guelf. 2. 3. 9. 11. 12. *poſſidere*, non *poſſedere*: errore, aut antiquo inclinatu, qui Praeteritum a Praeſenti ſimpliciter efformat. vide Cat. *c.* V. n. 9. XXXVI. num. 4. adde infra *cap.* XLVII. num. 2. nam Perfectum tempus hic certo praeferendum eſt, quod propter proximum *cogere* ab imperitis immutatum fuerit.

QUAE PROXUMA CARTHAGINEM. Sic Waſſius, nec quid, nec quare. Gruteriana enim omnesque vett. edd. recentiores etiam ante Hackianam, quae cum Criſpino Waſſio praeiverunt, habent; *quae proxime Carthaginem*; & ſic etiam omnes noſtri MSS. exceptis tribus quatuorve imi ſubſellii, qui ita latine ſciverunt, ut iſti editores. Unus Salluſtius aliud docere potuiſſet, qui num. 9. *qui* propius *mare Africum agitabant*. cur non *propiores*. *c.* XIX. n. 5. proxume *Hiſpaniam Mauri ſunt*. *cap.* LV. n. 6. *duobus locis haud* longe *inter ſe*. & paſſim alibi. vide & Catil. *c.* XI. num. 6. *proxime* cum quarto Caſu multis conſtructum, ut *propius virtutem* Catil. *cap.* XI. num. 1. Caeſar III. *cap.* VII. proximus *mare* Oceanum, ut ex optimis membranis reſtituit Gronov. ad Liv. VIII. *cap.* XXXII. quem vide. ut & ad II. *cap.* XLVIII. Lactant. Plac. Enarr. XIV. Fab. XVIII. *Venus pro filii incolumitate a Nymphis, quae* proxime Janum *erant*, *geminum auxilium petiit*. Sic recte Munckerus, qui *proxime* dandi caſum regere poſſe negat. Quinctilian. VIII. *c.* VI. *quae audaci &* proximo periculum *tranſlatione tolluntur*. Gellius III. *cap.* XVII. *quae non ad finem ipſum*, *ſed* proxime finem *progreſſa deductave erant*. & ibi Gronovius adſtruxit. Plura Muretus XIX. Variar. Lection. *cap.* XVII.

NUMIDIA ADPELLATUR. Senatorii, Heuſſ. Struv. Guelf. 1. 3. 7. 10. 12. *adpellantur*: & ſic fuerat in Eccard. & Guelf. 4. ſed punctis littera *n* confixa eſt ab iiſdem manibus. Haeſerat illis ad *loca*, plurium numero verbum eſſe referendum, nec poſſe ad poſtremum *Numidia*. Meminiſſent ejus Cat. *cap.* LV. n. 3. *Eſt locus in carcere*, quod *Tullianum adpellatur*, nec

Digitized by Google

trique alteris freti finitumos armis aut metu ſub imperium cogere, 12
nomen gloriamque ſibi addidere; magis hi, qui ad noſtrum mare proceſſerant: quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicoſi: Denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis poſſeſſa eſt; victi omnes in gentem nomenque imperantium conceſſere.

CAP.

nec quidquam novaſſent. ibi vide notata. infra I. Hiſt. Or. Lepidi n. 17. *niſi adprobaveritis*, bona *civium miſerorum*, *quaſi Cimbricam* praedam, *venum aut dono* datam. Or. Philippi n. 12. *qui videmini intenti* mala, *quaſi fulmen*, *optare*, *ſe quiſque ne* adtingat. Cat. *c.* XXV. n. 3. *Sed ei cariora ſemper* omnia, *quam decus atque pudicitia* fuit. Caeſar II. Civ. *c.* XIX. *Iisdem diebus* Carmonenſes, *quae* eſt *longe firmiſſima totius provinciae civitas*, *per ſe cohortes* ejecit *portaſque* praecluſit. ubi vide D. Voſſium. tale illud vulgatum Terent. Andr. Act. III. Sc. III. *v.* 23. *Amantium* irae, *amoris integratio* eſt. lege praeterea, quae ſcripta ſunt ad Cat. *c.* X. num. 2.

12. SUB IMPERIUM SUUM COGERE. Supra *Dein* legitur in Guelf. 4. quo ex unico recepi, ſecutus Rivium Gruterumque, qui idem ex unis membranis alibi fecerunt. *ſuum* omittunt Guelf. 9. & Uratisl. 2. atque hic quidem: *ſub imperio cogere*, uti infra *ſub jugo mittere*, & Commodian. Inſtruct. L. *Obiſſe debuerat*, *quam ire* ſub *barbaro* rege. *Cogere*, quod ille habet, legimus etiam in Eccard. a prima manu, Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 7. 9. 11. idque certe Salluſtianum eſt, qui Infinitivos quaſi loco Participiorum ponere conſuevit. Cat. *c.* XXI. num. 4. *Suorum unumquemque nominans* laudare, admonebat *alium egeſtatis* cet. ibi plura. adde *c.* LX. n. 3. 4. Supra *c.* XV. n. 2. *dicta* contemnere, *Jugurthae virtutem* extollere *laudibus* —— *denique omnibus modis* —— nitebantur.

NOMEN GLORIAMQUE. Sic alii *eſſe alicujus nominis*. Livius Praefat. *magnitudine eorum*, *qui* nomini *meo obficiunt*, *me conſoler*.

MAGIS HI, QUI. Guelf. 10. *magis his*, *qui*; Incert. 2. & Guelf. 9. *magis quam hi*, *qui*; Franc. *magis hi*, *quam qui*. Struv. & Fabric. 2. *magis hii*, *qui*. Loquitur de illis coloniis Perſarum, quae proxime Carthaginem agitabant.

QUIA LIBYES, QUAM GAETULI, M. Libyes minus bellicoſi, ab Numidis, Perſarum colonia, facile victi ſunt.

DENIQUE AFR. PARS INFERIOR. Recte *inferior*, quae eſt ad mare. loquitur enim de Libybus qui nomen ſuum in victoribus perdiderunt; cum contra altera antiqua gens, *Gaetuli*, nomen ſuum retinuerint. *interior* pars cujuſque terrae vocatur, qui eſt a finibus remotior. vide Daviſium ad Caeſar. VI. Gall. *cap.* II. contra quae ſunt ad fines regionis, maxime *maritimae* partes, vocantur inferiores. vide Iſ. Voſſium ad Melam I. *cap.* II. pag. 330. modo notes, non a fluminibus ſolummodo iſtam denominationem eſſe deſumtam.

POSSESSA EST. Senat. 2. & Heuſſ. *obſeſſa eſt.* quod cum alio loco non importunum foret, hic tamen propter Amphibologiam & meliores Codd. non eſt recipiendum. n. II. vidimus *poſſedere ea loca*.

IN GENTEM NOMENQUE IMP. CONCESSERE. Probat tum aliis, tum & hoc loco Jo. Scoppa I. Collect. *c.* XXII. quod victi nomen victorum recipiant. illique proprie dicuntur *concedere*. Silius IX. *v.* 187. *Conceſſere Alpes*. Sic Cat. *c.* XX. n. 7. Livius XXIX. *c.* XXIX. *gens Maſſyliorum omnis in ditionem imperiumque Mezetuli* conceſſit. Sulpic. Sev. II. Hiſt. *c.* VIII. *Babylonii quoque in poteſtatem ditionemque ejus* conceſſere. Juſtin. IV. *c.* II. *Poſt quem ſingulae civitates in tyrannorum imperium* conceſſerunt, *quorum nulla terra feracior fuit*. Hegeſippus I. *c.* XV. *non laceſſendos*, *quorum* in nomen *ac poteſtatem totus prope orbis terrarum* conceſſerat. Hinc Crotoniates apud Liv. XXIV. *c.* III. *Morituros ſe adfirmabant citius*, *quam immixti Bruttiis*, *in alienos* ritus, mores legesque, *ac mox* linguam *etiam verterentur*. adde infra LXXVIII. num. 4.

Digitized by Google

CAP. XIX.

XXII.

1 POſtea Phoenices alii multitudinis domi minuendae gratia, pars imperii cupidine, ſollicitata plebe & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliaſque urbis in ora maritima condidere: Haeque brevi multum auctae, pars originibus
2 praeſidio, aliae decori fuere: nam de Carthagine ſilere melius puto,

CAP. XIX. 1. POSTEA PHOENICES. Multas illi in Africam & Hiſpaniam colonias miſerunt, ita, ut Plin. v. *c.* xx. referat, eos etiam *extra orbem*, h. e. ut Strabo XVI. pag. 250. loquitur, *μέχρι καὶ ἔξω στηλῶν*, urbes condidiſſe. Leptis, Carthago, Utica ab illis conditae a Plinio memorantur, quod ſingulatim Tyriis tribuit fere Curt. IV. *c.* IV. n. 20. adde Diodor. Sic. v. *c.* XX. Melam I. *c.* XII. de Sidoniis confer infra *c.* LXXVIII.

MULTITUDINIS D. M. GRATIA. Suſpicor Salluſtium non dediſſe illud *gratia*, qui cum Cicerone, Livio, Tacito frequenter ſubintelligi voluit. Juventute Tyrios abundaſſe etiam Curtius teſtatur, eaque res pleriſque coloniis cauſſa fuit. vide Tacit. IV. Ann. *c.* LV. Caeſar. I. Gall. *c.* II. num. 5. Juſtin. XXIV. *c.* IV. Flor. III. *c.* X. num. 2. alias plures cauſſas memorat Seneca ad Helv. *c.* VI. cui adde Vellej. II. *c.* CVIII. num. 3. Tacit. Germ. *cap.* XXIX. Rappolt. in Horat. pag. 254.

PARS IMPERII CUPIDINE. Vide Caeſ. I. Gall. *c.* II. Guelf. 4. *imperii cupidi;* Uratisl. 2. *ingenii cupidine*. neutro opus eſt.

ET ALIIS NOVARUM RERUM AVIDIS. Sic Fabric. 1. a prima manu, Acad. Baſil. 1. Senatorii, Heuſſ. Vinar. 2. Uratisl. 1. 2. Remenſ. 2. Guelf. 2. & 3. nec injuſte adprobavit Gruterus praetulitque illi: *& alii n. r. avidi*. quid obſtiterit correctoribus, patet; nempe illud *ſollicitata*, cum inde recte exaudias *ſollicitatis*. vide Cat. *c.* XXI. n. 1. *c.* XXV. n. 3. Simili de cauſſa lapſus Begerus in Flor. II. *c.* VI. n. 2. Urebat *nobilem populum ablatum mare*, *raptae* inſulae, *cet.* Cic. I. epiſt. IX. n. 63. *Ejus* omni *& gratia &* opibus *fruor*. ubi vide. *cupidis* eſt in Vinar. 2. quod damnat Rivius.

HIPPONEM. Fabric. 1. *Ypponem;* 2. aliique *Hypponem;* Struv. Acad. alii *Hiponem*. Graeci Ἱππών, ut Strabo, Ptolemaeus, Procopius. Duo autem Hippones celebrantur, Strabo XVII. p. 572. Sed ordo rerum memoratarum exigit, ut hic intelligamus *Hipponem* Africum, vulgo *Diarrhytum* nominant. Regno Tunetano hodie adponunt & *Biſertam* dici autumant. vide Cellar. IV. Not. Orb. *c.* IV. pag. 156. & ad Auct. de B. Afric. *c.* XCVI.

HADRUMETUM. Fabric. 1. Academ. Struv. Incerti, alii *Adrimetum;* Baſil. 1. Fabric. 2. Senat. 1. *Hadrimetum*, proxime ad numorum & lapidum ſcripturam, quae eſt, ut edidimus. vide Cellar. pag. 134. & ad Auct. de B. Afric. *c.* III. Vinar. 2. & Guelf. 7. *Hadrimentum*. Eccard. *Adhyrmitum*. *V* retinent Guelf. 11. 12. vide Boſium ad Corn. Nepot. Hannib. *cap.* VI. num. 3.

LEPTIM. *Minorem* intelligit, quae ſita inter Adrumetum & Thapſum. Leptim majorem, quae eſt inter Syrtes, mox memorat n. 3. ac de ejus origine plura infra *c.* LXXVIII. de illa vide Cellar. IV. *c.* IV. pag. 135. adde Liv. XXXIV. *c.* LXII.

PARS ORIGINIBUS SUIS PRAESIDIO. Supra Fabric. 2. Struv. Incert. 2. *heaeque;* Franc. *Eaeque;* Acad. *hiique*, & ſtatim *alii*. Fabric. 1. & vetuſtiſſimus quiſque *haeque*. *pars* non viſitur in Guelf. 11. & ſolet Noſter *aliae* ceteraſque relativas particulas ſemel tantum ponere. vide ad Catil. *c.* LXI. num. 8. *ſuis* expungit Guelf. 10. neque id abſurde. Scripſit ergo: *haeque brevi multum auctae originibus praeſidio*, *aliae decori fuere*. *Origines* ſunt *Metropoles*, ſive illae orbes ac nationes, unde profectae ſunt coloniae. Thucydid. I. *c.* XXXIV. *καθέστηκεν ὡς πᾶσα ἀποικία, εὖ μὲν πάσχουσα, τιμᾷ τὴν* ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ. qui & de honore illo legendus eſt *cap.* XXXVIII. cui adde Freinshem. ad Curt. IV. *c.* II. num. 10. ubi Livium adduxit XXXVIII. *c.* XXXIX. *Ilienſibus Rhoeteum & Gergithum addiderunt*, *non tam ob recentia ulla merita*, *quam* originum *memoria*. Hinc *parentes* & *matres* vocantur, & viciſſim Tacit. Germ. *c.* II. *Celebrant carminibus antiquis Tuiſtonem Deum*, *terra editum*, *& Mannum* originem *gentis conditoreſque*.

2. NAM DE CARTH. SILERE MELIUS PUTO. Sic omnes Codd. Sed Quinctil. II. *c.* XIII. *tacere ſatius puto*. male. Sed recte ibi Burmannus ex Gro-

to, quam parum dicere : quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, ſe- 3
cundo mari, prima Cyrene eſt, colonia Thereon, ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis : dein Philenon arae, quem, Aegyptum ver-

Grotio ad D. Lucae Evang. oſtendit, diverſis verbis multa loca auctorum ab veteribus citata eſſe. Tamen & Eccard. *tacere melius p. Silere* habet Sidon. I. epiſt. I. ubi vide Interpp. Apulej. de Mundo p. 68. *De rectore quippe omnium non, ut ait ille,* ſilere melius *eſt : ſed vel parum dicere*. Nihilominus Hieronym. ad Paullin. Epiſt. CIII. *Super quo* tacere melius puto, *quam pauca ſcribere*. Sic edd. & MS. noſter. Pro edita ſtat Guntherus in Ligur. I. *v.* 356. *Hanc ego rem penitus, quam dicere pauca,* ſilere *Tutius eſſe puto*.

3. IGITUR AD CATAB. —— PRIMA CYRENE EST. Male Gruterus & Waſſius diſtinguunt per duo puncta poſt vocem *Catabathmon :* adeo, ut videantur ita locum intellexiſſe, ut ſcripſit Struv. *Igitur revertar ad Catabathmon*. Tu vero intellige *ad Catabathmon prima eſt Cyrene,* ut Mela I. *c.* VIII. ad Catabathmon *Cyrenaica eſt provincia*. Inde Guelf. 9. ſcripſit *proxima Cyrene eſt ;* 10. *proxima prima eſt*. Sed *primus* etiam eadem notione frequenter ponitur. vide If. Voſſium ad Melam I. *c.* XIII. p. 379. a Cathabathmo enim euntibus prima eſt Cyrene verſus mare pergentibus, h. e. *ſecundo mari*. Silius II. *v.* 235. *ſtat* primam *urbem muroſque parentes* Poſtpoſita *caede & dilata invadere pugna*.

SECUNDO MARI. Quidquid Waſſius congeſſit, nihil legentibus auxilii dabit. ipſe eo omnia contulit, ut probet *ſecundo mari* eſſe *ſecundum mare:* citatque adeo *ſecundo flumine*, *adverſo flumine*, quae cum tali judicio hic fere ab illo prolata ſunt, quo Pitiſcus haec Noſtri citavit ad Curt. IV. *c.* VII. num. 9. Simpliciter intellige, quod Gloſſa in textu Remenſis I. obtulit, *ſecundo exiſtente mari* h. e. ut mare ſit ſecundum, ut ſequatur, proximum ſit poſt Cyrenem. qua conſtructione Auſonius : *Caeſareos proceres, in quorum regna,* ſecundis Conſulibus, *Romana potentia ceſſit*. Sic magis diceres eſſe *verſus* mare (quamquam nec id ſatisfaciat) quam *ſecundum* h. e. juxta : & quamvis inter ſenſum non multum interſit, exempla tamen hominis id probant, non ipſum intellexiſſe locum, & ratio interpretandi aliud requirit. Simillima conſtructio occurrit infra *c.* LII. num. 3. *Romani*, advorſo colle, *ſicuti praeceptum fuerat, evadunt*. vide nos ad illum locum. *Secundus* autem idem eſſe, quod *ſequendus*, vel origo, quae nulla alia eſt, perſuadere poterit. vide *c.* XIII. num. I. Hinc & *ſecundus* & *proximus* idem eſt Senecae V. de Beneſ. *c.* XXV. ubi vide Gronovium : item *ſecundum* pro *poſt*, apud Liv. I. *c.* IV. pr. *Sed debebatur fatis tantae origo urbis, maximique,* ſecundum *deorum opes, imperii principium*. Sic & quando pro *prope* ponitur & *juxta*, proprie diceres *ſequente* hac vel illa *re*. adde *c.* XIV. n. 3. Ne quid tamen diſſimulem, poterat *ſecundo mari* intelligi, eo loco quo *mare ſecundum*, h. e. non importuoſum eſt ; nam mox de Syrtibus loquitur ubi aliter ſe habet, vide *c.* LXXVII. & ſic *mari ſecundo* Livius XXIX. *c.* VII. adde I. Fr. Gronov. ad Tacit. Germ. *cap.* II. Idem ille in Scholis intelligit, ut *ſecundo flumine*, quia mare ab Aſiae angulo repreſſum in partem illam, quae eſt verſus Carthaginem, fertur. Nobis prima expoſitio ſatis placet, integro lectoris judicio.

CYRENE EST. Inde *Cyrenaica*, *Cyrenenſes*, de quorum imperio infra *c.* LXXIX. num. 2. addatur Strabo XVII. p. 575. Ptolem. IV. *c.* IV. & Cellarius.

COLONIA THEREON. Eccard. & Guelferb. II. *Theron ;* Guelf. 7. *ſecunda eſt Thereon*, quaſi & hoc nomen urbis eſſet. *Thereon* ab Inſula *Thera*, unde profectus Ariſtaeus, ſive Ariſtoteles cognomine Battus, urbem in Africa condidit, & ab monte *Cyra*, ſive a puella *Cyrene*, nominavit *Cyrenem*. lege Juſtin. XIII. *c.* VII. & quos ibi Interpp. Graeci Θηραίων ; quomodo Noſter pro *Theraeorum*, ut mox *Philenon*, pro *Philenorum*.

DUAE SYRTES. Quas late deſcripſit Auctor *c.* LXXVIII. ubi & de hac *Lepti*.

DEINDE PHILENON ARAE. Guelf. 4. iterum *dein*. Struv. *Philenorum*, ſicuti edd. quaedam vulgares. Strabo pag. 118. & 575. φιλαίνων βωμοὶ : & Gruterus quidem expreſſit *Thereôn*, *Philenôn ;* alii *Philenón :* quibus ſignis & alii uſi ſunt, praeter veterum auctoritatem. & quis *Metamorphoſeon*, *Argonauticon*, *Satyricon*, aut Martialis *Epigrammaton* ſine tali indice non intelligit ? Rem omnem de *aris Philenon* narrat Criſpus infra *cap.* LXXIX. & Valer. Max. V. *cap.* VI. extern. 4. Sed Caſtilioneus taxat Salluſtium, quod has aras poſt Syrtes poſuerit ; nec melius Criſpinus eum defendit, qui adſerit, poſt Leptin hoc loco poni. Neutrum

verſus, finem imperii habuere Carthaginienſes : poſt aliae Punicae
4 urbes. Cetera uſque ad Mauretaniam Numidae tenent : proxume
5 Hiſpaniam Mauri ſunt : ſuper Numidiam Gaetulos accepimus par-
6 tim in tuguriis , alios incultius vagos agitare : poſt eos Aethio-
pas

trum vere. Collocat Salluſtius poſt Cyrenem, ut Plinius, ut Mela aliique. nam quae de *Syrtibus* & *Lepti* adtulit, ea interpoſita ſunt propter commemorationem *maris :* qui mos tum aliis, tum Noſtro haud inſolens eſt , etſi imperiti interpretes eum nuſquam fere obſervare voluerunt. vide *c.* XVII. n. 6. itaque ſupra Syrtim majorem poſuit , quo loco etiam doctiſſimus Cellarius in Tabulis ſuis deſignavit. vide eum IV. *c.* III. p. 118. Not. Orb.

QUEM LOCUM AEGYPTUM VERSUS. Senat. 2. & Heuſſ. omittunt *locum*, quod vocabulum ſaepius hic iteratur. ſupra enim: *qui locus;* mox : *cetera loca*, item: *loca exuſta*, quod vix ferant aures. Igitur intellige *quem finem*, *finem imperii habuere ;* ſive *quas finem habuere*. Multa hujus generis adnotavimus ad Cat. *c.* VII. n. 6. Eas *divitias* , eam *bonam famam magnamque nobilitatem putabant :* & ad *c.* LV. n. 3. *Eſt locus in carcere*, quod *Tullianum adpellatur*. adde etiam Eod. *c.* II. n. 1. Vox *imperii* non legitur in Guelf. 10. 11. Ceteri omnes retinent, & ex n. 7. ea emendatio derivata videtur.

4. USQUE AD MAURITANIAM. Remenſ. 1. *uſque in Mauritan.* Baſil. 1. *Mauretaneam* , de quo ad Cat. *c.* XXI. n. 3.

PROXUME HISPANIAM MAURI S. Senat. 1. *proxume Hiſpanias* , ut olim Urſini liber. ſed falſo, ſ. quid video, cum tantum *proxime unam partem* Hiſpaniae illi ſint poſiti , nempe *Baeticam*. Et haec optimus quiſque auctorum curatius diſtinguunt; cum alioquin & *Gallias* & *Hiſpanias*, quando de omni regione loquuntur haud rara ſint. vide Cat. *c.* XVIII. n. 5. Eccard. *proxume Hiſpanos;* mirum, ni faciant *proxume Hiſpaniam Mauretania eſt*. Agnoſco ineptias hominum, quas infra n. 7. etiam prodiderunt: Gaetulorum *magna pars & Numidae uſque ad flumen Mulucham*. ſic enim vulgo legunt . Guelf. 7. *Et prope Hiſpaniam ;* 3. *Proximam Hiſpaniam*. vide ſupra ad *c.* XVIII. n. 11.

5. GAETULOS. Quos vide *c.* XVIII. n. 1. & infra *c.* LXXX. n. 1.

IN TUGURIIS. Non oppida habebant, multo minus munimenta ; ſed caſas aedificaverant & mapalia. vide *c.* XVIII. n. 9. Et hic eſt ordo aedificiorum, quem Lucretius eleganter oſtendit, & ex eo Lipſius ad Senec. Epiſt. XC.

INCULTIUS VAGOS AGITARE. Incert. 1. *vagoſque*. Sed Guelf. 9. omittit τὸ *vagos* , quod delicatulo cuidam bonum factum videri poſſet. Potuiſſet etiam librariis & correctoribus , qui tamen in tot Codd. editam nobis propinant . Compara *c.* XVIII. n. 2. vagi , palantes , *qua nox coegerat*, *ſedes habebant ;* Cat. *c.* XIII. extr. *eo* profuſius omnibus modis *quaeſtui atque ſumtui deditus erat*, & quae iis locis contulimus, neque offendet, *incultius vagi agitant*. Sic III. Hiſt. Or. Macri n. 20. *veſtrarum rerum* ultro injuria *gratiam debere:* qui locus viros doctos exercuit. Similis Expoſitio eſt illa Capitolin. in Vero *c.* X. *Et dicitur Fauſtinae ſocrus* dolo, *aſperſis oſtreis* veneno *extinctus eſſe*. Cicero & Terentius: *luce* , *palam ; apud me*, *domi* & ſaepiuſcule Pomp. Mela , addita tamen Praepoſitione , de quo adeas Jac. Gronov. ad Proem. pag. 3. Porro in Struv. emendavit quidam: *vitam vagos agitare;* in Guelf. 2. eſt *habitare*. Sed *c.* XVIII. n. 9. *propius mare Africum* agitabant. adde ibi notam. de Germanis Mela III. *cap.* III. *Maximo frigore* nudi agunt. & *cap.* VII. *pars* nudi agunt, *pars tantum obſcena velati*.

6. POST EOS AETHIOPAS ESSE. Sic Baſil. 1. Fabric. 1. Eccard. & vetuſtiſſimus quiſque a prima manu. Recentiores *Aethiopes*. Illo modo Mela *Seras*, *Phoenicas*, *Iberas* , *Garamantas*, *Caſſiteridas*. vide Gronov. ad I. *c.* II. p. 17. Florus I. *c.* XVI. *pro ſociis* Samnitas *invadit*. ibi adde Salmaſium. Id. II. *c.* VIII. n. 5. *inhonoratam apud Romanos querens adverſus* Macedonas *militiae ſuae ſocietatem*. Ovid. III. Faſt. *v.* 439. *Fulmina poſt auſos coelum adſectare* Gigantas *Sumta Jovi*. & quae ibi N. Heinſius . adde Claudian. IV. Conſ. Hon. *v.* 534. Curt. VII. *c.* VI. n. 21.

EXUSTA SOLIS ARDORIBUS. Quae ſunt , ut dicere ſolent , ſub aequatore. Virg. IV. Aen. *v.* 42. *Hinc* deſerta ſiti *regio*. Silius I. *v.* 257. *Flammiferis tellus radiis cum* exuſta *dehiſcit* , *Candentique globo medius coquit aethera fervor*. Columella XI. *cap.* II. *Priuſquam ſol acrior* exurat *terram*. Seneca I. Natur. Qu. Praef. *terrarum orbem ſuperne deſpiciens*, *anguſtum & magna ex parte opertum mari* , *etiam qua exſtat late ſqualidum*, *& aut* uſtum, *aut rigentem*. Idem Epiſt. XC. *Quid ergo ? non in defoſſo latent Syrticae gentes ? quibus propter nimios* ſolis ardores, *nullum tegmentum ſatis repellendis* caloribus *ſolidum eſt* , *niſi ipſa arens hu-*

pas eſſe : dein loca exuſta ſolis ardoribus. Igitur bello Jugurthino 7
pleraque ex Punicis oppida & finis Carthaginienſium, quos noviſſume habuerant, populus Romanus per magiſtratus adminiſtrabat: Gaetulorum magna pars & Numidia uſque ad flumen Mulucham ſub Jugurtha erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, prae-

humus. Sulpic. Sev. I. Dial. *cap.* XIII. *ubi omnia arentia*, exuſta ſolis ardoribus, *nullius unquam ſeminis vel exiguam radicem ferunt*. Apulej. de Mundo p. 58. *quippe cum finitimis* Aetheris *adtingantur* ardoribus. Juſtin. II. *cap.* I. num. 7. *aeſtivi ſolis* ardores. adde R. Bentlej. ad Horat. III. Od. IV. v. 31.

7. ET FINIS CARTHAGINIENSIUM. Vinar. 2. *fine Carthaginienſium*; Guelf. II. *& fines Carthaginem ſive quos nov. habuerat pop. R.* Forte inde elicias: *oppida fine Carthaginis*. Sed nihil muto. *fines* pro ipſa regione, qua patet. Supra *cap.* XIV. *ego iis* finibus *ejectus ſum quos majoribus meis populus R. dedit*. infra *c.* CX. num. 6. fines meos *adverſum armatos armis tutus ſum*. aliique paſſim. mox etiam Gu. 4. Struv. Franc. Fabric. I. a manu ſecunda, *habuerat*: quia nempe jungebant cum proximo, *populus R.* ſed peſſime. Hos fines ſupra infraque *provinciam*, ut mos eſt, adpellat.

GAET. MAGNA PARS ET NUMIDAE. Sic edd. hujus & ſuperioris ſaeculi omnes: neque Rivius, Gruterus, Waſſius quidquam admonent. At Venetae 1494. 1500. item Fabric. I. Incerti, Senatorii, Heuſſ. Acad. Struv. Franc. Remenſ. I. & Guelff. tantum non omnes: *& Numidiae*; quod equidem non probo, atque ſcio ſupra aliquoties *Numidae & Numidiae* in libris ſcriptis eſſe confuſa; tamen vulgatam paullo infringit. Cum vero Vinarienſis 2. aperte exhibeat, *& Numidia*; non dubito hanc lectionem pro vera recipere. Falſum eſt, *Numidas* omnes fuiſſe ſub Jugurtha, dum plures aut profugi poſt Adherbalis fugam abierant, (confer *c.* XXXV. n. I.) aut mox Romanis cum exercitu adventantibus ſeſe adjunxerant. Sed *Numidia* erat omnino ſub Jugurtha, qui illam quaſi bello captam, tenebat. & fruſtra diceres intelligendum eſſe *partem Numidarum*; cum id aegre nexus orationis patiatur, & ab cura Criſpi noſtri prorſus alienum ſit, qui incertum ſententiae fugitat. Quid locum corruperit, haud occultum eſt. Primo ipſe modus litteram *A* ſcribendi; dein, quod maximum & jam num. 4. indicatum, horribile illud acumen, ut ita *Numidae* diceret nolens, volens Salluſtius, ſicuti *Gaetulorum*, non *Gaetuliae*. Sed ſic num. 4. *Mauretania & Numidae*; n. 5. *Numidia & Gaetuli* paria ſunt. infra *c.* LXXIX. num. 5. *Igitur* Carthagine *duo fratres miſſi — maturavere iter pergere*: Cyrenenſes *tardius iere*. Horat. III. Od. III. *verſ.* 46. *qua medius liquor Secernit* Europen *ab* Afro. Infinita ubivis obvia ſunt, haud raro tamen male ab interpretibus vexata. quoties vel unus Mela cum Salluſtio incedit? vide vel I. *cap.* III. nec negabis. quoties Plinius, Caeſar, omnes?

USQUE AD FLUMEN MULUCHAM. Sic quidem Gruterus aliique; ſed Fabriciani: *uſque flumen*, ſine *ad.* & in ſuo Fabriciano Rivius legit: *ad flumen uſque*, quomodo aliquot edd. In iiſdem particulis turbant libri vett. infra *cap.* CXIV. num. 2. paullo tamen ſuperius num. 4. dixerat: *uſque ad Mauretaniam*. Sed Cic. XV. Att. epiſt. XXVIII. *Quintus* uſque *Puteolus venit*. Juſtin. I. *cap.* I. *rudes populos terminos* uſque *Libyae perdomuit*; & mox: *alter* uſque *Aegyptum exceſſit*. *Mulucham* varie ſcribunt libri noſtri. Academ. *Mubicham*; Vinar. 2. & Incert. I. *Muluccum*; Uratiſl. 3. *Mulucam*, quomodo olim legebatur apud Melam I. *cap.* V. adde infra *cap.* XCII. num. 5. & CX. nu. 8. Senat. I. *Mulcham*, alii *Mulcam*, quaſi *Molechath*. Sed Strabo XVII. p. 570. ΜΟΛΟΧΑΘ, quem tranſpoſitis litteris Ptolemaeus χολυμάθ vocat; quod dudum adnotavit Iſaac. Voſsius ad Melam l. c. p. 336. & Cellar. IV. *c.* V. pag. 195. Denique Fabric. 2. & Franc. habent *Mulucha*, non *Mulucham*; Priſciano forte, male intellecto VI. p. 680. aut Phoca Grammatico potius fruſtrati, qui haec fluviorum nomina Neutro genere apud Salluſtium legi, tradiderunt: ſed *flumen Mulucha* ita dici, ut *flumen Tiberis*; *flumen Hiſter* recte oſtendit Priſcianus.

BOCCHUS IMPERITABAT. Eccard. *Bocus*; Vinar. 2. Guelf. 2. & 3. cum aliis tribus quatuorve: *Boccus*. Miſerat ille *Bocchus* initio belli Jugurthini legatos Romam, foedus & amicitiam rogatum, vide infra *c.* LXXX. num. 4. Devicto Jugurtha, partem Numidiae accepit, quae eſt ab Ampſaga, uſque ad Mulucham, quam illi promittit Sulla infra *c.* CXI. n. I. Guelf. 7. *imperat*; II. Senat. 2. Fabric. 2. Rem. I. Incert. I. & Heuſſ. *imperabat*.

praeter nomen, cetera ignarus populi Romani; itemque nobis ne-
8 que bello, neque pace antea cognitus. De Africa et ejus incolis ad neceſſitudinem rei ſatis dictum.

CAP. XX.

III.
1 POſtquam, regno diviſo, legati Africa diſceſſere, & Jugurtha contra timorem animi praemia ſceleris adeptum ſeſe videt; certum

CETERA IGNARUS. Franc. Struv. Eccard. Remenſ. 1. Vinar. 2. Guelf. 4. 10. & 11. *per cetera ignarus*; Guelf. 9. *ignarus praeterea*. quia non capiebant illud *cetera*, pro *quod ad cetera*: cum ne pueri quidem hodie ita aberrent. Noſter infra *cap.* XCII. n. 5. *mons* omnia *natura*, *velut opere atque conſulto praeceps*. ſic legitur in multis Codd. alii tamen *per omnia*; alia *omnis*. Senec. ad Marc. *cap.* XXV. *tramites* omnia *plani*, *& ex facili mobiles*. ubi vide Gronovium, ut & Heinſium ad Claudian. Stilic. *v.* 29. *hic* publica *felix*, *Sed* privata *minus*. Eodem referas illud Lucret. III. *v.* 63. *Haec volnera vitae* Non minimam partem *mortis formidine aluntur*: et illud Salluſtii III. Hiſt. haud procul a principio: *terga caedebantur*. Scripti aliquot: *populo Romano*; unus: *populus R.* quae varietas ex notis *P. R.* orta eſt.

NEQUE BELLO, NEQUE PACE ANTEA COGN. In Fabriciano 1. non viſitur particula *antea*, ubi & reliquae iſtaevoculae in raſura perſcripta ſunt. Uratiſl. 1. *itemque nobis bello*, *neque pace*, omiſſo altero *neque*: quomodo ſupra *cap.* VII. num. 6. peccatum eſt. Guelf. 7. *neque in bello*, *n. in pace*.

8. DE AFRICA & EJUS INCOLIS. Guelf. 11. ac *ejus*; in Academ. *ejus* poſt vocem *incolis* ponitur; Guelf. 2. *& de ejus incolis*, quae vera erit lectio, ſi Pronomen retineas, ut ſolent veteres Praepoſitiones iterare. vide ad Cat. *c.* XLIX. n. 1. Sed cum Guelf. 4. ſincere praeferat: *de Africa & incolis ad n. r. ſatis dictum*, id omnino probandum exiſtimaverim. frequenter iſtud Provocabulum apud Noſtrum deſideratur. vide *cap.* XIV. num. 1. Cat. *cap.* LI. num. 12. &c.

AD NECESSITUDINEM REI. Perperam Franc. Senat. 2. & Heuſſ. *ad neceſſitatem*. *ad* ſcite perquam ponitur loco τὸ *pro*, ita, ut interdum per *ob* exponi queat; cujus rei exempla poſuimus ad III. Hiſt. Or. Macri num. 13. *nomina rerum* ad ignaviam *mutantes*.

SATIS DICTUM. Sic excellentiores noſtrae membranae. quidam addunt *eſt*. Eccard. *ſatis dictum credo*: contra Salluſtium & Apulejum qui de Mundo pag. 60. *de mari ſatis dictum*. male ergo *ſatis* exulat ab Guelf. 10.

CAP. XX. 1. LEGATI AFRICA DECESSERE. Sic Gruterus & ſequaces. At vett. edd. & maxima pars MSS. *diſceſſere*. Sunt tamen in Guelferbytanis etiam, qui *deceſſere* legant, & eodem modo Fabr. 1. Remenſ. 2. & Struv. Idem incertum eſt infra *cap.* XXIII. num. 1. & nos quaedam ad *cap.* 1. num. 4. alia autem ad *cap.* XXXVI. extrem. unde & patebit, illos qui aliquam inter *decedere* & *diſcedere* differentiam agnoſcunt, hic neceſſario *diſceſſere* debere ſcribere. ita nempe plures notiones ſimul exprimuntur, nempe *decedere* Africa, & *proficiſci* Romam. Bene etiam Baſil. 1. *regno diviſo*, poſitura vocum inverſa, de qua ad Cat. *cap.* XLVIII. num. 1. Peſſime Fabric. 2. & Guelf. 11. *ab Africa diſceſſere*. niſi & eam particulam addere jubeas infra *cap.* XLI. num. 3. *Poſtquam illa formido* mentibus *diſceſſit*.

PRAEMIA SC. AD. SESE VIDET. *Praemia* erant impunitas & dimidia, pro tertia, meliorque ſimul pars Numidiae. Guelf. 3. *ſeſe adeptum videt*, ne, ſcilicet, τὸ *ſeſe* alieno Verbo adjiceretur. Sed aliud diſcimus ex nota ad Catil. *cap.* XLVII. n. 4. Guelf. 7. *vidit*, propter *Poſtquam*, & verbum *diſceſſere*. Sed haec non obſtant, quo minus Praeſens tempus ut eſt in melioribus libris, locum obtineat. vide infra ad *c.* LII. n. 3. & ſupra *cap.* XII. n. 4.

CERTUM RATUS. Sic Rivius & Gruterus ex MSS. quibus vix tres ex omni noſtro numero adſentiuntur. nam vetuſtiſſimi Fabric. 1. Baſil. 1. Senat. 1. Remenſes, ceteri: *certum eſſe ratus*. At Cat. *cap.* 1. num. 3. *Quo mihi* rectius *videtur*. ubi vide, & multa loca praeterea. Eccard. *verum eſſe ratus*, ab interprete male curioſo. nam *certum* ſaepe idem quod *verum*, & *certus* dicitur, qui eſt *verus* & *fide dignus*. Noſter Cat. *cap.* XV. n. 2. *pro certo creditur*. Petron. *cap.* LXIII. *ſcio. Niceratem nihil nugarum*

Digitized by Google

tum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romae venalia eſſe; ſimul & illorum pollicitationibus accenſus, quos paullo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis ani-
mum intendit. Ipſe acer, bellicoſus: at is, quem petebat, quietus, 2
imbellis, placido ingenio, opportunus injuriae, metuens magis, quam
metuendus. Igitur ex improviſo finis ejus cum magna manu inva- 3
ſit: multos mortalis cum pecore atque alia praeda capit, aedificia incen-

tum narrare. *imo* certus eſt, *&* *minime linguoſus*. Livius XXXVI. *cap.* XXVIII. Certum *habeo, te imprudentia labi*. Sic Cicero *certus accuſator*, *certus paterfamilias*. vide Graev. ad Or. pro S. Roſc. Amerin. *cap.* XIX.

EX AMICIS APUD NUMANTIAM. *Ex amicis* delet Eccardianus, neſcio, an bono ſenſu. *ex*, pro *ab* Latinis peruſitatum, inprimis *ex aliquo audire*, Plaut. Amphitr. A. II. Sc. II. *v.* 132. & 180. Bacchid. A. V. Sc. II. *v.* 42. & alibi dixit. inde factum ut Struv. obtulerit: *ex amicis ap. Num. audierat*, cum *acceperat* ſit longe exquiſitius. vide ad Cat. *cap.* VI. n. 1. Ita Cic. XV. epiſt. VI. n. 7. *tantum* ex te *peto*. *Apud Numantiam* in omnibus noſtris Codd. legitur, nec de illis quidquam compertum habeo, in quibus *ad Numantiam* legi, Rivius docet. Utrumque certe Latinum, neque reiculum. Cic. XV. epiſt. IV. n. 3. *cum quinque cohortes* apud Philomelum *conſediſſent*. infra IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. *Marcumque Cottam Romanum ducem* apud Chalcedona *terra fudi*. Rem narravit ſupra *cap.* VIII. n. 1.

SIMUL & ILLORUM POLLICIT. Scripti & impreſſi aliquot omittunt *&*; apud nos tamen Baſil. 1. Fabriciani, Eccard. Academ. Struv. & quatuor Guelferbytt. tuentur. expreſſit Gruterus & Waſſius, quos timidi ſequimur. *Simul* ſolum poſuit Cat. *cap.* XIX. n. 2. at infra *cap.* XCII. n. 2. *milites modeſto imperio habiti*, ſimul & *locupletes ad coelum ferre*.

MUNERIBUS EXPLEVERAT. Diximus ſupra ad *cap.* XIII. num. 6. *veteres amicos muneribus* expleant.

ANIMUM INTENDIT. Baſil. 1. *animum accendit*: ſed eadem manus refinxit *intendit*. Gu. 10. *contendit*. Livius: *animo intenduntur*. Juſtin. XXI. *c.* 1. *Qua re paullisper diſſimulata*, animum *prius ad favorem popularium conciliandum* intendit. infra *cap.* XLIII. n. 1. *ad bellum, quod geſturus erat*, animum intendit.

2. IPSE ACER, BELLICOSUS. Guelf. 2. adjecit quidam: *indomitus*, ex illo forte Lucani I. *v.* 146. Acer *&* indomitus, *quo ſpes*, *quoque ira vocaſſet*, *Ferre manum*. Livius XXVI. *cap.* XXVI. extrem. *conſules* bellicoſos *ambo*, *viros* acres *nimis & feroces creatos*. Id. XXVII. *cap.* XXXIV. *& virum quidem eum egregium ducebant*: *ſed promtiorem* actioremque, *quam tempora belli poſtularent*, *aut hoſtis Hannibal*: *temperandum* acre *ejus ingenium moderato & prudenti viro adjuncto collega cenſebant*. XXIX. *cap.* XXXII. *vir* acer *& impiger*. atque ſic infra *cap.* XLIII. n. 1.

AT IS, QUEM PETEBAT. Eleganter abeſt *is* ab Guelf. 10. vide Cat. *cap.* LV. n. 5. *petere* eſt verbum violentum, aut omnimodo aliquid quaerendi. Saepe pro eo dicitur, quod eſſet impetere, aggredi, invadere. vide infra *c.* XXIV. num. 5.

PLACIDO INGENIO. Ita libri; ſed vide intemperiem Criſpini, qui dedit: *placidus ingenio*. Scilicet quia *imbellis*, *opportunus* comitantur. adi ad Cat. *cap.* XVIII. n. 4.

OPPORTUNUS INJURIAE. *Inferendae*. Senſum eleganter explanat Seneca I. de Clem. *cap.* VIII. *Adjice nunc*, *quod privatos homines* ad accipiendas injurias opportuniores *acceptarum patientia facit*: *regibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas*. Eadem dictione Livius XXVIII. *cap.* XIX. *quis umquam Romanum civem*, *militemve in ulla fortuna* opportunum injuriae *duceret*. Saepius Seneca & Celſus. vide ad illum de Brev. Vit. *cap.* XVII. Gronovium, ad hunc I. *cap.* V. Caſaubonum. Florus IV. *cap.* IV. n. 2. *temerum*, *obnoxium &* opportunum injuriae *juvenem*. Sulpic. Sever. I. Hiſt. *cap.* *Igitur ad inſpiciendos greges reviſendoſque fratres miſſus* opportunus injuriae *fuit*.

3. CUM PECORE ATQUE ALIA PRAEDA. Inepte quidam ſciolus veram hanc lectionem corrupit in Fabr. 1. tentans: *cum dedecore*. ibidem legas: *atque alia praedam*, vix ut decernas, an prima ſcripſerit manus. idem illud etiam in Gu. 3. legitur: neque rejiciendum eſſe exiſtimo, etſi aliter Livius XXVII. *c.* V. *improviſo in agrum Uticenſem exſcenſionem fecit*, *eumque late depopulatus*, *multis* mortalibus cum alia *omnis generis* praeda *captis*, *ad naves rediit atque in Siciliam tranſmiſit*.

PLERAQUE LOCA HOSTILITER CUM E. ACCEDIT. Sic Gruterus aliaeque edd. At Hackiana &

4 incendit , pleraque loca hoſtiliter cum equitatu accedit . dein cum
omni multitudine in regnum ſuum convertit : exiſtumans dolore
permotum Adherbalem injurias ſuas manu vindicaturum , eamque
5 rem belli cauſſam fore. At ille quod neque ſe parem armis exiſtu-
mabat, & amicitia populi Romani magis, quam Numidis fretus erat;
legatos ad Jugurtham de injuriis queſtum miſit : qui tametſi con-
tume-

na, & adſeclae mutant ordinem, habentque: *pleraque hoſtiliter loca* cet. eumque poſitum in Fabr. I. inveniri teſtor . & ſimile quid habuimus ſupra *cap.* IV. n. I. atque Cat. *cap.* XLIII. n. 2. pro *accedit*, Acad. *invadit ;* Guelf. I. *accepit ;* Eccard. & Uratisl. 3. *accendit* , quae & infra permutantur. *Accedit* vim accipit ab addito *hoſtiliter*. Dictys II. *cap.* XLI. extr. *Interim Ajax ingreſſus Phrygiae regionem*, *multa* hoſtiliter *vaſtat* , *capit civitates* , *ac poſt paucos dies praeda auctus* , *ad exercitum victor revenit*. Sed ipſum *accedere* violentum quid notat apud Silium VI. *v.* 604. *Tarpejum* accedere *collem Muriſque aſpirare veto* , ubi forte haec notio egregie confirmaſſet dubitantem Cl. Drackenborchium.

4. DEINDE CUM OMNI MULTITUDINE . Gu. 7. *Dehinc:* Sed Senator. I. *Dein*. Guelf. 4. *cum magna multitudine ;* Struv. *cum multitudine omni*. At Eccard. *omni* primitus omittit. Recte. infra *cap.* XCVIII. n. 4. *utroque colle* multitudine *circumdato* .

IN REGNUM SUUM CONVERTIT . Guelf. 4. *convenerat* ; II. *convenit ;* Franc. *ſe convertit ;* Heuſſ. & Senat. 2. *convertitur* . Edita vel centum exempla in Noſtro & ubivis reperire poteſt. vide infra ad *cap.* LXXXV. n. 9. Dictys II. *cap.* XXVII. extr. *ubi tempus viſum eſt* , *cum magna praeda ad ſuos* convertit .

DOLORE PERMOTUM ADHERBALEM. Baſil. I. & Fabric. 2. treſque alii : *Adherbalem dol. permotum* , ſed illum alterum ordinem ex ſuis Codd. jure optimo praetulit Rivius . Academ. *aeſtimans*. Guelf. II. *extimans* . Eccard. *dolore commotum*.

INJURIAS SUAS MANU VINDICAT . Fruſtra bonus Glareanus , de ancipiti reciprocatione in dictione, *injurias ſuas* , conqueritur ; cum lector Salluſtii uſu jam teneat, non aliud, quam *injurias* , quas *paſſus* eſſet Adherbal , intelligi poſſe. vide ad Cat. *cap.* LI. n. II. & ſupra *cap.* XIV. n. 8. *manu vindicaturum* poſses dicere , *ipſum* vindicaturum ; ut ſaepe apud Senecam: *manu facere*, e. g. Epiſt. LIX. *finem non opperiri* , *ſed* manu *facere*. vide Lipſium in Conſol. ad Marc. *cap.* XIX. Sed proxima docent, intelligendum eſſe *per vim* , non legationibus, aut querelis. infra *cap.* CVI. extr. *Ac fuere*, *qui dicerent*, manu vindicandum, *neque apud illum tantum ſcelus inultum relinquendum*. Dictys II. *cap.* I. *duces omnes injuriam* manu vindicandam *rati*, *arreptis armis*, *evolant navibus*. adde ſupra *c.* V. n. 4. Tamen in Remenſi 2. fuit: *ini. ſuas inpraeſentiarum manu vindicaturum* , quod agere Gudianis Excerptis credo . Incert. etiam 2. aliam praemiſit vocem; item Fabric. I. ſed exiliorem & vix tribus litteris conſtantem , quod raſurae ſpatium indicat . Fuerit forte *ſua*. ſed & illa ſupervacua eſt.

EAMQUE REM B. CAUSSAM FORE . Uratisl. 2. *eamque veram b. c. f.* Guelf. 10. *& ſic eamque rem.* qui legerit in exemplari: *& hanc belli c. f.* vide ſupra *cap.* XIX. num. 3. quem, *Aegyptum verſus* , finem *imperii habuere Carthaginienſes* . Certe cum Salluſtius ſaepiuscule *ea res* , *illam rem* ponere ſoleat, pro nudo Demonſtrandi Pronomine : non tamen tot ſuppetunt exempla , quibus plane confirmer , proxime ſequente Nomine quodam, cui , pro more ſuo , Provocabulum aptare protuliſſet , *rem* etiam adjeciſse. Conciſe magis Tacit. II. Ann. *cap.* LXIV. extrem. *Enimvero* , *audita mutatione principis* , *immittere latronum globos* , *exſcindere caſtella* , cauſſas *bello* . Flor. II. *cap.* VI. n. 3. *Igitur* in cauſſam belli *deleta Saguntus eſt*.

5. MAGIS , QUAM NUM. FRET. ERAT . Uratisl. 2. omittit *magis*, cujus Ellipſeos illuſtrationem habes Cat. *cap.* VIII. num. I. & *cap.* IX. num. 5. Illud *erat* odioſum valde & otioſum: Librarii autem, aut correctores invexerunt , quia credebant *fretus* a particula *quod* ſuſpenſum eſſe : cum tamen etiam Participia cauſſam inferant, & cum illis Particulis conjungantur. vide Cat. *cap.* XL. num. I. & XLVIII. n. 5. Supra Struv. & Guelf. 4. *qui neque ſe parem* , non *quia*.

DE INJURIIS QUESTUM MISIT . Sic plurimi Codd. at Fabric. 2. *queſtum miſit de injuriis ;* Academ. *queſtum de injuriis miſit ;* Guelf. 9. *queſtu*. alterum abeſſe poſſet : aut *de injuriis*, cum praeceſſerit, *injurias ſuas* , & ſic Flor. II. *cap.* VI. num. 5. *non ſtatim ad arma procurrunt* , *dum prius more legitimo* queri *malunt* ; aut *queſtum*, cum eleganter dicatur: *legatos de injuriis miſit* ,

tumelioſa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam
bellum ſumere: quia tentatum antea ſecus ceſſerat. Neque tamen 6
eo magis cupido Jugurthae minuebatur: quippe qui totum ejus re-
gnum animo jam invaſerat. Itaque non, ut antea, cum praedato- 7
ria manu, ſed magno exercitu comparato bellum gerere coepit, &
aper-

miſit, ut apud Horat. I. Sat. V. *v.*27. *Huc venturus erat Maecenas optimus atque Coccejus*, miſſi magnis de rebus *uterque* Legati. Aliter *queſtum* non erit truncandum. Phaedrus IV. Fab. XVII. *Canes* legatos *olim* miſere *ad Jovem*, *Melioris vitae tempus* oratum *ſuae*. infra *cap.* LXXX. nu.4. *initio hujuſce belli* legatos *Romam* miſerat *foedus & amicitiam* petitum. adde Cat. *c.* XXVIII. n. I. Liv. I. *Tum e ſuis unum* ſciſcitatum *Romam ad patrem mittit*.

PRIUS T. OMNIA PATI DECREVIT. Senat. 2. *magis tamen*. ſupra Guelf. 7. & 10. *contumelioſa verba*. Illi autem mores non ſemper ex metu, ſed etiam ex providentia & ſapientia proficiſcuntur, ut illud apud Terent. Eunuch. Act. IV. Sc. VII. *v.* 19. *Omnia prius experiri verbis, quam armis, ſapientem decet*. ita Caeſar apud Auct. VIII. B. Gall. extr. *Caeſar* omnia patienda *eſſe ſtatuit*, *quoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur jure potius diſceptandi quam belli gerendi*.

QUAM BELLUM SUMERE. *Sumere bellum* dixit etiam infra *c.* LXXXIII. num. I. *Omne bellum* ſumi facile, *ceterum aegerrume deſinere*. Silius I. *verſ.* 272. *Bellaque* ſumta *viro belli majoris amore*. ubi vide virum doctiſſimum, nuperum interpretem.

§. QUIA TENTATUM ANTEA. Acad. & Guelf. II. *quod tentatum antea*. Vinar. 2. *quia bellum tentatum antea*. de verbo *tentare* ſupra quaedam ad *c.* XVIII. nu. 7. Curtius IV. *c.* XV. nu. 12. *quippe vix* tentato certamine *effugit ad regem*. adde Cat. *c.* LVII. nu. 5.

SECUS CESSERAT. Guelf. 7. & 9. omittunt *ſecus*: ut *cedere bellum* intellexiſſe videantur, ſicuti Frontin. IV. Strateg. *cap.* I. *Quod in ſaltu Tridentino* locum *hoſtibus* ceſſerat. Struv. primitus habuit *ſecius ceſſerat*. Plinius Paneg. *c.* XLIV. *Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honeſtumque, prout bene aut* ſecus ceſſit, *expetant fugiantve*. vide de iſta particula Muncker. ad Hygin. Fab. CCXX. Veget. III. *cap.* X. *Illa autem ante* tentanda *ſunt*, *quae*, *ſi* male ceſſerint, *minus noceant*; *ſi bene*, *plurimum proſint*.

6. MAGIS CUPIDO JUG. MINUEBATUR. Notanda locutio *magis minuebatur*, ut leg. 17. §. 13. D. de Aedil. Edict. *non ideo* magis *fugitivus eſſe* deſinit. Nihil tamen decederet ſententiae, ſi *τὸ magis* expungeres.

ANIMO JAM INVASERAT. Gloſſae MSS. *voluntate*, mallem *cupiditate* & *ſpe*. animus nempe hominis ipſas actiones praecipere poteſt; hinc tot apud Scriptores locutiones, diverſorum ſenſuum. paucas vide. Terent. Eunuch. Act. IV. Sc. VII. extr. *animus in patinis*. C. Nepos Hannib. *cap.* I. *qui quidem cum patria pulſus eſſet --- numquam deſtiterit* animo bellare *cum Romanis*. Claudian. Get. *verſ.* 85. *qui* mente *profunda* Hauſerat *urbis opes*, *ultro victoribus ipſe Praeda fuit*. Cic. I. Att. ep. XVI. pag. 113. *Ille autem regis hereditatem* ſpe devorarat. III. Fam. ep. XI. num. 3. complexus *igitur* cogitatione *ſum te abſentem*. VI. ep. III. num. 3. *quem ego tam* video animo, *quam ea*, *quae oculis cernimus*. Valer. Max. IX. *cap.* VIII. num. I. *Abſciſa miſerorum capita --- in conſpectum ſuum adferri voluit*, *ut* oculis *illa*, *quia ore nefas erat*, manderet. Boetius I. Proſa IV. *Paullinum conſularem virum*, *cujus opes Palatini canes jam* ſpe *atque* ambitione devoraſſent, *ab ipſis hiantium faucibus traxi*. Virgil. VI. Aen. *v.* 105. *Omnia praecepi*, *atque* animo *mecum ante* peregi.

7. NON, UT ANTEA, CUM PRAED. Imitatur Sulpic. Sev. II. Hiſt. *cap.* XL. *Interea Arriani non occulte*, ut antea, *ſed palam ac publice haereſis piacula praedicabant*. *ut antea* virtutis ſpectatae libri; non *uti*.

MAGNO EXERCITU COMPARATO. Aut juſtum belli adparatum hoc verborum adparatu denotare voluit Criſpus, ut iſtud eſt Caeſar. IV. Gall. *cap.* II. *jumentis*, *quibus maxime Gallia delectatur*, *quaeque* impenſo *parat pretio*, ſi nempe propriam notionem ſpectes; aut vox *comparato* intruſa eſt a veteri quodam Gloſſargo. Optimi enim jam Codd. habent: ſed in Baſil. I. tamen legitur: *exercitu magno comparato*, & in Fabric. 2. *ſed congregato magno exercitu*. atque is quidem conjecturam meam valde firmat. Neque *exercitu bellum gerere* haud Latinum, ubi *cum* ſupra poſitum eſt, & praeterea Noſter Catilin. *cap.* LVII. num. 4. dixerit: *Antonius* magno exercitu *locis aequioribus expeditus ſequebatur*. ibi vide. adde Eod. *cap.* LX. nu. 2. Guelf. 7. *cum exercitu comparato bellum*

 gere-

8 aperte totius Numidiae imperium petera . Ceterum , qua pergebat , urbis , agros vaſtare , praedas agere ; ſuis animum , terrorem hoſtibus augere.

CAP. XXI.

XXIV.
1 ADherbal ubi intellegit , eo proceſſum , uti regnum aut relinquendum eſſet, aut armis retinendum ; neceſſario copias pa-
2 rat & Jugurthae obvius procedit . Interim haud longe a mari , prope Cirtam oppidum utriuſque conſedit exercitus : & quia die extre-

gerere coepit. Ne tamen quid mutes, vide notam ad *cap.* XXI. num.3.

TOTIUS NUMIDIAE IMPERIUM PET. Struv. & Guelf.4. *totius imperium Numidiae* . & inter duos etiam Genitivos haud raro aliquid interponitur . vide notam ad Cat. *c.* LI. nu.33. *Sed ea res* magnae *initium* cladis *fuit*.

8. QUA PERGEBAT. Guelf.10. & Uratisl. 3. *qua parte pergebat*. Sed vidc *cap.*XVIII. num.2. Dictys II. *c.* XVI. *Ceterum* , qua pergebat , *agri referti jugi pace de praedati*.

PRAEDAS AGERE. Proprie de illa praeda dicitur , quae poteſt *agi & incedere*, ut ſunt pecora, mancipia , captivi . De reliqua dicunt *ferre* , unde uſitata illa *agere & ferre* hoſtilia . infra *c.* XLIV. extr. *agros vaſtare* , *villas expugnare* , pecoris & mancipiorum praedas *certantes* agere. Livius XXIV. *c.* XX. *Caudinus Samnis gravius devaſtatas : peruſti late agris*, praedae *pecudum hominumque* actae , *oppida vi capta* cet. Ovid. V. Triſt. eleg. X. *v.*19. *Cum minime credas, ut aves, denſiſſimus hoſtis Advolat &* praedam *vix bene viſus* agit.

HOSTIBUS TERROREM AUGERE. Academ. ſolus hic nobis numeros Salluſtianos ſervavit , ſcribitque : *ſuis animum , terrorem hoſtibus augere*. Sic ſupra *c.* X. n.3. *qui tibi propinqui* genere, beneficio *meo fratres ſunt*. Sic *c.* VII. n.5. Sed plura Cat. *c.* II. nu.2. & *c.* IX. nu.1.

CAP. XXI. 1. UBI INTELLIGIT EO PROCESSUM. Fabric.1. Baſil.1. Guelf.4. Senat.1. *ubi intellegit*. mox Senat. 2. *derelinquendum* .Gu. 9. *an armis retinendum* .

NECESSARIO COPIAS PARAT . Senat. 1. antequam ſcalpellum pateretur , habuiſſe videtur : *neceſſarias copias parat :* & ſimile quid litura prodit in Struviano . Sed niſi malis illud *neceſſario* abjicere , immutandum non eſt. Alterum enim propterea audere poſſes , quod in ſuperioribus jam declaratum eſt , Adherbalem neceſſario arma ſumſiſſe ; Verum tamen tum alii , tum Criſpus hoc genus perſpicuitatis narrationum ſectari ſolent , quod ex Catilin. *cap.* XXXV. num. & ſupra *cap.* XIX. num.5. aliiſque locis patebit . infra *proceſſit* ſcribunt Eccard. Guelj. 3. & 11.

2. HAUD LONGE A MARI PROPE CIRTAM . Non vidit Cl. Giſb. Cuperus ad Lactant. de mort. perſec. *cap.* XLIV. quomodo haec conciliari queant cum Strabone & Mela, qui Cirtam oppidum *procula a mari* ponunt . Dicas autem conſediſſe utrumque exerditum inter mare & Cirtam : atque potetunt conſediſſe haud longe a mari , atque etiam haud longe ab Cirta . & hujuſmodi quidem oppidi a mari diſtantiam innuere voluit Mela cum ſcripſit eam eſſe *procul a mari ſitam* . Neque vero Particulae iſtae *procul* , *longe*, *poſt* , *ante* ſenſu ſemper ſtrictiſſimo accipiendae ſunt : quod nemini ignotum , & nos alibi adnotavimus . Sic infra *cap:* XLVII. num. 1. *Erat* haud longe *ab eo itinere* . *cap.* LV. num. 6. *Duobus locis* haud longe *inter ſe caſtra faciebant* . Catilin. *cap.* LVII. num.4. Neque *tamen Antonius* longe *aberat*. conſule Serv. ad V. Aeneid. *verſ.*124. & VI. *v.* 10. de particulis temporum idem notavit Bernegger. ad Juſtin. XXXVIII. *cap.* VI. nu. 6. Freinsqem. & Ducker. ad Flor. I. *cap.* XI. n. 8. *Cirtam* , quae poſtea *Conſtantina* dicta eſt, bene deſcribit Cellar. IV. *cap.* V. pag.173. Frequens ejus mentiu , etiam in Pandectis , adde Auct. de B. Afric. *cap.* XXV. de verbo *conſedit* dixi ad Cat. *c.* LVII. num.3. Remenſ.2. *Interea* habet , pro *interim*. Ordinem, quem Hackiana invexit : *utriuſque conſedit exercitus* , Fabric.1. tuetur: quomodo Cat. *c.* XXXVII. num. 9. Ceteri omnes cum Grutero & edd. vett. *utriuſque exercitus conſedit* .

ET QUIA DIEI EXTREMUM ERAT. Acad. Fabric. 2. Guelf. 3. *extremum diei* . Sed Uratisl. 1. a prima manu: *& quia* die *extremum erat* , idque

Digitized by Google

tremum erat, praelium non inceptum. ubi plerumque noctis proceſſit, obſcuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, ſigno dato, caſtra hoſtium invadunt; ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugant funduntque: Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit, & ni multitudo togatorum fuiſſet, quae Numidas inſequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coeptum atque patratum

idque pluribus defendimus infra ad *c.* LII. nu.3. *& jam* die *veſper erat*.

SED UBI PLERUMQUE NOCTIS PROCESSIT. Eccard. omittit adverſativam *Sed*, eleganter & apte huic orationi. vide de hac Ellipſi ſupra *c.*X. num.4. & Cat. *c.* XVIII. extr. infra *cap.* XXXI. n.24. Non *peculatus aerarii factus eſt* — Hoſti *acerrumo prodita ſenatus auctoritas*. *cap.* XXXIII. extr. Non *ſociis ſaluti fore*; ſe *ſuaſque ſpes corrupturum*. ibi adhuc legebatur, *ſed ſe* cet. *cap.* LXXXV. num.43. *illis nihil obſiciunt*; reip. *innoxiae cladi ſunt*; ſic omnes edd. *cap.* CXI. nu.1. *S.P.Q.R.* non *in gratia habituros*; faciendum *aliquid* cet. adde ſupra *c.* V. num.5. *cap.* I. num.4. Cat. *c.* LII. num. 29. *proceſſit* eſt abiit, exactum eſt plerumque noctis. Sic infra *c.* LI. num.2. *itaque multum diei* proceſſerat. *c.* CIX. num.4. *Sed ubi plerumque noctis* proceſſit. Cic. XI. epiſt. XXV. extr. *altera jam pagella* procedit. unde vides quomodo proprie ſit accipiendum. Sed Giſanius ad Lucret. pag.404. & 405. *pro* accipit in hac compoſitione pro *ab*, *procul*. Contra *ire*, *abire*, *meare*, *decedere*, & ſimilia multa de *die* & *nocte* dicuntur. Plautus Bacch. A. V. Sc. II. *v.*85. it dies, *ite intro accubitum*. Noſter etiam infra *c.* XCIX. n.1. *ubi lux* adventabat. Virg. III. Aen. *v.*356. *Jamque dies*, *alterque dies* proceſſit. i.e. *exactus eſt*, inquit Servius. Id. VI. *v.*539. *Nox* ruit. ubi & *imminet*, & *finitur* illi Grammatico notare poteſt. Denique & *via*, *iter*, *progreſſus* eo pacto uſurpantur. Propert. II. eleg. XVIII. *Phoebe*, *moraturae contrahe* lucis iter.

OBSCURO ETIAM TUM LUMINE. *Lumine diei.* Dictys I. *cap.* XXI. *confuſione aeris ereptum* lumen. Noſter IV. Hiſt. *lumine etiam incerto*. infra *c.* XXXVIII. num.4. *coelum nocte atque nubibus* obſcuratum.

MILITES JUGURTHINI. Acad. & Struv. *milites Jugurthae*. alterum habes iterum infra *c.* LVI. num.6.

FUGANT FUNDUNTQUE. Hoc *funduntque* non legitur in Eccardiano. perperam. *fugant*, quos in fugam pepulerunt; *fundunt*, quos feriunt atque projiciunt. *cap.* LVIII. num.3. *& vos maxuma vi caedere*, fundere *atque* fugare.

NI MULTITUDO TOGATORUM FUISSET. Academ. *nim. fuiſſet togatorum*. Senat.2. & Heuſſ. *eſſet*. *Togatos* Gloſſa Acad. explicat *mediatores*; at Guelf. I. haec adpicta ſunt: *Toga dicitur eſſe veſtis ad pedes uſque pertingens*, *quae etiam talaris dicitur*: *qua uſi ſunt Romani tempore pacis*, *& dicuntur* togati, *quaſi pacifici*. Sed Salluſtius *togatos* intelligit *Romanos*, qui negotiandi aut itineris cauſſa multi erant in oppidis Africae, vide *c.* XLVII. nu.1. Et *Romani* proprie *togati* vocantur, ut in illo Virgilii I. Aeneid. & apud Suetonium *gentemque togatam*. adde Caeſar. VII. Gall. *c.* LV. de B. Afric. *c.* XXXVI. Prudent. Paſſion. II. *v.* 9. *Haec ſola deerat gloria* Urbis togatae *inſignibus*. XII. *v.*56. Urbi *colendas quas dedit* togatae.

MOENIBUS PROHIBUIT. Struv. Franc. Guelf. 9. 10. & 11. *a moenibus*. Sed Cat. *c.* XXVIII. n.3. *ita illi* janua *prohibiti*. Juſtin. XIV. *cap.* V. II.9. *cum probiberi* finibus *coepiſſet*. At Eccard. omiſit nomen *moenibus*, ut intelligendum eſſet *Cirta*. quale quid notamus infra *c.* XXIII. n.1. *ubi* Cirtam *armis expugnare non poteſt*, *vallo atque foſſa* moenia *circumdat*. ubi quidam τὸ *moenia* non habent, idque ab librariis intruſum eſſe, cenſuit Cl. Iſelius.

COEPTUM ATQUE PATRATUM BELLUM FORET. Hoc poſitu Baſil. I. Franc. & Struv. ex noſtris, cum Gruteriana. Ceteri *foret bellum.* Fabric.2. & Incert. I. *bellum coept. a. p. foret*. Academ. Incert. 2. Franc. & Guelf. 3. *inceptum*. Falſo, & contra Florum I. *c.* XI. extr. *intra quindecim dies* coeptum peractumque *bellum*; & Tacit. XII. Ann. *c.* XVI. extr. *Ac ni praelium nox diremiſſet*, coepta patrataque *expugnatio eumdem intra diem foret*. Guelf. 10. *paratum*. *Patrare* eſt perficere, ut Cat. *c.* XVIII. num. 9. *facinus patratum*. In Legg. XII. Tabb. *Feriis jurgia amovento*, *eaſque in famulis*, operibus patratis, *habento*. & ſic paſſim. Probavit etiam Jo. Durant. Caſellius :. Var. *cap.* X. Docet Quinctil. VIII. *cap.* III. fuiſſe, qui hanc phraſin *patrare bellum* riderent in Salluſtio ut obſcaenam: Scilicet quia *bellum* pro puſione, aut re grata & certamine Venereo, & *patrare* pro conficere, ſenſu turpiculo, poſſet accipi. Sed bene defendit Criſpum Cl. Bur-

3 tum bellum foret. Igitur Jugurtha oppidum circumſedit, vineis turribuſque & machinis omnium generum expugnare adgreditur: maxume feſtinans tempus legatorum antecapere, quos, ante prae-

Burmannus ad l. c. quem exſcribere nolo. Utitur eadem Tacitus atque Vellejus haud raro. Quod vero Salluſtius maxime in reprehenſionem inciderit, factum forte eſt propter nexum verborum: *uno die coeptum* cet. & quod is quidem in ore & manibus elegantium hominum eſſet. Ex familiaribus enim ſcriptoribus, carminibus, epiſtolis cet. hodieque homines dictiones mutuantur, & pro libidine ſua rebus aptant; quae poſtea paullatim in ſenſum deteriorem abeunt, & per ſe honeſta, caſtis tamen viris propter uſum ſordere ſolent.

3. VINEIS. *Vinea* eſt machina militaris lignis tecto quodam junctis inter ſe conſtans, lateribus vimine munitis, ſub quibus milites aut tutius adminiſtrarent, aut etiam, ferentes iſta ligna, ad muros procedant. Ligna priora viri ſtaturam & dimidiam longa; poſteriora deſinebant in viri tantum ſtaturam; ut tecto & pluteis noſtris haud fuerit abſimilis, atque alterum quidem genus, recte dicatur *Sturm-Dach.* eam paucis, ſed clarius quam hoc loco, cognoſcas ex *c.* XXXVII. extr. XCII. Latius deſcripſit Vegetius IV. *cap.* XV. & ex Herone Lipſius I. Poliorcet. Dialog. VII.

TURRIBUSQUE. *Turres* exſtruebant oppugnantes ex trabibus & tabulis, frontibus ferro, aut centonibus & coriis circumdatis, quae altitudinem murorum aequarent aut excederent, ut defenſores inde oppugnarent, & ſuos adminiſtrantes ita tuerentur. ambulatoriae ſaepe, ſaepe fixae. Lipſius II. Poliorc. Dial. IV. Stewechius ad Veget. IV. *c.* XVII. ubi & figuras earum adjecit. infra *c.* XXIII. nu. I.

ET MACHINIS OMNIUM GENERUM. Remenſ. I. *turribus, machinis o. g.* Sed illud Salluſtianum. De omni genere machinarum bellicarum conſule diligentiſſimos viros modo laudatos. Balliſtas, Muſculos, Arietem & multa praeterea in uſu fuiſſe, notum eſt. Nominat quaedam ſimul Livius XXVI. *cap.* XLVII. *Captus & adparatus ingens belli*; catapultae *maximae formae* — balliſtae *majores & minores* — ſcorpionum *majorum minorumque & armorum telorumque ingens numerus.* Idem XXIV. *c.* XIX. Vineae *inde omniaque alia* operum machinationum*que genera cum admoverentur.* XXVI. *cap.* XXVI. *quia & tormenta* machinae*que omnis generis in navibus erant.*

EXPUGNARE ADGREDITUR. Guelf. 10. *egreditur.* Uratiſl. 2. *pugnare.* Guelf. 7. *oppidum expugnare*; 9. *expugnare coepit adgreditur.*

TEMPUS LEGAT. ANTECAPERE. De hoc verbo vide notam ad Catilin. *cap.* XXXII. num. I. *tempus legatorum antecapit*, qui prius expugnat, quam legati Romam profecti cum Romanis redire poſſunt. adde ſupra *cap.* 12. numer. 2.

ANTE PRAELIUM FACTUM. Academ. *ante factum praelium*. Num & hic *factum* abundat? Non. videtur. Catilin. *cap.* LXI. num. I. *confecto praelio* maluit, quam *poſt praelium*: & I. XX. num. 3. *animus auſus eſt facinus* incipere; *c.* XXIV. num. 2. *qui poſtea princeps fuit belli* faciundi. & ſic ſupra *cap.* XX. nu. 6. *magno exercitu* comparato *bellum gerere coepit*. infra *cap.* XXII. nu. I. *de praelio* facto *audiebatur*. Saepius ita Caeſar.

AB ADHERBALE ROMAM. Guelf. II. *ad Adherbalem*; 10. *Adherbalis*; Eccard. *Adherbalem*, ſine Praepoſitione, quam etiam omittunt Guelf. 4. & Fabric. I. ſcribuntque *Adherbale Romam miſſos*: & ſic etiam Regius apud Waſſium. Idem ſupra adnotavimus, & multae ſunt hujuſmodi dictiones, ut Juſtin. I. *cap.* II. num. 8. *Non contenta* adquiſitos viro *terminos tueri*; Horat. Epod. XVI. *v.* 8. Parentibuſ*ve abominatus Hannibal*: Sed iſta Grammatici pro dandi Caſibus habent. Non poſſunt illud Flori I. *c.* I. Marte *genitus & Rhea Silvia*: quomodo Noſter in Fragment. in Epiſtola Mithrid. ſcripſit. Sicuti autem neque hoc tibi ſatisfaciet, ſic & ſimilitudinem ſyllabarum in *ab Ad*herbale cauſſam hujus diverſitatis fuiſſe, dicere poſſes.

ROMAM MISSOS. Fabricianus I. & quidam alii eum verborum ordinem habent, quem nos ſecuti ſumus, & jam ab Hackiana in edd. aliquot lectus eſt. Eum nos praetulimus non quia *Romam miſſos* aliquam in enunciatione difficultatem habet; quippe quam ſuſtulimus ad Cat. *cap.* VII. nu. 4. EXCURSU II. nu. 4. Sed quod Salluſtius terminum ad quem primo loco eleganter ponere ſoleat. vide ad Cat. *cap.* XXXVI. num. 4. Interim Guelf. II. non habet vocem *Romam*, quae & in uno Waſſii deſiderabatur. ii vero paullo inſolentiorem in exemplaribus forſitan deprehenderint, quam mihi ſuggeſſit Fabric. 2. ubi legitur: *ab Adherbale* Romae *miſſos audiverat*. *Romae mittere*, ut *in Senatu perducere*, *in conſpectu venire*, *domi*

Digitized by Google

praelium factum, Romam Adherbale miſſos audiverat. Sed poſtquam Senatus de bello eorum accepit, (tres adoleſcentes) in Africam legantur, qui ambo reges adeant, Senatus populique Romani verbis nuncient, *Velle & cenſere, eos ab armis diſcedere: de controverſiis* 4

domi venire, *humi cadere*. Iſidor. Orig. VI. c. V. Romae *primus librorum copiam advexit Aemilius Paullus*. Julius Obſequens c. CIV. *Ne umquam* Romae *reverteretur*. vide hos & alia apud Muncker. ad Hygin. Fab. CVIII. Neque ego cum Oudendorpio ad Obſequent. c. XCVII. ejus tantum ſaeculi latinitatem dixerim; cum & vetuſtiſſimi motum & quietem, contra vulgares regulas, confundant. vide nos ad Catil. c. LXII. num. 3. Quid? quod ita apud Ciceronem XIII. epiſt. LXXIII. n. 1. ex vetuſtiſſimo libro ediderit Victorius: *Gratulor tibi, quod ex provincia ſalvum te ad tuos recepiſti, incolumi fama & republica. Quod ſi* Romae: *te vidiſſem, coramque gratias egiſſem*. ubi nihil commodius, quam *Romae te recepiſſes* intelligi, nuper admonui. adde infra c. XXVIII. n. 2. *Audiverat* ſcripſi cum Grutero. Incert. 1. Struv. Vinar. 2. Acad. *audierat*. & ſic Fabric. 1. ſed eadem manus, eadem ſepia *u* ſupra poſuit.

4. DE BELLO EORUM ACCEPIT. Academ. *audivit*, quod monacho dignum. & ſic aberratum ſupra c. XX. num. 1. *eorum* non viſitur in Guelf. 3. & qui deleverit, ei non multum refragabor.

TRES ADOLESCENTES IN A. LEGANTUR. Guelf. 1. *leguntur*; 9. *legatos*. *Adoleſcentes* quomodo intelligendum, ex Cat. c. XXXVIII. n. 1. patebit. Eccard. tamen vocem *adoleſcentes* non, niſi in ſpatio interlineari, oſtendit: & ex c. XXV. n. 4. ab ſciolis hic effictum eſſe, diceres. adeoque haud invito Salluſtio eam, & vocem *tres* expellere liceret. Fuere enim, qui exiſtimarent, *legantur*, *qui nuncient*, dici non poſſe, niſi ſimul declaretur qui, & quot fuerint miſſi. Geminum errorem indicavimus &, quae ſpes noſtra, emendavimus Cat. c. XXXII. n. 3. ubi vide.

QUI AMBOS REGES ADEANT. Guelf. 4. a prima manu: *qui* ambo *reges adeant*. Recte *ambo*, pro *ambos*: uti *duo* pro *duos*, & vetuſte, ut notavit Servius. Silius XVII. v. 427. *Archemorum Rullus, Teucrum Norbanus &* ambo *Mantua labenti genetrix dimiſerat aevo*. ubi vide Drackenborchium. Liv. XXV. c. VIII. Ambo *mihi* conſules *& univerſum ſenatum intueri videor*. adde Muncker. ad Hygin. Aſtron. cap. VII. Cic. V. ep. VIII. n. 11. quos *quidem ego* ambo *unice diligo*. Ovid. VII. Metam. v. 792. *Scilicet* invictos ambo *certamine curſus Eſſe Deus voluit*. cum nota Heinſii. quem etiam vide ad Triſt. eleg. X. v. 81. Ita infra c. XXVIII. num. 1. *duo*, pro *duos*, ex duobus ſcriptis revocavimus.

S. P. Q. R. VERBIS NUNCIENT. Eccard. & Rem. 1. *Senatus populi R.* Fabric. 1. *ſenatusque populi R.* Academ. *populi R. verbis*; Vinar. 2. *Senatusque & populi R.* Uratisl. 1. & 2. Senat. 1. & Guelf. 11. *Senatus & populi R.* quod alibi reſtituimus. vide infra c. CIV. n. 5. Uratisl. 2. *nunciant*; Guelf. 10. *verbum nunciarent*; 9. & Vinar. 2. *verba nuncient*. *Verbis* alicujus *nunciare* dicuntur, qui verba referunt. c. XXV. extr. *Et quamquam* ſenati verbis *graves minae nunciabantur*. Plaut. Milit. Act. III. Sc. III. v. 38. *Annulum, Quem ego militi darem* tuis verbis. A. IV. Sc. IV. v. 43. *Huc venito &* matris verbis *Philocomaſium arcerſito*. Cic. IX. ep. VI. princ. *Caninius noſter me* tuis verbis *admonuit*. Livius VI. c. XVII. *Denunciatum* ſenatus verbis, *faceſſerent ex urbe*.

VELLE ET CENSERE. Remenſ. 1. *Senatum velle & cenſere*. male. iſta vox & *populumque R.* exaudiendae ſunt, ut Cat. L. n. 3. *Velle* proprie populus dicebatur, vide infra c. XL. n. 3. *Cenſere* Senatus. Sed illud etiam, etſi raro, de Senatu dicitur. adi Briſſon. II. Form. pag. 194. Struv. *velle, cenſere*. quod placuit Colero.

DE CONTROVERSIIS SUIS — DISCEPTARE. Haec omnia olim non legebantur in Salluſtio, nec ſunt in edd. Hackiana, Criſpini & adhaerentibus iſtis: neque in Baſil. 1. Fabricianis, Incertis, Remenſibus, Senat. 1. Uratislavienſibus, Guelferbb. Primus Cypr. Popma ex membranis reſtituit, quem ſecutus eſt Gruterus: agnoſcit etiam eruditiſſ. Briſſonius. Leguntur certe in contextu Vinar. 2. Senat. 2. Heuſſ. & Franc. atque in margine Guelf. 3. Struv. & Academici. Similitudo verborum *diſcedere* & *diſceptare* in cauſſa fuit, ut ab antiquis libris exciderint. Eodem modo Caeſar. III. Civil. cap. CVII. *oſtendit ſibi placere, regem Ptolemaeum atque ſororem ejus Cleopatram exercitus, quos haberent, dimittere; & de controverſiis* jure *apud ſe potius, quam inter ſe* armis diſceptare. Auctor VIII. de B. Gall. extremo: *quoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur* jure potius diſceptandi, *quam belli gerendi*. Thucydides I. cap. XXXIV. πολέμῳ μᾶλλον, ἢ τῷ ἴσῳ, ἐβου-

Digitized by Google

verſiis ſuis jure potius, quam bello diſceptare: ita ſeque illisque dignum fore.

CAP. XXII.

XXV

1 LEgati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romae, dum proficiſci parant, de praelio facto & oppugnatione Cir-
2 tae audiebatur. ſed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta

ἠβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. Livius XXXVIII. *c.* XXXVIII. *Controverſias inter ſe* jure *ac judicio* diſceptanto: *aut, ſi utrisque placebit*, bello.

ITA SEQUE ILLISQUE. Fabric. 1. Academ. Franc. Guelf. 3. & 11. *itaque*. *Ita* ex Formula, & refertur ad Verba ipſa, non ad Nomina: quo nexu ſaepiſſime pro *id* ponitur. vide Cic. XIII. ep. XLII. n. 4. Guelf. 11. *ſe illisque; 9. ſeque illis.* vide Cat. *c.* IX. n. 3. Guelf. 10. *ita, uti ſed dignum eſſe*. Quos Codd. conſuluerit bonus ille Vir, qui in MSS. eſſe *ſeque illiusque*, ſcripſit, & ita etiam in ſua ed. perquam temere expreſſit, me neſcire fateor: nullos conſuluiſſe, certo ſcio, & ed. Amſtelodamenſem Janſſonio-Waesbergianam Ann. 1675. illi pro MS. fuiſſe, res docet. neque quod de Bongarſio adlevit, compertum habeo: nam in Berneggeri, Graevii, Gronovii edd. Bongarſius ad Juſtin. IV. *c.* V. n. 2. non de *illisque*, ſed de verbo *eſſe* aliquid contra edd. adtulit, quod mox videbimus. Sed cum illo pugnare ſupervacuum eſt, qui nec ſtilum, nec arma. Rivii, Gruteri, Waſſii, noſtri omnes *illisque*.

DIGNUM ESSE. Sic Graeci *ἄξιον*, & Cicero *dignum populo R.* adde Cat. *c.* LI. n. 6. Bongarſius l. c. *dignum fore.* & ſic apud nos Eccard. Guelf. 3. & Fabric. 2. Sed Gruterus mallet utrumque deleri.

CAP. XXII. 1. MATURANTES VENIUNT. qui maturaverant iter ſuum. *c.* LII. n. 5. *ad flumen* feſtinans *pergit*. *c.* CI. n. 1. *ſimul undique ſpeculatores* citi *ſe oſtendunt*. Cat. *c.* LX. n. 6. *Manlius & Faeſulanus in primis* pugnantes *cadunt*. Supra *c.* XII. nu. 5. *reperitur* occultans ſeſe *tugurio mulieris ancillae*. adde Perizon. ad Sanct. III. Minerv. *c.* X. Eccard. *Legati* Africam *maturantes veniunt*, ut infra *Siciliam*, pro *in Siciliam*, *c.* XXVIII. n. 6.

EO MAGIS. Guelf. 10. *eo magis maturant*; Franc. *eo m. maturabant*, ex Gloſſa vide *c.* IV. num. 1. Academ. *eoque magis*; Fabric. 1. *eo magisque*.

DUM PROFICISCI PARANT. Senat. 2. & Heuſſ. *proficiſci dum parant*; Academ. *quod dum Romae p. p.* Guelf. 3. *dum proficiſci cupiunt.* quod ne quidem interpretatio eſt. Cat. *c.* XLVI. n. 3. *in Apuliam proficiſci* parabat. Supra *c.* XIII. n. 2. *Numidiae imperare* parat; n. 3. parabat *armis contendere*. Sulpic. Sev. Dial. 1. *c.* 1. *navim onerariam offendi, quae cum mercibus Narbonam petens, ſolvere* parabat. C. Nepos Datam. *c.* IV. n. 1. *Hic cum Aegyptum proficiſci* pararet. Fabric. 1. *dum prof. parent*, quod *σολοικίζει*, ut docuit Gronovius ad Livium. Incert. 2. eleganter omittit *Romae*.

ET OPPUGNATIONE CIRTAE AUD. *Et* deficit in Guelf. 11. Contra Academ. *& de oppugnatione*. Guelf. 4. *audibatur*, ut Cat. *c.* LXI. n. 8. *reperibant*. ubi vide.

RUMOR CLEMENS ERAT. Guelf. 11. *Sed hiis minor erat clemens*. Vinar. 2. Senat. 2. Struv. Acad. Guelf. 7. 9. & 10. *Sed is r. demens erat.* Scribarum error eſt, qui *cl* & *d* paſſim confundunt, ut infra *c.* XCI. n. 4. *praeclari*, pro *praedari*. Adnotavit illud jam Leopardus X. Emendat. *c.* XXV. Guelf. 2. *Sed is rumor* non nimius *clemens erat*. Vides, ut interpretari voluerit illud *clemens*, Priſcianum exſcribens XVIII. p. 1202. *Clemens* dicitur rumor, quando rem non exaggerat, infra atrocitatem rei eſt, & levibus initiis oritur. Aeque eleganter Apulejus: clemente *morſu roſea labella vellicant.* ſic ille ſaepe, ut *clemens ventus*, *clementes flatus*. vide V. Metam. p. 162. Apolog. p. 289. cum Catullo Carm. LXIV. *v.* 272. Tacit. Germ. *c.* 1. *Danubius molli &* clementer edito *montis Abnobae jugo effuſus*. Ita & *rumor inflatior*: itemque Lucret. IV. *v.* 1125. *Languent officia atque* aegrotat fama *vacillans*. Comparant recte Noſtrum cum Q. Septimio IV. *c.* X. Cl. Obrechtus & Vindingius; *Namque antea* rumorem *proditionis ortum* clementer *per exercitum in verum traxerant*.

2. ACCEPTA ORATIONE RESPONDIT. Guelf. 10. *accepta legatione*; Baſil. 1. Fabric. 2. & Senat. 1. *accepta ratione*. Caeſar V. Gall. *cap.* 1. *Accepta* ratio-

accepta oratione reſpondit : *Sibi neque majus quidquam , neque carius auctoritate Senati: ab adoleſcentia ita eniſum , uti ab optumo quoque probaretur : virtute , non malitia P. Scipioni , ſummo viro , placuiſſe: ob easdem artis ab Micipſa , non penuria liberorum , in regnum adoptatum : Ceterum quo plura bene atque ſtrenue feciſſet , eo animum* 3
ſuum injuriam minus tolerare: Adherbalem dolis vitae ſuae inſidiatum ; 4
quod

ratione *eorum* , *Caeſar obſides imperat.* ubi item Hadr. Valeſius & Valeſius & Jo. Daviſius mallent : *accepta ratione.* paullo melius , quam hoc loco , qui in vulgatis ſanus eſt . Academ. *oratione accepta* , quem non probo.

SIBI NEQUE MAJUS QUIDQUAM . Guelf. II. *neque majus* , *neque carius quidquam* . Senat. 2. & Heuſſ. *neque majus ſibi quidquam* , *neque c.* Academ. omittit *quidquam.* & quamvis cum aliis Vellej. II. *c.* LII. retineat : *neque prius* , *neque antiquius* quidquam *habuit :* ſunt tamen & alii , qui omittant in his formulis. vide ad Cat. *c.* XXXVI. extr.

AUCTORITATE SENATI . Sic Gruterus cum Guelf. II. qui Verbum *eſſe* fideliter expungit , quod ceteris omnibus adhaeſit , ſed alio atque alio loco . Fabric. I. & Incert. I. *neque carius eſſe auctoritate Senati* . Guelf. 4. *actoritate* , quomodo *actor* & *auctor* *c.* I. n. 4.

AB ADOLESCENTIA SUA . Teſtatur Gruterus in MSS. & edd. vett. non eſſe Pronomen ; nec eſt in noſtris , nominatim Fabricianis , Baſil. I. Remenſibus , Incertis , Uratisl. 2. Vinar. 2. Acad. Struv. Franc. Eccard. Guelf. 2. 7. 10. 12. Senatoriis , Heuſſ. iique , inquam , omnes non agnoſcunt : neque edd. Venetae , Gryphiana , aliae. At Gruterus prae feſtinatione retinuit , Waſſius ſecordia . Non habet , quod hic agat , magis , quam Cat. *c.* XXXI. n. 7. *ea familia ortum* , *ita* ab adoleſcentia *vitam inſtituiſſe* , *ut omnia bona in ſpe haberet.* plura Eod. *c.* XXXV. n. I. vide & ſupra *c.* IV. n. I. Ex priori ſimul loco cognoſces , vel contra Codd. expungendum eſſe ſequens proxime *Se* , quod in quibusdam locum mutat . Uratisl. 2. *ſe ita niſum* . Incert. I. Guelf. 7. & II. *enixum :* quomodo legit Voſſius III. de Analog. *c.* XXXI. nos cum vetuſtiſſimis *eniſum* tenemus . Vinar. 2. *uti* , non *ut* .

P. SCIPIONI , SUMMO VIRO , PLACUISSE. Adpoſitio illa , *ſummo viro* , non fuit in Fabric. I. neque cauſſam video , cur omiſſa fuerit a librario . Magna praeterea laus eſt *P. Scipioni* placuiſſe , nec opus erat ejus laudes iſto additamento Romanorum legatis in memoriam revocare , qui Romanorum omnium virtute & gloria primus erat , ut breviter eum depraedicat Eutropius III. *c.* IX. & in magnis nominibus ipſa nomina laudis ſunt , quod de Cicerone in eloquentia factum Quinctilianus docuit . Meo itaque judicio cum egregio illo Codice inducenda erunt , quae neque conſuetudo Salluſtii bene patitur . vide ſupra *c.* IV. num. 5. Catil. *cap.* XVII. num. 4. Quod ambiguum hic iterum , pro more ſuo , Glareanus ſenſit , nullum eſt . *virtute* enim *&* *malitia* omnino ad *placuiſſe* pertinent , hoc eſt *ob virtutem* , &c. ut bene mox *ob easdem artis* . Sic autem ea ſimul incedunt , ut *per vim* & *inſidiis* , aliaque plura . vide *cap.* VII. num. I. Cat. *c.* LX. num. I. Vinar. 2. & Struv. *& ob easdem artes ;* Academ. *Micipſa* , ſine Praepoſitione , uti *c.* XXI. num. 3. Guelf. 9. a prima manu : *ab Micitſa* , quam compoſitionem paſſim defendit. Cellarius , Vir , ut in aliis , ſic in his minutiis accuratus.

IN REGNUM ADOPTATUM ESSE . Guelf. 4. *adoptandum eſſe ;* idemque & 10. cum Vinar. 2. Uratisl. 3. Acad. Struv. Incert. 2. & Franc. *in regno :* de qua ſtructura modo diximus *c.* XXI. num. 3. Fabric. 2. *adoptatum fuiſſe* . Expungent mecum Subſtantivum Verbum , qui latine ſciunt & Criſpum norunt . Ceteros nihil moror. adde Catil. *cap.* XL. num. 4. & XLVII. num. 2.

3. QUO PLURA BENE ATQUE STRENUE . Senat. Rem. Fabric. Uratisl. primi , Acad. Struv. Incerti , Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 3. & 11. *quod* , & utrum praeferendum ſit , deliberare licet . Guelf. II. *bene ac ſtrenue ;* Fabric. 2. *bene & ſtrenue* . Cic. XII. ep. XXIII. n. I. quo *tua major dignitas eſt* , eo , *quae tibi acciderunt* , *minus ferenda* . Putavit autem Jugurtha viro indignum eſſe , impune injuriam accepiſſe . vide infra *c.* XXXI. n. 20. Fabric. 2. *injuriae ;* Eccard. *injuria ;* Struv. *poſſe tolerare* .

4. EJUS SCELERI OBVIAM ISSE . Illud *ejus* legitur quidem in Fabricianis , Baſil. I. Struv. Incertis , Senat. I. Vinar. 2. Guelf. I. 2. & 9. ſed *ſceleri ejus* ponunt . Sed uti nos cum edd. quibusdam ſcripſimus , id ſignificantius eſt . Catil. *c.* XXXIII. n. 2. & *c.* L. n. I. Vinar. 2. *obviam eſſe itum* . Tyro apud Gellium VII. *c.* V. *Summa enim profeſſio ſtultitiae eſt* , *non* ire obviam *ſceleribus*

quod ubi comperiſſet, ſceleri obviam iſſe: populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, ſi ab jure gentium ſeſe prohibuerint: poſtremo de omnibus rebus legatos Romam brevi miſſurum. Ita utrique digrediuntur. Adherbalis adpellandi copia non fuit.

CAP.

leribus cogitatis, ſed manere opperirique. quod Juſtino XVI. *c.* I. n. 10. eſt *occupare inſidias*. ubi jam Criſpi & Gellii loca, item Thucyd. I. *c.* VII. adduxit Berneggerus. adde Tacit. II. *c.* LXV. Herodian. IV. *c.* IV.

NEQUE RECTE, NEQUE PRO BONO FACTURUM. Uratiſl. 2. *bona facturum.* Multa hic I. Waſſe de *pro ſano*, *pro vano*, *pro Philoſopho*, quae tamen non hujus locis, ſed ad *c.* XCVIII. n. 6. *quod non fugerent*, pro victoribus *agere*. & ea quidem jam praeceperat Hottomann. ad Caeſar. V. Gall. *c.* VII. Gronov. ad Liv. I. *c.* XXI. Heinſius ad Ovid. Heroid. Epiſt. III. *v.* 98. Hic vero *pro bono* eſt bonum, *bene* factum, ut *recte*: & jugantur iſta, quomodo alibi *jus* & *bonum*; *verum* & *bonum*; *aequum* & *bonum*. Sic Cat. *c.* XV. n. 2. pro certo *creditur*. II. de Rep. Ord. *Namque mihi* pro vero *conſtat*, *omnium mortalium vitam divino numine inviſi*. Curt. VII. *c.* I. n. 6. *Eumdem conjuraſſe cum Pauſania* pro comperto *fuit*. Tacit. Agric. *cap.* XXX. n. 4. *atque omne ignotum* pro magnifico *eſt*. Comparat Marcilius cum Suet. Tito *cap.* VII. *At illi ea fama* pro bono *ceſſit*, *converſaque eſt in maximas laudes*.

AB JURE GENTIUM SESE PROHIBUERIT. *Jus gentium*, quod gentes omnes pro juſto habent, nempe vindicare injurias. Tacit. I. Ann. *c.* XLII. *Hoſtium quoque* jus, *ſacra legationis*, *&* fas gentium *rupiſtis*. Lucanus X. *ſed neque* jus mundi *valuit*; *neque* foedera *ſancta* Gentibus. Herodian. IV. *c.* V. n. 11. *ἀμύνεσθαί τε αὐτοὺς ἐπιβουλεύοντας*, *οὐ μόνον* ΔΙΚΑΙΟΝ, *ἀλλὰ καὶ* ΣΥΝΗΘΕΣ. C. Nepos Themiſt. *cap.* VII. *quod communi* jure gentium *facere poſſent*. Iſtam ſui defenſionem Cicero V. de Finib. *cap.* IX. recte dixit eſſe *Juris Naturae*; neque enim Jura iſta, niſi conſiderationis modo, diverſa ſunt. lege etiam Rachelium Prolegom. in Cic. Offic. §. 16. ſeqq. Fabric. I. ſincere *prohibuerint*; in aliis duobus poſtrema ſyllaba in litura cubat. Verum illud. vide *c.* XXVIII. num. 2. & Cat. *c.* XLIII. n. 1. & *c.* XLVIII. n. 1.

LEGATOS ROMAM BREVI MISSURUM. Acad. *brevi dixit miſſurum.* Uratiſl. 1. 2. & Vinar. 2. *miſſurum brevi. Romam*] abeſt ab uno Waſſii, nec eo opus eſt, inquit V. Cl.

5. ITA UTRIQUE DIGREDIUNTUR. Fabric. 1. Struv. Incert. 2. Franc. Guelf. 9. & 11. *Itaque utrique*. Academ. *Ita utriusque legati digrediuntur*, qui falſus eſt. Primum quod non conſtet, duos tantum fuiſſe legatos; deinde quod, ſi fuiſſent, *uterque* potius dixiſſet; denique, quod non de ſolis legatis intelligenda eſt dictio: Jugurtha enim & legati digrediuntur, & eo ſignificatu *utrique* dicere ſolent. Supra *c.* XIII. n. 8. *die conſtituto ſenatus* utrisque *datur*, i. Adherbali & Jugurthae legatis, & de iisdem *c.* XV. n. 2. *Dein* utrique *curia egrediuntur*. *c.* XVIII. n. 12. *Deinde* utrique *alteris freti*, i. colonia & metropolis Numidarum.

ADHERBALIS ADPELLANDI C. N. F. Uratiſl. 2. Struv. & Incert. 2. *Adherbali*, qui ceperunt: Adherbali non fuit copia adpellandi legatos. Sed Salluſtius Verbo Gerundi, ut quidem Grammatici putant, Participium praeferre ſolet. vide Cat. *c.* XXIV. n. 2. Cic. II. ep. IV. extr. III. ep. X. n. 14. atque id quidem proprie: ſi Gerundi Verbum notat officium aut debitum, quod quidam importune docuerunt, non tamen ſine cauſſa, ſi adpellationis originem vetereſque magiſtros conſulas. Sed omnis illa doctrina de differentia inter Gerund. & Particip. eſt fruſtranea, neque umquam idoneis ſcriptoribus ſervata; & melius facerent, ſi unum tantum Participium agnoſcerent, cujus Neutrum, ut aliorum Adjectivorum, Subſtantive, ut ajunt, ſignificat, adeoque illud Gerundi eſt. Agnoverunt illud Scioppius Paradox. Litter. Ep. II. Perizonius ad Sanct. I. *c.* XV. ex parte Laur. Valla aliique. Igitur *Adherbalis* ex uſu Salluſtii melius eſt; niſi forte *Adherbali* pro ſecundo Caſu habere velis, ut *Ulyſſi*, *Perſi*, *Chremi*, *Themiſtocli*; pro *Themiſtoclis*, reliqua. de quo inclinatu infra ad I. Hiſtor. haud longe a princip. *ad bellum* Perſi *Macedonicum*. quod cur mihi non probetur, facile per te videas. *adpellare*, pro convenire, colloqui cum quodam, habes etiam Cat. *cap.* XVII. num. 1.

CAP.

CAP. XXIII.

JUgurtha ubi eos Africa deceſſiſſe ratus eſt, neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare poteſt; vallo atque foſſa moenia circumdat, turris exſtruit, eaſque praeſidiis firmat: praeterea dies, noctes aut per vim, aut dolis tentare, defenſoribus moenium praemia modo, modo formidinem oſtentare, ſuos hortando ad vir- 1

CAP. XXIII. 1. EOS AFRICA DECESSISSE. Uratiſlavienſes, Vinar. 2. Acad. Franc. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 3. 7. 11. *diſceſſiſſe*, uti ſupra *c.* XX. n. 1. Guelf. 10. *diceſſiſſe*. Eccard. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 7. & 9. *ab Africa*; 11. *ex Africa*, quae verbum *diſcedere* peperit. *eos* inter verſus jacet in Guelf. 12. Manus ſecunda in Fabric. 1. dedit: *deceſſiſſe* videt ac *ratus eſt*. In Merſeburgenſi legit Rivius *per loci naturam*, quod ex noſtris & Gruterianis nullus confirmat. alioquin elegantius iſtud foret, & de illo uſu Praepoſitionis *per*, dicimus ad *caput* CII. numer. 14.

VALLO ATQUE FOSSA. Guelf. 10. *ac*; Fabric. 1. *aut*, vetuſtiſſima permutatione. adi ad *cap.* LXXXII. n. 2. *Vallum* atque *foſſa* in diuturna obſidione adhibita, ne ab erumpentibus damnum paterentur obſidentes. Vegetius IV. *c.* XXVIII. *Propter quod obſidentes ultra jactum teli* foſſam *faciunt, eamque non ſolum* vallo *&* *ſudibus*, *ſed etiam* turriculis *inſtruunt, ut erumpentibus ex civitatibus poſſent obſiſtere; quod opus loriculam vocant*. Livius XXV. *cap.* XXII. ita *tria praetoria circa Capuam erecta, tres & exercitus diverſis partibus opus adgreſſi*, foſſa valloque *circumdare urbem parant: &* caſtella *excitant modicis intervallis*. Cicero XV. epiſt. IV. numer. 21. *Pindeniſſum* vallo & foſſa *circumdedi, ſex* caſtellis *caſtriſque maximis ſepſi, aggere, vineis*, turribus *oppugnavi*. Unde & vides, cur hic iterum Criſpus memoret *turres exſtruit*, quae diverſae ſunt ab illis *c.* XXI. num. 3.

MOENIA CIRCUMDAT. Sic omnes ſcripti & olim cuſi. Sed Hackianae omittunt *moenia*, incertum, incuriane, an ex vet. libro. Omittit Cicero l. c. qui huic geminus. Iterat tamen Livius *urbem*, & Noſter *moenibus* ſupra *c.* XXI. n. 2. infra *c.* XXVII. n. 4. *murum*; *c.* LVII. n. 2. *moenia*, itemque *c.* LXXVI. num. 3. Quare Codd. deſerere, religioni fuit. *Circumdare* moenia *vallo* recte dicitur, ut Livius XXIII. *c.* XXVIII. *Naves* vallo circumdatae. Vegetius l. c. *loriculam urbem eſſe circumdatam*, item Cicero. C. Nepos Hannib. *c.* XII. *Huc cum legati Romanorum veniſſent, ac multitudine domum ejus* circumdediſſent. infra Noſter *moenia exercitu circumvenire*, *c.* LVII. n. 2. mox *eſtruit* ſcripſit Francianus; Guelf. 10. *inſtituit*.

EASQUE PRAESIDIIS FIRMAT. Quaſi munitiores reddit additis militibus, pro *imponit praeſidia*. Uſitatiſſima Latinis locutio. Livius XXIV. *c.* XXI. *Itaque Andranodorus & inſulam, & arcem, & alia, quae poterat quaeque opportuna erant*, praeſidiis firmarat. & poſt pauca: *In inſula inter cetera* praeſidiis firmat *horrea publica*. Curt. III. *c.* VII. n. 7. *Inde progreſſus, deturbatis, qui interiora montium obſidebant*, praeſidiis *cuncta* firmavit &c.

P. DIES NOCTESQUE. Guelf. 9. Senat. 2. & Heuſſ. *praeterea noctes dieſque*, quod genuinum eſſe ſentio, cum optimi Scriptores contra vulgi ſermonem, & naturalem ordinem ſaepe loquantur, ut quando *ſpem* prius dicunt, quam *rem*, vide ſupra *c.* I. n. 1. *occaſum* prius, quam *ortum*, vide Catil. *c.* XXXVI. n. 4. Incert. 1. ſine copula *dies, noctes*: Livius XLII. *c.* LIV. *oppidanos* diem, noctem, *eoſdem tuentes moenia, non vulnera modo, ſed etiam vigiliae & continens labor conficiebat*. adde ſupra *c.* XVII. n. 5.

AUT PER VIM, AUT DOLIS. Franc. & Uratiſl. 3. *aut per vim, aut per dolos*, pro ſua ſtupiditate. vide *c.* VII. n. 1.

TENTARE. Academ. *tentabat*, propter *firmat, exſtruit, circumdat*. vide Cat. *c.* LX. n. 3. & *c.* XXI. n. 4. *tentare* ſive *urbem*, ſive *expugnationem* intelligas, parum refert. Abſolute etiam Livius XXIV. *c.* XX. *die ac nocte plurimum* intentus, *neque hoſtibus, neque dubiis ſociis quidquam praebuit ad* tentandum. cum Nomine Idem XXVI. *c.* XXVIII. *Nec conſul Romanus* tentandis urbibus, *ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, deerat*. adde infra *c.* XXXVIII. n. 3. Catil. *c.* XXVI. extr. ubi & *c.* VI. n. 4. *bello tentare*.

PRAEMIA MODO, MODO FORMID. OSTENTARE. Prius *modo* deficit Baſil. 1. Acad. Uratiſl. 2. 3.

2 virtutem erigere: prorſus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intellegit, omnis ſuas fortunas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum, auxilii ſpem nullam, penuria rerum neceſſariarum bellum trahi non poſſe; ex his, qui una Cirtam profugerant, duo maxume impigros delegit, eos multa pollicendo, ac miſerando caſum ſuum confirmat,

Eccard. Guelf. 7. & 11. pro *formidinem*. Uratisl. 3. *fortitudinem*. infra c. LXVI. n. 1. *formidine*, *aut* oſtentando praemia *adfectare*. n. 2. *ludum & laſciviam magis, quam* formidinem oſtentabat. Tacit. III. Hiſt. c. LXXVIII. *conſilium fuiſſe*, oſtentare *potius urbi* bellum, *quam inferre*. V. c. XXIV. *Batavis* pacem, *Civili* veniam oſtentans.

SUOS. Fabric. 2. *ſocios*. Male. *Sui*, *Noſtri* ſollemnia ſunt. c. XXXVIII. n. 7. Noſtri *foeda fuga* cet. Corn. Nepos Epaminond. c. X. *Ne manus* ſuorum *ſanguine cruentaret*. Juſtin. XXXIII. c. II. *ad* ſuos *cum clamore* hoſtium *revertitur*. Caeſar II. Civ. c. XXV. *Neque vero primum impetum* noſtrorum *Numidae ferre potuerunt*. Infra c. LI. extr. *ſubvenire* ſuis, hoſtibus *dubiis inſtare*.

AD VIRTUTEM ERIGERE. Sic Guelf. 2. 3. 10. Struv. Fabriciani, Incerti, Remenſes, Franc. Uratisl. 3. Reliqui *arrigere*; qua varietate Cat. c. XXXIX. n. 3. libri vett. onerati ſunt. Hic vero *erigere* unice verum; & *arrigere* propter Praepoſitionem *ad* tanto magis placuit, quae alibi cauſſa corruptionis fuit. vide ad Catil. c. LVII. nu. 1. & ſolens ſuo more fecit Waſſius V. C. quando ubique, ut loquitur, apud Noſtrum mavult *arrexit*. Tacitus II. c. XXV. *Sed fama claſſis amiſſae, ut Germanos ad ſpem belli, ita Caeſarem* ad *coercendum* erexit. Curt. IV. c. X. n. 7. *reſponſa rurſus* ad *ſpem & fiduciam* erexere *torpentes*. Juſtin. XXIV. c. I. ad *ſpem libertatis* erecti. & ſic apud Livium VIII. legendum: erecti ad *bellandum animi*; non *arrecti*.

PRORSUS INTENTUS CUNCTA PAR. Guelf. 4. & Struv. *pr. cuncta intentus parare*; 9. *paratur*; 10. *intentus ad pugnam*; 2. omiſerat *intentus*; ſed perperam, quod Livius XXIV. c. XX. docet. infra c. XXX. n. 3. *prorſus* intentus *omni modo plebis animum accendere*. ubi peccavit ſimiliter Gruterus. c. XCI. n. 5. *ipſe* intentus *propere ſequi*.

2. UBI INTELLIGIT. Eccard. *intellexit*; Fabric. Baſil. Senat. primi: *intellegit*. & mox Baſil. 1. Acad. Struv. Incert. 2. *omnis ſuas fortunas*, quomodo & una atque altera ed. priſca; non *fortunas ſuas*.

IN EXTREMO SITAS. Peſſime adflictas, ad ultima redactas eſſe. Sic III. Hiſt. *extremis in rebus*. Tacit. XIV. Ann. c. LXI. *vitam ipſam* in extremum *adductam a clientelis & ſervitiis Octaviae*. Caeſar VII. Gall. c. XL. *quibus nefas eſt, etiam* in extrema fortuna *deſerere patronos*. Curt. IV. c. XIV. n. 22. *neceſſitas ſtimulare deberet: ad* extrema *perventum eſt*.

PENURIA RERUM NECESSARIARUM. Guelf. 1. & 3. Academ. Struv. & Remenſ. 2. *neceſſarium*. & ſic ed. Gryphii, aliaeque apud Waſſium. Senat. 1. *neceſſariũarum*, ut utramque lectionem notaret, ut ſupra c. V. extr. Catil. c. XLII. n. 2. In Fabric. 1. prima manus ſcripſit tantum: *neceſſ.* ſed ſecunda adjecit: *ariarum bellum*. Fuerit itaque olim aliquid paullo exquiſitius: & *neceſſariûm*, pro *neceſſariarum* dici poſſe, nemo forſan dubitat, cum *Amphorum*, pro *Amphorarum*; *Fabrum* pro *fabrorum* & ſimilia pervulgata ſint. vide Lentul. Cic. XII. ep. XV. n. 6. Cat. c. XX. n. 10. Sic & in Neutris *principium*, pro *principiorum*; *concilium*, *augurium*, *prodigium*, quae vide apud Giſan. ad Lucret. pag. 352. Quod vero hoc *neceſſarium* in recentioribus etiam MSS. ſervatum eſt, non prudentia, ſed eo factum exiſtimo, quod librarii jungerent *neceſſarium bellum*. Itaque ſi haec vox *bellum* abeſſet (quam ex Fabric. 1. abjiceres; & poterat *trahi*, uti *duci*, abſolute poni) praeferrem facile τὸ *neceſſarium*: Nunc nihil muto.

BELLUM TRAHI NON POSSE. Baſil. 1. *non trahi poſſe*: Sed vulgatum poſitum habent ceteri omnes. *Trahere* eſt procraſtinare, moram interponere. Livius V. *cap.* X. *Unum bellum annum jam tertium* trahi, *& conſulto male geri, ut diutius gerant*. Id. XXII. *cap.* XXXIV. *fraude id bellum* trahi. & paullo poſt: *Conſules, cum debellare poſſent*, bellum traxiſſe. Noſter infra *cap.* LXIV. *ab imperatore conſulto* trahi. Tacit. XIII. Ann. *cap.* XXXIX. *ne irritum* bellum traheretur. Dictys II. c. III. *ubi animadvertere, magno ſuorum detrimento* bellum trahi.

EX IIS, QUI UNA CIRTAM. Struv. omittit *una*. Fabriciani, Baſil. 1. Academ. ceterique *ex his*, quod ſpernere non debebant. Fabric. 1. *Cirta*, pro *Cirtam*. 2. forſan *duo* habuit ab initio, nam *s* littera adjecta, non eſt ſani coloris;

Digitized by Google

firmat, uti per hoſtium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent.

CAP. XXIV.

NUmidae paucis diebus juſſa efficiunt: litterae Adherbalis in 1
ſenatu recitatae, quarum ſententia haec fuit.

Non mea culpa ſaepe ad vos oratum mitto, Patres conſcripti, ſed 2 XXVI.
vis Jugurthae ſubigit: quem tanta lubido exſtinguendi me invaſit, uti neque vos, neque deos immortalis in animo habeat; ſanguinem meum, quam omnia, malit. Itaque quintum jam menſem ſocius & amicus populi 3
Ro-

ris; uti ſupra *ambo*, pro *ambos*. Franc. *deligit*, propter *intelligit*, atque *confirmat*. Sed vide c. XII. n. 4. & c. XIII. n. 6. Denique Remenſ. 1. *pollicitando*, quomodo Bodlejanus: & ſic ſupra c. XVI. n. 3.

AC MISERANDO CASUM SUUM. Vinar. 2. *ſuum caſum*; Guelf. 2. *cauſam ſuam*: male iſta ab librariis paſſim permutantur. Noſter Catil. c. XL. n. 2. *quaſi* dolens *ejus* caſum *requirere coepit*. ubi vide. *miſerando* Gloſſa Fabric. 1. exponit *conquerendo*. mallem commemorat cum dolore & commovendo miſerationem. Tacitus III. Ann. c. XVII. *ipſius, quoquo modo meriti, gravem* caſum miſeratus. 1. *cap.* XXXIX. *Atque ipſius Planci gravem & immeritum* caſum *facunde* miſeratur. Virg. XII. Aen. v. 243. *Turni* ſortem miſerantur *iniquam*. adde Vorſtium ad Sever. Sulpic. 1. Hiſt. S. c. XXXII. n. 5. ubi *deteſtari* adnotat verbis fieri, ſicuti *miſerari*, verbis docere, quam miſerabilis ſit caſus. Supra Senat. 2. *eis*. atque id ſine detrimento inducitur.

MUNITIONES. Eccard. *munitionem*. Juſtin. IV. c. IV. munitionibus *deinde circumdatis, hoſtes etiam marinis commeatibus in urbe clauſos intercludunt*. ubi vide Bernegger. & Gronovium. infra *dein* exſtat in melioribus noſtris; Rem. 1. Franc. Uratisl. 2. & Vinar. 2. *dehinc*; Acad. Incerti, Struv. *deinde*.

CAP. XXIV. 1. QUAR. SENT. HAEC FUIT. Fabric. 1. *fuit haec*; Struv. *haec erat*; Gu. II. *erat haec*; Vinar. 2. *haec ſententia fuit*. Unde reſcribendum: *quarum haec ſententia*.

2. SAEPE AD VOS ORATUM MITTO. Senat. 2. & Heuſſ. *rogatum*. Contra Dictyn II. c. XXI. *ſed imitati morem modeſtiamque ſolitam iterato ad vos ob eamdem cauſſam* oratum *venimus*. Guelf. 7. *quod ſaepe ad v. o. m.* & ſic emendatum in Academ.

VIS JUGURTHAE SUBIGIT. *Me* addunt Gu. 10. Incerti, Acad. Rem. 1. Struv. qui & partim, una cum Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 3. & Franc. *ſubegit* praeferunt. Guelf. 2. *ſubiit*; 9. *coegit*. Sed nos alterum illud, & quidem ſine Pronomine, jam vindicavimus ad Cat. c. LI. n. 18. vide ibi & praeterea Drackenborch. ad Sil. 1. v. 635. Plaut. Pſeud. A. 1. Sc. 1. v. 5. *neceſſitas me* ſubigit, *ut te rogitem*.

LUBIDO EXSTINGUENDI ME INVASIT. Sic Baſil. 1. Fabric. 2. Struv. Acad. Vinar. 2. Senat. 1. Uratisl. 1. Guelf. 2. 4. 11. quomodo & Gruterus, Fabric. 1. cum paucis *me exſtinguendi*. Sed Franc. *quem me tanta l. exſt. invaſit*, quod dubito probemne, an dicam fuiſſe: *quem tanta me lubido exſt. inv.* Eſt enim & huic tranſpoſitioni ſua gratia. Nec male ſuſpicatur Rivius *exſtinguendi mei*. ita locutus eſt Cat. c. XXXI. n. 5. *Poſtremo diſſimulandi cauſſa atque* ſui expurgandi *in Senatum venit*.

NEQUE DEOS IMMORTALIS. Baſil. 1. *mortalis*, aut littera *m*, aut pietate quadam abſtractus. Similiter Severus apud Herodian. III. c. VI. Sed ille: οὔτε Θεοὺς αἰδεσθεὶς. at Quinctil. 1. c. III. *habendumque* in animo *ſemper illud Virgilianum*.

SANGU. MEUM, QUAM OMNIA, MALIT. Guelf. 2. a manu ſecunda *mavult*: Uratisl. 1. *quin ſanguinem m. q. o. malit*. Pendet ab ſuperiore *uti*, ut vel tirunculus videt; & ſi quid intelligendum, particula *Sed* iſtud erit; ſicuti Cat. c. LII. n. 29. & paſſim. Ipſum genus dicendi intenſiſſimam Jugurthae cupiditatem denotat, ut omnimodum neglectum iſtud Catil. c. XXV. n. 3. *ſed ei cariora ſemper* omnia, quam *decus atque pudicitia fuit*. vide plura Eod. c. XIV. extr.

3. QUINTUM JAM MENSEM. Fabric. 1. & Academ. *jam quintum menſem*; Incert. 2. & Franc. *per menſem*, quomodo turbant infra *cap.*

Romani armis obſeſſus teneor: neque mihi Micipſae patris beneficia, ne-
que veſtra decreta auxiliantur. ferro, an fame acrius urguear, incertus
4 *ſum. Plura de Jugurtha ſcribere, dehortatur fortuna mea: etiam an-*
5 *tea expertus ſum, parum fidei miſeris eſſe. Niſi tamen intellego, illum ſu-*
pra,

cap. LXIII. n. 3. *Sed is natus & omnem pueritiam Arpini altus.* Gruterus expreſſit *quinctum*, conſentientibus Lipſio, Manutio & Sigonio ad Livium, qui ex Lapidibus & Graecis libris in nominibus *Quinctius*, *Quinctilianus* C defendit. In numerali autem pauci eam rationem ſequuntur; & cum in Salluſtio *arte*, *artiſſime* dederint pro *arcte*, cet. contra morem communem aliquid audere hic nolui: bene gnarus, olim *perconctari*, *percontari*; *autor*, *auctor*, utroque modo impune eſſe ſcripta: etſi Opus Synonymorum, nuper ex MS. Guelſerbytano editum, *verſ.* 331. cum diſcrimine ſuo valde ineptiat.

SOCIUS ET AMICUS POP. R. Uratiſl. 2. & Vinar. 2. *ex quo ſocius*; Guelſ. 3. *& ſocius, &*; ſed 10. alterum etiam *&* neglexit. Caeſar I. Gall. *cap.* XLIII. *populi R. hanc eſſe conſuetudinem, ut* ſocios atque amicos *non modo ſui nihil deperdere, ſed gratia, dignitate, honore auctos velit eſſe.* de more Reges *amicos* adpellandi vide Jo. Brantium & Chr. Cellar. ad Ei. I. Gall. *c.* III. *obſeſſus teneor*, ut infra *c.* XXXVIII. n. 9. *clauſum tenere.* adde ad *c.* CX. extr.

NEQUE MIHI MICIPSAE PATRIS MEI B. Haec tranſpoſita ſunt in Struviano; Acad. autem & Franc. omittunt *mihi*, recte id factum eſſe, demonſtrabunt notae ad Cat. *c.* LVIII. n. I. *mei* eſt quidem in MSS. noſtris, praeter unum, omnibus; ſed Gruterus jam ejecit, ut ipſe etiam feci ſupra *c.* XIV. n. I. Pap. Statius v. Sil. I. *v.* 158. *Nil famuli coetus, nil ars operoſa medentum* Auxiliata *malis*.

FERRO, AN FAME. Acad. *aut fame. Ferrum* pro armis oppugnantium. Vegetius utrumque III. *c.* XXVI. *Magna diſpoſitio eſt, hoſtem* fame *magis urguere, quam* ferro. item *c.* IX. *nam* fames *intrinſecus pugnat, & vincit ſaepius, quam* ferrum. Florus II. *c.* VI. n. 6. de Saguntinis: *Interim jam novem menſibus feſſi* fame, *machinis*, ferro, *verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum.*

ACRIUS URGEAR, INCERTUS SUM. *Alicujus* habet Acad. pro *acrius*. Cat. *c.* LX. n. 3. *Veterani* acriter *inſtare*. Senator. I. & duo Guelferbb. *urguear*, quomodo in Vegetio Stewechius & Scriverius; in Horatio ſuo ſemper Cl. Cuningamius; in Virgilio Maſvicius. Sic Pandectae Florentinae, Lapides & vetuſtiſſimi MSS. libri. vide Cellarii Orthograph. pag. 98. & Cl. Ducker. ad Flor. IV. *c.* X. n. *6.* infra *c.* LVI. extr. *poſtquam majore vi hoſtes* urguent. Cl. Quadrigarius: *gravi praelio* urſerunt. vide Nonium Marc. *cap.* IV. n. 484. de formula ipſa, qua de duobus ſimul eleganter adfirmant, dixi ad Cat. *c.* XXV. n. 3. Remenſ. I. Guelſ. 9. & 10. *urgeat*.

4. DEHORTATUR ME FORTUNA MEA. *Me* non habent Eccard. Senat. 2. Guelſ. 9. & delent idem Rivius atque Gruterus. Nos talia additamenta ſpuria jam declaravimus ad Catil. *c.* LVIII. n. 18. & infra *c.* XXXI. n. I. Struv. Guelſ. 4. & 9. *mea fortuna*.

ETIAM ANTE EXPERTUS SUM, PARUM. Sic Codd. Gruterus rotundius putat: *etiam antea expertum, parum f. m. e.* in quo eum ratio fefellit. Eſſet aliquid: *etiam antea expertus, parum fidei miſeris eſſe.* hoc enim pacto ſolet Criſpus. vide infra *cap.* XXXIII. n. 2. Sed adde ſupra notata ad *c.* V. n. I. *antea* eſt in MSS. Cur autem *parum fidei miſeris* eſſe ſoleat, cognoſcas ex Boetio I. Proſa IV. ad fin. *Hoc tantum dixerim, ultimam eſſe adverſae fortunae ſarcinam, quod dum* miſeris *aliquod crimen adfingitur, quae perferunt*, meruiſſe *creduntur*.

5. NISI TAMEN INTELLEGO. Fabric. I. *Ni tamen*; Uratiſl. & Vinar. ſecundi: *niſi tamen quod intelligo*; ab interprete. ita enim explanandum eſſe, docuit Donatus ad Terent. Andr. A. IV. Sc. I. & recte; ſi, ut fere mos eſt interpretibus, proprietatem non reſpicere, & *tamen* pro ſuperfluo habere velis. Male autem cum multis aliis Manutius fecit, qui magnum cumulum congeſſit, quo probaret *Niſi* hoc loco pro *Sed* poni. Dixerat enim, *ſe plura ſcribere nolle, quod parum fidei miſeris ſit*, & addit *niſi* hoc unum, quod Jugurtha amplius quid petat, quam vitam regnumque Adherbalis. Manet itaque *Niſi* particula Exceptiva, ſed Adverſativa *tamen* eſt, quae viro docto impoſuit, eamque recte omittit Noſter infra *cap.* LXVII. extr. ubi vide. Verum quando compoſitio verborum id exigit, Latini eleganter duas ſimul particulas ponunt, uti *At enim, Sed tamen*, alias. vide ad Cat. *c.* LI. n. 25. ad Cic. II. epiſt. VII. n. 5. & VI. epiſt. VI. n. I. & ſupra *c.* IV. n. 2. Si vero ſingulares ſemper notiones vocibus propterea adfingendae ſunt, idem illud *Niſi*, pro *Quidquid ſit* modo, modo pro *Verum*, mo-

*pra, quam ego ſum, petere, neque ſimul amicitiam veſtram, & regnum
meum ſperare: utrum gravius exiſtumet, nemini occultum eſt. Nam* 6
*initio occidit Hiempſalem fratrem meum: dein patrio regno me expulit.
quae ſane fuerint noſtrae injuriae, nihil ad vos. Verum nunc veſtrum* 7
*regnum armis tenet: me, quem imperatorem Numidis poſuiſtis, clau-
ſum*

modo pro *Excepto*; & *Niſi tamen* proprie pro *Si non, tamen*, poſitum eſſe diceres. Noſter infra *cap.* C. extr. *quod multi per ambitionem fieri ajebant* —— niſi tamen *reſp. pariter ac ſaeviſſumo imperio bene atque decore geſta*. & ſic Cic. XIII. epiſt. I. num. 10. *Equidem, ſi, quid ipſe ſentiam, quaeris, nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes*: niſi tamen *multo minus tibi concedi poteſt, quam illi, laborare ſine cauſſa*. h. e. *niſi* viderem, *etiamſi non* viderem, *tamen* cet. ut in illo exponas: *niſi* conſtaret, *etiamſi non* conſtat, ex vera virtute factum eſſe, *tamen* cet. Ergo et hoc loco: *Niſi* fides mihi habetur, *Si* mihi *non* creditis; *tamen* intelligo. Ita proprie intelligis has particulas, & ſenties, quomodo Exceptiva & Adverſativa ſimul poni queant; etiamſi uſus non ſemper proprietati inſiſtat.

ILLUM SUPRA, QUAM EGO SUM, PETERE. Amplius & majus quid, quam ego ſum, hoſtiliter adgredi, invadere, impetere, vide EXCURSUM III. in Jugurth. n. 2. quid illud ſit, proxima declarant: nempe ipſe populus R. cujus amicitiam tam parvi ducat.

NEQUE SIMUL AMICITIAM V. Non ſperare Jugurtham, ſe regno meo ita potiturum, ut vos ipſi amici maneatis; ſed prae regno meo ſpernit veſtram amicitiam. vide EXCURSUM num. 3.

UTRUM GRAVIUS EXISTIMET. h. e. utrum *non ſperare* gravius exiſtumet; utrum amittere, ipſi ingratius, intolerabilius ſit, omnes ſciunt. nimirum facilius veſtram amicitiam, quam meum regnum deſeret. vide EXCURSUM num. 4.

6. HIEMPSALEM FRATREM MEUM. Fabric. I. & Franc. *fratrem meum Hiempſalem*, *cap.* XIV. num. I. *Micipſa pater meus*; num. 9. *Micipſa pater*. adde Cat. *cap.* XL. n. 3. Neque vero peccaret grave, qui ejiceret Pronomen Poſſeſſivum. Franc. et Incert. 2. *in initio*; quod Waſſii cauſſa adnotavi. nam quid ipſe ſentiam, expoſui ad Cat. *cap.* II. n. I.

PATRIO REGNO ME EXPULIT. Regno, quod a patre accepi. vide Cat. *c.* XIV. n. 2. Male. Incert. 2. *patria me expulit*. Supra *cap.* XIV. n. 23. *pulſus ex* patrio regno.

QUAE SANE FUERINT NOSTRAE INJURIAE. Uratisl. I. *fuerat*; Franc. & Guelf. 9. *fuerunt*. male. Permiſſive, ut ajunt, loquitur. infra *c.* XXXI. n. 8. *Sed* ſane fuerit *regni paratio*. *cap.* CX. n. 3. Fuerit *mihi, eguiſſe aliquando amicitiae tuae*. ubi vide. Cat. *c.* LII. n. 12. Sint ſane, *quoniam ita ſe mores habent, liberales ex ſociorum fortunis*. Guelf. 10. *quae ſane* tum *fuerint*. Homo imperitus excipiens *nunc* aliter tolerare nequivit, niſi *tum* antea inculcaret. Sed vide ſupra *cap.* IV. n. 6.

NIHIL AD VOS. Dictiones haſce tres ſuſpicor manaſſe a Gloſſographis, inquit Gruterus. Non ſuſpicor, ſed certo ſcio eſſe ab Salluſtio, qui oſtendere debuit, eas ſolius Adherbalis injurias fuiſſe, quibus Romani non ſint petiti. Alioquin & *ejus injuriae* ſimul Romanorum eſſe potuiſſent: quod curioſe, ne intelligeretur, cavere debuit. Eodem plane modo Cicero III. ep. XIII. n. 6. *Sed hoc* nihil ad te; noſtrum *eſt onus*. Ita ſolent Gloſſographi, ut eſt, in Franc. *nihil ad vos pertinent*. Sed idem Cic. II. de Oratore: *Verum hoc, ut dixi*, nihil ad me. *Illud* ad me, *ac multo etiam magis* ad vos, *Cotta noſter, & Sulpici*. Sic alibi *Quid ad te?* item Ovidius aliique: Quo *mihi fortuna?* Claudian. III. Rapt. *v.* 190. Quo *Cyane?* Celebre proverbium Socratis apud Minuc. Fel. *cap.* XIII. princ. Hieronym. Apolog. adv. Ruf. *cap.* VIII. Lactant. III. *cap.* XX. *quod ſupra nos, nihil* ad nos; quod Firmianus *nihil ad nos pertinet* integrum dixit. Guelf. II. perperam *ad* omittit.

7. NUNC REGNUM VESTRUM. *Nunc* abeſt ab Guelf. II. cujus rei cauſſa modo in medium prolata. Baſil. I. Acad. Fabric. 2. Struv. Incerti, Franc. & quatuor Guelferbb. *veſtrum regnum*, ut ob ſignificationem augendam emendavi. adi Catil. *cap.* XLVIII. num. I. & ſupra *cap.* VI. num. 2.

QUEM VOS IMPER. NUMIDIS POSUISTIS. Gu. I. *me, quos imp. N. p.* Sed Acad. recte τὸ *vos* abegit. vide III. Hiſt. Orat. Macri n. 6. *imperatorem* vocat regem, imperantem: qua propria notione etiam de conſulibus dixit Cat. *cap.* VI. extr. adde ibid. *cap.* II. n. 3. ut & Erhardum ceteroſque interpretes Petronii Sat. *cap.* CXI. Grutero ſuſpecta vox *imperatorem*, et mallet: *quem*

ſum obſidet : legatorum verba quanti fecerit , pericula mea declarant.
8.9 *Quid reliquum, niſi vis veſtra, quo moveri poſſit? Nam ego quidem vellem, & haec, quae ſcribo, & quae antea in Senatu queſtus ſum, vana forent*

Numidis impoſuiſtis. Verum etiam cum illo verbo Noſter Nomen aliud conjungit Cat. *c.* LI. n. 28. & ſimul *imperii* mentionem facit. adi locum. Franc. *oppoſuiſtis*. Sed in dictione *ponere cui imperatorem* adeo nihil ſupervacuum eſt, ut ne adſtrictius quidem potuiſſet. Sueton. Ner. *cap.* XXI. *miles tirunculus* poſitus *ad cuſtodiam aditus*. Cic. pro Flacco *cap.* XIX. *Hermippus* cuſtos *frumento publico* poſitus. junge Scioppum IV. Veriſim. *cap.* II. Apage ergo Uratiſl. 2. *Numidarum* : quod omnino damnabis ex *cap.* VII. n. 4.

CLAUSUM OBSIDET. Sic recte Gruterus, accinentibus MSS. noſtris, praeter Fabric. 1. qui habet illud novitiis edd. adamatum: *clauſum tenet atque obſidet*, diligentia librarii ex *cap.* XXXVIII. num. 9. adſcitum, cum & proxime ſupra legatur iſtud verbum, & num. 3. Fabric. 2. oſtendit fontem erroris, habens: *clauſum obtinet*. Cum edita incedit Juſtin. IV. *cap.* IV. num. 5. adde notam ad Cat. *cap.* XV. num. 4.

QUANTI FECERIT. Uratiſl. 2. *quanta*; Eccard. & Franc. *quanti pretii*. quomodo aliis locis erratum.

8. QUID EST RELIQUUM. Membranae quaedam: *quid reliquum eſt;* Remenſ. 1. *quid eſt aliud, vel reliquum*. Imo *eſt* transfigendum obelo.

VIS VESTRA, QUA. Sic Gruterus & edd. vett. Sed Fabric. 1. Guelf. 1. & Uratiſl. 2. *quo*. Accedit Senator. 1. ubi *a quo* corrupte legitur, ſicuti in Senat. 2. & Heuſſ. *a qua*. *Quo* jam dedit adminiſter Hackianus & Criſpinus, idemque Waſſius adeo ſecure negligere non debebat. Verum illud; tam propter *reliquum;* quam quod etiam poſt Nomina Subſtantiva alio Genere procedere ſoleat Oratio. vide infra *cap.* XXXVIII. num. 6. locum *hoſtibus introeundi dedit*, eaque *Numidae cuncti irrupere*. Pariter enim ut *ea*, ſic & *quo* Naturam Particulae induere videtur. At bene Cicero III. ep. v. n. 8. *ut dicerem, me libenter ad* eam partem *provinciae primum eſſe venturum*, quo *te maxime velle arbitrarer*. Idem XIII. epiſt. LXXV. n. 4. Summa *eſt*, in quo *mibi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaris* cet. Rurſus Noſter infra *c.* CIII. n. 1. *obſeſſum* turrim regiam, quo *Jugurtha perfugas omnes praeſidium impoſuerat*. Capitolin. Vero *cap.* XI. *Nota eſt* fabula, *quam Marci non capit vita* —— quod *nos non in medio relinquimus*, *ſed* totam *purgatam conſutatamque reſpuimus*. adde ſupra *cap.* XI. num. 8. & EXCURSUM VIII. in Catilinam. Sed haec ſatis pro Analogia. Hoc loco vox *reliquum*, & ipſe uſus τῦ *quo* rem conficere poſſunt.

QUO MOVERI POSSIT. Senat. 2. *moneri;* fuit & diverſum quid in Uratiſl. 1. Sed nihil moveo. Eſt loco ſuo moveri, gradu depelli, cogi ad obediendum, uti Plancus Cic. X. epiſt. IV. num. 8. *Quare hoc unum tibi perſuade, quantum viribus eniti, conſilio providere, auctoritate* movere *potuero*, *hoc omne reip. ſemper futurum*.

9. NAM EGO QUIDEM VELLEM. Guelf. *nam ego quidem*, ut Cat. *cap.* LI. n. 15. Sed Servius ad 1. Aen. *v.* 396. vulgatam amplectitur.

ET HAEC, QUAE SCRIBO, & ILLA, QUAE ANTEA. *Antea* non legitur in Academ. pro quo Eccard. *ante ac*, forte pro *antehac*. Guelf. II. *& reliqua antea quae in Senatu* cet. Otioſum itaque Pronomen *illa*, & praeterea duae voces *quae ſcribo*: atque locus ſic concipiendus erit: *Nam ego quidem vellem, & haec, & quae antea in Senatu queſtus ſum.*

VELLEM —— VANA FORENT POTIUS. Eccard. inter lineas adpictum Verbum *forent*, idque ſenſus haud requirit. Cicero: *Caeſarem* honeſtum *volo*. item *ſalvos*, *magnum*, *claros velle*. Sic & poſt alia Verba iſtud, de quo quaeritur, relinquitur intelligendum. vide notas ad Cat. *cap.* XXVII. num. 1. XLIV. num. 4. XLVI. num. 2. LI. n. 35. *Vana* opponuntur *veris*. Plautus Moſtell. A. IV. Sc. II. *v.* 64. Vera *cunctas?* vana *vellem*.

QUAM MIS. M. FIDEM VERBIS FACERET. Verba mea confirmaret, & vera eſſe demonſtraret. Quidam: *fidem vobis faceret*, quod Latinum quidem eſt, ſed nec loco huic aptum, nec membranis melioribus ſuſtentatum. vide omnino Cl. Ducker. ad Florum III. *cap.* XVI. n. 6. Lucret. 1. *v.* 401. *Multaque praeterea tibi poſſum commemorando Argumenta, fidem* dictis *contradere* noſtris. qui alteram dictionem non vulgariter illuſtrat. Sillius XI. *v.* 538. *Datque fidem* verbis *haud parvo inſignis acervo*. Juſtin. I. *c.* VII. n. 17. *Ad poſtremum ut* adfirmationi ſuae *fidem faceret, nudam ſodali ſuo Gygi oſtendit*. *miſeria* fidem facit, ut *liberalitas* ſolvit, *iniquitas* eripit. vide ad Cat. *cap.* XXXV. n. 3. Remenſ. 2. *q. miſeriae meae f. v. facerent;* Fabric. 1. *verbis fidem faceret*. quod non placet.

10. SED

rent potius, quam miſeria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam eo 10 *natus ſum, ut Jugurthae ſcelerum oſtentui eſſem, non jam mortem neque aerumnas, tantummodo inimici imperium & cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiae, quod veſtrum eſt, uti lubet, conſulite: me ex manibus impiis eripite, per majeſtatem imperii, per amicitiae fidem; ſi ulla apud vos memoria avi mei Maſiniſſae.*

10. SED QUONIAM EO NATUS SUM. Uratiſl. 1. *ſim;* at 2. plane omiſit. ita Eccard. non habet *eo*. Forte: *ſed quoniam natus, ut Jugurthae* cet. non male ſcribitur.

JUG. SCELERUM OSTENTUI ESSEM. Ut in me Jugurtha oſtenderet ſcelera ſua. Somnolenter Guelf. II. *otium eſſem*. Tacit. XII. Ann. *cap.* XIII. *auribus deciſis vivere jubet* oſtentui *clementiae ſuae, et in nos dehoneſtamento.*

TANTUMMODO INIMICI IMPERIUM. Struv. *ſed tantummodo*. Contra Livius XXV. *cap.* VI. Neque *ignominiae finem, nec virtutis praemium petimus*: modo *experiri animum et virtutem excercere liceat*. Franc. omittit *inimici; imperium evadam* legit Guelf. 7.

ET CRUCIATUS CORPORIS DEPRECOR. Acad. *& excruciatus*, per *&*, quod ſaepiſſime cum ex confunditur, & loco infra *cap.* XXVI. n. 3. abſtractus. *corporis* non eſt in Struv. nec Fabr. 1. aut propter nomen *inimici*, aut quod non aliter ſcripſerit Salluſtius. Cat. *cap.* LI. num. 15. *omnes* cruciatus *minores, quam facinora illorum eſſe*. infra *cap.* LXX. extrem. *proinde reputaret cum animo ſuo, praemia, an* cruciatum *mallet*. Porro Fabric. 1. Struv. Remenſ. 1. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 1. 2. 11. Uratiſl. 2. & 3. *deprecor, ut evadam;* Guelf. 9. *deprecor ut admoveam; 3. recuſo*; Senat. 2. & Heuſſ. *recuſo, deprecor*. omnia a Gloſſatoribus. *Deprecor* proprie eſt *precor*, ut vitem, ut abſint, ut depellantur: quod docuit Franc. Florid. Sabinus 1. Subceſ. *c.* X. eleganter jungit utramque notionem Juſtin. IX. *cap.* IX. *Non* mortem, *ſed dilationem mortis* deprecantur.

UTI LUBET. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *uti placet*. poſterior, cum ejuſdem Bibliothecae tertio ſupra: *Regnum Numidiae*. Guelf. 1. & *regno Num.*

EX MANIBUS IMP. ERIPITE. Sine Praepoſitione Baſil. 1. Senat. 1. Acad. Vinar. 2. Struv. Incert. 2. Uratiſl. 3. Guelf. 12. *manibus imp. eripite*. Nos illam tenemus, cum Cat. *c.* XLVIII. n. 1. *veluti* ex *ſervitute* erepta; et n. 4. *& illi facilius* e *periculo* eriperentur. ubi in Uratiſl. 2. itidem expungitur Praepoſitio.

PER MAJESTATEM IMPERII. Struvianus addit *oro*; Uratiſl. 3. *rogo*. peſſime. vide *c.* XIV. extr.

SI ULLA APUD VOS. Baſil. 1. *ſi illa*. *Si* eſt obteſtationis, & adhibetur in re certo praeſumenda & juſta pariter atque aequa; uti contra *niſi* in re contraria. vide Cat. *cap.* XX. num. 17. & ſupra *c.* III. extr. Virg. IV. Aen. *v.* 317. Si *bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum*, miſerere *domus labentis*. Ovid. II. Pont. eleg. XXI. *O referant grates, quoniam non poſſumus ipſi, Di tibi: qui referent*, ſi *pia facta vident*. vide Brockhuſium ad Propert. III. eleg. XXIII. *v.* 19.

MEMORIA REMANET AVI M. M. Segniter nimis Verbum *remanet* hic poni videbatur, cum aperte videam, abeſſe iſtud ab Struv. & Guelf. 4. & ille quidem pro eo in fine *eſt* habet; ſed utroque abjecto Criſpus laetabitur. Mireris *remanet* ferre potuiſſe Interpretes, cum nec Livius illud elegerit XXVII. *cap.* X. *Quae liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere*, ſi ulla *pietas, ſi memoria antiquae patriae* eſſet. Verum cum Noſter *apud vos* ſcripſerit, vides ita ſuſtentari ſenſum verbi, ut alibi perdandi Caſum. vide ſupra *cap.* VII. n. 4. Similes errores caſtigavimus Cat. *c.* XL. n. 6. XLIII. n. 2. LI. n. 23. LII. n. 9. & II.

CAP. XXV.

XXVII.

1 HIs litteris recitatis, fuere, qui exercitum in Africam mitten-
dum cenſerent, & quamprimum Adherbali ſubveniundum:
de Jugurtha interim uti conſuleretur, quoniam non paruiſset lega-
2 tis. Sed ab iſdem regis fautoribus ſumma ope eniſum, ne decre-
3 tum fieret. Ita bonum publicum, ut in pleriſque negotiis ſolet,
4 privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores
natu,

CAP. XXV. 1. HIS LITTERIS RECITATIS. Uratisl. 2. *His recitatis*, ſine nomine *litteris*. Sic *haec* Cat. *cap.* XXXIV. princ.

IN AFRICAM MITTEND. CENSERENT. Fabric. *in Africa mittendum;* Struv. *mittendum*: Vinar. 2. *in Africam majorem cenſerent mittendum*. Guelf. II. *cenſuerunt*. alterum Cat. *cap.* XXII. princ. & paſſim. Academ. *& quia primum*, pro *quam primum*.

DE JUG. INTERIM UTI CONSULERETUR. Hic ordo eſt in membranis noſtris omnibus. Unus Academicus: *Interim de Jugurtha, uti conſuleretur*. Omittunt *uti* Incert. 1. Fabric. 2. Eccard. Uratisl. 3. Guelf. 7. 9. 11. Male, & contra formulam. vide Cat. *cap.* XXX. n. 5. 6. Librariis illis non viſa ſunt bene cohaerere *mittendum*, *ſubveniundum*, & *uti conſuleretur*, ſatiuſque habuerunt *conſuleretur* per ſe intelligere. At 1. Hiſt. Or. Lepidi n. 23. *everſum* & *uti extorquerent* copulantur. ibi vide notata. Guelf. II. *conſuletur; interim* abeſt Guelf. 4. & *legatis* Remenſi 1.

2. AB IISDEM ILLIS REGIS FAUTORIBUS. *Hisdem* ſcribunt Baſil. 1. Vinar. 2. Fabric. 1. Acad. Struv. at Guelf. II. Fabric. 2. Franc. Incert. 2. *eiſdem*. *illis* omittit Fabric. 2. pro quo *illius regis* Struv. Recte Senat. 1. Eccard. Guelf. 1. 3. 4. & 9. *iſdem;* etſi in Eccard. hae voces *ab iſdem* locum valde mutent, & poſitae ſint poſt *eniſum*. Recte etiam ex Fabric. 2. *illis* expungi arbitror, cum *fautoribus* regis ſit adpoſitum, quam vocem Remenſ. 2. & Guelf. 9. corrumpunt in *fuctoribus*. Academ. omittit *regis*.

SUMMA OPE ENISUM. Uratisl. 1. & 2. Vinar. 2. Guelf. 10. *niſum eſt*. Guelf. 7. *enixum eſt;* II. *eniſſum;* Franc. *juſſum eſt*. vide ad Cat. *cap.* XXXVIII. n. 2. *eniſum* paſſive uſurpat, ut *adeptus*, *interpretatum*, alia. vide Cat. *cap.* VII. n. 3. ſupra *cap.* XVII. n. 7.

NE TALE DECRETUM FIERET. Uratil. 2. *ne id fieret decretum;* Fabric. 2. *ne decretum fieret*. Recte. *decretum* enim de SCto ſaepiſſime dicitur, & ſic *SCtum facere* eodem modo. vide Manut. de Senatu R. *cap.* X. & Coelium ad Cic. epiſt. VIII.

3. ITA BONUM PUBLICUM. De *bono publico* lege Diſſertationem Ariſtotelis III. Polit. *cap.* III. noſtra ad Cat. *cap.* XXXVII. n. 7. Ravium ad C. Nepot. Miltiad. *cap.* III. n. 5.

UT IN PLERISQUE NEGOTIIS SOLET. *Solet fieri* Eccard. Struv. Guelf. 7. & II. Livius XXI. *cap.* IV. *ſed*, ut plerumque fit, *major pars meliorem vicit*.

PRIVATA GRATIA DEVICTUM. Priores duas voces non habet Eccard. pro poſteriore Fabr. 2. *depravatum*. Sed Dictys 1. *cap.* X. *ita ad poſtremum* bonum publicum *materna gratia eſt* devictum. In rem pluribus Herodian. II. *cap.* III. n. 20. 21. & IV. *cap.* IV.

4. MAJORES NATU NOBILES. Guelf. II. *nobiles majores natu*. Eccard. *majores natura*. Sed *nobiles* omittit Guelf. 3. idque delendum eſſe, jam cenſuit Gruterus.

AMPLIUS HONORIBUS USI. Struv. *amplis uſi honoribus*. Commelinianus non habuit τὸ *uſi*, eique adſtipulantur uterque Fabricianus. Damnat etiam Perizonius Diſſert. de Dicty Cret. §. XXXIX. Noſter cum aliquo ſenſu dixerat Cat. *cap.* XLIX. n. 2. *extrema aetate*, *maxumis honoribus* uſus: ubi vide adnotationes. Sed hoc loco, nihil niſi ſententiam corrumpit, adeoque ex voluntate virorum peritiſſimorum, praeeuntibus primariae virtutis codd. delevi. infra *c.* LXIII. extr. *novus nemo tam clarus*, *neque tam* egregiis factis, *quin is indignus illo honore*, *& quaſi pollutus haberetur*. 1. Hiſt. Orat. Lepidi n. 4. *Homines maxumi nominis*, *non minus* optumis *majorum* exemplis *nequeo ſatis mirari*. & ſic Noſter ſaepiſſime.

IN QUEIS FUIT. *Quis* ſcripſi ex Fabricianis, Baſil. 1. Senat. 1. ceteriſque vetuſtis. *fuit* abſurdiſsimum additamentum ſcribarum. Livius XXVII. *cap.* XII. *Cecidere in pugna fugaque ad duo millia & ſeptingenti civium*, *ſociorumque:* in his *quatuor Romani centuriones*. ibi conſulas Gronovium. adde ſupra *cap.* XXIV. n. 10. & 1. Hiſt. Or. Lepidi n. 13.

M. SCAU-

natu, nobiles, amplis honoribus : in quis M. Scaurus, de quo ſupra memoravimus, conſularis, & tum Senati princeps. Hi, quod in invidia res erat ſimul, & ab Numidis obſecrati, triduo navim eſcendere : dein brevi Uticam adpulſi litteras ad Jugurtham mittunt, QUAM OCCISSUME AD PROVINCIAM ACCEDAT; SEQUE

M. SCAURUS. Vinar. 2. Acad. Incert. 2. Remenſ. 2. *Aemilius Scaurus*. alterum magis placet. de Scauro *c.* XV. num. 4.

IN SENATU PRINCEPS. Sic Baſil. 1. Vinar. 2. Heuſſ. Senat. 2. Academ. Incerti, Struv. Eccard. Guelf. 10. 11. 12. edd. Gruteriana & ſequaces. At Fabriciani & omnes fere reliqui; *Senatus princeps*, & utrumque rectum eſſe, cenſuit Rivius. Utrumque legimus in Livio & *princeps Senatus*, & *in Senatu princeps* lectus a Cenſoribus, Senatores recitantibus. inſignis eſt locus XXVII. *cap.* XI. quem vide. adde ad Cic. VI. epiſt. VI. num. 7. Guelf. 9. *in Senatu potens*, ex *cap.* XVI. nu. 2. Lege Manutium de Senatu R. *cap.* II. mallem tamen, ſi ex ſolo arbitrio lis decidenda, *Senati princeps*. ut princeps *ordinis*, *legationis*, *familiae*, *civitatis* cet.

5. QUOD IN INVIDIA RES ERAT. Locum per ſe facilem & perſpicuum miſere torquent libri vett. Baſil. 1. Fabric. 2. Eccard. Guelf. 9. omittunt *in*, & cauſſam quivis videbit. Uratisl. 2. *quibus res in Numidia erat*; Franc. *quod res in Numidia erat* : nimirum *Numidia* & *invidia* in MSS. paſſim permutantur, Senat. 2. *Hi, quod res gravis Numidis erat*; Heuſſ. *quod res gravis invidia erat*. Male omnes, ſi umquam alibi. *in invidia eſſe* dicitur res, quae eſt cum invidia conjuncta, ea notione, qua ſupra *cap.* XV. extr. *ne polluta licentia* invidiam *accenderet*. Cic. II. ad Attic. epiſt. IX. *non enim poterimus ulla* eſſe in invidia, *ſpoliati opibus & illa Senatoria potentia*. Livius XXXIX. *cap.* XXXVII. In invidia *cum* eſſent *Cenſores*, ---- *Cn. Baebius trib. pl. diem ad populum utrique dixit*. Sic Celſus II. *c.* 1. *Vere tamen maxime*, *quaecumque humoris motu novantur*, in metu eſſe *conſuerunt*. h. e. formidoloſa.

SIMUL, ET A NUMIDIS OBSECRATI. Fabric. 2. tantum : *& Numidis obſecrati*. Baſil. 1. aliique : *ſimul & ab Numidis*; Struv. omittit *ſimul*, & Guelf. 4. *&* ſolum. Scripſit Salluſtius : *ſimul*, *& Numidis obſecrati*. vide ad *c.* XXI. n. 2. nam *ſimul*, *&* Salluſtius conjungere conſuevit. *cap.* XX. num. 1.

TRIDUO. Praeterlapſo. Gloſſa Fabric. 1. *poſt tres dies*. Sic ſupra *paucis diebus* cet.

NAVIM ASCENDERE. Incerti, Fabric. 2. Eccard. *navem*. Vinar. & Uratisl. ſecundi : *adſcendunt*. Guelf. 12. *conſcendere*, ut Valla III. Eleg. *c.* LIV. ceteri *aſcendere*. Imo lege *eſcendere*. Corn. Nepos Themiſt. *c.* VIII. n. 6. *Hac re audita*, navim *omnibus ignotus nautis* eſcendit. Sic *eſcendere equum*, *murum*, alia. Noſtro placuit hoc Verbum Cat. *c.* LV. n. 3. & infra ſemel atque iterum.

DEINDE BREVI UTICAM ADPULSI. Fabric. 1. aliique vetuſtiores *dein*. Remenſ. 1. Vinar. 2. Guelf. 7. Uratisl. 2. *dehinc*; Fabric. 2. *ad Uticam apulſi*. ut Valer. Max. 1. *cap.* VII. *cum* ad *littus navem adpuliſſet*. vide Sanctium IV. Minerv. *c.* IV. ibique Perizonium, qui docent *navem adpellere*, *navibus adpulſi* intelligendum eſſe. *Utica* Africae propriae urbs maritima, caput provinciae, Catonis fato nobilis. de origine ejus Juſtin. XVIII. *c.* IV. ubi vide quae ex Bocharto advocantur, & Cellar. IV. *cap.* IV. pag. 155. 156.

QUAM OCYSSUME AD PROV. ACCEDAT. Struv. & Franc. *ut quam o. a. p. a.* Senat. 1. *citiſſime*. Ceteri recte *ociſſume*, ſimplici i. ſed vulgus *ocyſſime*; quam ſcripturam reprehendit Giſanius. Gloſſae : *ociter*, *ταχέως*. Deducunt ab *ὠκὺς*, qui eſt *velox*. Varronem quemdam deceret *ocium*, vel *otium* fontem ſtatuere; & *ociſſime* accederet, qui *relictis rebus omnibus* adproperaret. Verum hoc argutari dicunt noſtra aetate. *Ad* provinciam dicitur pro *In*, ſicuti de quiete dicunt *ad portum*, *ad villam* cet. vide Interpp. Petronii *cap.* LXI.

SE AD EUM AB SEN. M. Senatorii, Fabriciani, Baſil. 1. Vinar. 2. Acad. Struv. Incert. 2. Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 10. 11. 12. *ſeque ad eum ab S.* & ſic meliores Gruteri. Uratisl. 1. *ſed quia ad eum*; Guelf. 9. & 12. *Dicunt ſeque ad eum*. Unde *ſeque* revocari debuit, ſed illud *dicunt* eſt mali ingenii. nam cum *litteras mittunt* ſcripſiſſet, talia ſubintelligenda ſunt. ut Catilin. *cap.* XLIV. num. 6. infra *cap.* LXX. num. 4. litteras *ad eum per homines fideles* mittit, *in queis mollitiem ſecordiamque viri accuſare* — Jugurthae *exitium adeſſe*, reliqua. adde *cap.* XVII. num. 3. & *cap.* CIX. num. 3.

6 QUE AD EUM AB SENATU MISSOS. Ille ubi accepit, homi-
nes claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra
inceptum ſuum veniſſe: primo commotus, metu atque lubidine
7 divorſus agitabatur. Timebat iram Senati, (ni paruiſſet legatis:)
8 porro animus cupidine caecus ad inceptum ſcelus rapiebat. Vicit
9 tamen in avido ingenio pravum conſilium. Igitur, exercitu cir-
cumdato, ſumma vi Cirtam irrumpere nititur, maxume ſperans,
didu-

6. ROMAE POLLERE AUDIVERAT. Gruterus *audierat*: quomodo Struv. & Academ. ſed reliqui *audiverat*. *Romae* inter verſus legitur in Fabric.1. vide *c.*XVI. num.3. infra *c.*XXX. num.4. Guelf.10. *pollere maxime audiverat*.

DIVORSUS AGITABATUR. Academ. *diverſos*; Fabric.1. Franc. & Guelf.11. *diverſis*, nimirum *metu atque lubidine*, quae ſunt *diverſa* vitia. vide Cat. *c.* V. num.8. Cave tamen auſcultes. *divorſus agitur*, qui in diverſas partes, ſententias, cupiditates trahitur. Pro interprete erit Apulejus IX. Metam. p. 225. *miro mentis ſalo & cogitationum diſſenſione miſellus* in diverſas ſententias *carpebatur*, *ac diſtrahebatur*. itemque Virgilius IV. Aen. *v.* 285. Expreſsit Noſtrum Dictys I. *cap.* XXI. *Menelaus metu atque haeſitatione* diverſus agebatur: *terreri quippe primo*—*dein ne coeptum omitteret*, *detrimento militum commoveri*. qui & docere poteſt, quomodo ſit diſtinguendum. Liv. XXVI. *cap.* V. princ. *Cum in hoc ſtatu ad Capuam res eſſent*, *Annibalem* diverſum *Tarentinae arcis potiundae Capuaeque retinendae* trahebant *curae*. Vicit tamen *reſpectus Capuae*. Terent. Andr. Act. I. Sc.I. *v.* 25. *tot me impediunt*, *quae meum animum* diverſe trahunt. Boetius I. Proſa V. ad fin. *Sed quoniam plurimus tibi adfectuum tumultus incubuit*, diverſumque *te dolor*, *ira*, *moeror* diſtrahunt. adde Cic.V.Tuſcul. Qu. §.60.

7. TIMEBAT IRAM SENATI. Vinar.2.*Timet.* Mox Guelf.10. *ſi non paruiſſet legatis*: alii: *niſi*. Franc. *non paruiſſe legatis*. Mihi omne iſtud *ni paruiſſet legatis* ex Gloſſa derivatum videtur. eo magis, quod totidem verbis legatur n.1. h. *cap.* Nec opus eſſe æxiſtimavit, ut *irae* cauſſam adderet *c.* XIII. nu.5.

PORRO. Eleganter haec particula continuat diverſa. Juſtin. II. *cap.* X. *Ex his Artemenes aetatis privilegio regnum ſibi vindicabat*—Porro *Xerxes controverſiam non de ordine*, *ſed de naſcendi felicitate referebat*. Noſter Catilin. *cap.* XLVI. num. 2. *laetabatur civitatem periculis ereptam*—porro *autem anxius erat*. ibi vide.

CUPIDINE CAECUS. Sic Papin. Statius II. Theb. *v.* 116. *hebe Thebas*, caecumque cupidine *regni Auſuniumque eadem germanum expelle* cum obſervatione Barthii. lege & *v.*488.ſeqq. infra *c.* XXXVII. nu.4.

AD INCEPTUM SCELUS RAPIEBAT. Sic duo Rivii, item Nazar. Commelin. Bongarſ. quidam ex noſtris. Contra Eccard. Guelf. 2. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Uratisl. 1. 2. Senat. 2. Heuſſ. Vinar. 2. Fabriciani, Baſil. 1. Acad. Struv. Incerti, Franc. *rapiebatur*. atque ita editam etiam intelligunt interpretes, ut *vertit*, *mutat*, *auxit*: aliaque apud Noſtrum. Dictys vero I. *c.* IV. *animus rapiebat Jugurtham* intellexit. is ita habet: *quamquam atrocitas facti ad indignationem ultumque injurias* rapiebat. uti forte *c.* XXI. nu. 4. *tamen obviam ire factionis potentiae* animus ſubigit; & alibi *animus audet*, *fallit*, *hortatur*, *agit atque habet cuncta*, *ex conſcientia ſpem praebet*. Alter modus, ubi in tali poſitu animus *patitur*, longe frequentior. ut *c.* XXIX. nu. 1. XXXI. nu.2. &c. Tamen quia addidit *cupidine caecus*, & Criſpus, pro more ſuo, *Jugurtha* & *Jugurtham* in una periodo eleganter intelligi voluit, de quo more vide *c.* XIV. nu.1. Cat. *cap.* LIX. nu.2. & 5. cum Q. Septimio facere, tutiſsimum erit.

8. VICIT TAMEN. Sic Livius, Noſter *c.* XVI. num.1. alibi. Guelf.12. *tandem*: quae utraque in omnibus MSS. confunduntur. Fabric.1. ſine praepoſitione *avido ingenio*; Struv. a prima manu: *in avi ingenio*.

9. EXERCITU CIRCUMDATO. Eccard. primitus: *circumdando*; correctum *in exercitu circumdato*. Utrumque latine dicitur *exercitu circumdare moenia*, vide *c.* XXIII. n. 1. & *exercitum circumdare*. Livius XXII. *c.* XLII. Circumdato *ad ſpectaculum* exercitu.

DIDUCTA MANU HOSTIUM. Baſil.1. *ducta*, qui in ſimilitudine ſyllabarum ſaepe ita peccat. Guelf. 4. 7. 10. Vinar.2. Acad. Heuſſ. Senat. 2. Struv. Incert. 1. *deducta*. Franc. *devicta*; Incert. 2. *conducta*. falſo. *Diducta* eſt *diviſa*, ut habet vetuſtiſsima Gloſſa Fabric.1. *diſperſa* omnes partes moenium, cum paſsim & omnibus locis eſſet militibus Jugurthinis reſiſtendum. Juſtin. XV. *c.* IV. *iterum in duas factiones* didu-

diducta manu hoſtium, aut vi, aut dolis ſeſe caſum victoriae in-
venturum. Quod ubi ſecus procedit, neque, quod intenderat, ef- 10
ficere poteſt, uti prius, quam legatos conveniret, Adherbalis poti-
retur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, in-
cenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tamen et- 11
ſi Se-

diducuntur. ubi Gronovius atque Graevius conſulendi. Curt. IX. *c.* I. num.20. *Orta ſeditio in diverſa conſilia* diduxerat *vulgum*. utitur & Cicero & Propert. I. eleg. XIII. *v.* 19. II. eleg. VI. *v.* 3. IV. eleg. I. *v.* 149. atque alii plures. adde Drackenborch. ad Silii illa XX. *verſ.* 187. *Qui ſua nunc trinis* diducunt *agmina caſtris*. Caeſar III. Civ. *cap.* XL. *& reliquis partibus ſimul ex terra & claſſe ſcalis moenia oppidi tentans, ut adverſariorum* manus diduceret. de iſta hoſtes facilius vincendi arte bene Zevecotius ad Flor. I. *c.* III. pag. 17.

AUT VI, AUT DOLIS. Senat. 2. *aut violentia*. Supra *per vim*.

CASUM VICTORIAE INVENTURUM. Guelf. I. 2. Senat. I. & Remenſ. I. *cauſa victoriae*. ubi ſupra *cap.* XXIII. extr. Sic vero bene exprimunt, victoriam quae accidit; ut & ipſam *occaſionem*, ut infra *c.* LVI. num. 4. Livius IV. *c.* XXVII. *nocte adorti caſtra conſulis rem in* caſum *ancipitis* eventus *committunt*. Id. XXII. *c.* XXXII. *in* caſum *univerſae* dimicationis, *quam omnibus artibus petebat hoſtis, non veniebant*. Catullus Carm. XXIII. *v.* II. *nihil timetis*:

Non incendia, non graves ruinas,
Non facta impia, non dolos veneni
Non caſus *alios* periculorum.

ita l. c. *caſus praeclari facinoris*. ubi alia adjecimus.

10. QUOD UBI SECUS PROCEDIT. *Secus* eſt *contra, male*; & opponitur *bene*. Livius X. *c.* XIX. *rei* bene, *aut* ſecus *geſtae decus dedecuſque*. vide ſupra ad illa *c.* XX. nu. 5. *quia tentatum antea* ſecus ceſſerat.

UTI PRIUS, QUAM LEGATOS CET.) Haec omnia pro Gloſſa haberet Gruterus: ſcilicet, quia dixit *quod intenderat, efficere non poteſt*, cujus haec eſt interpretatio. Sed eo pacto omnia illa de Gloſſa erunt, ubi legitur *fit, ut fiat; effecit, ut poſtponeret; factum eſt, ut poeniteret; nolui committere; ut deſiderares*; & quae ſunt alia optimis Scriptoribus & brevitatis laude illuſtribus uſitata. vide Catilin. *cap.* LII. num. 23. Etſi enim *quod intenderat* adjectum eſt, Criſpus tamen talia interpretari ſolet, quod ex Catilin. *cap.* XXXV. num. 3. & Jug. *cap.* XVI. num. 5. apertum erit. addo unum Caeſar. I. *cap.* XIII. *Helvetii repentino ejus adventu commoti, cum id, quod ipſi diebus* XX. *aegerrime* confecerant, ut flumen tranſirent, *illum uno die* feciſſe *intelligerent, legatos ad eum mittunt*. ubi ſimilem Gruteri in Cic. IV. Acad. Qu. *c.* IV. lapſum animadvertit Cl. Daviſius, quem vide. nos ad Cic. IV. epiſt. III. extr. XII. epiſt. XVIII. num. 3.

ADHERBALIS POTIRETUR. Guelf. I. 4. 7. II. Struv. Academ. a manu ſecunda, Incert. I. Franc. Uratiſl. 2. *Adherbale potiretur*, quorum auctoritas tanta eſt, ut ne litterulam quidem a recepta lectione detrahere liceret. Guelf. 9. *Adherbalem*, quod & Voſſius, & Bongarſius ad Juſtin. I. *cap.* II. num. 10. adprobant. Qui advertere animum noluerunt, omnia potius, quam iſtam ſtructuram proprietatis ſtudioſo convenire. Servabimus itaque *Adherbalis* cum praeſtantiſſimis membranis & Priſciano XVIII. pag. 1193. eoque modo aliquoties alibi Noſter. vide Cat. *cap.* XLVII. num. 2. Caelius epiſt. XIV. nu. 6. *de quo, qui* rerum potiuntur, *ſunt conſulturi*. ſupra *c.* VIII. num. I. *c.* XIII. n. 5. Ferendus tamen quartus Caſus apud Auctor. de B. Africano *c.* LXXXVII. *poſtquam* caſtra *non potuerant* potiri. ibi, & ad *c.* XXXVI. vide Daviſium.

MORANDO, SCAURUM -- INCENDERENT. Imitatur, obſervante Ruperto, Tacitus II. Hiſt. *c.* XLVIII. *Irent propere, neu* remorando *iram victoris* aſperarent, *monebat*. de quo Barthius ad Stat. I. Thebaid. *v.* 138. adeundus Struv. *accenderent*. Sed Cic. I. epiſt. IX. n. 16. *ab eoque in me eſt* incenſus.

CUM PAUCIS EQUITIBUS. Poſtrema vox deficit Guelf. 7. & tamen incertus ſum, huncne, an reliquos probem. Eccard. *in provincia venit*, ſed alia manus vulgatam repoſuit.

11. AC TAMETSI. In plerisque MSS. vix adſequaris *Ac*, an *At* ſcripſerint. Senat. 2. & Uratiſl. 2. *Attamen etſi*. Unde *Ac tamen etſi* levi opera elicias. vide ad Cat. *c.* XXI. n. I.

SENATI VERBIS. Academ. *Senatus graves minae*, ſine ullo *verbis*. Supra *c.* XXI. num. 4. *S. P. Q. R.* verbis *nuncient*. ubi dixi.

MINAE GRAVES. Sic Rivius ex ſuis vetuſtis.
Noſtri

Digitized by Google

ſi Senati verbis minae graves nunciabantur , quod oppugnatione non deſiſteret ; multa tamen oratione conſumta , legati fruſtra diſceſſere .

CAP. XXVI.

XXVIII.
1 EA poſtquam Cirthae audita ſunt, Italici, quorum virtute moe-
nia defenſabantur , confiſi , deditione facta, propter magnitu-
dinem populi Romani inviolatos ſeſe fore, Adherbali ſuadent , uti
ſeque , & oppidum Jugurthae tradat : tantum ab eo vitam paciſcatur,
2 de ceteris Senatui curae fore . At ille, tametſi omnia potiora fide Ju-
gurthae rebatur ; quia penes eoſdem , ſi advorſaretur , cogendi
pote-

Noſtri fere omnes, *graves minae*. in Guelf.9. eſt *mi* . . . in 10. *grave minae*. Sic *haud mollia*. Virgil. IX. Aen. *v.* 804. *Demiſit germanae* haud mollia dicta *ferentem* . Uratisl. 1. Guelf. 10. *nunciebantur ;* Fabric. 2. *nunciarentur* , ab ingenio correctoris. alibi *tametſi egerat* , *erat* , *tenet* cum Indicativo.

Ab oppugnatione non desisteret . Unus Rivii & Commelinianus una cum Struviano Praepoſitionem *ab* neglexere : idque ſuavius accidit hoc loco . Sicuti II. Hiſt. *actione deſiſtere* . & Cicero III. Offic. *cap.* III. extr. *itaque cum ſunt docti a peritis* , *facile* deſiſtunt ſententia . ibi vide Fr. Fabritium . Curt. VII. *cap.* I. num. 15. *niſi* deſiſteret incepto , *brevi ſciturum*, *quis ipſe eſſet* . Caeſar II. Civ. *c.* XIII. num. 1. *milites ex opere deducunt* , oppugnatione *deſiſtunt* .

Multa t. oratione consumta . Sic infra *cap.* LXII. ad fin. *multis diebus per dubitationem* conſumtis . ubi vide . Dictys II. *cap.* V. *dein multa invicem* conſumta oratione, *ad poſtremum noſtri acrius incuſare* , cet. *cap.* XXIV. *poſtquam invicem* multa conſumta oratione *certamen eorum ad manus proceſſerat* . in MSS. aliquot eſt : *fruſtra legati diſceſſere* . Uratisl. 1. non habet *fruſtra*, & ſine eo ſenſus conſtare poteſt .

CAP. XXVI. 1. Italici . Uratisl. Fabric. Senator. primi, & Guelf. 2. *Itali* . infra *c.* XLVII. nu. 1. Italici *generis multi mortales* . Hos Italicos vocat *togatos* ſupra *c.* XXI. nu. 2. infra nu. 3. *negotiatores* .

Defensabantur . Eccard. Remenſ. 1. Franc. Guelf. 7. & 11. *defendebantur* . infra *cap.* LX. n. 3. *Sed illi*, *qui moenia* defenſabant . *c.* XCVII. n. 5. *alios ab hoſtibus* defenſabant . Plaut. Bacch. A. III. Sc. III. *verſ.* 39. *Noſter eſto* , *dum te poteris* defenſare *injuria* . Ea , *deditione facta* , haud injuria ab ſciolis profecta eſſe dixit Gruterus.

Propter magnitudinem p. R. Senat. 2. Gu. 10. & Heuſſ. *propter multitudinem p. R.* ita ſaepe nomen populi R. adjumento fuit . adde Caeſar. 1. Gall. *cap.* XXXI.

Uti seque et oppidum . Remenſ. 1. & Gu. 7. *ſeſeque & oppidum* . Franc. & Guelf. 11. *ſe & oppidum* . 10. *ſeque oppidumque* . Acad. & Incert. 2. *ſeſe & oppidum* . Edita bene , pro *& ſe* , *& oppidum* . vide ſupra *c.* VI. n. 3. *opportunitas ſuae*que, & *liberorum aetatis* .

Jugurthae tradat . Fabric. 1. *traderet*, quod ex tali Codice non diſpliceret , etſi impingat in hodiernam latinitatem . Actum de eo ad Cat. *c.* XLIV. nu. 3.

Vitam paciscatur . Pacto ſibi ſervare. Noſtrates *ausdingen* . Curt. VII. *cap.* XI. nu. 27. *qui petram tradant* , *&* , *ut incolumibus abire liceat* , paciſcantur . Juſtin. VIII. *cap.* V. *Victi igitur neceſſitate* , pacta ſalute , *ſe dediderunt* . Guelf. 10. *tantummodo* .

De ceteris Senatui curae fore . Fabric. 1. *curae eſſe* , cum Gloſſa *putet* , Eccard. *foret* . Uratisl. 1. *de cetere* , a manu ſecunda .

2. Potiora fide Jug. rebatur . Eccard. *fidei ;* Guelf. 12. *quam fides* . Franc. *arbitrabatur ;* Guelf. 2. *reatur* . Dictys V. *c.* XVI. *quippe quibus magis libido deſideriumque in femina* , *quam ſumma militiae* , potiora *forent* . Compone Cat. *c.* XXV. num. 3.

Tamen , quia . Fabric. 2. omittit illud *tamen* , & plane perſuadet , ita ſcripſiſſe Salluſtium . vide modo Cat. *c.* XVIII. num. 8. Sic infra *c.* XXXV. n. 9. quamquam *in priore actione quinquaginta vades dederat ;* regno *magis* , *quam vadi-*

poteſtas erat, ita, uti cenſuerant Italici, deditionem facit. Jugur- 3
tha in primis Adherbalem excruciatum necat: dein omnis puberes Numidas & negotiatores promiſcue, uti quisque armatis obvius, interfecit.

CAP.

vadibus conſulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit. ibi plura. Academ. *quod*.

SI ADVORSARETUR. Sic Fabric. I. & alius unus apud Rivium ejuſdem tituli. vide ad Cat. c. III. n. 3. Senat. 2. *adverſarentur*; Fabric. 2. *averſaretur*.

UTI CENSUERANT ITALICI. MSS. quidam *ut*, ut ſolent illud fere pro *uti* exhibere; & contra hoc pro illo. Guelf. 9. *conſuerant*. Parum hoc prae iſto ſtupore, quod omnes omnino Codd. noſtri certe, habeant vocem *Italici*, quam & putidam eſſe, & Gloſſatorum, qui ex num. I. hujus *cap.* repetierunt, quovis pignore contenderem.

DEDITIONEM FACIT. Sic Gruterus. Sic & MSS. Franc. Uratiſl. I. Senat. I. Vinar. 2. Baſil. I. Incerti, Fabric. I. a prima manu, Academ. Remenſes, Eccard. Guelf. 3. 9. 10. 12. ceteri *fecit*. Illud praefero, & habes in ſimili nexu idem tempus infra *c.* XXXIII. n. I. *c.* XXXV. n. 9. alibi ſaepiſſime.

3. JUGURTHA IN PRIMIS. Academ. *Jugurtha Adherbalem inprimis*; Baſil. I. cum aliis duobus: *Igitur Jugurtha*, quod mire placuit Rivio. Nullam tamen vim, neque gratiam video, qua ſeſe commendet. Et ſi rebus dicta aequavit Salluſtius, in avido Jugurthae ingenio, qui ſimul ac Adherbal deditionem fecit, eo modo graſſatus eſt, quem hic deſcribit, non potuit eam Particulam exprimere. Non expreſſit *cap.* XII. n. 5. 6. *Hiempſal reperitur — Numidae caput ejus, uti juſſi, ad Jugurtham referunt*. neque infra *c.* XXXVIII. n. 6. 7. neque Cat. *c.* LX. n. 6. Suſpicor autem, ſimilitudinem vocabuli *Jugurtha* multum adjuviſſe, ut τὸ *Igitur* in quibusdam Codd. legeretur.

EXCRUCIATUM NECAT. Sic Cat. *cap.* XV. n. 4. *conſcientia mentem* excitam *vaſtabat*. Caeſar VII. Gall. *cap.* XXXVIII. *ipſos crudeliter* excruciatos interficit. Cic. I. in Verr. *cap.* XVII. *fumo* excruciatum *ſemivivum reliquit*. pro Lege Man. *cap.* V. *Legatum populi R. conſularem vinculis ac verberibus atque omni ſupplicio* excruciatum necavit. Livius XXIX. *cap.* XVIII. *tribunos militum in vincula conjectos, dein verberatos, ſervilibusque omnibus ſuppliciis* cruciatos *trucidando* occidit. Curt. IX. *cap.* VII. n. 8. *Boxum protinus placuit interfici: Biconem etiam* percruciatum necari. Lactant. I. *cap.* IV. *Itaque ii, quorum peccata & arguebantur, & probibebantur*, excruciatos *eos acerbiſſime* necaverat. adde Juſtin. XII. *cap.* V. n. II. Dictys V. *cap.* XII. *Ibi Menelaus Deiphobum, exſectis primo auribus brachiisque ablatis, deinde naribus, ad poſtremum truncatum omni ex parte foedatumque ſummo* cruciatu necat.

DEINDE OMNES PUBERES. Multi Codd. *dein*: tamen Baſil. Senat. Fabric. primi *deinde*, ut Gruterus.

UTI QUISQUE ARMATUS OBVIUS FUERAT. Sic Eccard. Franc. Acad. Struv. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. cum Grutero. Sed falſo. non enim intra *armatos* tantum ſtetit ira victoris; & jam dixerat *omnes puberes Numidas* & negotiatores promiſcue interfectos eſſe. Atqui non omnes Numidae neque omnes negotiatores *armati* fuerunt. Niſi ad negotiatores tantum eam reſtrictionem referre velis: quod tamen poſitus verborum & mores victoris non patiuntur. Reſtitui igitur, quod eſt in MSS. melioribus & edd. aliquot, *armatis*. h. e. quicumque in manus venerant, qui fuga ſaluti ſuae conſulere non potuerant, interfecti ſunt. Remenſ. I. *obviam*; Fabric. I. *fuit*. Verbum illud eſt interficiendum. vide ad Cat. *c.* IV. n. 2.

INTERFECIT. Baſil. I. Franc. Academ. Senat. I. Uratiſl. I. *interficit*: quia *necat* praecedit. Livius IV. *c.* VII. *magiſtratum* ineunt *A. Sempronius — quorum in magiſtratu concordia domi, pacem etiam foris* praebuit. Noſter Cat. *c.* LVII. n. 3. *caſtra propere* movet, *ac ſub ipſis radicibus montium* conſedit. adde Eod. *c.* LIX. n. 3. Plura alibi. *Interfecit* autem Jugurtha per milites, & laudat eo nomine locum Cl. Daviſius ad Caeſar. VII. Gall. *c.* XIII. princ. Sic Caeſar I. Gall. *c.* XII. *Eos impeditos & inopinantes adgreſſus, magnam partem eorum* concidit. Sic alii paſſim. vide ad Cat. *c.* LV. n. 5.

Digitized by Google

CAP. XXVII.

XXIX

1 QUod poſtquam Romae cognitum, & res in Senatu agitari coepta, idem illi miniſtri regis interpellando ac ſaepe gratia, in-
2 terdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebbnt. Ac ni C. Memmius, tribunus plebis deſignatus, vir acer & infeſtus potentiae nobilitatis, populum Romanum edocuiſſet, ID AGI, UTI PER PAUCOS FACTIOSOS JUGURTHAE SCELUS CONDONARETUR, profecto omnis invidia protalandis conſultationi-

CAP. XXVII. 1. AGITARI COEPTA. Sic vetuſtiſſimi noſtri. At Uratisl. 1. 2. Senat. 2. Heuſſ. Acad. Struv. Incerti, Rem. 2. Franc. Eccard. Guelf. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. *coepit.* alterum non diſplicuit optimo cuique. Cic. III. de Oratore: *Poſt adhiberi* coepta eſt *ad ornatum etiam & dignitatem*. Livius I. *c.* LVII. *ubi id parum proceſſit*, *obſidione munitionibusque* coepti *premi hoſtes*.

IIDEM ILLI MINISTRI REGIS. Omnis manus *idem*, pro *iidem*. Fabricianus 1. *illi idem miniſtri regis*, ut forte hoc *illi* aliunde acceſſerit, ut *c.* XXV. n. 2. etſi haec alibi non male conjungantur. vide ſupra ad *c.* XIV. n. 21. Si *miniſtri regis* ſine ullo Pronomine ſcripſiſſet, nihil deſiderares. ii ſunt, qui Jugurthae favebant, ejusque commodis inſerviebant. Tacit. V. Ann. *c.* XI. *ut ſegnem Regulum ad opprimendos* Sejani miniſtros *oblique perſtrinxerat*. adde infra *c.* XXIX. n. 2.

INTERPELLANDO. Guelf. 11. *interpretando*. *interpellare* eſt eorum, qui mediam actionem interrumpunt, auctore Aſconio. Cicero I. ad Att. epiſt. XVI. *Sed haec tota res* interpellata *bello refrixerat*. adde VI. Fam. epiſt. XIX. num. 8.

TRAHENDO TEMPUS. Prolatando & differendo tempus decreti. ſupra *c.* XXIII. n. 2. *trahere bellum*. ita fere Florus IV. *c.* II. n. 13. *Decem annos* traxit *iſta dominatio*, pro duravit, tenuit. infra *c.* XXXVI. n. 2. *At contra Jugurtha* trahere *omnia*, *& alias*, *deinde alias morae cauſſas facere*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXXV. *per varias moras ſuſceptum ad Veſpaſianum* iter trahens. is etiam pro conſumere & tranſigere dixit III. Ann. *c.* XXXVII. diem *editionibus*, noctem *conviviis* traheret.

LENIEBANT. Eccard. Guelf. 3. & 10. Struv. *lenibant*. ut ſupra *c.* XXII. n. 1. *audibatur*. vide ad Cat. *c.* LXI. n. 8. Uratisl. 2. *atrocitatem ſic leniebant*.

2. TRIBUNUS PL. DESIGNATUS. *Conſul* addit Franc. quia hoc frequenter obvium. Tribuni plebis *deſignabantur* olim comitiis centuriatis, ſed poſtea tributis, & quidem ante conſules; ante quos etiam magiſtratum inibant. lege P. Manutium in Cic. I. ad Brutum ep. L. p. 16. ed. Wechel. A. 1580.

INFESTUS POTENTIAE NOBILITATIS. Guelf. 9. *potentis nobilitatis*. 11. & Eccard. expungunt illud *potentiae*. Ergo *infeſtus nobilitati* ſcripſit, ut Cat. *c.* XVII. n. 7. *Cn. Pompejus* inviſus *ipſi*. *c.* XIX. n. 1. *quod eum infeſtum inimicum* Cn. Pompejo *cognoverat*. Sed infra *c.* XXX. n. 3. de eodem Memmio: *cujus de libertate ingenii &* odio potentiae nobilitatis *ſupra diximus*. & quo loco huc tractum eſſe poteſt. vide ad Cat. *c.* XXXIX. extr. Guelf. 10. *populo R. edocuiſſet*. Incert. 1. *populum edocuiſſet*.

ID AGI, UTI – CONDONARETUR. Ita C. Nepos Themiſtocle *c.* V. *certiorem eum fecit*, id agi, ut *pons – diſſolveretur*. Livius XXXVI. *c.* XI. extr. *eam juventutem nactus*, id agebat, ut *pro obſidibus futuri venirent in poteſtatem regis*. Cic. III. epiſt. VII. num. 18. *Tu autem* ſi id agis, ut *minus mea cauſſa, dum abſim, debere videaris*. Conſule ſcripta ad Cat. *cap.* LII. n. 10. & 23.

PER PAUCOS FACTIOSOS – CONDONARETUR. Uratisl. 1. *condendaretur*; Franc. *condemnaretur*. nihil moror. Sed cum *per* non legatur in Guelf. 10. vide, an legendum: *uti paucis factioſis Jugurthae ſcelus condonaretur*. Cicero pro Coelio *c.* XXXII. *ne patiamini M. Coelium* libidini *muliebri* condonatum. ubi vide N. Abramium. Idem XIII. epiſt. LXXIII. n. 3. *peto*, *ut ejus filios* mihi *potiſſimum* condones. Juſtin. XXXII. *c.* II. *Senatus verecundia ejus motus*, *cauſſam* illi donavit. Ovid. II. Pont. epiſt. VII. *v.* 51. Culpa *gravis* precibus donatur *ſaepe ſuorum*. adde noſtra ad Cic. V. ep. IV. n. 5. hoc eſſet, propter paucos factioſos, quorum intereſt,

Digitized by Google

tionibus dilapſa erat. tanta vis gratiae; atque pecuniae regis.
Sed ubi Senatus delicti conſcientia populum timet; lege Sempro- 3
nia provinciae futuris Conſulibus, Numidia atque Italia decretae:
Conſules declarantur P. Scipio Naſica, L. Beſtia Calpurnius; 4
Cal-

eſt, & in eorum gratiam condonaretur. Remenſ. 1. *flagitioſos* Guelferb. 2. *factioſos viros*, ſed ſecunda vox inter verſus perſcripta eſt.

PROLATANDIS CONSULTATIONIBUS. Per id, quod prolatabantur conſultationes, pro eo quod eſſet *prolatando conſultationes*. Livius XXXIV. *c.* XXXI. *Quod ad multitudinem* ſervis liberandis *auctam & egentibus diviſum agrum adtinet.* ut recte Gronovius, quem vide. tale occurrit in nota ad *c.* VII. n. 4. & ad *c.* XXII. n. 5. Male ergo Guelf. 11. *in probandis conſultationibus*, & Vinar. 2. *ex prolatandis conſult.* male etiam Incert. 2. *protelandis*, quod ſine certa cauſſa placuerat Manutio. diximus ad Catilin. *cap.* XLIII. num. 3.

DILAPSA FORET. Guelf. 1. & Senat. 2. *dilapſa erat*. optime, ſi quid video. Florus IV. *c.* II. n. 19. *Et* peractum erat *bellum ſine ſanguine, ſi Pompejum opprimere Brunduſii* potuiſſet. cum obſervatis Freinshemio, & Cl. Duckero. Livius XXV. *c.* XXXI. extr. *Quod* ni *tam in tempore* ſubveniſſet, *victoribus victisque pariter perniciofa fames* inſtabat. adde III. Hiſtor. Orat. Macri n. 1. ubi ſimilem conſtructionem edd. corruperunt. Sed hic nondum opera noſtra defuncti ſumus. Excipit mox: *tanta vis gratiae atque pecuniae regis* ERAT. at cum Guelferb. 1. exhibeat: *pecuniae erat regis*; 2. *regis inceſſerat*; in tribus aliis autem id verbum poſt *gratiae* ponatur: vides, non ſine auctoritate vett. libb. illud deleri. Sic ſolet Criſpus. vide ſupra *c.* III. n. 3. *c.* XXIV. n. 10. & infra ad *c.* CXIV. extr.

3. DELICTI CONSCIENTIA. Ex conſcientia: quia noverat, ſeſe deliquiſſe. Sic infra *c.* XLII. n. 1. *nobilitas noxia, atque eo perculſa*. Praepoſitionem addit Cat. *c.* XXXV. n. 2. ex *nulla conſcientia de culpa.* ſed alibi omittit, ut Cat. *cap.* XXIII. n. 3. *quia* inopia *minus largiri poterat*. ubi vide. adde VI. Hiſt. Orat. Cottae n. 6. Uratisl. 3. *delicti conſcius*; ſicuti infra *c.* XL. num. 2. Sed hic nihil mutandum. Senat. 2. *populum necat, timet*.

LEGE SEMPRONIA. Fabric. 1. *Sympronia*; 2. *Simpronia.* corrupte. Nec multo melius Gloſſae Academ. *Haec lex praecepit, ſi bellum immineret, ut publice illuc deſignati conſules deligantur*. Struviani: *Sempronius fuit quidam, qui talem inſtituit legem, ut quolibet anno duo conſules eligerentur, quorum unus cuſtodiret Italiam, alter iter ad gentes devincendas rebelles*. Hodie ſatis conſtat, latam eſſe eam legem a C. Sempronio Graccho, ut quotannis ante comitia conſularia deſignandis conſulibus provinciae decernerentur duae, ex omni numero ſelectae, quae propterea *Conſulares* dictae. Relinquebatur autem Conſulum arbitrio, ut eas provincias compararent inter ſe, aut ſorte dividerent, poſtquam ſenatus exercitum, aliaque utilia illis decreviſſet. vide omnino Hottomannum, Manutium, Fr. Fabritium Argum. Orat. Cic. de provinciis Conſularibus: ibique N. Abramium, Manut. de Leg. *c.* X. notas ad Cic. I. epiſt. VII. n. 26. infra *c.* XXXV. num. 3. *c.* XLIII. n. 1.

PROVINCIAE FUTURIS COSS. NUMIDIA &c. Guelf. 10. *futuris coſſ. Numidia atque Italia provinciae decretae:* cui non placuit diſcerpi adpoſitionem: *provinciae Numidia atque Italia*. Similiter tamen Livius XXXV. *c.* XL. Triumviri *deduxerunt eos* Q. Naevius, M. Minucius, M. Furius Craſſipes. Cicero XIII. epiſt. LXV. n. 5. *tuque ipſe & ex* ejus *obſervantia*, gratiſſimi hominis; *& ex* ſociorum *gratia*, hominum ampliſſimorum, *maximum fructum capies*. Noſter Cat. *c.* XXIX. n. 3. *ea* poteſtas *per Senatum* — maxima *permittitur*. adde Eod. *c.* XXXVIII. n. 1. *c.* LII. n. 26. Jug. *c.* XXV. n. 10. infra *c.* XXXI. n. 1. Multa *me dehortantur a vobis, Quirites, ni ſtudium reip. omnia ſuperet*; opes factionis, &c. Academ. *duae provinciae*. Fabric. 2. *decretae Numidia atque Italia*; Franc. *furtis conſulibus*, litterarum compendio fruſtratus. Plerique *decretae ſunt*. Habentur tamen tres, quatuor in Noſtris, qui Rivio editaeque faveant.

4. P. SCIPIO NASICA. P. filio, P. nepote, qui, teſte Cicerone, in hoc magiſtratu mortuus, in aedilitate autem repulſam paſſus eſt. vide Sigonium ad Faſtos Coſſ. A. U. C. DCXLII. pag. 224. Pighium Annal. Tom. III. pag. 117.

L. BESTIA CALPURNIUS. Senat. 1. *L. Calpurnius Beſtia*, ut cognomen tertio loco poneretur. Aliud vero docuimus exemplis ad princ. Catil. *C. Criſpus Salluſtius*, & nomina cognominibus poſtponi dudum obſervavit Lil. Gyraldus Dialog. IV. Sigonius II. Emendat. *c.* XVIII. & LIII. Manut. ad Cicer. II. Fam. Epiſt. VIII. Reineſius

5 Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. deinde exercitus, qui in Africam portaretur, ſcribitur: ſtipendium, alia, quae bello uſui forent, decernuntur.

CAP. XXVIII.

XXX

1 AT Jugurtha, contra ſpem nuncio accepto, quippe cui, Romae omnia venum ire, in animo haeſerat; filium, & cum eo duo fami-

ad Inſcript. XIII. Claſſ. X. p. 605. Gronovius ad Senec. Suaſor. VII. Factum hoc inprimis eſſe, quando Praenomen non exprimeretur, obſervant Spanhem. de V. & P. Numiſm. Diſſert. VI. pag. 503. & Perizon. Animadv. Hiſt. c. III. pag. 133. contra quam obſervationem hoc etiam exemplo utitur Cl. Ducker. ad Flor. II. c. II. n. II. quem vide. adde Cat. c. XLVII. n. 4. Male ergo Urſinus contra tot Codd. ſcribere jubet *L. Calpurnius Beſtia*. Eccard. Guelf. II. & Incert. 2. *Calphurnius*; Guelf. 3. *Capurnius*; 9. 10. 12. Struv. Incert. 1. Franc. Uratiſl. 3. *Calfurnius*. Editam firmant lapides Capitolini, & vetuſtiſſimi libri. Sculptores atque librarii in litteris *F* & *P* non ſatis cauti fuerunt; unde apud Gruterum pag. 812. n. 4. habes AFRONIA, pro *Apronia* &c.

CALPURNIO NUMIDIA. Vinar. 2. iterum *Calpurnius*; Acad. & Struv. *Sed Calpurnio*.

ITALIA OBVENIT. Struv. *obvenerat*; Guelf. II. *venit*; 3. & Remenſ. 1. *evenit*; Eccard. *convenit*. *evenerat* in re ſimili occurrit infra *cap.* XLIII. n. 1. ubi illud confirmo, & de ſorte dici oſtendo. non minus quod hic in melioribus legitur. Livius XXV. c. XIII. *Qui cum inter ſe* comparaſſent, *ut alter in Campaniam exercitum duceret; Fulvius, cui ea* provincia obvenerat, *profectus nocte Beneventum, moenia eſt ingreſſus*. Tacit. III. Ann. c. XXXIII. n. 1. *ne quem magiſtratum, cui* provincia obveniſſet, *uxor comitaretur*.

5. DEINDE EXERCITUS -- SCRIBITUR. *Deinde* hic MSS. omnes. Eccard. & Guelf. 2. a manu ſecunda: *deſcribitur*. vide Catil. c. XXXII. num. 1.

ALIAQUE, QUAE BELLO USUI FORENT. Commelinianus: *alia quaeque bello uſui forent*: & ſic Eccardianus a prima manu. Guelf. 7. *aliaque omnia, quae b.* 10. *aliaque bello quae uſui f.* Baſil. 1. & Guelf. 9. *atque alia, quae b.* Incert. 2. *& alia, quae*. Sed Struv. tantum *alia, quae bello*, antequam, addito altero *que*, corrumperentur. Fecit aliquid concurſus τῶν *que* & *quae*, ut locus varie legatur; quem tamen haud inſolitum eſſe, probavi ad Catil. c. III. num. 5. Sed Salluſtius ſcripſit, ut erat in Struviano, *alia, quae* ſine copula, quam pluribus locis, fide vett. librorum, expunximus. vide ad Cat. c. XV. n. 1. Gruterus, amputatis ceteris, mallet: *aliaque bello uſui decernuntur*. ſed iſtud pro more ſuo. vide Cat. c. XXV. n. 2. *cap.* LI. num. 12.

CAP. XXVIII. 1. CONTRA SPEM NUNCIO. Struv. *contra ſpem ſuam*. *Contra ſpem* pro Adjectivo ponitur: ut Cat. c. XXVI. n. 1. *Antonio ex voluntate*; ſupra c. XIV. n. 2. *ab ſtirpe ſocius*. adde Cat. c. VII. n. 4. & III. Hiſt. Epiſt. Pompeii n. 9. Recte ergo Terentius Phorm. A. II. Sc. 1. v. 9. *quia* praeter ſpem *atque* incredibile *hoc mihi obtigit*. Plautus Moſtell. Act. I. Sc. III. v. 40. Inſperata *accidunt magis ſaepe, quam quae ſperes*.

ROMAE OMNIA VENIRE. Sic Gruterus ex ſelectioribus, ut ait, MSS. Palatinis, quod in noſtris protritae auctoritatis legitur. Meliores & plures Baſil. 1. Fabric. 1. a prima manu, Senat. 1. Vinar. 2. Uratiſl. 1. 3. Eccard. Academ. Struv. Incerti, Remenſ. 1. Franc. Guelf. 4. 9. 10. *venum ire*, quod revocavi, cum etiam in edd. vetuſtis atque mediis legeretur. Id ab aliis etiam librariis lectum eſſe, oſtendunt corruptelae. Uratiſl. 2. *venumdatum iri*; Guelf. 12. *venundari*; Senat. 2. Heuſſ. Fabric. 1. a manu ſecunda, Guelf. 3. & 7. *venalia*: ita nempe interpretari voluerunt *venum ire*; cum *venire* illa etiam notione eis haud fuerit ignotum. neque notionem, ut alibi factum, multum curaſſent, ſiquidem ipſum verbum eſt ſatis frequentatum. *venum ire* itaque, ut *venum dare*: ſicut *peſſum dare*, *peſſum ire* &c. Sic Livius ac Gellius ſemel atque iterum, ut hic VII. c. IV. princ. *Pileatos ſervos* venum *ſolitos* ire. Plaut. Mercat. Act. II. Sc. III. v. 19. *illam abſtrahat, trans mare hinc* venum aſportet. alibi: *venum ducere*. Guelf. II. pro his: *omnia venum ire in animo haeſerat*, vacuum exhibet ſpatium.

Ri

familiaris ad Senatum legatos mittit: hiſque, ut illis, quos, Hiemp-
ſale interfecto, miſerat, praecepit, *omnis mortalis pecunia adgre-
diantur*. Qui poſtquam Romam adventabant; Senatus a Beſtia con- 2
ſultus: PLACERETNE LEGATOS JUGURTHAE RECIPI MOE-
NIBUS. iique decrevere: *niſi regnum, ipſumque deditum veniſſent,*
uti

IN ANIMO HAESERAT. Uratiſl. 2. *animo adhaeſerat;* Baſil. 1. *in animo inhaeſerat*, non male. Nota ſunt *in animum inducere*, *in urbem inire*, vide Cat. *c.* LIV. n. 4. item *c.* XV. extr. *prorſus in facie vultuque vecordia* inerat. ubi vide. niſi magis placet Guelf. 3. *haeſerat*, ſine illis *in animo*. Sic Plin. x. epiſt. XXXI. *Sed & illud* haereat nobis, *quam pauciſſimos milites a ſignis avocandos eſſe*. & Epiſt. XCVI. *Quam parce haec beneficia tribuam*, *utique*, *mi Secunde cariſſime*, haeret tibi. Sed cum alibi res animi vocabulo illo ſoleat exprimere, expungere non audeo. vide ſupra *c.* XI. n. 7. infra *cap.* LXXXIV. n. 4. Curt. VI. *c.* II. n. 8. *Adhuc* in animo *regis tenues reliquiae priſtini moris* haerebant. Cic. I. Acad. Qu. *c.* I. *haeret in memoria*. Quinctilianus, Tacitus, alii ſine Praepoſitione, *haerere animo*.

FILIUM, ET CUM EO DUOS FAMILIARES. Fabric. 2. *filium & duos familiares ſecum*. Catil. *c.* XXVIII. n. 1. C. *Cornelius &* cum eo L. *Varguntejus conſtituere*. Guelf. 9. & 10. *duo*. recte. Sic ſupra *c.* XXI. n. 4. *qui* ambo *reges adeant*, pro *ambos*. Saepiſſime autem *duo*, pro *duos* Livio reſtituit Gronovius. infra verbum *mittit* habet Eccard. in ſpatio interlineari recenter adpictum.

IISQUE, UTI ILLIS. Poſterius Pronomen, ſi per Codd. liceret, eleganter ſubaudires. in Eccard. corrupte *illos* fuit. Pro *iiſque* membranae habent *hiſque*, praeter Baſil. 1. ubi *iſque* legitur. Dedi hoc libris, & oppoſitioni, quae eſt in *his*, *illis*, ut *hiſque* revocarem.

PRAECIPIT. Haec eſt ſcriptura editionum. Sed Eccard. Guelf. 1. 4. 9. 10. 11. 12. Vinar. 2. Acad. Fabriciani, Senat. 2. Heuſſ. Uratiſl. 2. 3. Incert. 2. Franc. *praecepit*, quod & propter ſuperius *mittit*, & proximum *adgrediantur* temere repudiarunt. Similiter peccarunt Catil. *c.* XLI. n. 5. *Cicero legatis* praecepit, *ſtudium conjurationis vehementer* ſimulent. Confirmat lectionem, & opinionem de ortu erroris Guelferb. 9. Academ. & Struv. in quibus eſt *adgrederentur*.

OMNIS MORTALES PECUNIA ADGRED. Senat. 1. Fabric. 2. Vinar. 2. Acad. Guelf. 4. 11. *ut omnes mortales;* Fabric. 1. & Guelf. 2. *omnes ut mortales*. quam tamen particulam poſt Verba praecipiendi, rogandi, obteſtandi, alia, plerumque Noſter omittit. vide Catil. *c.* XXXII. n. 2. &c. *adgredi pecunia*, uti Cicero de eloquentia Orat. ad Brut. p. 201. *Veſtibula nimirum honeſta*, *aditusque ad cauſſam faciet illuſtres*, *cumque animos prima* adgreſſione *occupaverit*, *infirmabit excludetque contraria*. adde ſupra *c.* XVI. n. 4.

2. ROMAM ADVENTABANT. Guel. 2. *adveniebant*. Fabricianus uterque, *Romae adventabant*. Sic ſupra *c.* XXI. n. 3. *quos* Romae *miſſos audiverat*. ubi vide.

PLACERETNE. De hac Formula conſulendi vide notam ad Cat. *c.* L. n. 3. *conſultus*, ſine Verbo *eſt*, ſcripſi ex tribus membranis.

RECIPI MOENIBUS. Uratiſl. 1. *in moenibus*, quomodo correctum etiam in Eccardiano, qui antea habebat: *accepiſſet moenibus*. Caeſar VII. Gall. *c.* XX. extr. *quem turpiter ſe ex fuga recipientem*, *ne qua civitas ſuis* finibus recipiat, *a me proviſum eſt*. *cap.* LXVI. extr. *ne* tecto recipiatur, *ne ad liberos*, *ne ad parentes*, *ne ad uxorem aditum habeat*. Erat autem extra urbem *Villa publica*, qua recipiebantur legati urbem intrare vetiti. Livius XXXIX. de Legatis Carthaginienſium: *Quibus vetitis urbem ingredi*, *hoſpitium in villa publica*, *Senatus ad aedem Bellonae datus eſt*. Hic paullo aliter factum.

IIQUE DECREVERE. Plures *hique;* Baſil. 1. Struv. Incert. 2. *hiique;* Franc. *ii*, ſine copula, & Guelf. 2. *hi*. Pronomine carere poterat, & jungi: *Senatus conſultus decrevere*. Noſter eo modo paſſim utitur. Cat. *c.* XVI. n. 1. 2. *Juventutem* — ex illis *teſtes ſignatoreſque falſos commodare*. adde Eod. *c.* XIX. n. 2. *c.* XXII. n. 3. *c.* XXIII. n. 6. *c.* XLIII. n. 1. *c.* XLVIII. n. 1. ita & Caeſar I. Gall. *c.* XV. equitatum *omnem praemittit*, qui videant, *quas in partes hoſtis iter faciat:* vide etiam, quae adnotamus infra *cap.* LVIII. n. 2. *magna* pars vulnerati aut *occiſi*. Sic Livius XXX. *c.* XVII. *& quidquid aliud fecerit*, quod *cordi foret Maſiniſſae*, ea *patres comprobare atque laudare*. Plura paſſim Gronovius, Daviſius ad Caeſar. II. Civ. *c.* VI. ad Cic. I. de Nat. Deor. *c.* XXXVIII. Burmannus ad Vellej. Pat. II. *c.* CXIV. Duckerus ad Flor. I. *c.* IX. extr.

Digitized by Google

3 *uti in diebus (proxumis) decem Italia decederent.* Conſul Numidis ex Senati decreto nunciari jubet. ita infectis rebus illi domum di-
4 ſcedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat ſibi homines nobilis, factioſos, quorum auctoritate, quae deliquiſſet, munita fore ſperabat: in quis fuit Scaurus, cujus de natura & habitu ſupra me-

NISI REGNUM. Sic noſtri primi ordinis & Gruterus, Guelf. 10. *niſi ſibi regnumque ipſumque;* Vinar. 2. *ipſumque Jugurtham.*

IN DIEBUS PROXUMIS DECEM. *In*, pro *intra* dies decem. *proxumis* non legitur in Fabric. I. niſi ab alio atramento. idque in formula iſta, quae multis decretis addita eſt, fere omittitur. Sic & Seneca de morte Claud. *cap.* XIII. *placet mihi, in eum ſevere animadverti —— eumque quamprimum exportari, & coelo* intra dies XXX. *excedere*, *Olympo* intra diem tertium. Plinius IX. *cap.* LI. *ceterae feminae* in triduo *excludunt*. vide N. Heinſium ad Petron. *cap.* XLV. Lucret. II. *v.* 77. In*que* brevi ſpatio *mutantur ſaecla animantum*. adde Cat. *c.* XLVIII. num. 5.

ITALIA DECEDERENT. Uratisl. 2. *de Italia dec.* 3. *de Italia diſcederent;* Struv. *Italia deſcederent;* Vinar. 2. Guelf. 1. & 4. *It. diſcederent;* Guelf. 9. *ab It. decederent.* vide *c.* XX. num. 1.

3. NUMIDIS EX SENATI DECRETO. Palatinus 3. & cum eo Uratisl. 2. omittunt τὸ *Numidis.* unde Gruterus: *id conſul ex Senati decreto nunciari jubet.* male. nam abjecta voce *Numidis* edita elegantior, nec opus eſt *id* infarcire. vide ad III. Hiſt. Epiſt. Pompeii n. 9. & ad Cat. *c.* XXXII. n. 3. mox Acad. *nunciare jubet.*

ITA INFECTIS REBUS ILLI D. D. Sic omnes Gruteriani, etiam impreſſi vetuſti. Fabricianus tamen 1. *illi infectis rebus ita domum reverſi ſunt*, quomodo Carrio edidit; non ita male, ut cenſuit Gruterus, modo particula *ita* expungatur. Quid enim? non graviter ſatis & breviter haec: *Conſul ex Senati decreto nunciari jubet: illi, infectis rebus, domum reverſi ſunt?* & hoc quidem *reverſi ſunt* exſtat etiam in Fabric. 2. pro quo Guelferb. 4. *diceduut;* ſed 9. omittit *illi domum*, habetque *diſcedunt*, quod in ceteris omnibus viſitur.

4. LEGAT SIBI HOMINES NOBILIS. *Adoleſcentes* adjiciunt Uratisl. 2. & Vinar. 2. Deinde Acad. Uratislavienſes, Incert. 2. Fabric. 2. Struv. Franc. Vinar. 2. Guelf. 7. 10. 12. *legit;* Incert. 1. & Guelf. 2. *eligit.* Meliores reliqui *legat*, quod tamen in Fabric. 1. coeptum eſt corrumpi in *legit*. *Legare* eſt legatos adſumere, Graecis λεγατεύειν. Cicero VI. epiſt. VI. n. 20. *Caſſium* ſibi legavit, *Brutum Galliae praefecit.* Vellejus II. *c.* XXXII. *Cn. Pompejus, multis & praeclaris viris in id bellum* adſumtis, *brevi terrarum orbem liberavit.* illi fuerunt Pompeii legati. vide Boeclerum ad locum. Iterum Cicero ad Atticum: *Dolabella me* ſibi legavit. Moris autem erat, qui in provincias abibant, ut *legatos* ſibi, rerum agendarum adminiſtros adſumerent. vide Cat. *c.* XLII. extr. infra *c.* XL. n. 1. & 4. Interpp. Cic. pro Q. Ligario *c.* I. Hottomannum ad Cic. III. in Verr. *c.* XCVI.

AUCTORITATE --- MUNITA FORE SPER. Guelf. 2. *auctoritas*, ſed eadem manus emendavit. Struv. Franc. & Guelf. II. *ea, quae deliquiſſet.* Vinar. 2. *impunita fore.* perperam. Inſignis figura eſt Grutero illud *auctoritate munitum eſt*, & utitur eadem Q. Cicero de Petit. *c.* VII. extr. Marcus frater IX. epiſt. XVIII. n. 2. munio *me ad haec tempora.* Noſter infra *cap.* XXXI. n. 14. *caedem in vos feciſſe, pro* munimento *habent.* vide ad Cat. *c.* LVIII. n. 17. ad Cic. IV. epiſt. XIV. n. 6. Claudian. III. Stilic. *v.* 46. *popularibus illi* Munito *ſtudiis languebat gratia Patrum.*

CUJUS DE NATURA ET HABITU. Uratisl. 2. *& habitus;* Struv. *& abitu;* Guelf. 10. *& ambitu.* nempe *ambitus* & *habitus* confunduntur etiam apud Senecam VII. Nat. Qu. *c.* XV. *Mille in unum licet congreges, numquam hunc* habitum *ſolis aequabunt.* ibi vulgo edunt, *ambitum ſolis:* quod eo factum, quia vetuſtiſſimi ſcribae *h* partim non ſcriberent, partim nota ſupra litteram vocalem poſita deſignabant: quam notam poſtea pro alia, quae *m* referret, habuerunt. *Habitus* autem eſt *conditio*, *indoles*, quomodo ſeſe quis habet natura. Latinus Pacat. Paneg. *cap.* VI. *Sive cum venerit* (animus) *fingit habitaculum pro* habitu *ſuo.* Gellius Argum. Lib. VIII. *de* natura *&* habitu *memoriae.* Cicero I. de Invent. p. 50. Habitum *autem adpellamus animi aut corporis* conſtantem & abſolutam *aliqua in re* perfectionem, *aut virtutis aut artis perceptionem alicujus, aut quamvis ſcientiam. Et item corporis aliquam commoditatem, non natura datam, ſed* ſtudio & induſtria *comparatam.* Hinc Idem II. de

Inv.

memoravimus. Nam in Conſule noſtro multae bonaeque artes ani- 5
mi & corporis erant: quas omnis avaritia praepediebat. patiens la-
borum, acri ingenio, ſatis providens, belli haud ignarus, firmiſſu-
mus contra pericula & inſidias. Sed legiones per Italiam Rhegi- 6
um, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam tranſve-
ctae. Igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Nu- 7
midiam ingreſſus eſt, multos mortalis, & urbis aliquot pugnando
capit.

CAP.

Inv. pag. 67. *ex habitu animi aut corporis pleraque pertinent ad eaſdem res.* Noſter infra *c.* XCV. num. 2. *idoneum viſum eſt, de* natura cultu*que ejus paucis dicere.* adde Cat. *c.* XLIII. nu. 4. & ſupra *c.* VII. num. 4. Sic Corn. Nepos *naturam* pro *ingenio* ponit Alcib. *cap.* I. *ut omnes admirarentur, in uno homine tantam ineſſe diſſimilitudinem, tamque diverſam* naturam.

5. MULTAE BONAEQUE ARTES. Miror ſic ſolum Nazarianum ex Gruterianis habere, ceteris abeſſe copulam. Noſtri omnes *multae bonaeque*, praeter Guelf. II. Struv. Incert. I. Fabric. 2. illud autem ſignificantius, & utraque vox eo modo, quaſi ſeparatim & per ſe ſua notione fungitur. Vide infra ad *c.* LXXVIII. extr. *inter illos & frequentem Numidiam* multi vaſtique *loci erant.* Fabric, 2. *& animi, & corporis.* non male.

AVARITIA PRAEPEDIEBAT. Guelf. II. *propediebat. praepedire* eſt proprie anteire, ſuperare. inde pro *impedire* ponunt. Florus II. *c.* VIII. n. 17. *Sed haec omnia* praepedita *magnitudine ſua.* Dictys I. *c.* X. *quem non aliter atque Alexandrum Helenae deſiderium a recto conſilio* praepediebat. Cicero: praepeditus *morbo.* Exempla eorum, qui aliis bonis artibus praediti, avaritia tamen abſtracti ſunt, habes apud Herodian. III. *c.* VIII. n. 13. 14. Sulpic. Sever. Dialog. III. *c.* XI.

FIRMISSUMUS CONTRA PERICULA. Academ. *fortiſſimus*, ab interprete. ea enim notione *firmus* ponitur, quod notamus ad Cic. II. epiſt. III. ubi vide Daviſium. Livius XXIII. *cap.* XVII. n. 5. alibi. Aemulatur Dictys I. *c.* XXI.I. *adverſus infortunia* firmiſſimus. infra *cap.* LVI. n. 2. *quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat*, firmiſſimum *erat.* ita *firmiſſimus* & *fortiſſimus* permutata apud Caeſar. I. Gall. *c.* XXV. *nec unde conſulares exercitus ſatis* firmi ad *tantum bellum efficerentur, inibatur ratio.* ubi plura Gronovius, qui & Daviſio, & Waſſio praeivit.

6. RHEGIUM. Baſil. I. *Hegium;* plures *regium.* ſed Lapides *Rhegium.* & urbem, & promontorium hoc nomine in extremo Italiae verſus Siciliam deſcribit Cellar. II. *cap.* IX. pag. 918.

ATQUE INDE SICILIAM. Sic etiam apud nos Fabriciani, Baſil. I. Eccard. Acad. Franc. Remenſes, Uratisl. I. Senat. 2. Heuſſ. Struv. Guelf. 2. 4. 10. ſine Praepoſitione, quam imperiti addunt, *in Siciliam.* Detrahunt enim nonnumquam provinciarum nominibus Praepoſitiones. Exempla ſupra poſuimus ad *c.* VII. n. 2. *praefecit Numidis, quos* Hiſpaniam *mittebat.* adde *c.* XXII. n. I. *inde* deeſt Uratisl. 2. atque 3. pro eo Struv. *perinde.* Gu. 10. *in Africa.*

7. INITIO PARATIS COMMEATIBUS. Haec vulgo ſic diſtinguunt, ut *initio paratis comm.* jungatur. Sed quid illud ſibi velit, nemo dixit. Noſtram diſtinctionem agnoſcunt quidam MSS. & contextus firmat. *Initio* enim acriter ingrediebatur Numidiam, quamdiu commeatus eſſent parati; iis conſumtis & belli aſperitate cognita (*cap.* XXIX. num. I.) ille ardor elanguit. infra *cap.* XLIII. extr. *Itaque, ex ſententia omnibus rebus paratis compoſitiſque, in Numidiam proficiſcitur. cap.* XCIV. princ. *paratis compoſitiſque omnibus, ad locum pergit.* mox *cap.* XXIX. n. 2. *a principio;* ut hic *initio.*

ACRITER NUMIDIAM INGRESSUS EST. Eccard. Guelf. 3. 10. & II. *in Numidiam.* Franc. & Uratisl. 2. *aggreſſus eſt.* Waſſius adtulit Capitolin. in Maximin. *c.* XXI. Acrior *denique Italiam* ingreſſus eſt. Juſtin. XLI. *c.* IV. n. 7. *cum praedonum manu* Parthos ingreſſus, *praefectum eorum Andragoram oppreſſit.* ubi male Tan. Faber maluit *aggreſſus.*

MULTOSQUE MORTALIS. Senat. 2. & Heuſſ. *mortaleſque multos*, quia Adjectivum poſtponitur in proximis: *urbes aliquot.* Guelf. 10. *multoſque mortalium.* Melius Franc. & Fabric. 2. *multos mortales*, ſine Conjunctione, quam etiam Fabric. I. inter verſus perſcripſit. Sic fere ſemper in narrationibus Noſter. vide ad Cat. *c.* XLIII. n. 2.

ET

C A P. XXIX.

XXXI.

1 SED ubi Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod adminiſtrabat, aſperitatem oſtendere coepit: animus aeger avari-
2 tia facile converſus eſt. Ceterum ſocius & adminiſter omnium conſilio-

Et urbis aliquot pugnando cepit. *Et* non legitur in Guelf. 10. & ex eo deleri poſſet. dictionem *pugnando capere* ad Cat. *c.* VII. extr. illuſtravimus. & quamquam ea plurimum de urbibus captis adhibeatur; hic tamen etiam de *hominibus* dicitur. Niſi malueris ſolum *cepit* per Zeugma ad ſuperiora *multos mortales* referre, quod nec ipſum inſolens eſt. vide quae infra ſcripſimus ad *c.* LXIII. n. 6. *Etiam tum alios magiſtratus* plebes, *conſulatum nobilitas inter ſe per manus* tradebat. *aliquot* deſideratur in Eccardiano; Fabriciani, *& aliquot urbes*. Sed Incert. 1. atque duo alii, *capit*. quod adridet. vide ſupra *cap.* XII. n. 4. *c.* XIII. num. 6.

CAP. XXIX. 1. Pecunia tentare. Pronomen addunt Incert. 1. Struv. Guelf. 9. *illum tentare;* Franc. *Romanos tentare*. abſolute poſuit infra *c.* XLVI. n. 4. ut multa alia verba. vide ad Cat. *c.* LVIII. n. 1. alibi *dolis*, *inſidiis*, *bello* tentare. Tacit. I. Hiſt. *c.* LXXIV. *ita* promiſſis *ſimul*, *ac* minis *tentabantur*.

Bellique, quod administrabat. *Que* neglectum eſt in Uratiſl. 3. *Adminiſtrare bellum* is dicitur, cui negotium datum eſt, ut bellum ex alius voluntate geratur. Dicitur tamen etiam pro *gerere*, *operari*, *facere*. Caeſar I. Civ. *c.* XXV. *Pompejum remanere Brunduſii ----- quo facilius ----- ex utraque parte* bellum adminiſtrare *poſſet*. infra I. de Rep. Ord. *c.* IV. extr. *quomodo in* belli adminiſtratione *ſcorta aut convivia exercuerint nonnulli*. Nota ſunt *adminiſtrare remp.* Ita & *adminiſtrare factum*, *ſegetem*, alia, quibus operam adhibemus. vide Cl. Burmannum ad Quinctilian. VI. *c.* V. pag. 576. Aliter *adminiſtrant milites* in opere. de quo infra ad *cap.* XCII. extr. mox *adminiſter*. num. 2.

Asperitatem ostendere coepit. Fabric. 2. *auſteritatem;* Eccard. *aſperitate*. infra *c.* XCII. n. 4. *aliam rem adgreditur*, *non eadem* aſperitate, *ceterum haud ſecus difficilem*. Sic Catil. *c.* X. n. 2. *Qui labores*, *pericula*, *dubias atque* aſperas res *facile toleraverant*.

Animus aeger. Guelf. 11. *aeger annis avaritia*. Vinar. 2. *aeger in avaritia*. *Aeger* dicitur animus, qui aliqua libidine tenetur, quae *morbi* dicuntur. Male ergo *aeger avaritia* conjungitur. infra *c.* LXXI. n. 1. *ubi*, *cognitis Bomilcaris verbis*, *primo cura*, *deinde*, *uti* aegrum animum *ſolet*, *ſomnus cepit*. vide ibi adnotata, & cognoſces, ſaepiſſime de animo *ſollicito*, & *curis* oppreſſo dici: quae ſignificatio hic, ſi ad aſperitatem belli reſpicias, non prorſus aliena videtur. Priori ſignificatu Seneca Epiſt. XVII. ad fin. de avaris: *nihil refert*, *utrum* animus aeger *in divitiis*, *an in paupertate ponatur*. *malum ſuum illum ſequitur*. Ipſe poſteriorem amplector.

Facile conversus est. Guelf. 12. inter lineas *facile* exhibet. Franc. *a rep. converſus eſt*. immo converſus eſt a primo ſuo ardore, *c.* XXVIII. extr. ad ſtudium Jugurthae. Sic *convertit* Catil. *c.* VI. n. 7. de converſione ad rem deteriorem dicitur. Vellejus II. *c.* CXII. *mira pravitate animi atque ingenii in praecipitia* converſus. Curt. IV. *c.* XIV. n. 16. *Et quae antea pro illis erant*, *in contrarium* converſa ſunt. Sine termini notatione, pro *mutari*. Cic. VIII. ad Attic. epiſt. XIII. *vide*, *quam* converſa *res eſt*. cet.

2. Socius et administer o. consiliorum. *Socius*, quocum conſocio, communico conſilia: *Adminiſter* qui eadem exſequitur. Struv. Guelf. 4. 9. 12. *ſocius ac miniſter;* Franc. Incert. 1. & Guelf. 10. *& miniſter*. quomodo Cicer. I. epiſt. IX. n. 29. *ſeditionum ſervos ac* miniſtros. Silius XV. *v.* 149. *Certatim comites rerum belliquе* miniſtros *Agglomerant ſeſe*. Iterum Cicer. de Amicit. *c.* X. *cum poſtularetur*, *ut aut libidinis* miniſtri, *aut* adjutores *eſſent ad injuriam*. pro Flacco *c.* II. *Socii conſiliorum*, miniſtri *comiteſque vexantur*. Vellej. Pat. II. *cap.* CXXIX. *conſiliorum ſuorum* miniſtro *& adjutore uſus Druſo*. Neque tamen male *adminiſter*, quod ceteri Codd. praeferunt; niſi quod poſt verbum *adminiſtrabat* non ſuaviter ea vox legatur: neque *& ad* in loco ſuſpecto rite ſeſe excipiant. Cic. pro Flacco *c.* XXX. *Polemocratem ſcripſiſti*, *mercenarium &* adminiſtrum *conſiliorum tuorum*. Male autem Guelf. 1. & Uratiſl. 3. *adminiſtrator*. *Socium* vidimus apud Ciceronem, quem perbelle Silius *comitem* vocat: ut

filiorum adſumitur Scaurus: qui tametſi a principio, pleriſque ex fa-
ctione ejus corruptis, acerrume regem impugnaverat; tamen magni-
tudine pecuniae a bono honeſtoque in pravum abſtractus eſt. Sed Ju- 3
gurtha primum tantummodo belli moram redimebat, exiſtumans,
ſeſe aliquid interim Romae pretio, aut gratia effecturum: poſtea
vero quam participem negotii Scaurum acceperat; in maxumam ſpem
adductus recuperandae pacis, ſtatuit cum eis de omnibus pactio-
nibus

ut & Plautus Pſeudol. A. I. Sc. I. *v.* 14. *Nam tu me antidhac Supremum habuiſti* comitem conſiliis *tuis*. Id. Milit. A. IV. Sc. II. *v.* 22. Socium *tuorum* conſiliorum *&* *participem conſiliarium*. Denique Tacitus I. Ann. *cap.* III. *collega imperii, conſors Tribuniciae poteſtatis* adſumitur. *omnium* non eſt in Guelf. II. ſed Eccard. *conſiliorum*.

PLERISQUE EX F. EJUS CORRUPTIS. Guelf. 10. *plerique ſed ex factione ejus*. *Ejus* ad Scaurum pertinet, non regem. Sic infra *c.* XCVI. n. 2. *ipſe ab nullo repetere, magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent*. ubi vide. *corruptis* eſt in vitium abſtractis, & saepiſſime *pecunia corrumpere*. infra *c.* XXXII. nu. 3. *Fuere, qui* auro corrupti *elephantos Jugurthae traderent*. C. Nep. Milt. *c.* VII. *quod a rege* corruptus *infectis rebus diſceſſiſſet*.

MAGNITUDINE PECUNIAE. Guelf. 2. & Uratisl. 3. *in magnitudine*; Guelf. 10. *pro magnitudine*. etenim ſic ſolent librarii ſextum Caſum interpretari. vide ad Cat. *c.* XXXI. nu. 3.

IN PRAVUM ABSTRACTUS EST. *Diſtractus eſt* Incert. I. pro var. lectione; Eccard. *in pravum actus eſt*. alterum vehementius: ſicuti *praecipitem ire*, & *abire*, quod placuit Criſpo Cat. *cap.* XXV. num. 4. Sic Cato, *tranſverſum trudere*. vide ſupra ad *c.* VI. num. 3. De hoc Scauro Florus III. *cap.* I. *cum* in Scauro *ipſos Romani imperii mores expugnaſſet Jugurtha*.

3. PRIMUM T. B. MORAM REDIMEBAT. Fabriciani, Struv. & Incert. I. *primo*: in Gu. 2. fecit corrector *primam*. Uratisl. 2. *redimerat*, Eccard. & Guelf. 10. *retinebat*, ſine ſale, ſine ſenſu. *Redimit moram belli*, qui pretio quaerit dilationem belli. Sic Lucanus I. *v.* 99. *Craſſus erat* belli *medius* mora. Silius VIII. *v.* 33. *Excute ſollicito Fabium*. *ſola* illa *Latinos* ſub juga mittendi mora. cum obſervatione Drackenb. Juſtin. VI. *c.* III. *nec* moram *agendis rebus facit*. Tacit. II. Hiſt. *c.* XXXII. *multa bella impetu valida. per taedia &* moras *evanuiſſe*. *Redimere* proprie. Gloſſa Senat. I. *pecunia comparabat*. Caeſar I. Civ. *c.* XXXIX. extr. *quo facto duas res conſecutus eſt, quod pignore animos centurionum devinxit, & largitione* redemit *militum* voluntates.

SESE ALIQUID INTERIM. Fabriciani & Struv. *ſe aliquid*; Vinar. 2. *aliud*, quae ſupra *c.* I. n. 2. & alibi confunduntur. Terent. Andr. A. II. Sc. I. *v.* 15. *Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis protrahat dies*. Interea *fiet aliquid*. quem locum comparabat olim Vir doctiſsimus mihique amiciſsimus Joach. Chriſtophorus Benicke, Praeceptor tunc meus in Lyceo, quod eſt Landsbergae ad Wartham, perinduſtrius: ejuſque rei pro eo, quo Virum optimum proſequor, adfectu, non ſine voluptate memini. Illi autem debeo, quod jam tum cum cura, & magno, qui puero inerat, ardore has litteras excolere omneque ſcriptorum genus evolvere coeperim.

PRETIO AUT GRATIA EFFECTURUM. Guelf. 7. *facturum eſſe*. Cat. *c.* XLIX. num. I. *neque* gratia, *neque precibus, neque* pretio *Ciceronem impellere potuere*. ibi vide.

PARTICIPEM NEGOTII. Remenſ. I. *negotio*. non audies.

ACCEDIT. Egregius ille Commelinianus, quidam Waſsii, tres Guelferbb. Fabriciani, Academ. & Struv. *acceperat*. Gruterus inde ſuſpicatur: *poſtea vero participe Scauro in maxumam* cet. quomodo nuſquam locutus eſt Salluſtius, neque alius quiſquam facile loqui vellet. Nihl muta, niſi *accepit* in *acceperat*, jubentibus optimis membranis. Cat. *c.* LVI. nu. 2. *deinde, ut quiſque voluntarius, aut ex ſociis in caſtra* venit, *aequaliter* diſtribuerat. quem locum itidem corruperant. Auctor Vitae Virgili: *ita brevi* convaluit *tempore, ut multo ante ſatos populos* adaequaviſſet. Livius XXXVIII. *c.* XLVIII. *Poſteaquam Gallos indomitos atque implacabiles* cernebam, *tum demum vi atque armis coercendos* ratus ſum. Et recte τῷ *Poſteaquam* jungitur Tempus Pluſquam perfectum. Idem Livius XXII. *cap.* XLVIII. Poſtquam *omnium animos oculoſque* occupaverat *certamen, tum, arreptis ſcutis, averſam* adoriuntur *Romanorum aciem*. Vinar. 2. *accipit*. non male. vide *cap.* XX. num. I. Guelf. 3. *in maxima ſpe adductus*.

4 nibus praeſens agere ; Ceterum interea , fidei cauſſa , mittitur a
Conſule Sextius Quaeſtor in oppidum Jugurthae Vagam : cujus rei
ſpecies erat acceptio frumenti , quod Calpurnius palam legatis im-
5 peraverat : quoniam deditionis mora induciae agitabantur . Igitur
rex, uti conſtituerat, in caſtra venit : ac pauca , praeſenti conſi-
lio , locutus de invidia facti , atque in deditionem uti acciperetur ;
reliqua cum Beſtia & Scauro ſecreta tranſigit : dein poſtero die ,
quaſi

CUM DE EIS OMNIBUS PACTIONIBUS. Guelf. 9. *cum eiſdem omnibus pactionibus*, corrupte . Academ. *cum eo ; eis* non eſt in Remenſi I. at Guelf. 4. *cum eis* omittit . Struv. & Gu. 4. *ex omnibus pactionibus*. Ciacconius ſupervacuam habet vocem *pactionibus ;* eaque non legitur a prima manu in Guelf. 12. Fuerit igitur Salluſtii : *ſtatuit de omnibus praeſens agere*. cetera ſartorum. *pactiones* habes infra *cap.* XL. n. I.

4. FIDEI CAUSSA. Fidei faciendae cauſſa ; ut Jugurtha fidem haberet Beſtiae, miſsus Sextius Quaeſtor quaſi obſes in oppidum Jugurthae. vide ad Cat. *cap.* XII. num. 4. Curt. VIII. *cap.* II. n. 31. *Praemiſſum igitur Oxartem cum matre liberiſque & totius cognationis grege ſequebatur, ne exſpectato quidem* fidei pignore, *quod Oxartes promiſerat*. Noſter infra *cap.* LXXXV. n. 29. *Non poſſum* fidei cauſſa *imagines ----- oſtentare*.

SEXTIUS QUAESTOR . Fabr. 2. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. II. Incerti, Struv. Franc. *Sextus quaeſtor* . aliis *Seſtius*. vide Pighii Annal. Tom. III. pag. 119.

VACCAM . Remenſ. I. & Incert. 2. *Vacca* . alii *Vacam*; quidam *Vagam*. vide infra *c.* XLVII. num. I. *cap.* LXVI. n. 2. & *cap.* LXVIII. Ptolemaeo, Plinio, Plutarcho, Silio, Auguſtino dicitur *Vaga*. vide loca apud Cellar. IV. *cap.* V. pag. 175. et ſic Nazarianus infra *cap.* LXVI. cujus, & noſtrorum fide ſcripſi *Vagam*. Librarii enim in propriis Nominibus ſaepe notiora vocabula ſcripſerunt. Sic pro *Cirta*, Fabric. I. ſemper *Circa ;* pro *Tiſidium* infra *cap.* LXII. n. 8. unus *reſiduum*, &c. & quamvis *Vaga* ſatis ex uſu, *Vacca* tamen iis ingeniis accommodatius.

SPECIES ERAT. *Obtentus*, Gloſſa Fabric. I. praetextus. Franc. *ſpes erat* . ita peccant Cat. *cap.* XXXVIII. num. 2. *Senati ſpecie*. ubi vide. *erat* non multum eſt neceſſarium.

PALAM LEGATIS IMPERAVERAT. Fabric. 2. et Eccard. omittunt *legatis*.

DEDITIONIS MORA . Per moram , quam faciebat deditio . h. e. quod vulgo dicunt *pendente deditione* . infra *cap.* XXXVI. num. 2. *ita* belli *modo* , *modo* pacis mora *Conſulem ludificare*.

INDUCIAE AGITABANTUR. Guelf. I. *induciae dabantur* . Noſter *agitare pacem* , *bellum* , ſimilia . vide ad Cat. *cap.* LXI. extr. infra *cap.* CIX. num. 2. de *Induciis* A. Gellius I. *cap.* XXV. Ceterum haec ratio : *quoniam deditionis* cet. ad ſuperiora : *mittitur in oppidum Vagam* pertinet, a quibus interpoſitis quibuſdam ſeparatur, ut Cat. *cap.* XXIX. extr. ſupra *cap.* XVII. num. 5.

5. PRAESENTI CONSILIO. Bellico, quod adde infra *cap.* LXII. n. 4. 5. Male importunus quidam & hic , & aliis locis in Senator. I. repoſuit *concilio*. nam etſi illa in libris vett. paſſim confuſa ſint ; poſtquam tamen eruditiſs. Gronovius ad Liv. XXIV. *cap.* II. pluribus & diſtincte oſtendit, quid ſit *conſilium*, quid *concilium* , ex iſta confuſione nullo negotio expedire nos poſſumus . Lapſus tamen eſt I. Waſſe ad Cat. *cap.* XXXV. ſeu XXXVI. n. 2. & poſt tantam lucem *concilium* apud Noſtrum ſcribere jubet, ubi judicum notatur conſeſſus , quod eſt contra eam , quam Gronovius quarto loco poſuit , notionem . adde Daviſium ad Caeſar II. Civ. *cap.* XXX. Perizonium ad Dictyn I. *cap.* VIII. Diſſert. §. XXXIX. Cic. XV. epiſt. II. n. 7. Drackenborch. ad Silium XI. *v.* 71. Hic Fabric. 2. & Struv. *conſilio* non ſcripſerunt in contextu.

DE INVIDIA SUI FACTI . Sic Gruterus . Rivius juſſerat *facti ſui*, ut ſequatur Pronomen. ei adſentiuntur Noſtri , ed. Hackiana & adſeclae. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *de invidia fratris ſui* . Id *ſui* ejeci , quomodo membranae ejiciunt infra *cap.* CII. num. 12. *pauca pro delicto verba facit*. *cap.* XXXV. num. 8. *ſuper gratiam atque pecuniam ſuam invidiam* facti *eſſe*. *De invidia*, & *uti ----- acciperetur*, Nomen & Verbum ab uno *locutus* reguntur, de quo genere plura ad *cap.* XIV. num. 7. EXCURSU II. num. 4.

SECRETA TRANSIGIT . *Tranſigit* confirmat Baſil. I. & Gu. 2. idque rei aptum judicat Gruterus. vide *cap.* XXXVII. extrem. Fabric. Uratiſl. Vinar. ſecundi, Academ. Guelf. 3. & a manu ſecun-

quaſi per ſaturam exquiſitis ſententiis, in deditionem accipitur. Sed; 6
uti pro conſilio imperatum, elephanti triginta, pecus atque equi
multi, cum parvo argenti pondere Quaeſtori traduntur. Calpurnius
Romam ad magiſtratus rogandos proficiſcitur. In Numidia & exer- 7
citu noſtro pax agitabatur.

CAP.

ſecunda 2. *ſecreto*. Uratiſl. 3. *ſecrete*. Melius hic Nomen pro Adverbio ponitur, quod valde uſitatum eſt. vide ad Cat. *cap.* LX. n. 3. Guelf. 9. *furtim tranſegit ſecreta*. Supra Guelf. 4. & Eccard. *in dedictione;* ibidem *uti* non legitur in Guelf. 3. ſed 7. *in dedit. uti acciperetur*, quod rebus ſic comparatis, unice probandum. vide infra ad *cap.* CII. n. 3.

DEIN POSTERO DIE. Guelf. II. *deinde poſtremo quaſi;* Acad. *dein poſtremo die*.

QUASI PER SATURAM. Sic meliores uno conſenſu Guelf. I. *ſatyram* ſcripſit; recentiores *ſatiram*. Praeterea Eccard. Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. Vinar. 2. Uratiſl. 2. 3. Struv. Incert. 2. Remenſ. I. Franc. *quaſi per ſaturam* (*ſatiram*) *legem*. inde Guelf. 4. *quaſi per legem ſent.* 3. Senat. I. & Fabric. 2. *quaſi per Scaurum ſent. exquiſ.* quae ſunt ineptorum commenta. QUASI PER SATURAM ſignificat per quamdam confuſionem, ſine certo ordine, argumento, inquiſitione, quae in ſententiis perrogandis obſervanda erant. Non male Gloſſa Guelf. I. Satyra *vas*, *in quo gentiles diis variorum animalium carnes offerebant*. in animo habuit *ſacra miſcella*, quae dicuntur πάγκαρπος θυσία, ubi de omni frugum genere diis offerebatur. inde nempe *Lanx Satura* (in lancem enim conjiciebant illa) primum dicta. vide Caſaubonum de Satirica Graec. poeſi & Romanorum Satira. Feſtus p. 483. Satura *& cibi genus ex variis rebus conditum eſt*, *& lex multis aliis legibus conferta*. *Itaque in ſanctione legum adſcribitur*: *neve* per ſaturam *abrogato*, *aut derogato*. *S. Annius Luſcus in ea*, *quam dixit adverſus Ti. Gracchum*: *Imperium*, *quod plebes* per ſaturam *dederat*, *id abrogatum eſt*. *&* C. *Laelius in ea*, *quam pro ſe dixit; dein poſtero die*, *quaſi* per ſaturam *ſententiis exquiſitis*, *in deditionem accipitur*. Haec Feſtus; ubi in poſtrema citatione manifeſto Salluſtii nomen, & ante illud verba Laelii omiſſa ſunt. nam Criſpum Laelii verba uſurpaſſe, quod Dacerius ſtatuit, incredibile eſt. Res monet ridendi materiam non negligere, quam praebet Gloſſa Struviani. ea hujuſcemodi eſt: *Satirus fuit Romanus*, *qui condidit legem hanc*, *quod quicumque vellet ſe Romanis* (*dedere*) *reciperetur*.

EXQUISITIS SENTENTIIS. Infra *cap.* CXII. n. 2. *regis ſui ſententiam* exquireret. Caeſar III. Gall. *cap.* III. *conſilio celeriter convocato*, ſententias exquirere *coepit*.

IN DEDITIONEM ACCIPITUR. Guelf. 7. & Uratiſl. 3. *in deditione;* Remenſ. I. *in deditione accipit;* Academ. *in deditionem traditur*. dictio adſuit, eoque immutata eſt. Sed vide Cat. *cap.* XXIII. num. 3. Curt. VII. *cap.* VI. n. 7. *Rex fide data*, *& captivis receptis*, *gentem* in deditionem accepit. ubi ſimul n. 6. *dedituros*, *dedere*, *deditionem* ſine Tautologia leguntur. Saepius Juſtinus.

6. PRO CONSILIO IMPERATUM ERAT. Remenſ. I. *imperatum eſt*. invadit ille Verbum Subſtantivum: neque prohibeo. Eccard. *paratum erat*. Struvian. *pro concilio*. vide num. 5. *Pro* eſt *in*, ut ſupra *cap.* VIII. n. 2. *donatum atque laudatum magnifice* pro concione. infra *c.* LXVII. n. I. *mulieres puerique* pro tectis *aedificiorum ſaxa — mittere*. vide Feſtum. Chariſium II. pag. 209. Gronov. IV. Obſervat. *cap.* I. Struv. *praeceptum erat*.

CUM PARVO ARGENTI PONDERE. Guelf. 9. *munere;* 10. *auri & argenti*. 2. primitus non habuit *parvo*. aſt 9. 10. 11. 12. Eccard. Struv. Incerti, Uratiſl. 3. Fabr. 2. Remenſ. I. & Franc. *non cum parvo*, aut *cum non parvo*. quod recte rejecit Gruterus. Quaeſtori enim dabatur, quod in aerarium populi R. eſſet referendum. Parva igitur ſumma erat, prae ea, privatim quam acceperant Calpurnius, Scaurus, reliqui. aliter Metellus infra *cap.* LXII. n. 5. adde *cap.* XXXI. n. 19.

7. AD MAGISTRATUS ROGANDOS. Guelf. 9. *magiſtratum*, quod etiam in Academ. repoſitum eſt. Franc. omittit *ad*, quod per praecedentem ſyllabam excidit. *Rogare* magiſtratus eſt *creare* per populum comitiis centuriatis *rogatum;* id Beſtiae datum, quia Scipio, cui Italia obvenerat & comitia habere potuiſſet, mortuus erat. vide ad *cap.* XXVII. num. 4. alioquin ſorte, aut alio modo Comitiorum praeſes alter Conſulum conſtituebatur. vide Manutium de Comit. *cap.* VI. Livius XXXVIII. *cap.* XLII. *Exitu prope anni M. Valerius conſul ex Liguribus* ad magiſtratus ſubrogandos *Romam venit — Comitia* conſulibus rogandis *fuerunt a. d.* XIII. *kalendas Martias*. Gellius XIII. *cap.* XV. ex Meſſalla: *Praetor neque* praetorem, *neque* conſulem *jure* rogare *poteſt*, *quia imperium*

CAP. XXX.

XXXII.

1 POſtquam res in Africa geſtas, quoque modo actae forent ſama divolgavit; Romae per omnis locos & conventus de facto Conſulis agitari: apud plebem gravis invidia; Patres, probarentne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubverterent, parum conſtabat.

minus praetor, *majus habet conſul*, *& a minore imperio* majus, *aut* major collega rogari *jure non poteſt*. Formula Rogationibus propria erat, VELITIS, JUBEATIS —— ROGO, QUIRITES. vide omnino Briſſon. II. Form. princ. adde infra *cap.* XXXVI. n. 4. Catil. *cap.* XXIV. n. 1.

IN NUMIDIA & EXERCITU N. *Et* abeſt ab Eccard. & Guelf. 9. mutant illud in *cum*, Franc. in *in*, Struv. *τὸ ex* primum ſuſtuliſſe videtur, cum hoc in illud ſaepe tranſeat in libb. vett. Guelf. II. *Igitur in Numidia*. vide *cap.* XXVI. n. 3.

PAX AGITABATUR. Guelf. 9. *exagitabatur*. Senat. 2. Heuſſian. *agebatur*. vide ſupra num. 4. *cap.* XIV. num. 10. *Laeti pacem* agitabamus. Fabric. 1. *agitabat*, omiſſa, per incuriam librarii, nota ſupra *t* litteram, qua *ur* exprimere volunt.

CAP. XXX. 1. QUOQUE MODO ACTAE FORENT. *Que* omittunt Remenſ. 1. Franc. Eccard. & Guelf. 9. Sed 4. 7. 11. item Struvian. *& quomodo*; Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 1. & 2. *quoquo modo*. Eaſdem fruſtrationes habes Cat. *c.* XXIII. n. 4. *de Catilinae conjuratione* quae quoque modo *audierat compluribus narravit*. ubi hanc lectionem multis tuemur. Sed hoc loco Criſpus diſtinguit inter *rem gerere*, & *agere*, quae tamen alibi promiſcua ſunt. Diſferunt ſane, & hic propter *quoque modo* ſecundum verbum, diſtinctionis cauſſa neceſſarium fuit. Sic geminat Noſter verba Cat. *cap.* LI. n. 14. ubi vide. & illud *agere* bene qualitatem & conditionem rei geſtae notare poteſt. infra *c.* LX. *lenius agere*. II. de Rep. Ord. extr. quocumque modo ages, *ea res tibi reique publicae feliciter eveniat*. Livius III. *cap.* VI. *Principium anni* ita agebatur. Juſtin. IV. *c.* V. *Nicias*, *ſeu pudore* male actae rei, *ſeu metu deſtitutae ſpei civium*, *ſeu impellente ſato*, *manere contendit*. C. Nepos Attico *cap.* XV. *tanta erat cura*, *ut non mandatam*, *ſed ſuam* rem *videretur* agere.

FAMA DIVULGAVIT. Recte Baſil. 1. *divolgavit*. Guelf. 3. *diſulgavit*; 10. *divulgatur*. Supra *cap.* XIII. n. 1. *fama divulgatur*.

PER OMNES LOCOS & CONVENTUS. I. *in omnibus* locis cet. Guelf. 10. *& omnino per omnes locos*, *conventus de*, cet. *Conventus* proprie, ubicumque convenirent homines, publice & privatim. vide Gronov. ad Senec. v. Beneſ. *cap.* XV.

APUD PLEBEM GRAVIS INVIDIA. Eccard. *apud plevis*, extremitate proximae vocis, ut fieri ſolet, abreptus.

PATRES SOLLICITI ERANT —— PARUM CONSTABAT. Aut *ſolliciti erant*, aut *parum conſtabat* eſt ab manu mala. Vidit ex parte Gruterus, etſi, praeter morem, meticuloſus & benignus. Struv. *quia parum conſtabat*. Si igitur poſterius omittas, erit ut Cat. *cap.* XLVI. n. 2. *porro autem* anxius erat, *in maxumo ſcelere tantis civibus deprehenſis*, quid *facto opus*. ubi fecerant: *anxius erat*, *dubitans*, cet. Sed res docebit, prius potius *ſolliciti erant* correctorum commentum eſſe: idque alio loco, neſcio an ex Remenſibus, excerpta Gudii ponunt: *probarentne tantum flagitium*, *patres ſolliciti erant*; *an* cet. Plura ſunt, quae corruptioni ſavebant. Primo, quod ſupra *apud plebem gravis invidia*, ſine verbo Subſtantivo poſitum eſſet; quod cum Gloſſator quidam adpoſuiſſet, poſt aliam vocem irrepſit, adſcivitque ſimul, ut ſolet, verbi, quod ſententiam claudit, aliquam ſignificationem. Dein, quod ſtatim *plebem* ac *patres*, & quid de illis memoraverit Noſter, continuo, inquam, opponere voluerunt. Porro longum nimis fuit Verbum *parum conſtabat*, quod in tali poſitu infinitis locis de fine praeripuerunt librarii. Denique ipſa Latinitas & conſtructio Verborum omnem conatum talium ingeniorum adjuvit; quae non adeo inſolens Cat. *cap.* XI. num. 2. ſupra *cap.* XIV. num. 14. fraudi tamen fuit. Hic nempe *patres —— parum conſtabat σολοικίζειν* viſum eſt; cum tamen *parum conſtabat* abſolute accipi potuiſſet, ut apud Dictyn 1. *cap.* IX. & *probarentne patres* jungi, uti Cat. *cap.* XXXI. num. 7. ubi ſimilem lapſum indicavi. Sed quod nunc expreſſimus, condonandum eſt Salluſtio, ut alia aliis. Primum etenim Caſum oppoſitionis, aut ſignificationis cauſſa ponere ſolent,

ſtabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor & ſocius 2
Beſtiae ferebatur, a vero, bono impediebat. At C. Memmius, 3
cujus de libertate ingenii & odio potentiae nobilitatis ſupra diximus, inter dubitationem & moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rempublicam, ne libertatem ſuam deſere-

lent, etiamſi Verbum ſubſequens alium Caſum exigit. Plautus Poen. Act. III. Sc. III. v. 46. Tu, *ſi te dii ament, agere tuam rem* occaſio eſt pro *Tibi*. Terent. Hecyra Act. III. Sc. I. v. 6. *Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis objectus labos, Omne quod eſt interea tempus, prinſquam id reſcitum eſt*, lucro eſt. pro *nobis omnibus*. ubi vide eruditam Donati obſervationem. Ea & plura loca indicat Sanctius IV. Minerv. *c.* XI. ibique Perizonius. adde Daviſium ad Caeſar. I. Gall. *c.* XVIII. & ad Auct. B. Afric. *cap.* XXV.

TANTUM FLAGITIUM. Guelf. II. *flagitium factum tantum*. Lege, *flagitium tantum*. Mox Eccard. *deverterent*, pro *ſubverterent*. hoc utitur Catilin. *cap.* X. num. 4. Juſtin. XII. *cap.* V. *Maxime indignabatur, carpi ſe ſermonibus ſuorum, Philippi patris patriaeque mores* ſubvertiſſe.

2. AC MAXUME EOS. Poſtrema vox non legitur in Guelf. 9. & poteſt intelligi. Guelf. II. *eo*.

AUCTOR ET SOCIUS BESTIAE. *Auctor*, cujus auctoritate & conſiliis aliquid factum eſt. unde non modo inventor, ſed etiam qui adprobat *auctor* dicitur. vide Gronov. ad Livium II. *c.* LII. & *auctoritas* eſt conſilium. Idem ad Juſtin. XII. *c.* I. num. 6. Cicero: *deditionis ſuaſor & auctor*. Terentius Eunuch. A. II. Sc. III. *jubeo, cogo atque impero. Nuſquam defugiam* auctoritatem.

A VERO BONOQUE IMPEDIEBAT. Uratisl. 3. *impendebat*; Guelf. 4. *impedibat*, ut ſupra *cap.* XXII. num. I. *audibatur*. Incert. 2. *a vero & bono*. optime Academ. *a* vero, bono *impediebat*, quomodo *aequum, bonum; jus, bonum*, alia apud Plautum, Ciceronem & Noſtrum. vide ad Cat. *c.* IX. nu. I. & Budaeum ad leg. I. D. de juſtit. & jure.

3. DE LIBERTATE INGENII. Eccard. *ingeni*, & mox *Memmi*, antiquo modo. vide ad Cat. *c.* XXXIX. num. 6. Franc. *de nobilitate ingenii*, non male. ita de equitibus reip. ſtudioſis Cat. *c.* XLIX. extr. *animi* nobilitate *impulſi*. ubi vide. Foret igitur *libertate* expoſitio: niſi & heec vox ſuam vim haberet. *c.* XXVII. num. 2. nominat *virum acrem*; idque recte de viro libertatem ſuam experiente, *c.* XXXI. nu. 5. Vellej. II. *c.* LXVIII. *immodica & intempeſtiva* libertate *uſos adverſus C. Caeſarem Marullum Epidium Flavumque Caeſetium trib. pl.* Tacitus XV. Ann. *c.* LXI. *qui ſaepius* libertatem Senecae, *quam ſervitium expertus eſſet*. Sed Gruterus haec omnia pro ſpuriis habet. Forſitan vere.

CUJUS --.- ET ODIO POTENTIAE NOBILITATIS. Tres Genitivi copulantur, quorum duo ab Nomine *odio*; unus (*nobilitatis*) ab altero eorum (*potentiae*) pendet. Prius notavimus ad ea Cic. II. epiſt. XIII. num. 5. *Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum* illius *adminiſtratione* provinciae. adde X. ep. XXIV. n. 5. Poſterius ad ea VI. ep. XX. n. 3. *de curatione aliqua* munerum regionum.

SUPRA DIXIMUS. Fabric. 2. *ſupra docuimus*; Academ. Senat. 2. & Heuſſ. *memoravimus*. Stant illi pro Grutero.

INTER DUBITATIONEM ET MORAS. Eccard. & alii duo: *inter dubitationes*, eo, quod excipit *moras*. Sed vide ſupra ad *c.* VII. n. 4. Nihil mutat Aruſianus, qui his verbis recte probat, *inter illud* dici, pro *cum id agitur*. vide infra *cap.* XL. num. 4.

CONCIONIBUS. Guelf. 10. *in concionibus*; Struv. *in concione*; Remenſ. I. Franc. & Fabric. 2. *concionibus habitis*; Guelf. 9. *conc. factis*; 7. *advocatis concionibus*. perinde quaſi id nomen ſine ſtipatoribus incedere, non jus eſſet. cum tamen Cicero VII. epiſt. I. num. 14. *His ego tamen diebus*, ludis ſcenicis, *ne forte videar tibi non modo beatus, ſed liber omnino fuiſſe*. Livius XXXI. *c.* L. Comitiis *aediles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim occipere magiſtratum non poſſent*. adde Diomedem I. pag. 303. infra *cap.* LXXIII. num. 5. *Metellum omnibus* concionibus *capitis arceſſere*.

AD VINDICANDUM HORTARI. Guelf. 9. *ad vindicandis*; alii *ad judicandum*; Eccard. *ad vindicandam necem*. male. ad vindicandum in eos, qui contra remp. cum Jugurtha pactiones feciſſent. vide *cap.* XXXI. num. 18. habes id verbi abſolute poſitum etiam *cap.* XLV. extr.

MONERE, NE REMP. NE LIBERT. Uratislavienſes, Senat. I. Vinar. 2. Remenſ. I. Baſil. I. (qui corrupte habet *movere*) & Incert. 2. *monere populum R. ne libertatem* cet. Fabric. I. Franc. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Academ. Remenſ. 2. Guelf. 2.

 9.10.

ſererent : multa ſuperba , crudelia facinora nobilitatis oſtendere :
4 prorſus intentus omni modo plebis animum accendebat . Sed quoniam ea tempeſtate Memmii facundia clara pollenſque fuit ; decere exiſtumavi , unam ex tam multis orationem perſcribere : ac potiſſimum , quae in concione poſt reditum Beſtiae hujuſcemodi verbis diſſeruit.

CAP.

9. 10. *monere populum R. ne remp. ne libert.* Erroris cauſſa manifeſta eſt . Scribunt enim *R.Pl.* aut *R.P.* MSS. *rempublicam* , ex quo fecerunt *P.R.* ſeu *populum Romanum*. vide ad Cat. *cap.* XXXI. n.7. Eccard. omittit *monere* ; idque ex Verbo *hortari* ita intelligendum eſſet , ut alibi *docere*, *addere* ex aliis Verbis. vide ad Cat. *c.* XLVII. nu.1. Attamen Noſter poſt alia Verba ſaepe exprimere ſolet *monere* , *admonere* . vide Cat. *cap.* XXI. nu.4. quod tamen huic loco parum praeſidii praebet , ſi , quod excipit , Verbum *oſtendere* nihil juvat . Praeterea duo MSS. *ne* omittunt ; tres *neque libertatem* ſcribunt : unus *ne libertatem*. Denique Vinarienſis 1. qui in his verbis rurſus incipit , *ne libertatem deſererent*, *τὸ ſuam* omiſit . Itaque locus ſic refingendus erit : *concionibus populum ad vindicandum hortari*, *remp. libertatem ne deſererent multa* cet.

DESERERENT. *Deſerunt* remp. qui eam non curant ; libertatem , qui ea non utuntur , ſed imminui potius patiuntur . Juſtin. XIV. *cap.* II. *damna melius vincendo poſſent reparare* , *quam* deſerendo *victoriam*. vide Cat. *cap.* XLV. extr.

MULTA SUPERBA ET CRUDELIA . Sic Gruterus . aliae edd. *ſuperba*, *crudelia*, ſine copula : & ſic tres Guelferbb. Eccard. uterque Fabricianus & Remenſ. 1. idque ex more Criſpi . vide ſupra *c.* IV. num.8. *c.* XVIII. num.1. Eccard. & Uratisl. 2. ſcribunt *ſuperbia*. vide ad Cat. *c.* XX. num. V. de *ſuperbia* & *crudelitate* , quae ambitioni propria, vide Eod. *c.* X. num. 4. & infra *cap.* XXXI.

PRORSUS INTENTUS OMNI MODO . Guelf. 2. iterum omiſit *intentus*, ut ſupra *c.* XXIII. nu. 1. & ne hic Grutero auſcultes, adde Cat. *c.* XIII. extr. Guelf. 11. *intentos* . 9. *omnino* , pro *omni modo* ; 3. *incendebat* .

4. ROM. MEMMII FACUNDIA CL. POLLENSQUE FUIT . *Romae* non eſt in Remenſ. 1. neque in uno Waſſii . recte . Inculcant paſſim eam vocem. vide ſupra *cap.* XXV. num. 6. Fabric. 1. hic *Mennii* ſcribit ; ſed alibi cum Baſil. 1. aliiſque vetuſtis *Memmii* . *Pollens* facundia eſt, quae ſuam vim habet , & obtinet : uti *gratia polles*, *auctoritate pollere*. *Clarus* & *pollens* jungit Noſter ſupra *c.* 1. nu. 3. ubi vide Venantius Fortunat. 1. de Vit. Mart. Prol. *Stemmate, corde, fide*, pollens *Paullinus* & ore , *Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri* . Alii *potens*. Hinc Capitolin. Maximin. *c.* III. *Oratorem* potentiſſimum *eundemque doctiſſimum* . quomodo Thucydid. 1. *cap.* CXXXIX. extr. λέγειν τε καὶ πράσσειν ΔΥΝΑΤΩΤΑΤΟΣ. & D. Lucas *cap.* XXIV. comm. 19. ΔΥΝΑΤΟΣ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ . mox Vinar. 2. *decedere*, pro *decere* .

UNAM EX TAM MULTIS ORATIONEM EJUS . Guelf. 4. Incerti , Struv. Franc. Uratisl. 3. *unam ex t. multis orationibus* . Guelf. 11. *unam orationem ex t. m. orationibus* . male . Verum notiſſima etiam genera dicendi offendiculo fuerunt imperitis . Eccard. *orationem* ea *perſcribere* . pro *ejus* ; id quod plane omittitur in Guelf. 9. & 10. recte & eleganter . vide Cat. *c.* LI. num. 8. *cap.* XXXIII. num. 2.

AC POTISSIMUM EA DICAM, QUAE IN CONC. Sic quidem & Noſtri meliores . Aſt Guelf. 2. 4. 9. 10. 11. 12. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Vinarienſes , Franc. Uratisl. 2. 3. Remenſ. 1. & Incerti : *eam dicam* , *quam* ; Acad. *eam dicam* , *qua* . Propter praecedens *orationem* haec ita reformata eſſe, nemo ignorat : Cum tamen Criſpus & optimus quiſque ad ſenſum potius reſpicere ſoleant . Cat. *c.* LI. num. 42. *Virtus atque ſapientia major in illis fuit* , *qui ex parvis opibus tantum* imperium *fecere* , *quam in nobis qui* ea *bene* parta *vix retinemus* . ubi lege adnotata . adde ſupra *cap.* XXIV. num. 8. & infra *cap.* LVII. num. 4. Verum multum hic locus debet, ſi uſquam alias, Grutero. Is revocans eum ad Salluſtii genium , ex conjectura ita repurgavit: *ac potiſſimum*, *quae poſt reditum Beſtiae hujuſcemodi verbis diſſeruit* . Juvant duo apud nos MSS. Eccard. *dicam ea*, *quod in conc.* Guelf. 7. omittit *dicam* : & id quidem Verbum intruſerant Cat. *c.* III. num. 2. ubi vide . Expunxi itaque, quod Gruterus non fecerat , *ea dicam* ; ſed de reliquis *in concione* cum per Codd. non liqueat , amplius pronuncio . Eadem labe infectus Noſter ſupra *c.* XVII. nu. 2. *de iis haud facile compertum* narraverim : *cetera quam pauciſſumis* . adjiciunt ibi *abſolvam* . Utitur Noſter

Digitized by Google

CAP. XXXI.

XXXIII.

MUlta dehortantur a vobis, Quirites, ni ſtudium reipublicae omnia 1
ſuperet: opes factionis, veſtra patientia, jus nullum; ac maxu-
me, quod innocentiae plus periculi, quam honoris, eſt. Nam illa quidem pi- 2
get

ſter eadem figura Cat. *cap.* XL. num.6. *cap.* XX. num.8. *c.* LI. num.19. *c.* LII. num.28. Supra *cap.* I. num.2. *c.* XIV. num.7. infra *cap.* LIV. num.8. *c.* LVI. nu.1. *c.* LXXVI. nu.2. I. Hiſt. Or. Lepidi n. 13. quibus locis quaedam notamus. addo hic Corn. Celſum III. *c.* IV. p.119. *Nam poteſt primo die primus cibus* dandus eſſe, *poteſt ſecundo, poteſt tertio, poteſt non niſi quarto aut quinto; poteſt poſt unam acceſſionem, poteſt poſt duas, poteſt poſt plures.* Pomp. Mela I. *c.* IV. *Nunc exactius oras ſituſque dicturo inde eſt commodiſſimum* incipere, *unde terras noſtrum pelagus ingreditur: & ab iis* potiſſimum, *quae influenti dextra ſunt.* Vellejus II. *c.* XX. extr. *cujus augendae* C. *Marium cum filio de exſilio* revocavit, quique *cum iis pulſi erant.* Plinius VII. *cap.* XXXIX. *Sed hoc* pretium *belli, non hominis* fuit; tam, *hercules, quam libidinis, non formae* cet. qua forma Seneca multum utitur. Intellige itaque: ac potiſſimum *perſcribam*; aut, ac potiſſimum *decere exiſtumavi perſcribere*. Hoc Zeugma, illud Synezeugmenon, ſive Syllepſin vocare ſolent, qui his modis Nomina impoſuerunt. nam quod *ea* tutius deleatur, certa res eſt: & ſimilia vidimus Catilin. *cap.* XLIX. num.4. *cap.* LII. num. 13. & jam modo apud Vellejum.

CAP. XXXI. 1. MULTA — OPES FACTIONIS. Separata eſt, interpoſitis pluſculis verbis, adpoſitio, pariter ut ſupra *c.* XXVII. num.4. ubi vide. Ita & Cato, quem Noſter ſequitur apud Gellium XIII. *c.* XXIII. Multa *me dehortata ſunt huc prodire*, anni, aetas, cet.

ME DEHORTANTUR A VOBIS. Baſil. I. Struv. & Remenſ. I. *Multa dehortantur me*. ſed Gu. 4. illud *me* inter lineas exhibet. Cat. *c.* XX. nu. 15. *Res, tempus — magis, quam Oratio* hortentur. Eod. *c.* LVIII. num.19. *Animus, aetas, virtus veſtra* hortantur. ſic ſupra *c.* XXIV. nu. 4. infra n.6. & 27. Sed quid illud *a vobis?* Scio, ut capiant interpretes, & jungant cum Verbo. Veroſimile tamen eſt, Salluſtium *Multa a vobis* intellectum voluiſſe, pro *veſtra*, a parte Veſtrum, uti Cat. *c.* LVIII. num.6. de loco locutus eſt. Accedit Terentius Eunuch. A. III. Sc. V. *v.* 9. *Atque* ab eo *gratiam hanc, quam video velle, inibo.* ubi vide Donatum, adde Act. V. Sc. VII. *v.* 5. Cic. III. epiſt. XIII. num. 2. quibus *ego* a tali viro *contentus eram*. ubi alia talia adnotavimus. adde IV. epiſt. VI. num. 10. V. epiſt. III. nu.1. XVI. epiſt. XXII. num.3. Sic Jo. Brantius interpretatur illa Caeſar. VII. Gall. *c.* XVII. *nulla tamen* vox *eſt* ab iis *audita populi* R. *majeſtate & ſuperioribus victoriis indigna*. Cicero II. de Nat. D. *Illud vero ab Ariſtotele animadverſum*, a quo pleraque *quis poteſt non mirari*, hoc eſt, *cujus pleraque*, docente Gronovio ad Liv. XXVII. *cap.* V.

QUIRITES. Gloſſa Senat. I. *dicti ab aſta*. & Struv. ab *haſta*, quae *Quiris* Sabinis dodu-cit. dein *quiritare* urbanorum, & *jubilare* ruſticorum memorat. Auctor Nominis *Mars* deus, qui *Quirinus*, ſive *haſtatus* dictus; unde *Quirites* ejus progenies, & *Quirinus* Romulus. Feſtus, Varro, alii.

OMNIA SUPERET. Academ. Incert. I. Eccard. Guelf. I. 7. & 9. *ſuperaret*. Sic Cat. *cap.* XXXIV. num.1. & ſupra *c.* XXVII. num. 2. Nihil tamen muto.

VESTRA PATIENTIA. In vetuſtis aliquot noſtris olim fuerat *potentia*, quod tamen correctum eſt in Fabric. I. Academ. aliis. in Eccard. *patentia* an *potentia*, an aliud quid ſcriptum ſit, non adſequor. *Patientia* recte pro animo humili, & ad omnes injurias perferendas demiſſo. Tacit. Agric. *c.* XV. *Nihil profici* patientia, *niſi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur*. Livius I. *c.* L. *Tentari profecto* patientiam, *ut ſi jugum acceperint, obnoxios premat.* II. *c.* XLIV. *Diu ſuſtentatum id malum, partim Patrum conſiliis, partim* patientia plebis *jam ad extrema veniſſe*. Eſt tamen & *patientia* in laude apud Latinos, ubi quis res difficiles & aſperas magno animo tolerat. vide Drackenborch. ad Silium VI. *v.* 545. infra Guelf. 12. *quod plus innocentiae periculi, quam h. eſt*. quod non indignum auctore. vide Cat. *cap.* XXIX. num. 2.

2. NAM ILLA QUIDEM PIGET. Academ. Senat. 2. Heuſſ. *Nam & illa quidem*. Invenerunt iſti: *Et illa quidem*. Guelf. 9. *Nam illa quod piget decere*.

HIS ANNIS XV. *His*, qui proxime ſunt elapſi. vide

get dicere, his annis XV. quam ludibrio fueritis ſuperbiae paucorum; quam foede quamque inulti perierint veſtri defenſores; ut vobis animus
3 *ab ignavia atque ſecordia corruptus ſit: qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exſurgitis, atque etiam nunc timetis, quibus decet terrori eſſe. Sed*

vide ad *cap.* XI. num. 6. Livius XXV. *c.* XXXI. *paucis* his *annis*. Acad. Guelf. 1. & 7. *his annis* XII. Fabric. 1. *his annis* X. uterque numerus XII. & X. melius tamen poſterior conſpirat cum caede C. Gracchi, qui X. ante annos erat occiſus. Sed & numerus XV. recte habet. Eſt enim ἀπαρτιλογία, ut numerus rotundetur, ut medius eſſet inter caedem C. & Tiberii Gracchorum. Tiberius enim anno ante XXII. occiſus eſt, & per ea tempora plebs plurimum eſt paſſa. vide infra *c.* XLII. Fateor tamen, aptius legi poſſe, *his annis* XX.

QUAM LUDIBRIO FUERITIS. Falſo Guelf. 11. *quantum*, pro *quam*. miror, ni *quanto*. vide n. 14. & Cat. *c.* VII. nu. 4. Sidonius Carm. II. *v.* 541. Quam *nunc tibi claſſis & arma* Tractentur, quam *magna geras*, quam *tempore parvo*. Cic. XV. epiſt. XI. princ. *Quantae tibi curae meus honos fuerit*, *&* quam *idem exſtiteris conſul in me ornando* & *amplificando* cet. vide ibi citata. *Ludibrio eſſe* eſt indignis modis tractari, indigna pati. Cat. *cap.* XX. num. 9. *ubi alienae ſuperbiae* ludibrio fueris. ubi vide.

QUAMQUE INULTI PERIERINT. Baſil. 1. *quoque multi*. & *multi* quidem, pro *inulti* ſcribunt etiam Uratiſlavienſes, Vinar. 2. cum aliis tribus, ut ſolent haec perpetuo confundi. vide infra *cap.* LXX. num. 3. alibi. Drackenb. ad Sil. IV. *verſ.* 16. Guelf. 11. *quem quamque inulti*; Uratiſl. 3. *quam inulti*. Eſt & in quatuor aliis *perierunt*. Peſſime omnium corrector quidam in Eccard. fecit *inulti*. Catilin. *cap.* LVIII. num. 21. *Cavete*, inulti *animam amittatis*. ubi vide.

UT VOBIS ANIMUS. *Ut* eſt in membranis noſtris omnibus, non *uti*, & hic fere ſignificat *quam*. Plinius Paneg. *c.* XXI. *Quod quidem nomen* qua *benignitate*, qua *indulgentia exerces*! ut *cum civibus tuis*, *quaſi cum liberis parens*, *vivis*! ut *reverſus imperator*, *qui privatus exieras*, *agnoſcis*, *agnoſceris*! Eccard. *ut plebis animus*! docere voluit homuncio, tertium, pro ſecundo Caſu, Subſtantivum, pro Poſſeſſivo poni; Sed quis talia corrumpet? Supra *cap.* X. nu. 3. *Nunc quoniam* mihi *natura vitae finem facit*. & millies alibi.

AB IGNAVIA ET SECORD. CORRUPTUS SIT. Ita Codd. & Lucretius III. *v.* 833. *Quod letalibus* ab *rebus* munita *tenetur*. Cicero XIII. ep. X. num. 1. *Satis enim* commendatum *tibi eum arbitrabar* ab *ipſo more majorum*, ibi non inutilia, ni fallor, prolata ſunt. Eadem Praepoſitio eleganter abundat apud Horat. I. Sat. IV. *v.* 26. *Aut* ab *avaritia*, *aut miſera ambitione* laborat. & infra *c.* XLVIII. num. 3. Vaſtus ab *natura & humano cultu*. Etenim cum haec Particula Paſſivis Verbis juncta etiam pueris *cauſſam* denotet; non adeo inſolens eſſe poterit, quod eadem Abſolutis Verbis, & Nominibus Verbalibus, quin etiam aliis Nominibus adjecta hanc naturam ſervat.

3. NE NUNC QUIDEM. Academ. Struv. Vinar. 2. Uratiſl. 3. Guelf. 3. 4. 7. 9. 11. 12. *qui nec nunc quidem*, quod frequens erratum eſſe docuit R. Bentlejus ad Horat. II. Sat. III. *v.* 262. ubi & *ne nunc quidem* illuſtrat exemplo Ciceronis Parad. IV. *Ergo ego ſemper civis*: *tu* ne nunc quidem, aliis. Forte tamen Criſpi ſit: *qui nec obnoxiis inimicis*, cet. *nec* pro etiam non, ne quidem. Juſtin. XII. *cap.* XVI. *ut*, *illo praeſente*, *nullius hoſtis arma*, nec inermes, *timuerint*. Florus II. *c.* VIII. num. 12. *Nam rex praelium* nec ſpectare *poterat*, cum nota Duckeriana.

OBNOXIIS INIMICIS. Cum inimici veſtri delicti conſcientia vobis ſubjecti ſint. Male Guelf. 9. *innoxii*; male etiam plerique Codd. *obnoxii*; pro *obnoxiis*. IV. Hiſt. Epiſt. Mithridat. num. 4. *Ille enim* obnoxius, *qualem tu voles*, *ſocietatem accipiet*. Livius XXIII. *cap.* XII. *ſi reticeam aut ſuperbus*, *aut* obnoxius *videar*: *quorum alterum eſt hominis alienae libertatis obliti*; *alterum ſuae*. Zeno Veron. Serm. VI. *Quem tacentem*, *tamquam* obnoxium — *ad crucem perduxerunt*. Sed Cat. *c.* XX. nu. 7. *his* obnoxii, *quibus*, *ſi reſp. valeret*, *formidini eſſemus*. Abſolute poſuit Eod. *c.* XIV. num. 6. ubi vide. & infra *c.* XLII. num. 1.

EXSURGITIS. Baſil. 1. *Surgitis*; Remenſ. 1. *conſurgitis*; Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *inſurgitis*, quod ἐμφατικώτερον I. Waſſio. Sed *exſurgere* ejus notione habes apud Tacitum II. Hiſt. *c.* LXXVI. num. 4. Cicero XII. epiſt. X. num. 9. *auctoritate veſtra reſp.* exſurget *& in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet*. alibi dixit *animum arrigere*, *expergiſci*, Cat. *cap.* XX. nu. 14. *c.* XXXIX. num. 3.

ATQUE ETIAM NUNC. Academ. *atque nunc*, ſine *etiam*; Guelf. 9. *atque etium*, tertia vocula omiſ-

Digitized by Google

Sed quamquam haec talia ſunt: tamen obviam ire factionis potentiae a- 4
nimus ſubigit. certe ego libertatem, quae mihi a parente tradita eſt, ex- 5
periar: verum id fruſtra, an ob rem faciam, in veſtra manu ſitum, Qui-
rites. Neque ego hortor, quod ſaepe majores veſtri fecere, uti contra in- 6
jurias XXXIV.

omiſſa. *atque etiam*, ut alii *& etiam*. vide ſupra ad *c.* I. n. 5. *multumque etiam periculoſa petunt. etiam nunc*, ut alibi *etiam tunc*. vide ad Cat. *c.* II. n. I. & *c.* LII. n. 25. *Vos cunctamini* etiam nunc. Juſtin. VIII. *c.* IV. n. 7. *Graeciam etiam nunc & viribus, & dignitate orbis terrarum principem.* alia ad Cic. IV. epiſt. I. num. 9. *Cujus* jam etiam *nomen invitus audio*. Scribe autem diviſim: *atque & jam nunc*.

TIMETIS EOS, QUIBUS VOS DECET. Merum rus. Scribe: *atque & jam nunc timetis, quis decet terrori eſſe*. Pronomen *vos* Fabric. I. Baſil. I. Senatorii, Incerti. Vinar. 2. Heuſſ. Struv. Eccard. Guelf. I. 2. 3. 4. 7. 10. 12. non agnoſcunt. Crediderunt autem, *inimicos* & *plebem R.* non recte opponi, niſi *vos* inculcarent, quod alibi factnm etiam notavimus, ut ſupra *c.* XXIV. n. 7. & fore, qui, *vos* non addito, *quibus decet*, contra uſum Latinorum, compingerent. Alterum Pronomen *eos* eſt contra decus Salluſtii, qui hujuſmodi demonſtrationem omittit, quod docui ad Cat. *c.* XIII. n. 2. pluribus exemplis. adde Eod. *c.* LVIII. n. 17. *Semper in proelio maxumum eſt periculum*, qui *maxume timent.* pro *iis, qui*. Denique pro *quibus* Senat. I. *quis*, a prima manu, quae & Salluſtii fuit. vide infra ad *c.* LXXX. n. 5. Vinar. I. *deceret*; Eccard. *decet timori eſſe*.

4. QUAMQUAM HAEC TALIA SUNT. Fabriciani: *talia haec ſint*; Guelf. 9. *haec ita ſint*. *Sint* legitur etiam in Struv. Senat. I. Franc. & Incert. 3.

OBVIAM IRE FACT. POT. Fabriciani & Baſil. I. *ire obviam*: quo ordine *c.* XIV. extr. ite obviam *injuriae*. Alii *potentiae factionis*: ſed Heuſſian. omittit vocem *potentiae*, ut Catil. *c.* XXXIV. num. 2. & ſupra *c.* XXVII. num. 2. ſi nimirum cum Inc. 2. legas, *ire obviam factioni.*

ANIMUS SUBIGIT. Franc. *ſubegit.* perperam. vide *c.* XXIV. n. 2.

5. CERTE. *Zum wenigſten*, ſaltem. h. e. Etiamſi promittere nollem me obviam *ire* poſſe factioni; hoc tamen *certe* faciam, libertatem meam experiar. Sic ſupra *cap.* IV. n. 3. Certe, *quibus maxuma induſtria videtur*, &c. Cicer. I. Tuſc. Qu. *c.* XLIX. *homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere deſiſtant*. Livius XXXI. *c.* VII. *Ne aequaveritis Annibali Philippum - Pyrrho certe aequabitis*. Parum itaque aberat, quin *ego* ejeciſſem, quod illis tantum placuit, qui Memmium *de ſe* aliquid contra *plebem* dicere putarunt; cum potius vis oppoſitionis in Verbis *obviam ire*, & *experiri libertatem* quaerenda ſit.

MIHI A PARENTE MEO TRADITA EST. Eccard. *a meo parente*; Guelf. 12. omiſit illud *mihi*; mallem *meo*; quo expulſo in omnem partem ſignificantior eſt Oratio. Nec raro quidem iſtud reticetur. vide *c.* XIV. n. I. Tibullus II. eleg. IV. princ. *Hic mihi ſervitium video dominamque paratam. Jam mihi* libertas *illa* paterna *vale*. h. e. a parente tradita. ibi v. c. Jo. Antonius Vulpius opportune contulit Cic. pro Quinctio *c.* III. *Cum ei natura nihil melius quam vocem dediſſet*, pater *nihil*, *praeter* libertatem, reliquiſſet, *vocem in quaeſtum contulit*, *libertate uſus eſt*, *quo impunius dicax eſſet.* ad quem locum Paſſeratium vide.

LIBERTATEM -- EXPERIAR. Exercebo; utar libertate ita, ut vos admoneam ad vindicandum in proditores reip. Plinius Paneg. *c.* LXVII. *ſcietque nos, quoties* libertatem, *quam dedit*, experiemur, *ſibi parere*. Sic & Livius tum alibi, tum XXXIX. *c.* XXVI. *Ita ſervorum modo, praeter ſpem repente manumiſſorum*, licentiam *vocis & linguae* experiri. adde Cat. *c.* XXVI. n. 5. pro eo Juſtin. IX. *c.* IV. extr. & quam *verbis nequeunt*, *verbis* uſurpant libertatem. ſic recte Faber. Emendandus etiam Florus II. *cap.* XVII. n. 3. *numquam conferre vires ſuas libuit, neque aut* experiri libertatem *ſuam, aut publice tueri.* ſic lego. vulgo omnes addunt *imperium experiri*. Eodem modo Treb. Pollio Tyrann. *c.* XII. *Jam ego faxim, ut Gallienus, ſordidiſſimus foeminarum omnium*, duces *ſui parentis intelligat*.

AN OB REM. Eccard. *quam ob rem*. male. Dixit pro *fruſtrane*, *an ob rem*: ut Cat. *cap.* LII. n. 10. *noſtra*, an *nobiſcum una hoſtium futura ſint*. ubi plura. *ob rem* eſt, *ob utilitatem*, *cum utilitate*, non fruſtra. Terent. Phorm. Act. III. Sc. II. *v.* 40. *non pudet Vanitatis? minume, dum* ob rem. Cat. *c.* XX. n. I. in rem *fore credens*, *univerſos adpellare.* ubi vide.

IN VESTRA MANU SITUM EST. *Eſt* non habet Fabric. 2. ſed Struv. *in veſtra manu eſt*, omiſſo illo *ſitum* hoc modo loquitur ſupra *c.* XIV. num. 4. ſed adprobo Fabricianum. Cat. *c.* LII. num. II. *eo reſp. in extremo* ſita. Lucanus VII. *v.* 253. In manibus veſtris, *quantus ſit Caeſar*, habetis.

6. NEQUE EGO VOS HORTOR. Fabric. I. *N. vos*

jurias armati eatis. Nihil vi, nihil ſeceſſione opus: neceſſe eſt, ſuomet
7 *ipſi more praecipites eant. Occiſo Tiberio Gracco, quem regnum parare ajebant, in plebem Romanam quaeſtiones habitae ſunt. Poſt C. Gracci & M. Fulvii caedem, item multi veſtri ordinis in carcere necati ſunt: utrius-*

ego hortor. ego, non eſt in Guelferb. 10. nec Vinar. 2. quod tamen retineo, ut Catil. *c.* LII. n. 24. At *vos* cum Guelf. 3. & 12. delevi. vide ad n. 1.

MAJORES VESTRI FECERE. Fabriciani, Baſil. 1. Guelf. 4. & alii *majores noſtri*. neque diſplicet. vide Cat. *c.* XXXIII. n. 2. aliis propter *vos*, & *eatis*, h. e. quod ad plebem directa eſſet Oratio, alterum adriſit; ſed cauſſa non ſufficit.

CONTRA INJURIAS ARMATI EATIS. Academ. *arma captatis*, ex Gloſſa. infra *c.* CI. n. 8. *Profligatis his*, quos advorſum ierat, *rediens.* ſupra *cap.* XXV. n. 6. *homines claros* contra inceptum *ſuum* veniſſe. Tacit. XI. Ann. *c.* X. & *huic* contra itum *ad amnem Erindem.* junge obſervationem ad Cat. *c.* LIII. n. 3. & ad *c.* XLIX. num. 2. Guelf. 3. *injuriam.*

NIHIL VI, NIHIL SECESSIONE OPUS EST. Haec, *opus eſt; neceſſe eſt* prima manus non perſcripſit in Guelf. 4. & profecto valde ingrato modo ea hic ſunt poſita. Commode etiam intelliguntur, quandoquidem haud raro *neceſſe eſt* omittatur. vide Gronov. IV. Obſervat. *c.* VIII. aut ex ſuperiori *contra ire* aliud Verbum adſumere licet, *agendum* aut ſimile, ut Cat. *c.* LI. n. 9. *c.* LII. n. 9. Remenſ. 1. *diſceſſione*. contra Cat. *c.* XXXIII. n. 2. Reſpexit locum Curtius X. *c.* VIII. n. 16. *Nihil* ſeditione eſt opus. *nam inter ſe certantium praemia, qui quieverint, occupabunt.* Catullus Carm. XVI. *v.* 5. *Caſtum eſſe decet pium poetam Ipſum, verſiculos* nihil neceſſe *eſt.*

SUOMET IPSI MORE PRAECIPITES EANT. Baſil. 1. & Vinar. 2. *ſuimet ipſi more. ſui more*, ut Cicero *tui vita;* Varro *tui villa;* Plautus *mei, tui labor.* vide notam ad Cic. II. epiſt. VI. n. 13. *tui unius ſtudio.* Sed ut eo loco hoc ferri poſſet, ita hic prorſus alienum eſt, & librarii propter *ipſi* in eam terminationem prolapſi eſſe videntur, cum tamen *noſmet ipſi, ſuamet ipſum*, alia alibi dixerit. vide notam ad Cat. *c.* XX. n. 6. *Suo* igitur *more* praecipites eunt, qui per ſuas malas artes damnantur, omniaque mala ſibi adtrahunt, quas artes mox enumerat. Catil. *cap.* XXV. num. 4. *luxuria atque inopia* praeceps abierat. infra *c.* XLI. num. 9. *nihil penſi, neque ſancti habere, quoad ſemetipſa* praecipitavit.

7. TIB. GRACCHO. *Gracco* ſcribunt Uratiſl. 1. Academ. Senat. 2. Heuſſ. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 11. 12. quidam *Graco*, alii *Gracho;* Vetuſtiſſimi tamen Fabriciani, Baſil. 1. & Guelferbb. *Graccho*, etſi, quam primo loco poſuimus, ſcripturam ſunt, qui defendant. vide ſupra *cap.* XVI. num. 2. & Drackenborch. ad Silium VI. *v.* 497.

REGNUM PARARE. Franc. Academ. Senat. 2. Heuſſ. *regnum ſibi parare*. ceteri ſapiunt omnes. Teſtatur id egregie Cic. Lael. *c.* XII. *Tib. Gracchus* regnum *occupare conatus eſt*, *vel* regnavit *is quidem paucos menſes*. vide praeter Hiſtoricos alios de eo Caeſ. I. Civ. *c.* VII. Noſtrum infra *c.* XLII. Tacit. III. Ann. *c.* XXVII. *Hinc* Gracchi & *Saturnini, turbatores plebis.*

QUAESTIONES HABITAE SUNT. Sic noſtri omnes, praeter Incertos, Struv. Franc. & juniores Guelferbb. qui addunt *graves*, quam recte vocem Gruterus abjecit. infra n. 13. quaeſtiones *injuſtas pro munimento habent.* n. 18. *vindicandum* quaeſtionibus & *indicio ipſius Jugurthae.* Hodie dicunt *inquiſitiones*. Noſter *c.* XL. n. 1. *uti* quaereretur *in eos*. num. 4. *tres* quaeſitores. n. 5. quaeſtione *exercita aſpere violenterque.* Vellej. II. *c.* XVII. *Crudeleſque mox quaeſtiones in amicos clienteſque Gracchorum habitas.* Recte quidem I. Waſſe refutat Gruterum, qui dixerat nullas quaeſtiones graves eſſe; ſed propterea non *fere invitus*, ut ipſe ait, verum lubentiſſime cum voluntate tot membranarum inducere *graves* debuit.

POST C. GRACCHI ET M. FULVII. Vide de his ſupra ad *c.* XVI. num. 2. Cicer. I. Catilin. *c.* II. & IV. Catil. *c.* II. Eccard. *M. Fulvi*, more ſuo.

VESTRI ITEM ORDINIS MULTI MORTALES. Sic Gruterus, neſcio, an ex MSS. ſuis. Noſtri omnes *item veſtri ord. m. m.* aut, ut Fabriciani & Guelferb. 1. *item multi veſtri ordinis in carcere necati ſunt*, omiſſo nomine *mortales*, quod tamen addit Catilin. *cap.* II. num. 8. alibi, ut Catil. *c.* I. num. 1. *c.* LI. n. 1. & paſſim *homines*. Eccard. neglexit nomen *multi:* quod quidem etiam abeſſe poſſet; ſed melius eſt tribus illis adſentiri. De his ita Appianus I. Civ. p. 366. καὶ τοὺς συμφρονήσαντας ὁ Ὀπίμιος συλλαβὼν, ἐς τὴν φυλακὴν ἐνέβαλέ τε καὶ ἀποπνιγῆναι προσέταξε. adde Cat. *cap.* LV. n. 2.

LIBIDO EORUM FINEM FECIT. *Eorum*, quod Grutero ſupervacuum fuit, expungit Guelf. 9. nos

utriusque cladis non lex, verum lubido eorum finem fecit. Sed ſane fue- 8
rit regni paratio, plebi ſua reſtituere. quidquid ſine ſanguine civium ul-
ciſci nequitur jure factum ſit. Superioribus annis taciti indignabamini, 9
aerarium expilari; reges & populos liberos paucis nobilibus vectigal pen-
dere; penes eosdem & ſummam gloriam, & maxumas divitias eſſe: ta-
men haec talia facinora impune ſuſcepiſſe, parum habuere. itaque po-
ſtremo

nos cum illo. *finem fecit* lubido, ut ſupra *c.* v. num. 2. *vaſtitas Italiae*. Seneca I. de Clement. *c.* XII. de Sulla: *cui occidendi* finem fecit *inopia hoſtium*. adde Catil. *cap.* LI. n. 34. & 36.

8. SED SANE FUERIT REGNI PARATIO. Gu. 3. *fuerat;* Heuſſian. *Sed cedamus ſane fuerit*, ab interprete; qui formulam eſſe concedendi indicaverat. Supra *c.* XXIV. n. 7. *Quae* ſane fuerint *noſtrae injuriae*. Academ. Struv. Incerti, Franc. Guelf. 1. 7. 10. 11. 12. *regni reparatio*. Ceterum totam hanc ſententiam Baſil. 1. in margine ſcriptam habere, comperi: & jam olim aliquid hic latere ſenſi, quod tamen ſine meliorum libb. ope non eruo. Conjecturam infra propono.

PLEBI SUA RESTITUERE. Incert. 2. *reparatio, jura reſtituere*. Eccard. Acad. Struv. Franc. Uratisl. 3. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. 12. *plebi ſua jura reſtituere*. Sic corrumpunt infra *c.* LXII. num. 8. *ex mala conſcientia* digna *timere*. ſupra *cap.* x. num. 2. *nam ut alia magna & egregia* tua *omittam*.

QUIDQUID SINE SANGUINE CIV. U. N. Fuit aliud quid primitus in Senat. 1. nam voces *ſine ſanguine* in litura leguntur. Senſus eſt, quantum in loco dubiae ſanitatis video, Ea facinora, quae non aliter, niſi ſummo ſupplicio vindicari poſſunt, jure facta fuerint. Ii nempe, qui Gracchos, Fulvium ceterosque occiderant, jure ſuo uſos eſſe, concedere vult: etſi iidem illi rectius capite poenas ſolvere deberent. Tamen eſſe alia impia facinora nobilitatis, in quibus tali praetextu, *regni parationis*, uti non poſſet, quia *tacita* (n. 9.) plebs fuit, nec per tribunos actionibus ejus obviam ivit.

ULCISCI NEQUITUR. Vinar. 1. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 1. Remenſ. 2. *nequitur:* idemque fuit olim in Senat. 1. Guelf. 2. 3. 4. quod raſura probat. Locutos eſſe ita veteres pro *nequit*, adnotavit Feſtus, Diomedes, alii: Sicuti *poſſetur*, *poteſtur*. vide Nonium *c.* x. Apulej. Apolog. p. 274. *pollicitus ita facturum, ne ſic quidem* quitus eſt. Lucretius I. *verſ.* 1045. *Dum veniant aliae, ac ſuppleri ſumma* queatur. Plautus Rud. A. IV. Sc. IV. *v.* 20. *Ut* nequitur *comprimi*. vide Perizon. ad Dictyn II. *c.* VIII. Diſſert. §. XXXIX. Caſp. Barthius XXV. Adv. *cap.* VII. & XXXIV. *c.* XVI. *ulciſci* poſitum hic eſſe Paſſive, animadvertit. atque ita poſtulat Latinitatis ratio. unde ſupra *c.* XXVII. n. 1. *poſtquam res in ſenatu* agitari *coepta*.

JURE FACTUM SIT. Eccard. & Guelf. 11. *jure factum eſt*. & ita forte primitus Fabric. 2. qui nunc tantum *jure factum*. Vide, lector, an haec tota περικοπὴ ita ſit reformanda: *Sed ſane fuerit plebi ſua reſtituere, quod ſine ſanguine civium ulciſci nequitur*, reciſis omnibus, quae ſunt reliqua. ita illud *reſtituere, quod*, produxit primo *factum, quod* & ex eo *ſua jura, jure* illi adhaeſit: quae cum in margine eſſent adnotata, abierunt in alium locum. Alius forte pro *factum* poſtea ſumſit *aliquid*, *quod*: unde illud *quidquid*. Denique *fuerit* ita praeciſe poſitum per interpretem ex ſuperioribus accepit *regni paratio*, & cento ille confectus eſt.

9. SUPERIORIBUS ANNIS. Vinar. 2. *Superioris annis*, ſcribae errore. *Taciti* indignabamini, qui non verbis nec factis prodebatis indignationem, & facinora non vindicabatis. Id in Fragmentis *muſſantes* vocat. Juſtin. VIII. *c.* v. num. 10. *ſed* tacitus moeror *& luctus*, *verentibus, ne ipſae lacrymae pro contumelia haberentur*.

AERARIUM EXPILARI. Senat. 1. a prima manu, *expilare*, puta *quosdam* homines, ut Cat. *c.* LI. n. 40. Vinar. 2. Struv. Franc. Uratisl. 3. Remenſ. 1. Guelf. 7. 10. 11. *exſpoliari;* Eccard. *ſpoliari*, quae interpretantur Verbum *expilari*, quo ſaepe Cicero utitur. Sueton. Julio *c.* LIV. *in Gallia fana templaque deum donis referta* expilavit.

PAUCIS NOBILIBUS VECTIGAL PENDERE. Vinar. 1. *pendere vectigal;* Fabric. 2. *vectigalia*. Sed illud *nobilibus* vix eſt, ut ab Salluſtio credam, qui *paucos* de factione nobilium nude dicere ſolet. vide Cat. *c.* XX. n. 7. infra *c.* XLI. num. 7.

ET SUMMAM GLORIAM ET M. D. ESSE. Remenſ. 2. *& ſummam gratiam.* Eleganter Guelf. 12. *& gloriam ſummam*, ut Adjectivum ſequatur. vide ſupra *c.* XX. n. 8. Academ. *divitias extra*, pro *eſſe*.

ſtremo leges, majeſtas veſtra, divina & humana omnia hoſtibus tradita ſunt. Neque eos, qui fecere, pudet aut poenitet: ſed incedunt per ora veſtra magnifice; ſacerdotia & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes:

HAEC TALIA FACINORA IMP. SUSCEPISSE. Fabric. 2. *talia* non agnoſcit. pro ejus ſalute daret aliquis potius τὸ *facinora*. Supra *cap.* X. num. 8. *colite, obſervate* talem hunc *virum*. Apulej. de Habit. Doctr. Plat. p. 23. Hunc talem *non ſolum inferre, ſed ne referre quidem oportet injuriam*. p. 24. *Nec fruſtra* hic talis *amator eſt turpium voluptatum*. Terent. Eunuch. Act. I. Sc. II. *Et iſtam nunc times — ne* illam talem *praeripiat tibi*. *Suſcipere* eſt admittere, audere facinus, ut ſaepe Cicero. pro *incipere* ſeu *in ſe recipere*, dixit Cat. *c.* XXVIII. n. 3. adde ſupra *c.* XIV. n. 12. Catullus Carm. LXXXIX. *Quid facit is, patruum qui non ſinit eſſe maritum? Ecquid ſcis quantum* ſuſcipiat *ſceleris?* Sylvius ad Cic. pro Cluentio *c.* XI. extr. Gu. 9. *haec omnia talia*; 7. *haec & alia*.

PARUM HABUERE. Non ſuffecit illis, non ſubſtiterunt in iis, ſed majora auſi ſunt. Vinar. I. ab initio habuit *parum fuit*. id expreſſit Capitolinus Marco *cap.* XVIII. *Et* parum *ſane* fuit, *quod illi honores divinos omnis aetas — dedit, niſi quod etiam ſacrilegus judicatus eſt, qui ejus imaginem non habuit.* Liv. XXXVIII. *c.* LIV. parum fuiſſe, *non laudari pro roſtris P. Africanum poſt mortem, niſi etiam accuſaretur*. Noſter infra num. 22. *illis* parum eſt *impune male feciſſe*. Recte ergo hic *parum habuere*, nec audiendi Eccard. Vinar. 2. Franc. qui *pro nihilo habuere*. Aeſchines contra Cteſiph. p. 295. *ἐκ ἀγαπᾷ, ἐδ' ἱκανὸν ἐστὶν αὐτῷ*. Cato apud Gell. XVII. *c.* XIII. *Neque* ſatis habuit, *quod eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam proſtitueret*. Vellejus II. *c.* LXXVI. *qui natus obſcuriſſimis initiis* parum habebat *ſumma accepiſſe — niſi in id adſcendiſſet* &c. Quinctil. Declam. XIV. *c.* V. parum *ſe lenociniis*, parum putant agere *mendaciis, & cum omnes* &c. Lactant. V. *cap.* IX. parum habent *interficere, quos oderunt, niſi etiam crudelitas corporibus illudat*. Seneca II. de benefic. *c.* XII. parum judicavit, *ſi ſenator ſenex ſupplex ſibi eo more jacuiſſet, quo victi hoſtes hoſtibus jacuere: invenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet*.

DIVINA ET HUMANA OMNIA. Fabric. I. & Struv. *div. & humana hoſtibus omnia tradita ſunt:* quorum exemplari forte fuit inter lineas adjecta vox *omnia:* eam certe Fabric. 2. nuſquam habet. Agnoſcit Noſter Cat. *c.* XI. n. 6. *ſacra profanaque* omnia *polluere*. ubi vide. ſupra *c.* V. num. 2. *divina atque humana* cuncta *permiſcuit*. Eſt tamen & iis locis unus & alter Codd. qui omittat, & Salluſtius ipſe alibi. *hoſtibus* abeſt Guelferb. 9. adde *c.* XXXII. num. 3.

10. QUI EA FECERE, PUDET AUT POEN. *Ea* non eſt ſani coloris in Fabric. I. neque ego genuinum eſſe, perſuadere mihi poſſum. Cat. *c.* VIII. n. 4. *Ita eorum*, qui fecere *virtus tanta habetur*. ubi erat antea: *qui ea fecere*. Geminum prorſus ſupra *cap.* IV. num. 8. Livius II. *Nec patres ſatis moderate ferre laetitiam. adeoque* neminem *noxae* poenitebat, *ut etiam inſontes feciſſe videri vellent, palamque ferrent, malo domandam tribuniciam poteſtatem*.

INCEDUNT. Verbum impudentiae eſt & oſtentationis. dico infra ad I. Hiſt. Or. Lepidi num. 24. *quare itaque tanto agmine atque animis* incedit.

PER ORA VESTRA MAGNIFICE. *Magnifici* ſcribunt Eccard. Guelf. 3. Vinar. 2. Acad. Senat. 2. & Heuſſ. cumque iis Gruterus. atque ſic Bernеccerus citat ad Juſtin. XVI. *c.* V. num. 5. utrumque rectum; ſed alterum Noſtro etiam alibi placuit. *Per ora* Academ. non fuit pro guſtu, deditque *per opera*. Sed Juſtinus: *captivos ſenatores in triumphi modum* per ora civium *trahit*. adi & Barthium ad Stat. II. Theb. *v.* 651. Brockhuſ. ad Propert. II. eleg. I. *v.* 2. Drackenb. ad Sil. III. *v.* 135. Cl. Bentlej. ad Horat. II. Sat. I. *v.* 65. *Nitidus qua quisque* per ora Incederet *introrſum turpis*. Sic alii & Noſter *in ore ducis*. unde intelliges Senecam Epiſt. CV. poſt princ. *Sic vero invidiam effugies, ſi te non* ingeſſeris oculis, *ſi bona tua non jactaveris, ſi ſcieris in ſinu gaudere*. *Magnifice* tuetur Auctor infra *cap.* XCIII. num. I. *an fortunam opperiretur, qua ſaepe* proſpere *uſus fuerat*. *cap.* LXXXVII. extr. *Romanos remoto metu*, laxius licentius*que futuros*. adde ſupra *c.* XIV. num. II. *cap.* X. num. 7. Catil. *c.* LVIII. num. 9.

PARS TRIUMPHOS SUOS OSTENT. *Pars* ſemel poſuit, cum hodie ſcribant: pars *ſacerd. & conſ.* pars *triumphos* &c. vide ſupra *cap.* XIX. num. I.

HONORI, NON PRAEDAE HABEANT. Perinde quaſi ea habeant in honorem data, aut ut ipſis honorem adferant; ac non potius *rapuerint*, & praedam eſſe, omnes ſcirent. Ita evolvere licet duplicem conſtructionem, quam ſcitiſſime conjungit. ut ſupra *c.* XVII. nu. 3. infra *c.* LXXXIX. n. 4. *Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fideliſſimi* habebantur.

Prius

Digitized by Google

tes: perinde quaſi honori, non praedae habeant. Servi aere parati im- 11
peria injuſta dominorum non perferunt: vos, Quirites, imperio nati,
aequo animo ſervitutem toleratis. At qui ſunt hi, qui rempublicam oc- 12
cupavere? homines ſceleratiſſumi, cruentis manibus, immani avaritia,
no-

Prius illuſtrabit Tacitus III. Ann. *c.* XXXII. *paternas* ei *anguſtias & nobilitatem ſine probro actam* honori *quam ignominiae* habendam *ducebat*. Poſterius Quinctil. Inſtitut. Proem. p. 8. *curam morum, qui diſerti habebantur, reliquerunt. ea vero deſtituta infirmioribus ingeniis velut* praedae fuit. Utrumque infra *c.* LXIX. n. 3. *civitas magna & opulens*, poenae *cuncta*, *aut* praedae *fuit*, h. e. poenam dedit aut praedam. Eccard. *& non praedae*. *ea* non eſt ſincerum in Fabric. 1. & Struv. ſed Guelf. 1. 9. 12. expungunt plane; quos ſum ſecutus, cum antea oſtentarent: *perinde quaſi* ea *honori* cet. Guelf. 1. & 3. Incert. 2. Uratiſl. 1. Senat. 2. & Heuſſ. *proinde*.

11. SERVI AERE PARATI. Remenſ. 1. Guelf. 11. Uratiſl. 3. *ſervire parati* corrupte, ut Vinar. 1. *ſevire parati*. nec melius Incert. 2. Franc. & Guelf. 2. *Servi aere comparati*. *Parare* eſt comparare, emere. Seneca IV. Benefic. *c.* XII. *Nemo Tuſculanum aut Tiburtinum paraturus, ſalubritatis cauſſa & aeſtivi ſeceſſus, quoto anno emturus ſit, diſputat*. ubi alia Gronovius, ſed quae fere etiam Buchnerus 1. de Comm. rat. dic. *c.* 1. §. 2. adduxit. quem omnino conſulas docentem plenum eſſe *aere*, *pecunia parare*, quod hic Salluſtius expreſſit. ita infra *c.* XXXV. n. 4. pretio, *ſicuti multa confecerat*, *inſidiatores Maſſivae* paret. Caeſar IV. Gall. *c.* II. *quaeque impenſo* parat pretio. Horatius II. Sat. III. *v.* 128. *populum ſi caedere ſaxis Incipias, ſervosve, tuo quos* aere pararis. Ceterum recte addidit *aere parati*, cum ita & antea jam in ſervitute fuiſſe apud eos, qui vendiderunt, innuat, & mox n. 12. adeo exaggeret mores dominorum plebis Romanae, non muneribus ſed caede & quaeſtionibus graſſantium in plebem.

INJUSTA IMPERIA DOMINORUM. Fabriciani & duo Guelferbytani: *imperia injuſta*, quod eſt convenientius. ita juvamus ſupra *c.* XX. n. 1. Vinar. 1. *non patiuntur*.

VOS, QUIRITES, IMPERIO NATI. Sic Rivius atque Gruterus. Guelf. 1. 2. 3. 9. 11. Fabric. 1. Baſil. 1. Academ. Senatorii, Heuſſian. Incerti, Vinarienſes, Uratiſl. 1. & 2. *in imperio nati*. Ceteri Rivianam & editam lectionem confirmant. Neque utriuſque ſententia eſt ſatis commoda, quod cenſuit Manutius. nam ſi conferas *c.* XIV. n. 11. intelliges, quando Salluſtius *in imperio* dicere conſueverit, quae dictio hic omnem ſenſum corrumpet. At *imperio natus* dicitur, qui naſcitur *ad imperandum*, non ad ſerviendum. Vim illam tertii caſus paſſim illuſtravimus. vide ad Cat. *c.* III. n. 1. & ad Fragmenta, ubi *vino invitare* contra vulgares expoſitiones vindicamus, & ſupra *c.* XVII. n. 5. Sic Cicero de clar. Orat. Foro *&* multitudini *nata eſt eloquentia*. Seneca Excerpt. Controv. III. Praefat. p. 427. *Diligentiſſime tibi me excuſarem tamquam* huic rei *non eſſem* natus. Luc. Senec. Epiſt. LXXVI. *id in quoque optimum eſt*, cui naſcitur, *quo cenſetur*. Livium non dicam, quem hanc locutionem inprimis dilexiſſe, oſtendit Gronovius IV. Obſervat. *c.* XVII. Igitur ad alios. Ovid. II. Am. eleg. III. *v.* 7. *Non tu* natus equo, *non fortibus utilis armis*. Exponit Florus 1. *c.* XIII. *gens* nata ad interitum *hominum:* quomodo Noſter in Hiſtor. *nati* ad *ea ſubvertunda*. Dictys II. *c.* XXII. *qui innoxii & culpae ejus vacui*, nati *paucorum* libidini, *paullo poſt alieni ſceleris poenas ſubire cogemini*. Lamprid. Commodo *c.* II. *ut* probris natum *magis, quam* ei loco *eum crederes, ad quem fortuna provexit*. Treb. Pollio Gallien. *c.* XVI. Natus abdomini *ac* voluptatibus. Compares & illa: *Rex tuus venit* tibi. item *Puer natus eſt* nobis, de quo vide Serm. III. de Nativ. Dom. Guarrici Abb. Igniac. qui & de Reſurr. Serm. II. *Quis enim ambigat lucroſum eſſe commercium*, mori mundo, *ut poſſis dicere*, *mihi vivere* Chri*ſtus eſt & mori lucrum*. Alia enim etiam in Diſſertt. noſtris collegimus.

AEQUO ANIMO SERVITUTEM TOLER. Eccard. *tolerabitis. aequanimiter*, patienter ferre dicunt, quod eſt *aequo animo*. Cic. in Vatin. *c.* XVI. *qui omnia in pecunia poſuiſſet*, *honore* animo aequo *carere debere*. Apulej. Apolog. p. 295. *Quis* aequo animo *pateretur, ſi me per hoc veneficii arceſſeres*, cet.

12. AT QUI SUNT HI, QUI. Guelf. 10. *At hii, qui ſunt hii, qui* cet. Forſan: *At qui ſunt, qui remp. occupavere*.

CRUENT. MAN. IMMANI AVAR. Omittuntur haec omnia in Academico, in aliis varie transponuntur: nec aliunde provenit iſta hallucinatio, niſi quod oratio non ſatis aequalis viſa eſt, de quo uberius ad Cat. *c.* XVIII. n. 4.

IDEMQUE SUPERBISSUMI. Sic Gruterus ex omnibus MSS. & edd. antiquis, quas ipſe vidit.

 Sic

Digitized by Google

nocentiſſumi, idemque ſuperbiſſumi; quis fides, decus, pietas, poſtremo
13 *boneſta atque inboneſta omnia quaeſtui ſunt. Pars eorum occidiſſe tri-*
bunos plebis; alii quaeſtiones injuſtas; plerique caedem in vos feciſſe,
14 *pro munimento babent. Ita quam quiſque peſſume fecit, tam maxume*
tutus eſt. metum a ſcelere ſuo ad ignaviam veſtram tranſtulere: quos
omnis

Sic & apud nos Fabriciani, Incert. 1. Rem. 1. Acad. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 3. Guelf. 1. 3. 4. 9. & Eccard. non *iidemque*. Nos jam ſupra *isdem*, *is* pro *iis* & ſimilia cum optimis membranis exprimi curavimus. vide ſupra *c.* XIV. n. 10. *c.* XVII. n. 2. & ad Cat. *c.* XXXIX. n. 6. Guelf. 2. Vinarienſes, Senat. 1. Baſil. 1. Incert. 2. Franc. Uratisl. 2. *& idem ſuperbiſſumi.* Struv. *& idemque.* Unus Uratisl. 1. *& iidem;* Eccard. *idem*, ſine copula. *c.* XIV. n. 11. *fratre meo*, atque eodem *propinquo ſuo interfecto*.

Postremo hon. a. inhon. omnia. Fabriciani: *boneſta omnia atque inboneſta*. Franc. *omnia bon. a. inboneſta.* illud elegantius, quod & revocandum duco.

13. Occidisse tribunos plebis. *Occidiſſe* Verbum ponitur pro Nomine quarti Caſus, ut pro alio Caſu mox n. 14. *quos omnis eadem* cupere, *eadem* odiſſe, *eadem* metuere *in unum coegit*. Plautus Curcul. A. 1. Sc. 1. *v.* 28. *Ita* tuum *conferto ſemper* amare, *ſi ſapis*, *Ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro*. Apulej. Ἀνεχομένῳ: *Nobis cupido* velle *dat*, poſſe *abnegat*. Cic. XIII. ad Att. epiſt. XXVIII. *cum* vivere *ipſum turpe ſit nobis*. Lucanus 1. *Semper nocuit* differre *paratis*. Terent. Andr. A. III. Sc. II. *v.* 4. *Dato* bibere *ſummo*. cum obſervatione Donati. Auſonius Idyll. XXX. *Invidi numquam*, cupere *atque* ambire *refugi*. Jurare *aut* falſum dicere *par babui*. Sic *arcere vincere*, pro *a victoria*. vide Gronov. ad Senec. Hippolyt. *v.* 805. Jam Noſter tale Verbum, & ipſum Nomen conjungit ad eamdem conſtructionem, ut Horatius IV. Od. 1. *v.* 29. *Me nec* femina, *nec* puer, *Jam nec* ſpes *animi credula mutui*, *Nec* certare *juvat* mero. Rutilius 1. Itiner. princ. *Velocem potius* reditum *mirabere lector*, *Quam cito Romuleis* poſſe carere *bonis*. Haimo Homil. in Pentecoſt. *Omnem* gloriam, *&* poſſe *ſuum totum ad laudem dei patris referebat*. Celſus 1. *c.* III. *Implet autem corpus frequentior* cibus, *& quam pleniſſime* digerere. Vide & excursum II. n. 4. in Jug. *c.* XIV. n. 7.

Plerique caedem in vos fecisse. Uratisl. 3. *pleris caedem.* forte pro *pleri*, quod eſt *plures*. Guelf. 10. *contra vivos feciſſe.* male. Catil. *c.* XI. n. 4. *foeda crudeliaque* in civibus *facinora facere*. ibi alii *in cives*.

Pro munimento habent. Pro tutela dominationis ſuae. Fabric. 2. & Franc. *monimento;* Eccard. & Incert. 2. *monumento*. non male. alterum tamen reliqui muniunt. Sic ſupra *cap.* XXVIII. n. 4. *quorum auctoritate quae deliquiſſet*, munita *fore ſperabat*. ubi vide. infra *c.* XXXIII. n. 2. *cujus impudentia contra jus & injurias omnis* munitus *foret*.

14. Quam quisque pessume fecit, tam maxume. Nihil in hac dictione corrumpendum; etſi varie tentent libri. *tam maxume* non fuit in Franc. & *maxume* ſolum delet Uratisl. 3. quod in Struv. alio loco ponitur. Uratisl. 2. & 3. Vinar. 2. & Guelf. 11. *quantum*, ex interpretatione τοῦ *quam*. vide ad n. 2. Lucretius 1. *v.* 538. *Et* quam *quaeque* magis *cohibet res intus inane*, Tam magis *bis rebus penitus tentata labaſcit*. Giſanius *quo magis*. Varro de R. R. quam *pauciſſimos reliqueris*, tam *optimi in alendo fiunt*. Terent. Heaut. A. V. Sc. II. *Adoleſcens* quam *minima in ſpe ſitus erit*, Tam *facillime patris pacem in leges conficiet ſuas*. Gellius XIX. *c.* III. *qui maledicit & vituperat*, quanto *id acerbius facit*, tam maxime *ille pro iniquo & inimico ducitur*. ita & Graeci, ut Ariſtoteles II. Nicom. *c.* III. n. 21. alii per *quanto*, uti Aelredus II. Spec. Charit. *c.* XX. quanto *quisque negligentior fuerit vel mente infirmior*, tanto *in dei amore probabitur perfectior*. Pluribus tamen *ut* placuit. Cic. II. de Orat. ut *quiſque* optime *Graece ſciret*, ita *eſſe* nequiſſimum. Caeſar 1. Civ. *c.* II. ut *quiſque* acerbiſſime *crudeliſſimeque dixit*, ita maxime *ab inimicis Caeſaris collaudatur*. Seneca de Conſt. Sap. *c.* XI. ut *quiſque contemtiſſimus & ludibrio eſt*, ita *ſolutiſſimae linguae eſt*. Sic etiam Dictys VI. *c.* VII. Sententiam in Hiſtor. Fragm. ita expreſſit. *injuria gravitate tutior eſt*.

Ad ignaviam vestram transtulere. Fabriciani: *ad ignaviam tranſtulere veſtram;* Struvian. *lentum*, pro *metum*. non placet. *Sceleribus* alioquin metus conjunctus eſt; ſed illi homines deſinunt timere, poſtquam ſcelera ſceleribus addendo, quae vos per *ignaviam* non vindicatis, vobis *formidoloſi* facti ſunt. ſupra *c.* 1. n. 4. *ſuam quiſque* culpam *auctores ad negotia* transferunt. ubi vide.

Eadem cupere — eadem metuere in u. c.
Omi-

omnis eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in unum coegit. ſed 15
haec inter bonos amicitia eſt, inter malos factio. Quod ſi tam libertatis 16
curam haberetis, quam illi ad dominationem accenſi ſunt; profecto neque XXXV.
res publica, ſicuti nunc, vaſtaretur; & beneficia veſtra penes optumos,
non audaciſſumos, forent. Majores veſtri, parandi juris & majeſtatis 17
conſtituendae gratia, bis, per ſeceſſionem, armati Aventinum occupavere:
vos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, non ſumma ope nitemini? atque eo vehementius, quod majus dedecus eſt, parta amittere, quam omni-

Omiſit Academ. *in unum coegit*. Claudianus II. Ruffin. *v.* 317. *Talibus adclamant dictis infame nocentum Concilium, qui perpetuis crevere rapinis, Et quos* una *facis Rufino* cauſſa *ſodales*: Illicitum duxiſſe *nihil*. delicta *fuere* Nexus *amicitiae*.

15. SED HAEC INTER BONOS CET. Incert. 2. *Sed hoc*; Eccard. *Sed haec res*. Nota ſunt, *hoc opus*, hic labor *eſt*, alia plura, de quibus nos ad Cat. *c.* VII. n. 6. Vinar. I. a prima manu: *inter hos factio eſt*. Tertullianus Apologet. *cap.* XXXIX. *Cum boni coeunt, cum pii & caſti congregantur, non eſt* factio *dicenda, ſed* curia. Fabric. 2. *eſt* alio loco habet, nempe: *amicitia eſt, inter malos factio* eo, aut nullo loco, collocari debet.

16. QUOD SI TAM VOS LIBERTATIS. Guelf. 7. Fabriciani, Senat. 2. & Heuſſ. *quod ſi vos* tantam *libertatis curam* cet. ſcilicet propter Nomen *curam*. Sed Latini aut *curam habere*, pro Verbo habent: aut Verbo *Habere* particulam aptant, ſicuti Noſter Cat. *c.* VII. n. 4. magis *lubidinem habebant*. ibi vide, & Eod. ad *c.* LVIII. n. 9. ſupra etiam hoc *cap.* n. 2. *vos* non eſt in Guelf. I. & 4. neque in Struviano & Remenſi I. in aliis ſedem mutat. vide ad n. 3.

AD DOMINATIONEM. Guelf. 3. *ad damnationem*; Acad. *ad damnationem veſtram*; Senat. 2. & Heuſſ. *ad dominationem veſtri*.

SICUTI NUNC, VASTARETUR. Priora *ſicuti nunc*, abſunt ab Remenſi I. nec multum deſiderantur. Omittit ipſe Criſpus III. Hiſt. in Orat. Macri.

BENEFICIA VESTRA PENES OPTUMOS. *Beneficia* populi Conſulatus, Sacerdotia, Praetura aliique honores in rep. frequenter vocantur; quia ſuffragiis populi mandati. vide infra *c.* LXXXV. n. 3. & 8. Dilexit Criſpus *penes*, *apud*. Cat. *c.* XX. n. 8. *Itaque omnis gratia, potentia* ---- apud *illos ſunt, aut* ubi *illi volunt*. I. Hiſt. Or. Lepidi n. 13. *Leges, judicia, aerarium* penes *unum; denique necis civium & vitae licentia*. adde ſupra n. 9. infra *c.* XLI. n. 7.

17. MAJORES VESTRI. Guelf. 9. 10. Fabriciani & quidam alii, *Majores noſtri*, qua confuſione nihil magis obvium. vide Cat. *c.* XXXIII. num. 2.

MAJESTATIS CONSTITUENDAE GRATIA. Guelf. 3. *confirmandae*, ab interprete. Vellejus Pat. II. *c.* CIII. n. 3. *ut & tribuniciae poteſtatis conſortionem Neroni* conſtitueret. ibi vide Cl. Burmannum. Cicero pro Caecina *c.* XIV. *videte, quod* jus *nobis, quam* conditionem *vobiſmet ipſi, quam denique civitati* legem conſtituere *velitis*. Juſtinus XLI. *c.* V. *quaeſito ſimul* conſtitutoque *regno*.

BIS, PER SECESSIONEM. De his plebis ſeceſſionibus dixi ad Cat. *c.* XXXIII. n. 3. Sed num plebs *bis* Aventinum occupaverit, jam olim fuit dubium. vide Livium II. *c.* XXXII. Eccard. *per ceſſionem*.

ARMATI AVENTINUM OCCUPAVERE. *Aventinum montem* ſcribunt Fabriciani, Vinar. 2. Acad. Remenſ. 2. Struv. Franc. Incert. 2. Eccard. Guelf. 7. 9. 10. 11. ut Florus I. *c.* I. n. 6. *Remus* montem Aventinum, *hic Palatinum occupat*. ubi Freinshemius de origine nominis, quod perperam Baſil. I. & Academ. *Adventinum* ſcripſere. idem ille I. *c.* XXIV. *ab Aventino monte*. *c.* XXV. in *monte Janiculo*. Seneca de Brevit. Vit. *cap.* XIV. Aventinum montem *extra pomoeria eſſe*. Saepe tamen Livius *Aventinum* nude, & Neutro etiam Genere. vide Sigonium ad I. *c.* XXXIII.

NONNE SUMMA OPE NITEMINI? Fabriciani, *non ſumma o. nitemini*. recte *non* pro *nonne*, atque illud *ne* etiam alibi non exprimitur. vide ſupra *c.* XIV. n. 9. Seneca Epiſt. LVIII. p. 205. Vis *tu non timere, ne ſemel fiat, quod quotidie fit?* ubi plura Gronovius & poſt eum Cl. Bentlejus ad Horat. II. Sat. VI. *v.* 92. Terentius Andr. A. V. Sc. II. *v.* II. *Eho*, non *tute dixti eſſe inter eos inimicitias?* Uratisl. 2. *niteremini*; I. Eccard. Guelf. I. 11. 12. *nitimini*.

QUO MAJUS. Academ. & Franc. *quoniam*; Placuit itaque illis, quod in Senat. I. Struv. Incert. 2. Remenſi I. Guelf. 9. legitur: *quod majus dedecus eſt*. nec id perperam. nam ceteris eo

---- *quo*

81 *omnino non paraviſſe. Dicet aliquis. Quid igitur cenſes? vindicandum in eos, qui hoſti prodidere rempublicam: non manu, neque vi; quod*

---*quo* eadem extremitate impoſuit. ita peccant ſupra *c.* XXII. n. 3. Si vero *eo* per *ob id* interpreteris, uti certe accipit Noſter Cat. *c.* XX. n. 3. quia *multis & magnis tempeſtatibus vos cognovi fortes fidoſque mihi*, eo *animus auſus eſt.* & Eod. *c.* XXII. n. 2. *atque* eo *dictitare feciſſe:* tam *quod*, quam *quo* locum ſuum tueri poterit. hoc eo magis accommodatum ingenio ſcribarum. Rem. 1. *quod magis.*

PARTA AMITTERE, QUAM OMNINO NON PAR. *Parata*, pro *parta*, legitur in Guelf. 3. 9. Vinar. 1. & Fabric. 2. a prima manu. non alia de cauſſa, quam quod ſequitur *paraviſſe*. Alterum Catil. *c.* LI. n. 42. *qui ea bene* parta *vix retinemus.* ſupra *c.* X. n. 4. *quos neque auro* parare *queas, officio & fide* pariuntur. ubi vide. Cat. *cap.* II. n. 4. *quibus artibus initio* partum *eſt*. Contra *parata* defendimus infra 1. Hiſt. Orat. Lepidi n. 17. Porro Vinar. 1. Fabric. 2. Senat. 1. & Guelf. 1. *omittere;* Vinar. 2. & Eccard. *paruiſſe*, quod & vitio typorum viſitur in ed. Gruteri, pro *paraviſſe*. Sententia ipſa Graecis Latinisque Scriptoribus eſt tractata. Claudian. II. Stilic. *v.* 325. *inſtituit ſublimem Brutus honorem: Adſeruit Stilico.* plus eſt ſervaſſe *repertum, Quam quaeſiſſe novum.* ibi vide Barthium. adde Noſtr. Catil. *c.* LI. n. 42. Gumulat talia Gruterus Diſcurſ. XVII. in Tacitum. Freinshem. ad Flor. II. *c.* XVII. n. 8. quem & lege ad IV. *c.* XII. n. 21. item Gebhard. ad Corn. Nep. Reges *c.* II. n. 3. Bernegger. ad Juſtin. XXV. *c.* IV. n. 3. Curt. IV. *c.* XIV. n. 25. *Ite alacres & ſpe pleni, ut quam gloriam* accepiſtis a majoribus *veſtris, poſteris relinquatis.* Pro *omnino non*, Uratisl. 1. *omnino nihil paraviſſe.* Illud eſt *plane non*, ut III. Hiſt. Orat. Macri n. 3. *ſtatui, certaminis adverſa pro libertate, potiora eſſe viro forti, quam* omnino non *certaſſe.* Curt. IV. *c.* X. n. 24. Semel omnino *eam viderat.* Cicero: *vix, aut* omnino non *poſſe fieri.*

18. DICET ALIQUIS. QUID IGITUR CENSES? Sic recte interpungit Rivius, & habet adſtipulantes ſeptem ex noſtris MSS. Reliqui omnes: *Quid igitur? Cenſes vindicandum* cet. Sed cum Fabric. 1. habeat, *Dicit aliquis;* Remenſ. 1. Incert. 2. Guelf. 9. *Diceret aliquis;* in Guelf. 12. vero hae voces jam olim eraſae ſint; confirmor in ea ſententia, quod Salluſtius ſine tali additamento reliquerit ſolummodo: *Quid igitur cenſes?* Sic Catil. *c.* LI. n. 43. Placet igitur eos *dimitti & augeri exercitum Catilinae?* ubi vide. Novi, quod etiam III. Hiſtor. Orat. Macri numer. 14. illa formula addatur: Novi Demoſthenem Exord. XXXIX. Τί ἂν ΑΝ ΤΙΣ ΕΙΠΟΙ, *οὐ* [illegible]; Olynthiaca 1. pagin. 3. ſimiliter, & alibi paſſim locutum eſſe. Verum ut Demoſtheni ac Ciceroni hoc concedendum eſſet; ita dubito, an ſit in Salluſtio ferendum. & jam dudum ille ex Macri Oratione locus viris doctis ſuſpectus fuit. Cicero VIII. ad Attic. epiſtol. XIV. Toties ne igitur *ſententiam mutas? ego tecum, tamquam mecum loquor.*

VINDICANDUM IN EOS, QUI. Non morabor MSS. vitia, *Cenſeo, utique cenſeo, Reſpondemus non*, aut alia. Habent tamen praeterea *indicandum, judicandum*, Guelf. 3. *vindicandum in eis.* ut apud Florum II. *c.* VI. n. 55. *imitari coepit Annibalem, & Italiae ſuae clades* in Africa vindicare, ubi tamen ſcripti & edd. vett. *in Africam.* atque ſic aliquoties Apulejus *vindicare in quem facinus.* vide Pricaeum ad III. Miles. pag. 140. 141. S. Caeſarius Homil. XIV. quae inſcribitur: *Expoſitio quare ſancti & juſti viri in hoc ſaeculo* in peccatoribus *vindicaverunt.* in ea, inquam, dixit: *quia niſi ille zelo Dei commotus* in paucos vindicaſſet, *cunctos Dei juſtitia perdidiſſet.* Noſter mox n. 25. *quae niſi quaeſita erunt, niſi* vindicatum in noxios, *quid erit* cet. & Cat. *c.* IX. n. 4. *ſaepius* vindicatum *eſt* in eos, *qui contra imperium in hoſtem pugnaverant.*

QUI HOSTI PRODIDERE REMP. Guelf. 4. *qui hoſtis; 9. qui hoſtibus reip. prod.* errore ex nota R. P. orto. Fabric. 2. & Incert. 1. *qui hoſtibus p. r.* Jugurtham innuit, de eoque infra n. 21. hoſti *acerrumo* prodita *ſenatus auctoritas. Prodere*, eſt rem deſerere, aut tradere male tractandam, ſive in cauſſa eſſe, ut is, cui proditur, aliqua re abutatur, quam ipſe tueri debeas. Caeſar 1. Civ. *c.* XXX. *queritur in concione, ſeſe projectum ac* proditum *a Cn. Pompejo.* Silius XVI. *v.* 620. *Tu feſſos obvius hoſtes Deſeris, ac ſeptem denudas* proditor *arces.* ubi vide Interpretes. Cicero 1. ad Q. Fratr. epiſt. III. *Amici partim deſeruerunt me, partim etiam* prodiderunt. Or. poſt Red. in Sen. *c.* XIII. *ut me & remp. non modo deſererent, ſed etiam hoſtibus reip.* proderent. Livius II. *c.* LVII. remp. prodi *per motum, ac deſeri.* XXVI. *c.* XXXVI. *Publica* prodendo, *tua nequidquam ſerves.* Sueton. Tiberio *c.* LIV. *variuque fraude inductos, ut & concitarentur ad convicia, & concitati* proderentur, *accuſavit per litteras.* ſic MS. vetuſtiſſimus. vulgo *perderentur.* Senec. Epiſt. CXIV. pag. 565. *Quomodo in vino non ante lingua titubat,*

Digitized by Google

quod magis feciſſe, quam illis accidiſſe indignum; verum quaeſtionibus
& indicio ipſius Jugurthae. qui ſi dediticius eſt, profecto juſſis veſtris obe- 19
diens erit: ſin ea contemnit; ſcilicet exiſtumabitis, qualis illa pax, aut
deditio, ex qua ad Jugurtham ſcelerum impunitas, ad paucos potentis
maxumae divitiae, in rempublicam damna atque dedecora pervenerint. Niſi

tabat, *quam mens ceſſit oneri*, *& inclinata*, *vel* prodita *eſt*. elegantiſſime *inclinata* vel *prodita*, & fruſtra Lipſius contra MSS. *perdita*. Vinar. I. *prodidere patriam*.

NON MANU, NEQUE VI. Eccard. *in manu*, *neque vi*; Guelf. II. *non m. aut vi*. Fabric. 2. *non manu*, *neque vi opus eſt*. perperam. intelligis *vindicandum cenſeo*. *Manu* ac *vi* & Cicero, & alii conjungunt. hoc violentam actionem, illud & hanc praeſentem, & propriam auctoritatem indicat. Nazarius Paneg. *cap.* XXI. *cum introitus* vi, manu *quaereretur*. adde ſupra *cap.* XX. n. 4. Pomponius de Or. Jur. *omniaque* manu *a regibus gubernabantur*.

Q. M. VOS FECISSE, Q. I. A. INDIGNUM EST. *Vos* ejectum eſt ab Remenſi I. cum ei hic non magis, quam ſupra num. 16. locus debeatur: tanto minus, quod Salluſtius potius *vobis* ſcripſiſſet. Haud paullo melius Heuſſian. Senat. 2. Guelf. 4. & 10. *eſt* inducere jubent. & ſic ſupra *cap.* X. n. 2. *difficillimum*. Senſum illuſtrat. Caeſar Cat. *cap.* LI. n. 6. 7. *magis quid* ſe dignum *foret*, *quam quid in illis* jure fieri poſſet, *quaerebant*. *Hoc idem providendum eſt*, *P. C. ne plus valeat*, & quae ſequuntur. adde ibid. n. 26. & Sulpic. Sev. II. Hiſt. *cap.* LI. Vellejus II. *cap.* XX. n. 3. *Haec injuria homine*, *quam exemplo* dignior *fuit*. Vide exemplum Memmii, dignitati ſervientis, infra *cap.* XXXIII. n. 3. & Scipionis apud Polybium XV. *cap.* IV.

INDICIO IPSIUS JUGURTHAE. Guelf. I. *Jugurthae ipſius*: at II. & 12. omittunt Pronomen. Cat. *cap.* XLVIII. n. 9. Ipſum Craſſum *ego poſtea praedicantem audivi*.

19. QUI SI DEDITICIUS EST. Sic Fabric. Senat. Baſil. Vinar. Guelf. primi & Guelf. 2. Ceteri *deditus*; Fabric. 2. & Eccard. *dedicius*. in Fabriciano I. olim *deditivus* fuiſſe videtur, de quo monuit Rivius. *dediticius* eſt apud Caeſarem, Livium, Ciceronem, Sueton. Aug. *cap.* XV. Tiber. *cap.* IX. Fabr. I. *eſſet*, pro *eſt*: quod tamen rectius exauditur.

JUSSIS VESTRIS OBEDIENS ERIT. Acad. *obediens eſt*. eleganter. ut Cat. *cap.* LI. num. 25. Guelf. 12. Baſil. I. & Fabr. I. *juſſis noſtris*. Ceterum Participiis Activis ſaepe adjungi Verbum Subſtantivum, ut *dicens eſt*, *habens es*, ſimilia, docuit Sanctius III. Minerv. *cap.* X. ubi Perizonius & hoc Noſtri *obediens erit* adjecit.

SCILICET AESTUMABITIS. Struv. *profecto*, *ſcilicet exiſtimabitis*, de Gloſſa, quae interpretata eſt *ſcilicet*, quod hic habet vim adfirmandi, aut pro *certo*, *liquido* ponitur. Cic. XV. epiſt. XV. num. 3. *Ego autem ex interitu ejus nullam ſpem* ſcilicet *mihi proponebam*, *ex reliquiis magnam*. adde notam Cellarii ad IX. ep. VI. n. 2. Francian. omittit *ſcilicet*; mallem *exiſtimabitis*, & ſenſus erit: *ſcire licet*, *qualis illa deditio* cet. vide ſupra *cap.* IV. n. 6. Si Verbum retineas, non aliud eſſe debet, quam *exiſtimabitis*, quod omnes noſtri MSS. & edd. vetuſtiſſimae confirmant. & lapſus eſt Rivius, quando ſenſum *aeſtimabitis* poſtulare dixit. Numquam ea mens fuit Memmio, ut tum demum populus R. inciperet *aeſtumare*, h. e. judicare & perpendere; ſed ut liquido cognoſcerent, intelligerent; quod eſt apud Noſtrum *exiſtumare*. ſupra *cap.* IV. num. 4. *Qui ſi reputaverint* —— *profecto* exiſtumabunt, *magis me merito*, *quam ignavia judicium animi mutaviſſe*. III. Hiſt. Or. Macri princ. *Si* parum exiſtumaretis, *quid inter jus a majoribus relictum vobis*, *& hoc a Sulla paratum ſervitium intereſſet*. itaque in priſtinas ſedes reſtitui.

Q. ILLA PAX AUT DEDITIO SIT. *Illa* abeſt ab Remenſi I. & Franc. pro quo Eccard. *ipſa pax*. Fabriciani: *qualis illa pax* fuit, *aut deditio*; Guelf. II. *illa pax fuerit*, *a. d.* Franc. *illa p. a. d. foret*. Bene ergo τὸ *ſit* me expunxiſſe arbitror. vide ad Jug. extr. mox *potentes* eſt ſupervacuum.

IN REMP. DAMNA. Sic Gruterus. & firmant Fabric. I. Guelf. 2. & Incert. I. eodem ducunt Eccard. Vinar. I. & Remenſ. 2. *at in remp.* Reliqui, *ad remp.* quia eadem Praepoſitio ſuperius eſt poſita, in quo tamen Auctor ſibi indulget. vide Cat. *cap.* XXXI. num. 6. *cap.* LI. num. 43. Celſus Praefat. *Verumtamen* apud *Graecos aliquanto magis*, *quam* in *ceteris nationibus eſt exculta*. Niſi magis placet ſcriptura Academici: *reip. damna a. d. pervenerint*. *reip.* inquam, ut ſupra *cap.* IV. num. 4. *majuſque commodum ex otio meo*, *quam ex aliorum negotiis* reip. venturum. ubi vide.

DAMNA ATQUE DEDECORA. Fabric. I. *damna*, *dedecora*, ſine copula. ut ſupra *cap.* XVIII. n. I. *cap.* XXX. n. 3. alibi.

20 *Niſi forte nondum etiam vos dominationis eorum ſatietas tenet; & illa, quam haec tempora, magis placent, cum regna, provinciae, leges, jura, judicia, bella atque paces, poſtremo divina & humana omnia penes paucos erant: vos autem, hoc eſt, populus Romanus, invicti ab hoſtibus, imperatores omnium gentium, ſatis habebatis animam retinere.*
21 *nam ſervitutem quidem quis veſtram recuſare audebat? Atque ego tamen etſi*

20. NISI FORTE. De peculiari hoc loquendi modo dixi ad *cap.* III. extr.

DOMINATIONIS EORUM SATIETAS TENET. Incert. 2. neglexit *eorum*, ſcripſit tamen *conſatietas*. Ciacconius videre jubet, an ſcripſerit Criſpus *ſatias tenet*, quomodo ſcripſit II. Hiſtor. ubi vide. Vellem Codd. aeſtum noſtrum explicarent, qui omnes in *ſatietas* conſentiunt. Guelf. 3. *damnationis*, quia olim ſcribebant *dominus*, *damnatio*. Uratisl. 3. *teneat*, propter *niſi*. ſed fruſtra, quod exempla alibi data oſtendunt.

ET ILLA, QUAM HAEC TEMPORA, MAGIS PL. Fabric. 1. *& ſi illa*: forte ab interprete, qui *niſi* repetendum eſſe, adnotaverat. *illa* tempora intelligit, cum dominabantur in plebem pauci potentes, *haec* δεικτικῶς, quibus vindicare poſſumus in obnoxios proditores reip. vide ſupra ad Cat. *cap.* IV. n. 7. adnotata. Senat. 2. & Heuſſ. *placent magis*. non male. Cat. *cap.* XXII. n. 2. *quo inter ſe* fidi magis *forent*. ibi vide.

BELLA ATQUE PACES. Guelf. 2. & Incert. 1. *atque bella*, *paces*: ita, ut ex ſpatio inter verſus eam particulam *atque* recepiſſe videri poſſent. ut infra *c.* LI. n. 1. *arma*, *equi*, *viri*, hoſtes, cives *permixti*. ubi alii: *hoſtes atque cives*. adi locum. *Paces* plurium numero dici, jam Nonius obſervavit. vide Interp. ad Plaut. Perſa A. V. Sc. I. *v.* 1. *pacibus perfectis*. Senſum commode expreſſit Aeſchines contra Cteſiphont. p. 308.

PENES PAUCOS ERANT. Acad. punctis confodit Verbum *erat*, nec intercedo: qui id ex Salluſtio didici, & abeſse poſſe, ut *cap.* XXIV. n. 10. &, ſi ſenſus requireret, ex proximo *habebatis* adſumi poſſe *habebantur*. Vinar. 2. *pene paucos*.

VOS AUTEM, HOC EST, POP. R. Recte Gruterus tuetur hanc lectionem ex libris ſuis, quibuſcum & noſtri faciunt, praeter Eccard. ubi deeſt, *hoc eſt*; & Guelf. 12. ubi *hoc eſt pop. R.* ut multa paſſim, ab mala manu eraſa ſunt. Emphaſin egregiam vocat Gruterus: nec eſſe nudam & ſupervacuam interpretationem, ſed praecedenti Nomini, aut Pronomini, quae facile praetervolant, pondus addere, adnotavi & exemplis firmavi ad Cic. II. ep. XVII. n. 6. *De praeda mea, praeter* quaeſtores *urbanos*, id eſt, populum R. *teruncium nec attigit*, *nec tacturus eſt quiſquam*. Dinarchus contra Demoſth. p. 104. Καὶ ΥΜΕΙΣ μὲν, Ο ΔΗΜΟΣ ΑΠΑΣ, κινδυνεύει. adde Cic. XIII. ep. XXII. n. 4. Id. 1. Agrar. *cap.* I. *Proſcribit in ſua lege* vectigalia, *quae decemviri vendant*, hoc eſt, *proſcribit actionem* publicorum bonorum. Curt. IX. *c.* VI. n. 15. *Jamque confuſis vocibus eum orabant*, *ut tandem exſatiatae laudi modum faceret*, *ac ſaluti* ſuae, id eſt, publicae *parceret*. Locus Quinctiliani eſt XII. Inſt. *c.* 1048. *civilibus bellis —— neque ſpe*, *neque metu declinatus animus*, *quo minus* optimis *ſe* partibus, id eſt, reipublicae, *jungeret*. junge Gronov. ad Liv. Epitom. LXXXVII. Franc. *hoc eſt*, *reſp.*

INVICTI AB HOST. IMPERAT. OMN. GENTIUM. Poſtrema vox deficit Incert. 2. Florus II. *c.* XIV. n. 4. *populus R.* invictus a *veris* regibus, *ab illo imaginario & ſcenico rege ſuperatur*. ita Roma *domina gentium*, *Regina*, *terrarum dea*, *Romani rerum domini*, & quae ſunt aliae laudes apud Virgil. 1. Aen. *v.* 286. Martial. XII. epigr. VIII. Xiphilinum in Severo p. 321. Rutilium 1. Itinerar. vide Spanhem. de praeſt. & uſu Num. Diſſert. VII. Cl. Puteanum ad Mamert. Paneg. *cap.* I. alios.

SATIS HABEBATIS. Infra Or. Macri: *abunde libertatem rati*, *quia tergis abſtinetur* cet. Corn. Nepos Epamin. *c.* VIII. *eoque res perduxit*, *ut Thebani Spartam oppugnarent*, *Lacedaemonii* ſatis haberent, *ſi ſalvi eſſe poſſent*. Annib. *c.* X. *a ceteris tantum* ſatis habeant, *ſe defendere*. Cic. V. ep. II. n. 14. ſatis habeas, *nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri*. Curt. IV. *c.* IX. n. 20. *Rex monere*, *ut* ſatis haberent *arma retinere*, *cetera ſe redditurum*. Contra *parum habere*, ſupra n. 9. & alibi *ſatis placere*, Cat. *cap.* II. n. 1.

ANIMAM RETINERE. Verbum *retinere* in litura perſcripſit Fabric. 1. & habuit fortaſſe olim, quod nunc in Fabr. 2. legitur, *animam non interire*.

RECUSARE AUDEBAT. Guelf. 2. pro Verbo *recuſare* aliud habuit ab initio. Fabric. 2. & Uratisl. 3. *audeat*, pro *audebat*. ſupra *quidem* non legitur in Guelf. 11.

21. ATQUE EGO. Guelf. 1. *at ego*; 3. omittit *ego*. vide ad *c.* IV. n. 3.

TAMETSI

Digitized by Google

etſi viro flagitioſiſſumum exiſtumo impune injuriam accepiſſe ; tamen vos hominibus ſceleratiſsumis ignoſcere, quoniam cives ſunt, aequo animo paterer, niſi miſericordia in perniciem caſura eſſet. Nam et illis, quan- 22
tum importunitatis habent, parum eſt, impune male feciſse, niſi dein- XXXVI.
de faciundi licentia eripitur : & vobis aeterna ſollicitudo remanebit, cum intel-

TAMETSI VIRO FLAGITIOSISSUMUM EXIST. *Viro* non habet Vinar. I. nec Senat. 2. Ceteri fere *virum flagitioſiſſimum ;* Uratisl. 3. Guelf. 3. & 9. *virum flagitioſum*. Non male *in virum flagitioſiſſimum*, aut *in viros*, cum eo ducant Codd. Fabric. I. Senat. I. uterque a manu ſecunda, Vinar. 2. & Guelf. I. qui *viros flagitioſiſſimos* praeferunt. *cap.* LXV. n. 2. *quod contumelioſum* in eos *foret*. Sed rectiſsime Rivius *viro* reſtituit, ut Valerius Flaccus : *Sed turpe* viro *timuiſſe futura*. nec moretur quod de omni plebe Rom. loquitur. Seneca VII. Suaſor. pag. 54. *Nullum tamen fuit Camilli opus majus, quam quod* indignum *putavit* viro, *ſalutem pactioni debere. impune injuriam accipere* eo flagitioſum viro exiſtimatur, quod ſemper pro ignavia habitum eſt. vide Herodian. III. *cap.* VI. num. 9. Heuſſian. *virum tam flagitioſiſſ.* Eccard. *impunem injuriam ;* Remenſ. I. *ſuſcepiſſe*, pro *accepiſſe*. Clare Guelf. 4. *tamen etſi ;* & ſic Incert. 2. vide ad Cat. *cap.* XXI. n. I.

NISI MISERICORDIA IN PERNIC. Scripti noſtri : *ni miſericordia*. Sententiam expreſſit etiam Cat. *cap.* LII. n. 27. Quatuor, *miſericordia veſtra*.

22. NAM & ILLIS. Incerti, Remenſ. I. Struv. Uratisl. 2. & 3. Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. *Nam & illi*. ita nempe *illi quantum importunitatis habent* foret conjungendum, ut Cat. *cap.* XI. num. 2. huic *quia bonae artes deſunt, dolis atque fallaciis* contendit. Sed cum *illis* in optimis Codd. exſtet, ſenſumque planiorem adferat, immutare quidquam non debui.

QUANTUM IMPORTUNIT. HABENT. Mireris, obſcuram fuiſſe hanc formulam interpretibus, cum jam noſtra aetate frequentetur : *qua eſt modeſtia ; quae mea liberalitas*, & quae ſunt ſimilia. Dictum itaque pro eo, quod eſſet : *pro ea, qua ſunt importunitate*, ut Plinius I. epiſt. XV. *Audiſſes comoedum, vel lectorem, vel lyriſten, vel*, quae mea liberalitas, *omnes*. Cic. XII. epiſt. XXIX. num. 5. *Nec dubito, quin ſine mea commendatione*, quod tuum eſt judicium de hominibus, *ipſius Lamiae cauſſa ſtudioſe omnia facturus ſis*. Error eſt operarum in ed. Waſſii, quando Perizonium ad Sueton. pag. 223. ſuper hoc genus dicendi citat. Tractat Vir ille doctiſſimus ad Sanctii Minerv. II. *cap.* IX. pag. 233. ed. Franequ. A. 1702. Guelf. 3. *oportunitatis*, quomodo Commelinianus. Fabric. I. a manu ſecunda : *qui tantum imp. habent ;* Guelf. 4. *impunitatis*, ab correctore, qui peſſimum arripuit. *Importunitatem* vocant *impotentiam*, & libidinoſam audaciam. Lepidus Cic. XII. epiſt. XII. num. 5. *Si contra* importuniſſimos *latrones arma cepi*. Idem II. Verr. *iſte, quamquam eſt incredibili* importunitate, *& audacia, tamen ſubito ſolus deſtitutus pertimuit & conturbatus eſt*. vide plura apud Gronov. ad Senec. IV. Beneſ. *cap.* III. Auctor B. Afric. *cap.* LXXXVII. *ſedandae eorum* importunitatis *gratia ſingulis HS*, C. *diviſit*. Adpoſite magis Florus I. *cap.* VIII. n. 7. *Poſtremo Superbi illius* importuna *dominatio non nihil, immo vel plurimum profuit*. ubi Cl. Duckerus oſtendit, ſaepe *importunus* & *importunitas* de tyrannis & impotenti dominatione dici.

PARUM EST IMPUNE MALE FEC. De *parum eſt*, & excipiente *niſi*, vide ſupra ad num. 9. & Front. de Aquaed. Art. LXXXIX. Sed Guelf. 9. omittit *eſt*, cui lubens adſentior. Eccard. Guelf. 3. Franc. & Uratisl. 2. *malum feciſſe*.

NISI D. F. LICENTIA ERIPITUR. Eccard, Guelf. 10. Vinar. I. Fabric. 2. Academ. Incerti, Franc. & Remenſ. I. *eripiatur*. vide n. 20. Cat. *cap.* XX. n. 6. IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. num. 2. quemadmodum *Si* cum Indicandi Modo profert, III. Hiſt. Orat. Macri num. II. Uratisl. 2. & Vinar. 2. *niſi demum faciundi*. quod corruptum eſſe, nemo non intelligit. de *licentia* voce, vide ad Cat. *cap.* XII. n. 4.

AETERNA SOLLICITUDO REMANEBIT. Baſil. I. *alterna ſollicitudo*, quod & Ciacconius in quibuſdam offendit. Hinc multa de *alterno* Waſſius ; & nos quaedam poſſemus, ſi verba perdere vellemus. Lapſus autem ex AE, in AL perquam proclivis. *Aeternum* eſt perpetuum. Manilius IV. Aſtron. *v.* 3. Aeterniſ*que ſenes* curis, *dum quaerimus aevum, Perdimus & nullo votorum fine beati Victuros agimus ſemper, nec vivimus umquam*. Lactant. de Ira D. *cap.* XVIII. *Qui autem commovetur, tamquam intempeſtiva lenitate, vel ſaepius, quam neceſſe eſt, vel etiam ſemper ignoſcit, is ----- ſibi* aeternam *moleſtiarum materiam ſubminiſtrat*. Guelf. 3. & 10. *manebit*, pro *remanebit ;*

intellegetis, aut ſerviundum eſſe, aut per manus libertatem retinendam.
23 *Nam fidei quidem, aut concordiae quae ſpes? Dominari illi volunt; vos liberi eſse: facere illi injurias; vos probibere: poſtremo ſociis veſtris veluti*
24 *hoſtibus; hoſtibus pro ſociis utuntur. Poteſtne in tam divorſis mentibus pax,*
25 *aut amicitia eſse? Quare moneo bortorque, ne tantum ſcelus impunitum omittatis. Non peculatus aerarii factus eſt, neque per vim ſociis ereptae pecu-*

bit; II. Uratiſl. I. & Senat. I. *permanebit*. editum ſignificantius.

CUM INTELLIGETIS. Baſil. I. Guelf. I. & 2. *intellegitis;* Acad. Senat. 2. Uratiſl. 3. Heuſſ. Guelf. 9. & 10. *intelligitis;* Fabric. I. & Senat. I. *intellegetis*, ut quidem ſcripſi: Sed adſentior Grutero, qui duas has voces ſtrangulari voluit. Non enim juvant ſenſum, ſed impediunt, & *ſollicitudo*, *ſerviendum eſſe* cet. cum vi quadam dicitur, quam additamentum, *cum intellegetis*, perdit. Idem Verbum, ex Gloſſa natum, interfecimus Cat. *cap.* XLVI. n. 2. & abſuiſſe ab hoc loco, ex Fabriciano I. conjicio, qui mox *aut ſerviendo eſſe*: nempe corrector jungebat *ſollicitudo ſerviendo*.

AUT PER MANUS LIBERT. RETINENDAM. Remenſ. I. *eripiendam*. Similiter fere I. Hiſt. Lepidus: *Hac tempeſtate ſerviundum, aut imperitandum: habendus metus eſt, aut faciundus, Quirites*. *Per manus* eſt per vim. vide ad n. 18.

23. NAM FIDEI Q. AUT CONC. QUAE SPES EST. Sic & noſtri Codd. niſi quod Uratiſl. 2. *quidem;* Academ. autem Verbum *eſt* omittat. *Fidem* intelligit illam, quam cives civibus praeſtare debent: cum illi contra pauci omnia *per fraudem* agerent. Olim tamen editi *fidei & concordiae*, ut ſit ἓν διὰ δυοῖν, & ad concordiam & amicitiam cum fide colendam reſpiciatur. niſi & in edita hanc ſententiam ſequi volueris. Tacit. II. Hiſt. *cap.* VII. *victores victique numquam* ſolida fide *coaleſcunt*.

SOCIIS VESTRIS, VELUTI HOSTIBUS. Plerique ſcripti *ſociis noſtris*, etiam vetuſtiſſimi noſtri. Plerique etiam ſemel tantum *hoſtibus* ſcripſere, hoc modo: *ſociis noſtris veluti hoſtibus, pro ſociis utuntur*, quod non eſt admirandum. Hinc tamen Eccard. *& veſtris hoſtibus pro ſoc. ut*. & Senat. 2. ac Heuſſian. *pro ſociis hoſtibus utuntur*. *Pro* idem eſt, ac *veluti*. infra *cap.* XCVIII. n. 6. *quia non fugerent*, pro victoribus *agere*. ubi plura. *Utuntur* bene, & expoſui ad Cat. *cap.* XXVI. n. I. *facile ſe ex voluntate* Antonio *uſurum*. Eodem *cap.* XX. n. 16. *vel* imperatore, *vel* milite *me* utimini. Adpoſite Ulpianus in Demoſthen. Olynth. I. p. 15. per verbum *uti* denotari docuit, aliquem ex noſtro arbitratu tractare. Καθ' ὧν γάρ, inquit, ἐξουσίαν ἔχομεν, ὅτι βουλόμεθα πράττειν, κατὰ τούτων τὸ ΧΡΗΣΘΑΙ λέγομεν. Itaque nempe pro *habere*, & pro *tractare* paſſim accipitur. Lamprid. Severo *c.* XVII. *Referebat Encolpius*, quo *ille* familiariſſimo uſus *eſt*. Capitolin. Marco *cap.* II. *uſus eſt magiſtro*, & ſimilia. Idem Pio *cap.* XI. Amicis *ſuis in imperio* non aliter uſus *eſt*, *quam privatus*. & mox: *libertis ſuis* ſeveriſsume *uſus eſt*. quae poſteriora cum nove dici videantur, ex prima tamen τοῦ *habere* notione derivari queunt. Certe inde apud Noſtrum intelligitur. *uti* pro *ſuis* dixit Terent. Andr. Prolog. *v.* 14. Auct. II. de Rep. Ord. *cap.* III. *Lubidine ac licentia ſua* pro legibus *utuntur*.

24. POTESTNE IN TAM DIVERSIS MENTIBUS. *Divorſis*, ſcripſit Guelf. 2. Sed Struvian. *Poteſtne tantis adverſis mentibus*: duplici adſumta interpretatione. Primum *in* omittit, & conſtructionem abſolutam amplectitur, cum illud *in tam div. mentibus* eumdem ſenſum adferat, ſcilicet: *cum tam diverſae mentes ſint*: quod ſupra *cap.* XIV. num. II. *in imperio veſtro;* & Cat. *cap.* LI. n. 15. *in hominibus impiis;* et Eod. *cap.* II. extr. *in magna copia rerum*. ibique collata ſatis ſuperque illuſtrabunt. Deinde *diverſis* praetulit, quia *adverſus* idem denotat. diximus ad Cat. *cap.* V. num. 8. diverſa *inter ſe vitia*. Lucan. III. *v.* 679. *Nulla tamen plures hoc edidit aequore clades, Quam pelago* diverſa *lues*. Livius: *Ut* loca diverſa; *ſic* diſpari *etiam modo oppugnabant*. Ceterum, quod mentibus diverſis nulla amicitia, neque concordia ſperari queat, cognoſcas ex Cat. *cap.* XX. n. 4. Thucydid. III. *cap.* X. Herodian. V. *cap.* X.

25. NE T. SCELUS IMPUNITUM DIMITTATIS. Sic Carrio, Gruterus et omnes edd. recentiores. Sed omnes ſcripti atque olim impreſſi *omittatis*, neque divinare poſſum, quare ejecerint. nam id forte non impulit, quod ſcripſit Catil. *cap.* LI. num. 5. *impunitos dimiſere*, ubi de Rhodiis non punitis loquitur. Tacitus XVI. Ann. *cap.* XXIII. *quia vim civitatis Pergamenae* inultam omiſerat. Curt. III. *cap.* XI. num. 23. *Namque id ſolum* intactum omiſerant *milites*.

PECU-

pecuniae: quae quamquam gravia; tamen conſuetudine jam pro nihilo 26
habentur. Hoſti acerrumo prodita Senati auctoritas, proditum imperium veſtrum: domi militiaeque reſpublica venalis fuit. Quae niſi quaeſita erunt, ni vindicatum in noxios: quid reliquum, niſi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? nam impune quae libet facere, id eſt Regem eſſe. Neque ego, Quirites, hortor, ut malitis civis veſtros perpe- 27
ram, quam recte feciſſe; ſed ne, ignoſcendo malis, bonos perditum eatis.
Ad

PECULATUS AERARII. Eccard. *aerari:* & eam vocem Bongarſii & quoſdam Palatinos Codd. excluſiſſe, ſcribit Gruterus. Noſtri omnes retinent; etſi ſine illa frequenter Cicero *peculatus* voce utatur, quam Gloſſae MSS. reddunt *expilationem* & *direptionem*. Tacitus XIII. Ann. *cap.* XLIII. *direptos ſocios - ac* publicae pecuniae peculatum *detulere*. Florus III. *cap.* XVII. *interceptis vectigalibus, ſuo jure* peculabantur remp.

QUAE QUAMQUAM GRAVIA SUNT. *Sunt* omittit Guelf. 10. quod proxime ſequente Verbo *haberi* apud Noſtrum plerumque intelligitur. vide Cat. *cap.* I. num. 4. & *c.* LI. nu. 17. in aliis eſt *ſint*.

CONSUETUDINE JAM PRO NIHILO HAB. Fabric. 2. *pro conſuetudine nihil habentur*. inde accepit Eccard. Guelf. 10. & 11. *pro conſuetudine jam pro nihilo habentur*. illud *jam* excluſit etiam Incert. 1. Vim conſuetudinis lepide depingit Apulejus in fabula de Pſyche VI. Metam. pag. 76. Cic. III. Offic. *c.* XVII. *Hoc quamquam video propter depravationem conſuetudinis, neque* more *turpe haberi*. adde II. Philipp. *c.* XLII. Caeſar II. Civ. *c.* XXIX. *Nam etiam Caeſaris beneficium mutaverat conſuetudo*. Seneca de Tranqu. *c.* X. *calamitatum mollimentum* conſuetudinem *invenit, cito in familiaritatem* graviſſima *adducens*. addatur Id. I. de Clem. *c.* XXII. Id. V. Benef. *c.* XXI. *Multa legem non habent, nec actionem: ad quae* conſuetudo *vitae humanae dat aditum*. Auctor Queroli Act. I. Sc. II. *Non facile intelligo, perjurium joculare quid putas. Tamen tranſeamus, quod, ut video*, conſuetudo *jam fecit leve*. Plaut. Trin. Act. IV. Sc. III. *verſ.* 26. *Ambitio jam* more *ſancta eſt, libera'ſt a Legibus*, & quae ibi plura.

PRODITA SENATI AUCTORITAS. Abunde de Verbo ſupra ad nu. 18.

RESP. VENALIS FUIT. Tres Codd. *populus R. venalis fuit*, uti Dinarchus c. Demoſth. p. 94. καὶ τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν ὠνίου ὄντος. Sed de omnibus rebus, quae, accepta mercede, produntur, deferuntur, condonantur, bene dicitur. Sic ſupra *c.* VIII. n. 1. *Romae* omnia *venalia eſſe*.

26. NISI QUAESITA ERUNT. *Erunt* abeſt ab Academico. *quaerere* quid ſit, patet ex nu. 7. & *quae* dixit, pro *de quibus:* ſicuti *rogare, interrogare, laborare* quid. vide ad Cic. IX. epiſt. III. num. 4.

NISI VINDICATUM IN NOXIOS. *Vindicabitis*, aut *vindicamus* habuit primitus Vinar. 1. Sed Guelf. 10. & Struvian. *niſi vindicandum;* Fabric. 2. *niſi vindicata in noxios*. nempe *facinus in aliquem vindicare* Latini dicunt. dixi ad n. 18. unde tamen ſimul cognoſcere licet, nihil hic temere eſſe novandum. Plures membranae *ni*, pro *niſi*.

QUID ERIT RELIQUUM. *Erit* expulit Guelf. 10. Recte. Supra *c.* XXIV. n. 8. quid reliquum, *niſi vis veſtra, quo moveri poſſit*. Mox mallem *ea*, aut potius omne iſtud: *qui ea fecere*, expungi, ut translatum ex n. 10. hujus *cap.*

OBEDIENTES VIVAMUS. Plus eſt, quam *obedientes ſimus*, & perpetuitatem ſimul denotat. Auſonius Epigr. LXXXVIII. *Juriſconſulto, cui* vivit adultera *conjux, Papia lex placuit*. Lamprid. Severo *c.* LIX. *Poſthaec cum ingenti amore apud populum & Senatum* viveret. Sic Lucanus III. *Pacique* intentus agebat. vide ad Cic. IV. epiſt. IX. nu. 13. Plautus Caſina: *Malo hercle veſtro tam* verſuti vivitis.

QUAELIBET FACERE. Guelf. 3. cum aliis duobus: *quae libet*. vide ad Cat. *c.* V. n. 4. inde Vinar. 2. *ea, quae libet*.

IDEST REGEM ESSE. Vinar. 1. Academ. Senatorii, Struv. Heuſſ. Guelf. 10. & 11. *idem regem eſſe;* Guelf. 1. *idem eſt regem e.* Ita Cicero pro Sulla *c.* XVII. Regnum eſt, *dicere in quem velis, & defendere, quem velis*.

27. NEQUE EGO VOS, QUIR. HORTOR. Acad. omittit *ego*, ut paſſim fit in hac formula; ſed Guelf. 4. inducit τὸ *vos*, quod etiam alibi delevimus. vide ſupra ad num. 6.

UTI MALITIS CIVIS VESTROS PERPERAM. Uti nempe cupide vindictam exerceatis, quod eſt eorum, qui cupiunt inimicos ſuos impingere, perperam facere, quo ipſi copiam habeant vindicandi. Haec etiam Seneca de Ira & de Clementia libris inculcat. In quibuſdam noſtris eſt: *uti* jam *malitis;* ſed deferuntur a melioribus.

 veſtros

28 *Ad hoc in republica multò praeſtat beneficii, quam maleficii immemorem eſſe. bonus tantummodo ſegnior fit, ubi neglegas; at malus improbior.*
29 *Ad hoc ſi injuriae non ſint, haud ſaepe auxilii egeas.*

CAP. XXXII.

XXXVII.
1 HAec atque alia hujuſcemodi ſaepe dicundo, Memmius populo perſuadet, uti L. Caſſius, qui tum Praetor erat, ad Jugurtham

veſtros non habet Fabric. 2. neque iſte quidquam Salluſtio detraxit. *perperam* Gloſſae Eccard. & Academ. interpretantur *perverſe*.

NE IGNOSCENDO MALIS, BONOS PERD.EATIS. *Etatis* legimus in Academ. & Vinar. 2. *perditum ire* quid ſit, multis oſtendimus ad Cat. *c.* XXXVI. n.4. Sententiam habet Cato Cat. *c.* LII. n.12. *ne, dum paucis ſceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant.* ubi vide. adde I. Hiſt. Orat. Philippi, Salvian. VII. de Gubern. D. p.323. ibique Rittershuſium.

28, MULTO PRAESTAT. Eccard. *multo melius praeſtat*, expoſitionem admiſcens. nam *multo praeſtat* eſt, *multo melius eſt*. Guelf. 3. *multum*. Curt. VI. *c.* III. num.15. quanto *autem* praeſtat *territum adhuc & vix mentis ſuae compotem opprimere?*

BENEFICII, QUAM MALEFICII IMMEMOREM ESSE. Baſil. I. Fabriciani a prima manu, Gu. I. 2. 4. & 10. *memorem eſſe*. non viderunt iſti ſapientiam Memmii, qui bene addiderat, *in republica*. nam in hominibus privatis praeſtat *beneficii, quam maleficii memorem eſſe;* at non in rep. Nimirum *praemio & poena reſp. continetur*, ex dicto Solonis apud Cicer. ad Brutum Epiſt. XV. Utraque neceſſaria ſunt; utraque ſua habent emolumenta, quod Philippus docet I. Hiſtor. Orat. Sed quando quaeritur, utrius neglectus praemiine, an poenae majora damna adferat reipublicae? Memmius, & prudentiſſimus quiſque cenſet, neglecti praemii, neglectorumque beneficiorum non tanta eſſe mala, quanta impuniti maleficii. *nam bonus*, inquit, *tantummodo ſegnior fit*, cet. Interpretatur & pluribus confirmat Reinhard. ad Lipſii IV. Polit. *c.* IX. num. II. quem adi. Norunt hodie, & pluſquam utile. Utinam meminiſſent etiam illius Periclis apud Thucyd. II. *c.* XLVI. *ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖσδε καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι*. *Beneficium & maleficium* dixit cum Catone, Plauto, Caeſare, Cicerone, pro *Benefactis, malefactis*. Livius XXV. *c.* XXXI. *non plura per annos* L. benefacta *Hieronis, quam paucis his annis* maleficia *eorum, qui Syracuſas tenuerint, erga populum R. eſſe*. adde Cat. *c.* VIII. num. 5.

BONUS TANTUMMODO SEGNIOR FIT. Adeoque actio ejus minuitur, nec tantum nocet reip. quantum is, cujus actiones augentur. Noſter II. de Rep. Ord. *c.* VII. *Quippe gloria induſtria alitur; ubi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt*. adde Lactant. V. *c.* XVIII. iſta vero, quae huic ſententiae adjiciuntur, *ubi neglegas*, pro adulterinis mihi valde ſuſpecta ſunt.

AT MALUS IMPROBIOR. Cicero pro Milone *c.* XVI. *Quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem*. Lentulus Cic. XII. epiſt. XIV. num. 9. *Quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati* impunitate augeri, *non ſolum utile eſt reip. noſtrae, ſed etiam neceſſarium*.

29. SI INJ. N. S. HAUD SAEPE AUXILII EGEAS. Praefracta haec ſententia, & ante exſpectatum cadens, nec ſemet ſatis explicans. Gloſſae veteres & quidam Interpretes *auxilii* intelligunt *tribunicii*. Reinhard. dicto l. nimis late, nullo auxilio opus eſſe. Mihi, quid ſibi velit, non conſtat; niſi & hoc additamento probare voluerit, praeſtare, beneficii, quam maleficii, immemorem eſſe. Nam ſi maleficia punias, & eo modo homines a delictis prohibeas; non opus erit, praemiis homines allicere ad beneficia, ad *auxilium* reip. ferendum contra malos. Ita fere etiam I. Fr. Gronovius. nam quas ſub Wittichii nomine venditas habeo notae ineditae, eae locum, ut pleraque difficiliora, tranſeunt. Perperam Guelf. II. *Si injuriae ſint;* Vinar. 2. *non ſunt;* Academ. *haud ſane auxilii egeas;* Fabric. 2. *auxilio*. vide ad *c.* I. num. 3.

CAP. XXXII. I. HAEC ATQUE ALIA HUJUSCEMODI. Eccard. *Haec eo atque alia;* Gu. II. *Haec atque italia*. male & profectum ex eo, quod Vinar. 2. habet: *Haec & alia*. infra *cap.* LXII. num. 2. *His atque* talibus aliis *ad deditionem regis animum impellit*. Ovid. XIV. Metam.

tham mitteretur, interpoſita fide publica, Romam duceret; quo fa-
cilius indicio regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniae captae ar-
ceſſebant, delicta patefierent. Dum haec Romae geruntur, qui in Nu- 2
midia relicti a Beſtia exercitui praeerant, ſecuti morem imperato-
ris,

Metam. *v.* 198. Haec & plura *ferox*. Apulej. Florid. p. 347. *Atque* haec & alia ejuſdem modi *tam Graece, quam Latine gemino voto, pari ſtudio, ſimili ſtilo*.

SAEPE INDICENDO. Sic Gruterus, quem tot editores ſecuri ſecurum ſunt ſecuti. Fateor & ex noſtris plurimos, nempe Uratislavienſes, Vinarienſes, Fabric. 1. Remenſ. 1. Incert. 2. Acad. Struv. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 10. 11. 12. eam propugnare ſcripturam; ſed ii partim cum ſpecie peccant, habentque *in dicendo*, diviſis vocibus. id vero librariis ſollemne fuit, ſexto Caſu Praepoſitiones *cum, pro, prae*, ſed maxime *in* expoſitionis cauſſa adjicere. vide ſupra *cap.* XXIX. num. 2. *cap.* XXXI. num. 11. Haec nobis cauſſa dedit tandem *indicendo*, cujus loco ex Guelf. 3. & 9. Senat. utroque, Fabric. 2. Franc. & Heuſſ. repoſui *dicundo*, quod vett. quaedam & recentiores edd. etiam habent.

POPULO ROMANO PERSUADET. Sic etiam Gruterus. MSS. autem noſtri expellunt *Romano*, idque Waſſius ſuorum auctoritate inducere juſſit. Supra *c.* XXX. num. 3. *concionibus* populum *ad vindicandum hortari*. ubi in ſcriptis *populum R.* Sed paſſim eodem modo conſpurcarunt Auctorem.

L. CASSIUS. Qui non multo poſt conſul ab Helvetiis occiſus eſt. Caeſar 1. B. Gall. *c.* VII. Livius Epit. LXV. *tum* habet Guelf. 4. inter verſus; 1. & 9. *ſuadet*, pro *perſuadet*.

EUMQUE INTERPOSITA FIDE PUBLICA. Gu. 10. *cumque interp. fide populi Romani d.* Sed Eccard. & Guelf. 11. non agnoſcunt *eumque*, idemque non eſt in Guelf. 4. qui pro eo inter lineas exhibet *& eum*. Abire praecepi, adductus iis, quae notata ſunt ad Catilin. *cap.* XLVIII. num. 4. *Se miſſum a M. Craſſo, qui* Catilinae *nunciaret, ne Lentulus, Cethegus --- deprehenſi terrerent*. ubi dabant: *ne* eum *Lentulus*. adde ſupra *cap.* XV. num. 1. *cap.* VII. nu. V. & *cap.* IX. num. 1. Guelf. 9. *impoſita*, pro *interpoſita*. male. Neque id pro abundanti habendum, etſi infra dixerit *cap.* XXXV. num. 7. *comes ejus, qui Romam* fide publica *venerat*. non magis, quam Cat. *c.* XLIV. num. 3. data *&* accepta *fide*. Cicero pro C. Cornelio 1. p. 969. ed. Graev. *Tum* interpoſita fide *per tres legatos --- Romam armati reverterunt*. Caeſar V. Gall. *cap.* VI. fidem *reliquis* interponere, *jusjurandum poſcere*. Sic Juſtin. VII. *c.* VII. *alia bella* interpoſita pactione *componit*. Valer. Max. IV. *cap.* VII. num. 1. *Captivos ab Annibale*, interpoſita *pactione nummorum, receperat*. adde infra num. 5.

SCAURI ET RELIQUORUM. Copula vacat in Eccardiano.

QU. PECUNIAE CAPTAE ARCESSEBANT. Sic etiam apud nos pauci. At Baſil. 1. Vinarienſes, Uratislavienſes, Heuſſ. Eccard. Academ. Senat. 2. Incerti, Remenſ. 2. Guelf. 2. 3. 4. 9. 10. *accerſebant*, quam conſpirationem tot Codicum in hoc Verbo apud Noſtrum alibi etiam reperias. vide ad Catilin. *cap.* XL. num. 6. Struv. *arceſebant*; Senat. 1. & Franc. *arcebant*; Fabric. 1. *arceſſebat*. quid hic voluiſſet, ignorabam ante, quam Guelf. 1. conſulerem, ubi legitur: *quos pecunia capta arceſſebat*. nempe ut *facinus expellit, damnat*; ſic *pecunia capta arceſſit* eos, qui *captae pecuniae arceſſuntur*. An fuit *quos pecunia capta arceſſebant*? nam & iſtud Latinum eſt, & *arceſſebat* ab imperitis propterea receptum diceres, quod de *populo* ſermo eſt. Sueton. Tiber. *c.* LIII. *ſimulans, ſe veneni* crimine *arceſſi*. *Captae* deficit Uratisl. 2. pro quo Fabriciani, *acceptae*, ex Gloſſa. Tacit. III. Ann. *c.* LXVII. *ſaevitiae* captarum*que* pecuniarum *teneri reum*. IV. *c.* XXXI. *convictus*, pecuniam *ob rem judicatam* cepiſſe. & ſic ille ſaepe.

2. EXERCITUI PRAEERANT. Guelf. 9. *exercitui noſtro*. Sed Academicus a prima manu acceperat *exercitu*, ut *luxu, venatu*, alia, pro *venatui*. vide ſupra *c.* VI. nu. 1.

SECUTI MOREM IMPERAT. SUI. *Sui* in membranis locum mutat, nec meum eſt, iſtud tutari. Guelf. 10. *ſicuti morem*; 3. *ſecundum morem*. *Sequi* eſt imitari: ſed proprie dicitur, ut Catilin. *cap.* LII. num. 22. *laudamus divitias*, ſequimur *inertiam*. adeo verum eſt illud Livii V. *cap.* XXVIII. *multitudinem ſemper ferme regenti eſſe ſimilem*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXVIII. *Legati tribunique ex moribus imperatorum ſeveritatem* aemulantur, *vel tempeſtivis conviviis gaudent: perinde miles intentus aut licentior*.

PLURIMA ET FLAGIT. FACINORA FECERE. 10. & 12. omittunt *&*, ſed perperam. vide infra ad *c.* LXXVIII. extr. Guelf. 9. *ac flagitioſa*, & eodem modo Uratisl. 2. ſed Incert. 2. omiſit *faci-*

3 ris, plurima & flagitioſiſſuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti elephantos Jugurthae traderent; alii perfugas vendere; pars
4 ex pacatis praedas agebant. tanta vis avaritiae in animos eorum,
5 veluti tabes, invaſerat. At Caſſius, perlata rogatione a C. Memmio, ac perculſa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiſcitur; ei timido & ex

facinora. eumdem errorem animadvertimus ſupra *c.* v. num.4.

3. FUERE, QUI AURO CORRUPTI. Guelf. II. *fuere homines*, *qui*; 7. *fuere tales*, *qui*, atque ſic Remenſ. 2. at Franc. *fuere alii*, *qui*. Corrupte certe, ſed ſic ubivis impingunt. vide quae notavimus ſupra ad *c.* iv. num.3. Sic infra *cap.* xxxvi. nu. 3. *ac* fuere, qui *tum Albinum haud ignarum conſilii regis exiſtumarent*: ibi libri idem peccant. item Cat. *c.* xvii. nu.7. & quae ibidem ad *c.* xix. nu.4. adduxi, ea omnia ſimiliter corrupta in noſtris quibuſdam leguntur. Quae res cum ſit adeo frequens, commodavit nobis emendationem quamdam Cat. *cap.* xxxix. num.5. *auro* omiſit Vinar. 2. quo tamen facto non ſenſus, ſed oratio corrumpitur. adde ſupra *c.* xxix. num.2.

ELEPHANTOS JUGURTHAE TRADERENT. Sic & noſtri vetuſti. Uratiſl. 3. Incerti, Eccard. Guelf. 7. 9. 10. & 12. *elephantes*. atque eodem modo miſcent infra *cap.* lx. num. 1. *c.* lxii. nu. 5. Sed ſemper *elephantis*, Dativo plurium Numeri: nec umquam aliter. *tradere*, pro *reddere* poſuit, quod obſervat Gruterus, & eodem modo dicto *cap.* xl. num. 1. Sed ſic *tradere* fere & *prodere*, ut explicuimus *c.* xxxi. num. 18. idem ſunt, & Auctor promiſcue utitur d. *cap.* num. 9.

VENDERENT --- AGEBANT. Mallet Gruterus *vendere* — *agere*, idque tanto proclivius ſuſpicatur, quod exſtet in Bongarſii Codd. *agerent*. idem ex noſtris habent Academ. Heuſſ. Senat. 2. Remenſ. 1. fuit etiam olim in Fabric. 1. & forte Guelf. 2. Nec tamen probo. Sed, ſi Salluſtium legere volupe eſt, ita reſcribas, neceſſe eſt: *traderent; alii perfugas vendere; pars ex pacatis praedas agebant*. ita nempe Catilin. *c.* xxi. n. 34. *polliceri; increpat; laudare; admonebat; dimiſit* copulavit. & ſimilia habes ſupra *cap.* xv. num.2. *cap.* xxiii. num. 1. adde EXCURSUM III. in Catil.

EX PACATIS. Remenſ. 1. *pacificatis*. intellige *regionibus*, quod addidit Caeſar III. B. Gall. *c.* xi. alia Waſſius, ſed & illa Senec. vi. Nat. Quaeſt. *c.* vii. *Hinc qui medius inter* pacata & hoſtilia *fluit Danubius*.

4. IN ANIMOS E. V. T. INVASERAT. Firmant noſtri meliores. Eraſa tamen eſt Praepoſitio *in* in Fabric. 1. Guelf. 4. & Vinar. 1. In aliis, nempe Senat. 2. Heuſſ. Academ. Fabric. 2. Struv. Remenſibus, Franc. Guelf. 7. 11. 12. numquam fuit: in ceteris hodieque exſtat. & ſic Cic. II. Offic. *cap.* xxi. *modo enim hoc malum* in *hanc remp.* invaſit. Noſter iterat Praepoſitionem Catilin. *cap.* liv. num. 4. & alibi. Sic Livius xli. *c.* xxviii. in *urbem* inire. Cic. vi. epiſt. xiii. num. 4. in *bellum* ingredi. alia paſsim. Voces *veluti tabes* poſt Verbum *invaſerat* ſcriptae ſunt in Academico: Vereor, ne illae ab alio, quam Criſpo, ſint adjectae. idem cenſeo de Pronomine *eorum*, quod in Guelf. 10. non legitur. Eccard. *corrupti veluti tabes*.

5. AT CASSIUS PRAETOR. *Praetor* non legitur in Baſil. 1. nec Guelf. 9. pro eo *P. R.* aut *R. P.* aut *populi Romani* habent Eccard. Incert. 2. Remenſ. 1. Franc. Guelf. 2. & 3. Utrumque autem Guelf. 10. Senat. 1. Struv. & Vinar. 2. nempe, *praetor populi R.* de qua permutatione vide Interpp. ad Vellej. II. *cap.* xl. & lxi. Conſuetudo Salluſtii juſsit, ut *praetor* hic omitterem.

PERLATA ROGATIONE A C. MEMMIO. Eraſa ſunt a C. Memmio in Guelf. 12. pro *rogatione* Guelf. 9. habet *oratione*. *Rogatio* dicta, quandocumque populus interrogabatur: *Velitis jubetiſne*. vide Gellium x. *c.* xx. Noſter infra *c.* xl. num. 1. C. *Mamilius Limetanus Trib. pl.* rogationem *ad populum promulgat*, *uti quaereretur in eos*, & quae ſequuntur. addatur Popma ad Cic. Attic. III. epiſt. iv.

AC PERCULSA OMNI NOBILITATE. Ita meliores. at Uratiſlavienſes, Guelf. 10. Senat. 2. Heuſſ. Incert. 2. *percuſſa*; Struv. *percuſſa timore*. id rectum foret, & probavimus ad Cat. *c.* vi. nu. 4. Sed non id ſenſit Salluſtius hoc loco. infra *c.* xlii. num. 1. *nobilitas noxia atque eo* perculſa. ubi vide. *timore* poſt vocem *nobilitate* adjecit etiam Vin. 2.

EIQUE TIMIDO. Academ. *eoque timido*. recte, ſi ſcripſeris etiam *diffidente*, cum Vinar. 2. oſtendat *diffidentia*. vide infra ad *c.* lxiii. n. 1. elegantius Eccard. *ei timido*, ſine Conjunctione. quod interim repoſui, cum tamen etiam Pronomen abigi cupiam. vide ſupra ad n. 1. & ad Cat. *c.* xliii. num. 4.

ET EX CONSCIENTIA. *Et* non ſcripſere Eccard. Guelf. 9. 10. 12. *ex* etiam Eccard. omiſit, quomodo Uratiſl. 2. quod ſaepe accidit, ut & ex copu-

& ex conſcientia diffidenti rebus ſuis perſuadet: *quo ſe populo Romano dedidiſſet, ne vim, quam miſericordiam, experiri mallet*. Privatim praeterea fidem ſuam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. talis ea tempeſtate fama de Caſſio.

CAP. XXXIII.

XXXVIII

IGitur Jugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miſe- 1
rabili, cum Caſſio Romam venit. Ac tamen etſi in ipſo magna 2
vis

copulata leguntur. Vinar. 2. *exque conſcientia*. infra *c.* LXII. n. 8. *rurſus coepit flectere animum ſuum*, *&* ex mala conſcientia *digna timere*. adde Cat. *c.* XXXV. n. 2. & quae ibi. Guelferb. 9. *conſcientia ſcelerum*. Tacit. II. Ann. *cap.* LXVII. *per ingentia promiſſa quamvis ambiguum &* ſcelera ſua reputantem *perpulit*, *ut praeſidia Romana intraret*. Iſidorus II. Soliloqu. *Numquam non* timidus *eſt reus animus. mens enim mala conſcientiae propriae ſtimulis ſemper agitatur*.

QUONIAM SE POP. R. DEDIDISSET. Fabriciani, Baſil. 1. Senatorii, Vinar. 1. Uratiſl. 1. & 3. Remenſes, Heuſſ. Franc. Eccard. Incerti, Guelf. 1. 2. 7. 9. 11. 12. *quo* habent, pro *quoniam*. & ſic Gruteriani. iidem fere omnes *dediſſet*, quod de ſuis etiam teſtatur Waſſius. *Quo* itaque recepi, & pluribus jam ad Cat. *c.* XXXIV. num. 2. demonſtravi, quod bene pro *quia*, *quoniam* ponatur. ea vide ſis.

QUAM MISERICORDIAM EJUS. Hoc *ejus* abjiciunt Eccard. Fabric. 2. & Gu. 11. & cum tam prope *ſit populo R.* comprobavi. vide ad n. 1. citata. LIVIUS XLIV. *c.* IX. *miſit*, *qui magiſtratibus principibusque ſuaderent*, *fidem clementiamque Romanorum*, *quam vim experiri mallent*. Curt. VIII. *c.* II. n. 27. *coepit hortari*, *ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri*. Noſter infra *c.* CII. n. 9. *& vim & gratiam noſtram experiri*.

EXPERIRI MALIT. Scripti & priores impreſſi *mallet;* quod inepto conſilio mutarunt. Cat. *c.* XLIV. n. 3. *T. Volturcium* mittit — *ut ſocietatem* confirmarent. ubi vide.

PRIVATIM P. FIDEM S. INTERPONIT. Dictio illuſtrata ſupra n. 1. Senſus eſt, Caſſium Jugurthae non publicam modo, ſed & ſuam fidem dediſſe, eum inviolatum futurum. Egregie Cicer. pro Sex. Roſc. Amer. *c.* XXXIX. *Si hanc ei rem* privatim *Sex. Roſcius mandaviſſet* —— *inque eam rem* fidem ſuam, *ſi quid opus eſſe putaret*, interpoſuiſſet, &c. Guelf. 3. *imponit*.

NON MINORIS, QUAM PUBLICAM. Guelf. 9. *quam populo;* 10. *quam populus*. perverſe. Rem. 1. Eccard. Guelf. 3. & 7. Vinar. 2. *non minoris pretii.* ut paſſim augent. vide Cat. *c.* LII. n. 5.

TALIS EA T. FAMA D. C. ERAT. Adeo clara & nobilis erat ea tempeſtate gravitas fidesque Caſſii. Academ. *fuit*, pro *erat*. neutro opus eſt.

CAP. XXXIII. 1. CONTRA DECUS REGIUM. Guelf. 10. & Remenſ. 1. *contra decus regni*. *Decus* quid ſit, expoſui ſupra ad *c.* III. extr. Tacit. II. Ann. *c.* LV. *quod* contra decus Romani nominis — *colluviem illam nationum comitate nimia coluiſſet*. Explicat Auctor de B. Alexandr. *c.* LXVII. *Dejotarus*, *depoſitis regiis inſignibus*, *neque tantum privato veſtitu*, *ſed etiam reorum habitu ſupplex ad Caeſarem venit*. Juſtin. XII. *c.* XII. *quem*, contra decus regium, *Alexander diu luxit*. Livius XXIV. *c.* XL. *rex*, *ſicut ſomno excitus erat*, *prope ſeminudus fugiens*, *militi quoque*, *nedum* regi *vix* decoro *habitu*, &c.

CULTU QUAM M. MISERABILI. Qualis ſolet eſſe reorum, aut deprecantium, quando miſericordiam movere volunt: veſte ſqualida, barba capilloque promiſſis. Auctor B. Alexandr. *c.* XXXII. *veſte ea ſumta*, *qua ſupplices dominantes deprecari conſueverunt*. multa de hoc habitu Bernegger. ad Juſtin. XXXVI. *c.* IV. n. 2. Freinshem. ad Flor. III. *c.* I. n. 4. praeter Bayfium, Rubenium, Ferrarium, quorum monumenta hanc partem antiquitatis, data opera, illuſtrant.

CUM CASSIO ROMAM VENIT. Sic membranae noſtrae. quod eo teſtor, quia in edd. recentioribus omittunt voces, *cum Caſſio:* non quidem cum magno adeo ſenſus incommodo: tamen contra fidem Codd.

2. AC TAMETSI. Guelf. 11. *Ac tamen ſi &;* Vinar. 1. a prima manu, [illegible] ſcripſi. Sic ſupra *c.* XXV. n. [illegible]

Digitized by Google

vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut ſcelere cuncta geſſerat; C. Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus & injurias omnis munitus foret.
3 At C. Memmius, advocata concione, quamquam regi infeſta plebes erat, & pars *in vincula duci* jubebat, pars *ni ſocios ſceleris aperiret, more majorum, de hoſte ſupplicium ſumi;* dignitati, quam irae,

CONFIRMATUS AB OMNIBUS. Peſſime Gruterus & Waſſius diſtinguunt poſt *vis erat;* quaſi in hoc verbo *confirmatus* jam coepiſſet alterum Periodi membrum reddi. Verum quamquam aliquomodo τὸ *confirmatus* a Verbo *parat* ſuſtentetur: poteris tamen etiam intelligere: *ac* tametſi *confirmatus eſſet*. Scilicet haec natura & vis eſt Nominativi abſoluti. cujus mentio facta ad *c.* I. n. 4. Sin *captus pravis cupidinibus ad inertiam & voluptates corporis peſſum datus eſt, perniciosa lubidine paullisper* uſus, *naturae infirmitas* accuſatur. Nec tantum imperium τῷ *in ipſo erat*, ut propterea *confirmato* reſcribi deberet. Cat. *c.* LIV. n. 4. *Poſtremo Caeſar* in animum induxerat *laborare, vigilare; negotiis amicorum* intentus, *ſua neglegere*. ubi & major diſtinctio juvat. Rutilius I. Itiner. *v.* 581. *Narrabat memini, multos* emenſus *honores, Tuſcorum regimen plus placuiſſe* ſibi. ibi itidem ſententia requirebat *emenſo*. adde ſupra *cap.* XXIV. num. 4. Turbarunt & infra in loco haud multum abſimili *c.* LXXVII. num. I. *ni id feſtinaret, in ſummo periculo* ſuam *ſalutem, illorum* ſocios *fore*. pro *ſociorum*. Tale eſt Liv. XXXIII. *c.* I. *pergit ire ad urbem, juſſis legionis* haſtatis (*ea duomillia militum erant*) *ſequi ſe, mille paſſuum intervallo* diſtantes. ubi malunt *diſtantem, diſtante, diſtantibus*. Sed *diſtantes* abſoluta conſtructione intellige: ut ita *ipſe* & *legiones* diſtarent mille paſſuum intervallo. Cum Grutero incedunt Academ. Struv. Senat. 2. & Heuſſian. qui ſcribunt: *tamen confirmatus ab omnibus*. quod eſt contra *caput* XXXII. num. 5. ubi docet, Jugurtham per ſe timidum fuiſſe.

CUNCTA EA GESSERAT, QUAE SUPRA DIXIMUS. Ita ſolum Uratisl. I. & 2. Vinar. 2. Eccard. Guelf. I. 3. 9. & II. Reliqui, *quae ſupra memoravimus*. Praeterea Senat. 2. *tanta ea geſſerat;* Uratisl. I. *eas;* ſed Struvian. *cuncta geſſerat*, ſine Pronomine. Guelf. II. etiam Verbum *geſſerat* omiſit. Quid proclivius, quam ſcribere: *cuncta geſſerat: C. Baebium* &c. reſectis reliquis. Aſſentitur Waſſius. Sic ſupra *c.* XXXI. n. 10. *neque eos*, qui fecere, *pudet aut poenitet*. ubi vide.

C. BAEBIUM TRIBUNUM PL. Sordidae & incultae edd. quaedam nuperae: *C. Baebium* tamen *tribunum pl.* quomodo nullus ex noſtris, neque ex Gruterianis. Omittitur illud *tamen* iterum n. 3. & alia exempla produximus infra ad *c.* XXXV. num. 9. Guelf. 9. *Sed Baebium tribunum pl.* Guelf. I. *Cornelius Baebium tribunum populi*.

CONTRA JUS ET INJURIAS OMNES. Putſchius reprehendit Colerum, quod ita ſcripſerit. ipſe *contra vis & injurias omnes*. Quaſi vero ſolus Colerus eam lectionem produxerit, & non eadem ſit omnium MSS. & edd. vett. eorum certe, quos oculis noſtris uſurpavimus. Supra *c.* XIV. n. 16. *quibus pro magnitudine* jus & injurias omnes *curae eſſe decet*. Hic tamen Fabrician. uterque: *jus & omnis injurias*. de dictione *munitus foret*, vide ſupra ad *cap.* XXVIII. n. 4. Talis tribuni meminit Vellejus II. *c.* XXXIII. *Manilius tribunus pl.* ſemper venalis *& alienae miniſter potentiae*. quid mirum in *urbe venali?* *c.* XXXV. extr.

3. INFESTA PLEBES ERAT, ET PARS. Quidam, *erat plebes;* Remenſ. I. & Guelf. 4. omittunt *&*. Hinc feceris: *quamquam regi infeſta plebes, pars in vincula duci jubebant*, ut Cat. *c.* XLVIII. n. 5. *jubebant* ſcriptum fuiſſe, inde conjeci, quod Academ. infra Verbo *ſumi* adjicit *cenſebant*, & ita ſolet Criſpus.

DE HOSTE SUPPLICIUM SUMI. *Dicebat* addit Guelf. 10. ſed Vinar. I. Senat. 2. & Heuſſ. *cenſebat*. male. Remenſ. I. *ſumere;* Franc. & Guelf. 10. *ſumendum;* quod vero, ſi in melioribus exſtaret, defendi poſſet, quippe immutatum propter *duci*. Sic vero Quinctilian. I. *c.* VII. p. 92. *Nec ipſe ad extremam uſque anxietatem & ineptas cavillationes* deſcendendum, *atque his ingenia* concidi & comminui, *credo*. ubi pro *credo* melius legeres *cenſeo*. adde Noſtrum I. Hiſtor. Or. Lepidi n. 23. ubi plura. *Sceleris ſui* habent plerique MSS. Rivii tamen & nuperae edd. omittunt.

DIGNITATI. Struv. Remenſ. I. & Franc. *tamen dignitati*. dixi n. 2.

D. QUAM IRAE MAGIS CONSULENS. Sic Guelf. 2. 3. 4. & II. Fabriciani, Baſil. I. Vinarienſes, Senat. I. & Struvianus: ceteri, *dignitati magis, quam irae conſulens*. abeſſe jubet particulam

I. Waſſe:

irae, magis conſulens, ſedare motus, & animos mollire; poſtremo
confirmare, *fidem publicam per ſeſe inviolatam fore*. poſt, ubi ſilen- 4
tium coepit, producto Jugurtha, verba facit: *Romae Numidiaeque*
facinora ejus memorat; *ſcelera in patrem fratreſque* oſtendit: *qui-*
bus juvantibus quibuſque miniſtris egerit, quamquam intelligat populus
Romanus; tamen velle manifeſta magis ex illo habere: ſi vera aperiret,
in

I. Waſſe: retinet tamen Noſter Cat. *c.* LI. n. 7. *neu* magis *irae*, *quam famae* conſulatis. ubi unus MS. viri illius doctiſſimi τὸ *magis* evadit. me non multum invito. vide collecta Cat. *cap.* VIII. n. I. & *c.* IX. extr.

ANIMOS EORUM MOLLIRE. Eleganter Remenſ. I. interficit Pronomen *eorum*, intelligendum relinquens, quod jus eſt, *plebis*, ut *cap.* XXXII. n. 5. *Mollire*, dixit, quod ſupra *c.* XI. extr. *lenire*. Horat. Epod. V. *v.* 83. mollibus lenire *verbis impias preces*. Terent. Phorm. A. IV. Sc. III. *v.* 27. *Poſtquam hominem his verbis ſentio* mollirier.

PER SESE INVIOLATAM FORE. Acumen Glareani eſt ſupervacuum, & hoc loco *per ſeſe* Memmium reſpicit. Is nempe dixit, ſeſe curaturum, ut, *quantum in ſe ſit*, quantum ipſe perficere queat, fides publica maneat inviolata. vide infra *c.* LXIV. n. 3.

4. UBI SILENTIUM COEPIT. Guelf. 9. 10. 11. *coepit fieri*; Eccard. & Struv. *coepit fieri in populo*. Noſter *nobilitas*, *dies*, *deditio* coepit, ſine tali adpendice. *c.* LXII. n. 7. *c.* LXXXV. num. 7. *c.* XCI. n. 4.

PRODUCTO JUGURTHA. Prima vox deficit Academico. *Producere*, de iis, qui in concionem, aut conſpectum judicantium ducuntur, proprie dicitur. Apulejus III. Metam. *Mane praeſtolatus, ad graviſſimum judicii veſtri ſacramentum, curavi eum* produci. vide Pricaeum ibi p. 140. Sed potius eſt, conſuluiſſe Sigonium ad ea Livii XXVII. *c.* LI. *inde* producti *in concionem legati*. addo Cic. XII. epiſt. III. num. 4. *Itaque* productus *in Concionem a Canutio*. II. Philipp. *c.* XXXI. extr. Productus *autem in concionem a tribuno pl. cum reſpondiſſes, te rei tuae cauſſa veniſſe: populum etiam in te dicacem reddidiſti*. adde Corradum & Manutium ad Cicer. I. Attic. epiſt. XIV. ubi docent, potuiſſe tribunos quem vellent in concionem producere, ut quibus de rebus eſſet interrogatus, reſponderet.

ROMAE NUMIDIAEQUE. *Numidiae*, pro *in Numidia*, conſtructione, quae Urbium Nominibus dicitur eſſe propria. vide Daviſium ad Auctor. VIII. de B. Gall. *cap.* I. *Caeſaris noſtri Commentarios rerum geſtarum* Galliae *non comparandos ſuperioribus atque inſequentibus ejus ſcriptis*. adde Bernegger. ad Juſtin. XIV. *cap.* V. n. 9. Caeſar. III. Civ. *c.* CVI. *cum audiſſet Pompejum* Cypri *viſum*. Sic recte Duckerus Flor. I. *c.* XVIII. n. 11. intelligit: Lucaniae *ſuprema pugna ſub Aruſinis, quos vocant, campis*. quem vide & Freinshem. ad III. *cap.* X. num. 16. Ea ratione Claudian. Laud. Serenae *verſ.* 26. *terrae pelagique*. Guelferb. 9. *facta ejus facinora*. Sed ea Nomina omittuntur. vide infra *c.* LV. n. 4.

IN PATREM FRATRESQUE. Ex adoptione. Alioquin & illud notum, *parentes* dictos eſſe, ſequiori maxime aetate, ſanguine conjunctos, quod dudum docuit Caſaubonus. vide Cellarium ad Entrop. I. *c.* VII. n. 4. *Propter quam cauſſam Brutus*, parens *& ipſe Tarquinii*, *populum concitavit*. *Fratres* autem patrueles etiam vetuſtis nominantur. vide Muretum & Vulpium ad Catull. Carm. CVIII. *v.* 4. Perizon. Animadverſ. Hiſtor. *c.* III. Baſil. I. *in fratres patremque*. quod placet.

EA EGERIT. Guelf. II. *ea geſſerit*; Eccard. *ea mala egerit*; Struv. & Incert. 2. *egerit ea*. Inde jam concluderes, adulterinum eſſe τὸ *ea*: ſed & Vinar. 2. plane omiſit. *c.* XXX. num. I. *Poſtquam* res *in Africa geſtas*, *quoque modo* actae *forent*, *fama divolgavit*. adde *c.* XXXI. n. 10. *c.* VII. n. 6.

TAMEN VELLE M. MAGIS EX ILLO HABERE. *Tamen* vacat in Guelf. 9. pro eo II. *tantum velle*. nempe *tantum* & *tamen* perpetuo confunduntur. *magis* omittit Eccard. credo, quod non ſuo eſſet loco poſitum. at Cat. *c.* XXII. n. 2. *quo inter ſe* fidi magis *forent*. & ſic ſupra *c.* XXXI. n. 20. Denique verbum *habere* ab alia manu ſcriptum legitur in Fabric. I. & *velle ex quo manifeſta* recte dicitur. vide ſupra ad *c.* XXXIV. n. 9. expungere tamen non audeo.

SI VERA APERIRET. Debetur Gruteri libris & edd. vetuſtis: quibus plerique ex noſtris ſeſe adjungunt. Baſil. I. tamen cum paucis, *ſi verum aperiat*; alii *ſi verum aperiret*: Hoc *aperiret* proximum *reticeat* corrupit. Jungit tame ita Cat. *c.* XLVIII. n. 4. *ne -- deprehenſi* terrerent, *eoque magis* properet *ad urbem accedere*. ubi vide. Sed in Guelf. 3. neque *aperiret*, neque *aperiat* legitur. eleganter.

in fide & clementia populi Romani magnam ſpem illi ſitam : ſin reticeat, non ſociis ſaluti fore ; ſeſe ſuasque ſpes corrupturum.

C A P. XXXIV.

1 DEin, ubi Memmius dicundi finem fecit, & Jugurtha reſpondere juſſus eſt, C. Baebius tribunus plebis, quem pecunia corruptum ſupra diximus, regem tacere jubet : ac tamen etſi multitudo, quae in concione aderat, vehementer accenſa, terrebat eum clamore, voltu, ſaepe impetu atque aliis omnibus, quae ira fieri amat : vicit

NON SOCIIS SALUTI FORE. Baſil. 1. *non ſaluti ſociis fore*. *Non* poſuit pro *non modo non*, ut ſolent Latini. obſervavimus quaedam ad Cic. I. ep. IX. *v.* 23. & IX. ep. XVI. n. 14. de *non modo* ea notione poſito. Plura Muretus X. Var. Lect. *cap.* XVII. Vechnerus, Daviſius ad Auct. VIII. Gall. *cap.* XXXIII. & docti interpp. paſſim. Spartianus Vero *c.* VI. *Et qui* non *ipſam remp.* ſed *nos ipſos vix ſuſtentare poſſit*. Guelf. 10. *non ſocii ſaluti forent*.

SED SE SUASQUE SPES CORRUPTURUM. Sic ad hunc diem ediderunt. at Guelf. 7. *& ſe ſ. ſ. corruiturum*. Uratisl. 1. *ſed ſuaſque ſpes corrupturum*, omiſſo Provocabulo *ſe*; at Guelf. 4. 10. Uratisl. 2. 3. & Vinar. 2. *ſeſe ſuaſque ſpes*, omiſſa Adverſativa *Sed*. eamdem omittit Franc. *ſe ſuaſque*, & hoc revocavi. Sic ſupra *c.* XXI. n. 2. eamdem particulam Auctor reticet : Sic *c.* X. n. 4. & Cat. *c.* LII. n. 6. ubi vide. Etiam poſt *Non tantum*, *Sed etiam* non exprimitur. Seneca Herc. Fur. *v.* 16. Nec *ipſe* tantum *Bacchus aut Bacchi parens Adiere ſuperos : ne qua pars probro vacet*, Mundus *puellae ſerta Gnoſſiacae gerit*. *ſuasque opes*, pro *ſuasque ſpes*, legitur in Eccard. Guelf. 9. 10. 11. 12. Uratisl. 3. Incert. 1. & Franc. non ita probe : *Spes* omnia bona futura denotat, & hic quidem ſperandam impunitatem & regnum Numidiae. Cat. *c.* XXI. n. 1. *quibus neque res neque* ſpes *bona ulla*. Eod. *c.* XX. *mala res*, ſpes *multo aſperior*. III. Hiſt. Epiſt. Pompeii n. 2. *omnis opes*, & ſpes meas *privatas conſumſi*. adde Cat. *c.* XXXV. n. 4. Ovid. V. Metam. *v.* 377. de Proſerpina Venus : *nam* ſpes *adfectat* easdem. Capitolin. Macrino *c.* IV. *Nam ſtratore ejus redemto, &* ſpe *ingenti* propoſita, &c. Guelf. 3. a manu ſecunda, Senat. 2. & Heuſſ. *ſuasque res*. & illud depravatum.

CAP. XXXIV. 1. DICENDI FINEM FECIT. Guelf. 3. *dicundi*. 9. *facit*, pro *fecit*. Plerique omnes *Deinde*.

SUPRA DIXIMUS. Ita Noſter frequentiſſime, & maxime hoc B. Jugurthino : adeo, ut raro ſupervacanea formula videri poſſet ; quemadmodum hoc loco videbatur Grutero. Ubicumque tamen per eam aut perſpicuitatem, aut rationes rei inferunt, pro ſupervacua non habenda eſt : eſtque eo pacto apud alios aeque frequens. Livius XXV. *c.* XXXII. extr. *Ibi Cn. Scipio, cum quibus* ante dictum *eſt*, *copiis ſubſtitit*. Id. XXVI. *c.* XXXIX. *Claſſis viginti ferme navium Rhegii ſtabat :* & paucis interjectis : *claſſem viginti navium*, ſicut ante dictum eſt, *effecit*. & ſic ille ſaepius. Dionyſ. Halic. I. *cap.* III. *καθάπερ ἔφην*, *c.* V. *ὥσπερ ἔφην*. *c.* VIII. *ὑπὲρ ὧν ἐποιησάμην λόγον ὀλίγῳ πρότερον*. &c. Dictys I. *c.* XI. *Igitur Antenor, cujus de ſanctitate morum* ſupra memoravimus. *c.* XVIII. *claſſium numerus, quem ex diverſis Graeciae regnis contractum* ſupra expoſuimus. Id. II. *c.* II. *Theſſandrus, quem Polynicis* ſupra memoravimus. *c.* XLIX. *At rex*, ſicut ſupra diximus, *transgreſſus*. & paucis ante lineis memoraverat. Sic vero ille etiam haud raro, in his cum cura Salluſtii ſui veſtigiis inſiſtens. Tacit. VI. Ann. *c.* IV. *Latiaris*, ut retuli, *praecipuus*, &c. XIV. Ann. *c.* XXXIII. *iis*, quae memoravi *locis*. *c.* XL. *iis*, quos memoravi, *& aliis minus illuſtribus*. Nec Hiſtorici tantum hac formula delectantur, ſed etiam Oratores. plura tamen proferre non debeo. adde infra *c.* XL. n. 4.

AC TAMETSI. Gu. 10. *ac etſi*; Heuſſ. *Ac tamen etſi*, ut *c.* XXXIII. n. 2. Gu. 9. *multitudo plebis*.

QUAE IN CONCIONE ADERAT. Vinar. 2. *qui*. Forte *qui aderant*, ut ſupra *c.* XVI. n. 1. ex optimo Cod. *Vicit tamen* pars illa, qui *vero pretium aut gratiam* anteferebant. Ciacconius voces *in concione* additas eſſe auguratur ; at Gruterus nihil movet, ſed mox n. 2. *ex concione diſcedit* abjectum cupit. Libri noſtri cum vulgatis incedunt.

CLAMORE, VULTU. Baſil. 1. Uratisl. 2. Senat. 2. & Heuſſian. *voltu*. *Voltum* non oris, ſed totius cor-

vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione diſceſſit: Jugurthae Beſtiaeque & ceteris, quos illa quaeſtio exagitabat, animi augeſcunt. 2

CAP. XXXV.

XXXIX.

EA erat tempeſtate Romae Numida quidam, nomine Maſſiva, 1
Guluſſae filius, Maſiniſſae nepos: qui, quia, in diſſenſione regum, Jugurthae advorſus fuerat; dedita Cirta & Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proxumo 2
anno poſt Beſtiam cum Q. Minucio Rufo Conſulatum gerebat, perſuadet, quoniam ex ſtirpe Maſiniſſae ſit, Jugurtham ob ſcelera invidia cum metu urgueat; regnum Numidiae ab Senatu petat. Avi-

corporis intellexiſſe videtur, quem graphice deſcripſit infra *c.* LX. n. 4. Sic *c.* CXIII. n. 4. voltu corporis *pariter*, *atque animo varius*.

QUAE IRA FIERI AMAT. Notat Quinctilianus IX. *c.* III. Salluſtium ex Graeco plurima tranſtuliſſe, & pro exemplo citat: *vulgus amat fieri*. id vulgo in Fragmentis Criſpi noſtri ponunt; cum veroſimile ſit, Fabium ex hoc loco deſumſiſſe. Exponendum itaque foret: *quae per iram fieri ſolent*, ſi haec ab Graecis deſumta. Thucydid. III. *c.* XLII. *ὧν τὸ μὲν μετ᾽ ἀνοίας* ΦΙΛΕΙ *γίγνεσθαι, τὸ δὲ, μετ᾽ ἀπαιδευσίας καὶ βραχύτητος γνώμης*, *c.* LXXXV. *οἷον* ΦΙΛΕΙ *ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι*. ubi Scholiaſtes: *καὶ οἷον ἔθος ἐστὶν ἐν τοιαύτῃ στάσει*. Heſiodus *v.* 788. ΦΙΛΕΕΙ *δὲ τε κέρτομα βάζειν*. Herodian. I. *c.* 2. n. 8. ΦΙΛΕΙ *γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν*. Sic & Latini. Horat. III. Od. XVI. *v.* 9. Aurum *per medios ire ſatellites*, *Et perrumpere* amat *ſaxa*. Id. I. Sat. X. *v.* 60. amet *ſcripſiſſe ducentos Ante cibum verſus*. Dictys I. *c.* III. *Sicut in tali re fieri* amat. infra *c.* XLI. n. 3.

VICIT TAMEN IMPUDENTIA. Guelf. 2. *vincit*. Struv. *vicit tamen* bellum *impudentia*, quod ex nomine *Baebii* ortum. habent enim Rem. 1. Eccard. Guelf. 7. 10. 11. 12. *impudentia Baebii*, Franc. *Bibuli*.

2. POPULUS LUDIBRIO HABITUS. *Ludibrio haberi* quid ſit, indicatum ad Catil. *c.* XX. n. 9. adde ſupra *c.* XXXI. n. 1. Hic tamen magis proprie accipitur.

EX CONCIONE DISCEDIT. Pervetuſtus ille Commelinianus, item Fabric. 2. Remenſes, Acad. Uratisl. 3. Guelf. 1. & 9. *diſceſſit*: quod valde vereor, ne ſit propter ſequens *augeſcunt* in aliud tempus immutatum. vide ſupra *c.* XII. n. 4. Franc. Praepoſitionem omittit. Struv. *& ex concione*. mox Guelf. 9. *quibus illa quaeſtio exagitabatur*.

ANIMI AUGESCUNT. Guelf. 9. *animi creſcunt*. ab interprete *augere animum* ſaepe Livius. vide ad eum Gronovium VII. *c.* VII. pro *creſcere*. Tacitus Agric. *cap.* III. *ut corpora lente* augeſcunt, *cito exſtinguuntur*. Terent. Heaut. A. III. Sc. 1. *v.* 14. *mihi quotidie magis* Augeſcit *aegritudo de filio*.

CAP. XXXV. 1. NUMIDA QUIDAM, NOMINE. In Academ. *quidam*; in Guelf. 3. *nomine* non leguntur. Franc. autem *Romae* non agnoſcit.

IN DISSENSIONE REGUM. Eccard. & Struv. *diſcenſione*; Franc. Guelf. 9. 10. 11. *diſceſſione*; Acad. *ſeditione regum*. Auctor B. Afric. *c.* XCVII. *ideo*, *quod initio* per diſſenſionem principum *ſocietatem cum Juba inierant*.

PROF. EX AFRICA ABIERAT. Guelf. 2. *profugus ex Africa profugerat*; 9. *ex Africa Romam abierat*. vide infra ad *c.* CX. extr.

2. SPURIUS ALBINUS. Guelf. 12. *Albinus Spurius*. Caſſiodorus *Spurium Poſtumium* vocat. vide Pighii Annal. Tom. III. p. 120.

CUM Q. MINUCIO RUFO. Fabric. 2. *Q. Mucio*; Acad. *Q. Municio*; Franc. & Incert. 2. *Q. Munificio*. Sed Praenomen in omnibus libris corrupte *Q.* eſt, cum ceteri ſcriptores omnes *Marcum* nominent. vide Pighium l. c. Sed verba illa: *Rufo conſulatum gerebat*, in Vinar. 1. perſcripta ſunt in raſura, & Guelf. 9. habet *conſulatum regebat*. Mox Uratisl. 1. *de ſtirpe*; Guelf. 4. *ipſe ſit*; Academ. *eſſet*; Guelf. 7. *erat*.

JUGURTHAM OB SCELERA INVIDIA C. METU URG. H. e. & quoniam Jugurtham & *invidia* & *metus* urgeat, dum non modo inviſus ſit Romanis; ſed ipſe etiam timeat. Male Criſpinus; ſed nec ceteri ſatis capiunt. Eſt enim in

3 Avidus Conſul belli gerundi movere, quam ſeneſcere omnia malebat. ipſi provincia Numidia; Minucio Macedonia evenerat.
4 Quae poſtquam Maſſiva agitare coepit, neque Jugurthae in amicis ſatis praeſidii eſt: quod eorum alium conſcientia, alium mala fama & timor impediebat: Bomilcari, proxumo ac maxume fido ſibi, imperat,

Struv. Remenſ. 1. Franc. Guelf. 4. *ut Jugurtham:* quaſi hic jam inciperet alterum Periodi membrum, (id enim pleriſque editoribus haeſiſſe, diſtinctiones eorum documento ſunt) & Maſſiva demum Jugurthae metum incutere deberet, qui dudum veritus erat, ne regno excideret. Senatorii, Fabric. 1. Academ. Heuſſ. Uratiſl. 3. Eccard. Guelf. 1. 2. 10. 11. *Jugurthamque.* non quidem contra ſenſum, ſed contra morem Salluſtii: cujus cum alioquin haud adeo ignarus eſſet Gruterus, hic tamen talem nexum probare potuit. Vide mihi ad Cat. *c.* III. extr. ubi eadem omiſſa Copula easdem turbas dedit. adde infra *c.* LXVIII. n. 4. Eccard. & Fabric. 1. alio modo ſuccurrunt loco. habent, *invidia cum metu urgebat.* qui mihi (niſi varietas ex antiqua ſcriptura *urgueat* orta eſt) perſuaſerunt, fuiſſe olim: *invidia cum metu urgeant*, ſicuti Catilin. *c.* XLVIII. n. 1. Lentulus cum *ceteris* conſtituerant. ubi vide. infra III. Hiſtor. Epiſt. Pomp. n. 6. C. Herennius *cum urbe* deleti. *Cum* pro *&* placuit Noſtro Catil. *cap.* XII. n. 2. *Juventutem luxuria atque avaritia* cum *ſuperbia invaſere*. *c.* XXX. num. 1. C. *Manlium arma cepiſſe* cum *magna multitudine*. infra *cap.* XLI. n. 7. *populus* militia *atque* inopia *urguebatur*. Curtius V. *c.* III. n. 11. *Anceps oppidanos malum* urgebat; *nec ſiſti vis hoſtium poterat*. *Urgueat* hoc loco, ut perpetuo, ſcripſit Incert. 2. vide ſupra ad *c.* XXIV. num. 4.

3. AVIDUS CONSUL BELLI GERUNDI. *Gerundi* omittit Guelf. 3. & ſi eam, ſimulque vocem *belli* abjeceris, nihil Salluſtio decedit. Horat. 1. Sat. IV. *v.* 126. avidos *vicinum funus ut* aegros *Exanimat.* pro *avidos vitae*.

MOVERI, QUAM SENESCERE, OMNIA MAL. Hic Fabriciani, Remenſes, Baſil. 1. Academ. Senatorii, Franc. Incerti, Eccard. Guelf. 2. 3. & 10. *movere*, non *moveri*. eodemque modo edd. Venetae atque Gryphiana. Ea prudentia loco moverunt genuinam Criſpi ſcripturam, qua idem auſi ſunt Catil. *c.* LI. n. 40. *Poſtquam reſp. adolevit* ---- circumvenire *innocentes*, *alia hujuſcemodi* fieri *coepere*. ubi hoc genus pluribus tuemur. *Omnia* non reſpondet in Remenſi 2. quaſi iſte *ſeneſcere* ad avidum conſulem retuliſſet, ut Livius XXV. *c.* VII. *Vir inquieti animi & minime otium*, *quo tum* ſeneſcere *videbatur*, *patientis*. Sed retulit Criſpus ad *omnia*, ut Cat. *c.* XX. n. 10. *illis annis atque divitiis* omnia conſenuerunt. Livius XXX. *c.* XIX. *Multique alii ignobiles populi* ſeneſcere *Punicum* bellum *cernentes*, *defecere*. Guelf. 11. *novari*, pro *movere*.

PROVINCIA NUMIDIA ---- EVENERAT. Acad. *Numidia provincia;* mallem, iſtud *provincia* nuſquam eſſet. Sic ſupra *c.* XXVII. n. 4. *Calpurnio Numidia*, *Italia Scipioni obvenerat*. Atque *obvenit* ſcribit hoc loco Fabric. 2. Sed *evenerat* tuetur infra *c.* XLIII. n. 1. *Metelloque Numidia* evenerat. ubi vide. Utroque loco mentio facta eſt antea *provinciarum*, quam iſta verba legerentur. Quod cum aliter factum ſit hoc loco; neque ego τῷ *provincia* acrius impugnabo. De rebus *Minucii* in eo imperio contra Scordiſcos & Triballos Thracas geſtis, vide Epitom. Liv. LXV. Flor. III. *capit.* IV. alios. adi Pighii Annal. Tom. III. pag. 128.

4. SATIS PRAESIDII EST. Remenſ. 1. *ſ. praeſidii erat*. Sed Senat. 1. nullum Verbum addidit.

MALA FAMA ET TIMOR IMPEDIEBAT. Fabric. 2. priores duas voces in margine ab alio ſcriba habet addita. Tres autem alii *timor animi* oſtentant, quod tantopere placuit Putſchio, non Grutero. iſtud habes Cat. *c.* LVIII. n. 2. timor animi *auribus officit*. ubi vide. Meliores noſtri Grutero favent omnes. infra *cap.* LXX. n. 5. *is poſtquam magnitudine facinoris perculſus ad tempus non venit*, metusque *rem* impediebat. *Impediebat* intellige, quo minus Jugurthae praeſidio eſſent. Sic *impedimenta* infra *c.* XL. n. 2. & ſupra *c.* XXX. num. 2. *ac maxume eos potentia Scauri a vero*, *bono* impediebat.

BOMILCARI. Qui Roma profugus abit, n. 9. Dux poſtea eſt exercitus Jugurthini, *c.* XLIX. n. 1. ab Metello corrumpitur, *c.* LXI. n. 4. Jugurtham ad deditionem impellit, *c.* LXII. n. 2. propterea regi ſuſpectus, ipſeque eumdem ſuſpiciens conſilium coepit Jugurtham interficere *c.* LXX. Re per interceptas Bomilcaris litteras, *c.* LXXI. prodita, ab Jugurtha interficitur, *cap.* LXXII. n. 1.

PROXUMO AC MAXUME FIDO SIBI. Fabric. 2. *proxume ſibi ac maxume fido.* non male. Guelf. 7. pro-

perat, *pretio, ſicuti multa confecerat, inſidiatores Maſſivae paret, ac maxume occulte: ſin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat*. Bomilcar mature regis mandata exſequitur: & per homi- 5
nes talis negotii artifices itinera egreſſuſque ejus, poſtremo loca atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res poſtulabat, inſidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati, paullo in- 6
con-

proxumo ſuo. Sed *ſibi* ita reſpuere potuiſſet, ut Cat. *c.* XIV. n. 6. ubi & n. 3. expoſitum, qui dicantur *proximi*.

SICUTI MULTA CONFECERAT. Guelf. 10. *multa conſuerat;* 2. a prima manu, *effecerat*. Ea mutant ſupra *c.* XII. n. 4. *Numida mandata brevi* confecit.

INSIDIATORES MASSIVAE PARET. Guelf. 1. Vinar. 1. & Fabriciani cum Remenſi 1. *ut* addunt, quod tamen nemo magis, quam Salluſtius, poſt verba monendi, imperandi cet. omittere ſolet. vide *c.* XII. n. 3. Fabric. 2. *ut inſidias M. paret*. Ciceroni tamen nota vox *inſidiator*. Juſtin. XIII. *c.* VIII. *Sed res Eumenem non latuit. itaque inſidiae in* inſidiatores *verſae*. Guelf. 9. *parare*. Scripſit Auctor, quod eſt in Academico, *pararet*. Sic *c.* XXXII. n. 5. perſuadet, ne *vim, quam miſericordiam, experiri* mallet.

AC MAXUME OCCULTE. Illud *maxume* deſideratur in Guelf. 7. Pro Grutero facit; qui tres voces ideo expellit, quod inſidiae ſemper ſint *occultae*. Sed Noſter *inſidias* & *inſidiatores* cum effectu intelligit, ita ut intelligat *caedem*, quam per inſidias intenderat. Catilin. *c.* XXXII. n. 2. *opes factionis confirment*, inſidias *conſuli maturent*. Tacit. I. Hiſt. *c.* LXXV. *Sed* inſidiatores *ab Othone in Germaniam, a Vitellio urbem miſſi. Utriſque fruſtra fuit*. vide locum, ſi cognoſcere cupis, quod inſidiatores non ſemper ſint *occulti*. Et quando Noſter mox narrat, quod unus ex eo numero ſit deprehenſus; indicat certe, quam illae inſidiae non fuerint occultae. Fallit itaque ratiocinium viri doctiſſimi. Catil. *c.* XLV. n. 1. & 2. *imperat, uti* per inſidias *Allobrogum comitatus deprehendant*. *Homines militares* occulte *pontem obſidunt*. Nota ſunt Ciceronis *infra ſubſcripſi: ante praecogitatum;* Livii XXXIII. *c.* XXXI. pr. *clam muſſantes*. alia ad *c.* XIX. n. 5. *c.* XIII. n. 5. Quid ergo hic ſollicitamus, ubi per ſeparatim additum Adverbium diverſa voluntas, diverſaeque notiones neceſſario exprimuntur. vide ad Catilin. *cap.* I. extr. EXCURS. I. Denique *occultas*, & *occultiores inſidias* etiam Cicero dixit.

SIN ID PARUM PROCEDAT. Infra *c.* XLVI. n. 4. *perſuadet, uti Jugurtham* maxume *vivum, ſin* id parum procederet, *necatum ſibi traderent*. ſupra *c.* XI. n. 9. *Quae ubi* tardius procedunt. Livius I. *cap.* LVII. *ubi* id parum proceſſit, *obſidione munitionibuſque coepti premi hoſtes*.

5. ET PER HOMINES T. N. ARTIFICES. *Et* abeſt ab Guelf. 3. bene, quae mea mens eſt. nam in explanatione eorum, quae jam antea paucis comprehenſa poſita ſunt, omitti ſolet copula. vide ſupra ad *c.* II. n. 3. *Homines artifices*, ad eam formam, qua ſupra *c.* XII. n. 5. *mulier ancilla*, ubi vide. Capitolin. Macrino *c.* IV. *Macrinum libertinum*, hominem *proſtibulum*, *ſervilibus officiis occupatum*. Livius XL. *c.* LIII. Galli *Tranſalpini*, *tria millia* hominum. Lactant. II. *cap.* IV. *Immiſſis* latronibus ſervis, *impune ſublata eſt*. *Artifices* vocat, qui uſum & exercitium inſidiarum habebant, ut ſaepe Curtius. vide Daviſium ad Caeſar. I. Civit. *cap.* LVIII. Prudent. I. Symmach. *verſ.* 99.

Artificem ſcelerum *ſimplex mirata vetuſtas*.

ITINERA EGRESSUSQUE EJUS. Guelf. II. *itinera congreſſuſque ejus*. male. *Egreſſus*, ut Noſtri *Ausgang*, tam de egreſſu extra urbem, quam extra domum dicitur. Tacit. XI. Ann. *c.* XII. *Illa non furtim, ſed multo comitatu ventitare domum;* egreſſibus *adhaereſcere, largiri opes, honores*. Id. XV. *c.* XXXVI. *audire ſecretas querimonias, quod tantum aditurus eſſet* iter, *cujus ne modicos quidem* egreſſus *tolerarent*. Hinc idem etiam de progreſſu in publicum eadem voce uſus eſt.

INSIDIAS TENDIT. Incert. 2. Remenſ. 1. & Guelf. 4. *tetendit*. Forte eadem ratione adducti Guelf. 3. aliique duo *poſtulat* ſcripſere, ne ſcilicet diverſa tempora concurrerent. Faceſſere juſſi hanc ſapientiam ad *c.* XXXIII. n. 4. & alibi paſſim.

6. QUI AD CAEDEM PARATI ERANT. Numquam haec Salluſtius ſcripſit, cui ſatis ſuperque fuit: *unus ex eo numero paullo inconſultius Maſſivam adgreditur*. Sic Cat. *c.* XLII. n. 3. Ex eo numero

conſultius Maſſivam adgreditur, illum obtruncat: ſed ipſe deprehenſus, multis hortantibus & inprimis Albino conſule, indicium profi-
7 tetur. Fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex jure gentium,
8 Bomilcar; comes ejus, qui Romam fide publica venerat. At Jugurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra verum niti, quam animum advortit, ſupra gratiam atque pecuniam ſuam
9 invidiam facti eſſe. Igitur, quamquam in priore actione ex amicis quin-

mero *complures Q. Metellus Celer in vincula conjecerat*. vide ibi & Eod. ad *c.* XXXII. n. 3. Firmat ſententiam noſtram & Guelf. 3. *quem ad caedem paraverant;* & Fabric. 2. *ex eo numero militum ad caedem parati erant;* & Guelf. 10. qui *erant* omiſit. Sed Guelf. 3. etiam eo haeſitaſſe poteſt, quod *eo numero*, *qui erant* non bene cohaererent: Verum intelligere debuiſſet *numero* eorum, *qui*, cet. quod interpretamur ad Cat. *c.* XXXIII. n. I. Coelius VIII. epiſt. VIII. *Ex* eo numero, quos *ex S. C. in provincias ire oporteret*.

PAULLO INCONSULTIUS. Fabric. I. *pauloque inconſultius*. habet in margine adpictam Gloſſam: *Inconſultius. quia opportunitatem, dum clam fieri poſſet, exſpectare noluit, & actutum deprehenſus eſt*. vide Catilin. *cap.* XLII. num. 2.

ILLUM OBTRUNCAT. Incert. 2. & Franc. *illumque obtruncat*. peſſime. vide ad Catilin. *c.* XLIII. num. 2. *Cethegus Ciceronis januam obſideret*, eum *vi adgrederetur*. ubi vulgo *eumque*. Supra *c.* XXVIII. num. 7. *acriter Numidiam ingreſſus eſt*, multos *mortalis & urbis aliquot pugnando capit*. ubi *multoſque*. adde *cap.* XXXII. num. 5. mox Fabriciani: *ſed* ille *deprehenſus*.

INDICIUM PROFITETUR. Non eſt fateri, ſe indicaturum, ut multi interpretantur; ſed re ipſa indicare, quod ſit ſubornatus a Bomilcare in caedem Maſſivae. Tacitus VI. Ann. *c.* III. extr. *& ſummum ſupplicium decernebatur*, *ni* profeſſus indicium *foret*. Seneca Excerpt. X. Controv. VI. *nil magis fur timui, quam ne dominus furtum agnoſcere nollet.* —— Profiteor indicium *furti mei. civitas conſcia eſt*. adde Catil. *c.* XLVIII. n. 5. & 6.

7. EX AEQUO BONOQUE. Guelf. 10. & Incert. 2. *ex aequo & bono*. Num ſcripſit *aequo, bono?* ut *c.* XXX. n. 2. *Aequum* & *bonum* opponitur Juri Gentium, ut alibi paſſim ſummo ſtrictoque juri. Eſtque id, quod in ſe juſtum & utile eſt reip. Diceres, quod jure naturae eſt praeceptum, quando *jus gentium*, pro moribus, mutuo gentium conſenſu receptis, agnoſcere velis. *Jure* autem *Gentium* etiam *comites* Legatorum, eorumque, quos, fide publica data, violare non licet, ab omni injuria tutos eſſe, ex antiquo fecialium Carmine probat Grotius II. de Jure B. & P. *c.* XVIII. §. VIII. *Rex, facisne me tu regium nuncium populi Romani Quiritium; Vaſa* comites*que meos*. adde quos Freinshem. ad Flor. I. *cap.* XVIII. n. 5. citat.

8. MANIFESTUS TANTI SCELERIS. Sic Cat. *c.* LII. extr. *manifeſtis rerum capitalium*. ubi vide. Capitolin. Marco *c.* XXIV. *quamvis nonnumquam contra* manifeſtos *& gravium criminum reos inexorabilis permaneret*. Sic Livius XXXII. *c.* I. *ſacrilegii compertus*.

OMISIT CONTRA VERUM NITI. Senat. 2. *miſit*, pro *omiſit;* Struv. *comiſit*. Uratisl. 3. *obniti*, pro *niti*.

QUAM ANIMADVERTIT. Guelf. 3. *animadverterit;* 7. *animadvertere*. I. Waſſe ex Arondeliano dedit *animum advortit*, quod certe verum. Sic infra *c.* LXIX. n. I. *Vaccenſes ubi* animum advortere, *ad ſe vorſum exercitum pergere. c.* XCIII. n. 2. animum advortit *inter ſaxa repentes cochleas*. ubi vide.

INVIDIAM FACTI ESSE. Vinar. 2. *invidia;* I. *invidiam factam eſſe. invidia facti*, ut Catil. *c.* XXII. n. 3. *qui* Ciceronis invidiam *leniri credebant atrocitate ſceleris eorum, qui poenas dederunt*. ubi dixi. Supra recte Incert. I. omiſit Pronomen *ſuam*.

9. IN PRIORE ACTIONE. Plures *in priori;* Eccard. *in priorem actionem;* Vinar. 2. & Struv. *in priori pactione*. Immo *actione*, qua accuſatus erat; ut Ciceronis *Actio* in Verrem, quia tum cauſſa *agebatur*. vide Paſſerat. ad Cicer. pro Caecina *c.* I. III. & XII. adde Quinctil. III. Inſtit. *c.* V. Guther. de Jure man. III. *c.* XXV.

QUINQUAGINTA VADES DEDERAT. *Vades* ſunt, qui ſpondebant, reum capitis ad cauſſam dicendam praeſto futurum, aut ſemet ipſos mulctam, qua damnatus eſſet, ſoluturos. Gloſſa Senat. I. *Giſlas;* voce antiqua Germanica, *Geyſſel*. Liv. XXV. *c.* IV. *Tribuni rei capitalis diem Poſtumio dixerunt; ac*, ni vades daret, *prehendi a viatore atque in carcerem duci juſſerunt*. vi-

quinquaginta vades dederat; regno magis, quam vadibus conſulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit: veritus, ne reliquos popularis metus invaderet parendi ſibi, ſi de illo ſupplicium ſumtum foret. Et ipſe paucis diebus profectus eſt, juſſus ab Senatu Italia decedere. Sed poſtquam Roma egreſſus eſt, fertur ſaepe eo tacitus reſpiciens, poſtremo dixiſſe: URBEM VENALEM ET MATURE PERITURAM, SI EMTOREM INVENERIT.

vide Salmaſ. de modo Uſur. *cap.* XVI. Gronov. ad Liv. II. *cap.* XIII.

REGNO MAGIS, QUAM VADIBUS. Guelf. 9. *tamen magis regno*. Ceteri recte omittunt, etſi etiam Leidenſis Bibliothecae Codex habeat: *regno tamen magis*. inepte, quod teſtatur, & exemplis firmat Muncker. ad Fulgent. Mythol. I. Praefat. Supra *cap.* X. n. 7. *in omni certamine qui opulentior eſt*, etiamſi *accipit injuriam*, quia *plus poteſt*, *facere videtur*. *cap.* XXVI. n. 2. tametſi *omnia potiora fide Jugurthae rebatur*; quia *penes eoſdem*, *ſi advorſaretur*, *cogendi poteſtas erat* —— *deditionem facit*. *cap.* XXXIII. n. 2. tametſi *in ipſo magna vis animi erat* —— C. Baebium *tribunum pl. magna mercede parat*. & n. 3. quamquam *regi infeſta plebes erat* —— dignitati *magis*, *quam irae conſulens* cet. adde III. Hiſt. Or. Macri n. 20. Florus II. *cap.* VI. n. 33. *Syracuſae*, quamvis *Archimedis ingenio defenderentur*, aliquando *ceſſerunt*. cum nota Duckeri. Seneca I. de Clement. *cap.* I. Quamvis *enim recte factorum verus fructus ſit feciſſe* —— juvat *inſpicere & circuire bonam conſcientiam*. ubi cum tot egregii Codd. non aliter exhibeant, ediderunt tamen: *juvat* tamen *inſpicere*, cet. contra mentem Gronovii, quem ibi conſule. Lucanus II. *v.* 178. *Vidimus*, *& toto* quamvis *in corpore caeſo*, Nil *animae mortale datum*. Ovid. I. Amor. Eleg. XV. v. 14. Quamvis *ingenio non valet*, arte *valet*. vide et Cat. *cap.* XVII. num. 6. Mox Fabric. I. *in Numidia dimittit*; ſed Guelf. 10. ſine Praepoſitione *Numidiam*, ut ſupra *cap.* XXVIII. num. 6. *Siciliam*. Vinar. 2. & Uratisl. 2. *demittit*. quomodo Gryphiana. vide ad Cat. *cap.* XXVII. n. 1.

RELIQUOS POULARIS. *Popularis* ſcripſit. Guelf. I. ceteri *populares*. Ita Numidas vocat. Curtius ſaepiſsime, ut VI. *cap.* IV. n. 9. *Agitaſſe Darium cuſtodiam corporis ſui peregrino militi tradere*, *damnata* popularium *fide*. Infra Baſil. I. ordinem mutat: *ſumtum ſupplicium foret*.

PAUCIS DIEBUS EODEM PROFECTUS EST. Eccard. *Etiam ipſe poſt paucis diebus*; Guelf. 9. *paucis diebus poſt*. vide ad *c.* XIII. n. 6. *itaque* paucis diebus *legatos mittit*. Fabric. I. *eodem* inter verſus exhibet: quod forte ſi abeſſet, nemo hodie infarciret.

ITALIA DECEDERE. *Italia* vacat in Guelf. 3. deinde Incert. I. Vinar. 2. Guelf. 2. 9. 10. 11. *diſcedere*, quae tum alibi, tum *cap.* XXIII. n. 1. permutantur. De ipſo more jubendi Italia decedere, quaedam ad cap. XXVIII. n. 2.

10. POSTQUAM ROMA EGRESSUS EST. Guelf. 11. *Sed poſtquam poſtquam egreſſus eſt*, ut alterum *poſtquam* ſcripſiſſe videatur, quia animo haeſerat in exemplari ſuo lectum *Romam*. ita nempe, non *Roma*, ſcripſerunt Remenſes, Fabric. I. a prima manu, & Vinar. 2. Sic ex Criſpi I. Hiſtor. citant Grammatici: *Gens raro egreſſa* finis *ſuos*. ubi vide. Aurel. Victor Epitom. *cap.* V. *noctis medio* egreſſus urbem. Sic infra *c.* XLIV. n. 4. in MSS. *poſtquam decreverat non* egredi provinciam. Sueton. Auguſto *cap.* LXIII. *pueritiam egreſſus*. Fabric. 2. *Romae egreſſus*.

SAEPE EO TACITUS RESPICIENS. Haec poſitura in noſtris melioribus, praeter Fabricianis, qui *tacitus eo reſpiciens*. Quidam: *eo ſaepe tacitus*. Guelf. 3. *reſpectans*, ut *pollicitare*, *imperitare* & alia apud Noſtrum & antiquiores.

URBEM VENALEM. Academ. Guelf. 2. & 7. *O urbem venalem*. & ſic verba refert Livii Epit. LXIV. atque Oroſius V. *cap.* XV. Sed Salluſtium puto tantum retuliſse Orationem indirectam, idque indicare voluit Guelf. 10. *Urbem Romam eſſe venalem*.

SI EMTOREM INVENERIT. Ita Aeſchines in Timarch. pag. 185. Πολλάκις ἐνεθυμήθην τὴν εὐτυχίαν τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως κατὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ κατὰ ταῦτα ὅτι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐδεὶς ἐγένετο ΤΗΣ Ἀνδρίων ΠΟΛΕΩΣ ΩΝΗΤΗΣ. adde Freinshem. ad Flor. III. *cap.* I. extr.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXVI.

XL.
1 INterim Albinus, renovato bello, commeatum, ſtipendium, alia,
quae militibus uſui forent, maturat in Africam portare; ac ſta-
tim ipſe profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe ab-
2 erat, armis, aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At
contra Jugurtha trahere omnia, & alias, deinde alias morae cauſ-
ſas facere: polliceri deditionem, ac deinde metum ſimulare: in-
ſtanti cedere, & paullo poſt, ne ſui diffiderent, inſtare: ita bel-
3 li modo, modo pacis mora Conſulem ludificare. Ac fuere, qui
tum Albinum haud ignarum conſilii regis exiſtumarent; neque
ex tanta properantia tam facile tractum bellum ſecordia magis,
quam

CAP. XXXVI. 1. RENOVATO BELLO. *Renovato* manus ſecunda ſcripſit in Fabr. 1. prima tamen dederat tres priores litteras *ren* .... ut adpareat, non voluiſſe, quod in Guelf. 12. exaratum eſt, *revocato*. infra *cap*. LIV. num. 5. *ubi videt*, bellum renovari, *quod*, *niſi ex illius lubidine*, *geri non poſſet*. Cic. XII. epiſt. XXX. n. 6. *Sic vehementius nos laboramus*, *qui profligato bello ac paene ſublato* renovatum bellum *gerere conamur*.

MATURAT IN AFRICAM PORTARE. Guelf. 2. *maturat portare in Africam*. Nullus tamen omnium omiſit Verbum *portare*, quod haud abſurde abeſset. Non damnat, quod temere ſcripſit Waſſius, ſed tuetur Verbum illud Gronovius ad Livium XXXIX. *cap*. XLV. addidit illa Livii: *niſi omni vi* perficere maturaſſet; maturaret venire; *maturaſſent ire*, *maturarent inſtruere*. ea Taciti: *ſequi maturaſſet*; *maturavit claudere*; aliaque loca, in quibus & ille Noſtri infra *cap*. LXXXIX. n. 5. *maturavere iter pergere*. ubi vide. Haud abſimiliter *cap*. LXIV. num. 3. *ne feſtinaret abire*. Cat. *cap*. XVIII. extr. *Ni Catilina* maturaſſet *pro curia ſignum ſociis* dare. ubi certe ordo evincit, Salluſtium ita omnino ſcripſiſſe. *cap*. XX. n. 3. *animus* auſus eſt *maximum atque pulcherrumum facinus* incipere. Haec jam ſatis morem Noſtri oſtendunt. mox *ipſe* praeterit Remenſis 1.

COMITIA, QUOD TEMPUS. Nempe *tempus comitiorum*, de qua elegantia vide ſupra notata ad *cap*. V. n. 1. item ad *cap*. XVII. n. 2. *declivem* latitudinem, quem locum *Catabathmon incolae adpellant*. infra *cap*. LXXV. n. 6. *Ipſe ex* flumine, quam *proxumam oppido* aquam *ſupra diximus*, *jumenta onerat*. Livius II. *cap*. XX. cohorti *ſuae*, quam *delectam* manum *praeſidii cauſſa circa ſe habebat*. & ſic Juſtinus XVIII. *cap*. IV. *Eliſſa quoque Acerbae avunculo ſuo*, ſacerdoti *Herculis*, qui honos *ſecundus* a rege *erat*, *nubit*. *longe* non fuit primitus in Academico.

2. AT CONTRA JUGURTHA TRAHERE OMNIA. Guelf. 1. *protrahere*. ſed infra num. 3. *tractum bellum*; quomodo & ſupra *cap*. XXIII. num. 2. ubi vide. Florus IV. *cap*. II. num. 42. *Pompejus adverſus haec nectere moras*, *tergiverſari*, cet.

PAULLO POST, NE SUI DIFFIDERENT, INSTARE. *Poſt* non habet Guelf. 3. pro *diffiderent*, Eccard. *deficerent*. quomodo infra *cap*. LI. n. 4. Tamen *diffidere* magis placet. Inſtando autem, adgrediendo, tentando paullatim fiducia militibus creſcit. vide infra *cap*. LXXXVII. & Juſtin. VII. *cap*. VI. Guelf. 10. *ſtare*, pro *inſtare*. mox Uratisl. 1. & Vinar. 1. *moram*. male. vide infra *cap*. L. n. 4.

3. AC FUERE, QUI TUM. Guelf. 11. *ac fuere homines*. Remenſ. 2. & Guelf. 10. negligunt *tum*. Recte fortaſſis. aut *tum* de exiſtimantium tempore intelligendum erit, ſicuti Cat. *cap*. XVII. n. 7. *Fuere item* ea tempeſtate, *qui crederent*. *cap*. XXII. n. 1. *Fuere* ea tempeſtate, *qui dicerent*.

EX TANTA PROPERANTIA. Cum antea ita properaſſet Albinus. *Ex* pro poſt, ut Cat. *c*. IV. n. 1. Caeſar 1. Civ. *cap*. LXX. ex *magnis* rupibus, *nactus planiciem*. de quo loco bene Gronovius & Daviſius. Spartianus Severo *cap*. XIV. *Plautianum* ex amiciſſimo, *cognita ejus vita*, *ita odio habuit*, *ut & hoſtem publicum adpellaret*. h. e. cum antea amicisſimus fuiſſet. Id. *cap*. LIV. *Verum Gallicanae mentes-ſeveritatem homi-*

quam dolo crederent. Sed poſtquam, dilapſo tempore, comitiorum 4 XLI.
dies adventabat; Albinus, Aulo fratre in caſtris pro Praetore relicto, Romam deceſſit.

CAP. XXXVII.

EA tempeſtate Romae ſeditionibus tribuniciis atrociter res pu- 1
blica agitabatur. P. Lucullus & L. Annius, tribuni plebis, re- 2
ſiſten-

hominis nimiam & longe majorem poſt Heliogabalum *non tulerunt*. Senſus itaque eſt: Cum notum eſſet, Albinum ita properaſſe ad bellum, num. I. nemo aliter, quam dolo factum eſſe credebat, cum acciperent, bellum trahi ab eodem, nec tam celeriter confici, ut ab feſtinante ſibi perſuaſerant. Dictys III. *cap.* III. extrem. *ſcilicet quia fluxa fides & animi parum ſpectati*, *neque* tam ſubita mutatio ſine dolo *credebatur*.

4. DILAPSO TEMPORE. Guelf. I. *delapſo*. vide ad *cap.* I. n. 4.

COMITIORUM DIES ADVENTABAT. Carrio, Hackianae, Criſpinus, *adventabant*, quomodo & Fabriciani & Remenſis I. voluit etiam Gu. 2. ſed *n* litteram eadem manus induxit. Reliqui omnes, quod expreſſimus. & ſic Cat. *c.* XXVI. num. 5. *Poſtquam* dies *comitiorum* venit. & quando *dies* pro *tempore* ponitur, ſemper ſingulari Numero adhibetur. Compara notam ad Cat. *cap.* LI. n. 25.

AULO FRATRE &c. Saepe abſente imperatore res male geſtae: quod alii non aeque, illo praeſente, ſuis hoſtiumque rebus adtendunt, & ſaepe ignari omnium, aut proſpero rerum ſucceſſu, quem alienae prudentiae debent, inflati, poſtea in audaciam ac temeritatem prolabuntur. vide Juſtin. XLII. *cap.* IV. Caeſar. III. Civ. *c.* LI. aliam rationem addidit Plaut. Amphitr. A. I. Sc. III. *v.* 6. *Sed ubi ſummus imperator non adeſt ad exercitum*, *Citius quod non facto eſt uſus*, *fit*, *quam quod facto eſt opus*. *Pro Praetore* vocat, quem infra *cap.* XXXVIII. num. I. *legatum* nominat. Auct. B. Alexandr. *Caſſius Longinus in Hiſpania* pro praetore *provinciae ulterioris obtinendae cauſſa* relictus.

ROMAM DECESSIT. Variant libri & interpretes. illi etiam, qui veram lectionem amplectuntur, facti ſui non juſtam adferunt cauſſam. Guelf. I. & 3. Vinar. I. Fabriciani, Incert. I. *diſceſſit*, & ſic Senat. I. a manu ſecunda, prima enim *deceſſit*. Guelf. 7. *ſeceſſit*: Vinar. 2. Academ. Uratiſl. 2. Struv. Incert. 2. Remenſ. 2. Franc. Guelf. 4. & II. *receſſit*, quod ex illo *deceſſit* ortum eſt, quod recte in reliquis exaratum eſt. Sed Franc. prodidit, dum *Romam* omittit, cur aliis diſplicuerit *deceſſit*, quod non, niſi *de provincia*, *e provincia decedere* dici poſſe, autumarent. Contra Latini Verbo adjungunt Nomen cum diverſa Praepoſitione, ut uno amplius Verbo ſuperſedeant. Hinc *decedere Romam* dicunt conciſe, pro *decedere* Africa, & cedere, ſeu ſe conferre *Romam*. Notamus hunc morem ad Catil. *cap.* XXVII. num. I. *in Apuliam dimiſit*, & ad Ej. *cap.* LVII. num. I. *reliquos* in *agrum Piſtorienſem abducit*. Sic ſupra *cap.* VIII. num. 2. *In praetorium abduxit*. *cap.* XX. num. I. *legati Africa diſceſſere*. Plenius Caeſar v. Gall. princ. *diſcedens* ab *hibernis Caeſar* in *Italiam*. Brevius Auct. VIII. Gall. *cap.* L. *Caeſaris* decedentis *convellere gratiam cupiebant*. Virg. I. Aen. *v.* 516. *penituſque alias* avexerat oras. ubi & confuſi *decedere* & *diſcedere* exempla habes VIII. Eclog. *v.* 14. IV. Georg. *v.* 465. Thucyd. I. *c.* LV. init. *οἱ δὲ Κορίνθιοι* ΑΠΟ*πλέοντες* ΕΠ' *οἴκου*. Juſtin. XI. *cap.* X. num. 14. Amota *igitur imbelli aetate* Carthaginem.

CAP. XXXVII. I. ATROCITER RESP. Uratisl. 3. *autoritate reſp.* Guelf. 10. *atrociter populi R.*

2. P. LUCULLUS & L. ANNIUS. Fabric. I. Senat. 2. & Heuſſ. *P. L. Lucullus*. Struv. *P. Lucius*; Acad. *P. Lucillus*; Guelf. 12. *P. Lucilius*. Incert. I. *P. Lucillius*; Franc. *P. Lucidius*. Vinar. 2. *& L. Antonius*. Uratiſl. I. omittit *Tribuni plebis*. priorem etiam Pighius Annal. Tom. III. pag. 123. *L. Lucilium* vocat. quommodo edd. Venetae. *Annium* quemdam competitorem tribunatus occidiſſe traditur Apulejus Saturninus apud Florum III. *c.* XVI. ſed libri ceterique ſcriptores diſſentiunt in homine.

CONTINUARE MAGISTRATUM NITEBANTUR. Vinar. I. *nitebantur*, *ut idem ipſi conſules per alium annum deſignarentur*. Sic ille in contextu, ſed perperam. melius Gloſſa Guelf. 4. conti-

ſiſtentibus collegis, continuare magiſtratum nitebantur: quae diſſen-
3 ſio totius anni comitia impediebat. Ea mora in ſpem adductus
Aulus, quem pro Praetore in caſtris relictum ſupra diximus, aut con-
ſiciundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae,
milites menſe Januario ex hibernis in expeditionem evocat; ma-
gnis itineribus, hieme aſpera, pervenit ad oppidum Suthul, ubi
regis

continuare ipſi ſibi. Illi vox *magiſtratus* offendiculo fuit; quod jam olim opinio invalverat, Tribunatum pleb. non eſſe magiſtratum. Sed vide ad Cat. *cap.* XXXIX. num. 2. addo Livium IV. *cap.* II. *Finem non fieri poſſe. in eadem civitate* tribunos plebis *& patres eſſe. aut hunc ordinem, aut* illum magiſtratum *tollendum eſſe*. Vellejus II. *cap.* VI. *quin alterum etiam* continuavit *tribunatum*. adde Coelium Epiſt. V. ad Ciceronem.

TOTIUS ANNI COMITIA. H. e. omnia anni comitia, non tantum Tribunorum, ſed etiam magiſtratuum majorum. Sic Livius III. *cap.* XV. *Solliciti reliquum noctis —— in ſtationibus diſponendis ad opportuna* omnis urbis *loca, egere*. Noſter infra *cap.* CIII. n. 1. *obſeſſum turrim regiam, quo Jugurtha* perfugas omnes *praeſidium impoſuerat*. adde notam ad Cat. *cap.* XLIII. n. 1. & Giſanium ad Lucret. pag. 353. Livius XXXVI. *cap.* X. *ut incerti fluctuarentur animi inter metum* praeſentem *hoſtium, & verecundiam* abſentium *ſociorum*. ubi peſſime Muretus *praeſentium*. Pariter peccant apud Flor. III. *cap.* XIV. n. 5. *injecta manu depulit roſtris, adeoque* praeſenti metu *mortis exterruit, ut abdicare ſe magiſtratu cogeretur*. peccant, inquam, qui ibi *praeſentis* praeferunt.

3. EA MORA IN SPEM ADDUCTUS. Uratiſl. 2. *eo more*. Auct. B. Alexandr. *cap.* XLIII. *Cujus & infelicitas vivi & ſubita mors*, in *magnam* ſpem *Octavium* adduxit *provinciae potiundae*. Livius XXVII. *cap.* XLV. *Parva momenta* in ſpem *metumque* impellunt *animos*.

QUEM PROPRAETOREM IN CASTRIS. Fabriciani, *quem praetorem*; Franc. *Aulus propraetor, quem in caſtris*, cet. Eccard. *quem Propraetorem*, & ſic Gruterus. Sed noſtri reliqui *pro Praetore*, idque rectum & antiqua ſcriptura. vide *cap.* XXXVI. extrem. & quae nos ad Cat. *cap.* XIX. num. 1. *Quaeſtor* pro Praetore *miſſus eſt*.

AUT CONFICIUNDI BELLI. *Cauſſa* adjiciunt Academ. Eccard. Guelf. 10. Struv. *gratia* Vinar. 2. &, ordine mutato, Franc. Uratiſl. 1. & 3. *aut cauſſa conf.* 6. Hinc Vinar. 1. *aut cauſſa conf. belli ſpe, aut*. Sed Senat. 2. & Heuſſ. *aut conf. belli ſpe*. unde ſatis clarum, ex Gloſſa ea eſſe deſumta; quo loco *cauſsa* ſcribitur in Guelf. 2. Sed *ſpe* intelligitur, nempe *in* ſpem *adductus conficiundi, capiundae*. *Conficere bellum* dixit ſupra *cap.* XXXVI. n. 1. dixit Livius, Caeſar, alii. rurſus Noſter IV. Hiſt. Ep. Mithridat. n. 16. & Seneca Ep. XIII. *& illudit nobis illa, quae* conficere bellum *ſolet, fama*.

EX HIBERNIS. Franc. *ex tabernaculis*, corruptum ex eo quod legitur in Struv. Incert. 1. Uratiſl. 3. Guelf. 4. 9. 11. 12. *ex hibernaculis*; Eccard. *ex hibernalis*. Sed verum *ex hibernis*. Florus I. *cap.* XII. num. 8. *Tunc primum hiematum ſub pellibus*; (ea *hibernacula* erant) *taxata ſtipendio* hiberna. h. e. pro *hibernis*, in urbibus habendis, ſtipendium accepere. infra *cap.* LXII. n. 4. *cunctos ſenatorii ordinis ex* hibernis *arceſſiri jubet*. *cap.* C. n. 1. *dein Marius, uti coeperat, in* hiberna. Contra *aeſtiva*, *c.* XLIV. n. 3. *aeſtivorum tempus*; n. 4. *quantum temporis* aeſtivorum. vide & Cat. *cap.* LX. n. 4. plura enim Adjectiva ſunt, quae diutina conſuetudine quaſi in Subſtantiva degenerarunt.

MAGNISQUE ITINERIBUS. Fabric. 2. *ac magnis itineribus*; Fabric. 1. Guelf. 2. & 12. omittunt copulam, pro more Criſpi in his narrationibus, quem ſupra ad *cap.* XXXII. obſervavi. Hic eo juſtius copula exulat, quod iſtud Aſyndeton mire facit ad properantiam Auli. Sollemne autem eſſe optimis Scriptoribus, particulis vel additis, vel omiſsis, rebus verba accommodare, pulchre docuit Ulpianus ad Demoſthen. Olynthiacam 1.

HIEME ASPERA. Uratiſl. 2. *hieme aſpera loca*; Vinar. 1. *per loca hieme aſpera*. immo, cum hiems aſpera eſſet. Cat. *cap.* XLVI. n. 6. magna frequentia *ejus ordinis, Volturcium introducit*. Supra *c.* VI. n. 2. *poſtquam hominem adoleſcentem* exacta *ſua* aetate, parvis liberis, *magis magiſque creſcere intellegit*. infra n. 4. *ſaevitia temporis & opportunitate loci*. & ſic paſſim. vide & Cic. IV. ep. VI. n. 10. IX. epiſt. 1. n. 4. Diſputat de hoc genere Diomedes 1. pag. 303. & Latinum eloquium deficere exiſtimat, quod Graecis *ὄντος, οὔσης* eſſe ſolet. Sic ſupra *cap.* XXX. num. 3. *concionibus*, Livius ſaepe *comitiis*; ubi intelligi *exiſtentibus*, ſive Nomen ex Verbo
Sub-

regis theſauri erant. Quod quamquam & ſaevitia temporis, & opportunitate loci neque capi, neque obſideri poterat: (nam circum murum, ſitum in praerupti montis extremo, planicies limoſa hiemalibus aquis paludem fecerat) tamen aut ſimulandi gratia, quo regi formidinem adderet; aut cupidine caecus, vineas agere, aggerem jacere, alia, quae incepto uſui forent, properare. 4

CAP.

Subſtantivo, patet ex Livio XL. *c.* XVIII. princ. Comitia *conſulibus rogandis* fuere.

AD OPPIDUM SUTHUL. Quidam libri non adſpirant, *Sutul;* Uratisl. 2. *Suchul.* infra de Thala urbe *c.* LXXV. num. 1. Noſter memorat, quod ibi *plerique regis theſauri* fuerint; & *c.* XCII. num. 6. de caſtello quodam in praerupta petra poſito: *ibi regis theſauri erant;* quod caſtellum cum hoc oppido *Suthule* magnam habere adfinitatem videtur. videtur autem tantum. Sed Strabo XVII. pag. 572. *Capſam* τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ Ἰυγούρθα nominat: ut adeo in pluribus oppidis theſauros habuerit Jugurtha. Noſter tamen *c.* LXXXIX. nihil tale de Capſa. quod cum animadvertiſſet Glareanus, collatione locorum diligenter facta, urbium quaedam nomina emendanda cenſet: quod fortaſſe haud neceſſarium.

4. ET SAEVITIA TEMPORIS. Hiemis nempe. Dictys VI. *c.* VIII. *Dein*, ſaevitia hiemis *multum mari fatigatus*. Curt. VIII. *c.* IV. num. 13. *caſtra, quae in humido quidem, ſed jam* coeli *miteſcente* ſaevitia, *locaverant*. Supra *Quod* non legitur in Fabric. 1.

ET OPPORTUNITATE LOCI. Guelf. 11. Uratisl. 2. & 3. *importunitate loci;* Vinar. 2. *inopportunitate loci;* Vinar. 2. *inopportunitate*. perperam. intelligit naturam & ſitum loci, qui erat adverſus Aulum opportuniſſimus. Sic loquitur infra *c.* LXXXVIII. num. 4. *loci* inter lineas jacet in Guelf. 12.

NEQUE OBSIDERI POTERAT. Vinar. 1. *neque obſ. poterat; tamen abiit, nam circum*, cet. Guelf. 11. *neque obſideri patuit*.

SITUM IN PRAER. MONTIS EXTREMO. Uratisl. 2. *extremo fine*. ab interprete. nam *extremum* eſt, quod *finem* dicunt. Gloſſa Fabric. 1. *in margine*, quomodo radices montis interpretari voluit. murus in infima parte montis poſitus erat. Livius XXVIII. *c.* IX. princ. Extremo *aeſtatis ejus, qua haec in Graecia geſta*. *cap.* XXXVII. *& jam* extremum autumni *erat*. Cic. X. epiſt. XXVI. nu. 3. *itaque jucundiſſimis tuis litteris, ſtomachatus ſum* in extremo. *Situm* dixit, pro*poſitum*. vide Donat. ad Terent. Adelph. A. III. Sc. II. Tacitus II. Ann. *cap.* VII. *veterem aram Druſo* ſitam *disjecerant*.

HIEMALIBUS AQUIS. Guelf. 10. *gelualibus aquis*. quod Palmerius in Thoſano reperit. Carrio & Putſchius praeferunt *hiemantibus aquis*, quia Seneca Epiſt. CXIV. alicubi Criſpum *hiemantibus* dixiſſe, teſtatur. Vix tamen id ſatis erit, ut receptam lectionem omnibus MSS. noſtris, Gruteri, Rivii aliorumque comprobatam repudiemus.

OB THESAUROS OPPIDI POTIUNDI. Spurium quid redolebant Grutero hae quatuor voces, neque legitimo parente natas eſſe, facile dixerim. Waſſius duos Codd. citat, a quibus excluduntur; idem firmat Fabric. 1. *cupidine caecus ob theſauros potiundos*. Baſil. 1. habuit primitus: *ob theſauros oppidi*, ſine illo *potiundi*. Guelf. 9. *theſauros auri oppidi*. Sunt quidem apud Noſtrum quaedam explanationes, ſpeciem Gloſſarum mentientes, vide Cat. *c.* XLIX. num. 2. Sed quae ab hac, nullum ſenſus emolumentum adferente, multum diverſae ſunt. Et ut dicam, quod res, Latinitas Salluſtii ne quidem patitur *cupidine caecus ob theſauros;* dubito, an Ciceronis, ceterorumque meliorum. Denique eamdem rem iiſdem fere verbis ſupra memoraverat. Repurgavi itaque locum, reſectis ſpinis illis. Quas ut interſererent, oppoſitio, ut ſaepiſſime, correctores impulit. Aut ſimulandi gratia, *quo regi* cet. non debebat nude dicere, *cupidine caecus*, quod illis referre *aut ſimulandi gratia* videbatur; ſed addendum erat, quod illis *quo regi* cet. reſponderet. Peccaverunt eodem modo Catil. *cap.* XII. num. 5. ubi vide. item ad Cat. *c.* LXI. num. 2. *quem quiſque pugnando locum ceperat, cum* amiſſa anima *corpore tegebat*. ubi vulgo ea de cauſſa: quem quiſque *vivus*, cet. I. Hiſt. Or. Lepidi num. 2. *& utrumque per injuriam malunt, quam optumo jure liberi agere*. ubi eodem errore abſtractus Ciacconius malebat: *&* vincti *per injuriam*, cet.

VINEAS AGERE. Vineas deſcripſi ſupra ad *c.* XXI. num. 3. Eae recte dicuntur *agi;* ſicuti infra *procedere*. adi & D. Voſſium ad Caeſar. II. Civ. *cap.* II.

AGGEREM JACERE. Sic prorſus & infra *cap.* LXXXVI. nu. 3. *aggerem* jaciebant, non modo ut foſſas explerent; ſed etiam ut aequarent murorum

Digitized by Google

CAP. XXXVIII.

XLII.
1 AT Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, ſubdo-
lus augere amentiam: miſſitare ſupplicantis legatos: ipſe,
2 quaſi vitabundus, per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare. De-
nique Aulum ſpe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas
regio-

rorum altitudinem. ſuper eas turres exſtruebant, ex quibus ſimul, & ex ipſo aggere oppidani telis petebantur, ut ceteras machinas tuto admovere liceret. Deſcripſit egregie Zoſimus II. *cap.* XXV. adde Caeſar. VII. Gall. *cap.* XXIV. Lipſium II. Poliorc. *cap.* III. Schelium ad Polybium p. 1123.

ALIAQUE, QUAE INCEPTO USUI FORENT, PROPERARE. Gruterus: ego, inquit, potius dixiſſem: *aliaque incepto uſui properare*, neglectis ceteris; ſemper enim illi Pronomen & Verbum Subſtantivum odioſum: cum tamen bene multis exemplis, iiſque, quos nec ipſe tentaverat, demonſtraverimus ad Cat. *c.* XXXIX. nu. 5. a brevitate Salluſtii iſta non ſemper abhorrere. Caeſar II. Gall. *c.* XII. *Caſtris munitis vineas agere*, quae*que ad oppugnandum uſui* erant, *comparare coepit*. Sed cum unus apud Waſſium, apud nos Academ. & Struv. *alia* habeant ſine copula, ita reſcribendum fuit, ut ſupra *c.* XXVII. nu. 5. *incepto* eſt in noſtris omnibus. at Fabriciani, Vinar. I. Franc. Eccard. Struv. Guelf. 9. & II. Senat. I. & Guelf. 12. a manu ſecunda, *praeparare*. Sed *properare* elegantius eſt, & dixit infra. *properare iter*. Virgil. XII. Aen. *v.* 425. Arma *citi* properate *viro*. ubi Servius comparat Salluſtii, *Soleas feſtinate*. eumdem vide IV. Georg. *v.* 170. & IX. Aen. *v.* 401. Noſter infra *c.* LXXVII. num. I. *ni* id *feſtinaret*. Tacitus I. Hiſt. *c.* LXXVII. quaedam *ex dignitate reip.* pleraque *contra decus ex praeſenti uſu* properando. & ſic ille ſaepius. Statius I. Silv. II. *verſ.* 266. *Eja age, praeclaros Latio* properate nepotes. ubi vide Barthium. Sic & *cunctari quid*. Valer. Flaccus II. *v.* 92. *Adclinem ſcopulo inveniunt, miſerentque foventque* Alternos *aegro* cunctantem *poplite* greſſus.

CAP. XXXVIII. 1. VANITATE ATQUE IMPERITIA. *Imperitiae* ducis ſimilem cladem tribuit Vellej. II. *cap.* I. & vivis Noſter coloribus depingit, quomodo ſe Jugurtha armaverit Auli imprudentia, quod Corn. Nepos Dion. *c.* VIII. dixit. Juvat addere judicium Flori II. *c.* XVIII. num. II. *Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem, vere proditum eſt*. adde infra *cap.* XLIX. num. 2. *Vanitatem* pro temeritate & inconſiderantia, poſuit etiam Catilin. *c.* XXIII. num. 2.

SUBDOLUS EJUS AUGERE AMENTIAM. Vinarienſes, Senat. I. Baſil. I. cum tribus *ſubdole*; Uratiſl. 2. & 3. *ſubdolo*. imo *ſubdolus* Nomen, pro Adverbio ponitur. Cat. *c.* LX. nu. 3. *illi* haud timidi *reſiſtunt*. ubi vide. infra *c.* XLIV. num. 6. *pecoris & mancipiorum praedas* certantes *agere*. II. de Rep. Ord. *forte atque alterius ſocordia dominationem oblatam* inſolentes *agitant*. Virgil. I. Aen. *v.* 423. *Jamque aſcendebant collem, qui* plurimus *urbi imminet*. uti Ovidius: *quique erat in falſo* plurimus *ore deus*. Spartian. Adriano *cap.* XX. *Fiſci advocatum* primus *inſtituit*. ut Juſtin. I. *cap.* I. *primus mutavit*. Vopiſcus Aureliano *c.* XXIV. *qua poſſet Aurelianus* occultus *aſcendere*. Sueton. Tiber. *c.* XXXIII. *Et ſi quem reorum elabi gratia, rumor eſſet*, ſubitus *aderat*. Ennius apud Cic. I. de Divinat. *Quamquam* multa *manus ad caeli caerula templa Tendebam lacrumans*. Deinde perquam eleganter Fabric. I. & Vinar. 2. omittunt Pronomen *ejus*, cum ſenſus per ſuperius *legati* bene ſuſtentetur. Sic *c.* XXXII. num. 5. *quo ſe* populo R. *dedidiſſet, ne* vim, *quam* miſericordiam *experiri mallet*.

IPSE QUASI VITABUNDUS. Guelf. I. *muſitare*; Remenſ. I. *muſſitare*. Guelf. II. *per latuoſa loca & tramites occultos*. Simulata ejuſmodi fuga ſaepius aut temeritatem addidit hoſti, aut in inſidias praecipitavit. Frontin. II. Strateg. *cap.* V. num. 40. *Juba Curionis animum ſimulato regreſſu impulit in vanam alacritatem*. vide Zevecot. in Flor. I. *cap.* III. pag. 17. in aliorum libris non legitur *quaſi*, quod ab imperitis additum eſſe ſcio, etſi noſtri omnes tueantur.

2. SPE PACTIONIS PERPULIT. Eccard. Incert. I. & Guelf. 7. *pepulit*. ſalſum. Livius I. *c.* XLV. *ſaepe iterando eadem*, perpulit *tandem ut Romae fanum Dianae populi Latini cum populo R. facerent*. adde Gronov. ad III. *c.* XXX. Noſter Cat. *c.* XXVI. num. 4. *Antonium pactione provinciae* perpulerat, ne *contra remp. ſentiret*.

INSE-

Digitized by Google

regiones ſeſe, veluti cedentem, inſequeretur. Interea per homines 3
callidos die noctuque exercitum tentabat: centuriones duceſque tur-
marum, partim uti transfugerent, (corrumpere;) alii, ſigno da-
to, locum uti deſererent. ita delicta occultiora fore. Quae poſt- 4
quam ex ſententia inſtruit; intempeſta nocte, de improviſo mul-
titu-

INSEQUERETUR: ITA DELICTA OCCULTIORA FORE. Mirum Epiphonema in hoc loco, nec imperitius paedagogus quiſpiam umquam ſcripſit. Cujus *delicta*? Jugurthaene, an Auli? Cur *occultiora*; aut quae omnino? Mihi haec omnia turpiſſime transjecta videntur, & ab imperitis ſcribis, aut correctoribus huc potiſſimum adſcita, quod aliquo modo cum *abditis regionibus* connexionem habere crederent. Sed compara ſupra c. XXI. extr. *velle & cenſere eos ab armis diſcedere, de controverſiis jure potius, quam bello diſceptare*: ita *ſeque illiſque dignum* fore. Compone reliqua omnia, neque dubitabis, alium longe nexum inter ſuperiora, & quae per hoc *ita* ſubjiciuntur, eſſe debere. Quare bona tua, lector, venia abs te peterem, ne impudentiae, aut audaciae vertas, quod haec verba: *ita delicta occultiora fore*, tamquam colonos, aliis ſedibus poſuerim, ubi & habent, quod agant, & grata acceptaque erunt. Confirmat animum meum, quod non modo in Noſtro paſſim hujuſmodi verborum tranſpoſitiones obſervaverim in ſcriptis Codd. vide Catilin. *cap.* XXIX. num. 3. *cap.* XXXI. num. 7. infra *cap.* LXIII. num. 6. adde EXCURS. II. in Catilinam; ſed etiam quod in aliis ſcriptoribus eaſdem corruptelas invenerint viri docti. Inſigne exemplum dabit animadverſio I. G. Graevii ad Rutilii Itinerar. I. *v.* 263. Sed accidit, quod accidere neceſſe erat, ut aliquam ſpeciem induerent librarii. non Senat. 2. qui dedit *occultatiora*; neque Uratiſl. 2. qui *occultatione*; neque Incert. 2. qui *eſſent* pro varia lectione exhibet, ut alii *forent*: ſed Commelinianus aliique vetuſti, ubi legas, *occultiora fuere*. quaſi Salluſtius Auli facinus ſalſe traduxiſſet; quemadmodum Lucanus ſerio II. extr. *Non quia te Superi patrio privare ſepulchro Maluerint, Phariae buſto damnantur arenae: Parcitur Heſperiae*, procul hoc ut in orbe remoto Abſcondat fortuna nefas, *Romanaque tellus Immaculata ſui ſervetur ſanguine Magni*. Sed viderant iſti librarii, quam eſſet hoc additamentum per Verbum *fore* alienum; eorum autem commentum gravitatem Salluſtii infringit, & ne ſic quidem cum Orationis nexu conciliari poteſt. *fore* autem tum vett. edd. tum alii MSS. apud nos autem Remenſ. 2. Struv. Incert. 1. Franc. Academ. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 3. & 11. amplectuntur.

3. DIE NOCTUQUE. Noſtri omnes *die*, & ſic edd. meliores, non *diu*; quod habet infra c. LXX. num. 1. vide Jac. Gronov. ad Tacit. XV. Ann. c. XII.

EXERCITUM TENTABAT. Remenſis 1. omiſit vocem *exercitum*. Atqui Livius XXIV. c. XIII. *Triduum ibi moratus Poenus, ab omni parte* tentato praeſidio. c. XIV. *Conſul ad* Caſilinum tentandum *venit*. Claudian. B. Get. *v.* 88. *Noſtri quondam qui* militis *auro Adgreſſus* tentare fidem. Thucydid. I. *cap.* LXI. ϗ ΠΕΙΡΑΣΑΝΤΕΣ πρῶτον ΤΟΥ ΧΩΡΙΟΥ, ϗ οὐχ ἑλόντες. ii & ipſe Criſpus ſupra c. XVIII. nu. 7. c. XX. num. 5. c. XXIII. num. 1. infra c. LII. nu. 1. Caſum Nominis adjungunt. poſſet ille quidem ex proximis, ut alibi, exaudiri; tamen quae nu. 6. memorantur neceſſario τὸ *exercitum* requirere videntur.

PARTIM UTI TRANSFUGERENT. Remenſ. 2. non habet *partim*: Baſil. 1. & a manu ſecunda Fabric. 1. *turmarum partium uti* cet. vulgo etiam male interpungunt. Recte autem Eccard. omiſit Verbum *corrumpere*, quod ex ſuperiori *tentabat* eſt intelligendum. vide ſupra c. XII. n. 3. ſequitur id Verbum nu. 6. Vinar. 1. a prima manu *ali*, pro *alii*.

LOCUM UTI DESERERENT. *Uti* vacat in Gu. 9. & 12. pro *deſererent*, 11. *diſererent*. Remenſ. 1. *loco deſererent*. quid ſit *locum deſerere*, patet infra ex num. 6.

ITA DELICTA OCCULTIORA F. Ita nempe, ſi locum deſererent, fore, ut non prodidiſſe Romanos viderentur, nec tam aperte peccaturos, quam illos, qui transfugerent. Fabric. 1. eleganatius: *ita occultiora delicta f.*

4. POSTQUAM EX SENTENTIA INSTRUXIT. Baſil. 1. Fabriciani, Incert. 2. Franc. Senatorii, Vinarienſes, Heuſſ. Academ. Struv. Uratiſl. 2. Guelf. 1. 4. 9. 10. 11. *inſtruit*, quod propter *poſtquam* edd. immutaverant recentiores: nam & formis cuſi vetuſtiſſimi *inſtruit* praeferunt. Sic infra c. LII. num. 6. Poſtquam *Rutilium conſediſſe jam, & animo vacuum* accipit. ubi vide. Remenſ. 1. *inſtituit*. mox Guelf. 9. *cum multitudine*. vide *cap.* XX. num. 7.

5. PER-

5 titudine Numidarum Auli caſtra circumvenit. Milites Romani, tu-
multu perculſi inſolito, arma capere alii, alii ſe abdere, pars ter-
ritos confirmare; trepidare omnibus locis: vis magna hoſtium,
coelum nocte atque nubibus obſcuratum; periculum anceps: poſtre-
6 mo fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo nu-
mero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum
dua-

5. PERCULSI TUMULTU INSOLITO. Dictys II. *c.* XLII. *qui territi atque* improviſo tumultu *exſangues*. Sed Fabriciani, Vinar. I. Struv. Uratisl. I. Franc. & tres Guelferbb. *tumultu perculſi inſolito*. id adprobavi. Eccard. & Guelf. 10. *percuſſi*. adde infra *c.* LXVII. nu. I. & XCIX. nu. 2. Vinar. I. *timore inſolito*.

ARMA CAPERE ALII. Poſtrema vox non legitur in Struv. Incert. I. Franc. Eccard. Guelf. I. 4. 9. Sed habent vetuſtiores; & Academ. *capere* omittit, non vero *alii*. infra Senat. I. *territas*; Vinar. I. *conteritos*.

TREPIDARE OMNIBUS LOCIS. Haec recte conjungit Gruterus, adſenſu membranarum, quas nos contulimus, confirmatus. At quando ille idem dixit *trepidare* eſſe ſatagere cum fructu, minus recte Salluſtium intellexit; nec, quis ipſi hujus ſignificationis auctor fuerit, reperio. *Trepidare* proprie eſt diſcurrere, huc illuc ſeſe vertere, inde ſecretiore ſignificatu, ut docet Gronov. ad Liv. XXVII. *c.* I. negotium capeſſere, commovere ſe, ſatagere, ſine fructu, quod ſolet in metu inſolito fieri. Florus III. *c.* X. nu. 17. *Plena erant tumultu hoſtico littora*, *&* trepidantia *ad conſpectum rei novae* carpenta *volitabant*. adde infra *c.* LXVIII. num. I. *Romani milites*, *improviſo metu* --- trepidare *ad arcem oppidi*. & quae ibi. Copulam addunt Fabriciani: *& trepidare*.

COELUM NOCTE ATQUE NUBIBUS OBSCURATUM. Fabric. I. a prima manu: *caelum nubibus atque obſcuratum*. unde factum, ut in Eccard. & Fabric. 2. voces duae *nocte atque* plane non legerentur, juvante Virgilio: *& obtenta denſantur* nocte *tenebrae*. Et *nox*, & *nubes* lucem exſtinguunt, atque utrumque bene copulatur. Curt. IV. *cap.* III. num. 16. *Media* nox *erat --- cum ſubito ſpiſſae* nubes *intendere ſe coelo*, *&*, *quidquid* lucis *internitebat*, *effuſa caligine* exſtinctum *eſt*. Eccard. *obfuſcatum*. Curt. IV. *cap.* IX. num. 15. *caligine* obſcurante *lucem*. Claudian. I. Rapt. *foedat* nube *diem*. Gellius XIX. *c.* I. *caelum atrum*, & poſt paullo: *ubi caelum enituit*.

PERICULUM ANCEPS. Senat. 2. & Heuſſ. addunt *inſtabat*. quod Guelf. 9. alio loco inculcat. ſed Remenſ. I. & Franc. *erat*. fruſtra omnes. *Anceps* periculum vocat duplex illud & *in caſtris* a violentia hoſtium, & *extra caſtra* in fuga, quae illis minime tuta erat: quod continuo Auctor clarius oſtendit, ut Cat. *c.* XXIX. n. I. ubi vide.

IN INCERTO ERAT. Guelf. 9. & II. *incerto erat*; omiſſa Praepoſitione. at Incert. 2. *in incertum*. Eadem varietas Catilin. *c.* XLI. nu. I.

6. EX EO NUMERO, QUOS PAULLO ANTE &c. Gruterus primum delet *paullo ante*; deinde potuiſſet, inquit, adhuc brevius unica voce: *ex numero corruptorum*: quae vero hodierna latinitas eſt, & mirificam auribus Salluſtianis verberationem dat. Aliud de Salluſtio tibi perſuadebis ex nota ad ea Cat. *c.* XXXIX. n. 5. *fuere extra conjurationem* complures, qui *ad Catilinam profecti* ſunt: & ex iis, quae ſupra ad *cap.* XXXIV. num. I. collegimus. junge *cap.* XXXV. num. 6. Eccard. *quos paullo ante pecunia diximus*.

COHORS UNA LIGURUM. *Cohortes* & auxiliorum erant, & legionariae: eaeque ex peditibus; ut *turmae* equitum. Utraſque Noſter memorat infra *cap.* LI. num. 3. & *cap.* LV. nu. 4. vide notam ad Catilin. *cap.* LVI. nu. I. *Ligures* ſocii populi R. poſtquam per multas clades tandem ab L. Aemilio Scauro in deditionem accepti ſunt. vide Florum II. *cap.* III. Memorantur eorum auxilia apud Livium XLII. *cap.* XXXV. & paſſim. Liguris cujuſdam egregium factum, quo Mario & exercitui R. multum profuit, infra memoratur *cap.* XCIII. XCIV.

CUM DUABUS TURMIS THRACUM. *Turma* erat triginta equitum, Varro IV. de L. L. *cap.* XVI. & triginta turmae ſingulis legionibus addebantur. vide Stewech. ad Veget. II. *cap.* VI. *Thraces* inde ab Macedonico bello in exercitu Romano fuerunt. Ii per partes victi, magnas calamitates Romanis ad extremum uſque intulerunt. Didius, Druſus, Minucius, Piſo, Curio, Appius, Lucullus, alii eos varie adtriverunt. vide Florum III. *cap.* IV. & Sext. Rufum Breviar. *cap.* IX. Ceterum in melioribus libris ſemper *Threcas*, non *Thracas* ſcribi, multi docuerunt, & Jan. Guilielm. I. Veriſimil. *cap.* XIX. plane damnat ſcripturam per

duabus turmis Thracum , & paucis gregariis militibus , tranſiere ad regem : & centurio primi pili tertiae legionis per munitionem, quam , uti defenderet , acceperat , locum hoſtibus introeundi dedit : eaque Numidae cuncti irrupere. Noſtri foeda fuga , plerique 7
abjectis

per *a*. in noſtris tamen Codd. *Threcum* nobis reperire non licuit , ſed plerique *Thracum ;* quidam *Tracum ;* Baſil. 1. Fabr. 2. & Incert. 2. *Trachum ;* Struv. *Tirichum* ſcribunt.

ET PAUCIS GREGARIIS MILITIBUS . Franc. praeterit *paucis ;* Struv. & Incert. 2. *& paucis ex gregariis militibus :* forte pro *pauci ex greg.* quod probat Waſſius. ita ſupra *c.* XX. num. 3. *multos* mortales, *cum* pecore, *atque aliam* praedam *capit*.

TRANSIERE AD REGEM. Fabriciani , Senat. 2. Uratiſl. 2. & Heuſſian. *tranſiere* , quomodo Nazar. & Palat. 2. apud Gruterum , qui dubitanter pro meliori habet. Sed praeterquam quod lapſus librariis fuerit in proclivi , correctores etiam ita maluiſſe poſſunt , propter ſingulare Nomen *cohors una* , abs qua praecipue Verbum dependet. ita nempe ſaepe peccatum. vide ſupra *cap.* XXXV. num. 2. III. Hiſt. Epiſt. Pompeii num. 6. & ad Catil. *cap.* XLIII. n. 1. plura.

ET CENTURIO PRIMI PILI. Gloſſa Senat. 1. *primae aquilae* , quia legerat centurionem primi pili praeeſſe *aquilae*, apud Veget. II. *c.* VIII. Remenſ. 1. *primipilanus*. In omni legione tria genera erant militum , *Haſtati* , *Principes* , Triarii, ſive *Pilani*. Singulorum generum decem centuriones erant, quia in totidem ordines eſſent diviſa. *Primus* itaque *centurio* inter Principes, *primus princeps* dictus eſt, *ſecundus* deinde, *tertius* , uſque ad *decimum :* iique ita ordine & honore ſeſe excipiebant. Livius XXVI. *c.* VI. *primi principis ſignum* . Sic inter decem ordines *Haſtatorum* , primus ordo honore inſignis erat , ejusque centurio *primus Haſtatus*. Livius XXVII. *cap.* XIV. *Signum primi Haſtati* . XXVI. *cap.* V. *ſecundi haſtati ſignum* . Eodem modo inter decem centuriones Triariorum primus non *primus triarius* , ſed *primus Pilus* , *Primipilus*, ſeu *Centurio primi Pili* dictus eſt, qui & reliquos centuriones Triariorum, & *primum Haſtatum* & *primum Principem* dignitate anteibat . Caeſar II. Bell. Gall. *cap.* XXV. *omnibus fere* centurionibus *aut vulneratis* , *aut occiſis*, *in his* primo Pilo *P. Sextio Baculo* . Livius XLII. *cap.* XXXIV. *Biennium* miles gregarius *fui adverſus Philippum regem : tertio anno virtutis cauſſa mihi T. Quintius Flaminius* decumum ordinem haſtatum *adſignavit ---- miles voluntarius cum M. Porcio conſule in Hiſpaniam profectus ſum ---- hic me imperator dignum judicavit cui* primum haſtatum *prioris centuriae adſignaret*. *Tertio iterum voluntarius miles factus ſum ---- a Man. Acilio mihi* primus princeps *prioris centuriae eſt adſignatus --- Quater intra paucos annos* primum pilum *duxi*. Sed haec, praeter Lipſium , pluribus illuſtrat Ald. Manutius II. Quaeſit. per Epiſt. ep. III. adde Marcilium ad Sueton. Veſpaſian. *c.* 1. pag. 8.

PER MUNITIONEM. *Valli* , ſive *portae*. nam in portis etiam caſtrorum turres extruebant ad defenſionem , ut in ipſo vallo Auct. VIII. B. Gall. *cap.* IV. *Portis fores altioresque* turres *impoſuit*. adi Lipſium V. de milit. Dialog. V. Curt. IX. *c.* III. n. 19. *munimenta caſtrorum*. Noſter infra *caſtra levi munimento*, item *c.* LVIII. *Jugurtha* munimento *caſtrorum impeditus*, *cum alii ſuper* vallum *praecipitarentur* , *alii* in anguſtiis *ipſi ſibi properantes obſicerent*. Sed lege inprimis *cap.* C. num. 4. qui lucem huic loco foeneratur. Fabric. 2. *locum hoſtibus* intrandi *dedit*.

EAQUE NUMIDAE CUNCTI IRRUPERE. *Cuncti* omiſit Fabric. 1. *Numidae* Guelf. 7. praeterea Guelf. 11. *ea parte Num. c. i. 7. eaque loca* N. Vinar. 1. & Franc. *eaque parte*. Gloſſa Fabric. 1. *ad eum locum*. nempe quia praecedit , *locum* dedit. Cat. *c.* LVII. n. 3. *ſub ipſis* radicibus *montium conſedit*, qua illi *deſcenſus erat*. Thucydides II. *c.* XXIII. ἀνεχώρησαν δὲ Βοιωτοὶ , οὐχ' ΗιΠΕΡ ἐσέβαλον. Caeſar V. Gall. *c.* LI. *obſtructis* portis , *quod* ea *non poſſe introrumpere videbantur* . Curt. III. *c.* IV. n. 7. *per hoc dorſum*, qua *maxime introrſum mari cedit* , *aſperi tres aditus*. Vellej. II. *c.* CXI. *ne* qua *poſſet erumpere*. Lactant. de Phoenice : *Eſt* locus *in primo felix oriente remotus* Qua *patet aeterni maxima porta poli ---- Sed* qua *ſol verno fundit ab axe diem*. Claudian. 1. Ruffin. *v.* 124. *Eſt* locus, *extremum* qua *pandit Gallia litus*. adde ſupra *c.* XXIV. n. 8. & in Catil. EXCURS. VIII. n. 3. pro *irrupere* Vinar. 1. Academ. Senat. 2. Heuſſ. Remenſ. 1. Franc. Uratiſl. 3. *irrumpere*. non male. Baſil. 1. *erupere*.

7. NOSTRI FOEDA FUGA. *Turpem* vocat ipſe Criſpus infra *c.* CVI. n. 3. Livius XXX. *c.* VI. Foeda *primum* fuga , *deinde ſtrage obruerant itinera portarum*. ſupra *c.* XXXI. n. 2. *quam* foede , *quamque inulti perierint veſtri defenſores* . Florus 1.

 c. 1.

abjectis armis, proxumum collem occupavere. Nox atque praeda ca-
9 ſtrorum hoſtes, quo minus victoria uterentur, remorata ſunt. Dein Jugurtha poſtero die cum Aulo in colloquio verba fecit: *tametſi ipſum cum exercitu fame, ferro clauſum tenet: tamen ſe humanarum rerum memorem; ſi ſecum foedus faceret, incolumis omnis ſub jugum*

c. I. *ut Romulus Jovem oraret, ut* foedam *ſuorum* fugam *ſiſteret*.

Plerique abjectis armis. Id vero longe foediſſimum, cum *fortes* milites *arma & vitam eodem aeſtimant pretio*, ut ait Diodorus xiv. *c.* xv. Vide plura in eam rem apud Gruterum in Liv. I. *c.* xxvii. cujus veſtigiis inſiſtit Cl. Bentlejus ad Horat. I. ep. xxi. *v.* 67. Perdidit *arma*, *locum virtutis deſeruit, qui Semper in augenda feſtinat & obruitur re*. Baſil. I. *Noſtri plerique foeda fuga, abi.* perperam.

8. Quo minus victoria uterentur. *Utitur* victoria, qui eam exercet, proſequitur, & commoda, quam poteſt maxima, per eam ſibi quaerit. Florus II. *c.* VI. n. 19. *ſi Annibal quemadmodum ſciret vincere, ſic* uti victoria *ſciſſet*. Sic Jo. Saliſber. III. *cap.* x. Nug. Cur. utitur Noſter eadem dictione Catil. *c.* xxxix. num. 4. ubi & *c.* xii. extr. dixit: *quaſi injuriam facere, id demum eſſet* imperio uti. infra *c.* xlii. num. 4. vide Zevecotium ad Flori d. l. pag. 104.

Nox atque praeda — remorata sunt. Guelf. I. *remota ſunt*, cum Gloſſa *removerunt*. & ſic Fabric. I. a prima manu. Poſt duo Feminina Nomina poſuit Neutrum plurale: & in ea cauſſa ab omnibus Grammaticis locus laudatur. Habes exempla apud Noſtrum Cat. *c.* v. n. 7. *c.* xx. n. 2. & 14. *c.* xxxi. n. I. & alibi. plura Perizon. ad Sanct. IV. *cap.* x. Burmannus ad Quinctil. VII. *c.* IV. & ad Declam. CCXLVII. Fr. Fabritius ad Cic. III. Offic. *cap.* v. Celſus Praefat. pag. 6. *Eademque ratione cum* ſpiritus *gravis eſt, cum* ſomnus *aut* vigilia *urget, eum mederi poſſe arbitrantur, qui prius,* illa ipſa *qualiter* eveniant, *perceperit*. Juſtin. I. *cap.* VII. num. 7. *Croeſo & vita, & patrimonii* partes, *&* Urbs *Barce* conceſſa ſunt. Sententiam aemulatur Tacit. I. Ann. *cap.* LXV. *Juvit hoſtium aviditas, omiſſa caede*, praedam ſectantium.

9. Fame ferroque clausum tenet. Haec eſt ſcriptura omnium membranarum. Mutavit Hackiana primum in *teneret* poſtremum verbum, cum etiam Guelf. 3. & II. praeferant *teneat*. utrique male. Vopiſcus Aureliano *cap.* XXXVI. *Illos vero debere ſuae vitae, ſi viri* ſunt, *ſubvenire*. pro *ſi vivi eſſent*. Porro Guelf. 9. & Incert. 2. *fame, ferro*, ſine Copula: quibus ſuccurrunt etiam Baſil. I. Acad. Struv. Remenſ. I. & Franc. ubi *fame & ferro*. Sed *clauſum tenet fame* non aeque proprie dicitur, ut *ferro*: adeoque aliud Verbum penes primam vocem eſt intelligendum. Sic Catil. *cap.* XVI. num. 2. *poſt ubi* famam *atque* pudorem *eorum* attriverat. ubi vide. adde infra *c.* XLII. n. 4. *multos mortalis* ferro, *aut* fuga exſtinxit. item *c.* XLIX. n. 5. *uti quemque* pecunia *aut* honore extulerat. A. Gellius XIII. *c.* XXIII. extr. *Qui ſe nihil habere & nihil tamen egere, ac nihil cupere dicunt, cum &* habendo, *&* egendo, *&* cupiendo ardeant. vide & Cat. *c.* LI. n. 9. *c.* LII. n. 9. ſupra *c.* XVII. n. 3. & quae paſſim adnotamus.

Humanarum rerum memorem. *Quae fluxae & mobiles, ſemper in adverſa mutantur*, quomodo Salluſtius explicuit infra *c.* CIV. n. 2. Plautus Truc. A. II. Sc. I. *v.* 8. *Iſte nunc id habet, quod nos habuimus*. humanum *facinus factum eſt. Actutum fortunae ſolent mutarier.* Tacit. I. Ann. *c.* LXXII. cuncta *mortalium* incerta, *quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico dictitans*. Dictys I. *c.* XXIII. *Agamemnon ſive eorum, quae praeceſſerant, ſatis prudens, ſeu* humanarum rerum neceſſitatem, *animo reputans, & ob id adverſus infortunia firmiſſimus*, &c.

Sub jugum missurum. Vinar. I. & Uratiſl. 3. *ſub jugo miſſurum*: & ſic infra *c.* XLIX. n. 2. aliquot Codd. item apud Caeſarem I. Gall. *cap.* VII. teſte Urſino, qui Livium, quem omnes in hac re laudant, adſcripſit III. *c.* XXVIII. *Sed ut exprimatur tandem confeſſio, ſubjectam domitamque eſſe gentem, ſub jugum habituros. Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus ſuperque eas transverſa una deligata*. Sub *hoc* jugo *dictator Aequos* miſit. Sic Commodianus: *intrare* ſub antro; &, *ire* ſub rege. Morem hunc, veluti ab Romanis inventum, ſiſtit Dionyſius III. Ant. *c.* XXI. Ἔστι δὲ Ῥωμαίοις νόμιμον, ὅταν πολεμίων παραδιδόντων τὰ ὅπλα γένωνται κύριοι, δύο καταπήττειν ξύλα ὀρθὰ, καὶ τρίτον ἐφαρμόττειν αὐτοῖς ἄνωθεν πλάγιον, ἔπειθ᾽ ὑπάγειν τοὺς αἰχμαλώτους ὑπὸ ταῦτα, καὶ διελθόντας ἀπολύειν ἐλευθέρους ἐπὶ τὰ σφέτερα. τοῦτο καλεῖται παρ᾽ αὐτοῖς ζυγόν. Florus, tamquam inventor L. Quinctius fuiſſet, I. *cap.* XI. *Inde in aciem profectus, ne quid a ruſtici operis imitatione ceſſa-*

Digitized by Google

jugum miſſurum: praeterea, uti diebus decem Numidia decederet. Quae 10 quamquam gravia & flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu mutabant, ſicuti regi libuerat, pax convenit.

CAP. XXXIX.

XLIII.

SEd ubi ea Romae comperta ſunt, metus atque moeror civitatem invaſere: pars dolere pro gloria imperii: pars inſolita rerum bellicarum timere libertati: Aulo omnes infeſti, ac maxume, qui bello 1

ceſſaret, victos more pecudum ſub jugum miſit. Sed ante eum in uſu fuit. novus mos videbatur Mithridati apud Juſtin. XXXVIII. *c.* IV. *a multis civitatibus Italiae deletos Romanorum exercitus ferro, a quibusdam* novo *contumeliae* more *ſub jugum miſſos*. Apud alios poſtea translationi inſervit, ut apud Senec. Epiſt. LXXXVIII. *Fortitudo contemtrix timendorum eſt: terribilia, &* ſub jugum *libertatem noſtram* mittentia *deſpicit, provocat, frangit*.

10. QUAE QUAMQUAM GRAVIA. Sic uno conſenſu noſtri Codd. unus apud Rivium: *quae gravia quamquam*; eum ſtatim ſecuta eſt Hackiana. Sic tamen infra *c.* XXXIX. n.5. in uno MS. reperi: *perſequi* quamquam *Jugurtham* &c.

QUIA MORTIS METU MUTABANTUR. Sic Gu.1. 2.4.9. Fabric.1. Acad. Struv. Incert.2. Fr. & Uratisl.3. Ceteri varie turbant. Senat.1. Vinar.1. & Fabric.2. *minitabantur*; Baſil.1. Incert.1. Guelf.7. *multabantur*; Eccard. Guelf.10. 12. *tenebantur*; Guelf.11. *tenebatur*; Vinar.2. *cogebantur*; Uratisl.2. *cogebatur*; Senat.2. & Heuſſ. *anguſtiabantur*; Uratisl.1. *urgebantur*; Guelf.3. *mortis metuebant pericula*. Lego cum Palmerio *mutabant*; eo magis, quod in quibusdam Codd. eſt *mutabant*, & his verbis haud raro ſyllaba *ur* adjici ſoleat. vide infra *cap.* LXXXIX. num.7. *Mutabant* itaque pro *mutabantur* capiendum, quod Palmerius Spicileg. XIV. pag.865. illuſtrat. Catullus Carm. XXII. *tantum abhorret ac* mutat. ubi vide Livinejum. eo modo Gellius XIII. *c.* III. *neceſſitudinem & neceſſitatem* mutare *longe, longeque differre*. Aut, ſi haeſitas in illis, Lucret. I. *verſ.* 788. *Nec ceſſare haec inter ſe* mutare, *meare De caelo ad terram, de terra ad ſidera mundi*. Livius III. *cap.* X. *quod intercidit, ſparſum ita jacuiſſe per aliquot dies, ut nihil odor* mutaret. Noſter infra *c.* CIV. num.2. *ſemper in advorſa* mutant. ubi vulgo *mutantur*. adde Luc. Fruterii Epiſt. ad Mambinum, quae adjicitur ejusdem Veriſimilibus. Jam *mutabant metu mortis*, erit permutabantur cum metuenda morte: h. e. accipiebantur pro morte; & niſi acciperentur, ferro aut fame moriendum erat. nam *mutare quid aliquo*, pro permutare cum quo, vel pro quo, unice rectum eſſe, docuit Val. Acidalius Div. & Interpr. in Plaut. Capteiv. *cap.* I. & ſic utitur Noſter Catil. *cap.* LVIII. num.15. & III. Hiſtor. Orat. Macri num.26. Catullus Carm. XII. *qui tua furta vel* talento Mutari *velis*. Vinar.1. omiſit vocem *metu* habetque *mortis mutabantur*, ſed ita, ut poſtrema in *mortis* ſyllaba non ſit ſincera; forte pro *morte mutabant*. Sed talis emendatio eſt prorſus ſupervacua, etſi alibi ita peccaverint viri docti. vide notam ſupra ad *cap.* XXXVII. num.2. mox Guelf.9. *ſicuti regi libuit*; 11. *regi habuerat*; Struvian. *placuerat*, quae permutantur etiam ſupra *c.* XXIV. n.10. Eutropius VII. *c.* III. *pax poſtremo convenit*. Metaphraſtes: ἐπὶ σπονδαῖς ἀνεχώρησεν. Juſtin. XXX. *c.* III. n.10. *ut* pax, *quae in Macedonia non* conveniebat, *Romae ab ſenatu peteretur*. Claudian. VI. Hon. *v.* 452. *memoremque tuorum, Roma*, ducum, *quibus haud umquam vel morte parata Foedus* lucis amor *pepigit diſpendia famae*. adde infra *c.* XXXIX. num.1. *c.* CXVII. extr. n.3.

CAP. XXXIX. 1. METUS A. M. CIVIT. INVASERE. Guelferb.11. *invaſerat*. contra Noſtrum Catil. *cap.* XXVIII. num.4. & Dictyn II. *c.* VIII. Metus *atque* moeror *univerſos* invaſere. Struv. *cives*, pro *civitatem*. Sed compara Cat. *cap.* XXXI. num.1. ubi & ſimilem Explanationem invenias.

TIMERE LIBERTATI. Guelf.9. *libertatem*, qui valde imperitus fuerit, neceſſe eſt. Supra Franc. *pro gloria imperii, ne in ſervitutem redigerentur*, ex Gloſſa manifeſtaria. Hunc timorem egregie ſiſtit Cat. cit. *c.* XXXI. n.3.

QUI BELLO SAEPE PRAECLARI FUERANT. Eccard. Guelf.3. & 12. *clari fuerant*. Supra *c.* V. n.4. praeclara *rei militaris facinora*. *c.* XIV.

Digitized by Google

bello ſaepe praeclari fuerant; quod armatus dedecore potius, quam
2 manu, ſalutem quaeſiverat. Ob ea Conſul Albinus ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens, Senatum de foedere conſulebat. & tamen interim exercitui ſupplementum ſcribere: ab ſociis & nomine Latino auxilia arceſſere: denique modis omnibus feſti-

n. 21. *ſceleribus ſuis ferox atque* praeclarus. ubi in duobus MSS. itidem *clarus* exaratur: quae & alibi confunduntur. Curt. VIII. *c.* IX. n. 1. *ſemper* bello, *quam poſt victoriam*, clarior. Sic idem III. *c.* XII. n. 19. egregios bello *viros*, *& tot gentium ſecum domitores, indicta cauſſa veritus eſſet occidere*. Noſter ſupra *c.* XIII. n. 1. *bello meliores*. Guelf. 9. omittit *ſaepe*, habetque *fuere*; 4. *fuerint*. unde Verbum Subſtantivum abſcindes.

DEDECORE POTIUS. Fabric. 2. *per dedecora*. indecoram intelligit pactionem, de qua tali Eutrop. II. *cap.* IV. *Samnites Romanos ingenti dedecore vicerunt*. adde Stat. III. Theb. *v.* 66. & infra *c.* CVII. n. 1. Bello Punico ſecundo Romani eos cives, qui *cum armati eſſent*, capi potuiſſent, pro haud neceſſariis reip. ſuae habuerunt. lege Livium XXII. *cap.* LX. Senec. V. Controverſ. VII. & quae egregia Horat. III. Oda V.

QUAM MANU SALUTEM QUAESIERIT. *Manu*, eſt virtute & pugnando. ut Homerus Iliad. O. ad fin. Τῷ ἐν ΧΕΡΣΙ φόως, οὐ μειλιχίῃ πολέμοιο. infra *c.* XCVIII. n. 1. manu *conſulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat*. adde ſupra *c.* V. n. 4. *Quaerere ſalutem* eſt adquirere ſibi. Sic III. Hiſt. Epiſt. Pompeii n. 1. *quoties a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſumi hoſtes fuſi, & vobis ſalus quaeſita eſt*. Hic vero Baſil. 1. Fabric. 1. Incerti, Academ. Senat. 1. Vinar. 2. Struv. Uratisl. 1. Guelf. 2. 3. 7. 9. 10. 11. 12. *quaeſiverat*, aut *quaeſierat* ſcribunt. & tale quid notatum ſupra ad *c.* XXXVIII. n. 9. Certe in conſenſu tot librorum repudiare non potui.

2. OB EA CONSUL ALBINUS EX DELICTO FRATR. Gruterus aut iſta: *ob ea Conſul*, aut haec: *ex delicto fratris* pro Gloſſatorum commento habet. Sed fallitur, ut ſaepe alias. Neque vero *ob ea*, quod ad metum, moerorem & indignationem Romanorum pertinet; & *ex delicto fratris*, quae earum rerum, & quae mox memorat, *periculi* & *invidiae* cauſſa fuit unum ſunt idemque. & talia duriuſcule etiam alibi copulantur. vide Cat. *c.* XLV. num. 1. *Ex* cauſſam notat, ut ſupra *c.* VII. n. 5. *alterum ex providentia timorem, alterum temeritatem ex audacia adferre plerumque ſolet*. ubi vide. Struv. *periculum belli timens*. Male periculum *quaeſtionis*, *judicii* intelligendum. Lege Machiavellum Diſcurſ. ad Liv. I. *c.* XXX.

SENATUM DE FOEDERE CONSULEBAT. Vinarienſes, Senatorii, Guelf. 3. & Heuſſian. ita in contextu: *Senatum de foedere conſulebat, utrum foedus, quod pepigerat cum Jugurtha, firmum & ſic factum perdurare debuiſſet, nec ne.* quae Fabric. 1. Academ. Struv. & Guelf. 2. in margine pro Gloſſa exhibent, quo loco haberi debent.

EXERCITUI SUPPLEMENTUM SCRIB. Gruterus in Nazariano *exercitu*, aut *exercitus* olim fuiſſe teſtatur, & Fabric. 1. litteram *i* tamquam ab alia manu adjectam oſtentat. Sic nempe ſupra *luxu*, pro *luxui* dixit *c.* VI. n. 1. ubi alia adtulimus.

AB SOCIIS ET NOMINE LATINO. Eccard. *in nomine Latino*. male. Gloſſa Struviani: *Socii accipiuntur hic pro omnibus ſociis Romanorum univerſaliter; Nomen Latinum ſumitur ſolummodo pro Latio, & praecipue illis civitatibus, quae ſunt vicinae Romae:* quae etiam peccat. *Socii* ſunt Italici, extra Latium antiquum poſiti; *Nomen Latinum* ſunt Latini. & hi ita frequenter memorantur ab Hiſtoricis, ut etiam *ſocii Latini nominis* junctim utrique populi adpellentur. Noſter mox *c.* XL. n. 2. & *c.* XLIII. n. 2. *Ceterum ad ea patranda ſenati auctoritate* ſocii, nomenque Latinum *& reges ultro auxilia mittere, poſtremo omnis civitas ſummo ſtudio adnitebatur*. Saepiſſime Livius. vide & Flor. III. *c.* XVIII. Sigon. 1. de antiqu. ju. Ital. *c.* II. & diſtincte, licet paucis, haec tractantem Cellarium Diſſert. de Pauli Apoſtoli Romana civitate §. XI. Ipſam dictionem, *nomen Latinum* a Graecis deſumtam eſſe, docuit Guil. Canter. II. Nov. Lect. *c.* X. & ſunt ſane apud Latinos *nomen Romanum*, *Volſcum*, *Ceninum*, *Albanum* omnibus nota, pro *Romanis*, h. e. iis, qui Romani nominantur, *hominibus Romanis*, &c. Juſtin. XXXVII. *c.* 1. *omne* nomen, *quod & tunc, & antea Antiochi bello infeſta contra populum R. arma tulerat, deleri juſſerat*. D. Joannes Apocalypſ. *cap.* XI. comm. 13. ὀνόματα ἀνθρώπων. Cic. Parad. IV. *cap.* 1. *cum ferro pulſis magiſtratibus* Senatus nomen *in rep.* non *erat*. ubi male Graevius particulam *non* inculcatam putat.

AUXILIA ARCESSERE. Sic Fabriciani, Incert. 2.

feſtinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo atque po- 3
puli injussu nullum potuisse foedus fieri. Conſul 4
impeditus a tribunis plebis ne, quas paraverat copias, ſecum portaret,
paucis diebus in Africam proficiſcitur. nam omnis exercitus, uti
convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Poſtquam 5
eo venit: quamquam perſequi Jugurtham & mederi fraternae invidiae animus ardebat; cognitis militibus, quos praeter fugam, ſoluto

cert. 2. Remenſ. 2. Eccard. Guelf. 10. & 11. ex quis aliquot, *arceſcere* ſcribunt. ceteri *accerſere*. Senat. 2. & Heuſſ. *acceſſire*; Guelf. 1. *accerſire*. mox Fabriciani *modis omnibus*, poſitura elegantiore.

3. Ita, uti par fuerat, decernit. Vinar. 2. Uratisl. 2. & Franc. omiſerunt *ita*. vide ad Cat. *c.* II. n. 3. Guelf. 2. *ita, par uti fuerat*; 9. *uti ita par fuerat*. Vinar. 2. & Franc. *decrevit*.

Suo atque populi injussu. Incert. 1. *abſque ſuo populique juſſu*; Guelf. 10. *ſuo abſque populo ſine juſſu*; Franc. *ſine populi juſſu*; Guelf. 9. *ſine ſuo atque populi juſſu*. nugae. *injuſſus* proba vox, & nemini apud Livium non lecta. vide Sigonium ad Liv. III. *c.* LXIII. Sic apud Noſtrum *incultus*. vide ſupra *c.* II. extr. Cic. III. Offic. *c.* XXX. injuſſu *enim populi Senatusque fecerant*. Ea de cauſſa, quod nempe *injuſſu populi* pax fieri non potuiſſet, ſoluta eſt pax Caudina. vide Livium IX. *c.* V. VIII. IX. Et ſemper in ignominioſis foederibus, Romanos ita ſeſe geſſiſſe adnotavit Eutropius X. *c.* IX. Sed aliud ſentit apud Livium Pontius, & ipſe Cicero I. Offic. *c.* XIII.

4. Impeditus a trib. pl. Poterant enim tribuni plebis decretis actionibuſque Conſulis ac Senatus intercedere. lege Valer. Max. II. *c.* II. n. 7. Caeſar. I. B. Civ. *c.* V. Appianum Parthic. p. 135. Vinar. 2. *Conſul ipſe*. Guelf. 2. & 10. *a tribuno plebis*. Uratisl. 1. *quas paraverat, ſecum copias portaret*. Juſtin. XXXII. *c.* IV. *auro ſuo in ſtatuis, quas* ſecum portabat, *infuſo*. Eccard. *in Africa proficiſcitur*.

Numidia deductus in provincia. Locus per ſe intellectu facilis; Numidia deducendus erat ex pacto, *cap.* XXXVIII. n. 9. in provincia Romanorum, quam deſcripſit *c.* XIX. n. 7. hiemabat. Libri tamen turbant. Fabric. 1. *in Numidia deductus*, ex prima littera vocis *numidia* errore orto, inde tamen Fabric. 2. fecit *in Numidiam deductus*, quod eſt contra omnem ſenſum. Franc. *a Numidia*; Senat. 2. & Heuſſ. *deductus de Numidia*, ita nempe corrupti, ut illi qui ſupra *diſcedere Africa* & *decedere* haud intactum reliquerunt, *c.* XX. n. 1. & alibi. Baſil. 1. *Num. ded. provincia hiemabat*, omiſſa Praepoſitione: ſed Struv. Guelf. 9. 10. 11. *N. deductus in provinciam*. Vinar. 2. *diductus*.

5. Mederi fraternae invidiae. Delictum fratris corrigendo, dum Jugurtham perſequeretur, & aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret: eo ſere modo, quo Fabius Maximus filii invidiae medebatur apud Liv. Epitom. XI. Phraſin ſervat Corn. Nep. Pelopid. *c.* I. *Itaque utrique rei occurram &* medebor *cum* ſatietati, *tum* ignorantiae *lectorum*. Cic. Lib. I. in Verr. *c.* V. *quaerat non ſolum, quemadmodum noſtro* crimini, *verum etiam quo pacto ſuae* confeſſioni *poſſit* mederi. Guelf. 10. *perſequi quamquam*.

Animo ardebat. Struvian. Incerti, Franc. Guelf. 7. & 10. *animus ardebat*. recte, ut opinor, & ſic ſupra *c.* XXV. n. 7. animus *cupidine caecus ad inceptum ſcelus* rapiebat. Et ſicut alii *ſtudio incenſus*; ſic Noſter *ſtudium accenſum* dixit ſupra *c.* VI. extr. itaque Cat. *c.* XXV. n. 3. ex vetuſtiſſimis noſtris ſcripſimus: *lubido ſic accenſa*, ubi omnino notam videas I. de Rep. Ord. *c.* VIII. *ad reprehendenda aliena facta, aut dicta* ardet *omnibus* animus. Livius XXXVIII. *cap.* XXV. ardentibus *ira* animis. Catullus Carm. LXIII. *verſ.* 226. *Noſtros ut luctus, noſtraeque* incendia mentis *Carbaſus obſcura dicat ferrugine Ibera*. Et profecto id magis aptum animo, in quo ira & aegritudo permiſta ſunt, & propterea ultum injurias feſtinat.

Soluto imperio. Imperator enim pari contumelia cum milite notatus, ademtis inſignibus imperii armiſque, inconditam multitudinem, non exercitum ducebat. id quod in ſimili clade perſpicue Livius oſtendit. Hos autem milites longe corruptiſſimos deſcripſit Noſter infra *capit.* XLIV. Supra *tamen*, quod edd. quaedam infarciunt, MSS. haud agnoſcunt. vide ſupra ad *capit.* XXXV. numer. 9.

Licentia atque lascivia. *Atque* hic cum vi ſua eſt accipiendum, pro eo, quod eſſet: *atque inde orta*. Sic in loco vexatiſſimo Caeſaris III. Gall. *c.* XXIV. *cum ſua cunctatione*, atque

to imperio, licentia atque laſcivia corruperat, ex copia rerum ſtatuit, nihil ſibi agitandum.

CAP. XL.

XLIV.

1 INterea Romae C. Mamilius Limetanus tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, *uti quaereretur in eos, quorum conſilio Jugurtha Senati decreta neglegiſſet; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepiſſent; qui elephantos, quique perfugas tradidiſſent; item qui de pace, aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent.* Huic

opinione, timidiores hoſtes, noſtros milites alacriores ad pugnandum effeciſſet. h. e. ex cunctatione hoſtium (quae hoſtilem militem, ignarum conſilii ducum, timidiorem reddebat) orta opinio de metu hoſtium apud milites Rom. quae ipſos alacriores effecit. adde infra *c.* XCVII. extr. Recte Quinctilian. IX. *c.* IV. *quorumdam in oratione ſimili paene* licentia laſcivientium. cujus indicium debes Cl. Bentlejo ad Horat. I. Carm. XIX. *v.* 3. Noſter Catil. *c.* XII. n. 2. *ex divitiis juventutem luxuria* atque *avaritia cum ſuperbia invaſere:* ubi vim particulae ipſe exponit Criſpus, & Ovidius ibidem productus bene illuſtrat.

EX COPIA RERUM. Pro conditione rerum, cum haec rerum facies eſſet. vidit Rivius, & nos illuſtramus infra ad *cap.* XCVIII. n. 3. *Tum Marius* ex copia rerum *conſilium trahit.*

NIHIL SIBI AGITANDUM. Guelf. 4. 10. 11. Fabriciani, Uratisl. I. Struv. Incert. I. & Remenſ. I. *agendum*, quomodo Carrio. eum reprehendit Gruterus, *agitandum* loco Sulpic. Sever. II. Hiſt. *c.* XCIV. firmat Waſſius. *Sibi* intelligis *a ſe*. Cicer. pro Cluentio *c.* VI. *Statuit tamen nihil* ſibi *in tantis injuriis ac tanto ſcelere matris gravius* faciendum, *quam ut illa matre ne uteretur.*

CAP. XL. 1. C. MAMILIUS LIMITANUS. Fabriciani, Remenſes, Baſil. I. Senatorii, Vinarienſes, Acad. Uratisl. I. & 2. Struv. Heuſſ. Eccard. Guelf. I. & 10. ſcribunt C. *Mamillus.* iidemque plerique *Limetanus;* ſed Eccard. Guelf. I. 2. 4. 7. 11. Uratisl. 2. *Limitanus;* Struv. *Luetitanus;* Senat. 2. & Heuſſ. *Lunetanus;* Acad. *Limmetinus;* Guelf. 9. *Limitaneus;* 10. *Limtanus;* 12. *Limentanus.* praeterea Guelf. 3. *Manmilius;* 4. *Mamillius;* 11. *Manillius;* Incert. I. Franc. & Guelf. 9. C. *Mallius.* & ſic apud A. Gellium VI. *cap.* XI. *Mallium, Manlium, Manilium* habent Codd. ubi Pighius C. *Mamilium* reponendum eſſe, judicat Tom. III. Ann. pag. 123. quem vide. eadem confuſio in Flor. I. *c.* XI. n. I. ubi etiam *Mamilium* praeferunt. Multa de hac Mamiliana rogatione Cicero in Bruto pag. 176. *P. Galba* rogatione Mamilia, *Jugurthinae conjurationis invidia, cum pro ſeſe ipſe dixiſſet, oppreſſus eſt.* —— *nam invidioſa* lege Mamilia *quaeſtio* C. *Galbam ſacerdotem & quatuor conſulares, L. Beſtiam,* C. *Catonem, Sp. Albinum, civemque praeſtantiſſimum L. Opimium Gracchi interfectorem a populo abſolutum, cum is contra populi ſtudium ſtetiſſet, Gracchani judices ſuſtulerunt.*

ROGATIONEM AD POPULUM PROMULGAT. Quid ſit *rogatio*, dictum ad *c.* XXXII. n. 5. Fabric. I. *promulget;* Guelf. 7. *pervulgat. Promulgat* is, qui proponit, in vulgus edit, ut, qui velit, intercedat; nullo intercedente, lex feratur. Cic. I. ad Attic. epiſt. XIII. *deinde ex Senatusconſulto Conſules* rogationem promulgaſſe. cum nota Manutii. Liv. IV. *c.* I. *eo proceſſit deinde, ut* rogationem *novem tribuni* promulgarent, *ut populo poteſtas eſſet, ſeu de plebe, ſeu de patribus vellet, conſules faciendi.* adde Cic. Or. ad Quir. poſt Red. *c.* IV.

QUAERERETUR IN EOS. Acad. *inquireretur.* corrupte. vide *c.* XXXI. n. 7. infra n. 4.

SENATI DECRETA NEGLEXISSET. Struvian. *neglisſet;* Incert. 2. *neglisiſſet;* Baſil. I. *neglegiſſet.* vetuſto modo. vide ad Cat. *c.* V. n. 9. item ſupra *c.* XVIII. n. II. Antonius apud Cicer. XIII. Phil. *cap.* XVI. *Theopompum nudum, expulſum a Trebonio, confugere Alexandriam* neglegiſtis. atque ita ex optimo libro reſcripſi.

QUIQUE AB EO IN LEGATIONIBUS cet. Incert. 2. *qui*, ſine Conjunctione; Guelf. II. *quisque. in legationibus & in imperiis* exponit Perizonius ad Sanct. IV. Min. *c.* IV. cum eſſent in legationibus. Caecina Cic. VI. ep. VII. n. 17. *Niſi for-*

Digitized by Google

Huic rogationi partim conſcii ſibi , alii ex partium invidia pericu- 2
la metuentes , quoniam aperte reſiſtere non poterant , quin illa &
alia talia placere ſibi faterentur ; occulte per amicos , ac maxume
per homines nominis Latini & ſocios Italicos impedimenta parabant.
Sed plebes , incredibile memoratu eſt , quam intenta fuerit, quan- 3
taque vi rogationem juſſerit, decreverit , voluerit : magis odio no-
bilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicae. tanta lu-
bido in partibus. Igitur ceteris metu perculſis , M. Scaurus , quem 4
lega-

forte aut in miſeria *nimis ſtulte* , *aut* in amicitià *nimis impudenter tibi onus impono*. Vatin. Cic. v. epiſt. ix. n. i. *Non*, *puto*, *repudiabis* in honore, *quem* in periculo *recepiſti.* vide noſtra ad Cat. *c.* xxxvii. n. 6. mox Eccard. Guelf. 7. 10. 11. 12. Franc. Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl. 3. *elephantes*. Vinar. 1. *quique elephantos venderent.* deſumſit ex *c.* xxxii. n. 2. Guelf. 10. *profugatos*, pro *perfugas*. Senat. 1. *qui perfugas*, omiſſa Copula. quod probaverim.

2. Partim conscii sibi. Franc. neglexit *partim.* Guelf. 1. *partim ſibi conſcii;* at 3. Pronomen expungere jubet. iſque mox, *ex partium invidia*, etiam omiſit, quae tamen ſententia flagitat. quia nempe in iis partibus (nobilitatis) erant, quae ſeſe invidia oneraverant, periculum metuebant. vide n. 3. & infra *c.* lxxiii. n. 4. Fabriciani: *periculum metuentes*, quod ab iis mutatum eſſe, mihi fere perſuadeo, quibus concurſus ejuſdem litterae inviſus fuit. Guelf. 10. *ſibi pericula m.*

Quin illa, et alia talia. *Talia* non eſt in Fabric. 2. Eccard. Guelf. 4. 11. & ſic infra *c.* lxiv. n. 3. *poſtquam haec atque* alia talia *dixit.* ibi, inquam, ſunt in noſtris, qui omittant *talia.* vide tamen ſupra *c.* xxxii. n. 1. *haec atque* alia hujuſcemodi *ſaepe dicundo*.

Et socios Italicos. De quibus ſupra ad *c.* xxxix. n. 2. Fortaſſe vox *Italicos* abundat; ſed Codd. omnes retinent. *Socii* autem & *nomen Latinum* cum haberent in legibus ferendis ſua ſuffragia, eo modo Mamilianam rogationem impedire poterant. vide Sigon. 1. de A. jure Italiae *c.* iv. & xxi. Vinar. 1. *impedimentum parabant.* idem mox a prima manu, item uterque Senatorius & Heuſſian. perſpicue *plebes* ſcripſerunt.

3. Quam intenta fuerit. Fabriciani, Struvian. Incert. 2. Franc. *quantum intenta fuerit.* forte ex Cat. *c.* vii. n. 4. *Sed civitas*, *incredibile memoratu eſt*, quantum *brevi creverit*. Nos tamen ſupra ad *c.* xxxi. n. 2. & 14. pluribus exemplis oſtendimus, *quam*, eſſe *quantum:* & hic quidem vero haud abſimile eſt, propter excipiens *tanta*, eam particulam eſſe immutatam.

Quantaque vi. *Vis* multitudinem atque frequentiam, hic intentionem atque ardorem plebis notat. infra *c.* xcii. *quem locum* ſumma vi *capere intendit*. Cic. iii. in Verr. *c.* liii. Summa vi *data eſt opera a me*, *ut quam plurimo decumas venderem*.

Rogationem jusserit, decreverit, voluerit. Mirum viſum librariis, Verba illa cumulari, cum proprie de populo ſaltem *juſſerit*, aut *juſſerit ac voluerit* dicere debuiſſet. Inde Vinar. 2. Acad. Senat. 2. Heuſſian. Incert. 1. Uratisl. 2. Guelf. 3. & 9. omittunt Verba, *decreverit*, *voluerit:* eademque in Fabriciano 1. eraſa ſunt. Diceres *decreverit* propterea additum eſſe, quod populus ad Senatum referebat, ut, quos vellet quaeſitores, *decerneret*, quod ex Liv. xxxviii. *cap.* liv. patet. Sed tam ardoris cauſſa, quam ut rogationis perlatio eo melius notaretur, conjuncta ea eſſe, putamus. Reſpexit fortaſſe Arnobius vii. adv. Gent. *Mactus hoc vino inferio eſto*, *quid eſt aliud*, *quam dicere*, *tantum eſto mactus*, *quantum* volo, *tantum amplificatus*, *quantum* jubeo, *tantum honoris adſumito*, *quantum te habere* decerno, & *verborum circumſcriptione* definio.

Odio nobilitatis, cui mala illa. Guelf. *accenſa odio. mala* ſignate. vide infra ad *c.* c. n. 5. *pudore magis* , *quam* malo *exercitum coercebat*. Vinar. 1. *parantur*.

4. Ceteris metu perculsis. Guelf. 10. *percuſſis*. quod adprobavi ad Cat. *c.* vi. n. 4. adde Eod. *c.* xxviii. n. 1.

Quem legatum B. fuisse, supra memoravimus. Verbum *fuiſſe* auctoritate Baſil. 1. Franc. Incert. 1. & Guelf. 4. delevimus. Supra *c.* xii. n. 1. *primo conventu* , *quem ab regulis* factum , *ſupra* memoravi. alia habes Catil. *c.* xxvii. num. 1. xliv. num. 4. xlvi. n. 2. adde ſupra *c.* xxii. num. 2. pro *memoravimus*, Incert. 1. *diximus:* At Baſil. 1. Fabriciani, Senatorii, Eccard. Acad. Vinar. 1. Heuſſ. Rem. 2. Guelf. 1. & 10. *docuimus* , quod non debebat di-

legatum Beſtiae ſupra docuimus, inter laetitiam plebis, & ſuorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex Mamilia rogatione tres quaeſitores rogarentur, effecerat, uti ipſe in eo numero crearetur. Sed quaeſtio exercita aſpere violenterque ex rumore, & lubidine ple-

diſplicere. infra *c.* XLIX. n. I. *in eo colle, quem transvorſo itinere porrectum* docuimus. Dictys I. *c.* XIX. *quem a cunctis regem omnium declaratum, ſupra* docuimus. Id. II. *cap.* XIX. *quam Chryſi* filiam *ſupra* docuimus. *c.* XXVIII. *quem* ſacerdotem *Sminthii Apollinis ſupra* docuimus.

INTER LAETITIAM PLEBIS cet. Cum plebs laeta eſſet, ſuique fugerent. ſic exponit Aruſianus Meſſus ſupra *c.* XXX. n. 3. Cat. *c.* III. n. 4. inter *tanta vitia*. *c.* XLIII. n. 3. Inter *haec parata atque decreta.* Livius XXIV. *c.* XIX. *Caſilinum*, inter *colloquia cunctationemque petentium fidem, per occaſionem captum eſt*. Celſus Praefat. *Verique ſimile eſt*, inter *non multa auxilia adverſae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigiſſe ob bonos mores*. Aelredus de Spir. Amic. Praef. inter *mores & vitia, quibus aetas illa periclitari ſolet, tota ſe mea mens dedit affectui & devovit amori.* adde III. Hiſt. Orat. Macri n. 27. Vorſtium ad Valer. Max. I. *c.* I. ext. 8. & III. *c.* II. n. 23.

ET SUORUM FUGAM. *Fugam* infra *c.* XLII. n. 4. dixit *exſilium.* ut Florus III. *c.* XVI. n. 3. *Unus tamen exſtitit, qui mallet* exſilium. *Igitur poſt Metelli* fugam *omni nobilitate perculſa*, &c. Hic tamen pro eo, quod antecedit, ſumſiſſe videtur, & *fugam* dixiſſe, ſtatum perculſorum atque ex conſcientia jam victorum. vide Servium ad X. Aen. *v.* 14.

TREPIDA ETIAM TUM CIVITATE. *Trepida* i. e. ſatagente & incerta. Statius II. Theb. *v.* 476. *Talis adhuc* trepidum *liquit Calydonius Heros Concilium*. ubi proba Caſp. Barthius. Fabriciani, *trepida tum etiam civitate.* vide ad Cat. *c.* II. n. I.

EX MAMILIANA ROGATIONE. Remenſes, Guelf. I. & 9. *Mamilliana*; Incert. 2. *Mallii*; Guelf. II. *Manilii*; Ceteri *Mamilli*; at Vinar. I. *Mamilla*; Senat. I. *Mamilia*. idque vere; quomodo & Cicero. Nam Latini Gentilia faciunt, quae Primitivis ſunt ſimilia. Sic *Latius*, *Thracius*, *Africus*. item *Galliae mulieres* apud Noſtrum IV. Hiſtor. ubi vide. Cum ergo plurimi Codd. *Mamilli* habeant, *Mamilia* ex uno revocavi, quod & Vinar. I. tuetur.

TRES QUAESITORES. *Quaeſitores*, in Novellis Juſtiniani Ἐρευνάδες recte nominati, ſunt judices publicarum quaeſtionum. Nam antequam Sulla quaeſtiones perpetuas conſtitueret, in gravioribus criminibus, de quibus nulla lex, aut non ſatis diſtincte eſſet lata, judicia extraordinaria decernebantur, quibus qui praeerant *Quaeſitores* adpellati. vide ex multis Abram. & Graevium ad Cic. pro Milone *c.* V. Hottomann. ad Cic. in Vatin. *c.* XI. Hinc Seneca Herc. Fur. *v.* 731. *Non unus alta ſede* quaeſitor *ſedens Judicia trepidis ſera ſortitur reis.* ubi, & ad *v.* 744. bene Gronovius. Interim Fabric. I. Uratiſl. 2. Guelferb. 9. & 12. *Quaeſtores* ſcribunt, non *Quaeſitores*. & ſic apud Feſtum, *Quaeſtores parricidii.* & Varro IV. de L. L. *c.* XIV. *Quaeſtores, a quaerendo, qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt: ab his poſtea, qui* quaeſtionum judicia *exercent*, quaeſtores *dicti*. Sic olim apud Livium IX. *c.* XXVI. *ipſos adeo dictatorem magiſtrumque equitum reos magis, quam* quaeſtores *idoneos* ejus criminis *eſſe.* mox omnis manus, *uti ipſe*.

5. SED QUAESTIONE EXERCITA. Adnotant *exercita* & *exercitata* inveniri in Codd. Poſterius habent Vinar. I. Uratiſl. 3. Acad. Senat. 2. Heuſſ. Fabric. 2. Struv. Remenſ. I. Franc. Guelf. 9. 10. II. 12. reliqui *exercita*, uti alibi *excita*, pro *excitata.* vide ad Cat. *c.* XV. n. 4. *tutus*, pro *tutatus*, alia. nam *exercere quaeſtionem* habet Livius l. c. & alibi cum Cicerone frequenter; uti *exercere judicium.* Praetereunt autem adnotare, quomodo in MSS. vox *quaeſtione* ſeſe habeat. Teſtor autem Vinarienſes, Fabricianos, Baſil. I. Senat. I. Remenſ. 2. Struv. Incert. 2. Guelf. I. 2. 3. 4. quorum omnium non adeo ſubleſta fides, habere *quaeſtio*, non autem, quod in edd. adhuc eſt lectum, *quaeſtione*. & Vinar. quidem 2. Struv. Incert. 2. & Fabric. 2. Verbum *eſt* addunt: *quaeſtio eſt exercitata*, aut *quaeſtio exercita eſt*. Debebis itaque noſtris libris hujus etiam loci reſtitutionem, qui nunc longe melius procedit. quid *quaeſtione* invexerit, cognoſces inferius paullo ad ea verba: *ut ſaepe nobilitatem*. *eſt* autem ita omiſit Cat. *c.* LV. extr. *de ceteris eodem modo ſupplicium* ſumtum. vide ad Jugurth. extr. Livius III. *c.* VIII. *impigre* promiſſum *auxilium*. *duo conſulares exercitus* ſcripti.

EX RUMORE ET LIBIDINE PLEBIS. Fabric. 2. *ex more & libidine plebis*; Guelf. 9. *ex rumoribus. ex rumore* eſt, prout quiſque conſcius delictorum fama ferebatur, ita in eum animadverteba-

Digitized by Google

plebis. ut ſaepe nobilitatem, ſic ea tempeſtate plebem ex ſecundis rebus inſolentia ceperat.

CAP. XLI.

XLV. 1

CEterum mos partium popularium & Senati factionum, ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romae ortus, otio & abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. Nam

tebatur, quod exemplo Albini, ſi *cap.* XXXVI. n. 3. legeris, conſtabit. Tacit. III. Ann. *cap.* LXIX. *Non quidem ſibi ignara, quae de Silano vulgabantur, ſed non* ex rumore *ſtatuendum*. adi etiam Cat. *cap.* VIII. n. 1.

UT SAEPE NOBILITATEM. Struvianus: *quia ut ſaepe nobilitatem*. Nempe Ellipſis Particulae *quia*, *nam*, *&*, aut ſimilis cujuſdam, quae Noſtro adeo familiaris, ſupra nobis *quaeſtione* dederat. Sed ſic Cat. *cap.* XIII. num. 4. *Haec juventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant*. Animus *imbutus malis artibus facile lubidinibus carebat: eo profuſius omnibus modus quaeſtui atque ſumtui deditus erat*. Sic infra *cap.* LXVII. n. 2. *cap.* LXIX. n. 2. & 3. adde ſupra *cap.* II. n. 3.

EX SECUNDIS REBUS INSOLENTIA. I. propter res ſecundas, ut Cat. XII. n. 2. ex divitiis *juventutem luxuria atque avaritia cum ſuperbia invaſere*. in rem adnotavimus quaedam ad Cat. *cap.* XI. extr. & tamquam ſingulare obſervat Statius V. Silv. I. *v.* 117. *Nec tamen hic mutata quies, probitaſve* ſecundis Intumuit: *tenor idem animo moreſque modeſti, Fortuna creſcente, manent*. Eutropius X. *cap.* IV. *Verum* inſolentia rerum ſecundarum *aliquantum Conſtantinus ex illa favorabili animi docilitate mutavit*.

CAP. XLI. 1. MOS PARTIUM POPULARIUM &c. Adſentior Grutero, qui haec miſere interpolata eſſe cenſet: neque enim amplius requirit ſententia, quam haec: *Ceterum mos partium, ac deinde omnium malarum artium*. Cat. *cap.* IV. num. 2. *quod mihi a ſpe, metu*, partibus reip. *animus liber erat*. adde infra *cap.* XLII. extr. ſupra *cap.* XL. n. 3. *tanta lubido* in partibus *erat*. Variant noſtri. Baſil. 1. *partium mos popularium*; Guelf. 2. *& ſenatores factionum*: ſupra ſcriptum: *& ſenatorum*, quomodo Fabr. 1. a manu ſecunda. Academ. prius illud oſtendit; Vinar. 1. *& ſenatorum & factionum*; Senat. 1. *ſenatorum ac factionum*. Itaque minore detrimento verborum locum ita reſtituerem. *Ceterum mos partium populi & Senati, ac deinde* cet. ſive *popularium & Senati* addidit *populi & Senati*, ut decebat eo loco, ubi in originem partium curatius inquirere inſtituerat, quibus alibi ſuperſedere potuiſſet. eo certe ducunt Codd. *Factionum* vocabulum ex Gloſſa illius *partium* ortum traxit: Et cum in vetuſtis *populi*, per notam *PL*, *Ppl.* aut aliter ſoleat notari, *Senati* autem itidem antiqua extremitate prolatum ſit; habuerunt librarii & imperiti correctores copiam, vulgatam lectionem procudendi. vide tamen n. 10.

PAUCIS ANTE ANNIS R. ORTUS EST. Senat. 2. *paucis tamen annis*. *paucis annis* intelligit, ante bellum Jugurthinum. inter id & Carthaginem deletam intercedunt anni XXXV. Sed Verbum Subſtantivum, fide Fabric. 2. Guelf. 3. expunxi.

OTIO & ABUNDANTIA. Vide, quae differit Auctor Cat. *cap.* XXXVI. n. 4. breviter Florus III. *cap.* XII. *Quae enim res alia* furores civiles *peperit, quam* nimia felicitas.

EARUM RERUM, QUAE PRIMA. Eccard. *quo prima*. Incert. 2. *eorum, quae prima*. Male. *Ea res, earum rerum* eſt Periphraſis ſolius Provocabuli Demonſtrativi. cum itaque ſenſu illud tantum inferre debeat, ſcriptorum vero omne genus ad ſenſum ſaepius, quam ad verba reſpiciat; evenit, ut *res, quod*; *rerum, quae* & alia talia paſſim conjungantur. plane ut Ovid. I. Faſt. *v.* 103. Res *ſum* priſca *Ianus*. vide Scaliger. ad Varr. I. de R. R. pag. 210. Hinc Noſter Cat. *cap.* XL. n. 4. *Nihil tam* aſperum, *neque tam* difficile, *quin cupidiſſime facturi eſſent, dum* ea res *civitatem aere alieno liberaret*. ibi dixi. infra *c.* CIV. n. 2. *ignari* rerum *humanarum, quae fluxae atque nobiles ſemper in* adverſa *mutant*. Livius XXXII. *cap.* XXIX. *dilectu* rebuſque *aliis divinis humaniſque*, quae *per ipſos* agenda *erant, perfectis*. Cicero XVI. epiſt. IV. num. 5. *Illud, mi Tiro, te rogo, ſumtui ne parcas* ulla *in* re, quod *ad valetudinem opus ſit*. & quae ibi notamus. Auctor VIII. Gall. *cap.* XLVI. *quam* rem, *ſicut* cetera, *celeriter feliciterque* confe-

Digitized by Google

2 Nam ante Carthaginem deletam populus & Senatus Romanus placide modeſteque inter ſe rempublicam tractabant: neque gloriae, neque dominationis certamen inter civis erat: metus hoſtilis in
3 bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus diſceſsit; ſcilicet ea, quae ſecundae res amant, laſcivia atque ſuperbia

confecit. A. Gellius I. c. XIV. *memoratis multis magniſque* rebus, quae *bene ac benivole poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet*. D. Hieronymus Epiſt. ad Ripar. Presb. contra Vigilantium: *Acceptis primum litteris tuis, non reſpondere ſuperbiae eſt, reſpondere temeritatis. De* his *enim* rebus *interrogas*, quae *& proferre & audire ſacrilegium eſt*. Sic MS. ſaepe laudatus, ex quo perquam multa ad priſcam elegantiam reformari poſſent in D. Hieronymo, haud infante. *Prima* ſunt praecipua & rebus omnibus anteferenda, quod explicui ad Cat. *cap.* XXXVI. n. 4.

2. ANTE CARTHAGINEM DELETAM. Hic eſt terminus ille fatalis, & principium corruptae prorſus diſciplinae Romanae. vide I. Hiſtor. & Cat. *cap.* X. n. I.

PLACIDE MODESTEQUE. Uratisl. I. *honeſteque*. *Modeſte* ſcriptum, pro *moderate*. vide Cat. *cap.* XI. n. 4. *Placide* eſt quiete; ut Cat. *cap.* XXXIX. num. 2. *quo plebem in magiſtratu* placidius *tractarent*.

INTER SE REMP. TRACTABANT. *Tractare* pro adminiſtrare & curam gerere. Cat. *cap.* LI. n. 28. *Lacedaemonii devictis Atbenienſibus triginta viros impoſuere, qui* remp. *eorum* tractarent. ubi vide. *Inter ſe* eſt ipſi utrique, ita ut & populus & Senatus remp. capeſſerent. notiſſima formula, quam tamen non eodem ſemper ſenſu adhibent. vide Cat. *cap.* XXII. n. 2. infra *cap.* LXIII. n. 7. Cicero IX. epiſt. III. n. 4. *ne noſtra nobiſcum, aut* inter nos *ceſſatio vituperetur*. Livius XXXIII. *cap.* XXXII. *Conſules* inter ſeſe *juſſerunt*, Fabio *exercitum tradi*. Juſtin. Praefat. num. 3. *& quae hiſtorici Graecorum, prout commodum cuique fuit*, inter ſeſe *gregatim occupaverunt*.

NEQUE GLORIAE —— CERTAMEN INTER CIVIS. Atqui Cat. *cap.* VII. n. 6. de primis illis incorruptis Romanis memorat: *Sed* gloriae *maxumum* certamen *inter ipſos erat*, cet. inde, credo, Guelf. 10. ſcripſit: *magnum certamen inter civis*. Immo ibi veram gloriam, quae ex victis hoſtibus & virtute paratur, intelligit; hic vero de *gloria* falſa (vide n. 10.) & quae ex oppreſſis civibus oritur, verba facit. id vero per additum *neque dominationis* innuitur, ut ſupra *cap.* XXXI. n. 23. *Nam* fidei *quidem, aut concordiae quae ſpes?* ubi additum *concordiae* docet, quo ſenſu prius *fidei* ſit accipiendum.

METUS HOSTILIS. De ea re Florus III. *cap.* XII. n. 2. *Poenorum* hoſtium *imminens* metus *diſciplinam veterem continebat*. ubi vide Freinshemio adnotata. junge Boeclerum ad Vellej. Pat. II. *cap.* I. Gruterum Diſcurſu XXXVIII. in Tacitum. *Hoſtilis* pro hoſtium, ab hoſte: ut num. I. *popularis*, pro populi, & III. Hiſt. Orat. Macri n. 6. *militare*, pro militiae. ubi vide. adde Cat. *cap.* VII. num. 2. I. Hiſt. *metu Punico*. h. e. Poenorum.

IN B. ARTIBUS CIVITATEM RETINEBAT. Vox *civitatem* locum mutat in Fabricianis: *civit. in b. art. retinebat*. mihi, irreptitiam eſse, ſatis conſtat. Fabric. 2. *in bonis rebus*. *Retinebat* in omnibus noſtris exſtat: Rivius tamen memorat, alios habere, *continebat*. & hoc quidem eſt proprium verbum diſciplinae, atque magiſtrorum, quod docuit Gronovius ad Phaedr. II. Prolog. *v.* I. adde ibi & ad Petron. *cap.* II. Burmannum. unde Livius XXXIV. *cap.* IX. *diſciplinam inter validiores optime* timor continet. Celſus III. *cap.* IV. *primis diebus aeger qua ratione* continendus ſit. Mihi tamen longe magis placet *retinebat*, ex more illo Salluſtii, quo plures notiones ſimul exprimere ſolet. Supra *cap.* XV. n. 5. recte dixit, *animum* ab *conſueta* lubidine continuit. hic vero intelligit *ab* malis artibus *retinuit in* bonis artibus. vide ſupra ad *cap.* XXXVI. extr. Cic. I. epiſt. VII. *qui nos, quos favendo* in *communi cauſſa* retinere *potuerunt, invidendo abalienarunt*. & ſic I. de Rep. Ord. *retinere ab ſtultitia*. Hinc & ſimplex adriſit Livio XXXIV. *cap.* XXVII. *Metu & acerbitate poenarum* tenebat *animos*.

3. UBI FORMIDO ILLA MENTIBUS DISCESSIT. Sic Gruterus ex ſuis membranis, item Fabriciani, Incerti, Franc. Guelf. I. 3. 9. 10. Vinarienſes, Senat. 2. & Heuſſ. Sed improbat Gronovius ad Livium IV. *cap.* LII. praefertque *deceſſit*: cum ante eum & ibi legeretur: *ubi hae ſollicitudines* diſceſſere, & apud Caeſar. II. Gall. *cap.* VII. hoſtibus *eadem de cauſſa ſpes oppidi potiundi* diſceſſit. ubi ſecutus conjecturam Gronovii Daviſius contra omnes Codd. edidit *deceſſit*. ergo & ſupra *cap.* XX. num. I. *Poſtquam diviſo regno, legati* Africa diſceſſere, & multa alia corrigenda erunt. quod

Digitized by Google

perbia inceſsere . Ita , quod in advorſis rebus optaverant , otium , 4
poſtquam adepti ſunt, aſperius, acerbiuſque fuit . Namque coepere 5
nobili-

quod contra exiſtimo. Struvian. *diſcedit*.

SCILICET EA, QUAE SECUNDAE R. AMANT. *Scilicet ea* ſuperflua ſunt Grutero, & forte aliis, quibus modo pro corruptis omnibus lectionibus pugnare, non eſt animus. Guelf. 7. particulam *ſcilicet* poſitam habet ante vocem *laſcivia:* ceteri nihil movent. Palmerii *ilicet* in nullo MS. reperitur, & Salluſtio, qui eam particulam non ſine circumſpectione poſuiſſet, non valde conſentaneum eſt. Si vero tale quid requiritur, *ſcilicet* ſenſu adfirmationis poſſet quidem tolerari, ſed non ſine incommodo. Senſus eſt, ea, quae ſecundis rebus oriri *ſolent*. Sic ſupra *cap.* XXXIV. num. 1. *quae ira fieri* amat. Eccard. *invadere*, pro *inceſſere*.

4. QUOD IN ADVERSIS REBUS OPTAVERANT, OTIUM. Male haec turbat Popma: male etiam Gruterus, Hackianae, Waſſius diſtinguunt, dum *otium poſtquam adepti ſunt*, conglutinant. Hoc voluit: *Otium*, *quod* in a. r. optaverant, poſtquam ad. ſunt, *aſperius acerbiusque fuit*. Guelf. 4. & 10. omittunt *quod*; Uratisl. 1. *otium*. idque eadem de cauſſa. Supra *cap.* XXXIX. num. 4. *impeditus*, *ne quas paraverat*, copias, *ſecum portaret*. Cato 1. de R. R. *cap.* VI. plura ſimiliter dixit: Cicero V. epiſt. 11. num. 16. non abhorret, ubi alia adnotavi. Livius III. *cap.* XII. quod *offendat in eo*, fervorem & audaciam, *aetatem quotidie auferre*. XXIV. *cap.* XL. *Eadem aeſtate & cum Philippo rege*, quod *jam ante ſuſpectum fuerat*, bellum *motum eſt*. Noſter *cap.* XIV. num. 15. *fratri*, quem *minume decuit*, propinquus, *per ſcelus vitam eripuit*. Guelferb. 3. *otium optaverunt*; 9. in *adverſis*, ſine addito *rebus*.

ASPERIUS ACERBIUSQUE FUIT. Fabriciani: *acerbius aſperiusque fuere*, & primus addidit inter lineas, nempe *laſcivia atque ſuperbia*. Non probo: & ex ſuperioribus conſtat ad *otium* haec pertinere. Academ. *apertius acerbiuſque fuere*. Senat. 2. & Heuſſ. *acrius acerbiusque inter eos fuit*. Baſil. 1. Struv. Incert. 2. Remenſes, Franc. Guelf. 4. *aſperius acerbiuſque fit*; Vinar. 2. Guelf. 3. Uratisl. 2. *aſp. ac. tulere*. Contra ſingulos pro vulgata ſtabit Cat. *cap.* X. num. 2. *Qui labores*, *pericula*, *dubias atque* aſperas *res facile toleraverant*, *iis* otium, *divitiae optandae aliis*, *oneri* miſeriaeque fuere. ubi de *aſperis* rebus quaedam notavimus. vide & ſupra *cap.* XXIX. num. 1. & de *otii* malis Catil. *cap.* XXXI. num. 1. Sulpicia Carm. de ſtatu Reip. *Romulidarum igitur longa & gravis exitium* pax. *Fuit* autem, non *fit*, neque *tulere*, probum eſse, illa docent *cap.* LXXXV. n. 7. *Ita ad hoc aetatis a pueritia* fui, *ut omnes labores & pericula conſueta habeam*. & *cap.* LXXXVII. extr. *Romanos*, *remoto metu*, *laxius licentiusque* futuros. & ſic Noſter paſſim. Sed Remenſ. 1. *aſperius acerbiusque* bello *fit*, ex Gloſſa, quae in explicatione non eſt ſpernenda, in contextu autem putida & abſurda. Notamus talia ad Cat. *cap.* XVI. n. 3. *gratuito* potius *malus atque crudelis erat*. quomodo & Tacitus 1. Hiſt. *cap.* XV. *pax & quies* acrioribus *ſtimulis animos explorant*: *quia* &c.

5. NAMQUE COEPERE — IN LUBIDINEM VERTERE. Gruterus tentat Verbum *coepere*: nos in ſimili cauſſa interceſſimus Cat. *cap.* VII. num. 1. Non illi, credo, librariis tamen, quorum errores mox produco, impoſuit elegans Prolepſis, *coepere in lubidinem vertere*, quod tam ad *nobilitatem*, quam *populum* referri voluit Noſter. Ita Auſon. Periocha Iliad. III. Argivos, *ſua quemque acies*, *in caſtra* ſequuntur. ibi Vinetus. Chariſius IV. pag. 250. Πρόληψις *eſt*, *cum ante numerus verbo redditur*, *quam res perſonaeve finiantur*, *ut* (Virg. XII. Aen. v. 161.) *Continuo* reges ingenti mole, *Latinus Quadriiugo vehitur curru*, *bigis it Turnus in albis*, *Tum pater Aeneas Romanae ſtirpis origo*, *Et juxta Aſcanius*, *magnae ſpes altera Romae*, Procedunt caſtris. Haec ille, qui alia ex Virgilio laudare potuiſſet. Rurſus Auſonius Idyll. XXXI. *Tranſeo & alternis rure vel urbe fruor*. vide notata ad Cat. *c.* XLVII. extr. & ſupra *c.* XII. n. 2.

NOBILITAS DIGNITATEM. *In ſuperbiam*, addunt pauci ex deterioribus libris. Struv. Guelf. 3. 11. 12. *nobilitas dignitatem in dominationem*, *populus* &c. quos partim dicta figura, partim inveteratus ille & ſaepiſſime taxatus error *aequalitatis* ludibrio habuit. vide modo ſupra *cap.* XXXVII. n. 4. Nobilitas dignitatem *in libidinem* vertit, quando ea ad lubidinem abutebatur, quam egregie oſtendit Cat. *cap.* XXXVIII. h. e. quando ſpecie dignitatis conſervandae dominationem, ſuperbiam, crudelitatem ſibi muniebat. Populus libertatem lubidinoſe exercebat, dum honeſto ejus nomine optima inſtituta allatrabat, ſeditiones excitabat, omnique licentiae patrocinata, nobiles ſenatumque, qua poterat, vexabat. vide ibidem & quae mox Noſter. De tali *cupiditate* adhibet vocem *cap.* XL. num. 3. *tanta* lubido *in partibus erat*. adde Catil. *cap.* LI. num. 4. infra *cap.* XLII.

nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vetere: ſibi quiſque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partis abſtra-
6 cta ſunt. reſpublica quae media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis ſoluta atque diſperſa, in multitudine, minus poterat: paucorum arbitrio belli domique agi-
7 tabatur: penes eoſdem aerarium, provinciae, magiſtratus, gloriae triumphique erant: populus militia atque inopia urguebatur; prae-

n. 4. Tacitus Agric. *cap.* v. *Nec Agricola licenter, more juvenum, qui* militiam in laſciviam vertunt, *neque ſegniter ad voluptates et commeatus, titulum tribunatus & inſcitiam retulit*. Flor. III. *cap.* III. num. 8. *conſultone id egerit imperator*, an errorem in conſilium verterit, *dubium*. Alio modo, non ita plene, diceres: Nobilitas dignitate, populus libertate non pro re, ſed pro lubidine ſua uſi ſunt.

SIBI QUISQUE DUC. TRAHERE, RAPERE. Malebat aliquis, *pro ſe quiſque*; ſed fruſtra: cum omne id, quod ex illo *pro ſe* ſperari poſſet, per vulgatam ſatis exprimatur. Cat. *cap.* VII. n. 6. Seſe quiſque *hoſtem ferire ----- properabat*. ubi dixi. Plaut. Moſtell. Act. I. Sc. II. *v.* 20. ſibi quiſque *Inde exemplum expetunt*; ſibi quisque *ſimile, ſuo uſque ſumtu*. Guelf. 7. omiſit Verbum *trahere*; ſive eo ſolum ipſo, ſive multiplicatis Verbis inductus. At Cat. *cap.* XI. n. 4. rapere *omnes*, trahere, *domum alius, alius agros* cupere. Plautus Trin. Act. II. Sc. II. *v.* 10. *quod manu non queunt Tangere, tantum fas habent, quo manus abſtineant: Cetera* rape, trahe, *fuge, late*. Horat. II. Sat. III. *v.* 126. *quare, Si quidvis ſatis eſt*, perjuras, ſubripis, auſers *Undique? Trahere, rapere* violentiae; *Ducere* aſtutiae, & occulte ſibi trahentium: quemadmodum alibi *duci* volentes; *trahi* inviti dicuntur. ita Cicero, *in ſe animos ducere, ducere ad credendum*. Tacit. XV. Ann. *c.* LI. *militum acerrimos* duceret in partes, *& praemia digna exſpectaret*.

RESP. QUAE MEDIA FUERAT, DILACERATA. Fabric. 2. pro varia lectione: *quae in medio fuit*. nempe inter infeſtas illas partes. Sic Livius II. *cap.* LVII. *Dum tribuni conſuleſque ad ſe quiſque omnia trahant, nihil* relictum *eſſe virium* in medio; *diſtractam, dilaceratamque remp.* Seneca Epiſt. CIV. *Si animo complecti volueris illius imaginem temporis, videbis illinc plebem & omnem erectum ad res novas vulgum: hinc optimates & equeſtrem ordinem, quidquid erat in civitate ſancti & lecti: duos* in medio relictos, *Rempublicam & Catonem*. Sed idem ſenſus ex vulgata lectione efficitur. Sic Thucyd. III. *cap.* LXXXII. τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν. vide plura apud Gronov. ad Liv. IV. *cap.* XLIII. Valer. Max. VII. *cap.* VI. num. 4. *de his temporibus: quo tempore non reip. victoria quaerebatur, ſed praemium victoriae res erat publica*. Guelf. 7. *dilaniata*; II. *dilaceratur*.

6. ATQUE DISPERSA, IN MULTITUDINE M. P. Haec eſt MSS. omnium lectio, quam peſſimo conſilio, & magno ſententiae malo mutarunt in *atque in multitudinem diſperſa*. *in multitudine* dixit, pro quamvis multi eſſent. Eadem brevitate Cat. *cap.* XXXVII. extr. *namque* duobus *Senati* decretis *ex tanta multitudine neque praemio inductus conjurationem patefecerat, neque ex caſtris Catilinae quiſquam omnium diſceſſerat*. Saepe poſt *in*, hac virtute poſitum, ſequitur *tamen*. Cic. V. epiſt. II. *Hoc non poteſt in te non honorificentiſſime eſſe dictum, me* in clariſſimis *atque ampliſſimis* rebus, tamen *aliquod teſtimonium tuae vocis habere voluiſſe*. Pluribus illuſtravimus ad Cat. *cap.* LI. n. 15.

7. BELLI DOMIQUE AGITABATUR. *Domi militiaeque*. Sed & illud auctores obſerunt. Plaut. Captiv. Prolog. extr. *Valete, judices juſtiſſumi*, Domi bellique *duellatores optumi*. Aur. Victor Epit. *cap.* XI. domi bellique *tolerantior videbatur*. vide Heinſium ad Ovid. XII. Metam. *v.* 186. Voluerant edd. *belli domique* reſp. *agitabatur*; ſed contra ſcriptos omnes. dum Salluſtius *agitare* & *agere* abſolute ponit. vide ſupra *cap.* XVIII. n. 9. *cap.* XIX. n. 5. Guelf. 1. *bello domique*: 3. *belli, domi* neglecta Conjunctione. Vocem *reſp.* admittunt Incerti, Struv. Franc. ſed Acad. *res agitabatur*.

GLORIAE TRIUMPHIQUE ERANT. Incertis exulat illud *que*. Forſan probaveris. vide *cap.* LI. num. 1.

MILITIA ATQUE INOPIA URGEBATUR. Incert. *urguebatur*. De re vide I. Hiſtor. Orat. Lepidi. & III. Hiſtor. Orat. Macri.

CUM PAUCIS DIRIPIEBANT. Guelf. 7. *cum paucis nobilibus*, ex Gloſſa, quod docebit nota ad Catil. *cap.* XX. num. 7. Uratisl. 2. & Guelf. 3. omittunt *cum paucis*, quos non reprehendo: mutare quidquam non audeo. *Praedas bellicas* publicas fuiſſe, nec Imperatorem in ſuos uſus convertere debuiſse, quin rationem redderet,

praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea paren- 8
tes, aut parvi liberi militum, ut quiſque potentiori confinis erat,
ſedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia, ſine modeſtiaque 9
invadere; polluere & vaſtare omnia; nihil penſi, neque ſancti
habere, quoad ſemet ipſa praecipitavit. Nam ubi primum (ex 10
nobilitate) reperti ſunt, qui veram gloriam injuſtae potentiae
ante-

deret, exemplum Scipionis docebit apud Gellium IV. *cap.* XVIII. adde Schelium in Polybium.

8. PARENTES, AUT PARVI LIBERI MILITUM. Guelf.7. *ſenes parentes;* Remenſ.2. *parvuli liberi*. *parvi* tuetur Quinctilian. Declam. XIII. *Poſtquam, proximos quoſque revellendo terminos, ager* locupletis *latius inundavit: aequatae ſolo villae, exciſa patria ſacra, & cum conjugibus* parviſque liberis, *reſpectantes patrium larem, migraverunt veteres coloni.*

UTI QUISQUE POTENTIORI CONFINIS ERAT. *Erant*, habet Uratisl. 3. non improbo. quomodo potentiores aut vi aut pretio adquiſiverint latifundia, docet Appianus I. Civ. pag. 353. *Confinis* in *adfinis* mutant Struv. Remenſ. 1. Franc. & Guelf. 12. ſed perperam. *confines*, ſunt contermini, vicini, quomodo Cic. VI. Parad. *c.* II. vocat, ubi Craſſo objicit *expulſiones vicinorum*. quae loca jam citavit Ducker. ad Flor. III. *c.* XIV. num. 3. Sic voce utitur Varro I. R.R. *c.* XVI. *ſi quid ita eſt in* confinibus *fundis, ut noſtris agris proſit*. Seneca Epiſt. CXX. *Sunt enim virtutibus vitia* confinia. inde *Confinium*, & *confinales* apud Siculum Flaccum. Stephanus Archiep. Epiſt. ad Damaſum inter ejus Epiſt. VII. *quidam fratres* in confinio *nobis poſiti quoſdam fratres noſtros a proprio dejiciunt gradu*; Eccard. *confinibus*.

SEDIBUS PELLEBANTUR. Academ. & Struv. *pellabantur*. Cic. II. Agrar. *cap.* XXXI. *Exturbari & expelli plebem ex agris*. Caeſar. VI. Gall. *cap.* XXII. *ne latos fines parare ſtudeant, potentioreſque humiliores poſſeſſionibus* expellant. Senec. Ep. XC. *Licet agros agris adjiciat*, vicinum *vel pretio* pellat *aeris, vel injuria; liceat in provinciarum ſpatium rura dilatet, & poſſeſſionem vocet per ſua longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet, unde diſceſſimus*.

9. NIHIL PENSI, NEQUE SANCTI HABERE. Uratisl.2. *nihil ſancti, aut penſi habere*. Gu.3. *nihil ſancti, neque pretioſi habere*. Sed contra Severum Sulpicium, & Noſtrum Cat. *c.* V. nu.6. ubi vide. Sidonius III. ep. XIII. *quibus nihil* penſi, *neque* ſancti *eſt in adpetendis turpitudinibus*.

QUOAD SEMET IPSA PRAECIPITAVIT. Guelf. II. *quam*, pro *quoad;* Vinar. 2. *quoad uſque*. *Quoad* eſt tam diu, donec. docebit Gronovius ad Liv. XXIII. *c.* XXVI. Corn. Nep. Epamin. *c.* II. *uſque* eo *retinuit*, quoad *renunciatum eſt viciſſe Boeotios*. Omittitur igitur particula Pronominis Demonſtrativi, ut in aliis ſimilibus. vide ad Cat. *c.* XXXIV. num. 2. & tam de tempore quam modo & proceſſu loci recte dicitur. *ſemetipſa* Rivius ex ſuis; Noſtri fere *ſemetipſam*: niſi quod Guelf. 3. illud pro varia lectione exhibeat. eamque formam probavimus ad Cat. *c.* XX. num. 6. ſed Guelf.4. utrumque Pronomen omiſit; recte, ut opinor, quo Salluſtius ipſa abrupta dictione rem praecipitem denotaret. nam *praecipitare*, pro *praecipitari*, vulgatiſſima figura, dicere licuit, & vidimus exempla ſupra ad *c.* XIV. nu. 23. Sed *c.* XXXI. num. 6. *neceſſe eſt*, ſuomet ipſi *more praecipites eant*.

10. UBI PRIMUM EX NOBILITATE REPERTI SUNT. Interpolatus eſt locus, & nullius commodi ſenſus. Haud ſane nobilitatis ſtudium verae gloriae excitavit Gracchos, ut potentiae paucorum obviam irent: neque umquam mali & boni inter nobiles cauſſae fuerunt, ut ſeditiones & permixtio civitatis exſiſterent. Non, niſi imperitus, ſibi perſuadebit, per eos, quos *ex nobilitate* repertos eſſe dicit, Gracchos intelligi, etiamſi illi genere fuerint nobiles: cum & hoc, & proximo *cap. nobilitatem* perpetuo contraponat Gracchis atque plebi; nec ullum ſententiae pondus in eo poſitum ſit, quod fuerint *ex nobilitate;* ſed quod veram gloriam quaeſiverint, plebemque in libertatem vindicaverint. Sentis igitur duas voces iſtas, *ex nobilitate*, ab inficeto homine adſutas eſſe, aeque ac *homines, aliqui, plures* ſaepiſſime addita indicavimus ſupra ad *c.* XXXII. num. 3. Vidit in vulgata lectione difficultatem librarius Senat. I. & Gloſſam prorſus contrariam addidit: *qui injuſtam potentiam verae gloriae anteponerent*. quae tamen non juvat, ſed corrumpit locum. Abjectis autem ſpuriis iſtis, & de Gracchis, & de aliis verae gloriae ſtudioſis Salluſtium quam optime capies.

anteponerent ; moveri civitas , & permixtio civilis , quaſi diſceſſio terrae , oriri coepit.

CAP. XLII.

XLVI.
1 NAM poſtquam Tiberius & C. Graccus , quorum majores Punico atque aliis bellis multum reipublicae addiderant , vindicare plebem in libertatem & paucorum ſcelera patefacere coepere : nobilitas noxia, atque eo perculſa , modo per ſocios ac nomen Latinum ,

ET DISSENSIO CIVILIS, QUASI PERMIXTIO TERRAE, ORIRI COEPIT . Propoſui vulgarem lectionem, quae diſplicuit jam Grutero , poſtea Waſſio. Tentant illi quaedam, tentavit etiam Gronovius , quae tamen parum procedunt . Dura eſt locutio *permixtio terrae* , Grutero ; maluit Gronovius *permixtio rerum*. ſed nec illa *diſſenſio civilis* bene habet, & pro rei gravitate haud ſatis valida eſt. Uratiſl. 3. & Gu. 9. ſcribunt *diſceſſio civilis* , & hae voces *diſſenſio* & *diſceſſio* alibi permutantur. Porro Gu. 2. *quaſi permixtio terrae atque maris* ; 1. *quaſi permixtione terrere coepit* , quomodo a prima manu Fabric. 1. qui nunc una cum Vinar. 2. & Academ. *quaſi permixtione terrae oriri coepit* . Inde conſulto conſilio reſcribendum exiſtimo , *moveri civitas* , *&* *permixtio civilis* , *quaſi diſceſſio terrae* , *oriri coepit* . Haeſitavi paullulum, *diſceſſio* , an *diſceſſione* ſcriberem ; cum hoc Cat. *c.* x. extr. exigere videretur , atque *permixtione* in noſtris tribus , ac vetuſtiſſimis Nazar. & Commelin. ſcriptum foret. Sed cum ſaepius Noſter ſimilitudines primo Caſu proponat , vide Cat. *c.* XXXVI. extr. & *c.* LIII. nu. 5. & libri omnes *diſceſſio* , aut *diſſenſio* praeferant ; *diſceſſio* ſatis placere debuit . eo magis , quod extremam ſyllabam *ne* inde ortam eſſe ſuſpicabar , quod vetuſtus quidam librarius aut extremum *o* non ſatis pure perſcripſiſſet , aut per litteram quamdam ſuperimpoſitam voci illi alias ſedes monſtraſſet . Solent enim librarii litteris *b. a* , &, quando res requirit , pluribus id munus in ſcriptura imponere , quod nos numeris : iiſque voces transpoſitas in ſuum ordinem reſtituere . Verba certe emendationi noſtrae egregie favent. *Permixtio civilis* de turbis & ſeditionibus civium dicitur , uti Verba *miſcere* , *permiſcere* . Cat. *c.* II. num. 3. *neque aliud alio ferri* , *neque mutari ac* miſceri *omnia cerneres* . ubi vide. Cic. II. Agrar. *c.* XXXIII. *Homines non inerant in urbe* , *qui malis concionibus* , *turbulentis ſenatusconſultis* , *iniquis imperiis* remp. miſcerent. adpoſite Aur. Victor Caeſar. *c.* XLI. num. 14. *Cujus gratia reip.* permixtionem *fore oſtentorum mira prodidere* . mutuabimur & alium locum Auguſtin. XV. Civ. D. *c.* XXII. *Facta eſt* permixtio , *&* , *iniquitate participata* , *quaedam utriuſque confuſio* civitatis . *Diſceſſio terrae* melius multo , quam *permixtio* , & dicitur de terrae hiatu , diviſu . Civ. III. Offic. *c.* IX. *Hinc ille Gyges inducitur a Platone : qui* , cum terra diſceſſiſſet , *magnis quibuſdam imbribus* , *in illum hiatum deſcendit* . quem hiatum ex terrae motu ſimul , & imbribus ortum eſſe tradidit Plato II. de Rep. vide Interpp. Ciceronis . adde Nic. Heinſium ad Ovid. III. Faſt. *verſ.* 371. Gronov. ad Senec. III. Benef. *c.* XXXVII. quod vero Ciceroni eſt *diſcedere* , id Livius XXII. *c.* I. *findere magno hiatu* , dixit .

CAP. XLII. 1. TIB. ET C. GRACCHUS. Guelff. plerique, Vinar. uterque, uterque Senat. Fabric. 2. Heuſsian. Acad. Incerti , Franc. & Eccard. *Graccus* . vide ſupra *c.* XVI. nu. 2.

QUORUM MAJORES . Erat enim Tib. Gracchi clariſsimi & eminentiſsimi viri filius , P. Africani ex filia nepos. Vellej. Pat. II. *c.* I. Plutarch. in Gracchis pag. 825. Struvian. *Punico bello atque aliis bellis* .

MULTUM REIP. ADDIDERANT . Multum auxerant remp. I. de Rep. Ord. *&* *magnitudinem animi in* addendo, *non demendo* reip. *oſtendere* .

VINDICARE PLEB. IN LIBERTATEM . Fabriciani , Vinarienſes, Senatorii, Heuſsian. Gu. 2. 9. 11. *vendicare* ſcribunt : Fabric. 1. omiſerat *in libertatem* . Utrumque defendimus ad Catilin. *c.* XX. num. 6. *niſi noſmet ipſi vindicamus in libertatem* . Poſſet tamen etiam lectio Fabric. 1. placere.

PAUCORUM SCELERA PATEFACERE . Id proprium tribunorum opus , & nihil tam inimicum libertati, nihil magis inviſum , quam paucorum potentia. vide ſupra *c.* XXX. nu. 3. & Florum III. *c.* XIII. & quae ibi viri docti.

Nobi-

tinum, interdum per equites Romanos, quos ſpes ſocietatis a plebe dimoverat, Graccorum actionibus obviam ierat: & primo Tiberium, dein paucos poſt annos eadem ingredientem Cajum, Tribunum alterum, alterum Triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio

NOBILITAS NOXIA. Nocentes & culpae conſcii. alibi iſti *obnoxii*, ut *c.* XXXI. num. 3. quod vero hoc loco fuiſſet contra proprietatem, cum ſtatim adjiciat, *atque eo perculſa*. Livius XXXIX. *cap.* XLI. extr. *multos, qui aut citati non adfuerant, aut vades deſeruerant, partim noxios judicavit, partim comprehenſos Romam ad ſenatum miſit*. unde Tacit. V. Ann. *cap.* XI. *noxius conjurationis*. Franc. *nobilitas anxia*.

ATQUE EO PERCULSA. Senat. 2. Heuſſ. Gu. 10. *percuſſa*. perperam. *perculſa* eſt gradu ſuo depulſa, ut ex lubidine ſua minus agere poſſet. Supra *cap.* XXXII. perculſa *omni nobilitate*. Florus III. *c.* XVI. *Igitur poſt Metelli fugam omni nobilitate* perculſa. Terent. Eunuch. Act. II. Sc. III. *quo trudis?* perculeris *jam tu me*. Recte Gronovius ad Liv. III. *c.* XXX. *Percelli* eſſe dicit everti, ſubverti, adfligi. quem omnino videas. Firmat etiam Cicero II. Cat. *c.* I. loco *ille* motus *eſt, cum ex urbe eſt depulſus*. & poſt pauca: *jacet ille nunc proſtratuſque eſt, Quirites, & ſe* perculſum *atque abjectum eſſe ſentit*. Mox, *per ſocios* ac *nomen Latinum*, ſcripti noſtri, praeter Fabricianos, omnes. illi autem & praetulerunt.

PER EQUITES R. QUOS SPES SOCIET. Eccard. *per milites R.* Guelf. 10. *ad plebem dimoverat*. male uterque. Equites R. adfectabant ſocietatem nobilitatis, & hi illos ſaepe in partes traxerunt. Dimoverunt ab Senatu leges Semproniae & Corneliae, ſed fuit tempus, cum ad concordiam redirent, vide Cic. IV. Cat. *c.* VII. Plin. XXXIII. Hiſt. N. *c.* II. Poſt Ciceronem, qui eos conjunxerat cum Senatu M. Cato rurſus eos abalienavit, Cic. I. ep. VIII. num. 9. ſed hoc diſsidium leve fuit. Et hi motus multum temporis fuere in rep. Adde Florum III. *c.* XII. nu. 9. Academ. *ſpe ſocietatis*.

GRACCORUM ACTIONIBUS OBV. IERAT. Uratisl. 1. *ierat obviam*. Guelf. 9. *erat*; 10. *irat*. Senat. 1. *Graccorum factionibus*. corrupte. Cat. *c.* XLIII. num. 1. *L. Beſtia quereretur de* actionibus *Ciceronis*.

EADEM INGREDIENTEM. Guelf. 10. 11. & Incert. 2. *eadem via ingredientem*; Uratisl. 2. *eadem opera*. Utrumque ex Gloſſa, ſed quae earum verior ſit, dicendum. Auctor I. de Rep. Ord. priorem expreſsit: *Ergo animus ferox*, prava via ingreſſus, *fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives*. & Noſter Cat. *c.* XI. num. 2. *Sed ille* vera via *nititur*. & ſupra *c.* XVI. num. 4. *Reliquos legatos* eadem via *adgreſſus*. Pſeudo illum Salluſtium nihil moror; at quae Criſpus in hanc formam ſcripſit, ea non prohibent, quo minus *eadem* quarto Caſu accipiamus: cum in illis *modus* tantum per ſextum Caſum exprimatur, id vero quod quarto indicandum fuerat, ſimul additum ſit. quod contra eſt hoc loco. Itaque cum res potius ipſa, quam modus exprimendus ſit, *eadem ingredientem* erit eaſdem actiones ſuſcipientem, idem tentantem, quod Tiberius tentaverat. Juſtin. XXXVIII. *cap.* VII. *Multoque ſe timidius ac diffidentius* bella *Pontica* ingreſſum. & mox: *Nunc ſe diverſam belli* conditionem ingredi. Sic Caeſar, Livius, Cicero.

TRIBUNUM ALTERUM, ALTERUM TRIUMV. Unum *alterum* in pleriſque Codd. omiſſum eſt, non tamen in omnibus; quod in concurſu earumdem vocum, ut *modo*, *alii*, aliarum, non eſt rarum: & ſupra *c.* XXXI. num. 23. eo caſu vox *ſociis* exciderat. *Tribunum plebis* ſcribunt tantummodo tres infimae conditionis; meliores omnes cum Gruterianis *plebis* nuſquam habent.

TRIUMVIRUM COLONIIS DEDUCENDIS. Quidam, *in deducendis*, contra morem Latinum. Uratisl. 1. *deducandis*. Fabric. 2. Eccard. & Senat. 2. *colonis deducendis*; quomodo etiam Fabric. 1. ſed eadem manus alterum *i* ſtatim adjecit. In vetuſtiſsimis fuiſſe *colonis* non dubito, ſed ita ut *Memmi*, *aerari*, *dis*, *iſdem* & ſimilia, quae ſupra paſsim produximus ex membranis. Livius VIII. *c.* XVI. *Triumviros* coloniae deducendae *agroque dividundo creaverunt Caeſonem Duilium, T. Quinctium, M. Fabium*. Florus III. *cap.* XIV. *Triumvir creatus* agris dividendis. Eſt nempe Dativus termini, & exponit Varro I. de R. R. *c.* II. *Viginti-Vir qui fuit* ad *agros* dividundos *Campanos*. & ſic Livius *ſupplementum* in *Hiſpaniam*, quod illi XLII. *c.* I. *ſupplementum Hiſpaniae*. Habes apud eumdem, *Comitia conſulibus rogandis, ſupplicatio prodigiis expiandis*, XL. *c.* XVIII. & XLII. *c.* II. Tacit. XIII. Ann. *cap.* XXXII. *Factum & ſenatuſconſultum* ultioni *juxta & ſecuritati*. Nam *Triumviri A. A. A. flando, feriundo* & hujuſcemodi pervulgata ſunt. De munere III. virorum coloniis deducendis,

2 vio Flacco ferro necaverant. Et ſane Graccis, cupidine victoriae,
3 haud ſatis moderatus animus fuit. Sed bono vinci ſatius eſt, quam
4 malo more injuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine ſua uſa, multos mortalis ferro, aut fuga exſtinxit; pluſque in reliquum ſibi timoris, quam potentiae, addidit. Quae res plerumque magnas civitatis peſſum dedit: dum alteri alteros vincere quo-

dis, vide Urſatum de Not. Roman. adde Godelevaeum ad Liv. pag.43.

Ferro necaverat. Vinar. 1. *necaverat ferro*. Sed Guelf. 1. *ferro necaverant*, nempe *nobilitas*. quod probo. vide ad Catilin. c.XLIII. num. 1.

2. Haud satis mod. an. fuit. Guelf. 3. *haud ſ. m. fuit animus*. Sed Fabric. 1. *haud ſatis animus moderatus fuit*: quicum & alii quatuor incedunt, cum edd. Hackianis. Sic alibi *ſatis* & *ſimul* a Verbis ſuis ſeparantur, Cat. c. XLIII. nu. 2. Jug. c. XX. nu. 3. & 6. Supra Acad. *cupidi de victoria*.

3. Sed bono vinci satius est, quam cet. *Bono* omittit Academ. Auget Guelf. 7. *bono more vinci*. quomodo etiam interpp. quidam intellexere. Sed male. Intellexit etiam librarius Eccard. *Sed bono ſatius eſt, quam malo* cet. ignava ſententia, & quae neque gravitatem neque aculeos habeat. Capias ergo neceſſe eſt *bono viro*, *bono homini*, ut habet Gloſſa Senat. 1. Optimus quiſque ſatius ſemper habuit vinci, & pati injuriam, quam malo more ſe vindicare. id neglexerant Gracchi, tot cetera laudibus conſpicui, quas Vellejus, Appianus, Plutarchus praedicant. *Bono*, ut mox *vir bonus* apud Senecam, Noſter Cat. c. XIX. num. 2. *boni complures*. Hinc *Sed* eleganter hic poſitum, ut Graecorum δὲ, quod & ſupra jam in Noſtro obſervatum eſt. Sententiam expreſsit Seneca IV. de Benef. c. XXXII. *Regnent hi, quia* vir bonus *quidam proavus eorum fuit. qui animum ſupra fortunam geſſit, qui* in diſſenſione civili, *quoniam ita expediebat reipublicae*, vinci, *quam* vincere *maluit*. in Phoeniſsis v. 491. *Id gerere bellum cupitis, in quo eſt optimum* vinci.

Quam malo more injuriam vincere. *Injuriam* omiſerunt Incert. 2. Senat. 2. & Heuſſianus: quia dictio illis difficilior paullo intellectu fuit. Audiamus Joſ. Waſsium: *malo more vincere injuriam* idem eſt, atque infra *quovis modo*, hoc eſt, *quo jure quave injuria*, vel ut ille ſe explicat, & *victos acerbius ulciſci*. injuriam *vincere* eſt, injuriam *perſequi*, vel, ut alibi, *fieri* injuria *validior*. vel *ſolvere* eam; aut denique *manu vindicare*. Haec ille. miro genere interpretandi; & vereor, ne id tibi accidat, quod illi, ut ſis multo, quam antea incertior. Sed ita ſe mores habent. Injuriam vincere, eſt hominem, qui infert injuriam, vincere & punire. Sic ſupra *cap.* XIV. extr. *ire obviam* injuriae. h. *Jugurthae*. c. XXII. n. 4. ſceleri *obviam iſſe*; c. V. nu. 1. *ſuperbiae*. & talia infinita. Sicuti *irae cedere* h. e. *irato*, & *irae reſiſtere*, *iram vincere*, de quibus ad Catil. c. XXXIV. n. 2. Excursu IV. n. 2. in iſtis *malo more* etiam nullo bono more flexus ſibi ipſe diſponit. Eſt idem, quod *malo modo*, *vitio*, *injuſte*. Tacit. I. Ann. c. XXXV. *Saevum id*, *malique* moris *etiam furentibus viſum*.

4. Ea victoria n. ex lub. s. usa. *Uti victoria* eſſe *exercere eam*, diximus ad c. XXXVIII. num. 8. Imitatur Sulpic. Sever. II. Hiſt. c. XXIII. *In ea pugna victores Syri*, cruente *admodum* victoria *ſunt* uſi.

Ferro, aut fuga exstinxit. Recte *ferro exſtinxit*; ſed quomodo *fuga*? Nugentur alii, exſilium eſſe mortem civilem, & qui ſolum verterit, haberi pro civiliter mortuo. Rectius Cl. Perizonius etiam hoc exemplo uſus eſt, ut probaret ſaepe plura Nomina uno Verbo claudi, cum ad verum ſenſum aliud ſupplendum ſit, ad Sanct. Minerv. IV. *cap.* VIII. Sic ſupra *cap.* XXXVIII. num. 9. *tametſi ipſum* fame *ferroque* clauſum *tenet*. ubi vide. *Fuga*, exſilium etiam ſupra c. XL. num. 4. notatum. Tacitus III. Ann. c. XXIV. *ob impudicitiam filiae ac neptis, quas urbe depulit, adulteroſque earum* morte, *aut* fuga *punivit*.

In reliquum. Tempus. Plancus Cic. X. ep. VII. num. 4. *A te peto, ut, quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti, harum fructu* in reliquum *facias alacriorem*. Livius XXXVI. c. X. *Appius Lariſſam ad confirmandos* in reliquum *ſociorum animos deſcendit*. quomodo Tacit. IV. Ann. c. XXXVII. *in futurum*; Caeſar III. Gall. c. XVI. *in reliquum tempus*.

Dum alteri alteros vincere quovis. Locus expreſſus eſt ex Thucydide, qui ſeditionum in Graecia omniumque malorum cauſſas ex eodem fonte arceſsit, III. *cap.* LXXXII. *παντὶ δὲ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι, ἐτόλμησάν τε τὰ δεινότατα, ἐπεξῆσάν τε,* τὰς

quovis modo; & victos acerbius ulciſci volunt. Sed de ſtudiis partium & omnibus civitatis moribus ſi ſingulatim, aut pro magnitudine parem diſſerere, tempus, quam res, maturius deſerat. Quamobrem ad inceptum redeo.

CAP. XLIII.

XLVII.

POſt Auli foedus exercitusque noſtri foedam fugam, Q. Metellus & M. Silanus Conſules deſignati (provincias) inter ſe parave- 1

τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προτιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως, ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν, ἑτοῖμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν ἐκπιμπλάναι. Et Salluſtius ad miſerabile Graeciae exitium ſimul reſpexit. Sed & omnium in omnibus rebusp. factionum *aut univerſus interitus*, *aut victoris dominatus & regnum* exitus eſſe ſolet, Ciceronis verbis ex Or. de Haruſp. Reſp. *c.* XXV. Exemplum habes in ſtudiis illis partium apud Ardeates, Liv. IV. *cap.* IX. Sed multo plura ſuppetunt. vide Boecler. ad Tacit. I. Ann. *cap.* I.

ACERBIUS ULCISCI. *Habet enim hoc vitium omnis ambitio, non reſpicit*, inquit Seneca Epiſt. LXXIV. quam lege. *Nec tam temperatae cupiditates ſunt umquam, ut in eo, quod contingit, deſinant*. Id. I. de Clem. *c.* I. nam omnes ſeditioſi *in perniciem alienam exſultant, etiamſi ſuam ſimul videant*. Ibid. *eo, quod nemini mortalium injuriae*, quas ab diverſa paſſus eſt parte, *parvae videntur*, Salluſt. Cat. *c.* LI. n. II. adde Cicer. II. Offic. *c.* XXV. & exemplum Opimii, quod huc pertinet, apud Vellej. II. *cap.* VII.

5. SED DE STUDIIS PARTIUM. Sulpic. Sever. Dialog. I. *c.* VII. *Cum haec atque alia iſtiusmodi ab epiſcopis proderentur, ex* ſtudiis partium *orta eſt ſeditio*. Mox Guelf. 3. Baſil. I. & Senat. I. a prima manu: *& omnis civitatis moribus*, non *omnibus*, quod otioſum videbatur Grutero. Similis diverſitas in Livio III. *c.* XV. *in ſtationibus diſponendis ad opportuna* omnis *urbis loca*. Sic MSS. vulgo, *ad opportuna omnia*. vide nos ſupra ad *c.* XXXVII. n. 2.

PAREM DISSERERE. *Singulatim* plures ex noſtris. *Parem*, tamquam ex abundanti additur; uti apud Cic. VII. ep. V. n. 4. *Coepi*. ubi vide. adde Cat. *c.* LIV. n. 4. Noſter infra: *eorum perfidia, pro armis*, uti parat.

TEMPUS, Q. RES MATURIUS DESERET. Noſtri omnes fere *me* addunt. Baſil. I. Struv. Incert. I. Guelf. II. 12. *me deſereret*. Fabriciani, Senat. I. Vinar. 2. Incert. 2. Guelf. 2. & 3. *me deſeret*; Senat. 2. & Heuſſ. *me deſiderat*. unde probavi, quod eſt in Academico, *me deſerat*: etſi Pronomen cum reliquis abjecerim. *deſerat*, pro *deſeret*, ut ſupra *c.* I. n. 2. *Nam contra reputando, neque majus aliud, neque praeſtabilius* invenias. ubi & ad Cat. *c.* LVIII. n. 2. docui, Latinos eleganter Praeſens Conjunctivi, pro Futuro, ponere. *me* omittit Cat. *c.* VII. extr. *ni ea re longius ab incepto traheret*. adde Eod. *c.* XX. extr. Nec morabitur Zeno Serm. XXV. *Deficiet* me *tempus enarrantem de ſingulis quibusque, quae in opus Evangelii procuranda edocemur hujus praecepti virtute*. nec Cicero, qui eodem prorſus modo pro Sex. Roſc. Am. *c.* XXXII. *Haec tu, Eruci, tot & tanta ſi nactus eſſes in reo, quam diu diceres? quo te modo jactares?* tempus, *hercle*, te citius, *quam oratio* deficeret.

CAP. XLIII. I. POST AULI FOEDUS. In tribus MSS. melioribus Gruteri erat *Poſt Albini foedus*, quod is, ſe non ſine cauſſa adnotare, dixit. tres etiam nobis viſi ſunt, qui habeant *Albini*, nempe Senat. I. Guelf. 2. a manu prima, & ab ſecunda Fabric. I. Cauſſa fuerit, quod *Auli* delictum, fratri *Albino* ſit imputatum. Sed propterea nihil mutandum. Rivius in aliis invenit *fugam foedam*. Noſtri Adjectivum primo loco ponunt, ſed melius foret: *exercitusque noſtri fugam*, ſine illa deſcriptione fugae, quae ex *c.* XXXVIII. n. 7. petita eſt, ubi de voce *foeda* diximus.

METELLUS ET SILANUS. Ita edd. Alibi tamen ſemper Salluſtius ubi Conſulum aliorumque primo meminit Praenomina, ſaepe etiam cognomina addere ſolet. Haec animum advortens ex Vinar. 2. Franc. & Guelf. 10. repoſui, *Q. Metellus & M. Silanus*. ſic Cicero, ſic Caſſiodorus. vide Sigonium in Faſtos & Triumph. Rom. p. 225. Pighii Annal. tom. III. p. 125. in A. U. C. DCXLIV. *Q. Caecilius Metellus* a devicto Jugurtha *Numidicus* dictus, vir acer & ſummae con-

 ſtan-

raverunt : Metelloque Numidia evenerat , acri viro , & quamquam advorſo populi partium, ſama tamen aequabili & inviolata. Is

ſtantiae. qui Cenſor cum in leges Apuleii Saturnini jurare nollet , in exſilium miſſus eſt , quod adeo fortiter tulit , ut non niſi precibus & lacrymis filii , qui propterea *Pii* cognomen adeptus eſt , Romam redierit . Apulejus I. Civ. pag. 369. Cicer. pro Sextio *c.* XVI. Flor. III. *c.* XVI. Seneca Epiſt. XXIV. *M. Junius Silanus* is, cui Gallia provincia evenit , propter adventum Cimbrorum , contra quos male pugnavit , Florus III. *cap.* III. Livius Epit. LXV.

PROVINCIAS INTER SE PARTIVERANT. Quidam , in quibus Fabric. 2. *inter ſe provincias partiverant*. Uratisl. I. *pativerunt. partiverant* tuetur Servius ad I. Aen. *v.* 198. Sed ſummi in his litteris viri, Petr. Victorius ad Cic. I. epiſt. IX. n. 74. & I. Fr. Gronovius I. Obſervat. *c.* X. reſtituunt: *provincias inter ſe paraverant*, quod eſſet, ſine ſorte inter ſe conſtituerant de provinciis , quod Manutius eo non recipit , quia ſequitur *evenerat :* quem tamen egregie retundit Gronovius. Fortaſſe tamen praeterea vox *provincias*, quod illos latuit, exſcindenda erit, idque non mea lubidine, ſed auctoritate Fabric. I. qui non habet, niſi aliis litterarum ductibus in margine adpictam: eorumque ſuffragio , in quibus locum mutat. Sic Cicero l. c. *Si curiata lex non eſſet* , *ſe* paraturum *cum collega*, *tibique ſucceſſurum*. Sic ſaepe Livius, cum aut praecedat , aut ſequatur mentio provinciae, quam inter ſe pararent : quemadmodum hic mox *Numidiam* legimus , cujus gratia haec memorantur. vide Cellar. ad Cicer. l. c. *partire* longe aliud eſſe , ex Liv. XXVII. *c.* VII. diſcas : adhoc *ti* ſyllaba & littera *a* in MSS. non multum differunt, ut adeo & inde vulgata illa invaſerit, quam nunc , tanta auctoritate ſubnixus, immutavi. Illud *provincias* compedibus, quas vides, coercui, ne in poſterum cum detrimento gloriae Salluſtii libere vagetur. adi Manut. de Legib. *c.* X. Lyclam. de Magiſtr. *c.* VII.

METELLOQUE NUMIDIA EVENERAT. Sic omnes noſtri, non *obvenerat*. Illud de ſorte , & de paratione dicitur , quod probavit Gronovius . Livius XXI. *c.* LXIII. princ. *cui eae legiones* ſorte evenerant . *cap.* XVII. *Nominatae jam antea conſulibus provinciae erant : tum ſortiri juſſi. Cornelio Hiſpania* , *Sempronio Africa cum Sicilia* evenit. XXIV. *c.* XLIV. *P. Sempronio provincia Ariminum*, *Cn. Fulvio Sueſſula* , *cum binis item legionibus* evenerunt. adde Perizon. ad Liv. XXV. extr. & eumdem Liv. XXVI. *c.* XXII. & XXVIII. *c.* XLV. Sigon. & Gronov. ad XXVIII. *c.* XLV. & XLII. *cap.* IV. & tam poſt ſortitionem, quam parationem *evenire* recte poni, patet ex XXXII. *c.* VIII. & aliis locis permultis.

ACRI VIRO. Eo nomine laudatur Memmius ſupra *cap.* XXVII. num. 2. *vir* acer *& infeſtus potentiae nobilitatis* . Livius XXIV. *c.* XXXVII. *L. Pinacius erat vir* acer. Laudabilius id eſt, quam *vehemens* , quod ea fere notione vidimus Catil. *c.* XLIII. num. 4. adde ſupra *c.* XX. num. 2.

ET QUAMQUAM ADVERSO POPULI PARTIBUS. Scripturam hanc edd. & proletarii noſtri MSS. adſerunt. At Fabriciani , Remenſes , Baſil. I. Vinarienſes , Struv. Incert. I. Franc. Uratisl. 2. & 3. Guelf. I. 2. 4. 7. 9. 10. 11. 12. *populi partium ;* & praeterea Guelf. I. Vinar. I. Fabric. 2. & Incert. I. *adverſus*, non *adverſo*. Senat. I. *adverſo populo partium ;* Uratisl. I. *adverſo populis partium*. Incert. 2. pro Var. Lect. *adverſus populis partium ;* Guelf. 10. *adverſum* . Eaſdem varietates in ſuis obſervarunt Gruterus & Waſſius, ſed quid conſtituendum ſit, praetereunt. Ut ergo vetuſtiſſimorum auctoritati velificemur, poſſes refingere : *& quamquam adverſarum populo partium* , ut Livius I. *cap.* LI. *per* adverſae factionis *quosdam Aricinos* . Noſter Cat. *c.* XXXVII. n. 10. *quicumque* aliarum , *atque Senati* , partium *erant* . Aut ab ſcriptura membranarum in omnibus litteris ſtandum erit, ut ex his : *adverſo populi partium* idem ille ſenſus eliciatur, dum *adverſus partium* ita capi poſſet, ut apud Auſon. Parental. Epigr. XIV. *Ore decens* , *bonus ingenio* , *facundus & omni Dexteritate vigens* praecipuus*que fide*. & mox : *Indole maturus* , funere acerbus *obis* . Aut, cum ita tamen *populo* revocandum eſſet, *populi partium adverſus*, pro eo, qui in aliis, quam populus, ſtat partibus, non adeo barbarum erit, & lenius quid habet , quam *populi partibus adverſus:* qua ratione alibi etiam ſecundus, pro tertio Caſu ponitur, quod exempla probant ſupra ad *c.* II. num. 3. adſcripta . Sub hac ſententia , quae ſatis quidem certa eſt, etiamſi voces paullo difficilius ſequantur, revocavi Commeliniani, Nazar. Fabric. Baſil. I. & omnium vetuſtiorum membranarum lectionem. Erunt animo vacui, qui aut noſtram ſimul interpretationem probabunt, aut , copia facta, meliora excogitabunt. quod quidem nemini invidemus. Satius enim habemus parum, quam nihil, dicere: & ab eorum moribus perpetuo diſſentimus , qui difficilia quaeque in-

tacta

Digitized by Google

Is ubi primum magiſtratum ingreſſus eſt, alia omnia ſibi cum col- 2
lega ratus, ad bellum, quod geſturus erat, animum intendit. Igi- 3
tur diffidens veteri exercitui, milites ſcribere, praeſidia undique arceſſere: arma, tela, equos, cetera inſtrumenta militiae parare: ad hoc commeatum affatim: denique omnia, quae bello vario & multarum

tacta omittunt, in ceteris miro adparatu ſeſe jactantes. Adderem aliud. Senat. I. ſcripturam: *adverſo populo partium*, per Hypallagen accipere liceret, pro *partibus populi*. Sic Cicero *humanitate corporis*, pro *corpore humanitatis* dixit. vide nos ad I. Hiſt. Or. Philippi. num. 21. Graev. ad Cic. III. Offic. *cap.* VI. Sed praeterquam quod meliores Codd. ingenium illud deſtituant, luxuriari locus atque tempus non permittunt.

FAMA TAMEN AEQUABILI. h. e. *aequali* apud nobilitatem & plebem. Nam quod iterum Waſſius de fama *ſemper in depravata & ſui tenoris* ſibi fingit, id tale eſt, qualia multa viri illius doctiſſimi. Advertiſſet additum *& inviolata*, atque latere illi non potuiſſet, quae laus voci *aequali* deeſt, eam per iſtud additum ſuppleri. vide *c.* XLI. n. 2. Ita autem *aequabilis* apud Noſtrum occurrit Catil. *c.* II. n. 3. vide & ſupra *c.* I. num. 2. Juſtin. II. *c.* VII. de Solone: *qui tanto temperamento inter plebem ſenatumque egit, ut ab utriſque* parem gratiam *traheret*. Cicer. IV. ad Att. epiſt. XV. *veni in ſpectaculum; primum, magno &* aequabili *plauſu*. *Inviolatam* famam, perbelle A. Gellius VI. *c.* VIII. vocat *ſinceram*. Guelferb. 9. *aequali;* 10. *aequalibus*.

2. ALIA OMNIA SIBI CUM COLLEGA RATUS. Guelf. 3. *a. c. levia & communia ſibi cum collega r.* 7. *a. o. leviora & communia;* Uratisl. 3. *alia o. communia ſimul ſibi c. c. r.* Ceteri omnes, ut editur. Sed & editam miſere exagitant interpretes, & nihil proficiunt. Senſus eſt: *alia omnia*, quam bellum cum Jugurtha, *ſe ſimul cum collega agere*, nec adeo intenſiſſima cura opus eſſe; at bellum in Numidia ſibi ſoli curandum eſſe. Erant nempe auſpicia, prodigia procuranda, aliaque divina & humana, quae Conſules communi conſilio agebant, quorum quaedam enumerat Livius XXI. *c.* LXIII. Sed provincia, ut cuique ſorte obvenerat, uni erat adminiſtranda. Dictio apud Ciceronem valde frequens, ſed ita, ut fere de juribus amicitiae & neceſſitudinis intelligant. Plautus Caſina Act. II. Sc. II. *v.* 12. *Nam vicinam neminem amo merito magis, quam te: Nec* quacum plura ſunt mihi, *quae ego velim*. ubi vide Gronovium. Sed in illis ſaepe communes intentiones, communem voluntatem, eadem cupere, eadem odiſſe intelligere poteris; ſic & de communibus actionibus, negotiis, quae alter cum altero perficit, interpretari debes. nam ea vis eſt Praepoſitionis *Cum*, quam iſte Uratislavienſis non male per *ſimul* explanavit. Cic. V. epiſt. XXI. n. I. *ex quibus intellexi, te ſumma cupiditate adfectum eſſe videndi mei: quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam. nam* tecum eſſe mihi omnia, *ita quae opto contingant, ut vehementer velim*. h. e. vehementer volo in omnibus ita erga te agere, adfectum eſſe, ut tu erga me, ut eo modo omnia inter nos communia ſint. de *negotiis* eleganter ex Aſin. Pollion. ad Cic. X. epiſt. XXXI. n. 4. conſtabit. adde II. ep. XXII. n. 15.

ANIMUM INTENDIT. Hoc eſt, verbis Livii XXXVII. *c.* XXXVI. extr. *totam curam in belli adparatum intendit*.

3. MILITES SCRIBERE. Olim editi & ſcripti noſtri aut, *milites eligere, ſcribere;* aut *milites ſcribere, eligere*. Sed Rivius τῷ *eligere* expunxit, quod etiam alibi Verbo *ſcribere* pro Gloſſa adhaeſit, cum librarii bene noſſent, per *dilectum* olim milites eſſe *ſcriptos*, qui nomina ſua militiae dediſſent.

PRAESIDIA UNDIQUE ARCESSERE. Sic Fabriciani, Vinar. I. Incert. I. Uratisl. 3. Guelf. I. 9. 10. 11. 12. Ceteri fere *accerſere*, praeter Senat. 2. Heuſſ. & Incert. 2. qui *accerſire*. Guelf. 10. *unumquemque*, pro *undique;* 9. *praeſidiaque.. p. undique arceſſere*.

ARMA, TELA. Quid proprie notent, quando haec utraque ponantur, diximus ad Cat. *c.* XLII. n. 2. Livius V. *c.* VI. *L. Horatius* arma, tela, *frumentum, quaeque belli alia tempora poſcent, provideat*. Dictys I. *c.* XVI. *His peractis, ad parandas opes atque* inſtrumenta militiae, *ſinguli ſua in regna diſcedunt.* ---- arma, tela, equi, *naves, atque haec omnia toto biennio praeparantur*.

QUAE IN BELLO VARIO ET MULTARUM. Fabric. I. & Guelf. 12. omittunt Praepoſitionem, & ſic aliquot MSS. apud Gruterum, quibus auſcultavi, cum perpetuo Salluſtius, Tacitus, Dictys, alii, *bello uſui eſſe*, non *in bello*, ſcribant. Cat. *c.* XXXII. n. I. *antecapere, quae* bello *uſui forent*. & ſic *c.* XXXIX. extr. Patet ex interprete Caeſare I. Gall. *c.* XXXVIII. *namque omnium rerum, quae* ad bellum *uſui erant, ſumma erat*

4 rum rerum egenti uſui eſſe ſolent. Ceterum ad ea patranda Senati
auctoritate ſocii nomenque Latinum, reges ultro auxilia mittere:
5 poſtremo omnis civitas ſummo ſtudio adnitebatur. Itaque, ex ſen-
tentia omnibus rebus paratis compoſitisque, in Numidiam profici-
ſcitur, magna ſpe civium, cum propter bonas artis, tum ma-
xume, quod advorſum divitias animum invictum gerebat: et
avari-

in eo oppido facultas. Sic Livius loco citando. Conſentit Gruterus; ſed in eo maximopere ab ipſo diſſentio, quod illud *vario* abjectum cupit. *Varium* bellum eſt, quod non uno praelio, aut una expugnatione conficitur, ſed cujus multae ſunt formae. Sic infra *c.* LI. num. 1. *Ceterum* facies *totius negotii* varia. Florus IV. *cap.* II. num. 26. *Anceps*, varium*que*, & *cruentum in Hiſpania* bellum *cum legatis* Cn. *Pompeii*.

USUI ESSE SOLENT. Guelf. 9. *quae in bello utuntur vario.* optima Gloſſ. Senat. 1. & Guelf. 1. *utilitati*, *aut uſui eſſe ſolent*: quos eadem labes tetigit. Franc. *utilitati eſſe ſolent*. *Uſui eſſe* notiſſima dictio, & pro eo, quo utimur, ut hoc loco; & pro eo, quod utilitatem adfert. vide ſupra *c.* IV. n. 1. *inprimis magno* uſui eſt *memoria rerum geſtarum*. Sic Caeſar l. c. *ad bellum uſui*. Curt. III. *c.* IV. n. 3. *igni ferroque Ciliciam vaſtat*, *ut hoſti ſolitudinem faciat: quidquid* uſui eſſe poteſt, *corrumpit*. Livius XXIV. *c.* XLVI. *Comparatis omnibus*, *quae* ad *urbes oppugnandas* uſui *ſunt*. Dictys 1. *cap.* XX. *eamque & quae nuptiis* uſui eſſent, *mature mitteret*. Silius XIII. *v.* III. *At poſtquam properata ſatis*, *quae commonet* uſus, *Dat ſignum.* adde ſupra *c.* XXXVI. n. 1. *c.* XXXVII. extr.

4. AD EA PATRANDA. Eccard. Acad. Senat. 2. Heuſſ. & Guelf. 2. a manu ſecunda, *paranda*, quod lectum num. 2. & *patrare*, ſine ullo reſpectu, eſt *perficere*. vide ſupra *c.* XXI. num. 2.

SENATUS AUCTORITATE. *Senati* ſcripſi contra edd. omnes. Senatus autem decernebat auxilia aliaque, quae bello uſui eſſent, provinciis. Dictum ad *c.* XXVII. num. 3. de *ſociis* & *nomine Latino* ſupra ad *cap.* XXXIX. num. 2. adde Liv. XXII. *cap.* XXXVIII. Drackenb. ad Sil. XIV. *v.* 70.

ET REGES ULTRO AUXILIA MITTENDO. Perſanabit hoc loco Salluſtium Eccardianus Codex, qui obſert: *nomenque Latinum*, *reges ultro tendentes*, *poſtremo*, &c. ſic ille. unde ſatis conſtat, primo & abjiciendum eſſe: quod feci. deinde *reges ultro*, *poſtremo omnis civitas*, &c. & nihil amplius legendum eſſe: quo caſu & retineri poſſet. Aut, ſi id nimium videtur, revocabimus interim, quod quinque Palatini, Guelf. 3. & 12. Vinarienſes, Incert. 1. Uratiſl. 2. Franc. Senat. 2. & Heuſſ. ſervarunt, *auxilia mittere*: quod eo tantum eſt corruptum, quia *ſtudio adnitebantur* hanc Orationem claudit; quorum tamen Verborum imperium non ita late patet, ſi *auxilia mittere* etiam de ſociis & nomine Latino intellexeris; niſi haec *reges ultro auxilia mittere* quaſi interpoſita putaveris. Aliis tamen ea oppoſitio perfecte elegans videbitur: *ſenatus auctoritate* ſocii nomenque Latinum; reges *ultro* auxilia mittebant. *Mittere* & *adnitebantur* jungit, ut ſupra *c.* XV. num. 2. *contemnere*, *extollere* & *nitebantur*.

SUMMO STUDIO ADNITEBATUR. Struvian. *enitebatur*; Eccard. *nitebantur*; Incert. 2. & Remenſ. 2. *adnitebantur.* vere. Sic ſupra *cap.* XXVIII. n. 2. *Senatus --- ii decrevere*. Et hic quidem *ſocii*, *reges*, *nomen Latinum*, in nulla mora ſunt, quo minus *adnitebantur* recipiamus: etſi nec valde jubeant. vide ſupra ad *c.* XIX. n. 1.

5. EX SENTENTIA. Guelf. 2. *ex voto*. fecit deinde manus ſecunda, quod etiam in Fabric. 2. & Vinar. 1. legitur, *ex voto & ſententia*. Ea dicuntur eſſe *ex ſententia*, quae reſpondent animo noſtro. infra *c.* CIX. extr. *Vir ſanctus &* ex ſententia *ambobus*. Inde jocus ille importuni hominis apud A. Gellium IV. *cap.* XX. qui rogatus a Cenſore: *Ut tu ex animi tui ſententia uxorem habes*, reſpondit: *habeo equidem uxorem*, *ſed non hercle* ex *animi mei* ſententia. Sic vero etiam Cicero *ex ſententia navigare*, item *procedit ex ſententia*.

PARATIS, COMPOSITISQUE. Struv. *ἀσυνδέτως*, *paratis*, *compoſitis*; ſed Fabrician. 1. etiam *compoſitis* omittit. infra *c.* XCIV. n. 1. *paratis* compoſitisque *omnibus*. Seneca ad Helv. *c.* V. *at qui futuro ſe bello ante bellum* paraverunt, compoſiti *& aptati*; *primum*, *qui tumultuoſiſſimus eſt*, *ictum facile excipiunt*. mox Guelf. 12. *Numidiam proficiſcitur*.

MAGNA SPE CIVIUM. Vinar. 1. Struv. Fabric. 1. a prima manu, Guelf. 12. *cum magna ſpe*. At Livius 1. *cap.* II. *qui* haud dubia ſpe *profectus*, *famam nominis ſui pacaturam Aequos*, vide, quae

avaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtrae opes contuſae, hoſtiumque auctae erant.

CAP. XLIV.

XLVIII.

SED ubi in Africam venit, exercitus ei traditur Sp. Albini pro 1
Conſule iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promtior, praedator ex ſociis, & ipſe praeda hoſtium,

quae diximus ad *c.* XXXVII. n. 3. & ad Catilin. *c.* LI. n. 32. item Cic. VII. epiſt. XVII. n. 2. mox Guelf. 10. *cum propter ceteras artes bonas.* ſed hoc Nomen negligit Noſter etiam ſupra *c.* IV. num. 5.

ADVORSUM DIVITIAS INVICTUM AN. GER. Academ. *adverſos;* Guelf. 9. *adverſis.* perperam. *Invictus contra, in, adverſus quem* ſunt probatiſſimae Latinitatis. Auſonius Ephemer. Orat. *Da, pater,* invictam contra *omnia crimina mentem.* Juſtinus XII. *c.* XV. *adeo, ſicuti in hoſtem, ita & in mortem* invictus *animus fuit.* Seneca ad Helv. *c.* V. *At ille, qui ſe laetis rebus non inflavit, nec mutatis contrahit;* adverſus *utrumque ſtatum* invictum animum *tenet, exploratae jam firmitatis.* alio modo IV. Nat. Quaeſt. Praefat. *Adjice nunc* invictum muneribus *animum, & in tanto avaritiae certamine numquam ſuppoſitam manum lucro.* Sic Thucydid. II. *c.* LX. φιλόπολίς τε, καὶ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΡΕΙΣΣΩΝ. & mox: *χρήμασι δὲ νικωμένου.* Livius IV. *c.* X. *&* adverſus *tribunos auctoritate plura, quam certamine* tenuit. Ceterum ut Thucydides, ſic Plato aliique inter maximas virtutes numerant *animum adverſus divitias invictum.* Unde Cicero II. Offic. *c.* XI. *maximeque admirantur eum, qui* pecunia non movetur: *quod in quo viro perſpectum ſit, hunc igni ſpectatum arbitrantur.* Poſituram, in vocabulis *animum invictum*, uterque Fabricianus ſuggeſſit.

ET AVARITIA ---- NOSTRAE OPES CONTUSAE. Fractae & imminutae. Academ. *Nam* ex *avaritia;* Vinar. 2. & Uratisl. 2. *Et pro avaritia.* Vinar. 1. & Guelf. 9. *magiſtratus;* Incert. 1. & Guelferb. 11. *concuſſae;* Franc. *confuſae.* male. Auct. 1. de Rep. Ord. *c.* V. *Aliter non orbis terrarum, neque cuncta gentes conglobatae movere, aut* contundere *queunt hoc imperium.* Ovid. V. Triſt. eleg. XVII. *v.* 31. Contudit *ingenium patientia.* Propert. IV. eleg. II. *v.* 52. *Atque Sabina feri* contudit *arma Tati.* Virg. I. Aen. *v.* 268. *Bellum ingens geret Italia populoſque feroces* Contundet. Cicero II. Philipp. *c.* XII. contudi *&* fregi *exſultantis latronis audaciam.* mox Guelf. 12. *hoſtium auctae erant*, ſine copula. eleganter.

CAP. XLIV. 1. EXERC. EI TR. SP. ALBINI PROCONSULIS. Sic Gruterus ex melioribus ſuis, quibus adhaerent Vinar. 1. Fabric. 2. Guelf. 2. & 3. & a prima manu Fabric. 1. Reliqui omnes, *a Sp. Albino Proconſule.* Fuit itaque Salluſtii: *Sp. Albini Proconſule:* & haec dictio diverſam illam lectionem peperit. vide ad Cat. *c.* XIX. n. 1. Fabric. 1. *ei* inter lineas ſcripſit, idque decore exauditur. vide ad Cat. *c.* LVIII. n. 1. Eccard. *ubi in Africa venit.*

INERS, IMBELLIS. Tales fere poſterioris aevi milites. Plinius VIII. epiſt. XIV. *Nos juvenes fuimus quidem in caſtris; ſed cum ſuſpecta virtus*, inertia *in pretio, cum ducibus auctoritas nulla, nulla militibus* verecundia, *nuſquam imperium, nuſquam obſequium: omnia* ſoluta, turbata *atque etiam in contrarium verſa.* Deſcripſit alium, haud multum diſſimilem exercitum Claudian. II. Eutrop. *v.* 409. ſeqq. quem lege.

LINGUA, QUAM MANU, PROMTIOR. Familiare hoc militibus vitium, ut verbis minacibus, quam factis non poſſunt, quaerant auctoritatem, inter pocula debellent hoſtes, dies noctesque continuent gloriando, poſtremo lingua quam manu ſint promtiores. Silius XIV. *v.* 31. promtae *gens* linguae. Livius VII. *c.* IV. *quia infacundior ſit, &* lingua inpromtus. II. *c.* XLVI. *Nunc jubent Etruſcos probra jacere, nunc armatis ſibi quiſque* lingua promtum *hoſtem offerri.* XXII. *c.* XLIV. extr. *Videres, ut quibus* lingua *tam* promta *ac temeraria, aeque in pugna vigerent manus.* Franc. *praeclarior ex ſociis*, per iſtam confuſionem *cl* & *d*, de qua ad *c.* XXII. n. 1.

SINE IMPERIO, ET MODESTIA HABITUS. Acrius Fabric. 1. *ſine imperio, ſine modeſtia:* in quo ſe facile legentibus probabit. Guelf. 10. *abiens.*, forte pro *habens.* Verbum certe tenendum, ut Catil. *c.* XI. n. 5. *exercitum, quem luxurioſe*

2 ſtium, ſine imperio & modeſtia habitus. Ita imperatori novo plus
ex malis moribus ſollicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut
3 ſpei bonae accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam & aeſti-
vorum tempus comitiorum mora imminuerat, & exſpectatione even-
ti civium animos intentos putabat; non prius bellum adtingere,
4 quam, majorum diſciplina, milites laborare coegiſſet. Nam Al-
bi-

nimiſque liberaliter habuerat. *Modeſtia*, eſt moderamen, docente Donato. Hic tamen nihil vetat, *modeſtiam* & verecundiam militum intelligere, vide Cat. *c.* XI. n. 4. etiamſi ita Verbum *habitus* duplici quadam notione ſit accipiendum, ut ſupra *cap.* XXXVIII. n. 9. *tametſi ipſum cum exercitu* fame *ferroque clauſum tenet*.

2. AUXILII, AUT BONAE SPEI. Eccard. *auxilium*. quale quid ex Guelf. 1. adnotavimus Catil. *c.* XLII. n. 2. *feſtinando, agitando omnia plus* timoris, *quam* periculum *effecerant*. ubi vide. Deinde Baſil. 1. Struv. & Guelf. 1. *ſpei bonae*, ut reſcripſi. vide ſupra *c.* XX. n. 1. & *c.* XXXI. n. 11. Sic Caeſar II. Civ. *c.* V. *Plenus* ſpei bonae, *atque animi adverſus eos proficiſcitur*. ut Euripides Hecuba *v.* 351. ἐθρέφθην ΕΛΠΙΔΩΝ ΚΑΛΩΝ ὕπο. Lucianus Somn. pag. 3. χρηστὰς ἐλπίδας. infra *c.* CXIII. n. 3. *illi pariter laeti, ac* ſpei bonae *pleni eſſe*. ubi vide. Guelf. 9. *accedebant*.

3. ET AESTIVORUM TEMPUS COMITIORUM MORA. Bongarſii codex, *aeſtivum tempus*: quomodo a manu ſecunda Guelf. 12. Neutrum placuit Grutero, qui aliquando conjecit: *quamquam & aeſtiva comitiorum mora imminuerat*. non, hercle, adeo male; niſi quod plane adſentiri nequeam. Excipit, paucis interjectis, *quantum* temporis *aeſtivorum*. id corrumpentibus vocem *tempus* ſubminiſtraſſe videtur. Senſus alioquin apertus eſt: *moram* comitiorum, de qua *c.* XXXVII. n. 2. 3. imminuiſſe tempus rerum per aeſtatem agendarum. Dicunt enim Latini ut *biberna*, ſic *aeſtiva*, quod hodie *Campagne* dicere conſueverunt. vide quaedam ad Cic. III. epiſt. IX. n. 14. *quod non ſtatim, ut adpellatus imperator ſim, ſed aliis rebus additis* aeſtivis*que* confectis *litteras miſerim*. Uratisl. 1. *aeſt. temp. mora comitiorum*. Fabric. 2. vocabulum *mora* non habet in contextu. unde ſcriberes. *quamquam aeſtivorum tempus, comitiorum imminuerat*. Sed cum commodo haud ita magno.

ET EXSPECTATIONE EVENTI. Eccard. *exſp. adventus*; ceteri omnes *eventus*; Gruterus *eventi*. Curt. VIII. *c.* I. n. 44. *in* eventum *rei, quam tanto impetu acturus eſſet, intenti*. adde infra *c.* LI. n. 2. *exſpectatione intentus* probe dixit. non quidem ut Cat. *c.* II. *aliquo negotio intentus*; ſed ut Tacit. XVI. Ann. *c.* VIII. *Silanus* intentior metu & exitio *patrui ad praecavendum*. Noſter etiam alibi *intentus* abſolute & frequenter. adde infra *c.* LXVII. n. 1. Frontin. I. *c.* IV. n. 9. *Cumque* exſpectatione *barbaros teneret* intentos.

MAJORUM DISCIPLINA. Siſtit illam Catil. *c.* VII. n. 4. & Claudian. IV. Conſ. Hon. *v.* 320. *Si bella tonant, prius agmina* duris *Exerce* ſtudiis, *& ſaevo praeſtrue Marti. Non brumae requies, non bibernacula ſegnes Enervent torpore manus: ponenda ſalubri Caſtra loco: praebenda vigil cuſtodia vallo*. & quae ibi ſequuntur, adnotavitque Barthius. De exercitu apud Numantiam a Scipione correcto Florus II. *cap.* XVIII. *Sic redacto* in diſciplinam *milite, commiſſa acies*. Lamprid. Alexandr. *cap.* LIII. Diſciplina majorum *imperium tenet, quae ſi dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus*. Plura Gruterus Diſcurſu XXXVII. in Tacitum.

MILITES LABORARE COEGISSET. Guelf. 3. & Fabric. 2. *labore coegiſſet*. quod Gruterus in tribus ſuis cum inveniſſet, conjecit: *labore coercuiſſet, aut correxiſſet*. Sed Livius XXXV. *c.* XXXV. *ut quas baberet copias, non ſineret marceſcere otio: ſed educeret & in armis* decurrere cogeret, *ſimul animos acueret & corpus exerceret*. Erant laborum multa genera, quibus Romanus miles exercebatur: foſſam fodere, vallum ferre, vigilias ſervare, cum ſignis incedere, cibum & arma portare, quae Noſter ipſe recenſet infra *c.* XLV. recenſet alia & iſta Herodian. II. *c.* X. additque n. 12. δοκίμιον γὰρ στρατιώτου ΚΑΜΑΤΟΣ, ἀλλ' οὐ τρυφή. Seneca Epiſt. LVI. *Magni imperatores cum male parere militem vident, aliquo* labore compeſcunt, *& expeditionibus detinent. numquam vacat laſcivire diſtrictis, nihilque tam certum eſt, quam otii vitia negotio diſcuti*. Plures militum domi militiaeque labores ex Scriptoribus collegit Gruterus ad Livium I. *cap.* XXXI. quem utiliter conferas. adde Rappolt. in Horat. p. 284.

4. NON EGREDI PROVINCIA. Fabric. 1. & Acad. *non egredi de provincia*. Eccard. Senat. 2. & Heuſſ.

binus, Auli fratris exercituſque clade perculſus, poſtquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis aeſtivorum in imperio fuit, plerumque milites ſtativis caſtris habebat: niſi cum odos, aut pabuli egeſtas locum mutare ſubegerat. Sed neque more militari vigiliae deducebantur: uti cuique lubebat, ab ſignis aberat. Lixae permixti cum militibus die noctuque vagabantur, & pa-

Heuſſ. *non egr. provinciam*. quomodo ſupra *c.* XXXV. n. 10. *poſtquam* Romam *egreſſus eſt*. Supra Guelf. *9.* 10. 12. Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl. 3. *percuſſus*, pro *perculſus*.

QUANTUM TEMPORIS AESTIVORUM. Fabriciani, *quantum aeſtivorum temporis*. Vinar. 1. & Guelf. 10. *quantum tempus aeſtivorum*. Propter iterationem ſecundi Caſus mutarunt, ut Catilin. *c.* XXIII. n. 4. *At Fulvia* inſolentiae Curii cauſſa *cognita*, ubi ſcripſerant *inſolentia*. vide in eum locum notata. Mox, ſine Praepoſitione, *imperio fuit* ſcribunt Vinar. 1. Incert. 1. Franc. Guelf. 1. 3. 9. & 11. Sed male. vide ſupra ad *cap.* XL. num. 1. Academ. *fuit* omiſit.

STATIVIS CASTRIS HABEBAT. Sic Rivius, Gruterus, Fabric. 1. Senatorii, Baſil. 1. Heuſſian. & quatuor Guelferbb. At Fabric. 2. Acad. Vinar. 1. Uratisl. 1. Eccard. Remenſes, Guelf. 2. *9.* 10. *ſtatutis caſtris;* addita Praepoſitione Guelf. 11. Vinar. 2. Uratisl. 2. & 3. Struv. Incerti, & Franc. *in ſtatutis caſtris*. perperam id quidem, ut illi qui *ſtatutos in caſtris* ex noſtris praeferunt. *Stativa* ſunt proprie caſtra diutius uno loco fixa. docuit ex Lipſio v. Milit. R. Dialog. 1. Daviſius ad Caeſar. III. Civ. *c.* XXXVII. *Scipio* in caſtris ſtativis *biduum moratus*. Livius XXII. *cap.* IX. *ibi per dies aliquot* ſtativa *habita*. XXXVII. *c.* XXXIII. *ibi paucos dies* ſtativa *habuit*. Saepe in diuturnum, ut hoc loco, tempus, quaſi hibernacula aedificata, & inde *manſiones* dicta. vide Stewech. in Veget. III. *c.* IV. Schelium in Hygin. pag. 1109. Praepoſitionem *in* omiſit etiam ſupra *c.* XI. num. 8. in dictione haud abſimili. item *cap.* XII. n. 5. quomodo Livius *ſtatu quodam eſſe*, pro *in ſtatu*. vide Gronov. ad III. *cap.* LXVIII. Tacitus XIV. *c.* XXXVIII. *Contractus deinde omnis exercitus ſub pellibus* habitus *eſt*. adde Catil. *c.* XI. num. 5.

NISI CUM ODOS. Qui, ut neceſſe eſt, diutius uno loco pecore hominibuſque morantibus oriri, aeremque vitiare ſolet, cujus remedium frequens caſtrorum mutatio. vide Vegetium III. *c.* I. male Guelf. II. *niſi* pudor *a. p. e.* loca *mutare ſubegerant*.

5. VIGILIAE DEDUCEBANTUR. Carrio *ducebantur*, habetque adſenſum Senat. 1. Fabric. 2. Incertorum, Franciani, Struv. a prima manu, Eccard. Guelf. 3. 7. 9. & 11. Waſſius *ducere vigilias* componit cum illo *ducere ſomnos;* imperite, ne quid amplius dicam. *deducere*, quaſi *diducere*, diſpartiri & ſuis quaſque locis adtribuere. Notum eſt *deſcribere*, ea Praepoſitionis notione. Noſter 1. Hiſt. Or. Philippi n. 11. *Praeſidia* deducta *atque impoſita*. quamquam is locus habeat dubitationem, adnotavi tamen ad eum Frontinum, qui confirmat. Confirmant praeterea Guelf. 1. 4. 10. 12. Vinarienſes, Fabric. 1. Baſil. 1. Acad. Senat. 2. & Heuſſianus, qui genuine *deducebantur*. Manilius 1. *verſ.* 457. *Haec igitur magno* diviſas *aethere ſedes Signa tenent mundi totum* deducta *per orbem*. quomodo ille alibi. Sed *ducere* & *deducere* confuſa etiam videbis apud Quinctil. VII. *c.* I. Juſtin. II. *c.* III. n. 24. Vellej. Pat. I. *c.* XIV. Claudian. II. Eutrop. *v.* 418. *vicibus cuſtodia nullis Advigilat vallo*.

UTI CUIQUE LUBEBAT. Fabriciani, *libuit:* quod ſi in edd. haberemus, ego non damnarem. Uratisl. 2. *licebat*. Vinar. 2. *utique cuique lib.* 1. *ut unicuique libebat*. Mox Fabric. 2. *ex ſignis aberat*. Contra Metellus imperavit *c.* XLV. n. 2. *uti cum ſignis frequentes incederent*. idque primum docendi ſunt milites, ex *cap.* LXXX. num. 2. adde Stewech. ad Veget. I. *cap.* XXVI.

LIXAE. Gloſſa Senat. 1. *Coci*. ita cenſent etiam viri docti. alii alia tradunt. Nos alibi pluribus & perſpicue oſtendimus, hoc vocabulo omne genus hominum *ordinibus ſolutorum*, & qui non proprie ſunt milites, contineri; & veriverbium eſſe *laxus*, ſive *luxus*, h. e. ſolutus. vide de Uſu Orthogr. Lat. *c.* III. §. XI. n. *9.* & 10.

PERMIXTI CUM MILITIBUS. Struv. Remenſ. 1. Eccard. Guelf. *9.* & 10. *permixti cum equitibus*. Senat. 1. *permixti militibus*. Supra *Gaetulos ſecum miſcuere*. infra: *te optimum cum peſſumo omnium Jugurtha miſcendo*. item *c.* XLVI. n. 7. cum *his* permixti *velites*. Sed *c.* LX. num. 2. *clamor permixtus* hortatione. Teneo tamen *cum;* teneo *permixti*, etſi hoc omiſerit Francianus.

DIU

palantes agros vaſtare, villas expugnare, pecoris & mancipiorum praedas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus: praeterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: poſtremo, quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius.

CAP.

DIU NOCTUQUE VAGABANTUR. Noſtri, *die noctuque*, ut ſupra c. XXXVIII. n. 3. Tot Codd. gratia partim, alii auctoritate perpulerunt, ut *die* reduxerim. Dictys I. *c.* XIX. *ac ne tanta vis exercitus ſine rectore effuſius, ac ſine modo militiae* vagaretur, *praeficiunt ante omnes Palamedem*. Liv. XXIV. *c.* VII. *Gallorum vulgus per agros ſe ſparſerat*, deſertiſque ſignis *ad occupandum omnia pro victoribus* vagabantur.

ET PALANTES AGROS VASTARE. Ne pro ſupervacaneis habeas iſta, *& palantes*, adi notata ad *c.* XVIII. n. 2. quae tamen per abſentiam noſtram valde conſpurcata ſunt. *Sparſos*, interpretatur Juſtin. V. *c.* V. *praedae dulcedine.* Sic & Livius, qui XLII. *c.* LV. *vagari Macedonas* effuſos *per Theſſaliam*.

VILLAS EXPUGNARE. Non tam hoſtium, quam ſociorum. erant enim in provincia: idque ſupra n. I. *praedator ex ſociis*.

PRAEDAS CERTANTES AGERE. Atadem. *certatim*, ex Gloſſa. vide ſupra *c.* XXXVIII. n. I. ſubdolus *ejus augere amentiam*. alterum infra *cap.* LXVII. n. I. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *certantes agitare. agere* habes ſupra *c.* XX. extr. ubi vide. neque mos Salluſtii circa Verba Iterativa tantum valet, ut contra proprietatem, cum ſenſu incerto, *agitare* recipiamus. Mox Incerti, & ed. Gryphiana: *ea mutare*, excluſa copula. quod placet.

MUTARE CUM MERCATORIBUS VINO. Guelf. 4. *cum vino;* 7. 9. 10. 11. 12. Struv. Franc. & Vinar. 2. *pro vino*. Sed *mutare quid quare*, cum alibi, tum ſupra dixit *c.* XXXVIII. extr. ubi vide. Et hic additur *cum mercatoribus*, ut perſonae commutantes res inter ſe ſimul exprimerentur: de quo notat quaedam Gronov. ad Plaut. Capteiv. Prolog. *v.* 28. Sic Noſter ſupra *c.* XVIII. n. 9. *mutare res* inter ſe *inſtituerant*. Guelf. 10. *vino aviti;* Vinar. I. *vino avetitio*. Vina peregrina intelligit, quae aetate illa fuere permulta. Celebrantur *Chium*, *Lesbium*, *Calenum*, *Ariuſium*, *Nardinum*, *Rheticum*, *Maroneum*, multa alia.

FRUMENTUM PUBLICE DATUM. Haec enim cura Imperatoris: & certo die, in ſingulos plerumque menſes (unde *menſtruum*) militibus admetiebatur. Caeſar VI. Gall. *c.* XXXIII. *poſt diem ſeptimum ſeſe reverſurum confirmat: quam ad diem ei legioni, quae in praeſidio relinquebatur, deberi frumentum ſciebat.* vide Lipſ. V. de Mil. Rom. Dial. XVI. & I. Elect. *c.* II. Sed illa, & num licuerit frumentum vendere, & cur militi frumentum potius, quam panis, ſit datum, & quae alia ad hanc rem ſpectant doctiſſime exſequitur Schelius in Polyb. *c.* VII. & VIII. neque mirandum milites iſtos piſtores & coquos fuiſſe, cum de Antonino Caracalla, homine militari & antiquae ſeveritatis tradiderit Herodianus IV. *c.* VII. quod triticum ſua manu molere, maſſam inde conficere, in carbonibus coquere, & eo veſci conſueverit.

PANEM IN DIES MERCARI. Eccard. Guelf. 9. & Franc. *panes*, ut ſaepiſſime peccant. Eccard. *in die;* Guelf. 12. *in diem*, quomodo Laur. Valla III. Eleg. *c.* LXVIII. Ceteri *in dies* cum Aruſiano Meſſo in libello Elocution. qui exponit quotidie. *in diem* autem ille quidem interpretatur *ad futurum*, adducto Terentii Eunuch. Recte *in dies*, pro *in dies ſingulos*. quomodo fere Cat. *c.* XVI. n. 3. *in praeſens*. infra *c.* LXXIV. n. I. *itinera praefectoſque* in dies *mutare*. Sic Cic. XIV. Attic. ep. XXIII. *Conſilia temporum ſunt, quae* in horas *commutari vides*. Noſter I. Hiſt. *quorum praeterea vulgus* in dies *uſum habet*.

CUNCTA FUERE, ET ALIA AMPLIUS. *Cuncta* omittunt Senat. 2. & Heuſſian. *alia* Remenſ. I. Sed Fabriciani, Vinar. I. & Guelf. 4. *& amplius alia*. Guelf. 7. *etiam amplius alia fuere, quae nec dici, nec fingi poſſunt*. Sequitur ſuum Thucyd. III. *c.* LXXXI. καὶ οἷον φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι, οὐδὲν ὅ, τι οὐ ξυνέβη, ΚΑΙ ΕΤΙ ΠΕΡΑΙΤΕΡΩ. Erit ergo cum tali reſtrictione de *exercitu* illud *dici & fingi poſſe* intelligendum. Attamen & formulis talibus ſaepe παχυλῶς utuntur, ut *ſupra*, *quam cuiquam credibile*, & quae ſunt ſimilia, non ſemper moroſe ad rei veritatem trahenda. *amplius* eſt *plura*, ut Cat. *c.* XX. n. II.

CAP.

CAP. XLV.

XLIX.

SEd in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hoſti- 1
libus, magnum & ſapientem virum fuiſse comperior. tanta tempe-
rantia inter ambitionem ſaevitiamque moderatum. Namque edicto 2
primum adjumenta ignaviae ſuſtuliſse, *ne quiſquam in caſtris pa-
nem, aut quem alium coctum cibum venderet; ne lixae exercitum
ſeque-*

CAP. XLV. 1. QUAM IN REBUS HOSTILIBUS. In rebus, quae cum hoſte gerendae & obſervandae erant Metello. Cic. III. Offic. *c.* XXIX. *Regulus vero non debuit conditiones pactionesque bellicas & hoſtiles perturbare perjurio*. Supra *Metellum* non habet Eccard. Ordinem mutat Guelf. 9. *non minus Metellum, quam in rebus hoſtilibus*.

FUISSE COMPERIOR. Eccard. Franc. Remenſ. 1. Vinar. 2. Struv. Uratisl. 1. & 3. Guelf. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. *comperio*. Ceteri *comperior;* at Senat. 1. *comperi*. Eadem varietas infra ſemel atque iterum occurrit. Guelf. 9. omiſit *fuiſſe*. ut ſupra *cap.* XL. n. 4. *quem legatum Beſtiae ſupra* docuimus. ubi vide.

TANTA TEMPERANTIA INTER AMB. &c. Juſtinus II. *cap.* VII. *tanto* temperamento *inter plebem ſenatumque egit*. Idem IX. *cap.* IV. *Atque ita* inter *tacitam laetitiam & dolorem hoſtium* temperavit, *ut neque apud ſuos exſultaſſe, neque apud victos inſultaſſe videretur*. *Ambitionem* vocat ſtudium favoris militum. nam ut milites faverent, luxurioſe eos habebant duces. Sic uſus voce III. Hiſt. Epiſt. Pompeii num. 5. *non ex* ambitione *mea egi*. ubi vide. Ea cauſſa delicta militum negligere, *ambitionis;* omnia ſeveriſsime & ex lubidine punire *ſaevitiae* eſt: inter quae Metellus ſapienter medium tenuit. Tacit. Agric. *cap.* VII. extrem. *Ita ſucceſſor ſimul et ultor electus, rariſſima* moderatione *maluit videri inveniſſe bonos, quam feciſſe*. ubi lege, quae diſſerit Buchnerus.

2. NAMQUE EDICTO PRIMO. Fabric. 1. & Guelf. 12. *Nam*, pro *namque*. In poſtrema vocula variant, *primo*, aut *primum* praeferentes. Gruterus maluit *primum* ex vetuſtioribus ſuis, quod et mihi adridet. mox Uratisl. 2. *comperio ſuſtuliſſe;* Fabric. 2. *ſuſtuliſſe comperior;* Franc. Struv. Guelf. 9. & 10. *ſuſtuliſſe dicitur*. ab ingenio interpretum, qui ſenſerunt *comperior* Verbum hic eſſe exaudiendum. Sic infra *cap.* LXXVI. n. 2. *Ceterum proditionem timebat, quam vitare poſſe celeritate* putabat. *nam talia conſilia per otium & ex opportunitate* capi. Ita Apulej. II. Metam. poſt princip. *Nec fuit in illa civitate, quod aſpiciens, id eſſe crederem, quod eſſet, ſed omnia prorſus ferali murmure in aliam effigiem translata: ut & lapides, quos offenderem, de homine duratos —— & fontanos latices de corporibus humanis fluxos* crederem. *Jam ſtatuas & imagines* inceſſuras, *parietes* locuturos. *boves & id genus pecua* dictura *praeſagium; de ipſo vero coelo et jubaris orbe ſubito* venturum *oraculum*. *Sic attonitus* &c. adde ſupra *cap.* XXX. n. 4.

AUT QUEM ALIUM COCTUM CIBUM. Ita vetuſtiores noſtri: pauci, *alium cibum coctum;* Guelf. 3. *coctum cibum alium*. Franc. *aut aliquem alium*. Guelf. 7. *venderet praecepit;* Eccard. *venderent*. Academ. *in caſtris venderet*. Meminit Valer. Max. II. *cap.* VII. num. 2. *cibumque coctum venalem proponi vetuit*. Frontin. Strateg. IV. *cap.* I. num. 2. *Cum inſuper prohibuiſſet alia carne, quam a ſe aſſa elixave milites uti*.

NE LIXAE EXERCITUM SEQUERENTUR. Vinar. 2. *& ne lixae*. Juſtin. XXXVII. *cap.* X. *quippe* LXXX. *millia armatorum*, ſecuta *ſunt* CCC. *millia* lixarum*; ex quibus coquorum, piſtorum, ſcenicorumque major numerus fuit*.

SERVUM AUT JUMENTUM HABERET. Stante diſciplina rari in caſtris ſervi, nec niſi digniorum, ducum tribunorumque. Duces egregii, ut Scipio, ſaepe illis modum poſuere. At ſub Imperatoribus paſſim cuique gregario ſervus. vide Schelium in Polyb. & Salmaſium ad Spartiani Adrian. *cap.* XIII. *Jumenta* etiam Scipio, *ne exonerarent militem*, *vendidit*, teſtis Livius Epit. LVII. Academ. *aut adjumentum haberet*.

CETERIS ARTE MODUM STATUISSE. *Ceteris* qui non eſſent gregarii *arctum* ſervorum jumentorumque numerum permiſit; praefinivit, quis quotque haberet. Lipſius V. de Milit. Roman. Dialog. V. Guelferb. 10. *ceteris arte m. ſtatuit*. Fabric. 2. *ceteris inſtituiſſet*.

ſequerentur ; ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum aut jumentum haberet ; ceteris arte modum ſtatuiſſe. praeterea transvorſis itineribus quotidie caſtra movere, juxta, ac ſi hoſtes adeſſent, vallo atque foſſa munire, vigilias crebras ponere, & ipſe cum legatis circumire: item in agmine in primis modo, modo in poſtremis, ſaepe in medio adeſſe, ne quiſpiam ordine egrederetur, uti cum ſignis

TRANSVORSIS IT. QUOT. CASTRA MOVERE. *Transvorſa* itinera, quae non fiunt recta via, ſed in transverſum, in latera ut vulgo dicunt, viae, oblique. infra *cap.* XLIX. num. I. *in eo collo, quem* tranſvorſo *itinere porrectum docuimus*. ubi vide. Guelf. 10. *caſtra metare*. immo *movere*, quod etiam abſolute ita uſurpatur. Sueton. Caeſar. *cap.* LX. *cum minime quis moturum putaret*. Auctor B. Afric. *cap.* LXXV. *Poſtero die* caſtra movet. Noſter Cat. *cap.* LVII. n. 3. caſtra *propere* movet, *ac ſub ipſis radicibus montium conſedit*.

JUXTA, AC SI HOSTES ADESSENT. *Aeque, ac ; non aliter, ac*. nec licuit Guelf. 4. mittere. Virg. XII. Aen. *v.* 856. *Nec ſecus*, ac *nervo per nubem impulſa ſagitta*. Supra *cap.* IV. *perinde* ac *ſi praetura* &c. Addit Perizon. in Sanct. I. Minerv. *cap.* XVI. Livium I. *cap.* LIV. *Abſentium bona* juxta, atque *damnatorum diviſa ſunt*. Noſter Cat. *cap.* XXXVII. *homines reip.* juxta, ac *ſibi conſuluiſſe*. De tali more Auctor B. Afric. *cap.* XXXII. *Caeſar jubet milites rurſus ad opus redire, &* per cauſſam munitionum *tirones in labore defatigare non intermittit*. adde Vellej. Paterc. II. *cap.* LXXVIII.

VIGILIAS CREBRAS PONERE. Uratisl. 3. *vigilantes ; 2. crebro*. uterque inſulſe. Supra *cap.* XLIV. *neque more militari* vigiliae *deducebantur*. adde notam ad Cat. *cap.* XIV. n. I. infra *cap.* C. n. 4. vigilias *ipſe circuire*.

ET EAS IPSE CUM LEGATIS CIRCUIRE. Ut Marius i. d. & officium tribunorum, vel eorum, qui exercitui praeſunt, eſſe ait Macer leg. 12. §. 2. D. de re militari, *vigilias interdum circumire*. Tribunorum diu fuit, qui poſtea probatiſſimos elegerunt, qui pro ſe illa opera fungerentur. Poſtremo militiae gradus factus, & *circitores* ab re nominati. docet Vegetius III. *cap.* VIII. ibique interpres. *Circuire*, plerique noſtri ; ac Baſil. I. Incert. I. Franc. *circumire*, quomodo in vetuſtiſſimis aliis ſcribi dicunt. Certe in Tacito, ad optimum codicem exacto, habes *circumire ;* itaque ſcribendum eſſe, docet Papirianus apud Caſſiodor. pag. 2294. adde infra *cap.* XLIX. n. 2. Guelf. II. *circuere ; 7. circumvenire*. Eleganter Uratisl. 3. omittit *eas*, fortaſſe etiam vere: vide ſupra *c.* XXXVIII. n. I. De vigiliis Lipſius V. Dialog. IX. Schel. in Polybium.

IN AGMINE. I. e. cum incederet exercitus. dictum ab *agendo*. Quod cum ne tirones quidem lateat, contra imperitum quemdam ex Servio & Iſidoro docere debuit Daviſius ad Auct. B. Alexandr. *cap.* XLIII. *ut* in agmine *dimicare ſit coactus*. Gloſſa Guelf. I. ad *cap.* XLIX. n. 6. Agmen *dicitur, cum exercitus iter facit, ab* agendo *vocatum. nam agmen dicitur, quod in longitudine directum eſt, qualiter iter eſſe ſolet, cum exercitus portis procedit. Quidquid fuerit aliud, abuſive dicitur*.

IN PRIMIS MODO, MODO IN POSTR. Significanter *in*, pro *inter*, & ſequitur alia Praepoſitio in Verbo. Claudian. IV. Conſ. Hon. *v.* 349. *Nunc eques in medias equitum te* conſere *turmas : Nunc pedes* adſiſtas *pediti. tum promtius ibunt Te ſocio*. Supra: *multitudo, quae* in *concione* aderat. infra: in *pugna* adeſſe. Vide *cap.* C. n. 4. & de Verbo *adeſſe* Cat. *cap.* LII. n. 18. Guelf. II. *in poſteris*.

NE QUISQUAM ORDINE EGREDERETUR. Vinarienſes, Senatorii, Baſil. I. Heuſſian. Guelf. I. & 4. *ne quiſpiam ;* quomodo nuſpiam Salluſtius, at Plautus Aulul. Act. I. Sc. II. *v.* 13. *Quod* quiſpiam *ignem quaerat, extingui volo, Ne cauſſae quid ſit, quod te* quiſquam *quaeritet*. Id. Stich. Act. I. Sc. III. *v.* 17. *Nunc ſi ridiculum hominem quaerat* quiſpiam. ſic ille aliquoties. neque ille ſolus ; ſed ipſe Cicero. Dictys III. *cap.* XXI. *non tu mihi cauſſa hujuſce fortunae, ſed deorum* quiſpiam. Boetius III. Proſa XI. *aliarum fecundae ſunt ſteriles arenae, quas ſi in alia* quiſpiam *loca transferre conetur, areſcant*. adde Apulejum de Deo Socr. pag. 52. 53. Satis proprie Noſter: & ſi multa requiris, octo illi codices, fidei & auctoritatis conſpectae reſpondeant. Vinarienſes 2. & Uratisl. 2. *ab ordine egrederetur*. de neceſſitate ſervandorum ordinum Stewech. ad Veget. I. *cap.* XXVI.

CUM SIGNIS FREQUENTER INCEDERENT. Vacat *cum* in Remenſi 2. ſed perperam. infra *cap.* LIX. num. 2. cum *paucis eſſe*. Cicero: *Servus*

Digitized by Google

ſignis frequentes incederent, miles cibum & arma portaret. Ita 3
prohibendo a delictis magis, quam vindicando exercitum brevi confirmavit.

CAP. XLVI.

L.
INterea Jugurtha, ubi, quae Metellus agebat, ex nunciis accepit; ſimul de innocentia ejus certior Romae factus, diffidere ſuis 1
rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus eſt. Igitur 2
lega-

tus dicitur cum *Vardaeis eſse*. uti alibi, *cum telo*. hic tamen aliter de iis, qui ſigna obſervant, & *cum* iis incedunt. Capitolin. Pio *cap.* I. *Pueritiam egit* cum *avo paterno*. Guelf. 9. *frequenter*. *cap.* XLIV. n. 5. *praedas* certantes *agere*. Guelf. 10. *intenderent*.

CIBUM & ARMA PORTARET. Plane, ut Scipio ſuos coegit. vide Frontin. IV. *cap.* I. n. I. portabant cibum aliquot dierum, aliquando dimidiati menſis, ſed & integri, apud Livium XLIV. *cap.* II. Miratur Lipſius laborem & onera militum: miratur ipſe Cicero II. Tuſc. Qu. *cap.* XVI. *Militiae noſter ——— qui labor, quantus agminis?* ferre *plus dimidiati menſis* cibaria: *ferre ſi quid ad uſum velint. Ferre vallum; nam ſcutum*, &c. Minuit laborem C. Marius, *qui vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet*: unde proverbium: *Muli Mariani*, Frontin. IV. *cap.* I. n. 7. ubi videatur Tennulius.

3. ITA PROHIBENDO A DELICTIS MAGIS. Acad. *a delicto*. Eutropius IV. *cap.* XI. *Metellus exercitum ingenti ſeveritate & moderatione correctum*, cum nihil in quemquam cruentum faceret, *ad diſciplinam Romanam reduxit*. Idem *cap.* VIII. de Scipione: *Militem exercendo magis, quam* puniendo, *ſine aliqua acerbitate, correxit*. Vellej. II. *c.* CXXI. *cum Viennenſium diſſenſiones* coercitione *magis, quam* poena *molliſſet*. Id vero multo promtiorem facit militem, qui ducem ſuum non tam timet, quam amat. quod demonſtrat Onoſander Strateg. *cap.* I. & Leo Tactic. *cap.* XX. n. II. *confirmare* exercitum, ut Cat. *cap.* XXXII. num. 2. *opes factionis* confirment; et de iis quidem proprie, qui dubii ſunt, & in pejora inclinant. vide ad Cat. *cap.* XLVI. n. 3. Curt. VIII. *cap.* II. num. 13. *decem diebus, maxime ad* confirmandum *pudorem, conſumtis*. Id. IX. *cap.* X. n. 18. *ut vexatos* milites, *quiete* firmaret. Claudian. I. Stilic. *v.* 305. *veteres* firmare *cohortes, Explorare novas*. Auctor I. de Rep. Ord. *cap.* I. firmanda *reſp. bonis pacis artibus*. Corn. Nepos Dion. *cap.* VIII. *conjurationem* confirmat. ubi tamen melius *conjuratione* legas. *Confirmat* erga exercitum, qui eum *firmum* reddit adverſus hoſtem, & cum obnoxius fuiſſet hoſti, in bonis artibus promtum. adde Planc. Cic. X. ep. VIII. n. 6. 7.

CAP. XLVI. 1. DE INNOCENTIA EJUS CERTIOR ROMAE FACTUS. *Innocentiam* peculiariter vocant, quae eſt in recuſandis muneribus, quibus non facile corrumpi poteſt. *Avaritiae* opponit Caeſar I. Gall. *cap.* XL. *Scire enim quibuſcumque exercitus dicto audiens non fuerit; aut, male re geſta, fortunam defuiſſe: aut, aliquo facinore comperto, avaritiam eſſe convictam. ſuam* innocentiam *perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello eſſe perſpectam*. Cic. pro Manil. *cap.* XIII. *Ac primum, quanta* innocentia *debent eſſe imperatores, quanta deinde omnibus in rebus temperantia!* avaritiae ibi etiam opponi, cenſuit Boſius ad C. Nepot. Ariſtid. *cap.* II. Laudat in duce Tacit. I. Hiſt. *cap.* XLV. *induſtriae ejus* innocentiaeque, *quaſi malis artibus, infenſi*. adde Cat. *cap.* XII. n. I. Supra Guelf. 10. *Metellus quae agebat*; idem, *certius factus*. Acad. *quod M. agebat*. Guelf. II. *diffidens ſuis rebus*. de Verbo *diffidere* diximus ad Cat. *cap.* XXXI. n. 3.

VERAM DED. FACERE CONATUS EST. Gruterus conjicit: *ver. deditionem conari*. quod nemo ex Salluſtio probare potuerit. *I.* Hiſt. Or. Philippi: *prohibere ne* conari *quidem*. Cl. Quadrigarius: *ſatis ſunt diu* conati, *numquam quiverunt* incendere. *deditionem facere* adhibet ſupra *cap.* XXVI. n. 2. *ac tum* non legitur in Guelf. 10. pro quo Senat. 2. *ac tamen veram*.

2. CUM SUPPLICIIS. Ἱκετηρίας ἔχοντες, ut loquitur Dinarch. contra Demoſth. pag. 14. ſive ἱκετηρίας προτείνοντες, Dionyſ. Halic. I. *cap.* XX. Tenebant enim pacem petentes in manibus vel coronam, vel frondem ex oliva aut lauro, quae *ſupplicia* adpellant, teſte Jo. Hartung. I. Dec. Loc. Memorab. *cap.* VIII.

legatos ad conſulem cum ſuppliciis mittit, qui tantummodo ipſi libe-
3 risque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed
Metello jam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum in-
4 fidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum. Itaque legatos alium
ab alio divorſos adgreditur; ac paullatim tentando, poſtquam op-
portunos cognovit, multa pollicendo perſuadet, *uti Jugurtham ma-
xume vivum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent:* cete-
5 rum palam, quae ex voluntate forent, regi nunciari jubet. Deinde
ipſe

n. 4. Inde *velatae manus* apud Plautum, *velati ramis oleae* apud Virgilium, & multa alia apud Graecos Latinoſque, quae vide apud Hadr. Junium II. Animadverſorum *cap.* XI. Non multum diverſus *Caduceus*, quem Mercurio adtribuunt. lege Diodor. Sic. V. *cap.* LXXV. & Alberic. de Deor. imag. *cap.* VI. adde etiam Interpretes Juſtin. XI. *cap.* X.

IPSI LIBERISQUE VITAM PETERENT. Fabric. 2. *qui tantummodo ipſi vitam liberiſque peterent*. probe. Vinar. 1. *alia omnia populo R. dederent*. Remenſ. 1. *dedere*, & ſic Fabric. 1. primitus voluit, cum continuo editam repoſuit. Sed quomodo *dedere* in Salluſtio improbare queamus, non video.

3. JAM ANTEA EXPERIMENTIS COGNITUM ERAT. Guelf. 10. *jam ante ea experimentum cognitum erat*. Recte *experimentis*. Quinctil. I. *cap.* XII. *mirum ſit forſitan, ſed* experimentis *deprehendas*. Frontin. IV. Strat. *cap.* VII. n. 6. *Q. Sertorius* experimento *didicerat, imparem ſe univerſo Romanorum exercitui*. Jo. Caſſianus IV. de inſtit. renunc. *cap.* IV. *quod omnimodis obſervari debere, multis ſunt* experimentis *frequenter* edocti. Omittit vocabulum Auct. B. Alexandr. *cap.* XXIV. *Caeſar etſi fallacem gentem, ſemperque alia cogitantem, alia ſimulantem* bene cognitam *habebat*.

GENUS NUMIDARUM INFIDUM. Eccard. *infimum*. Sic infra de Numidis *cap.* LXVI. n. 2. *nam vulgus maxume Numidarum ingenio mobili, ſeditioſum* &c. Multum autem prodeſt ducibus aliiſque, quibus rerum gerendarum negotium datur, noſſe animos hominum. vide II. de Rep. Ord. *cap.* I. Tacit. Agric. *cap.* XIX. *Ceterum animorum provinciae prudens, ſimulque doctus per aliena experimenta*, &c.

4. ALIUM AB ALIO DIVERSOS. Baſil. 1. & Academ. negligunt Praepoſitionem *ab*, quam non debebant. Proprie enim Salluſtius vocem *divorſos*, a Verbo *diverto*, *divertor*, cujus indicium pete ex notis ad Cat. *cap.* II. num. 1. & *cap.* LXI. num. 3. inde Cic. Topic. *cap.* XII. *diverſus* ab *aliis* ut Noſter Cat. *cap.* XXXIV. num. 3. & active *divertit acies*, Lucan. II. *v.* 469. v. Cat. *cap.* LII. num. 13. Fruſtra ergo Remenſ. 2. *diſgreſſos*; item Eccard. & Uratisl. 3. *diverſo*. Recte autem Baſil. 1. *divorſos*, cum vulgarem ſcripturam eddi. repraeſentent.

AC PAULLATIM TENTANDO. Numerant hoc in artibus Politicis, & ea laude adduxit Clapmar. 1. de arcan. rerump. *cap.* VI. Saepe etiam apud Romanos duces factitatum; & saepius, credo, quam litteris proditum eſt, ut dolo ac fraude pro armis uterentur. Primis tamen temporibus has artes fugiebant, nec ad pium juſtumque duellum pertinere putabant. vide Freinshem. ad Flor. II. *cap.* XVII. n. 17. Struvian. *opportunos cognovit*, expulſo Provocabulo. veriſſime. Cat. *cap.* XIV. num. 6. *dum illos* obnoxios fidoſ*que faceret*. ubi alii plerique itidem *ſibi* immittunt.

NECATUM SIBI TRADERENT. Eccard. *tradant*, ob Verbum *procedat* ac *perſuadet*: propter *traderent* vero Guelf. 10. ſcripſit *procederet*. Fruſtra uterque, quod oſtendunt notata ſupra ad *cap.* XXXI. n. 1. & ad Cat. *cap.* XXXIV. num. 1.

QUAE EX VOLUNTATE FORENT. Guelf. 3. Franc. Acad. Senat. 2. Heuſſ. & Vinar. 2. *Cetera palam*; Senat. 1. *cetera tam palam*, quo ipſo utramque illam lectionem exprimere voluit. Recte *ceterum*, & ſimili lapſu *cap.* XLVI. n. 2. *primo* corrupte ſcripſerant. Sed illud *ex voluntate* ad Jugurtham, an ad Metellum referendum ſit, dubitares, niſi per addita, *quae forent*, Metellus magis indicari videretur. Nimirum palam jubet regi nunciari, quae pace & deditione Jugurthae Metellus velit. ita nec pollicebatur, nec abnuebat pacem, *cap.* XLVII. extr. Sic Cat. XXVI. n. 1. *facile ſe* ex voluntate *Antonio uſurum*. ubi vide.

5. DEINDE IPSE P. D. INTENTO ATQUE INF. *Deinde* ſcripti omnes, uno conſenſu. Poſſes *deinde* abjicere, ſi alio loco haec verba haberentur, et talis, ut eſt Cat. *cap.* LV. n. 1. Sed hic potius *ipſe* eradendum erit, ut fecit Guelf. 12.
quod

ipſe paucis diebus, intento atque infeſto exercitu, in Numidiam procedit : ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoreſque in agris : ex oppidis & mapalibus praefecti Regis obvii procedebant, parati, frumentum dare, commeatum portare, poſtre-

quod per oppoſitionem *Legatorum* libri temere hic adſciverunt. Baſil. I. *cum intento*. Sed eam particulam omittit paſſim, & ſupra *c.* XXXVIII. num. 4. *intentus* dicitur exercitus, qui animum in bellum, non ad omnia alia, *intendit*. Livius XXIV. *c.* XXXV. extr. *Sed tamen metu Himilconis Poenorumque, quam poterat maxime*, intentus, *atque agmine ad omnes caſus compoſito ibat*. adde infra *c.* XLIX. num. 4. *infeſtus*, qui etiam ſtimulatur in hoſtem. addebat enim ſuperior ignominia militi ardorem, quod poſt ſimiles clades oſtendit Livius. Sic & ſupra *c.* XXIII. num. 2. *hoſtem infeſtum*. adde *cap.* LVII. num. 3.

IN NUMIDIAM PROCEDIT. Guelf. 10. *in Numidia procedere;* ultimum in Nazariano etiam fuiſſe olim ſuſpicatur Gruterus. nec mihi tamen placet. Silius VII. *v.* 91. *Jam Fabius, tacito* procedens *agmine & arte Bellandi lento ſimilis, praecluſerat omnes Fortunaeque hoſtique vias*. infra *c.* L. nu. 2. *deinde ipſe pro re atque loco paullatim* procedere.

CONTRA BELLI FACIEM. Belli quippe tempore agri deſeruntur. Mamert. in Genethl. Max. *c.* X. *Poeno in ſummis Alpibus viſo, Italia contremuit; ſtatim paſcua agrique deſerta, omnes familiae ruſticanae ſilvas & ferarum cubilia petivere*.

TUGURIA PLENA HOMINUM cet. Guelf. 3. *plena* omiſit, quod cuiquam poſſet blandiri, non mihi. Ceterum ſimillimam adventu hoſtis faciem pacis ſiſtit Livius VI. *c.* XXVI. Uſus inde conſilio Pharnaces apud Script. B. Alexandr. *c.* XXXVI. *magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces diſſipari juſſit --- ut, ſi amicus Domitius eas anguſtias tranſiret, nihil de inſidiis ſuſpicaretur, cum in agris* & pecora, & homines *animadverteret verſari, tamquam amicorum adventu*.

PECORA CULTORESQUE IN AGRIS ERANT. *Cultores* noſtrates eadem proprietate *Baver* vocant. Curt. IV. *c.* XIV. nu. 11. *Omnia tam diutino bello exhauſta poſt tergum ſunt: non incolas ſuos urbes, non* cultores *habent terrae*. *erant* Grutero ſuſpectum, neque ſine cauſſa. alibi certe Salluſtius omittit, quod ad finem hujus belli oſtendimus: & ego delevi. Fabriciani ordinem mutant: *cultores pecoraque in agris erant*. quid eos abſtraxerit, haud obſcurum eſt. Uratisl. 2. *pec. cultores in a. e.* ſine copula.

EX OPPIDIS ET MAPALIBUS. *Mapalia* vocat vicos & villas in agris, quos communi lingua hodie *pagos* vocamus. Sed proprie Numidarum agreſtium, propter formam aedificiorum. vide ſupra *c.* XVIII. num. 8. Mox Guelf. 9. *profectis regis;* Acad. Vinar. 1. Senat. 2. & Heuſſ. *praefecti regi*. corrupte. ut Guelf. 10. *ex podis & mapalibus*.

OBVII PROCEDEBANT. *Obvii* tuentur apud nos Guelf. 1. & 2. Senat. 1. Vinar. 2. Baſil. 1. & Remenſ. 2. quod ſupra & alibi aliquoties in *obviam* eſt mutatum. Gruterus Verbum *procedebant* ex Gloſſa irrepſiſſe putat. noſtri omnes retinent, niſi quod in Guelf. 12. non ſit ſani coloris. infra *c.* LXIX. num. 1. *cum magno gaudio* obvii procedunt. *c.* CXIII. nu. 5. *quaſi* obvius *honoris cauſſa* procedit *in tumulum*. Dictys VI. *c.* IX. *Acaſto* obvius venit, *eique quinam eſſet indicat*. is alibi *obviam procedere*, quomodo Juſtinus aliique. Sed Gruterus propterea infeſtus erat Verbo, quod proxime praeceſſerat, *in Numidiam procedit*. & habet ea res aliquam ſuſpicionem: niſi & alibi eadem Verba parvo intervallo iteraret Noſter. ut ſupra *c.* XIII. nu. 2. & 3. *Omni Numidiae imperare* parat. *Adherbal* ---- parabat *armis contendere*. adde *cap.* XXIX. nu. 5. & Cat. *c.* XXIII. nu. 3. Quamobrem nihil muto.

PARATI FRUMENTUM DARE. Caeſar I. Civ. *c.* VII. extr. *Conclamant ſeſe* paratos *eſſe, imperatoris ſui tribunorumque pl. injurias* defendere. Auct. B. Afric. *c.* VI. *Interim in itinere ex oppidis & caſtellis legationes venire, polliceri frumentum*, paratoſque *eſſe, quae imperaſſet*, facere. Lentulus Cic. XII. epiſt. XV. nu. 5. *in naves cum omnibus ſuis latronibus atque omni pecunia* conſcendere *eſſe* paratum *Italiamque* petere. Sic non modo *impotens ſperare, Celer excipere, Callidus ſuſpendere, Eximius ſervare*, quae vide apud Bentlej. ad Horat. I. Od. I. princ. Sed etiam *conjurant incendere*, & ſimilia, de quibus ad Cat. *c.* LII. num. 24.

COMMEATUM PORTARE. Remenſ. 1. *commeatum parare*. Male. *Commeatus* proprie, quod cum agmine incedit, & exercitus neceſſitatibus inſervit. Eum parati erant *portare*; quia levare partim milites labore, partim jumenta volebant. vide *c.* XLV. nu. 2. Deinde *commeatus* pro cibariis aliiſque neceſſariis ipſe poſitus eſt. vide Cat. *cap.* LVIII. num. 9. & *commeatus*

Digitized by Google

6 poſtremo omnia, quae imperarentur, facere. Neque Metellus id-
circo minus, ſed pariter, ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine in-
cedere, late explorare omnia, illa deditionis ſigna oſtentui crede-
7 re, & inſidiis locum tentare. Itaque ipſe cum expeditis cohorti-
bus, item funditorum & ſagittariorum delecta manu apud primos
erat; in poſtremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in
utrum-

portare idem eſſe putarunt hoc loco, quod *praebere commeatum*. Sed, ſi quid video, minus accurate. vide infra *c.* LXXV. num. 5.

QUAE IMPERARENTUR, FACERE. Senat. 1. *quae imperantur*; Remenſ. 1. *quae imperaret*; Guelf. 3. *quae imploret*. in Fabric. 1. poſt Verbum *imperarentur* raſura eſt, cujuſnam vocabuli, non adſequor. *Imperares* defendit Auct. B. Afric. *c.* VI. de formula vide infra *cap.* LXII. num. 3.

6. IDCIRCO MINUS. Codd. noſtri *idcirco* ſcribunt, neque, qui mutant, certas adferunt rationes. Academ. *Neque M. idcirco non minus*.

MUNITO AGMINE. Quomodo Tacit. XIII. *cap.* XL. *Non ignaro duce noſtro, qui viae pariter & pugnae compoſuerat exercitum*. infra *c.* C. nu. 1. *ſed pariter atque in conſpectu hoſtium* quadrato agmine *incedere*. ubi vide. quomodo agmen *munitum* fuerit, mox enarrat. *pariter* hic omittit Uratisl. 3.

LATE EXPLORARE OMNIA. Hac diſtinctione quatuor tantum in noſtris. reliqui *omnia illa d. ſ. o. credere* conjungunt. Hinc Fabric. 2. *omnia deditionis ſigna*, ſine Pronomine; at Guelf. II. *omnia* omiſit. non probo. Praecipit Vegetius III. *c.* VI. *Dux profecturus in agrum hoſtilem praemittat, qui loca, per quae iter faciendum eſt, in progreſſu & a tergo, dextra laevaque perluſtrent, ne aliquas adverſarii moliantur inſidias*.

OSTENTUI CREDERE. Juniores MSS. *oſtentui eſſe credere*. Uratisl. 1. *oſtentatui*. male. *Oſtentui* eſt *obtentui*, ubi aliqua ſpecies obtenditur, aliud latet. Aliter paullo ſupra *c.* XXIV. n. 10. Cic. 1. Agrar. *c.* VII. *veritate, non* oſtentatione *popularis*. Tacit. 1. Hiſt. *c.* LXXVIII. *dedit nova jura Cappadociae, nova Africae* oſtentui *magis, quam* manſura. Sed Curtius *oſtendere ſpeciem*, pro quo Noſter *c.* LXVI. num. 2. nude *oſtentabat*.

ET INSIDIIS LOCUM TENTARE. Gronovius legendum cenſet *tentari*, ex ſola conjectura, quae cum hoc loco, etſi iſtud rariuſculum in egregio illo viro, fefellit. Poterat, alia littera mutata, exquiſitius effingi: *& inſidias locum tentare*, ut *inſidias* poſuiſſet pro *inſidiatoribus*. ſicuti Hirtius VIII. Gall. *c.* XIX. *qui ſuſtinuerant primos impetus* inſidiarum, *hoc ipſo fiunt ſuperiores*. Poterat *locum* tentare intelligi, quaſi ipſe locus ſuſpectus fuiſſet, ſicuti conſul Marcius *urbem Dium ingreſſus, vix ſatis credebat in tantis rebus ſine cauſſa relictis non aliquem ſubeſſe dolum*, Livius XLIV. *c.* VII. Sed illi conatus omnes fruſtranei ſunt. Amat hanc varietatem, quod ſaepe monere coacti ſumus, Salluſtius, & Activa atque Paſſiva conjungit. Intelligas igitur, neceſſe eſt *homines quoſdam*, illum nempe illoſve, qui deditionis ſigna dederant, *inſidiis locum tentare* credebat. Exempla plura pete ex notis ad Catilin. *cap.* LI. num. 40. circumvenire *innocentes, alia hujuſcemodi* fieri *coepere*. & infra ad *c.* CXIV. nu. 2. *Romani ſic habuere, alia omnia virtuti ſuae prona eſſe; cum Gallis pro ſalute, non pro gloria* certare.

7. ITAQUE IPSE CUM EXPEDITIS. Struv. *Itaque cum ipſe*. Lepidius Academ. *Itaque cum exp. ipſe cohortibus*. Egit autem & hoc pro bono duce Metellus, qui in hoſtem ducens apud primos fuit. vide Buchner. in Tacit. Agric. *cap.* XVIII.

FUNDITORUM ET SAGITTARIORUM. Incert. 2. *fundatorum*, quomodo peccant libri infra *c.* CV. num. 2. Eccard. *ſagittatorum*. *Sagittarii* poſt Punicum bellum II. in exercitu Romano, ſed inter auxiliares fuiſſe, collectos nempe ex Cretenſibus, Thracibus aliiſque gentibus, probabit Lipſius IV. Poliorc. Dial. VI. ita & *funditores*, de quibus vide infra l. c. & Lipſ. IV. Pol. Dial. II.

C. MARIUS LEGATUS C. E. CURABAT. *Marium* cognoſces interim ex *c.* LXIII. & LXIV. cum infra multo plura de eo, ut qui hoc bellum confecerit, occurrent. *Legatum* Metelli fuiſſe, Vellejus, Plutarchus, alii tradunt: de qua dignitate & munere diximus ad Cat. *cap.* LIX. nu. 4. Ridicule Struv. *cum equitibus currebat*. Equites ſcilicet erant, currendum bono Mario. *Curare* proprium verbum eſſe, dixi ad Catilin. *c.* LIX. nu. 3. *C. Manlium in dextera, Faeſulanum quemdam in ſiniſtra parte* curare *jubet*. infra *c.* LVII. n. 2. Ceterum duo hic genera equitum memorantur, legionarii & auxiliares,

Digitized by Google

utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum & praefectis cohortium diſpertiverat, uti cum his permixti velites, quacumque accederent, equitatus hoſtium propulſarent. Nam in Jugurtha tan- 8
tus dolus, tantaque peritia locorum & militiae erat, uti, abſens, an praeſens, pacem, an bellum gerens perniciofior eſſet, in incerto haberetur.

CAP.

res, de quibus Herm. Hugo III. de milit. equeſtri c. V. Lipſius II. Milit. Dial. VI. VII.

TRIBUNIS LEGION. ET PRAEFECTIS COHORT. Proba haec. & ita de *tribunis* & *praefectis* docuimus ad Cat. LIX. n. 6. Guelf. 4. a prima manu: *tribunos l. e. praefectos c.* Vinar. 2. *cohortum*. Praeterea Incert. 1. Senat. 2. Vinar. 2. Uratisl. 3. Guelf. 7. 11. & 12. *diſpartiverat*. vide *cap.* LIII. extr.

UTI CUM HIS PERMIXTI VELITES. Vinar. 1. *& cum his*. Senat. 1. *mixti*, pro *permixti*, uti & Guelf. 2. & 12. a prima manu. pro *velites* Uratisl. 2. *vexillites*. *Velites* in ſubſidium equitum inventi primum, quod eſſent levi armatura & facile illis ſeſe adjungerent. Eorum originem vide apud Liv. XXVI. c. IV. & Valer. Max. II. c. III. n. 3. Proprie illi erant, qui in equos equitum inſilirent, &, cum ad hoſtem adpropinquaſſent, celeri ſaltu deſcenderent. atque id adnotaverat Gloſſa Guelf. 1. vide Lipſ. III. Dial. I. Salmaſ. de re mil. c. XVI.

QUOCUMQUE ACCEDERENT, EQUITATUS. Gu. 9. *accederet*. Norat ille, hoc Verbum de equitatibus hoſtium intelligendum eſſe, & mirabatur numerum Plurium. Sed ſic Caeſar I. Civ. c. LXI. *Hinc* magnos equitatus, *magnaque auxilia exſpectabant*. cum nota Daviſii. Florus III. c. XI. n. 8. *Tum* circumfuſi *undique* equitatus, *in modum grandinis atque nimborum denſa pariter tela fuderunt*. Sic Noſter Cat. c. XLV. num. I. *comitatus deprehendant*, plurali numero. Sed quid illud *quocumque*, niſi de exercitu Metelli capias? Si capis, nihil dixit Salluſtius. Intelligendum itaque de equitatu Jugurthae, quo ille Romanos repente adgredi poterat. idque ſaepe fecit. vide infra c. L. nu. 5. c. LIV. n. 9. c. LVI. nu. 4. c. LIX. nu. 2. c. LX. n. 3. Ita autem non *quocumque*, ſed *quacumque* legendum eſt. idque contra edd. & ſcriptos omnes repoſui. Sic ſupra c. XXXVIII. nu. 6. *eaque Numidae cuncti irrupere*. ubi vide. Frontin. I. c. IV. nu. 4. *& ipſe cum cetera manu*, qua *non expectabatur*, aditus, *intravit*. Livius IV. c. XIX. *is cum ad impetum Tolumnii*, quacumque *ſe intendiſſet*, *trepidantes Romanas videret turmas*. *hoſtium* deficit Fabric. I. perperam.

8. NAM IN JUGURTHA — ERAT. Struv. & Guelf. 10. ſine Praepoſitione, *Jugurtha*. Sed Senat. 1. Vinar. 1. Guelf. 1. & Fabric. 2. *Nam Jugurthae*, uti noſtri Latini fere ſolent. Supra *cap.* XXVIII. nu. 5. in *Conſule noſtro multae bonaeque artes animi & corporis* erant. Cat. c. LII. n. 42. *virtus atque ſapientia major* in illis fuit. ubi plura produximus. Sed cum hic Guelf. 4. *erant*; Vinar. 2. & Uratisl. 2. *inerat* ſcripſerint, videndum, anne *erat* ſic ejiciendum?

TANTAQUE PERITIA LOCORUM ET MILITIAE. Vinar. 1. *tanta*, ſine conjunctione, & videtur ita validius. Senat. 2. & Heuſſian. *& militia*. *cap.* XXVIII. nu. 5. *rei militaris magna ſcientia*. Uratisl. 3. *locorum atque provinciae*.

ABSENS, AN PRAESENS. Guelf. 4. *abſens ac praeſens*; 10. *abſ. & praeſ.* Senat. 1. Incert. 2. *abſ. aut praeſens*; Fabriciani, Romenſ. 2. Vinar. 1. Guelf. 1. & Uratisl. 1. *abſens vel praeſens*. Unde recte Gruterus reſtituere jubet, *abſens, praeſens*, ſine ulla voce intermedia. Confer ſupra c. XIX. num. 7.

PACEM, AN BELLUM GERENS. Ciacconius aliquid deeſſe ſuſpicatur. Deeſt *agens*, ſed illud ex Verbo *gerens*, per uſitatam Figuram Syllepſin, eſt intelligendum. Plene dixit Cat. c. XXXI. n. 2. *neque bellum* gerere, *neque pacem* habere. Sed infra eadem brevitate c. CIX. nu. 2. *quaeſitum ab eo, pacem, an bellum* agitaturus *foret*. Notavimus alia ſupra c. XXXVIII. num. 9. Guelf. 9. *pernitior eſſet*: quomodo codex Bongarſii; uterque certe compendio ſcripturae in eam vocem corruptus.

IN INCERTO HABERETUR. Guelf. 1. 3. 9. & 11. item Baſil. 1. Remenſ. 2. Uratisl. 2. & 3. ſine Praepoſitione, *incerto haberetur*. Fabric. 1. *incertum*; 2. *incertum haberet*. quo minus dubium, nos recte Cat. c. XLI. princ. ſcripſiſſe: *Sed Allobroges diu* in incerto *habuere*. adde ſupra c. V. num. 3.

CAP.

C A P. XLVII.

1 ERat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi & incolere, & mercari conſueverant Italici generis multi mortales.
2 Huc Conſul, ſimul tentandi gratia, ſi paterent opportunitates loci, praeſidium impoſuit; praeterea impera-

CAP. XLVII. 1. Ab eo itinere, quo. Guelf. 4. a prima manu, *quod M. pergebat*. An etiam hic *qua* eſt revocandum? vide *cap.* xxxviii. num. 6. Vinar. 1. *ab eo itinere haud longe, quo* cet.

Nomine Vacca. Guelf. 10. *Vacca nomine*; 3. *Vaca*; 11. *Vacha*; ſed 4. perſpicue *Vaga*; ita ceteri ſcriptores nominant. vide ſupra *cap.* xxix. num. 4.

Forum rerum v. totius r. m. celebr. Haec omnia, *totius r. m. celebratum* deſiderantur in Guelf. 9. *maxume* ſolum delet Guelf. 3. Ceteri nihil movent. Celebre emporium pulchre deſcripſit. *Forum* proprie eſt locus, ubi multi homines prodeuntes conveniunt: Hinc urbes, ubi vel juris, vel mercium cauſſa frequentiores erant conventus, *Fora* dicta ſunt. vide Sigon. ii. de ant. jure It. *c.* xv. *celebratum*, ut A. Gellius i. *c.* viii. *Lais Corinthia grandem pecuniam demerebat* — conventus*que ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia* celebres *erant*. Hinc *celebris*, pro *frequenti*. Cato de R. R. *c.* 1. *Oppidum validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulant, aut via bona* celebris*que*. Sic Cicero, *portus celeberrimus*. vide Giſan. ad Lucret. pag. 319. Buchner. de Comm. rat. dic. i. *c.* iii. §. 4.

Et incolere, et mercari consu. Remenſ. 1. Incert. 1. Guelf. 9. & 11. *ubi & incolae mercari*, cet. Eccard. *ubi manere & incolere & mercari*. Perperam. *incolere* ad negotiatores; *mercari* ad mercatores Romanos refertur. vide notam ad Cat. *c.* xl. nu. 2. Caeſar. iv. Gall. *c.* 1. *neque longius anno remanere uno in loco*, incolendi *cauſſa*, *licet*. hoc illi vii. Gall. *cap.* iii. *cives Romanos, qui negotiandi cauſſa ibi* conſtiterant, *interficiunt*. Gloſſa Struvian. cogitavit de *inquilino*. ſimul, & de diutius *peregrinante*.

Italici generis multi mort. Supra *cap.* xxvi. num. 1. nude, *Italici*. Idem *Italici generis*. ut i. Hiſt. *Cato* Romani generis *diſertiſſimus*. Supra *c.* iv. num. 4. *quae* genera *hominum*. ubi & *c.* ii. nu. 1. vide. Hinc *genus* pro *gente*. vide Gronov. ii. Obſerv. *c.* iii. Vinar. 1. Franc. & Academicus: *multi Italici generis mortales*.

2. Huc Consul. Recte Rivius, habetque in ſuis partibus ſcriptos codd. aliorum & noſtros omnes, praeter Struv. Remenſ. 1. & Uratiſl. 3. qui *Huic* praeferunt, quod Glareano placuit. infra *c.* lxvi. num. 2 *Vaccenſes*, quo *Metellus praeſidium impoſuerat*. Varro i. de R. R. *c.* vi. *meliori genere ut ſit ſurculus, quam eſt*, quo *veniat, arbor*. Livius i. *cap.* xlv. *cujus* civitatis *eam civis Dianae immolaſſet*, ibi *fore imperium*. vide plura ſupra ad *c.* xiv. num. 22.

Tentandi gratia, si paterent o. l. Locus adhuc qua verba, qua ſenſum miſere vexatus eſt, atque ipſos vexavit interpretes. Neceſſe igitur fuit, de ſingulis latius diſſerere, quae vide excursu IV. *in Jugurtham*. *tentandi gratia, ſi*, eſt tentandi, *an* paterent, an futurum eſſet, ut Metello traderentur opportunitates loci.

Opportunitates loci. Munitiones, turres, arcem, & quae alia oppidum tutabantur, *opportunitates* loci vocat. Frontin. i. Strateg. *c.* iv. n. 13. *Philippus cum anguſtias maris, quae Cyaneae adpellantur, transnavigare propter Athenienſium claſſem, quae* opportunitatem loci *cuſtodiebat, non poſſet*. Id. iii. *c.* iii. nu. 9. *aut paludibus, aut ſimili* locorum *aliqua* opportunitate *adjutus*. Caeſar. iii. Gall. *c.* xii. *ibi ſe rurſus iiſdem* opportunitatibus loci *defendebant*. qui de naturali opportunitate accipiunt, ut Noſter ſupra *cap.* xxxvii. num. 4. Male tamen *opportunitates loci* exponeres *locus opportunus*: etſi ita Varro ii. de R. R. *montium arduitatem*; Cic. ii. de Nat. D. *cap.* xxxix. *immenſitates camporum*. Poetae etiam *lumina ſolis, globus cordis, radix ſaxi, horror ſaxi*, & alia talia dixerint, ut Tacit. iv. Ann. *c.* xxiv. *ſolvit obſidium*, locorum*que* opportuna *permunivit*.

Imperavit frum. e. a. q. b. v. f. comportare. Poſtremum Verbum, volentibus viris doctiſ-

peravit frumentum, & alia, quae bello uſui forent : ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum & commeatum (juvaturum exercitum) etiam paratis rebus munimento fore. Inter haec nego- 3
tia Jugurtha impenſius modo legatos ſupplices mittere, pacem orare: praeter ſuam liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos 4
item,

doctiſſimis Glareano & Grutero, leviter adjuvantibus MSS. noſtris, delevi. *imperare frumentum*, *pecuniam*, *naves*, ſimilia; uti *curare pecuniam*, *injurias*, cetera, omiſſis Verbis *conferre*, *portare*, *praeparare*, Latini frequentiſſime. vide EXCURSUM n. 5.

RATUS ID, QUOD RES MONEBAT. Hanc formulam pluribus explicatam & illuſtratam dedimus Cat. *c.* XXX. n. 2. *res monet*, quod ipſa res in mentem vocat. Cat. *cap.* V. extr. Res *ipſa* hortari *videtur*, *quoniam de moribus civitatis tempus* admonuit.

FREQU. NEGOT. ET COMMEATUM JUVATURUM EXERCITUM, ETIAM. Expunxi Verba, *juvaturum exercitum*, ſecutus Rivium, Palmerium, Gruterum. vide EXCURSUM n. 6. Rivius etiam ab ſilentio Grammaticorum, qui numquam *juvo*, *juvavi* ex Noſtro, aut alio veteri laudant, damnavit: etſi Plinius IV. epiſt. XV. num. 13. ſcripſerit: *ut illum — omni opera*, *omni labore*, *gratia ſimus* juvaturi. ubi vide Cellarium, & Burmannum ad Petron. Sat. *c.* XVIII. Laudant quidem ex Noſtro *explicatum*, *occanui*, *agnoturus*, ſimilia: & Priſcianus IX. pag. 851. plura eorum, quae, imminutis primae Poſitionis ſyllabis, proferuntur, olim etiam ſecundum Analogiam prolata eſſe, admonet. Verum cum alia ſimul concurrunt, quae l. c. adduximus, non ſuccurrunt iſta ſuſpecto Verbo. Sequiori aetate plura talia prolata ſunt. ut *adplicavi* apud Juſtin. II. *cap.* XII. num. 2. in MSS. *perſonavi*, apud Prudent. Periſteph. Praefat. extr. *crepavi*, Id. Paſſ. X. *v.* 760. *emicavit*, apud Quinctil. I. *c.* VI. qui reprehendit. &c. *Commeatum* accipio de iis, qui frequentes Vagam commearent, quod probavi Ibid. in EXCURSU. Nec *commeatuum* praefero, etiamſi *negotiatorum* inducere poſſet: cum contra ſoleat Criſpus. vide Catil. *c.* VI. n. 21. *ubi mox & ipſe*, *& exercitus ardor*, *elanguit*. ubi debuiſſet, *& ipſius*. Simile mendum in Sueton. Caeſar. *c.* XXV. *Omnem Galliam*, *praeter* ſocios, *& bene meritas* civitates *in provinciae formam redegit*. Sic MS. Salmaſii. vulgo *ſocias*. Exquiſitiſſime Noſter infra *c.* LXXVII. num. 1. *ni id feſtinaret*, *in ſummo periculo* ſuam *ſalutem*, *illorum* ſocios fore. pro *ſociorum*. ibi vide. Neque certe voluit Auctor *frequentiam* de *commeatu* intelligi, ſed tantum de negotiatoribus, ibi incolentibus.

ETIAM PARATIS REBUS MUNIMENTO FORE. Fore, ut illi praeſidio eſſent rebus ſuis Vagae paratis; adjumento praeſidio, & frumento ceteriſque bello utilibus munimento. Sic ſaepe *parare* Verbo utitur; ſic & *res paratas compoſitasque*. adde Catilin. *c.* XXXII. num. 2. Supra *c.* XXXI. num. 19. *Pars occidiſſe tribunos plebis pro* munimento *habent*. Catil. *c.* XXXII. num. 1. *ab incendio urbem vigiliis intellegebat* munitam. adde ſupra *c.* XXVIII. n. 4. *quorum auctoritate*, *quae deliquiſſet*, munita *fore ſperabat*.

3. IMPENSIUS MODO. *Modo* omittit Guelf. 4. Sed eum, alioſque Ablativos eleganter Comparativis addunt. infra *c.* LXXV. n. 1. *impenſius* modo *rebus ſuis diffidens*. ubi vide. Supra Guelf. 1. *inter negotia*, omiſſo Pronomine. Aliter, *inter haec*, *inter ea*. vide Perizon. ad Sanct. IV. Minerv. *c.* IV.

PRAETER SUAM LIBERORUMQUE VITAM. Franc. *ſuorumque*. non probo. vide *c.* XLVI. n. 2. mox *Metello* nomen deficit Uratisl. 3. & Gu. 12.

4. QUOS ITEM, UTI PRIORES, CONSUL ILLECTOS. Hic & noſtrorum codd. ordo eſt, quem Rivius recte revocavit. Fabric. 2. *quos uti illectos conſul*. forte fuit: *quos item conſul illectos*, abjectis illis, *uti priores*. Uratisl. 1. *illecto ad proditionem;* Vinar. 1. *hortatos ad proditionem*. Rivii libri vetuſti habuere *inlectos*, & ſic apud nos Guelf. 1. & Baſil. 1. qui etiam *inpenſius*, *inpoſuit* hoc *cap.* & ad eumdem modum alia ſemper ſcribit. Sunt, qui hanc ſcripturam noſtra aetate revocarunt, in quibus Freinshemius, Brockhuſius, Cuningamius, alii. Olim ita ſcriptum eſſe, Quinctilianus docet, quem ego auctorem in primis opportuniſſimum credo. Is ubi de ὀρθοεπείᾳ diſſerit I. Inſtit. *c.* VI. reprehendit quoſdam, qui *conire*, quam *coire* dicere maluerint, ſecuti nempe Orthographiam; quam adeo non reprehendit, ut & *cap.* VII. *immunis*, *obtineat*, quod *optineat* enunciabatur, & lib. XI. *c.* III. *perlexit*, *conlegit*, recte ſcribi doceat, etſi aliter in pronunciatione fiat. Et habemus indubia monumenta, marmora & numiſmata, ubi *inluſtris*, *inpendia*, *inrita* & ſimilia leguntur. Quibus

cum

tudine, ſtatuit armis certare. Igitur explorato hoſtium itinere, in 2
ſpem victoriae adductus ex opportunitate loci, quas maxumas co-
pias poteſt omnium generum parat, ac per tramites occultos exer-
citum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiae, quam Adher- 3
bal in diviſione poſſederat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul;
a quo aberat mons ferme millia paſſuum xx. tractu pari, vaſtus ab
natura

STATUIT ARMIS CERTARE. Guelf. 7. *armis tratare*. Supra *c.* XIII. n. 3. *parabat* armis *contendere*. Caeſar. I. Gall. *c.* XXXI. *cum his Aeduos eorumque clientes ſemel atque iterum* armis contendiſſe; *magnam calamitatem pulſos accepiſſe.* Tacit. II. Hiſt. *c.* XLVII. *ut de principatu* certaremus armis.

2. EXPLORATO HOSTIUM ITINERE. Vox *hoſtium* deficit Senat. I. propterea, opinor, quod Romanos ita nominat: quod alibi ſaepiſſime factum.

IN SPEM VICTORIAE ADDUCTUS. Hoc *adductus* omiſit Fabric. 2. Sed *cap.* XXXVII. n. 3. *Ea mora in ſpem* adductus *Aulus*. ubi vide. Eccard. *in ſpe v. adductus. Ex* pro *per*, ſive *propter*, ut ſupra *c.* XXXII. n. 5. & paſſim.

OMNIUM GENERUM PARAT. Eccard. *quam maxumas omnium generum poteſt copias parat*. Guelf. 2. *omnium parat generum.* Franc. & Guelf. 10. *omnium* gentium *parat*. male. Catil. *c.* XXIV. n. 3. *plurimos* cujusque generis *homines adſciviſſe dicitur*. adde Cat. *c.* XXXIX. n. 6. ſupra *cap.* XLVII. n. 1. Palmerius ex cod. ut ait, Bertinienſi *omne genus*: quod alibi probum, ab Salluſtio autem & hoc maxime loco plane alienum eſt.

AC PER TRAMITES OCCULTOS. Guelf. 10. *ac per milites occultos*. Academ. & Senat. 2. *a. p. tramites occulte*. Recte Eccard. *ac per* tramites *exercitum M. antevenit*. *Trames* via non militaris, ſed anguſta, privata, & quae ſimul faciat itineris compendium. ita fere Gloſſae veteres. vide Barth. ad Stat. II. Theb. *v.* 48. Juſtin. XXXVIII. *c.* IX. *per* compendioſos tramites *occupatum retrahit*. Livius II. *c.* XXXIX. *inde in Latinam* viam *transverſis* tramitibus *transgreſſus*. Cic. Phil. XIII. *c.* IX. *egreſſus eſt*, *non* viis, *ſed* tramitibus, *paludatus*. ſupra *c.* XXXVIII. n. 1. *per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare*. itaque ex Cat. *c.* LVII. n. 1. vocem *occultos* adſcitam arbitror.

3. FLUMEN ORIENS A MERIDIE. Uratisl. 2. *fluvius.* ſupra Eccard. *poſſiderat.* Gloſſa Fabric. 1. *fluens a meridie.* non male. Plautus Trin. Act. IV. Sc. II. *v.* 98. *Ad caput* amnis, *quod de coelo* exoritur, *ſub ſolio Jovis — horiola advecti ſumus Uſque aqua advorſa per amnem*. mox Guelf. 3. *Muchul*; 9. *Mutul*; 10. *Nuthul.* Senat. 2. *Mucula*; Heuſſ. *Mutula*; Uratisl. 1. *Muthula*.

QUO ABERAT. Gruterus ex unico Nazariano delet Praepoſitionem, cum reliqui ejus, Rivii & noſtri omnes habeant, *a quo aberat*. Cat. *c.* XL. num. 5. *nam tum Brutus* ab *Roma* aberat. Caeſar VII. Gall. *c.* LXIII. ab *hoc concilio* abfuerunt. Curt. IX. *c.* X. n. 23. *haud procul* a *Perſide* aberant.

MILLIA PASSUUM XX. *Millia* delet Guelf. 1. & *paſſuum* eraſum eſt in Fabric. 1. quod certe melius, quam illud alterum, omitteretur. vide infra *c.* LXXV. n. 2. Ciacconio ſpatium xx. millium non videtur genuinum, & aut III. aut VII. ſubſtituere jubet. aliter Rutilius non potuiſſet uno die tantum itineris conficere, caſtra ponere, & Metello obviam procedere, *c.* L. n. 1. *c.* LII. n. 5. 6. *c.* LIII. num. 5. At valde ignarus fuerit vir ille doctus veterum itinerum militarium, cum Vegetius I. *c.* IX. doceat, *militari gradu viginti millia paſſuum, horis quinque duntaxat aeſtivis conficienda eſſe*. ergo Rutilius octo, vel novem horis totidem conficere non potuit? Caeſaris autem exercitus XXV. millia paſſuum ſuperavit. vide Hottomann. ad Caeſar. I. Gall. *c.* LIII. ubi Caeſar fugientes Germanos quinquaginta millia paſſuum emenſos eſſe ſcribit. Ipſis imperatoribus iter unius diei erant XVIII. millia paſſuum, quod *manſionis* nomine veniebat, Lactant. de mort. perſec. *cap.* XLV. & Procopius itineri diurno XXVIII. & XXXIII. paſſuum millia attribuit, quod conſtabit ex I. Goth. *c.* XIV. & II. Goth. *c.* X. Quamobrem non amplius mirandum erit, Rutilium xx. millia confeciſſe, in primis *properantem*, *c.* LII. n. 5. Sed & illud Ciacconio ſatisfacere potuiſſet, quod Auctor *ferme* adjecit, numerum rotundum praeferens. vide *cap.* XXXI. num. 2. Academ. & Fabric. 1. *millia* xx. *paſſuum*; Vinar. 2. & Uratisl. 2. *per millia*.


TRACTU PARI. *Cum decurrente flumine*, puta: ita ut mons & fluvius omnibus fere locis aequaliter diſtarent, quod mox rudiori figura, ut licuit, oſtendimus. Florus I. *cap.* XIII. pari *vecordia mactant*. *pari* venerationi priori.

natura & humano cultu: ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur*, in immenſum pertinens, veſtitus oleaſtro ac mirtetis, aliisque generibus arbo-

Contra Plin. v. Hiſt. Nat. *c.* III. *Granicus* diverſo tractu *in Propontida fluit*. & ſic de fluviorum progreſſu ſaepiſſime. Sed eleganter *tractum ſiderum* dixit Manil. I. *v.* 532. & III. *v.* 360. de ordine & progreſſu eorum. Sic *tractus arborum*, *maris*, *flammarum* apud alios, quaſi pro *latitudine* quadam eorumdem, qua voce *c.* XVIII. Noſter uſus eſt.

VASTUS AB NATURA. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. omittunt Praepoſitionem, morem ſecuti vulgi. Cic. I. Offic. *cap.* XLIV. ab *doctoribus atque doctrina* inſtructi. Plancus Cic. x. ep. xv. num. 3. ab *equitatu* firmus. ep. VIII. n. 12. ab *omni re* paratus. Apulej. de Deo Socrat. pag. 55. *Hoc enim nec a patre haereditarium eſt*, *nec caſu pendulum*, *nec* a ſuffragio *anniculum*, *nec* a *corpore* caducum, *nec* ab *aetate* mutabile. Unde vides, ſaepe per *quod ad* hanc Praepoſitionem interpretandam eſſe, ſaepe autem eadem *cauſſam* denotari, uti ſupra *c.* XXXI. num. 2. *animus* ab *ignavia* & *ſocordia* corruptus. ubi conſule notam. Hic vero dubia dictio eſſet, *vaſtus humano cultu*, aut certe Salluſtio indigna. Nam objective intelligi poſſet, ut Auct. VIII. Gall. *c.* XXIV. *vaſtare civibus*, *aedificiis*, *pecore*. quod vero ſola Praepoſitione evitari poterat. *Humano cultu* eleganter, ut Claudian. II. Ruffin. *v.* 41. *Torrida ſemper ſolibus*, humano *neſcit manſueſcere* cultu. Sic infra *cap.* extr. *pecore atque* cultoribus *frequentabantur*.

SED EX EO MEDIO QUASI COLLIS OR. Fingunt ſibi interpretes collem in medio monte: quod ſupra modum ineptum eſt, & collem in medio monte qui in immenſum pertineret, nemo mortalium uſquam locorum vidit. Terminum orientis collis indicat Auctor, ut Caeſar I. Gall. *c.* I. *Eorum una pars initium capit* a flumine *Rhodano* — *Belgae* ab *extremis Galliae finibus* oriuntur, pertinent *ad inferiorem partem fluminis Rheni*. —— *Aquitania* a *Garumna flumine*. Id. II. *c.* VIII. *is collis paullulum* ex *planitie editus*, &c. Incipiebat itaque collis ex medio monte, ita ut, transverſo itinere, porrectus eſſet, & latitudine ſua, (eam enim longitudinem interim vocamus, qua a monte ad fluvium verſus procedebat) in immenſum pertinebat. Acclivem ergo hanc latitudinem *quaſi collem* vocat. Obſcura fuit deſcriptio haec interpretibus, quod ex obſcuris adnotationibus cernas. nos lineis quibusdam ſitum deſignavimus, ut imaginationem lectoris excitaremus.



Similem topographiam habet Statius II. Theb. *v.* 498. Lecta dolis ſedes: *gemini procul urbe malignis Faucibus urgentur colles*, *quos umbra ſuperni Montis*, *& incurvis claudunt juga frondea ſilvis*; *Inſidias natura loco*, *caecamque latendi Struxit opem*. Similes etiam alii paſſim.

IN IMMENSUM PERTINGENS. Senat. 2. & Heuſſ. *in immenſo pertingens*; alii *in* omittunt; Guelf. 9. *immenſum perſtringens*. Recte Gronovius ad Liv. XXV. *c.* XXIV. *in immenſum pertinens*, quem jam ſecutae ſunt Hackianae & Criſpini. Sic Caeſar loco ſuperius adſcripto.

VESTITUS OLEASTRO. *Veſtitus* eſt conſitus. Liv. XXII. *c.* XXVIII. *Ager omnis medius erat*, *prima ſpecie inutilis inſidiatori*, *quia non modo ſilveſtre quidquam*, *ſed ne* vepribus *quidem* veſtitum *habebat*. Apulej. de Mundo pag. 58. *Terra frequentatur animantibus*, *ſilvarum viriditate* veſtitur. Auſonius Moſella *v.* 157. *Gauranum ſic alma jugum vindemia* veſtit. Cicer. II. de Nat. Deor. *c.* LIII. *montes* veſtiti *atque ſilveſtres*. Plura collegere Car. Langius ad Cic. II. Offic. *c.* XXV. Dempſter. ad Claudian. I. Rapt. *v.* 189. N. Heinſius ad Ovid. I. Faſt. *v.* 153. Gronov. ad Juſtin. XII. *c.* VII. n. 7. Non omittam Liv. XXI. *c.* LIV. *Erat in medio rivus*, *praealtis utrimque clauſus ripis*, *& circa* obſitus *paluſtribus herbis*, *& quibus inculta ferme* veſtiuntur, *virgultis vepribusque*.

QUAE HUMI ARIDO ATQUE ARENOSO. Magna inconſtantia in libris vett. Guelf. 3. & Senat. 1. *humo arida atque arenoſo*; Fabriciani, Incerti, Acad. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Franc. Uratiſl. 3. Guelf. 9. 11. 12. *humo arida a. arenoſa*, aut *arenoſaque*; Remenſes & Uratiſl. 1. *humi arida a. arenoſa*, ſecuti Canonicam noſtram. latini-

arborum, quae humi arido atque arenoſo gignuntur. Media autem 4
planicies deſerta penuria aquae: praeter flumini propinqua loca: ea conſita arbuſtis pecore atque cultoribus frequentabantur.

CAP. XLIX.

LIII

IGitur in eo colle, quem, transvorſo itinere, porrectum docuimus, 1
Jugurtha, extenuata ſuorum acie, conſedit: elephantis & parti co-

latinitatem; ſed quae potius *humi aridae*, requireret, ut *domi meae*. Vinar. 2. & Uratisl. 2. *humi in arido atque arenoſo loco gignuntur*, qui Gloſſam ſimul ſcripſerunt. Igitur editam illam *humi arido atque arenoſo*, ex Baſil. I. Vinar. I. Eccard. Guelf. I. & 4. Priſciano XVIII. p. 1214. & Aruſiano Meſſo MS. in voce *Humi*, melioribus aliquot Gruteri, aliorumque MSS. retinendam cenſeo; ita, ut *arenoſo humi* idem ſit, ac *ſolo arenoſo humi:* id quod vidit Rivius & placuit Scioppio ad Sanct. IV. Min. *c.* IV. in voce *Solum*. Idque perſpicuitatis cauſſa ita ſcriptum eſt, ubi de certi loci qualitate dicendum erat; ſi audimus Varronem apud Chariſium I. p. 84. ita nempe *ardua montium*, *terrena viarum*, *opportuna locorum*, *egregii juvenum*, plura dicuntur, quae alibi adnotamus. adde Cat. *c.* LIII. n. 5. Sic Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXXVIII. *ubi* lubrico viae *vel occurſu alicujus procidiſſent*. Claudian. Mamert. III. de Statu an. *c.* IV. *Tu qui ex* opinionis incerto *vis* certam *ferre* ſententiam, *convinceris docere*, *quod neſcis*. Sedulius II. *v.* 223. Caecaque *praecipites tranant* incerta profundi.

GIGNUNTUR. Unus *naſcuntur.* male. Sic infra *c.* XCIII. n. 4. *quo juncta* gignentium *natura fert*.

4. MEDIA AUTEM PLANITIES. Campi illi, qui inter montem, collem & fluvium erant medii. *c.* L. n. 6.

PRAETER FLUMINI PROPINQUA LOCA. Unus Struv. *fluminis;* ceteri omnes *flumini*. illud tamen in recentioribus edd. legitur, & ſic citat Munckerus ad Lactant. Plac. XI. Fab. XI. comparatum cum C. Nepot. Hannib. *c.* V. *In* propinquis urbis *montibus moratus eſt*. adde ſupra *c.* XLIII. n. I. Nos a MSS. recedere non debuimus. Uratisl. 3. omiſit τὸ *loca*.

EA CONSITA ARBUSTIS. Guelf. 12. a manu ſecunda: *ea ſita arbuſtis*. Livius XXXIII. *cap.* VI. *Magnum utriuſque impedimentum fuit ager* conſitus *crebris* arboribus. Silius X. *v.* 533. *Ilex proavorum* conſita *ſeclo*. ubi vide plura ab N. Heinſio & Cl. Drackenborchio notata. De *arbuſtis* plerique ita tradunt, ut intelligant *locum*, ubi arbores ſatae ſunt. Sed jam Iſidorus docuit, novellam arborem, eodem nomine inſigniri. Noſter pro *arboribus* ſumſiſſe videtur, ut Manilius II. *verſ.* 22. *Atque* arbuſta *vagis eſſent quod adultera pomis*. Noſter infra *c.* LIII. num. I. *proſpectum ager* arbuſtis conſitus *prohibebat*. Forte & Tacit. II. Hiſtor. *capit.* XLI. *adſpectus armorum* denſis arbuſtis *prohibebatur*.

CAP. XLIX. I. TRANSVERSO ITINERE. H. e. ut iter transverſum eſſet colli, qui erat a latere itineris. Ea latinitate infra *c.* LII. n. 3. *Denique Romani* advorſo colle *evadunt*. ubi vide. Quid cenſes de nota Waſſii: Nempe monte viam ad rectos angulos inſecante. potuit autem dixiſſe, *transvorſum itineri montem.* Haec ille. Errat, etiamſi dicas invito excidiſſe *montem*, pro *collem*. Nam quid illud: *Nempe monte viam* cet. Denique non poterat *tranſverſum itineri collem* dicere, ſi umquam proprietati ſtuduit Criſpus. poterat *adverſum itineri collem* dicere, ſi *iter* nullo reſpectu ad iter facientes poſitum eſſet. & tamen non ita proprie, ut eſt *tranſvorſo itinere*. *tranſverſi* etenim *colli* incedebant Romani per mediam planiciem *ad* flumen *verſus*. Sic Livius XXVIII. *c.* XXX. *Jam in ipſa pugna haec cum infeſto roſtro peteret hoſtium navem*, obliqua *ipſa ictum alterius roſtri excipiebat: illa cum* transverſa *objiceretur hoſti*, *repente intorta in proram circumagebatur*. Ergo *tranſverſum* proprie eſt, obliquum, quod latus advertit, noſtris *ſeitwerts*, *queer*, & male cum adverſo, contrario confundit etiam Barthius ad Stat. I. Theb. *v.* 348. cui quaedam debet nota Waſſiana. infra *c.* L. n. I. *exiſtumans hoſtes crebro impetu & transvorſis praeliis iter ſuum remoraturos*. adde h. *c.* extr. ſupra *c.* VI. n. 3. & *c.* XLV. n. 4.

PORRECTUM DOCUIMUS. Cap. XLVIII. n. 3. & quando *collem* dixit, non montem, illud *oriens* ſatis eſt, etiamſi non reſpiciatur *in immenſum pertinens*, ut intelligamus porrectum fuiſſe trans-

copiarum pedeſtrium Bomilcarem praefecit, eumque edocet, quae
ageret; ipſe propior montem cum omni equitatu pedites dilectos
2 collocat: dein ſingulas turmas atque manipulos circumiens monet
atque obteſtatur, *uti memores priſtinae virtutis & victoriae ſeque re-*

tranſvorſo itinere. Livius I. c. III. *novam ipſe aliam ſub Albano monte condidit. quae ab ſitu* porrectae *in dorſo* urbis *Longa Alba adpellata.* Mela I. c. I. *Haec ergo ab ortu* porrecta *in occaſum, & quia ſic jacet, aliquanto, quam ubi latiſſima eſt longior.* c. XIX. *Hinc* orti *montes longo ſe jugo* exporrigunt. Eſt ergo Verbum ſpatium denotandi, non proprie *planitiem*, quod voluit Ciaccon. ad Caeſar. II. Gall. c. XIX. Guelf. 9. *ſupra docuimus.* 10. *tranſverſos itinere porrecto.*

EXTENUATA SUORUM ACIE. *Extenſa*, & quam minime conferta aut condenſata acie. *tenuatam* enim & *extenuatam* aciem *confertae* opponi ex Auct. de B. Afric. c. XIV. Vegetio II. c. III. & III. c. XV. recte docuit Heinſius ad Sil. I. v. 396. Poſſes quidem in arctum collecta & contracta intelligere; ſed illum ſenſum proprium magis praeferendum exiſtimo. Exiſtimavit etiam vetus litterator, qui eadem manu, qua contextus eſt ſcriptus, in Fabrician. I. ſupra vocem *extenuata*, poſuit, *i. ſparſim.*

CONSEDIT. Infra n. 5. *inter virgulta equi Numidaeque* conſederant. Liv. XXVIII. c. II. *ibi in cava valle, atque ob id occulta,* conſidere *militem & cibum capere jubet.* Noſter Cat. c. LVII. n. 3. & ſupra c. XXI. n. 2.

EUMQUE EDOCET, QUAE AGERET. Vinar. I. Incert. 2. & Guelf. 12. *eumque docet.* Fabriciani & Guelf. 9. *quid ageret.* vide Cat. c. XLVIII. num. 4.

IPSE PROPIOR MONTEM. Academ. Remenſ. 2. & Guelf. 3. a manu ſecunda, *propior monti*, ut edit. Gryphiana. vide quae diximus ad Catil. c. XI. n. I. *quod tamen vitium* propius virtutem *erat.* Remenſ. I. *monte.* Senat. 2. Guelf. 7. &, a manu ſecunda, 2. *propius*, quod ne te moveat, vide ſupra c. XXXVIII. n. I. & Cat. c. XLIII. num. I. Inepte Uratiſl. 3. & Guelf. 9. *proprior.* male etiam Vinar. I. omittit vocabulum *montem.*

CUM OMNI EQUITATU ET PEDIT. DEL. SUOS COLLOCAT. Guelf. II. omiſit Conjunctionem &. in quinque aliis legitur, *delectis ſuis:* itaque *collocat*, pro *collocatur* eſſet accipiendum. Sed Fabric. I. non agnoſcit Pronomen *ſuos*, & Senat. I. Incert. 2. Guelf. 2. & 3. habent *delectos*. Scribe ergo: *Ipſe propior montem cum omni equitatu pedites delectos collocat. pedites cum equitatu*, ut ſupra c. XXXV. num. 2. *invidia* cum *metu.* infra c. LX. num. 4. *cohortes* cum *omni equitatu.* Partem peditum permiſit Bomilcari, partem eamque meliorem ſibi ſervavit, & in ea parte collis, quae eſſet monti propinqua, eam omnemque equitatum collocavit. Alioquin neſcias, qui illi *ſuos* fuerint, ſi equites & pedites non fuerunt. Praeterea Fabrician. I. & Guelferb. 9. *delectis* ſcribunt. vere. ſic infra c. LI. n. 5. vide Catil. c. XXXVI. n. 4. Sed malles forſitan: *cum o. equitatu & peditibus delectis eſſe*, ut illud *ſuos*, ex hoc *eſſe* ortum videatur. aut refecto tam *eſſe*, quam *collocat;* ut illud vel ſubintelligatur, vel ἀπὸ κοινοῦ *conſedit* adſumatur. Interpretes tamen omnes ſilent, & in vulgata adquieſcunt, quae extra controverſiam corrupta eſt. id multis locis accidiſſe, experimentis compertum habemus.

2. SINGULAS TURMAS ET MANIPULOS. Loquitur ad morem exercitus Romani, in quo turma numerus triginta *equitum*, vide ſupra ad c. XXXVIII. n. 6. *Manipulus* proprie de *peditibus*, eratque exercitus pars minima, quae unum ſignum ſequebatur, auctore Varrone IV. de L. L. illud ſignum antiquiſſimis temporibus erat manipulus foeni, unde nomen tractum eſſe exiſtimat Ovid. III. Faſt. v. 118. & cum eo Gloſſa Guelf. I. ad c. XLVI. n. 7. ubi ducentorum militum fuiſſe tradidit. & recte, quantum ex diviſione legionis videas, ad Cat. c. LVI. n. I. iſta autem Gloſſa bonam partem deſcripta eſt ex Iſidoro IX. Orig. c. III. Prima aetate manipulus tantum centum habebat milites, & poſtremis temporibus pauciores. vide Stewech. in Veget. II. c. XIII. & Lipſium IV. milit. R. Dialog. V. *maniplos* ſcribunt Eccard. & Guelferb. 9. hic etiam *circuens;* ceteri fere *circuiens;* Baſil. I. & Incert. I. ut nos, *circumiens.* vide ſupra c. XLV. n. 2. mox Guelf. II. Senat. 2. & Heuſſ. *atque teſtatur*, pro *obteſtatur.*

MEMORES PRISTINAE VIRTUTIS ET VICTORIAE. Dubito, an ſic dederit Salluſtius. Guelf. II. omittit *memores;* 12. *& victoriae.* Notamus quidem ſimilia ad Cat. c. LVIII. n. 12. & LX. n. 7. quae vero contextus facile tutatur. At hic non quidem *memores priſtinae victoriae* mallem, ſed cum Guelf. 12. *memores priſtinae virtutis ſeſe*, cet. Cauſſae ſervit, & loci opportu-

Digitized by Google

regnumque ſuum ab Romanorum avaritia defendant: cum his certamen fore, quos antea victos ſub jugum miſerint: ducem illis, non animum mutatum: quae ab imperatore decuerint, omnia ſuis proviſa; locum ſuperiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut ru-

tunitati quod debebatur, virtuti ſuorum adſcribit, quae certe non tanta erat, cum Romanos ſub jugum mitterent. Caeſar II. Gall. *c.* XXI. *Milites non longiore oratione eſt cohortatus, quam uti* ſuae priſtinae virtutis *memoriam retinerent.* Uratiſl. 3. *memores priſtinae victoriae & virtutis.*

AB ROMANORUM AVARITIA. Eamdem criminatur apud Bocchum infra *c.* LXXXI. n. I. & ſane eadem omnibus regibus odioſa & inviſa erat. vide IV. Hiſt. epiſt. Mithrid.

CUM IIS CERT. F. Q. VICTOS ANTEA. Scripti omnes, *cum his*. Multi autem eadem, quae hic Jugurtha, inculcant: quia ſemel victum militem vulgo nullius uſus habebant. Scipio apud Liv. XXI. *c.* XL. *Cum iis eſt vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello viciſtis: a quibus ſtipendium per viginti annos exegiſtis: a quibus capta belli praemia, Siciliam ac Sardiniam habetis.* item Phormio apud Thucydidem II. *c.* LXXXIX. quem Noſter egregie expreſſit. Sulla infra *c.* CVI. n. 3. Juſtin. VI. *c.* IV. *Sed victis, adverſus paullo ante victores, nec animus, neque vires pares fuere:* cum nota Berneggeri. adde omnino Gruteri in Tacit. Diſcurſ. XIV.

SUB JUGUM MISERINT. Vinar. 2. *ſub jugo miſerant;* Uratiſl. 2. *ſub jugo miſerat.* vide *cap.* XXXVIII. num. 9. *miſerat* legitur etiam in Franc. Remenſi I. & Incert. I. at Fabric. 2. *miſerunt;* Incert. 2. *miſerit.* optime. vide Catil. *c.* LVII. n. I. & ſupra *c.* XLVI. n. 2. *c.* XIV. num. 9.

DUCEM ILLIS, NON ANIMUM. Sed noſſe debebat, & multis cladibus expertus eſt, *plus reponendum in duce, quam in exercitu*, Tacit. Germ. *c.* XXX. & *fortuna viresque cum duce* saepiſſime *mutata*, Claudian. in Eutrop. II. *v.* 415. etiamſi non ſemper, Juſtin. II. *c.* XIV. vide ſupra *c.* XXXVIII. n. I.

QUAE AB IMPERATORE DECUERINT. Puta *provideri.* ſupra *c.* XIV. n. 15. *fratri, quem minume* decuit, *propinquus per ſcelus vitam* eripuit. unde male Urſinus hoc loco *debuerint*, quod animadvertit Gronov. ad Liv. XXVII. *c.* XV. Metellus Cic. V. epiſt. I. n. 3. *Nunc video illum* circumventum, *me* deſertum, *a quibus minime* conveniebat. Dictys II. *c.* XV. circumventus, *a quibus minime* debuerat, *indigno modo interiit.* Idem VI. extr. vulneratus *ab eo, quem minime* crediderat, *triduo poſt mortem obiit.* adde I. Hiſt. Orat. Philippi n. I. & 10. ſupra *c.* XVIII. n. 3. Cat. *c.* XXIX. n. 2. Pompejus apud Lucan. VII. *v.* 354. *Quae vincere poſſent Omnia contulimus.* Darius ſimiliter apud Curt. IV. *c.* XIV. n. 12. *Quod mearum fuit partium, exercitum comparavi*, cet. Eccard. *ab imperatore bono.* Vinar. I. *decuerant* a manu ſecunda.

OMNIA SUIS PROVISA; LOCUM SUPERIOR. UTI. *Providere* in eligendo *conſilium*, in vitando *cautionem* ſimul comprehendit. Cic. ad Attic. II. epiſt. I. *quod a me ita praecautum atque* proviſum eſt. adde Catil. *c.* LII. n. 4. Livius V. *c.* XLIX. *Omnia quae arte belli ſecunda ſuis eligi praepararive poterant*, providit. Pendent ab hoc Verbo *locum*, & *uti, ne conſererent*, Nomen ſimul, & Verbum, quod pluribus illuſtratum ad *c.* XIV. n. 7. *erat majeſtatis populi R. prohibere* injuriam, & ne *cujuſquam regnum per ſcelus* creſceret, EXCURSU II. n. 4. Sed loco Pronominis *ſuis* aliud ſcripſerat prima manus Fabric. I. duae tamen priores litterae *ſu* ab ea perſcriptae leguntur. Acad. *omnia ſatis proviſa*. deleas licet Pronomen, adſentiente Tacito V. Hiſt. *c.* XVII.

PRUDENTES CUM IMPERITIS. Gloſſa Guelf. 2. prudentes, *i. periti loci;* imperitis, *i. ignaris loci.* ita certe intelligendum & ſimul *prudentes*, h. e. ſcientes praelium eſſe committendum, & *imperitis* contra, quibus praelium erat eo loco inopinatum. Hoc ni feceris, idem mox indicabit cum illis, *rudes cum bello melioribus. Prudens* ſaepiſſime pro eo qui ſcit, gnarus eſt. docui ad Ciceronem & infra I. Hiſt. ad ea: Prudens *omnium, quae Senatus cenſuerat*. Jam *imperitus* pro ignaro eſt apud Caeſar. V. Gall. *c.* XXVII. *quod non adeo ſit* imperitus rerum, *ut ſuis copiis populum R. ſe ſuperare poſſe confidat.* Phaedrus I. Fab. XXIII. *Repente liberalis ſtultis gratus eſt; Verum* peritis *irritos tendit dolos.* cui opponi *imprudentem* & ignarum docuit Schefferus ad I. Fab. XXII. extr. Cicer. pro Cornel. Balb. *c.* XX. *dicat, ſe non* imperitum *foederis, non* rudem *exemplorum, non* ignarum *belli fuiſſe.* adde Interpp. ad Flor. III. *cap.* I.

AUT RUDES CUM B. MELIORIBUS. *Rudes* nempe *bello*, pro imperitis & non exercitatis ad bellum. Sic ſupra, *belli haud ignarus.* & ita Claudian. III. Rapt. *v.* 215. *Noſtra* rudis *gaudere*

3 *rudes cum bello melioribus manum conſererent. proinde parati intentique eſſent, ſigno dato, Romanos invadere: illum diem aut omnis labores & victorias confirmaturum, aut maxumarum aerumnarum initium fore.*
4 Ad hoc viritim, uti quemque, ob militare facinus, pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficii ſui, & eum ipſum aliis oſtentare: poſtremo, pro cujuſque ingenio, pollicendo, minitan-

dere malis & nectare largo Inſtaurare dapes. Lucanus IV. *v*. 635. *Conſtitit Alcides ſtupefactus robore tanto: Nec ſic Inachiis, quamvis* rudis *eſſet in undis Defectam timuit reparatis unguibus hydrum*. Ovid. I. Faſt. *v*. 83. *Colla* rudes operum *praebent ferienda juvenci*. *Bello meliores*, illuſtratos vide ſupra ad *c*. XIII. n. I.

MANUM CONSERERENT. Guelf. 10. *conſerent*. Eccard. *manibus conſererent*. *manum conſerere* dixit etiam infra *c*. L. n 4. & alibi.

3. PARATI INTENTIQUE ESSENT. Guelf. 11. *parati proinde intentique eſſent*. *Intentus* eſt, qui animo habet rem agendam; ejuſque initium imperiumque exſpectat. *Paratus*, qui, quae in agendo opus, praeparavit. Nihil eſt, eſſe *paratum*, cum contra animum res accidit, quem omnia non opinata confundunt; ſed nihil eſt etiam *intentum* eſſe, ſi inſtrumenta agendi deficiunt. Hinc Noſter Cat. *c*. XXVII. n. 2. *hortari, uti ſemper* intenti paratique *eſſent*. Eod. *c*. LVIII. n. 8. *moneo, uti* forti atque parato *animo ſitis*. Liv. XXII. *c*. XXXIX. armatus intentusque *ſis, neque occaſioni tuae deſis, neque ſuam occaſionem hoſti des*. Id. XXIV. *c*. XXXVIII. Intenti *ergo omnes* armatique *ſignum exſpectabitis*. *c*. XXXIX. *militeſque* intenti *dudum* atque parati. Sueton. Caeſar. *c*. LXV. & paratum & intentum *momentis omnibus, quo vellet, educeret*. Tacit. II. Ann. *c*. XVI. Intentus paratusque *miles, ut ordo agminis, in aciem adſiſteret*. Id. I. Hiſt. *c*. LXII. Inſtructi intentique *ſignum profectionis expoſcunt*. adde ſupra *c*. XXIII. n. I. infra *c*. LVII. n. 3.

OMNIS LABORES ET VICTORIAS CONFIRMATURUM. *Victoria confirmatur*, quando firma & ſtabilis redditur, ut pro ea non amplius debeas *laborare*. Sic *firmare* & *confirmare* pacem, concordiam; item valetudinem, regnum, dominationem & infinita alia apud Ciceronem, Caeſarem, Livium, C. Nepotem, Juſtinum, omnibus nota. Apte ergo conjungit *labores & victorias*, etſi per ſe *labores confirmare*, pro finire eosdem vix alibi reperias. Sed ita ſaepe unum Verbum duobus Nominibus adjungitur, ut ex ſenſu, aliud deficere, aut poſitum alteri Nomini minus reſpondere videatur. vide ſupra *c*. XVII. n. 3. & *c*. XXXVIII. n. 9. & mox n. 4.

AUT MAXUMARUM AERUMNARUM INIT. F. Aemulatur Tacit. XII. Ann. *cap*. XXXIV. *illum diem, illam aciem teſtabatur aut reciperandae libertatis, aut ſervitutis aeternae initium fore*. Noſter Thucydidem ſuum II. *c*. XII. ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. Claudianus II. Ruffin. *v*. 192. Illa dies *potuit noſtris imponere finem Cladibus, & ſceleris cauſſas auferre futuri*. Guelf. 10. *aut maximam aer. in. fore*.

4. AD HOC VIRITIM. Illa ad univerſos loquitur; nunc ſingulos aut monet, aut increpat, cet. Eleganter Seneca IV. Nat. Qu. *c*. VII. *In univerſum de ventis diximus: nunc* viritim *incipiemus illos excutere*. Auct. B. Alexandr. *c*. LXV. *praemia bene meritis &* viritim, *& publice tribuit*. Factum interdum idem *nominatim*. vide Cat. *c*. LIX. n. 5.

PECUNIA, AUT HONORE EXTULERAT. Proprie *honore efferre*, ſed improprie *pecunia efferre*, pro *pecunia augere*, donare, in quo ſaepe etiam honor poſitus eſt. Eam loquendi rationem jam modo adnotavimus, n. 3. Tacit. I. Ann. *c*. III. *geminatis* conſulatibus *eum* extulit. Noſter *c*. XLII. n. 4. *multos mortales* ferro *aut* fuga exſtinxit. Paullo planius Ovidius: Divitiis *etiam multos &* honoribus auctos *Vidi, qui tulerant in caput arma tuum*. nam *augere honoribus* uſitatius eſt, quam *pecunia efferre*. vide infra ad *c*. LXXXVI. n. 3.

COMMONEFACERE BENEFICII SUI. Guelf. 9. *commune beneficii ſui facere*. Primam vocem in *commone* reſtituendo, dabis, quod Lucretius cum ſuo, *disque ſupatis*, Virgilius, *ſuper* unus *eram*, vide ad Catil. *c*. LII. num. 10. ipſe non audio.

ALIIS OSTENTARE. Acad. & Remenſ. I. *aliis oſtendere*.

PRO CUJUSCUMQUE INGENIO. MSS. aliquot apud Waſſium, ex noſtris Fabriciani, Remenſes, Baſil. I. Acad. Vinarienſes, Senat. I. Uratisl. 2. Eccard. Struv. Guelf. 1. 2. 3. 4. 7. 9. 10. 12. omittunt Praepoſitionem *pro*. Gu. 3. *cujus ingenium;* Senat. I. & Struv. *cujuſque ingenium;* Acad. *cujuſcumque ingenio*. Sed cur Praepoſitionem tot Codd. omiſerint, cauſſam non video, niſi in negligentia librariorum. An fuit, *ut cu-*

Digitized by Google

tando, obteſtando, alium alio modo excitare; cum interim Metellus, ignarus hoſtium, monte degrediens cum exercitu conſpicitur. primo dubius, quidnam inſolita facies oſtenderet, (nam inter virgulata equi Numidaeque conſederant, neque plane occultati humilitate

cujuſque ingenium, ſub intellecto *erat*? Cat. *cap.* XIV. num. 6. *uti cujuſque ſtudium ex aetate flagrabat*. quae tamen lectio minus placeret, quam edita. Si cum MSS. *cujuſque ſtudio* praeſers, neceſſe eſt *pro* vel *ex* intelligas, quae in aliis conſtructionibus haud raro omittuntur. Gruterus & Waſſius vulgatae ſubſcribunt.

POLLICENDO, MINITANDO, OBTESTANDO. Incert. I. & manu ſecunda Guelf. 12. *pollicitando*. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *invitando*, pro *minitando*. Acad. Franc. Incert. I. Guelf. 3. Uratiſl. I. & 3. *oſtentando*. Eccard. *obſtentando*. infra Vinar. I. *eccitare*.

MONTE DEGREDIENS. Guelf. 3. *disgrediens*. Fabriciani, Baſil. & Vinar. primi, Senatorii, Heuſſ. Franc. Guelf. I. 2. 4. 9. 10. 11. *digrediens*. & ita variant *cap.* L. n. I. *neque colle digredi animadvertit*. *degredi* venerandus Codex Taciti IV. Ann. *cap.* XLIX. & III. Hiſt. *cap.* LXVII. ubi notatur ex alto *deſcenſus*. aliter infra *cap.* XCIV. n. 2. adde Sigon. ad Liv. V. *cap.* XLVI. Gronov. ad Melam. II. *cap.* V. *Atax ex Pirenaeo monte* degreſſus, uti contra MSS. vir ille doctus ſcripſit; qui injuſte reprehendit Voſſium, quod *digredi & degredi*; item *deductus & diductus* pro iiſdem habuit. Origine certe unum ſunt idemque, ſicut alibi demonſtravimus, vide ſupra ad *cap.* I. n. 4. ſed uſus aliquod diſcrimen invexit, quod hoc loco neglexiſſemus, periculo librorum; niſi vetuſtiſsimi cum Grutero & vulgata ſcriptura facerent. Florus III. *cap.* XVI. *ab arce* degreſſus. cum nota Cl. Duckeri. Tres noſtri *egrediens*; Fabr. I. & Franc. *montem*.

CUM EXERCITU CONSPICATUR. Sic Gruterus ex ſola Donati ad Terent. Eunuch. A. II. Sc. III. citatione. MSS. Rivii, Gruteri, Waſſii, noſtri omnes omnino *conſpicitur*, aut, ut unus Guelf. 12. a prima manu, *monte digrediens exercitum conſpicit*, & Senat. I. *proſpicitur*. Valde ſe torquet Glareanus, mire etiam reliqui peccant, qui *conſpicatur* propterea malunt, quod Metellus Jugurtham conſpexerit, & de eo ſermo ſit. Non revocant ſibi in mentem, haec ſaepe inverti, & Subjectum ſaepe mutari in id, quod magiſtri Objectum vocant. Recte ergo *Metellus conſpicitur*, qui non poterat Jugurtham *conſpicere*, ut non ſimul ab iſto *conſpiceretur*. Sic Caeſar II. Gall. *cap.* XIX. *Caeſar, equitatu praemiſſo, ſubſequebatur omnibus copiis: ſed ratio ordoque agminis aliter ſe habebat, ac Belgae ad Nervios detulerant*: nam *quod* hoſtis adpropinquabat, *conſuetudine ſua Caeſar* VI. *legiones expeditas ducebat*. ubi eodem errore, quo Noſtri interpretes, captus Gabr. Faernus malebat, *hoſti*, eo, ſcilicet, quod Caeſar, non hoſtis, in motu fuerit. Peccavit ergo & Seneca II. Nat. Qu. *cap.* XLIV. ubi de fulmine: *quaedam frangi debere*, *quaedam elidi et diſtringi*, *quaedam* admoveri. pro *quibuſdam admoveri*. ubi tamen doctiſſimus Gronovius extraxit ſcrupulum, oſtenditque perſaepe ea dici admoveri, quibus immotis proprie alii, vel alia admoventur. Cui ſimile illud Corn. Severi in Aetna *v.* 226. *Capitique adtollere coelum*, pro *caput coelo*. Treb. Pollio Claud. *cap.* XVII. *nihil* me *gravius* accepit, *quam quod notoria tua intimaſti*. pro ego accepi. adde notas ad Cat. *cap.* XLVII. n. 2. & I. Hiſt. Orat. Phil. n. 21. & Coelii Epiſt. VII. n. 4. Sed fere ſentio, offendiculo fuiſſe bonis viris, quod vox *Metellus* duplici modo, & objective & ſubjective, ut loquuntur, ſit intelligenda: cum tamen ſine difficultate iſta legantur infra *cap.* XCVII. n. 4. *et prinsquam* exercitus *aut* inſtrui, *aut ſarcinas* colligere *quivit*. hoc locum corrupit; cum illud, *Metellus a Jugurtha conſpicitur*, ex ſuperioribus, ubi de Jugurtha ſermo fuit, verum eſſe adpareat. Sed ſemel recto Caſu poſito, eoque ſatis definito per additum, *ignarus hoſtium*, nunc tamquam ex inſperato, prolabitur ad iſtius habitum factaque deſcribendum.

5. QUIDNAM INSOLITA FACIES OSTENDERET. Vinar. I. *quinam*. facies collis, Numidarum, equorum ceterarumque rerum, ut infra *facies negotii*, *locorum*, ſupra *facies urbis*. vide Cat. *cap.* XXXI. n. I. *oſtendit*, quodcumque aliquid *ſignificat*, vel *praebet* videndum, timendum aut ſperandum. Tacit. I. Ann. *cap.* XXVI. *niſi quod mutatus princeps* licentiam *turbarum et e civili bello* ſpem *praemiorum* oſtendebat. adde infra *cap.* LXVI. n. 2.

EQUI NUMIDAEQUE. H. e. equites pediteſque Numidiae. Sic ſaepiſsime *equi*, *virique*, ut hoc *pedites*, illud *equites* denotet. Florus II. *cap.* VII. n. 8. *Conſul a terris omnia* equis viriſque *quatiebat*. adde infra *c.* LI. n. I. Auct. VII. de B. Gall. *c.* XXXVI. *at* Germanos equiteſque

Digitized by Google

litate arborum, & tamen incerti, quidnam eſſet: cum natura loci, tum dolo ipſi atque ſigna militaria obſcurati) dein, brevi cognitis inſidiis,

teſque *imprudentibus omnibus de improviſo advolaſſe & praelium commiſiſſe*. Hanc MSStorum lectionem temere immutavit Scaliger. intelliguntur omnino *pedites Germani*. Inde dicunt *milites equiteſque*, item *exercitum equitatumque*, vide D. Voſſium ad v. B. Gall. *c.* x. princ. Gronov. ad Liv. XXVIII. *cap.* I. Daviſium ad Caeſar. VII. Gall. *cap.* LXI. & ad II. Civ. *c.* XXXIX. *capti* homines equiteſque *producebantur*. vide etiam quos laudat Cl. Duckerus ad Flor. I. *cap.* XVIII. n. 6.

CONSEDERANT. Senat. 2. Guelf. 3. & 12. *conſiderant*; 10. *deſcenderant*. vide ſupra n. I. De verbo *exſiſtere* notat hic Cl. Waſſius quaedam ad Auct. de B. Afric. *cap.* VII. quem jam advocaverat Gronov. ad Liv. XXV. *cap.* XXI. ubi idem verbum illuſtrat. adde Eundem ad Senec. Thyeſt. *v.* 741. & Giſan. ad Lucret. pag. 341. Sed quid haec ad Salluſtium?

NEQUE PLANE OCCULTATI HUMIL. ARB. Guelf. 3. primitus *neque plane occulta*; ſicuti mox Uratisl. I. *incerta*. Guelf. 10. Academ. Struv. & Remenſ. I. *plene*, pro *plane*. ſine dubio ab ſciolo quodam, qui noverat *plane* notare *plene*, *omnino*. Confunduntur etiam ab aliis ſcribis librariis. vide Cl. Drackenborch. ad Sil. III. *v.* 532.

ET TAMEN, QUIDNAM ESSET, INCERTI. MSS. noſtri *& tamen incerti*, *quidnam eſſet*. Guelf. II. omiſit *&*; Uratisl. 2. *tamen*. INCERTI proprie poſuit pro iis, qui haud certo cognoſcuntur. proprie, inquam, & eleganter. Eſt enim a Verbum *Cerno*, Participium Paſſivum *Certus*, is, qui certo cognitus eſt. Sic proprie *amicus certus*, *certa peſtis*, *auxilium certum*, *genus certiſſimum*, quae ab antiquiſſimis pro *ſpectato*, certe *cognito* ponuntur. Ergo ut Noſter alibi *infeſtum* pro eo, qui infeſtatur; *ignarum* pro eo, qui ignoratur poſuit. vide Cat. *c.* XV. n. 4. & infra *cap.* XCIII. n. 3. ibique notata; ſic *incertum* pro eo, qui non diſtinguitur (eſt enim *cerno* ab Graecorum *κρίνω*) certe cognoſcitur, quidnam ſit. Vulgus activam tantum notionem certam habet. Sic Tacit. I. Ann. *c.* L. *iter hoſtibus* incautum. Plaut. Rud. Act. I. Sc. V. *v.* 17. *Quae in locis* neſciis *neſcia ſpe ſumus*. & ita Tacit. III. Ann. *cap.* XLII. *Florus* incertis latebris *victores fruſtratus*, *poſtremo viſis militibus*, *qui effugia inſederant*, *ſua manu cecidit*. Pro *quidnam eſſet* praeferat aliquis, *quidnam eſſent*; niſi vulgata magis incertum quid notaret, & ob id loco aptior foret. Eadem de cauſſa Neutrum poſuit *quidnam*; quomodo tamen alii etiam ſolent. Florus IV. *cap.* II. n. 79. *Caeſar eadem timens*, *poſtquam* idem *eſſe coeperat*, quod *Pompejus*. cum obſervatione Duckeri. ita nos quaedam ad ea Cic. V. epiſt. XII. n. 21. *Neque enim tu is es*, *qui* quid ſis, *neſcias*. quae vide.

IPSI ATQUE SIGNA MIL. OBSCURATI. Eccard. *obſcurata*; neque in Fabric. I. extremitas ſine ſuſpicione eſt. Defendit *obſcurati* Perizonius ad Sanct. IV. Min. *cap.* VIII. adde Cic. XVI. epiſt. V. num. I. & V. epiſt. XXI. num. 14. ubi ſimiliter remotiori Adjectivum aptatur. vide & ſupra ad *cap.* XVII. num. 2. Ceterum *ipſi* natura loci, *ſigna militaria* dolo erant obſcurati; etſi ad utroſque natura loci & dolus referri queat. vide Caeſar. VII. Gall. *cap.* XLV. & infra *cap.* LXXVIII. extr.

PAULLISPER AGMEN CONSTITUIT. Sic & noſtri Codd. & reliqui a viris doctis excuſſi, praeter Baſil. I. Uratisl. I. 2. Guelf. 3. 10. II. 12. ubi legitur *inſtituit*. Rivius in ſuo Fabriciano offendit *conſtitit*, quod placuit Grutero & Ciacconio. Reprehenſi omnes ab Gronovio ad Liv. XXVII. *cap.* XVI. eumque ſequente Cl. Waſſio. Falſum ſane fuerit Verbum *conſtitit*, injuſte tamen reprehendit Gronovius eodem nomine omnes. Ciacconium & ipſe deſero, qui nomen *agmen* primo Caſu accepit, ut eſſet *agmen ſtetit*. Rivium & Gruterum pro certiſſimo habeo *conſtitit*, pro *conſtituit* accepiſſe: quomodo Giſanius ad Lucret. pag. 321. 322. ex eo Rupertus & Colerus ad h. l. & Vechner. Hellenol. I. *cap.* VII. pag. 50. qui ſimul reprehendendi erant. Ridiculus, ut ſaepe, eſt Waſſius, ubi ait: *illud* conſtitit *merum eſt alterius vocis interpretamentum*. Contra bonus vir dicere debuerat: cum *conſiſtere* notione *τοῦ conſtituere* multo maxime ignotum fuerit Gloſſargis; et ſi ipſe pro *ſtetit* accipit, ne interpretamentum quidem eſſe poterit. *conſtituere* numquam aliud quid ſignificavit in his dictionibus, quam collocare, ſtabilem facere; quae notio omnibus haeret tironibus. Quare alterum certe exquiſitius eſt: nec tamen contra proprietatem. Nam & *Siſto* eſt, *ſtare facio*, ſi ita loqui liceat; ergo *conſiſto*; curo, ut omnes deſiſtant ab eundo, ut omnes ſtent. Laudat Gellium atque Caeſarem Giſanius. Invenio apud Caeſar. I. Civ. *cap.* XLI. *Poteſtate facta*, *Afranius* copias *educit*, *& in medio colle ſub caſtris* conſtitit. ubi propterea Jo. Daviſ. maluit *conſtituit*, ex quatuor Codd. quod *educit* Praeſentis eſſe temporis; quae infirmiſſima eſt ratiuncu-

ſidiis, paullisper agmen conſtitit. ibi commutatis ordinibus, in dex- 6
tero latere, quod proxumum hoſtis erat, triplicibus ſubſidiis aciem
inſtruxit: inter manipulos funditores & ſagittarios diſpertit: equi-
tatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites hor-
tatus, aciem, ſicuti inſtruxerat, tranvorſis principiis, in planum
deducit.

CAP.

tiuncula, & infinitis locis a nobis refutata. Similiter *conſidere* pro facio conſidere apud Plaut. Trinummo A. II. Sc. II. *v.* 19. *Haec tibi, ſi mea imperia capeſſes*, multa bona *in pectore* conſident. Haec ſatis ad defenſionem Rivii atque Gruteri, virorum omnium optime de Salluſtio meritorum. Videndum ergo erit, an recte reprehendatur Dauſquius, ubi Silii iſta tuetur XV. *v.* 636. *Deponunt abitus curam trepidique* coactas Conſiſtunt acies *& ſpes ad praelia vertunt*. ubi ex notis videas, doctos viros veluti de compacto rem gerere, & *ſiſtere* aeque ac *conſiſtere* paſſim condemnare.

6. COMMUTATIS ORDINIBUS. Quia hoſtis erat ab latere, dextrum latus in primam aciem immutabatur. Igitur Haſtati, qui recta quaſi linea & aequali cum fluvio proceſſerant, in latus vertebantur dextrum, & quaſi ea linea obliqua nunc eſſet, procedebant; ſic et principes & triarii. Hoc eſt *commutatis ordinibus*. Facilius id fuit, quod munito jam antea agmine inceſſerant, quod tale erat, ut non per legiones, ſed per ordines totus exercitus eſſet inſtructus, ita ut primo Extraordinarii & auxilia; deinde omnes omnium legionum haſtati, poſt principes; triarii denique omnes incederent. claudente agmen manu ſociorum, aut expeditis cohortibus. docet Polybius: quem egregie illuſtrat Patricius de Re Mil. Part. XIII. Sect. VI. VII. VIII. Vulgo hunc locum peſſime capiunt. vide Gronov. IV. Obſervat. Omiſſ. pag. 429. & Eumdem ad Tacit. II. Annal. *cap.* XVI. extr. Conferas etiam Schelium ad Polyb. *cap.* XII. Res & infra mox, & ex *cap.* L. n. 2. illuſtrior erit.

TRIPLICIBUS SUBSIDIIS AC. INSTRUXIT. *Triplicia ſubſidia* intelligunt *Haſtatos*, *Principes*, *Triarios*, quos & eo nomine haud raro inſigniri, etſi magis proprie *Principes* & *Triarii* tantum hoc nomen gerant, adnotat Salmaſius de re mil. *cap.* VII. Ergo prima acies fuit, quae mox *Principia* nominantur, quam ex ſolis velitibus conſtitiſſe male opinatur idem ille Vir doctiſſimus. Saepe *triplex acies* apud Caeſarem, ut Gall. *cap.* XLIX. *acieque* triplici inſtructa *ad eum locum venit*. & I. Civ. *cap.* LXXXIII. *Acies erat Afraniana* duplex — Cae*ſaris* triplex. Sed praeterquam quod illae aliter inſtructae, nihil cum his *triplicibus ſubſidiis* commune habent, & poſſes ita hanc Metelli aciem *quadruplicem* vocare.

INTER MANIPULOS. H. e. intervalla manipulorum, aut ſpatia, quae manipulum a manipulo ſeparabant. de quibus Livius VIII. *c.* VIII. & ad eum plura ſcribens Patric. d. l. Part. IV. Sect. VIII. Vinar. 2. *fundatores*; Incert. 1. Franc. Guelf. 7. 10. 11. 12. *diſpartit*. Supra meliores & plurimi *proxumum hoſtes*, cum Acad. Struv. Franc. Guelf. 3. 7. 9. 10. 11. 12. *hoſtibus* habeant. vide ſupra ad *cap.* XVIII. n. 11.

EQUITATUM OMNEM. *Equitatum* auxiliorum. ita aciei ordo jubet. *cap.* L. n. 2. & *c.* XLVI. n. 7. Gloſſa Guelf. 1. Cornua *vocantur extremitas exercitus, quod intorta ſit*. Addebantur priſca rep. Romanis legionibus ſocii, in duas partes diviſi, & ab utraque parte mediae Romanorum aciei adjecti. equites illi erant atque pedites. Utrique *Cornua*; proprie tamen *alae* equites, qui in iſtis cornibus: *cohortes* pedites adpellati. Poſtea tamen *alae* nomen & *aliorum* tam peditibus, quam equitibus communicatum. Noſter tamen diſtincte, quod vides ex *cap.* L. n. 2. adde Salmaſium de Re milit. *cap.* VII. *locat* verbum omittunt Senat. 2. & Heuſſ. pro eo Remenſ. 1. *collocat*; Academ. *circumlocat*.

PAUCA PRO TEMPORE M. HORTATUS. Vinar. 1. *pauca pro tempore locutus mil. hortatus*. Fabric. 2. neglexerat *pauca*. Nimirum *hortari pauca*, non ſatis viſum ex uſu. At Cat. *c.* XXVII. n. 3. multa *de ignavia eorum* queſtus. ibi vide plura. Unde factum, ut Tacitus II. Ann. dixerit: hortantibus *quibuſdam* inediam *& lenem* exitum. *pro tempore*. i. e. ut tempus permittebat. Livius XXX. *cap.* XVI. *bis raptim* pro tempore *inſtructis*. Dictys I. *cap.* IV. *Dein* pro tempore *regem breviter conſolatus*; *poſitis etiam ex diviſione, quae in tali negotio* tempus patiebatur, *navem adſcendere facit*. Id. II. *c.* III. *ac* pro tempore *cohortati ſuos, tamquam reſtauratis viribus acrius hoſtes incurrunt*. vide ad Cat. *cap.* XXX. n. 5.

TRANSVORSIS PRINCIPIIS. H. e. ut nihilominus principia aut prima frons aciei, quae ad-

CAP. L.

LIV.

1 SEd ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvortit, veritus ex anni tempore & inopia aquae, ne ſiti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus & parte equitum praemiſit ad flumen, uti locum caſtris antecaperet: exiſtumans, hoſtis crebro impetu & transvorſis praeliis iter ſuum remoraturos, &

verſus Jugurtham inſtructa erat, tranſverſa incederet latuſque ad Jugurtham haberet verſum. Addendum hoc erat, ne quis lector intelligeret, Metellum ſtatim e monte in hoſtem duxiſſe, cum ille ſua via proceſſerit. Sunt interpretes, qui de obliquo gradu fabulantur mira. ſed incaſſum. Neque Salmaſius recte de *principiis*, quae ut & anteſignanos *velites* facit, eamque rem iterum iterumque iterat. Meliora longe eruditiſſimus Schelius ad Hygin. notis pag. 1052. ſeqq. Haec *principia*, quae fuerint, ex *cap.* XLVI. n. 7. apertum eſt. cum enim ſiniſtrae alae equites, qui in hac ordinatione & in hoc agmine principes facti ſunt, antea in ſiniſtro latere fuerint, & in expeditarum cohortium locum nunc ſucceſſerint, conſequens eſt, ut reliquos ordines, ita & has *expeditas cohortes* in dextrum latus progreſſas, & in prima adeo acie fuiſſe. delectae autem erant non ex ſociis, quod voluit Patricius; ſed ex legionibus etiam, quod recte Schelius adſtruxit. Salmaſius autem ubicumque nomen *expediti* audit, de velitibus & levi armatura cogitat: quod quam ſit importunum, vel ex Catil. *cap.* LVII. num. 4. conſtare poterit.

CAP. L. 1. NEQUE COLLE DEGREDI ANIM. Sic Gruterus. At Fabriciani, Vinarienſes, Acad. Senat. 1. Incerti, Struv. Eccard. Guelf. 2. 9. 10. 11. *digredi*. vide ſupra *cap.* LXIX. n. 4. Vinar. 1. omiſit *colle*. & pro *quietos*, Franc. Guelf. 3. & 11. exhibent *equites*. male. Vinar. 2. *advertit*. fuit ergo primitus *animum advortit*.

EX ANNI TEMPORE. Fabriciani, & a manu ſecunda Guelf. 3. *ex anni temperie*. ab Gloſſa. intelligit *aeſtatem*, ut infra VI. Fragm. Hiſt. *hiemem* in illis: *Sed ubi* tempore anni *mare claſſibus patefactum eſt*. Corn. Severi Aetna *v.* 237. Tempora *cur variant* anni. Livius III. *cap.* VIII. princ. *Inde paullatim, ſeu pace Deum impetrata, ſeu graviore* tempore anni *jam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere*. Symmachus 1. Epiſt. VII. *Nunc properato opus eſt, ut dum* anni tempus *calet, Autumni bona raptim fruamur*.

NE SITI CONFICERETUR. Commeliniano abfuit particula *ne*. forte offendit ille exemplari, quod eſt in Vinar. 2. *ſiti ne conficeretur*. Guelf. 2. *confiteretur*, lapſu proclivi. alterum pro ſuperare, debilitare, & ſimilibus notionibus frequens. vide ad Cic. IX. epiſt. XX. n. 3.

RUTILIUM LEGATUM. *P. Rutilium Rufum* putant, qui Conſul fuit cum Cn. Manlio A. V. 648. vir innocentiſsimus, exſilio tamen ob cauſſam iniquam mulctatus. Laudat eum paſſim Seneca & Cicero. Vide Freinshem. ad Flor. III. *cap.* XVII. n. 3. quibus adde Minuc. Felic. *cap.* V. cum nota Cellarii.

CUM EXPEDITIS COHORT. & PARTE EQU. Uratisl. 1. *a parte equitum*. Guelf. 9. *cum expeditis ex parte equitum*, omiſſo vocabulo *cohortibus*. male. *Expeditae cohortes*, quae ſunt ſine impedimentis, ſaepe etiam leviter tantum armati. Livius XXXI. *cap.* XXIV. Cum expeditis quinque *millibus* peditum *& trecentis* equitibus *extemplo profectus, curſu prope Chalcidem contendit*. adde infra *cap.* LVI. num. 3. & *cap.* LXVIII. num. 2. *legionem & equites Numidas expeditos* memorat. Plancus Cic. X. epiſt. XV. n. 7. *Antonium praemiſſum cum* equitibus *&* cohortibus —— *ipſe maximis itineribus cum quatuor legionibus* expeditis *et reliquo* equitatu *ſubſequar*.

HOSTES CREBRO IMPETU ET TRANSVORSIS PR. Baſil. 1. *hoſtis*, antiquo modo & vero. Guelf. 7. & 11. *extimans*. *&* non eſt in Eccard. *tranvorſa praelia* vocat, quae erant Romanis ab latere. vide *cap.* XLIX. num. 1. mox iterum Eccard. & Guelf. 11. omittunt *&*. ubi probo. bene enim habet principium, ſine illa copula: *quoniam armis*, &c. quid ſit *diffidere armis*, cognoſcas ex Catil. *cap.* XXXI. num. 3.

LASSITUDINEM & SITIM M. TENTATUROS. H. e. tentaturos, ut laſsitudine & ſiti deficeret exercitus. Frequens ea ratione dictio *tentare fortu-*

& quoniam armis diffiderent, laſſitudinem & ſitim militum tentatu- 2
ros. Dein ipſe pro re atque loco, ſicuti monte deſcenderat, paulla-
tim procedere: Marium poſt principia habere: ipſe cum ſiniſtrae alae
equitibus eſſe, qui in agmine principes facti erant. At Jugurtha, 3
ubi extremum agmen Metelli primos ſuos praetergreſſum videt,
praeſidio quaſi duum millium peditum montem occupabat, qua Me-
tellus deſcenderat: ne forte cedentibus advorſariis receptui, ac poſt
munimento foret. dein, repente ſigno dato, hoſtis invadit. Nu- 4
midae alii poſtremos caedere; pars a ſiniſtra ac dextera tentare;
inſen-

fortunam. vide c.VII. nu.1. c.XLVI. nu.6. *inſidiis* locum *tentare*. c.XVIII. nu.7. *tentare agros*. Vellej. II. c. LXXI. *ne* tentata *quidem hoſtis* miſericordia. Florus III. c.V. *male* tentatus *veneno* ſpiritus. Noſter infra c.XC. num.1. *frumenti inopia* tentabatur.

2. DEIN IPSE PRO RE ATQUE LOCO, cet. *Ipſe* abeſt Guelf.1. mox Guelf.II. *de monte*; Eccard. *deſcenderant*; Guelf.9. *diſceſſerat*. Acad. ſ. m. *paullatim deſcenderat*, *procedere*. contra ſenſum auctoris.

POST PRINCIPIA HABERE. Ut qui curaret primam aciem. de *principiis* his c. XLIX. extr. Guelf.4. *habebat*.

QUI IN AGMINE PRINCIPES F. E. Guelf. 9. *princeps*. ut ſaepe aberrarunt librarii. Waſſius ad haec: *Principes* i.e. vicem obtinentes principum, reſpectu hoſtium principes erant. Egregie iterum fallitur. Legerat modo Marium poſt principia fuiſſe; quid ergo Metellus ibi? immo ſiniſtra ala revera NB. *in agmine* principes nunc erant, poſtquam Ordines immutati; & reſpectu hoſtium principia erant prima acies. vide c. XLIX. extr.

3. EXTREMUM AGMEN METELLI. Acad. *extremo*. *Extremum agmen* nunc erat cornu dextrum, ſeu praeciſe equites alae dextrae.

PRIMOS SUOS PRAETERGRESSUM VIDET. *Primi* Jugurthae erant, quos primum praetergrediebantur Romani, h. e. quos Jugurtha in colle proxime montem collocaverat. vide cap. XLIX. nu.1. Ceterum Fabriciani, Baſil. 1. Senat.1. Vinar.1. Acad. Uratiſl.2. Guelf. 1. & 3. a prima omnes, ab ſecunda etiam Guelf.4. habent *praetergreſſos*, quod Gruterus in optimis ſuis & plurimis etiam invenit. Eſſet extremum *agmen praetergreſſos* videt, ut *multitudo exſequerentur*, *utraque manus ſe incluſerant*, *plebs agitabant*; *familia*, *quorum*; *civitas*, *quos*; *Senatus decrevere*, & ſexcenta alia. vide notas ſupra ad c. XIV. num.6. c.XXVIII. n. 2. & alibi. Sed cum apertum ſit, quod locus corruptioni librariorum fuerit obnoxius, qui ſaepe proximo Nomini Adjectiva aptant; nihil quidquam mutandum exiſtimavi.

PRAESIDIO QUASI MM. PEDITUM M. OCC. *Peditum* omiſit Fabric. 2. & in Guelf. 10. nimis quam locum mutat. Et ſive pedites, ſive equites fuerint, haud requiritur id vocabulum: vide autem, an ex c. LI. nu.3. aliquis litterator infauſto ſucceſſu huc adſcripſerit. *Praeſidio occupare*, ut Curt. III. c.IV. nu.4. *Sed longe utilius fuit*, *anguſtias aditus*, *qui Ciliciam aperit*, *valido* occupare praeſidio, *jugumque opportune itineri imminens obtinere*. Auct. B. Afric. c.LXXIX. *Locaque idonea opportunaque complura* praeſidiis occupare. *Quaſi*, ut Graecorum ὡς, frequenter numeris additur, pro *fere*, *circiter*. Sedulius, preſſe D. Lucae c.III. comm.23. ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα exprimens, II. v. 141. *Sex* quaſi *luſtra gerens placidam Jordanis ad undam Venit*. Sueton. Calig. c.LVIII. *hora* quaſi *ſeptima*.

QUA METELLUS DESCEND. Guelf. 10. *quo*; & ſic a prima manu 4. Soloeciſmum timuere. Vide quae notamus ſupra ad c.XXXVIII. num.6. locum *hoſtibus introeundi dedit*, eaque *Numidae cuncti irrupere*.

RECEPTUI, AC POST MUNIMENTO FORET. Guelf.II. haud agnoſcit τὸ *poſt*. idemque *monimento* ſcribit, Uratiſl.1. *monumento*. Eleganter Senat.2. & Heuſſian. cum Arondeliano: *ac* pro *munimento foret*. Repudiarunt propter *receptui*, & eumdem Caſum praetulerunt: ignari Salluſtium & optimum quemque hanc varietatem adamare, quorum exempla prolata ſunt ad Cat. c.XXV. nu.2. adde Eod. c. LIII. nu.2. & LX. n.2. Supra c. XXXI. nu. 13. pro munimento *habent*. adde ibid. num.23.

HOSTES INVADIT. Guelf.4. *invaſit*; II. *invadunt*. Praeterea MSS. tredecim ita diſtinguunt: *Dein repente*, *ſigno dato*, *hoſtes invadit*.

4. PARS A SINISTRA AC DEXTRA TENTARE. Baſil.1. a prima manu, Fabric.1. & Franc. *a dextra ac ſiniſtra*, cum vulgi ſermone, contra quem ubivis auctores primae Claſſis. Exempla dedimus ſupra *cap.*XXI. num. 3. Praepoſitionem *a* expun-

 gunt

inſenſi adeſſe atque inſtare: omnibus locis Romanorum ordines conturbare; quorum etiam qui firmioribus animis obvii hoſtibus fuerant, ludificati incerto praelio, ipſi modo eminus ſauciabantur, neque contra feriundi, aut manum conſerendi copia erat. antea jam docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum turba inſequi coeperat, non confertim, neque in unum ſeſe recipiebant, ſed

gunt Guelf.9. & Vinar.1. deinde Guelf. 11. *in ſiniſtra*. Adi, ſi lubet, notam ad Cat. *c.* LIX num. 2.

Infensi adesse atque instare. Franc. Incert. 1. Guelf. 4. 11. & 12. *inſenſi adeſſe, inſtare, atque omnibus* cet. ab ingenio ſciolorum, quibus *adeſſe atque inſtare* ita odioſum, ut alibi *multa atque praeclara* & ſimilia. At *adeſſe* aptum rei & nomini *inſenſi*. Livius XXV. *c.* XXXIV. *deinde adſidue dies noctesque infeſtus* aderat. habent hoc etiam loco Remenſes & Guelf. 11. *infeſti*. Florus III. *c.* V. Aderat, inſtabat, *ſaevitia quaſi virtute utebatur*. ubi Freinshemius contulit Senec. Epiſt. LIII. *Domina eſt*, adeſt & *jubet*, adde Cat. *c.* LII. n. 18. *ſi paullulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces* aderunt. infra Guelf. 3. primitus, *R. ordines tentare*. ſed emendatrix manus repoſuit vulgatum. Lege Auct. de B. Afric. *c.* LXX.

Quorum etiam qui firmioribus animis. Guelf. 4. *corum etiam*, qui idem n. 4. *caſi* ſcripſerat, pro *quaſi*. Eccard. *firmioribus annis*; Uratisl. 2. *armis*; Struv. & Franc. *animi*. forte *firmiores animi*, ut alibi *dubius*, *incertus animi*. Sed nihil muto. Vinar. 1. *obvii hoſtibus fuere*, quomodo a manu ſecunda, ſed antiqua, Fabric. 1. Meo animo neutrum placet, neutrum Salluſtii eſt, neque *fuere*, neque *fuerant*.

Ludificati incerto praelio. Franc. *incepto praelio*. peſſime. *incertum* vocat non ſtabile, & varium. Simile prorſus praelii genus deſcripſit Caeſar V. Gall. *c.* XV. XVI. *Ludificari* de tali praelio Tacit. III. Ann. *c.* XXI. *Sed Tacfarinas perculſis Numidis & obſidia aſpernantibus ſpargit bellum; ubi inſtaretur, cedens, ac rurſum in terga remeans, & dum ea ratio barbaro fuit, irritum feſſumque Romanum impune* ludificabatur. Sic & de navibus ictum roſtrorum eludentibus Florus II. *cap.* II. *Longe illis nauticae artes, detergere remos &* ludificari *fuga roſtra*. Sic fere ſupra *c.* XXXIV. num. 2. *ludibrio habere*.

Ipsi modo sauciabantur. Gruterus cum in Commeliniano non deprehendiſſet ea *ipſi modo*, parum abfuit, quin eum comprobaret. Bene eſt, quod nihil mutavit. nam & Pronomen & particula *modo* aptum eſt, ad notandum Romanos ſolummodo, non hoſtes ſauciatos eſſe, & utrumque alios eleganter excludit. Supra *c.* XI. num. 8. *ea* modo *animo habere, quibus Hiempſal per dolum caperetur*. Cat. *c.* XXXIX. extr. *cujuſque modi genus hominum, quod* modo *bello uſui foret*. Struv. Vinar. 1. & Uratisl. 2. *ſauciebantur*.

Aut conserendi manum copia erat. Struv. *conferendi manum*. vide *c.* XLIX. num. 2. Franc. *copia fuit*. Academ. expungit Verbum Subſtantivum.

5. Ante jam do. ab Jug. equites. Uratisl. 1. *antequam docti*. Guelf. 9. *docti Jugurtha equites*, ſine Praepoſitione, pro *Jugurthae*. ſed alterum convenientius. Guelf. 11. *milites*, pro *equites*. perpetua iſta quidem confuſione.

Ubicumque Rom. turma ins. coeperat. Remenſes, Struv. Franc. Guelf. 3. & 7. *ubi*, pro *ubicumque*. Fabric. 1. a prima manu: *ubicumque Romanos inſ. coeperant*; 2. *u. Romanorum populum i. coeperant*; Guelf. 1. & 3. *u. R. turmas inſ. coeperant*; 10. *u. R. turbam i. coeperant*. contra ſententiam. intelligit enim ubicumque Romanorum turma equeſtris Jugurthae equites inſequi coeperat; & id nu. 6. dicit *perſequi*. Guelf. 7. *turba*. Forte fuerat: *ubic. Rom. turba inſ. coeperant*. vide nu. 3. de *turma*, vide ad *c.* XXXVIII. num. 6.

Non confertim, neque in unum. Struv. Incert. 2. Eccard. Uratisl. 2. Franc. Guelf. 4. 9. 11. 12. *non confertim in unum*, ſine copula disjungendi. Perperam: cum aliud ſit longe *confertim* ſeſe recipere, ubi multi ſimul conjuncti, ut in turma, manipulo ſeſe recipiunt: aliud *in unum* locum ſeſe recipere, cum diſperſi etiam primum in unum tandem locum convenire queant, quem perſequentes petere poſſent. Sed corrumpentes propter proxima, *alius alio quam m. divorſi* Conjunctionem abjecerunt. Vinar. 2. *conſertim*. Caeſar. V. Gall. *cap.* XVI. *Accedebat huc, ut numquam* conferti, *ſed rari magniſque intervallis praeliarentur*. *ſeſe* omittit Eccard. quod in Guelf. 9. locum mutat.

Alius alio, quam max. divorsi. Guelf. 11. *ſed unus ab alio quam max. diverſi*. male. Caeſar

ſed alius alio quam maxume divorſi. Ita numero priores ſi ab perſequendo hoſtis deterrere nequiverant, disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant: ſin opportunior fugae collis, quam campi fuerant; ea vero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere: noſtros aſperitas & inſolentia loci retinebat. 6

CAP. LI.

CEterum facies totius negotii varia, incerta, foeda atque miſerabilis: diſperſi a ſuis pars cedere, alii inſequi; neque ſigna, neque ordi- LV. 1

Caeſar II. Gall. *cap.* XXII. *cum* diverſae *legiones* aliae alia *in parte hoſtibus reſiſterent*. ſic legit P. Ciacconius. ſed vulgata habet, *cum diverſis locis legiones*. Noſter infra *c.*CI. num. 2. *quia* divorſi *redeuntes*, alius ab alia *parte, atque omnes idem ſignificabant*. Guelf.9. & Acad. *aliis alio*. pro *alis* forte. de quo ad Cat. *c.* LX. num.5.

6. ITA NUMERO PRIORES. Vinar.1. a manu ſecunda, *numero pauciores*; Incert. 2. *numero plures*. Ceteri recte *priores*, h. e. plures nempe Romanos. *prior*, qui antecellit, ut apud Thucydidem οἱ πρῶτοι χρήμασι καὶ γένει. Noſter ſupra *c.* X. num.7. *qui* aetate *&* ſapientia prior *es*.

SI A PERSEQUENDO HOSTIS DETERRERE NEQU. Guelf.9. *in perſequendo*; Baſil.1. Fabric.1. Uratisl.1. Guelf.1. & 2. *ab perſequendo*, h. e. ſi fuga ſua Romanos deterrere nequiverant a perſequendo.

DISJECTOS AB TERGO A. LAT. CIRCUMVENIEBANT. Senat. 2. & Heuſſ. *abs tergo*. *disjectos* intelligit ab acie ſua, ut mox *c.*LI. n.1. *diſperſi a ſuis*. ſimul etiam ex ordine ſuo egreſſos, turma diſſipata, ad perſequendum diverſos illos Numidas. quomodo C. Nepos Attic. *c.*VIII. *disjectus globus*. Lucret. I. *v.* 651. *Acrior ardor enim conductis partibus eſſet: Languidior porro* disjectis *diſque ſupatis*. Caeſar II. Civ. *cap.*XLI. *Numidae integri celeritate impetum noſtrorum effugiebant, rurſuſque ad ordines ſuos ſe recipientes circumibant, & ab acie excludebant*. Id. V. Gall. *c.* XXXV. *rurſus cum in eum locum, unde erant egreſſi, reverti coeperant, & ab iis, qui ceſſerant, & ab iis, qui proximi ſteterant, circumveniebantur*. adde de B. Afric. *c.*XV. *Circumvenire* Noſtro eſt occidere, ferire, ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. vide Cat. *c.* XXXI. nu.9. Denique lege Thucydidis III. *c.*XCVII. ſimilis pugnae deſcriptionem, quam egregie aemulatur Criſpus.

SIN OPP. F. COLLIS, QUAM CAMPI FUERANT. Sic edd. at MSS. Gruteri, Fabriciani, Remenſ. 2. Baſil. 1. Vinar. 2. Incerti, Acad. Senat. 1. Struv. Uratisl. 3. Guelf. 1. 2. 3. 7. 10. 12. *fuerat*, quod tuetur Perizonius ad Sanct. IV. *c.* VIII. ita Livius XXXI. *c.* XXIV. porta ea, *velut in ore urbis poſita major aliquanto patentior*que, *quam* ceterae, eſt. Et dubito quidem in conſenſu codicum. Nihilo minus veram eſſe editam lectionem, exiſtimo: tum quod ea abhorreat ab ingenio librariorum, tum quod non ab Salluſtio, apud quem magna vis eſt propinquitatis. Ita certe Catilin. *c.* XXV. num. 3. *Sed ei cariora ſemper* omnia, *quam decus atque pudicitia* fuit. ubi vide. infra *cap.* LXXXV. num. 30. *Hae* ſunt *meae imagines*, *haec* nobilitas. Emendatum, ut in Nazariano, ſic Fabric. 1. *quam campus fuerat*. Senat. 1. *opportunior fuga*.

EA VERO CONSUETI NUMID. Sic & noſtri MSS. niſi quod Vinar.1. a manu ſecunda, Senat.2. Heuſſ. habeant *eo vero*. Fabric.2. *ejus vero*; Guelf.12. ab correctore, *tum vero*. *Ea* abunde probatum ſupra ad *c.* XVIII. num. 2. & *cap.* XXXVIII. num.6. Vinar.2. & Remenſ. 2. *ea vero loca*. Guelf.7. & 11. *vero* neglexerunt, id etiam male. vide Cat. *c.* LXI. nu.1.

NOSTROS ASP. ET INS. LOCI RETINEBAT. Uratisl. 3. *aſperitates*; Senat. 1. omiſit Copulam; Uratisl. 2. vocem *loci*. Eccard. *retinebant* ſcripſit, non male. Lege Caeſar. II. Gall. *c.*XIX. & Herodian. III. *c.* XIV. extr.

CAP. LI. 1. FACIES T. N. VARIA, INCERTA. Guelf. 1. *negotii totius*. Eccard. *varia atque incerta*, iſque mox inter *foeda* & *miſerabilis* eam particulam non habet. *Varia* facies, quae multiplex. ut ſupra *c.*XLIII. n.2. *quae in* bello vario *ac multarum rerum egenti uſui eſſe ſolent*. Cat. *c.* V. num.4. *Animus varius*. IV. Hiſtor. Epiſt. Mithrid. num.15. *varia praelia*.

DISPERSI A SUIS PARS CEDERE, ALII INSEQUI. Guelf.

ordines obſervare ; ubi quemque periculum ceperat , ibi reſiſtere ac
propulſare: arma, tela , equi, viri, hoſtes, cives permixti ; nihil
2 conſilio , neque imperio agi : fors omnia regere . Itaque multum
3 die proceſſerat , cum etiam tum eventus in incerto erat . Denique
omni-

Guelf.9. *diſperſa ;* Eccard. & Uratisl. 2. *alia inſequi* : propter nomen *pars* , quae vero ſummam inſcitiam produnt . Supra *cap.* XIV. pars *in crucem* acti. & ſic perpetuo . vide infra *cap.* LVIII. num. 2. Fabric. 2. *pars cecidere* . male .

NEQUE SIGNA , NEQUE ORDINES OBSERVARE. Quibus alioquin Romani valde intenti erant , nec ipſo incerto tali praelio ordines facile deſerebant . teſtis eſt Caeſar ll. cc. infra *c.*LXXX. n.2. *Eorum multitudinem in unum cogit , ac paullatim conſuefacit* ordines *habere* , *ſigna ſequi* , *imperium* obſervare . Juſtin.XLI. *cap.*IV. extr. *quem* diem *Parthi exinde ſollemnem* , *velut initium libertatis* obſervant .

UBI QUEMQUE PERICULUM C. I. R. A. P. Franc. *ubicumque* . Guelf. 12. *ubi quemquam* . 4. *ſtare ac pulſare* , poſterius correctum, non prius. 9. *inſtare ac propulſare* . Fuit ſine dubio, *reſtare ac propulſare* . Livius IV. *c.*LVIII. *quia ſumma vi* reſtare *nunciabantur* , *parum cogitaverunt* , *nulla virtute ſuperari humanarum virium modum* . ubi vide Gronovium, & ad VI. *c.* VII.

ARMA --- HOSTES , CIVES PERMIXTI . Baſil. I. Senatorii, Acad. Heuſſ. Remenſes, Struv. Franc. Uratisl. I. Eccard. Guelf. I. 3. 4. 7. 9. 11. 12. *hoſtes atque cives* . reliqui Fabriciani, Vinarienſes, ceteri recte cum Grutero omittunt. Sic *c.* XXXI. nu.20. *cum regna* , *provinciae* , *leges* , *jura* , *judicia* , bella, paces: *poſtremo divina & humana omnia penes paucos erant* . *c.* XLI. n.7. *penes eoſdem aerarium* , *provinciae* , *magiſtratus* , gloriae, triumphi *erant* . infra *c.*XCVII. nu.5. equites, pedites *permixti* . *c.*CI. num. 11. *ſequi* , *fugere* , *occidi* , *capi* , equi , viri *adflicti* cet. ubi totidem verba ἀσυνδέτως conjungit , & plura *c.*XXXI. nu.20. quod vidimus. adde Cat. *c.*XXXVII. n.3. Cic. IV. Cat. *c.*IX. *omnes ordines ad conſervandam remp.* mente, voluntate, ſtudio , virtute, voce *conſentiunt* . Florus I. *c.*XVIII. *cum totius viribus Epiri* , *Theſſaliae* , *Macedoniae* , *incognitiſque in id tempus elephantis* , mari , terra, viris, equis, armis, *addito inſuper ferarum terrore* , *veniebat* . Graphice ſimilem habitum depingit Noſter infra *c.*CI. & Silius VI. *v.* 6. 7. 8. Tacit. VI. Ann. *cap.* XIX.

FORS OMNIA REGERE . Haec, *agi* , *fors omnia* omiſſa ſunt in Fabric. I. *fors* pro caſu & fortuna, ut *c.*I. n.I. forte *potius* , *quam virtute* regatur. ubi vide. Caeſar VI. Gall. *c.* XVII. *Jovem imperium coeleſte tenere ; Martem bella* regere. quod paullo aliter dictum eſt . Male Guelf. 11. *gerere ; 3. gerebat* . etſi haec verba infinitis locis confundantur .

2. ITAQUE MULTUM DIEI PROCESSERAT . Gu. I. *multum dei* , forte pro *die* , quod eſt in V. C. Ciacconii . Sic infra *c.* LII. nu.3. *& jam* die *veſper erat* . ubi vide. Phraſin ipſam illuſtravimus ſupra ad *c.*XXI. num.7. *ubi* plerumque *noctis* proceſſit . Dictys II. *cap.* IV. *jamque diei plurimum* proceſſerat . Livius XXVIII. *c.* XV. *&* procedente *jam* die *vires etiam deficere Aſdrubalis exercitum coeperant* .

CUM ETIAM TUM EVENTUS IN INC. E. Struv. *tum etiam eventus* . corrupte . Horat. I. Sat. V. *v.* 20. *Jamque dies aderat* , *nil* cum *procedere lintrem Sentimus* . Curt. IV. *c.* XVI. num.2. *Jamque abundans multitudine aciem circumvehi coeperat* , cum *Parmenio equites nunciare jubet Alexandro* . n.19. *Jamque ſigna converterat* , cum *equites* , cet. num.21. cum *repente ex adverſo adparuit agmen equitum* . Spartian. Adriano *c.* III. *Praetor factus eſt Sura bis ; Serviano iterum* Coſſ. cum *ſeſtertium iterum vicies ad ludos edendos a Trajano accepit* . Noſter infra *c.* CI. nu.8. *Jamque paullum a fuga aberant* , cum *Sulla ab latere Mauris incurrit* . *c.* XXVIII. num. 4. *Jamque dies conſumtus erat* , cum *tamen barbari nihil remittere* . adde infra *cap.* LX. num. 6. Unde & Ciacconius hoc loco voluit : *Et jam multum diei proceſſerat* , *cum etiam* , cet. quod fruſtra profecto cogitavit, ne reſpiciens quidem iterationem particulae *etiam* . Vinar. I. & Fabric. 2. *cum etiam eventus tum ;* hoc *tum* omittunt Eccard. & Struv. hic etiam & Guelf. 4. a manu ſecunda , *eventus belli* . Sed Silius IX. *v.* 354. *Jamque inter varias fortuna utrimque virorum Alternata vices* , incerto *eluſerat iras* Eventu . Sic Caeſar VII. Gall. *c.* LXXX. *pugnae eventus* . pro quo *c.* LXII. *At* incerto *etiam nunc* exitu *victoriae* . Seneca V. Benef. *c.* III. *ab iis certaminibus removerunt* , *in quibus victorem facit non judex* , *non per ſe ipſe* exitus , *ſed vox cedentis & tradere jubentis* . Guelf. I. a prima manu , *in incertum erat* . Reliqui , ut edimus . vide *c.* XLVI. extr.

3. LABORE ET AESTU LANGUIDIS . Academ. *languidis* , *conſumtis* . Noſter Cat. *c.* LII. n.18. *ſi paullulum modo vos* languere *viderint* , *jam omnes feroces aderunt* . Cic. II. Cat. *c.* V. *Vino* langui-

omnibus labore & aeſtu languidis, Metellus ubi videt Numidas mi-
nus inſtare, paullatim milites in unum conducit, ordines reſtituit, &
cohortes legionarias IIII. advorſum pedites hoſtium collocat. eo-
rum magna pars ſuperioribus locis feſſa conſederat. Simul orare, 4
hortari milites, *ne deficerent*, *neu paterentur hoſtis fugientes vince-
re: neque illis caſtra eſſe*, *neque munimentum ullum*, *quo cedentes ten-
derent: in armis omnia ſita*. Sed ne Jugurtha quidem interea quietus; cir- 5
cum-

languidi, *confecti cibo*. Curt. VIII. c. XIV. n. 32. *multoque ſanguine profuſo* languidis *manibus magis elapſa*, *quam excuſſa tela mittebat*. vide ad Cat. c. LIII. n. 3.

NUMIDAS MINUS INSTARE. Duo, *nimis inſtare*, ſed falſo. Auct. B. Afric. c. XVII. *Itaque ſigno dato, cum jam hoſtes languide negligenterque tela mitterent, ſubito immittit cohortes*.

IN UNUM CONDUCIT. Vinar. 2. *in unum conſtituit*. Guelferb. 10. *in unum deducit*. Eccard. *in unum* omiſit, ne eſſet oratio ſuperflua. Sed Cat. c. XVII. n. 2. in unum *omnis* convocat. ibi dixi.

ORDINES RESTITUIT. Senat. 2. & Heuſſ. *conſtituit*. Acad. Eccard. & Guelf. 10. *inſtituit*. Recte ordines laxati & disjecti *reſtitui* dicuntur, ut Seneca II. Benef. c. XXXVIII. *Certate*, *obſecro vos*, & *fuſi quoque* reſtituite *aciem*. C. Nep. Themiſt. c. VI. *idemque muros Athenienſium* reſtituit *praecipuo periculo ſuo*. Juſtin. VI. c. IV. *qui*, reſtituto *praelio*, *non difficulter hoſtibus victoriam eripuit*.

COHORTES LEGIONARIAS IV. Decem in legione cohortes fuiſſe, alibi dictum, & comprobat Tennulius ad Frontin. I. Strateg. *cap.* VI. n. I. Schelius Diſſert. ad Polyb. c. ult. Eas manipulos tres, haſtatorum, principum, triariorum ſingulos habuiſſe, admixtis etiam ſuis velitibus, probe docuit Lipſius II. Milit. Dial. IV. Praeterea IIII. non IV. ſcribunt omnes MSS. meliores: quem modum utinam & nobis perpetuo ſequi licuiſſet. *adverſum*, aut *advorſum* iidem libri; non *adverſus*.

MAGNA PARS SUPERIORIBUS LOCIS. Guelf. 9. *maxima pars*. *Superiora* loca collis intelligit. vide c. LII. n. 3. Caeſar I. Civ. c. LXV. locis ſuperioribus *conſiſtit aciemque inſtruit*.

4. SIMUL ORARE, HORTARI MILITES. Acad. *ſimulque*. Ceterum plerique noſtri *orare & hortari*; ſed Vinar. I. Incert. I. Remenſ. 2. tresque praeterea cum Rivio & Grutero copula deſtituuntur. Mallem autem Nomen *milites* abjiceretur; ſed Codd. non juvant.

NE DEFICERENT. *Deficere*, eſt animum deſpondere & nihil facere. Caeſar II. Civ. c. XXXI. *Neque tanti timoris ſum*, *ut ipſe* deficiam. & ſic ille ſaepiſſime. Sic & *defectus* paſſim, qui uſque eo defeſſus eſt, ut nihil quidquam agat. mox Baſil. I. *hoſtis fugientes*. Fabric. 2. *fugentes*.

NEQUE I. CASTRA E. NEQUE MUN. ULLUM. Fabric. 2. *caſtrum*. alterum *neque* deficit Struviano, & Uratiſl. 2. ſcripſit *nec*. Rivius in Fabriciano ſuo, Gruterus in Nazariano repererunt, quod nos in Guelf. I. *neque illis c. e. neque illis munimentum ullum*, ut Pronomen denuo ponatur. Vim & gratiam ſingularem in eo ſentit Rivius; contra Gruterus oratoribus tribuit, quem hic non agat Criſpus. At agit oratorem quidem, Metellumque adhortantem ſiſtit. Me vero aliud eſt, quod ab hac lectione revocet: ipſe ſenſus Pronominis iterati. Iterant quippe auctores, quando in re per illud demonſtrata, magna quaedam ſpes, aut res ſita eſt, aut perſona curatius deſcribenda, atque iterum iterumque menti eſt ſubjicienda: Ut apud Ciceronem, *Sed humanus dolor* is *quidem*; apud Noſtrum, *En* illa, illa *quam ſaepe optaſtis libertas*, item, *fratre meo*, *atque* eodem *propinquo ſuo interfecto*. Terentius: *Quem neque fides*, *neque jusjurandum*, *neque* illum *miſericordia repreſſit*, Adelph. Act. III. Sc. II. ubi vide Donatum; quale tamen hic ſententia non poſcit: niſi ita interpretari velis, quod Romani, & illi quidem in terra hoſtili, nullum monumentum habebant, & Metellum fingere, hac iteratione eos ad ſui conditionisque ſuae conſiderationem voluiſſe impellere. mox pro *cedentes* in Fabricianis olim aut *accedentes*, aut *excedentes* ſcriptum fuit: nam prima Verbi ſyllaba nunc eraſa eſt. in Franciano autem haec omnia: *Neque illis caſtra -- tenderent*, omiſſa ſunt: credo, quod verebatur, ne Criſpus ſibi ipſe obloqueretur, qui de caſtris quaedam *cap.* L. num. I. At caſtra quae fere XX. millia paſſuum abſunt, *nulla* ſunt iis, qui ex pugna caſtrorum praeſidium petunt, & cum armis nequiverint vallo ac foſſa ſeſe defendere volunt. id vides ex *cap.* LII. num. 3.

5. SED, NEC JUGURTHA QUIDEM. Incert. 2. Guelf. 9. & 12. *Sed neque Jug. quidem*. Vinarienſes, Fabric. 2. Incert. I. Rem. 2. Senat. 2. Heuſſ. Uratiſl. I. & 2. Guelf. I. & 3. *Sed ne Jugurtha qui-*

cumire, hortari, renovare praelium, & ipſe cum dilectis tentare omnia: ſubvenire ſuis, hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.

CAP. LII.

LIV.
1 EO modo inter ſe duo imperatores ſummi viri, certabant: ipſi pa-
2 res, ceterum opibus diſparibus. Nam Metello virtus militum
erat, locus advorſus: Jugurthae alia omnia, praeter milites, op-
3 portuna. Denique Romani, ubi intellegunt, neque ſibi perfugium
eſſe, neque ab hoſte copiam pugnandi fieri; & jam die veſper erat; advorſo

quidem, atque ſic ſcribendum. Confunduntur iſta in libris etiam vetuſtiſſimis. vide Pierium ad I. Georg. *v.* 126. & 390. Ducker. ad Flor. II. *c.* V. n. 3. Et hic quidem videtur ſententia *nec* tueri; re autem inſpecta non tuetur. Et quid hoc eſſet, *Sed et ne quidem Jugurtha?* Malis forſitan *Sed* nec *Jugurtha interea quietus erat*. nam *nec* eſt *ne quidem*, aut *etiam non*. vide ſupra *c.* XXXI. n. 3. Verbum *erat* non legitur in Vinar. 2. Franc. Uratiſl. 2.

CIRCUIRE, HORTARI. Baſil. I. Acad. Struv. Franc. & Guelf. 4. *circumire*. notatum ſupra *c.* XLV. n. 2. Lactant. de mort. perſec. *cap.* XLVII. *Maximinus aciem* circumire, *ac milites Licinianos nunc precibus ſollicitare, nunc donis.*

RENOVARE PRAELIUM. Incert. 2. *revocare*. Eadem confuſio ſupra *cap.* XXXVI. n. I. *renovato bello*. Caeſar I. Gall. *cap.* XXV. *id conſpicati Helvetii, qui in montem ſeſe receperant, rurſus inſtare &* praelium redintegrare *coeperunt*. Juſtin. XXXVIII. *c.* II. n. 2. *Cum quo Mithridates* praelium renovat, *victumque Cappadociae regno expellit*. Curt. IX. *c.* VIII. n. 19. renovato *ergo praelio*. Mox Fabriciani, *cum electis*. Senat. 2. Guelf. 9. & Uratiſl. 2. *cum dilectis*, ut *c.* XLIX. n. I.

HOSTIBUS DUBIIS INST. QUOS FIRMOS COGN. Baſil. I. & Fabric. I. *dubius inſtare*. Corrupte. *dubii* hoſtes opponuntur *firmis*, ſuntque qui non poſſunt reſiſtere, aut inclinant in fugam: ut alibi ſaepiſſime *dubius*, pro eo, qui in deteriorem partem inclinat. vide ſupra *c.* XIV. n. 5. Eleganter Seneca VI. Nat. Qu. *c.* I. *Nam & Herculanenſis pars oppidi ruit*, dubieque *ſtant etiam, quae relicta ſunt*. Caeſar VII. Gall. *Cohortes, quas minime* firmas *ad dimicandum eſſe exiſtimabat*. Plancus Cic. X. ep. IX. num. 5. *Copias adduco & genere, & numero, & fidelitate* firmiſſima. Frontin. II. Strateg. *c.* III. n. 22. *Legiones ſecundum virtutem cujusque* firmiſſimas *in cornibus & in medio collocavit*. Noſter ſupra *c.* L. num. 4. *quorum etiam qui* firmioribus *animis hoſtibus obvii fuerant*. adi ad *c.* XXVIII. n. 5. Male Academ. *detinere*, pro *retinere*.

CAP. LII. I. EO M. INTER SE DUO IMP. Hic eſt ordo in MSS. omnibus, quem recentiores edd. turbarunt. Guelf. I. *duo imperatores ſummi*, omiſſo illo *viri*. 12. *viri certabant ſummi*. Remenſ. I. *ſumma vi certabant*. Supra *c.* XXII. n. 2. *virtute, non malitia, P. Scipioni*, ſummo viro, *placuiſſe*. Fabriciani, pro *certabant*, habent *pugnabant*.

2. METELLO VIRTUS MILITUM ERAT. Struv. *virtus hominum erat*. Guelf. 12. Verbum Subſtantivum inter lineas exhibet: quod tamen, credo, huic loco neceſſarium eſt.

3. UBI INTELLEGUNT, NEQUE SIBI PERFUG. ESSE. *Intellegunt* ſcriptum eſt in Senat. I. Gu. I. & 2. ut & Eccard. *perfugium* habent ii, qui ſunt ex prima claſſe, reliqui, novem numero, *profugium*, quam varietatem videas etiam Cat. *c.* LIV. n. 3.

ET JAM DIE VESPER ERAT. Sic Gruteriana, ejuſque traduces. reliquae fere *diei veſper*. Sed reperit Rivius in duobus MSS. *die;* idque exſtat in Franc. & Remenſi 2. ſi excerptis fidem habeo. Certe in Senat. I. & Guelf. I. his oculis video *die* ſancte exaratum. idem confirmat ſcriptura Fabric. 2. *& jam veſper erat deficiente die*. Adprobat hanc ſcripturam C. Caeſar, qui in libris de Analogia ſemper *hujus die*, *hujus ſpecie* ſcribendum eſſe docuit. Et Gellius teſtatur, ſeſe in venerandae vetuſtatis libro Salluſtii *die* patrio caſu legiſſe, etſi non hoc, ſed alio loco, nempe infra *c.* XCVII. n. 3. vide eum IX. Noct. Att. *c.* XIV. In ore omnium eſt Virgilius I. Georg. *v.* 208. *Libra* die *ſomnique pares ubi fecerit horas*. ubi vide Ser-

advorſo colle, ſicuti praeceptum fuerat, evadunt. Amiſſo loco, 4
Numidae fuſi fugatique, pauci interiere; pleroſque velocitas &
regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Interea Bomilcar, quem ele- 5
phantis & parti copiarum pedeſtrium praefectum ab Jugurtha ſupra
dixi-

Servium ac Pierium, qui uterque hunc inclinatum Salluſtio placuiſſe etiam in voce *acie*, pro *aciei* adnotant. Plautus Pſeud. A. IV. Sc. VII. *v.* 59. *nam propero: vides Jam* die *multum eſſe*. Sic *fide* ſupra ad *c.* XVI. num. 3. & *c.* XXI. n. 2. *& quia* die *extremum erat*. adde Gebhard. II. Crepund. *c.* VII. Torrent. ad Horat. III. Od. VII. *v.* 4. Sic vero *die veſper*, ut alibi *anni tempus; vultus corporis.* infra *c.* CVI. n. 2. *poſt*, *ubi caſtra locata &* die *veſper erat*. Dictys III. *c.* XX. *Poſtquam certandi praemiorumque finis factus*, *& jam* diei veſper *erat*. Gellius II. *c.* XXI. *Nox fuit*, *& clemens mare*, *&* anni aeſtas. Terent. Heaut. A. I. Sc. I. *v.* 116. *ſed*, *ut* diei tempus *eſt*, *Monere me oportet hunc vicinum Phaniam.* & ſic Sc. II. extr. Auſon. Epitaph. XXXII. *Omnia quae longo* vitae *cupiuntur in* aevo. Minuc. Fel. *c.* XXXVIII. *quid nobis invidemus*, *ſi veritas divinitatis noſtri* temporis aetate *maturuit.* ubi tamen commode *temporis aeſtate* conjicit Jac. Gronovius. Fabric. I. *& jam veſper erat diei*. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *aderat*, pro *erat*.

ADVORSO COLLE, S. P. F. EVADUNT. Eccard. *adverſus colles;* Vinar. I. & Guelf. 7. *invadunt*. *Advorſo colle* idem eſt, ac *in adverſum collem.* Non quidem, ut *colle* ſit antiquus Dativus: quod cenſuit Schultingius ad Senec. Controv. Sed quod ii, qui *evadunt*, h. e. procedunt & ad certum locum eſcendunt ita quidem, ut *collis* illis *adverſus* ſit, non poſſunt in alium locum, quam in collem, pervenire. Sic forte Livius XXVII. *c.* XXV. Secundis collibus, *via nuda ac facili decurrentes*. Noſter adamavit hanc abſolutam ſtructuram, etiam ubi Verba aderant, quae alium Caſum expoſcerent. Catilin. *cap.* IX. extr. *&*, accepta injuria, ignoſcere, *quam* perſequi *malebant*. Eod. *c.* XI. n. 4. *Sulla*, bonis initiis, *malos eventus habuit*. adde IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 15. & infra *c.* LXIII. n. I. Supra *c.* XIX. n. 3. *ad Catabathmon*, ſecundo mari, *prima Cyrene eſt*. *c.* XLIX. num. I. *in eo colle*, *quem*, transvorſo itinere, *porrectum docuimus*. *Adverſum* autem eſt, quod oppoſitum, & ſeſe *ad* me incedentem *vertit*. Adpoſite Ovid. I. Amor. eleg. IX. *Ibit* in adverſos montes *duplicataque nimbo Flumina.* & ſic exquiſite Caeſar eo vocabulo utitur. vide Ciaccon. ad II. Gall. *c.* VIII. & II. Civ. *cap.* XV. Poſtremo *evadere* ſignificantius, quam *invadere*, illudque vadendo atque eundo ſuperare, & adeo ad certum terminum pervenire notat: quamvis ſemidocti, quae eſt noſtrae aetatis, noſtraeque terrae imperitia, *evadere* fere nihil, quam *effugere* notare exiſtiment. Livius XXVI. *cap.* XLV. *Cum ſummus quisque* evadere *non poſſet*, & paucis interjectis: *Neptunum jubebat ducem itineris ſequi*, *ac medio ſtagno* evadere *ad moenia*. Virgilius II. Aen. *v.* 458. Evado *ad ſummi faſtigia culminis.* Silius VIII. *v.* 155. *Tecta peto celſosque gradus* evadere *nitor;* quod expreſſum eſt ex Virg. IV. Aen. *v.* 685. adde ſupra *c.* XIV. n. 9. Quinctil. Inſtit. Or. Prooem. p. 10. *altius tamen ibunt*, *qui ad ſumma nitentur*, *quam qui praeſumta deſperatione* quo *velint* evadendi, *protinus circa ima ſubſtiterint*. Jam non ad ſumma tantum, ſed etiam ad aequalia, immo & ad inferiora refertur ea Praepoſitio. Seneca de morte Claud. *c.* XII. *quem Mercurius item feſtinare juſſit*, *& virga morantem impulit*. *Dicto citius Narciſſus* evolat, *omnia proclivia ſunt*, *facile deſcenditur*. Fabriciani & Baſil. I. *ſicuti praeceptum erat*.

4. PLEROSQUE VELOCITAS E. R. H. IGNARA. Baſil. Vinar. Remenſ. primi, Guelf. 3. *pluresque;* Guelf. II. *plerisque*. Vox *hoſtibus* non viſitur in Fabric. 2. neque multum deſideratur; deſideratur tamen. Vinar. I. *hoſtibus ignota*, id quidem ex Gloſſa. Supra *c.* XVIII. *Mare magnum & ignara lingua commercia prohibebant*. ubi vide.

TUTATA SUNT. Sic & noſtri vetuſtiores. At Remenſ. 2. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 4. & 12. *tuta ſunt*. infra *c.* LXXIV. extr. *Numidas in omnibus praeliis magis pedes*, *quam arma* tutata *ſunt*. ubi tamen in MSS. eadem varietas. Alibi *tutari*, *tutandos* dixit, quod neſcio, an omnino *tuta* damnet. male vero Guelf. 9. *mutata;* male etiam 7. *tutatae ſunt*, ut Cat. *c.* LI. n. 12. *fama atque fortuna* pares *ſunt*. Sed ſupra *cap.* XXXVIII. n. 8. Nox *atque* praeda *caſtrorum* remorata *ſunt*. ubi vide.

5. PRAEFECTUM AB JUGURTHA SUPRA DIXIMUS. Pro vocibus duabus poſtremis Fabriciani, *praediximus;* Guelf. 3. *retulimus*. Vinar. I. *ſupra docuimus*. infra Guelf. 10. *progreſſus eſt*. Incert. 2. *praetergreſſus*, ſine Verbo Subſtantivo.

SUOS IN AEQUUM LOCUM DEDUCIT. Guelf.

 12. *vi-*

dimus, ubi eum Rutilius praetergreſſus eſt, paullatim ſuos in æ-
quum locum deducit : ac, dum legatus ad flumen, quo praemiſ-
ſus erat, feſtinans pergit, quietus, uti res poſtulabat, aciem ex-
6 ornat : neque remittit, quid ubique hoſtis ageret, explorare. Poſt-
quam Rutilium conſediſſe jam, & animo vacuum accepit, ſimulque
ex Jugurthae praelio clamorem augeri; veritus, ne legatus, cogni-
ta re, laborantibus ſuis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti
mili-

12. *viros in aequum*, &c. Uratisl. 3. *in aequum deducit*, omiſſo nomine *locum*. Mirum, quod Waſſius de *aequo loco* dubitare potuerit, ut exponat vel planum, vel hoſti aeque ac ſibi faventem. Certe *planum* intelligit, campos nempe, cum antea per collem iter feciſſet, aut conſediſſet, ne ab Metelli exercitu, aut Rutilio conſpiceretur. vide *c.* XLIX. n. I. Caeſar III. Civ. *c.* LXXIII. locum aequum *ad dimicandum dediſſe*; ibi aliqua ſpecie dubitari poterat. Noſter Catil. *c.* LIX. n. I. *atque inſtructos ordines* in locum aequum *deducit*. Tac. I. Annal. *c.* LXVIII. *Non hic ſilvas, nec paludes, ſed aequis locis aequos deos*. infra Eccard. *quod praemiſſus erat*.

FESTINANS PERGIT. Vinar. I. & Guelf. 10. *peregit*. Vinar. I. *veluti res poſtulabat*.

ACIEM EXORNAT. I. inſtruit. ut Cat. *cap.* XXXVI. n. I. *dum vicinitatem, antea ſollicitatam, armis* exornat. ubi vide.

QUID UBIQUE HOSTIS AGERET, EXPLORARE. Guelf. 4. *hoſtis quid ageret ubique*. 7. *quid ubi hoſtis a.* Male. *quid ageret. & ubi id ageret* proprie deberet exponi, h. e. quid utrobique & quibus quidque locis ageret. Plura dicta ſunt ad Cat. *cap.* XXVII. n. I. *praeterea alium alio, quem ubique opportunum credebat*. & Eod. ad *c.* XLVII. n. I. *Volturcius interrogatus*, quid, aut qua de cauſſa *conſilii habuiſſet*. addo infra *c.* LIV. n. 2. *Jugurtha* ubi *gentium*, aut quid *agitaret exploratum miſit*.

6. POSTQUAM R. CONS. JAM ET AN. VACUUM ACCEPIT. *Jam* omittunt Remenſ. 2. & Academicus. mutat locum in Eccard. *conſediſſe, & jam in animo v. a.* Forte, quia poſt Verbum paullo inſolentius ponitur Particula. at Catil. *c.* LII. num. 25. *Vos* cunctamini etiam nunc, *quid intra moenia adprehenſis hoſtibus faciatis*. Animo *vacuus* dicitur, qui eſt ſecurus & nihil magnopere animo propoſitum habens. infra III. Hiſt. *M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuusque curis, niſi inſtantibus*. Ovid. II. *v.* 557. *Atque utinam revoces animum paullisper ab ira Et* vacuo *jubeas hinc tibi pauca legi*. Terent. Phorm. Act. II. Sc. I. *v.* 25. *venire unctum atque lautum a balneis*, Otioſum ab animo; *cum ille cura & ſumtu abſumitur*. Praeterea Eccard. Guelf. II. Remenſ. 2. & tres alii *accipit*, non *accepit*. Cat. *c.* XLV. n. 3. Poſtquam *ad id loci legati cum Volturcio veniunt*. Eod. *c.* XXVIII. n. 2. *Curius* ubi intellegit, *quantum periculi conſuli impendeat*. *cap.* LVII. n. 5. *Catilina* poſtquam videt *montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum*. *c.* XL. n. 3. Poſtquam *illos videt* queri. Supra *c.* VII. n. I. *ubi videt*. *c.* XIV. n. II. ubi *me iisdem dolis* nequit *capere*. *c.* XV. n. 5. *poſtquam videt*. & ſic *c.* XX. num. I. & *c.* XXXVIII. num. 4. *Quae* poſtquam *ex ſententia* inſtruit. h. *cap.* n. 3. *ubi intellegunt*. & ſic locis longe plurimis. Sic & Dictys IV. princ. *Sed* poſtquam *Trojanis palam* eſt. *cap.* VI. poſtquam *requies* eſt. & Terent. Hecyr. A. I. Sc. II. *Pamphilus* poſtquam videt *paratas nuptias*. Hic, quo minus *accipit* reſcripſerim, remoratum eſt illud, quod infra bene quidem penes Verbum *augeri* exauditur *accipit*; priore autem loco melius eſt *accepit*. & diverſum quidem primo loco ponere ſolet ab eo, quod eſt ſecundo exaudiendum; non contra. Attamen ſimile quid notabis Catilin. *cap.* XIX. num. 4. in Verbo *dicunt*. Quare ſi *accipit* hic adriſerit, non multum nitar contra.

SIMULQUE EX I. PR. CLAM. AUGERI. Intellige *accepit*, vel *accipit*, quod male immittit Struvianus. Guelf. 4. *ſimulque comperi ex Jug.* &c. infra *c.* LVI. n. I. *ubi ſe dolis fatigari* videt, *neque ab hoſte copiam pugnandi* fieri. adde ſupra ad *c.* XXX. n. 4. Academ. *Jugurthae praelio*, ſine Praepoſitione.

LABORANTIBUS SUIS AUXILIO FORET. Guelf. 4. *fore*. Eccard. omittit *ſuis*; Fabric. 2. *laborantibus*. Ceteri integram ſervant vulgatam. *Laborantes* dicuntur, qui in magno periculo verſantur, unde ſemet aegre expediunt. Catil. *c.* LX. *Interea Catilina cum expeditis in prima acie verſari, laborantibus ſuccurrere*. ubi quaedam adſcripſi.

ARTE STATUERAT. Guelferb. 4. *per artes ſtatuere*; Struvian. *per artes ſtatuerat*. miſerabilis Gloſſa, cujus auctor putavit *arte*, eſſe ab Nomine *ars*, cum ſit Adverbium, quod vulgo

militum arte ſtatuerat, quo hoſtium itineri obſiceret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii caſtra procedit.

CAP. LIII.

LVII.

ROmani ex improviſo pulveris vim magnam animadvortunt ; 1
nam proſpectum ager arbuſtis conſitus prohibebat. Et primo
rati humum aridam vento agitari : poſt ubi aequabilem manere ,
&, ſicuti acies movebatur, magis magiſque adpropinquare vident ,
cognita re, properantes arma capiunt, ac pro caſtris, ſicuti impera-
batur , conſiſtunt . Deinde , ubi propius ventum , utrimque 2
ma-

vulgo *arcte* ſcribunt. Noſter perpetuo *arte*, *artiſſume*, *artius*. Catil. *c.* LIX. n. 2. *reliqua ſigna in ſubſidio* artius *collocat*. Virg. I. Aen. *v.* 297. *dirae ferro & compagibus* artis *Claudentur belli portae.* ubi non modo in omnibus Virgilianis vetuſtiſſimis, ſed etiam aliorum auctorum MSS. conſtanter ita ſcribi, teſtis eſt peridoneus Jo. Pierius.

LATIUS PORRIGIT, EOQUE MODO. Rem. 2. & Academ. *porrexit*, quod improbo. at eleganter Franc. *eo modo ad R. c. p.* Guelſ. 10. *ad Rutilum ;* Eccard. *ad Rutili caſtra*, & is quidem ſupra etiam *Rutilus* pro *Rutilius* ſcripſit. Gu. 7. *procedunt ; 9. pervenit.*

CAP. LIII. 1. PULVERIS V. M. ANIMADVERTUNT. *Vis magna*, pro multitudine. infra *c.* LXXV. n. 7. *tanta* vis *aquae.* & paſſim. Eccard. *animadvertit*. Fabriciani, *p. vim magnam advertunt*. Scribe, *animum advortunt*, ut alibi & infra *c.* XCIII. n. 2. Pulvis autem ſemper pro indicio habitus adventantium hoſtium, & egregie ea re utitur Seneca Epiſt. XIII. Hinc Claudian. II. Stilic. *v.* 398. *Fallax o quoties* pulvis *deludet amorem.* ubi vide N. Heinſium. Seneca Phoeniſſ. *v.* 394. *Vide, ut atra nubes* pulvere *abſcondat diem, Fumoque ſimiles campus in caelum erigat Nebulas, equeſtri fracta quas tellus pede Submittit*, cet. Caeſar. IV. Gall. *c.* XXXII. *ii, qui in ſtatione erant, Caeſari renunciarunt*, pulverem *majorem, quam conſuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter feciſſet.*

AGER ARBUSTIS CONSITUS. Guelſ. 4. *arbutis conſitus.* vide *c.* XLVIII. n. 4.

HUMUM ARIDAM VENTO AGITARI. Perbelle Guelferb. 3. omittit nomen *humum*. Sic infra *cap.* LXXIX. num. 6. *ventus* agitat *arenam*. Apulejus tamen de Mundo pagin. 62. *Vertex ille eſt, veluti dicitur, Dine, cum* torquetur humus arida *& ab imo erigitur in ſummum.*

AEQUABILEM MANERE, AC S. A. MOVEBATUR. Vinar. I. & Uratiſl. 2. *aequabile manere*, per concurſum ejusdem litterae truncati. Senat. 2. & Heuſſian. *terram aequabilem manere*. Guelf. 9. *permanere ;* Acad. *manere vident.* Omnes fere *ſicuti*. Sed Eccard. omittit *movebatur*, & mox etiam *vident :* quaſi ille legere voluiſſet: *poſt ubi aequabile manere, atque, ſicuti acies, magis magiſque adpropinquare.* pro, illud, quod animum advorterant, aequabile *manebat.* vide infra ad *c.* XCVIII. num. 2. Ipſe Criſpus, quandocumque per Particulam *ſicuti, veluti* ſimilitudinem proponit, numquam Verbum addit, ſed praeciſe, *contagio quaſi, uti tabes, ſicuti effoeta parentum, veluti grandinem, quaſi diſceſſio terrae*, vide Catil. *c.* LIII. n. 5. & ſupra *cap.* XLI. extr. Unde cognoſces, poſſe ſine detrimento ſententiae vulgatae lectioni Verbum *movebatur* demi. quamquam eodem modo infra n. 7. *ſtrepitu*, veluti *hoſtes* adventare, *alteri apud alteris formidinem facere.* ubi vide.

AC PRO CASTRIS --- CONSISTUNT. Acie nempe pro caſtris inſtructa, ut ſaepe apud Caeſarem. Et *conſiſtere* tam in acie, quam adverſus hoſtem bene dicitur. Seneca Epiſt. XXIX. *Adtolle animum, adverſus fortuita* conſiſte. vide Gronov. ad Epiſt. XIII. *pro* caſtris, ut infra *c.* LIX. n. 1. *equitatum omnem* pro caſtris *agitare jubet*. adde Cat. *c.* XVIII. n. 8. *ſicuti imperabatur* non agnoſcit Vinar. I.

2. MAGNO CLAMORE CONCURRITUR. Sic omnes edd. Sed Vinar. I. Franc. Senat. 2. & Heuſſ. atque Guelf. 3. *magno clamore concurrunt ;* quod propter ſuperius *ventum*, in vulgatam immutatum videtur : invito Salluſtio, qui eodem modo Catilin. *c.* LX. num. 2. *Poſtquam eo* ventum, *unde a ferentariis praelium committi* poſ-

3 magno clamore concurrunt. Numidae tantummodo remorati, dum
in elephantis auxilium putant; poſtquam impeditos ramis arborum,
atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique,
abjectis armis, collis, aut noctis, quae jam aderat, auxilio inte-
4 gri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui omnes, numero qua-
5 draginta, interfecti. At Romani, quamquam itinere atque opere
ca-

poſſet, maxumo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt. ubi itidem duo MSS. *concurritur.* Sed plura hujus generis adnotavimus ad Cat. *c.* LIII. n. 3. & *cap.* LI. n. 40. Guelf. 12. *magno labore concurritur. Deinde* eſt in ſcriptis noſtris omnibus.

3. TANTUMMODO REMORATI, DUM. Rem. 2. *remoratis;* ſed Guelf. 1. *remoti:* quae Verba confunduntur etiam ſupra *c.* XXXVIII. n. 8. *dum* poſt *tantummodo* pro *tamdiu* recte ponitur. Noſter Catil. *c.* XXXVI. nu. 1. *paucos dies commoratus*, dum *vicinitatem armis exornat*. Varro 1. de R. R. *c.* II. *Itaque* dum *id nobiscum una videatis, ac venit aedituus, docete nos.* Phaedrus 1. Fab. XIX. *Tempus exorans breve*, Dum *firmiores poſſet catulos ducere.* Lucan. 1. *v.* 207. *Subſedit dubius, totam* dum *colligit iram.*

IN ELEPHANTIS AUXILIUM PUTANT. Sic eſt: firmiſſimus ſemper, qui nusquam, niſi in ſemet ipſe ſpem habet, *c.* LX. n. 1. Toties fere etiam alia munimenta militi obſecerunt, quoties elephanti, qui communi ſemper periculo in aciem producti ſunt, Auct. B. Afric. *c.* XXVII. extr. Eccard. omiſit Praepoſitionem *in.* Exſiſtebat inde aliquando: *dum elephantes auxilium putant.* Cave audias! Alterum verius & Salluſtianum. immo & proprium magis, quod alibi docui. Vide quaedam ad ea Cat. *c.* XLIII. extr. *maxumum bonum* in *celeritate* putabant. Sic Eod. *c.* XIX. n. 2. *quia boni quamplures praeſidium* in *eo* putabant. Sic Primitivo uſus Valer. Max. III. *c.* VIII. ext. 9. *amicos inimicoſque juxta* ponere. Et quoties audis: *in eo hoc vel illud mihi poſitum;* etiam *repoſitum?* Sed demus, non ad proprietatem reſpiciendum eſſe in ſtructura iſta (jubet tamen Salluſtius) quoties Noſter, aliique ante Verba aeſtimandi, judicandi & cognoſcendi *eſſe* omiſit? Vide quaedam Catil. *c.* I. n. 3. adde Eod. *c.* XXVII. n. 1. & XLVI. n. 2.

POSTQUAM EOS IMPEDITOS RAM. ARB. *Eos* omittunt Guelf. 3. & 4. & probo facinus. Supra *c.* VII. n. 6. *Imperator omnis fere res aſperas per* Jugurtham *agere, in amicis habere, magis magiſque* (eum) *indies amplecti:* Pronomen abeſt ab ed. noſtra. adde *c.* XLV. n. 2. Caeſar. 1. Gall. *c.* XXVIII. *quorum per fines ierant, his uti conquirerent & reducerent*, (eos) *imperavit.* Sueton. Caeſar. *c.* 1. Corneliam *Cinnae quater conſulis filiam duxit uxorem:* ex qua *illi mox Julia nata eſt: neque ut* repudiaret, *compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit.* ubi vide Caſaubonum. Nos etiam tot locis eamdem elegantiam in Noſtro obſervamus, ut omnia enumerare pigeat.

ATQUE ITA DISJECTOS. Remenſ. 1. & Vinar. 2. deſtituuntur Particula *ita*, quam Noſter eleganter pro *ob id, per id*, quod impediti eſſent ramis arborum, adhibuit: etſi alibi eamdem vim in ſola Conjunctione *atque* obſervaverim. vide ſupra ad *c.* XXXIX. n. 5. Hic Codd. non deſerui, cum ea particula etiam ſtatum ſimul inferre poſſit, in quo circumventi ſunt. Livius XLI. *c.* VII. *Quid* ita *non potius A. Manlius Romam veniſſet;* Cic. XIII. Att. epiſt. 1. *Non dubitat, quin ego a te hoc nutu conſequi poſſim*, ita *etiam, ſi aedificaturus eſſes.*

FUGAM FACIUNT. Sic infra *c.* LVIII. n. 4. *animadvortit* fugam *ad ſe vorſum* fieri. Terent. Eunuch. A. IV. Sc. VII. *v.* 17. *Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes:* facerent fugam. Plane ut *iter facere* pervulgatum & probis auctoribus uſitatum. Unde Virgil. II. Aen. *v.* 640. *vos* agitate *fugam.* & Vopiſcus Aurelian. *c.* II. *pedibus in ſententiam* tranſitum faciens. Auct. de Or. Gent. Rom. *c.* XV. *fuſo praeſidio interfectoque Lauſo, Mezentium* fugam facere *coegerunt.*

COLLIS AUT NOCTIS Q. J. A. AUXILIO. *Auxilio*, quod proprie etiam Noſtrates eloquuntur, de omni re, quae juvat, aut opportuna eſt. Ennius: *At ego, omnipotens, te expoſco, ut hoc* conſilium *Achivis* auxilio *fuat.* Vinar. 2. & Guelf. 12. *collis ac noctis;* Franc. *atque noctis.*

4. NUMERO QUADRAGINTA INTERFECTI. Remenſ. 1. Franc. Struv. Incert. 1. & Guelf. 12. *numero triginta.* Guelf. 4. nunc etiam XXX. ſed cum veſtigio, eraſum eſſe unum X. de quo bene monuit Gruterus. In eodem 4. non viſitur *omnes.*

5. FESSI LAETIQUE ERANT. Sic recte Gruterus, habetque ex noſtris in ſuis partibus Fabri-

Digitized by Google

caſtrorum & praelio feſſi laetique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, inſtructi intentique obviam procedunt.
Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remiſſi patiebatur. 6
Ac primo, obſcura nocte, poſtquam haud procul inter ſe erant, 7
ſtrepitu, velut hoſtes adventare, alteri apud alteros formidinem ſimul,

bricianos, Baſil. 1. Academ. Senat. 1. Incertos, Franc. Uratisl. 1. & 3. Vinar. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. 9. 11. 12. id etiam poſtulat ſententia; non *laſſique*, quod Vinar. 2. Uratisl. 2. Guelf. 3. & 4. oſtentant & in Hackianis, Criſpi & quae ab his pendent edd. legitur: Remenſ. 1. *feſſi laſſi erant;* qua forma Struvian. Senat. 2. & Heuſſ. *feſſi laeti erant;* Vinar. 1. *laetique aderant;* Guelf. 10. *feſſi erant*, omiſſo illo *laetique*. *Laſſique* primum ex interpretatione τῶ *feſſi* ortum eſt, ut apud Virgilium v. Eclog. *v.* 46. & propter ſimilitudinem poſtea facile exturbavit illud *laetique*. *Feſſi* erant itinere, opere, & praelio; *laeti* perfecto opere & praelio bene pugnato, quod utrumque ſcilicet ab obviam eundo remorari poterat. Et haec eleganter copulat, ut Silius VI. *v.* 571. *Jamque ubi conſpectu redeuntia viſa propinquo Corpora*, ſollicite laeti *funduntur*. Eleganter etiam *atque* opere, *&* praelio, ut oſtenderet ipſa Oratione multitudinem & proceſſum laboris, quod in his particulis ſtudioſe obſervant. vide ſupra *cap.* XXXVII. numer. 3.

MORABATUR, INSTRUCTI INTENTIQUE. Fabric. 1. *morabantur;* Uratisl. 1. *operabatur*, Fabric. 1. *inſtructique intentique*. Guelf. 12. *viam procedunt*, omiſſo *ob;* ſed 10. *obviam* non habet. 4. *procedebant*.

6. NAM DOLUS NUMIDARUM. Bene de dolo Numidarum Auct. B. Afric. *c.* LXXIII. de Jugurtha Noſter ſupra *c.* XLVI. extr.

NIHIL LANGU. N. REMISSI PATIEBATUR. Guelf. 10. *patiebantur*. Dolus Numidarum non permittebat languorem. Sic infra *c.* LXXXVIII. *n.* 2. *nihil apud ſe* remiſſum, *neque apud illos tutum* pati. Ammianus XVI. *c.* X. *ubi vero praeliorum ardor nihil* perpeti *poterat ſegne*. de voce *languidi* vide ad *c.* LI. *n.* 3. Cic. IV. de Fin. *c.* XXVIII. *Urgent tamen, & nihil* remittunt: quomodo Noſter infra *c.* XCVIII. *n.* 2. Tacit. II. Ann. *c.* XIII. *adſultatum eſt caſtris ſine conjectu teli, poſtquam crebras pro munimentis cohortes, &* nihil remiſſum *ſenſere*. Claud. IV. Conſ. Hon. *v.* 333. *Tum vota cave ſecura remittas Incluſumve putes. multis damnoſa fuere* Gaudia. *diſperſi pereunt ſomnoque ſoluti. Saepius incautae nocuit* victoria *turbae*.

7. HAUD PROCUL INTER SE. Sic infra *c.* LV. *n.* 6. *duobus locis haud* longe inter ſe *caſtra faciebant*. ubi vide. alibi etiam *inter ſe* eſt *alteri ab alteris*. adi ſupra *c.* XLI. *n.* 2. ſupra Guelf. 7. & 12. cum aliis *obſcurata nocte*. *c.* XXI. *n.* 2. obſcuro *etiam tum lumine*. *erant* omiſit Remenſ. 1.

STREPITU, VELUTI HOSTES ADVENTARE. Sic Gruterus cum MSS. noſtris omnibus, cum vulgo indicatae etiam ſupra edd. habeant, *veluti hoſtes adventarent*. Mihi vero ab interprete iſtud Verbum videtur profectum, ut ſupra *n.* 1. *poſt ubi aequabilem manere, &*, ſicuti acies, *magis magiſque adpropinquare vident*. Confirmat egregie Tacit. III. Hiſt. *c.* X. *n.* 2. *& viſi procul ſociorum equites, vanam formidinem*, ut hoſtes, *fecere*. Nam *ſtrepitus* armorum, & incertarum etiam vocum, indicium hoſtium. de utroque eam vocem adhibet Noſter infra *c.* LX. *n.* 2. & *c.* XCVIII. *n.* 6. Silius IX. *v.* 278. *Jamque propinquabant acies, agilique virorum Diſcurſu, mixtoque ſimul calefacta per ora Cornipedum hinnitu, & multum* ſtrepitantibus *armis Errabat caecum turbata per agmina murmur*.

ALTERI APUD ALTEROS FORMID. S. ET TUMULTUM. Nazarian. & Commelin. apud Gruterum; ex noſtris Vinar. 1. & Guelf. 1. *alteri apud alterum*. Vidimus quidem exempla mutati Numeri ad Cat. *c.* XX. *n.* 8. & paſſim. Hic vero librarii *alteri* tertio Caſu accepiſſe videntur, *alteri fecerant formidinem apud alterum;* ſed parum ſcite. Supra *c.* XLII. *dum* alteri alteros *vincere quovis modo — volunt. formidinem facere*, ut I. Hiſt. Orat. Lepidi *n.* 1. *Clementia & probitas veſtra — plurimum mihi timoris* faciunt. & ibid. *n.* 10. *habendus eſt* metus, *aut* faciundus. Tacit. III. Hiſt. *c.* LXXIX. *quae gnara Vitellianis, incomperta hoſtibus* metum fecerant. infra *c.* CV. *n.* 3. *qui temere & effuſe euntes, Sullae aliiſque omnibus & numerum ampliorem vero & hoſtilem* metum efficiebant. Fabriciani omittunt, *& tumultum*. perperam. *tumultus* eſt, quando praepropere & interdum cum trepidatione aliquid agitur. Caeſar VII. Gall. *c.* LXI. *Uno fere tempore ſub lucem hoſtibus nunciatur in caſtris Romanorum praeter conſuetudinem* tumultuari, *& magnum ire agmen adverſo flumine*. *c.* XLV. *iis imperat, ut paullo* tumultuoſius *omnibus in locis pervagarentur*. vide Budaeum in Pandect. p. 139. infra *c.* LVII. *n.* 3. *infenſi intentique* ſine tumultu *manent*.

IM-

mul, & tumultum facere: & paene imprudentia admiſſum facinus mi-
8 ſerabile, ni utrimque praemiſſi equites rem exploraviſſent. Igitur,
pro metu, repente gaudium exortum, milites alius alium laeti ad-
pellant, acta edocent atque audiunt: ſua quiſque fortia facta ad coe-
lum ferre. Quippe res humanae ita ſeſe habent: in victoria vel
ignavis gloriari licet; advorſae res etiam bonos detractant.

CAP.

Imprudentia adm. facinus miserab. Uratisl. 3. *improvidentia*. quidam, ſed pauci, *admiſſum eſſet*; duo *foret*; unus *fore*. ſed recte damnant Rivius & Gruterus. Vinar. 1. *nefas miſerabile*.

Utrimque p. equites rem explorav. Fabric. 1. *utrorumque praemiſſi equites*. Guelf. 10. *praemiſſi milites*. Vinar. 2. *res exploraviſſent*. Guelf. 7. *exploraſſent*.

8. Repente gaudium exortum. Fabriciani & Guelf. 11. omittunt *repente*. at Noſter Cat. c. xxxi. n. 1. *ex ſumma laetitia atque laſcivia* repente *omnis triſtitia invaſit*. Vinar. 1. *gaudium ortum*; Rem. 1. *gaudium eſt ortum*.

Alius alium laeti appellant. Guelf. 10. *alium alios*; 9. *alii alios*. recte *alius alium*, ut Cat. c. vi. n. 2. ubi vide. *laeti* non eſt in Guelf. 9. Et Uratisl. 2. habet *laetos*. *adpellare*, pro *colloqui* habes ſupra c. xxii. n. 5.

Acta edocent, atque audiunt. Guelf. 10. *acta docent*. Sed elegantius Vinar. 2. & Uratisl. 2. *acta edocent*, *audiunt*, repudiata Copula. Bene de his militum moribus Caeſ. ii. Civ. c. xxxix. *Erant per ſe magna quae geſſerant equites -- haec tamen ab ipſis inflatius commemorabantur, ut de ſuis homines laudibus libenter praedicant*.

Sua quisque f. f. ad coelum fert. Nimis, quam ingratum hoc *ad coelum fert* accidat auribus. Senat. 1. *in coelum fert*; Struv. *ad coelum ferunt*. Vinar. 1. *ad coelum ferri*. Recte Incert. 2. & a prima manu Fabric. 1. *ferre*, quomodo MS. Putſchii, & quidam apud Gruter. *fert* certe ſegne nimis eſt, & pro eo mallem *ferunt*; niſi MSptorum *ferre* ſatis placeret. Sed propterea non debuerat *adpellare*, *edocere*, *audire*, reſcribere Gruter. contra omnes omnino Codd. cum noſſe debebat, Salluſtium hos Modos conjungere, ut ſupra c. xxiii. n. 1. *vallo atque foſſa moenia* circumdat, *turris* exſtruit, *eaſque praeſidiis* firmat: *praeterea dies nocteſque aut per vim, aut dolis* tentare. ubi citavi Cat. c. xxi. n. 4. quo loco plura. adde infra c. liv. n. 6. De phraſi *ad coelum ferre* ad Cat. c. liii. n. 1. Tacit. Agric. c. xxv. *ſaepe iiſdem caſtris pedes equeſque & nauticus miles mixti copiis & laetitia* ſua quiſque *facta*, *ſuos caſus* attollerent: *ac modo ſilvarum & montium profunda, modo tempeſtatum ac fluctuum adverſa* — militari jactantia *compararentur*.

In victoria vel ignavis gloriari l. Nam *proſpera omnes ſibi vindicant*, adverſa uni imputantur, inquit Tacit. Agric. c. xxvii. & quoniam *ſecundae res mire ſunt vitiis obtentui*, quod Noſter dixit ii. Hiſt. evenit, ut ſub obtentu proſperi eventus miles etiam ignavus laudis partem ad ſe trahere queat.

Etiam bonos detrectant. H. e. *imminuunt*, *detrahunt gloriae eorum*, *proſternunt*, ut Tacitus loquitur. Vinar. 1. & Guelf. 1. *detrectent*; 2. *detractent*; Acad. *deturpant*. Baſil. 1. Rem. 2. cum Aldo: *decretant*, & Baſil. 1. addita Gloſſa: *decolorant*, *dedecorant*. fruſtra, & errore ex ſcribendi modo orta, cum omiſſo *c*, littera *t* facillime in *c*, cui in minuſcula ſcriptura eſt ſimillima, degeneraverit. unde etiamnum in Guelf. 4. legitur, *detretant*. At Eccard. Incert. Struv. Franc. Uratisl. 3. Heuſſ. Guelf. 2. 3. 7. 11. 12. *detractant*, quod Fabric. 2. pro var. lectione, & Nazarianus a prima manu itidem agnoſcunt. ita autem, non *detrectant* in Poetarum aeque, ac Oratorum libris vetuſtiſſimis ſcribi, teſtatur Pierius ad Virg. iii. Georg. v. 57. Sic in Dialog. de Orator. c. xi. *Fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum digreſſus* detractaret *poetas, atque carminum ſtudium proſterneret*. Sic Acidalius, quem vide. adde Ducker. ad Flor. 1. c. xxii. n. 2. Livius xxxviii. c. xlix. *Caeca invidia eſt, nec quidquam aliud ſcit, quam* detrectare virtutes, *corrumpere honores ac praemia earum*. Nos plura Diſſert. ii. de Uſu Orthogr. Lat. c. iii. §. vi. & vii. ubi de permutatione litterarum vocalium *a* & *e*. Commodian. Inſtruct. xxviii. *Graſſaris, inſanis*, detractas *nunc & dei nomen*. Inſtruct. xxxi. *Uno verbo ſuo qualiter vos ille* detractat. Sic ſupra ex MSS. notavimus *diſpartiri*, pro *diſpertiri*, c. xlvi. n. 7. c. xlix. n. 7. Apulej. Apolog. p. 310. *Iſte vero nec diis rurationis ſegetis ullas, aut vitis, aut gregis primitias* impartit. Guelf. 10. *detrahant*. in ſententiam vide Interpp. ad Corn. Nep. Datam. c. v. n. 4.

CAP.

CAP. LIV.

LVIII.
METellus in iiſdem caſtris quatriduo moratus, ſaucios cum cu- 1
ra refecit, meritos in praeliis more militiae donat, univer-
ſos in concione laudat atque agit gratias; hortatur, *ad cetera, quae*
levia ſunt, parem animum gerant: pro victoria ſatis jam pugna-
tum, reliquos labores pro praeda fore. Tamen interim transfugas 2
& alios opportunos, Jugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum
paucisne eſſet, an exercitum haberet, uti ſeſe victus gereret, explora-
tum

CAP. LIV. 1. IN IISDEM CASTRIS QUATRIDUO M. *In* omittunt Franc. & Uratisl. 3. plerique *hiſdem* etiam Fabric. 1. & Baſil. 1. At Incerti, Senat. 1. Fabric. 2. & Guelf. 3. *iſdem*. Guelf. 10. *quatriduos*; 3. *aliq. diu moratus*. Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl. 3. *quaſi triduo*. Uratisl. 1. non agnoſcit vocem *caſtris*.

SAUCIOS CUM CURA REFICIT. Senat. 1. Vinar. 1. Guelf. 2. & Struv. *refecit*; Franc. Guelf. 9. & 11. *ſaucios curare fecit*. qui & ipſi *refecit*, non *reficit*, propugnant. male autem Verbum immutant. male etiam Incert. 1. Eccard. Guelf. 4. 7. *ſaucios cura reficit*: cum quaſi peculiare fuerit Salluſtio *cum cura*, adnotatum ſit ab Seneca. vide quae adtulimus ad Cat. *cap.* LI. n. 38. Curt. III. *cap.* XII. n. 13. *Alexander poſtero die* cum cura *ſepultis militibus*. Plaut. Menaechm. Act. V. Sc. IV. *v.* 7. *Magna* cum cura *ego illum curari volo*. id alii dicunt *adcurate*. Multum autem imperatores ſemper circa ſaucios ſolliciti fuerunt, ut recte curarentur, & tanta proſecuti ſunt comitate, ut etiam viſitarent, vulnera inſpicerent, ceteraque officia exhiberent. vide Caeſar. III. Civ. *cap.* LXXV. Liv. II. *cap.* XLVII. & obſervationem Boecleri ad Vellej. Pat. II. *cap.* CXIV. Hinc Cic. pro Murena *c.* XVIII. *quare gravis eſt illa oratio, me* ſaucium recreavit, *me praeda donavit, hoc duce caſtra cepimus, ſigna contulimus*, &c.

MERITOS IN PRAELIIS, M. M. DONAT. Inepte Vinar. 1. *emeritos*, aeque ac Incert. 1. *in praelio*. Moris illius perquam laudabilis donandi milites memini ſupra ad *cap.* VIII. n. 2. Livius XXVI. *cap.* XLVIII. ubi de Scipione, qui Trebellium & Digitium coronis muralibus donaverat, *tum reliquos*, addit, *prout cuique meritum virtusque erat* donavit. *ante omnes C. Laelium praefectum claſſis & omni genere* laudis *ſibimetipſi aequavit, & corona aurea ac triginta bubus* donavit.

UNIVERSOS IN CONCIONE LAUDAT. Et hujus rei l. c. auctores dedimus, quae & jam apud Graecos in uſu, adeo ut etiam caeſi in praeliis publice laudarentur, ut exempla illuſtria apud Thucydidem probant, Livius XXXVIII. Laudati *quoque pro concione omnes ſunt donatique pro merito quiſque*. & teſtatur ille ſaepiſſime. Auct. B. Afric. *cap.* LXXXVI. *poſtero die in conſpectu oppidanorum milites* collaudat, *totumque exercitum veteranum* donavit, praemia *fortiſſimo cuique ac bene merito pro ſuggeſtu tribuit*.

ATQUE AGIT GRATIAS. Vinar. 1. *atque agit grates*, quod non probarim. Atque hoc quidem, pro more, ſine Caſu ſuo ponitur, cum diverſus praecedat, nempe *univerſos*. Sic Cic. pro Cluent. *cap.* II. *unaquaque* de re *dicam, &* diluam. Livius XXXVI. *cap.* XXXI. *Si qua haberent*, de quibus *aut* recuſare, *aut in poſterum* cavere *ſibi vellent, Corinthum ad ſe venirent*. Noſter Cat. *cap.* XLVIII. n. 6. cumque *in vinculis retinendum, neque amplius poteſtatem* faciundam. Hieronym. Praefat. in Eccleſiaſt. *Cum Eccleſiaſten ſanctae Bleſillae legerem, ut* eam *ad contemtum mundi hujus* provocarem, *et omne, quod in mundo cerneret*, putaret *eſſe pro nihilo*.

AD CETERA, QUAE LEVIA SUNT. Sic omnes MSS. cum perperam edd. *ſint* exhibeant. vide infra ad *cap.* LXIII. n. 1.

PAREM ANIMUM GERANT. Senat. 1. *paratum animum gerant*. perperam. Guelf. 10. *quaerant*. valde oſcitanter. *gerere animum* Livius, Lucanus, alii. Saepe Dictys, ut 1. *cap.* IX. *eumque benigne ſalutans*, animum *bonum uti* gereret, *hortatur*. adde V. *cap.* VII. & IX.

SATIS JAM PUGNATUM. Baſil. 1. *jam pugnatum ſatis*. Fabric. 1. deficit particula *jam*. Mox Incerti, Remenſ. 1. Struv. Uratisl. 3. Guelf. 12. *rel. labores praedae fore*. Guelf. 7. *praedam fore*. Recte *pro praeda*, ille quidem expoſuit *praedam*, quomodo ſupra *cap.* XXII. n. 4.

2. UBI GENTIUM A. QUID AGITARET. Vinar. 2. Acad. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. Guelf. 11.

3 tum miſit. At ille ſeſe in loca ſaltuoſa & natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, ſed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis, quam belli cultorem.
4 Id ea gratia eveniebat, quod praeter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem ſequitur; quo cujuſque animus fert, eo diſcedunt: neque id flagitium militiae ducitur: ita ſe mores ha-

12. *ubivis gentium*. Acad. Franc. Guelf. 2. & 12. *aut quid ageret*. utrumque corrupte.

UT SESE VICTUS GERERET. Senat. 2. & Heuſſ. *an ſeſe ut victus gereret*. Guelf. 10. *vel ſeſe ut victus agereret*. quomodo ſeſe poſtquam victus eſſet gereret. vide n. 5. Sic infra: *tanta mobilitate ſeſe Numidae gerunt*. vide ad *cap.* LV. n. 1. Eccard. *victum;* Vinar. 1. *etploratum miſit*. quod ſequitur *ſeſe*, non eſt in Guelf. 10. Et 9. habet *naturae munita*.

3. IBIQUE COGEBAT EXERCITUM. Guelf. 9. & Fabric. 2. *ubique cogebat*. forte pro *ubi cogebat*, nam haec inter ſe permutantur. vide Cat. *cap.* LX. extr. & ſupra *cap.* VIII. n. 2. Guelf. 4. *quogebat exercitum*. Virg. VIII. Aen. *v.* 7. *undique* cogunt Auxilia *&* *latos vaſtant cultoribus agros*. Noſter infra *cap.* XCV. n. 1. adde ſupra *cap.* X. n. 4. Uratiſl. 2. deeſt vox *exercitum*.

SED HEBETEM INFIRMUMQUE. Guelf. 11. *ſed ebentem*. *hebes* dicitur, qui ad rem non eſt exercitatus, non promtus, nec aptus. Noſter Cat. *cap.* XII. n. 1. hebeſcere *virtus*, *paupertas probro haberi*, *innocentia pro malivolentia duci coepit*. ibi vide. Cic. II. de Div. *cap.* L. *Epicurus*, *quem* hebetem *&* rudem *dicere ſoletis*.

AGRI AC PECORIS MAGIS, Q. B. CULTOREM. Vinar. 1. *agri pecoriſque;* 2. *agri aut pecoris*. Exercitus *cultor*, ut alibi *victor*, item *animus contemtor*. vide *cap.* LVIII. n. 5. & *cap.* LXIV. n. 1. *Cultor pecoris*, ut *agri*, recte dicitur, ex proprietate Verbi *colere*, de qua ad *c.* LXXXV. n. 34.

4. ID EA GRATIA EVENIEBAT. Neglexit haec Guelf. 4. cum magno orationis incommodo. *ea gratia*, ut *ea cauſſa*. Cat. *c.* LII. n. 7. *multoſque mortalis* ea cauſſa *advorſos habeo*. Plautus Trucul. Prolog. *v.* 9. *Sed hoc agamus*, qua *huc ventum eſt* gratia. A. II. Sc. II. *v.* 33. *ex cerebro expellam*. AS. quanam gratia? ST. *quia adeo fores* &c. Sticho A. V. Sc. I. *v.* 5. *Qui nihil ocius venit tamen* hac gratia.

PRAETER REGIOS EQUITES. Hac poſitura MSS. Sed Uratiſl. 1. & Guelf. 2. *regios equitatus*; nam & hoc Nomen plurali Numero poſitum habemus ſupra *cap.* XLVI. n. 7. Guelf. 7. *regios milites*.

NEMO OMNIUM NUMIDARUM. Ab his vocibus *nemo omnium*, uſque ad eaſdem infra n. 10. librarius Guelf. 11. ſimilitudine vocabulorum fruſtratus, media omnia non ſcripſit. vide Cat. *cap.* LI. n. 33. infra *cap.* LXV. n. 2. Fabric. 2. *nemo omnium Numida;* fuit etiam aliud quid, quam *Numidarum* primitus in Fabric. 1. illud expreſſit Criſpinus ex edit. Amſtelod. & Noſter ſupra *cap.* XXX. extr. *decere exiſtumavi*, unam *ex tam multis* orationem *ejus perſcribere*. Sed contra tot Codd. non pertendo.

EX FUGA REGEM SEQUITUR. *Ex* proprie, non modo *poſt* notat, de quo ad *cap.* XXXVI. n. 3. ſed miſcet etiam de illa notione, ex *praelio profugit in provinciam*, ex *invidia in gratiam venit*, quae Noſter *cap.* XIII. n. 4. & 7. Ceterum Acad. Fabric. 2. Struv. & Guelf. 10. *ſequebatur*, quod eſt contra conſuetudinem Salluſtii, ubi mores gentium exponit. Sic infra *c.* LIX. n. 3. *Neque diutius Numidae reſiſtere* quiviſſent, *ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu* facerent. pro *feciſſent*. adde ibi notata. Uratiſl. 2. & Guelf. 12. *ſequuntur*. Quae ab his excipiunt *quo cujuſque* ---- *habent* non leguntur in Vinar. 1. niſi ab alia manu in margine ſcripta.

QUO CUI. ANIM. FERT, EO DISCEDUNT. Uratiſl. 3. *quo cujus animus fert*. Verbo *fert* deſtituitur Eccardianus, non bene. Cat. *c.* LVIII. num. 6. *Diutius in his locis eſſe*, *ſi maxume* animus ferat, *frumenti atque aliarum rerum egeſtas probibet*. ubi vide. Idem codex *ex eo diſcedunt*. Sed recte viſum Grutero, dictiunculam *eo* otiari, neque vero legitur in Incert. 2. & alibi perpetuo *qua*, *quacumque*, item *quo* ſolitarie apud Noſtrum ponitur, non reſpondente *ea*, aut *eo*. Florus III. *cap.* XI. n. 10. *Reliquiae infelicis exercitus*, quo quemque *rapuit fuga*, *in Armeniam*, *Ciliciam*, *Syriamque diſtractae*. Curt. V. *cap.* XIII. n. 18. *Barbari*, qua quemque *aut ſpes ducebat*, *aut pavor*, *diſſipabantur*. Iſta vero conſuetudo, poſt malam pugnam Regem ducemve deferendi, & quo quisque voluerit, diſcedendi, in ſacra ſcriptura tribuitur etiam Iſraelitis. Eamdem de pleriſque Aſiaticis populis tradidit Herodotus; de Illyriis Thucydides; de Parthis Herodianus; de Germanis Tacitus;

habent. Igitur Metellus ubi videt regis etiam tum animum feroϲem; bellum renovari, quod, niſi ex illius lubidine, geri poſset; praeterea iniquum certamen ſibi cum hoſtibus, minore detrimento illos, vinci, quam ſuos vincere: ſtatuit non praeliis, neque acie, ſed alio 5

Tacitus; de aliis alii, ſed aliter paullulum.

NEQUE ID FLAGITIUM MILITIAE DUCITUR. Vacat vox *militiae*, in Guelf. 3. Sic Tacitus, ubi de Germanis, II. Ann. *cap.* XIV. *ſine pudore* flagitii, *ſine cura ducum abire*, *fugere*. *militiae* ſi addas, capiendum pro *militare*, ut ſupra n. 1. *mos militiae*. *cap.* V. n. 5. *facinora rei militaris*. ubi vide. Vinar. 2. *flag. militiae apud illos ducitur*.

ITA SE MORES HABENT. I.e. ii ſunt mores, moribus ergo licitum eſt. *ſeſe habere* pro *eſſe* ſupra illuſtravimus. Cat. *cap.* II. n. 3. *aequabilius atque conſtantius* ſeſe *res humanae* haberent. Corn. Nepos Hamilc. *cap.* II. *multo aliter*, *ac ſperabat*, *rempublicam* ſe habentem *cognovit*. Terent. Adelph. A. III. Sc. IV. princ. *Omnem rem* quo pacto haberet, *enarramus ordine*.

5. ANIMUM REGIS ETIAM TUM FEROC. Sic quidem Gruterus, ſed paucis & infimis MSS. adſentientibus. Fabriciani; *etiam tum regis animum*; Franc. & Incert. 1. *etiam regis tum animum*; Vinar. 1. *etiam regis animum tum*; Academ. Senat. 1. Struv. Remenſ. 2. Guelf. 1. 2. & 3. *regis etiam tum animum*. & ſic Palat. primus & ſecundus. Praeterea Eccard. omittit *eſſe*, quod perpetuo fere poſt Verbum *videt* reticetur. infra *cap.* LXI. n. 1. *Metellus poſtquam* videt *fruſtra inceptum*.

BELLUM RENOVARI. Vide ſupra *cap.* XXXVI. num. 1.

NISI ILLIUS LUB. GERI NON POSSET. Senat. 1. Guelf. 9. & 10. *non poſſe*. Sed Vinar. 1. & Fabric. 2. a prima manu, cum Struviano: *quod n. ex i. l. geri poſſet*, omiſſa particula negandi, plane ut apud Florum in membranis vetuſtiſſimis 1. *cap.* XII. n. 8. *Adactus miles ſua ſponte jurejurando*, niſi *capta urbe*, *remeare*. ubi vulgo *non remeare*. vide ibi Freinshemium. & docuit Salmaſius *niſi* ſaepius poni, pro *non niſi*: utut contradicat Gronovius ad Liv. XXXIV. *cap.* XVI. *Tria eo die laudabilia feciſſe putatur. unum, quod circumducto exercitu, procul navibus ſuis caſtriſque, ubi ſpem*, niſi *in virtute*, haberent, *inter medios hoſtes praelium commiſit*. Sic omnes, & ipſius Gronovii editio. Recte Cl. Duckerus amplius cogitandum exiſtimat, quando Gronovius cenſet, omnibus locis, ubi *niſi*, pro *non niſi* ponitur, excidiſſe particulam *non*. Qui vero potuit excidere, cum librarii ſemper notiſſima quaeque ſcribant, & *non* potius adjeciſſent, ut hoc loco in Fabriciano 2. factum? Ergo eas dictiones per Syllepſin expones. bellum renovari, quod, *ſi* ex illius lubidine geri *non* poſſet, geri non poſſet. Et ſic Flori loco: *ſi* capta urbe *non* remearet, non remeare. Qui dubitat, ſecum vellem cogitet, *niſi* non multum abſimiliter in aliis formulis ſeparandum eſſe: & praeterea, *Non* & *Non modo*, pro *Non modo non* idoneis auctoribus uſurpatum eſſe; quod hoc loco nobis etiam concedendum &c.

INIMICUM CERTAMEN S. CUM HOSTIBUS. Veriſſime Rivius: *iniquum certamen*, quidquid dicat Gruterus. Saepiſſime iſtae voces confunduntur, quod oſtendit Burmannus ad Quinctil. Declam. VII. *cap.* IV. & Calpurn. Flacci Declam. XXIX. & alibi. Tuetur etiam *iniquum* Freinshem. ad Flor. III. *cap.* XVI. n. 1. comparatque Virgil. X. Aen. *v.* 889. *pugna congreſſus iniqua*. Accedunt MSS. Franc. Incert. 1. & Guelf. 12. qui a prima manu *iniquum*. item Guelf. 3. ubi *ininquum*; & Uratisl. 2. ubi *initum*, h. e. *inicum* legitur. & ſic Soldus, Hackianae, Criſpinus. *Iniquum* quod non aequum; ubi non emolumenta victoris, ut in aliis praeliis. Sic Cic. pro Caecina *cap.* XXIII. *iniquior defenſio*, quae accuſanti prodeſt. Aur. Victor de vir. illuſtr. *cap.* XXIII. *praedam* inique *diviſit*. Livius XXI. *cap.* 1. *& adeo varia belli fortuna anceps que Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicerunt*. Uratisl. 1. *inimi... certamen ſibi fore*, reſectis ceteris. Guelf. 10. *fore cum hoſtibus*.

MINORE DETRIMENTO ILLOS VINCI. Incert. 2. omiſit Pronomen *illos*, quem adprobo. vide ſupra *cap.* XV. n. 1.

NON PRAELIIS, NEQUE ACIE. MSS. Gruteri, ex noſtris Fabriciani, Incerti, Vinarienſes, Baſil. 1. Academ. Senat. 1. Franc. Guelf. 1. 2. 3. & 7. *in acie*, quod repudiare non decet. Sic *in tempore*, *in imperio*, *in manibus*, *in loco* apud Noſtrum. Sed editores retinuit *praeliis*, ideoque Remenſ. 1. ſcripſit: *non in praeliis neque acie*. Sed Cat. *cap.* LX. num. 2. *maxumo* clamore, cum *infeſtis ſignis concurrunt*. ubi vide. adde ſupra *cap.* L. num. 3. Noſtri omnes, *alio more*. item Fabr. 1. Baſil. 1. Acad. Uratisl. 1. Guelf. 2. & 9. *gerundum*, non *gerendum*.

6 alio more bellum gerundum. Itaque in Numidiae loca opulentiſſima
pergit, agros vaſtat, multa caſtella & oppida temere munita, aut ſi-
ne praeſidio capit incenditque, puberes interficit, alia omnia militum
praeda eſſe. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obſides,
frumentum & alia, quae uſui forent, adſatim praebita: ubicumque
res poſtulabat, praeſidium impoſitum. Quae negotia multo ma-
7 gis, quam praelium male pugnatum (ab ſuis) regem terrebant.
quip-

6. VASTAT, MULTA CASTELLA E. O. TEMERE MUNITA. Vinar. 1. & Fabric. 2. *vaſtare*. non placet, & librarios junxiſſe video *pergit vaſtare multa caſtella*. *Temere munita* dicuntur, quae *non juſtis* munitionibus cincta ſunt, ut Plautus Bacchid. *Rapidus fluvius eſt hic, non hac temere tranſiri poteſt*. quod Chariſius interpretatur, *non cito*, *non facile*, ſed perperam. Catullus Carm. LXVII. *v.* 78. *Nil mihi tam valde placeat*, *Rhamnuſia virgo*, *Quod* temere *invitis* ſuſcipiatur *heris*. Sic Juſtinus, *temere inferre*, *temere committere bellum*. Sic omne quod non eſt ex lege, non cum conſilio proviſum, non perductum ad debitum ſuum habitum *temerarium* ſcriptores dicunt.

TEMERE MUNITA, AUT SINE PRAESIDIO. H. e. ſine praeſidio relicta, exiſtentes, ut ſupra *cap.* XL. n. 1. infra *cap.* LXVII. n. 3. *poſtea milites* palantes, inermos, *quippe in tali die*, *ac* ſine imperio *adgrediuntur*. Salvianus VI. de Gub. D. Fortiſſimi *quondam Romani erant*, *nunc* ſine viribus. adde ſupra *cap.* V. n. 3. VI. Hiſt. Orat. Cottae n. 4. Cat. *cap.* LI. n. 13. Dictys IV. *cap.* XI. *re* maxima, *&* ſuper vota *omnium*, *perfecta*. Idem II. *cap.* I. *Neque* verſis *his*, *atque* in fuga *parcere*. ad quem locum Salluſtii verba produxit Perizonius. Senat. 2. & Heuſſ. *capit*, *incendit*, ſine copula.

INTERFICI JUBET; ALIA O. M. PRAEDAM ESSE. Sic Putſchius, & cum eo Gruterus recentioreſque edd. omnes, niſi quod Criſpinus *praeda eſſe*. MSS. vero ad unum omnes: *puberes interfecit*: *jubet alia omnia m. praedam eſſe*; aut, ut Eccard. & Guelf. 9. *interfecit*: *jubet alia* &c. Struv. tamen & Guelf. 2. *praeda eſſe*. Venetae: *praedae eſſe*. Magna vero ſecordia eſt, quod non viderint interpretes, illud *jubet* eſſe ab Gloſſa, & ſcribendum, ut nos nunc edidimus. *interficit* nempe expoſuerunt, *interfici jubet*, atque id vere: quare iſtud Verbum, cum ita in membranis conſtantiſſime legatur, ex uno Putſchii non erat una littera truncandum. Neque tamen *jubet* cum ſequentibus, quod librarii fecerunt, copulandum; cum *praedae* ut bona hoſtium ſint, non *juſſu*, ſed *permiſſu* opus habet. Sed ſit ſane hoc non perpetuum, & doceas licet, quod bene habeat, *jubere praedam eſſe*, Viri tamen docti, qui diſtinctionem immutarunt, omnes damnabunt. Sic *cap.* XXVI. extrem. *Jugurtha Adherbalem excruciatum* necat, *dein omnes puberes Numidas & negotiatores promiſcue* interfecit. ubi vide. Sed nihil frequentius. *Alia omnia militum praeda eſſe*, hoc eſt, *erant*. ut alibi ſaepiſsime. Atque is tranſitus adhuc veritati obfecit. Sed ſic modo *cap.* LII. n. 8. *milites alius alium laeti* adpellant, *acta* edocent, audiunt: *ſua quiſque fortia facta ad coelum* ferre. ibi locum indicavi, quo varia hujus formae congeſta ſunt. pro *alia omnia*, Uratiſl. 3. *omnia animalia*.

ET ALIA, QUAE U. F. AFFATIM PRAEBITA. Eccard. *& alia omnia*. Uratiſl. 1. *praedita ſunt*. Acad. *praebebant*.

7. QUAE NEGOTIA. Vetuſte, pro quo hodie fere *Quae* nude. Sic *cap.* VI. n. 2. Quibus rebus *Micipſa tametſi initio laetus fuerat* —— *tamen vehementer* negotio *permotus*. ubi vide. Cat. *cap.* XXIV. n. 1. *Conſules declarantur M. Tullius & C. Antonius*, quod factum *primo popularis conjurationis concuſſit*. Adjunge ſupra *cap.* XXXVI. n. 1. & infra *cap.* LXXIII. extr.

PRAELIUM MALE PUGNATUM AB SUIS. *Male pugnare* & *bene*, pro feliciter, vel infeliciter. h. e. ut ſuperior ſis, vel inferior, elegans & uſitatiſſimum. infra *cap.* LVI. n. 3. *quod oppidum poſt* malam pugnam *ab rege defecerat*. Mallem itaque & hoc loco excludere illa, *ab ſuis*. Livius III. *cap.* IV. *Hernici &* male pugnatum, *& conſulem exercitumque obſideri*, *nunciaverunt*. ubi magis neceſſarium erat addi *ab Romanis*. Sic in aliis dictionibus *male* eſt cum magno malo aut incommodo. Plin. VIII. *cap.* XVI. *videbatur &* male credi *libertas ei*, *cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas*. vide Gronov. ad Senec. de Brev. Vit. *c.* XVIII. Ovid. III. Triſt. eleg. X. *Pellibus & ſutis* arcent male *frigora braccis*. de quo Henſius ad Ovid. II. Faſt. *v.* 160. Idem I. Faſt. *v.* 559. Servata male *parte boum Jove natus abibas*. h. e. perdita. Seneca Suaſor. V. *Errat circa damna ſua*, *& quae* male expertus *eſt*, *vota deponit*. Dictiones *regem terrebant* non exſtant in

quippe cui ſpes omnis in fuga ſita, ſequi cogebatur; & qui ſua loca defen- 8
dere nequiverat, in alienis bellum gerere. Tamen ex copia, quod 9
optumum videbatur, conſilium capit: exercitum plerumque in iſ-
dem locis opperiri jubet; ipſe cum delectis equitibus Metellum ſe-
quitur, nocturnis & aviis itineribus ignoratus Romanos palantis
repente adgreditur. eorum plerique inermes cadunt, multi capiun- 10
tur: nemo omnium intactus profugit. & Numidae, priuſquam
ex caſtris ſubveniretur, ſicuti juſſi erant, in proxumos collis diſce-
dunt.

CAP.

in Vinarienſe I. eaedemque in raſura ſcriptae ſunt in Senat. I. De quo acutiores cogitent.

8. QUIPPE CUJUS SPES OMNIS. Ita meliores Gruteri & plures ex noſtris. Sed Baſil.I. Acad. Struv. Incert.I. Remenſ.I. Eccard. Guelf.3. & 7. *quippe cui*. quod cur rejiciat Gruterus cauſſam non adtulit. Rivius utrumque, quod ad ſenſum adtinet, rectum putabat: & propterea nihil mutat. Nobis *cui* paullo melius ad demonſtrationem & oppoſitionem comparatum videtur, quam *cujus*, & ob id revocavimus. Firmat Noſter *c.* LXXXV. num.4. mihi *ſpes omnes in memet ſitae*. & ſic ille alibi. *ſita* inter verſus, ſed prima manus ſcripſit in Fabric. I. Melius autem Verbum *erat*, punctis ſuppoſitis damnat Guelf.7. qui alioquin hoc Verbi ubivis inculcat. Vinar.I. *quippe cujus omnis*, omiſſo nomine *ſpes*.

QUI SUA LOCA D. N. IN ALIENIS B. GERERE. *Sua* loca ſunt ſibi opportuna, & quae vel optaverit, vel elegerit ſibi ad pugnam, ut ſupra *c.*XLVIII. nu.2. & *c.*XLIX. nu.I. *aliena* ſibi iniqua & hoſtibus opportuniora. Noſter infra *c.* LXI. num.I. *neque Jugurtham, niſi ex inſidiis, aut* ſuo loco, *pugnam facere*. Livius XLII. *cap.* XLIII. ſuo *maxime tempore, atque* alieno *hoſtibus incipere bellum poſſet*. Ovid. Heroid. Epiſt. XII. *v.*84. *Sed mihi tam faciles un*[illegible] *olque deos*. Horat. Epod. IX. *v.*2[illegible] *Ven*[illegible] *non* ſuis. Martial. X. Epigr. [illegible] *ici-li tuisque venti*[illegible] Jam [illegible] & ſimilia notiſſ[illegible] Se-nec. I. Con[illegible] erv. *c.*XVII. & [illegible] .193. Vix cred[illegible] hae-ſitare p[illegible] *quive-rant*; [illegible] prima man[illegible]

9[illegible] Academ. *qu*[illegible] *x in co-* [illegible] ne. nam [illegible] dicere non potuit; ſed librarii cum *copiam* legunt, ſemper multitudinem & abundantiam concipiunt, quam ſciunt Jugurthae non adfuiſſe. At *copia* eſt occaſio, opportunitas, ſive *id, quod ſuppetit*; nulla determinatione magni, aut parvi; multi, aut non multi. Sic infra *c.* XCVIII. nu. 3. *Tum Marius* ex copia rerum *conſilium trahit*. ubi vide plura. Reſtitui ergo verum Criſpo vocabulum.

EXERCITUM PLERUMQUE. *Plerumque* eſt Adjectivum, ut recte Ciacconius animadvertit, & ſic ſaepiſſime Noſter. Catilin. *c.*XXIII. num.6. & *c.*XXXVIII. num.2. *pleraque nobilitas*. addo infra *c.*LXXIX. nu.2. Utitur & Juvencus I. Hiſt. Evang. *v.*23. *Iſtius hic* partem *populi* pleramque *docendo ad verum convertet iter*. *iſdem locis* ſcribunt Senat.I. Fabric.2. Incert.I. Guelf.2. & 3. Ceteri *hiſdem*.

NOCTURNIS ET AVIIS ITINER. IGNORATUS. Eccard. *nocturnis aviiis itineribus*. Franc. *& aliis*. Vinar.2. *& deviis*. Recte *aviis*, ut Livius XXV. *c.*XXXII. *ne fuſo ea perculſi, alter Aſdrubal & Mago* in avios *ſaltus monteſque recipientes ſeſe, bellum extraherent*. Saepe *devius* eodem modo. vide Gronov. ad Liv. III. *c.*XIII. & Interpp. Flori II. *c.*XII. n.5. Corn. Nepos Eumene *c.*III. n.5. *Itaque hoc ejus fuit prudentiſſimum conſilium, ut* deviis itineribus *milites duceret, in quibus vera audire non poſſent*. Ceterum Senat.2. *ignoratur*; Vinar. Uratisl. Fabric. ſecundi, & Guelf.12. *ignorantes*. Vinar.I. *ignaros*. Unde eliceres *ignarus* paſſiva & propria notione, qua ſupra *c.*XVIII. num.6. & alibi. niſi & *ignoratus* probum eſſet. Tacit. III. Hiſt. *c.* LXXIV. *Turbae ſacricolarum immixtus* ignoratuſ*que—delituit*. & ibidem *c.*XXIII. *ignorati*. Senat.2. *electis equitibus*. Fabric. 2. *delectis militibus*; Acad. *dilectis*.

PALANTIS REPENTE ADGREDITUR. Guelf.3. *invadit*. *palantes* dicit diſperſos & paſſim euntes extra caſtra. vide ſupra *c.* XLIV. nu.5.

10. INTACTUS PROFUGIT. Eccard. *intantus*. *intactus* pro *integro*, ſed mitius illud. Livius

Digitized by Google

CAP. LV.

LXI.

1 INterim Romae gaudium ingens ortum, cognitis Metelli rebus: ut ſeque & exercitum more majorum gereret; in advorſo loco, victor tamen virtute fuiſſet; hoſtium agro potiretur; Jugurtham magnificum ex Auli ſecordia, ſpem ſalutis in ſolitudine,
2 aut fuga coegiſſet habere. Itaque Senatus OB EA FELICITER ACTA DIS IMMORTALIBUS SUPPLICIA DECERNERE: civitas

vius x. c.XXVII. *Hinc victor Martius lupus*, integer & intactus, *gentis nos Martiae & conditoris noſtri admonuit*. Silius x. *v.* 63. integer, *oro*, Intactuſ*que abeas*. infra c.LXVII. n.3. *unus ex omnibus Italicis profugit* intactus.

EX CASTRIS SUBVENIRETUR. Palantibus illis. Noſter ſupra, *laborantibus ſubvenire*. Sed Caeſar VII. Gall. c.LXX. *Laborantibus noſtris Caeſar Germanos* ſubmiſit. & praeciſe c.LXXXV. *laborantibus* ſubmittit. qui locus male ſollicitatur. infra pro *ſicuti juſſi erant*, Remenſ. 1. *ſicuti diverſi erant*, non ſine gratia, nec praeter uſum Latinorum. Sed plures Codd. obſtant, & eum Remenſem tantummodo in excerptis Gudianis habeo, qui interdum dormitavit. Gu. 10. *diſcedat*; Franc. *deſcendunt*.

CAP. LV. 1. UT SEQUE ET EXERCITUM M. M. GERERET. Eccard. Heuſſ. & Guelf. 10. *ut ſeque exercitum*, omiſſa copula &. Incert. 1. *ut ſe exercitumque*. Uratisl. 1. *ſe & exercitum*. Recte *ſeque &*, quod demonſtramus ſupra ad c.VI. n.3. Putſchius magno animo invadit Verbum *gereret* ex Servio ad Virg. v. Aen. *v.* 408. pro quo Franc. *regeret*; Eccard. *duceret*. ſed fruſtra in omnem partem. *gerere ſe*, *gerere exercitum* eſt colere, tractare, habere, uti ſupra c. LIV. nu. 2. infra c.LXXXV. nu. 47. me*que* vos*que in omnibus rebus juxta* geram. Alibi *gerere imperia*, *gerere remp. proſpere*, *feliciter*. vide Briſſon. II. Form. p. 206. & Noſtrum infra *cap.* c. extr.

IN ADVORSO LOCO, VICTOR TAMEN V. F. Eccard. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 3. 7. 9. 10. 12. *ut in adv. loco*. Guelf. 4. *ut quamvis in adv. l.* Uratisl. 3. *ut in adv. licet loco*. Vinar. 2. *quamquam i. a. l.* Academ. *quamvis in adv. l.* Hi ita turbant: ſed Fabric. 2. & Guelf. 11. omittunt *tamen*. Nempe non poteſt *tamen* poni, niſi *quamvis*, *licet*, *quamquam* ſit praemiſſum, quod plane falſum eſſe, ex nota ad c.XXXV. n.9. & c. XLI. nu. 6. conſtare poterit. adde Gronov. ad Liv. XXVII. c. XXV. *Philippum & Nabin* hoſtes bello ſuperatos *ab S. Quinctio*, tamen *in regno relictos*. Terent. Andr. A. I. Sc. I. *v.* 67. *Nam qui cum ingeniis conflictatur ejuſmodi, Neque commovetur animus in ea re* tamen. A. V. Sc. III. *v.* 8. *ut praeter civium morem atque legem & ſui voluntatem patris* Tamen *hanc habere ſtudeat*. Adelph. Act. I. Sc. II. *v.* 39. *Alieniore aetate, poſt faceret* tamen. Quibus locis videndus Donatus. Cic. IV. epiſt. VI. num. 3. *Cujus officia jucundiora ſaepe mihi fuerint, numquam* tamen *gratiora*. ubi Claudian. Epiſt. I. ad Hadrian. *v.* 6. adſcripſi. Sic voluit Freinshem. apud Flor. IV. c. I. num. II. *parte conjurationis oppreſſa*, tamen *ab incepto Catilina non deſtitit*. Plura Fr. Fabritius ad Cic. I. Offic. c. XLIII. ubi recte & hunc Salluſtii locum vindicat. Male Senat. 2. & Heuſſ. *virtutes feciſſet*, pro *virtute fuiſſet*.

MAGNIFICUM EX AULI SECORDIA. *Magnificus* proprie, qui eſt magno animo, ſed & res majores, quam ſunt, aeſtimat. vide Cat. c. LI. nu. 9. Cicero I. Offic. c. XXIII. *quod ex animo excelſo* magnifico*que quaerimus*. Noſter infra c. LXXXIV. num. I. *alia praeterea* magnifica *pro ſe, & illis dolentia*. Unde etiam in vitio ponitur, & de homine arrogante & jactabundo dicitur, quod docuit Pius Annotat. Poſter. c. VIII. adde ſupra c. XXXI. num. 10. Praeterea Fabriciani, Incerti & Guelf. 3. habent, *ex Albini ſecordia*, quae confuſio nominis *Auli* & *Albini* obvia fuit ſupra c. XLIII. num. I. & alibi.

SPEM SALUTIS IN SOLITUDINE cet. Guelf. 4. *ſpem ſaluti*; Guelf. 10. & Uratisl. 3. *in ſolitudinem aut fugam*. Guelf. 1. pro var. lectione *per fugam*.

2. DIIS IMM. SUPPLICIA DECERNERE. Fabric. 1. *dis immortalibus*. Uratisl. 2. *ſupplicia decrevit*. Guelf. 3. *ſupplicationes decrevere*, perperam ſubſtituto vocabulo magis vulgato; nam & *ſupplicia* pro precibus, gratulationibus & votis ad immortales deos factis, dicuntur. vide Cat. c. LII. num. 29. Eaque ſupplicia decernebantur vel bello

vitas trepida antea & ſollicita de belli eventu, laeta agere: fama de Metello praeclara eſſe. Igitur eo intentior ad victoriam niti, om- 3
nibus modis feſtinare, cavere tamen, necubi hoſti opportunus fieret: meminiſſe, poſt gloriam invidiam ſequi. Ita quo clarior erat, eo ma- 4
gis

bello aut gravi quodam malo imminente; vel re feliciter geſta. vide Abramium ad Cic. de Prov. Conſular. *cap.* XI. & Briſſon. II. Form. pag. 205. ſeqq. Dicebantur etiam *gratulationes*, *ſalutationes deorum*; item *ad gratias agendum* deos adire, & quae ſunt ſimilia. vide Livium XXX. *c.* XXI. XLV. *c.* II. Cic. II. epiſt. XV. n. I. item XV. epiſt. V. nu. 3. Herodian. VII. *c.* VI. & Caeſar. VII. B. Gall. extr.

LAETA AGERE. Uratisl. I. Senat. 2. & Heuſſ. *laetitiam agere*, & ita alii quatuor in margine pro var. lect. ſed temere immutatur *laeta*, cum & alibi *nudi*, *vagi*, *laeti agunt* ſit facile repertu. vide notas ſupra ad *c.* XVIII. nu. 9. & *c.* XIX. nu. 5. infra, *divorſi agebant*. adde, ſi placet, Dictyn V. *c.* VI. X. & XVII. Sed Guelf. I. & a prima manu 12. *laeti agere*. Fortaſſe ab Salluſtio id erit, qui ita Cat. *cap.* XVII. num. 7. *confiſum*, *ſi* conjuratio *valuiſſet*, *facile apud* illos *principem fore*. item *cap.* V. num. 8. *civitas*, *quos*. ubi vide. adde infra *cap.* LVIII. num. 2.

DE METELLO FAMA PRAECLARA ESSE. Sic edd. etiam Gruteri. At Vinar. I. Fabriciani, Incert. I. Guelf. 2. & 3. *fama de M. praeclara eſſe*. optime, & ad numeros Salluſtii. Sic & ſupra *cap.* XXXII. extr. *Talis ea tempeſtate* fama de *Caſſio*. Guelf. II. *praeclare erat*. Sed Dictys VI. *c.* VI. *De Penelopa ejuſque pudicitia* praeclara *fama*. Qui forte doceat, Verbum *eſſe* a malo ingenio male eſſe adjectum.

3. IGITUR EO INTENT. AD VICT. NITI. Gu. 3. omittit *eo*; 10. *Igitur*, quod vero facilius abjiceretur, quam *eo*. II. *victoriam tuebatur*, pro *ad victoriam niti*, quod ſeſe ſatis tuetur. & ſic ſupra *c.* IV. num. 6. *victoriam* intelligit plenam & debellandum Jugurtham, ſeu bellum patrandum. Nam ita etiam *bello vincere*, & *praelio vincere* diſtinguunt. vide hic *c.* LIV. num. I.

NECUBI HOSTI OPPORTUNUS FIERET. Pueriliter Guelf. 7. *cavere ſe tamen*, quem ſcribam Germanum lingua & natione fuiſſe, varia indicia ſunt in promtu. 12. omittit *tamen*. 10. ſcripſit *nec ubi alibi*. At Vinar. I. Fabric. 2. Struv. Uratisl. 2. Remenſ. I. & Incerti 2. *neubi*. At Remenſ. 2. & Guelf. 4. *ne alibi*. Sed iſtud *ali* paſſim abjicitur, & deficit in dictiuncula *necubi*, quae eſt conflata ex *ne* & *aliquo ubi*. veteres enim etiam Adverbiis Pronomina adjungebant; ut *quo inde*; *in qua ibi*, alia. vide Joſ. Scaliger. Conject. ad Varron. Adpend. pag. 178. Sic *Alicunde*, *Sicunde*, pro *ſi alicunde*. vide Graev. ad Sueton. Auguſt. *c.* XLIX. Ex MSS. tamen conjiceres fuiſſe olim: *ne ubi ubi hoſti opp. fieret*. Sic Livius II. *c.* II. ne ubi ubi *regum deſiderium eſſet*, *regem ſacrificulum creant*: ex emendatione Gronovii. *Necubi* multi, & cum iis Zeno Veron. Serm. XIII. *Angelus tua caſtra praecedit*: necubi *crimen excuſes*. Senat. I. *necubi hoſti opportunitas fieret*; Vinar. & Uratisl. ſecundi: *hoſtis opportunus*. male. is eſt hoſti opportunus, quem hoſtis cum commodo ſuo facile invadit. Supra *c.* XX. num. 2. *opportunus injuriae*. ubi vide. infra IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 2. *Tibi perpetua pace frui liceret*, *niſi* hoſtes opportuni *& ſceleſtiſſimi*.

MEM. POST GLORIAM INVIDIAM SEQUI. Gu. 10. *meminerat*. *invidia* autem *gloriae comes*, Corn. Nep. Chabr. *c.* III. n. 3. idem docuit Hermocrates apud Thucydid. VI. *c.* XIII. adde Noſtrum Cat. *c.* VI. num. 4.

4. ITA QUO CLARIOR, EO M. ANXIUS ERAT. Scripti omnes noſtri, aliorum plerique & optimi: *Ita quo clarior erat*, adduntque plerique, *eo magis anxius erat*, quidam tamen, ut Fabriciani, poſteriore loco omittunt. Ergo & nos ad Nomen *clarior* addimus Verbum Subſtantivum, quo poſitu videas verbum *reliquerunt* Cat. *c.* XX. n. 8. ubi vide. adde Eod. *c.* XXXIII. nu. 3. & ſupra *c.* XI. nu. 5. Cic. II. de Orat. XIX. *Jubet veriſimilem* eſſe, *& apertam & brevem*. Sed nec in reliquis primarias membranas deſerere potui. Nazarianus nempe, Commelin. & Palat. 2. item aliquot quos contulit Waſſius (ſi is quidem ſatis accurate & Codd. & Gruterianam notam tractavit) addunt vocem *animus*. Accedunt ex noſtris Academ. Senat. I. Guelf. I. & 9. habentque, ut illi, *eo magis animus anxius erat*. Sed Fabric. I. a prima manu, *eo magis animoſior*. Quid igitur? ſcripſit Salluſtius: *eo magis animi anxius*, & extremitas τῦ *animi* partim per extremitatem τῦ *anxius*; partim per imperitiam librariorum immutata eſt. Adde, quod permultis aliis locis haec conſtructio eſt corrupta in aliis libris: & eadem Salluſtio ab Grammaticis antiquis aliquoties tributa, quae loca in Fragmentis videre poteris. Denique Aruſianus Meſſus Salluſtium adduxit dicentem: *anxius* animi *& incer-*

Digitized by Google

gis animi anxius : neque poſt inſidias Jugurthae effuſo exercitu praedari : ubi frumento , aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu praeſidium agitabant : exercitus partim ipſe, reliquos Ma-
5.6 rius ducebat. Sed igni magis, quam praeda, ager vaſtabatur. Duobus locis,

incertus , nec IV. Hiſtor. librum , ubi vulgo ponitur , adſcripſit . Haec eo pertinent , ut haud difficulter credamus , tale quid hic ab Salluſtio perſcriptum : & cum proxime accedant optimi libri, non aliud fuiſſe, quam *animi anxius* . Sic Virg. IV. Aen. *v.* 529. *infelix* animi *Phoeniſſa* . Seneca V. Benef. *c.* VI. princ. *Non eſt quod* nimius animi *Macedonas* , & *Graecos* , & *Caras* , & *Perſas* , & *nationes diſtrictas ſine exercitu ſuſpiciat* . Catullus Carm. LXII. nu.4. *vagus animi*. Et pro hac elegantia mallem, ſi ita res ferret, *magis* omitti , ut illud a Communi exaudiretur , ut quaedam alia paullo inſolentiora vidimus ad *c.* XVI. extr. Sed non defenſoribus iſtis tempus eget . De Agricola Tacitus *c.* V. *nihil adpetere in jactationem, nihil ob formidinem recuſare* , *ſimulque* anxius & *intentus agere* , cum obſervatione Buchneri.

POST INSIDIAS JUGURTHAE . I. e. ab Jugurtha factas, & poſt pleraque Nomina cum Praepoſitione poſita, tale Nomen aut Participium intelligi , boni interpretes norunt. Sic & Cat. *c.* XII. num.4. *neque victis quidquam praeter* injuriae *licentiam eripiebant* . ubi vide . Eod. *c.* V. nu.6. *Hunc* poſt dominationem *L. Sullae lubido maxuma invaſerat reip. capiundae*. adde ſupra *c.* XII. num.2. Terent. Andr. A. III. Sc. II. *Signa* ad ſalutem *eſſe;* ubi Donatus *ferentia* , aut *pertinentia* ſupplendum eſſe docet . Alibi , *ſine fraude* , *ſine injuria* . Cic. III. epiſt. XIII. n. 2. *quibus ego* a tali viro *contentus eram*. Horat. I. Od. XVIII. *v.* 5. *Quis* poſt vina *gravem militiam* , *aut pauperiem crepat* . Juſtin. VIII. *c.* I. num.6. *quaſi* poſt arma & bellum , *locum legibus reliquiſſent*. ubi vide Jo. Vorſtium. *inſidias* autem vocat, quando Jugurtha repente nec opinatus Romanos palantes adgreſſus eſt , *c.* LIV. num.9.

EFFUSO EXERCITU PRAEDARI . Fabric. 2. & Guelf. 11. *fuſo exercitu*. Peſſime, etſi aliquis corrector ita dederit etiam in Fabric. 1. *Effuſi* ſunt, diſperſi, palantes, ut ſupra dixerat. infra *c.* CV. nu.3. *qui temere* & effuſe *euntes* , *c.* LXXXVII. extr. effuſos *hoſtis invadi poſſe* . Curt. IX. *c.* VIII. num.19. *barbari* effuſe *ſequentes*. Livius : *effuſa fuga* . Dictys II. *c.* XCIII. *palantes* effuſique *ruere ad portas*.

COHORTES CUM OMNI EQUITATU . Socii nempe , ſive auxilia . Franc. *praeſidium agebant* : Vinar. 1. *praeſidia agitabant* . Infra Guelf. 12. *exercitum partim* ; Eccard. *tantum partem* . Scribe, *exercitus partim ipſe* , ut ſolet Salluſtius cum ſuo Catone. infra *c.* LXXXX. nu. 13. *Quae illi audire & legere ſolent* , eorum partim *vidi* , *alia egomet geſſi* . Livius XXVI. *cap.* XLVI. partim copiarum *ad tumulum expugnandum mittit*. Sed haec cum cura Gronovius III. Obſervat. *cap.* II.

5. SED IGNI MAGIS QUAM PRAEDA A. V. Eccard. *ignis* ; Vinar. 2. & Guelf. 10. *igne* . *Igni* quod urerent urbes, urerent agros, ut eſt apud Curt. IV. *c.* XIV. num.4. Senec. Theb. *verſ.* 560. *quod armis uris infeſtis ſolum*, Segetesque *adultas ſternis* , & *totos* fugam *Edis per agros* . *nemo ſic vaſtat ſua*. *Quae* corripi igne , *quae meti gladio jubes* , *Aliena credis*. Livius XXIII. *c.* XLI. extr. *adeoque omnia ferro atque* igni *vaſtavit*, *ut antiquarum cladium Samnio memoriam renovaret* . Columella de R. R. Praefat. *Inter ferrum* & ignes, *hoſticiſque excurſionibus vaſtatae fruges* . & ſic alii permulti . *Praeda* eſt praedando, ut diximus & illuſtravimus ad Cat. *c.* XII. nu.4. Dictys V. *c.* XVII. *quae ſinguli* praeda *multorum annorum quaeſiverant* . vocem *ager* omittit Guelf. 2.

6. HAUD LONGE INTER SE. Puta *diſtantes* ; aut *diſtantibus* , nempe locis ; aut *diſtantia* , ut ad *caſtra* referas . Sed mihi prius adridet . Supra *c.* LIII. num.7. *poſtquam haud* procul inter ſe *erant* . Et ipſum *longe* , pro *longe diſtantes* , aut *ſpatio interpoſito* , quod propius ad naturam Adverbii eſt, poſuit Auct. B. Afric. *c.* XXIV. *unis caſtris factis* III. *millia paſſuum* longe *conſidunt* . h. e. ab Caeſare . Caeſar VII. Gall. *c.* XVI. *locum caſtris deligit* , *paludibus ſilviſque munitum* , *ab Avarico* longe *millia paſſuum* XV. Inde *Longus*, pro longinquo , longe diſſito. Capitolin. Gordianis *c.* X. longam *porticum petierunt* . Inde & illae dictiones *Longe illi* , *longe eſt* , *longe tibi* explanandae , de quibus vide Drackenborch. ad Silium XVII. *v.* 50. & Duckerum ad Flor. II. *c.* 10. nu.8. Gruterus dicere debuiſſet , Verbum *faciebant* ſuperfluum eſſe : qui ſemper in anguſtum cogit copiam Criſpi . Uratiſl. 1. *haud longe iter caſtra faciebant* .

7. Uni

Digitized by Google

locis, haud longe inter ſe, caſtra faciebant. ubi vi opus erat, cun- 7
cti aderant: ceterum, quo fuga atque formido latius creſcerent, di-
verſi agebant. Eo tempore Jugurtha per collis ſequi: tempus, aut lo- 8
cum pugnae quaerere: qua venturum hoſtem audierat, pabulum &
aquarum fontis, quorum penuria erat, corrumpere: modo ſe Me-
tello, interdum Mario oſtendere; poſtremos in agmine tentare, ac
ſtatim in collis regredi, rurſus aliis, poſt aliis minitari: neque
praelium facere, neque otium pati; tantummodo hoſtem ab ince-
pto retinere.

CAP. LVI.

LX.
ROmanus imperator ubi ſe dolis fatigari videt, neque ab hoſte co- 1
piam pugnandi fieri; urbem magnam, & in ea parte, qua ſi-
ta erat, arcem regni, nomine Zamam, ſtatuit obpugnare: ratus id,

7. UBI VI OPUS ERAT. Guelf. 10. *vis.* Omiſerunt hoc nomen Senat. 2. & Heuſſianus. Gu. 10. *cuncti erant*. perperam. vide Catil. *c.* LII. num. 18.

QUO FUGA ATQUE FORMIDO LAT. CRESC. Vinar. 1. *quo fuga aut form. lat. creſcerent*. Hoc *creſcerent* in tali re gravius eſt, & probandum. Supra *c.* XXXIX. n. 1. metus *atque* moeror *civitatem* invaſere. de *fuga* eo ſenſu vide Senecam n. 5. adſcriptum. Livius XXVIII. *c.* XLIV. *Illuc* terror fugaque, *populatio agrorum, defectio ſociorum, ceterae belli clades vertantur*. Idem XXVI. *multae ſtationes* pavore *atque* fuga *deſertae ſunt*. ubi plura Gronovius. *Creſcere late*, pro extendi, in latitudinem augeri; ut alibi *gliſcere*, quod idem eſt. Livius XXXIX. *c.* XVI. Creſcit & ſerpit *quotidie malum*. Minuc. Fel. *c.* IX. *Ac jam, ut fecundius nequiora proveniunt, ſerpentibus in dies perditis moribus, per univerſum orbem ſacraria iſta teterrima impiae coitionis* adoleſcunt. C. Nep. Attic. *cap.* X. *Cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem* amicitia *eorum* creverit. h. e. propagata ſit. Guelf. 9. *diverſi agebant ſe;* Eccard. omittit *diverſi*. Incert. 2. & Guelf. 11. *diverſi agitabant*, quod placuit Putſchio; non mihi. vide ſupra n. 2. alterum habes n. 4.

8. PER COLLES SEQUI. Guelf. 9. *pro.* Cat. *c.* LVI. n. 4. *Catilina* per montis *iter facere*. ubi dixi.

TEMPUS, AUT LOCUM. Nempe *opportunum*. Seneca Hippolyt. *v.* 425. *quid dubitas? dedit* Tempus locum*que caſus*. infra Franc. *quo venturum h. audierat*.

POSTREMOS IN AGMINE. Vinar. 2. & Gu. 11. *poſtremo in agmine*. male. intelligit *noviſſimum agmen*, ut Caeſar nominat 1. Gall. *c.* XV. mox Guelf. 10. omittit *in;* ſed Incert. 2. non habet *in colles*.

RURSUS ALIIS, POST ALIIS MINITARI. Vinar. 2. tantummodo: *poſt al. minitari;* Gu. 4. *rurſus aliis minitari;* Struv. *rurſus minitari*, ceteris neglectis. Eccard. *aliis poſt alios*. *poſt* Adverbium eſt, & *aliis* tertius Caſus; ſicuti ſupra *alias, deinde alias*, *c.* XXXVI. n. 2. infra Vinar. 1. *neque pati otium*. vide *c.* LIII. n. 6. Guelf. 9. *ab inceptu retinere*.

CAP. LVI. 1. R. I. UBI SE DOLIS FATIGARI V. Guelf. 4. & 10. omittunt *ſe*, vide ſupra *c.* III. n. 3. poſterior etiam *dolus*. Tacit. 1. Hiſt. *c.* XLVI. *Tum locupletiſſimus quisque miles labore ac ſaevitia* fatigari. Suſpicor etiam, illud *imperator* eſſe ab mala manu. Nam *Romanus*, *Numida* eleganter Noſter alibi praeciſe ponit. vide infra *c.* LXXXI. n. 3.

ET IN EA PARTE, QUA SITA ERAT. Eccard. *& in ea, qua ſita erat*, atque ſic Commelinianus. Sed Remenſ. 2. *& qua ſita erat*, reſectis ceteris: atque ita voluit Gruterus. vide notata ad *cap.* XVIII. n. 2. Blanditur id quidem ſpecie quadam, quae neſcio, an ſit adulterina. nam de Remenſi 2. nihil compertum habeo. Vetuſtum eſſe codicem, & qui habeat oentum aliquot annos, ſcio; ſed Gudius, qui contulit, non ſemper certa fide uſus eſt, & conjecturas pro MS. lectione haud raro obfert. Retinet etiam Noſter Cat. *c.* XXVII. n. 1. *Igitur C. Man-*

quod negotium poſcebat, Jugurtham laborantibus ſuis auxilio ven-
2 turum, ibique praelium fore. At ille, quae parabantur, a perfugis
edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: oppidanos hortatur,
moenia defendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis
3 regis, quia fallere nequibant, firmiſſumum. Praeterea pollicetur,
in tempore ſemet cum exercitu adſore. Ita compoſitis rebus, in
loca

lium Faeſulas, *atque* in eam partem *Etruriae dimiſit*. Erant autem plures jam olim Numidiae partes, etſi in poſitu & nominibus non conveniat inter auctores.

Arcem regni. *Arces* proprie vocant caſtella, quae ſunt in finibus regionis, quibus quaſi vicini hoſtes arceantur. Livius x. c. i. *Coloniam aegre patientes*, *velut* arcem *ſuis finibus impoſitam*. Idem xxxiii. c. xiv. *Eam urbem pro* arce *habiturus Philippus adverſus Graeciae civitates*. Deinde etiam munita oppida in quaque regione, quibus ager in fide retinetur, & hoſtes, ſi qui irruant, defenduntur. Sic Livius xliv. c. xxxi. *Ad Scodram inde ventum eſt*, *id quod belli caput fuerat: non eo ſolum*, *quod Gentius eam ſibi ceperat*, *velut* regni *totius* arcem, *ſed etiam quod Labeatium gentis muniſſima longe eſt & difficilis aditu*. Poſteriore ſignificatu hic capimus. de *Zama* vide Sil. Italic. iii. v. 261. Cellar. iv. c. v. p. 175. & de neceſſario hoc ſimul, ac prudenti Metelli conſilio arcem regni oppugnantis Gruter. ad Tacit. Diſc. viii. Bernegger. ad Juſtin. xxii. c. v. mutat ordinem Fabric. 2. *Zamam nomine*.

2. Quae parabantur, a. p. e. magnis it. Gu. 7. *quae praeparabantur*. 10. *a profugis*. Acad. *maximis itineribus*: de qua dictione ad Cat. c. lvii. n. 1. Guelf. 9. *Metellum anteverterit*. Supra c. iv. n. 3. *qui antea ſolebant nobilitatem* antevenire. alterum eſt apud Ciceronem, Terentium, Caeſarem, Tacitum, eadem notione.

Perfugis, quod genus ex cop. regis cet. Vinar. 2. *addit his aux. perfugas*, ut unus Rivii, niſi quod is Pronomen omittat. Struvian. *ex copiis regiis*. Rurſus Vinar. 2. *quae fallere nequibant*; Guelf. 2. *quia f. nequibant*, itaque ſcripſi, ſecutus morem perpetuum Salluſtii. vide iii. Hiſt. Or. Macri extr. Bene Noſter *fallere nequibant*. Graviſſima enim poena in transfugas apud Romanos conſtituta, iique propterea mortem potius oppetierunt, aut alia demum auſi ſunt, quam in popularium manus venirent. vide infra c. lxxvi. num. 5. & 6. c. lxii. num. 6. & 7. Exſtant omnia cruciatuum genera in transfugas edita. Manus eis praeciſae; ſecuri percuſſi; in crucem acti, aut beſtiis objecti, a Fabiis, Africanis, Paullis: nec mitiora ab Metello erant exſpectanda. vide Valer. Maxim. ii. cap. vii. num. 11. ſeqq. Sed lege omnino Sichterman. de poenis milit. cap. xi. Neceſſitas ergo & timor ſupplicii firmos fidosque faciebat; cum alioquin omnes deſertores ac proditores ſint ſubleſtae fidei: vide Camerar. i. ſubciſiv. cap. vii. Guelferb. 10. *firmiſſimus*; 11. *fortiſſimum*, quae ſupra etiam ſemel atque iterum permutata. vide de voce cap. xxviii. num. 5. Recte autem Incert. 2. omiſit Subſtantivum Verbum *erat*.

Pollicetur, in tempore ſemet c. e. adfore. *In tempore*, eſt opportune, pro *tempore opportuno*. Saepius Plautus atque Terentius, quorum quaedam loca congeſſit Tennulius ad Frontin. i. Strateg. c. i. princ. *M. Portius Cato*, *devictas ab ſe Hiſpaniae civitates*, *exiſtimabat* in tempore *rebellaturas*. & obſervavit Donatus ad A. iv. Sc. iv. ita dici, pro *tempore*, vel *tempori*. adde Cat. cap. xlviii. n. 5. ita Tacit. xiii. Ann. c. xlvii. *Pons Milvius* in eo tempore *celebris nocturnis illecebris erat*. Sed Noſter i. Hiſt. *ferocia Mithridatis* in tempore *bellaturi*. & iv. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 18. Livius xxv. c. ix. *Se* in tempore *editurum*, *quae vellet agi*. c. xxxi. extr. *quod ni tam* in tempore *ſubveniſſet*, *victoribus victisque pariter pernicioſa fames inſtabat*. Id. xxviii. c. viii. *nulli tamen ſe rei* in tempore *occurriſſe*. & mox: *&* in tempore *laborantibus ſociis latum ab ſe auxilium*. atque is eodem modo alibi paſſim. Deinde Vinarienſes & Senat. i. *ſemet ipſum*; Guelf. 10. *ſe*. At Guef. i. *pollicetur*, *in tempore cum exercitu adſore*, omiſſo Provocabulo. Atque Noſter quidem aliique penes Verba Infinitiva, maxime autem poſt Verbum *polliceor* ea abjicere ſolent. vide ſupra c. xiv. n. i. & 3.

3. Ita compositis rebus. Poſtrema vox deficit Struviano. Acad. *in loca quam m. munita*. Gu. 2. *Itaque e. v. in l. q. m. o. diſceſſit*.

Ac paullo post cognoscit. Fabriciani, Vinarienſes, Incerti, Senat. 2. Heuſſian. Gu. 2. 3. & 11. *ac poſt paullo*. infra c. cvi. num. 3. *forſitan* poſt paullo *morbo interiturae vitae parceres*. ubi vide plura.

Fru-

loca quam maxume occulta diſcedit, ac poſt paullo cognoſcit, Ma-
rium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam miſ-
ſum: quod oppidum primum omnium poſt malam pugnam ab rege
defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, & jam egredi- 4
entibus Romanis in porta pugnam facit: ſimul magna voce Siccen-
ſes hortatur, *uti cohortis ab tergo circumveniant: fortunam praeclari*
facinoris caſum dare; ſi id fecerint, poſtea ſeſe in regno, illos in li-
bertate ſine metu aetatem acturos. Ac ni Marius ſigna inferre at- 5
que evadere oppido properaviſſet, profecto cuncti, aut magna pars
Siccen-

FRUMENTATUM CUM P. C. SICCAM MISSUM. Fabric. 2. *ob frumenta*. ab interprete. *Frumentari* enim dicunt, frumentum colligere, portare, quaerere, ſicuti *aquari*, *materiari*, *lignari*. infra *c.* XCIII. n. 2. *caſtris* aquatum *egreſſus*. Cato II. Orig. *Qui* aquatum, *ut* lignatum *videntur ire*. Caeſar VII. Gall. *c.* LXXIII. *Erat uno tempore &* materiari, *&* frumentari, *& tantas munitiones fieri neceſſe*. Auct. B. Afric. *c.* IX. *ipſe cum expedita manu proficiſcitur circum villas* frumentatum. *Siccam* urbem (quidam *Sicam*, alii *Sicbam*, ſed pauci) illuſtrat Cellar. IV. *cap.* V. pag. 178. ubi etiam de nominis origine.

POST MALAM PUGNAM. Uratisl. 1. *poſt magnam malam ab r. d.* Guelf. 7. *poſt malam pugnam, quam ſupra memoravi. mala* pro adverſa, ut ſupra *male pugnare*, *c.* LIV. n. 7. ubi vide. Academ. *ab rege diſceſſerat*. male. Eccard. autem ab his verbis *ab rege*, ad Verbum *facit*, propter eamdem vocem (*pugnam*) omnia deſiderat.

4. ET JAM EGREDIENTIBUS R. *Jam* non legitur in contextu Guelf. 12. pro *egredientibus*. Uratisl. 2. *aggredientibus*, qui & ſupra *motu*, pro *noctu*. idemque *pugnam fecit*, non *facit*. Phraſin ſervat infra *c.* LVII. n. 3. *cupere* praelium *in manibus* facere. *c.* LXI. n. 1. *neque Jugurtham, niſi ex inſidiis, aut ſuo loco* pugnam facere. *c.* LXXXII. n. 1. *ex commodo* pugnam facere. Tacit. III. Ann. *c.* XXI. *proſperam adverſum Numidas* pugnam facit.

MAGNA VOCE SICCENSES HORT. Senat. 2. *cum magna voce*. Guelf. 9. omittit nomen *Siccenſes*, quod ſine magno incommodo intelligitur: eo magis, quod abſolute Verbum *hortari* Noſter ubivis fere ponit. vide *c.* XXXI. n. 1. Fabric. 2. *uti ab tergo circumveniant*, omiſſa voce *cohortes*. Guelf. 11. *Sicut cenſes*, pro *Siccenſes*.

FORT. ILLIS PRAECL. FAC. CASUM DARE. Guelf. 9. *illi*. Fabric. 1. a prima manu *illos*. Sed optime omnium Senat. 1. qui Pronomen omittit. Cat. *c.* XLVIII. n. 4. *Qui* Catilinae *nunciaret, ne deprehenſi ex conjuratione terrerent*. ubi vide. & praeterea poſt Verba *addere*, *dare*, *eripere* frequenter tertium Caſum omittunt. vide ad Cat. *c.* LVIII. n. 1. Eccard. *fortuna — caſus dare*. Guelf. 4. *praeclaris*. Rude atque impolitum Acad. *facinoris triumphum dare*. *Caſus* hic opportunitas & occaſio, ſive id, quod forte accidit. vide ad *c.* XXV. n. 9. *ſperans, aut dolis ſeſe* caſum *victoriae inventurum*. Tacit. XIII. Ann. *c.* XXXVI. *quamquam incautos barbaros, & bene gerendae rei* caſum *offerri ſcripſerat*. vide I. Fr. Gronov. ad 1. Ann. *c.* XIII. *ſi* caſus *daretur, auſurum*; & ad Livium XXX. *c.* XXX. *Hoc quoque* ludibrium caſus *ediderit fortuna*; & ad Juſtin. XXVII. *c.* II. caſum *tam indignum fortunae miſerantes*.

SESE IN REGNO, ILLOS IN LIBERTATE. Franc. omittit *ſeſe*. Guelf. 12. *libertate*, ſine Praepoſitione. At Vinar. 1. Remenſ. 2. & Guelf. 9. *in libertatem ſ. m. aetatem acturos*; ut infra *cap.* CXII. extr. *ob remp.* in *hoſtium* poteſtatem. adde Cat. *c.* XIX. n. 3. ubi, *in provinciam iter faciens*, pro *in provincia*. Vel inde veroſimile eſt, Salluſtium ita ſcripſiſſe, quia prae ceteris diverſos Caſus ſub unam Conſtructionem cogere ſolet. vide ad Cat. *c.* XXXIII. n. 1. Acad. *aetatem agere*, pro *acturos*.

5. SIGNA INFERRE, ATQUE EVADERE OPPIDO. Vinar. 1. neglexit nomen *ſigna*. *Signa inferebantur* in illam partem, in quam acies convertenda erat. Caeſar VII. Gall. *c.* LXVII. *Si qua in parte noſtri laborare, aut gravius premi videbantur, eo* ſigna inferri *Caeſar, aciemque converti jubebat*. adde Cat. *cap.* LX. n. 2. Magis placet, quod in uno MS. apud Waſſium exulat Verbum *evadere*, ſcriptumque eſt *properaviſſet ex oppido*, quod dictum, ut alibi *maturare in oppidum*, ut *feſtinare*, *properare* paſſim in eamdem formam. Tamen & hoc exemplo docuit Janus Guilielm. Quaeſt. in Plaut. Ciſtell. *cap.* IV. *evadere* idem eſſe, quod Graecis ἐκβαίνειν. Guelf. 10. *invadere*. Mallem

omni-

Siccenſium fidem mutaviſſent. tanta mobilitate ſeſe Numidae agunt.
6 Sed milites Jugurthini paulliſper ab rege ſuſtentati, poſtquam majore vi hoſtes urguent, paucis amiſſis, profugi diſcedunt.

C A P. LVII.

LVI

1 MArius ad Zamam pervenit. id oppidum in campo ſitum, magis opere, quam natura munitum erat: nullius idoneae rei e-
2 gens, armis viriſque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco

omnino *evadere oppidum*, ut *erepere ſilvam*, *egredi fines* Noſter alibi dixit.

TANTA MOBILITATE SESE N. AGUNT. Edd. quaedam, & ſcripti deteriores, *gerunt:* alterum Baſil. I. Vinar. I. Fabriciani, Guelf. I. & reliqui vetuſtiores tuentur, & Rivius loco Vopiſci: *In hoſpitiis caſte* ſe agant. Uratisl. 3. *in tanta mobilitate:* quo pacto *ſeſe* eſſet excludendum. Sed haec fruſtra. Remenſ. I. & Gu. II. *nobilitate:* quae confuſio obſervata eſt Cat. *c.* XLIX. extr. & alibi. Struv. *mutabilitate.* male. Caeſar II. Gall. *c.* I. *qui* mobilitate *& levitate animi novis imperiis ſtudebant.* infra *c.* LXVI. n. 2. *vulgus Numidarum ingenio* mobili. & hoc ingenium oſtendit Noſter etiam ſupra *c.* XLVI. n. 3.

6. PAULLISPER AB REGE SUSTENTATI. Duo Gruteriani & Guelf. 4. excludunt voculas, *ab rege.* & veriſſime quidem; cum dixerit, milites *Jugurthini*, & de Jugurtha ipſomet praeſente res certa ſit ex n. 4. Is Guelf. 4. habet *ſuſtenti ſunt*. infra *c.* CI. num. 9. *Jugurtha dum* ſuſtentare *ſuos & prope jam adeptam victoriam retinere cupit.* Tacit. II. Hiſt. *c.* XV. *Tangrorum cohortium praefecti*, ſuſtentata *diu* acie, *telis obruuntur.*

MAJORE VI HOSTES URGENT. Incert. 2. & Gu. 3. *urguent.* vide ſupra *c.* XXIV. n. 3. *major vis* proprie Latinis dicitur, *vis, quae ſuperat*, cui reſiſti non poteſt; ut *major impetus* apud Juſtin. IV. *c.* I. princ. *Siciliam ferunt anguſtis quondam faucibus Italiae adhaeſiſſe; direptamque velut a corpore* majore impetu *ſuperi maris*. ubi vide Gronovium. Horat. Epod. VII. v. 13. *Furorne caecos, an rapit* vis acrior *An culpa?* ubi etiam Bentlejus de *vi majore*. Scribit etiam Academ. *vi majore*, qui poſitus non diſplicet. Fabric. I. *paucis admiſſis*.

CAP. LVII. 1. MARIUS AD ZAMAM PERV. *Ad* non hic abundat, ut alibi Urbium Nominibus Praepoſitionem addere ſolent: de quo diximus ad Cat. *c.* XL. n. 5. Sed notat adventum Marii in terram quae eſt circa Zamam. Sic Caeſar III. Civ. *c.* XL. *Cn. Pompejus filius* ad Oricum *venit*, qui nec ipſe Oricum ingreſſus eſt. ibi vide D. Voſſium. Cic. III. ep. V. n. 2. *Si* ad Sidam *navigaſſem.* XV. ep. II. n. 3. *Caſtra* ad Cybiſtra *locavi.* infra Noſter *cap.* LVIII. n. I. *Dum* apud Zamam *ſic certatur.*

IN CAMPO SITUM, MAGIS OPERE, QU. Heuſſian. Rem. I. & Incert. 2. *id oppidum compoſitum*, errore ex contractis duabus vocibus orto. Senat. 2. *campo ſitum*, ſine Praepoſitione. Guelf. II. *magna ope, quam natura.* male. *Natura* munita oppida, quae ſitu loci, paludibus, fluminibus, rupe, monte muniuntur, vide ſupra *c.* XXXVII. infra *c.* XCII. natura, *velut* opere, *praeceps.* Livius XXX. *c.* IX. *Locus cum* operibus, *non ſuapte* natura *tutus:* Caeſar I. Gall. *c.* XXXVIII. *idque* natura loci *ſic muniebatur*, &c. *Opere* ergo & *operibus* muniuntur, quibus adduntur munitiones, muri, turres, ceteraque id genus opera. Caeſar V. Gall. *c.* IX. *locum nacti egregie &* natura, *&* opere *munitum.* Ibid. *c.* LVII. *cum & loci* natura, *&* manu *munitiſſimis caſtris ſeſe contineret.* Curtius III. *c.* I. n. 7. *in turrim, &* ſitu, *&* opere *multum editam. Erat* non male vacat in Vinar. 2.

NULLIUS IDONEAE REI. *Idoneum*, quod *aptum* bello & utile. Sic Cat. *c.* LI. n. 38. adde ibid. n. 27. infra *c.* LXXV. n. 3. *aquae idonea.*

ARMIS VIRISQUE OPULENTUM. Inſtructum & validum. Acad. *armis & re viriſque.* multa de *opulento* Perizon. Animadv. Hiſtor. *cap.* VII. Noſter ſupra *c.* XVI. n. 5. infra *c.* LXXV. n. I. *id oppidum magnum &* opulentum.

2. CUNCTA MOENIA EXERC. CIRCUMVENIT. *Cuncta* moenia, pro omnibus partibus moenium, ut infra *c.* XCII. n. 4. *mons ſaxeus* omnis *natura, velut opere atque conſulto praeceps.* Vinar. 2. *cuncta exercitu moenia.* Vinar. I. *exercitu circumdat*, quod etiam Latine dicitur. vide ſupra *c.* XXIII. n. I. Sed alterum exquiſitius. infra *cap.* LXVIII. num. 2. *pervenit in quamdam*

Digitized by Google

loco paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumvenit. legatis im- 3
perat, ubi quisque curaret: deinde, ſigno dato, undique clamor ingens oritur. neque ea res Numidas terret; infenſi intentique ſi-
ne tumultu manent: praelium incipitur. Romani, pro inge- 4
nio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare; alii ſuc-

dam planitiem, *locis paullo ſuperioribus* circumventam. c. LXXVI. n. 3. *vallo foſſaque moenia* circumvenit. Tacit. II. Ann. c. VI. *Nam Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas* circumveniens, *apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur*. XII. Ann. c. L. extr. *patientiam abrumpunt*, armis*que regiam* circumveniunt. I. Ann. c. XXV. *ceteri tribunal ingenti agmine* circumveniunt. Hoc autem genus oppugnationis *coronam* dicunt, ut Livius XLIII. c. XVIII. de qua plura Lipſius I. Poliorcet. Dial. IV. mox Uratisl. I. *uti quiſque*, pro *ubi*. De verbo *curare*, ſupra c. XLVI. n. 7. Tacit. Ann. cap. XXXI. *Duo apud ripam Rheni exercitus erant. cui nomen ſuperiori ſub C. Silio legato; inferiorem A. Caecina* curabat.

3. UNDIQUE SIMUL CLAMOR I. ORITUR. Fabriciani & Incert. I. cum aliis duobus *exoritur*. Incert. 2. omittit *ſimul*, ſed male & contra modum oppugnantium.

NEQUE EA RES NUM. TERRET. Haec omnia deſiderantur in Senat. 2. & Heuſſiano. Guelf. 4. omittit *infenſi*. 12. ſcribit *neque eas res*. 9. *intenti infenſique*. Vinar. I. *incenſi intentique*. Supra c. L. n. 4. infenſi *adeſſe atque inſtare*. vide & ſupra c. XLVI. n. 5. quibus adde Auſon. Perioch. Iliad. XIX. Infeſto *deinde atque* intento *exercitu pergit in praelium*. *Sine tumultu* dixit, pro ſine confuſione rerum agendarum. v. ſupra c. LIII. n. 7.

4. ROMANI PRO INGENIO QUISQUE. *Quiſque* non eſt in Guelf. 7. *pro ingenio* eſt, ut cuique ingenium h. e. indoles, natura erat; nempe ut audaces, aut timidi erant. infra n. 6. id dixit *pro moribus*. c. LVIII. n. 2. *noſtri ſibi quiſque* pro moribus *conſulunt*. Cat. c. LVIII. n. 2. *quanta cujuſque animo audacia* natura, *aut moribus ineſt*. Juſtinus II. c. II. *Juſtitia gentis ingeniis culta, non legibus*. pro quo Salluſtius *naturam*, Tacitus *mores* adpellavit. Sic Noſter II. Hiſt. *ingenio loci*, & VI. Fragm. princ. *ſuopte ingenio*.

PARS EMINUS GLANDE, AUT LAPIDIBUS. *Glans* militaris plumbeus globulus erat, quem funda aut aliis machinis jaculabantur. Ovid. II. Metam. v. 727. *Non ſecus exarſit, quam cum Balearica* plumbum Funda *jacit*. Tacit. V. Hiſt. cap. XVII. *ſaxis*, glandibus*que & ceteris* miſſilibus *praelium incipitur*. & diſerte Auct. B. Afric. c. XX. *glandes fundere*, ubi de adparatu talium miſſilium. aliud genus memorat Caeſar V. Gall. c. XLIII. *ferventes* nempe *glandes ex fuſili argilla*. *glande* autem dixit, pro *glandibus*, ut Livius XXXVIII. c. XXI. *ſagittis*, glande, *jaculis*. Sic Noſter extr. h. c. *tormentis*, *aut manu emiſſa*. ubi vide alia.

EVADERE ALII, ALII SUCCEDERE, AC. Sic primus Carrio. Eum ſecuti adminiſter Hackianus, Criſpinus & I. Waſſe. perquam, ſi umquam alibi, ſomnolenter & inſcite. Noſtri omnes, cum Grutero rectius omittunt, niſi quod ab ſecunda manu addita ſint Senat. I. & Fabric. I. a prima manu habuit: *alii evadere, vel ſuccedere, vel murum aſcendere, ac murum*, cet. Sed nec ſententia loci illud additamentum admittit. Duo tantummodo erant genera obpugnantium: *eminus* alii glande, aut lapidibus pugnabant; alii *cominus* pugnandi copiam quaerebant, ſuccedebant nempe ad murum, quem partim ſuffodiebant, partim ſcalis ſuperare nitebantur. Duo etiam genera defenſionis erant: in hos, qui propius murum ſucceſſerant ſaxa, ſudes, pila, picem jaculabantur; in illos, qui procul manſerunt, tela. Haec perſpicue Criſpus. Quo ergo medii illi cum ſuo *evadere alii* evadent? aut quae iſta oppoſitio: *pars eminus pugnare, alii evadere?* Stupor hominum! Sed vide, quaeſo, ut ceperint locum. Waſſius in Indice: *evadere alii* (retreat) *alii ſuccedere* (advance) Haec iſte: profecto non ſaniora, quam Criſpini interpretatio eſt; quam tamen incredibili paſſim faſtu Waſſius exagitat. ea ita habet: *Scilicet qui labore feſſi, aut ab hoſtibus vulnerati ſunt, ſecedunt: in eorum locum ſuccedunt*. Non compoſiti melius cum Bitho Bacchius. Immo *evadere* longe alio in uſu eſt apud Criſpum, vide c. LII. num. 3. & *Succedere* eſt propius accedere, ſeu ſubire murum, aut alium quem locum. infra cap. XCIV. num. 3. *teſtudine acta* ſuccedere. Livius XXXI. cap. XLV. *& adſuetudine* ſuccedendi muros, *& pertinacia ſubierunt primi*. Id. I. cap. XXVII. *ſenſim ad montes* ſuccedit. XXIV. cap. XIX. *ubi cum multa* ſuccedentes *temere* moenibus *Romani milites*

ſuccedere, ac murum modo ſubfodere, modo ſcalis adgredi: cupere
5 praelium in manibus facere. Contra ea oppidani in proxumos ſaxa
volvere; ſudes, pila, praeterea picem ſulphure & taeda mixtam
6 ardentia mittere. Sed nec illos, qui procul manſerant, timor animi
ſatis muniverat. nam pleroſque jacula tormentis, aut manu emiſſa
vol-

liter acciperent vulnera. XXVI. *cap*. XLIV. *ipſe trium prae ſe juvenum validorum ſcutis oppoſitis ad urbem* ſuccedit. id idem ille IV. *c*. XXII. *ſubire* vocat. Salluſtius apud Serv. ad V. Eclog. Virg. *v*. 5. *cum* murum *hoſtium* ſucceſſiſſet, *poenas dederat*. Sic & alibi *ſuccedere*, pro *ſubire*, vide Gebhard. II. Crepund. *c*. IX. Florus IV. *c*. IX. n. 6. *qui ſimulato metu, adeo paſſus eſt hoſtem* caſtris *ſuccedere, donec* cet. Verum parco operae, plures ut adducam. Ne vero & hic forte malis: *alii ſuccedere murum, ac ſuffodere modo, modo ſcalis adgredi*, vide *c*. CVI. n. 7. & alia loca complura, ubi ex iis, quae ſequuntur, oratio integra redditur.

AC MURUM MODO SUFFODERE. Vetuſtiores Fabric. 1. Baſil. 1. & Senat. 1. *ſubfodere*, quod eſt ſub muro fodere, ut ita murus *ſubruatur*. Livius XXI. *c*. XI. *Afros cum dolabris ad* ſubruendum *ab imo murum mittit*. Curt. VII. *c*. VI. n. 23. *Cuniculo ergo* ſubfoſſa *moenia*. vide de *ſubfoſſoribus* aliiſque talibus Caſp. Barthium ad Stat. II. Theb. *v*. 418.

CUPERE PRAELIUM IN MANIBUS FACERE. Plerique ſcripti ita diſtinguunt: *adgredi cupere. praelium in m. f.* Fabric. 2. & Incert. 1. *praelium manibus*. Gruteriana, *cupere praelium in manibus*, omiſſo verbo *facere*, quod A. Popma ex Gloſſa profectum dixerat. id omnes noſtri Codd. tenent, & auctor ſe ſatis defendit Cat. *c*. XX. n. 3. Neque Praepoſitionem *in* omitterem: cum ita plerique loquantur, cum hoſtium propinquitatem, & praelium *cominus* factum deſcribunt. vide VI. Fragm. Or. Cottae n. 6. Caeſar II. Gall. *c*. XIX. *ut paene uno tempore & ad ſilvas, & in flumine, & jam* in manibus *noſtris hoſtes viderentur*. Virg. XII. Aen. *ſtat campus & arma Et Mars* in manibus. vide Gronov. ad Senec. Epiſt. XCIV. Ovid. IV. Pont. epiſt. VII. *v*. 43. *Ut propius ventum eſt, admotaque* dextera dextrae, *Reſque fero potuit* cominus *enſe geri*. Veget. I. *c*. XXI. *Sed cum ad pilam, ut adpellant, venitur &* manu ad manum *gladiis pugnatur*. Alii *ad pedem venire*, ſecuti Ennium: *Hic* pes pede *premitur, armis teruntur arma*. adde Quinctilian. Declam. III. Latin. Pacatus Parag. Maxim. *c*. XXXV. *Res venit ad capulos*.

5. SAXA VOLVERE; SUDES, PILA. Infra *c*. LX. n. 6. *cum oppidani concurrunt*, lapides, ignem, *alia praeterea* tela *ingerunt*. ubi vide. Livius XXIII. *c*. XXXVIII. *inde primum ſaxis*, ſudibus*que & ceteris miſſilibus propugnatores moenia atque urbem tuebantur*. Caeſar II. Civ. *c*. XI. *Oppidani* ſaxa, *quam maxima poſſunt, vectibus promovent, praecipitataque muro in muſculum* devolvunt. Deſcripſit hanc defenſionem probe Silius I. *v*. 320. & 354. adde de *ſudibus* Catil. *c*. LVI. n. 3. Herodian. VIII. *c*. IV. οἱ ϧ Ἀχυλήσιοι λίθοις τε ἔβαλλον ἄνωθεν & quae ibi ſequuntur plura, hoc loco non aliena. Vinar. 1. & Acad. *Contra*, ſine Pronomine *ea*.

PRAETEREA PICE ET SULPHURE TAEDAM MISTAM ARDENTIA MITTERE. Sic Gruterus, quem novitiae edd. omnes ſunt ſecutae. Sed male, aeque ac Carrio. Legendum eſſe, ut nos ſcripſimus; & *ardentia*, pro *ardentem* poſitum eſſe, eo, quod ad multas ſimul res, *quae ardebant*, picem nempe, ſulphur & taedam oratio refertur; & quae alia ad illuſtrationem pertinent, pluribus exſequor EXCURSU V. quem vide.

6. SED NE ILLOS QUIDEM, QUI. Vinar. 2. Struv. Guelf. 7. & 12. omittunt *quidem*; item Academ. & Incert. 2. qui ſcribunt *nec illos, qui procul manſerat*: cum Eccard. Remenſ. 1. Senat. 2. Heuſſ. & Guelf. 4. ſcribant, *ſed nec illos quidem*. *Nec* pro *ne quidem* illuſtravi ad *c*. XXXI. n. 3.

TIMOR A. SATIS MUNIVERAT. Eccard. *munierat*. *timor munit*, quando *prae timore* ſeſe muniunt, per Hypallagen figuram, de qua ſupra ad *c*. V. n. 2. Cicer. IV. epiſt. IV. n. 3. Conſilium *tuum hoc Achaicum negotium* non recuſaviſſe, *cum ſemper probaviſſem, tum magis probavi lectis tuis proximis litteris*. ubi vide.

TORMENTIS, AUT MANU EMISSA. Struv. Incert. Franc. & Guelf. 12. *tormentis, aut manibus*. Cat. *c*. XX. n. 8. *repulſas nobis reliquere, pericula*, egeſtatem. ubi plura. Eod. *c*. LI. n. 16. *neque illum in tanta re* gratiam, *aut* inimicitias *exercere*. item *c*. LXI. extr. *per omnem exercitum laetitia, moeror, luctus atque* gaudia *agitabantur*. ubi etiam quaedam notavimus. adde ſupra *c*. 4. n. IV. *c*. VI. n. 1. infra *c*. LX. num. 6. *lapides*, ignem, *alia praeterea tela ingerunt*. Horat. IV. Od. IV. *v*. 60. *Ducit* opes animum*que ferro*. ubi vide Cl. Bentlejum. *Tormentis* excutiebantur tela, & omne genus illuſtravit
Li-

volnerabant: parique periculo, ſed fama impari, boni atque ignavi erant.

CAP. LVIII.

LXII.

DUM apud Zamam ſic certatur, Jugurtha ex improviſo caſtra 1
hoſtium cum magna manu invadit: remiſſis, qui in praeſidio
erant, & omnia magis, quam praelium exſpectantibus, portam
irrumpit. At noſtri, repentino metu perculſi, ſibi quiſque pro mo- 2
ribus conſulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars volne-
rati,

Lipſius. bene Seneca I. de Ira *c.* IX. *Non aliter, quam quae* tormentis exprimuntur tela, *in poteſtate mittentis ſunt, in quantum* torquentur. Recte quoque *emiſſa*. Caeſar II. Gall. *c.* XXIII. *pilis emiſſis*. Auct. B. Hiſp. *cap.* XIII. *omni genere telorum* emiſſo. Livius XXVIII. *cap.* XXXIII. *deinde* emiſſis *levibus telis, gladios nudant & collato pede res coepta geri eſt.* Idem IV. *cap.* XXXIII. *faces partim* emiſſae *excipiuntur, partim vi eripiuntur.* Cic. II. Tuſc. Qu. *cap.* XXIV. *lapidum & telorum* emiſſiones. quae, ſcio, quantum differant ab Noſtro. Acad. Senat. 2. Heuſſ. & Uratiſl. 2. *volnerabant*.

PARIQUE PERICULO, SED FAMA IMPARI. *Periculo eſſe*, pro *in periculo* non damno. Cic. IV. epiſt. XV. n. 3. *tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne* quo periculo *te* proprio *exiſtimares* eſſe. ubi vide. & Giſb. Cuperum ad Petron. Sat. *c.* CXXIX. Placet tamen etiam, quod habet Guelf. 3. *pareſque periculo, ſed fama impari*. Supra *c.* VI. n. I. pollens *viribus*, decora *facie*. *c.* LII. n. I. *ipſi* pares, *ceterum opibus* diſparibus. infra *c.* LXXVIII. n. 2. impares *magnitudine*, pari *natura*. Gellius XIX. *c.* IX. *Adoleſcens e terra Aſia, de equeſtri loco*, laetae indolis, *moribuſque & fortuna bene* ornatus. adde ſupra *c.* XXXI. n. 12. III. Hiſt. Or. Macri n. 14. & quae collegimus plura ad Cat. *c.* XVIII. n. 4. Lege Sulpic. Sev. I. Dial. *c.* XXIV.

BONI ATQUE IGNAVI. *Boni* pro fortibus poſiti ſunt, & contra ignavi. ut infra *c.* XCII. extr. *optimus*, pro fortiſſimo. vide etiam ad *c.* XIII. n. I. & Horat. I. Od. XV. *v.* 28. melior *patre*. vide Cat. *c.* XI. n, 2.

CAP. LVIII. I. DUM APUD ZAMAM. Gu. 2. a prima manu, *ſic certantur*. *Apud* eſt circa, quod ſupra *c.* LVIII. n. I. *ad*. *c.* XX. num. I. *certum ratus, quod ex amicis* apud Numantiam *acceperat*. ubi vide. Cic. XVI. epiſt. III. num. I. *Nos* apud Alyziam *unum diem commorati ſumus*. Dictys I. *c.* XII. *Dum haec* apud Trojam *aguntur*.

REMISSIS, QUI IN PRAESIDIO ERANT. Acad. *repulſis*. corrupte. Guelf. 7. *quibuſdam remiſſis*. Senſus eſt, cum remiſſi & non intenti eſſent in hoſtem. Supra *c.* LIII. n. 6. *Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque* remiſſi *patiebatur*.

ET OMNIA MAGIS, QUAM PRAEL. Sic omnes MSS. cum editis, quae ſunt adcuratiores. infra *c.* LXXIX. n. 7. *denique* omnia *malle*, quam *victi abire*. vide Catil. *c.* XXV. n. 3. Fabric. I. Incert. I. & Guelf. 7. *irrupit*. ceteri *irrumpit*. Eccard. *irrumpere*: quod alii non dubitabunt recipere, ut ſupra *c.* LIV. n. 6.

2. AT NOSTRI REP. METU PERCULSI. Particula *At* odioſa eſt auribus: nec eam alibi Salluſtius expreſſit. non *c.* XXXVIII. n. 7. non *c.* LIX. n. 2. Adhibet tamen eamdem h. *c.* n. 6. Senat. 2. & Heuſſ. *metu percuſſi*. Fabric. I. *timore repentino perculſi*. 2. *rep. tim. perculſi*.

SIBI QUISQUE PRO MORIBUS CONS. Guelf. I. *ſibi quique*. male, ſed eadem permutatio ſupra *c.* I. n. 4. Haeret etiam apud Hegeſippum in voce mendum I. *c.* XIV. *Occurrere fratrum legati*, ſibi quiſque *Romanae opis auxilium implorantes*. Vulgo *ſibi quique implorantes*. Vinar. I. *ſibi quiſque p. m. conſulit*. inepte, & propter *quiſque*: quod tamen in alio etiam nexu cum Plurali Numero conjungitur. vide ad Catil. *c.* XXXVII. n. 6. *pro moribus* notat, ut vel fortes, vel timidi erant: quomodo *c.* LVII. n. 4. *pro ingenio*.

MAGNA PARS VULNERATI, AUT OCCISI. Acad. & Uratiſl. 2. *volnerati*. *Pars vulnerati* ſollemni ſuo more. Supra *c.* XIV. n. 15. pars *in crucem* acti, pars *beſtiis* objecti *ſunt*. *c.* XV. n. 2. *praeterea magna* pars *gratia* depravati. Sic & Livius XXIII. *c.* XLIV. *quamquam utraque* pars *certaminis* avidi *erant*. Silius Ital. V. *v.* 494. *pars* ex-

Digitized by Google

3 rati, aut occiſi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege facto, locum cepere, quam alii, editiorem; neque inde maxuma vi depelli quiverunt: ſed tela eminus miſſa remittere, pauci in pluribus minus fruſtrati: ſin Numidae propius acceſſiſſent, ibi vero virtutem oſtende-

excuſſi. & IX. *v.* 301. pars *implevere propinquos* Diviſi *montes*. Plura Gronovius ad Livium I. *c.* LIX. & II. de Pec. Vet. *c.* IV. Eadem Syneſis infra *c.* CV. n. 2. Cohors *Peligna cum velitaribus armis, neque his ſecus atque aliis armis advorſus tela hoſtium* muniti. Livius XXVI. *c.* XXXV. *Haec ingens* turba circumfuſi *fremebant.* Ovid. I. Metam. *v.* 92. *Nec ſupplex* turba *timebant Judicis ora ſui: ſed erant ſine vindice* tuti. item *manus, quorum; civitas, quos*, alia ſupra ad *c.* XIV. n. 6.

3. MEMORES NOMINIS ROMANI. Seſe eſſe Romanos, & quid illos deceat: ita ut pro gloria fere & dignitate Rom. poni videatur. Non circumſpecte ſatis citat locum Tennulius ad Frontin. I. *c.* II. n. 2. ut probet *nomen Romanum* eſſe ipſos Romanos; de quo nos ſupra ad *c.* XXIX. n. 2. Cicero pro Balbo *c.* V. *o* nomen *noſtri imperii! o populi R. excellens* dignitas. Horat. III. Od. V. *v.* 10. *Anciliorum, & nominis, & togas Oblitus*. Graeci recte ἀξίωμα. Zoſimus I. *c.* XXVIII. δὲ τοῦ τῆς Ῥωμαίων ΑΞΙΩΜΑΤΟΣ ἀναμνήσας. Sed opportune Idem III. *c.* XXIX. ἐκ δὲ τῶν εἰς φυγὴν τετραμμένων, ἄνδρες ἑξήκοντα μόνοι, σφῶν δὲ τοῦ ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΞΙΩΜΑΤΟΣ μεμνημένοι, παραβαλλόμενοί τε ἄχρι θανάτου, τοῦ φρουρίου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς. Livius IV. *c.* XXXIII. *Agite*, nominis Romani *& virtutis patrum veſtraeque memores, vertite incendium hoc in hoſtium urbem*. Ita vero Plinius XXXVI. *c.* XV. Pudor, *Romani nominis proprius, ſaepe res perditas ſervavit in praeliis. non amplius ſexaginta*, pro *non plures, quam*. vide Cat. *c.* XX. n. 11. Juſtin. VI. *c.* VII. *adverſus* XV. *millia militum* non amplius centum *viri pugnae ſe offerunt*. Livius XXXVI. *c.* XXXVIII. *duas* amplius *horas dubium certamen ſuſtinuere*. & mox: *ex Romanis ſociiſque* minus *trecenti perierunt*. Idem XXXVIII. *c.* XXIV. *unde hoſtes* paullo plus *decem millia aberant*. adde Cat. *c.* LIX. num. 6.

GREGE FACTO LOCUM CEPERE. Vinar. I. *locum cepere grege facto*. Cat. *c.* L. n. 2. grege facto, *cum telis ad ſeſe irrumperent*. Livius IV. *c.* IX. *manu* facta *virginem ex domo matris rapiunt*. Sulpic. Sev. Epiſt. III. n. 8. *Ita* grege facto, *omnes in unum illae volucres congregatae, relicto flumine, montes ſilvaſque petierunt*. *Cepere* autem in omnibus ſcriptis & edd. vetuſtis legitur; non, quod Hackianae & Criſpini obſerunt & Perizonio etiam placuit, *capere*. Gu. 10. *paullo, quam aliis, ed.* Struv. Guelf. 12. & Franc. *quam alii loci*. Sed *alii* non viſitur in Guelf. II. & mihi dudum hoc *quam alii* pro Gloſſa ſuſpectum fuit.

NEQUE INDE MAX. VI DEPELLI QUIVERUNT. *Inde* non ſcripſit manus prima in Baſil. I. nec forte neceſſarium eſt. Guelf. II. *neque i. m. vi pelli queunt;* Vinar. 2. vi *divelli quiverunt*. Curt. IV. *c.* XI. n. 19. Hinc *me* depellite, *ut ſciam veſtrum eſſe, quod ceditis*. Tacit. I. Hiſtor. *c.* XVI. *quem ſua immanitas, ſua luxuria cervicibus publicis* depulere. Tres, *quiverunt;* duo, *quivere*, ſed non vetuſtiſſimi. Eccardian. *neque i. m. vi depelli nequiverunt;* quod in hac re non eſt abſurdum, ut eo validius negaret. vide notata ſupra ad *cap.* XIII. numer. 5.

EMINUS MISSA REMITTERE. Vinar. 2. Guelf. 2. & 10. *eminus emiſſa*, ut *c.* LVII. n. 6. Sed frequens *mittere tela*. vide etiam D. Voſſium ad Caeſar. I. Gall. *c.* XXX. Eccard. *emittere*, pro *remittere*. Caeſar II. Gall. *c.* XXVII. *ut ex tumulo tela in noſtros conjicerent, pilaque intercepta* remitterent.

PAUCI IN PLURIBUS M. FRUSTRATI. Eccard. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 7. & 10. *fruſtrari*. non probo. alterum etiam Gruteriani tuentur. *Fruſtrati* Paſſive de his, qui non fruſtra mittunt tela, qui non innoxie, ſed inter confertos certius aliquem confodiunt. Florus I. *c.* X. *Sed ubi* fruſtrato *circa purpuratum ejus* ictu *tenetur, ardentibus focis injicit manum*. ubi vide Duckerum. Caeſar III. Gall. *c.* IV. *neque ullum* fruſtra *telum ex loco ſuperiore* mittere. Seneca epiſt. VII. *ad ictum totis corporibus expoſiti, numquam* fruſtra *manum* mittunt. Hegeſippus II. *c.* XV. *in* confertos *miſſa telorum vis, haud facile* fruſtrari.

IBI VERO VIRTUTEM OSTENDERE. *Vero* neglexit Guelf. II. ſed minus eleganter. vide Catilin. *c.* LXI. n. I. & lege Caeſar. V. Gall. *c.* XXXIV. Guelferb. 4. *fundere, caedere atque fugare*. Supra Fabriciani, Senat. I. Vinar. I. Guelf. I. 7. 9. & II. aliique, *Si Numidae*, non *ſin*.

4. CUM

dere & eos maxuma vi caedere, fundere atque fugare. Interim 4
Metellus cum acerrume rem gereret, clamorem hoſtilem ab tergo accepit: dein, converſo equo animadvortit, fugam ad ſe vorſum
fieri: quae res indicabat popularis eſſe. Igitur equitatum omnem ad 5
caſtra propere mittit, ac ſtatim C. Marium cum cohortibus ſociorum; eumque lacrumans *per amicitiam perque rempublicam obſecrat*, *ne quam*

4. CUM ACERRUME REM GERERET. Guelf. 2. a manu ſecunda, *regeret*. 10. & Remenſ. 1. *rem ageret*. Guelf. 11. omittit Nomen *rem*. male omnes. *Rem gerere* pro dimicare, pugnare & aliis talibus uſitatiſſimum, & docuit Muretus IX. Var. Lect. *cap.* VII. Noſter Cat. *cap.* LX. num. 2. *pila omittunt*, *gladiis* res geritur. Seneca Epiſt. VII. *exitus pugnantium mors eſt: ferro & igne* res geritur. Livius XXVIII. *cap.* II. *tum pes cum pede collatus*, *& gladiis* geri res *coepta eſt*. Plinius II. *cap.* LXVII. *In quo* res gerente C. *Caeſare Auguſti filio*. Valer. Max. II. *c.* VII. n. 10. *Cum apud Contrebiam* res gereretur. Sic omnes alii.

CLAMOREM & TUMULTUM HOSTILEM. Vinar. 2. *& tumultum hoſtium*. Sed Senat. 1. Vinar. 1. Acad. Struv. Incert. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. & 7. *clamorem vel tumultum hoſtilem*. quod indicio eſt, ſciolos in hunc locum graſſatos eſſe. Hinc jam olim Franc. omiſit voces, *clamorem &*. Sed mihi lubet cum Fabriciano utroque voces *& tumultum* extinguere. *Clamor hoſtilis* jam ſatis indicare poterat, hoſtes adeſſe. Caeſar III. Civ. *cap.* CV. *Eodem die Antiochiae in Syria bis tantus* exercitus clamor *& ſignorum ſonus exauditus eſt*, *ut in muros armata civitas diſcurreret*. *militarem clamorem* vocat Valer. Max. I. *cap.* VI. n. 12. *clamorem* nude Jul. Obſequ. de Prodig. *cap.* CXXV. Noſter infra *cap.* LX. n. 2. Clamor *permixtus*, &c. Rurſus Caeſar III. Gall. *cap.* XXII. *Cum iis Adcantuannus eruptionem facere conatus*, clamore *ab ea parte munitionis* ſublato, *cum ad arma milites concurriſſent*. &c. Curt. IV. *cap.* VI. n. 4. *Jamque ad regem praeliantium* clamor *pervenerat*. Supra *cap.* LII. num. 6. *ſimulque ex Jugurthae praelio* clamorem *augeri*. Talem ergo *clamorem* intelliget, qui vel ab hoſtibus, vel praeſentibus hoſtibus editur, quaſi bellicus, praeliaris; ſicuti infra *metum hoſtilem* dixit, *cap.* CV. num. 3. & ſupra *cap.* XLV. n. 1. *res hoſtiles*. *Accepit* noſtri omnes. Nazarianus tamen habuit *accipit*, quod placuit Grutero & Waſſio.

FUGAM AD SE VORSUM FIERI. Eccard. Gu. 7. Incert. 2. & Franc. *adverſum ſe*; Acad. *ſeſe adverſum*. Noſter infra *cap.* LXIX. princ. *Vacenſes ubi animadvertere*, ad *ſe* vorſum *exercitum pergere*. & Cat. *cap.* LVI. n. 4. ad *urbem modo*, *modo* in *Galliam* verſus *caſtra movere*. ubi vide plura. Auct. B. Hiſp. *c.* X. ad *Cordubam* verſus *iter facere coepit*. *c.* XI. ad *Cordubam* verſus *perſecuti ſunt eos*. Sed Uratiſl. 2. *ad ſe verſam*, ut Livius XXIV. *urbem* in *Macedoniam opportune* verſam. vide l. c. *vorſum* ſcribit Baſil. 1. & alii duo, non *verſum*. *indicabat* eſt in omnibus.

5. AD CASTRA PROPERE MITTIT. Baſil. 1. Fabriciani, Academ. Struv. Eccard. Guelf. 1. 4. 10. & 11. *miſit*. Probo, quod eſt in reliquis ſcriptis & edd. & ſuſpicor, propter ſuperius *accepit* Tempus hujus Verbi eſſe immutatum: cum tamen res ipſa, & illud additum *propere* (pro quo Guelf. 11. *prope*) praeſentem Metelli operam & praeſens tempus exigere videantur.

AC STATIM C. MARIUM C. C. SOCIORUM. Addit Remenſ. 2. *ſuorum miſit*. perperam. illud *miſit*, vel *mittit* intelligitur ex ſuperius poſito Verbo. vide ſupra *cap.* XXX. n. 4. & infra *cap.* LXXVI. n. 2. *Statim*, quod ſuperfluum videri poſſet, non eſt, dixit pro continuo. h. e. ſimul ac equitatum miſerat, mittit etiam C. Marium cum cohortibus ſociorum. Cic. X. ad Att. epiſt. IV. *Ego ad te* ſtatim *habebo*, *quod ſcribam*, *ſimul ut Curionem videro*. Tacitus 1. Ann. *cap.* LXII. *Tarda ſunt*, *quae in commune expoſtulantur: privatam gratiam* ſtatim *mereare*, ſtatim *recipias*. de *Cohortibus* ſupra. adde Theod. Marcilium ad Sueton. Veſpaſian. *cap.* IV. Recte autem *cum* cohortibus. infra *cap.* CV. n. 2. *Is miſſus* cum *praeſidio equitum*. Curt. IV. *cap.* XII. n. 1. *Ille quidem confeſtim Mazaeum* cum *tribus millibus* —— *equitum praemiſit*. & ſic ſupra *cap.* XLVI. n. 7.

LACRUMANS PER AMICITIAM PERQUE. Eccard. *lacrionis*. at infra *cap.* LXXI. extr. lacrumans *obteſtatur per amicitiam*, perque *ſua antea fideliter acta*. Unde nec audirem Incert. 1. *per amicitiam*, *per rempublicamque*. Sic Cicero, *ex eoque*, pro *exque eo*; *ad Conſulemque*, alia. At saepiſſime *inque*, non exſpectata ſecunda voce; etſi idem Tullius 1. epiſt. V. *in ſenatuque*. Valer. Max. II. *cap.* VII. n. 11. *Rebelles itaque manus a corporibus ſuis diſtractae*, inque

quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hoſtis inultos abire
6 *ſinat*: ille brevi mandata efficit. At Jugurtha munimento caſtro-
rum impeditus, cum alii ſuper vallum praecipitarentur, alii in an-
guſtiis ipſi ſibi properantes obficerent, multis amiſſis, in loca mu-
7 nita ſeſe recepit. Metellus, infecto negotio, poſtquam nox aderat,
in caſtra cum exercitu revortitur.

CAP.

cruentato ſolo ſparſae. Eccard. *poſtulabat*, pro *obſecrat*.

REMANERE IN EXERCITU VICTORE. Franc. exſulavit *remanere*; atque videndum erit, quatenus ille Salluſtii manum repraeſentavit. Hujus quidem Verbi ſenſum eleganter proximum *ſinat* ſuſtinere videtur, & eodem modo, eadem opportunitate auxerant Criſpum ſupra *c.* XXIV. extr. Porro Eccard. Remenſ. 1. Incert. 2. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 3. Guelf. 9. 10. & 11. *in exercitu victoriae*; Guelf. 12. ſolitarie *in exercitu*. *Exercitus victor*, ut infra *cap.* LXIV. n. 1. *animus contemtor*. Supra *cap.* LIV. n. 3. *exercitus cultor*. Livius IV. *cap.* XV. *cibo objiciendo ratum* victorem *finitimorum omnium* populum *in ſervitutem perlici poſſe*. Id. XXV. *cap.* XIX. *quin multo minus ſe ſuumque toties* victorem exercitum *ſuſtinere Romani poſſent*. Frontin. II. *cap.* II. num. II. *eorum* exercitum *fudit*, *in illum diem terra marique* victorem. cum nota Tennulii. Virg. VII. Aen. *v.* 38. advena *claſſem Cum primum Auſoniis* exercitus *adpulit oris*. alia infra producemus. mox Senat. 1. Guelf. 1. *ne vel hoſtes inultos abire ſinat*.

BREVI MANDATA EFFICIT. Senat. 1. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 2. & 9. *effecit*. Guelf. 7. *conficit*. quae miſcentur etiam ſupra *cap.* XII. num. 4. *Numida mandata brevi conficit*. infra Guelſ. 3. *Et Jugurtha*.

6. CUM ALII SUPER VALLUM PRAECIP. Sic omnes Codd. Ciacconius tamen legi jubet: *Cum alii ſe per vallum praecipitarent*. Corrumpit ille praegnantem Salluſtii ſententiam, qui non tam *praecipitare ſuper vallum*, quam *alii ſuper vallum* jungi voluit, ut mox *alii in anguſtiis*. Illi nempe, qui *ſuper vallum* proceſſerant, praecipitabantur. infra *cap.* C. n. 4. *alios* ſuper vallum *in munimentis locare*. & ea ratione ſupra *cap.* XVIII. n. 1. *nuncius contra ſpem*. ubi vide. Particulam *cum*, ut alibi *quod*, ad Explanationem adhibuit, uti Dictys II. *cap.* XLII. *properantium multitudine impedito ingreſſu*, cum *ſuper alium alius ruinae modo praecipitaremur*. Corn. Celſus Praefat. pag. 8. *Non poſſe vero comprehendi, patere ex eorum, qui de his diſputarunt* diſcordia: cum *de iſta re neque inter ſapientiae profeſſores, neque inter ipſos medicos conveniat*. adde ad Cat. *c.* XXXV. num. 3.

IN ANGUSTIIS IPSI SIBI PROP. OBFICERENT. Guelf. 9. *ipſe ſibi*. Incert. 1. & Guelf. 11. *ipſis ſibi*. De tali agmine Caeſar V. Gall. *cap.* XLIII. *ut ſe ſub ipſo vallo conſtipaverant, receſſumque primis ultimi non dabant*. Latin. Pacat. *cap.* XXXI. *At ubi impulſa acies fronsque laxata & fiducia in pedes verſa eſt, ire praecipites aut globo fugere & ſe invicem* feſtinando *tardare*.

IN LOCA MUNITA SESE RECIPIT. Sic Gruteri, Waſſii, quaeque cum maxime aliae manibus teruntur edd. At noſtri etiam illi, qui Gruterianis parum concedunt, Fabriciani, Baſil. 1. Remenſes, Incert. 2. Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. & 9. *recepit*. reliqui fere *recipit*, quod librariis non, niſi ob ſequens *revortitur*, placuit: cum nos longe aliud edocti ſimus ab Salluſtio. Sic ſupra *cap.* XII. num. 4. *Numida mandata brevi* confecit, *atque uti doctus erat, noctu Jugurthae milites* introducit. ubi vide loca alia citata. Eadem corruptela infecerat ſupra *cap.* XXXIV. num. 2. *Ita populus ludibrio habitus ex concione* diſceſſit: *Jugurthae Beſtiaeque & ceteris quos ea quaeſtio agitabat animi* augeſcunt. ita ibi ex vetuſtis ſcripſi.

7. IN CASTRA CUM EX. REVORTITUR. Guelf. 12. in margine exhibet primas voces *in caſtra*, & 3. ſcripſit *convertit*, pro *revertitur*. Forte *revortit* Salluſtii fuit, ut alibi *vertit*, *mutat*, ſimilia, quorum ſylvulam habes ad *cap.* LXXXV. num. 9.

CAP. LIX.

LXIII.

IGitur poſtero die, prius, quam ad obpugnandum egrederetur, 1
equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro
caſtris agitare jubet: portas & proxuma loca tribunis diſpertit:
deinde ipſe pergit ad oppidum, atque, ut ſuperiore die, murum ad-
greditur. Interim Jugurtha ex occulto repente noſtros invadit. qui 2
in proximo locati fuerant, paulliſper territi perturbantur: reliqui ci-
to ſubveniunt. Neque diutius Numidae reſiſtere quiviſſent, ni 3
pedi-

CAP. LIX. 1. PRIUSQUAM AD OBP. EGRED. *Ad* omittit Guelf. 10. ſcribitque *progrederetur*. 11. *ad pugnandum*, & *egreditur*. Franc. *priuſquam oppido pugnandum egrederetur*. *Egrederetur* nempe caſtris, *c.* LVIII. num. 7.

IN EA PARTE, QUA REGIS ADVENTUS ERAT. Hoc *erat* in libris noſtris legitur, ſed otioſe, ut arbitror. exſtat tamen in ſimili formula Cat. *c.* LVII. num. 3. Supervacua etiam animo & auribus meis vocum triga, *in ea parte*. vide ſupra ad *c.* LVI. num. 1. Vinar. 1. *qua regi adventus erat*.

PRO CASTRIS AGITARE JUBET. *Pro*, ante. ut Cat. *c.* XVIII. num. 8. *pro curia*. infra *c.* C. nu. 4. *excubitum in portis cohortes ex legionibus*, pro caſtris *equites auxiliarios mittere*. Caeſar I. Gall. *cap.* XLVIII. *Ex eo die dies continuos* V. *Caeſar* pro caſtris *ſuas copias produxit*, & *aciem inſtructam habuit*. *Agitare*. ita infra *c.* XCIV. num. 5. *ſed* pro muro *dies nocteſque* agitare.

PORTAS ET PR. LOCA TRIB. DISPERTIT. *Loca* non habetur in Remenſi 1. Agnoſcit Auctor ſupra *c.* XIX. num. 4. & 6. Guelf. 3. deficit *tribunis*; quia forte vocabulum per notam in exemplari exaratum librarius tranſiit. ſcribit ille cum primo ejuſdem Bibliothecae, *diſperdit*. At 7. 10. 11. & Uratiſl. 3. *diſpartit*. quomodo ſupra aliquoties. Mox omnes *deinde*: ſed *ipſe* deſideratur in Struv. & Franciano; quam eamdem varietatem ſupra adnotare memini.

ATQUE, UTI SUPERIORE DIE, MURUM. *Atque* vacat in Senat. 2. Plures, etiam vetuſti, *ſuperiori die*. vide ad Cat. *c.* XIX. extr. Guelf. 3. *in ſuperiore die*. *murum* hoc loco non habet Gu. 10. ſed ſupra poſt Verbum diſpartit: deleri tamen vetat *c.* LVII. nu. 2. & *c.* XXIII. nu. 1.

2. QUI IN PROXIMO LOCATI FUERANT. H. e. quos Jugurtha primum adtigerat, quique ex Romanis pro caſtris collocatis illi proximi erant. Haec autem conſtans membranarum lectio; niſi quod Academ. *qui in proximo loco fuerant*; & Vinar. 2. cum Guelf. 3. praeferunt, *in primo*, quod peſſimo conſilio contra tot Codd. intrudere voluit Putſchius. *in primo* illuſtramus infra *c.* LXVIII. extr. eaque vocabula permutantur etiam in MSS. apud Sueton. Caeſar. *c.* L. & *proximum* exquiſite pro *primo* dici, adnotat Giſanius in Lucretium pag. 408. Hi autem *in proximo* locati dicuntur, ut Sueton. Jul. *c.* XXXII. *Quidam eximia magnitudine & forma* in proximo *ſedens repente adparuit*. & *c.* LXV. *Non enim ubique & ſemper, ſed cum hoſtis* in proximo *eſſet*, *coercebat*, Curt. IV. *c.* V. num. 21. *qui* proximi *excubabant*. Sic infra *c.* LXXV. num. 6. *Ex flumine*, *quam* proxumam *oppido aquam ſupra diximus*. Sulpic. Sev. de Vit. Mart. *cap.* XXII. *Hoc tempore*, *cum dies judicii* in proximo *eſt*. infra Fabriciani, *paulliſper turbabantur*. & hoc alteri praeferunt probati Codd. Cat. *c.* XVIII. num. 4. Eccard. *perturbabantur*.

3. NEQUE DIUTIUS N. RESISTERE QUIVISSENT. Guelf. 11. *neque diu*, offenſus illo Comparativo, quem tamen ſaepe alii pro prima Poſitione adhibent. Cat. *c.* XXXIX. num. 2. *quo plebem in magiſtratu* placidius *tractarent*. Eſt tamen in his tacita quaedam Ellipſis, quam explicui ad Cat. *c.* XVI. n. 3. item ſupra *c.* XLI. nu. 4. *otium* aſperius acerbius*que fuit*. Sic *diutius* erit, pro diutius, quam primum ſub impetum; quam reliqui ſubvenerunt. Cic. Laelio *c.* XXVII. Diutius *enim jam in hoc deſiderio eſſe non poſſum*. h. e. diutius, quam fui. Hoc tamen ſimul obſervari velim, ſaepe in Comparativo ineſſe tantum extenſionem quamdam, ſine quodam reſpectu ad *quam*, quod vulgo adhaeret. Id patet ex uſu *τῶν plures*, *plura*, de quo bene monuit Jo. Schefferus ad Juſtin. XI. *cap.* XV. num. 5. adde Cat. *c.* XXXIX. num. 4. & Perizon. ad Sanct. II. Min. *cap.* X. Guelf. 3.

pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent. quibus illi freti, non, ut equeſtri praelio ſolet, ſequi, dein cedere; ſed advorſis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem: ita expeditis peditibus ſuis, hoſtis paene victos dare.

CAP.

quiverant, pro *quiviſſent*. Sed inter *quiviſſent* & *facerent* (quod Guelf.4. male mutat in *feciſſent*) iſte nexus eſt, qui apud Livium II. *c.* LVI. violatuſ*que* eſſet *tribunus*, *ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno eſſet, & concurſus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis* fieret. & in eam formam laudat locum Gronovius ad XXXIV. *cap.* XI. ubi plura collegit. adde Noſtrum Cat. *c.* XXXIX. num.4. Florus III. *c.* III. num.13. *Et, ſi ſtatim infeſto agmine urbem* petiſſent, *grande diſcrimen* eſſet. Haec cum alibi locum habeant, hic tamen Salluſtius peculiari modo Imperfectum tempus poſuit, quia non tam quod tunc factum fuiſſet, ſed etiam quid moris ſit exponere voluit: quo pacto alibi tempora variavit. Sic ſupra *c.* LIV. num.4. *Id ea gratia* eveniebat, *quod praeter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem* ſequitur. ubi etiam, ſi ſimpliciter narraſſet, dicere debebat *ſequebatur*. infra *c.* CI. nu.1. *undique ſimul ſpeculatores citi ſe* oſtendunt: *qua re hoſtis adeſſe* intelligitur. pro *intelligebatur*, quod Gloſſae habent. Tale illud Flori III. *c.* XXI. nu. 12. poterat *videri jure agere, niſi cauſam ſuam ſaevitia* corrumperet. ita nempe moris eſt; alioquin diceret *corrupiſſet*. Haec vulgo non intelligunt.

PEDITES CUM EQUITIBUS PERMIXTI. Hac arte praeter Jugurtham Romani, Germanique uſi ſunt. Ipſe Metellus ſupra velites equitibus miſcet, *c.* XLVI. nu.7. de quo more Livius XXVI. *c.* IV. *auctorem peditum equiti immiſcendorum centurionem Q. Navium ferunt*. Auct. VIII. Gall. *c.* XVII. *equitatum praemittit; huic interponit praeſidia levis armaturae*. Auct. B. Afric. *cap.* LXXXI. *levique armatura inter equites interjecta*. De Germanis Caeſar I. Gall. *cap.* XLVIII. *Equitum millia erant* VI. *totidem numero pedites velociſſimi ac fortiſſimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos, ſuae ſalutis cauſſa delegerant*. lege quae ſequuntur; & ibidem Hottomannum. adde VI. B. Gall. *c.* XXXIII. & VII. *c.* LXV. & de Numidis Auct. B. Afric. *cap.* LXIX. *in Caeſaris legionarios impetum faciunt* Numidae *leviſque armaturae, mirabili velocitate praediti, qui inter equites pugnabant, una pariterque cum equitibus accurrere & refugere conſueverant*.

SEQUI, DEIN CEDERE. Eccard. *ſequebantur, deinde cedere*. alteram lectionem ſupra ſcriptam habet. Guelf.9. omittit Verbum *ſequi*; 4. particulam *dein*, quae neque in Struviano legitur. Morem hunc equeſtris praelii Noſter & alibi deſcripſit. apud Servium ita habet: *More equeſtris praelii, ſumtis tergis atque redditis, & egreſſi ad faciliores ictus loco cedebant*. Livius XXXI. *c.* XXXV. *Crediderunt regii, genus pugnae, quo adſueverant, fore, ut equites invicem inſequentes refugienteſque, nunc telis uterentur, nunc terga darent*. Deſcripſit etiam Dio. vide Freinshem. in Flor. II. *c.* II. num.35.

SED ADVORSIS EQUIS CONCURRERE. *Sed* deficit Remenſi 1. & Guelf.2. a prima manu: cujus formae exempla adnotavimus ad Cat. *c.* XVIII. extr. & *c.* LII. nu.6. Dein Baſil.1. Remenſ.2. Guelf.1. Senat.1. Fabric.1. & a manu prima 2. *ſed adverſi ſequi, concurrere*; Academ. *averſi ſequi*. ceteri rectius *adverſis equis*, & per ſcribarum errorem poſtremum *s* vocis *adverſis*, ſequenti vocabulo additum eſt. quem lapſum vidimus Cat. *c.* XXI. n.4. & ſupra ad *c.* LVII. nu.5. EXCURSU V. nu.1. Guelf.9. & 10. *adverſis equis currere*; 11. *adverſis equitibus*; 4. *adverſi concurrere*; 3. *committere*.

IMPLICARE AC PERTURBARE ACIEM. Senat. 1. *implicari*, quod non fruſtra adnotaverim. Academ. *impeditare*, pro *implicare*. Curt. IV. *c.* III. num. 24. *ad* implicanda *navigia, quae muros ſubibant*.

EXP. PED. SUIS H. PAENE VICTOS DARE. Duplicem ex his verbis elicias ſenſum. Equites Numidae paene ipſi vincebant hoſtes, & paene victos tradebant quaſi expeditis ſuis peditibus plane conficiendos. quem tamen admittere ſenſum, multae rationes vetant. Ergo intellige, per expeditos ſuos pedites hoſtes paene *vincebant*. *Victum dare* pro vincere, ut Terent. Heaut. A. V. Sc.I. extr. *ſi vivo adeo* exornatum dabo, *Adeo* depexum, *ut, dum vivat, memineris ſemper mei*. Phorm. A. V. Sc. VII. *v.* 81. *Hiſce ego illam dictis ita tibi* incenſam dabo. Plautus Ciſtell. A. II. Sc. III. *v.* 51. perfectum *hoc ego* dabo *negotium*. Pſeudol. A. I. Sc. V. *v.* 116. Effectum *hoc hodie* reddam *utrumque ad veſperam*. Virgilius XII. Aen. *v.* 337. *Nunc te mea dextera bello* Defenſum dabit. Seneca Medea *v.* 528. *Scythas Pelaſgis junge*, demerſos dabo. Lucillius: *Haec ubi* dicta dedit, *pauſam fecit ore loquendi*. Compone *rapta tenere, neglecta habere*, & infra *c.* CVI. nu. 4. coenatos eſſe *jubet*.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LX.

LXXI.
EOdem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Ubi quiſque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrume niti; neque alius in alio magis, quam in ſeſe ſpem habere: pariter oppidani agere. oppugnare, aut parare omnibus locis: avidius alteri alteros ſauciare, quam ſemet tegere. clamor permixtus hortatione, laetitia, 1
gemitu: item ſtrepitus armorum ad coelum ferri: tela utrimque vola- 2

CAP. LX. 1. MAGNA VI CERTABATUR. Vinar. 1. *Edem tempore*, a prima manu; Acad. *Eo tempore*. Franc. & Uratiſl. 2. *certatur*. Fabric. 2. *certatum eſt*, quod etiam in 1. primitus fuiſſe ſuſpicor. Cat. *c.* LX. nu. 3. *maxuma* vi *certatur*. ubi vide. Lactant. de mort. perſec. *c.* XLIV. *Acies pari fronte concurrit, ſumma vi utrimque pugnatur.*

NEQUE ALIUS IN ALIO MAGIS, QUAM. Vinar. 1. *atque alius;* contra mentem Auctoris & ingenium fortium virorum. Silius I. *v.* 312. *Clara nec in numero virtus latet: Obvia quiſque Ora duci portans*, ceu ſolus *bella capeſſit*. Guelf. 2. Senat. 2. & Heuſſ. *neque alius* alio *magis*, ſine Praepoſitione *in*. Uratiſl. 3. *in alio magis ſeſe ſpem h.* Fabriciani, Vinar. 1. Eccard. Uratiſl. 1. Incert. 2. & Guelf. 1. *quam in* ſe *ſpem habere*. Supra *c.* XIV. nu. 10. *Spes omnis in armis erat.* adde Cat. *c.* LII. n. 28. Probe Xenophon II. Hiſt. Graec. apud Waſſium; Ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οὕτω χρὴ ποιεῖν, ὅπως ἕκαστός τις ἑαυτῷ ξυνείσεται τῆς νίκης αἰτιώτατος ὤν.

OPPUGNARE, AUT PARARE OMNIBUS LOCIS. Haec conſtantiſſima membranarum ſcriptura. Omnes Rivii, Gruteri, Waſſii *obpugnare*, aut *oppugnare*. Sic & noſtri, praeter Vinar. 2. & Guelf. 3. qui *pugnare* oſtentant, quod Criſpinus & ſequaces exprimunt. Interpretes illud *obpugnare* de obſeſſis accipiunt; itaque jam olim Ciacconius *propugnare* emendavit, & poſt eum eodem modo Gronovius. Sed Gruterus vetat *obpugnare* immutari: nec permittent, qui locum inſpexerint. Diſtinctio hominibus errori fuit, quam neque Gruterus recte poſuit. incidendum ſcilicet poſt Verbum *agere*. (pro quo Vinar. 1. *agebant*, hercle non inficete.) Et hoc *obpugnare* de Romanis, illud *parare* de oppidanis intelligendum eſt. Hoc moris Salluſtio, qui primum, ubi de pluribus narrat, ſingulos ſiſtit, & deinde quaſi in commune aliquid ſubjicit. Cat. *c.* LX. nu. 3. *Veterani, priſtinae virtutis memores, comminus acriter inſtare; illi haud timidi reſiſtunt.* maxuma vi certatur. adde ſupra *c.* LI. num. 1. item *c.* LIII. num. 8. *acta edocent atque audiunt*: ſua quiſque *fortia facta ad coelum ferre*. & ſic mox nu. 2. *tela utrimque volare*. infra *c.* LXXVI. nu. 4. *Contra haec oppidani feſtinare*, parare: *prorſus ab* utriſque *nihil reliquum fieri*. & *c.* LXXV. extr. *Oppidani nihilo ſegnius* parare: *idem noſtri facere*. Vinar. 1. *atque parare*. ea omittit Uratiſl. 1. ſed Guelf. 7. *parare ea, quae erant paranda*.

AVIDIUS ALTERI ALTEROS SAUCIARE. Eccard. *alteros alteri*. idem & Guelf. 7. *quam ſemet tegerent*. Uratiſl. 2. *avidi alteri, & quam ſemet tangere;* Guelf. 10. *ſemet ipſos*. Livius II. *c.* VI. *neuter, dum hoſtem vulneraret, ſui protegendi corporis memor.*

2. CLAMOR PERMIXTUS HORTATIONE, LAET. GEMITU. Struv. Incerti, Eccard. Guelf. 4. & 11. *permixtus exhortatione;* Franc. *exultatione*. *Hortatur* in praeliis non dux modo, ſed & milites ſe invicem. Cat. *c.* VI. nu. 5. *alius alium hortari*. infra num. 4. *Gemitus* in pugna meminit etiam Gellius in eximia illa pugnae deſcriptione, quam infra damus, & Auct. B. Hiſpan. *cap.* XXXI. *Ita cum clamori intermixtus eſſet* gemitus, *gladiorumque crepitus auribus oblatus, imperitorum mentes timore praepediebat.*

STREPITUS ARMORUM AD COELUM F. *Crepitum* dixit Livius XXV. *c.* VI. *Ad Syracuſas terra marique res geritur: clamorem pugnantium* crepitum*que armorum exaudimus reſides ipſi ac ſegnes*. & ea vocabula paſſim confuſa eſſe, docent viri docti ad Tibull. II. eleg. V. *v.* 73. & Silium Ital. XVI. *v.* 30. *Strepitum* tuetur Noſter infra *c.* XCIX. & Juſtinus XXIV. *cap.* VIII. *Audiſſe ſtridorem arcus*, ſtrepitum*que* armorum. Haec fere Oudendorp. ad. Jul. Obſequ. de Prodig. *cap.* CIV. videatur Laur. Valla IV. Eleg. *cap.* XXIX.

TELA UTRIMQUE VOLARE. *Volare* de telis noſtrates etiam. Ennius apud Macrob. VI. *c.* 1. *Tamen inde* volans *ſecum abſtulit* ha-

3 volare. Sed illi, qui moenia defenſabant, ubi hoſtes paullulum mo-
do pugnam remiſerant, intenti praelium equeſtre proſpectabant.
4 eos, uti quaeque Jugurthae res erant, laetos modo, modo pavidos
animadvorteres: ac, ſicuti audiri a ſuis, aut cerni poſſent, monere
alii, alii hortari, aut manu ſignificare, aut niti corporibus, & huc illuc,
quaſi

ſta *Inſigne*. videatur Columna ad Ennium pag. 189. & Giſanius ad Lucret. pag. 483. Sic *tela volantia* A. Gellius xv. *c.* XVIII. *Cornelius quidam --- repente mota mente conſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugnari, ac deinde cedere alios, alios urgere, caedem, fugam*, tela volantia, *inſtaurationem pugnae, impreſſionem*, gemitus, *vulnera, proinde ut ſi ipſe in praelio verſaretur, coram videre ſeſe vociferatus eſt; ac poſtea ſubito exclamavit, Caeſarem viciſſe*.

3. UBI HOSTES PAULLULUM MODO P.R. Gu. 12. *Sed qui moenia defenſabant*, eraſo Pronomine. Eccard. & Guelf. 7. *defendebant*. Vinar. I. *uti hoſtes*. Fabriciani, Baſil. I. Struv. & Vinar. I. *paullum modo*, non *paullulum*. Eccard. *pugna remiſerant*. Caeſar VII. Gall. *c.* XIV. *diligentiam in perdiſcendo ac memoriam* remittunt. Curt. IV. *c.* XVI. num. 4. *Parmenio ignorabat quidem cauſſam ſua ſponte* pugnae remiſſae.

PRAELIUM EQUESTRE PROSPECTABANT. Gu. II. *ſpectabant;* Uratisl. 3. *exſpectabant*. Curt. VII. *c.* VI. num. 4. *quippe ex edito monte cuncta* proſpexerant. Sueton. Nerone *c.* XXXVIII. *Hoc incendium e turri Maecenatiana* proſpectans. Manilius II. *verſ.* 949. *Tergaque* proſpectat *Phoebi, qui viderat ora*. Tacit. I. Hiſt. *c.* XXXIII. *Non exſpectandum, ut compoſitis caſtris forum invadat, &* proſpectante *Galba Capitolium adeat*.

4. UTI QUAEQUE JUGURTHAE RES ERANT. Fabric. I. a manu ſecunda, ſed bene antiqua: *Eoſque, uticunque Jugurthae res erant*. Perperam, & contra morem Salluſtii. Supra *c.* XXVI. extr. uti quiſque *armatis obvius fuerat*. Dictys I. *c.* XIX. uti quidque *malo obviam fuerat, vaſtabatur*. Idem II. *c.* II. uti quiſque *in manus venerat*. *c.* XLVI. ut quiſque *locum ceperat*. &c. mox Guelf. 12. *modo laetos, modo pavidos*. alterum *modo* deficit Eccardiano.

AC SICUTI AUDIRI A SUIS, AUT CERNI, cet. Nuſquam elegantius, nec vividius (ſi, quae infra *cap.* CI. nu. II. habet, excipias) res geſtas Salluſtius deſcripſit: nuſquam mores hominum in tali ſtudio ac periculo curatius expreſſit. uſque adeo, ut ipſe & aciem cernere equeſtrem, & oppidanos e muris proſpectantes atque geſtus corporis imitantes coram intueri videaris. Tanta autem vis eſt cupiditatis animi, ut in corpore habitum, geſtus, actiones effingat, quas in alio adeſſe vehementer cupit. Et quotidie videmus homines aliis, quos amant, quibuſque animus intentus eſt, exſcreando, ſeſe vertendo & aliis talibus ſuccurrere: ignaros ſaepe ipſos, quid agant. En tibi ſimilem Hypotypoſin Quinctiliani Declam. IX. *c.* IX. *O quam ſollicitus ſpectavi! quam adtonita mente! quam* ſimili *corporis* motu! *Quoties ad infeſtum mucronem*, quaſi ipſe peterer, *me ſubmiſi! Quoties ad conatus erectus ſum!* Perbelle & ille. niſi quod Declamatorem quaeſiviſſe, Salluſtium in hanc elegantiam velut incidiſſe, ſentias. Adderem Heliodorum IV. Aethiop. Sed eum cum Quinctiliano jam compoſuit Gruterus ad Livium I. *c.* XXV. eum lege. Non hujus ſpiritus ſunt quae habet Auct. B. Afric. *c.* XV. & Curt. VI. *c.* I. num. 10. Unum *alii* deeſt Vinar. I. Sed peſſime Uratisl. 2. *niti cornibus*, pro *corporibus*.

HUC ET ILLUC QUASI. Sic Gruterus, Waſſius ceteraeque edd. nuperae, contra MSS. & olim impreſſorum fidem. Baſil. I. Incerti, Acad. Senatorii, Vinarienſes, Heuſſian. Uratisl. I. & 3. Franc. Eccard. Guelf. I. 2. & 12. cum Gruterianis: *& ea huc & illuc*. Fabriciani primitus, Guelf. 3. 4. & 10. *& huc & illuc*, Guelf. 7. *& huc ea & illuc; 9. & ita huc & illuc;* Remenſis 2. *& huc illucque;* Struvian. a prima manu, *& huc, illuc*, qui unus veram nobis ſiſtit lectionem. Primum ſane *&*, cum omnes omnino Codd. exhibeant, excludere non debuerant. *ea* recte in exſilium miſerunt; additum enim, quod alibi ſaepe accidit, ab iis, qui *agitare* Verbum abſolutum tolerare, aut capere non poterant: cum *huc illuc agitare* per ſe, aut intellectis *corporibus*, vel *corpora*, de motu in has, vel illas partes & perſpicuum, & vel ſolo Tacito ſatis confirmatum eſſe queat, ex quo jam Waſſius, *Huc, illuc agere, circumagi; huc, illuc ferre, diſtrahi* advocavit. Is etiam docere poteſt, Copulam recte inter particulas omitti. Sic Noſter Cat. *c.* XI. num. 2. *bonus, ignavus*, ubi plura. VI. Fragm. Orat. Cottae princ. *domi, militiae*. IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. num. 17. procul, juxta *ſitos*. adde ſupra *c.* XVII. num. 5. XXIII. num. I. Lucretius V. *v.* 880. Hinc, illinc *parvis, ut non ſic eſſe potis ſit*. Tacit. I. Hiſt. *c.* LXXVI. *Nuſquam fides, aut amor, metu*

quaſi vitabundi, aut jacientes tela, agitare. Quod ubi Mario co- 5
gnitum eſt (nam is in ea parte curabat) conſulto lenius agere, ac
diffidentiam rei ſimulare: pati Numidas ſine tumultu regis prae-
lium viſere. Ita illis ſtudio ſuorum adſtrictis, repente magna vi mu- 6
rum adgreditur: & jam ſcalis egreſſi milites prope ſumma cepe-
rant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia praeterea tela in-
gerunt.

metu ac neceſſitate huc illuc *mutabantur*. in SCto apud Frontin. de Aquaed. Art. CVI. *quibus locis* intra, extra *urbem apte caſtella privati facere poſſent*. Seneca Troad. v. 1043.

Solvet hunc coetum lacrimaſque noſtras
Sparget huc, illuc agitata *claſſis*.

Quinctilian. x. c. VII. *nec confundent ex diverſis orationem, velut ſalientes* huc, illuc, *nec uſquam inſiſtentes*.

QUASI VITABUNDI, AUT JACIENTES TELA. Vinar.I. primitus & Guelf.6. (quem hic demum, poſt longum ab c. XVII. num. 5. intervallum, advocare poſſum) *aut jacentes tela*. Verum alterum Florus III. c. XXII. *cum ſudes & ſaxa undique a moenibus ac* tela jacerentur. *Jacere & vitare* ſeſe reſpiciunt. Noſter infra c. CI. nu.9. *Solus inter tela hoſtium* vitabundus *erumpit*. Pomp. Mela I. c. VIII. *Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumque omnium ignari: nec* vitare *ſciunt* tela, *nec* jacere: *ideoque obvios fugiunt*.

5. CONSULTO LENIUS AGERE. Eccard. Guelf. 3. & Incerti: *lenius agitare*, quod cum proxime ſcriptum ſit, ab Salluſtio vix profectum credas. Guelf.7. *levius agere*. Ciacconius conjicit *lentius*. quid ſomnolentius? Haerebat illi Auct. B. Alex. c. LXXI. *At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus*, lentius agere, *decedendi diem poſtulare longiorem, pactiones interponere, in ſumma fruſtrari coepit*. Sed meminiſſe ſimul debebat Auct. B. Afric. c. VI. *iter* leniter *cum reliquis facere coepit*. Neque *lente* tantum egit Marius, ſed etiam *leniter*, mitigato impetu illo primo & acri, quod ſupra num. 3. *remittere* dixit. quemadmodum *lene* & *remiſſum* opponit *forti* & *vehementi* Quinctilian. XII. c. X. Supra Eccard. *nam in ea p. curabat*, omiſſo Provocabulo; Guelf.10. *qui in ea parte*, omiſſa Particula *nam*.

AC DIFFIDENTIAM REI SIMULARE. Simulare & hoc quaſi praetextu uti, quod diffideret rei ſeu urbis occupationi. male Eccard. Guelf. 7. & 10. *diſſimulare*.

6. ILLIS STUDIO SUORUM ADSTRICTIS. Vinar.I. *ita illi — adſtricti*. *illi* etiam Eccard. Sed Guelf.4. *ita illis ſtudio ſuis aſtentis*; 6. *ſtudio ſuccarum*; 10. *ſtudiorum ſuorum ac ſtructis*. Ciacconius interpretatur *occupatis*, ex c. LXX. num.1. Potes proprie magis *adtentis*, vel *captis*: unde ſequitur altera illa notio, qua Curt. VI. c. VIII. num.12. *religione deum* adſtrictus. Cic. Paradox.I. c. II. *neque opes, neque imperia, neque eas*, quibus *maxime* adſtricti *ſunt*, *voluptates in rebus bonis aut expetendis eſſe duxi*. I. Acad. Qu. c. IV. *Nam ceteri tenentur ante* adſtricti, *quam quid eſſet optimum judicare potuerunt*. Seneca ad Marc. cap. II. *Intenta in unam rem, & toto animo* affixa *talis in omni vita fuit, qualis in funere*.

ET JAM SCALIS ADGRESSI MILITES. Ita quidem Gruterus; ita etiam Senat.I. Guelf.I. & Incert. 2. At reliqui omnes *egreſſi*, quod Carrio jam edidit, & minime, quod Gruterus voluit, contra MSS. cum tot numero in noſtris ſint, qui *egreſſi* ſcribant. Remenſ.I. *congreſſi*. *Egredi*, ut eſcendere, evadere. Sic infra c. XCIII. n. 2. *ſtudio legundi paullatim prope ad ſummum montis* egreſſus *eſt*. vide quae de Verbo *evadere* diximus ad c. LII. n.3. quae ſequuntur, *prope ſumma ceperant*, non leguntur in Remenſi I. ac probabilior videri poſſet lectio. *& jam ſcalis prope egreſſi milites, cum* cet. Sed in vulgata nihil eſt ſuperfluum, & illud *egreſſi* ponitur pro egredi cupientes, egredi incipientes, ſive, uti infra c. CIX. nu.3. *digreſſi*, ſine effectu. vide ad eum locum plura. Fabric. 2. & Guelf. 12. *prope jam ſumma*; ut infra c. XCV. nu. 3. *familia* prope jam *exſtincta majorum ignavia*. quod tamen hic non aeque eleganter locum obtinet, cum praecedit, *& jam ſcalis egreſſi*. Academ. *ſumma loca*. Senat.I. *ſumma prope*; Guelf.7. *propere*. in II. non adparet vocabulum *milites*.

CUM OPPIDANI CONCURRUNT. Franc. *tunc*; Struv. & Senat. I. *tum*. male, & ſupra jam adnotavimus exempla, eleganter Latinos *Cum* in media periodo ponere, ad c. LI. num.2. *Itaque multum die proceſſerat*, cum *etiam tum eventus in incerto erat*. Adnotavit idem Jo. Vorſtius, vir perinduſtrius, ad haec Sulpic. Sev. II. c. XI. *Jamque ad medium machinae proceſſerant*, cum *flagrante invidia gentium vicinae urbes conſpirant*.

LAPI-

7 gerunt. Noſtri primo reſiſtere: deinde, ubi unae atque alterae ſca-
lae comminutae, qui ſuperſteterant, adflicti ſunt: ceteri quoquo
modo potuere, pauci integri, magna pars confecti volneribus ab-
8 eunt. Denique utrimque praelium nox diremit.

CAP.

LAPIDES, IGNEM, ALIA PRAETEREA TELA INGERUNT. Academ. & Eccard. *ignes*, ut idem numerus ſervaretur. Sed vide ſupra c. LVII. extr. *jacula* tormentis, *aut* manu *emiſſa*. Fabric. 2. *tela praeterea*, omiſſa voce *alia*: & Uratisl. 1. ac 3. *tela* negligunt. Lapſus cauſſa fuit, quod librarii crederent, inconcinne *ignem* adnumerari *telis*. Verum non ſemper voces *& alia*, aut *alia praeterea* conjungunt, & quod his ſubjicitur, ad ſuperiora etiam referunt. Ac referant ſane hoc loco; monuimus jam ad Cat. c. XXVII. num. 2. *telum* dici, quidquid manu mittitur, adeoque & *ignem*, quo me defendo, hoſteſque vulnero. Livius IV. *cap.* XXIII. ignibus armata *ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota collucens velut fanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit*. & mox: *utraque acies* armatur igni. qua ratione *dentes* etiam *tela* vocat Seneca III. de Ira c. IV. *Ingerere* tuetur & Frontin. II. c. III. *Velites & levem armaturam* ingerere tela *juſſit*: & Tacit. II. Ann. c. LXXXI. *erigi ſcalas juſſit, ac promtiſſimum quemque ſuccedere; alios tormentis haſtas, ſaxa & faces* ingerere. ut male adeo Vinar. 1. *gerunt* exhibeat.

7. UNAE ATQUE ALTERAE SCALAE COMMINUTAE. Franc. *unae, alterae*; Incert. 1. *unae atque aliae*. Guelf. 6. *unae & alterae*. Horat. I. Sat. VI. v. 101. *ducendus & unus* Et *comes* alter, *uti ſolus ne ruſve peregreve Exirem*. *Deinde* omnes MSS. ſed Guelf. 1. omiſit *ubi*. 3. *ſcalae confractae, comminutae*, ex interpretatione. Livius XXVI. c. XLV. *Rarae enim ſcalae altitudini aequari poterant —— Itaque cum ſummus quiſque evadere non poſſet, ſubirent tamen alii, onere ipſo* frangebantur. At Ennius: *ſaxo cere* comminuit *brum*. Cicero *frangere & comminuere*, Quinctilianus, *concidere & comminuere ingenia*. Unde Tacit. XIV. Ann. c. LVII. Perculſo *Seneca, promptum fuit Rufum Fenium* imminuere, pro frangere & evertere. Petron. c. LXIV. *vaſa cryſtallina* comminuit *omnia*.

QUI SUPERSTETERANT, ADFLICTI SUNT. Non tam igne aut telis vulnerati; quam in terram prolapſi. Graphice Silius I. v. 347. *Invadunt manibus vallum, caeſaſque relinquunt In muris dextras*. De Verbo *adfligere* vide Gronovium IV. Obſerv. c. VIII. ubi de iis dici docet, qui impetu humi proſternuntur. infra c. CI. nu. 11. *equi atque viri* adflicti. Sed *adfligere humi, ad terram* multis illuſtrant Lambinus & Bentlejus ad Horat. II. Sat. II. v. 79. Abſolute, ut Noſter, Seneca I. de Ira c. XVI. *Quid opus eſt menſam evertere? quid pocula* adfligere? ubi Lipſius: *in terram jacere & frangere*. Plinius VIII. H. N. c. IV. *adſiduo rotatum vertigine* adflixit. Tacitus II. Ann. c. XVII. extr. *Quidam turpi fuga in ſumma arborum niſi, ramiſque ſe occultantes, admotis ſagittariis per ludibrium figebantur: alios prorutae arbores* adflixere. Ergo & hic *adflicti*, qui, comminutis ſcalis, in terram projecti ſunt.

QUO QUISQUE MODO POTUERE. Vinar. 1. Gu. 7. & Uratisl. 3. *quomodo potuere*; Guelf. 4. & 10. *quoque modo potuere*. Fabriciani, Incerti, Baſil. 1. Acad. Senatorii, credo & Remenſes, Struv. Heuſſ. Eccard. Uratisl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 6. 9. 11. 12. *quoquomodo potuere*. Unus Vinar. 2. ſincere, *quo quiſque modo*, quod Putſchius nobis obtulit, Hackii expreſſerunt, ceteri ſecuti ſunt cum Waſſio. Nam & Gruterus ex ſuis edidit, *quoquo modo*.

CONFECTI VULNERIBUS ABEUNT. Baſil. 1. Acad. Struv. Incert. 1. Guelf. 1. & 3. *vulneribus confecti*. Acad. Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl. 2. *volneribus*. Curt. IV. c. VI. num. 25. *Betin egregia edita pugna multiſque* vulneribus confectum *deſeruerant ſui*. Senat. 1. *abierant*. Gu. 9. *abierunt*.

8. DEINDE UTRIMQUE PRAELIUM N. DIREMIT. Baſil. 1. Incert. 1. Franc. Acad. Struv. Gu. 3. 4. 7. & 11. *Denique*, quod & Gruterus in aliquot ſuis invenit, & in edd. mediis. Neque improbat vir ille eruditus: neque ipſe ego, etſi ſciam Dictyn II. c. XXXII. Dein *nox communis amborum requies*, praelium diremit. Saepe ita Hiſtorici. Dares c. XIX. XX. XXI. *Nox praelium dirimit*. Livius XXI. c. LIX. Nox *accenſum ingentibus animis* praelium diremit. Plinius IV. epiſt. IX. *Videor tenuiſſe. Actionem meam, ut praelia ſolet*, nox diremit. Stat. III. Theb. v. 677. *Haec alterna ducum* nox *interfuſa* diremit. adde Cat. c. XVIII. extr.

CAP.

CAP. XLI.

LXV.

MEtellus, poſtquam videt fruſtra inceptum; neque oppidum 1
capi, neque Jugurtham, niſi ex inſidiis, aut ſuo loco pugnam
facere, & jam aeſtatem exactam eſſe, ab Zama diſcedit: & in his ur-
bibus, quae ad ſe defecerant, ſatisque munitae loco, aut moeni-
bus erant, praeſidia imponit. Ceterum exercitum in provinciam 2
(quae

CAP. LXI. 1. POSTQUAM VIDET FRUSTRA INC. Baſil. 1. *ubi videt*. utroque modo Noſter loquitur. & cum hoc c. LX. n. 7. legatur, non eſt ulla neceſſitas, ut *poſtquam* aſpernemur. Franc. Guelf. 7. & 11. *fruſtra bellum inceptum.* perperam id profecto. intelligit enim inceptam oppugnationem, & de talibus Noſter frequenter *inceptum*, ut infra, *incepto ſuo occultato*, &c.

NEQUE JUGURTHAM, NISI EX INSIDIIS. Sic Vinar. 1. Fabric. 2. Guelf. 2. & 6. cum Struv. & Uratisl. 1. quam lectionem, apertiſſimo ſenſu, nemo facile deſeret. Vexant tamen MSS. noſtri. non Fabric. 1. qui *ni ex inſidiis*, compendio ſcripturae; ſed Senat. 1. Guelf. 1. & 11. qui *neque Jugurtham niti ex inſidiis*; & praeterea Baſil. 1. Eccard. Guelf. 4. 7. 9. 12. Incerti, Academ. Vinar. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. qui, *neque Jugurtham niti, niſi ex inſidiis*. Senat. 2. *n. I. vinci, niſi ex inſidiis*. Guelf. 10. *n. I. ex inſidiis niti*. Sed cum in aliis ſit *niſi niti*; in aliis *niti* ſolum, expulſa particula *niſi*: ſatis, credo, adparebit, unde iſtae corruptelae ortae ſunt. atque eo neminem a veritate depellent. Aliqui *inſidiis* ſine Praepoſitione, duo *in inſidiis*.

AUT SUO LOCO PUGNAM F. Guelf. 2. *aut ſub loco. ſuus locus* eſt ſibi opportunus, quod pluribus adſtructum vide ſupra ad c. LIV. n. 8. *qui ſua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere*. Eccard. *in ſuo loco*.

AESTATEM EXACTAM ESSE. Eccard. *aeſtate exacta*. non male, *etiam aeſtate exacta, ab Zama diſcedit*, ut ſupra c. LX. n. 7. in Palatino 2. *qui ſuperſteterant adflictis*. niſi tamen intelligo, haec eſſe contra conſuetudinem Salluſtii. *Exacta aeſtas*, qui finita, tranſacta eſt, praeteriit, ut ſupra *cap.* VI. n. 2. *exacta aetate*. ubi vide. mox Guelf. 10. *ab Camba diſcedit*. Deinde omnis manus, *in his urbibus*; non *in iis*. Uratisl. 2. *& exhinc urbibus*.

QUAE AB SE DEFECERANT. Sic hodie legitur in libris vulgatis; & ſic habent Vinarienſes, Senatorii, Baſil. 1. Acad. Struv. Heuſſian. Franc. Uratisl. 1. 2. Remenſ. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. 6. At Uratisl. 3. Remenſ. 2. Guelf. 3. & 10. *a ſe*. 9. *a rege*; 12. *ab rege*, quomodo Priſcianus, & interpretatur *a rege deſciverant*: quale quid in Fabric. 1. qui diligenter cum Priſciano paſſim comparatus eſt, fuit. At habuit ille aliquando, item 2. Incerti, & quidam, quos Rivius contulit, *ad ſe defecerant*. Firmant quidam Gruteriani, firmat etiam MS. Aruſianus Meſſus, ubi de dictione, *in urbibus imponit*, & diſerte *ad ſe defecerant* citat. Haec Gruterus conſiderare debuiſſet, nec temere illud *ab ſe* praeferre, in quo nulla prorſus, ſi cum *ad ſe* compares, gratia, nulla vis; & quaedam etiam, quod Criſpus ſummo ſtudio vitat, Amphibologia. Librariis ſcio, quod impoſuerit. At Noſtrum ſcio plenum ſemper ſenſum ſectari, & in iis maxime Verbis, quae cum Praepoſitione ſunt conjuncta. Unde recte A. Popma noſtare lectioni accedit. Eam ita intellige: *quae* ab Jugurtha *defecerant* ad ſe, nempe Metellum. Plura protuli hujus formae ſupra ad c. XXXVI. extr. *Albinus, Aulo fratre in caſtris pro Praetore relicto, Romam* deceſſit. ubi vide. Livius illuſtrabit paullum II. c. X. in *urbem ex agris* demigrant. ſed plenius XXIV. c. XXXV. *Urbes, quae in motu rerum* ad *Carthaginienſes* defecerant. Male ergo Guelf. 6. *ab ſe defenderant*.

IN HIS URBIBUS — IMPONIT. Tres MSS. omittunt Praepoſitionem; & alibi fere cum tertio Caſu conſtruunt. vide ad Catil. *cap.* LI. n. 28. Hinc & Aruſianus contra regulas & diſtinctiones Grammaticorum poſitum docet. Nempe alii *in naves, in equum, in ratem imponere* frequentant, quod vel ex Livio & Curtio conſtare poterit. Attamen & Cic. de Nat. Deor. c. XX. *ſempiternum dominium* in cervicibus imponere. & Livius I. c. XVIII. *dextra* in capite *Numae* impoſita. ubi tamen ex vetuſtiſſimis Codd. recte corrigunt *in caput*. Cornel. Nepos Cim. *cap.* IV. *Fuit enim tanta liberalitate, cum complaribus locis praedia hortosque haberet, ut numquam* in eis *cuſtodem* impoſuerit, *fructus ſervandi gratia*. quem

3 (quae proxuma eſt Numidiae) hiemandi gratia collocat. Neque
id tempus, ex aliorum more, quieti, aut luxuriae concedit: ſed,
quoniam armis bellum parum procedebat, inſidias regi per amicos
4 tendere, & eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem,
qui Romae cum Jugurtha fuerat, & inde, vadibus datis, clam Maſſi-
vae

fruſtra tentant. Plura talia Giſanius in Lucretium p. 359. quem vide. Contra mox *in provinciam collocat*.

2. CETERUM EXERCITUM. Vox poſterior vacat in Guelf. II. cui *ceterum* numero ſingulari poſitum non placuit. at ſic ſaepe Criſpus, & vidimus ſupra *c.* LIV. *exercitum plerumque*, ſimiliter poſitum. & Cat. *c.* LII. n. 32. Vita cetera *eorum huic ſceleri obſtat*. Eod. *c.* LIX. n. 5. *poſt eas* ceterum exercitum *in ſubſidiis artius collocat*. infra *c.* XCII. n. 6. *Erat inter* ceteram planitiem *mons ſaxeus*.

IN PROVINCIAM, QUAE PROXUMA E. N. COLLOCAT. Acad. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 9. & 12. *in provincia — collocat*. Sed vide Giſanium l. c. Eleganter Acad. *quae proxuma Numidiae*, ſine Verbo Subſtantivo, quod ſupra non legitur in Senat. 2. & Heuſſ. *ſatisque munitae loco, aut moenibus*. At, ſi haec ab Salluſtio, ſcriptum foret potius, *quae proxume Numidiam*, ut ſupra *c.* XVIII. n. 11. Porro autem, cui bono *quae proxuma eſt Numidiae?* omnes ſciunt *provinciam* Romanorum in Africa fuiſſe proxume Numidiam, & ſine hac inſulſa explanatione dixit Auctor ſupra *c.* XIII. n. 4. *victus ex praelio profugit in* provinciam. *c.* XXV. n. 5. *quam ociſſume ad* provinciam *accedat*. & n. 10. *cum paucis equitibus in* provinciam *venit*. Quare pro certo conſtat, polluta haec & inficeta ex vetuſta Gloſſa in textum adſcita eſſe: quae meliore jure expungi queunt.

3. EX ALIORUM MORE, QUIETI cet. Guelf. 4. & Struv. *aliorum more*, ſine Praepoſitione. Alibi addit, & reticet eamdem. Hic cum melioribus & pluribus incedimus. Uratisl. 3. *quieti a. luxuriae condit*. corrupte; ſicuti aliis locis ea Verba confunduntur. vide Quinctil. IX. *c.* III. p. 1001. Cic. pro Archia *c.* VI. *quantum ceteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos* — conceditur *temporum*, *quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis* &c. *id tempus* intulit, tempus *hibernorum* intelligens ex Verbo *hiemandi*. quam figuram illuſtravimus ſupra ad *c.* XXXVI. num. 1. adde *c.* V. num. 1.

ARMIS BELLUM PARUM PROCEDEBAT. *Parum* omittit Franc. ſed nullo ſenſu; etſi ita ſit in edd. quae in his terris nuper prodierunt. Planum eſt ex num. 1. quam parum bellum proceſſerit, & ex *c.* LXXIII. n. 1. adde ſupra *c.* XXXV. n. 4. Eccard. *quoniam armis parum procedebat*, neglecto vocabulo *bellum*, qui gratius quid amplecti voluit. Nam non adeo difficulter *bellum* exauditur, vide infra *c.* LXIV. n. 5. ubi eadem vox ab aliquot Codd. infarcitur; & ſi eam non ſubintelligas, *Metellus parum procedebat*, pro *parum proficiebat*, haud ineptum, neque alienum eſt. infra 1. Hiſt. Or. Philippi: *Nuſquam etiam tum* Lepidum progreſſum *videbant*. adde *c.* LXXXV. n. 5.

PRO ARMIS UTI PARAT. Deſunt haec Guelf. 12. & pro *uti parat*, ſcribit II. *imperat*, qui ſupra paullo *per amicos* ignorat. Eccard. Gu. 9. Franc. Incert. 1. & Struv. *uti parabat*. *Pro armis* eſt loco armorum, & eamdem Praepoſitionem penes verbum *uti* ſervat *c.* XXXI. n. 23. *ſociis veſtris, veluti hoſtibus; hoſtibus*, pro ſociis utuntur. Frontinus II. Strateg. *c.* II. n. 6. *ipſaque loci natura* pro munimentis uſus, *clariſſimum ducem vicit*. Sed illud *parabat* animo meo non diſplicet, in ſollemni illa Salluſtii Temporum mutatione, quae librariis, non iis doctiſſimis, offenſioni eſſe potuiſſet. vide ſupra *cap.* XXXV. n. 4.

4. BOMILCAREM, QUI R. CUM JUG. F. Lege *c.* XXXIV. n. 4. ſeqq. Vinar. 1. *igitur Bomilcar, qui*; 2. *Bomilchare*; Uratisl. 2. *Bomulcarem*. Guelf. 6. *qui Romae Jugurtha fuerat*. Pro *& inde* Eccard. non male. *unde*.

VADIBUS DATIS, CLAM. Haec poſitura etiam in noſtris MSS. nominatim Fabricianis, Baſil. 1. Vinar. Incert. Acad. & reliquis fere omnibus. olim ita collocaverant: *& inde clam, vadibus datis, de Maſſivae*, &c. Gruterus alterum ex ſuis protulit, praeterea ex Commeliniano & Palat. 2. *Maſſivae de nece*, quomodo apud nos Senat. 1. & voluit etiam Acad. qui *de Maſſivae de nece*. Ceteri cum vulgo: *de Maſſivae nece*. At Fabriciani, Vinar. 1. & Guelf. 2. *Maſſivae nece*, ſine Praepoſitione: quos & illum exquiſitiorem poſitum prae oculis habuiſſe dicas. nam *nece judicium*, in primis cum *vadibus datis*, atque *clam* hoc loco concurrant, Latinum eſſe non arbitror; etſi alibi recte plures Ablativos junctim conſpicere licet, ut Catilin. *c.* XI. num. 4. *Poſtquam L. Sulla, armis* recepta *rep. bonis* initiis, *malos eventus habuit*. qui locus fere huic geminus videtur. adde ſupra *c.* XXXIX.

Digitized by Google

vae de nece judicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam, maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus adgreditur; ac primo efficit, uti ad ſe colloquendi gratia occultus veniat: dein fide data, *ſi Jugurtham vivum aut necatum tradidiſſet, fore, ut illi Senatus impunitatem, & ſua omnia concederet*, facile Numidae perſuadet, cum

c. XXXIX. n. 2. Sumamus ergo *judicium de nece*, ut Sueton. Calig. c. V. *judicia* de *eo;* ut Noſter Cat. c. XXXV. n. 1. *conſcientia* de *culpa*. in quibus *de* pro *ſuper* accipi ſolet. Sed ſaepiſſime Tullius, ut, *multa & gravia* judicia de *conjuratorum ſcelere feciſtis: judicium* de *Sullae bonis*: *Praetor* judicium *prius* de *probro*, *quam* de *re fieri maluit*, & plura alia. Jam Gruteri *Maſſivae de nece* interim adprobo, ut Cat. c. XXXVII. n. 4. *praeceps ierat multis* de *cauſſis*. ubi vide alia. Sed cum motus MSStorum, & commodum conſidero, quo illae tres voces hic ponuntur; in eam opinionem ingredior, eas haud prorſus genuinas eſſe. Nam *judicium fugerat* nude ſufficit; quomodo Cat. *cap.* XIV. num. 3. *convicti* judiciis, *aut pro factis* judicia *timentes*. Eod. c. XX. n. 8. *Repulſas nobis relinquere*, *pericula*, judicia, *egeſtatem*. *cap.* XXXIX. n. 2. *ceteros* judiciis *terrere*. Et cum dixiſſet *vadibus datis*, indicaverat judicium capitis fuiſſe. Denique totam rem ſupra memoravit, & in hujusmodi narrationibus Auctor numquam tot circumſtantias iterare ſolet. quae omnia ſuſpicionem de mendo faciunt. Auget paullulum ipſe poſitus verborum, quo *vadibus datis* prius inſinuat, quam cauſſam, nempe *necem Maſſivae*. Sunt alia, quibus ſententiam meam confirmare poſſem. Sed alio properandum eſt. *Inde — judicium fugerat*, Verbum in duplici conſtructione, pro, *inde* judicium fugiens *fugerat*, aut, *inde*, nempe judicium *fugerat*. Sic Caeſar I. Gall. extr. *In* hiberna, *in* ſequanos *exercitum duxit*. Alia ad Ciceronem. Is haud multum abſimiliter XIII. ep. XXI. n. 2. *Niſi audirem* ibi *eum etiam nunc*, *ubi ego reliqui*, Cibyrae *commorari*. Treb. Pollio Gallien. c. XVI. dies *ac* noctes *ſtupris & vino* perdidit orbem *terrarum*. adde quae notamus ſupra ad c. XIX. n. 5. & compara ſcripta in Cat. c. LIII. n. 1.

PER MAXUMAM AM. MAX. COPIA F. Guelf. 9. *qui ei per;* 6. omittit *per;* 7. *quod pro maxima amicitia*, omiſſo Provocabulo, & recte quidem: ſed *per* non erat immutandum. Incert. 1. *quod ei per amicit. maxumam*, *maxuma cop. f. e.* Remenſ. 1. & Guelferb. 4. *per max. amicitiam copia fallendi erat*. Fabric. 2. negligit *fallendi*. Ex his id conſtare poteſt, aut revocandum eſſe poſitum Incert. 1. quem jam ad Catil. *cap.* IX. num. 1. & alibi paſſim illuſtravimus: aut ſcribendum: *quod per amicitiam maxuma copia fallendi erat*. Confirmat Tacit. II. Ann. *cap.* XXVI. *Pompejum Flaccum*, *veterem ſtipendiis & arcta cum rege amicitia*, eoque *accommodatiorem ad* fallendum, *ad id maxime Moeſiae praefecit*. Prius magis placebit. & ſic Catil. *cap.* II. num. 2. maxumam *gloriam*, *in* maxumo *imperio putare*. Supra *cap.* XXXI. *quam quisque* peſſime *fecit*, *tam* maxume *tutus eſt*. Ceterum ea de re multi multa. vide inprimis Boecler. ad Tacit. I. Ann. c. V. & Gebhard. ad Corn. Nep. Datam. *cap.* II.

UTI AD SE COLL. GRATIA OCCULTUS VENIAT. Vinar. 1. *uti ad ſe gratia colloquendi*. quomodo librarii, ſecuti ſuae aetatis morem, etiam Cat. c. LXI. num. 8. dederant. Guelf. 6. *occultos veniat;* ſed 4. *occultus* inter lineas ſaltem ſervavit.

SI JUGURTHAM V. A. N. SIBI TRADIDISSET. *Si* in duobus locum mutat; Guelf. 3. plane exulat: ut infra c. LXIV. n. 5. *dimidia pars exercitus ſibi* permitteretur, *paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum*. ubi vide. *Sibi* vacat in Guelf. 12. & Verba quidem *dare*, *addere*, *trudere* ſine tertio Caſu frequenter apud Noſtrum occurrunt. vide Cat. c. LVIII. num. 1. junge ſupra c. XXIV. n. 3. & c. XLIV. n. 1. Supra tamen c. XLVI. n. 4. *perſuadet*, *ut Jugurtham maxume vivum*, *ſin id parum procedat*, *necatum* ſibi *traderent*.

FORE, UT ILLI SENATUS I. E. S. O. CONCEDERET. Uratiſl. 3. *forent illi ſenat.* quod non fruſtra adnotaverim: nam alibi contra ex *fugerent*, fecere *fugere ut*. Senat. 2. *fore*, *ut ſenatus*, omiſſo Pronomine; quod factum parum placet. & inſolentior paullo ſignificatus Pronominis obfeciſſe videtur, de quo ad c. LXXVII. n. 1. Guelf. 11. *& ſua omnia concedatur:* imo *concedat*, ut magiſtellis placeat. Sueton. Domit. c. XV. *adfirmantem*, fore, ut *brevi* laceraretur *a canibus*. Idem Julio c. LXXXI. *Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent*, fore, ut *Julo prognatus manu conſanguineorum* necaretur. Sic & Cicero aliique paſſim. *dicit* Eccard. *dicebat* Guelf. 4. immittunt.

5. FACILE NUMIDAE PERSUADET. Guelf. 6. *perſuadit:* pro *perſuaſit*, arbitror; ſed eadem

Eeee 2 ma-

cum ingenio infido, tum metuenti, ne, ſi pax cum Romanis fieret, ipſe per conditiones ad ſupplicium traderetur.

C A P. LXII.

LXVI.

1 IS, ubi primum opportunum, Jugurtham anxium ac miſerantem fortunas ſuas accedit: monet atque lacrumans obteſtatur, *uti aliquando ſibi liberiſque & genti Numidarum, optume merenti, provideat: omnibus praeliis ſeſe victos, agrum vaſtatum, multos mortalis captos*

manus *e* litteram ſuper impoſuit. Peſſime autem nuperae edd. inde ab Hackiana omnes haec per maximam diſtinctionem a ſuperioribus ſeparant; cum recte Gruterus & Pareus minimam interſerant, Gryphius mediam, quam etiam antiquiores Venetae agnoſcunt. Sed 1470. nullam prorſus. quomodo etiam aliquot MSS.

Cum ingenio infido, tum metuenti. Franc. *tum metuendi gratia;* Guelf. 4. *metu*, ſed alia manus repoſuit vulgatum. Ea ita jungit, ut alibi *egens* & *ſummae audaciae; imbecilla* & *aevi brevis.* qualia collegimus ad Cat. *c.* xviii. n. 4. & ſupra *c.* i. n. i. & ſic iii. Hiſt. Orat. Macri n. 14. *impigrae linguae*, & *memores*. adde i. Hiſt. Or. Lepidi n. 24.

Metuenti, ne si pax cum Rom. Uratiſlavienſes, Fabriciani, Remenſes, Vinar. 1. Senat. 2. Heuſſ. Eccard. Guelf. 1. 4. 5. 6. 11. 12. unanimi conſenſu expellunt Particulam *ne*, eademque, cum olim fuiſſet in Guelf. 2. nunc eraſa eſt. Silent Rivius atque Gruterus; Waſſius quatuor de ſuis nominat, qui in exſilium cum pleriſque noſtris conſpirant. Ita Catilin. *c.* lviii. extr. *cavete, inulti animum amittatis*, ubi alii, *ne inulti.* & *ut* quidem, quaſi ſuo more, Criſpus poſt multa Verba omittit. Academ. *metuenti, niſi pax;* Vinar. 2. *metuenti, ne, ſi pax Romanis fieret*, omiſſa Praepoſitione *cum*.

Per conditiones ad supplic. trad. Uratiſl. 3. *ſecundum conditiones*. de *conditionibus* infra *c.* cxii. n. i. Cicer. iii. Verr. *cap.* xcviii. *Hinc cum unae decumae lege & conditione trahantur: alterae novis inſtitutis propter annonae rationem imperentur*. Meminiſſet Graevius eorum, quae Gronov. ad Livium xxxiv. *cap.* xxiii. ſcripſit, & non adprobaſſet C. Stephani & Gruteri factum, qui *conſuetudine*, pro *conditione* repoſuerunt. Vinar. 2. & Guelferb. 3. *ad ſupplicium daretur*. Guelferb. 1. *traheretur*. male. alterum tuetur Catilin. *c.* xlv. num. 3.

CAP. LXII. 1. Jugurtham anxium ac. Struv. & Guelf. 6. *ad Jugurtham*. quomodo alibi Salluſtius, ut Cat. *cap.* xlviii. n. 4. *eoque magis properaret* ad *urbem* accedere. Sic *adire ad quem.* vide notam ad Catil. *cap.* xli. extr. *Anxium* omittit Remenſ. 1. dein Academ. *ſuas fortunas;* ſed Guelf. 12. Pronomen neglexit. quid ſit *miſerari*, diximus ſupra ad *c.* xxiii. n. 1. Guelf. 2. *accendit*, pro *accedit*, a prima manu. Incert. 2. Remenſ. 1. & Uratiſl. 2. *acceſſit*. Supra Guelf. 11. & Veneta 1470. *ubi primum opportunum tempus fuit*. Verbum *fuit* non exſtitit in Commeliniano, neque Bodlejano: Noſtri omnes oſtentant. At Cat. *c.* xxxvi. n. 2. *Haec* ubi *Romae* comperta. plura Eod. ad *c.* xxxviii. n. i.

Atque lacrumans obtestatur. *Lacrumans* non ſcripſit prima manus Fabric. 2. pro quo Acad. Guelf. 6. & 9. *lacrumis obteſtatur*, plane ut ſupra *c.* lviii. n. 5. mox ſcripti omnes, *uti aliquando;* ſed Eccard. *uti* omiſit. Dolabella Cic. ix. ep. ix. n. 6. *Illud a te peto, ut -- tu tuis rebus* conſulas, & aliquando *tibi potius, quam cuivis ſis amicus*.

Optume merenti. Produxit *merenti* Rivius, quod Gruterus atque Carrio expreſſerunt. Noſtri plerique *meritae;* Franc. *meritaeque*. Guelferb. 3. *merente*. at Vinar. 1. Fabriciani, Remenſ. 2. & Guelferb. 1. *merenti*. Fabric. 1. *genti Numidarum optume merenti ita provideat*. Edit. Veneta 1470. *merenti:* quod propterea adnotandum fuit, quia Waſſius ita confuſe ejus editionis lectionem proponit, (tractavit enim & ille hanc 1470. editam] ut neſcias *merenti* ne, an *meritaeque* in illa invenerit.

Sese victos, agrum vastatum. Guelf. 10. & Franc. *ſeſe victum;* 4. *ſe victos dicit*. Remenſ. 1. & Guelf. 11. *agros vaſtatos*. Guelf. 11. *multos captos*, praeterita voce *mortalis*. idem a prima manu: *regni opes commutatas eſſe;* 6. *regni opes comminuta eſſe*. Diodorus Sicul. xvi. *cap.* xxiv. Τῆς δὲ νήσου διὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον κατα-

ptos aut occiſos, regni opes comminutas eſſe: ſatis ſaepe jam & virtutem
militum, & fortunam tentatam: caveret, ne, illo cunctante, Numidae
ſibi conſulant. His atque talibus aliis ad deditionem regis animum 2
impellit. Mittuntur ad imperatorem legati: *Jugurtham imperata fa-* 3
cturum, ac ſine ulla pactione ſeſe regnumque ſuum in illius fidem tradere.
Me-

καταφθαρείσης, καὶ πολλῶν ΑΝΘΡΩΠΩΝ παρ' ἀμφοτέρων διαφθαρέντων. adde ſupra *c.* XX. n. 3.

SATIS SAEPE JAM ET VIRTUTEM. Fabric. I. *ſatis ſaepe & jam virtutem ; 2. ſ. ſ. etiam & virtutem*. Rem. 2. *ſatis etiam virtutem.* Guelf. 6. *ſatis ſaepe jam virtutem*. Veneta 1470. *ſatis ſaepe & virt.* Vulgatae elegantia ipſa ſeſe tuetur contra has tentationes. partim etiam Dolabella ad Cic. IX. epiſt. IX. n. 7.

CAVEAT, NE ILLO CUNCT. NUM. SIBI CONSULANT. Guelf. 9. omittit *ne*, de quo modo ad *c.* LXI. extr. Eccard. *illo contemto*. Vinar. I. *illo cunctate*. Rem. I. *illo dubitante, aut cunctante. Cunctante* intellige *conſulere*, nec muta verbum. infra *c.* XCVII. n. 2. *quem ubi* cunctari *accepit*. & alibi. De Verbo *conſulere* dixi ad Cat. *c.* LI. n. 7. Noſter III. Hiſt. Epiſt. Pompeii. *Neu cogatis neceſſitatibus, privatim* mihi conſulere. Supra *cap.* LVIII. n. 2. ſibi *quiſque pro moribus* conſulunt. Sic & Dolabella l. c. Livius XXIX. *c.* XXIV. *poſtulantem, ut aut trajiciatur tandem in Africam exercitus : aut, ſi mutata conſilia ſint, certior fiat, ut &* ipſe ſibi, *ac regno ſuo poſſit* conſulere. adde ſupra *c.* XIV. n. 23. Uratisl. 2. Guelf. 2. & 6. *conſultant ;* Gu. II. & Fabric. 2. *conſultent*. quomodo etiam Venet. 1470.

2. HIS ATQUE TALIBUS ALIIS. *Dictis* addit Franc. & manus ſecunda Guelf. 2. deinde Guelf. 9. & 10. *His verbis & ſuaſionibus, ac talibus aliis ;* imperite. at Guelf. 6. *His dictis atque talibus ad dedictionem r. a. i.* Recte ille *aliis* omittit, etſi paſſim, ut nunc habentur edd. ea vox addita adparet Salluſtio, ut *c.* LXXXI. n. 2. *His atque* aliis talibus *dictis, ad Cirtam oppidum iter conſtituunt*. Supra *c.* XXXII. princ. *Haec atque* alia hujuſcemodi *ſaepe dicundo*. Aſt Tacitus Agric. *c.* XVI. princ. *His atque* talibus *invicem inſtincti, ſumſere univerſi bellum.* & Noſter alibi, difficiliori ſenſu, *alius* vocem neglexit, ut ſupra *c.* IV. n. 5. adde mox *c.* LXIV. num. 3.

3. LEGATI, QUI I. IMP. FACTURUM DICERENT. Struv. *qui per Jugurtham*. peſſime. Eccard. *facturum diceret*. Sed nemo paullo humanior non ſentiet, dictiones, *qui dicerent*, eſſe ab aliena manu, minime Salluſtiana, & parum Hiſtorica. Hiſtorici enim aliique hoc additamentum reſpuunt, & ſic ſupra *c.* XXV. n. 5. *literas ad Jugurtham* mittunt, *quam ociſſume ad provinciam accedat*. Cato in Fragm. Hiſt. ex Feſto : *Propterea, quod complures* venerant. *Aetolos pacem velle*. h. e. *venerant, qui dicerent, Aetolos* cet. adde nos ad Cat. *c.* XXXII. extr. & *c.* XLVII. n. I. item infra *c.* LXX. n. 5. Plinius I. epiſt. V. n. 9. *Evigilaveram*. Nuntius *a Spurinna. venio ad te. Immo, ego ad te. Imperata facturum* eſt deditionis formula. Curt. VIII. *c.* X. n. I. *Alexandro fines Indiae ingreſſo gentium ſuarum reguli occurrerunt*, imperata facturi. & ſic ille ſaepe. adde Noſtrum ſupra *c.* XLVI. n. 5. infra *c.* LXXVII. n. 3.

SINE ULLA PACTIONE. Guelf. 3. *pacione.* Eccard. *pactionem.* Uratisl. 3. *ſine compactione.* Hoc Floro II. *c.* XVIII. n. 12. *Sed cum Scipio veram vellet &* ſine exceptione *victoriam*, ubi bene Gruterus Salluſtium laudat. adde ſupra *c.* XXIX. n. 3. *Pactiones* quasdam in deditione oſtendit Briſſon. IV. Form. p. 355.

IN ILLIUS FIDEM TRADERE. Fabric. I. Vinar. I. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. I. & 10. *traderet*. Veneta 1493. & Lipſienſ. 1510. *traderent*. nempe, *Legati qui dicerent* & *traderent*. Sed fruſtra, & ſalva eſt edita, ab reliquis ſcriptis & impreſſis ſervata. Academ. & Uratisl. 2. *in illius fide*. Eccard. *illi in fide*. Franc. *illis fide tradere*, ſine Praepoſitione. Scripſit itaque, ni fallor, Salluſtius: *regnumque ſuum illius fide tradere. Fide*, pro *fidei*, quod notatum ſupra ad *c.* XVI. n. 3. Horat. III. Od. VII. *v.* 4. conſtantis *juvenem* fide *Gygen?* Sic *acie, die*, pro *aciei*, quae vide ad *c.* LII. n. 3. Jam dediticii & *in fidem*, & *fidei ſeſe tradunt*, vide omnino ad Catil. *c.* XXXV. extr. & *fidei* quidem ſi ſcripſeris, non erit, quo Waſſius voces, *ſine ulla pactione*, expellat, etſi male Polybium p. 1116. advocet. Caeſar II. Gall. *c.* III. *qui dicerent, ſe ſuaque omnia* in fidem *atque poteſtatem populi R. permittere. c.* XXXI. *ſe ſuaque omnia eorum* poteſtati *permittere dixerunt*. Curt. VI. *c.* VII. n. 9. *quod caput ſuum permiſiſſet* fidei *adhuc inexpertae*. Is ſaepe *in fidem accipere*, ut V. *c.* VI. n. 2. *Multas urbes refertas opulentia regia partim expugnaverat, partim* in fidem *acceperat*. Ergo *expugnari, capi ;* & *in fidem ſe tradere* oppoſita ſunt; non *pactio*, & *ſeſe fidei permittere*. Valer. Max. VI. *c.* V. n. I. *Faliſcos non poteſtati, ſed* fidei *ſe Romanorum commi-*

4 Metellus propere cunctos Senatorii ordinis ex hibernis arceſſiri jubet:
5 eorum atque aliorum , quos idoneos ducebat, conſilium habet. Ita
more majorum, ex conſilii decreto, per legatos Jugurthae imperat,
argenti pondo ducenta millia, elephantos omnis, equorum & ar-
6 morum aliquantum. Quae poſtquam ſine mora facta ſunt, jubet
omnis

ſiſſe. Fuerat etiam in Guelferb. 4. *in illius poteſtatem*; ſed antiqua manus *fidem* repoſuit.

4. CUNCTOS SENATORII ORDINIS. Veneta 1470. *ſenatori ordinis*, ut alibi *Rutili*, *iſdem*, ſimilia. Erant plerique *Legati* Imperatoris ſenatorii Ordinis, *Quaeſtores* ſaepe, multi etiam *Tribuni* militum, vide Livium XLII. *c.* XLIX. & Noſtrum ſupra *c.* XXIX. n. 5. infra *c.* CIV. n. 1. *illoſque & Sullam venire jubet, itemque L. Bellienum Utica Praetorem; praeterea omnes undique* Senatorii ordinis, *quibuſcum mandata Bocchi cognoſcit*. Inde & ſequiore aetate *tribuni laticlavii*. Sed & alii Tribuni idonei erant conſilio tali, quod hic Metellus convocat. Addebantur ſaepe *Centuriones* primorum ordinum, ut apud Caeſarem, v. Gall. *c.* XXVIII. & XXXVII. alibi. nam ſingulare id, cum I. Gall. *cap.* XL. *omnium ordinum Centuriones* adhibentur, quod docuerunt viri docti ex Lipſio II. Milit. Dial. VIII. quem vide. adde Hottomannum ad v. Gall. *c.* XLVIII. & Gronov. ad Livium XLIV. *cap.* II.

ACCERSIRI JUBET. Sic Gruterus, Carrio, Gryphius & Veneta 1470. item Guelf. 6. 10. 11. 12. Fabric. 2. Remenſ. 1. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. Contra Baſil. 1. Fabric. 1. Vinarienſes, Incerti, Senat. 1. Remenſ. 2. Uratisl. 1. Guelf. 1. 2. 3. & 7. *accerſi* ſcribunt, canonico inclinatu. Baſil. 1. a manu ſecunda *arceſſi*. ſed Struvian. *arceſſiri*, atque id unice verum eſt, quandoquidem docti conſentiunt, *arceſſere*, non *accerſere* eſſe ſcribendum. Inde pro *arceſſi*, deducunt *arceſſiri*, ut Columella IX. *c.* VIII. pro *laceſſi*, dixit *laceſſiri*: quod obſervavit doctiſſ. Cellarius ad Caeſar. v. Gall. *c.* XI. *ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios* arceſſiri *jubet*. Sic ille recte. Vulgo *accerſiri* ibi circumferunt, etiam Daviſius. Eadem confuſio apud Corn. Nep. Attic. *c.* XXI. ſed Gruterus, Gebhardus, Keuchenius ibi etiam *arceſſiri* ſcribunt. Juſtin. XVII. *cap.* II. *quo eum* arceſſiri *fama erat*. Ea productione Plautus *moriri*, pro *mori*, Aſin. Act. 1. Scen. 1. *verſ.* 108. moriri *ſeſe miſera mavolet*. Sed & alia tertii Ordinis Verba in quartum tranſeunt multa.

CONSILIUM HABET. *Habet* vacat in Guelf. 3. & pro eo inter verſus ſcribitur *capit*. *Habere conſilium* ſaepiſſime Livius. vide Gronov. loco proxime cit. Imitatur Dictys II. *c.* XX. *Propere ſenes omnes*, quorum conſilium haberi *ſolitum erat, in unum ducunt*.

5. EX CONSILII DECRETO. Sic Livius & alii, *de conſilii ſententia*; Apulejus Apolog. p. 274. *Cum Lollius Urbicus V. C. verum videri, & ratum eſſe debere* de conſilio *conſularium virorum pronunciaſſet*. Dictys I. *cap.* IV. *tamen* ex conſilii ſententia *legantur prius ad Trojam*. *c.* XII. *Igitur* ex conſilii ſententia *idoneus locus deligitur*. II. *c.* VI. *Dein* ex conſilii ſententia *Achilles cum Ajace ad Telephum pervenere*. Dares *c.* XXIII. *&* ex conſilii ſententia *Agamemnon concedit inducias*. Eodem modo Catilin. *c.* XLII. n. 3. ex *Senati conſulto*. ubi vide. Waſſius hic iterum ſeſe *concilium* & *concilii* malle teſtatur. Tu vero vide ad *c.* XXIX. num. 5. Mox Guelf. 1. pro *imperat*, *imponit*. Sed nimis frigide. vide ad *c.* XLVII. n. 2. EXCURS. IV. num. 5.

ARGENTI PONDO DUCENTA MILLIA. Eccard. Guelf. 3. 6. 11. 12. Acad. Franc. Vinar. 1. a manu ſecunda, Uratisl. 2. & 3. *pondera ducenta millia*. male & totam rem pluribus illuminavit Gronovius I. de Pec. Vet. *c.* VI. Intelligendum autem ducenta millia *libras*, vel *librarum* pondo. *Libra* argenti conſtabat centum drachmis ſeu denariis, Idem II. *c.* VI. ii fere duodecim & dimidium unciales ſive thaleros efficiunt; ſi denarium tribus groſſis aeſtimemus. Ergo ducenta millia argenti, ſunt 2500000. Thaleri, h. e. ut vulgo dicunt 25. Tonnae, argenti non ſignati.

EQUORUM ET ARM. ALIQUANTUM. Edd. vett. & MSS. Incert. 2. Guelf. 6. 10. 12. *aliquantulum*. praeterea Vinar. 2. Franc. Uratisl. 3. Guelf. 7. 10. 11. *elephantes*, ut ſupra *c.* XL. n. 1.

6. JUBET OMNIS PERFUGAS V. ADDUCI. Si cum Grutero omne, quod quoque modo ſuperfluum videtur, reſcindere licet, liberandus erit Salluſtius duobus Verbis *jubet adduci*. Nam & huc Verbum *imperat* pertinet: *imperat omnis perfugas vinctos*; & ſtatim excipit, *adducti ſunt*. addita formula, *uti juſſum erat*, quam auctor plerumque ponit, quando idem Verbum, aut quid juſſum fuerit antea non eſt expreſſum. vide ſupra ad *c.* XII. extr. *Numidae caput ejus*, ut juſſi erant, *ad Jugurtham referunt*. Praeterea li-

omnis perſugas vinctos adduci. eorum magna pars, ut juſſum erat, 7
adducti: pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Boc-
chum in Mauretaniam abierant. Igitur Jugurtha, ubi armis viris- 8
que & pecunia ſpoliatus, cum ipſe ad imperandum Tiſidium vo-
ca-

librarii etiam ſupra hujuſmodi explicationes intruſere, & ubivis fere, ubi Verbum *imperat* & ſimilia antiqua elegantia ponitur. Sic Guelf. 4. *imperat argenti pondo afferri ducenta milia;* 6. *millia, jubet adduci elephantos.* 12. *ducenta millia adduci.* Denique etiamſi Verbum *imperat*, non ſatis commode ad *perfugas vinctos* nude aptaretur; moris tamen eſt, Verba duobus membris in commune addere, quorum alteri tantum exacte reſpondent: cujus rei exempla paſſim adnotamus. vide interim ad *c.* XVII. n.3. Ex his vero ſimillimum eſt, aut unum Verbum *jubet*, aut utrumque, & *jubet*, & *adduci* eſſe inducendum. Codd. nihil juvant, & quaſi de compacto pro vulgata militant.

7. IN MAURITANIAM AB. Guelf. 10. *in Mauritania.* Baſil. 1. *in Mauretaniam.* vide ad Cat. *c.* XXI. n. 3. Supra Guelf. 4. *cum primum deditio coepit fieri.* 6. & 10. *dedictio*, ut paſſim, & alter quidem perpetuo ſcribit. Remenſ. 2. *Mauritaniam*, ſine Praepoſitione, ut ſupra *Siciliam*, pro *in Siciliam*, *c.* XXVIII. n. 6.

8. UBI ARMIS VIRISQUE ET PECUNIA. Senat. 1. *pecuniaque*, ſed male, Vinar. 1. *& pecunia deſpoliatus eſt.* Acad. *ſe ſpoliatum videt.* unde expreſſi ſcripturam Guelf. 11. qui Verbum *eſt* omittit. vide n. 1. Mox Baſil. 1. Struv. Vinar. 2. Struv. Eccard. & Guelf. 3. & 9. *dum ipſe;* Guelf. 1. *tum.* Recte *cum;* etſi & Gruteriani ſelectiores & Veneta 1470. cum aliis vetuſtis *dum* exhibeant. vide ad *c.* XXII. n. 1.

AD IMPERANDUM TISIDIUM VOCARETUR. Guelf. 3. *dum ipſe quidquid conſul vellet ad imperandum T. v.* Struv. *dum ipſe ad imperatorem T. v.* Vinar. 2. *ad imperium.* & aliud, quam *imperandum* fuit in Guelf. 2. Non mirum aeſtuaſſe adeo bonos librarios, cum omni tempore a viris egregiis, Salluſtii interpretibus aliiſque mirum in modum locus agitatus ſit, & poſt tot demonſtrationes exactiſſimus Gruterus etiam ſibi perſuadere non potuerit, ita ſcriptum eſſe ab Salluſtio. Nimirum Paſſive ſumitur *ad imperandum*, pro *ut ipſi imperaretur*, quod vetuſtiſſima Gloſſa Fabric. 1. adnotavit, & Servius docuit ad Virg. VIII. Eclog. *v.* 71. exque eo etiam Gloſſa Guelf. 12. Jam Gerundi Verbo eſſe Paſſivam ſignificationem, viri docti multis exemplis probarunt: quorum ſelecta quaedam mox ſubjiciemus, ut & cupidis harum rerum ſatisfaciamus, & ſcripturam receptam confirmemus. Ergo primum in Salluſtio ferunt Cat. *c.* X. n. 2. *iis otium, divitiae*, optandae *aliis oneri miſeriaeque fuere.* h. e. quae optantur. ſupra *c.* V. n. 3. *pauca ſupra repetam*, *quo* ad cognoſcendum *omnia illuſtria magis magiſque in aperto ſint.* Cic. III. epiſt. V. n. 1. *quo quidem hominem neminem potuiſti nec mihi amiciorem, nec (ut arbitror) ad ea* cognoſcenda, *quae ſcire volebam, aptiorem prudentioremque mittere.* h. e. *ut cognoſcerentur.* Sic IX. epiſt. XXV. n. 3. *Sed jocabimur alias coram, ut ſpero, brevi tempore: nunc ades* ad imperandum, *vel ad parendum potius: ſic enim antiqui loquebantur.* ubi poſteriora verba de Gloſſa eſſe exiſtimo: Aut ſi Ciceronis aetate *ad imperandum* novatores illi Paſſiva notione dicere noluerunt, factum eſt tantummodo propter Amphiboliam in ea formula. nam alia Gerundia ipſe Tullius & qui eum ſequuntur Paſſive uſurpant. Sic ille 1. act. in Verr. *c.* XVIII. *cum haec frequentia totius Italiae Roma diſceſſerit: quae convenit uno tempore undique comitiorum, judiciorum* cenſendi*que cauſſa.* i. *ut cenſeretur*, interprete Aſconio. Vellej. II. *c.* XV. *ut cives Romanos* ad cenſendum *ex provinciis in Italiam revocaverint.* Caeſar VI. Gall. *c.* II. *Senones* ad imperandum *non venire.* Sic Ciacconius, Urſinus & Perizonius. Varro 1. de R.R. *c.* XX. *Diebus paucis boves erunt manſueti* ad domandum *proni.* Sueton. Galba *c.* VIII. *Ex eo tempore prope ad Neronis medium principatum in ſeceſſu plurimum vixit, ne* ad geſtandum *quidem umquam aliter iter ingreſſus.* Juſtin. XVII. *c.* III. *Athenas quoque* erudiendi *gratia miſſus, quanto doctior majoribus ſuis, tanto & gratior populo fuit.* vide Sanct. III. Min. *c.* VIII. ibique Scioppium & Perizonium, qui pleraque illa & alia talia collegerunt. Suetonii locum adnotaverat etiam Cl. Schultingius ad h. l. Ciceron. IX. epiſt. XXV. Gronovius & Wittichius.

TISIDIUM VOCARETUR. Uratiſl. 1. & Incert. 2. *Theſidium.* Eccard. *Tiſidium caſtrum.* Guelf. 11. *reſiduum.* Forte *Thiſica*, aut *Tisdrum*, quod quidam haud procul ab Utica, cujus mox meminit Salluſtius, ponunt, intelligendum eſt, aut ſcriptum fuit ab Salluſtio. Sed in Fabric. 2. illud urbis nomen eſt omiſſum. Vinar. 1. *evocaretur.*

COEPIT FLECTERE ANIMUM. *Flectere*, pro ducere in contrariam partem. infra *c.* CII. extr. *animus barbari ab amicis* flexus. add. ſupra *c.* IX. n. 3.

Et

caretur, rurſus coepit flectere animum ſuum, & ex mala conſcien-
9 tia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem conſum-
tis, cum modo taedio rerum advorſarum omnia bello potiora duce-
ret; interdum ſecum ipſe reputaret, quam gravis caſus in ſervitium
ex regno foret; multis magniſque praeſidiis nequidquam perditis de
10 integro bellum ſumit. Romae Senatus de provinciis conſultus Numi-
diam Metello decreverat.

CAP.

Ex mala conscientia digna timere. *Et* non eſt in Guelf. 3. & 10. *ex* omittit Guelf. 11. & Academicus; retinet Noſter ſupra *c.* xxxii. n. 5. Rem. 2. *digne timere*. Guelf. 4. *ſupplicia digna timere*; 11. *digna tormenta*. ut fere corrumpunt ſupra *c.* xxxi. n. 8. *Sed ſane fuerit regni paratio plebi* ſua *reſtituere*. adde Cat. *c.* lii. n. 4. pro *mala* aliud primum fuit perſcriptum in Guelf. 12. Forte nudum dederat Criſpus, *ex conſcientia*, ut ſupra.

9. Per dubitationem consumtis. Vinar. 2. *conſumtus*; Fabric. 1. *conſultis*. corrupte. *Conſumere diem & tempus*, Cic. 1. epiſt. 11. n. 1. dies *magna parte* conſumtus *eſt altercatione Lentuli*. n. 6. diem conſumi *volebant*. Ovid. Triſt. iv. eleg. x. *v.* 114. *Sic tamen* abſumo *decipioque diem*. adde Heinſium ad iii. Faſt. *v.* 116. Noſter infra *c.* xcviii. n. 2. *Jamque* dies conſumtus *erat*. Livius xxiv. *c.* xx. Diebus *aliquot fruſtra ibi* abſumtis. xxvii. *c.* xxxii. *Primum* diem, *quo fines hoſtium ingreſſi ſunt*, *populando* abſumſerunt. Caeſar v. Gall. *c.* xi. *In his rebus* dies *circiter* x. conſumit.

Omnia bello potiora duceret. Ut *c.* xxvi. n. 2. *tametſi omnia* potiora fide *Jugurthae rebatur*. Guelf. 6. *ducerent*. Supra Struvian. *rerum adverſariarum*.

Interdum secum ipse reputaret. Fabric. 2. Eccard. & alii quidam, una cum edd. aliquot, *ipſe ſecum*; & Guelf. 6. omittit Provocabulum *ipſe*; prorſus ut Cat. *c.* xxxii. n. 1. *ibi multa* ſecum ipſe *volvens*. Uratisl. 2. *ſecum ipſe reportaret*; Fabriciani, *repugnaret*. tamquam repugnaſſet in animo prioribus conſiliis, quibus omnia bello potiora ducebat. Sed fruſtra hoc acumen adfectant. Cat. *c.* lii. n. 2. *cum ſententias nonnullorum mecum ipſe* reputo. ſupra *c.* xiii. n. 5. *in otio facinus ſuum cum animo* reputans.

Q. gravis casus in servitium ex regno. Duae poſtremae voces non exſtant in Uratisl. 1. contra Guelf. 6. habet nusquam *in ſervitium*, legitque, *quam gravis caſus ex regno foret*. Rem. 1. & Franc. *in ſervitium ire ex regno*. Eccard. *in ſervitio regno*. Incert. 2. *in ſervitutem ex regno*, ex Gloſſa. nam *ſervitium* pro *ſervitute* poſuit, & ſic infra *c.* xciv. *Mario vecordiam objectare*, *militibus noſtris Jugurthae* ſervitium *minari*. 1. Hiſt. Or. Lepidi: *dominationis in vos* ſervitium *ſuum mercedem dant*. Seneca Phoeniſſ. *v.* 599.

In ſervitutem cadere de regno grave eſt.

adde Thyeſt. *v.* 924. ſeqq.

Multis magnisque praesidiis. Vinar. 1. *multis magnis praeſidiis*. corrupte, ut alias. vide infra ad *c.* lxxviii. extr. Sed Eccard. & Gu. 10. *multiſque magnis praeſidiis*. ſecuti, ut arbitror, morem ſaeculi ſui, quo inter duas voces, quae per Copulam *que* conjungendae erant, ſaepe priori eam adjiciebant. Adolphus Fab. 11. de feminis princ. *Uxorem*que *virum thalamus conjunxerat unus*. & ſic ille aliique ſaepe ex eo numero. Niſi forte librarii haec cum ſuperioribus conjungi voluerint. quod tamen minime debuerant. Guelf. 6. *ne quicquam perdictis*, ut iſte *condictio*, pro *conditio* ſcribere adſolet. mox *de integro bellum ſumit* noſtri omnes, non *reſumit*. Juſtin. 11. *c.* xv. *Igitur Xerxes*, *cum proditionis dolum publicatum videret*, ex integro *bellum inſtituit*. lege Donatum ad Terent. Andr. A. iv. Sc. 11. *v.* 5. Sic quod ſupra fuit *bellum renovare*, id etiam *integrare* dicunt, ut Livius 1. *c.* xxix. *Conſpectus aliorum mutua miſeratione* integrabat *lacrimas*. adde infra *c.* lxxiii. n. 1.

10. Et Romae senatus. Edit. Veneta 1470. *Et iterum Romae*. Sed rectius Veneta 1490. 94. 1500. Vit. & Lipſienſ. 1510. *Romae ſenatus*, ſine Copula, quam in progreſſu & tranſitu narrationum perpetuo fere Criſpus omittit. in primis in tam brevi narratiuncula, quae hic ſubjicitur. cum iis ego delevi. Nempe prorogato in annum imperio Metellus Pro Conſule in Numidia res geſſit. vide Pighii Annal. Tom. iii. p. 132. infra *c.* lxxiii. extr.

CAP.

Digitized by Google

CAP. LXIII.

PEr idem tempus Uticae forte C. Mario per hoſtias dis ſupplican- LXVII. 1
te, *magna atque mirabilia portendi* haruſpex dixerat, *proinde*, *quae ani-*

CAP. LXIII. 1. PER IDEM TEMPUS UTICAE. Fabric. 2. *Per inter idem tempus*. Ex Gloſſa eſſe τὸ *inter* nemo dubitabit; ſed an illa vera ſit, incompertum habeo. Nam Latini multis in formulis pro ſexto Caſu, adhibent quartum cum Praepoſitione *per*: & ob eam cauſſam mallem *Eodem tempore* interpretari. Id vero obſervandum, non hanc interpretationem eſſe exactiſsimam. Nam Caſus auferendi notat tempus definitum, perſectum & exactum, quod alibi probavimus; & quartus Caſus incertum, indeterminatum atque continuum. Ergo hac formula paullo magis incertum tempus, & tractus quidam ejuſdem, nullo momento deſignato, indicatur: unde *Circa eadem tempora*, & *Per eadem tempora* promiſcue apud Vellej. II. *c.* VIII. Saepiſsime ita Hiſtorici. & Noſter eadem fere ratione Cat. *c.* XXXVIII. num. 3. *per illa tempora*. Sed Dictys I. *c.* III. princ. Per idem tempus *Alexander Phrygius indigniſſimum facinus perpetraverat*. *cap.* XVIII. per idem tempus *Lycius Sarpedon* cet. II. *c.* VIII. per idem tempus — *metus atque moeror univerſos invaſere*. ita *c.* XI. XV. XVIII. alibi. ita Livius, Caeſar, Tacitus. Attamen Terentius Andr. Act. IV. Sc. IV. definite: *per tempus advenis*. qui Hiſtoricis nulla lex eſt. adde Cat. *c.* LI. num. 6. De celebri Romanorum portu *Utica*, diximus quaedam ſupra ad *c.* XXV. num. 5.

PER HOSTIAS DIIS SUPPLICANTI. Et mentem deum indaganti per hoſtias conſultatorias, quod in Mario, religionibus omnibus nimis dedito, haud novum: utpote qui vatibus, aruſpicibus ſupra modum deditus erat, adeo, ut ſagam quamdam ex Syria ſecum duxiſſe tradant Plutarchus & Frontinus I. *c.* XI. Ipſe interpretandarum religionum peritiſsimus habebatur, Valer. Max. I. *c.* V. num. 5. De tali hoſtia pulchre Ovid. XV. Metam. *v.* 137. *Protinus ereptas viventi pectore fibras Inſpiciunt, menteſque deum* ſcrutantur *in illis*. *Harugas*, vel *haruigas* ejuſmodi hoſtias dici, quae exta inſpiciendi cauſſa oblata ſunt, docuit Feſtus, & Donatus ad Terent. Phorm. A. IV. Sc. IV. Guelf. 10. *ſupplicantibus*. Sed rectiſsime Eccard. & Guelf. 4. a prima manu, *ſupplicante*; quod forte etiam in Fabric. 1. fuerit, cum nunc ultima littera ſit eraſa. Latini enim ſaepiſsime abſolutam conſtructionem amplectuntur, cum Verba adſint, quae Caſum quemdam requirant, qui per Syllepſin eſt addendus. vide ſupra *c.* LII. num. 3. Cat. *c.* XLVIII. num. 7. *quo facilius*, adpellato Craſſo, *reliquos* illius *potentia tegeret*. ubi vide notata. *c.* XLIX. extr. *ut nonnulli equites*, egrediente *ex Senatu* Caeſare, *gladio minitarentur*. Virgilius II. Georg. *v.* 317. *nec*, ſemine jacto, *Concretam patitur radicem adfigere terrae*. ubi Servius: *Syllepſis eſt, per adſumtionem Caſus: nam ex Ablativo, i. e.* ſemine, *adſumendus eſt Nominativus, h. e.* ſemen, *& erit ſic: Nec* ſemine *jacto, patitur* ſemen *radicem terrae adfigere*. Claudian. VI. Conſ. Hon. Praef. *v.* 1. *Omnia, quae ſenſu volvuntur vota diurno*, Pectore ſopito, *reddit amica quies*. Livius XXIX. *c.* XXXIV. *Carthaginienſes ala equitum amiſſa*, *alio* equitatu *per novum delectum* comparato, *Hannonem* praeficiunt. Idem I. *c.* VIII. *Quod ex duodecim populis communiter* creato rege, *ſingulos ſinguli populi lictores* dederint.

PORTENDI, HARUSPEX DIXERAT. Vinar. 1. & Fabric. 1. *auruſpex*, quomodo libri vett. etiam Cat. *c.* XLVII. num. 2. & ſic eo loco Veneta 1470. quae hic quidem *aruſpex*; mox tamen *c.* LXIV. num. 1. iterum *auruſpicis*. quod ex nota ſupra litteram primam, aſpirantem indicante profectum eſse poteſt: *Dixerat* ſignate, ut Plautus Poen. Act. II. Sc. I. *v.* 8. *Vetui exta proſecarier, Neque ea adſpicere volui. quoniam non bona Haruſpex* dixit. Cicero III. Cat. *cap.* VIII. *Cum haruſpices ex tota Etruria conveniſſent, caedes atque incendia — adpropinquare* dixerunt. quod aliter *reſponderunt*. vide ad Cat. l. c. *praedicunt* apud Tacit. I. Hiſt. *c.* XXVII. *Haruſpex Umbricius triſtia exta, & inſtantes inſidias ac domeſticum hoſtem* praedicit. Praedicebant & *praeſentiebant*. Tibullus II. Eleg. V. *v.* 13. *Tuque regis ſortes per te* praeſentit *haruſpex, Lubrica ſignavit cum deus exta notis*. Fruſtra ergo dubitanter Wasſius ad Verbum *portendere*: vel in extis, vel a diis immortalibus; cum utrumque intelligatur, & ſaepe abſolute id Verbum ponatur. vide ſupra ad *cap.* III. num. 2. Dii portendunt per exta. Livius XXXI. *cap.* VII. *Dii immortales mihi ſacrificanti laeta omnia proſperaque* portendere; ut *ſomnio* portendunt apud Juſtin. I. *cap.* IV.

animo agitabat, fretus dis ageret: fortunam quam ſaepiſſume experi-
2 *retur; cuncta proſpera eventura.* At illum jam antea conſulatus ingens cupido exagitabat: ad quem capiundum, praeter vetuſtatem familiae, alia omnia abunde erant: induſtria, probitas, militiae magna ſcientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis & divitiarum
3 victor, tantummodo gloriae avidus. Sed is natus & omnem pueritiam Arpinis altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, ſtipendiis

regnique ei amiſſionem portendi *reſponderunt*. infra *cap.* XCII. num. 2. *Deorum nutu cuncta* portendi. Sed de hoc genere divinationis operae erit pretium, legiſſe Chalcidium ad Timaeum; Origenem IV. contra Celſum; Theodoretum VII. adv. Graecos, & pleroſque veteres ex Chriſtianis, qui de extiſpicio ita fere diſſerunt, ut omnem rem daemonibus quibuſdam, qui fibras animarent, adtribuant.

PROINDE QUAE ANIMO AGITABAT. Hodie fere dicerent *agitaret*. Sed Cat. *cap.* XXVII. num. 4. *docet, ſe Manlium praemiſiſſe ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma* paraverat; *item alios* &c. ſupra *cap.* LIV. num. 1. *Hortatur, ad cetera, quae levia* ſunt, *parem animum gerant*. infra *cap.* CVI. num. 3. *manſurum potius, quam proditis, quos* ducebat, *turpi fuga, vitae parceret*. VI. Fragm. Orat. Cottae num. 7. *ita claſſe, quae commeatus* tuebatur, *minore, quam antea navigamus*. Sic emendavi ex libris vett. adde ſupra *cap.* XXXIX. n. 1. Terent. Eunuch. Act. III. Sc. III. *aut dicat, quid* volt. ubi adeas Donatum. Caeſar I. Gall. *cap.* XXXI. *niſi quid in Caeſare populoque R. ſit auxilii, omnibus Gallis idem eſſe faciendum, quod Helvetii* fecerunt, *ut domo emigrent*. Livius III. *cap.* XIII. *Se haud multo poſt, quam peſtilentia in urbe* fuerat, *in juventutem, graſſantem in Suburra incidiſſe*. Gu. 7. *in animo agitabat*. Acad. *quia omnia quaeque animo agitabat*. Forſitan pro, *proinde quaeque animo agitabat*. de illa dictione ſupra ad *cap.* XI. n. 1.

FRETUS DIIS AGERET. Baſil. 1. Vinar. 2. Senat. 1. Guelf. 1. & 3. *dis* ſcribunt. Sed Senat. Vinar. Fabric. primi, Guelf. 1. 3. 9. & a manu ſecunda Fabric. 2. *agere*, decepti tum ipſa Conſtructione, tum etiam more ſcribentium, qui & uno ductu cum *e* littera ſcribere ſolebant. Nos errores hujuſmodi bene multos produximus ad *cap.* XIV. EXCURSU II. n. 4.

FORTUNAM QUAM SAEPISSIME EXPERIRETUR. Fabric. 1. & Guelf. 6. *quam ſaepe*. Supra *cap.* LXII. num. 1. *ſatis ſaepe jam & virtutem militum, &* fortunam tentatam. adde *c.* XXXI. num. 5.

CUNCTA PROSPERE EVENTURA. Uratiſl. 1. *omnia proſpere ventura*. & *ventura* quidem ſcribunt etiam Guelf. 3. & 12. ſed 11. *evenire*. Rectius Uratiſl. 3. *proſpera;* eamque lectionem expreſſit etiam Eccard. *cuncta proſperae eventura*. nam is alibi numquam *e* ſimplex per *ae* ſcribit, & hanc diphthongum ſemper junctim *æ*, non ita diviſim. Ejus moris paſſim mentio facta, ut ſupra ad *cap.* XXIII. n. 2. & ad Cat. *c.* XLII. num. 2. Dictio etiam venuſta. Probavimus ad haec Cat. *c.* XXVI. extr. *quoniam, quae occulte tentaverat*, aſpera *foedaque evenerant*. Guelf. 6. *omnia proſpere dicit eventura*.

2. PRAETER VETUSTATEM FAMILIAE, ALIA OMNIA. Erat enim Marius *novus homo*, infra *cap.* LXXIII. num. 6. & *cap.* LXXXV. ignoto parente, Aelianus XII. Var. Hiſt. *cap.* VI. qui a caliga ad conſulatum perductus eſt, Seneca V. Benef. *cap.* XVI. Ut hic *vetuſtas familiae*, ſic Vellej. Pat. II. *cap.* CXXVII. *novitas familiae*. Guelf. 9. *ſibi alia omnia abunde erant*, quia videbat, tertium Caſum omiſſum eſſe. vide ſupra *cap.* XLIV. n. 1. & *cap.* LXI. n. 4. Guelf. 11. omittit *alia*. Noſter II. Hiſt. *modeſtus ad omnia* alia, *niſi ad dominationem*.

ANIMUS BELLI INGENS, DOMI MODICUS. Eleganter Guelf. 2. *animus ingens belli, domi modicus;* qualem poſituram paſsim in Noſtro vindicavimus, & modo *cap.* LXI. num. 4. *belli, domi*, ut alibi *domi militiaeque;* aut *belli domique*, quam formulam ſervat ſupra *cap.* XLI. n. 7. illud fortitudinem ejus & magnum animum in rebus bellicis notat, quod oſtendet infra *cap.* LXXXV. & *cap.* XCVIII. n. 1. hoc *domi* ad res ipſius domeſticas pertinebit, quae modicae & minime pro moribus temporis magnificae, *cap.* LXXXV. n. 39. Sic Cat. *cap.* IX. num. 3. *In ſuppliciis deorum magnifici*, domi *parci, in amicis fideles erant*. adde Cat. *cap.* LII. n. 21. Supra Accadem. *militiae magna conſcientia*: mox Guelf. 4. *tamen modo gloriae avidus*. Vinar. 2. *gloriam avidius*.

3. NATUS, ATQUE OMNEM PUERITIAM ARPINI ALTUS. Guelf. 4. *Sed is natus Arpini, et omnem pueritiam*, &c. Recte ceteri, & ſollemne eſt Salluſtio poſtponere Nomina aut particulas, quae

diis faciundis, non Graeca facundia, neque urbanis munditiis ſeſe exercuit: ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo

quae etiam ad priora pertinent. vide Cat. *c.* XXXVI. num. 5. *cap.* XLVI. n. 5. Supra *cap.* V. n. 3. *cap.* III. n. 2. & *cap.* LVII. n. 4. Fabr. 2. *Sed natus*, ſine Provocabulo. *et* omittunt Guelf. 6. 9. 10. Deinde Baſil. 1. Acad. Struv. Incerti, Franc. Uratiſl. 3. Eccard. Guelf. 6. 10. & 11. ſcribunt *per omnem pueritiam*. & ſic eſt in ed. 1470. ceteriſque Venetis, Vit. atque Lipſ. 1510. Sed certe ex Gloſſa. Noſter Cat. *cap.* XXVII. n. 2. dies nocte*ſque feſtinare*, *vigilare*. Eod. *cap.* XXXVI. n. 1. *Sed ipſe* paucos dies *commoratus apud C. Flaminium Flammam*. Supra *c.* XXIV. n. 3. quinctum *jam* menſem *obſeſſus teneor*. infra *c.* XCI. n. 4. noctem*que* totam *itinere facto conſedit*. Cic. VI. epiſt. V. nu. 7. *Itaque ne* punctum *quidem* temporis *in illa fortuna fuiſſet*. Id. XVI. epiſt. XII. n. 4. *Se praeſentem* trinum nundinum *petiturum*. Juſtinus II. *cap.* X. *Xerxes bellum a patre coeptum adverſus Graeciam* quinquennium *inſtruxit*. cum nota Bongarſii. nam et ibi vulgo *per quinquennium* legebatur. adde Terent. Hecyra A. I. Sc. II. & A. III. Sc. IV. ibique Donatum. Caeſar VI. Gall. *c.* XXXVI. princ. *Cicero*, *qui* omnes ſuperiores dies, *praeceptis Caeſaris*, *ſumma diligentia milites in caſtris continuiſſet*. Sic MSS. etiam, quem nos contulimus. Vulgo, *per omnes ſuperiores dies*. adi ibi Daviſium. Praeterea *altus* eſt in vetuſtiſſimis noſtris; at Incerti, Remenſ. 1. Franc. Eccard. Senat. 2. Heuſſian. Vinar. 2. Guelf. 1. 7. 6. 11. & Veneta 1470. *alitus*. Fuere etiam Priſciani aetate codd. qui hoc praeferrent, teſte eo libr. X. pag. 897. Et quoniam Noſter *miſeriti*, pro *miſerti*; *arguitum*, pro *argutum* maluit, praeferrem etiam *alitus*. adde Soſip. Chariſium III. pag. 220. Guelf. 10. *autus* pro alitus, ita corrupte, ut ſupra Remenſ. 2. *narus* pro *natus*. Jungit ea & Plaut. Rud. Act. III. Sc. IV. *v.* 36. *Imo Athenis* natus altuſ*que educatuſque Atticis*. & alicubi Cicero. pro *Arpini*, Uratiſl. 2. *Alpini*; Vinar. 1. *Arpinas*. male. *Arpinum*, celebris Marii ac Ciceronis patria, unde hic illum ſuum vocat municipem ad Quir. poſt red. *cap.* VIII. ſitum ad confluentes Liris atque Fibreni. vide Cellar. II. *cap.* IX. pag. 821.

UBI PRIMUM AETAS MILITIAE PAT. F. *Aetas* non legitur in Remenſi 1. neque in Pembrochienſi: & abundare viſum Ciacconio. mihi haud diſplicebit, ſi inducatur. Sine eo Cat. *cap.* VII. n. 4. *juventus ſimul laboris ac belli patiens erat*. Neque tamen ita male Academicus: *ubi primum aetas patiens fuit*. quomodo Silius I. *v.* 114. *ubi competet aetas*.

NON GRAECA FACUNDIA. Ipſe Marius infra *cap.* LXXXV. n. 32. *Neque litteras Graecas didici*, &c. Et evenit in Mario, quod in pleriſque *viris militiae natis*, *qui factis ſunt magni*, *ad verborum linguaeque certamina rudes*, Livius X. *cap.* XXII. Tamen & rudis ille Marius favebat ingeniis. Cic. pro Arch. *cap.* IX. *Archias & ipſi illi C. Mario*, *qui durior ad haec ſtudia videbatur*, *jucundus fuit*. Nam & hoc quotidie uſu venire videmus, ut expertes omnium litterarum maturiore aetate, niſi bruta fuerint ingenia, deliciis litterarum adficiantur. Quibuſdam etiam poenae nomine irrogatum vidimus, *Virtutem videant*, *intabeſcantque relicta*, Perſius Sat. III. *v.* 38.

NEQUE URBANIS MUNDITIIS. Guelf. 3. *mundanis munditiis*: dignum erat illo librario *ſaecularibus munditiis* ſcribere. Eccard. omittit vocem *urbanis*. Sed perperam. Intelligit omnem cultum, quo inſaniebant in urbe. Convivia, delicias, elegantiam, familiam ſplendidam, qualia fere Marius enumerat infra *cap.* LXXXV. num. 39. 40. 41. adde Cat. *cap.* XIII. num. 3.

INTER ARTIS BONAS INTEGRUM ING. BR. ADOLEVIT. H. e. in bonis artibus innocens ille & indepravatus Marius magnus factus eſt. Ita interpretari jubet additum *brevi*; cum paullo alius ſenſus elici poſſet, ſi iſtam voculam cum Senat. 2. & Heuſſ. expunxeris. *integrum* vocat, nulla mala lubidine corruptum & ſolis bonis artibus deditum. Cic. pro Planc. *cap.* XX. *Numquam enim fere nobilitas*, integra *praeſertim atque* innocens, *a populo R. ſupplex repudiata fuit*. adde Cat. *cap.* LIV. num. 2. de Agricola Tacit. *cap.* IV. *per omnem honeſtarum artium cultum pueritiam adoleſcentiamque tranſegit*. *Arcebat eum ab illecebris peccantium praeter ipſius bonam* integram*que naturam*, *quod* &c. Et talia fere ſunt praecepta Ciceronis II. Offic. *cap.* XIII. ubi docet, quibus artibus novi & obſcuri homines ad gloriam contendere debeant. *Inter bonas artis*, ut contra Cat. *cap.* III. num. 4. *inter tanta vitia*. adde ſupra *cap.* XL. num. 4. Sed illud melius reſpondebit, ſi *brevi* fuerit omiſſum. Eritque ſententia: Cum bonis tantum artibus ingenium ſeſe exerceret, integrum manſit & adolevit. ut Juſtinus 1. *cap.* II. num. 11. *Filius belli ſtudia depoſuit*, *& veluti ſexum cum matre mutaſſet*, *raro a viris viſus in feminarum turba* conſenuit. pro *vixit & conſenuit*.

4 Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, pleriſque faciem ejus ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur.
5 Deinde ab eo magiſtratu alium poſt alium ſibi peperit: ſemperque in poteſtatibus eo modo agitabat, uti ampliore, quam gerebat, di-
6 gnus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione

4. TRIBUNATUM MILITAREM A POPULO PETIT. *Militarem* ſcribunt MSS. noſtri & edd. vett. non *militum*. Sed *ubi* non viſitur in Fabric. I. neque Guelſ. 10. & cum eadem formula ſupra n. 3. adſuerit, latere aliquod ulcus facile ſuſpicor. Guelſ. 6. non habet *primum*: qui tamen ſurdo canit, ſicuti & Acad. Fabric. 2. Franc. Uratiſl. 1. & Guelſ. 12. ſuum *petiit*. Veteres enim cum *petit*, pro *petiit* ſcribebant; tum poſt *ubi* & *poſtquam* Praeſens tempus ponebant, quod oſtendit nota ad *cap*. LII. num. 6. De *tribuno militari* dixi ad Cat. *cap*. LIX. num. 6. *A populo* dixit, quia tributis comitiis ea tempeſtate populus creabat, Livius XLII. *c*. XXXI. iique honoratiores, quam quos Conſules, aut imperatores creabant, *Ruſuli* vulgo dicti, Feſtus & Aſconius. vide Lipſium II. de mil. Dialog. IX.

FACILE NOTUS PER OMNIS TRIBUS DECLAR. Ita conſenſu Codd. Palmerius tamen conjicit, *factis notus*, vel *forte notus*: quod otioſis tantum placere poteſt. Addere debuiſſet *fama notus*, ut Sidonius VII. epiſt. XIII. *Himerius notus mihi hactenus parum* vultu, *ſatis* opinione. Sed hanc oppoſitionem ſtudioſe negligit Noſter, quod vidimus ad Cat. *cap*. XII. n. 5. & ſupra ad *cap*. XXXVII. n. 4. Quare non eſt ſollicitanda vulgata lectio, quae hunc integrum ſenſum tenet: *etſi plerique faciem Marii ignorarent, bene tamen notus omnibus erat*. vide ad Cat. *cap*. XXXVI. n. 5. & ſupra ad *cap*. XLI. n. 6. *Noto* itaque conferebant magiſtratum illum, quod contra erat in Vitellio, de quo Tacit. III. Hiſt. *cap*. LXXXVI. *Conſulatum, ſacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla ſua induſtria, ſed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei detulere, qui ipſum* non noverunt. *Bene* dixi *notus*, nam ita fere exponit Particulam Donatus, quem vide ad Cat. *cap*. XXXVII. n. 3. Sic Cicero *facile princeps*, *facile nobiliſſimus*; prorſus ut Noſter *facile notus*. idem Cat. *c*. X. n. 2. *facile tolerare*. *Tribus* eo tempore in civitate Romana quinque & triginta, quae ſuffragium comitiis illis ferebant, Livius XXXII. *cap*. XXV. de quibus lege Sigon. I. de a. jure civ. Rom. *cap*. III.

5. AB EO MAGISTRATU. Vinar. I. *magiſtratum*, ut ad ſequentia referendum ſit. Livius IX. *c*. XXX. tribunatum etiam *imperium* nominat.

ALIUM POST ALIUM SIBI PEPERIT. Uti ſupra *cap*. LV. n. 8. *rurſus* aliis poſt aliis *minitari*. & hic fuit progreſſus ad maximum imperium κατ' ἀκολουθίαν, ut loquitur Herodianus VII. *cap*. V. Fabric. I. manu prima habuiſſe videtur: *alios poſt alium*. *Sibi* locum mutat in Guelſ. 7. pro quo *ſi* habet 6. Delendum omnino illud Pronomen, quod paſſim Noſter ſubintelligi voluit. atque ita Cat. *cap*. II. n. 4.

IN POTESTATIBUS EO MODO AGITABAT. Senat. I. *poteſtatibus*, ſine Praepoſitione. erunt autem, quibus & illa, & praeterea Nomen *poteſtatibus* addita ab aliena manu videbuntur. eo magis, quod Uratiſl. 3. ſcribat *in poteſtate*. Alii tamen ita fere *magiſtratum poteſtatemque* conjungunt, ut *honorem & imperium*. Sic in veteri edicto leg. I. §. I. D. quod quisque juris in alterum: *qui* magiſtratum poteſtatem*ve habebit*. Cic. II. *cap*. VII. *cum omnes* poteſtates, *imperia, curationes ab univerſo populo R. proficiſci convenit*. ita Legg. XII. Tabb. *ni major* poteſtas *probibeſſit*. Fabr. I. *eo modo* inter verſus a prima manu. Perperam illud omitteretur. Cat. *cap*. XXIII. num. 3. *ferocius agitare*. alibi etiam aliis additamentis quidam agitandi modus exprimitur.

UT AMPLIORE, QUAM GER. DIGNUS HABER. Uratiſl. 2. & 3. Struv. Incert. I. Remenſ. 2. Franc. Guelſ. 10. 12. *ut ampliore honore, quam gerebat*. Eccard. & Vinar. 2. *ampliore, q. gerebat, honore*. Guelſ. 6. *ampliorem honore, quem gerebat*. male omnes. & hic quidem non intellexit conciſum dicendi genus, quod eſt pro eo: *ut ampliore poteſtate, quam erat illa, quae ab illo gerebatur, dignus haberetur*. ita recte Perizonius, quem vide ad Sanct. II. Min. *cap*. X. extr. Ita autem agitare, ut hic Marius, difficillimum iis fuerit, qui vix, honoribus adeptis, dignos illis ſeſe praeſtare poſſunt. Mamertinus pro Coſ. grat. act. *cap*. XXXI. *Facilius eſt, imperator, bonis artibus mereri conſulem fieri, quam induſtria & labore perficere, ut videaris meruiſſe, cum factus ſis*. Multi tamen dum *priores honores accipiunt, proximos quoſque merentur*, verbis Plinii II. ep. XIII. qui recte Paneg. *cap*. LXX. *Nihil magis prodeſt candidato ad ſequentes honores, quam peractus optime magiſtratus*. adde Juſtin. VI. *c*. VIII. n. 8. Claud. Laud. Serenae *v*. 195.

6. TAMEN IS AD ID LOCORUM TALIS VIR. Academ.

tione praeceps datus eſt) petere non audebat. Etiam tum alios magiſtratus plebes, conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat. Novus

dem. & Fabric. 2. *Tamen ad id locorum*, omiſſo Pronomine *is*, quod hoc loco non adeo abſurdum factum eſt. *Ad id locorum* Gloſſa Guelf. 1. reddit: *ad hanc dignitatem*. h. eſſet uſque ad hanc dignitatem, qua nunc fulgebat, qui Legatus erat Metelli. Ponitur enim *locus* pro ſtatu dignitatis: & ſaepiſſime quidem in Hiſtoriae Auguſtae Scriptoribus, qui *locis militaribus adjutus*, & hujuſcemodi alia frequentant. Sic & Cicero XIV. epiſt. XVIII. nu. 4. *Vos videte, quid aliae faciant* iſto loco *feminae*. ubi notulam noſtram, ſi tanti, videas. Gronovius tamen ad Liv. XXVII. *c.* VII. extr. pluribus probat, *ad id locorum*, eſſe *ad id tempus*, & *locum* ſaepe pro *tempore* poni. addidit Noſtri *c.* LXXII. num. 2. *Neque* poſt id locorum *Jugurthae dies, aut nox ulla quieta fuit*. ita & Livius XLIII. *c.* V. *nec ſe* ad id locorum *ſcire, propter quam cauſſam conſuli pro hoſtibus fuerint*. Plautus Caſina Act. 1. *v.* 30. *Primum omnium — Poſtilla, ut ſemper improbus nihilque ſis*. Poſt id locorum, *quando ad villam veneris, Dabitur tibi amphora una*, cet. Id. Trucul. A. III. Sc. 1. *v.* 15. *Eradicare eſt certum cum primis patrem*, Poſt id locorum *matrem*. Symmachus Epiſt. ad Auſonium: *Tibi uni* ad hoc locorum *nihil gratia praeſtitit, aut demſit invidia*. Aemulatur Apulejus, ſed alia notione, de Habit. doctr. Plat. pag. 25. *Quare ſuadendum eſt fundatoribus rerump. ut* uſque ad id locorum, *plebes ſuas taliter augeant, ut eidem rectori noti omnes eſſe poſſint*. addidit ille *uſque*, quod & Livius, & Noſter aliique alibi etiam omittunt, quod exempla demonſtrant infra ad *c.* ult. num. 2. & male Veneta 1470. addit.

TALIS VIRGNAM POSTEA. Hoc ordine vix Baſil. 1. Fabric. 1. Senat. 2. Heuſſ. apud nos. Nam reliqui omnes Parentheſin tranſjiciunt poſt Verbum *audebat*. Et talia obſerves Cat. *c.* XXXVIII. num. 1. Eod. *c.* XLVII. num. 4. &, ubi purae Parentheſes, paſſim, etſi in paucioribus Codd. *Talis* ad laudem hoc loco, & oſtenderat ſupra virtutes, ad quas per hanc vocem reſpicere juſſit. Sic alibi Cat. *c.* LI. num. 17. *quid enim in* talis *homines crudele fieri poteſt?* Supra *c.* X. num. 8. *colite, obſervate* talem *hunc virum*. infra *cap.* CXII. num. 3. *Cum* talem *virum in poteſtatem habuiſſet*. Cic. XIII. epiſt. LXXIII. nu. 2. *mihi certe perſuadeo, te*, talem *virum, nihil temere feciſſe*. Idem III. epiſt. XII. nu. 3. talium *virorum tanta ſtudia adſequi ſola virtus poteſt*. quos ibi citavi, plura dabunt. C. Nepos Themiſt. *c.* X. princ. *Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupienſque* talem *virum ſibi conciliari, veniam dedit*. Ennodius Vita Epiphanii: Talis *jam ad decimum octavum aetatis ſuae pervenit annum*.

AMBITIONE PRAECEPS DATUS EST. *Eſt* optime deficit Guelf. 6. *praecipitare, praecipitem ire*, frequens in his rebus. vide ſupra *c.* XXXI. nu. 6. Bene Plato apud Stobaeum Serm. XLI. *περιμάχητον τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, οἰκεῖος ὢν, καὶ ἔνδον ὁ τοιοῦτος πόλεμος αὐτούς τε ἀπόλλυσι, καὶ τὴν ἄλλην πόλιν*. Mario *inexplebilem honorum famem* tribuit Florus III. *c.* XXI. adde Zevecot. ad Eumdem pag. 251.

CONSULATUM ADPETERE NON AUDEBAT. Quid illud? Marius, quem ſupra nu. 2. *ingenti conſulatus cupidine exagitatum* dixerat, is nunc conſulatum non audet *adpetere?* aut quis *adpetere*, pro ſollemni illo *petere* umquam dixit? Contaminatus eſt dubio procul hic locus, & id ſatis arguunt MSS. Commelinianus vetuſtiſſimus, quinque Palatini, aliquot Waſſii, apud nos Baſil. 1. Fabric. 1. Incert. 2. Remenſis uterque, Acad. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 6. & 12. item Venet. 1493. omnes omittunt vocem *conſulatum*; in paucis, qui habent, alio atque alio loco ponitur, & Guelf. 11. habet, *conſulatus honorem appetere*; 9. vero eam vocem & praeterea Verbum *adpetere* ejicit. Tot tandem teſtes illud evincant, non eſſe ab Salluſtio hanc vocem perſcriptam. & qui conſideraverit, quod ab n. 2. haec oratio maxime ſit ſuſpenſa, ubi mentio facta *Conſulatus*; & quod ſtatim idem nomen recurrat, haud difficulter intelligi poſſe ſtatuet. Eodem modo peccarunt Cat. *c.* XLIV. n. 2. *poſtulans* jusjurandum. *Ceteri nihil ſuſpicantes* dant. ubi alii, *dant jusjurandum*. adde Eod. *c.* L. n. 6. *c.* LVI. n. 4. & LIII. n. 3. adde infra *c.* XCVIII. nu. 5. Neque ſanum eſt Verbum *adpetere*, quod quilibet viderit, mutandum eſſe in *petere*: & ortum videtur ex Gloſſa quadam ejus, quod ſupra dixerat, *ad id locorum*, quod quidam litterator interpretabatur *ad conſulatum*. unde tranſpoſitis vocibus dederunt hoc loco *conſulatum ad*petere. Jam Eccard. Guelf. 3. & Uratisl. 3. item edd. Venetae 1470. 1490. 93. Vit. 1500. & Lipſ. 1510. ſancte exhibent *petere*. atque ſic ſtatim *c.* LXIV. n. 1. petundi *gratia miſſionem rogat*. ubi vide. Nec offendere debet iteratio ejuſdem Verbi: cum in ſollemnibus vocabulis non aliter velint, nec poſſint Latini. vide ſupra *c.* XXIX. n. 5. Cat. *c.* LX. nu. 6. & 7. & quae ad Ei. *c.* XXIII. nu. 3.

 adno-

Digitized by Google

7 Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore & quaſi pollutus haberetur.

CAP. LXIV.

LXVIII.

1 IGitur ubi Marius haruſpicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello petundi gratia miſſionem rogat:

adnotavimus. Ceterum *petere* & *adpetere* permutantur etiam infra *cap.* LXIV. num.2. in optimo MS.

ALIOS MAGISTRATUS PLEBES. Guelf.6. *plebs dabat*. Intellige a communi *per manus tradebat*, tantummodo *tradebat*, pro *mandabat*. Hac forma Cicero X. epiſt. XIV. num.3. *Sperabam etiam Lepidum temporibus admonitum, tecum, & reip. ſatis eſſe* facturum. ubi vide notata. Saepe enim alteri membro eorum, quae per commune Verbum clauduntur, pura adhaerent. Noſter Catilin. *c.* X. num.1. *fortuna* ſaevire, *ac miſcere* omnia *coepit*. Terent. Adelph. Act. 1. Sc. 1. *nam qui* mentiri, *aut fallere inſuerit* patrem. adde ſupra *cap.* XXX. num.4.

INTER SE PER MANUS TRADEBAT. Vinar.2. *unus alteri per manus tradebat*. Gloſſa Guelf. 12. *de manu in manum*. Recte illa. nobiles tradebant inter ſe per manus conſulatum, ut in nullum alium, quam nobilem deveniret. Hoc ſtudium expreſſit dictio *per manus*. de qua plura exempla ſuppeditabit Eraſmus Chil. IV. Cent. V. Adag. XXVIII.

7. NOVUS NEMO. De hominibus *novis* plura vide ad Cat. *c.* XXIII. num.6.

CLARUS, NEQUE TAM EGREGIIS FACTIS ERAT. Baſil.1. Incerti, Fabric.2. Eccard. Guelf. 6. & 11. *egregius factis*. quod Rivio cur placuerit, dicere nequeo. Librarios ſcio propter proximum *clarus* ita ſcripſiſſe, ut paſſim alibi turbant. Sed ſic modo *c.* LXI. extr. *Facile Numidae perſuadet*, *cum* ingenio infido, *tum* metuenti, *ne*, *ſi* cet. *c.* LVII. extr. pareſ*que periculo*, *ſed* fama impari, *boni atque ignavi erant*. infra *c.* XCV. num.3. Cupidus *voluptatum*, *ſed gloriae* cupidior, otio luxurioſo *eſſe*. ubi *luxurioſus* in quibuſdam. Sed plura collegimus ad Cat. *c.* XVIII. num.4. Fabric. 1. Vinar.1. Acad. Struv. Uratisl. 1. & 3. Guelf. 9. 10. 12. *egregius factus*. Tribus deeſt ſecundum *tam*; quem defectum non ita probo, ut Uratisl. 3. Guelf. 7. & 12. qui *erat* excludunt. Sic ſupra *c.* V. n. 1. *bellum*, *quia magnum atque atrox*, variaque victoria.

QUIN IS INDIGNUS ILLO HONORE. *Quin indignus* ſcribunt Fabric. 1. Franc. & Acad. ſine Pronomine. Eccard. *quin indignus ille habere*, & cet. omiſſo Nomine *honore*. mox *habebatur*. Guelf.10. Eodem modo Cat. *c.* XXIII. nu.6. & *quaſi* pollui *conſulatum credebant*.

CAP. LXIV. 1. UBI MARIUS HARUSPICIS DICTA. Guelf. 3. *Igitur Marius ubi aruſp.* Sed Fabric.1. deficit proprium Nomen. is, atque Struv. Franc. & quidam Guelff. *auruſpicis* ſcribunt; Guelf.6. *airuſpicis*. *Dicta* proprie, quae aliis *praedicta*, Cic. VI. epiſt. VI. num.12. vide ſupra ad *c.* LXIII. nu. 1. *intendere* abeſt ab Senat.2. & Heuſſ. & mox Guelf. 10. *quo cupido eum hortabatur*. Fabric. 1. *hortaretur*. Ordo autem, quem expreſſimus, in omnibus noſtris conſpicitur. Aliis placuit: *eodem*, *quo cupido animi hortabatur*, *intendere videt*. Vides hic effectum auſpiciorum & praedictionem: quibus Marius mire confirmatus eſt. Convaluit iiſdem aliorum ſaepe improbitas, & ſingularis eſt obſervatio Herodiani VIII. *c.* III. & II. *cap.* IX. quem lege. adde Noſtr. Cat. *c.* XLVII. num.2.

PETUNDI GRATIA. Academ. Incerti, Eccard. Guelf.3.4.6.7.9.10.11.12. aut *conſulatum*, aut *conſulatus petendi*. Eaque vox in aliis temere omiſſa videtur Glareano. Sed diximus modo ad *c.* LXIII. nu.6. *petere*, abſolute pro *conſulatum petere* dici, & ſic Noſter Cat. *cap.* XXI. extr. *ut* petitionem *ſuam curae haberent*. Cicero ſaepius 1. ad Attic. epiſt. 1. Petitionis *noſtrae hujuſmodi ratio eſt*. ---- Competitores *qui certi eſſe videantur* ---- *Catilina certus erit* competitor ---- *de iis*, *qui nunc* petunt, *Caeſar certus putatur* ---- *nemo eſt ex iis*, *qui nunc* petunt ---- Petitorum *haec eſt cogitatio* ---- *his duntaxat urbanis* competitoribus. Sic ille eadem epiſtola, qua omni ne ſemel quidem *conſulatus* mentio facta eſt. Idem & alibi ſaepe. adde infra *c.* XCII. extr.

MISSIONEM ROGAT. Eccard. *rogabat*; Uratisl.3. *dimiſſionem*, ut hodie ſolent. *Miſſio* proprie immunitas a militia, eaque dabatur vel expletis ſtipendiis, vel ob morbos, vel denique ignominiae cauſſa. Lipſius V. de milit. Dial. XIX. Ste-

gat : cui quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis ſupe-
rabant, tamen inerat contemtor animus & ſuperbia, commune no-
bilitatis malum. Itaque primum commotus inſolita re, mirari ejus 2
conſilium, & quaſi per amicitiam monere, *ne tam prava inciperet,
neu ſuper fortunam animum gereret : non omnia omnibus cupienda eſ-
ſe : debere illi res ſuas ſatis placere : poſtremo caveret id petere a populo
Roma-*

Stewech. ad Veget. II. *c.* III. Deinde etiam pro omni ſolutione a militia dicitur, ut apud Caeſar. I. Civ. *c.* LXXXVI.

Alia optanda bonis superabant. Vinar. I. deſtituitur vocabulo *bonis*, male. Intelligit *quae optantur a bonis*, ut Cat. *cap.* X. num. 2. *optandae aliis*. *Superant* quae abunde adſunt, ut Cat. *c.* XX. num. II. Livius III. *c.* XVII. *Comitia interim in foro ſunt, ſenatus in curia eſt, velut cum otium* ſuperat. Ovidius VII. Metam. *v.* 103. *Robora non deſunt*, ſuperat *mihi miles in hoſtem*.

Tamen inerat contemtor animus. Gu. 10. *tantum*; 4. *erat*; II. *contemtus animus*. *Animus contemtor*, uti *animus victor*, *rector*, *rex*, *dominus*, *liberator*, *deprecator*, *contemplator*, alia, quae vide apud Bentlej. ad Horat. IV. Oda IX. *v.* 39. ubi & Virgil. IX. Aen. *v.* 205. laudatur: *Eſt hic*, *eſt* animus *lucis* contemtor. Sic ſupra *c.* LVIII. nu. 5. *exercitus victor*. ubi vide. Sic Silius I. *v.* 173. *Carnificeſ*ve *manus*. Auſonius Ephemer. Orat. *procul exige ſaevum* Inſidiatorem *blandis erroribus* anguem. Seneca Controv. VII. *ultores ignes*. Prudent. Pſychom. *v.* 278. *Cunctanti ſpes fida comes ſuccurrit et offert* Ultorem gladium *laudiſque inſpirat amorem*. Petrus Chryſol. Serm. V. *artifex cavillatio*. & CXLIX. *artifex pictor*. Claudian. III. Rapt. *v.* 28. *Sed quid* diſſuaſor *honeſti* Luxus, *et humanas oblimat copia mentes?* Lucanus IV. *v.* 258. *Ut dextrae juſti* gladius diſſuaſor *adhaeſit*. Martial. VIII. epigr. LI. *Liveſcit nulla caligine fuſca, nec odit* Exploratores *nubila maſſa* focos. Auguſtin. VI. contra Pelag. *c.* V. *Propter quam Calligonum Valentiniani junioris Eunuchum* gladio *novimus* ultore *punitum*, *meretricis confeſſione convictum*. & infinita alia, quibus Latini ſtatum atque habitum melius longe exprimunt, quam per Adjectivum.

Superbia, commune nob. malum. Inepte Eccard. *quod eſt commune n. m.* Lege autem Ariſtotelem III. Rhet. *c.* XV. de moribus nobilium, & adde Reinhard. ad Lipſ. II. Polit. *c.* XV. num. 5. atque Juvenalem nota illa Satyra VIII. Originem adtribuunt huic ſuperbiae dignitatem parentum. Auget vero ipſa educatio, & ſerviles illae humilium blanditiae, quae pueris omnia infra ſe poſita eſſe perſuadent. Inepta illa quidem ſuperbia; ſed hodie ortum eſt aliud quoddam genus, quam *miſerabilem* diceres *ſuperbiam*; hominum inanium & ventoſorum, quibus nec nobilitas, virtus, divitiae, nec quidvis aliud, ſed ſola de ſe ipſis, eaque valde exilis, opinio magnos ſpiritus facit. Mira natio & nocentiſſima.

2. Mirari ejus consilium. Guelf. I. & 2. Academ. Vinarienſes, Senat. I. Incert. 2. Remenſ. 2. Franc. Uratiſl. 2. *mirari primum ejus conſilium*: quod ab ſuperioribus: *itaque primum*, his verbis adhaeſit. Guelf. 9. *imitari primum ejus conſilium*. Sed illud *ejus* ſi abeſſet, gratior & ſuavior eſſet orationis tractus. Codd. tamen non adjuvant. Sequitur in Guelf. 6. *et quaſi per mamicitiam*; Baſil. I. *neu tam prava inciperet*.

Neu super fortunam animum ger. Baſil. I. *neu tam ſupra fortunam*; *ſupra* eſt etiam in Franciano. Vinar. 2. *non ſuper fortunam*. Dictum illud iis maxime eſſe debet, quos fortuna *avidos gloriae magis, quam capaces fecit*, Curt. IV. *c.* VII. num. 29. nam de ingenuis animis verum eſt illud Senecae Epiſt. XLIV. *Animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione* ſupra fortunam *licet ſurgere*. iiſdem verbis Idem Ep. XLI. *An poteſt aliquis* ſupra fortunam, *niſi ab illa adjutus, exſurgere?* Sed Noſter *fortunam* intelligit, ſtatum & conditionem, in qua Marius natus. Livius XXV. *cap.* XXXVII. *eques R. impiger juvenis, animique et ingenii aliquanto, quam* pro fortuna, *in qua erat natus, majoris*. Propertius III. eleg. VII. princ. *Maecenas eques Etruſco de ſanguine regum, intra* fortunam *qui cupis eſſe* tuam. Ovidius: *et intra* Fortunam *debet quiſque manere* ſuam.

Debere illi res suas satis placere. In Uratiſl. 2. vacat Verbum *debere*. Guelf. 9. *debere ipſi*; Eccard. *debere ſibi res*. male. & *illi* ita ſemper Noſter. vide infra *c.* XCVI. n. 2. ubi ſimiliter librarii peccant. Guelf. 6. *debere illis ſitas res ſuas placere*. *ſitas*, trajectis litteris vocalibus, pro *ſatis*, quod in hac formula ſervat No-

3 *Romano*, *quod illi jure negaretur*. Poſtquam haec atque talia dixit,
neque animus Marii flectitur; reſpondit, *ubi primum potuiſſet per*
4 *negotia publica*, *facturum ſeſe*, *quae peteret*. Ac poſtea ſaepius eadem poſtulanti, fertur dixiſſe, *ne feſtinaret abire*: *ſatis mature illum cum filio ſuo conſulatum petiturum*. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter xx. quae res Marium cum pro

Noſter Cat. c. II. n. I. *ſua cuique* ſatis *placebant*. ubi vide. infra c. LXVI. extr. *quis tumultus ipſe & res novae* ſatis placebant. c. LXXIV. num. 2. *neque illi res*, *neque conſilium*, *aut quiſquam hominum* ſatis placebat.

Postremo caveret id petere a. p. R. Uratisl. I. *poſtremo placem cavere*. & *cavere* ſcripſit etiam Guelf. 3. forte & 6. ubi, *poſtremo cauſe id petere*: nam *ſe* ſyllaba & *re* facile inter ſe permutantur, quemadmodum *cavere* & *caveret*, quod exempla oſtendunt in excursu II. n. 4. Baſil. I. *id apetere a pop. R.* ut non mirari debeas, ſupra etiam c. LXIII. nu. 6. haec Verba confuſa eſſe. Fabriciani *id ſibi petere a p. R.* Sed *ſibi* illud Latinis eſt ſupervacaneum; & Salluſtianis etiam Pronomen *id*. Mox Guelf. 6. *quod ille jure negaretur*; ſed II. Provocabulum neglexit.

3. Postquam haec atque alia talia dixit. Vinar. I. Remenſ. I. Et Uratisl. 2. *Poſtquam haec atque alia dixit*; ſed rectius Eccard. *haec atque talia dixit*, omiſſo illo *alia*, de quo ad c. LXII. num. 2. Hegeſippus I. *cap.* XXVI. His *atque* hujuſmodi *regiorum ſatellitum ſermonibus Hyrcanus per invidiam paullatim accendebatur*. c. XXVII. His & talibus *fregere juvenilem impetum*. Guelf. 6. *talia alia*. 12. *haec omnia atque*. dein Uratisl. I. *neque animus* manu *flectitur*, pro *Marii*. Fabric. 2. *ubi potuiſſet*, ſine *primum*.

Potuisset per negotia publica. Academ. *per negotia plurima*. potuisset, intellige *facere*, ex proximo *facturum*. Sic infra c. LXXXV. nu. 38. *Majores eorum omnia*, *quae* licebat, *illis* reliquere --- *virtutem non* reliquere, *neque* poterant. c. CII. nu. 9. *Nunc*, *quoniam* per *illam* licet, *feſtina*. Supra c. III. n. 2. *Nam vi quidem regere patriam aut parentes*, *quamquam* & poſsis, & *delicta corrigas*. ubi quaedam jam adſcripſimus, quaedam ad Cic. II. epiſt. XII. num. 5. Id. VII. epiſt. XXXII. num. 9. *Tu*, *mi Volumni*, *cum* inſtituiſti, & *mihi vides eſſe gratum*, ſcribe *ad me quam ſaepiſſime de rebus urbanis*. Id. XVI. epiſt. V. nu. 2. Poteris *igitur*, & facies, *ſi me diligis*, *ut quotidie ſit Acaſtus in portu*. Terent. Adelph. A. III. Sc. IX. *Ni* facient, *quod illos* aequum eſt. ubi Scholiaſtes: *ſubauditur* facere, *a ſuperiori per σύλληψιν intellectum*. Quinctil. Declam. I. c. X. *Ego mehercule etiam illud admiror*, *quod cum patrem* vellet, *non novercam* percuſsit. per *negotia publica*, eleganter de *cauſſa*, quae adhuc morata eſt. ut infra *per illam licet*. Cic. VII. epiſt. I. n. 2. *cum* per valetudinem *poſſes*, *venire tamen noluiſti*. vide Boxhorn. ad Plaut. A. II. Sc. I. *v.* 16. quae ille ibi cum quodam incommodo protulit, ut illuſtraret Plauti *per tempus*, quod eſt *tempore*. Petron. Sat. c. CXII. *miles quidquid boni* per facultates *poterat*, *coemebat*. Pacatus Paneg. Maxim. c. XII. *Idem es*, *qui fuiſti*, & *tantum tibi* per te *licet*, *quantum* per leges *licebat*. adde ſupra c. XXXIII. nu. 3. Mox Guelf. 3. *quod peteret*; Uratisl. 2. *quae peteras*.

4. Illum cum filio suo consul. petiturum. *Illum* haud legitur in Vinar. 2. ejuſque abſentia exiguam, aut nullam parit difficultatem. Idem codex & Guelf. 3. *cum filio*, ſine Pronomine, & eleganter. infra tamen c. LXXXV. n. 40. *ex parente* meo, & *ex aliis ſanctis viris accepi*. Supra c. XIV. n. I. *Micipſa pater* meus *moriens praecepit*. At Cat. c. XXXI. num. 3. *miſerari parvos* liberos. adde Eod. c. LI. n. 4. ibique notata. Fabric. 2. *conſulatum petere*, quomodo Noſter ſupra c. XIV. num. I. eſtque cum multa gravitate dictum pro *petiturum*. nec tamen hoc loco recipere audeo.

Is eo tempore contubernio patris. Academ. Struv. Incert. 2. Remenſ. I. & Guelf. 3. *Nam is eo tempore*. male. Ante Rivium vulgo dabant, *in contubernio patris*. is vero ex MSS. ſuis & vetuſtis impreſsis Praepoſitionem delevit, acceduntque noſtri Fabriciani, Baſil. I. Incert. I. Academ. Struvian. Senatorii, Vinar. I. Remenſes, Franc. Heuſſ. Eccard. Uratisl. I. 3. Guelf. I. 2. 3. 4. 6. 7. 9. II. 12. ceteris paucis adhaeret Praepoſitio aut *in*, aut *cum*: ſed haec ſoli Gu. 10. Corrupte Academ. *eo tempore cum tyberino patris*. *Contubernium* proprie de militibus octo, vel undecim conjunctis dicitur, quorum unus contubernii caput nominabatur, familiarius & ſub uno papilione degentibus, ſimul etiam in expeditionem euntibus. de quibus vide Schel. in Hyginum pag. 1028. & Tor-

Digitized by Google

pro honore, quem adfectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine atque ira, peſſumis conſultoribus, graſſari: neque facto ullo, neque dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret:

Torrent. ad Sueton. Veſpaſ. *c.* III. extr. Deinde etiam de adoleſcentibus nobilibus imperatoribus ſeſe adplicantibus, rem militarem, aut provincias cognoſcendi cauſſa, dicitur, eos eſſe *in contubernio* ducis aut magiſtratuum, ſub quorum oculis & cura agebant. Tacit. Agric. *c.* V. *Prima caſtrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paullino diligenti ac moderato duci adprobavit, electus quem* contubernio *aeſtimaret.* hoc *caſtrenſe contubernium*, Plinio Praefat. Nat. Hiſt. p. 2. Et prorſus, ut Noſter, obſervante etiam Torrentio Sueton. Caeſar. *capite* II. *Stipendia prima in Aſia fecit M. Thermi praetoris* contubernio. Duces, ut nobiles adoleſcentes, ſic & filios contubernio ſuo habebant. Frontinus Strateg. IV. *c.* I. num. II. *Q. Metellus conſul, quamvis nulla lege impediretur, quin filium* contubernalem *perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere*. & ibidem n. 12. *P. Rutilius conſul cum ſecundum leges* in contubernio ſuo *filium poſſet habere, in legione militem fecit*. adde Lipſ. V. de milit. Dial. II.

ANNOS NATUS CIRCITER XX. Voſſius exponit *ante annos xx. natus:* poſſes dicere, Latinos dicere *natus*, pro *habens;* non quidem ut haec vocabula ſint Synonyma, ſed ut *natus* tamquam ex abundanti addatur, quemadmodum alibi *homo natu*, *vir natus*, alia. pro a nativitate annos habens XX. Ipſa dictio apud Ciceronem alioſque eſt ſatis frequens. Curt. VI. *cap.* XI. n. 32. *ne pater* LXX. natus *annos*, *tanti exercitus dux*, *tantae pecuniae cuſtos*, *interim exſtingueretur*. C. Nepos Dion. *c.* X. *diem obiit circiter annos* LV. natus. &c. Ceterum aetas conſularis, ſive qua Metelli filius legitime petere poterat, erat annus XLIII. vide Pighii Annal. Tom. II. p. 334.

CUM PRO HONORE. *Cum* delent Fabriciani & Guelf. 3. plures *tum* ſcripſere. *pro* non eſt in Eccard. neque Guelf. I. quia boni librarii utramque particulam pro Praepoſitione habuere, alterutra ſupervacua videri debuit. Aliis etiam forte non ſatis ex regulis fuit, *pro honore accendere*, cujus tamen elegantiam mox monſtrabimus. Intelligit accenſum eſſe Marium, ut eo vehementius adpeteret honorem, nempe conſulatum.

TUM CONTRA METELLUM VEHEM. ACCEND. *Tum* non adparet in Guelf. 3. 12. Et 6. omittit vocem *Metellum*. Ineptiſſime II. *tum pro licentia, quam nequibat ab illo impetrare contra Metellum*, &c. Nempe *accendere contra quem*, eſt irritare & incitare in quem, ſive, ut agat vehementius contra aliquem. Sic alibi Verbo *accendere* aliae adduntur Praepoſitiones, ut ſupra *c.* VI. n. 3. *ſtudia* in *Jugurtham accenſa*, ubi vide. Tacitus IV. Hiſtor. *c.* LXXVIII. *Tutor & Claſſicus & Civilis ſuis quiſque locis pugnam ciebant: Gallos* pro *libertate*, *Batavos* pro *gloria*, *Germanos* ad *praedam* inſtigantes. Cicero I. epiſt. IX. n. 16. *quippe qui etiam Ravennae Craſſum ante vidiſſet*, *ab eoque* in *me eſſet* incenſus. ita infra *c.* LXXXVIII. n. 3. *ſtatuit urbes*, *quae viris aut loco* pro *hoſtibus*, *&* advorſum *ſe opportuniſſimae erant*, *ſingulas circumvenire*. De vi Verbi paſſim diximus. Livius XXII. *c.* XIII. irritat *etiam de induſtria ducem*, *ſi forte* accenſum *tot indignitatibus cladibusque ſociorum detrahere ad aequum certamen poſſit*. Vinar. I. *vehementer accendit*.

5. PESSUMIS CONSULTORIBUS, GRASSARI. Guelf. 9. *peſſumis his duobus conſultoribus;* Struv. *cultoribus*. Male. *Conſultores* vocat, ſicuti apud Horatium *dolor ſuadet*, vide ad Cat. *cap.* LI. n. I. Sic Livius VII. *c.* XL. *Quin omiſſis ira & ſpe*, fallacibus auctoribus, *nos ipſos noſtraque omnia cognitae permittimus fidei*. Sed ſequitur ſuum Thucydid. III. *c.* XII. Δύο μὲν ἐναντιώτατα τῇ εὐβουλίᾳ τάχος τε καὶ ὀργή. Noſtrum expreſſit Jo. Saliſber. II. Nug. Cur. *c.* VI. *jam inedia*, *fame & ira* peſſimis *uſa* conſultoribus, *contra ipſa armatur jura naturae.* de *cupiditate* idem Thucyd. VI. *c.* III. Ἐπιθυμίᾳ μὲν γὰρ ἐλάχιστα κατορθοῦνται. Eccard. & Guelf. 7. *ex cupidine;* 12. *cupide.* male vide ſupra *c.* I. n. 3. Tacit. IV. Hiſt. *c.* XVI. *Civilis* dolo graſſandum *ratus*. ſic iſte alibi. Ex hac ira inimicitiae inter Marium & Metellum, Cicero ad Quir. poſt Red. *cap.* IV. & Marius poſtea filium Metelli in exſilium egit, Plutarch. Mario pag. 430.

NEQUE FACTO ULLO, NEQUE DICTO ABSTINERE. Memoravit mox *factum* ambitioſum, *dicta* etiam talia, & amant haec conjungere auctores, ita ut apud alios in formulam tranſierit, quod bene docuit Boxhornius ad Tacit. II. Annal. *cap.* LIII. *vetera ſuorum* facta dictaque *praeferentes*. poſt eum Cl. Burmannus, quem vide ad Catilin. *caput* XXIII. numer. 2. *prorſus neque* dicere, *neque* facere *quidquam penſi habebat*. Cicero XV. epiſt. IX. numer. 3. *cum ab hominibus prudentiſſimis viris-*

ret: milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminoſe ſimul, & magnifice de bello loqui: *dimidia pars exercitus ſibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: ab imperatoribus conſulto trahi, quod homo inanis & regiae ſuperbiae imperio nimis*

virisque optimis, omnibus dictis, factis, *ſtudiis, inſtitutis vel me tui ſimilem eſſe audio, vel te mei*. Non video itaque, cur Eccard. vocem *dicto* omiſerit. Sed cum Fabriciani, *neque facto aliquo;* Guelf. I. *neque facto alio* ſcribunt, id ſentio, vocem *ullo* ab Gloſſatoribus invectam eſſe: pariter ut vidimus Cat. *c.* LII. n. 33. *ſi dis, aut hominibus umquam* ullis *pepercit*, ubi idem in voce *ullis* incertum offerunt tres MSS. adde Eod. *c.* LI. n. 33. & ſupra *c.* XXII. n. 2.

QUOD MODO AMBITIOSUM FORET. *Ambitioſum* vocat, quod eſt ad favorem acquirendum comparatum. Sic ſupra *c.* XLV. n. I. *ambitionem* poſuit, & infra *c.* LXXXVI. n. 3. Suetonius Auguſto *c.* XXV. *Neque ullos militum commilitones adpellabat, ſed milites: ac ne a filiis quidem aut privignis ſuis imperio praeditis aliter adpellari paſſus eſt:* ambitioſius *id exiſtimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua domusque ſuae majeſtas poſtularet*. alia alibi.

LAXIORE IMPERIO. Id dixerat Cat. *c.* XI. n. 5. *luxurioſe habere*, niſi quod alterum ſit paullo lenius. Laudat locum & ex eo reſtituit Dictyn III. *cap.* I. Perizonius; *At Trojani cum auxiliaribus* laxiore militia, *neque circa exercitum ſolliciti, ſocordius agitare*. infra *cap.* LXXXVII. extr. *remoto metu*, laxius *licentiusque futuros*.

APUD NEGOTIATORES. Publicanos equeſtris ordinis intelligit Cl. Waſſius ex Vellejo Pat. II. *c.* XI. non ſatis adcurate. nam is ita: *Hic per publicanos* aliosque *in Africa* negotiantes *criminatus Metelli lentitudinem*, &c. Et nos quaedam de negotiatoribus, ut diverſi ſunt a *publicanis*, ad Cat. *c.* XL. n. 2. Et de *publicanis*, infra ad *cap.* LXV. n. 4. Ceterum quod de *commeatu* admonet contra Vellejum, praecepit jam Auſon. Popma.

CRIMINOSE SIMUL ET MAGNIFICE. *Criminoſe* in Metellum, quem criminabatur; *magnifice* de ſe, & ab ſe mature conficiendo bello. Sic fere infra *c.* LXXXIV. n. I. *alia praeterea* magnifica *pro ſe, & illis* dolentia. Tamen Fabric. I. vocem *criminoſe* in litura perſcriptam exhibet: quam tamen Ciceroni placuiſſe ſcimus. Tacitus III. Hiſt. *c.* XXXVIII. *nec defuere, qui ipſum Tuſcum & alios, ſed* criminoſius *Blaeſum incuſarent*. Dictys I. *c.* VI. *ut ſi quae* criminoſe *objecta ſint, praeſenti refutatione diluantur*. Guelferb. 12. omittit *ſimul*. Veneta 1470. *criminoſe, & ſimul magnifice*. perperam. & jam alibi diximus Latinos *ſimul*, ut Graeci ἅμα, ante & ponere. Fabric. 2. omittit, *de bello*. ceteri omnes retinent.

DIMIDIA P. EX. SI SIBI PERMITTERETUR. Sic Gruterus cum meliore parte MSS. & vett. edd. at Incert. 2. & Franc. *ſi dimidia p. e. ſibi p.* Incert. I. Guelf. 4. & Veneta 1470. *dim. p. e. ſibi ſi permitteretur*. Quidam vero Codd. apud Glareanum, item edd. Coleri, Elzeviriana A. 1634. Criſpini, harumque exempla & exemplaria omittunt conjunctionem *Si*, quae hoc loco elegantiſſime reticetur. & variae iſtae particulae tranſpoſitiones in MSS. probant olim etiam exſulaſſe. Cic. V. Verr. *c.* LXV. cognoſceret, *hominem; aliquid de ſummo ſupplicio remitteres:* ignoraret, *tum hoc juris in omnes conſtitueres*. ſic Manutius, qui plura exempla adtulit. Virg. IV. Aen. *v.* 31. *tu quoque magnam Partem opere in tanto*, ſineret *dolor, Icare, haberes*. Plinius I. ep. XII. Dediſſes *huic animo par corpus, feciſſet, quod optabat*. Coelius VIII. ep. VI. n. 3. *cum quo ſimultas tibi* non fuiſſet, *liberius tibi de tota re eſſet*. Tibullus I. eleg. VII. *v.* 43. *At mihi ſervandam* credas, *non ſaeva recuſo Verbera, detracto non ego vincla pedum*.

PAUCIS DIEBUS JUGURT. IN CATENIS HABIT. *Paucis diebus*, pro intra paucos dies, illuſtravimus ſupra ad *c.* XIII. n. 6. *in catenis* ex antiquo more, ubi captivi catenis vinciebantur, infra *c.* CXIII. extr. Statius III. Silv. II. *v.* 120.

Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas.

Eas portabant ſecum milites, teſte Joſepho III. de B. Jud. *c.* III. Unde Florus III. *c.* VII. num. 2. *Primus invaſit inſulam M. Antonius, cum ingenti quidem victoriae ſpe atque fiducia, adeo ut plures* catenas *in navibus, quam arma portaret*. ubi lege Freinſhemio citatos.

AB IMPERATORE CONSULTO TRAHI. Acad. Incerti, Senat. 2. Heuſſ. Remenſ. I. Franc. Eccard. Guelf. 4. 9. 10. II. *conſulto trahi bellum* partim, partim *conſulto bellum trahi*. Ceteri recte omittunt, cum ex ſuperioribus *de bello loqui*, idem vocabulum intelligatur: cujus figurae exempla habes ſupra ad *c.* I. n. 5. ad Cat. *c.* XXVI.

nimis gauderet. Quae omnia illis eo firmiora videbantur, quod diu- 6
turnitate belli res familiaris corruperant, & animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.

CAP.

c. XXVI. n. 2. alibi. Eodem fere modo Livius productus ſupra ad *c.* XXIII. n. 2. ubi dictionem *trahere bellum* confirmavi. Eadem figura apud Juſtin. IX. *c.* III. num. 4. 5. *diu diſſimulatum* bellum *Athenienſibus infert: quorum cauſſae Thebani ſe junxere, metuentes, ne, victis Athenienſibus (bellum) veluti vicinum incendium ad ſe tranſiret*. quod vocabulum uncinis incluſi, delendum eſt: cum MSS. aut non agnoſcant, aut *belli* alio atque alio loco pro illo exhibeant. Eadem criminatio apud Livium XXII. *c.* XXV. *Non praeſentem ſolum dictatorem obſtitiſſe rei bene gerendae, ſed abſentem etiam geſtae obſtare: & in* ducendo bello *ſedulo tempus terere, quo diutius in magiſtratu ſit, ſolusque & Romae, & in exercitu imperium habeat*. adde Cic. III. Offic. *c.* XX.

QUOD HOMO INANIS. Eleganter Latini *inanes* vocant τοὺς κενοδόξους, jejunos; gloriae deditos, ſed vanae, & quae ſpeciem tantum habet; nullius ipſi magnae rei capaces. unde & κενὸς Suidae Tom. II. pag. 295. ſaepe μάταιος. Lucretius I. *verſ.* 641. *Clarus ob obſcuram linguam magis inter* inanes *Quamde gravis inter Grajos, qui vera requirunt*. Horat. I. Sat. IV. *v.* 76. Inanes *Hoc juvat, haud illud quaerentes, num ſine ſenſu Tempore num faciant alieno*. Tacit. Agric. *c.* VI. *Ludos &* inania *honoris modo rationis atque abundantiae duxit*. Claudian. Gigantom. *v.* 36. *His ubi conſiliis animos eluſit* inanes, *Jam credunt viciſſe deos*. Plinius XXXIV. *c.* VIII. ad fin. de Catone Zenonis ſtatuam in Cypria expeditione non vendente, *quia Philoſophi erat, ut obiter*, inquit, *hoc quoque noſcatur tam* inane *exemplum*. Eleganter Cic. II. ep. XVII. n. 16. *Illud vero* puſilli *animi, & ipſa malevolentia* jejuni *atque* inanis, *quod Ariobarzanem - non regem, ſed regis Ariobarzanis filium adpellat*. qui optime explanat. adde VI. ep. VI. n. 15.

ET REGIAE SUPERBIAE. Ita vetuſtiſſimi noſtri Baſil. I. Fabric. I. ceteri; non *& ſuperbiae regiae*. Veneta 1470. copulam omittit, *homo inanis regiae ſuperbiae*. *Regium* dicunt, quidquid intolerabile, & immodicum. Livius III. *cap.* XIX. *loquaces, ſeditioſos, ſemina diſcordiarum, iterum atque tertium tribunos, peſſimis artibus*, regia licentia *vivere*: adde ſupra XXXI. num. 26. & Cicer. I. ad Attic. epiſt. XVI.

IMPERIO NIMIS GAUDERET. Nempe *dulcis amor regni, blandumque poteſtas*. Stat. II. Theb. *v.* 399. & inde multi imperio adſueti, non poterant privati eſſe. vide Juſtin. XXXI. *c.* I. ibique Berneggerum. Vinar. I. *gaudet*; Eccard. & Uratiſl. 3. *in imperio*. *gaudere* poſuit pro *delectari*, ut fere *c.* II. n. 4. *gaudia*. Curt. VIII. *c.* IX. n. 26. *avium, quarum* viſu *maxime* gaudent, *argenteae effigies opera diſtinguunt*. Lucanus I. gaudet, *viam feciſſe ruina*.

6. QUAE OMNIA ILLIS EO FIRMIORA VIDEB. Vinar. I. *quae omnia illi eo f. v.* Sed Eccard. omiſit Pronomen *illis*, quem hoc loco adprobare nequeo, ſi in proximis quaedam vulgatae lectionis mutatio eſt inſtituenda. Sin autem ea recte habet, facile Provocabulo careas, ut ſupra *c.* XII. n. I. *eo* vacat in Guelf. 10. *Firmum* hic certum, verum, quod eleganter ſupra *c.* LI. n. 5. *dubio* opponit. Sic Cicero *firma opinio*; *firma argumenta*. Silius IV. *v.* 127. *Adſis o*, firmesque *tuae, pater, alitis* omen. Terent. Heaut. A. II. Sc. II. *v.* 96. *fabulae: Nihil ſatis* firmi *video, quam ob rem accipere hunc mihi expediat metum*.

QUOD DIUTURN. B. RES FAMIL. CORRUPERANT. Guelf. 6. 9. 10. *quia*. 6. *durnitate belli*. 10. *pro diut. b.* Vinar. I. *res fam. corrumperant*. Guelferbyt. 6. & 12. *corrumperat*; 9. *res familiaris corrupta erat*. quaſi ſcripſiſſet Salluſtius, quod Carrio voluit: *res familiaris corruperat*, ut infra II. Hiſt. *eo res eorum auxit*, & alia ad *c.* LXXXV. n. 9. Nihil tamen facile mutaverim, cum antiqua illa ſcriptura *familiaris*, pro *familiares* illas turbas dediſſe poteſt. Nam *corrumperant*, pro *corruperant* familiare noſtris Codd. ex quibus alibi *relinquerat*, & ſimilia adnotavimus. *Corrumpere* autem, ut alibi *praedam, opportunitates corrumpere*, Catilin. *cap.* XLIII. num. 3. Juſtin. II. *c.* XV. *ne vires otio* corrumperent. Non plane perditam, ſed adtritam & imminutam rem familiarem intelligit.

ANIMO CUPIENTI NIHIL SATIS FESTINATUR. Id ita extulit P. Syrus: *Eſt cupiditati & ipſa tarda celeritas*. Seneca ad Helv. *c.* XI. *Cupiditati nihil ſatis eſt -- Nec hoc in pecunia tantum, aut alimentis evenit: eadem natura eſt in omni* deſiderio, *quod non ex inopia, ſed ex vitio naſcitur. quidquid illi congeſſeris, non finis erit cupiditatis, ſed gradus*. Statius I. Theb. *v.* 314. *jam jamque animis male debita regna Concipit, & longum ſignis cunctantibus annum Stare gemit*. ubi vide Caſp. Barthium. Pacatus Paneg. Maxim. *c.* XXXVII. *Ut eſt omne deſiderium poſt ſpem inpatien-*

Digitized by Google

CAP. LXV.

LXIX.

1 ERat praeterea in exercitu noſtro Numida quidam, nomine Gauda, Maſtanabalis filius, Maſiniſſae nepos, quem Micipſa teſtamento ſecundum heredem ſcripſerat, morbis confectus, & ob eam
2 cauſſam mente paullum imminuta. Cui Metellus petenti, more regum uti ſellam juxta poneret; item poſtea cuſtodiae cauſa turmam

tientius. Claudian. de nuptiis Honor. *v.* 14. *Incuſat ſpes aegra moras, longique videntur Stare dies, ſegnemque rotam non flectere Phoebe*. & alia apud alios paſſim. adde Auct. de Bello Alexandr. *c.* LI. ad fin.

CAP. LXV. 1. NOMINE GAUDA, MASTANABALIS F. Gruterus, *Manaſtabalis*, & ſic Fabric. 2. Vinar. 2. Incerti, Academicus. At Vinar. 1. *Manaſtabili filius*. Senat. 2. Heuſſian. Struv. Uratisl. 2. 3. Eccard. Guelf. 3. 7. 12. *Manaſtabilis; 6. Manaſtrabilis; 9. Maniſeſtabilis; 2. Maſtanabilis*, quomodo Joſ. Waſſe. Sed Baſil. 1. Fabric. 1. Senat. 1. Guelf. 1. & 4. *Maſtanabalis*, quomodo id nomen ſcribitur *c.* v. n. 6. In tribus reperi, *nomine Cauda*. Guelf. 6. omittit *quidam*.

TESTAMENTO SECUNDUM HAEREDEM SCRIPSERAT. Vinar. 1. *ſtatuerat*; Academ. *fecerat vel ſcripſerat*. Apage iſtam inſcitiam! *ſcribere heredem* Latinis notum ſatis ſuperque. Tacit. I. Ann. *c.* VIII. *tertio gradu primores civitatis* ſcripſerat. Plinius Paneg. *c.* XLIII. *In eodem genere ponendum eſt, quod teſtamenta noſtra ſecura ſunt: nec unus omnium, numquam* ſcriptus, heres *eſt*. Salvianus III. ad Eccleſ. Cathol. *illum* heredem ſcribo *proximum meum*. SECUNDUS autem *heres* dicebatur, qui cum primus aut non poſſet, aut nollet hereditatem adire, heres erat. Sueton. Jul. *c.* LXXXIII. *plures percuſſorum in tutoribus filii, ſi quis ſibi naſceretur, nominavit. D. Brutum etiam in* ſecundis *heredibus*. quod Appianus II. Civ. pag. 518. Δέκιμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. addit ille, pro more ſuo: ἑτέρους κληρονόμους παραγράφειν Ῥωμαίοις ἔθος, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. Cicero XIII. ep. LXI. n. 1. *quod quidem ille teſtamento declaravit, qui me tum tutorem, tum etiam* ſecundum heredem *inſtituerit*. Ita & *tertius heres* JCtis cognitus. De quibus etiam *ſecundo*, aut *tertio loco ſcribi* dicebant. Nam quae de *ima cera* hac in re dici poſſent, ea vide apud Jac. Nic. Loenſem Epiphill. v. *c.* VI. & Jo. Mercerum I. Opinion. *c.* XII. *Heredem* per ſimplex *e* in MSS. ſcribi ſcias; eamque ſcripturam doctiores, ut antiquiſſimam, hodie amplectuntur.

MORBIS CONFECTUS, ET OB EAM CAUSSAM. Struv. Guelf. 9. Incert. 2. & Franc. *morbo confectus*. Variant etiam in eo MSS. noſtri, ut *paullum*, aut *paullulum* ſcribant: ſed illud eſt in antiquioribus. Septem juniores *immutata*; Guelf. 4. *imminuerat;* Uratisl. 3. *minuta*. Guelf. 11. *mentem paullulum inde mutatam*. Omnes autem, *& ob eam cauſſam*, non, quod quibusdam placuit, *& ob ea mente paull. i.* Grutero autem haec omnia: *& ob ea m. p. imminuta* valde ſuperflua videntur, quia ſequitur n. 3. *hominem ob morbos animo parum valido*. Sed ſi haec unica cauſſa eſt, non ea tantum, ſed etiam illa *morbis confectus* ſuperflua eſſe debent. Non abhorret tamen Salluſtius, ſi res ita ferat, eamdem rem bis memorare, dum in ipſo modo narrandi aliquid immutetur. Ejus rei luculentum exemplum habemus ſupra *cap.* XVII. n. 5. & 6.

2. PETENTI, MORE REGUM, UTI SELLAM JUXTA P. Guelf. 4. *petenti, ut concederet ſibi, more reg.* quod Verbum *concederet*, poſt Nomen *regum* immittit Guelf. 11. alii autem in ſequenti membro. Diſtinctio illa, quam modo poſuimus, eſt ex parte ab Grutero, quam Waſſius dedit; cum antea darent *petenti more regum* conjuncta. Sed etiam poſt vocabulum *regum*, minima interpunctio eſt tollenda; quod fecit Gruterus & Pareus. ut ſcriptum ſit ita, pro *uti*, *more regum, ſellam juxta poneret*. vide infra *cap.* CII. num. 3. quamquam duae voces *more regum* aliquid ſpurii redoleant. SELLA autem utebantur imperatores, quae caſtrenſis dicta eſt, in tribunali & alias, ſi publice praeſiderent, Sueton. Galba *c.* XVIII. ibique Torrentius. Ei proximi erant legati, & honoratiſſimus quisque. Tacit. II. Hiſtor. *c.* LIX. *Valentem & Caecinam laudatos pro concione curuli ſuae circumpoſuit, tamquam ita ſecundi haberentur a Caeſare*. Sed reges proxime ſede-

turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod
eorum modo foret, quos populus Romanus reges adpellaviſſet; prae-
ſidium, quod contumelioſum in eos foret, ſi equites Romani ſatelli-
tes Numidae traderentur. Hunc Marius anxium adgreditur atque 3
hor-

ſedebant. Sueton. Nerone *c.* XIII. *Perductum inde in theatrum* regem Tiridatem, *ac rurſus ſupplicantem, juxta ſe latere dextro collocavit.* adde omnino Chimentellium. Eccard. Guelf. 12. Acad. Franc. & Uratiſl. 3. *juxta ſe poneret;* tres alii *juxta ſuam.* Male. Tacit. IV. Ann. *cap.* LIV. *cum* propter *diſcumberet.* Sueton. Domit. *c.* XI. *adſidere in toro* juxta *coegit.* Idem Tiber. *cap.* XXXIII. *magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium, adſidebatque* juxtim, *vel ex adverſo in parte primori.* Integra eſt dictio apud Caeſar. III. Civ. *cap.* XX.

CUSTODIAE CAUSSA TURMAM EQUIT. R. Eccard. *ut concederet ſibi cuſtodiae c. t. e. R.* Struvian. *equitum ut concederet ſibi Rom.* Guelf. 10. poſt vocem *Romanorum* eamdem Gloſſam poſuit. Timebat forte Gauda, cum haec ab Metello poſceret, ne ipſe ita inſidiis Jugurthae periret, ut Romae Maſſiva, ſupra *c.* XXXV.

UTRUMQUE NEGAVERAT. Guelf. I. *utrumque negaverat honorem. Sellae negavit honorem, quod.* ſic ille ex Gloſſa manifeſtaria. *Utrumque* dixit pro *utramque rem*, praeſidium autem ab honore ipſe Criſpus diſtinguit. Senec. de Tranqu. An. *c.* I. *per quos* neutrum *licet, nec tamquam in bello paratum eſſe, nec tamquam in pace ſecurum.* adde plura hujus formae producta ad Cat. *c.* IX. n. 3.

HONOREM, QUOD EORUM MODO FORET. *Honorem* juxta ponendae ſellae. vide Chimentell. de hon. Biſellii *c.* XXXVI. REGES adpellabantur ab Romanis, more ſollemni, quo & *amici* & *ſocii.* vide ſupra *c.* XXIV. n. 3. Cicero de Haruſp. Reſp. *c.* XIII. *Atque hunc tamen Dejotarum ſaepe ab Senatu* regali nomine *dignum exiſtimatum, clariſſimorum imperatorum teſtimoniis ornatum, tu etiam* regem adpellari, *cum Brogitaro jubes. Sed alter eſt* rex *judicio ſenatus, per nos: pecunia Brogitarus per te* adpellatus.

CONTUMELIOSUM IN EOS FORET, SI. Fabriciani: *quod praeſidium contumelioſum* cet. & illud *quod* ab alio, quam Salluſtio, adjectum eſſe arbitror, quia ille in ſecundo membro eleganter omittit. ita & alii. vide notata ad *c.* V. n. I. Guelf. 3. a prima manu, *in eo foret.* ſed Fabric. I. voculas *in eos* nuſquam habet, exſulantque eae etiam ab edd. Venetis. Quo minus tamen illis calculum adjiciam, facit in primis ſtructura ab vulgo paullulum aliena, *in eos, ſi:* & hanc impuliſſe veroſimile eſt, ut *in eos* expungeretur. Poſſes leviori modo illi incommodo mederi, ſi ſcriberes: *contumelioſum in eos foret, qui equites R. ſatellites N. tr.* ut eſſet duplex Ἐπεξήγησις. Aliter Freinſhemius in Curt. VII. *c.* V. n. 3. qui putat fuiſſe: *contumelioſum in nos foret, ſi:* quamquam vulgatam tolerabilem dicat: Glareanus propter indignitatem rei *in eos* additum eſſe cenſet, cum omitti poterat. Sed non tam ob indignitatem rei, quam ob perſpicuitatem, & rem ipſam, quae incerta erat, ita locutus eſt Noſter, ſicuti Catilin. *c.* XL. n. I. Illud *ſi* eleganter in re incerta & facienda. Silius XI. *v.* 334. *Per ſi quid ſupereſt vitae, per jura parentis —— oro.* Cic. IX. epiſt. XI. n. 3. *ut* ſi qui *mihi obtrectent, a te refutentur.* Item Pronomen demonſtrativum non ſemper habet, quod accurate reſpondeat. Idem Cic. XII. epiſt. XXVI. princ. *L. Meſcinius* ea *mecum neceſſitudine conjunctus eſt,* quod *mihi quaeſtor fuit.* Sed adpoſite ille III. epiſt. VIII. n. 10. *Jam non tam mihi videntur injuriam facere* hi, qui *haec diſputant, quam* ſi cujus *aures ad hanc diſputationem patent.* & poſt Red. in Sen. *c.* X. *Tantum veſtra auctoritas valuit, ut omne* is *flagitium ſe committere putaret,* ſi *quis non veniret.* Neque abit Liv. XXXIX. *c.* XVII. *Senatores* indici *praemium propoſuerunt,* ſi quis *quem ad ſe duxiſſet, nomenve abſentis detuliſſet.*

SATELLITES NUMIDAE TRADERENTUR. Sic recte edd. etiamſi Fabriciani, Vinarienſes, Incerti, Remenſes, Franc. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Acad. Uratiſlavienſes, Guelf. 3. 6. 7. 9. 10. 11. 12. omnes habeant *ſatelliti Numidae. Satellites,* ut infra *c.* CIII. n. I. *obſeſſum turrim regiam, quo Jugurtha* perfugas *omnes* praeſidium *impoſuerat.* ubi vide. Cat. *c.* XL. n. 3. *miſeriis ſuis* remedium mortem *exſpectare.* ibi jam quaedam alia adſcripta ſunt. Eod. *c.* XLII. extr. qui *ei provinciae* legatus *praeerat.*

3. MARIUS ANXIUM ADGREDITUR ATQUE HORTATUR. Vinar. I. non habet Nomen *Marius:* Eccard. *anxius,* pro *anxium.* Duae poſtremae voces, *atque hortatur* ſuperflua ſunt. Servant tamen omnes Codd. nec ego loco moveo. vide tamen ſupra ad *c.* XII. n. 3.

CONTUMELIARUM IN IMPERATOREM C. S. A. POENAS PETAT. Et hic locus oſtendere po-

hortatur, uti contumeliarum imperatoris cum ſuo auxilio poenas petat. hominem ob morbos animo parum valido ſecunda oratione extollit: *illum regem, ingentem virum, Maſiniſſae nepotem eſſe: ſi Jugurtha captus, aut occiſus, imperium Numidiae ſine mora habiturum: id adeo mature poſſe evenire, ſi ipſe conſul ad id bellum miſſus foret.*

Ita-

terit, unde Salluſtius tam male vulgo audiat, ob inſolentem quamdam Latinitatem. ita certe nullus Latinorum umquam locutus eſt: neque poterat. Sed Criſpum ſolum rudis adeo & impolitae linguae fuiſſe credas cave. Correctorum labes eſt, imperitorum probra, quae Noſtro adfinguntur. Hic certe cum in pauciſſimis Codd. *in imperatorem* legatur, & quinque aliae lectiones ex membranis adripi potuiſſent, peſſimam omnium editores elegerunt. Ita quidem eſt in Fabric. 2. Senat. 1. & Guelf. 2. Sed Baſil. 1. & Remenſes, Academ. Uratisl. 2. Incert. 2. Franc. Guelferb. 6. 7. 9. 10. & 11. cum Commeliniano, Palat. 5. 7. 8. 9. *contumeliarum imperatori*, quae paullo melior fuiſſet vulgata. Struvian. Incert. 1. Heuſſ. Senat. 2. *contumeliarum imperatorem*, ſine Praepoſitione; iique ſcribae extremitate primae vocis *contumeliarum*, cum ea mente inhaereret, fruſtrati ſunt. Fabric. 1. a prima manu & Palat. 3. *contumeliarum imperatore*, ex vulgari confuſione litterarum *e* & *i*; ſive potius, quod *ſ* littera, quam MSS. τῷ *i* in fine adjicere ſolent, figuram τῷ *e* obtulerit. Quid multa? Reſtituamus latinitatem Salluſtii ex Guelf. 1. 3. 4. ut illi a prima manu habuerunt, item ex Vinar. 2. qui habent *contumeliarum imperatoris*. idem in ſuis invenit Waſſius, ſed quibus libris neſcias. nam Veneta 1470. *in imperatorem*, illa A. 1493. *imperatori* exhibent. & hoc eſt etiam in veteri iſta Lipſienſi 1510. magna cum cura per Baccal. Martinum Herbipolenſem impreſſa. Proxime autem accedit ad genuinam ſcripturam, propter modum *ſ* in fine adpingendi, de quo dixi, & per quem ſupra c. LIX. n. 1. *regi*, pro *regis*, in veteri libro, alibi *imperatori*, pro *imperatoris*, atque alia ſcripta ſunt. Nam quod vulgo legitur partim ex eodem fonte, partim inde provenit, quod vocabulis ab *in*, aut *im* incipientibus librarii ſaepiſſime *in* adjecerunt, quod lepidis exemplis monſtravi ad Catilin. *c.* II. n. 1. adde ſupra *c.* XXXI. num. II. Formula ipſa *petere poenas* & *repetere* frequens apud auctores, neque ii ſemper addunt *ab quo*, ſed tantum injuriam exprimunt, *cujus poenas* petunt. Curtius III. *cap.* II. n. 18. *Expetet* poenas mei conſilii ſpreti *is ipſe, contra quem tibi ſuaſi*. Cicero I. ad Attic. epiſt. XVI. pag. 108. *fore, ut aperte victrix nequitia ac libido* poenas *ab optimo quoque peteret* ſui doloris, *quem improbiſſimo cuique inuſſerat ſeveritas conſulatus mei*. vides in his poſterioribus verbis circumſcriptum, quod Noſter voce *Imperatoris* expreſſit, qua intelligit illatas *ab imperatore* contumelias. Caeſar I. Gall. *cap.* XXX. *tametſi pro veteribus* Helvetiorum *injuriis populus Rom.* ab iis *poenas bello repetiſſet*. Noſter adſtrictius, ut Catilin. *cap.* XII. num. 4. Nam concurſus ejusdem Caſus tironibus tantum formidoloſus erit; nec iis quidem, cum meminerint *cap.* XXX. numer. 3.

OB MORBOS AN. PARUM VALIDO. Fabric. 2. & Guelf. 12. *validum*, ut perpetuo imperiti, & vidimus modo *c.* LXIII. extr. *novus nemo tam clarus neque* egregiis *factis erat*, cet. ubi dabant *egregius*. idem mendum ſuſtuli Cat. *c.* XV. n. 2. *timens privignum* adulta *aetate*, ubi vulgo *adultum*. Juſtin. III. *c.* V. n. 5. *Tyrtaeum poetam* claudo pede *miſere*. ſic MSS. vulgo *claudum*. atque is ſcriptor permultis locis tali, aut ſimili medicina eget.

ILLUM REGEM, INGENTEM VIRUM. Sic meliores noſtri, non *virum ingentem*. Vinar. 1. & Fabric. 1. *illum regem ingentem, virum eſſe, Maſiniſſae nepotem eſſe.* male. mox Baſil. 1. *ſi vi Jugurtha captus*. Fabric. 1. & Franc. *aut occiſus eſſet*. & *foret* quidem continuo ſequitur, hic vero melius exauditur, quam altero loco; ubi *miſſus foret* inducere jubet Gruterus. vide Cat. *c.* XXXIV. n. 2.

ID ADEO MATURE POSSE EV. Guelf. 9. *id ideo*. quomodo peccatum Catil. *c.* XXXVII. n. II. ubi vide.

CONSUL AD ID BELLUM MISSUS FORET. Vinar. 1. *ad id miſſus foret*, omiſſo nomine *bellum*. Uratisl. 2. *ad id illum miſſus f.* Veneta 1470. *ad id praelium*. Fabricianus uterque cum Carrione: *ſi ipſe conſul ad bellum miſſus foret*, quod damnat Gruterus. Puto in hac varietate recte habere Vinar. 1. neque video, cur omiſiſſet librarius vocem nemini, niſi illi generi, valde neceſſariam. *Ad id* ergo erit, pro *ob id*, nempe ad capiendum, aut occidendum Jugurtham, quod ſupra dixit, & Gaudae imperium Numidiae reſtituendum. Livius XXVI. *cap.* XL. *Romanos* ad id ipſum *miſſos, in urbem receperunt*. Phaedrus Prolog. V. princ. *Cum deſtinaſſem*

ope-

Digitized by Google

Itaque & illum, & equites Romanos, milites & negotiatores alios 4
ipſe, pleroſque ſpes pacis impellit, uti Romam ad ſuos neceſſarios
aſpere in Metellum de bello ſcribant, Marium imperatorem poſcant.
Sic illi a multis mortalibus honeſtiſſuma ſuffragatione conſulatus pe- 5
tebatur. ſimul ea tempeſtate plebes, nobilitate fuſa per legem Ma-
miliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

CAP.

operis habere terminum In hoc, *ut aliis eſſet materiae ſatis.* ubi vide Interpretes. Hygin. Fab. LXXXIX. *Itaque Hercules* ad hoc *navibus comparatis, ut Trojam expugnaret, venit.* Noſter tamen infra c. LXXXV. n. 10. *Quaeſo reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit, ſi quem ex illo globo nobilitatis* ad hoc, *aut aliud tale* negotium mittatis.

4. ET EQUITES R. MILITES ET NEGOTIATORES. *Milites* omittunt Baſil. 1. Remenſ. 1. & Incert. 2. item Commelin. & Palat. 7. propterea, credo, quod *equites* & *milites* boni librarii non ſatis commode jungi credebant. de quo non nihil monui ſupra ad c. XLIX. n. 4. Verum per *equites* non intelligit *equitatum*, qui erat in exercitu, nec eos, de quibus n. 2. mentio facta eſt; ſed *publicanos*, quos, ni fallor, *cap.* LXIV. n. 5. communi *negotiatorum* nomine comprehendit, & haud obſcure confirmat Vellejus. Cic. pro Fontej. c. XVI. *Omnes illius provinciae* publicani, *agricolae, pecuarii, ceterique* negotiatores *Fontejum defendunt. Equites* autem R. conducebant vectigalia a populo, & Ordo publicanorum ex ordine erat equeſtri. Idem Cic. pro Planc. c. IX. *Adjungam etiam, ſi vis, id, quod tu huic etiam obeſſe putas, patrem* publicanum, *qui ordo quanto adjumento ſit in honore quis neſcit? flos enim* equitum R. *ornamentum civitatis, firmamentum reip.* publicanorum ordine *continetur.* adde Appian. II. Civ. p. 435. *milites* & *negotiatores* ſiſtit idem c. LXIV. num. 5.

PLEROSQUE PACIS SPES IMPELLIT. Guelf. 3. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Eccard. Remenſ. 1. Incerti, Franc. Acad. Struv. Vinar. 2. & Uratislavienſes, *pacis ſpe*, aut *ſpe pacis*. Sed alterum Latinum & Noſtro ſaepiſſime probatum. Catil. c. XIV. n. 3. *quos* manus *atque* lingua *perjurio, aut ſanguine civili* alebat. Eod. c. XVIII. extr. ea res *conſilium* diremit. c. XXVIII. extr. *quibus* lubido *atque* luxuria *ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.* c. LVI. n. 3. *uti quemque* caſus *armaverat.* Supra c. V. n. 2. *ſtudiis civilibus* bellum *atque* vaſtitas *Italiae finem* fecit. ubi vide alia. Horat. I. Sat. II. v. 44. *quin etiam illud Accidit, ut cuidam teſtes caudamque ſalacem Demeteret* ferrum. Sic *pietas ſcribit, pietas admonet*, & quae alia Gronov. ad Liv. XXXIV. c. VI. nam pridem docuit Budaeus Comment. Lingu. Gr. pag. 200. quidquid occaſionem, materiam cauſſamve aliquam praebet, id Graecis atque Latinis efficere rem dici. Vinar. 1. *pleroſque ſpes impellit.*

ROMAM AD SUOS NECESSARIOS. Fabric. 2. *Romae*, pro *Romam*, quomodo ſupra ſemel atque iterum. *Neceſſarios* proprie dicunt, adfines aut cognatos, in quos *neceſſaria officia* conferuntur, ut ex Aelio Gallo docet P. Feſtus. Curt. VII. c. II. n. 36. *Simpliciter* ad neceſſarios *ſuos quiſque* ſcripſerat, *quae ſentiebat.* quem cum Salluſtio jam comparavit Th. Munckerus ad Hygin. Poet. Aſtron. Praefat. pag. 346. adde ſupra c. XIV. n. 16. Plutarch. Mario p. 409. *τοῖς οἴκοι γραφόντων.*

5. HONESTISSUMA SUFFRAGATIONE. *Suffragatio* vox Cicerone, Seneca, Curtio, Val. Maximo, Suetonio uſitata, non *ſuffragium* proprie eſt: neque enim proprie dicas *ſuffragio petere cui conſulatum*; ſed ſtudium, commendatio, interceſſio. In antiquis enim illis ſuffragiis magna erat ſtudiorum contentio, Varro III. de R. R. c. V. ad fin. unde poſtea ſollemni adpellatione *ſuffragatores* dicti, qui commendabant apud principem & intercedebant, Valeſius in Ammian. XXIX. c. III. Hinc C. Nepos Alcib. c. V. *poſt*, ſuffragante *Theramene*, *populiſcito reſtituitur.* Suetonius Claud. c. XL. *De quaeſtore quodam candidato inter cauſſas ſuae* ſuffragationis *poſuit, quod pater ejus frigidam aegro ſibi tempeſtive dediſſet.* Curt. VII. c. I. n. 11. *ad magna & honorata miniſteria illius maxime* ſuffragatione *producti.* adde Plin. III. epiſt. XX. n. 5. Similiter per alios potius, quam per ſe, etſi magna cupiditate flagraret, petebat imperium Macrinus, de quo bene Capitolin. c. V.

NOBILITATE FUSA PER LEGEM MAMILIAM. Guel. 10. Incert. 2. Remenſ. 1. & Veneta 1470. *nobilitate perculſa*, ut ſupra c. XLII. n. 1. Uratisl. 3. & Guelf. 11. *percuſſa.* Male. Cicero *frangere hoſtem, adverſarium*, XII. Philipp. c. II. & in his contentionibus civilibus omnia ad militaria certamina comparata. Sic ſupra c. XL. n. 4. *inter laetitiam plebis & ſuorum* fugam. *Fuſus* in

C A P. LXVI.

LXX

1 INterim Jugurtha poſtquam, omiſſa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, feſtinare, cogere exercitum: civitates, quae ab ſe defecerant, formidine, aut oſtentando praemia adfectare: communire ſuos locos, arma, tela, alia, quae ſpe pacis amiſerat,

in alia translatione, ſed eleganti eſt apud Cic. v. Verr. *c.* xi. De lege mamilia mira Gloſſargi & interpretes. Non intelligit aliam, quam cujus ſupra *c.* xl. n. 1. & 4. facta eſt mentio; etſi ibi *rogatio* nominetur. nam perlata rogatione eaque juſſa a populo *Lex* erat, quod Auctor ibidem indicat, ex Cicer. pro Sext. *cap.* xxxv. colligitur, & poſt Q. Hortenſium dictatorem in rep. conſtitutum eſſe, docet Gellius xv. *c.* xxvii. adde eumdem x. *c.* xx. & Flor. iii. *c.* xvii. n. 9. *Mamiliam* ſcribunt Fabric. 1. Vinar. 1. Struvian. Incert. 2. Baſil. 1. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 1. & 3. Eccard. Guelf. 1. & 3. cum Veneta 1470. quo etiam ducunt Senat. 1. Vinar. 2. Acad. Fabric. 2. Guelf. 2. & 6. qui ſcribunt *Mamilliam*. Franc. *Mammiliam*. Incert. 1. Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. *Maniliam*. Sed Guelf. 4. *Mamillianam*. quod confirmat emendationem noſtram ſupra *c.* xl. n. 4. *cum ex* Mamilia *rogatione tres quaeſitores rogarentur*. ibi vulgo omnes edd. *Mamiliana*. Uratisl. 3. *novos homines extollere;* & mox, *cuncta proſpere procedere.*

CAP. LXVI. 1. Omissa deditione, bellum inc. Rem. 1. *amiſſa deditione*. Incerti, Acad. Struv. Remenſ. 1. Vinar. 2. Guelf. 6. 7. 9. 10. *bellum incepit;* Guelferb. 11. Franc. Senat. 2. & Heuſſ. *bellum coepit*. Male, & propter particulam *Poſtquam*. Sed vide ad *c.* lii. n. 6. Male etiam Franc. *parare* mox omiſit.

Civitates, quae ab se defecerant. Supra in re ſimili *c.* lvi. n. 3. maluit *oppidum defecerat*. hic *civitates* dixit. Credo, quia *affectare*, *praemia*, *formidinem oſtentare* proprie ad homines ſpectat, etſi ita *deficere* etiam comparatum eſt. Suſpicandi vero copia eſt, vocem *civitates* ab aliena manu eſſe additam, intelligendumque *loca* ex ſequenti: *quae loca ab ſe defecerant*. & hujus quidem figurae quaedam exempla ponam ad *c.* xcviii. n. 5. Nihil tamen mutandum eſſe pronuncio. *Civitas* de Roma dixit Noſter Cat. *c.* xxxi. n. 1. & ſupra *c.* lv. n. 1. infra de Vaga *c.* lxix. n. 3. civitas *magna & opulens praedae cuncta, aut poenae fuit*. vi. Frag. *mapalia circumjecta ſunt* civitati. Eutropius iii. *c.* viii. *Afrorum ducem apud Agrigentum* civitatem *cum ipſo oppido cepit*.

Aut ostentando praemia adfectare. Guelf. 1. *oſtendendo praemia*. *Adfectare* proprie eſt quaerere, ut adficiamus, ut noſtra faciamus. Vellej. Pat. ii. *c.* xxxix. *Gallias — ſaepe &* adfectavimus, *& amiſimus*. Tacitus iv. Hiſt. *c.* lxvi. *Civilis ſocietate Agrippinenſium auctus proximas civitates* adfectare, *aut adverſantibus bellum inferre ſtatuit*. idem alibi eadem notione. Corn. Nepos Attic. *c.* xiii. *omni diligentia munditiem non adfluentem* adfectabat. vide Barthium xii. Adverſ. *c.* vii. & ad Statium i. Theb. *v.* 132.

Communire suos locos. Acad. Remenſ. 1. Guelf. 4. 7. 10. 11. 12. *circummunire*. Guelf. 6. *circumminire*. Franc. *circumvenire;* Eccard. *circuire ſuos locos*, qualis ex parte varietas ſupra adnotata eſt. Curtius v. *c.* v. n. 1. & 8. *communire caſtra*.

Aliaque, quae spe p. a. reficere, a. commerc. Incert. 2. *atque alia*, *quae*, reformidans concurſum τὸ *que*, *quae*. quod quidem non debuerat, ut oſtendimus ad Catilin. *c.* iii. n. 5. Tamen ex Eccard. Guelf. 3. & 10. ſcripſi: *alia*, *quae ſpe pacis amiſerat*, inſiſtens mori Salluſtiano, quem vidimus ſupra *c.* xxvii. n. 5. xxxvii. n. 4. alibi. Vinar. 2. & Academ. *ſpes pacis*. Fabric. 1. a prima manu: *quae ſpe amiſerat*. *Reficere* non eſt reparare & emendare, ſed *iterum*, *denuo facere*, ſicuti apud Corn. Nepotem *reficere muros;* apud Caeſarem *oppida vicoſque reſtituere*, pro *reaedificare;* apud Lucretium *recreare*. &c. Cicer. Laelio *cap.* xxv. *cum ferret legem de tribunis plebis* reficiendis. Aur. Victor Vir. Illuſtr. *c.* lxxiii. *competitore interfecto tribunus pleb.* refectus. ----- *Saturninus tertio tribunus pleb.* refectus. Leviter etiam ſuſpecta ſunt, quae excipiunt, *aut commercari*. Quae ſi abeſſent, latiore ſignificatu Verbum *reficere* ſumendum eſſet, ut hoc *commercari* comprehendat. ſiquidem Noſter alibi *facere* pro colligere, comparare cum probatis dixit: quo pertinet illud Senecae adnotatum: *exercitum argento* fecit. Sic Varro & Juſtinus, *reficere impenſas*. Perſua-

rat, reficere, aut commercari : ſervitia Romanorum adlicere, & eos
ipſos, qui in praeſidiis erant, pecunia tentare : prorſus nihil inta-
ctum, neque quietum pati : cuncta agitare. Igitur Vagenſes, quo 2
Metellus initio, Jugurtha pacificante, praeſidium impoſuerat, fati-
gati regis ſuppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civi-
tatis inter ſe conjurant : nam volgus, uti plerumque ſolet, & ma-
xume

ſuadet Guelf. 3. a quo illud *commercari* exſulat.

EOS IPSOS, QUI IN PRAES. ERANT. Guelf. 3. *& eo ipſos*. 4. *qui praeſidiis erant*, ſine Praepoſitione, ſed perperam. vide ſupra ad *cap.* XL. n. 1. *qui ab eo* in legationibus, *aut* imperiis *pecunias accepiſſent*.

2. IGITUR VACCENSES, QUO METELLUS. Acad. Guelf. 6. & 10. *Igitur Vacenſes*, quomodo Commelin. At Nazarianus *Vagenſes* : ita ſcribendum eſſe dixi ad *cap.* XXIX n. 4. *quo*, pro quorum in oppido, & illuſtravi dicendi genus ſupra ad *cap.* XLVII. n. 1. moneo etiam quaedam ad III. Hiſt. Or. Macri n. 15. Contrario modo *Same*, *eorum*; *Syracuſae*, *eos*, alia dicuntur. vide ad Cat. *cap.* V. n. 8. Supra *cap.* LII. n. 5. *dum ad* flumen, quo *praemiſſus erat*, *feſtinans pergit*. Sidonius I. ep. XI. *Inter haec fremere* Arelatenſes, quo *loci res agebatur*, *& quaerere* &c.

INITIO PACIFICANTE JUGURTHA. Rem narrat ſupra *c.* XLVII. eoque tempore Jugurtham legatos miſiſſe, veramque deditionem facere conatum eſſe, legimus *cap.* XLVI. n. 1. & *c.* XLVII. n. 3. id *pacificare* vocat, h. e. de pace agere, pacem facere ſtudere. Verbum ſine effectu, qualia notamus infra *cap.* CIX. n. 3. Utut paullo durius haec accidant, ſuſpecta tamen eſſe nollem. Eccard. *praeſidium poſuerat*.

FATIGATI REGIS SUPPLICIIS. Gloſſa Fabric. 1. vetuſtiſſima : *ſuppliciis i. donis*, quia num. 1. formidinis tantum & praemiorum, non *precum* eſt mentio. Neque tamen illa ſine precibus fuerunt, quod ex *cap.* LVI. n. 4. patet. Afranius : *Nullam profecto acceſſi ad aram, quin deos* ſuppliciis, *ſumtu*, *votis*, *donis*, *precibus*, *plorans*, *obſecrans nequidquam* defatigarem. Livius I. *cap.* XI. *Herſilia conjux* precibus *captarum* fatigata. Juſtinus XXIII. *cap.* 1. fatigatus querelis *ſociorum Dionyſius*. Supra *cap.* XI. n. 4. fatigatus *a fratre*. adde *cap.* XIV. num. 20. *ſupplicia* autem & preces, & omnem cultum deorum hominumve involvunt. vide Cat. *cap.* IX. num. 2. LII. num. 29. Mox Fabric. 2. *neque antea alienati* : omiſſo vocabulo *voluntate*.

PRINCIPES CIVITATIS INTER SE CONJURANT. Guelf. 11. & Struvianus *conjuraverant*. Grurerus haud eleganter conjicit *conjurare*. Illud potius eſt animadvertere, quomodo cum ſupra *Vaccenſes* dixit, intulerit Auctor *principes civitatis*. Diximus quaedam de ſeparata Adpoſitione ſupra ad *cap.* XXVII. n. 3. *lege Sempronia* provinciae *futuris conſulibus* Numidia atque Italia *decretae*. adde etiam infra *cap.* LXXXV. n. 4. & 111. Hiſt. Orat. Macri n. 22. & ad Cic. IV. epiſt. VII. n. 5. Verum eadem etiam verba, aut eumdem ſenſum aliis verbis ſcriptores repetere ſolent, ubi quaedam neceſſario interponenda fuerunt. Livius XL. *cap.* LIII. *Conſul profectus* in Ligures, *per invios montes valleſque ſaltus cum exercitu tranſgreſſus*, *ſignis collatis* cum hoſte *pugnavit*. Caeſar III. Gall. *cap.* XX. *multis praeterea viris fortibus* Toloſa, Carcaſone & Narbone, *quae ſunt civitates Galliae provinciae finitimae*, ex his regionibus *nominatim evocatis*. ubi vide Daviſium. Idem III. Civ. *cap.* XCV. *Caeſar* Pompejanis *ex fuga intra vallum compulſis*, *nullum ſpatium* perterritis *dare oportere aeſtimans*, *milites cohortatus eſt*. Claudian. II. Stilic. *v.* 6. *Principio magni cuſtos* Clementia *mundi*, *Quae Jovis incoluit Zonam* ---- Haec Dea *pro templis et Thure calentibus aris Te fruitur*. quem locum ad Epanalepſin Auctoribus uſitatam illuſtrandum advocavit Cl. Drackenborch. ad Silium XII. *v.* 441. quem adeas. Simile quid ſupra ſeſe obtulit *cap.* LXI. n. 4. *atque* inde *vadibus datis clam Maſſivae de nece* judicium *fugerat*. Capitolin. Gordianis *cap.* XXVII. *Etiam* Perſas, *ut brevi multa connectam*, *ab Antiochenſium cervicibus*, *quas jam nexas Perſico ferro gerebant*, *&* reges *Perſarum*, *&* leges *amovimus*. Tum ſenſui, tum memoriae lectoris ſuccurrunt ſcriptorum optimi ; cum hodie imperiti id omne ignorent, criminenturque in elegantioribus. Sed formula *inter ſe conjurant* non rite ſatis reſpondet, cum *inter ſe* paullo exquiſitius adhibeat Noſter. vide ſupra *cap.* XLI. n. 2. Sequitur infra *compoſitis* inter ſe *rebus* ; & Cat. *cap.* LII. n. 24. *Conjuravere* nude ſcripſit. Caeſar II. Gall. *c.* 1. *omnes Belgas contra P. R.* conjurare, *obſideſque* inter ſe *dare*. Quare forte hoc loco *inter ſe* erit expungendum.

Hhhh NAM

xume Numidarum, ingenio mobili, ſeditioſum atque diſcordioſum erat, cupidum novarum rerum, quieti & otio advorſum: dein, compoſitis inter ſe rebus, diem tertium conſtituunt: quod is feſtus celebratuſque per omnem Africam ludum & laſciviam magis, quam

NAM VULGUS. Baſil. I. Senatorii, Academ. Heuſſ. & Uratisl. 2. *nam volgus*.

SEDITIOSUM ATQUE DISCORDIOSUM ERAT. Fabric. 2. *atque diſcordioſum* omittit. Guelf. 2. *atque ſocordioſum*, editam pro var. lect. repraeſentans. Senat. I. *ingenio mobile*. uſitatiſſimo errore. vide ſupra *cap.* XLVI. num. 3. A. Gellius III. *cap.* XII. docet, a Verbis inclinatum in *oſus* fieri non debere, reprehenditque *biboſus*; Sed a Nominibus concedit, probatque *Vinoſus*. *vitioſus*. addit IV. *cap.* IX. exceſſum quemdam per hujuſcemodi Nomina denotari; quomodo fere Diomedes I. pag. 313. Sic Poetae *ramoſus*, *doloſus*, *venoſus*. Noſter Catil. *cap.* VIII. n. 5. *negotioſus*, *cap.* XLVIII. n. 2. *calamitoſus*, ad hanc formam. Cato in Fragm. *victorioſus*; Cic. IV. Tuſc. *cap.* XII. *gravedinoſus*; Terent. Eunuch. A. IV. Sc. III. *v.* I. *ſceleroſus*, alii alia dixerunt. Sed *diſcordioſus* etiam Sidonius IX. ep. III. & VI. ep. II. notante Waſſio. Sequior aetas licentius talia formavit, dixitque *coloroſus*, *amoroſus*, *canoroſus*, *decoroſus*, *doloroſus*, *dulcoroſus*, alia, quae vide apud Daumirum ad Bernhard. Palponiſt. II. *v.* 75. Poſt *erat* diſtinguunt MSS. & edd. vett. nec tamen peccaret, qui id Verbi eradicaret.

IN DIEM TERTIUM CONSTITUUNT. Struvian. Guelf. 7. & 10. addunt *caedem*; Incert. I. Guelf. 6. & 11. *conſtituunt interfectionem*; Franc. *occiſionem conſtituunt*. Male omnes, & eo Verbo parum ſententiam juvant, quae plura requirit ex proximis diſcenda. Ita nempe Verbo *conſtituere* utuntur veteres, abſolute poſito, ut *locum*, *tempus*, *negotium conſtituere* intelligant, unum horum ſaepe addant, reliqua exaudiant. Docuit hoc, magna vi exemplorum addita, Optimus Gronovius I. Obſerv. *cap.* I. ubi pleraque, quae Waſſius adſcripſit, praecepta videbis. Rarius tamen *in diem conſtituere*. etſi ita fere Cicero I. Agrar. *c.* II. *audiſtis auctionem populi R. proſcriptam a tribuno plebis*, conſtitutam in *menſem Januarium*. Frequentius, & elegantius *diem conſtituere*. Unde fecerim hoc loco: *dein*, *compoſitis inter ſe rebus*, *diem tertium conſtituunt*. Sic Cic. XII. Att. epiſt. II. extr. *ſimul enim &* diem *Tyrannioni* conſtituemus, *& ſi quid aliud*. III. Catil. *cap.* VII. *Non ille nobis* Saturnalia conſtituiſſet, *neque tanto ante exitii ac fati diem reip. denunciaſſet*. Loquitur de caede Senatus, a conjuratis conſtituta. adde ſupra *cap.* LXX. n. 4. & *cap.* LXXV. num. 5. Ratio hujus conciſae dictionis eſt in more Hiſtoricorum poſita. Nam ut illi ſaepe antea factum expediendum pluribus & plane narrant, poſtea autem ſimpliciter addunt *& factum eſt*, aut ſimilia, intelligentes omnia illa, quae conſtituta eſſe memoraverant; ſic contra rem in ipſo facto pluribus narrant, ut hic n. 3. 4. & paucis tantum, ſive uno Verbo conſilia, quae anteceſſerant, exponunt. vide Caeſar. II. Gall. *cap.* I. & ſupra *c.* XII. extr. Sic *conſtituta dies*, *nox*, *tempus*. vide Cat. *cap.* XLV. num. I. Livius XXIX. *cap.* I. *dictu dies*. & ſic Cic. XVI. ep. X. n. 4. infra *cap.* XCIII. extr. *& negotio proximum* diem conſtituit. Junge obſervata ad *cap.* XCII. extr.

QUOD IS FESTUS CELEBRATUSQUE P. O. A. Guelf. 6. *quod is* dies *feſtus*: Sicuti *cap.* LI. n. 40. *Tum* lex *Porcia aliaeque paratae*, *quibus* legibus *exſilium damnatis permiſſum*. ubi vide plura. Guelf. 3. *quod is fectus*; Fabric. 2. *feſtus celebriſque*. Supra *cap.* XLVII. num. I. *forum rerum venalium totius regni maxume* celebratum. Et *dies* proprie *celebratus* dicitur, quo die eſt frequentia locis publicis ad epulas, delubra deorum, theatra, ganeas. Eo modo *feſtus* & *feſtino*; *celer* & *celebro* aliquis comparare queat. Adi Zinzerling. Promulſ. Crit. Juv. *cap.* XI. Saepe autem tales dies funeſti fuerunt. Exſules Thebani *diem delegerunt*, *ad inimicos opprimendos*, *civitatemque liberandam*, *eum*, *quo maximi magiſtratus ſimul conſueverant epulari*, Corn. Nepos Pelopid. *cap.* II. & III. Commodus bis tali die, qui ludis ſollemnibus celebratur, petitus eſt, Herodianus I. *cap.* IX. & X. Sic Florus III. *cap.* XVIII. *Primum fuit belli in Albano monte conſilium*, *ut feſto die Latinarum Julius Caeſar & Martius Philippus conſules inter ſacra et aras immolarentur*, &c.

LUDUM & LASCIVIAM MAGIS, Q. F. OSTENTABAT. Ludus nempe, ſaltatio, crebrior invitatio, pſallere & alia hujuſcemodi propria illis diebus. vide Brockhuſium ad Tibull. II. eleg. I. *v.* 29. Et ita *laſciviam* poſuit Livius I. *cap.* V. *ut nudi juvenes per* luxum (an & hic *ludum?*) *et* laſciviam *currerent*. de Feſto Lupercalium. Gronov. *per luſum*. Aur. Victor Caeſar. *cap.* XIV. *palatia exſtruere*, *curare epulas*, *ſigna*, *tabulas pictas*: *poſtremo omnia ſatis anxie*

quam formidinem oſtentabat. Sed ubi tempus fuit, centuriones tri- 3
bunoſque militares, & ipſum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium domos ſuas invitant: eos omnis, praeter Turpilium, inter epulas obtruncant: poſtea milites palantis, inermos, quippe in tali die ac ſine imperio, adgrediuntur. Idem plebes fa- 4
cit, pars edocti ab nobilitate, alii ſtudio talium rerum incitati: quis acta conſiliumque ignorantibus tumultus ipſe & res novae ſatis placebant.

CAP.

xie proſpicere, *quae* luxus laſciviaeque *eſſent*. Eam *laſciviam* vide eleganter deſcriptam Curtio VIII. *c.* X. n. 15. ſeqq. & de voce Budaeum in Pandect. pag. 229. Feſtis etiam diebus, veluti ex formula, *nihil ſerium*, *nihil ſeriae rei* agi dicebant. vide Gronov. ad Liv. XXIII. *cap.* VII. & ſupra *cap.* XXXIX. n. 5. Guelf. 1. *oſtendebat*; II. *oſtendebant*. Expreſſit locum Abbas Urſpergenſis Chronic. ad ann. MCLXVII. ſive quis alius auctor fragmenti, quod Wolffg. Lazius I. Comm. Reip. R. *cap.* VIII. & alibi Vellejo tribuit: *Igitur* LIX. *die*, *quam eo ventum eſt*, *cum is dies deae Ciſiae celeberrimus* ludum & laſciviam magis, quam formidinem oſtentaret, *immanis barbarorum multitudo ex proximis ſilvis repente erumpens*, *ex improviſo caſtra irrupit*. In quo & alia Salluſtiana legas.

3. UBI TEMPUS FUIT. Poſtrema vox deſideratur in Guelf. 1. nec male. vide Cat. *c.* XXXVI. n. 2. & XXXVIII. n. 1. Mox tres quatuorve *tribunos militares*, omiſſa Copula.

PRAEFECTUM OPPIDI T. TURPILIUM S. *Praefectus* oppidi, qui praeſidio praeerat, hodie *Commendant*. Antiquiſſima adpellatio & ab regibus, qui domo profecti, relinquebant *Praefectum Urbi*, Tacitus VI. Ann. *cap.* XI. Supra *c.* XLVI. n. 5. *Ex oppidis & mapalibus* praefecti regis *obvii procedebant*. *Silanum* non eſt in Guelf. 4. Hunc *Tit. Turpilium*, qui antea praefectus fabrum in exercitu fuerat, capitis damnatum occidit Metellus, adnitente Mario, qui noverat, hoſpitem eſſe Metelli. Inde apertae inter eos offenſiones, docente Plutarcho p. 409. Guelf. 2. *Turpinium*.

DOMOS SUAS INVITANT. Guelf. 2. & 6. *domos ſuos*, ut editio Gruteri, operarum, credo, incuria. Uratiſl. 3. & Franc. *ad domos ſuas*. Fabric. 1. Vinar. 2. Uratiſl. 2. & Guelf. 9. *in domos ſuas*. Sed infra *cap.* LXXVI. num. 6. *aurum & argentum* domum regiam *comportant*. Alibi veteres Codd. *domus* quarto Caſu. vide Pierium ad II. Georg. *v.* 115. Hic vero omnes *domos*.

INTER EPULAS OBTRUNCANT. Elegans uſus Praepoſitionis *inter*, quam adnotavimus Cat. *cap.* III. num. 4. Plura Cl. Duckerus ad Flor. II. *cap.* VI. n. 41.

MILITES PALANTES, INERMIS. Immo *inermos*, quod eſt in Baſil. 1. & infra *cap.* XCIV. num. 2. atque CVII. num. 1. ſicuti *imbecillus*, *declivus*, alia veteribus frequentata. vide Cat. *cap.* III. n. 4. & ſupra *cap.* I. n. 1. Plinius VII. *cap.* XIX. *Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, nec aut* hilaro *magis*, *aut turbato*. Sic MSS. & ex iis Harduinus. Uratiſl. 2. *in armis*.

IN TALI DIE, AC SINE IMPERIO. *Sine imperio* puta agitantes, quod illuſtravimus ſupra *cap.* LIV. n. 6. *oppida temere munita*, *aut* ſine praeſidio. addas licet Plin. II. *cap.* XXV. *Xiphias vocavere*, *quae ſunt omnium* pallidiſsimae. *& quodam gladii* nitore, *ac* ſine *ullis* radiis. Guelf. 3. & Vinar. 2. *quippe tali die*. ſciolorum manus eſt. nam Salluſtius Cat. *c.* XLVIII. num. 5. *quia* in *tali* tempore *tanta vis hominis leniunda*, *quam exagitanda videbatur*. ubi vide. In tali die milites inermos fuiſſe, auctor eſt Herodianus II. *cap.* XIII. κελεύει τὰ μὲν ὅπλα αὐτοὺς καταλιπεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πάντας δὲ ἐξελθεῖν εἰρηνικῷ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντος ἢ ἑορτάζοντος βασιλέως ὑποπομπεύειν. Sed Chiaſmum etiam obſervare ſtudioſi talium rerum meminerint, quippe *in tali die*, ad poſterius *inermos*; *ſine imperio* ad prius *palantis* retulit Auctor. ita Cat. *cap.* XIV. num. 3. *quos manus atque lingua*, *perjurio*, *aut ſanguine civili alebat*. ibi vide.

4. STUDIO TAL. RERUM INCITATI. Abeſt *incitati* ab Uratiſl. 3. Et ſimilis eſt ſtructura Cat. *c.* XXXIII. n. 3. *plebes aut dominandi ſtudio permota*, *aut* ſuperbia magiſtratuum, *armata a patribus ſeceſſit*. Interim Criſpus noſter etiam in his plenas dictiones ſectatur, quod dixi ad haec Cat. *cap.* VI. n. 4. *nam ceteri* metu percuſſi *a periculis aberant*.

QUIS ACTA CONSILIUMQUE IGNORANTIBUS. Noſtri etiam, tribus exceptis, uno ore *quis*, non *queis* nec *quibus*. Sed Guelf. 3. *quis acta conſi-*

CAP. LXVII.

LXXI.

1 ROmani milites, improviſo metu, incerti ignarique, quid potiſſumum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant: praeſidium hoſtium, portae ante clauſae fugam prohibebant: ad hoc mulieres puerique pro tectis aedificiorum ſaxa, & alia,

lii ignorantibus; 9. quibus aptis conſiliumque ign. Acta intelligit caedem inter epulas centurionum tribunorumque. Supra *cap.* LIII. n. 8. acta *edocent atque audiunt*. Curt. v. *cap.* XIII. n. 7. *ex hoc* acta *cognoſcit*. pro eo *quae egerat* infra *cap.* XCIV. n. 3. *Conſilium* intelligit principum, conjurationem de omni Romano praeſidio delendo. vide Cat. *cap.* XVIII. n. 5. & 6. & ad *cap.* XVII. Eod. n. 4. Nihil planius.

CAP. LXVII. 1. IMPROVISO METU, INCERTI. Guelf. 6. & 11. Franc. & Struv. *perculſi improviſo metu*. Guelf. 10. *percuſſi ex improviſo metu*. Perperam, etſi ita alibi locutus ſit Auctor. Potius intelligit *propter improviſum metum* incerti ignarique erant. ita locutus eſt Cat. *cap.* XXIII. num. 3. ubi vide, & ſupra *cap.* XXVII. n. 3. Nam Struviano emendatrix manus addidit *ex* improviſo metu.

TREPIDARE AD ARCEM OPPIDI. Nihil omnino hujus lectionis immutandum, etſi Baſil. 1. Fabric. 2. Vinarienſes, Senatorii, Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. Struv. Incert. 2. Eccard. Guelf. 1. 2. 3. 9. & 11. ſcribant *trepidare arcem oppidi*, omiſsa Praepoſitione, ut Gruterus aliique. Firmat Praepoſitionem etiam Venetae 1470. *trepidant, capere ad arcem oppidi*. ceteri noſtri MSS. omnes eamdem agnoſcunt. Gruterum bene repreſſit Gronovius ad Liv. XXVII. *cap.* 1. ubi & Livii illud ex XXIII. laudat: *dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu* trepidat *ad prima ſigna, ſucceditque ad muros acies*. adjecit Duckerus ad Flor. III. *cap.* X. n. 17. Liv. IX. *cap.* XXXVII. *Alios immobiles, alios ſemiſomnos in cubilibus ſuis, maximam partem* ad arma trepidantes *caedes oppreſſit*. quos vide. Neque tamen ii dicunt, an *trepidare ad* idem ſit, ac *trepidare apud, circa arcem*: an *trepidare ad arcem verſus* h. e. diſcurrere ex omnibus locis ad arcem, ut intrent eam. nam & Livius *trepidare circa advenam* et ſimilia dixit; Hirtius *circa vallum trepidare*. Poſteriorem notionem tueri poſſes illis, *maturare in Africam, feſtinare ad urbem*, ceteris. atque ita accipit Palmer. Spicileg. II. p. 634. qui hoc exemplo dici poſſe autumat, *trepidare domum, trepidare in naves*. Sed propria notio Verbi *trepidare* priorem ſignificatum recipere jubet. ſic ſupra *cap.* XXXVIII. num. 5. *trepidare omnibus locis*. infra *cap.* LXXXV. num. 10. Feſtus enim ab *τρέπω* deduxit, ut ſit huc illuc ſe vertere; ultro, citro diſcurrere: quo pacto cum termini Praepoſitione conſtrui non poſteſt. adde Caeſar. v. Gall. *cap.* XXXIII. Dices: hi milites fuerunt antea palantes per urbem, exprimendum ergo fuerat feſtinaſſe eos ad arcem; de qua re tamen nullum Verbum legitur, niſi hoc *trepidare*. Mihi vero hoc ſatis expreſſum eſſe videtur ipſo illo Verbo. Nam ſi trepidant circa arcem, neceſse eſt illos eodem veniſſe: & in tali neceſſitate ſubintelliguntur alia etiam Verba. Sic Cat. *cap.* XLIV. num. 1. *quod* ſignatum *ad civis perferant*, pro *ſcriptum & ſignatum*. ubi vide. & ſupra *cap.* LXIII. n. 3.

MULIERES PUERIQUE PRO TECTIS AEDIF. Etiam mulieres & imbelle genus ex loco tuto ſaepe ita pugnavit: ſaepe & aliis domus pro munimento, & tecta aedificiorum loca fuerunt, unde in hoſtes tuto lapides, ignem, alia praeterea tela ingererent. Thucyd. II. *cap.* IV. *ἔπειτα πολλῷ θορύβῳ αὐτῶν τε προσβαλόντων καὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν οἰκετῶν ἅμα ἀπὸ τῶν οἰκιῶν κραυγῇ τε καὶ ὀλολυγῇ χρωμένων, λίθοις τε καὶ κεράμῳ βαλλόντων*, & quae ibi ſequuntur non multum ab hoc tumultu diſſimilia. Illuſtrat Herodian. 1. *cap.* XII. *ἀποκλείσαντες τὰς τῶν οἰκιῶν εἰσόδους, ἔς τε τὰ δωμάτια ἀναβάντες λίθοις καὶ κεράμοις ἔβαλον τοὺς ἱππεῖς* &c. Livius XXVI. *c.* X. *tunc in domos atque* in tecta *refugiebant; vagoſque in viis ſuos pro hoſtibus*, lapidibus *teliſque incesſebant*. Curtius IV. *cap.* IV. n. 13. *Magna pars* ſumma tectorum *obtinebat*, ſaxa & *quidquid manibus fors dederat, ingerentes ſubeuntibus*. Illud recte ad rationem aedificiorum veterum exigit Gruterus, & ad uſum Praepoſitionis *pro*. Ponitur enim ea pro eo, quod eſſet *in loco tectorum, de tectis*. Sicuti *pro cornibus, pro ſuggeſtu, pro tribunali*, pro *in tribunali, de ſuggeſtu* frequentatur. vide Ducker. ad Flor. IV. *cap.* II. num. 91. Tacitus XIV. *cap.* XXX. princ. *Stabat* pro littore *diverſa acies*. Guelf. 6. *certatum mittere*. Uratisl. 3. *ante pro tectis*.

2. NE-

alia, quae locus praebebat, certatim mittere. Ita neque caveri an- 2
ceps malum, neque a fortiſſumis infirmiſſumo generi reſiſti poſſe:
juxta boni malique, ſtrenui & imbelles inulti obtruncati. In ea tan- 3
ta aſperitate, ſaeviſſumis Numidis & oppido undique clauſo, Turpilius unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id miſericordiane hoſpitis, an pactione, an caſu ita evenerit, parum comperimus;

2. NEQUE CAVERI ANCEPS MALUM. Guelf. 10. *neque* cavere *anceps malum*, nempe milites Romani: nihil morante, quod ſequitur *a fortiſſimis reſiſti*. vide Cat. *c.* LI. num. 40. *Anceps malum*, quod & ab Numidis principibus plebeque, *c.* LXVI. num. 3. 4. & ab mulieribus & pueris, num. 1. imminebat. vide ad Catil. *cap.* XXIX. num. 1.

BONI M. STRENUI ET IMBELLES. Vinar. 1. Fabric. 2. Incert. 2. Struv. Uratisl. 2. & 3. *Strenui & imbecilles*. Sed *imbelles*, pro bello non aptis, ignavis, recte opponuntur *ſtrenuis*. Curt. IV. *c.* XIV. num. 4. *Numquam ignorari viros* fortes: *at* imbelles, *ex latebris ſuos erutos, nihil praeter nomina, adferre*. Et ne Gloſſam forte putes, vide dicta ad Catilin. *cap.* XX. num. 7. *Ceteri omnes* ſtrenui, boni, *nobiles atque ignobiles volgus fuimus*. Nam *bonus* quidem latius patet, & ad omnem virtutem, fortitudinem, prudentiam in tali periculo, & alia talia ſpectat, quod dudum docuit Suidas in V. *ἀγαθός*.

INULTI OBTRUNCATI. Vinarienſes, Senat. 1. Struv. Uratislavienſes, Guelf. 1. 2. 3. 6. 7. 9. *multi*, pro *inulti*, quae ſaepiſsime confundi ſupra diximus. Hic recte *inulti*, qui ſemet ipſi non ulciſcebantur, etſi poſtea Metellus hoc fecerit. vide ad Cat. *c.* LVIII. num. 21. Academ. *inulte*. Porro Baſil. 1. Fabriciani, Guelf. 3. 4. & 9. *obtruncari*: quod expreſsit Gruterus probatque. ſed eumdem in ſimili cauſſa ſupra deſeruimus, neque hic cum illo facimus. Quamquam enim pleraque antea infinita prolata ſunt, *trepidare, mittere, poſſe*; hic tamen in ipſo Verbo eſt aliquid finiti, & ipſe exitus illius tumultus, qui propterea Indicandi modo neceſſario proferendus erat. Jejuni autem hominis eſſet, in Verbis aequalitatem quaerere, quam certe quaeſiverunt Struvian. & Academicus, qui ſupra ſcripſerant, *reſiſti poterat*. immo habemus ſupra *c.* XLIII. num. 4. *Senati auctoritati ſocii nomenque Latinum, reges ultro auxilia* mittere: *poſtremo omnis civitas ſummo ſtudio* adnitebatur. habemus talia plura ad Catilin. *c.* XXI. num. 4. Terentius Adelph. Act. 1. Sc. 1. *verſ.* 19. *ille contra Ruri* agere *vitam, ſemper parce ac duriter ſe* habere: *uxorem* duxit: *nati filii Duo*. Idem Phorm. Act. 1. Sc. V. *v.* 1. *Itane tandem uxorem* duxit *Antipho injuſſu meo? Nec meum imperium, age, mitto imperium, non ſimultatem meam* Revereri, *ſaltem non pudere?* Ex quibus Terentianis male concludit cum ſuo Policario Barthol. Barrientus Annot. Silv. *c.* X. quod Infinitivum, ponatur pro Perfecto Indicativi. Nam eo acumine ex Noſtro Catilin. *cap.* XLII. num. 4. *agere — effecerant* concluderet, poni etiam pro Pluſquamperfecto. Contra nos diverſa tempora conjungi paſsim docuimus. vide ad Cat. *c.* XII. nu. 1. Supra *c.* XII. nu. 4. & LVIII. nu. 6.

3. SAEVISSUMIS NUMIDIS. Senat. 2. *ſeveritate Numidis*. Vinar. 2. Guelf. 7. & 11. *a ſaeviſſumis Numidis*. Heuſſ. omittit vocem *ſaeviſſumis*. Intelligis *cum ſaeviſſimi eſſent Numidae*, ut apud Caeſar. 1. Gall. *c.* XXX. *propterea quod eo conſilio*, florentiſsimis rebus, *domos ſuas Helvetii reliquiſſent, ut toti Galliae bellum inferrent*. adde ſupra *c.* XXXVII. nu. 3. *Saeviſſumis*, qui in omnes incenſi erant. Florus 1. *cap.* 1. *tandem* ſaevientibus *intervenere raptae laceris comis*. Supra *c.* VII. nu. 2.

AN CASU ITA EVENERIT. Supra Vinar. 2. *minimane hoſpitis*; Senat. 1. Guelf. 3. & Uratisl. 2. *aut pactione, aut caſu*; Baſil. 1. Vinar. 2. Senat. 2. Heuſſ. Remenſes, Academ. Incert. 1. Struvian. Guelf. 1. 10. & 11. *an pactione, aut caſu*. Guelf. 6. *aut cauſam*. & *ac an pactione*. Plutarchus Mario pag. 409. Veram cauſſam fuiſſe lene imperium Turpilii, tradit; & falſum crimen proditionis fuiſſe, brevi poſt ejus ſupplicium eſſe manifeſtatum.

NISI, QUIA ILLI. *Illi* delent Vinar. 2. Gu. 10. & 11. At infra Eccard. & Senat. 1. *fuit* expungi jubent. alterutrum, ſalva ſcriptura Salluſtii, inducere poſſumus: malui tamen cum illis melioribus Verbum Subſtantivum in exſilium mittere, confirmatus loco ex Catilin. *c.* XL. num. 2. NISI plerique hic pro *Sed*, aut *Verum tamen* accipiunt. Nihl autem ex proprietate particulam perdidiſſe, monſtravimus ad *cap.* XXIV. num. 5. Cauſſam parum comperimus, *Niſi* quod improbus inteſtabiliſque videtur. Plautus Menaechm. Prolog. *verſ.* 59. *Ei liberorum, niſi divitiae, nihil erat*. ubi

mus: niſi, quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus inteſtabiliſque videtur.

CAP. LXVIII.

1 METellus, poſtquam de rebus Vagae actis comperit, paulliſper moeſtus e conſpectu abit: deinde, ubi ira & aegritudo
2 permixta, cum maxuma cura ultum ire injurias feſtinat. Legionem, cum qua hiemabat, &, quam plurimos poteſt Numidas equites pariter cum

vide Gronovium, qui itidem per *Sed* interpretatur. Caeſar v. Gall. c.XIII. *Nos nihil de eo percunctationibus* reperiebamus, niſi, *certis ex aqua menſuris, breviores eſſe noctes, quam in continente*, videbamus. ubi Daviſius ad Gronovium remittit. multo plura tamen Rivius, Manutius in Salluſtium, ut Terent. Adelph. A.IV.Sc.V. *Neſcio*, niſi, *quia tam miſere hoc cupio eſſe verum, eo* vereor *magis* &c.

TURPIS VITA INTEGRA FAMA. Incert. 1. & Fabric. 2. *turpis vita, fama integra potior fuit*, pro more Salluſtii, quem modo ad *cap.* LXIII. num. 2. indicavimus. Sic ſupra c. VII. num. 5. *& praelio* ſtrenuus *erat*, *&* bonus *conſilio: quorum alterum ex providentia* timorem, *alterum* temeritatem *ex audacia adferre plerunque ſolet*. c. X. num. 3. *qui tibi propinqui* genere, beneficio *meo fratres ſunt*. c. XX. extr. *ſuis* animum, terrorem *hoſtibus augere*. c. XXI. num. 9. *& gloriam* ſummam *&* maxumas *divitias eſſe*. adde c. LXI. num. 4. & Cat. c. IX. num. 1. Guelf. 7. *integra quam fama*. Supra c. XXVI. nu. 1. *tametſi omnia* potiora *fide Jugurthae rebatur*. Boni autem duces ſaepe mori maluerunt, quam amiſſo exercitu vitam ſervare. vide Freinshem. ad Curt. VII. c. II. num. 38. & ad Flor. IV. c. II. num. 34. Noſtrum infra c. CVI. num. 3.

IMPROBUS INTESTABILISQUE VIDETUR. *Improbum* dicunt, qui eſt ſceleris manifeſtus, ſicuti *improbe factum* omne genus ſceleris comprehendit. vide Nannium VI. Miſcellan. *cap.* VII. & infra IV. Hiſtor. extr. Pro *inteſtabilis*, Guelf. 11. Gloſſa Senat. I. exponit, *excommunicatuſque:* neque id multum importune. Sumunt enim pro homine, qui communi civium jure vitaque indignus eſt, ut in illo XII. Tabb. *improbus inteſtabiliſque eſto*, apud A. Gellium IV. c. VII. Proprie ille eſt, qui nec teſtimonium dicere, nec teſtamentum facere aut teſtamento aliquid conſequi poteſt, quod vidit Rivius: eoque jure potior pars de jure libertatis continebatur. Hinc pro homine nequam & exſecrando ponitur. I. Hiſt. Orat. Lepidi nu. 1. *neque ſe aliter tutum putet, quam ſi pejor atque* inteſtabilior *metu veſtro fuerit*. Prudent. Paſſ. X. v. 77. *Infame monſtrum, vilis*, inteſtabilis, *Tu ventilator urbis & vulgi levis Procella*. Apulejus pag. 19. de Hab. D. Plat. *Sollicitudinem & laborem —— ſi adverſum naturam turpiſſimarum rerum cauſſa gignerentur*, malas inteſtabilesque *eſſe*.

CAP. LXVIII. 1. PAULLISPER M. E. CONSPECTU ABIT. Vinar. 1. Fabric. 2. Struv. & Franc. *abiit*. Guelf. 1. & 6. *ex conſpectu*. Gu. 2. *eſſe conſpectu*. 10. *ex conſpectu militum*. 9. *comperivit*. 10. & 11. *ita actis*. Uratisl. 1. *paulliſper motus*.

UBI IRA ET AEGRITUDO PERMIXTA SUNT. Noviſſimam dictionem oſcitantiae librariorum tribuit Gruterus. Recte ille, & abeſt ab Gu. 3. vide ſupra c. LXII. num. 1.

ULTUM IRE INJURIAS FESTINAT. Guelf. 3. abeſt vox *injurias*, quam adeſſe ſenſus flagitat: ſed ejicere liceret Verbum *ire*, etſi frequenter ita Noſter, & frequentiſſime aemulus Noſtri Hegeſippus. Ejus locum tenet *feſtinat*; & *ultum feſtinat*, eſt, ut apud Apulejum *raptum feſtinabat*. vide notam ad Cat. c. XXXVI. num. 4. Sed teſtis locupletiſſimus ipſe Criſpus III. Hiſt. Orat. Macri num. 16. *magna illa conſulum imperia & patrum decreta vos exſequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos* auctum, *atque* adjutum properatis. Conſuevit tamen Noſter poſt Verbum *maturare*, aliud Verbum exprimere. vide ſupra c. XXXVI. num. 1. & ſic in formula ipſa Hegeſippus. Acad. *injurias ſuas*.

2. PARITER CUM OCCASU SOLIS. Simul & eodem tempore, quo ſol occidebat, infra *cap.* LXXVI. num. 1. pariter cum *capta Thala legati venerant*. c. CVI. num. 5. pariter cum *ortu ſolis caſtra metabatur*. I. de Rep. Ord. *omnia mala* pariter cum *honore pecuniae deſinunt:* ſicuti etiam poſt *aeque*, *juxta* particulas *cum* ponitur. vide

eum occaſu ſolis expeditos educit : & poſtera die circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo ſuperioribus circumventam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine, & jam ab- 3
nuentis omnia docet, *oppidum Vagam non amplius mille paſſuum abeſſe: decere illos reliquum laborem aequo animo pati, dum pro civibus ſuis, viris fortiſſumis atque miſerrumis, poenas caperent*, praeterea praedam benigne oſtentat. Ita animis eorum arrectis, 4
equi-

vide Cat. *c.* LVIII. num. 5. Sed & *cum* ſolitarium in hoc uſu. Caeſar v. Gall. *cap.* XLVI. *Exiit* cum nuncio *Craſſus*. Auct. B. Afric. *c.* XII. *& hercle* cum *eo* nuncio *pulvis ingens conſpici coeptus eſt*. Minuc. Fel. *c.* IV. *&* cum dicto *ejus adſedimus*. Vox *ſolis* deficit Gu.3.

CIRCITER HORAM TERTIAM. Fabric. 2. in textu, & pro var. lect. Guelf. 2. *circiter horam nonam*: quae mera Gloſſa eſt. Nam cum Romani diem tam aeſtivum, quam hibernum dividerent in duodecim horas aequales; hora eorum hiberna *tertia*, exacte reſpondebit noſtrae *nonae*.

LOCIS P. SUPERIORIBUS CIRCUMVENTAM. Circumdatam, ut ſupra *c.* LVII. num.2. Guelf.6. *circumvenitam*. Hegeſippus III. *c.* XXVI. *arenoſo undique littore* circumvenitur. *Superiora loca* ita dixerat Noſter *c.* LI. nu.3.

3. ET JAM ABNUENTIS OMNIA. *Abnuentis* ſcribunt cum Nazariano Baſil. 1. & Guelf. 1. Sed 11. *etiam jam & abn.* Eccard. *annuentes omnia*. Corrupte. *Abnuunt* milites, qui detrectant omnia & recuſant prae laſſitudine. Livius XXVII. *c.* XLIX. *Ille pugnantes hortando pariterque obeundo pericula ſuſtinuit: ille* feſſos abnuenteſ*que taedio & labore, nunc precando, nunc caſtigando accendit*. Tractum inde, quod nutus indicium voluntatis. Quinctil. XI. *c.* III. *Quippe non manus ſolum, ſed etiam* nutus *declarant noſtram* voluntatem, *& in mutis pro* ſermone *ſunt*. infra *c.* LXXXIV. nu.3.

NON AMPLIUS MILLE PASSUUM. Uratisl. 1. *mille paſſuum intervallo*. Sic eſt: *intervallo*, *ſpatio*, *itinere* intelligere licet, ne neceſſe ſit cum Guelf. 11. *paſſibus* ſcribere; Sed in textum recipere non licet. Infra tamen, ſi locus mendo vacat, *c.* CVI. num. 5. *Jugurtham circiter*, duum millium intervallo *ante conſediſſe*. At Cic. V. ad Att. epiſt. XVI. extr. *nos in caſtra properabamus, quae* aberant bidui. Plerique tamen propter additum *mille;* alii propter *amplius* ſecundum Caſum poſuiſſe Noſtrum exiſtimabunt. Guelf.6. *decere & docet illos reliquum*, cet. *aequo* deficit Guelf.10.

PRAEDAM BENIGNE OSTENTAT. Guelf.9. *oſtendit*. Supra *c.* LXVI. num. 1. *formidine, aut praemia* oſtentando. Pro *offerre* ſaepiſſime Tacitus, ut 1. Hiſt. *c.* XXII. *aulam Neronis & luxus, adulteria, matrimonia ceteraſque regnorum libidines avido talium, ſi auderet, ut ſua* oſtentantes. Fabric. 2. *praedam abunde oſtentat*: quod eſt ex Gloſſa. Noſter Cat. *c.* XI. num. 5. *liberaliter; c.* XLI. num. 5. *bene polliceri*, ubi vide. Juſtin. XI. *c.* XII. *exſequias* benigne *proſecutus eſt*. iſque contra V. *cap.* II. *commeatus* maligne *praebere*. Praedam autem, aut partem ejus militibus ſaepe conceſſit imperator. de quo erudite Schelius ad Polybium Diſſert. IX.

4. EQUITES IN PRIMO LATERE. *Latere*, ſi ab Nomine *latus* ſextum Caſum putas, ſine dubio corruptum eſt, & laudo viros doctiſſimos, Palmerium, Colerum, Gruterum, Gronovium, qui ex *late* corruptum eſſe docuerunt: adderem, ex *late ire*, quod pro Gloſſa ex ſequentibus adſcriptum olim fuit. Eſſet tamen, quod pro *latere*, ſi Verbum facimus, dici poſſet; modo firmum ſatis foret Donati interpretatio Virg. III. Aen. *verſ.* 636. *quod torva ſolum ſub fronte* latebat, h. e. *late patebat*, inquit ille, itemque Servius MS. P. Danielis, quod teſtatur ad Fragm. Petronii pag. 687. ea Virgilii III. Aen. *v.* 237. *& ſcuta* latentia *condunt*, *latentia* exponit *late patentia*. Sic hoc loco *latere*, pro patere, ſive late incedere dictum foret. Loca tamen Virgilii nihil probant, & priore ſignificatur, tectum fuiſſe oculum & promicuiſſe ſub fronte torva: & poſteriore eſt figura Poetarum, cujus exempla dedimus ad Catilin. *c.* I. extr. *indigens eget*, EXCURSU I. nempe condunt ut lateant, ſeu diligenter condunt. Neque *latere* hoc ſenſu ſatis ex Analogia videtur; etiamſi occurrant *denſere*, pro *denſare*, & pauca talia, item illa, quae ex Activis in Abſoluta mutata ſunt. Haeſitaveram tamen per morem librariorum, qui *late* potius, quam quidvis aliud ſcripſiſſent, cum viderent excipere *artiſſime*: cum me ſubito confirmavit partim numerus Salluſtianus, & illud etiam ingratum, quod vulgo in oculos aureſ-

equites in primo late, pedites quam artiſſume ire, ſigna occultare jubet.

CAP. LXIX.

LXXII.
1 VAgenſes ubi animum advortere, ad ſe vorſum exercitum pergere: primo, uti erat res, Metellum rati, portas clauſere: deinde,

aureſque incurrit : *latere*, *ire*, *occultare* jubet : partim indecorum ſententiae, ſi *latere* tenemus pro Verbo, ubi conſueta notio, quae eſt *occultum eſſe*, non poteſt non aliquid indignum & ineptum inferre ; & talis Amphibologia Salluſtio inviſa. Librarios autem, *latere*, cum pro Subſtantivo Nomine habuerint, illud *in primo* fruſtratum eſt, cui ſatius habuerunt quidlibet adplicare, quam praeciſum intelligere *in prima parte*. ut alibi *in extremo*, *in obliquum*, *in tranſverſum*. Multa habes apud Gronovium in Liv. x. *cap.* XIV. ut : *arma ſignaque per turbidam lucem* in primo *adparebant*. item : *Levis armaturae partem ante vallum* in primo *locavit*. ita vitiatum apud Senecam de Brev. Vitae *c.* I. *ſicut miſſa eſt* a primo, *decurret*, ubi fecerant *a primo die*, teſte eodem illo ad de Vit. Beata c. VII. Reſtituit etiam v. Nat. Qu. *c.* XIV. *Repetam nunc*, *quod* in primo *dixeram*. adde ſupra *c.* LIX. num. 2. Sic ex MS. conjecimus Cat. *c.* LX. num. 4. *Catilina cum expeditis* in primo *verſari*. adde Abrah. Gronovium ad Juſtin. XII. *c.* VII. num. 1. Quo tempore mos invaleſcet, contra Codd. omnes auctores emendandi, exſiſtent, quibus adridebit hoc loco : *equites in primo*, *pedites quam art.* cet. omiſſa Particula *late*. Habet enim ea lectio quod delicatulis maximopere fuerit ex voluntate. Cur vero non excipiat *in ſecundo*, *in proximo*, *deinde*, aut ſimile quid, res ipſa oſtendit, citati auctores, & quae mox ad *c.* LXIX. nu. 1. notamus. adde EXCURS. IV. num. 4.

PEDITES QUAM ARTISSUME IRE, ET SIGNA. *Quam* omittit Guelf. 11. pro quo Vinar. 1. *peditesque artiſſume ire*. Eleganter Guelf. 12. & Remenſ. 1. deeſt Copula *&*, quos adprobo, ſi equites pariter ac pedites ſigna ſua occultarunt; Sin de ſolis peditibus intelligendum eſt, recte copula additur. Sed equitibus vexilla ſua ſigna fuiſſe, nota res eſt, & ea etiam ab aliarum gentium equitatuum ſignis diverſa, ratio ipſa dictitat. Ergo & ea occultanda fuerunt. vide ſupra *c.* XLIX. num. 4. Haec omnia *& ſigna occultare* deſiderantur in Senat. 2. & Heuſſiano, at ſolum Verbum *jubet* non legitur in Franciano : quos falſos eſſe, liquido patet.

CAP. LXIX. 1. ANIMADVERTERE, AD SE VERSUM. Fabriciani a prima manu & Baſil. 1. *animum advertere*, quod equidem miror, cum Gruterus in ſuis incorruptioribus, Waſſius in duobus repererit, Gronov. ad Liv. XXIV. *c.* XLVIII. adprobaverit, non jam dudum receptum eſſe. vide infra *c.* XCIII. nu. 2. animum advortit *inter ſaxa repentis cochleas*. Eccard. & Guelf. 1. *animo advertere*. quod nec ipſum eſt ſine exemplo. Sed alterum vetuſtius, &, quod primum, noſtro adamatum. *animo adverto* Varro apud Nonium *c.* II. nu. 714. Vitruvius v. Praefat. Plinius XXV. *cap.* II. alibi Uratiſl. 2. *adverſum exercitum pergere*. Incert. 2. Franc. Guelf. 10. *adverſum ſe*. quomodo miſcent ſupra *c.* LVIII. num. 4. *animadvortit fugam* ad *ſe* vorſum *fieri*. *vorſum* ſcribunt Baſil. Fabric. Senat. primi & Gu. 3. ceteri *verſum*. Guelf. 7. omiſit vocem *exercitum*. Gu. 6. *exercitum ire*.

PRIMO, UTI RES ERAT, METELLUM ESSE RATI. Vinar. 1. *primo rati*, *uti res erat*. *primo* abeſt ab Guelf. 10. & 11. Et ſic ſaepe *deinde* ponitur, ut non praecedat *primo*, *initio*. Supra *c.* XIX. num. 3. *non*, *uti equeſtri praelio ſolet*, *ſequi*, dein *cedere*. *c.* L. num. 3. *ne forte cedentibus adverſariis receptui*, *ac* poſt *munimento foret*. Livius XXXIV. *c.* XIX. *commeatus tamen haud ſecus*, *quam in pace portabant*. dein *ſaepe munimenta eorum ingredientes*. ubi vide Gronovium. Id. XXXV. *c.* XI. *in agrum latiorem evecti*, *omnia propinqua viae tecta incendunt*: *proximo* deinde *vico inferunt ignem*. Mox Fabriciani, Baſil. 1. Incert. 1. Struv. Franc. Gu. 1. 2. 6. 7. & 12. *uti erat res*; ſed Veneta 1470. tantum, *uti erat*, ſine Nomine *res*, quod tenet Noſter Cat. *c.* LI. num. 20. Deinde mallem abigi τὸ *eſſe*, ut ſcripſerit *Metellum rati*, ſicuti continuo *Jugurtham arbitrati*, ubi aliquot ſcripti immittunt *eſſe*. quod tamen Cat. *c.* I. nu. 3. *c.* XLVII. extr. ſupra *c.* LIII. num. 3. alibi paſſim reticet Noſter.

UBI NEQUE AGROS VASTARI, ET EOS. Franc.

ubi

de, ubi neque agros vaſtari, & eos, qui primi aderant , Numidas equites vident ; rurſum Jugurtham arbitrati , cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente ſigno dato , alii vol- 2
gum effuſum oppido caedere ; alii ad portas feſtinare ; pars turris capere : ira atque praedae ſpes amplius, quam laſſitudo poſſe . Ita 3
Vagenſes biduum modo ex perfidia laetati : civitas magna & opulens poenae

ubi agros non vaſtari, *&*. nempe ita melius reſpondet *&*. At Criſpus *neque* atque *&* opponit, jubetque *neque* ſolvere in *& non*. vide notata ſupra ad *c.* I. n. 5. Eccard. *vaſtare*, nempe exercitum; quae elegantia hoc loco non abſurda videtur. vide infra *c.* CXIV. n. 2. Guelf. 3. *qui primi erant*.

RURSUM JUGURTHAM ARBITRATI . *Rurſum* ſcribunt Baſil. I. Fabric. 3. Struv. Senat. I. tres Guelferbb. pro *rurſus*; uti *vorſum*, pro *vorſus*, & *prorſum* apud Catonem, pro *prorſus* . *Rurſum* ſaepe Plautus, item Juſtinus, Livius, alii. Et bene hic *rurſum*, cum vertuntur opiniones in alium . Sic Tacit. III. Hiſtor. *cap.* XXII. *Praelium atrox* , *bis*, rurſus *illis exitiabile*. quare male , opinor , omittitur ea particula in Fabric. I. & Guelf. 7. Male etiam Remenſ. I. Franc. & Guelf. 10. *obviam procedunt* ; cum reliqui omnes MSS. item Veneta 1470. 1490. aliaeque edd. habeant *obvii*. vide ſupra *cap.* XLVI. num. 5. & tamen Waſſius Venetis tribuit *obviam* .

2. VULGUM EFFUSUM OPPIDO . *Vulgum* eſt in Vinar. I. Fabric. I. Struv. Incertis , Franc. tribus Guelferbb. & edd. Venetis. pro quo Baſil. I. Guelf. 2. & 10. Senatorii & Heuſſianus , *volgum*. At Fabric. Vinar. Incert. ſecundi , Uratisl. I. & quinque Guelff. *vulgus*. Academ. Guelf. 9. & Uratisl. 2. *volgus* ; quae varietas occurrit iterum infra *c.* LXXIII. n. 5. Latinum eſt *vulgus effuſum* , hoc pueri docentur ; antiqui tamen *vulgum*, quarto Caſu, & ſua ſcriptura *volgum* malebant, ut Siſenna in Fragm. Hiſt. *Imperitum concitat volgum*. Ennius: *quod ſcis In* volgum *volgas* ; Varro eodem modo. EFFUSUM *oppido* dixit , ut Livius V. *c.* XL. *Alia maxime plebis turba* ex urbe effuſa *velut agmine jam uno petiit janiculum*. Silius II. *v.* 151. *Non exſpectatum Tyriis* effuderat *agmen* . ubi plura Drackenborchius. Dictys II. *c.* XXXII. *propere* effuſi *portis*. Ita Florus III. *c.* XXI. num. 6. *dilatoque Mithridate*, *Eſquilina Collinaque porta geminum agmen urbi* infudit. Guelf. 10. *ubique caedere* ; Uratisl. 2. *alii portas feſtinare* ; Guelf. 9. *ad portam*.

PARS TURRES CAPERE. *Turris* ſcribit Baſil. I. quod Rivius atque Gruterus obliti ſunt ad priſcum habitum reformare. Guelf. 9. *pars turres aſcendere*.

IRA ATQUE SPES PRAEDAE. MSS. antiquiores : *ira atque praedae ſpes* . quomodo exprimendum curavi . Eſt quippe in voce *praedae* vis maxima : alibi autem , ubi in *ſpe* ea ſita eſt, hoc nomen praeponunt, ſi per numerum licet. vide Cat. *c.* XLI. n. 2. Guelf. I. *irae atque praedae ſpes*. corrupte. Uratisl. 2. *amplius laſſitudo*, omiſſa particula *quam* . Academ. *poterat*, pro *poſſe*. De vi *ſpei* bene Caeſar III. Gall. *c.* XXVI. *noſtri* redintegratis *viribus*, *quod plerumque in* ſpe victoriae *accidere conſuevit* , *acrius impugnare coeperunt*.

3. BIDUUM MODO EX PERFIDIA LAETATI . Saepe brevis ſuit talis laetitia . Claudian. B. Get. *v.* 72. *Sed caret eventu nimius furor* . *improba numquam* Spes laetata *diu*. &c. Caeſar V. *c.* LII. *Virtute eorum expiato incommodo* , *neque hoſtibus* diutina laetitia, *neque ipſis longior dolor relinquatur*. Livius XXXV. *c.* XXVI. extr. *eo plus in ea*, *quorum uſu calleret* , *ſpei nactus* , breve *id tyranno* gaudium *ſe effecturum adfirmabat*. Talia Tacitus IV. Hiſt. *c.* LXXII. ibi legenda. Virgilius X. Aen. *v.* 739. *Non me*, *quicumque es*, *inulto*, *Victor*, nec longum laetabere. unde accepit Statius III. Theb. *v.* 95. Non longum *reducem* laetati , *in tecta ferebant* . *Ex* perfidia dixit. cum alibi *laetari quid* , aut *quare*, ut terminum ſimul , & cauſſam notaret . Hunc etiam ſupra *c.* XLIV. n. 2. *Ita imperatori novo plus* ex *malis moribus* ſollicitudinis, *quam ex copia militum auxilii aut bonae* ſpei *accedebat*. adde III. Hiſt. Orat. Macri n. 4. Guelf. 6. *laeti* ; 4. & 10. *bidue* . Sed Eccard. omittit Praepoſitionem *ex*.

CIVITAS MAGNA ET OPULENS . Academ. Franc. Guelf. 11. & 12. *& opulenta*. Ceteri omnes, *& opulens* . Sic Corn. Nepos Chabr. *c.* III. *neque animo aequo pauperes alienam* opulentium *intuentur fortunam*. Apulej. VIII. Metam. p. 208. *pervenimus ad quoddam caſtellum frequens &* opulens .

POENAE CUNCTA, AUT PRAEDAE FUIT. MSS. plerique : *cuncta poenae* , *aut* &c. Neque tamen ille ordo ab omnibus deſeritur, cum ipſe in quatuor Codd. verba ita , ut edidimus, collocata

 depre-

Digitized by Google

4 poenae cuncta, aut praedae fuit. Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugiſſe, ſupra oſtendimus, juſſus a Metello cauſſam dicere, poſtquam ſeſe parum expurgat, condemnatus, verberatusque capite poenas ſolvit. nam is civis ex Latio erat.

CAP.

deprehenderim. POENAE fuit ea pars civitatis, qui interfecti ſunt, & interfectis Romanis poenas dederunt. Ovid. XIV. Metam. *v.* 216. *Solus, inops, exſpes, leto* poenaeque *relictus, Haud procul adſpexi longo poſt tempore navim.* PRAEDAE bona civitatis fuerant, quia direpta omnis a militibus. Livius XXIV. *cap.* XXXVI. *Legionem Romanam venientem Syracuſas* praedae *haud dubie ſibi* futuram *Himilco ratus*. adde Catil. *cap.* XXI. num. 4. Haec ita apte conjungit ſub uno Verbo *fuit*, ut ſupra *cap.* XXXI. n. 10. *perinde quaſi* honori, *non* praedae *habeant*.

4. TURPILIUS, QUEM PRAEFECTUM cet. Fabric. I. *Turpilium*, ſincere atque perquam ſcite; ſimul, ut opinor, vere. pro eo, quod eſſet: *quem* Turpilium -- *is* juſſus &c. vide Servium P. Danielis ad Virgil. I. Aen. *v.* 577. Urbem, *quam ſtatuo, veſtra* eſt. Plautus Amphitr. A. IV. Sc. I. *v.* I. Naucratem, *quem convenire volui, in navi* non erat. Terent. Andr. Prolog. *v.* 3. *populo ut placerent, quas feciſſet* fabulas. ubi Donatus videndus. Sulpic. ad Cic. IV. ep. V. n. 2. *quia per quos ea confieri debet* propinquos *ac* familiares, ipſi *pari modeſtia adficiuntur:* ubi de eadem figura monui. adde ſupra *c.* XIV. n. 10. Cetera in MSS. male habita ſunt. Guelf. 6. omiſit *unum*. Pro *oſtendimus*, Franc. *diximus;* Guelf. 3. *monſtravimus.* Alii *documus, meminimus*. Aliquid ſuperflui ſubeſſe videtur in formula, & forte duae voces *praefectum oppidi*. Id enim potiſſimum ex *c.* LXVII. num. 3. lectori haeſiſſe, confidere poterat Criſpus.

I. A METELLO CAUSSAM DICERE. *A* vacat in Uratisl. 2. pro *cauſſam*, Eccard. *cauſſas.* Gu. 6. *cauſſam ducere*. Lepide Franc. *cauſſam dicere, quare fugiſſet*. quid homines corruperit hujusmodi fuit, quale quod Noſtros hodie occupavit, qui putant *cauſſam dicere* eſſe, ſeſe defendere, purgare. Proprie *cauſſam dicere*, rem, de qua in judicio quaeritur, proponere, ut inde ab judice, cognita cauſſa, ſtatui queat. Quod cum in reum plerumque cadat, inde illa notio defenſionis tracta eſt. Ita *cognoſcere cauſſam*, Catil. *c.* XLII. n. 3. & ſupra *c.* XIV. n. 20. ita *docere, diſcere, noſſe cauſſam*, de quibus ad Cic. VII. ep. XXI. n. I. adde X. ep. XXVI. n. 4. Corn. Nep. Iphicr. *c.* III. cauſſam *capitis ſemel* dixit. Phocion. *c.* XIX. n. 2. *ab eodem, cum capitis* cauſſam diceret, *in judiciis* defenſus. Sic addit Noſter *expurgat*, atque ſic Severus Sulpicius.

POSTQ. SESE PARUM EXPURGAT. Guelf. II. *parum purgat*. Fabric. I. *parum ſeſe excuſat*. ex Gloſſa. Aemulatur locum Sulpic. Sever. II. Hiſt. *c.* XLIX. *Ita deducti Inſtantius & Priſcillianus: quorum Inſtantius prior juſſus* cauſſam dicere; *poſtquam ſeſe parum* expurgabat, *indignus eſſe epiſcopatu pronunciatus eſt*.

CONDEMNATUS VERBERATUSQUE. Baſil. I. *condemnatusque verberatusque*. Guelf. 9. *condemnatusque*, omiſſo altero *verberatusque*. 10. *verberibusque*. Struv. *verberatus atque cap.* Uratisl. 2. tantum *que* reſcidit. Mihi vulgata non eſt ſollicitanda, & *verberatus* pertinet ad morem ultimi ſupplicii apud Romanos. vide Cat. *c.* LI. n. 21. Guelf. 6. *capite poenas perſolvit;* II. *poenas dedit*.

NAM IS CIVIS EX LATIO ERAT. Fabric. I. *nam civis ex* Collatio *orat*, omiſſo Pronomine, aut *nam cujus ex collatio erit*, & Gloſſa reddit *conſpiratio* vocem penultimam. Is ergo cum 2. Baſil. I. Struv. Remenſi I. Franc. Vinar. I. Senat. 2. Heuſſ. Eccard. Guelf. I. 2. 6. 9. 10. II. 12. & edd. Venetis ſcripſerunt *Collatio*, pro *Latio*. Guelf. 7. *Colatio;* Acad. *tollatio;* Incert. I. & Remenſ. 2. *ex Conlatio*. ad urbem *Collatiam* ſine dubio reſpicientes. Rectius ceteri & vulgata. Nam etſi in caſtris fuerit ducis liberrimum imperium; tamen poſt leges Porciam atque Semproniam videntur Romani illi veteres cives, ut diverſi ſunt ab ſociis & Latino nomine, non morte ſed exſilio eſſe mulctati, ut videtur Lipſio V. de Milit. R. Dial. XVIII. nam virgis caeſum habes ejusmodi praefectum apud Val. Max. II. *c.* VII. n. 4. Fruſtra inde Gruterus hoc falſum eſſe autumat, quod in caſtris ſeverius animadverſum ſit in Romanos, quam in ſocios. Nam animadverſiones extraordinarias, delicta, & perſonas puniendas non ſatis diſtinguit.

CAP.

CAP. LXX.

LXXIII.

PEr idem tempus Bomilcar, cujus impulſu Jugurtha deditionem, 1
quam metu deſeruit, inceperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum ſu-
ſpiciens, novas res cupere: ad perniciem ejus dolum quaerere; diu
noctuque fatigare animum. denique omnia tentando, ſocium ſibi ad- 2
jungit Nabdalſam, hominem nobilem, magnis opibus, carum acce-
ptumque popularibus ſuis: qui plerumque ſeorſum ab rege exer-
citum ductare, & omnes res exſequi ſolitus erat, quae Jugur-
thae

CAP. LXX. 1. PER IDEM TEMPUS. Vinat. 1. *Perinde tempus*. Uratisl. 1. & Guelf. 9. *deditionem – acceperat*.

ET IPSE EUM SUSPICIENS. Guelf. 3. *ſuſpectans*, quomodo Tacitus ſaepe & Apulejus. alterum venuſtius: venuſta etiam oppoſitio *ſuſpectus*, & *ſuſpiciens*, quomodo Cic. IX. ep. XV. n. 4. *amas* & *amandus*. Apulejus Apolog. p. 332. *non minus* ſuſpectans *novam domum*, *quam ipſa jam ob unum divortium* ſuſpectanda. Seneca Epiſt. III. *Nam multi favere docuerunt, dum timent falli, & aliis jus peccandi* ſuſpicando *fecerunt*. *Naturale* autem eſt *& odiſſe, quem timeas, & quem metueris infeſtare, ſi poſſis*, inquit Minuc. Fel. *c.* XXVII. *Suſpiciens* tuetur etiam Caſp. Barthius XXIX. Adverſ. *c.* 1. Ergo & *ſuſpectio*, pro *ſuſpicione* maluerunt auctores, vide Gudium ad Phaedr. III. Prolog. & Fab. X. Tennulium ad Frontin. *c.* VIII. n. 5. neque tamen *ſuſpicio* Nomen negat Verbum ejusdem formae eſſe: cum *Volo*, *Colo*, *Procerto* & alia talia Nomina oſtendimus alibi eadem extremitate cum Verbis exire. Sed Guelf. 10. perperam omiſit hoc *ſuſpiciens*.

AD PERNICIEM EJUS DOLUM QUAERERE. Fabric. 2. *dolos quaerere*. Unde elicias, quod Nonius citat: *& perniciem ejus dolo quaerere*; & probavit ſe Ciacconio. Male. *ad perniciem*, ut Cat. *c.* XXVI. n. 2. *Neque illi tamen* ad cavendum, dolus, *aut aſtutiae deerant*. Curtius III. *c.* V. n. 15. *Cum* ad perniciem *ejus etiam a latere ipſius pecunia ſollicitaret hoſtis*. Juſtin. XXXIX. *c.* V. *vires ſuas* in perniciem *mutuam converterunt*.

DIU NOCTUQUE FATIGARE ANIMUM. Noſtri MSS. plerique omnes, *die noctuque*. *diu* tamen in Senat. 1. Remenſ. 2. & a manu emendatrice in Guelf. 12. legitur.

2. SOCIUM SIBI ADJUNGIT. *Socium* in margine ſcriptum eſt in Fabric. 1. ſed a prima manu. neque ea vox multum eſt neceſſaria. Catil. *c.* XXIV. n. 4. *viros earum, vel* adjungere *ſibi*, *vel interficere*. adde tamen ad Cat. *c.* XLVII. n. 1. Remenſ. 2. & Guelf. 12. *adjunxit*: quomodo ſupra *c.* LXVII. n. 2. ubi vide. In nomine viri variant MSS. quidam *Nabdalſam*; alii *Nabdaſam*; plures *Napdalſam*.

MAGNIS OPIBUS CLARUM, ACCEPTUMQUE. Ita Codd. ſed ſcribendum omnino: *magnis opibus, carum acceptumque*. & vidit I. Waſſius. Nos autem plura hujusmodi peccata paſſim notavimus. Sic Cat. *c.* XLVIII. n. 5. *Hominem* nobilem, maxumis divitiis, *ſumma potentia*. Supra *c.* VI. n. 1. pollens *viribus*, decora facie, *ſed multo maxume ingenio validus*. *c.* XXXI. n. 12. *homines ſceleratiſſumi*, cruentis manibus, immani avaritia, *nocentiſſumi, iidemque ſuperbiſſumi*. *c.* LXIII. n. 7. *Novus nemo tam* clarus, *neque tam* egregiis factis *erat*, *quin* &c. Nam & *carus acceptusque* eſt ex formula, & Salluſtio adamatum. Supra *c.* XII. n. 3. *qui proxumus lictor Jugurthae*, carus acceptusque *ſemper fuerat*. infra *c.* CVIII. n. 1. *Mauro ob ingenii multa bona* carus acceptusque. Dictys I. *cap.* XX. *in quo praeter ceteros Graecos* jucundus acceptusque *erat*. II. *c.* XV. *vir* optimus acceptusque *in exercitu*. *c.* XXIX. gratum acceptum*que in exercitu*. IV. *cap.* IX. amabilis atque acceptus *popularibus*. male ergo Baſilienſ. 1. *acceptabilemque popularibus*. ſed male etiam vulgata, quam ad veritatem reformavi. Saepiſſime autem *carus* & *clarus* permutantur. vide Drackenb. ad Silium I. *verſ.* 564.

EXERCITUM DUCTARE. Ridebatur olim haec formula, ut quae haberet Aeſchrologiam, aut Cacophaton, utut ſancte dixerit iſta paſſim Salluſtius, teſte Fabio VIII. Inſtit. *cap.* III. Sed in quo ſita ſit illa Aeſchrologia, haud recte dicunt viri docti. Auſon. Popma in de Differ. Verb. p. 173. Ex eo indecorum trahit, quod *ductare* ſit diſſolute & ſine ordine ducere, Cl.

thae feſſo, aut majoribus adſtricto ſuperaverant: ex quo illi glo-
3 ria opesque inventae. Igitur utriusque conſilio dies inſidiis ſtatui-
4 tur: cetera, uti res poſceret, ex tempore parari placuit. Nabdal-
ſa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Romanorum juſſus
5 habebat, ne ager, inultis hoſtibus, vaſtaretur. Is poſtquam, magni-
tudine

Burmannus, Philander aliique putant, in eo latere, quod ductare verbum ſit obſcenae ſignificationis, & proprie *ductari* ſcorta dicantur. Ita certe Plautus Poenul. Act. IV. Sc. II. *v.* 46. *Neque triobulum ullum amicae das, & ductas gratiis*. & alibi. vide Muret. VI. Var. Lect. *c.* VII. Verum ſi in eo verbo Cacophaton, neceſſe eſt, ut ſit etiam in *ducere*, cum hoc etiam de ſcortis dicatur, cum ad libidinem abducuntur. Plaut. Caſina A. V. Grex *v.* 5. *Qui faxit, clam uxorem* ducat ſcortum *ſemper, quod volet*. Moſtell. Act. I. Sc. I. *v.* 35. *Lubet potare, amare*, ſcorta ducere. Neque abſolute *ductare* riſere illi corrupti atque molles; ſed *ductare exercitum*. Scio, quod turpiculum ſubſit: neque tamen omnibus hic illud aperire, neceſſe duco. aliter haec ſacra conſtare poſſunt. Qui volet, diſcat ex Juvenal. Sat. VI. *v.* 238. Habemus tamen non modo *ducere exercitum* apud omnes auctores, quod non multum difficilius ad eamdem obſcenitatem trahi potuiſſet; ſed etiam *ductare* Verbum apud eos, qui frequentativis, pro ſimplicibus utuntur: idque cum ejuſmodi Nominibus copulatum, quae impuro animo aeque facile copiam dabunt de flagitioſiſſimis quibusque cogitandi. Sed accidit huic loco, quod ſupra ad *c.* XXI. n. 2. in ſimili formula admonuimus. quae vide. Tacitus II. Hiſt. *c.* C. *Scripſit Fabius Valens* exercitui, quem *ipſe* ductaverat. Noſter Cat. *c.* XI. & XVII. Supra *c.* XXXVIII. alibi. Monendum & illud, deeſſe Fabriciano utrique Provocabulum *qui*; ut *ſolitus* ſine Verbo Subſtantivo legendum ſit.

ET OMNES RES EXSEQUI SOLITUS ERAT. Uratisl. I. & Guelferb. I. omittunt Nomen *res*: in uno eſt *omnia*. Nihil muta. *&* non comparet in Guelf. 10. & pro *adſtricto* 12. habet *ſtricto*.

SUPERAVERANT. I. ſuperfuerant. Id antiqui malebant, quoniam *ſupereſſe* eo tempore alia notione frequentabatur, de qua videndus A. Gellius I. *c.* XXII. Hinc Virg. II. Aen. *v.* 643. *Vidimus excidia & captae* ſuperavimus *urbi*. Horatius Arte *v.* 326. *dicat Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt Uncia, quid* ſuperet? Coelius epiſt. V. n. 9. *quam facile tunc ſit omnia impedire, & quam hoc Caeſari, qui ſua cauſſa remp. non curet*, ſuperet, *non te fallit*. ubi Manutius videndus, & praeterea Bangius II. Obſerv. Philol. pag. 789.

GLORIAE OPESQUE INVENTAE. Guelf. 3. *invenere*. Fabric. I. a prima manu, *inventa*. Et quamquam editam abunde confirmare poſſes ex iis, quae dicta ſunt ad Cat. *c.* X. num. 2. ſonantius tamen quid, & gravius hoc loco *inventa* habere videtur, ut ſupra *c.* XXXVIII. n. 8. Nox *atque* praeda *caſtrorum hoſtes* remorata *ſunt*. Fabric. uterque *gloria magna*. Juſtin. XXVIII. *c.* II. *qui uxores, cum propter originis dehoneſtamenta non* invenirent, *vi publica rapuerint*.

3. UTRIUSQUE CONSILIO DIES INS. STAT. Gu. I. *utriusque conſiliis*. inepte, quomodo ſaepe ſcioli. 9. *utrisque conſilio*. isque cum 10. *ſtatuit*, pro *ſtatuitur*.

EX TEMPORE PARARI PLACUIT. Guelf. 9. *extemplo* a prima manu. Uratisl. I. & 2. *ubi res poſceret*. Fabric. I. *uti res expoſceret*. *parari* in plurimis legitur; pauci tamen *parare*.

4. AD EXERCITUM PROFECTUS. Guelf. 6. *profeciſſem*. Remenſ. I. *proficiſcitur*. Mox Guelf. 3. *ipſius habebat*, pro *juſſus*. Fabriciani, Incert. I. & Guelf. I. *ne ager* inultus *hoſtibus*. peſſime profecto, etſi de hominibus, qui ſeſe ulciſci poſſunt recte ita ſupra *c.* LXVII. num. 2. Sed Noſter etiam ſupra *cap.* XLII. n. 4. *Dum alteri alteros vincere quovis modo, & victos acerbius* ulciſci *volunt*. Ergo *inultis* pro impunitis paſſive dixit, ut ſupra *c.* XXXI. n. 8. & *c.* LVIII. n. 5. *neve hoſtes* inultos *abire ſinat*. Ita de eadem re Livius XXX. *c.* XLII. *finibus ſociorum non exceſſiſſe: dediſſe operam, ne* impune *in agros eorum tranſcenderent populatores*. Guelf. 4. *inultis hoſtibus ne ager vaſtaretur*: ita eſſet, pro *ab hoſtibus inultis*. Sed vulgatum praefero. Denique Guelf. 6. *in hiberna Romanorum*. Et ex *c.* LXI. n. 2. adparet plerumque exercitum in provincia in hibernis eſſe collocatum: ubi tamen Nabdalſa exercitum habere non poterat. At *in* haec *hiberna*, i. *contra* habere quivit. Ergo aut ita ſcribendum, aut *hiberna* de Romano praeſidio urbibus occupatis impoſito intelligendum erit.

5. PERCULSUS. Rivii MSS. *percuſſus*; atque ſic Guelf. 10. Ceteri, ut editur. alterum tamen rectius ex nota ad Cat. *c.* VI. n. 4. *facinoris* dolet Eccardianus.

Ad

Digitized by Google

tudine facinoris perculſus, ad tempus non venit, metusque rem impediebat; Bomilcar ſimul cupidus incepta patrandi, & timore ſocii an-

AD TEMPUS NON VENIT. Non legitur in Guelf. 6. *ad tempus*, ſed librarii vitio. Eſt autem, pro *ad conſtitutum tempus*, ſicuti alibi *dies*, *tempus* praeciſe ponuntur, & intelligendum eſt tale Adjectivum. Eleganter autem Praepoſitio *ad* temporis definitioni ſervit. Sic Cicero pro Caecina *c.* XII. *homines inermes*, *qui* ad conſtitutum *experiundi juris gratia* veniſſent, *armis*, *viris*, *terrore periculoque mortis repulerit*. ubi vide Hottomannum & Paſſeratium. Hyginus Fab. CXLVIII. *Ille cum* ad conſtitutum veniſſet, *concidit cum Venere in plagas*. Sic fere Frontin. Strateg. II. *c.* V. n. 31. Ad *cujus rei* ſenſum *Pompejo immittente legionem*. ubi Tennulius eadem prope adnotat, quae Gronovius ad Senec. IV. Benefic. *c.* VI. Cic. IX. epiſt. V. princ. *Mihi vero* ad Nonas *bene maturum videtur fore*.

METUSQUE REM IMPEDIEBAT. Ita omnes omnino Codd. & quamquam habeant, quae otioſis minus placere poſſint, ſunt tamen bene Salluſtiana, qui illud *perculſus* explicare voluit, ut alia alibi. vide ſupra *c.* XXXVIII. n. 5. *c.* LVIII. n. 6. & quae ibi.

BOMILCAR SIMUL CUPIDINIBUS INCEPTA. Pro *ſimul* Guelf. 3. *conſimul*; ſed Fabric. 2. eam particulam plane omittit. Perperam: cum illud *ſimul* ponatur pro &, quod etiam in ſequentibus reſpondet. Sic Noſter III. Hiſt. Orat. Macri n. 21. ſimul *comparant delenimenta*, & *differunt vos in adventum Cn. Pompeii*. Livius XXXIII. *c.* XII. *ita componendam pacem eſſe*, *ut Graecia etiam abſentibus Romanis*, *ſatis potens tuendae* ſimul *pacis*, *libertatis*que *eſſet*. ubi plura Gronovius. Alibi, veluti particula *que*, prioris membri fini additur. Supra *cap.* LXIV. n. 5. *criminoſe* ſimul, & *magnifice de bello loqui*. Alibi pro & ſolitario. Supra *cap.* IV. n. 2. *Cujus de virtute quia multi dixere praetereundum puto*, ſimul *ne quis per inſolentiam exiſtimet*, *memet ſtudium laudando extollere*. Alibi denique *ſimul*, *ſimul*; pro &, &. Caeſar. IV. Gall. *c.* XIII. *Germani ad eum in caſtra venerunt*, ſimul, *ut dicebatur*, *ſui expurgandi cauſſa* — ſimul *ut*, *ſi quid poſſent fallendo*, *de induciis impetrarent*. quem locum nequidquam ſollicitat Hottomannus, ut bene oſtendit Daviſius. Aſt Remenſis I. ſimul hanc particulam, & vocem *cupidinibus* omiſit, ut eſſet *ſimul* anxius *incepta patrandi*; aut incepta patrandi, ſubintellecto *cauſſa*, quod ſaepe deſideratur. Hoc aliis multum ſapiat; mihi non placere, fateor. Denique inde a Rivio in omnibus edd. legitur *cupidinibus*, cum ante eum in omnibus, etiam in Veneta 1470. habeatur *cupidus*. At dixit eſſe *cupidinibus* in omnibus ſuis MSS. Contra omnes Palatini, quatuor Waſſii, apud nos Baſil. I. Eccard. Guelf. 2. 3. 4. 6. 10. 11. 12. Incerti, Academ. Struvian. Franc. Vinarienſes, Senat. I. & Uratislav. I. hi omnes monſtrant *cupidus*, etiam Fabriciani; qui tamen olim alterum habuerunt. Sed eſto de Codd. ipſam ſententiam examinemus. Una tantum cupido erat incepta patrandi, unde ergo *cupidinibus*? quod aliis facile fuerit non cum cura ſequi, Noſter tamen negligere non ſolet. Supra *cap.* XXV. n. 6. *metu atque* lubidine *divorſus agitabatur*. Porro autem ſcripſeris cum Senat. 2. & Heuſſiano *cupidine*, num *cupidine* & *timore* (ita enim capiunt vulgo) anxius ad unum finem impellitur, ut litteras mittat? Immo vero hoc apud Salluſtium foret *cupidine & timore* incertus erat, quod vide, quam ſit abſurdum. vide Catilin. *cap.* XLVI. n. 2. ne dicam de eo; cupidine & timore ſocii *anxius*, *ne* cet. Ergo librariorum, aut ſciolorum eſt illud *cupidinibus*, qui habere volebant, quod reſponderet ſequenti *timore*, quibusque decurtatum videbatur, *cupidus incepta patrandi*: Cum tamen Criſpus duas cauſſas adferat, quare litteras miſerit, quae non aliter erant exprimendae. Firmat Dictys II. *cap.* XXXI. Commotus *rei indignatione*, *ſimul pernicie defeſſi exercitus* anxius. Noſter ipſe infra *c.* CII. num. 3.

TIMORE SOCII ANXIUS, NE. Non *ſuo timore* propter ſocium, id enim ſatis exprimit vocabulum *anxius*; ſed quia videbat ſocium timere; & metu ſuo rem impedire, adeoque *timore ſocii* eſt Nabdalſae timore. Hunc ſenſum ſuadent praemiſſa: *metuſque rem impediebat*, idque conſtare debuit Bomilcari. idem incertum in vocabulo *timor* cum addito ſecundo Caſu eſt Catil. *c.* XXXI. n. 3. quod nos ſuſtulimus. Pro priore ſignificatu facit paullulum Horatii, *timidus procellae*; Ovidii *timidus deorum*. At Livius planiorem, vitandae ambiguitatis cauſſa, maluit conſtructionem, XXI. *cap.* XVI. *tantuſque ſimul moeror patres miſericordiaque ſociorum peremtorum indigne*, & *pudor non lati auxilii*, & *ira in Carthaginienſes*, metusque de *ſumma rerum cepit*. Facit etiam, quod ſupra *c.* XI. num. 8. ira & metu *anxius* ſcripſit, ubi de Jugurthae ira & metu loquitur, qui anxius erat. Denique quod *ne* excipit, quod eo melius poſt *timore*, ſi eum

anxius, ne, omiſſo vetere conſilio, novum quaereret, litteras ad eum per homines fidelis mittit, *mollitiem ſecordiamque viri accuſari, teſtari deos, per quos juraviſſet; praemia Metelli in peſtem ne converteret; Jugurthae exitium adeſſe, ceterum ſuane, an virtute Metelli periret,*

anxio tribuas, procedet. Sed haec parum contra alterum ſenſum. Nam *ne* ſequitur poſt *anxius*, ut Catil. *c.* XLVI. n. 2. *quid*. Item ſupra *c.* VI. extr. ne *qua ſeditio aut bellum orivetur*, anxius *erat*. Dictys II. *c.* XXXIII. *Agamemnon* anxius, ne *decus regium amitteret*. Deinde *timore*, pro propter timorem, bene additur illi Nomini. Sic Noſter Fragm. VI. *neque* illis anxius, *quia reliqua glorioſius retinebat*. Tacitus III. Hiſt. *c.* LII. *Mucianus tam celeri* victoria anxius. IV. Hiſt. *c.* LXXX. favore *militum* anxius, *&* ſuperbia viri, *aequalium quoque adeo ſuperiorum intolerantis*. Dictys VI. *cap.* IX. Ob quae *anxius Acaſtus*. Id. I. *c.* VII. quibus rebus *anxius Priamus*. Sic *timore facit*, eſt *ob timorem*. atque hoc praetulit, ut vitaret tautologiam, cum ſupra *metus* ſit poſitus: plane ut Catil. *c.* LI. n. 18. 19. *Nam profecto aut* metus, *aut injuria — de* timore *ſupervacaneum eſt*. item ſupra *c.* XXXI. n. 3. & 17. adde Catil. *c.* XL. num. 3.

NE OMISSO VETERE CONSILIO, NOVUM. Guelf. 7. *auxilium ne o. v. c. novum quaereret*. Acad. & Guelf. 10. *ne, o. vetere, conſilium nov. qu.* utroque modo loquuntur auctores. Vinar. 1. & Struv. *ne amiſſo veteri conſilio. veteri* eſt etiam in Acad. & pro var. lect. in Fabric. 2. ſed *amiſſo* in Franc. At infra *c.* XCIII. n. 1. *amitteretne inceptum*. & ea quidem Verba, quae ab *a* & *o* incipiunt, ſaepe inter ſe permutantur, ut *accurrere*, & *occurrere*, *c.* CI. n. 10.

AD EUM PER HOMINES FIDELES MITTIT. Guelf. 6. *ad eos*. corrupte, ut vides. *homines* omittitur in Guelf. 10. quod ceteri rectius ſervant. Uratisl. 2. *ſibi fideles*; Guelf. 11. *per hom. fidos*.

IN QUEIS MOLLITIEM SOCORDIAMQUE VIRI. MSS. habent *in quis*, ut alibi ſemper. Cat. *c.* XXX. n. 1. *litteras recitavit*, in quibus *ſcriptum erat*. Cicero etiam ſine Praepoſitione, ut I. ep. IX. n. 77. *accepi tuas* litteras *de publicanis*, quibus *aequitatem tuam non potui non probare*. V. epiſt. XIX. n. 2. *Superiores* litterae *tuae me admodum delectarunt*, quibus *& exſpectatum meum adventum abs te amanter videbam* cet. Plinius I. epiſt. VIII. n. 1. *Peropportune mihi redditae ſunt* litterae *tuae*, quibus *flagitabas* cet. Haec conſiderans, adſentior Guelf. 3. qui tam multis locis Salluſtio profuit, & hoc loco *in quis* omittit. pariter, ut Catil. *c.* XXXIV. n. 2. *optumo cuique* litteras mittit, *ſe falſis criminibus circumventum*, cet. ubi vide. ſupra *c.* XXV. n. 5. *Dein brevi Uticam adpulſi*, litteras *ad Jugurtham* mittunt, *quam ociſſume ad provinciam accedat*. adde *c.* LXII. n. 3. Baſil. 1. Vinar. 1. Senat. 1. Guelf. 2. Struv. & Franc. *mollitiam*, aut *molliciam*. plures *ſecordiamque*. *Viri*, ut Catil. *c.* XLVIII. n. 5. *hominis*. ubi vide. Sed eodem vocabulo uſus eſt ſupra *c.* IX. n. 3. *Juraviſſet* eſt in melioribus omnibus.

MONERE, NE PRAEMIA METELLI IN PEST. CONV. Propoſui vulgatam lectionem, quam unico Verbo imminutam nunc vides auctoritate optimi Fabric. 1. qui Verbum *monere* omiſit, & ne quidem inter lineas additum habet, ut alibi factum in tali re adnotavimus. Nimirum hoc *monere* ex verbo *accuſare*, ſive ex communi *litteras mittit*, ita exaudiendum, ut Catil. *c.* XXI. n. 2. ex Verbo *polliceri* alia Verba: *Tum Catilina* polliceri *tabulas novas — Praeterea* eſſe *in Hiſpania citeriore Piſonem —* petere *conſulatum* C. *Antonium*. ubi vide citata complura hujuſcemodi. item ſupra *c.* XII. n. 3. Rurſus Catil. *c.* XXXI. n. 7. *voce ſupplici* poſtulare, *Patres conſcripti ne quid de ſe temere crederent, ea familia* ortum, *ita ab adoleſcentia vitam* inſtituiſſe, *ut omnia bona in ſpe haberet*. adde Eod. *c.* XXX. n. 6. Deinde & ordinem immutavi ex Guelf. 4. Struvian. & Incert. 2. qui habent: *praemia M. in peſtem ne converteret*. de quo infra ad *c.* CII. n. 3. nam illud *ſuam*, quod adhaeſerat voci *peſtem*, jam Gruterus exturbavit, neque adparet in edd. primis, neque in Guelf. 1. 2. 3. 4. 6. 10. 11. Eccard. Fabricianis, Baſil. 1. Acad. Struv. Vinarienſibus, Senatoriis, Heuſſ. Uratisl. 1. Franc. Remenſi 1. ut mirer non Amſtelodamenſes & Elzevirios; ſed ſervum illum Hackianum, Criſpinum & adſeclas, qui Pronomen illud nihilominus nobis propinant. Uratisl. 1. *committeret*, pro *converteret*, quod ſaepiſſime apud Tacitum hac notione legitur. adde ſupra *c.* XLI. n. 5.

JUGURTHAE EXITIUM ADESSE. Senat. 2. Gu. 11. & 12. *exitum*. Ceteri omnes ſapiunt. Vinar. 1. *exituum*. Guelf. 10. *prope adeſſe*.

SUANE, AN METELLI VIRTUTE PERIRET. Vinar. 1. *ſua*, *Metelli virtute*, quod nimis praeciſum. Guelf. 10. *ſua*, *Metellino*, *an virtute*; 7. & 11. *ſua*, *an Metelli*, ut mox *praemia*, *an cruciatum*, & alia ad Cat. *c.* LII. n. 10. *Sua* ad

Nab-

ret, id modo agitari: proinde reputaret cum animo ſuo, praemia, an cruciatum mallet.

CAP. LXXI.

LXXIV.

SED cum hae litterae adlatae, forte Nabdalſa, exercito corpore 1
feſſus, in lecto quieſcebat. ubi, cognitis Bomilcaris verbis, primo 2
cu-

Nabdalſam, aut ad Nabdalſam & Bomilcarem ſimul pertinere, bene obſervat Perizon. ad Sanct. II. Min. *c.* XII.

PROINDE REPUTARET CUM A. S. PRAEMIA, AN. Eccard. & Guelf. 9. *perinde;* 7. *provide reputaret.* 6. *praemia & cruciatum.* 11. *maleret.* Forte fuit, *proinde reputaret cum animo ſuo praemia & cruciatum*, abjecto Verbo *mallet*. non enim ſine vi ſingulari Epiſtola in graviſſimo vocabulo deſinit. Sic ſupra *c.* XIII. facinus *ſuum cum animo reputans.* Cat. *c.* XLI. n. 3. Haec *illis volventibus*.

CAP. LXXI. 1. CUM HAE LITTERAE ADLATAE. In junioribus MSS. eſt fere *hae litterae*, pro *eae*. Baſil. 1. *cum haec litterae.* Senat. 1. *Sed cum litterae adlatae*, optime omnium, niſi malis, *ſed cum eae adlatae*, quod mihi magis probatur. Uratisl. 3. Gu. 3. 4. & 9. *ablatae;* quae iterum n. 3. confunduntur.

EXERCITO CORPORE FESSUS. Vinar. 1. Acad. Struv. Incert. 2. Remenſ. 1. Franc. Eccard. Guelf. 6. 7. 9. 10. 11. 12. & Venetae edd. *exercitato*, quod ex Grammaticorum regulis falſum pronunciari poſſet. vide Cl. Duckerum ad Flor. I. *c.* III. n. 2. Noſter ita *excitus*, Cat. *c.* XV. n. 4. atque infra *c.* LXXII. extr. ubi vide. Sed Guelf. 3. omittit *feſſus:* credo, quod cum Nonio *exercito* ſumſerit pro *fatigato*, quo caſu certe abundat vox *feſſus*, & ſic fere Noſter IV. Hiſtor. Epiſt. Mithrid. n. 13. Alibi tamen altera formula utitur.

2. COGNITIS BOMILCARIS VERBIS. Guelf. 11. *cognitus*. Sed Senat. 2. & Heuſſ. eam vocem non agnoſcunt. Vinar. 1. *cognitis conſiliis Bomilcaris*.

UTI AEGRUM ANIMUM SOLET. *Aegrum* animum vocat, qui curis angitur, aut exercitus eſt. Silius VIII. *verſ.* 118. *nova ſacra parabam Quis* aegram mentem *& trepidantia corda levaret Infelix germana tori.* & ſic *aegritudo* Ciceroni IV. Tuſc. *c.* VII. *Eſt opinio recens mali praeſentis, in quo demitti contrahique animo, rectum eſſe videatur.* Statius IV. Theb. *v.* 38. *Rex triſtis &* aeger *Pondere curarum.* Livius II. *c.* III. *ita, jam ſua ſponte* aegris animis, *legati ab regibus ſuperveniunt.* Sed fuerit forſitan: *uti aegrum animi ſolet.* ut Livius XXX. *c.* XV. *ne quid* aeger animi *ferox juvenis gravius conſuleret.* ubi vide Gronovium & Cl. Drackenborch. ad Sil. III. *v.* 72. Noſter apud Aruſianum, *aeger conſilii.* adde ſupra ad *c.* LV. n. 4. Et ſic alii permulti, qui veram illam conjecturam perſuaderent. Codd. non juvant. Curtius diſtincte IV. *c.* XIII. n. 17. *Tandem gravatum animi anxietate* corpus *altior ſomnus oppreſſit.* ubi tamen pro cetera ſcriptoris elegantia aliquid ulceris latere ſuſpicor. & forte duae voces *anxietate corpus* ſpuriae ſunt. Sed haec videbit Cl. Heumannus. Alibi etiam *aegrum* pro defatigato poſuerunt, ut in re ſimili Virgilius II. Aen. *v.* 268. *Tempus erat, quo prima quies mortalibus* aegris *Incipit & dono divum gratiſſima ſerpit.*

SOMNUS CEPIT. *Eum*, vel *illum* addunt quatuor libri ſcripti, ſed qui ſint infimae auctoritatis. Bene autem ex Nomine *Nabdalſa* intelligitur, ut ſupra *c.* VI. n. 3. *Terrebat natura mortalium*, ubi vulgo *Terrebat eum.* *c.* XI. n. 1. *ſic locutus cum litteris* dimiſit. ubi, *eum dimiſit.* adde Catil. *c.* XLVIII. n. 4. Alioquin autem aeger animus ſomno carere ſolet. Tibullus III. eleg. IV. *v.* 19. *Nec me ſopierat menti deus utilis aegrae Somnus. ſollicitas deficit ante domus.* quem locum bene exponit & phyſica ratione illuſtrat Guil. Canterus I. Nov. Lect. *c.* XVIII. Sed aliquamdiu tantummodo caret, & quoad curis maxime agitatur. Poſtea vero ubi bene defatigatus eſt, neque exitum rei invenit, deſinit agitari, & ſomnus obrepit. Id pro ſuo more Criſpus expreſſit particulis *primo, deinde:* quae lentam reddunt orationem, & proceſſum unius ex altero denotant; id quod veteres interpretes recte adnotarunt. vide ſupra ad *c.* XXXVII. n. 3. Adpoſite Claudian. II. Ruffin. *v.* 326. *Ille* diu *curis animum ſtimulantibus aegrum*, Labitur in ſomnos. Statius I. Theb. *v.* 339. *Jam pecudes volucresque tacent: jam* ſomnus avaris Inſerpit curis, *pronusque per aera nutat, Grata laboratae referens oblivia vitae.* ubi vide omnino Caſp. Barthium. Juſtin. XI. *c.* XIII. pr. *Tum repente ante praelium* curis confectum *Alexandrum*

Digitized by Google

3 cura, deinde, uti aegrum animum ſolet, ſomnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptuſque, & omnium con-
4 ſiliorum, niſi noviſſumi, particeps. Qui poſtquam adlatas litteras audivit, ex conſuetudine ratus opera aut ingenio ſuo opus eſſe, in tabernaculum introivit: dormiente illo epiſtolam, ſuper caput in pulvino temere poſitam, ſumit ac perlegit. dein propere, cognitis inſidiis,

drum ſomnus *arripuit*. cujus exemplo Auguſti & Othonis addidit Gruterus ad Livium I. *c*. LI. Aemulatur Noſtrum Sulpic. Severus Epiſt. II. num. 2.

3. NEGOTIORUM CURATOR FIDUS ACCEPTUSQUE. Supra Remenſ. I. *Erat Numida*, omiſſo Provocabulo. Senatorii, Struv. & Heuſſianus: *negotiatorum curator*. Sed Struviano additum inter lineas, *familiarium:* at Guelf. 3. & Veneta 1470. *negotiorum familiarum curator:* corrupte, opinor, ex *familiarium*, quod tamen additamentum prorſus ſupervacaneum. Fuerit autem neceſſe eſt intimae admiſſionis ille negotiorum curator, qui tabernaculum introivit, epiſtolam ſumſit & legit. Ac ſane jam olim habebant principes viri adminiſtros, qui eſſent ab epiſtolis, quique principem, argumentis litterarum enarratis, lectionis adſiduae & multiplicis onere ſublevarent. vide omnino Herodian. IV. *c*. XII. ibique Boeclerum pag. 437. *fidus* dixit, ut eſt neceſſarium homini omnium conſiliorum participi. Ammianus XXI. *c*. XXVI. pr. *apud Perſas nemo conſiliorum eſt conſcius, praeter optimates taciturnos & fidos, apud quos ſilentii quoque colitur numen.* Guelf. 9. *negotiorumque*.

OMNIUM CONSILIORUM ---- PARTICEPS. Uratisl. 3. *participes*, conſueto in his errore. Juſtin. I. *c*. IV. *Natus infans datur occidendus Harpago, regis amico & arcanorum* participi. Suetonius Othon. *c*. III. pr. *Omnium autem* conſiliorum *ſecretorumque* particeps. Catil. *c*. XVII. num. 5. *Erant complures paullo occultius* conſilii *hujuſce* participes. Plinius II. *c*. XII. *haud alio modo, quam* conſiliorum *naturae* particeps.

4. POSTQUAM ADLATAS LITTERAS AUDIVIT. Uratisl. 3. Guelf. 3. & 9. *ablatas*, ut n. I. ſed ea vox plane non legitur in Guelf. 6. at Uratisl. 2. omittit nomen *litteras*, & Guelf. 10. verbum *audivit*.

EX CONSUETUDINE RATUS. Fabriciani, Baſil. I. Acad. Vinar. I. Eccard. Incert. I. Guelf. 6. 9. & 11. cum Veneta 1470. *& ex conſuetudine*. habent etiam quidam Riviani & Gruteriani illud *&* praemiſſum, qua tamen minime opus eſt, judice Grutero. Ortum eſt primum ex modo ſcribendi Praepoſitionem *ex*, & hujusmodi librariorum lapſum etiam ſupra adnotavimus.

OPERA, AUT INGENIO SUO OPUS ESSE. Gu. I. *eſſet*. *Operam* intelligit, in exſequendis rebus; *ingenium*, in conſultando. his enim rebus adminiſtri tales funguntur. *Ingenii* voce ita utitur Cat. *c*. I. n. 3. & 6. interdum uno vocabulo *opera* utrumque exprimunt.

IN TABERNACULUM INTROIIT. Fabric. 2. *in tabernaculo introivit*. At ceteri omnes *in tabernaculum; introivit* autem eſt praeterea in Eccard. Guelf. 3. 6. 7. 10. 11. 12. Vinarienſibus, Academ. Struv. Incertis, Remenſibus & Franciano. pro eo *introiit*. ſcribunt Baſil. I. Fabric. I. Guelf. 9. & Veneta 1470. aliaeque edd. Ceteri *introit*, credo, contractum ex *introiit*. Nam eam imprudentiam editoribus quibuſdam non imputabo, quod propter *ſumit*, *perlegit*, Praeſens tempus etiam in hoc Verbo praetulerint; nam vidimus ita ſupra *c*. XII. n. 4. *Numida brevi mandata* confecit, *atque Jugurthae milites* introducit. ubi vide. *c*. LVIII. n. 6. *Jugurtha — ſeſe* recepit. *Metellus* revortitur. Scripſiſſem itaque libenter *introit*, pro *introiit*, quod Gruterus edidit: cum alibi frequenter duo *i*, in unum contrahere ſoleat; niſi plures Codd. *introivit* expreſſiſſent. Nam & hoc Salluſtio placuit, ut *laboraviſſet* potius, *toleraviſſe*, *patraviſſent*, *nequiviſſet* diceret, pro *laboraſſet*, reliquis. vide ſupra *c*. XV. n. I. *c*. LXX. n. 5. alibi.

SUPER CAPUT IN PULVINO TEMERE POSITAM. Eccard. *ſuper in pulvino:* quaſi ille tantum voluiſſet, *ſuper pulvino*, adnotata varia lectione *in pulvino*. Guelf. II. *ſuper capite*, a prima manu, ſed perperam & emendatum eſt a ſecunda manu. Eccardianum confirmat aliquantum Curt. III. *c*. VI. n. 7. *epiſtolam ſigillo annuli ſui impreſſam* pulvino, *cui incumbebat*, *ſubjecit*. atque ſic Corn. Nepos Pelopid. *c*. III. Et ſi *in pulvino* poſuit, neceſſe eſt, fuiſſe poſitum etiam *ſuper caput:* cum *pulvinus* ſit προσκεφάλαιον Plutarcho. At Voſſius *pulvinum* dicit, quo in ſedendo utimur; *pulvinar* quod dormituri capiti ſupponimus. quod vix ille perſuadebit. Latini tamen promiſcue *pulvinum*,

ſidiis, ad regem pergit. Nabdalſa, poſt paullo experrectus, ubi neque epiſtolam reperit, & rem omnem, uti acta, cognovit: primo indicem perſequi conatus; poſtquam id fruſtra fuit, Jugurtham placandi gratia accedit, *quae ipſe paraviſſet, perſidia clientis ſui praeventa:* lacru-

num, quod capiti, dorſo ſupponitur, dicunt, atque interdum aliis partibus ſubſternitur: ſicuti Noſtrates *ein Küſſen.* idque prohibuit, quo minus *ſuper pulvino* reſcriberem, etſi hoc veriſſimum videatur. De particula *temere* diximus ſupra ad *c.* LIV. n. 6.

5. POST PAULLO EXPERRECTUS. Noſtri praeter unum, omnes, *paullo poſt*. alterum Rivius ex vetere Cod. produxit & confirmatur infra *c.* CVI. n. 3. Remenſ. 1. & Guelf. 9. *expergefactus.* emendatum in poſteriore *expergectus*. forte *expergitus*, ut veteres loquebantur, vide Scaliger. Conject. ad Varron. VI. de L. L. princ. Lucillius III. *Et ſomni pueros cum mane* expergitus *clamas*. Priſcian. x. p. 888. Lucret. III. *v.* 944. *Nec quiſquam* expergitus *exſtat.* quomodo etiam Apulejus. adde Gronov. ad Liv. VII. *c.* XXXVI.

UTI ACTA ERAT, EX PERFUGIS COGNOVIT. Guelf. 11. *rem omnem, uti erat*, ſine illo *acta:* quod propterea alteri praeferres, quod & recte ita dicatur, & dictio ita latius pateat, ut ſimul quae etiamnum agebat index Numida comprehendat. Niſi forte id acumen fruſtraneum eſt, idemque ſatis ex vulgata intelligatur; quandoquidem illa, quae eo tempore, quo experrectus eſt, agebat Numida ne quidem ex aliis diſcere potuit. Sed fruſtra nugamur. Scripſi cum Incert. 2. *rem omnem, uti acta, ex perfugis cognovit*. Sic ſupra *c.* XXVI. num. 3. uti *quiſque armatis* obvius. Sed ne ſic quidem plene repurgatus eſt locus. Guelferb. 3. *uti acta erat, ex ſcurris cognovit*, pro *ex perfugis;* Palat. 3. *ex ſervis cognovit;* Nazarian. *expertus cognovit*. Unde rectiſſime Gruterus judicavit, petitum eſſe additamentum *ex perfugis* ex *cap.* LXXIII. num. 1. cujus generis corruptelas permultas adnotavimus ad Catilin. *c.* XXXIX. extr. aliam ſupra *c.* XI. num. 3. & paſſim.

PERSEQUI CONATUS. Vinar. 1. *conatur*. Guelf. 6. *poſtquam fruſtra fuit*, abjecto Provocabulo *id.* infra Guelf. 3. *placandi gratia accepit*. 10. *procedit*. Vinarienſ. 1. *acceſſit*. Gruterus infeliciter Verbum *conatus* deſiderari poſſe, arbitratur. & eodem modo peccavit ſupra *capite* XLVI. num. 1.

DICIT, QUAE I. PARAV. FACERE, PERF. CLIENT. S. PRAEVENTA. Ita Gruterus, ita omnes Codd. MSS. praeter paucos, quos nominamus. Inepte Waſſius reliqua ut ſcripſimus; ſed *praeventum*, ex lectione Carrionis, qui ita: *accedit, quae ipſe paraviſſet, perſidia clientis ſui facere praeventum.* hanc repraeſentant Elzeviriana, Hackianae, Criſpini, & quae his ſecundas faciunt edd. ſed quod dixi contra MSS. & vett. edd. fidem. Habent tamen Fabric. 1. Guelf. 3. Veneta 1470. & 1490. &c. *dicit, quae ipſe paraviſſet, perſidia clientis ſui facere praeventa*. Ex qua inconſtantia id primo certum, clarum eſt, Verbum *facere* ex Gloſſa irrepſiſſe, quod & aliis aliquot locis male additur: cum alibi etiam *parare*, & ſaepiſſime quidem, abſolute ponatur. Deinde pro *dicit*, quod MSS. & Gruteriana cum vetuſtis agnoſcit, habet Eccard. Guelf. 7. & 12. *dicitque;* 6. & 11. *dicit omnia, quaeque*. Sed in 2. deſideratur id Verbum, & recte atque eleganter abegerunt edd. ſupra nominatae. Eam figuram modo notabamus ad *c.* LXX. n. 5. & viginti amplius locis ab ſciolis Salluſtio intruſum eſt. Sed ſupra *c.* XIV. n. 20. *quos audio* ambire, fatigare *vos ſingulos*, ne *quid de abſente ſtatuatis*, fingere *me verba & fugam ſimulare*, &c. vide infra *c.* CIX. n. 3. ita Graevius capit Cic. III. ep. IX. *v.* 6. *quod te* adeunt *fere omnes*, ſi *quid velis*. Tandem *praeventa* ſancte omnes noſtri: & non modo perſonae, ſed & res, conſilia praevenire dicimus. infra *c.* LXXVIII. n. 2. *explorare itinera regum*, conſilia & inſidias *eorum* antevenire. Cic. III. Offic. *c.* XXVIII. *nulla igitur vis fuit religionis, quae tantam* utilitatem praeverteret. Juſtin. XXII. *c.* III. *Sed haec callida* commenta *Poenorum &* ſententias *inauditas* mors *Hamilcaris* praevenit. Boetius V. Proſa VI. *uno ictu* mutationes *ſuas manens* praevenit *atque complectitur*. Sic Quinctilianus, *praevenire vires fiducia;* Valer. Maximus, *praevenire ignominiam morte;* Suetonius, *praevenire nuncios de ſe;* Tacitus, *praeventa gratia*. Noſter ita alibi ſaepe *antecapere famem, quae bello uſui*, alia. Ergo tenui *praeventa* cum omnibus MSS. *dicit* ex uno & pluribus editis abjeci; item *facere*, jubente Salluſtio & inconſtantia poſitus illius.

PERQUE SUA ANTEA FIDELITER ACTA. Vinar. 1. & Guelf. 12. *feliciter acta.* male. priſtinam ſuam fidem teſtatur, in omnibus actionibus, & ſaepe ita praeterita in memoriam revocant obteſtando: quomodo precando. Ovid. X. Met. *v.* 391. *Inſtat anus; canosque ſuos & inania* nu-

lacrumans obteſtatur *per amicitiam, perque ſua antea fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpectum ſeſe haberet.*

CAP. LXXII.

LXXV.

1 AD ea rex aliter, atque animo gerebat, placide reſpondit. Bomilcare aliiſque multis, quos ſocios inſidiarum cognoverat, interfectis, iram oppreſſerat: ne qua ex eo negotio ſeditio orire-
2 tur. Neque poſt id locorum Jugurthae dies, aut nox ulla quieta fuere: neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori ſatis credere:

nudans Ubera. per cunas alimentaque prima *precatur.* Senec. Herc. Fur. *v.* 1183. *per te meorum* facinorum laudem *precor.* &c. Eccard. *perque ſua facta tum fideliter acta.*

CAP. LXXII. 1. ALITER, ATQUE ANIMO GEREBAT. Vinar. 2. *aliter, ac animo g.* Rem. 1. *atque animo habet.* Guelf. 6. *animo haberet:* & hoc quidem alibi eleganter poſuit, ſupra *c.* XI. n. 8. Hic *animo gerere* non ſollicitarem. Dictys III. *c.* XIV. *decretum quippe* animo gerebat *ſecum, in patriam ſolum uti adveheret.* Alibi etiam hoc Verbum ſcite pro *habere* ponunt, ut obſervarunt Interpp. ad Phaedr. I. Fab. XIII. *Quantum decoris* corpore & vultu geris. adde infra *c.* LXXXIV. n. 4. Supra Rem. 1. & Guelf. 6. *Ad haec rex.*

PLACIDE RESPONDIT. Sic & noſtri MSS. omnes, non *benigne*, quod deſumtum eſt ex *c.* XI. num. 1. habetque Dictys II. *c.* V. *Ad ea Telephus, etſi dolore vulneris immodice adflictabatur*, benigne *tamen* reſpondens &c. Utrumque infra *c.* CII. n. 12. *Ad ea Bocchus* placide & benigne. & Dictys II. *c.* XXVI. *placida oratione.* Nos de voce ad Cat. *c.* XXXIX. num. 2.

BOMILCARE, ALIISQUE MULTIS. Eccard. *Bomilcar aliiſque.* Incert. 2. *& aliis;* edd. quaedam: *atque aliis*, ut & hoc loco Copula ab manu mala adjecta videatur. vide ſupra *c.* XXVII. n. 5. & LXVI. n. 1. Guelf. 1. a prima manu: *quos ſocius.* 6. *coqui noverat*, pro *cognoverat.*

IRAM OPPRESSERAT. Repreſſerat & continuerat, ne etiam in Nabdalſam ſaeviret. Tacit. VI. Ann. *cap.* L. *tantoque magis* iram premens, *inſtaurari epulas jubet.* IV. Hiſt. *c.* LXXII. *Cerialis metu infamiae* preſſit iras. Sic *comprimere* Seneca Medea *v.* 381. *Reſiſte, &* iras comprime, *ac retine impetum. Reprimere* Ennodius Vita Epiphanii: *At ille paratiſſimus* iram repreſſit, *nec vindictae ſpe provocatus efferbuit.* Sic *tegere, condere iram*, Seneca, Silius, alii, modo hoc, modo *diſſimulandi* ſignificatu: cum *opprimere* illud plane exprimat. Florus IV. *c.* VII. n. 4. *Sic* vindicta *Caeſaris dilata potius, quam* oppreſſa *eſt.* ubi vide Cl. Duckerum. Seneca ad Helviam *c.* XVI. *Optimum inter pietatem & rationem temperamentum eſt, & ſentire* dolorem, & opprimere.

NE QUA EX EO NEGOTIO SEDITIO. Guelf. 6. *neque ex eo negotio;* II. omittit vocem *negotio:* mallem ipſe potius Pronomen, uti ſupra *c.* VI. n. 2. *vehementer* negotio *permotus.* ubi vide. atque ita *c.* XCIII. extr. in MSS. & negotio *proximum diem conſtituit.*

2. NEQUE POST ID LOCORUM JUGURTHAE. Vinar. 1. *Neque poſthac Jugurthae;* Struv. Remenſ. 1. Franc. Guelf. 4. & 11. *Neque poſt id negotiorum.* Guelf. 6. *Neque poſtquam hoc factum id negotiorum Jugurthae.* Corrupti omnes: cum Noſter *id locorum*, pro *id temporis* dixerit, ut ſupra *c.* LXIII. n. 6. *Tamen is ad* id locorum *talis vir.* ubi vide. infra *c.* CII. princ. *Poſtea* loci *Conſul haud dubie jam victor.*

DIES, AUT NOX ULLA QUIETA FUIT. *Ulla* omiſit Francianus; ſed perquam ſcite Guelf. 3. *quieta fuere*, ut *nox atque praeda remorata ſunt*, ſupra *c.* XXXVIII. n. 8. ubi vide.

NEQUE LOCO, NEQUE MORT. C. AUT TEMPORI. Guelf. 6. *neque locum; aut tempori neque cuiquam mortali*, quia ſcilicet alibi *locus ac tempus*, veluti de formula, conjunguntur, hoc loco non ſeparandum eſſe duxit. Uratiſl. 1. *n. l. n. m. cuiquam ſatis credere aut tempori*, quod aſperum nimis, & ſomnolentia librarii invectum. Senat. 1. *tempore.* Guelf. 2. *cuique.* Uratiſl. 2. *credebat.* Ita fere Seneca Epiſt. CIV. *Ipſa pax timores ſubminiſtrabit. ne tutis quidem* habebitur fides, *conſternata ſemel mente.* Talis ille Commodus apud Herodian. I. *cap.* XIII. πειραθεὶς τοσούτων κινδύνων, ΑΠΙΣΤΩΣ προσεφέρετο ΠΑΣΙΝ. & *cap.* VIII. κοινὸς ἐχθρὸς πάν-

dere : civis, hoſtis juxta metuere : circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere : alio atque alio loco, ſaepe contra decus regium noctu requieſcere: interdum ſomno excitus, arreptis armis tumultum facere. ita formidine, quaſi vecordia, exagitari.

CAP.

πάντως ἡγεῖσθαι. Tyrannis talem vitam tribuit Cicero Lael. *c.* xv. apud quos *omnia ſuſpecta atque ſollicita*. Noſter iisdem verbis utitur Cat. *c.* XXXI. *neque loco, neque homini cuiquam ſatis* credere. & II. de Rep. Ord. *Profecto ſi id accidat*, neque *tibi* nox, neque dies *curam animi ſedaverit, quin inſomniis exercitus furibundus atque amens alienata mente feraris.* Seneca I. de Clem. *c.* XIII. *Non amicorum fidei* credens, *non liberorum pietati.* adde infra *cap.* LXXIV. num. I.

CIVES HOSTESQUE JUXTA METUERE. Sic Gruterus. & Baſil. I. *civis hoſteſque*. Waſſius: *civis, h. juxta*, ex quibus libris, non adnotavit. certe apud nos Guelf. I. & Incert. 2. *cives, hoſtes juxta metuere:* atque Commelin. apud Gruterum. Alibi tamen Noſter copulam potius addit. Cat. *cap.* II. n. 8. *vitam mortem*que juxta *aeſtumo.* Eod. *c.* LXI. n. 3. *ſuae hoſtium*que *vitae* juxta *pepercerant.* ubi ab uno MS. itidem *que* exulat. infra *c.* XCV. n. 3. *litteris Graecis* atque *Latinis* juxta, *atque doctiſſime eruditus*. Guelf. 3. *cives hoſteſque metuere*, omiſſa particula *juxta*. quomodo alius MS. peccat Cat. *c.* LI. n. 30. infra *c.* LXXXVIII. n. I.

CIRCUMSPECTARE OMNIA, ET OMNI STREP. Guelf. 3. *circumſpectare, omnique ſtrepitu paveſcere*, reſectis ceteris. *&* vero tantum deſideratur in Eccard. Guelf. II. & 12. Sed Uratisl. 2. *& in omni ſtrepitu;* Guelf. 7. *& pro omni ſtrepitu*. Vulgatum tuetur Aruſianus Meſſus. Unde nec audierim Eccard. qui *timeſcere*, pro *paveſcere:* nec Guelf. 6. qui *paciere*, forte pro *pavere*, exhibet.

ALIO ATQUE ALIO LOCO, SAEPE. *Atque alio* deficit Guelf. I. 2. 7. & 6. Senatoriis, Fabricianis, Vinar. I. Baſil. I. Uratisl. I. 3. Academ. Struv. Incert. I. Remenſibus; Franc. & Heuſſiano, qui omnes: *paveſcere, alio loco ſaepe* &c. Incert. 2. *alio atque loco;* Guelf. 4. *alio ſaepe* &c. Eccard. *atque loco alio*, omiſſo priore *alio*. At Curtius IV. *c.* I. n. 35. *tribus praeliis*, alia atque alia *regione commiſſis*. Livius XXV. *c.* XXIII. *idem ſaepius eodem modo* alii atque alii. XXX. *cap.* XXVIII. *Cum adſueſſent per aliquot annos bellum* aliis atque aliis *in Italiae partibus gere*re. Plinius II. *c.* XCIII. extr. *quibus in rebus quid poſſit aliud cauſſae adferre mortalium quispiam, quam diffuſae per omne naturae ſubinde* aliter atque aliter *numen erumpens*. Ibid. *c.* CIII. *In Reatino fons Neminie adpellatus* alio atque alio loco *exoritur*. Quid ſit *contra decus regium*, diximus ſupra *c.* XXXIII. num. I. Academ. *contra regium decus*. Fabric. 2. Incerti & Remenſ. 2. *quieſcere*, pro *requieſcere:* quomodo tamen Cicero: *nullam partem noctis requievit*.

INTERDUM SOMNO EXCITUS. Guelf. 6. *inter illum ſomno exitus. exitus* ſcripſit, pro *excitus*, ut Cat. *c.* XV. n. 4. *mentem* excitam *vaſtabat:* ubi alius *exitam*. Guelf. 3. omiſſo Nomine: *interdum excitus.* quomodo infra *c.* XCIX. num. 2. *Mauri atque Gaetuli ignoto atque horribili ſonitu repente* exciti. & Livius V. *c.* XLVII. *Namque clangore eorum alarumque crepitu* excitus *M. Manlius*. Sed hic nihil muto, neque cum Eccard. *exercitus;* neque cum Struv. *exercitatus*, aut cum Guelf. 7. 10. II. *excitatus* praetulerim. *ſomno excitus* eſt apud Livium & Tacitum. vide Gronov. ad Liv. VII. *c.* XXXVI. Sulpic. Sever. Epiſt. II. ſomno*que* excitus *congratulari coeperam viſioni. Rara autem metuentibus quies*, dixit Juſtin. II. *c.* XIII. adde Bernegger. ad XXIV. *c.* VIII. num. 13. Gruter. in Tacit. Diſcurſ. XXIX.

ARREPTIS ARMIS TUMULTUM FACERE. Quaſi adeſſent, qui vim pararent. Ita enim accidere ſolet, ut, quae metuunt homines, per ſomnum etiam occurrant exterreantque. vide Drackenborch. ad Sil. I. *v.* 64. Barth. ad Stat. II. Theb. *v.* 337. Claudian. II. Ruff. *v.* 139. *torquetur pace futura, Nec recipit ſomnos & ſaepe* cubilibus amens Excutitur, *poenamque luit formidine poenae.* Id. IV. Conſ. Hon. *v.* 297. *qui talia curat, inanes Horrebit* ſtrepitus *nulla non anxius hora*.

ITA FORMIDINE, QUASI VECORDIA. In maxima formidine plerumque eſt quaedam amentia, & Noſter docet infra *cap.* XCIX. num. 3. *terror, quaſi vecordia, ceperat.* adde Cat. *c.* XV. extr. Guelf. 10. *Ita formidare, quaſi* &c. 6. *exagitare*.

C A P. LXXIII.

LXXVI.

1 IGitur Metellus, ubi de caſu Bomilcaris & indicio patefacto ex perfugis cognovit, rurſus, tamquam ad integrum bellum, cuncta pa-
2 rat feſtinatque. Marium, fatigantem de profectione, ſimul & in-
3 vitum, & offenſum ſibi, parum idoneum ratus, domum dimittit. Et
Romae plebes, litteris, quae de Metello ac Mario miſſae erant, co-

CAP. LXXIII. 1. DE CASU B. ET INDICIO PAT. *Caſum* poſuit pro *morte*, per conſuetam *εὐφημίαν*. Sic de Hiempſale ſupra *c.* XIV. n. 22. *Tamen laetandum magis, quam dolendum puto* caſum *tuum*. Dictys IV. *c.* VIII. *non jam dolor in* caſu *Memnonis*, *ſed metus ſummae rerum & deſperatio inceſſerat*. adi Perizon. Diſſ. ad Ejusd. III. *c.* XIV. §. XXXIX. *&* omiſit Guelf. 10. ſcribitque 6. *de caſu B. cum indicio patefacto. patefacto* abundat, ut ſupra *profiteri indicium*, *c.* XXXV. n. 6. Uratisl. 1. *cognovit ex perfugis:* ceteri poſitura recepta.

TAMQUAM AD INTEGRUM BELLUM. Uratisl. 3. *rurſus ad integrum cuncta parat*. quae lectio ſuos habebit fautores. Guelf. 2. *tamquam ad tegrum bellum. integrum bellum* dixit etiam Tacit. II. Hiſt. *c.* LVII. *Interim Vitellius victoriae ſuae neſcius*, ut *ad* integrum bellum, *reliquas Germanici exercitus vires trahebat*. Curt. IX. *c.* IV. n. 16. *poſtquam* integrum bellum *cum ferociſſimis Indiae gentibus ſupereſſe cognoverunt*. Ceterum uſitatiſſima haec conciſa dictio, *ad bellum cuncta parare:* pro *ad bellum gerendum;* ut Curt. IV. *cap.* VIII. num. 13. *pecuniam*, *quam* in bellum *impenderat*, *reddidit*. Talia paſſim multa occurrunt. Catil. *cap.* LI. num. 21. *quamobrem* in ſententiam *non addidiſti*. Lucanus IX. *quod non* in regna *laboras*. Cicero: *cum haberes* in ſumtum. Zeno Ver. Serm. VII. *puer naſcitur* ad gladium. Florus I. *c.* I. *juventus* ad ſubita belli *excubaret*. Plinius Praefat. Hiſt. Nat. *Simul, ut hac mea petulantia fiat, quod proxime non fieri queſtus es in alia procaci epiſtola noſtra, ut* in quaedam acta *exeant*. Quae haud abſurdum eſt cum his uſitatis comparare, ut in minus uſitatis claritati ſuccurrant, vide ad Cat. *c.* XXVII. extr. & *c.* LI. num. 26.

2. SIMUL ET INVITUM ET OFF. SIBI PARUM. Sic Gruterus cumque eo edd. vett. & Fabriciani, Vinarienſes, Senatorii, Baſil. 1. Heuſſ. Franc. Remenſ. 2. Eccard. Guelf. 1. 2. 3. 4. 6. & 12. Ceteri falſo *inviſum:* quod Palmerius ſuo more tuetur. Marius *invitus* cum Metello erat, & Romae conſulatum petere animo ardebat; idemque *offenſus* erat *Metello* h. e. ab Metello, ſi proprie Pronomen *ſibi* exponas, & ob eam cauſſam iratus. Quamobrem male edd. Venetae, etiam princeps illa, cum nuperis diſtinguunt poſt *offenſum;* Rectius MSS. qui poſt *ſibi* conſuetum ſibi punctum ponunt. Quam diſtinctionem aperte adfirmat Guelf. 6. *invitum & offenſum ſibi & ideo iratum parum* &c. *Idoneum* ſine Pronomine tali ſalvum praeſtant *obnoxius*, *fidus* aliaque Criſpo abſolute dicta. vide Cat. *c.* XIV. n. 6. *c.* XXIII. n. 3. adde Eod. *c.* LVI. n. 13. & ſupra *c.* XLVI. n. 3. Aſt *offenſus ſibi* omnino exprimendum erat proprietatis ſtudioſo: ut 1. de Rep. Ord. Mihi *decretum eſt*, pro *a me*. Auſonius de Penelope: *Intemerata* procis *& tot ſervata per annos Oſcula vix* ipſi *cognita Telemacho*. Alia multa ſupra jam adnotata. vide *c.* XXXIX. n. 1. Inde illa vulgaris notio, qua *offenſus* pro irato, inſenſo ſumitur. Saepe Juſtino ita *offenſus* & *offenſa*, quae tamen facile ad proprietatem exigas, ut 1. *c.* IX. *ſed* offenſus ſuperſtitionibus *Aegyptiorum Apis ceterorumque deorum aedes dirui jubet*. Nobiſcum incedunt Paſſeratius & Brockhuſius ad Propert. III. eleg. VI. extr. quos conſule. Mox *domum dimittit* libri omnes. & vide ad Cat. *c.* XXVII. num. 1.

3. ET ROMAE PLEBES. Sic ſcribunt Baſil. 1. Fabric. 1. Incert. 2. Senatorii, Heuſſ. Vinar. 1. Guelf. 1. 3. & 9. Ceteri *plebs*. dixi ad Cat. *c.* XXXVII. n. 1.

LITTERIS -- MISSAE ERANT, COGNITIS. Sic omnes noſtri MSS. ac edd. vett. neque aliter Waſſiana ceteraeque recentiores. At Gruterus omiſit odioſum illud *cognitis*, neque tamen auctores codd. adjecit. *Litteris accipere*, nota formula, & Noſter ſupra *c.* IX. n. 2. *ubi, quae* fama acceperat, *ex litteris imperatoris ita eſſe cognovit*. Unde ex *c.* LXXI. n. 1. adſcitum eſſe, exiſtimari poſſet; inprimis cum modo Eod. *c.* num. 4. *cognitis inſidiis; c.* LXXII. n. 1. *cognoverat;* & hoc *c.* n. 1. *cognovit* inculcentur. Ne-

tamen

cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, 4
quae antea decori, invidiae eſſe: at illi alteri generis humilitas fa-
vorem addiderat. ceterum in utroque magis ſtudia partium, quam
bona, aut mala ſua moderata. Praeterea ſeditioſi magiſtratus volgum 5
exa-

tamen temere Grutero accederem perfecit & ſumma tot librorum concordia, & quod Salluſtius alibi; *grege facto; ante praelium factum; magno exercitu* comparato *bellum gerere;* interpoſita *fide publica*, & ſimilia quaedam dixit. vide ſupra *c.* XXI. n. 3. & *c.* XXXII. num. 1. Neque *cognitis* ſimpliciter pro *lectis*, quod alibi fieri ſolet, accepit: Cat. *c.* XII. n. 3. ſed proprie, pro comperto eo, quod litteris erat perſcriptum, evulgato in plebem. Tale quid eſt ſupra *c.* XXII. n. 2. *Quorum Jugurtha* accepta *oratione*, *reſpondit:* cum e vulgo aliquis dixiſſet: *quibus*, vel *quorum orationi reſpondit*. adde *c.* LXIII. n. 1. Acad. *de Metello a Mario*. in Guelf. 10. *litteris*, poſt vocem *cognitis* ponitur.

VOLENTI ANIMO DE AMBOBUS ACCEPERANT. Sic omnes Riviani, Gruteriani, noſtri etiam, praeter Fabric. 1. cui deeſt vox *animo*. Eademque non legebatur in uno Palmerii, unde illa cum Carrione: *volentia de ambobus acceperant*. Cur non *volentia animo*? ut una tantum littera exciderit, ſicuti Catil. *c.* XXIII. n. 2. *probri gratia amoverant*, ubi alii *moverant*, ex concurſu ejusdem litterae. Sed male deſerunt viri docti codices, nec intelligunt elegantiam receptae lectionis. *Volenti animo* faciunt ſextum caſum, cum ſit tertius, qui ita explicandus eſt: *quae erant* animo eorum volenti, de ambobus *acceperant*. Graeca eſt ſtructura, ut indicavit Priſcianus, de qua moneo infra ad *c.* LXXXIV. n. 2. *quia neque* plebi *militia* volenti *putabatur*. ubi vide. Ibi tantummodo Verbum Subſtantivum, hic vero etiam Pronomen Relativum omittitur. ea res impoſuit interpretibus. Sed eodem modo Noſter III. Hiſt. Epiſt. Pompeii num. 9. *Hiſpaniam vaſtavimus; praeter maritimas civitates*, *ultro* nobis ſumtui oneri*que:* ſic libri unici. vulgo *quae* immiſerunt. adde ibi notata. Sic Rhenanus legit in Tacit. III. Hiſtor. *cap.* LII. *ſique omnes de feſtinatione Primi ac Vari ſiniſtre*, & Muciano volenti *reſcripſere*. h. e. quae erant Muciano volenti. Id hoc loco ab ipſo ſenſu exigitur. Nam *volentia* eſſent quaſi *cupita* dudum & deſiderata: at quae volenti ſunt animo, ea jam modo, cum cognoſcimus, placent, iisque favemus in praeſenti. Atque ex n. 7. adparet, non antea plebem voluiſſe talia de Mario ac Metello. quod egregie receptam lectionem confirmat. Occurrit Palmerius, & *volentibus animis* ita potius ſcribendum fuiſſe, ait. Inſcitiam hominis! qui ex Salluſtio non didicit, quomodo *animus*, *animo*, *animi* ab illo accipiatur. Ejus defenſores mitto ad Cat. *c.* LVIII. n. 2. & *cap.* XL. extr. *quo* legatis animus *amplior eſſet*. adde etiam *c.* LII. n. 8. & ſupra *c.* XIV. n. 22.

4. QUAE ANTEA DECORI FUERAT. Sic edd. At MSS. Fabriciani, Senat. 1. Baſil. 1. Acad. Incerti, Struv. Remenſ. 2. Guelf. 1. 2. & 9. Veneta 1470. 1493. *decori fuit*. Guelf. 10. a prima manu *decori erat*. Delevimus ergo praeeuntibus Remenſ. 1. & Uratiſl. 3. iſtud *fuerat*, cum mox ex *eſſe* Verbo illud intelligi queat, & in eadem conſtructione ſileatur alibi. vide ſupra *c.* III. n. 3. & *c.* LXIII. extr. Guelf. 7. *invidiae modo eſſe*. nempe propter praecedens *nunc*. Sed vide ſupra *c.* IV. n. 7.

FAVOREM ADDIDERAT. Sic Cat. *c.* LIV. n. 2. *huic ſeveritas dignitatem* addiderat. Fabriciani, *addidit*. Sed vide ad *c.* LXVII. n. 2. Guelf. 6. *addiderant*.

MAGIS STUDIA PARTIUM — MODERATA. Fabric. 2. Guelf. 2. 3. & 9. *moderabantur;* Vinar. 1. & Fabric. 1. *moderabant*. Sed editum ſatis placet. Dictum autem eſt pro eo, quod eſſet *regnarunt*, *vigebant*. h. e. magis ex ſtudiis partium Metellum invidia, Marium favor ſequebatur, quam ex bonis virtutibus aut vitiis eorum. Livius III. *c.* XI. *Quemcumque lictor juſſu conſulis prehendiſſet, tribunus mitti jubebat. neque ſuum cuique jus* modum faciebat, *ſed virium ſpe & manu obtinendum erat, quod intenderes*. vide ſupra *c.* XL. n. 3. Guelf. 3. *ceterum utroque* ſine Praepoſitione. perperam id quidem: cum *in* hoc loco ſit *quod ad*. ita Cat. *c.* LI. n. 15. *in hominibus impiis*. ubi vide plura. Eleganter autem Vinar. 1. omittit particulam *magis*, ut ſupra *c.* XXXIII. n. 3. *irae*, quam *famae conſulens*. Atque ita Salluſtium ſcripſiſſe, certum eſt. vide & Cat. *c.* IX. extr.

5. SEDITIOSI MAGISTRATUS. Haud dubie *tribunos pl.* intelligit, quos ſatis invidioſe eodem modo deſcripſit Catil. *c.* L. n. 1. adde Cicer. II. epiſt. XII. n. 1. Florum III. *c.* XXIII. Ab Noſtro accepit Apulejus de Hab. doctr. Plat. pag. 28. *Et primum quidem confunditur, cum prudentiores viri per* magiſtratus ſeditioſos *civitate pelluntur*. Mox Guelferb. 1. & Incert. 2. *vulgus*

Digitized by Google

exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arceſſere, Marii
6 virtutem in majus celebrare. Denique plebes ſic accenſa, uti opifices agreſteſque omnes, quorum res fideſque in manibus ſitae erant, relictis operibus, frequentarent Marium, & ſua neceſſaria poſt illius
7 honorem ducerent. Ita, perculſa nobilitate, poſt multas tempeſtates novo homini conſulatus mandatur. & poſtea populus a Tribuno plebis

exagitare. Ceteri *vulgum;* Baſil. 1. Acad. Uratisl. 2. & Guelf. 2. *volgum*, ut ſupra *c.* LXIX. n. 2. Senat. 1. & Baſil. 1. *excitare*, pro *exagitare*. Guelf. 6. *exercitare*. Sed *exagitare* pro ſollicitare, accendere deinde in quem tuetur Noſter Cat. *c.* XXXVIII. n. 1. *coepere Senatum criminando* plebem exagitare. ubi vide. adjunge Eod. *cap.* XLVIII. n. 5.

CONCIONIBUS CAPITIS ARCESSERE. Vinar. 1. Franc. Guelf. 10. & 12. *capitis reum arceſſere*. Remenſ. 1. Guelf. 9. & 11. *poena capitis arceſſere*. Pueriliter. Hodie fere *crimine*, aut *judicio* in iis dictionibus intelligi docent. Supra *cap.* XXXII. n. 1. *quos* pecuniae captae *arceſſebant*. Cicero II. Offic. *c.* XIV. *ne quem umquam innocentem* judicio capitis *arceſſas*. cum nota Fr. Fabritii. Academ. Struv. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 3. 4. & 7. *accerſere*; Remenſ. 1. *acceſſere*. Guelferb. 7. *omnibus conditionibus*. Livius XLIII. *c.* IV. *Lucretium tribuni plebis abſentem* concionibus adſiduis *lacerabant*. ita ſupra *cap.* XXX. num. 3.

IN MAJUS CELEBRARE. Uratisl. 3. *in manu;* Baſil. 1. *in manus celebrare*. Peſſime. *Celebrabant* non ſolum virtutem Marii, & frequenter de ea loquebantur, ſed augebant eamdem; & majorem praedicando faciebant. Sumſit ab Thucydide I. *c.* XXI. ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτῶν ΕΠΙ ΤΟ ΜΕΙΖΟΝ κοσμοῦντες. Salluſtius apud Lactantium I. *cap.* XXI. *quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſtatem, ut cetera in majus componentem, altores Jovis celebraviſſe*. Carrio II. Antiqu. Lect. *c.* VII. addidit Claudian. B. Get. *v.* 15. *licet omnia vates* In majus *celebrata ferunt*. Sic fere Plinius X. *cap.* XXXVI. *alioqui ſoluto volatu* in multum *velociores*.

6. DENIQUE PLEBES SIC ACCENSA. *Plebes* ſcribunt Baſil. 1. Fabric. 1. Guelf. 2. & 3. Senat. 1. & Vinar. 1. *Accenſa*, intelligit, ſtudio in Marium. vide *c.* VI. extr. Porro autem *agreſteſque omnes* in omnibus libris oſtendimus. Gruterus dedit *agreſtiſque omnis*, quem nimis ſecure ſecutus eſt Waſſius.

QU. RES FIDESQUE IN MANIBUS SITAE ERANT. Academ. *quorum ſpes fideſque*, ut decebat bonum Monachum. RES ſunt opes familiares, res domeſtica, ut ſaepiſſime Terentius. Heaut. A. III. Sc. I. *v.* 77. *Tu* rem *perire & ipſum non poteris pati*. Hec. A. II. Sc. I. *v.* 27. *rei ſerviens*. Livius XXXIII. *c.* XLVI. Res, *fama vitaque omnium in illorum poteſtate erat*. FIDES idem, quod barbaris *Creditum*, ut recte obſervat Rivius. Sic III. Hiſt. Epiſt. Pompeii n. 9. *Ego non* rem *familiarem modo, verum etiam* fidem *conſumſi*. quem citat Sigonius ad haec Liv. XXIII. *c.* XLVIII. *Itaque niſi* fide *ſtaret reſp. opibus non ſtaturam*. Haecque duo frequenter conjuncta reperias. Plaut. Truc. A. I. Sc. I. *v.* 24. *Extemplo & ipſus periit*, & res, & fides. *v.* 38. *Cum* rem fidemque *noſque noſmet perdimus.* Id. Epid. A. II. Sc. II. *v.* 36. *Ubi* fidem*que*, rem*que*, *ſeque*, *teque properat perdere*. Moſtell. A. I. Sc. II. *v.* 64. *nunc ſimul* res, fides, *fama*, *virtus Decuſque deſeruerunt*. IN MANIBUS dixit, pro in opere manuum, quomodo Cat. *c.* XXXVII. n. 7. *manuum mercedem*, ubi vide. plura autem Gronov. II. Obſerv. *c.* VII. & Interpp. Curtii IV. *c.* I. n. 25. Denique mallem *ſitae*, ſine Verbo Subſtantivo. vide *c.* CXIV. extr. aut potius *ſita*. ita enim Senat. 1. *ſita erant*, ut modo *c.* LXXII. n. 2. *Neque illi* dies *aut* nox ulla quieta fuere.

FREQUENTARENT MARIUM ET --- DUCERENT. Fabric. 1. Incert. 2. Remenſ. 1. & Eccard. *frequentabant*. quae inducere queant, ut pro certo adfirmes, Salluſtium ſcripſiſſe, quod eſt in Fabric. 2. & Guelf. 7. *frequentare Marium & --- ducere*, cum in Eccard. etiam *ducere* adpareat. Nam etiam poſt particulas Infinitivos illos ponere conſuevit Noſter. vide infra ad *c.* XCVIII. num. 2.

POS ILLIUS HONOREM DUCERENT. Honorem illius ſuis neceſſariis praeferrent: negligerent opera ſua, ut Marius Conſulatus honorem adipiſceretur. Tacitus III. Hiſt. *c.* LXIV. *ut ceteri* poſt *Sabinum* haberentur. vide ad Cat. *c.* LIII. num. 3.

7. ITA PERCULSA NOBILITATE. Nobilitate eo tempore fuſa per legem Mamiliam, adeoque de gradu ſuo & lubidine depulſa. Supra *c.* XLII. n. 1. *Nobilitas noxia atque eo* perculſa. Livius III. *c.* XI. *Tum prope jam* perculſis *aliis* tribunis *A. Virginius*, *ex collegio unus*, *Caeſoni capitis diem dixit*.

POST.

Digitized by Google

bis Manilio Mancino rogatus, QUEM VELLET CUM JUGURTHA BELLUM GERERE? frequens Marium juſſit. Senatus paullo ante Metello decreverat: ea res fruſtra fuit.

CAP.

POST MULTAS TEMPESTATES. Cum multo ante tempore id factum non eſſet. Poſt Marium longo intervallo id contigit Ciceroni, Catil. *c.* XXIII. n. 6. de quo ipſe II. Agrar. *c.* I. *Me perlongo intervallo prope memoriae temporumque noſtrorum primum hominem novum conſulem feciſtis: & eum locum, quem nobilitas praeſidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce reſcidiſtis, virtutique in poſterum patere voluiſtis.* ad eum locum vide Interpretes. Ille vero valde ineptus fuit, qui hic in voce *tempeſtates* de *turbis* cogitavit, cum toties Salluſtius *ea tempeſtate*, & ſimilia dixerit, ut notaret *tempus*. atque ita Livius, Tacitus, Curtius aeque frequenter, idque ferendum eſſe, judicavit Cicero de Orator. *cap.* XXXVIII. Manſit ea notione apud Hiſtoricos usque ad infimam Latinitatis aetatem, quod Dictys, Hegeſippus, Sulpicius Severus, iiſque juniores oſtendunt. Spartian. Adrian. *cap.* XXV. in. *Ea* tempeſtate *ſupervenit quaedam mulier*. Varro VI. de L. L. *c.* III. *Libri augurum pro* tempore, tempeſtatem *dicunt: itaque in* XII. *tabulis: ſolis occaſus diei ſuprema* tempeſtas *eſto*.

NOVO HOMINI CONS. MAND. Uratisl. I. *novi hominum*. Guelf. 9. *novo hominum*. corrupte. de *novis hominibus* diximus ad Cat. *c.* XXIII. n. 6. Eccard. *conſulatus commendatur*. ſed *mandare* proprium eſſe ex eodem diſces loco. Gu. 9. *mandatus*; 10. *mandabatur*.

MANLIO MANTINO ROGATUS. Vinar. I. *L. Manlio Marino*; Academ. Struv. Incert. 2. Guelf. 7. 10. & 11. *Mallio Numantino*; 9. *Mallio Mantino*; 6. *Manlio Numantino*; Eccard. *Manlio Amantino*; Guelf. I. *Manthino*; 3. *Malthino*. Sed propius veram lectionem Guelferb. 4. *L. Manilio Mantio*. 12. *Manlio Manchino*; Uratisl. 3. *Manilio Numantino*; Franc. *Mamilio Mancino*; Baſil. I. *Manlio Mancilio*. Scribendum nempe cum Senat. I. *Manilio Mancino*, quod jam vidit Pighius Tom. III. Ann. p. 116. addendum etiam Praenomen *Lucii*, quod in quibusdam Codd. legitur: niſi illud ex nota *TR. PL.* ortum traxit. Jam *Manlio*, *Mallio*, *Manilio*, & *Mamilio* in ſcriptis libris confundi, vel ex nota ad *c.* XL. n. I. & 4. & ad *c.* LXV. n. 5. conſtare poterit. Litterae autem *t* & *c* in vetuſtioribus MSS. ut in Fabric. I. vix umquam diſtinguuntur: ob quam cauſſam etiam apud Horatium I. Sat. II. *v.* 25. *Malchinus* & *Malthinus* promiſcue legitur. Unde *tingere* & *cingere*: *tum* & *cum*; *tantus* & *cautus* & ſimilia perpetuo confunduntur. vide Corn. van Bynckersboeck IV. Obſerv. jur. R. *c.* XXI. Heinſium ad Claudian. IV. Conſ. Hon. *v.* 77. Drackenb. ad Sil. I. *v.* 40. Itaque *Manilio Mancino* reſcripſi, cum poſterius ita etiam ſcriptum fuerit in pervetuſto Commeliniano, & Palat. 7. Praeterea Academ. omiſit Praepoſitionem *a*; Guelf. 6. ſcribit, *rogatus*, *interrogatus*, ex Gloſſa. ſed alterum magis proprium. Vide ſupra *cap.* XXXII. n. 5.

SED SENATUS PAULLO ANTE METELLO NUMIDIAM DECREVERAT. Haec eſt vulgata lectio, quam etiam Rivius, Gruterus, Waſſius retinuerunt. Eam una voce augent edd. vett. Venetae 1470. 1493. & quae hac vetuſtior 1490. & Viterb. item Incert. 2. Remenſ. I. Uratisl. 2. Guelf. 6. 9. 10. & 12. *Numidiam provinciam decreverat*. Ceteri varie turbant, ita ut Gruteriani, ex quibus non aliter vir ille doctus ſe expedire potuit, quam ut omnia haec a putidiſſima Gloſſa profecta eſſe diceret, aut denique, reſectis ceteris, legeret: *& Senatus paullo poſt decrevit. Eodem* cet. quae tamen putidiora ſunt longe vulgatis. Sed videamus commenta MSS. Fabriciani & Guelf. I. *Sed Senatus paullo decio decreverat*; ita & Guelf. 2. verum omiſſo vocabulo *Senatus*, quod neque in Guelf. 4. neque aliis aliquot legit. Vinar. I. *Sed Senatus paullo decreverat*; quomodo Senat. 2. niſi quod *paullum* exhibeat. Baſil. I. *Sed paullo decreverat*, quomodo Heuſſ. & Remenſ. 2. mutato *paullo*, in *paullum*. Struv. *Sed paullo ante Metellum decreverat*. Incert. I. *Sed Sen. p. a. decr. Metello*. Alii voces tantummodo tranſponunt, eique tranſpoſitioni maxime voces *Senatus* & *Numidiam* obnoxiae ſunt. Primum igitur *Numidiam* eſt expellendum, quod in optimis Codd. non legitur, & adſumtum eſt ab imperitis, quia *decernere* abſolute poſitum concoquere non poterant: cum tamen *ἀπὸ κοινοῦ* intelligatur, ſenatus decreverat Metello *bellum cum Jugurtha gerendum*, ut Livius XLII. *quod bellum Senatus cum Perſeo juſſiſſet*. quomodo is ſaepiuſcule. Gloſſa autem ex *cap.* LXII. extr. & *cap.* XXVII. n. 3. correctoribus placuit. Deinde *Metello* eſt retinendum, niſi *Metellum* malueris: Librarii omiſerunt id nomen partim, quod *paullo* loco Nominis illis fuit, cui *Decio* junxerunt; partim quod unica tantum littera *M* notiſſimam vocem in hoc libro notatam invenirent. Ita cer-

CAP. LXXIV.

LXXVII.

1 EOdem tempore Jugurtha, amiſſis amicis, quorum pleroſque ipſe necaverat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri ſine adminiſtris poſſet, & novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri periculoſum

certe Academ. *ſed paullo ante Senatus M. Numidiam decreverat*. *M.* ſcripſit, pro *Metello*. quomodo alibi *M.* pro *Marius*; *I.* pro *Jugurtha*; *B.* pro *Beſtia* in MSS. offendi. Prior illa cauſſa ſuſtulit particulam *ante*; cujus loco ex Verbo *decreverat* lapſu cujusdam librarii *dec.* forte bis ſcriptum, dedit nobis Decio. Denique cur tot libri vocem *Senatus* omittant, prodidit Senat. 1. ubi *Sed* non legitur: *Senatus Paullo decio decreverat*. Ergo cum *Sen.* vel S. offenderent notatum, ex eo ſcribae *ſed* fecerunt. cum tamen elegantius iſtud exaudiatur, *Senatus* vero neceſſario addendum ſit. ut adeo ab Salluſtio ſcriptum ſit: *frequens Marium juſſit. Senatus paullo ante Metello decreverat. Ea res fruſtra fuit.*

Ea res frustra fuit. Guelf. 12. *fuit fruſtra*; Fabriciani, *fruſtra erat*. quod ſuſpectum reddit Verbum Subſtantivum. *ea res* pro more ejus aetatis, quae *id* ita circumſcribit. infra *c.* LXXXIV. n. 3. *Sed* ea res *fruſtra ſperata*. ubi vide. Metellus itaque, cum ex S. C. provinciam in alterum annum prorogato imperio pro Conſule (*cap.* LXII. extr.) obtinere potuiſſet, ſucceſſori Mario Conſuli, adnitente plebe, concedere debuit. vide infra *c.* LXXXII. numer. 2. & Pighium Annal. Tom. III. pagin. 140.

CAP. LXXIV. 1. Ipse necaverat, cet. formidine. Deeſt *ipſe* Uratisl. 1. ſed ceteri omnes agnoſcunt. Acad. Incert. 1. & Veneta 1470. *ceteri perculſi formidine*: quomodo contaminarunt imperiti *c.* LXVII. n. 1. Sed *c.* LXX. n. 1. *quam* metu *deſeruit*. & ſic alibi. amicos hic vocat, qui ſunt circa regem, conſiliarii & adminiſtri rerum gerendarum, *proximi*, ut Bomilcarem adpellat *c.* XXXV. n. 4. Juſtin. XI. *c.* IX. n. 10. *Memor tamen adhuc Darium vivere, Parmenionem ad occupandam Perſicam claſſem, alioſque* amicos *ad recipiendas Aſiae civitates miſit*. adde Bernegger. ad IX. *c.* VIII. n. 17. & XXXIV. *c.* III. n. 3. Lipſium ad Senec. VI. Benef. *c.* XXXIII. alios.

Ad regem Bocchum profugerant. Bocchus rex Mauretaniae, ſupra *c.* XIX. n. 7. adde infra *c.* LXXX. Uratisl. 2. Struv. Acad. & Guelf. 2. *Boccum*; Eccard. *Bocum*. Fabric. 2. *ad Bocchum regem*. Vinar. 2. *profugerent*; Acad. *perfugerant*; Guelf. 10. *fugerant*.

Neque bellum geri sine administris p. Ita omnes omnino MSS. & edd. vett. Turpiter ſe dedit adminiſter Hackianus: *cum bellum geri ſine adm. non poſſet*: veritus, ut puto, relationem inter *neque*, ac *&*. de qua nos abunde ad *c.* 1. extr. neque *regerentur magis, quam regerent caſus, & eo magnitudinis procederent*, cet. quibus multa praeterea ex Noſtro addere poſſes. *Sine*, haud viſitur in Guelf. 7. Pro *adminiſtris* habent Uratisl. 3. Eccard. Guelf. 7. 11. & 12. *miniſtris*. Alterum tuemur ſupra *c.* XXIX. n. 2. *ceterum ſocius &* adminiſter *omnium conſiliorum adſumitur Scaurus*. Verbum *geri* deficit Uratisl. 2.

Novorumque fidem. Sic Gruterus, Pareus, Waſſius. & princeps ille ſic, ait, eſſe in MSS. antiquiſſimis, nam recentiores copula carere. Quod contra eſt in noſtris. Nam omnes membranae chartaeque vetuſtae habent quidem Copulam, verum *&*, ut nuperae quaedam & veteres edd. non *que*. At optimus Fabric. 1. & Guelf. 1. eadem deſtituuntur, quod per ſimilitudinem poſterioris ſyllabae in *poſſet* factum eſt. Neque omnino mihi perſuadere poſſum aliud, quam *& novorum* Gruteri antiquiſſimas membranas habuiſſe; cum alioquin non eſſet contra Latinitatem *novorumque*. Ceterum *in tanta perfidia* eſt idem, quod *cum veterum perfidia tanta eſſet*. Catil. *cap.* II. num. 10. *in magna copia rerum*. ubi vide.

Varius incertusque agitabatur. Vinar. 2. Senatorii, Heuſſ. Acad. Baſil. 1. Fabriciani, Guelf. 1. 2. 3. & Veneta 1472. *vanus incertusque*. lapſus autem facillimus ex *varius* in *vanus*. At Vinar. 1. Incerti, Struv. Uratisl. 3. Remenſ. 1. Franc. Eccard. Guelf. 4. 9. 10. 11. 12. *vagus incertuſque*. Ceteri cum edd. Venetis 1490. 1493. 1500. & Vitemb. atque Lipſ. 1510. *varius incertuſque*, ut MSS. Riviani. quibus adſentior. Sed in Verbo *agitabatur* mendum eſt, quod non animadverterunt interpretes. Legendum

Digitized by Google

loſum duceret, varius incertuſque agitabat: Neque illi res, neque
conſilium aut quiſquam hominum ſatis placebat: itinera praefectoſque
in dies mutare: modo advorſum hoſtes, interdum in ſolitudines
pergere: ſaepe in fuga, ac poſt paullo ſpem in armis habere:
dubitare, virtuti popularium, an fide minus crederet. ita, quocumque
intenderat, res advorſae erant. Sed inter eas moras repente ſeſe 2
Metel-

dum nempe cum vetuſtiſſimo Commeliniano & utroque Fabriciano, *agitabat*: etiamſi ſupra *cap.* XXV. n. 6. dixerit, *divorſus agitabatur*. Altera dictio eſt prorſus ab Salluſtio aliena, at haec *varius agitabat*, *incertus agitabat*, confirmatur illis, quae prolata ſunt ſupra ad *cap.* XVIII. n. 9. item ad ea *cap.* XIX. n. 5. *ſuper Numidiam Gaetulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius*, vagos *agitare*. Sic *cap.* LX. n. 4. *huc*, *illuc quaſi* vitabundi *aut* jacientes *tela* agitare. Accedit quiſquis eſt ille Salluſtianus de Rep. Ord. II. *tanto aſperius in adverſis*, *magiſque anxie agitat*: ſiquidem & alibi atque cum aliis Verbis Nomina & Adverbia Criſpus noſter permutare ſolet. Adde *cap.* LIV. n. 2. *Jugurtha ubi gentium*, *aut quid* agitaret. & pro voce *varius* infra *cap.* CXIII. n. 3. quam cum *incerto* jungit ſupra *cap.* LI. n. 1. *Ceterum facies totius negotii* varia, incerta, *foeda atque miſerabilis*. Scilicet *pavidis conſilia in incerto ſunt*, auctore Tacito III. Ann. *c.* IX. n. 2.

A. QUISQUAM HOMINUM SATIS PLACEBAT. Guelf. 3. 7. 9. Acad. Fabriciani, Struv. Remenſ. 1. Franc. *omnium* ſcribunt, pro hominum, Joſ. autem Scaliger ad Corn. Severi Aetnam *v.* 127. hic legebat *hominum*, quomodo *apium*, *paludium*, *principium*, pro *principum*. vide Bongarſ. ad Juſtin. I. *cap.* X. n. 1. nobis tamen nihil hujuſmodi fuit obvium, & ſi umquam *hominium* in quodam cod. perſcriptum fuit, ex incerto, *hominum* ne, an *omnium* librarius ſcriberet ortum eſſe poteſt. Fabric. 2. omittit *ſatis* particulam: quo tamen ipſo impingit graviter in formulam, quam vide ſupra *cap.* LXIV. n. 2. *Hominum* autem tuetur *cap.* LXXII. num. 2. At Eccard. Uratiſl. 3. Veneta 1490. 1493. Viteberg. & Lipſ. 1510. *placebant*, quod a ſciolis immutatum eſt. Ita enim, non *placebat* ſcribendum eſſe oſtendit Cat. *c.* XXVIII. n. 4. *cap.* XLVII. extr. ſupra *cap.* XXXIX. n. 1. & *cap.* LV. n. 7. quamvis nec alterum prorſus contra morem Salluſtii dictum eſt. vide ad Cat. *cap.* XII. n. 1. Guelf. 3. & 9. *quiſquis*, pro *quiſquam* obferunt.

ITINERA, PRAEFECTOSQUE IN DIES MUTARE. *Praefectos* ſine Copula Academicus, qui eamdem vocabulo *inſtructique* infra nu. 2. demit. Vinar. 1. *profectoſque*; unde Incert. 1. a manu ſecunda, Guelf. Venetae 1490. 1493. 1500. Viteberg. & Lipſ. 1510. *profectuſque*. Sicuti ſupra *cap.* XXXV. n. 5. *itinera egreſſuſque*. Nihilominus improbo, & *praefectos* verum eſſe, ſentio. Accedit quod *hominum* meminerit, qui illi non placuiſſent, quibus rite ſubjungit *praefectos*. Nam ab iis poſt inſidias Bomilcaris atque Nabdalſae plurimum metuebat.

M. ADVORSUM H. INTERDUM IN SOLITUD. PERGERE. Incert. 2. & edd. vett. *adverſus*. Vinar. 2. *in ſolitudinem*. mallem. *hoſtem*, *in ſolitudines*: ſed locus vix patitur. Cenſeas licet de Juſtin. V. *cap.* III. extr. *atque ita* in bellum *adverſus Lacedaemonios pergit*. ita Codd. ut Juſtini additamentum inſit; qui ab Trojo duas dictiones *in bellum* non accepit.

IN FUGA, AC POST PAULLO SPEM IN ARMIS H. Uratiſl. 3. Guelf. 4. 9. & 11. *in fugam*. quae itidem varie exhibent Codd. Cat. *c.* LVII. n. 4. *Ac* libri noſtri & Gruterus. Waſſius *at*; Fabric. 1. *aut*, de quo infra ad *cap.* LXXXII. n. 2. *poſt paullo* Gruterus & nuperae edd. atque ſic Baſil. 1. cum tribus aliis MSS. & edd. Pomponianis, Viteberg. & Lipſ. 1510. Ceteri cum Veneta 1470. & edd. mediis *paullo poſt*. adi ad *cap.* CVI. n. 3. Sed Incert. 1. adſtrictius: *in fuga*, *poſt in armis ſpem habere*. Et hoc ordine *in armis ſpem habere* collocant verba MSS. fere omnes. Sed quem cum Grutero expreſſimus tres bonae notae confirmant & Veneta 1470.

VIRTUTI, AN FIDEI POPULARIUM M. C. Ita Gruterus & Waſſius. Sed Fabriciani, Guelf. 3. & 6. cum Veneta principe elegantius, *virtuti popularium*, *an fidei*. Praeterea Fabric. 1. *virtute p. an fide*; Veneta 1490. 1493. Viteberg. Lipſ. 1510. *virtute an fidei*. Unde liquidiſſime patet ſcribendum eſſe, *virtuti p. an fide minus crederet*. *Fide* pro *fidei*, ut alibi *die*, *acie*. vide ſupra ad *cap.* XVI. n. 3. & ad *cap.* LXII. n. 3. Guelf. 6. & Uratiſl. 3. *crederent*.

2. INTER EAS MORAS REPENTE SESE. *Seſe* Baſil. 1. Incert. 1. Guelf. 3. Franc. & edd. vett. Ceteri *ſe*. *Inter moras*, pro eo, quod eſſet, *cum ita moraretur*. vide n. 1. Sic ſupra *c.* XLVII. n. 3. *Inter haec negotia*; n. 4. *&* inter eas moras *promiſ-*

Metellus cum exercitu oſtendit. Numidae ab Jugurtha pro tem-
3 pore parati inſtructique: dein praelium incipitur. Qua in parte rex adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes (ejus milites) primo concurſu pulſi fugatique. Romani ſignorum & armorum aliquanto numero, hoſtium paucorum potiti. nam ferme Numidas in omnibus praeliis pedes magis, quam arma tuta ſunt.

CAP.

promiſſa legatorum exſpectare. adde Cat. *cap.* III. n. 4. & *cap.* XLIII. n. 3.

PARATI INSTRUCTIQUE SUNT. Guelf. 4. *inſtructique erant; 6. parati erant inſtructique*. Sed Senat. 1. Fabriciani, Eccard. Guelf. 2. 10. 12. Veneta 1470. nullum Verbum Subſtantivum agnoſcunt; in eo concordantes cum Gruterianis melioribus, ex quibus vir doctiſſimus jam induxit. Eleganter collocat haec Guelf. 10. *parati pro tempore inſtructique*. Porro Guelf. 1. *dein bellum incipitur*. Uratisl. 3. *incipere*.

3. QUA IN P. REX PUGNAE ADFUIT. Senat. 2.& Heuſſ. *Qua parte*, quos minime audio. Fallor, aut propter Verbum *adfuit* Praepoſitionem neglexerunt. At ſupra *cap.* XLV. n. 2. *item in agmine* in *primis modo*, *modo* in *poſtremis*, *ſaepe* in *medio* adeſse. Sequitur in Guelf. 6. *pugna affuit*. Sed Senat. 2. Heuſſian. Guelf. 4. & 11. vocem *pugnae* plane omittunt. rectiſſime: aut multam Salluſtio de ſocordia lectoris opinionem imputes, neceſſe eſt; qui *pugnae* addere neceſſarium duxit, cum ſine eo ipſa res clara ſit atque perſpicua; & ſupra jam ſcripſerit: *praelium incipitur*, item *qua in parte*. Aliter infra *cap.* LXXXVII. n. 2. & *cap.* CI. n. 5. atque ex priore illo loco derivata videtur vox otioſa. Mox *ibi* non legitur in Guelf. 4. ſcripſerat tamen librarius verſu ſuperiore, *parati ibi*. Eccard. Guelf. 10. Veneta 1470. *aliquantulum certatum*. Reliqui *aliquamdiu*: quod tuetur vel proximum *aliquanto*.

CETERI OMNES EJUS MILITES PULSI. Fabriciani, Baſil. 1. Acad. Struv. Incert. 2. Guelf. 1. 2. Veneta 1490. 1493. 1500. Viteberg. & Lipſ. 1510. *ceteri ejus omnes milites*. Reliqui cum principe ed. Grutero favent, praeter Incert. 1. *ceteri omnes m. ejus*, & Franc. *milites cet. ejus omnes*. Unde bene Gruterus: illa *ejus milites* paxillo ſi ſuſpendantur, nihil auctori perierit. Adderem ego, niſi ſuſpendantur, permultum gratiae Salluſtio periturum. adeo inſulſa & Gloſſatoribus digna ſunt. Mox ſomnolenter edd. omnes *primo congreſſu*. Perplacet lectio Fabricianorum, & Guelf. 6. *primo concurſu*. id dignum celeri Romanorum victoria, & nemo, niſi imperitiſſimus tiro docendus eſt, *concurſum*, *concurrere* de praeliis dici, ut exempla pigeat adſcribere. Vide tamen Ducker. ad Flor. III. *cap.* III. n. 14. & Cat. *cap.* LIX. nu. 2. Ita apte Corn. Nep. Cimon. *cap.* II. *barbarorum* uno concurſu *maximam vim proſtravit*. Sed corrumpentibus non placuit propter additum *primo*. Fingebant enim in praeliis Romanorum unum *concurſum*, ſed plures *congreſsus*. At iis nihili erat auctoritas Nepotis, nihili etiam Livii *primus impetus* toties dictus: nihili denique *prima initia*, ſi hoc omnino addendum, optimis ſcriptoribus uſurpatum. Generatim Latini per adjectum *primus* initium cujuſque rei exprimere ſolent. Ergo nec illa inſolenter Livius XXXIX. *cap.* XXIII. inchoata initia *a Philippo ſunt, & is ipſe, ſi diutius vixiſſet, id bellum geſſiſſet*. Tacitus XIII. Ann. *cap.* X. *quamquam cenſuiſſent patres*, *ut* principium *anni* inciperet *menſe Decembri*.

ET ALIQUANTO NUMERO HOSTIUM POTITI. Ita quidem omnes edd. Contra MSS. omnes: *& aliquanto numero hoſtium paucorum potiti*, voce auctiores, quam ſine ulla ſpuriae ſcripturae ſuſpicione noſtri omnes, etiam edd. vett. omnes Gruteriani retinent. Eadem non poteſt non in Waſſii libris fuiſſe, ſed ille nihil inde protulit. Suſpicabatur inde Gruterus ſcribendum: *& numero paucorum potiti*. quod eſt ipſa aſperitas, & plebi vix condonanda Latinitas. Adplaudente optimo quoque reſtitui locum ex quinque MSS. qui ceterarum membranarum lectionem ſalvam habent, omiſſa tantum particula *&*, quae ante *aliquanto* ponitur. Scribo: *Romani, ſ. & armorum aliquanto numero, hoſtium paucorum potiti*. ita eſt aperte ſcriptum in Vinar. 1. Guelf. 3. 10. 11. & 12. Quilibet viderit, quid ſit, quod correctores ad Copulam inſerendam impulit, quod Gruterum a vera emendatione prohibuit. Concurſus nempe diverſi Caſus, ſexti & ſecundi ad unum Verbum *potiti*: qui tamen hoc loco non amplius poteſt, quam Cat. *c.* XXXIII. n. 1. *plerique* patriae, *ſed omnes* ſama *atque* fortunis *expertes ſumus*. ubi plura adnotavimus. Adde infra ad *cap.* LXXXIV. num. 2. quem locum ſimili modo emendavimus.

NUMI-

Digitized by Google

CAP. LXXV.

XXXVIII.

EA fuga Jugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidens cum perfu- 1
gis & parte equitatus in ſolitudines, dein Thalam pervenit, in oppidum magnum & opulentum, ubi plerique theſauri, filiorumque

NUMIDAS IN OMNIBUS PRAELIIS. Baſil. 1. & Fabric. 1. a prima manu, *Numidis*: quia *tuta* Nomen illis fuit, & copularunt *Numidis fuere* (*ſunt*) *tuta*, quomodo illi ſcribunt. Incert. 2. omittit vocabulum *Numidas*; *& praeliis* non legitur in Acad. neque Uratiſl. 3.

MAGIS PEDES, QUAM ARMA TUTA SUNT. Gu. 10. *magis fuga & velocitas quaſi, quam arma*, ex Gloſſa τῦ *pedes*, quod Uratiſl. 3. omiſit. *pedes* tutantur, non inſolentius fuga & velocitate, quam *lingua* & *manus alit*. vide Cat. c. XIV. n. 3. Lat. Pacatus Paneg. Theod. *cap.* XXXVI. *At ubi impulſu acies fronſque laxata, & fiducia in pedes verſa eſt, ire praecipites, aut globo fugere*, &c. Sulpic. Sev. 1. Hiſt. *cap.* XXIII. *Tum vero nutu Dei in fugam verſi, non imperia exſequi, non ordines obſervare, omne* praeſidium in pedibus *habere*. Noſter infra *cap.* CVII. n. 1. *nec decere quemquam, qui manus armaverit*, ab *inermis* pedibus auxilium *petere*. TUTA recte Gruterus & Commel. Nazar. & Palat. 2. Accedunt Baſil. 1. Fabric. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. 3. 4. 9. & 10. Ceteri *tutata*. At Academ. Struv. Incerti, Remenſ. 2. Franc. Guelf. 6. 7. 11. 12. *tutati ſunt*: duplici errore. *Tuta* primum pro *tutata* malunt veteres, quod ſaepe librarii mutarunt. Plinius VII. Hiſt. Nat. Praefat. *Truncos etiam arboreſque cortice, interdum gemino, a frigoribus & calore* tuta eſt. Sic eſt in MSS. vulgari *tutata eſt*. Frontin. II. *cap.* XII. n. 3. *atque ita ſimulatis auxiliis* tutus eſt, *donec inſtrueretur exſpectatis*. ibi etiam contra MSS. edunt *tutatus*. adde ſupra *cap.* LII. n. 4. Deinde *tuta*, aut *tutata*, non mutandum erat in *tutati*. tum, quod ita ad utrumque & *pedes* & *arma* referri queat; tum, quia Latini poſteriori aptant adpoſita. Supra *cap.* L. n. 6. *Sin opportunior fugae* collis, *quam campi* fuerant. ubi vide citatum locum, quo plura congeſſimus.

CAP. LXXV. 1. EA FUGA. *Facta*. Cat. *cap.* XLIII. n. 1. Eo ſigno *proxima nocte cetera multitudo ſuum quiſque negotium exſequerentur*. ubi vide.

IMPENSIUS MODO. *Modo*, pro quam modus eſſet, quod *Nomen* eleganter additur Comparativis. Supra *cap.* XLVIII. num. 3. *Jugurtha* impenſius modo *legatos ſupplices mittere*. *Impenſum* autem vocant, quod eſt vehemens, multum magnumque. vide Popmam ad Cic. XIV. epiſt. XIII. ad Fam. epiſt. LXIV. num. 5. *Strabonem Servilium tibi ſaepe commendavi, nunc eo facio id* impenſius, *quod ejus cauſſam Nero ſuſcepit*. Sueton. Claudian. *cap.* XI. *tanto* impenſius *petere*.

DEIN THALAM PERVENIT. *Thalae* oppidi Numidiae incerti poſitus, meminit Strabo, Florus, Tacitus. loca vide apud Cellar. IV. *cap.* V. p. 185. 186. Noſter iterum infra *cap.* LXXXIX. n. 6.

IN OPPIDUM MAGN. & OPULENTUM. Sic Gruterus atque Fabriciani, Baſil. 1. Senatorii, Vinarienſes, Uratiſl. 1. & 3. Heuſſ. Academ. Guelf. 1. 2. 4. 7. & 9. At Waſſius, Incerti, Struv. Uratiſl. 2. Guelf. 3. 10. & 12. *id oppidum*. Franc. *ad oppidum*. Veneta 1470. *in id opp.* deinde Uratiſl. 1. Guelf. 9. 10. & 11. *atque opulentum*. Gruterus mallet abjici Praepoſitionem *in*. Rectius autem antea haec a Gloſſographis eſſe, ſuſpicabatur. Certe quinque hae voces quid ſententiae addant, aut cur omnino ab Salluſtio exarandae fuerint, nemo facile dixerit, niſi qui Criſpum cum Caeſare comparare voluerit. Deſumſit vetus quidam litterator ex *cap.* LXIX. num. 3. *civitas* magna & opulens *praedae cuncta, aut poenae fuit*. Haec autem ſi ſuſtuleris, non ita male mox cum libris vetuſtis legere poteris, *ibique plerique*, &c.

UBI PLERIQUE THESAURI, FILIORUMQUE. Baſil. 1. Vinar. 2. Uratiſl. 1. Incerti, Franc. Struv. Eccard. Guelf. 1. 4. 6. 9. 10. *ibique*; Guelf. 11. *ſibique*; 12. & Uratiſl. 2. *ibi*; Senat. 1. *ubique*. at Guelf. 3. *ubi* omittit. *ubi*, inquam, quod librarii corruperunt, ut alibi paſſim. vide Cat. *cap.* LX. extr. Jug. *cap.* VIII. n. 2. & *cap.* LIV. n. 3. Sic ſupra *cap.* XLVII. n. 1. *nomine Vaga* —— ubi *& incolere, & mercari conſueverant Italici generis multi mortales*. Uratiſl. 2. *plures theſauri*. Ceterum ſimiliter Juba oppidum Zamam probe munitum elegerat, quo inito bello, pecuniam chariſſimaſque res comportaverat; ubique conjuges atque liberos habebat. vide Auct. B. Afric. *cap.* XCI.

MULTUS PUERITIAE CULTUS. Guelf. 3. *adultae*

Digitized by Google

2 que ejus multus pueritiae cultus erat. Quae poſtquam Metello
comperta, quamquam inter Thalam flumenque proximum, ſpatio
millium quinquaginta, loca arida atque vaſta eſſe cognoverat; ta-
men ſpe patrandi belli, (ſi ejus oppidi potitus foret) omnis aſperi-
3 tates ſupervadere, ac naturam etiam vincere adgreditur. Igitur omnia
jumen-

tae pueritiae. quo ipſe litterator quidam oſtendere voluit, filios ejus jam adultos fuiſſe, quorum unum *cap.* XXVIII. n. 1. legatum Romam miſit. Sed Latini *pueritiae*, ut *pueri*, *adoleſcentuli* vocabulis latiore ſignificatu utuntur; vide Cat. *cap.* XXXVIII. n. 1. *Cultum* intelligit non modo veſtimenta, ſed omnia quae ad educationem, ornatum & magnificentiam liberorum regis requiruntur, ut hic fere idem ſit, quod noſtrates dicunt *Hoff-ſtatt*. vide ſupra ad *cap.* V. extr. Guelf. 7. *peritiae cultus*; Eccard. *filiorum ejus, multusque cultus pueritia erat*. *Filiorum*, credo, etiam ad *filias* Jugurthae ſpectat, vide infra *cap.* LXXX. n. 6. quos ſupra *c.* XLVII. n. 3. uſitato *liberorum* nomine exprimit. A potiore enim ſexu denominationem ſumunt, & *filios*, *patres*, *ſoceros*, *fratres*, *avos*, *reges* dicunt, qui ſint ex utroque ſexu. vide Muncker. ad Hygin. Fab. CLIX. Quinctilian. IX. *cap.* III. *Jungit autem & diverſos ſexus, ut marem feminamque* filios *dicimus*. cum obſervatione Cl. Burmanni. adde Schulting. ad Calpurn. Flacci Declam. XII.

2. In spatio millium quinquaginta. Remenſ. 1. *in thalem ſpatio*; Senat. 2. *in ſpatio omnium* millia L. Heuſſ. *in ſpatio omnia millia*; Incert. 2. & Uratisl. 2. *in ſpatium millium*. *In* additum eſt ab correctoribus, & omittit Guelf. 9. quem nos ſecuti ſumus. Sic plane infra *cap.* CVI. num. 5. *Jugurtham circiter duum millium* intervallo *ante conſediſſe*. Ubi & ſimiliter nomen *paſſuum* omiſit. Sic *modiorum* omittit Seneca de Brev. Vit. *cap.* XVIII. *ut tibi* multa millia *frumenti bene committerentur*. item *aeris*. Cic. III. Offic. *cap.* XV. *addidit centum millia*. *Paſſus* deſideratur apud Liv. XXXVI. *cap.* X. *Oppidum Gonni* viginti millia *ab Lariſſa abeſt*. Id. XLI. *cap.* XIX. *victique Dardani compelluntur in urbem, quae fere* duodecim millia *ab caſtris Baſtarnarum*. adde ſupra *cap.* XI. num. 6. *cap.* XLVIII. num. 3. & Cic. X. epiſt. XXXII. num. 4. Ceterum & Gruterus juſſerat Praepoſitionem *in* deleri.

Si ejus oppidi pot. for. Brevitatis ſtudioſus has voces omiſiſſet, inquit Gruterus: & nos illi facile adſentimur. Vinar. 1. Guelf. 6. & Uratisl. 1. *ejus oppido*, quomodo Commel. Palat. 6. unde Gruterus *oppido* pro Adverbio capit. ſed quid eum in hanc opinionem duxerit, nec ipſe video, nec ille expoſuit. Guelf. 4. *ejus oppidi ſi p. f.* Nihil verius, quam haec ab Gloſſa eſſe profecta. Supra Incert. 2. *in ſpe adductus patrandi b.*

Naturam etiam vincere adgred. Eccard. *vim etiam cedere adgreditur*; Veneta 1470. & Gryphiana: *naturam loci*. peſſime. *Naturam* vocat ardua vaſtaque loca, per quae homines iter facere non poſſunt: quam Metellus vicit, dum conſilio aquam iis locis habuit, ubi natura nullam dabat. infra *cap.* LXXVI. n. 1. naturam *ipſam, ceteris impetrantem, induſtria* vicerat. Hegeſippus I. *cap.* XXX. *Denique aliquamdiu rex in incerto haeſit, non reperiens quemadmodum* naturam vinceret. Claudian. Get. *v.* 525. *Te patiar ſuadente fugam, cum ceſſerit omnis Obſequiis* natura *meis*. Sulpic. Sev. Dial. I. *cap.* XVIII. *medias flammas nihil cunctatus ingreditur: quae mox tam audaci fide* victae, *velut illis quondam Hebraeis pueris, ceſſere venienti*. Superata natura *eſt, fugit incendium*. Caeſar. VI. Gall. *cap.* XLIII. *ut paene* naturam *ſtudio* vincerent. Herodian. III. *cap.* IV. n. II. τῶν δὲ ΦΥΣΕΩΣ ΝΙΚΩΣΙΣ τῶν τειχῶν. Plinius VII. *c.* XXVII. extr. *Ceteri profecto victores hominum fuere, Sergius* vicit *etiam fortunam*.

3. Jumenta sarcinis levari jubet. Fabriciani, *levare jubet*, & tamen inferius *portari*. neque diſplicet. Academ. *omnia* deeſt. de *jumentis* bene Seneca Epiſt. LXXVII. *Quare fortia dorſo* jumenta *ſint, quaeris? quia eorum hic unus eſt uſus*, ſarcinam *ferre*.

Nisi frumento dierum decem. Remenſ. 1. & Guelf. 6. *niſi frumentum*; Fabric. 1. & Guelf. 2. *niſi frumenta*; quaſi portari ex ſequenti intellexerint. Mihi nihil mutandum videtur, cum *frumento* dixerit pro *ſarcinis frumenti*. Livius II. *cap.* XIII. *deinde in admirationem verſus, ſupra* Coclites Mucioſque *dicere id* facinus *eſſe*. Juſtinus II. *cap.* XIV. *Confecto bello, cum de praemiis civitatum ageretur, omnium judicio Athenienſium* virtus ceteris *praelata*. ubi vide Jo. Vorſtium & ad I. *cap.* VII. n. 14. ubi tamen notam ejus ex edit. ipſius A. 1673. repetas; nam Graevius, Gronoviuſque omittunt. adde Gronov. IV. Obſerv. *cap.* VIII. & ad Livii Epit. XLVII.

Ceterum utres modo. *Utres* ſunt vaſa ex corio,

Digitized by Google

jumenta ſarcinis levari jubet, niſi frumento dierum decem: cete-
rum utres modo, & alia aquae idonea portari. Praeterea conquirit 4
ex agris, quam plurimum poteſt, domiti pecoris; eoque imponit
vaſa cujuſque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numi-
darum. Ad hoc finitumis imperat, qui ſe poſt regis fugam Metello 5
dederant, quam plurimum quiſque aquae portarent, diem locumque,
ubi

corio, ut Gloſſae MS. docent, aquae, aliorumque liquidorum, portandae idonea. Curt. IV. c. VII. nu. 12. *Nulla arbor, nullum culti ſoli occurrebat veſtigium. aqua etiam defecerat, quam* utribus *cameli devexerant.*

ET ALIA AQUAE IDONEA. Guelf. 6. 7. 11. Remenſ. 1. & Vinar. 1. *& alia, quae idonea;* Eccard. *utres & alia modo, quae idonea;* Acad. *alia atque, idonea;* Incert. 2. *aliaque idonea;* Gu. 3. *& alia idonea.* recte, puto, omittunt vocem *aquae*, quam res ipſa intellectui obſert. nam *idoneus*, *aptus dignus*, *abſurdum* & ſimilia praeciſe proferuntur. vide Cat. c. LI. n. 27. infra c. LXXVI. n. 3. alia. Veneta 1470. *& alia vaſa, quae idonea aquae.* & *vaſa* quidem adjicit etiam Guelf. 10.

4. CONQUIRIT EX AGRIS. Vinar. 1. *exquirit ex agris.* Guelf. 10. *quam maximum poteſt.*

EOQUE IMPONIT VASA CUJUSQUE MODI. *Eoque* habent MSS. & edd. vett. nec uſquam, niſi in nuperis legas *eique*. Uratiſl. 2. *eoſque imponit;* 3. *in eoque imponit*. At Senat. 2. & Heuſſian. *eo imponit*, abjecta Conjunctione, quam alibi narrando omittere ſolet. vide Cat. c. XLIII. nu. 2. & ſupra c. XXXII. nu. 5. Eademque particula deſtituitur etiam Nazarianus. Poſuit autem *eo*, tamquam Adverbium eſſet, quomodo ſupra c. LXVI. nu. 2. *Vaccenſes*, quo *Metellus praeſidium* impoſuerat. Guelf. 6. *vaſa cujuſque cum modi.* 10. & Incerti, *cujuſcumque modi*.

5. QUI SE POST REGIS FUGAM M. DEDIDERANT. Illud *ſe* in Franc. Struv. aliiſque locum mutat. Guelf. 6. *qui poſtquam ſe regis fugam:* mox eadem manus *quam* punctis confodit, ut legendum ſit: *qui poſt ſe regis fugam.* Ita alibi Pronomina *vos*, *te*, *illum* ex naturali ſede in alium transferuntur. vide ad c. XIV. extr. Ceterum omnes noſtri Codd. habent, *Metello dederant*, neque id quiſquam editorum animadvertit. Revocandum exiſtimavi, confirmatus illo Quinctiliani Declam. CCCXXXIX. ad fin. *Ille vero, qui ſe in ſervitutem* hoſti dedit, *qui abjectis armis parata in vincula praebuit manus, quam tandem nobis ſpem in poſterum facit.* & illis Catilin. c. XLV. num. 3. *ſine mora Praetoribus ſe* tradunt. & extr. *veluti hoſtibus ſeſe praetoribus* dedit. ubi vide. Saepe etiam apud Terentium *dare* & *dedere* notiones inter ſe miſcent.

QUAM PLURIMUM QUISQUE A. PORTARET. Guelf. 9. *quam quiſque plurimum*; 3. omittit *quiſque*; 11. ſcribit *portarent*. Unde ſcriberes, *quam quiſque plurimum aquae portarent*. vide ad Cat. c. XLIII. num. 1.

UBI PRAESTO FORENT, PRAEDICIT. Sic edd. omnes, & interpretes viri undequaque doctiſſimi in utramque, quod ajunt, aurem dormiunt, & ſolita ſibi ſecuritate tranſeunt. At Fabriciani, Baſil. 1. Eccard. Incerti, Remenſes, Vinarienſes, Senatorii, Uratiſlavienſes, Acad. Heuſſ. Struv. Gu. 1. 2. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Veneta 1470. 1490. 1500. uno omnes ore: *ubi praeſto fuerit*. In Lugdunenſi 1533. primum *forent* conſpicio. nam Guelf. 3. cum Viteberg. Veneta 1493. & Lipſienſi 1510. habent *fuerint*. Franc. *ubi praeſto ſint*. Non diſputabo pluribus, quae harum vera ſit lectio: tantummodo *fuerint* recepi, quod proximum eſt ſcripturae membranarum, & rem eleganter exprimit. vide Gellium XVII. c. VII. Sed quodcumque fuerit, aut *uti praeſto forent*, aut *ubi praeſto fuerint*, ab ſciolis infartum eſſe ſcias. Latini enim, & inprimis Salluſtius, *diem*, *locum conſtituere*, aut *praedicere* uſurpant, ut intelligant *diem*, quo die, & *locum*, ad quem locum aquam portarent. Haec intelligunt, non exprimunt. id quod ex nota ad c. LXVI. num. 2. ſatis ſuperque conſtabit. Gemina labes haeſit adhuc infra c. CXIII. num. 2. *Poſtea* tempore *&* loco *conſtituto*, in colloquium uti de pace veniretur, *Bocchus Sullam*, cet. At oppido rudis ſit, qui iſta *in colloquium* cet. ut adſcititia ex interpretatione non damnet, maxime cum contextum inſpexerit. Porro Eccard. *praedixit*; Guelf. 9. *dicit*. non male. Caeſar I. Gall. c. VI. *Omnibus rebus ad profectionem comparatis*, diem dicunt, *qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant*. vide ad II. Hiſt. Fragm. de *dictis pecuniis*. Cic. XVI. epiſt. X. num. 4. *Tu Muſis noſtris para ut operas reddas; noſtra ad* diem dictam *fient*. *Dicit* vero Salluſtius ſcripſerat, cum aliquis interpres inter verſum adderet *prae*. ex quo poſtea & *praeſto*, & *praedicit* derivatum eſt.

6 *ubi praeſto fuerint praedicit*. Ipſe ex flumine, quam proxumam
oppido aquam ſupra diximus, jumenta onerat. eo modo inſtructus
7 ad Thalam proficiſcitur. Deinde ubi ad id loci ventum, quo Nu-
midis praeceperat, & caſtra poſita munitaque ſunt; tanta repente
coelo miſſa vis aquae dicitur, ut ea modo exercitui ſatis ſuperque fo-
8 ret. Praeterea commeatus ſpe amplior: quia Numidae, ſicuti pleri-
que

6. IPSE EX FLUMINE, QUAM PROX. OPP. AQUAM. Guelf.9. *ipſe ex aqua fluminis, quam prox. opp. dix.* 10. & Struv. *ipſe ex fluminis, quam*, cet. Fabric. 2. *quod proximum*, atque ſic a manu prima Guelf. 12. pro eo 11. *quem proximum opp. ſ. d.* omiſſa voce *aquam*, cum Franc. *oppido* non agnoſcat. Vides, ut laboraverint librarii in difficiliori conſtructione, *flumine, quam aquam*. Sed eodem modo ſupra c. XXXVI. num.1. *uti ante* comitia, quod tempus *haud longe aberat*. ubi vide notata. Ceterum Fabriciani, Veneta 1470. cum paucis aliis, *quam proximam aquam oppido*, ut ſtatim redderent Nomen, quod ſtructuram turbat. Ceteri, ut expreſsimus. *Proxima* hic ita capiendum, ut non ſit *propinqua maxime*, ſed proxima longo intervallo, ut recte monuit Badius adducto Virgil. v. Aen. v. 320. *Proximus huic, longo ſed proximus intervallo, Inſequitur Salius*. ubi Servium videas. Auſonius Ep. XIII. Proxima *ſint quaevis, ſed* longe proxima *multo Ex intervallo, quae Maſſilienſia*. alio etiam loco ita poſuerat Criſpus, obſervante Nonio Marcello, ubi docet, *proxumum* veteres dixiſſe, non ſolum adhaerens & adjunctum, verum etiam longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet.

7. AD ID LOCI VENTUM, QUOD NUM. PR. Sic Gruterus ex Naz. & Commelin. qui illi *quod* obtulerunt pariter, ut nobis Baſil. 1. Fabric. 1. Senatorii, Heuſſ. Uratisl. 1. 2. Gu. 1. 2. & 6. Non tamen adſenſum praebere poſſum, quin potius ex reliquis noſtris omnibus, & edd. vett. atque mediis legendum exiſtimem *quo*. Nam Criſpus noſter in Provocabulis & particulis relativis eum morem obſervat, ut adcurate rem atque terminum, ſitum locumque exprimant; ſimul demonſtrandi particulis in eo reſpondeant. Sic ſupra c. I. extr. *Et eo magnitudinis procederent*, ubi *pro mortalibus gloria aeterni fierent*. c. XVIII. num. 2. qua *nox coegerat, ſedes habebant*. quem locum ſimiliter corruperant, nos vero firmis rationibus vindicamus, quas vide. Jam *ad id loci*, idem eſt, quod *eo loci*, cui neceſſe eſt *quo* reſpondeat, non *quod*: ac illud quidem habes ſupra *cap.* LXVI. num. 2. infra c. CII. num. 1. 2. c. CIII. num. 1. alibi. Et quamquam in iis Pronomen *quo* ab Verbo proximo ſuſtineri dicas, hic etiam exponere debes, *quo* ut aquam *comportarent* Numidis *praeceperat*. Neque hodie ignota ſunt illa Terentii: *hac* cauſſa, qua *dixi tibi*; Gellii: *in eo*, quo *dixi libro differit*. Hirtii: *in eo loco*, quo *paullo ante commemoravi*. vide Daviſium ad Caeſar. III. Civ. c. LXIX. ad Auct. de B. Afric. c. XLI. Cl. Bentlejum ad Horat. I. Sat. VI. v. 15. Eſt in ed. vet. *Numidas*.

COELO MISSA VIS AQUAE DICITUR. Senat. 2. & Heuſſ. *de coelo*; Academ. *a coelo*; Guelf. 12. *e coelo*. At ſine Praepoſitione ſupra c. XVII. nu. 5. coelo *terraque penuria aquarum*. Franc. & Guelf. 4. *coelo emiſſa*, quae confunduntur ſupra c. LVIII. num. 3. Guelf. 3. *miſſa aquae vis dicitur*, quod non contra numeros Salluſtii eſſe videtur: & quibus Ennius haeret, illis ita ſcribendum eſſe, pro certo habebitur. Eum ſequitur Dictys I. c. XVI. *propter magnam* opum vim. VIS dicitur pro copia & multitudine. Supra *cap.* LIII. num. 1. *pulveris* vim magnam *animadvertunt*. infra c. XCI. num. 1. maxuma vis *utrium effecta*. Livius XXVIII. c. XV. *niſi ex vehementi ſole, qualis inter graves imbre nubes effulget*, tanta vis aquae *dejeciſſet, ut vix in caſtra ſua receperint ſe victores*. Saepius Dictys Cretenſis. Cic. VII. epiſt. XVIII. num. 11. vim maximam *ranunculorum ſe commoſſe conſtabat*. ubi vide. Sed & ſine addito *magna*, *tanta* abſolute pro multitudine dici, nuper docuit Cl. Duckerus ad Flor. IV. c. II. num. 72. *ſecuta* vis *ſanguinis*. Supra Eccard. & Guelf. 12. *ἀσυνδέτως poſita, munita ſunt*.

SATIS SUPERQUE FORET. *Satis ſuperque* ad Verbum referuntur, cum ad Nomen relata pro Adjectivis poſita ſint, quod de ſimilibus particulis admonemus ad Cat. c. LVIII. nu. 9. Sed Livius XXV. c. XXXII. *Et ſpes erat* ſatis ſuperque *ad id* virium *eſſe*. Alterum magis proprie, aut certe ex uſu Salluſtii. nec aliud patitur locus, cum innuat aquam ex pluvia ſuffeciſſe iis, ex eademque ſuperfuiſſe. Abſolute Auct. Dialogi de Orator. *cap.* IV. *omiſſis forenſium Muſarum anguſtiis, in quibus* ſatis *mihi* ſuperque *ſudatum eſt*.

8. SICUTI PLERIQUE IN NOVA DEDITIONE.

No-

que in nova deditione, officia intenderant. Ceterum milites religio- 9
ne pluvia magis uſi: eaque res multum animis eorum addidit. nam
rati ſeſe dis immortalibus curae eſſe. Deinde poſtero die, contra
opinionem Jugurthae, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui ſe lo- 10
corum aſperitate munitos crediderant, magna atque inſolita re per-
culſi, nihilo ſegnius bellum parare: idem noſtri facere.

CAP.

Nova, pro *recenti* poſuit. Aliter Tacit. II. Ann. c. II. *Et accepere barbari laetantes, ut ferme ad nova imperia*. Et in tali tempore quilibet victoris voluntati prolixe & cito reſpondet. Claudian. I. Stilic. v. 203. *Qui nec principibus, donis precibuſve vocati, Paruerant, juſſi properant, ſegnique verentur Offendiſſe mora*. adde Caeſar. II. Gall. c. XLIII.

OFFICIA INTENDERANT. Guelf. 6. *ſervitia officia intenderant*. Melius *officia*. nam *intendere* eſt augere, prolixa facere. plus adtulerant, quam juſsi erant. Tacitus I. Hiſt. *cap.* XII. extr. *quippe biantes in magna fortuna* cupiditates, *ipſa Galbae facilitas* intendebat. *cap.* XXIV. *Quam velut publicam* largitionem *Otho ſecretioribus apud ſingulos praemiis* intendebat. Sueton. Tiber. *cap.* LXII. pr. *Auxit* intenditque *ſaevitiam exacerbatus indicio de morte filii ſui Druſi*. adde Scioppium III. Veriſim. *cap.* IV.

9. MILITES RELIGIONE PLUVIA M. USI. Gu. 4. *pro religione*; Alii *ex religione*, quas praepoſitiones intelligere nihil vetat; addere autem imperitiae eſt. vide ſupra c. LXXIV. n. I. *Religionem* autem pro reſpectu & cultu deorum dixit, quam Seneca Epiſt. LXV. *primum vinculum militiae vocat*. Et haeret his viris, quod eſt apud Liv. V. c. LI. *Omnia proſpera eveniunt colentibus deos, adverſa ſpernentibus*. lege omnino Lipſium I. Polit. c. III. & IV. c. IX. num. 106. quaeque ibi doctiſsimus Reinhardus ubertim collegit.

MULTUM ANIMIS EORUM ADDIDIT. Animoſiores reddidit. Male Acad. omittit *multum*: male etiam Vinar. 2. *multum animum e. addidit*. Eſſet aliquid: *eaque res animum eis addidit*, uti Plaut. Amphitr. Act. I. Sc. I. v. 94. *Perduelles penetrant ſe in fugam: ibi noſtris* animus additus *eſt*. Alterum habes ſupra c. XLII. num. I. & 4. alibi.

SESE DIS IMMORTALIBUS CURAE ESSE. Deos ſeſe curare, ſui curam gerere, quod rebus proſperis credebant illi; contra adverſis, deos non eſse, nec res humanas curare frequenter legas. vide ſupra c. XIV. num. 21. & in auxilio nec opinato hujuſmodi opiniones & ſermones quoſdam dabit Gruterus ad Liv. XLIII. c. XXXIII. Statius I. Silv. IV. v. I. 4. *Eſtis io Superi ---- Es coelo*, diis es, *Germanice*, cordi. cum notis Barthii. Auct. VIII. Gall. c. XLIII. *Quo facto repente fons perennis exhauſtus, tantam adtulit oppidanis ſalutis deſperationem, ut id non hominum conſilio, ſed deorum voluntate factum putarent*. Lege Corn. Nep. Ageſil. c. II. adde infra c. XCII. num. 2.

AD THALAM PERVENIUNT. Academ. & a prima manu Struv. *pervenit*, nempe Metellus cum ſuis. Nihil muta; ſed vide Cat. c. LVII. num. I. Supra Guelf. II. *poſtremo die*. male. neque enim tantum ſpatium una die emetiri poterant. Omnes autem *poſtero*, non *poſtera*: & *deinde*, non *dein*. quae novatores quidam invexerunt.

10. OPPIDANI, QUI SE L. A. M. CREDIDERANT. Academ. *Oppidum, qui ſeſe*; ſed contra reliquos omnes. Guelf. 4. *munitos crederent*, ſed eadem manus emendavit. pro *locorum*, Guelf. 3. *conveniunt* aut aliud quid exhibet, cum tamen & ibi nunc *locorum* ſit repoſitum. Neque id abjiciendum. Caeſar I. Gall. c. II. *quod undique* loci *natura tuti Helvetii continentur*. Vellej. II. c. XCV. *gentes* locis tutiſsimas, *aditu difficillimas*. c. CVI. *ſitu* locorum *tutiſſima*. Cic. II. epiſt. X. num. 3. locorum *quibuſdam anguſtiis, & natura montium fretus*. Ceterum ab his uſque ad c. XCV. n. 3. deficit Struvianus.

NIHILO SEGNIUS BELLUM PARARE. Forte, *nihilo ſequius* ſcriptum fuit primitus, pro *ſecus*, vel *ſecius*, quae inter ſe permutantur. vide Mureti XVI. Var. Lect. c. XIX. Sueton. Neron. c. XLII. *Nec* eo ſecius *quidquam ex conſuetudine luxus atque deſidiae omiſit*. Caeſar II. Civ. v. VII. extr. *Maſſilienſes tamen* nihilo ſequius *ad defenſionem urbis reliqua adparare coeperunt*. ubi cum in vett. edd. *ſegnius* reperiret Daviſius probum id eſse, hoc Salluſtii loco & Corn. Nepot. Datam. c. II. probare nititur contra Heinſium ad Ovid. II. Metam. v. 101. Tuetur etiam Gebhardus ad Nepotem, quibus addas Curt. VIII. c. X. num. 28. *quo vectus, ne obligato quidem vulnere*, haud ſegnius *deſtinata exſequebatur*. Sed utut in Curtio ferendum ſit, in Salluſtio mallem omnino *nihilo ſequius*.

Digitized by Google

CAP. LXXVI.

LXXIX.

1 SEd rex nihil jam infectum Metello credens, quippe qui omnia; arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipſam, ceteris imperitantem, induſtria vicerat, cum liberis & magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit: neque poſtea in ullo loco amplius una die, aut una nocte moratus, ſimulabat ſeſe negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare poſſe celeritate putabat. nam talia conſilia per otium, & ex opportunitate capi. At

ſequius. Hoc enim habet in ſuperiore *inſolita re perculſi*, quod contrario ſenſu inferat; at alterum nihil; cum & perculſi feſtinare ſoleant, & trepidare, quod haud ſegniter fieri ſolet. Codd. tamen omnes *ſegnius* habent, niſi quod Guelf. 11. *ſegnis* praeferat. *Bellum parare* cum Gloſſa non abſona hoc loco habet Auct. VIII. B. Gall. c. XXIV. *cum videret nullam jam eſſe civitatem, quae* bellum pararet, *quo ſibi reſiſteret*.

Idem nostri facere. Uratisl. 2. *idemque*; Vinar. 1. Acad. & Guelf. 6. *fecere*. non male. Gu. 10. *faciunt*. Cat. c. LX. num. 1. idem facit *hoſtium exercitus*. vide Eod. ad c. LV. nu. 2.

CAP. LXXVI. 1. Nihil jam M. infectum cred. MSS. Fabriciani, Baſil. 1. Acad. Incert. 1. Franc. cum quatuor aliis: *nihil jam infectum Metello credens*, atque ſic omnes edd. vett. *jam* omittunt Fabric. 2. Incert. 2. & Veneta 1470. priores illi ſcribunt, *nihil infectum a Metello*. fruſtra. *Infectum* dixit, pro eo, quod barbare eſſet *inſacibile*, uti *inacceſſus*, pro *inacceſſibili*, cet. Tacit. Agric. c. XVIII. nu. 7. *ut obſtupefacti hoſtes, qui claſſem, qui naves, qui mare exſpectabant, nihil arduum, aut* invictum crediderint *ſic ad bellum venientibus*. Apulej. 1. Metam. pag. 15. ed. Pricaei: *Nam & mihi, & tibi, & cunctis hominibus multa uſu venire mira, & paene* infecta.

Quippe qui omnia arma, tela. *Qui* omittit Veneta 1470. Praeterea poſt *omnia* aperte diſtinguunt Uratisl. 1. Fabric. 2. & Guelf. 2. recte, arbitror. Nam talia praemittere, aut ſubjungere ſolent, cum ipſas partes enarrant. Catullus Carm. XIX. v. 17. *Pro quis* omnia *honoribus* haec *neceſſe Priapo Praeſtare, & domini hortulum vineamque tueri*. Noſter infra c. LXXXV. nu. 4. *Adhoc alii ſi deliquere, vetus nobilitas, majorum fortia facta, cognatorum & adfinium opes, multae clientelae*, omnia haec *praeſidio adſunt*. adde III. Hiſt. Orat. Macri nu. 22. & 26. & quae notamus ad Cat. c. IX. num. 3. Horat. 1. Sat. II. pr. *Ambubajarum collegia, pharmacopolae, Mendici, mimae, balatrones*, hoc genus omne *Moeſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli*.

Locos, tempora. Ita Gruterus, & cum eo Baſil. 1. Fabriciani, Acad. & edd. vett. Ceteri fere *loca*, ut ſupra c. LIV. nu. 8. *qui ſua* loca *defendere nequiverat, in alienis bellum gerere*. At c. LXVI. nu. 1. *communire ſuos* locos.

Naturam ipsam, ceteris imperitantem. Diximus, quod ſatis ſuperque, ad c. LXXV. nu. 2. *ac naturam etiam vincere adgreditur*. Hunc locum reſpexit Guntherus Ligur. VI. v. 92. *At rex invictum quod ſuſcepiſſet agendum Nil patiens*, ipſam, quae cunctis imperat, *acri Ingenio fervens*, naturam *vincere tentat*. Guelf. 7. & 11. *imperantem*.

Ex oppido noctu profugit. *Ex* delet Gu. 11. pro *noctu* Vinar. 2. *nocte*, contra MSS. omnes & edd. vett. Supra Venetae priores: *& magna pecunia*.

In ullo loco amplius una die a. una n. Guelf. 7. & 10. *in uno loco*. ſed 6. & 9. *in nullo loco*, ut duplex ſit negatio, quam non prorſus refugiunt Latini. vide ſupra ad c. XIII. nu. 5. Baſil. 1. Eccard. Guelf. 6. 11. & 12. *uno die*. Deinde Fabric. 2. Guelf. 6. & 12. *aut nocte* omiſſo altero *una*. Sed has geminationes Salluſtio uſitatas eſſe, monſtravi ad Cat. c. XLIX. num. 1. & ſupra c. XIX. nu. 8. Guelf. 7. *morabatur*; Uratisl. 2. *ſimulatur*; Fabriciani, *gratia negotii*. Auct. VIII. B. Gall. c. XLIV. *Crebro enim* mutandis locis *multorum fidei ſe committebat, quod nuſquam diutius ſine periculo* commoraturus *videbatur, cum ſibi conſcius eſſet, quam inimicum deberet Caeſarem habere*. Inſigne exemplum Mithridatis apud Juſtin. XXXVII. c. II. Ruperto adnotatum, qui inſidias veritus, venandi ſtudium finxit, *quo per ſeptem annos neque urbis*,

Digitized by Google

At Metellus ubi oppidanos praelio intentos, ſimul oppidum & ope- 2
ribus, & loco munitum videt, vallo foſſaque moenia circumvenit.
Deinde locis ex copia maxume idoneis vineas agere, aggerem jace- 3
re, & ſuper aggerem impoſitis turribus opus & adminiſtros tutari.

Con-

urbis, neque ruris tecto uſus eſt; ſed per ſilvas vagatus, diverſis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus eſſet locis.

VITARE POSSE, CELERITATE PUTABAT. Sic MSS. omnes, qui modo non ſunt ſubleſtiſſimae fidei, item edd. vett. & Gruterus. Inepte alii *vitari*: neque cauſſam ſcio, niſi ea ſit proximum *capi*. de quo monui ad *c.* LIII. n.2. *Celeritate* Gloſſa Fabric.I. interpretatur, *locorum inſtabilitate*. ita quidem ſenſus requirit, ſed qui ita adhibuerit vocem, non reperio. Quare ſimpliciter intelligo *celeritate itinerum*, ut Tacit.IV. Hiſt.*c.*XXIV. *ut quam maximis per ripam itineribus* celeraret. Cic. XVI. ad Attic. epiſt.X. *ajunt enim eum Caeſariana uti* celeritate. Caeſar III.Civ. *c.*LXXIX. *Iis de cauſſis uterque eorum* celeritati *ſtudebat, ut ſuis eſſet auxilio, & ad opprimendos adverſarios, ne occaſio temporis deeſſet*. adde Corn. Nepot. Ageſil. *c.*II.& IV. Senat.2. *celeritatem*.

ET EX OPPORTUNITATE CAPI. *Et* deeſt Vinar.2. Incert.1. Uratisl.1. Eccard. Guelf.4.7.9. 10. At Guelf.3. *ex* omiſit, ut ſentire queas, ex compoſitione τῶν *&*, *ex* rem illam exſtitiſſe. Idem jam ſupra adnotavimus. Guelf.6. Fabric. 2. & edd. vett. *ſolent capi*; Guelf.7. 11. & 12. *capiuntur*. Difficile fuit illis a ſuperiore *putabat* exaudire; quamobrem Guelf.3. ſcripſit, *capi putabat*. Ita ſupra *c.*XLV.n.2. *magnum & ſapientem virum fuiſſe* comperior: *tanta temperantia inter ambitionem ſaevitiamque* moderatum. *Namque edicto primum adjumenta ignaviae* ſuſtuliſſe. ubi vide. adde infra *c.*LXXXII. num.3. item *c.*LIV. n.8. *ſequi* cogebatur, *& qui ſua loca defendere nequiverat, in alienis bellum* gerere. quomodo item *c.* LVI. nu.I. & Cat.*c.*XXX. nu.5. De *otio*, quod ſceleratiſſimis quibuſque conſiliis favet bene Caeſar II. Civ. *c.*XXX. *Erant ſententiae, quae conandum omnibus modis, caſtraque Vari obpugnanda cenſerent. quod* hujuſmodi *militum* conſiliis otium *maxime contrarium eſſe arbitrarentur*.

2. ET OPERIBUS ET LOCO MUNITUM. *Operibus*, i. munitionibus manu factis; *loco*, i. naturali ſitu. quomodo ſupra *c.* LVII. num.I. *id oppidum in campo ſitum, magis* opere, *quam* natura *munitum erat*. ubi vide. alibi *opportunitatem loci* eodem ſenſu dixit. vide *c.*XXXVII. num.4. Cap.LXI. nu.I. *in iis urbibus, quae ab ſe defecerant, ſatiſque munitae* loco, *aut* moenibus *erant, praeſidia imponit*.

VALLO FOSSAQUE. De his dictum ſupra ad *c.*XXIII. num.I.

3. DEINDE JUBET LOCIS EX COPIA M. ID. Guelf.2. a prima manu & 3. *deinde duobus locis*. Sed neque *jubet*, neque *duobus* habent Vinar.I. & Uratisl.I. Ordo etiam turbatur in Fabric. 2. *Deinde ex copia jubet*, cet. Glareanus quoque *jubet* in ſuis Codd. omnibus non reperiſſe videtur, atque is pro ſuperfluo habet. Ipſe induxi illud, quod alibi viderim frequenter ab librariis inculcatum; & de ſimili mendo dixi ſupra ad *c.*LXII. nu.6. & eodem prorſus modo loquitur ſupra *c.*XXXVII.extr. EX COPIA, quid denotet, incertus eſt Glareanus; ſed poſtea cum Soldo *de locorum multitudine* accipit. Recte illud. dicitur enim pro *ex omni copia* locorum, quibus vineas agere potuiſſet: neque vero iis omnia loca apta eſſe, clare docet Livius XXI. *c.*VIII. infra *c.*XCIII. num.8. *Itaque* ex copia *tubicinum & cornicinum quinque numero quam velociſſimos delegit*. Auct. B. Alexandr. *c.*XV. *quin* ex omni *proſpectu locum ſpectaculo caperet*. Male Guelf.10. *ex copia rerum*, quod ex *c.*XXXIX. num.5. deſumtum eſt, & 6. *ex opida*.

SUPERQUE EAS AGGEREM JACERE, ET SUPER AGGEREM. Corrupta haec eſſe, jam viderunt Glareanus & Popma; neque doctiores librarii tantam inſcitiam & abſurditatem in Salluſtio toleraſſent, niſi *ſuperque eas* forte pro *praeterea* accepiſſent. Quis enim vel fando audivit, vel adeo ſecunda imaginatione praeditus eſt, ut *ſuper vineas* aggerem & turres impoſitas fingere ſibi queat? Accedit aeſtus MSS. qui Verbum *impoſitis* & Pronomen *eas* varie transjiciunt: & Guelf. 3. *ſubterque eas* ſcribit; Gu. I. & Vinar. I. *ſuper eaſque*; Guelf. 6. *ſuper eos*; Senat.2. & Heuſſ. *eas* omittunt; In Fabric. 2. *jacere & ſuper aggerem* non eſt perſcriptum in contextu. Quae omnia plus ſatis confirmant, ea, *ſuperque eas* non eſſe ab Salluſtio, ſed alieni ingenii foetum: fortaſſe inde primum procreatum, quod *ſuperque eum* pro his, *& ſuper aggerem*, in quodam libro perſcriptum fuit. Uſus autem aggeris in oppugnatione, ut in eo turres tormentaque locarent, quod bene deſcripſit Lucanus III. *v.* 394. adde ſupra *cap.* XXXVII. num.4.

OPUS

4 Contra haec oppidani feſtinare, parare: prorſus ab utriſque nihil
5 reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore praeliiſque
fatigati, poſt dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido mo-
6 do potiti: praeda omnis ab perfugis corrupta. Ii poſtquam murum
arietibus feriri, reſque ſuas adflictas vident, aurum atque argen-
tum,

OPUS & ADMINISTROS TUTARI. Vinar. 1. *opus aminiſtris tutari*. Fabric. 2. *opus & adminiſtrantes*. Incert. 1. & Guelf. 12. *miniſtros*. perperam: etiamſi Glareanus Aldo ſuccenſeat, quod *adminiſtros*, non *miniſtros* ediderit. infra *cap.* XCII. num. 9. *milites neque pro opere conſiſtere, --- neque inter vineas ſine periculo* adminiſtrare. quo plura contulimus.

4. CONTRA HAEC OPPIDANI FESTINARE. Deeſt haec Guelf. 6. & 11. atque ita Tacitum loqui, notamus ad Cat. *c.* XXXVIII. n. 2. *Contra eos ſumma ope nitebatur pleraque nobilitas*. adde Jug. *cap.* 1. n. 2. Guelf. 9. *praeparare*.

AB UTRISQUE NIHIL RELIQUUM FIERI. Gu. 6. *ab utriuſque*. Eccard. *nil reliquum*. Dicunt autem *nihil reliquum*, & *nihil reliqui*. vide Cat. *cap.* XXVIII. extr. Cic. III. epiſt. XIII. n. 2. & VII. epiſt. XXVIII. n. 8.

5. MULTO ANTE LABORE PRAELIISQUE. Uratisl. 1. *multum ante labore*; 3. *praeſidiisque*; Guelf. 9. *laborare*.

QUAM EO VENTUM ERAT. Guelf. 3. *quo eo ventum*; 11. *qua eo ventum*. Cicero *quibus* dixiſſet, ut V. epiſt. XX. n. 20. Ipſe tamen alibi *cum* & *quam* in ſimili conſtructione, etiam ubi *poſt* non praeceſſerat. Corn. Nepos Ariſt. *cap.* III. *Deceſsit fere* poſt *annum quartum*, quam *Temiſtocles Athenis erat expulſus*. Livius XXVIII. *cap.* XLV. *Die quadrageſimo quinto*, quam *ex ſilvis detracta erat*. Id. XLIII. *cap.* IX. Intra *dies ſexaginta*, quam *in provinciam venit*. Contrahit formulam Juſtin. XXXVIII. *c.* VIII. pr. *Sic excitatis militibus*, poſt *annos tres & viginti* ſumti regni, *in Romana bella deſcendit*. Guelf. 12. *quam eo ventum eſt*. immo tolle Verbum Subſtantivum. *cap.* LXXV. num. 7.

OPPIDO MODO POTITI. Rectius Uratisl. 5. *oppidi*. Omittunt *modo* Fabric. 2. Uratisl. 1. & Guelf. 1. non audio. Poſuit pro *tantummodo*, reſpiciens ad *praedam*, qua non potiti ſunt Romani. infra *cap.* LXXVIII. n. 4. *Ejus civitatis lingua* modo *converſa connubio Numidarum: legum cultuſque pleraque Sidonica*. Supra *cap.* L. n. 5. *ipſi* modo *eminus ſauciabantur: neque contra feriundi, aut manum conſerundi poteſtas erat*.

PRAEDA OMNIS A PERFUGIS CORRUPTA. Gu. 4. *praeda rerum omnis*, inutili & ſupervacua limitatione. Vinarienſes, Fabric. 1. Senat. 1. Eccard. Guelf. 1. 4. & 7. *ab perfugis*: ita ſupra *cap.* L. n. 6. *ab perſequendo*, in melioribus libris. *Corrupta*, nempe *igni*, quod mox addit. Caeſar. VII. Gall. *cap.* LXIV. *aequo modo animo ſua ipſi* frumenta corrumpant, *aedificiaque incendant*, &c. Liv. XXI. *cap.* XV. *pleraque ab dominis de induſtria* corrupta *erant*.

6. MURUM ARIETIBUS FERIRI. Cum aries murum percuſſiſset, vix ſine direptione civitatis deditio permittebatur, quod ex loco Caeſaris II. Gall. *cap.* XXXII. viri docti probant, *Se magis*, inquit Caeſar, *conſuetudine ſua, quam merito eorum, civitatem conſervaturum, ſi prius, quam* aries *murum attigiſſet, ſe dedidiſſent*. ibi vide Jo. Brantium. Ea cauſſa durior certe Thalenſium videbatur conditio, ſed duriſſima perfugarum. *Ferire* eleganter de *ariete*, etiam Livius XXI. *cap.* VIII. *jam enim feriebantur arietibus muri*. Patet ergo fuiſſe machinam ſternendis muris, de cujus origine Vitruvius X. *cap.* XIX. *Primum ad oppugnationes* Aries *ſic inventus eſſe memoratur*. *Carthaginienſes ad Gades oppugnandas caſtra poſuerunt. Cum autem caſtellum ante cepiſſent, id demoliri ſunt conati. Poſtquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumſerunt* tignum, *idque manibus ſuſtinentes, capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines dejiciebant, & ita gradatim ex ordine totam munitionem diſſipaverunt*. Vide omnino Lipſium III. Poliorc. Dial. 1. & Stewech. ad Veget. IV. *cap.* XIV.

RESQUE SUAS ADFLICTAS VIDENT. Unus ex noſtris *adverſas*. Sed adverſae res non compellunt ad ultimam deſperationem. Juſtin. IV. *cap.* V. *dum* res *quamvis* adflictae, *nondum tamen perditae forent*. *Adflictae*, i. inclinatae, in anguſtias redactae, peſſumdatae, quomodo ſaepe ea voce Cicero utitur. vide ad Cat. *cap.* V. num. 5. locum adſcriptum. Tacitus III. Hiſt. *cap.* XLVI. *Externa vi & perfidia ſociali prope* adflicta *Romana* res. IV. Hiſtor. *cap.* XIV. *Numquam magis* adflictam rem *Romanam*.

AURUM ATQUE ARGENTUM. Edd. vulgares, *aurum argentumque*. Sed Gruteriani MSS. *aurum, argentum*, ſine copula. Waſſius, *aurum atque argentum*, & ſic Baſil. 1. Fabriciani, Incer-

tum, & alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino & epulis onerati, illaque, & domum, & ſemet igni corrumpunt; & quas victi ab hoſtibus poenas metuerent, eas ipſi volentes pependere.

CAP.

Incerti, & edd. vett. Guelf. 6. & 10. *aurum & argentum*.

QUAE PRIMA DUCUNTUR. Eccard. *dicuntur*. Vinar. 1. & Fabric. 2. *ducunt*, quod probaverim, intelligens *homines*, *mortales*, quod addidit ſupra *c.* XLI. n. 1. id vero Latini eleganter intelligunt, ut monſtravi ad Cat. *cap.* LI. num. 40. hic vero *illi* etiam intelligi poſſet. Quae *prima* nominentur, expoſui ad Cat. *cap.* XXXVI. n. 4. Ea non male *cariſſimas res* vocat Auct. B. Afric. *cap.* XCI.

DOMUM REGIAM COMPORTANT. Fabric. 2. Franc. & Guelf. 7. *in domum regiam*: quomodo Cat. *c.* XL. n. 5. *ille eos* in domum *Decimi Bruti perducit*. Sed uti Pronomina Poſſeſſiva frequenter eodem Caſu adjunguntur nomini *domi*, *domo*, *domum*; ſic et Adjectiva Poſſeſſionem notantia. Cat. *cap.* XXXVIII. num. 1. *de improviſo* domi ſuae *imparatum confodere*. Corn. Nepos Pelop. *cap.* II. extrem. *qui cum tempore ipſo*, *quo ſtuduerant*, *perveniſſent*, domum Charonis *devenerunt*, *a quo & tempus & dies erat datus*. Cic. IV. epiſt. VII. n. 10. *nonne mavis ſine periculo* domi tuae *eſſe*, *quam cum periculo* alienae.

IBI VINO & EPULIS ONERATI. Veneta 1470. 1490. 1493. 1500. Viteb. & Lipſ. 1510. *gravati*; quod eſt mera interpretatio. Curt. IV. *cap.* IV. n. 5. *laetique omine eo ad epulas dilapſi* oneravere *ſe* vino; *quo graves orto ſole navigia conſcendunt*. Id. V. *cap.* VII. n. 4. *unus & alter*, *& ipſi* mero onerati, *adſentiunt*. Juſtin. I. *cap.* VIII. n. 6. *inſuetos barbaros* vino *ſe* onerare *patitur*. Petron. Sat. *cap.* L. *nec non cocus* potione oneratus *eſt*. Sueton. Tiber. *cap.* LXI. *largi meri* potione oneratos. Ita nempe multi deſperabundi & morti vicini acerbitatem mortis vincere adniſi ſunt, ut onerati vino, & ad laetitiam artibus aliis excitati non ſentirent illud, quod natura animalium integra & ſana perhorreſcit.

ILLAQUE & DOMUM & SEMET IGNI CORRUMPUNT. Guelf. 6. *illamque domum & ſemet*; 9. *& illa*, *& domum*, *& ſemet*. 11. omittit *igni*, forte, quia ſupra non eſt additum. Habet Florus II. *cap.* VI. n. 6. *tum deſuper ſe ſuoſque*, *cum omnibus opibus ſuis ferro & igni* corrumpunt. Noſter infra *cap.* XCII. n. 3. *plura propter Capſenſium miſerias* igni corrumpit. ut male Baſil. 1. *igni comburunt*. Eodem conſilio Rex Juba maximam pyram conſtruxerat, ut, rebus perditis, ſeſe cum liberis, conjugibus, civibus & gaza concremaret, Auct. B. Afric. *c.* XCI. item Sardanapalus, qui hoc ſolo imitatus virum, teſte Juſtino I. *cap.* III. Plura exempla collegere Bernegger. ad Juſtin. XIII. *cap.* VI. Freinshem. ad Flor. II. *cap.* XVIII. n. 15. adde Drackenborch. ad Silium II. *v.* 579. & Zevecot. ad Flor. pag. 181.

AB HOSTIBUS POENAS METUERANT. Nam eodem modo victores ſaepe in hoſtes graſſati. vide infra *cap.* XCI. ad fin. Equites Scipionis cum a Paradenſibus non reciperentur *vi oppido potiti in medio foro lignis coacervatis omnibuſque rebus eorum congeſtis*, *ignem ſubjiciunt*, *atque ejus oppidi incolas cujuſque generis aetatiſque vivos conſtrictoſque in flammas conjiciunt*, *atque ita acerbiſſimo adficiunt ſupplicio*, Auct. B. Afric. *cap.* LXXXVII. *Poenas* ergo ſignate, reſpectu perfugarum proprie, item eorum, qui ſeſe non ſtatim dedidiſſent. Alioquin & calamitates, quas victi a victoribus patiuntur, eo nomine veniunt, quod docuit I. Fr. Gronovius ad haec Juſtin. III. *cap.* V. *Dein*, *cum per annos octoginta gravia ſervitutis verbera plerumque et vincula*, *ceteraque captivitatis mala perpeſſi eſſent*, *poſt longam* poenarum *patientiam*, *bellum inſtaurant*. Sed *metuerant* non eſt in omnibus libris: nam Incert. 1. Senat. 2. & Heuſſ. *metuerant*; At Fabriciani, Senat. 1. Guelf. 1. & 6. Veneta 1470. *metuerent*, quod adprobavi. Incertum enim, an vere metuerint tales poenas, & *metuerent* eſt *metuere potuiſſent*. Caeſar. I. Gall. *cap.* XL. *qui tandem* vererentur, *aut cur de ſua virtute aut de ipſius diligentia* deſperarent? et mox: *quos tamen aliquis uſus ac diſciplina* ſublevaret. Noſter ſupra *cap.* I. n. 5. *non* regerentur *magis*, *quam* regerent *caſus*, *& eo magnitudinis* procederent, *ubi pro mortalibus gloria aeterni* fierent. Et cui certa dictio magis placet, noverit ille, eam poſt Pronomen relativum ſaepiſſime mutari in incertam. vide Cat. *c.* XX. n. 11. Eod. *c.* XXXIX. extr. ut vel hac ratione *metuerent* immutari non licuiſſet.

IPSI VOLENTES PEPENDERE. Malebat Gruterus, *pendere*, atque ita eſt in Guelf. 3. 7. 10. Fabricianis, Vinar. Uratislavienſibus, Incert. 2. Senat. 2. Heuſſ. et Franc. proclivi lapſu. Nam Gruterum in eadem cauſſa jam ſupra refutavimus

CAP. LXXVII.

1 SEd pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes, *uti praeſidium praefectumque eo mitteret; Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factioſum, novis rebus ſtudere; advorſum quem neque imperia magiſtratuum, neque leges valerent: ni id feſtinaret, in ſummo periculo ſuam ſalutem, illorum ſocios*

mus *c.* LXVII. num.2. adde *c.* XXVI. num.3. *Volentes*, ut Statius II. Silv. VI. *v.* 15. *cui dulce* volenti *Servitium, cui triſte nihil*. Sulpic. Sev. I. Hiſt. *c.* XXV. *daret* volentibus *diſcedendi poteſtatem*. Virg. VIII. Aen. *v.* 275. *Communemque vocate deum & date vina* volentes. ita ille ſaepe. Guelf. 1. *perpendere*. 11. *perdere*.

CAP. LXXVII. 1. PARITER CUM CAPTA THALA. In Guelf. 3. eraſa eſt particula *cum*; 12. *cum capta Thala erat*, eidemque deeſt *ad Metellum*. *pariter cum* fuſius illuſtravimus ſupra ad *c.* LXVIII. num. 2. pariter cum *occaſu ſolis expeditos educit*. Fabric. 1. *veniunt*. alterum pro var. lect.

ORANTES, UTI PRAESID. PR. EO MITTERET. *Eo* deeſt Guelf. 3. & 9. atque hic quidem *committeret* ſcribit plane ut Fabric. 2. 10. *eo imponeret*; quod eſt pro Grutero, qui *uti eo mitteret* expungit, legitque: *orantes praeſidium praefectumque*, quod etiam confirmatur extr. h. *cap.* At Senat. 2. Heuſſ. *oraret*; Guelf. autem 12. *orantes* prorſus abjecit. Unde legeres: *legati--- venerant, uti praeſidium* cet. omiſſo verbo *orantes*, quod ita addiderunt, ut ſupra *c.* LXII. n.3. *qui dicerent*. Sequitur autem itidem n. 2. *rogatum*, & nu.4. *quae petebant*.

HAMILCAREM QUEMDAM. Eccard. Guelf. 4. 10. 12. *Hamilcarem dicebant quemdam*. 6. Uratisl. 3. Academ. & Franc. *Bomilcarem*; quia ſcilicet id nomen in Noſtro eſt altero frequentius.

SUAM SALUTEM, ILLORUM SOCIOS F. Fabriciani, Incerti, Senat. 1. Franc. Acad. Uratisl. 1. Eccard. Guelf. 3. 6. 9. 11. 12. *& illorum ſocios*, quomodo edd. vett. Fabric. 1. a prima manu acceperat, *& illos ſocios*, ſed eadem manus *illorum* ſtatim mox repoſuit. Gruterus, praeceps ille ad quidlibet eliminandum, duas voces *illorum ſocios*, pro Gloſſa declarat, quas nec ceteri interpp. ſatis capiunt, ut fere ſolent in remotioribus formulis. *Illorum* male ad Leptitanos referas, recte ad Romanos, quorum illi ſocii erant. Sic Pronomine utitur ſupra *c.* LVI. num.4. *ſimul magna voce Siccenſes hortatur, cohortes ab tergo circumveniant, fortunam* illis *praeclari facineris caſum dare*. *c.* LXI. num. 4. *Si Jugurtham vivum aut necatum ſibi tradidiſſet, fore ut* illi *ſenatus impunitatem & ſua omnia concederet*. Verum tamen hoc non adeo obſcurum, aut inſolens eſſe potuit, quam genus adpoſitionis, *ſuam ſalutem, illorum ſocios*, cum Canones minimum juſſiſſent: *ſuam ſociorum ſalutem*. quomodo Auſonius Ep. XXIII. *nec culpa duorum iſta, ſed* unius *tantum* tua. Cic. XI. Att. epiſt. XV. Solius meum *peccatum corrigi non poteſt*. Plautus Menaechm. A. V. Sc. II. *v.* 118. *Imperium* tuum *demutat atque dictum* Apollinis. Seneca Epiſt. XCII. pag. 427. *non coena, aut ambulatio, aut veſtis bona ſunt, ſed* meum *in his propoſitum*, ſervantis *in quaque re ratione convenientem modum*. cum obſervatione Gronovii. Unde, credo, factum, ut quidam libri oſtenderent: *illorum ſociorum eſſe*, quod tamen in nullis ex noſtris deprehendimus. Neque omnino opus eſt mutatione. Nam uti alibi ſaepe Salluſtius quaedam diſtincte proponit, ſignificatus cauſſa; quae, abſque hoc foret, adſtrictius dici potuiſſent: vide infra *c.* LXXVIII. extr. ita & haec *illorum ſocios*, tamquam ſola poſita eſſent, a ſuperioribus ſeparavit, quoniam in eo maxima vis poſita eſt. Et jam alibi adnotavimus Adpoſitionem non neceſſario eodem caſu proferri debere. vide modo ad ea *c.* XXXIII. num.2. *& quamquam* in ipſo *magna vis animi erat*, confirmatus *ab omnibus*. adde Cat. *c.* LIII. num.5. & *c.* LIV. num.4. Accedit Livius II. *c.* III. *Erant adoleſcentes*, quorum *in regno libido ſolutior fuerat*, aequales ſodaleſ*que adoleſcentium Tarquiniorum*. Senſus requirebat, *aequalium ſodaliumque*. Item Seneca de Tranqu. *c.* I. Illum *tamen* habitum *in me maxime deprehendo, nec bona fide* liberatum *iis, quae timebam & oderam nec rurſus* obnoxium. quaſi eſſet: *nec bona fide liberatum me deprehendo*: nam ad *habitum* haec referri non poſſunt. Vopiſcus Tacito *c.* XIII. *Et prima quidem* illi *cura* imperatoris

ſocios fore. Nam Leptitani jam inde a principio belli Jugurthini 2
ad Beſtiam conſulem, & poſtea Romam miſerant, amicitiam ſo-
cietatemque rogatum. Deinde, ubi ea impetrata, ſemper boni 3
fideleſque manſere, & cuncta a Beſtia, Albino Metelloque impe-
rata navi fecerant. Itaque ab imperatore facile, quae petebant, 4
adepti. Emiſſae eo cohortes Ligurum quatuor, & C. Annius prae-
fectus.

CAP. LXXVIII.

LXXX.
ID oppidum ab Sidoniis conditum, quos accepimus profugos ob di- 1
ſcordias civilis, navibus in eos locos veniſſe: ceterum ſitum
inter

toris *facti haec fuit*. ubi in anguſtum coactas Salmaſii copias videas, qui alieno Ciceronis loco dictionem tuetur. Igitur ut Cat. *cap.* XX. num. 2. ſpes *magna*, dominatio, *in manibus fruſtra fuiſſent*, recte dixerat, pro eo quod quidam malebant *dominationis*: ita hic *illorum ſocios*, pro *qui illorum ſocii eſſent*. adde ſupra *c.* LXI. num. 4.

2. JAM INDE A PRINCIPIO BELLI JUGURTHINI. Eccard. Guelf. 7. 11. 12. Incert. 2. & duo alii, *jam ante*, vel *jam antea a principio*. Acad. *jam idem a pr.* Supra *c.* XIV. nu. 2. *& jam ab ſtirpe ſocium*. At Fabric. 2. & Guelf. 10. *jam inde* omittunt, quibus non magis opus eſt, quam additamento *Jugurthini*.

3. UBI EA IMPETRATA. Alii, *ubi ea impetrata fuere*; Eccard. *ubi ea ſunt impetrata*; Guelf. 6. *ea ubi fuere impetrata*. Sed Verbo Subſtantivo carent Guelf. 1. 2. 3. Senatorii, Vinarienſes, Heuſſ. & Academicus. Fabriciani, *impetrata ſunt*.

BONI FIDELESQUE MANSERE. *Boni fideleſque* veluti ſollemnis adpellatio *ſociorum*, vide ſupra ad *c.* V. num. 5.

NAVE FECERUNT. Ita Gruterus ex melioribus ſuis. ita etiam Guelf. 1. Senat. 1. Vinar. 1. Fabric. 2. quo & pertinet Guelf. 3. Uratiſl. 2. *ignave*; Guelf. 1. *grave*. At 2. & 7. *naviter*; Eccard. Incerti, Guelf. 6. 12. & edd. vett. *gnaviter*; Uratiſl. 3. & Guelf. 11. *graviter*. Ceteri *navi*, quomodo Carrio. & parum ſane refert *nave*, an *navi*; item *gnave*, an *gnavi* ſcripſeris. Nam veteres utraque Terminatione haec Adverbia proferebant, utroque etiam modo, vel per nudum *n*, vel per *gn* hoc vocabulum ſcribebant, ſicuti *naeus* & *gnaeus*, alia talia, quae alio loco collegimus. vide Quinctilian. I. *c.* VII. Priſcian. II. p. 569. Terent. Maur. pag. 2402. *Nave* autem Feſtus citat ex Plauti Frivolaria: Nave *agere oportet, quod agas; non ductarie*. ut *ignave* Cicero II. Tuſc. Qu. *c.* XXIII. Horatius II. Epiſt. I. *v.* 67. Attamen, cum Salluſtius alibi potius Nomina pro Adverbiis adhibere ſoleat, vide *c.* LII. num. 5. adprobarem libenter *navi*, pro diligentes, ſtrenui: quod & uſus, & ratio hoc loco permittunt. De ſcriptura *navi*, pro *gnavi*, vide N. Heinſium ad Ovid. V. Triſt. eleg. III. *v.* 37.

4. QUAE PETEBANT ADEPTI. Fabric. 1. *quod petebant*. Acad. Uratiſl. 1. & ceteri hujus generis *adepti ſunt*. Remenſ. 1. *ademti*.

EMISSAE EO COHORTES LIGURUM III. *Eo* non ſuo loco exhibent Eccard. & Guelf. 4. Pro *emiſſae*, Guelf. 3. *miſſae*, quomodo olim legebatur. Vinar. 1. & Fabric. 2. *Eo miſſae cohortes Ligurum* IV. *Emittere tela*, illuſtravimus ſupra ad *c.* LVII. num. 6. Sed an aeque eleganter *emittere cohortes* dicatur, nondum exploratum habeo. etſi ſciam Juſtini XLII. *cap.* IV. *ad poſtremum in ſecuros laetoſque partem legionem* emiſit. Curt. IX. *cap.* IX. num. 5. *Paucos tamen navigio* emiſit *in ripam, qui agreſtes vagos exciperent*. *Cohors Ligurum* memorata etiam ſupra *cap.* XXXVIII. num. 6. Mox pro C. *Annius*, edd. vett. *D. Annius*; Veneta 1470. & Guelf. 11. *G. Antonius*; Guelf. 6. *Sannius praefectus*.

CAP. LXXVIII. 1. AB SIDONIIS CONDITUM EST. Phoenices nempe multarum in Africa urbium conditores memorantur. vide ſupra ad *c.* XIX. n. 1. & de urbe *Sidon* ejuſque origine plura Cellarius III. *c.* XII. p. 450. 451. *Tyriis* oriundam facit Leptin Plinius V. *cap.* XIX. quem-

Digitized by Google

2 inter duas Syrtis, quibus nomen ex re inditum. Nam duo ſunt ſinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxuma terrae praealta ſunt; cetera, uti fors tulit, alta;
3 alia in tempeſtate vadoſa. Nam ubi mare magnum eſſe, & ſaevire ven-

admodum in aliis Tyrii & Sidonii conſunduntur, populi ejuſdem originis. Vinar. 1. Fabric. 2. & Guelf. 12. *ab Sidonis*.

PROFUGOS, OB DISCORDIAS CIVILIS. Propter diſcordias domeſticas multos alias ſibi ſedes quaeſiviſſe exemplis probat Gruterus ad Liv. I. *c.* XXXIV. ubi tamen in hoc Salluſtii loco oppida Leptin & Thalam conſundit. Alias cauſſas coloniarum vide ſupra *c.* XIX. n. 2. Gu. 10. *ob civilem diſcordiam*.

INTER DUAS SYRTIS. *Syrtes* ita clare deſcripſit Criſpus Noſter, ut nihil inſuper addi poſſe videatur. addo tamen Tibullum III. eleg. IV. *v.* 91. qui *horrendam Syrtim* vocat, ut ſimul admoneam, Brockhuſium quaedam ibidem de iis adnotaſſe. addo propter Leptin Statium IV. Silv. V. *verſ.* 29.

Tene in remotis Syrtibus *avia*
Leptis *creavit?*

vide & Curt. IV. *c.* VII. nu. 20. Hegeſippus II. *c.* IX. *Nec* Syrtes *praeteribo, terribiles etiam ſolo auditu*. Regionem Syrticam optime omnium deſcripſit Cellarius IV. *c.* III. pag. 117. ſeqq. Eccard. *Syrtus*.

QUIBUS NOMEN EX RE INDITUM. *Ex re*, i. ex natura ſua, quia vere *trahunt*, & *ἀπὸ τοῦ σύρειν* nomen acceperunt. Caſſius Hemina apud Plin. XXIX. *c.* I. *Vulnerarium eum fuiſſe* e re *dictum*, i. a vulneribus curandis. Florus I. *c.* VII. *Cui cognomen ſuperbo* ex moribus *datum*. Pomp. Mela III. *c.* VII. *Ad Tamum inſula eſt Chryſe, ad Gangem Argyre —— atque ita, ut maxime videtur, aut* ex re *nomen, aut* ex vocabulo *ficta fabula eſt*. Horat. II. Sat. II. *v.* 56. *Cui canis* ex vero *ductum cognomen adhaeret*. adde Cat. *c.* X. nu. 5. Solent autem Latini alia etiam vocabula eodem modo interpretari. vide Gronov. ad Senec. I. de Ira *c.* III.

2. PROPE IN EXTREMA AFRICA. *Prope* non legitur in Guelf. 9. quam tamen particulam ſenſus haud damnat. Incert. 2. & Uratisl. 3. *in extrema parte Africae*, quae mera Gloſſa, qualem fere vidimus Cat. *c.* XVI. nu. 5. *in* extremis terris *bellum gerebat*. Sic *extrema Gallia, extremus lectus*, quae ad Ciceronem adnotavimus. Plautus Ciſtellar. extr. *More majorum plauſum date* poſtrema *in comoedia*. Celſus II. *cap.* I. *At ſi a* prima *hieme ad* ultimum *ver Auſtri continuarint, laterum dolores & inſania febricitantium —— quam celerrime rapiunt*. Noſter infra *cap.* CVIII. num. I. *coecum corpus*.

IMPARES MAGNITUDINE, PARI NATURA. Vinar. 1. Senat. 2. Heuſſ. Incert. 2. Eccard. Guelf. 4. 6. 7. & 9. *pares* natura; ut ſcilicet reſponderet exacte *τῷ impares*. Sed vide ſupra ad *c.* LVII. extr.

PROXUMA TERRAE PRAEALTA SUNT. Acad. Incert. 2. Guelf. 6. 7. 10. 11. 12. *proxuma loca terrae*, quomodo peccatum *c.* XXXI. num. 8. & alibi ſaepius. Uratisl. 2. *perlati ſunt*. Eccard. Acad. Guelf. 6. 7. 9. Uratisl. 1. & 3. *peralta*. Curtius IV. *c.* II. num. 9. *muros turreſque urbis* praealtum *mare ambiebat*. num. 19. *quidquid ingerebatur* praealtum *abſorbebat mare*. Tacitus V. Hiſt. *cap.* XV. *cum* praealtis *paludibus arma equique haurirentur*. Certiſſimum autem eſt, ſcripſiſſe Salluſtium *proxuma terram*, ut alibi ſemper. Vidit Gronovius III. Obſerv. *c.* II. & cum eo Rupertus.

ALTA; ALIA IN TEMPESTATE VADOSA. *Alta* omittit Guelf. 6. & 12. *in* I. ſcribit, *in tempeſti peſtate*. Rutilius I. Itiner. *v.* 453. *In Volaterranum, vero* vada *nomine tractum Ingreſſus dubii tramitis* alta *lego*. Et ſic Curtius *praealtum* mare & *vadum* opponit. Eccard. *uti fortuna tulit*: plures *fors*, pro *fors*: ſicuti *c.* I. n. I. Barthius corrigit, *alia alta, alia in* cet. ad Stat. I. Theb. *v.* 687. ſed infeliciter.

3. NAM UBI MARE MAGNUM ESSE. *Magnum* vocat hic mare intumeſcens, & tempeſtate inflatum, ut in noto illo Lucretii II. princ. *Suave* mari magno *turbantibus aequora ventis E terra magnum alterius ſpectare laborem*. quem cum Salluſtio comparavit Jan. Douſa Praecidan. pro Catullo Carm. XXV. *velut minuta* magno *Deprenſa navis* in mari, *veſaniente vento*, *c.* VI. pag. 394. & jam Servius *magnum* interpretatus eſt *procelloſum*. vide Jan. Douſam F. ad Catullum Not. *c.* III. pag. 534. & Giſanium ad Lucretium.

ET SAEVIRE VENTIS COEPIT. Eccard. *ventibus*; Gu. 10. *venus*. At Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 1. & 7. *& ſaevire* ventus *coepit*. Recte quidem *ventus ſaevit*, & habes apud Tacitum & Caeſar. III. Gall. *c.* XIII. *Accedebat, ut cum* ſaevire ventus *coepiſſet, & ſe vento dediſſent*, cet. At alterum juxta probum & tuetur Silius XIII. *v.* 600.

Sae-

ventis coepit, limum arenamque & ſaxa ingentia fluctus trahunt:
ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur. Ejus civitatis lingua 4
modo converſa connubio Numidarum: leges, cultuſque pleraque Sidonica. quae eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis
aetatem agebant. Inter illos & frequentem Numidiam multi vaſti- 5
que loci erant.

CAP.

Saevit ſtridoribus *arbor*. Rutilius I. Itiner. *v.* 187. *Occidua infido dum* ſaevit gurgite *Plias*, *Dumque proceIloſi temporis ira cadit*. *coepit* deeſt Uratisl. 2. non bene.

ITA FACIES LOCORUM CUM V. S. MUTATUR. Guelf. 12. *mutatur ſimul*; 7. *ſimul immutatur*. fortaſſe ſupervacuum exiſtimabis illud *ſimul*. *Facies* de animatis & inanimis dicitur. vide Cat. *c.* XV. extr. & *c.* XXXI. num. I. & ſic de ſitu Sardiniae Noſter II. Hiſt. facie *veſtigii humani*. Tacit. IV. Ann. *c.* LXVII. *Antequam Veſuvius mons ardeſcens* faciem loci *verteret*. Boetius I. Proſa IV. *Nihilne te ipſa* loci facies *movet*. & Proſa V. *Itaque non tam me* loci hujus, *quam tua* facies *movet*.

MUTATUR: SYRTES AB TRACTU NOMINATAE. EJUS CIV. Ita adhuc in edd. noſtris legimus. Sed jam Putſchius admonuit, ea ſuperflua eſſe. Neque ipſe ſuperflua tantum cenſeo, ſed adeo putida, aut ſi quid majus dicendum eſt, ut ex permultis Gloſſis quae Salluſtium adhuc dehoneſtarunt, haec una ſit apertiſſima eademque teterrima. Ex Salluſtio autem non dicam; ex nullo probato Scriptore hujus explanationis, ſi hoc nomine digna, exemplum nemo umquam adferre poterit; niſi forte librariorum commenta ſequi voluerit. Adhoc ne ſuo quidem loco poſita eſt, & quo nunc legitur ne habet quidem ſub leviſſima ſpecie, quod ſententiae addat. Quid autem aliud: *Syrtibus ex re nomen inditum*, quam *Syrtes ab tractu nominatae?* Waſſius adfert ex Cat. *c.* VI. num. 6. *hi vel aetate, vel curae ſimilitudine Patres adpellabantur*. additque: Quare nihil muto. Sed quid ille locus vel adjumenti ſimile habeat, nondum perſpexi: neque Waſſium credo perſpexiſſe. MSS. omnes agnoſcunt, niſi quod in Guelf. 2. a prima manu inductae ſint quatuor illae voces. Remenſ. 2. *abſtractu nominatae*; Guelf. 6. *obtractu*. At edd. vett. Veneta 1490. quam quidem aetatem illi adſigno, cum tempus impreſſionis non ſit adjectum, 1493. 1500. Viteberg. Lipſienſ. 1510. plane non habent, nec ſuſpicionem temere omiſſarum praebent, niſi quod poſt *mutatur* majore diſtinctione poſita incipiant; *Igitur ejus civitatis* cet. Et cum his noſtra potius incedat, quam inani ſuperſtitione manifeſto falſa retineat.

4. LINGUA MODO CONVERSA. Poſtrema vox deficit Vinar. I. ſed cum incommodo magno ſententiae. de *modo* diximus ad *c.* LXXVI. num. 5. Uratisl. 2. *connubia Numidarum*.

LEGUM CULTUSQUE PLERAQUE SIDONICA. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 3. *leges cultuſque & inſtituta pleraque*; Vinar. I. Incert. 2. Guelf. 6. Veneta 1470. ceteraeque vett. *leges*, *cultuſque pleraque Sedonica*. quod non temere damnaverim, ni vulgato praeferam. tum, quod Neutrum *pleraque* ad *leges cultuſque* uſitate ſatis referatur, vide ſupra *c.* LXXVI. nu. I. tum maxime, quod & *cultus* ſecundo Caſu accipere queas, etiamſi *leges* non eo ſit Caſu poſitum: quod ſupra confirmavimus exemplo Flori: *ubi mox & ipſe, & exercitus ardor elanguit*. vide ad *c.* XLVII. nu. 2. Dicas, *leges* Sidoniacae omnes eſſe non potuerunt, cum ſub imperio regio eſſent. At illud ſenſerunt MSS. cum ſuo *inſtituta*, ut molliore ſenſu acciperent vocabulum *leges*. Et erant etiam ſub regibus civitates, qui *ſuis legibus* viverent. Quod de Leptitanis apertum eſt, quod ſtatim, bello cum Jugurtha incipiente, *Romam miſerunt*, *amicitiam ſocietatemque rogatum*. Et ſic Capſenſes infra *cap.* LXXXIX. nu. 4. *apud* Jugurtham *immunes*, *levi imperio*, & ob ea fideliſſimi habebantur. Pro *Sidonica* Acad. *ſunt inſtituta*. Mox *eo* deſiderat Guelf. 4. 9. autem ſcribit *retinebantur*; 6. *qui*, pro *quod*. & infra 9. *aetatem habebant*, quomodo Noſter alibi. vide Cat. *c.* LI. num. 12. Argutulus quis dixiſſet *procul ab imperio*; ſine addito *regis*. vide Caeſar. I. Gall. *c.* I. & IV. Gall. *c.* III.

5. INTER ILLOS ET FREQUENTEM NUMID. Academ. *inter illos & Carthaginienſes & frequentem Num. frequentem* intelligit oppidis & cultoribus. vide ſupra ad *c.* XVII. nu. 2. Juvencus I. Hiſt. Ev. *v.* 451. *Et Judaea* frequens populi, *Galilaeaque plebes*.

MULTI VASTIQUE LOCI ERANT. Ex edd. Amſtelod. & Elzever. Hackii & Criſpinus, *inculti* propinant, ſed contra omnes omnino MSS. vett. & recentiorum meliores edd. Senat. I. *multique vaſtique*. *Multi* latitudinem & interval-

CAP. LXXIX.

LXXXI.
1 SEd quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus ;
non indignum videtur egregium atque mirabile facinus duorum
2 Carthaginienſium memorare . eam rem locus admonuit . Qua tempe-
ſtate Carthaginienſes pleraeque Africae imperitabant , Cyrenen-
3 ſes quoque magni atque opulenti fuere . Ager in medio are-
no-

intervallum majus denotat , idemque eſt , ac *multi vaſti loci erant* . Sic ſupra *c.*XXVIII. nu. 5. *Nam in conſule noſtro* multae *bonae*que *artes animi & corporis erant* . *c.* XXXII. num.2. *ſecuti morem imperatoris* plurima & *flagitioſiſſima facinora fecere* . *c.* LXII. num.9. multis *magnis*que *praeſidiis nequidquam perditis* . infra *c.* LXXXIV. nu.1. multus atque *ferox inſtare* . *c.*CII. num.10. Multa atque *opportuna habes* , *quo facilius errata officiis ſuperes* . *c.*CVIII. num.1. *Ibi cum Boccho Numida quidam* multum & *familiariter agebat* . Pomp. Mela I. *c.* II. *Interiora terrarum* multae *variae*que *gentes habitant* . Monui autem modo ad *c.* LXXVII. nu. 1. ſignificatus cauſſa hanc Dialyſin fieri, ut ſeparatim intelligantur *multa*, cui ſua vis ineſt, & quae praeterea per copulam adduntur . Quam rationem Latini Graecique etiam in figura *ἓν διὰ δυοῖν* aliiſque talibus ſecuti ſunt . Nec audio *cap.* LXXXIX. nu.3. *Nam praeter oppido propinqua alia omnia* vaſta, inculta , *egentia aquae* .

CAP. LXXIX. 1. SED QUONIAM IN HAS . Elegans formula digreſſiones & obſervationes neceſſarias ordiendi, cui ſimilem legas Cat. *c.* V. nu.9. & ſupra *c.* XVII. princ. Corn. Nep. Pelopid. *c.* III. *Hoc loco libet interponere , etſi ſejunctum ab re poſita eſt , nimia fiducia quantae calamitati ſoleat eſſe* . Caeſar VI. Gall. *cap.* XI. *Quoniam ad hunc locum perventum eſt , non alienum eſſe videtur de Galliae Germaniaeque moribus , & quo differant eae nationes inter ſeſe proponere*. Sulpic. Sev. de Vit. Mart. *cap.* XXII. *Et quia de diabolo ejuſdemque artibus ſermo exortus eſt, non ab re videtur, licet extrinſecus, referre quod geſtum eſt* cet. Dialog. II. *c.* VI. *Et quia palatium ſemel ingreſſi ſumus , licet diverſis in palatio temporibus geſta connectam* . MSS. *Leptinorum* ; *Leptitariorum* ; *Pletitanorum* atque aliis modis nomen corrumpunt.

EGREGIUM ATQUE MIRABILE FACINUS . Vinar. I. *egrejum*. Sunt MSS. & edd. in quibus legitur *memorabile facinus* : ſicuti Cat. *cap.* IV. num. 4. *Nam id facinus inprimis ego* memorabile *exiſtimo* . Sed cum ſtatim verbum adjiciat *memorare*, praeſtat cum MSS. melioribus Fabric. Baſil. Vinar. I. ceteriſque *mirabile* retinere, cum & in edd. vett. legatur, & Gruteriani omnes tueantur. Guelf. I. *admirabile*.

EAM REM NOS LOCUS ADMONUIT . Fabriciani & Veneta 1470. *eam rem locus nos ammonuit ;* Guelf. 12. *eam nos rem locus adm.* Sed Vinar. 2. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 10. & edd. Pomponianae, Viteberg. Lipſ. 1510. *nos* recte omittunt. ut Cat. *c.* V. nu.9. *Res ipſa* hortari *videtur* . Eod. *c.* VII. extr. *ni ea res longius ab incepto* traheret . Aurel. Victor Caeſ. *c.* XXVIII. *& quoniam nomen* admonuit, *noſtra quoque aetate*, cet. adde ſupra *c.* XLII. nu.5.

2. PLERAEQUE AFRICAE IMPERITABANT . Aruſianus Meſſus MS. V. *Imperator* . Imperat hac re . Salluſt. Jug. *Carthaginenſes pleraque Africa imperitabant* . Sed nihil tale in Codd. noſtris invenitur : nec ſcio, an ita *imperare Africa* dicere potuerit, ut Cat. *cap.* III. *intentus aliquo negotio*. Eccard. & Franc. *plerique Africae ;* Uratisl. 2. *pleriſque Africae* . quod factum eo exiſtimo, quod inſolens illis videbatur *pleraeque* Singulari Numero poſitum . de quo vide ſupra ad *c.* LIV. n. 9. Academ. & Gu. 7. *imperabant*. Sed perperam.

CYRENENSES QUOQUE . Unde *Cyrenaica* regio, ab oppido *Cyrene*, de cujus ſitu ſupra *c.* XIX. num.3.

3. UNA SPECIE . Poſterior vox deeſt Remenſi 2. Mutant eam in *facie* , Guelf. 7. edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. quomodo ſupra *cap.* LXXVIII. num. 3. *ita* facies locorum *cum ventis mutatur* . Sed *ſpeciem* etiam pro externo habitu dicere ſolent, qui aliis *facies* dicitur . Noſter IV. Hiſt. *equites cataphracti ferrea omni* ſpecie . Cic. I. Fam. epiſt. IX. *qui ſplendorem &* ſpeciem *hujus vitae intuentur* , *ſollicitudinem autem & laborem perſpicere non poſſunt* . *Faciem* autem , *figuram* , & *ſpeciem* eleganter comparat A. Gellius XIII. *cap.* XXIX.

NEQUE

noſus, una ſpecie: neque flumen, neque mons erat, qui finis eo-
rum diſcerneret; quae res eos in magno diuturno bello inter ſe ha-
buit. Poſtquam utrimque legiones, item claſſes fuſae fugataeque, 4
& alteri alteros aliquantum adtriverant; veriti, ne mox victos vi-
ctoresque defeſſos alius adgrederetur, per inducias ſponſionem faciunt,
*uti certo die legati domo proficiſcerentur; quo in loco inter ſe obvii fuiſ-
ſent, is communis utriusque populi finis haberetur*. Igitur Carthagi- 5
ne duo fratres miſſi, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter
pergere:

NEQUE ELUMEN, NEQUE MONS ERAT. Incert. 2. Uratisl. 2. Guelf. 7. 9. & 10. *in quo neque flumen* &c. Vinar. 1. *neque montes erant:* quod partim ex pronunciatione τῶ *mons* ortum eſt; qua cauſsa alibi *ancepes*, *participes* ſcripta adnotavimus: partim ex eo, quod mox ſcriberetur *diſcernerent*, cui Verbo bonus librarius Nomen pluralis numeri adjungere voluit. *Flumina* autem & *montes* uſitatiſſimi fines terrarum regionumque.

QUI F. EORUM DISCERNERET. Deſiderantur haec in Guelf. 3. cum tamen minime ſint ſupervacua. Vinar. 1. *qui f. eor. diſcernerent*. Sed Guelf. 6. *quae fines e. diſcernerent*, quod ab Salluſtii more non eſt diſſonum. *eorum* exſulat Uratisl. 3.

EOS IN MAGNO DIUT. B. INTER SE HABUIT. Provocabulum *eos* bona fide omittunt Fabric. 1. Guelf. 2. & 12. deteriore Vinar. 1. qui infra ſcripſit *eos inter ſe habuit*. Sed illud bene abeſse, ex nota ad *c.* LIII. n. 3. cognoſcas. atque ita Cat. *c.* LVIII. n. 18. *magna ſpes tenet*, pro *me tenet*. item Eod. *c.* XX. extr. *niſi animus fallit*. *in bello habere*, ut frequenter Cic. *habuit te ſollicitum cogitatio*, *habere miſerum*, vide pro Flacco *c.* XIX. & VII. epiſt. III. num. 3. Celſus, *antiqui tales* in tenebris *habebant*. quomodo Noſter, *habere in cuſtodiis*. Ita *habere in bello*, pro *exercere bello*.

4. LEGIONES, ITEM CLASSES. *Legiones*, pro exercitibus. vide Cat. *c.* LIII. n. 3. Guelf. 9. *item claſſes*, *equitum turmae ſaepe*, &c. quaſi iſte ex Virgilio *claſſes* interpretari voluiſset *equeſtres copias*, ſic enim ille voce utitur. videatur Tan. Faber ad Liv. IV. *c.* XXXIV. adde Servium ad VI. Aen. *v.* 1. Ita *claſſem procinctam*, Feſtus interpretatur *exercitum inſtructum*, quomodo Fab. Pictor apud A. Gellium X. *cap.* XV. Sed hae argutiae non ſunt hujus loci, cum Cyrenenſes & Carthaginienſes *claſſe*, ut hodie accipitur, confligere potuerunt. Guelferb. 7. *fatigatae fuſaeque ſunt*. 6. & Eccard. *fugataeque fuſae ſunt*. Remenſ. 2. *itemque claſſes*.

ALIQUANTUM ADTRIVERANT. Remenſ. 2. *detriverant*. Supra *c.* V. *Italiae opes maxume* adtriverat. Juſtinus XLI. *c.* VI. *multa tamen Eucratides bella magna virtute geſſit; quibus* adtritus &c. Incert. 1. Eccard. Guelf. 10. Uratisl. 1. & 3. & edd. vett. *aliquantulum*.

VICTOS VICTORESQUE DEFESSOS ALIUS ADGR. Guelf. 3. *victos*, *victores defeſſos*. eleganter. & haec cauſsa, qua in Guelf. 1. *victos* nomen omiſsum eſt: etſi illud non exprimatur Cat. *c.* XXXIX. n. 4. *neque illis*, *qui* victoriam *adepti*, *diutius ea uti licuiſſet*, *quin* defeſſis *& exſanguibus*, *qui plus poſſet*, *imperium atque libertatem extorqueret*. atque ita 1. de Rep. Ord. *c.* V. At Livius 1. *c.* XXIII. *Memor eſto*, *jam cum ſignum pugnae dabis*, *has duas acies ſpectaculo fore; ut feſſos confectosque ſimul* victorem *ac* victum *adgrediantur*. Eccard. *alius aggrederetur alium*. Vinar. 2. *alius hoſtis*. Sed Remenſ. 1. abfuit *alius*.

SPONSIONEM FACIUNT. Guelf. 9. *ſponſionem ſtatuunt*. *facere* ſaepiſſime Cicero, ut III. Offic. *c.* XIX. *cum is* ſponſionem feciſſet, *ni vir bonus eſſet*. ubi quaedam adnotat de *ſponſionibus* Graevius. adde Interpp. ad Cic. pro Quinctil. *cap.* VIII. & XIV. & pro Caecin. *cap.* XXVIII. Valer. Maxim. VI. *c.* V. num. 4. *cum quo ſponſio fieret*.

QUO IN LOCO I. S. O. F. IS COMMUNIS. Vinar. 1. & edd. Pomponianae: *& quo in loco*. Guelf. 6. 11. & 12. *quo loco*, ſine Praepoſitione. vide tamen ad Cat. *c.* LVIII. n. 5. *Nunc quo in loco res noſtrae ſint*. Alii pro *is*, habent *ibi*: quod alibi, ubi nomen aliud, quam *locus* praeceſſerit praeferendum eſſet: hic vero *is* recte habet. Guelf. 6. Uratisl. 2. & Incert. 2. *is locus communis* &c. ita Caeſar ſaepiuſcule. Sed cum Noſtro alii ut plurimum. vide notam ad Cic. IV. epiſt. V. num. 2.

5. IGITUR CARTHAGINE DUO FRATRES. Gu. 6. *a Carthagine*; 7. *ex Carthagine*; 10. *de Carthagine*, quomodo & Uratisl. 2. Eccard. & Veneta 1470. *Carthaginenſes*.

QUIBUS NOMEN PHILAENIS ERAT. Omnes

 omni-

pergere : Cyrenenſes tardius iere. Id ſecordiane, an caſu acciderit,
6 parum cognovi. Ceterum ſolet in illis locis tempeſtas haud ſecus, atque in mari retinere. Nam ubi per loca aequalia & nuda gignentium

omnino MSS. noſtri cum Veneta 1470. *Philaenes :* eodem modo Gruteriani omnes & Aldina, quam propterea reprehendit Glareanus, eo argumento, quod ipſe Criſpus infra n. 9. *Philaeni*, & n. 10. *Philaenis* inclinaverit: quibus certe locis Codd. nihil novant. Atque cum alibi librarii *popularis*, in *populares ; civis*, in *cives*, alia in hanc formam immutaverint; credibile quidem eſt, eosdem vocem *Philaenis* eodem modo tractaſſe, eo magis, quod in Guelf. 1. ſcriptum eſt *Philones*. Credibile etiam, cum ſupra *c.* XIX. num. 3. *Philenon*, graeca extremitate legiſſent, eos & hoc loco *Philenes* ſcripſiſſe, cui illa extremitas proxime accederet. Etenim quod primus Caſus etiam in hac ſtructura locum habere poſſet, probant illa, quae congeſſit Gronovius ad Liv. I. *cap.* I. *cui nomen* Arethuſa ; *cui nomen* Acradina *eſt ; cui nomen eſt* Phormio. Deinde eo loco, quo diſerte nomen exponit, ſicuit etiam Salluſtio *Philaenes* ſcribere, ut acceperat: aliter autem ubi ſine illa cura de iiſdem narrat, ut infra n. 9. 10. Eum morem in ipſo Pomp. Mela obſervabis, etiamſi ille *ex Philaenis fratribus* in hac re ſcripſerit I. *c.* VII. & Plinius V. *c.* IV. *Philaenorum*.

MATURAVERE ITER PERGERE. Academ. Remenſes, Franc. & quaedam edd. vett. *hi maturavere iter pergere*. Guelf. 1. *matavere ;* Vinar. 2. *mutavere ;* 1. *matere vere ; iter* non eſt in Guelf. 3. & pro *pergere*, 10. *peragere*. Notanter autem *maturavere pergere*, quomodo ſupra *c.* XXXVI. n. I. *alia, quae bello uſui forent*, maturat *in Africam* portare. Plautus Pſeud. A. V. Sc. I. *v.* 4. *Pergitin' pergere*. Noſter Cat. *c.* XLVIII. n. 4. *eoque magis* properaret *ad urbem* accedere. Plinius X. *c.* XXIII. *Cychramus perſeverantior* feſtinat *etiam* pervenire *ad expetitas ſibi terras*. Plancus Cic. X. epiſt. XXI. n. 5. *pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per litteras ipſe, ut* maturarem venire. Dialog. de Orat. *c.* III. *Atque ideo* maturare *hujus libri editionem* feſtino. Plautus Ciſtell. A. II. Sc. III. *v.* 39. Deſtiti innare *uſque adeo, donec ſe adjurat anus Jam mihi monſtrare*. D. Lucas Act. III. com. 3. *ἠρώτα ἐλεημοσύνην* ΛΑΒΕΙΝ. Jam ne *peragere* malis ex MS. & Virg. VI. Aen. *v.* 384. *Ergo* iter *inceptum* peragunt, *fluvioque propinquant :* faciet Terentius Hecyra A. I. Sc. II. fin. pergam, *quo coepi, hoc* iter. Livius XXXI. *c.* XLI. *Aetoli inopia praedae inde averſi, in Perroebiam* ire pergunt. quod quidem eſt valde frequentatum.

SOCORDIANE, AN CASU ITA ACC. P. C. Uratisl. 1. *diſcordiane, an caſu*. Vinar. 1. Remenſ. 2. Guelf. 6. 7. 9. & 12. *ſocordia, an caſu*, omiſſa Enclitica *ne :* quomodo ſaepiſſime Latini. vide ad Cat. *c.* LII. n. 10. Incerti & Guelf. 12. a manu ſecunda : *parum cognovimus*.

6. IN ILLIS LOCIS. Fabric. 1. *in locis illis*. atque ſic edd. quaedam nuperae.

TEMPESTAS HAUD SECUS ATQUE IN MARI. Fabric. 1. *haud ſecus in mari*, & alia manu inter verſus *atque* ſcriptum eſt. In arenis ita, ut in mari, tempeſtas retinet. Curt. IV. *c.* VII. n. II. *Sed ut aperuere ſe campi alto obruti ſabulo*, haud ſecus, quam profundum aequor ingreſſi, *terram oculis requirebant*. Seneca Herc. Fur. *v.* 319. *cum per arentem plagam Et fluctuantes* more turbati maris *Abiit arenas*. II. Nat. Qu. *c.* XXX. *quem arena Auſtro mota, & more nivis incidens, texit, deinde obruit*. Mela I. *c.* VIII. *rupes cum hominum manu adtingitur, Auſter immodicus ſurgit, arenasque* quaſi maria *agens*, ſiccis *ſaevit* fluctibus. cum nota Ciacconii. vide Jo. Savaron. ad Sidon. VIII. Epiſt. XII. Bentlej. ad Horat. III. Od. IV. *v.* 31.

RETINERE. Guelf. 6. 7. & edd. vett. *retinere homines ;* Franc. *itinera hominum retinere*. Vinar. 2. *retineri*. *Retinere* poſuit pro tenere & morari, retardare. Supra *c.* L. extr. *Noſtros aſperitas & inſolentia loci* retinebat. *c.* LI. extr. *quos firmos cognoverat, eminus pugnando* retinere. *c.* LV. extr. *hoſtem ab incepto* retinere. Cicero: *Labebar longius, niſi me* retinuiſſem. Suet. Tib. *c.* LXXIII. *Sed & tempeſtatibus & ingraveſcente vi morbi* retentus, *paullo poſt obiit in villa Luculliana*. *Iter* autem & *homines* addere, non opus eſſe, adfirmabit nota ad *c.* XCII. extr.

ET NUDA GIGNENTIUM. I. *genitorum*, arborum & fruticum. Apulej. I. de Hab. Doctr. Plat. p. 6. *Animam vero animantium omnium non corpoream -- omniumque* gignentium *eſſe ſeniorem*. Egeſippus IV. *c.* XVI. *Urbs condita in campo, cui ſupereminet mons diffuſior & nudus* gignentium. infra *c.* XLIII. n. 4. *quo cuncta* gignentium *natura fert*. Sic alibi *volentia*, pro *volita* quaſi ; Vitruvius *naſcentia*, pro *nata*. adde Perizon. ad Sanct. I. *c.* XV. *Nudus* cum ſecundo caſu illuſtrat Drackenborch. ad Sil. IV. *verſ.* 608.

VENTUS COORTUS ARENAM HUMO EXCITAVIT. Gu. 6. *ventum ;* 2. *exortus ;* 11. *ortus ;* 9. *ab humo ;* 1. *excitabit*. *ortus* etiam Vinar. 1. *exortus eſt*.

tium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata,
ora oculoſque implere ſolet: ita proſpectu impedito, morari iter.
Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſe vident, & ob rem 7
corruptam domi poenas metuunt; criminari, Carthaginienſes ante
tempus domo digreſſos, conturbare rem: denique omnia malle,
quam victi abire. Sed cum Poeni aliam conditionem, tantummo- 8
do aequam, peterent, Graeci optionem Carthaginienſium faciunt,
vel

eſt; Heuſſ. & Senat. 2. Sed Remenſ. 1. & Acad. *humo exagitavit*. & *exagitare* ac *excitare* confunduntur etiam apud Boetium I. Metro IV. *v.* 6. Plinius II. *c.* XLVIII. pr. *Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante terra* coorti -- *multiformes exſiſtunt*. Virg. III. Georg. *v.* 478. *Hic quondam morbo coeli miſeranda* coorta *eſt Tempeſtas*. Florus II. *c.* VI. num. 45. *tanta ventorum violentia* coorta *eſt*. adde denique ſupra *c.* LIII. n. I.

ORA OCULOSQUE IMPLERE SOLET. MSS. omnes *ſolet* addunt cum Gruteriana & Waſſiana, quod aliae edd. omittunt, &, ſi Codd. paullulum addixiſſent, ipſe etiam exturbaſſem. Senat. 2. & Heuſſ. *ora, oculos implere ſolet*. unde diceres *oculos* eſſe pro Gloſſa additum. Sed Remenſ. I. *ora* omittit, ſcribens, *oculos implere ſolet*. & cum dicas propter proxima de proſpectu hoc *ora* omiſiſſe: quae ratio infirmiſſima eſt. Edd. vett. omnes *impellere ſolet*, quod, cum aliquem ſenſum ſuſtinere poſſet, non adſurgit ad alterum, *implere*.

PROSPECTU IMPEDITO, MORARI ITER. Gu. 9. *proſpecto*; Senat. 2. & Heuſſ. *proſpectu impeditorum*. Eccard. *morari ſolet iter*.

7. POSTERIORES SE ESSE VIDENT. Baſil. 1. & Incert. 2. omittunt Verbum Subſtantivum: quomodo unus apud Waſſium. Catil. *cap.* XXI. extr. *poſtquam omnium animos* alacres *videt*. Supra *cap.* LXI. num. I. *poſtquam videt* fruſtra inceptum. alibi. mox Vinar. I. *poenam metuunt*.

CRIMINARI, CARTHAGINIENSES. Ita diſtinguo. nam *Criminari* eſt hoc loco, tamquam crimen imputare, incuſare. Cum Caſu adſuit Cat. *c.* XXXVIII. n. I. Livius XXII. *c.* XXXIV. *Q. Baebius Herennius, tribunus plebis, cognatus* C. *Terentii*, criminando, *non ſenatum modo ſed etiam augures*, quod *dictatorem* prohibuiſſent *comitia perficere*. Auſonius Epiſt. XXII. *Terram* infidelem, *nec* feracem criminans.

ANTE TEMPUS DOMO DIGRESSOS. *Domo* omittunt edd. Pomponianae, Viteb. & Lipſ. 1510. Pro *digreſſos*, Guelf. 3. *diſgreſſos*; Fabriciani, Vinar. 1. Remenſ. 1. & Guelf. 12. *domo egreſſos*. ut ſupra *c.* XXXV. n. 10. *Roma egreſſus*. item *egredi provincia*. Nihilominus alterum magis placet, idque verbo *diſcedere*, ſimiliter ſupra aliquoties uſurpato bene tueri queas. Curt. VI. *c.* VI. n. 35. *ab hac urbe* digreſſo, *ſupplementum novorum militum occurrit*. Alterum & propter voculam *domo*, & ob antiquam ſcripturam *degreſſos* invectum exiſtimo.

OMNIA MALLE, QUAM VICTI ABIRE. I. plane, nullo modo velle vinci, ut hanc Macrologiam fuſe illuſtravimus ad Cat. *c.* XIV. extr. & male Veneta 1470. *omnia mallebant, quam victi abirent*: quod *abirent* etiam Eccard. expreſſit. Academ. Uratiſl. 2. & Guelf. 6. *omnia pati malle, quam* &c. *Victi abire*, ut *victus diſceſſit, repulſus abibis*, ex more Latinorum. vide infra ad *c.* CX. extr.

8. ALIAM CONDITIONEM. Uratiſl. 3. *aliam deditionem*: turpiſſimo librarii lapſu. Valer. Max. V. *cap.* VI. ext. n. 4. *poſtremo acerbitate* conditionis *injuriam diſcutere conati ſunt*, in eadem re. Cicero pro P. Quinctio *c.* XIV. *qui, cum revocetur ad id judicium, unde haec nata ſunt omnia*, conditionem aequiſſimam *repudiet*. *c.* XXII. *non* conditio, *non ſponſio, non denique ulla umquam interceſſit poſtulatio*. Coelius ep. XIV. n. 7. *Fert illam tamen* conditionem, *ut ambo exercitus tradant*. Juſtin. I. *cap.* VI. *rogat*, *ſi* conditio *proponatur*, *utrius vitae ſortem legant, heſterni laboris, an praeſentium epularum*.

GRAECI OPTIONEM CARTHAG. FACIUNT. *Electionem* quaſi faciunt, ut noſtrates *die Wahl haben*. nam *optare* pro *eligere* Noſter dixit apud Nonium. vide III. Hiſtor. Male edd. P. Laeti: *opinionem Carthaginenſibus faciunt*: Gu. II. *illi opinionem* C. *faciunt*; 6. *facere*. *Optio* proprie eſt arbitrium & poteſtas optandi vel eligendi e duobus & pluribus, ut docuit Gronov. ad Plaut. Caſin. A. II. Sc. II. *v.* 16. Ita Livius XXVI. *c.* XXIX. *nam cum extra ſortem collegae* optionem *dari provinciae iniquum fuerit, quanto majorem injuriam, immo contumeliam eſſe, ſortem ſuam ad eum transferri*. Saepius Cicero *optionem dare*. at Dictys I. *c.* X. optionem *Helenae* offert, *ſi ei videretur, domum ad ſuos regredi*.

vel illi, quos finis populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem
9 *dem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros*. Philaeni, conditione probata, ſeque vitamque reipublicae condonavere. ita
10 vivi obruti. Carthaginienſes in eo loco Philaenis fratribus aras conſecravere; aliique illis domi honores inſtituti. Nunc ad rem redeo.

CAP.

QUOS FINIS POPULO S. P. IBI VIVI. Sic meliores Gruteri atque noſtri. Incerti, Remenſ. 1. Franc. Acad. Vinar. 2. Uratisl. 3. Eccard. Guelf. 6. 7. 9. 11. & 12. *quo fines*; itaque conjecerat Ciacconius. Guelf. 1. *qui fines*, quod non librarius pro antiquo Ablativo *qui* ſcripſit, ſed *illi*, *qui* conjunxit. Neque id probum hoc loco, etiamſi *quo* intellexeris. nam Salluſtius potius ſcripſiſſet, *qua finis populo ſuo peterent:* &, ſi ita ſcripſiſſet, non adderet *ibi*. Quod vero cum omnes Codd. habeant, legendum omnino *quos finis*. adde ſupra n.4. & infra *c.* CXII. num.3. Supra *uti* non legitur in Vinar. 1. Guelf. 3. 7. & 12. idque elegantius intelligitur. Etiam vox *finis* non eſt in Vinar. 1. vitio librarii. Edd. Pomponianae & quae iis fere adhaerent Viteb. & Lipſ. *quo finis populo ſuo quaererent*. Senat. 2. & Heuſſ. *ibi humi obruerentur*.

VEL EADEM CONDITIONE SESE. Eccard. *vel eadem ſeſe*, omiſſo Nomine *conditione*, quod quidem juſto ſaepius iteratur. *vel* deeſt Uratisl. 2. ſicuti *in* 3. qui, *quem locum vellent*. At edd. vett. voce auctiores ſunt, *proceſſuros dimitterent*, vel *dimitteret*. quae nihili eſt. *quem in locum* ipſi *vellent* Cyrenenſes fratres.

9. SEQUE VITAMQUE SUAM REIP. CONDONAVERE. Guelf. 10. *vitam ſuam reip. condonavere*, ceteris neglectis, ex ſcioli cujusdam judicio. Mallem tamen, *ſeque vitamque reip.* omiſſo Pronomine *ſuam*, quod in his formulis, ut *ſeque remquep.* aliis talibus Noſter omittit. Rationem peteſis ex dictis ad Cat. *c.* LII. n. 8. *qui mihi atque animo nullius umquam delicti gratiam feciſſem.* adde infra *c.* LXXXV. n. 27. Guelf. 3. *reip. donavere*. Utrovis modo Latini loquuntur, ut exempla monſtrant ſupra ad *cap.* XXVII. n. 2. Alterum tamen, quod editur, paullo frequentius; & cognoſcas ex citatis ad Cat. *c.* LII. num. 8.

ITA VIVI OBRUTI. Senat. 2. *ita vi obruti*; Heuſſ. *ita vim obruti*. Sed mihi haec genuina eſſe, nemo facile perſuadebit. Neque eo mihi ſuſpecta ſunt, quod ſupra eadem verba poſita ſunt, *ibi vivi obruerentur*; ſed quod eam rem ſatis ſuperque declaravit Noſter his verbis: *conditione probata, ſeque vitamque reip. condonavere*. Hiſtorici autem, qui brevitatem ſectatur, non eſt eamdem rem tot ambagibus proponere: & ipſe Cicero in praeceptis hiſtoriae ſcribendae docuit, non omnia, ne dum idem aliquot formulis, exprimenda eſſe. vide ad Cat. *c.* XXVIII. n. 3.

10. IN EO LOCO PHILAENIS F. A. C. *Loco* omittit Guelf. 12. at 3. ſcribit, *eo in loco*. ut ſupra, *quo in loco*. Waſſius quaedam de dictione *aras conſecravere*, quam notes conciſam eſſe, pro *aras* ſtatuerunt & *conſecrarunt*, quomodo Noſter Cat. *c.* XLIV. n. 1. & ſupra *c.* LXVII. n. 1. Strabonis aetate illae arae non exſtabant: Plinius *ex arena* fuiſſe, teſtatur; & Oliverius ad Melam adnotat, hodie eſſe *Porto de Saba*. Ex Plinio fabulae locum elicias. Cum in ceteris locis aequalibus viderent exſtare duos montes prominentes, eos vix natura, ſed ab hominibus poſitos crediderunt, ceteraque, ut procederet fabula, finxere.

ALIIQUE ILLIS DOMI HON. INSTITUTI. Baſil. 1. *aliterque*. Veneta 1470. *alios illis d. h. inſtituunt*. Nimirum ut *conſecravere* & *inſtituunt* recte penderent ab communi nomine *Carthaginienſes*. quam inanitatem pluribus confutavi ad Cat. *cap.* LIII. n. 3. *Sciebam ſaepe numero parva manu cum magnis legionibus hoſtium* contendiſſe; *cognoveram parvis copiis bella* geſta *cum opulentis regibus*. Guelf. 10. *inſtructi ſunt*; 9. & Franc. *conſtituti*. Plin. XXXVI. H. Nat. extr. *ob id Compitalia & ludos Laribus primum* inſtituiſse.

CAP. LXXX.

LXXXII.

JUgurtha poſtquam, amiſſa Thala, nihil ſatis firmum contra Me- 1
tellum putat, per magnas ſolitudines cum paucis profectus, per-
venit ad Gaetulos, genus hominum ferum incultumque, & eo tem-
pore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum co- 2
git : ac paullatim conſuefacit ordines habere, ſigna ſequi, imperi-
um obſervare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi 3
proxumos magnis muneribus, & majoribus promiſſis ad ſtudium ſui
perducit. quis adjutoribus regem adgreſſus, impellit, uti advorſum
Romanos bellum ſuſcipiat. Id ea gratia facilius proniusque fuit, 4
quod Bocchus initio hujuſce belli legatos Romam miſerat, foedus
& ami-

CAP. LXXX. 1. GENUS HOM. FERUM. Remenſ. 1. Guelf. 10. & 12. *ferox*. ſed male. Supra Incert. 2. *firmiſſimum contra Metellum*. Ceteri omnes *firmum*. Forte *c*. XXVIII. n. 5. *firmiſſimus* contra *pericula & inſidias*, aliquid contulit, ut librarius locum pollueret.

IGNARUM NOMINIS R. Quomodo fere locutus eſt de Boccho ſupra *c*. XIX. n. 7.

2. MULTITUDINEM I. U. COGIT. Vinar. 1. & Guelf. 9. *eorum multitudine*. Vinar. 2. Acad. Incert. 2. Remenſ. 1. Guelf. 2. 4. 6. 10. & 12. *in unum coegit :* quod vix librariorum aut ſciolorum peccatum dicere audeo, qui potius ob *conſuefacit*, *perducit* & *impellit* alterum ſcripſiſſent. ita nempe corruperant ſupra *cap*. XII. n. 4. *Numida mandata brevi* confecit, *atque Jugurthae milites* introducit. adde *cap*. LXXI. num. 4.

CONSUEFACIT ORDINES HABERE. Guelf. 3. & 12. *conſuefecit ;* 10. *ordinem habere*. Maximum autem in ordinum obſervatione Romani certe praeliorum momentum ponebant. Herodian. IV. *c*. XIV. n. 15. Τά τε ἂν ὅπλα λαμβάνωμεν, καὶ τῇ συνήθει Ῥωμαίοις εὐκοσμίᾳ ταττώμεθα. ἐν γὰρ τῇ ἀδιαταξίᾳ, τὸ μὲν τῶν βαρβάρων ἄπειρον πλῆθος καὶ προσχαίρως ὡρισμένων, αὐτὸ ἴσως γένοιτ᾽ ἂν ἐναντίον. adde Claudian. B. Gild. *v*. 440. Livius XXIII. *c*. XXXV. *Ibi, quia otioſa ſtativa erant, crebro decurrere milites cogebat, ut tirones adſueſcerent* ſigna ſequi, *& in acie agnoſcere* ordines *ſuos*. Id. XXIV. *c*. XLVIII. *ordinatosque proxime morem Romanum, inſtruendo & decurrendo* ſigna ſequi, *&* ſervare ordines *docuit*. Curtius III. *c*. II. n. 13. *ad nutum monentis intenti*, ſequi ſigna, ordines ſervare *didicere*. adde ſupra *c*. XLV. n. 2. & *c*. XLIX. n. 6. Gaetulorum & Maurorum militiae ſcientiam non adeo magnam fuiſſe, patet infra ex *c*. XCVII. num. 4.

IMPERIUM OBSERVARE. Quod imperatum eſt exſequi. Bene Sulpic. Sev. I. *c*. XXXIII. *Tum vero nutu dei in fugam verſi non* imperia exſequi, *non ordines obſervare*. Juſtin. XXI. *c*. IV. *decreto modum nuptiarum ſumtibus ſtatuunt*, id*que* obſervari *non ab uno, ſed ab omnibus jubent*. Uratisl. 2. *ita alia militaria facere*.

3. REGIS BOCCHI PROXIMOS M. M. *Regis*, non eſt in Guelf. 10. *Proxumos* vocat, qui alibi *amici* dicuntur, conſiliarii hodie & adminiſtri rerum gerendarum. vide ad Cat. *c*. XIV. n. 3. Vinar. 1. *proximos muneribus*, *majoribus promiſſis*, ſine vocabulo *magnis*, quod elegantius abeſſet. Guelf. 2. *magnis itineribus*, ſed jam olim *muneribus* eſt correctum.

AD STUDIUM SUI PERDUCIT. Guelf. 6. *ſuis ad ſtudium ;* ſed recte Fabric. 1. *ſui ad ſtudium*. Male Vinar. 2. & Fabric. 2. *ad ſtudium ſuum*. Incert. 2. *perduxit ;* edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. *perlicit*. quod jam rejecit Gruterus. Veneta 1470. *producit :* ita, ut *perfugus* & *profugus*, aliaque talia ſaepiſſime confunduntur.

QUIS ADJUTORIBUS REG. ADGRESSUS. Pro *adjutoribus* aliud primitus ſcriptum fuit in Guelf. 12. Mox Baſil. 1. Vinar. 1. Fabric. 2. Incerti, Franc. *uti adverſus Romanos*. *uti* reliqui omnes etiam & *adverſum*. Sed Remenſes, Guelf. 3. & 9. *bellum incipiat*. Sed editum *ſuſcipiat* recte habet.

4. ID EA GRATIA FACILIUS PRONIUSQUE. Abiit a more Salluſtii optimus Gruterus, dum *ea gratia* natum in officina interpretum dixit: qui tamen nihil movet ſupra *c*. LIV. n. 4. *Id* ea gratia *eveniebat*, quod *praeter regios equites nemo —— regem ſequitur*. ubi vide. Cognoſces in-

5 & amicitiam petitum. quam rem opportuniſſimam incepto bello pauci impediverant, caeci avaritia, quis omnia honeſta atque inho-
6 neſta vendere mos erat. Etiam antea Jugurthae filia Bocchi nupſerat.

indidem, male Eccard. exſulare hoc loco *quod*. Idem Criticus dubitat de voce *facilius*, quam tamen optime in his poni, ex notula ad haec Cic. VII. epiſt. XXIII. n. 3. patet: *Sed eſſent, mi Galle, omnia* facilia, *ſi & eo mercatus eſſes, quae ego deſiderabam, & ad eam ſummam, quam volueram*. Ita Noſter Catil. *c*. XXVI. n. 1. facile *ſe ex voluntate Antonio uſurum*. Ita alibi, *facile perſuadet*, alia. Nam nulla eſt abundantia *facilius proniuſque*, cum illud ſit *facile factu* Jugurthae; hoc autem *pronius* Bocchi inclinationem ad audendum aliquid contra Romanos innuat, quae utraque duobus vocabulis rite exprimuntur. Sic *obnoxios fidoſque* copulat Noſter, cum alii uno ex his contenti eſſe ſoleant. item *amicos ſocioſque*, *proxumos familiareſque*, Catil. *c*. XV. & XVI. adde EXCURSUM II. in Catil. n. 5. Lactant. I. *c*. I. *Eruntque illis omnia* facilia, prona, *manifeſta: modo ne pigeat ad percipiendam ſapientiae diſciplinam legendi, vel audiendi patientiam commodare*.

INITIO HUJUSCE BELLI. Eccard. Incert. 2. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 6. & 10. *initio hujuſcemodi belli*. infra Acad. *petiturum*, pro *petitum*. vide ſupra *c*. XX. n. 5.

5. OPORTUNISSIMAM INCOEPTO BELLI. Ita & noſtri aliquot cum Gruterianis. At Vinarienſes, Senat. 2. Heuſſ. Franc. Uratisl. 2. Remenſ. 1. Guelf. 3. 4. 7. 11. 12. & edd. vett. omnes *incepto bello:* prorſus ut Cat. *c*. IV. n. 2. *a quo* incepto ſtudio *me ambitio mala detinuerat*. Supra *c*. XXV. n. 7. *porro autem animus, cupidine caecus, ad* inceptum ſcelus *rapiebat*. Neque abhorrebat multum ab hac lectione, *incepto bello*, doctiſſimus Rivius. Litem tamen componit Incert. 1. qui, *quam rem oportuniſſimam incepto pauci impediverant*, omiſſo Nomine *belli*. Sic nude poſuit ſupra *c*. LXI. n. 1. *Metellus poſtquam videt fruſtra* inceptum. ubi tamen ſimiliter quidam libri adjiciunt *bellum*. *pauci* abeſt ab Uratislav. 3. Denique Vinar. 1. *impetiverant*.

QUIS OMNIA HONESTA ATQUE INHON. Eadem ſcripſit Salluſtius Catil. *c*. XXX. n. 4. QUIS ſcribunt MSS. omnes & edd. vett. non *queis;* praeter Incert. 2. & Guelf. 9. ubi *quibus* legitur, ut fere ſemper Bello Catilinario. *Queis* placuit illis, qui *i* longum per diphthongum notandum eſſe putarunt. Atque ſic apud Varronem legas *heis*, *plebei*, *queis* cum ſimilibus. In lapidibus Capitolinis: HEI. FRATRES GERMANI. FUERUNT, Sigon. ad Liv. XL. *c*. XLII. in numis Auguſti, CIVIBUS. SERVATEIS. in Cenotaphio Piſano: DEVICTEIS. AUT. IN. FIDEM. RECEPTIS. BELLICOSISSIMIS. AC. MAXSUMIS. GENTIBUS. de quo lege diſputantem Eminentiſſimum Noriſium. Frequentatur Lucilli praeceptum IX. Satyr. quem Velius Longus p. 2220. & Quinctilian. I. *c*. VII. citant: *Jam pueri venere e poſtremum facito atque* i, *Ut* puerei *plures fiant*. i *ſi facis ſolum* Pupilli, pueri, Lucilli, *hoc unius fiet*. Sed optime Fabius addit, *& ſupervacuum hoc eſſe, & incommodum aliquando*. Velius autem pagin. 2221. *hoc mihi videtur ſupervacaneae eſſe obſervationis*. Utramque ſcripturam aurea aetate uſitatam fuiſſe, vel monumentum Piſanum docere poteſt. Codd. noſtri numquam *queis* habent: idque de aliis teſtantur viri docti. vide Drackenborch. ad Silium I. *v*. 13. vide ſupra *c*. XVIII. n. I. *c*. XIII. n. 6. *c*. XXXI. n. 3. & paſſim. Cic. X. ad Attic. epiſt. XI. *Sunt his ipſis malis, in* quis *ſumus, miſeriora*. ubi vide Malaſpinam, qui bene ex Grammaticis monſtrat *quibus*, ab antiquo *ques* deſcendere; ſed *quis*, ab *qui*, uti ab *iſte*, *iſtis*. His adde Donatum ad Terent. Adelph. A. II. Sc. III. Sueton. Auguſt. *c*. XXXVI. pr. *Auctor & aliarum rerum fuit: in* quis, *ne acta Senatus publicarentur*. Sic Codex Salmaſii. vide Graev. Eod. ad *c*. XXI. Pompon. Mela II. *c*. II. *e* quis *Haemus in tantum altitudinis abit*. Sic MSS. vide ad locum Gronovii notam. S. Damaſus Carm. XXIX. *v*. 9. Quis *magis virgineum placuit retinere pudorem*.

6. JUGURTHAE FILIA BOCCHO NUPSERAT. Florus atque Plutarchus Bocchum Jugurthae ſocerum & Jugurtham Bocchi generum faciunt. Unde jam olim Caſtilioneus & Freinshemius *Bocchi* hic legendum eſſe, cenſuerunt: quae arripuit Spanhemius in de praeſtantia & uſu Numiſmatum, neque quidquam novi adtulit. *Bocchi* certe ſcribitur in duobus MSS. Caſtilionei, & praeterea in Vinar. 2. Franc. Uratisl. 3. Incert. 1. Eccard. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. & edd. Pomponii, Viteb. & Lipſ. 1510. quorum & Plutarchi Florique auctoritate illud repoſui. Non enim hos Auctores ejus ſecordiae reos peragam, qua alii quidem nomina cognationum & adfinitatum ſaepe confundunt. vide Bongarſ. & Bernegger. ad Juſtin. XVIII. *c*. IV. num. 8. Denique & collocatio nominis *Jugurthae* apud

rat. Verum ea neceſſitudo apud Numidas Mauroſque levis ducitur: quod ſinguli, pro opibus quisque, quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; ſed reges eo amplius. Ita animus multitudine diſtrahitur; nulla pro ſocia obtinet: pariter omnes viles ſunt.

CAP. LXXXI.

IGitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. ibi, fide data & accepta, Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: *Romanos injuſtos, profunda avaritia, communis omnium hoſtis eſſe: eamdem illos cauſſam belli cum Boccho habere, quam ſecum & cum aliis gen-*

apud Noſtrum leviter eamdem emendationem ſuadet.

LEVIS DUCITUR. Franc. *levis efficitur*. Mox Guelf. I. & 3. Acad. & Incert. 2. *quia ſinguli*. Guelf. 3. *pro opibus quique*. 7. *cujuſque*. Franc. *quiſque* omiſit.

DENAS ALII, ALII PLURES HABENT. Sic MSS. noſtri. Eccard. *habet;* Fabric. I. & edd. vett. *habeant*. Alterum *alii* omittit Guelf. 6. & 10. hic vero ſcripſit: *is denas, alii plures*.

7. MULTITUDINE DISTRAHITUR. Adpoſite de Perſis Ammian. Marc. XXIII. *c.* XII. *per libidines varias charitas diſperſa torpeſcit*. & multa talia apud Euripidem Andromache leguntur. Lactant. III. *c.* XXI. in re ſimili: *Quomodo ſervari caritas poteſt, ubi nihil certum eſt, quod ametur.* & quae ſequuntur. adde VI. *c.* XXIII. Bene Fabric. 2. *multitudine animus diſtrahitur.* male Uratisl. 3. diſcernitur.

NULLAM PRO SOCIA OBTINET. Acad. Incert. 2. & Guelf. 10. *obtinent;* Fabric. 2. & Guelf. 2. *nullam pro ſocia habet*, manifeſto ab interprete. Sed neque edita vitio caret. Scioli haec pendere voluerunt ab Nomine *animus*, eoque non potuerunt aliter, quam *nullam* ſcribere. Sed recte Guelf. II. edd. Pompon. Laeti, Viteb. Lipſ. 1510. *nulla pro ſocia obtinet:* atque ita Latini, praecipue Criſpus. vide ſupra ad *c.* XVII. num. 7. Cicero pro Sulla *c.* VI. *patri & filio, quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii ſuavitatem* obtinebat. Plinius XXXII. *c.* IX. *contra dorycnium aut opocarpathon antidoti vicem obtinent*. Pro eo recte Noſter *pro ſocia*. vide infra *c.* XCVIII. n. 6. Quinctil. Declam. CCCLXXVI. *Cum ergo quaeratur mihi uxor*, ſocia tori, vitae conſors, *in omne ſaeculum mihi eligenda eſt*.

CAP. LXXXI. I. AMBOBUS PLACITUM. Franc. Incert. 2. Uratisl. I. Guelf. 6. & 10. *placidum:* quomodo ſaepiſſime, ob vicinitatem ſoni *d* & *t*, libri vett. peccant. vide Drackenb. ad Silium I. *v.* II.

IBI FIDE DATA ET ACCEPTA. Guelf. 10. & *accetata*, forte pro *acceptata*. Sed alterum eſt ex formula, de qua nos ad Cat. *c.* XLIV. n. 3. mox Guelf. 4. vocem *oratione* omittit, & eam nusquam alibi Salluſtius addit. At Catilin. *c.* LIX. extr. *Ea* commemorando *militum animos* accendebat. Nec tamen illud *oratione* tuetur. Quare additum exiſtimo ab illis, qui *accendit* & quae ſequuntur verba non bene cohaerere crederent, cum tamen *dicitque* ita hic intelligendum, ut permultis locis aliis. vide ſupra *cap.* XII. n. 3. *cap.* XXV. n. 5. Catil. *cap.* XLVII. num. I.

INJUSTOS, PROFUNDA AVARITIA. Compara cum hac oratione Epiſt. Mithridatis IV. Hiſt. ubi plura de his moribus Romanorum, quibus tribuit *cupidinem* profundam *imperii & divitiarum*. De voce *profunda* Rupertus & Ciacconius jam monuerunt, nec diſſimile eſt illud Catil. *c.* V. n. 5. Vaſtus *animus immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat*. Apulejus: *inſatiabilem* profundum*que ventrem ſemper eſitando diſtendit*. Plinius XXX. *c.* II. profunda *animi vitia:* ut Quinctil. Declam. XVII. *profunda ſcelera*. Sed proprie magis de *avaritia*. quomodo Seneca de inſatiabili voluptate gulae Epiſt. LXXXIX. profunda & *inſatiabilis gula*. Eleganter Galgacus apud Tacit. Agric. *c.* XXX. *Romani, ſi locuples hoſtis eſt*, avari: *ſi pauper, ambitioſi*.

COMMUNES OMNIUM HOSTES ESSE. Guelf. 6. *omnium hominum*. Uratisl. 2. *hoſtium eſſe*. Recte ſcripſit Guelf. 3. *communis o. hoſtis eſſe*. cum Gru-

gentibus, *lubidinem imperitandi: quis omnia regna advorſa ſint: tum ſeſe*, *paullo ante Carthaginienſes*, *item regem Perſen*, *poſt*, *uti quis-*
2 *que opulentiſſumus videatur*, *ita Romanis hoſtem fore*. His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum iter conſtituunt: quod ibi Metellus
3 praedam captivosque & impedimenta locaverat. Ita Jugurtha ratus, aut,

Gruterus *communes o. hoſtes*, & Waſſius cum Hackianis: *communes o. hoſtis* dederint. Nihil autem in dictione ſuperfluum. De praedonibus Cicer. IV. Verr. *c.* IX. *qui cum* communes *hoſtes ſint* omnium, & V. Verr. *c.* XXX. communem *hoſtem* gentium nationum*que omnium*. atque ita alibi.

SECUM ET CUM ALIIS GENTIBUS. Ita MSS. meliores noſtri Fabriciani, Baſil. I. Remenſ. 2. Senat. I. Vinar. I. Guelf. I. 2. 3. male edd. quaedam illud *cum* omittunt. Guelf. 6. *ſecum*, *cum aliis g.*

LUBIDINEM IMPERITANDI. Ita recte Fabric. I. Senatorii, Heuſſ. Guelf. I. 2. & 12. cum Veneta 1470. Ceteri omnes *lubidine*. quale erratum in aliquot MSS. adnotavi ad Catil. *c.* II. num. 2. lubidinem *dominandi cauſſam belli habere*. Academ. Remenſ. I. & Guelf. 12. *imperandi*. vide *c.* LXXIX. n. 2. Eam Romanorum iniquitatem fatetur ipſe Florus III. *cap.* VII. & ex multis injuſtiſſimis eorum bellis, quibus certatim auctores alias atque alias cauſſas praetexere ſolent, nemini obſcurum eſt. Graviter de eadem re Lactant. VI. *cap.* VI. & IX. quem lege.

QUIS OMNIA REGNA ADV. SINT. *Quis* reſpicit ad ſuperiora, *communes omnium hoſtis eſſe*, & per illa interpoſita ſubjiciendorum ratio explicatur. Iis, inquit hoſtibus, qui lubidinem imperitandi cauſſam belli habent, *his* omnia regna adv. ſunt. vide ad Cat. *c.* XXXVIII. n. I. Baſil. I. Incerti, Eccard. Guelf. 6. 7. II. & 12. *advorſa ſunt*, non *ſint*, quod tueri poſſes ex dictis ad *c.* LXIII. n. I. Cur *regna* Romanis advorſa, expoſuit Mithridates Epiſt. n. 17. *Omnia non ſerva*, *& maxume* regna *hoſtilia ducunt*. *Namque pauci libertatem*, *pars magna juſtos* dominos *volunt: nos ſuſpecti ſumus* aemuli *& in tempore* vindices *adfuturi*.

ITEM REGEM PERSEN. Fabric. I. *Perſen regem*. vide omnino cit. Epiſt. Baſil. I. Franc. *regem Perſae*.

UTI QUISQUE OPULENTISSIMUS VIDEATUR. Sic MSS. Rivii, Gruteri, Waſſii & noſtri plerique, cum antea legeretur *videbatur*. idque exſtat in Remenſ. Incert. Uratisl. Vinar. ſecundis. Guelf. II. *videtur*. Recte autem atque ordine Gruterus Verbum *videatur* ſalva ſententia deleri poſſe, cenſet. Supra *c.* XXVI. n. 3. *Numidas* —— uti *quiſque armatis* obvius, *interfecit*. Sed idem Verbum inculcarunt Catil. *c.* IV. n. 2. *ſtatui res geſtas populi R. carptim*, ut *quaeque memoria digna* videbantur, *perſcribere*. ubi vide locum Pomp. Melae. Eod. *c.* LII. n. 10. *ſed* cujus *haec* cumque modi, *noſtra an nobiſcum* cet. ubi etiam *videntur* addiderant. VI. Hiſtor. Or. Cottae n. 5. *Pro quis beneficiis vix ſatis gratus* (videar) *ſi ſingulis animam*, *quam nequeo*, *conceſſerim*. Senat. I. Eccard. Uratisl. I. & Guelf. I. *ubi quiſque*. male. Fabric. 2. mox *ita* ejicit. ſed bene multa hujus ſtructurae, *uti — ita*, ex auctoribus prolata ſunt ſupra ad *c.* XXXI. n. 14.

2. HIS ATQUE ALIIS TALIBUS DICTIS. Non ita ſcripſit Salluſtius. Remenſ. I. edd. Pomponii, Viteb. & Lipſ. 1510. omittunt *dictis*, quod tamen in Veneta 1470. legitur. Fabric. 2. *aliis* non niſi in margine exhibet. Ergo fuerat olim: *His atque talibus ad Cirtam oppidum iter conſtituunt*. vide ſupra ad *c.* LXII. n. 2. ubi in MSS. idem error. Franc. delet *oppidum*. Uratisl. I. *iter inſtituunt*.

CAPTIVOSQUE ET IMPEDIMENTA. *Que* vacat in Guelf. II. At Eccard. Guelf. I. & 10. *&* non agnoſcunt. Nihil muta. noſti, quam ſit hoc modo dicendi nihil apud Noſtrum frequentius. vide ſupra *c.* LIII. n. 5. *c.* LXXVI. extr. infra *cap.* LXXXIV. n. 2. & LXXXVII. n. 2. Seneca de Conſt. *c.* XII. *Quod illis talorum nucumque* & *aeris minuti avaritia eſt; his auri*, *argenti*que & *urbium. quod illi inter ipſos magiſtratus gerunt*, *& praetextam faſces*que & *tribunal imitantur; hi eadem in campo foro*que & *in curia ſerio ludunt*. Tertull. Apolog. *c.* IV. *Socrate contentus*, *qui in contumeliam deorum quercum*, *hircum*que & *canem dejerabat*. &c. Guelf. 2. *ibique Metellus*. Ex hac, aut ſimili ſcriptura ortum eſt vulgatum, *ibi Q. Metellus:* nam alibi ſemper Praenomen reticere ſolet.

3. CAPTA URBE, OPERAE PRETIUM FORE. Guelf. 10. *capta praeda urbe*. Baſil. I. *capta urbe*, *pretium fore*, rejecto illo *operae*, quod tantummodo recentiſſima manus adſcripſit. Ita Tacitus I. Ann. *c.* LVII. Pretium fuit *Germanico convertere agmen*. III. Hiſt. *c.* VIII. *in Veronenſibus* pretium fuit. Aldus etiam Manutius ex vett. libris *operae* vocabulum damnavit. cui adſentior. ſed male advocat *c.* CX. n. 3. ut videbimus.

aut, capta urbe, operae pretium fore; aut, ſi Romanus auxilio ſuis veniſſet, praelio ſeſe certaturos. Nam callidus id modo feſtinabat, 4
Bocchi pacem imminuere; ne moras agitando, aliud, quam bellum, mallet.

CAP. LXXXII.

LXXXIV.

IMperator poſtquam de regum ſocietate cognovit, non temere, 1
neque, uti ſaepe jam victo Jugurtha conſueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum haud procul ab Cirta, caſtris munitis, regis opperitur; melius ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus

bimus. Alteram formulam poſuit Auctor Cat. c. XII. n. 3.

SI ROMANUS AUXILIO SUIS VENISSET. Vinar. 1. *ſi dus Romanus* &c. Baſil. 1. Remenſes, Acad. Franc. Uratisl. 2. & 3. Guelf. 2. 6. 10. 12. *dux Romanus;* Eccard. *dux Romanorum.* Ceteri recte vulgatam ſervant. Livius I. c. XXIII. *Ibi inſit* Albanus. i. dictator Albanus. Id. XXXII. c. XI. extr. *His copiis ita dimiſſis, eo intentius* Romanus *undique inſtat capi ſtationes.* i. Romanus conſul. c. XXXI. *Inter hos* Romanus *ad extremum litus progreſſus.* i. imperator Romanus. c. XXXII. princ. *Cum* Romanus *eum aequum cenſeret, morem dicere.* & mox: *tum Romanus.* & ſic aliis locis quam plurimis; ut ſaepe apud Noſtrum *Numida*, pro Jugurtha; *Maurus*, pro rege Maurorum Boccho c. CVIII. num. 1. & 3. c. CXII. extr. c. CXIII. n. 3. Sic & *Romanus* pro exercitu R. Liv. XXXIX. *cap.* XXI. *Superati praelio ſunt, ad duodecim millia hominum caeſa, plus duo capta: & caſtris* Romanus *potitus.*

4. ID MODO FESTINABAT. *Id* abundanter additur, & alia exempla congeſſimus ad Cat. c. XLVIII. n. 7. Feſtinabat Jugurtha, ut Bocchum *facinore admiſſo, ad ſanitatem reverti puderet,* verbis Caeſar. VII. Gall. c. XLII. vide plura apud Freinshem. ad Flor. I. c. IX. n. 1. Uratisl. 2. *eo modo feſtinabat.* Guelf. 9. *pacem minuere.* vide infra c. CX. n. 2.

NE MORAS AGITANDO. Baſil. 1. Senatorii, Acad. Heuſſ. Remenſ. 1. Fabric. 2. & Eccard. *ne mox agitando.* Incert. 2. Franc. & Guelf. 6. *ne mox agitando moras*, utraque lectione adnotata. Remenſ. 2. *ne mox exagitando.* unde fuere, qui, ut *mox agitandi* defenderent, agitare, pro cogitare ſumſerunt, Glareanus ad h. l. & C. Langius ad Cic. I. Offic. c. XXIV. Sed fruſtra. Noſter *agitare inducias, pacem, bellum,* & ſimilia paſſim. vide ſupra c. XXIX. num. 4.

ALIUD, QUAM BELLUM MALLET. *Aliud* deeſt Senat. 2. & *bellum* Guelf. 10. Omnes autem *quam* agnoſcunt. quod cum in Colonienſi non legeret Palmerius, ſtatim mox *aliud bello* procudebat, ut adferret eruditam ſcilicet obſervationem, quam hodie nemo ignorat, nec eo tempore quiſquam tamquam novam audiebat. Guelf. 11. *maleret* a manu ſecunda: prima dederat *maneret.*

CAP. LXXXII. 1. UTI SAEPE JAM VICTO I. Vinar. 1. *Neque ſaepe uti jam victo I.* Eccard. & *neque*, & *ſaepe* omittit: cum tamen *temere & non omnibus locis pugnam facere* circumſpecte Salluſtius ſcripſerit. Guelf. 12. *jam victo* inter lineas oſtentat. Uratisl. 1. *in omnibus locis.*

PUGNANDI COPIAM FACIT. Guelf. 10. *pugnando.* male. Catil. c. LVI. num. 4. *hoſtibus occaſionem* pugnandi *non dare.* Guelf. 9. *copia facit.* Plautus Ciſtell. Act. I. Sc. II. v. 18. *Ubi mihi poteſtas primum evenit, ilico* Feci ejus *ei, quod me oravit*, copiam. Milit. A. IV. Sc. II. v. 19. conveniundi *mihi poteſtas eveniat.* Fabric. 1. Remenſ. 2. Guelf. 2. & 10. *copiam fecit.* quod alii mutarunt, propter excipiens *operitur.* vide c. LXXX. num. 2. Fabric. 2. *facere*, uti conjecerat Gruterus. idque loco maxime accommodatum. vide *cap.* LIV. num. 6. & *cap.* LVIII. n. 1. Non autem ſemper ad praelium feſtinandum eſſe, docuit Zevecot. ad Flor. I. c. XIII. p. 39.

REGES OPPERITUR. Ita edd. omnes. at Gu. 3. *regis opperitur.* quod adprobo.

COGNITIS MAURIS. Prudenter & ex officio boni Imperatoris, qui & ipſe, & milites ejus hoſtem noſſe debent. Silius VIII. v. 48. *novus Hannibalis ſat nomina ferre Si diſcit miles, nec frigidus adſpicit hoſtem.* v. 313. *tu (proh Superi!) tu protinus arma? Tu campum noſcas ante,*

Digitized by Google

2 novus hoſtis acceſſerat, ex commodo pugnam facere. Interim Romae per litteras certior fit, provinciam Numidiam Mario datam. nam conſulem factum, jam antea acceperat. Quis rebus ſupra bonum atque honeſtum perculſus, neque lacrumas tenere, neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus, nimis molliter aegritudinem

exploreſque trahendo, *Quantum hoſti victus. tu non, quae copia rerum*, *Quae natura loci*, *quod ſit, rimabere ſollers Armorum genus?* &c. Valer. Flaccus IV. *v.* 284. *Hunc pudor, hunc* noto *jam ſpes audentior* hoſte *Inſtimulat*. Ita Caeſar II. Gall. *c.* VIII. *quotidie tamen equeſtribus praeliis, quid hoſtis virtute poſſet, & quid noſtri auderent, periclitabatur*. adde IV. Gall. *c.* XX. Auct. B. Afric. *cap.* LXXII. *ſollicitabatur autem his rebus, quod nondum hoſtium legiones* cognoverat, & quae ſequuntur. Cautus ille Hannibal cum Flaminio non ante pugnare voluit, quam ejus ingenium noſſet. vide Livium. Peſſime ergo Guelf. II. *incognitis*. adde Gruter. ad Liv. VII. *cap.* XVII. & Zevecot. ad Florum pag. *99*.

Novus hostis accesserat. Livius II. *c.* VI. *Vejentes vinci ab Romano milite ſueti, fuſi fugatique. Tarquinienſis* novus hoſtis *non ſtetit ſolum, ſed etiam ab ſua parte Romanum pepulit*. Oroſius III. *c.* XXIII. *Seleucus quoque ex Aſia majore deſcendens*, novus *Antigono hoſtis* acceſſit. Male Acad. & Guelf. 10. vocem *hoſtis* neglexerunt. Fabric. 2. *acceſſit*. Guelf. 12. *ex quomodo*.

2. Roma per litteras certior fit. Hoc ordine MSS. meliores, non, *fit certior. fit* deeſt Guelf. II. deinde 6. *allatas per litteras*; Fabriciani & Franc. *Romae*, ut alibi ſaepius. Senat. 2. & Heuſſ. *ex Roma.* ita ſupra *c.* LXXXIX. n. 5. *Igitur* Carthagine *duo fratres miſſi*, corruperant. Is etiam poſitus, *provinciam Num. Mario datam*, eſt MSS. & vett. impreſſorum, quem nuperi quidam temere mutarunt. In aliis eſt *antea acceperat*; ſed plerique *ante*. Guelf. 10. *anteceperat*.

Quibus rebus supra b. aut honestum. Recte Guelf. 3. *quis rebus*, etſi alterum omnes omnino edd. propinent. vide *c.* LXXX. num. 5. ſed *rebus* non viſitur in Eccard. qui tamen vehementer impingit in morem Salluſtii, & idem mendum Cat. *c.* XXXI. n. I. adnotavimus. *bonum & honeſtum* eſt quidem in Baſil. I. Fabric. I. Senatoriis, Heuſſ. Eccard. Vinar. I. Uratisl. 2. Acad. Franc. Guelf. 3. 4. 6. 9. 10. 12. Nec tamen probo. Gruterum vide, qui cum in MSS. ita reperiſſet, ſine ulla alia cauſſa ab vulgata lectione, *bonum atque honeſtum*, abire potuit: quam in aliquot Codd. reperiſſe debet, cum reliqui noſtri & omnes edd. vett. eam repraeſentent. Noverat ille formulam, noverat etiam in optimis MSS. *atque* & *aut* confundi, ut Virgil. III. Georg. *v.* 329. Sed non ex alienis hoc probabimus; Salluſtius nobis ſufficiat. Cat. *c.* XXXI. n. 5. *diſſimulandi cauſſa* atque *ſui expurgandi*. vulgo, *aut ſui*. *c.* XXXIX. num. 4. *imperium* atque *libertatem*; alii *aut*. item, *ſuperior*, aut *aequa manu*. *c.* LI. num. 4. *reges* atque *populi*; *c.* LII. num. 33. *ſi dis*, aut *hominibus umquam ullis pepercit*. *c.* LIX. num. 6. *tribunus*, aut *praefectus*; Supra *c.* XXIII. num. I. *vallo* atque *foſſa moenia circumdat*; *c.* LIII. num. 3. *collis* aut *noctis auxilio*; infra *c.* LXXXVII. num. 2. *gloriam* atque *divitias quaeri*. *c.* LXXVIII. n. 6. *pacem* atque *bellum mutare ſolitus*. Vide loca, quibus modo *aut*, modo *atque* importune ſubſtitui etiam ab optimis libris cognoſces. Uratisl. I. *bonum & honeſtum*; Fabric. 2. *bonum ac honeſtum*. honestum poſuit pro *decoro*, ut Cat. *c.* VII. n. 6. Supra *cap.* V. num. 5. *amicitia Maſiniſſae* bona atque honeſta *nobis permanſit*; *c.* VIII. num. I. *quibus divitiae* bono honeſtoque *potiores erant*. III. Hiſtor. *ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverit*. &c.

Neque lacrymas tenere. Eccard. *neque lacrimans tenere*. Eam rem ita extulit Dictys IV. *c.* XIII. *Solus namque omnium, paene* ultra virilem modum *interitu Achillis conſternatus eſt*.

Egregius in aliis artibus. Guelf. 10. & Eccard. *egreg. in alteris artibus*. Guelf. 9. *in* omittit, quam in aliis etiam neglectam reperit Rivius. Sed Cicero I. de Orat. *Si eſt idem* in *procuratione civitatis* egregius. A. Gellius X. *c.* XI. *Nigidius*, *homo* in *omnium bonarum artium diſciplinis* egregius.

N. molliter aegritudinem pati. Non dixit *muliebriter aegritudinem pati*, ut Horatius, Juſtinus, alii: etſi vox *molliter* nimis eumdem, ſed paullo digniorem ſenſum habeat. Alibi Noſter, *aequo animo pati*. Auct. II. de Rep. Ord. Aſperrume *rectorem* patitur. Auct. Declam. in Cicer. princ. Graviter & *iniquo animo maledicta tua* paterer. Reprehendit etiam Cicer. I. Offic. eos, *qui in dolore ſunt* molliores.

3. Alii

Digitized by Google

dinem pati. Quam rem alii in ſuperbiam vortebant: alii bonum 3
ingenium contumelia accenſum eſſe: multi, quod jam parta victoria
ex manibus eriperetur. nobis ſatis cognitum, illum magis honore Ma-
rii, quam injuria ſua excruciatum, neque tam anxie laturum fuiſſe,
ſi ademta provincia alii, quam Mario, traderetur.

CAP.

3. ALII IN SUPERBIAM VORTEBANT. *Vortebant* ſcripſere Senat. Guelf. Baſil. primi. id Verbum pro *ducebant* intelligendum eſt, propter ſequentia, quibus ea notione reſpondet. Non enim *dicebant* aut aliud quid illis interſerendum eſt. Ita ſupra *c.* XVII. num. 3. *In diviſione orbis terrae plerique in parte tertia Africam* poſuere, *pauci tantummodo Aſiam & Europam* eſſe. *c.* XVIII. num. 4. *hi proxumos noſtrum mare locos* occupavere; *Sed Perſae intra Oceanum magis*. adde Cat. *c.* XXXVI. n. 3. *c.* LI. n. 9. & I. Hiſt. Orat. Philippi n. 6. Supra *c.* XXXVIII. n. 9. & *c.* LXII. n. 5. Aliis etiam locis hanc Syllepſin, ut quidam nominant, illuſtravimus. infra *c.* LXXXV. n. 26. *ne quis modeſtiam* in conſcientiam *duceret*. Sic *eſt in uſum*, Frontin. de Aquaed. Art. XXVII.

BONUM ING. CONT. ACCENSUM ESSE. Rem. I. *accenſum eſſe dicebant*. Fabric. I. *bonum* haud ſcripſit, ac ſine eo Cat. *c.* XX. n. 6. *Ceterum mihi in dies magis* animus *accenditur*. Atque alibi eodem modo. Niſi tamen *bonum* addidit, ut virtutem Metelli innueret, quae quo major cujusque animo ineſt, eo magis aſpere injuriam patitur. Supra *c.* XXII. n. 3. *quo plura bene atque ſtrenue feciſſet, eo animum ſuum injuriam minus tolerare*.

JAM PARTA VICTORIA EX M. ERIPERETUR. Academ. *jam parata victoria in manibus erip.* Fabric. 2. *ex manibus provincia eriperetur.* unde ſuſpicabar: *quod jam victoria in manibus eriperetur*, reſectis ceteris. h. e. victoria quae in manibus fuerat. quo genere ſupra uſus eſt auctor. Mox tamen tamquam paullo aſperius ſepoſui. Adſtrictius Sulpic. Sev. I. Hiſt. *cap.* LI. *Quo nuncio Sennacherib ad ſua tuenda converſus, fremens & clamitans*, victori *ſibi* victoriam eripi, *bellum omiſit*. Florus II. *c.* XVI. *Sed (fata rerum!) cum Metellus dimicaſſet, ad victoriam Mummius venit*. cum nota Freinshemii. Eccard. *jam* omiſit. *Ex manibus* Codd. ceteri. atque ita Cat. *c.* XLVIII. n. 4. & ſupra *c.* XXIV. n. 10. Curt. IV. *cap.* XVI. num. 3. *Frendente Alexandro*, eripi *ſibi victoriam* e manibus, *& Darium felicius fugere, quam ſequi ſe.* Aliter Juſtin. XXXVIII. *c.* V. n. 7. Raptam *tamen ſibi eſſe* victoriam *ab illis, quorum nihil eſt, niſi bello quaeſitum*.

HONORE MARII. Ita ſolent aemuli: ſed magis in honore eorum, quos paullo ante infra ſe poſitos viderunt. Simile prorſus exemplum pete ex Herodiano III. *c.* II. n. 5.

INJURIA SUA EXCRUCIATUM. Guelf. 12. *ex ſua injuria*. In Verbo *excruciatum* nihil variant Codd. & valde frigidum, prae altero, Commeliniani *exercitum*, quod tamen placere poterat Grutero, ſponte ſua animo ejiciens Terentianos hujusmodi floſculos, omnium ore celebratos. Nimium illi videbatur. At augent talia optimi ſcriptores. Cat. *c.* XV. num. 4. *ita conſcientia mentem excitam* vaſtabat. ubi eumdem errorem errarunt. Plaut. Milit. Act. IV. Sc. II. *v.* 76. *quid illam miſeram animi* excrucias. Cic. XIV. epiſt. III. pr. *nec me meae miſeriae magis* excruciant, *quam tuae veſtraeque*. Is ea ratione IV. Acad. Qu. *lacerari dolore*. II. de Invent. *quae contra omnia uterque ſimili via praeceptorum* torquere *ad ſuae cauſſae commodum debebit*. Id. Orat. ad Brut. *ita flexibiles, ut ſequatur, quocumque* torqueas. V. ad Attic. ep. I. *Pontinium* extrudas. ad Q. Fratrem: *ne quis caſus* perimeret *ſuperiora*. Ita Comici, *Nullus ſum, perii*, rei augendae cauſſa. Livius XXXV. *c.* XLVIII. *maria terrasque complere*. Auſonius Idyll. VII. *Et velox inopes uſura* trucidat. Trebell. Pollio Gall. *c.* VII. *fracto* foedere, *quod promiſerat*. Florus II. *c.* VI. n. 2. Urebat *nobilem populum ablatum mare*. quod Polybius ſimplicius *βαρέως ἔφερον*, III. *cap.* XIII. Sed apud Annaeum plura hujus generis. Lucanus V. *Tonat augure* ſurdo. Spartian. Adriano *c.* XVII. *de eo, qui amicos ad prandium* clamabat. Capitol. Pio *c.* X. *Cum vocaretur ab* oſtentatione *pietatis*. Iterum Auſon. Epitaph. VIII. *Hoc tegor in tumulo quarti jam* prodigus *aevi*. adde ſupra *c.* XLIV. extr. & quae de hac figura Seneca VII. Benef. *c.* XXIII.

ANXIE LATURUM F. SI ADEMTA PROV. Uratiſl. 3. *tam anxium*. Senat. 2. & Heuſſ. *ea laturum fuiſſe*. Vinar. I. Acad. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 7. 10. & 11. cum edd. vett. *ſi adepta provincia*, ea paſſim inter ſe permutantur, & duobus exemplis demonſtrat H. Stephan. I. Schediaſm. XXIV.

CAP. LXXXIII.

1 IGitur eo dolore impeditus, & quia ſtultitiae videbatur alienam rem periculo ſuo curare, legatos ad Bocchum mittit, poſtulatum, *ne ſine cauſſa hoſtis populo Romano fieret: habere eum magnam copiam ſocietatis amicitiaeque conjungendae, quae potior bello eſſet; quamquam opibus confideret, non debere incerta pro certis mutare: omne bellum ſumi facile, ceterum aegerrume deſinere: non in ejusdem poteſtate initium ejus & finem eſſe: incipere cuivis, etiam ignavo licere; deponi, cum*

CAP. LXXXIII. 1. QUIA STULTITIAE VIDEB. Fabric. 2. *ſtultitiae ideſſe videbatur*. Fabric. 1. omiſerat nomen *ſtultitiae*, & ab alia manu accepit inter verſus *ſtultitia*, quod legitur praeterea in Acad. Uratiſl. 1. & 3. Eccard. Guelf. 2. 4. 7. 11. 12. ut Cicero Bruto, *brevitas laus eſt:* item alibi, *honos eſt*. Sed recte ceteri MSS. cum edd. priſcis *ſtultitiae*, ut ſupra *c.* XIV. n. 7. *tamen* erat majeſtatis *populi R. prohibere injuriam*. Aeſchines contra Timarch. pag. 180. αὐτοῖς μὲν εἶναι πολλῆς ΑΒΕΛΤΗΡΙΑΣ. Cic. XV. epiſt. IV. n. 43. *philoſophiam illam veram & antiquam, quae quibusdam* otii eſſe *ac* deſidiae *videtur*. Id. I. ep. IX. *artis eſt*. Caeſar IV. Gall. *c.* XIII. *Exſpectare vero, dum hoſtium copiae augerentur* — ſummae dementiae *eſſe exiſtimabat*. III. Civ. *c.* LXXII. *Non illi paucitatem noſtrorum militum* — cauſſae fuiſſe *cogitabant*. Zeno Veron. Serm. LIII. *ſimilis namque ejuſdemque* ignaviae eſt, *in adverſis humilem ac miſerabilem fieri, in proſperis inſolenter efferri*. Ponitur nempe iſte gignendi Caſus pro Adjectivo, quae ſua Natura eum Caſum Subſtantivi bene patiuntur. vide infra ad *c.* LXXXVIII. num. 4. adde praeterea III. Hiſtor. Orat. Macri n. 20. Mox mallem deleri *poſtulatum*.

HABERE EUM MAGNAM COPIAM. Baſil. Fabric. Senat. Vinar. primi, Acad. Incert. 2. Remenſis, Uratiſl. 1. 3. Eccard. Guelf. 1. 2. 6. 7. 9. 10. 11. *habere tum magnam*, & ſic edd. vett. Guelf. 4. *habere tam magnam*, quomodo quidam Gruteri. Guelf. 12. *habet enim magnam;* Vinar. 2. Senat. 2. Heuſſ. *habere tamen magnam*. Ceteri pauci *eum*, quod Rivius atque Gruterus adprobant. Neque dicas, Bocchum non antea, ſed *tum* copiam habuiſſe amicitiae conjungendae: Nam Salluſtius in eo ſignificatu numquam *tum* praeciſe ponere ſolet. Saepiſſime autem temporis particulas omittit. Sed rectius nec *tum*, nec *eum* leges. Guelf. 3. & Incert. 2. *amicitiaeque conveniendae*. Supra Incerti, Fabric. 2. & Guelf. 10. *hoſtis populi Romani*. Ceterum imitatur hanc admonitionem Herodian. VI. *c.* II. n. 10.

QUAE POTIOR BELLO ESSET. Acad. *quo potior;* Eccard. & Guelf. 4. *quae potior eſſet*, omiſſo eleganter Nomine *bello*. Vinar. 1. *q. p. bello foret*. Franc. & Guelf. 9. *quae potiora bello eſſent*. quod ex meliori codice arriperem; niſi & Salluſtius Singularem Numerum in hoc poſitu amaret Catil. *c.* XII. num. 1. & *c.* XXV. num. 3. ad *copiam* etiam cum auctore referre poteris.

QUAMQUAM OP. SUIS CONFIDERET, TAMEN. Baſil. 1. *& quamquam;* Academ. *& quantum;* Edd. Pomponii, *quam qui opibus*. Uratiſl. 1. *non tamen incerta pro certis mutare*. Unde veriſſime Fabric. 2. *quamquam opibus confideret, non debere*, &c. omiſſis *ſuis*, & *tamen*. De omiſſo Pronomine diximus ad Cat. *cap.* XXXV. num. 1. atque ita ſupra *cap.* IX. n. 2. *nobis ob merita carus*. adde *c.* LXXXV. n. 4. Alteram Ellipſin firmavi exemplis ſupra ad *cap.* XXXV. num. 9.

INCERTA PRO CERTIS MUTARE. Cat. *c.* XX. n. 2. *neque ego per ignaviam, aut* [illegible] *ingenia* incerta pro certis *captarem*. [illegible]
12. eraſa eſt Praepoſitio *pro*. n[illegible]
eam addidit Criſpus, etſi ſae[illegible]
tare uſus ſit. Jam *mutare* [illegible]
certa eligere pro certis. [illegible]
extr. quae *quamquam* [illegible]
tis metu mutabant. [illegible]
convenit. ubi vide [illegible]
ſuperius adſcripto[illegible] n. 6.
ubi *incerta pro* [illegible] ſed
non cum Ve[illegible] viden-
tur. Rem [illegible] ita
extulit [illegible] γὰρ
[illegible]
[illegible]

SUM[illegible]

cum victores velint. proinde ſibi regnoque conſuleret; neu florentis res ſuas cum Jugurthae perditis miſceret. Ad ea rex ſatis placide verba facit: 2
ſeſe pacem cupere, ſed Jugurthae fortunarum miſereri. ſi eadem illi copia fieret, omnia conventura. Rurſus imperator contra poſtulata Bocchi 3
chi nuncios mittit. ille probare, partim abnuere. Eo modo ſaepe ab

SUMI FACILE CETERUM AEGERRUME DESINERE. *Sumere* bellum eſt adſumere, incipere, ut diximus ſupra ad *c.* XX. n. 5. Tacit. IV. Hiſt. *c.* LXIX. Sumi bellum *etiam ab ignavis, ſtrenuiſſimi cujuſque periculo geri.* Sulpic. Sev. II. Hiſt. *c.* XIX. *ne forte frequentibus malis impulſi* bellum ſumerent, *praeſidium arci impoſuit.* Pro *aegerrume*, Fabriciani, Incerti, Vinar. I. Senat. I. Guelf. I. 2. 9. & edd. Pompon. *acerrime;* Guelf. 6. *accerrime.* Veneta 1470. *aſperrime.* Franc. lepide: *ſumi facile, ceterum aſperrime ſuſtinere, aegerrime deſinere.* In proclivi fuit ex *aegerrime* facere *acerrime*, cum *c* & *g* litterae frequenter in MSS. altera in alteram tranſire ſoleant: & *ae* diphthongus ſaepe una littera truncata ſit. Alterum recte tuetur Rivius ex eo Ciceronis de Seneſt. *c.* XX. *Omnis conglutinatio recens* aegre, *inveterata* facile *divellitur.* Lactant. VI. *c.* VI. *At id ſuſcipere* facile eſt, *implere* difficile: *quia cum te certamini congreſſionique commiſeris, in arbitrio dei, non tuo poſita victoria eſt.*

IN EJUSDEM POTESTATE. Guelf. 3. *non in ejus poteſtate.* male. 12. *in ejus ſimul poteſtate.* ſed id eſt, quod *ejuſdem* una voce exprimas. Franc. *in eadem poteſtate.* Senat. I. & Uratisl. 3. *non ejuſdem poteſtate.* ex quo aliquis, *non ejuſdem poteſtatis* eliciat; ſed operae pretium non erit. Guelf. 9. *non in ejuſdem poteſtatem.* quod elegantioribus placebit. atque ita infra *c.* CXII. n. 3. Vinar. I. *initium, & finem eſſe*, ſine Pro vocabulo *ejus.* ac id non valde neceſſarium loco videtur.

CUIVIS, ETIAM IGNAVO. Vinar. I. *cuique, ignavo eti*[illegible] non multo melius, quam G[illegible] *am ignavo.* 9. *cuique ign*[illegible] eſt etiam 7. ſed 10. [illegible] *ivis,* [illegible] xime placet. Rem. 2. *juſvi*[illegible] bric. I. *licet.*

D[illegible] S VELINT. Ita melio- [illegible] 7. & 9. *non deponi, ni*[illegible] nde adparet, fuiſſe in [illegible], *niſi victores velint.* [illegible] II. *non deponi, aut cum* [illegible] 2. *ſed deponi, cum* cet. [illegible] *vellent.* vide Cat. *c.* LVIII. [illegible] or. p. 35.

[illegible] O CONSULERET. *Suo* deeſt [illegible], Viteb. & Lipſ. 1510. idque recte factum pronuncio. vide Cat. *c.* LI. n. 4. & *c.* XXXV. extr.

NEU FLORENTIS RES SUAS. Vide IV. Hiſt. n. 2. Epiſt. Mithridatis, qui Arſacen impellere voluit, ut *florentis res, cum ſuis perditis miſceret.* Eccard. omittit *res.* Guelt. 9. *perditis rebus.* II. *praedictis;* Uratisl. 2. *perditiſſimis.*

2. SATIS PLACIDE VERBA FACIT. *Verba facit* Grutero ab librario additum videtur. neque ipſe ſecus exiſtimo. Supra *c.* LXXII. n. I. *ſatis placide* reſpondet. Mox Vinar. I. & Fabric. I. *ſe pacem cupere*, non *ſeſe.*

SI EADEM ILLI COPIA FIERET. Fabric. I. a prima manu, Uratisl. I. Guelf. 7. & 10. *ſi eadem illi copia foret.* quod probo. Nam Noſter non adhaeret ſemper dictioni copiam *facere, fieri.* Sed etiam *copia eſt, copiam habet* alibi dixit. Guelf. 4. *conventura dicebat.* peſſime. *Conveniunt* illa, in quibus utraque pars conſentiunt. vide ſupra ad *cap.* XXXVIII. extr. Livius Epit. LXXXIV. *quae conditio cum juſta ſenatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, ne conveniret, effectum eſt.* Infra *poſtula* ſcripſit Vinar. I. pro *poſtulata.*

3. PROBARE PARTIM, ALIA ABNUERE. Fabric. I. Incert. 2. Uratisl. I. Guelf. 6. 9. & 12. *prob. partim, partim abnuere.* Fabric. 2. *partim probare, partim abnuere.* Ex quo certum, clarum, recte ſcripſiſſe Senat. I. Vinar. I. Uratisl. 3. Guelf. I. & 2. *ille probare, partim abnuere.* quomodo etiam Veneta 1470. Adprobat Gronovius ad Liv. III. *c.* XXXVII. ubi plura talia collegit, in quibus particulae relativae ſemel tantum ponuntur. Noſter Catil. *c.* L. n. I. *liberti & pauci ex clientibus Lentuli opifices atque ſervitia ad eum eripiendum ſollicitabant*, partim *exquirebant duces multitudinum.* ſic ibi omnes edd. & MSS. Eod. *c.* LXI. n. 8. *volventes hoſtilia cadavera, amicum, pars hoſpitem reperiebant.* Supra *c.* XIX. num. I. *haeque brevi multum auctae originibus ſuis praeſidio*, aliae *decori fuere. c.* XXXI. n. 10. *incedunt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia & conſulatus*, pars *triumphos ſuos oſtentantes.* Adſeruerat olim doctiſſimus Budaeus in Pandect. *partim* nuſquam ſolitarium legi: ſed eum refutavit dudum H. Magius I. Miſcell. *cap.* VII. reprehendit etiam Giſan. ad Lucret. pagin. 399. Noſter denique III. Hiſtor. Or. Macri n. 15. *Dein ne vos ad virilia illa vocem,*

ab utroque miſſis remiſſisque nunciis tempus procedere, &, ex Metelli voluntate, bellum intactum trahi.

C A P. LXXXIV.

LXXXVI.

1 AT Marius, ut ſupra diximus, cupientiſſuma plebe Conſul factus, poſtquam ei provinciam Numidiam populus juſſit, antea jam infeſtus nobilitati, tum vero multus atque ferox inſtare: ſingulos modo, modo univerſos laedere: dictitare, *ſeſe conſulatum ex vi-*

quo tribunos plebi, modo *patricium magiſtratum* cet. qui locus vulgo corruptiſſimus circumferebatur, ſed propter ſolam particulam *modo* ſemel poſitam. Alia, quae ſunt apud Noſtrum, non memoro, illa nempe, ubi *alii*, *alii* concurrunt, & ſaepiſſime in MSS. alterum deficit. nam in iis librarii ipſi ſeſe tuentur, qui & alibi, ubi eaedem voces iterabantur, alteram ſaepe neglexerunt. vide ſupra *c.* XXXI. n. 23. Volcatius Caſſio *c.* III. ſaepe *religioſus*, alias *contemtor ſacrorum; avidus vini*, interim *abſtinens*. Sic *tum* ſemel poſuit Frontinus de Aquaed. Praefat. Noſter alibi *ſimul*. vide EXCURSUM IV. n. 4. Guelf. 9. *partim abnuit*. 10. *probari partem*. Uratisl. 2. & Guelf. 2. *illa*, pro *ille*, nempe Bocchus.

MISSIS REMISSISQUE. Pro quo Caeſar I. Gall. *c.* XLII. *cum ſaepe* ultro citroque *inter eos legati mitterentur*. Supra *c.* LVIII. n. 3. *tela miſſa remittere*. Infra *ex* deeſt Uratisl. 1. *bellum* omittit Francianus; *intactum* Uratisl. 3. pro quo 2. *infectum*. Fabric. 2. *protrahi*. Sed *trahi* uſitatiſſimum in hoc ſignificatu. vide ſupra *c.* LXIV. num. 5.

CAP. LXXXIV. 1. CUPIENTISSUMA PLEBE. *Cupiens* pro ſtudente, adnitente frequens apud Plautum ceteroſque, frequentiſſimum apud Q. Septimium. Ennii illud notum: *Stultus eſt, qui cupida* cupiens *cupienter cupit*. At Aurel. Victor Caeſar. *cap.* XXIX. numer. 3. *Julius Valens* cupientiſſimo vulgo *imperium capit*.

EI PROV. NUMIDIAM POPULUS JUSSIT. Perperam Fabric. 2. *populus dari juſſit*. nam iſtud perpetuo in hac dictione excluditur ab optimis ſcriptoribus. Sed ab illo certe pendet tertius Caſus *ei*; quamquam & in alia conſtructione ille Caſus Verbo *jubere* addatur. vide Sanct. II. Minerv. *c.* IV. ibique Perizonium. Muncker. ad Hygin. Fab. CXCVI. Daviſium ad Caeſar. III. Civ. *cap.* XCVIII. At recte damnavit exactiſſimus Gronovius *jubeo tibi*, & cum Cl. Burmanno ad Petron. Sat. *c.* LXXI. facio, qui ſemper Verbum intelligendum eſſe, hoc ipſo Criſpi loco probavit. adde & ſupra *c.* LXXIII. extr. Uratislav. 2. vacat *Numidiam*. Et ſufficiebat, *poſtquam ei provinciam populus juſſit*. Similem Gloſſam loco proxime citato animadvertimus.

ANTEA JAM INFESTUS NOBILITATI. Guelf. 9. *& antea infeſtus nob.* Vinar. 1. & Uratisl. 1. *infenſus*. Guelf. 2. *infeſtus nobilitate*, quod eſt contra veritatem. Florus III. *c.* XVI. *Tantum animorum viro Marius dabat*, *qui* nobilitati *ſemper* inimicus, cet. Valer. Max. II. *cap.* II. n. 1. C. *Marius civis alioquin magnificus*, *ſed novitatis ſuae conſcientia* vetuſtati non ſane propitius. Eccard. *infeſtus nobilitatis*. atque id etiam corruptum eſt. Catil. *c.* XIX. num. 1. *quod eum infeſtum inimicum* Cn. Pompejo *cognoverat*.

TUM VERO MULTUS ATQUE FEROX INSTARE. *Vero* deeſt Fabric. 2. & Guelf. 10. quem lapſum nobis ſe jam ſupra obtuliſſe, memini. Contra Catil. *c.* LXI. n. 1. *Sed confecto praelio*, tum vero *cerneres*. ubi vide. MULTUS eſt, ubi pro moleſto, moroſo atque gravi accipitur. Plautus Menaechm. A. II. Sc. II. *v.* 41. *Heu hercle hominem* multum *& odioſum mihi!* Vopiſcus Aurelian. *c.* XXXII. *atque*, *ut erat ferox animi*, *cogitatione* multus, *vehementer iraſcens*, cet. ubi vide, quae largiter adnotavit Salmaſius. Sic & *nimius*. Tacit. Agric. *c.* VII. *legio legatis quoque conſularibus* nimia *ac formidoloſa erat*. Seneca Agamemn. *v.* 84. *Quaeque ſuperbos urit Erinnys*, Nimias *ſemper comitata domos*. Sunt & alia Adjectiva, quae proprium ſignificatum deſerunt, eorumque vocabulorum adſumunt, quibuscum frequentius conjunguntur. Ita *longus*, Cicer. III. epiſt. x. n. 6. ita *magnus* homo, pro *nequam*, Scaliger Conject. ad Varron. p. 71. 72. & *μέγας* apud Ariſtophanem, pro ſtolido & inepto, Idem pag. 119. Sed apud Noſtrum de aliena notione non eſt cogitandum, qui, ſuo more, *multus atque ferox* dixit, pro multum fe-

Digitized by Google

victis illis ſpolia cepiſſe ; alia praeterea magnifica pro ſe , & illis
dolentia. Interim, quae bello opus erant, prima habere : poſtulare 2
legionibus ſupplementum, auxilia a populis & regibus ſociisque arceſſere : praeterea ex Latio fortiſſimum quemque , pleroſque militiae, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis

ferociter, aut ſaepe & ferox. Oſtendimus hoc dictione Criſpi ſupra ad *c.* LXXVIII. extr. *inter eos & frequentem Numidiam* multi vaſtique *loci erant*.

SINGULOS MODO, MODO UNIVERSOS. Prius *modo* deficit Senat. I. & Eccardiano. de quo modo dictum ad *c.* LXXXIII. n. 3. adde Catilin. *c.* XV. extr. mox Guelf. 4. & 10. *dictare*, pro *dictitare*, quae permutantur etiam Cat. *c.* XXII. n. 2. Guelf. 3. *agere*, pro *laedere*. in quo aliquid latet.

CONSULATUM EX VICT. I. SPOLIA CEPISSE. Eleganter Guelf. I. *ſeſe conſulem ex v. i. ſpolia cepiſſe;* ſed ea elegantia adfectata, non Salluſtii videtur. Vinar. 2. Incert. I. Franc. Guelf. 7. & 12. *quaſi ſpolia*, aut *ſpolia quaſi*, quod in aliis adpoſitionibus item factitatum eſt. Vinar. I. & Uratisl. I. *ſpolio cepiſſe*. Noſter I. Hiſtor. Orat. Lepidi: *Plebis innoxiae patrias* ſedes *occupavere pauci ſatellites*, mercedem *ſcelerum*. atque ita IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 18. ubi vide. Plura ad haec Cat. *c.* XL. n. 3. *miſeriis ſuis* remedium mortem *exſpectare*. Dictio autem acerbiſſima, qua & victoriam ſuam novi hominis nobilitati, & eorum ignaviam exprobrat. I. Hiſt. Or. Lepidi: *agendum atque obviam eundum eſt, Quirites, ne* ſpolia *veſtra apud illos ſint*. III. Hiſt. Orat. Macri: *Arcem habent ex* ſpoliis *veſtris*. Seneca Troad. *v.* 990. *Hectoris* ſpolium *feret, Qui tulit Achillis?* adde Interpp. Pauli Ep. ad Philipp. *c.* II. comm. 6. & Perizon. Animadv. Hiſt. *c.* VII. Incert. I. *ſpolia accepiſſe;* Veneta 1470. *ſuſcepiſſe*. *Capere* Lex Pompilii regis apud Feſtum : *cujus auſpicio claſſe procincta opima* ſpolia capiuntur. Cicero ex Accio : *Nec quiſquam e noſtris* ſpolia cepit *laudibus*. Livius XXIII. *c.* XLVI. extr. *cur non ferro decerneret; daretque opima* ſpolia *victus*, *aut victor* caperet.

ALIA PRAETEREA MAGN. PRO SE, ET ILLIS. Remenſ. I. *alia magnifica*, neglecta particula *praeterea*. Mihi & illa, & voculae *pro ſe* ſupervacaneae videntur. vide *c.* LXXXVIII. n. 2. Ferimus tamen in Livio IX. *c.* XLI. *magnifice* de ſe, *ac contemtim* de Romanis *loquentes*. At Noſter ſupra *c.* XXXI. n. 10. *Incedunt per ora veſtra* magnifice. *c.* LXIV. n. 5. *criminoſe ſimul, &* magnifice *de bello loqui*. Atque ſi maxime *magnifica* hoc loco non per ſe notaret *magnifica de ſe*, quod vero adparet ex ll. cc. & *c.* LV. n. I. additum tamen *alia* oſtendere poterat, haec de Mario eſſe intelligenda, & ita ad honorem ſuum ab illo dicta eſſe, ut ſuperiora. Infra *c.* CIII. n. 7. *copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quae aut* utilia, *aut* benevolentiae *credebant, oratione extollunt*. quin ergo & ibi ſcribis, *utilia pro Romanis, aut benevolentiae regi ſuo?*

2. PRIMA HABERE. Baſil. I. *praemia habere;* Guelf. 2. *plurima habere*. uterque peſſime. *Prima* ſunt praecipua, tum ordine, tum dignitate. *Ante omnia* curabat, quae bello opus erant. Corn. Celſus III. *c.* IV. *Qua vero moderatione utendum ſit, ut quantum fieri poteſt, omnia iſta contingant*, prima *ſemper* habita *ſalute, in ipſis partibus curationum conſiderandum erit*. vide omnino ad Catil. *cap.* XXXVI. num. 4.

AUXILIA A POPULIS ET REGIBUS cet. Acad. & Remenſ. 2. *auxilia populis*, ſine Praepoſitione. Vinar. 2. *a populis & regionibus*. *Populi & reges* perpetuo juncti incedunt in vectigalibus & auxiliis militaribus. vide Catil. *c.* XX. n. 7. Guelf. II. *a regibus & a ſociis*, quem offendit poſitus copularum, *&*, *que:* qui tamen Noſtro familiariſſimus. vide ad *c.* LXXXI. n. 2. *Socii* ſunt Italici, quibus mox *Latinum nomen* adjungit, ut ſupra *c.* XLIII. n. 3. Fabric. I. *accerſiri;* Rem. I. Uratisl. I. Fabric. 2. pro var. lect. & Guelf. 2. *accerſire;* Senat. I. Franc. Uratisl. 3. Guelf. I. 10. & II. *arceſſere*. Veneta 1470. *arceſcere*. Ceteri *accerſere*.

PLEROSQUE MILITIA, PAUCOS FAMA COGN. Guelf. 3. 6. & 10. *ſibi militia:* qua explicatione nihil opus, cum *militia* & *fama* non aliter opponi queant, niſi illud ſingularem & quae non ſit communis multorum hominum (id *famae* proprium) notitiam innuat. Homo autem militaris viros in praeliis fortes facile noſſe poterat. vide de Petrejo Catil. *c.* LIX. extr. Vinar. I. *famam cognitos*. quod praeterlabi ſinam, ut alii habeant, quocum ſibi placeant multum. At Fabric. I. antequam ſcalpellum pateretur, Baſil. I. Remenſes, Vinarienſes, Academ. Senat. I. Uratisl. I. & 2. Eccard. Guelf. I. 2. 4. & 6. *pleroſque* militiae, *paucos fama cognitos*. Ita etiam Nazarian. & aliquot Palatini, ita Fulvii liber, ex quo jam Manutius reſtituerat lo-

3 ritis ſtipendiis (ſecum proficiſci.) Neque illi ſenatus, quamquam adverſus erat, de ullo negotio abnuere audebat; ceterum ſupplementum etiam laetus decreverat: quia neque plebi militia volenti putabatur, & Marius aut belli uſum, aut ſtudia volgi amiſſurus.

locum. Editores tamen adhuc non receperant: quos jam ſupra aliquoties docui, Salluſtium adamare diverſos Caſus conjungere. Et ne librariis talia imputentur, efficient, quae ex aliis etiam auctoribus adnotavi ad Cat. *c.* XXV. n. 2. litteris *Graecis atque Latinis docta:* multa alia, *quae inſtrumenta luxuriae*. it. Eod. ad *c.* XXXIII. n. 1. *plerique* patriae, *ſed omnes* fama *atque* fortunis *expertes ſumus*. & ad *c.* LIII. n. 2. *quae populus R.* domi militiaque, *mari atque terra praeclara facinora fecit*. Ita ſupra *c.* LVI. n. 4. *poſtea ſeſe* in regno, *illos* in libertatem *ſine metu aetatem acturos*. *c.* LXXIV. num. 3. *Romani ſignorum & armorum aliquanto* numero, hoſtium *paucorum potiti*. quem locum, etſi alia etiam ratione MSS. hanc lectionem tueri poterant, tamen corrumpere maluerunt. At nemo muſſat in Spart. Adriano *cap.* X. *Nec tribunum, niſi* plena barba *faceret: aut* ejus aetatis, *quae prudentia & annis tribunatus robur impleret*. Ferunt etiam laudantque talia, quale illud Tacit. XV. Annal. *cap.* LIII. animi *validus*, & corpore *ingens*.

ACCIRE. Edd. Pompon. Vit. Lipſ. 1510. *accipere*. Sed vix mihi perſuadeo, ab Salluſtio Verbum *accire* ſcriptum eſſe, qui potius ad commune *arceſſere* hanc orationem retulit. vide *c.* XXX. n. 4. Alibi tamen etiam Verba geminare conſuevit. vide ad Catil. *c.* XXXV. n. 3. etſi illa paullo diverſa ſint.

ET AMBIENDO COGERE HOMINES E. ST. SECUM PROFICISCI. Uratisl. 2. *& obedientes cogere*. Incert. 2. *homines* omittit. perquam ſcite. & cum Guelf. 1. 2. 3. ſcripſerint *emeritos ſtipendiis;* veroſimile fit, Salluſtium etiam omiſiſſe. vide ſupra ad *c.* LXXIII. n. 3. Addit tamen *homines*, *nemo* aut ſimile Nomen Auctor in his conſtructionibus paſſim & 1. Hiſt. Orat. Lepidi n. 15. Quare hic nihil muto. At poſtremae duae voces ſunt manifeſto ab Gloſſargis, *ſecum proficiſci*. *Secum* non eſt in edd. Pompon. Viteb. Lipſ. 1510. *Proficiſci*, omnes quidem libri retinent, ſed ſenſus reſpuit atque damnat. Nam *cogere ſecum proficiſci* eſt per vim adigere, ut proficiſcantur. In iis autem, qui emeritis ſtipendiis erant, nulla vis locum habet. precibus illi, pretio & his ſimilibus evocabantur. vide ad Catil. *c.* LIX. n. 3. Scio, quid contra dicere queas. In compoſitione *ambiundo* *cogere*, odioſam illam vim perire. Pereat ſane, ſed junge *ſecum proficiſci*, & niſi ſenſum, ipſum cumulum tamen verborum adverſaberis. Quid multa? *cogere* praeciſe poſitum fraudi fuit. Id tamen non tantum *in unum cogere;* ſed cogere, ut ſecum proficiſcantur per ſe denotare ſolet. infra *c.* XCV. n. 1. *quos uti ex Latio & a ſociis* cogeret, *Romae relictus erat*. Livius XLIII. *c.* XV. *milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi abeſſent ab ſignis cenſus docuit*, in provinciam cogebant. Sed ne cum termino quidem Verbum neceſſario accipiendum eſſe, Verba *arceſſere*, *accire* docent. Loquitur enim de adparatu militari, quem Marius, antequam proficiſceretur, inſtituerat. Atque ſic *cogere* habes ſupra *c.* X. n. 4. & *c.* LIV. n. 3. ubi vide.

3. NEQUE ILLI SENATUS, QUAMQUAM ADV. Guelf. 10. *Ne illi ſenatus*. Vinar. 1. *Neque illis*. Optime Remenſ. 1. Pronomen omittit. vide Catil. *c.* LII. n. 12. & 20. Fabric. 1. *quicquam adverſus erat;* Vinar. 1. *quicquid*. male. Sed iſti homines, *Neque illi ſ. quidquam adverſus erat* per errorem junxerunt.

DE ULLO NEGOTIO ABNUERE AUDEBAT. Remenſ. 2. Incerti, Fabric. 2. Senat. 1. Guelf. 2. & 6. cum Veneta 1470. *de ullo negotio negare audebat*. Fabric. Vinar. & Uratisl. 1. *negare non audebat*. Ceteri *abnuere:* ſed Eccard. Guelf. 11. & Uratisl. 2. *de nullo negotio abnuere non audebat*, ut triplici negatione utantur. Supra *c.* LXVIII. n. 3. *milites jam* abnuentes *omnia*. Juſtin. XVI. *c.* III. *Soli Heracleenſes ob amicitiam regum Perſicorum collationem* abnuerant. Livius III. *c.* LIV. *alii decemviri --- haud quidquam* abnuere. Noſter *de negotio abnuere* dixit, ut alibi *docere de re; indicare de re*. vide Cat. *c.* XLVIII. n. 3. ſupra *c.* XIII. n. 3.

LAETUS DECREVERAT. Vinar. 1. *decreverant*. Lege *laeti decreverant*, nec metuas praecedens *audebat*. vide ad Cat. *c.* XXIII. n. 8.

NEQUE PLEBI MILITIAM VOLENTI PUTABATUR. Manifeſto σολοικίζει haec lectio, quam dedit Gruterus, &, quaſi ab Tacito confirmaretur, probat Waſſius. Gruterus tamen omnes fere ſuos MSS. ita exhibere ait, quod vix crediderim: aut errorem potius operarum in ea nota agnoſcerem. Apud nos Vinar. 2. Uratisl. 2. & 3. Academ. Fabric. 2. Guelf. 3. 4. & 12. habent, *neque plebe militiam volente putabatur*. Se-

ſurus. Sed ea res fruſtra ſperata tanta lubido cum Mario eundi ple-
rosque invaſerat. Seſe quisque praeda locupletem, victorem do- 4
mum

Senat. 2. Heuſſ. & Guelf. 11. *plebe militiam nolente putabatur Marius*, quae lectio eorum eſt qui latine neſciunt, & Tacitum Salluſtiumque non legerunt. Baſil. 1. Franc. Remenſes, edd. Pomp. & Guelf. 6. *neque plebe militia volente*. Sunt & aliae quaedam exiguae varietates in libris noſtris; ſed nihil certius, quam cum Fabric. 1. Vinar. 1. Uratisl. 1. Guelf. 1. 2. & 7. legendum eſſe, *neque plebi militia volenti putabatur*. *Plebi volenti* neceſſario in hoc Graeciſmo eodem caſu; & *militia*, propter *putabatur*, non *militiam* legendum eſt. Dictum autem, ut paullo clarius rem proponamus, *plebi volenti*, pro *plebi volens*, h. e. *volita* barbaro verbo, *cupita*. Nam ad vocabulum *militia*, illud *volens* referendum erat, quod vero Latini, Graecos imitati, ad Subjectum referunt. Ita & in aliis conſtructionibus, ut *illi* eſt Nomen *Tarquinio*; mihi *non licet eſſe malo*. quomodo & alia Adjectiva non ſuis Subſtantivis aptantur. vide ad Cic. v. epiſt. xx. num. 14. viii. ep. iv. num. 5. xii. epiſt. xvi. num. 1. Noſtrum Cat. *c.* xliii. num. 1. & ſupra *c.* xxxvii. num. 2. Gronov. ad Melam. p. 7. Ita ergo Thucyd. ii. *c.* iii. *τῷ γὰρ* ΠΛΗΘΕΙ *τῶν Πλαταιῶν οὐ* ΒΟΥΛΟΜΕΝΩι *ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι*. i. Populo *enim Plataeenſium* non *erat* volenti, *ab Athenienſibus deficere*. atque is eodem modo alibi. Noſter ſupra *c.* lxxiii. num. 3. *litteris cognitis*, volenti animo *de ambobus acceperunt*. i. *quae eſſent ipſis volentibus*. infra *c.* c. nu. 4. *uti* militibus *exaequatus cum imperatore labos* volentibus *eſſet*. Tacitus Agric. *c.* xviii. *ut* quibus *bellum* volentibus *erat*. ubi pleraque Taciti collegit Rhenanus, in quibus Waſſius inepte Accuſativum Caſum quaerit. Addit Ciacconius Macrob. 1. Sat. *c.* vii. *Facite*, *ſi* vobis volentibus *erit*, *diem communibus & fabulis*, *& epulis exigamus*. qui iterum iterumque ea forma uſus eſt. Sed male inde, quod hi fere Verbum Subſtantivum addunt, ad eam correctionem prolabitur, quam jam praeceperat Leopardus iv. Emend. *cap.* xxxiii. cum tamen apud Noſtrum paene ſemper *eſſe* reticeatur poſt Verba *puto*, *exiſtimo*, *videatur*, & quae horum ſunt notionis. Sed & illos, & MSS. aliquot fruſtra habuit iterum *neque* ---- *&* ſeſe excipientes: quam tamen formam abunde illuſtravi ſupra ad *c.* i. num. 5. Melius Carrio iii. Antiqu. Lect. *c.* xx. qui noſtram lectionem defendit.

Et marius aut belli usum. *Et* omittunt Vinar. 2. Academ. & Fabric. 2. ſed perperam. Guelf. 12. *Marium* ---- *amiſſurum*. & id ſciolorum commentum eſt. Pendet ab Verbo *putabatur*. i. Marius *credebatur*, *videbatur amiſſurus*. usum belli dixit, pro eo, quo bello utebatur, nempe milites ſupplementi, ex quibus ſibi commodum ſperabat. Tacitus Germ. *cap.* xxix. *Exemti oneribus & collationibus*, *& tantum in* uſum praeliorum *ſepoſiti*, *velut tela atque arma bellis reſervantur*. vide ſupra *c.* xliii. num. 3. Deinde Remenſ. 2. *aut ſtudia & amicitias vulgi*. ex Gloſſa. Nam *ſtudium*, eſt amor, inclinatio & favor. Supra *c.* vi. extr. ſtudia *Numidarum in Jugurtham accenſa*. Ea putabatur amiſſurus, ſi contra voluntatem plebem ad militiam cogeret. Guelf. 4. *amiſſurus credebat*.

Sed ea res frustra sperata. Vinar. 1. *Sed* ea *fruſtra ſperata*. Male. nam Criſpus *res* Nomen cum Pronomine potius, quam nudum Pronomen adhibere ſolet. Supra *c.* lxxxii. nu. 3. Quam rem *alii in ſuperbiam vortebant*. *cap.* lxxix. num. 1. eam rem *nos locus admonuit*. *c.* lxxv. num. 9. eaque res *multum animis eorum addidit*. *c.* lxxiii. extr. ea res *fruſtra fuit*. Cat. *c.* ix. num. 4. Quarum rerum *ego maxuma documenta haec habeo*. *c.* vii. extr. *Ni* ea res *longius ab incepto traheret*. *c.* xviii. extr. Ea res *conſilium diremit*. & ſic millies alibi. Saepe etiam Pronomen Relativum Neutrum reſpicit hanc Periphraſin. Supra *c.* xli. num. 1. *Otio & abundantia* earum rerum, quae *prima mortales ducunt*. ubi vide. Aut aliud Nomen Subſtantivum, quod nudo potius Pronomine Demonſtrativo contentum fuiſſet. Cicero i. ad Attic. ep. iii. *Aviam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe* ---- ejus rei *conſolationem ad te L. Saufejum miſſurum eſſe arbitror*. vide nos ad Cic. i. epiſt. viii. num. 2.

Tanta lubido c. M. e. p. invaserat. De his diximus ad Cat. *c.* vii. num. 3. *tanta cupido gloriae inceſſerat*. Unde conſtabit, male Fabricianos ſcribere, *invadit*: quod forte corruptum ex *invaderat*; male etiam Guelf. 1. habere, & *tanta lubido* cet.

4. Praeda locupletem fore. Guelf. 6. *praedae locupletem*, ut Livius xxxv. *c.* i. *Eo victorem*, opulentum praedae, *exercitum P. Cornelius reduxit*. Apulejus vii. Met. pag. 125. *Erat in proxima civitate juvenis natalibus praenobilis*, *equo clarus &* pecuniae *ſimul ſatis* locuples. Non aliter ſcripſit Salluſtius, qui paſſim Nominibus abundantiae, aut inopiae ſecundum Caſum adjicit. adde Petr. Victo-

Digitized by Google

mum rediturum, alia hujuſcemodi animis trahebant. & eos non paullum oratione ſua Marius arrexerat. Nam poſtquam, omnibus, quae poſtulaverat, decretis, milites ſcribere volt, hortandi cauſſa ſimul, & nobilitatem, uti conſueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. Deinde hoc modo diſſeruit.

CAP. LXXXV.

LXXXVII.

1 *SCio ego, Quirites, pleroſque non iſdem artibus imperium a vobis petere, &, poſtquam adepti ſunt, gerere: primo induſtrios, ſupplicis, modicos eſſe; dehinc per ignaviam & ſuperbiam aetatem agere. ſed mihi con-*

rium XXVI. Var. Lect. c. XVII. Dubito, an *locupletum*, quod a manu prima exaratum fuit in Guelf. 2. Rectiſſime autem II. ejus nominis omiſit Verbum *fore*. vide infra *cap.* XCII. num. 2.

VICTOREM DOMUM REDITURUM. Eccard. *aut victorem d. rediturum ſperabat*. Vinar. 1. & Uratisl. 1. *domi rediturum*, ut ſupra *Romae* pro *Romam* in MSS. offendimus, *c.* XXI. num. 3.

ALIA HUJUSC. ANIMIS TRAHEBANT. Academ. Senat. 2. & Heuſſ. *in animis trahebant*. Incerti, Vinar. 2. Remenſ. 2. & Uratisl. 2. *animos trahebant*, forte pro *animo trahebant*. nam Franc. *animo trahebantur*. Juvencus I. Hiſt. Ev. *v.* 94. *Illa* trahens animo *per gaudia mixta pudorem, ſuppreſſae vocis pavitantia dicta volutat*, ut recte Barthius V. Adverſ. *c.* XIII. Sic *volvere*, *agitare animo*. A *trahere* Tacit. II. Ann. *c.* V. *tractare*, *celerandae victoriae intentior*, tractare *praeliorum vias & quae ſibi saeva, vel proſpera eveniſſent*. Noſter infra *cap.* XCIII. nu. 1. *anxius* trahere cum animo *ſuo*. Vinar. 1. *aliaque hujuſmodi*.

ET EOS NON PAULLUM OR. SUA M. ARREXERAT. Vinar. 1. omittit *eos*, quod in Franc. & Guelf. II. locum mutat. Recte illud deleveris. Eccard. Guelf. 6. 10. aliique, *non paullulum*. Edd. Pompon. & Viteb. & Lipſ. 1510. *erexerat*, quomodo certe hoc loco ſcribendum. vide *c.* LXXXVI. num. 1.

5. UTI CONSUEVERAT, EXAGITANDI. Guelf. 1. *uti conſuerat*. Scribe *conſuerat*. Celſus II. *c.* 1. *Vere tamen maxime, quaecumque humoris motu novantur, in metu eſſe* conſuerunt. Livius XXXIX. *cap.* IX. *non digna quaeſtu, cui ancillula* adſuerat. Plautus Poen. A. III. Sc. II. *v.* 35. *Faciunt, ſcurrae quod* conſuerunt. Guelf. 2. *orationem p. advocavit*. ſed jam olim emendatum id eſt.

CAP. LXXXV. 1. NON IISDEM ARTIBUS I. A. V. P. MSS. plerique, *non hiſdem artibus*. quae res fecit, ut cum Senat. Vinar. Incert. primis, Uratisl. 1. & 3. Guelf. 1. & 3. ſcripſerim *iſdem*. Cat. *c.* II. num. 4. *imperium facile* iis artibus *retinetur, quibus initio partum eſt*. Nec ſolum de illis ſuo tempore jure querebatur Marius, omnis aevi exemplis conſtat, quod Gruterus integro Diſcurſu IV. in Tacitum, veterum exemplis dictiſque illuſtravit, *Magiſtratuum initia fine eſſe meliora*. Plautus Capt. A. II. Sc. 1. *v.* 36. *Nam fere maxuma pars morem hunc homines habent; quod ſibi volunt Dum id impetrant, boni ſunt. ſed ubi jam penes ſeſe habent Ex bonis peſſumi & fraudulentiſſumi Sunt*. Adjice omnino Guntherum I. *v.* 299. *Nam quod ſumma probos mutare potentia mores Dicitur*, & quae ſequuntur, ubi preſſe Salluſtii veſtigiis inſiſtit. Noſter autem Catonem ſuum prae oculis habuit, uti ad eumdem Guntherum oſtendit Rittershuſius pag. 239. Denique plura dabunt Lipſius II. Polit. *c.* V. ibique Reinhardus.

PRIMO INDUSTRIOS, SUPPLICES. Fabriciani, Guelf. 3. Vinar. 1. & Senat. 1. *ſuppliciis*. Scribendum nempe *ſupplicis*, antiquo more. Sed Guelf. 6. duabus vocibus *ſupplices*, *modicos* deſtituitur.

MODICOS ESSE. Veneta 1470. *medicos eſſe*; immo *politicos*. Sed facilis lapſus. *Modicus* eſt moderatus, modeſtus, & reſpicit *ſuperbiam*, quam poſtea induunt. Supra *c.* LXIII. num. 2. *belli ingens domi* modicus. Tacitus IV. Hiſt. *c.* XL. *de abſentia patris fratriſque ac juventa ſua, pauca &* modica *diſſeruit, decorus habitu, & ignotis adhuc moribus*. Varro περὶ τύχης: *Sapiens eſt, bonum ferre poteſt* modice, *& malum fortiter aut leviter*.

DEHINC PER IGNAVIAM. Sic Fabriciani, Incert. 2. Academ. Vinar. 1. Remenſ. 2. Senat. 1. Ura-

Digitized by Google

contra ea videtur. Nam quo univerſa reſpublica pluris eſt, quam conſula- 2
tus aut praetura, eo majore cura adminiſtrari, quam haec peti debere. Ne-
que me fallit, quantum cum maxumo beneficio veſtro negotii ſuſtineam. 3
Bel-

Uratisl.1. & 3. Guelf. 3. 6. 9. & Veneta 1470. Ceteri fere *deinde*. vide ad Cat. c. III. num. 2. *Per ignaviam* idem, ac *in ignavia*, aut *ignaviter*, ut expoſuimus Cat. c. XX. num. 1. Eod. c. LI. num. 6. Male exſulat *aetatem* ab Guelf. 10.

SED MIHI CONTRA VIDETUR. Vinar. 1. *contra eſſe invidetur*. Uratisl.1. *contra eſſe videtur*. Fabric.2. *contra haec videtur*. Guelf. 7. *Sed mihi contra videntur*. At Fabric. 1. Incerti, Remenſes, Baſil. 1. Acad. Senatorii, Heuſſ. Vinar. 2. Uratisl.2. 3. Eccard. Guelf. 1. 2. 3. 4. 6. 9. 10. 11. 12. & Veneta 1470. *Contra ea videtur*, ut Cornelius Nepos, Caeſar & Noſter Cat. c. III. n. 2. ſupra ea, *veluti ficta pro falſis ducit*. Alii tamen *ea* omittunt, & habet hic illud in ipſo nexu & ſententia aliquam difficultatem. Plinius 1. epiſt. XX. num. 7. *ut contendat, hos ipſos ---- pauciora dixiſſe, quam ediderint*. Ego contra *puto*. Cic. VI. epiſt. IV. nu. 3. *Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum hoc bellum: etſi id ipſum nonnullis* videatur ſecus. Lamprid. Severo *cap.* XXV. *Hujus imperium incruentum litteris tradiderunt. quod* contra *eſt*. & ita Noſter infra num. 21. Nihilominus cum proba ſententia ita interpretari poſſumus: *Sed mihi* id, quod eſt *contra ea, videtur*: non video, cur tanta facilitate membranarum lectionem repudiemus. Auctor 1. de Rep. Ord. c. 1. qui Salluſtianam dictionem in primis adfectavit. *At* contra id *eniti decet*, cet.

2. QUO UNIVERSA RESP. PLURIS EST. MSS. plerique *quo pluris eſt univerſa reſp.* Baſil. 1. *quo pluris univerſa reſp.* omiſſo Verbo Subſtantivo. Vinar. 2. Acad. Franc. Incert. 1. Eccard. Guelf. 4. & 10. *quanto pluris eſt un. reſp.* Incert. 2. *quantum pluris eſt*; Remenſ. 1. *quanto pluris pretii*. Veneta 1470. *quo reſp. pluris eſt*, omiſſo *univerſa*. Neque, quid hoc ſententiae adferat emolumenti, niſi corrumpat, video. Vis enim talis eſt. Bonus civis reip. cauſſa Conſulatum & Praeturam petere debet. Nactus igitur illa, tanto majore cura partem reip. adminiſtrare debet, quanto ſuperat reſp. praeturam & conſulatum, quae ejus cauſſa inſtituta ſunt. Inde elucet, quomodo adhaereant ſuperioribus, ubi de his, qui poſtquam honores adepti ſunt, mores mutant, verba fecerat.

ILLAM ADMINISTRARI, QUAM HAEC PETI D. Veneta 1470. *adminiſtrari illam*. Sed recte Fabric. Vinar. Incert. primi Provocabulum abjiciunt, quod illi inculcarunt, qui *illam ---- haec* ſeſe reſpicientia & elegantiae, & neceſſitatis crederent. Sed neceſſitatis nulla hic ratio, cum *reſp.* paucas ante voces legatur, & duriora ſunt, quae habentur infra n. 13. adde ſupra c. LXXI. n. 2. & c. XXXII. nu. 1. & LIII. n. 3. c. XVIII. n. 5. *quia neque* materia *in agris, neque ab Hiſpanis* emundi, *aut* mutandi *copia erat*. De elegantia ita conſtat ex Salluſtio, cum nullam quaerere in tali oppoſitione. vide c. XLVI. nu. 5. & ſi qua tibi placet, ea parum concedit priori, quod *haec* poſteriore loco poſuerit, cum dicere potuiſſet, *eo majore cura* haec *adminiſtrari, quam peti debere*: ut *haec* intelligeret de conſulatu & praetura. vide ſupra c. III. nu. 1. quamquam nec illam adſectari velim, cum in expoſitione altera acquieſcendum ſit, ut *illam*, vel *remp.* intelligamus.

3. CUM MAXIMO BENEFICIO VESTRO NEGOTII. Nequidquam Graevius in Cic. III. ad Attic. epiſt. XX. p. 329. legere jubet: *quantum* cum maxime *beneficio veſtro negotii ſuſtineam*. & accidit illi cum ſuo *cum maxime*, quod eo & ſuperiore ſaeculo plurimis Criticorum, qui ſimul ac rarum, aut obſoletum verbum reperiſſent, illud omnibus locis infarcire nitebantur. Nam quid illud hic foret, *beneficio veſtro permultum negotii ſuſtineo?* idem, quod beneficio veſtro adfligor, beneficio veſtro moleſti mihi eſtis: quod nec Mario, nec plebe auctoribus ſuis dignum erat. Noſter ſeſe ipſe interpretatur infra n. 28. *qui mihi ſummum honorem, & maxumum negotium impoſuiſtis*. i. e. Una cum maximo beneficio veſtro, conſulatu, maxumum etiam negotium me ſuſtinere ſcio. Hanc vim Praepoſitionis neque Graevius, neque Ciacconius intellexiſſe videntur; quam tamen bene agnovit Perizonius ad Sanct. IV. Min. c. VI. neque cepit locum ſcriba Franciani, qui eam omiſit. vide infra ad c. LXXXVI. nu. 3. *omnia* cum *pretio honeſta videntur*. BENEFICIUM vocat conſulatum, ut infra etiam, & c. XIV. nu. 8. Adherbal *regnum Numidiae*. Item c. XXXI. nu. 16. beneficia *veſtra penes optumos, non audaciſſumos, forent*. Sic Seneca 1. Controv. II. puellam populi ſuffragiis conſervatam audacius vocat *populi beneficium*. vide ibi Schultingium. Ita *munus*, Juſtinus XXVIII. c. III. n. 15. *Quorum ſi illos poeniteat deponere imperium, & reddere illis* munus *ſuum: ipſi regem quaerant, cui imperent*. adde Berneg-

 ger.

Digitized by Google

Bellum parare, ſimul, & aerario parcere; cogere ad militiam, quos nolis
offendere; domi foriſque omnia curare; & ea agere inter invidos, occur-
4 *ſantis, factioſos, opinione, Quirites, aſperius eſt. Ad hoc, alii ſi deliquere,*
re, vetus nobilitas, majorum facta fortia, cognatorum & adfinium opes,
multae clientelae, omnia haec praeſidio adſunt: mihi ſpes omnes in me-
met ſitae, quas neceſſe eſt & virtute, & innocentia tutari. nam alia infir-
5 *ma ſunt. Et illud intellego, Quirites: omnium ora in me converſa eſſe:*
aequos

ger. ad XIII. *c.* IV. num. 9. Caeſar I. Civ. *c.* IX. *dolere ſe, quod P. R.* beneficium *ſibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur*. Cicero pro Murena *cap.* I. *ut ejuſdem hominis voce & declaratus conſul, & defenſus*, beneficium populi R. *cum veſtrà atque omnium civium ſalute tueatur*.

Eos, quos nolis offendere. Fabric. I. *eos, quos nobis offenſos ſcio*. forte fuerat: *quos nolis offenſos*. Nam *nolis* ſeſe ſatis tuetur. Seneca de Morte Claud. *c.* XVI. extr. *puſillum ſubperturbatur, ut illum vidit canem nigrum, villoſum ſane, quem* non velis *tibi in tenebris occurrere*. Recte autem Incert. I. & Remenſ. 2. *eos* omittunt. vide Cat. *c.* XLIX. n. 4. *c.* LI. n. 34. *c.* LIV. nu. 5. & plura alia. Mox Uratisl. 2. *domi, foris omnia curare*.

Et ea agere inter infidos. *Agere* elegantiae cauſſa adjicitur, quomodo Cicero ſaepe *facere*. Ejus locum ex V. Tuſcul. adnotavit Giſanius ad Lucret. pag. 343. *An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere: noſtrates philoſophi* facere *non potuerunt*. Is autem ſolus eſt, qui ad Lucretium faciat: cetera aliena ſunt. En tibi illum I. *verſ.* 692. Dicere *porro ignem res omnis eſſe, neque ullam Rem veram in numero rerum conſtare, niſi ignem, Quod* facit *hic idem: perdelirum eſſe videtur*. Id. IV. *v.* IV. *quoniam nihil inde abradere poſſunt, nec penetrare, & abire in corpus corpore toto. Nam* facere *interdum* id *velle & certare videntur*. Adde omnino Cat. *c.* LV. nu. 2. & ſupra *c.* XXX. num. I.

Occursantis. Ita ſcripſit Baſil. I. *Occurſantes* ſunt *obficientes, contra nitentes*. Lucret. V. *verſ.* 716. *Corpus enim licet eſſe aliud, quod fertur, & una Labitur omnimodis* occurſans *officienſque*.

Opinione, Qu. asperius est. Fabriciani, *opinatione*. Guelf. 6. *omni opinione*. 10. *opinionem*. male. Cicero Bruti princ. opinione *omnium* majorem *cepi dolorem*. Supra *cap.* LXXV. num. 8. *denique commeatus* ſpe amplior. Ita Seneca de morte Claud. *cap.* XVI. dicto *citius*. quod Heliodoro VII. λόγυ θᾶττον. Noſter *cap.* XIII. num. 5. *quod Metellus* amplius opinione *morabatur*. adde notam ad Cat. *c.* LI. num. II.

4. Alii si deliquere. Uratisl. I. a manu ſecunda *aliis, ſi deliquere*. nimirum propter verba *praeſidio adſunt*, quae claudunt ſententiam. Sed ita judicantes refutavimus jam ad Cat. *cap.* XI. nu. 2. adde etiam ſupra *c.* XXXI. n. 22. Vinar. I. *dereliquere*. Academ. & Guelf. II. *delinquere*. Lege Herodian. II. *c.* X. nu. 5.

Majorum facta fortia. Guelf. 4. *majorum fortia cognatorum facta*. Qui confirmat Fabricianos & Uratisl. 3. *majorum fortia, cognatorum & adſ.* exhibentes, ſine nomine *facta*. Ita ſupra *c.* X. num. 2. *Nam ut alia* magna & egregia *tua omittam*: ubi vulgo *egregia facinora*. Quantum autem valeat majorum dignitas, oſtendit Cicero in Piſon. *c.* I. & Tacit. III. Hiſt. *c.* LXXXVI.

Omnia haec praesidio adsunt. Veneta 1470. Edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. *omnia praeſidio adſunt*. Sed *haec* tuetur non magis Donatus ad ea Terentii Phorm. Act. I. Sc. II. *Qui fuerit pater, quae mater, qui cognata tibi ſit*, Omnia haec *conſingam*; quam Catullus & Horatius ſupra ad *c.* LXXVI. num. I. adſcripti. Guelf. 4. & 6. *praeſidia adſunt*. quomodo Plautus Epid. Act. III. Sc. I. *v.* 14. *Nec mihi* Plus adjumenti ades, *quam ille, qui numquam etiam natu'ſt*. Guelf. 3. *praeſidio ſunt*. Sed *adeſſe* & Plautus tuetur, & Cic. IV. epiſt. VIII. nu. 3. *ut ad omnia, quae tui velint, ita* adſim praeſto, *ut me non ſolum omnia debere tua cauſſa; ſed ea quoque etiam, quae non poſſim, putent*. ubi alii *ſim praeſto*. Infra Franc. *mihi ſpes in memet ſitae*, ſine voce *omnes*.

Et virtute, et innocentia tutari. Ita Rivius & Gruterus. Plerique MSS. *virtute, & innocentia*, ut prius & nuſquam ſit. Fabriciani, Guelf. 6. *ex virtute, & innocentia*, qui Rivio accedere videntur. Certe cum eo incedunt omnes edd. veteres. Senat. I. *virtute, vel innocentia*. Guelf. 10. *tueri*.

5. Omnium ora in me conversa esse. Uratisl. 3. & Veneta 1470. *omnia ora*. Gu. 4. *in me* habet inter lineas. Vinar. I. *in me concuſſa eſſe*. corrupte. Livius XXIV. *c.* IX. *Conſulatum ineuntes, plus ſolito* converterant in ſe *civitatis*

ani-

aequos bonoſque favere: quippe benefacta mea reipublicae procedunt; nobilitatem locum invadendi quaerere. Quo mihi acrius adnitendum 6
eſt, ut neque vos capiamini, & illi fruſtra ſint. Ita ad hoc aetatis a pue- 7
ritia

animos. Idem XXX. *c.* III. *ſeu ut Scipioni gratificarentur*, in quem *tum omnis* verſa *civitas erat.* Sueton. Veſpaſ. *cap.* IV. *Ut primum adtigit provinciam, proximas quoque* convertit in ſe. Juſtin. IV. *c.* IV. nu. 10. In hunc *oculos civitas univerſa, in hunc ſuſpenſa* ora convertit. Dicitur ergo pro eo, quod eſſet *obſervare*, exſpectatione eventus intentum eſſe, ut Noſter ſupra locutus eſt. Aequi & boni ſcilicet obſervabant Marium, exſpectabantque, quantum ille reip. eſſet additurus; nobilitas, quantum eſſet delicturus, ut locum invadendi haberent. De bona illa obſervatione Cicero Somn. Scip. *c.* II. in te *unum atque in tuum nomen* ſe convertet *civitas: te ſenatus, te omnes boni, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur civitatis ſalus*. adde Freinſhem. ad Curt. VIII. *cap.* IV. num. 24.

AEQUOS BONOSQUE FAVERE. Guelf. 6. *favere mibi*. 10. *equos & boves favere*. bubulum ingenium.

BENEFACTA MEA REIP. PROCEDUNT. Remenſ. 2. *beneficia mea*, quomodo Veneta 1470. Sed reliqui omnes *benefacta*. Et quaſi illa ſola C. Marii praeclara facinora hoc nomine cenſerentur, Propertius II. eleg. I. *verſ.* 23. *Regnave prima Remi* (non canerem) *aut animos Carthaginis altae, Cimbrorumque minas & benefacta Mari*. Ita Noſter *benefacere*, Cat. *c.* III. n. 1. *Pulchrum eſt* benefacere reip. *etiam bene dicere haud abſurdum eſt*. adde Gellium XVII. *c.* V. PROCEDUNT interpretor reputantur, conſiderantur. Comparavit N. Heinſius cum illo Ovidii Heroid. Ep. IX. *v.* 109. *Illi* procedit *rerum menſura tuarum. Cede bonis: heres laudis amica tuae*. Sed plura de hoc Verbo doctiſſimus Gronovius ad Liv. V. *cap.* XLVIII. ubi docet pro continuari, computari, valere, & his talibus iſtud Verbum poni. Ex iis conſtabit, non male pro *conſiderantur* hoc loco accipi poſſe, etſi alibi fere Noſter pro *proſpere cedere* poſuerit. vide ad Cat. *c.* I. num. 5. Ita vero *benefacta reip.* junguntur, ut Catilin. *cap.* XXXII. num. 1. *quod neque* inſidiae conſuli *procedebant*. ubi vide.

6. QUO MIHI ACRIUS ADNITENDUM EST. *Quo* eſt *propter quod*, ut diximus ad Cat. *c.* I. nu. 4. Quo *mihi* rectius *videtur*. Guelf. 3. *eſt adnitendum*.

NEQUE VOS CAPIAMINI. An *capiamini a nobilitate?* quod tamen contra nexum Orationis eſſe videtur, qui requirit, ut haec de Mario intelligantur. Gloſſa Guelf. 4. *opprimamini*. Poſſes intelligere *capiamini ſpe*, decipiamini in favore veſtro, dum ego non is eſſem, qualem velletis. Ita *capere* Tibullus III. eleg. VI. *v.* 45. *Nec vos aut* capiant *pendentia brachia collo, Aut* fallat *blanda ſordida lingua prece*. Ita alii quam plures. Sed bono jure hoc *capiamini*, ſi ad ſuperiora oculum vertas, ad nobilitatem, quae locum invadendi quaerebat, retuleris. Duo erant, quae Marium ad acrius adnitendum impellebant, quaeque propoſita habebat. primum ne caperetur plebes ab nobilibus, qui, ſi Marius male remp. geſſiſſet, acerbiſſime in illum ſimul, & plebem vindicaturi videbantur: alterum ut ipſe nobilitati illuderet. Ex altera parte ſtudium, ex altera odium ſtimulabant. *Neque* — *&* ſuo quidem more Salluſtius, ut qui frequentiſſime ita loquitur; Sed non ſolus ita ſolet. vide ſupra ad *c.* I. num. 5.

FRUSTRA SINT. Fruſtra ſperaverint nos invadere, ut loquitur ſupra *c.* LXXXIV. nu. 3. Perperam Incerti, Acad. Franc. Vinarienſes, Uratisl. 2. & 3. Guelf. 6. 7. 10. 11. & Veneta 1470. *fruſtrati ſint*. Plautus Mercat. Act. III. Sc. I. *verſ.* 30. *Nunc mulier, ne tu* fruſtra *ſis, mea non es, ne arbitrere*. Amphitr. Act. III. Sc. III. *v.* 20. *Jam hi ambo & ſervos, & era* fruſtra ſunt *duo Qui me Amphitruonem rentur eſſe*. Noſter III. Hiſt. Orat. Macri num. 9. *Nam ſpem* fruſtra fuiſſe *intellexiſtis*. Forte & Corn. Nepos Hannib. *c.* II. num. 2. *neque ii fruſtra fuiſſent*, ubi contra fidem MSS. dederunt: *neque id fruſtra feciſſent*.

7. ITA AD HOC AETATIS A PUER. FUI. Gu. 6. *ad hoc uſque aetatis*. Sed illud *uſque* Noſter negligit. vide ſupra ad *c.* LXIII. num. 6. Primo autem loco terminum ad quem poſuit, ut ſolent elegantiores, & monſtravimus ad Cat. *cap.* XXXVI. nu. 4. Remenſ. 1. *fui doctus*; Guelf. 6. *fui edoctus*. Male. *Ita fui* dixit, pro *Is*, *talis* fui: quemadmodum alibi *Ita* particula loco Pronominis demonſtrativi ponitur. vide ſupra ad *c.* XXI. num. 4. Cic. II. Epiſt. VI. num. 4. *ut eumdem te facile agnoſcam* fuiſſe *in laude mea*, qui fueris *in ſalute*. Noſter *cap.* LXIII. num. 6. *talis vir*. atque *c.* XLI. num. 4. *otium aſperius acerbiuſque* fuit.

CONSUETA HABEAM. Significantius id, quam *omnibus laboribus atque periculis adſueverim*. Ita Cat. *cap.* LVIII. nu. 1. *Compertum habeo*. alibi alia. Patet ex Livio XXXIII. *c.* XXXVIII. *& tum*

Digitized by Google

8 *ritia fui, ut omnis labores, pericula conſueta habeam. Quae ante veſtra beneficia gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deſeram, non eſt con-*
9 *ſilium, Quirites. Illis difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulavere: mihi, qui omnem aetatem in optimis*
10 *artibus egi, benefacere jam ex conſuetudine in naturam vertit. Bellum me gerere cum Jugurtha juſſiſtis; quam rem nobilitas aegerrume tulit. Quaeſo, reputate cum animis veſtris, num id mutare melius ſit, ſi quem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis, bo-*

mi-

ſatis & ipſis, & omnibus aliis adparare, ab rege impetratam *eos libertatem, non per occaſionem* raptam habere. Vide & verba Edicti Praetoris ejuſque interpretationem leg. I. §. 19. & 22. D. de Flumin. ne quid in fl. publ.

8. ANTE VESTRA BENEFICIA GRATUITO F. Vinar. 2. *ante omnia veſtra benef.* Uratisl. 2. *antea veſtro beneficio*, atque ita a prima manu Fabric. I. Scias itaque, duas voces *veſtra beneficia* ex Gloſſa eſſe, quam ſuppeditavit n. 3. placuit autem imperitis propter expoſitionem *veſtra beneficia ---- & accepta mercede*, quae tamen ad *gratuito* aeque referas. Id enim eſt *ſine mercede* aliquid facere. Cat. c. XVI. nu. 3. gratuito *potius malus atque crudelis erat*: ubi plura. Scribe: *quae antea gratuito faciebam*.

EA UTI, ACCEPTA MERCEDE, DESERAM. Gu. 10. *eam uti*. Sed nullo prorſus Pronomine opus eſt. Imitatur exacte Gunther. I. Ligur. v. 296. *ni fallimur, artibus iſtis Seque ſuoſque reget. neque enim quas hactenus* ultro *Et* gratis *coluit*, ſumta mercede, *relinquet*. Tacit. XIV. Ann. c. XLIX. *non ideo aut conſules mutavere relationem, aut Thraſea deceſſit ſententia; ceterive, quae probaverant*, deſeruere.

9. ILLIS DIFFICILE EST IN POT. TEMPERARE. *Eſt* vacat in Incert. I. *in poteſtatibus* dixit, pro in poteſtatibus conſtitutis, ut ſupra *in imperio, in legationibus*. vide ad c. XL. num. I. *Temperare* pro temperare ſibi. Plautus Epidic. A. I. Sc. II. v. 8. *Jam iſthoc probior es, meo quidem animo, cum in amore* temperes. Plura hujuſmodi collegit Vechnerus I. Hellenol. cap. III. §. V. adde Cat. c. XI. extr. & c. LI. n. 36. Acad. & Vinar. 2. *temptare*. Guelf. 12. *qui ambitione ſeſe p. ſ.*

MIHI, QUI OMNEM AETATEM IN. Guelf. 9. *mihi* inter lineas oſtentat. Vinar. 2. *qui jam omnem aetatem*. Guelf. 10. & 11. *aetatem optimis artibus*: quod corruptum eſſe, n. I. docebit. Senat. 2. & Heuſſ. *in optimis rebus & artibus egi*. Vinar. I. *egit*. Guelf. 6. *benefacere jam omnia*.

EX CONSUETUDINE IN NATURAM VERTIT. Turbant veteres Codices in Verbo *vertit*: & ita fere ſolent in hoc & aliis Verbis antiquo more prolatis, ut in Activo habeant vim Paſſivam. Hujus generis aliquot exempla collegimus EXCURSU VI. in Jugurtham. *Naturam* pro habitu quaſi ingenito. nam pro *ingenio* poſuit Noſter ſupra c. VII. nu. 4. *ubi* naturam *P. Scipionis &* morem *hoſtium cognovit*. adde cap. LXVIII. num. 4. Ita *conſuetudinem* dicunt eſſe *alteram naturam*.

10. BELLUM ME GERERE CUM JUG. JUSS. Fabric. 2. *Bellum gerere cum I.* extruſo Pronomine. Guelf. II. *Bellum mihi g. c. I. juſſiſtis.* Scribe: *Bellum mihi cum Jugurtha juſſiſtis*, ut exaudiatur *gerendum*. Supra c. LXXXIV. n. I. *poſtquam* ei provinciam *populus* juſſit. Livius XXXI. c. VIII. *obſecratique circa omnia pulvinaria dii, quod* bellum cum Philippo *populus juſſiſſet, id bene ac feliciter eveniret*. Id. XXXVI. c. II. *quod populus R. eo tempore* duellum juſſiſſet cum rege Antiocho eſſe, *quique ſub imperio ejus eſſent*. & mox: *Si duellum*, quod cum Antiocho *rege* ſumi *populus* juſſit, *id ex ſententia ſenatus populique R. confectum erit*.

NUM ID MUTARI MELIUS SIT. Guelf. 6. *an non id mutari*; Academ. *Utrum id mutari*; Fabric. 2. *idne mutari*. Baſil. I. *Num mutare id melius ſit*. & *mutare* quidem ſcribunt etiam Franc. Guelf. 4. & II. pro eo Uratisl. 2. *imitari*. *Id mutare* ex abundanti additur, quemadmodum *id caderet, id facias* apud Ciceronem. vide exempla ad Cat. cap. XLVIII. nu. 7. *Reputare cum animo* abunde firmatum ſupra c. XIII. nu. 5. Accedat Apulejus Florid. p. 345. Reputet cum animo ſuo, *quantum periculum conſervandae exiſtimationis hic adeat*.

SI QUEM EX ILLO GLOBO NOBILITATIS. Sic omnes MSS. & priſcae edd. non *ecquem*, quod in mediis quibuſdam legitur. *Globus* eſt manus, multitudo *conglobata*, quo Verbo uſus Auctor I. Epiſt. de Rep. Ord. Livius I. cap. V. *Romulus non cum* globo *juvenum, ſed aliis alio itinere juſſis certo tempore ad regium venire paſtoribus, ad regem impetum fecit*. Vellejus II. c. LVIII.

minem veteris proſapiae ac multarum imaginum, & nullius ſtipendii: ſcilicet ut in tanta re, ignarus omnium, trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem officii. Ita plerumque evenit, ut quem vos impe- 11
rare

c. LVIII. *Hi una cum* conjurationis globo, *ſtipati gladiatorum D. Bruti manu, Capitolium occupavere*. Tacit. Germ. c. XIII. *magno ſemper electorum* juvenum globo *circumdari, in pace decus, in bello praeſidium*.

AD HOC, AUT ALIUD TALE NEGOTIUM. *Aliud tale* deeſt Remenſi 1. *tale* tantum Incert. 2. Uratisl. 2. Heuſſ. & Senat. 2. Scribit autem Eccard. *haud hoc, aut aliud tale*. Vinar. 1. *adhoc, aut illud tale*. Veneta 1470. *ad hoc negotium, aut vel aliud tale negotium*. Edd. Pomp. Viteb. & Lipſ. 1510. *ad hoc negotii, aut vel aliud tale mittatis*. Quid locum corruperit, reperire nondum potui: niſi ſcripſerat Salluſtius: *adhoc, aut tale negotium*. & litterator quidam concurſu ejuſdem litterae offenſus dedit, *vel tale*. tunc iſtae turbae.

HOMINEM VETERIS PROSAPIAE. Sumſit a Catone, qui 1. Orig. *veteres proſapias* dixit. Bene autem in homine plebejo Mario, & in re veteri vetuſto etiam vocabulo uſus eſt, nec tangit illum reprehenſio Fabii 1. c. VI. pag. 83. & VIII. c. III. pag. 687. Uſus eſt eodem aeque commode Sueton. Galba c. II. *nobiliſſimus magnaque &* vetere proſapia. Praeter Catonem, Plautum, Juſtinum, Apulejum, Prudentium, etiam Minucius Fel. c. XIV. princ. *homo Plautinae* proſapiae. Petr. Cellenſis de Pan. cap. 1. *Utcumque his & hujuſmodi* antiquae *nobilitatis &* proſapiae *inſignia reaccenduntur, & ad antiquum titulum gloriae filiorum dei recurritur*.

MULTARUM IMAGINUM. Peculiare hoc nobilitati, ut haberent imagines majorum in atriis poſitas, quas Macer Licinius falſiſſime exagitat III. Hiſt. Orat. n. 18. Earumdem meminit Noſter ſupra c. IV. nu. 5. & infra hac Orat. num. 25. *Scilicet quia* imagines *non habeo, & quia mihi nova nobilitas eſt*. n. 29. *Non poſſum fidei cauſſa* imagines *oſtentare*. Juvenalis Sat. VIII. v. 6. *Quis fructus generis tabula jactare capaci Corvinum, poſthac multa contingere virga Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros, Si coram Lepidis male vivitur*, & quae ſequuntur. *Fumoſos* vocat, propter vetuſtatem, ut Boetius 1. Proſa 1. *Quarum ſpeciem, veluti* fumoſas imagines *ſolet, caligo quaedam neglectae vetuſtatis obduxerat*. Statius II. Theb. *verſ.* 214. *laeto regalia coetu Atria complentur*, ſpecies *eſt cernere* avorum *Cominus & vivis certantibus vultibus aera*. Seneca Epiſt. XLIV. *Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus*. Singulare autem jus fuiſſe, imaginem ad memoriam ſui poſteritati relinquere, patet ex Cic. V. Verr. *cap.* XIV.

NULLIUS STIPENDII. Erat enim & haec quaedam Romae quaſi nobilitas, ſua ſtipendia meruiſſe. & quoniam illud Reip. majori uſui eſſe ſolebat, recte hic Marius *ſtipendia*, & *imagines* comparat. Nam etiam tum inceperant nobiles plebem militia urgere, ipſi immunes, ſupra *cap.* XLI. num. 7. adde Tacit. 1. Ann. c. XXXVI. & Stewech. in Veget. 1. *cap.* II. Infra Eccard. & Guelf. 12. *ſcilicet in tanta re*, omiſſo *ut*.

SUMAT ALIQUEM EX POPULO. Fabriciani, Incert. 2. Senat. 2. Heuſſ. & Vinar. 2. *ſumet aliquem*, terminatione τῶν *trepidet, feſtinet* abſtracti. Guelf. 6. *ſumatque aliquem*. Mihi *aliquem* minus placet.

MONITOREM OFFICII SUI. Fabriciani & edd. vett. *monitorem ſui officii*. Vinar. 1. *ſui* omittit, quem interim ſecutus ſum; cum vere etiam illud officii ejiciendum ſit. *Monitor* enim per ſe eſt ille, qui facienda omittendave docet, & quorum in veteri militia multus uſus. Unde Plinius Paneg. c. XV. *Neque enim proſpexiſſe caſtra, brevemque militiam quaſi tranſiſſe contentus, ita egiſti tribunum, ut eſſe ſtatim dux poſſes, nihilque* diſcendum *haberes tempore* docendi. Nempe primis annis *cuſtodes*, deinde cum res agenda erat, *praeceptores* & *monitores* adjungebantur. vide Gebhard. ad Corn. Nep. Timoth. *cap.* III. num. 2. Symmachus III. epiſt. XIII. *Nullam Neſtor tertio aevi ſui ſaeculo militiae vacationem popoſcit; nec Achilli excuſavit aetatis ſuae frigus Phoenix* monitor. ubi plura Juretus. Hinc de paedagogo Terent. Phorm. A. II. Sc. 1. *v.* 3. *o Geta monitor*: & de duce Silius VIII. *v.* 372. *His Scaurus* monitor. adde Barth. ad Stat. II. Theb. *v.* 205. & XXI. Adverſ. c. II.

11. QUEM VOS IMPERARE JUSSISTIS. Vinar. 1. *imperatorem juſſiſtis*. Non probo: etſi ita Livius 1. c. XXII. *Inde Tullum Hoſtilium* —— regem *populus* juſſit.

IS SIBI IMPERATOREM ALIUM QUAFRAT. Vinar. 1. Baſil. 1. Incert. 2. Eccard. Guelf. 4. 9. & 12. *is imperatorem alium quaerat*, neglecto Pro-vocabulo *ſibi*. Sed Uratisl. 1. & illud, & praeterea *is* omiſit. quem adprobo. Veneta 1470. non agnoſcit *alium*, eaque etiam ſupra *vos* non exhibet. Guelf. 11. *imperatorem aliquem*. Rotun-

12 *rare juſſiſtis, is imperatorem alium quaerat. Ac ego ſcio, Quirites, qui*
LXXXIIX *poſtquam Conſules facti ſunt, acta majorum & Graecorum militaria praecepta legere coeperint; homines praepoſteri. Nam gerere, quam fieri*

tundior ſane lectio erit: *quem vos imperare juſſiſtis, imperatorem quaerat*. Et hoc *quaerere* non modo inveſtigare eſt, ut *ſumas*, quod ſupra poſuit: ſed etiam deſiderare, indigere. Manilius I. *v.*414. *tunc di quoque magnos* Quaeſivere *deos*. citat locum & plura Brockhuſ. ad Tibull. II. eleg. III. *v.* 26. adde Gronov. ad Liv. XXV. *c.* XXXVIII.

12. AT EGO SCIO, QUIRITES. Nonnulli *Atque*: quod innuit fuiſſe primitus *Ac ego ſcio*. Vocabulum *Quirites* non reperitur in omnibus. Unus, *ſcio aliquos*; id nempe ſenſu addendum, non ſcriptura. Nam ita *Sunt, qui*; *Erant, qui* & ſimilia perfrequentia. Sic Cat. *c.* XXXII. extr. *Ex ſuo numero ad Marcium Regem mittit*. Supra *c.* XLI. n.10. *ubi primum reperti*, qui *veram gloriam injuſtae potentiae anteponerent*. Coelius Epiſt. I. n. I. *data opera paravi*, qui *ſic omnia perſequeretur*. Horatius Art. Poet. *v.*361. *erit*, quae, *ſi propius ſtes Te capiet magis; &* quaedam, *ſi longius abſtes*. de quo recte monuit Cuningamius Animadv. in Horat. Bentl. *c.* XV. p.275. Sic *aliquid, quidquam* reticetur. vide ſupra *c.* XXII. nu. 2. Et *aliqui*, etiam ubi nullum Verbum praecedit. Notavit talia Gronov. ad Senec. II. de Ira *c.* XII. & XXXIV. adde ſupra *c.* LXXIX. num.6.

GRAECORUM MILITARIA PRAECEPTA. Plura eo tempore exſtabant, quam quae hodie ſunt cognita. *Xenophontem* tamen de praeſectura, ſeu diſciplina militari multis uſui fuiſſe, compertum habemus, cujus etiam *Cyropaediam* ipſe Cicero in rebus agendis propoſitam ſibi habuit. Lege Lipſium I. Polit. *cap.* X. & ad eum Reinhard. pag. 454. Meminit hujuſmodi *praeceptorum* Quinctil. II. *c.* V. *Sicut* de re militari *quamquam ſunt tradita quaedam* praecepta *communia, magis tamen proderit ſcire, qua ducum quiſque ratione, in quali loco, tempore ſit uſus ſapienter, aut contra*. Increpat perverſum morem rei militaris peritiam adſectandi Plinius Paneg. *c.* XIII. *poſtquam vero* ſtudium armorum *a manibus* ad oculos, *ad voluptatem a labore translatum eſt; poſtquam exercitationibus noſtris non veteranorum aliquis, cui decus muralis aut civica, ſed* Graeculus magiſter *adſiſtit, quam magnum eſt unum ex omnibus patrio more patria virtute laetari?* Praepoſteros hic Marius perſtringit, qui cum doctrinam ad uſum conſerre deberent, tunc primum praeceptis hujuſmodi operam dare incipiunt. Alioquin enim haec talia haud prorſus negligenda, & ipſe Polybius inter vias parandae ſcientiae militaris frequentem lectionem, inſtitutionemque magiſtri recenſet. Agnoſcit eadem Cicero IV. Acad. Qu. *c.* I. & Tacit. Agric. *cap.* V. quod aliis veterum exemplis ita adprobatur, ut hodie maximos duces ſcimus Matheſeos peritia Caeſaris aliorumque lectione familiari, rebus ſuis geſtis multum contuliſſe.

GERERE, QUAM FIERI TEMPORE POSTERIUS. *Gerere* intellige *conſulatum*; *fieri*, *conſulem*. Supra enim dixerat, *qui conſules facti ſunt*, & Verbum *facere* ſaepiſſime ita praeciſe ponitur, ut notiſſimum & vulgatum eo tempore nomen *conſulis* ſecum ſententia junctum habeat, quod de *petere* obſervavimus ſupra ad *c.* LXIV. num.1. petundi *gratia miſſionem rogat*. Sic Cicero apud Quinctilian. V. *c.* X. pag. 425. *Ac vide, an facile* fieri *tu potueris, cum is* factus *non ſit*. ubi lege Cl. Burmannum, qui recte redarguit Victorium, qui VI. Var. Lect. *cap.* XV. *gerere, quam fieri conſul* legendum cenſuit: etiamſi tale additamentum in tribus, ſed deterioribus, noſtris Codd. ſplendeat. Addo Spartian. Caracall. *cap.* I. *Reliquit Getam & Baſſianum, quorum unum exercitus, alterum pater* dixit; puta *Caeſarem*, quod eo tempore ſollemne erat. Capitolin. de Pertinace: *Ipſi Commodo plurimum placuit; quia ille* eſſet iterum, *cum Pertinax* factus eſt. nimirum *Conſul*, ut docuit Reineſius litteris ad Rappoltum, quem vide ad Horat. pag. 572. 573. Junge nobis adnotata infra ad *cap.* XCII. extr. Ex hoc, *conſul*, priore loco intelligo *conſulatum*. Nam talia interdum ex Nominibus & Verbis intelligenda eſſe, docui ad Catilin. *cap.* XVIII. num. I. Is autem *gerit* antea conſulatum, quam factus eſt, qui in tribunatu, praetura aliiſque poteſtatibus ita agitat, ut conſulatu omnium judicio dignus habeatur, quod fere de Mario memoravit ſupra Noſter *c.* LXIII. num. 5.

RE ATQUE USU PRIUS EST. H. e. Temporis ordine prius eſt *fieri*, quam *gerere*: quia nemo proprie conſulatum antea geſſit, quam factus eſt conſul; At *re*, veritate & aequitate, *uſu* etiam & utilitate prius eſt gerere, quam fieri. Ii enim *veri* conſules ſunt, qui omnibus conſularibus virtutibus inſtructi petunt & fiunt: ii etiam reip. utiliſſimi. Sic *res* adhibetur Cat. *c.* X. n. 5. *amicitias inimicitiaſque non* ex re, *ſed* ex commodo *aeſtumare*. De *uſu* vide ſupra ad

Digitized by Google

ſieri tempore poſterius, re atque uſu prius eſt. Comparate nunc, Qui- 13
rites, cum illorum ſuperbia me hominem novum. Quae illi audire lege-
re ſolent eorum partim vidi, alia egomet geſſi: quae illi litteris, ego
militando didici. Nunc vos exiſtumate, facta an dicta pluris ſint. Con- 14
temnunt novitatem meam; ego illorum ignaviam: Mihi fortuna, illis pro-
bra objectantur. quamquam ego naturam unam & communem omnium 15
exiſti-

ad *c.* XLIII. num. 3. Non ſatis adcurate Gloſſa Guelf. 6. *tempore*, i. adminiſtratione; *re atque uſu*, i. doctrina. Gloſſa Fabric. 1. *Gerere poſterius eſt tempore, quam fieri*, quia prius hoc ſit quod aſciſcit dignitatem, deinde debet id facere, quod quaerit dignitas. Sed tamen prius eſt re atque uſu: nam antea multotiens debet id facere & gerere, quo probabilis habeatur ad conſulatum accipiendum. Haec illa.

13. CUM I. SUPERBIA ME HOMINEM NOV. i. cum illis ſuperbis. vide ad Catil. *c.* LII. n. 22. *Omnia* virtutis *praemia* ambitio *poſſidet*. Et haec quidem *ſuperbia*, *bomo* ita ſe reſpiciunt, ut apud Juſtinum, *omnium judicio Athenienſium* virtus ceteris *praelata*. vide ſupra ad *c.* LXXV. n. 3. Livius IV. *c.* XII. *criminari* plebem *deſidem*, & fraudem *Senatus*. Noſter III. Hiſtor. Orat. Macri num. 3. factio *noxiorum*, & ſoli *innocentes*. Auſonius Epiſt. XXIII. *qualia magnus* Scipio, *longaevique dedit* ſapientia *Laeli*.

QUAE ILLI AUDIRE ET LEGERE SOLENT. *Audire* ex magiſtris aliiſque acta majorum recenſentibus; *legere* praecepta militaria & res geſtas. vide n. 12. Cicero pro Lege Man. *cap.* X. de Pompejo: *qui plura bella* geſſit, *quam ceteri* legerunt. Idem pro Balbo *cap.* VI. *Niſi forte quae nos* libri docent *in umbra & otio, ea Cn. Pompejum neque, cum requieſceret*, litterae, *neque, cum rem gereret*, res ipſae *docere potuerunt*.

EORUM PARTEM VIDI. *Partim* corrigit Gronovius III. Obſerv. *c.* II. ex more Salluſtii, qui ita frequenter cum Catone ſuo, Gellio, Livio aliiſque. Supra *c.* LV. n. 4. *exercitus* partim *ipſe, reliquos Marius ducebat*. adde Perizon. ad Sanct. IV. *c.* XIII. & Boſium ad Corn. Nep. Datam. *c.* X. n. 2.

EA EGO DIDICI MILITANDO. Hoc ordine Gruterus. At noſtri Codd. *militando didici*. Incert. 2. Pronomen *ego* excludit; at Vinar. 2. & Uratiſl. 3. *ea* omittunt, quod convenientius eſt. Sic Cat. *c.* LI. n. 14. quae *apud alios iracundia dicitur*, in imperio *ſuperbia atque crudelitas adpellatur*. ubi vulgo *ea in imperio*.

NUNC VOS EXISTUMATE. Vinar. 1. Guelf. 4. & Veneta 1470. *Nunc vos aeſtimate*. Gu. 11. *extimate*. *Exiſtumate* hic cum majore decore ponitur, cum Marius non modo deliberationem & conſiderationem, ſed etiam judicium & ſententiam plebis faciat. vide ad Catil. *cap.* II. num. 8.

14. MIHI FORTUNA, ILLIS PROBRA. *Fortunam* intelligit humilioris generis: quae de omnibus talibus bonis dicitur. Seneca Ep. LXXVI. *Cum voles veram hominis aeſtimationem inire, & ſcire, qualis ſit, nudum inſpice; ponat patrimonium, ponat honores & alia* fortunae *mendacia; corpus ipſum exuat. animum intuere, qualis quantusque ſit: alieno, an ſuo magnus*. adde ſupra *c.* LXIV. n. 2.

15. NATURAM UNAM ET COMMUNEM OMNIUM. *Naturam* valde proprie poſuit pro nativitate, & procreatione, qua communia omnes bona, quod ad virtutem, adipiſcuntur. id *originem* & *ſemina* dixit Claudian. Laud. Seren. *v.* 35. 36. Seneca III. Benef. *c.* XXVIII. *Eadem omnibus* principia, *eadem* origo. *nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium & artibus bonis aptius -- Unus omnium parens mundus eſt, ſive per ſplendidos, ſive per ſordidos gradus, ad hunc prima cujusque origo perducitur*. Fruſtra autem dubitant, *utrum ſit efficacius ad recte vivendum bene inſtitui, aut feliciter naſci*, Plinius Paneg. *c.* LXXXIV. Recte Minucius Fel. *c.* XXXVII. *Nobilitate generoſus es? parentes tuos laudas, omnes tamen* pari ſorte naſcimur: *ſola virtute diſtinguimur*. Boetius III. Metr. VI. *Omne hominum genus in terris Simili ſurgit ab ortu*, & quae ſequuntur. Qui hodieque contra Marium ſentiunt, non diſtinguunt ipſam *naturam*, & copiam inſtitutionis educationemque. Et Horatii illud *fortes creantur fortibus & bonis* & quae Plutarchus de generoſis equis atque canibus profert, non ultra procedunt, quam ad quaedam bona corporis, easque virtutes animi, quae ab natura corporis dependent. Contra bene inſtitutus & recte educatus, qui corporis natura, & defectu ſpirituum *timidus* eſſe deberet, animo *fortis* erit. & ſic in aliis.

SED FORTISSUMUM ATQUE GENEROSISSUMUM ESSE. Hoc *eſſe* excludunt Baſil. 1. Incert. 1.

Digitized by Google

16 *exiſtimo, ſed fortiſſumum quemque generoſiſſumum. Ac ſi jam ex pa-*
tribus Albini, aut Beſtiae quaeri poſſet, mene, an illos ex ſe gigni malue-
rint; quid reſponſuros creditis, niſi, ſeſe liberos quam optumos voluiſſe?
17 *Quod ſi jure me deſpiciunt, faciunt idem majoribus ſuis, quibus, uti mi-*
18 *hi, ex virtute nobilitas coepit. Invident honori meo; ergo invideant &*
labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi.
Verum

Eccard. Academ. Uratiſl. 2. Guelf. 1. 3. & 12. Sed Fabric. 1. *fortiſſumum quemque generoſum eſſe*. Male. Vellej. Pat. II. c. CXXVIII. *neque novus hic mos S. P. Q. R. eſt, putandi, quod* optimum *ſit*, *eſſe* nobiliſſimum. vide Lipſium III. Polit. c. x. n. 6. 7. ejusque & Reinhardi notas. Quinctil. Declamat. III. de hoc Mario: *Cui vel gratior poteſt eſſe* nuda virtus, *apud quem* maximum *eſt ex ſe coepiſſe*. Verum Incert. 2. & Eccard. omittunt Disjunctivam *Sed*. At Guelf. 6. ſcribit: *ſed fortiſſimum quemque ſic generoſiſſimum eſſe*. Unde *ſic* pro *ſed* ſcribendum exiſtimo, quod ejecerunt partim, partim immutarunt in *Sed*, qui non videbant praemiſſum *uti*, *ſicuti*. Nam ita intelliges: *Uti* naturam unam & communem omnium exiſtimo; *ſic* fortiſſimum quemque generoſiſſimum exiſtimo. ita nempe *uti* ponitur, & non excipit *ſic*. vide ſupra c. II. num. 3.

16. MENE, AN ILLOS EX SE GIGNI MALUERINT. Deficit *ex ſe* Vinar. 2. At ſupra c. V. n. 7. *Is Adherbalem & Hiempſalem* ex ſeſe *genuit*. ubi plura. infra Vinar. 1. *quid ſi reſponſuros creditis*.

LIBEROS QUAM OPTUMOS VOLUISSE. Id etiam peſſimos parentum optare, tradidit Xenophon. Meliores etiam illud, quod apud Homerum Iliad. Z. v. 476. Hector: *Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι* Παῖδ' *ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα* Τρώεσσιν, Ὧδε, *βίην τ' ἀγαθὸν, καὶ* Ἰλίου *ἶφι ἀνάσσειν* Καὶ *ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων*. adde Herodian. I. c. V. Modeſtiae autem ſpeciem habet, quod pro reſponſione, generatim poſuit *liberos quam optumos ex ſe gigni voluiſſe*: cum revera intelligi voluerit, illos Marium potius, quam Beſtiam Albinumque voluiſſe.

17. FACIANT IDEM MAJORIBUS SUIS. Manutius ſententiae vim, quam alios corrupiſſe dicit, ipſe pervertit, accipiens *idem majoribus*, pro idem cum majoribus; idem, quod majores. de quo genere loquendi nos pluribus ad Cat. c. XX. n. 3. Senſus eſt: Si me jure contemnunt, *contemnunt etiam* majores ſuos, &c. nam ita Verbum *facere* Verbum antecedens repetit, quod docui ad Cat. c. LV. n. 2. *ipſe Lentulum in carcerem deducit*; idem fit *ceteris per Praetores*. & ſupra hoc c. n. 3. Perinde ergo erit ſive *idem*, ſeu *item* cum Nazariano, Senat. 2. Heuſſian. Guelf. 1. & 3. legeris. *idem* Noſter alibi: Alii *item*, & *ita*, pro *id*. Cicero III. ep. III. n. 2. *ut mature proficiſceremur* — ita*que fecimus*. Sed non perinde, *faciant*, aut *faciunt*, legere. illud vulgatae edd. Gruteri, Waſſii ceteraeque & major pars MSS. retinent; at hoc ex Senat. 1. Gu. 3. & Uratiſl. 1. reſtitui: cum & expreſſerit jam ed. Gryphiana, & Manutius quosdam male reprehendat, qui *faciunt* illo tempore legendum eſſe docuerint. Remenſes & Eccard. *facient*. Sed conſidera, lector, ſuperiora, *quod ſi jure me deſpiciunt*, & ſenties, recto Modo *faciunt* neceſſario legendum eſſe. At illis propter excipiens *invideant* hic eodem modo legendum eſſe videbatur: cum id potius argumento ſit, Criſpum, pro more ſuo, variaſſe. vide ſupra ad c. IV. n. 4. infra n. 27. Praeterea faciunt certe ita nobiles illi, ſi non aperte, tamen animo ſuo. De qua re egregie Ariſtoteles II. Rhet. c. XV. de moribus nobilium, quibus tribuit Καταφρονητικὸν *καὶ τῶν ὁμοίων τοῖς προγόνοις, τοῖς αὐτῶν*. additque cauſſam: *διότι πόρρω ταῦτα μᾶλλον, ἢ ἐγγὺς γινόμενα ἐντιμότερα καὶ ἀλαζονευτά*. Probo etiam Vinar. 1. qui *ſuis* omiſit.

EX VIRTUTE NOBILITAS CEPIT. Ita Livius I. c. XXIV. *in novo populo, ubi omnis repentina atque* ex virtute nobilitas, *futurum locum forti ac ſtrenuo viro*. ubi lege Gruterum & Valer. Max. III. c. IV. Horat. I. Sat. VI. At Guelf. 6. omittit illa, *ex virtute*. Recte, ut videtur. nam ex Gloſſa *τῶν uti mihi* orta videntur. Guelf. 2. *coeperit*; 10. *incepit*.

18. ERGO INVIDEANT LABORI. Eccard. Vinar. 2. & Guelf. 3. *ergo & invideant labori*: quod ab Salluſtio ita ſcriptum eſſe, eo probabile fit, quod in aliis Codd. legitur *labori & innocentiae*. Vinar. 1. & Guelf. 11. *ergo invident*. Non probo. Incredibile foret, invidere aliquem labori, periculis: quod indefinita dictione mollitur paullulum, ſed cum invidia haud minore. Ita enim loquimur, cum aliquid valde veroſimile concludimus. Ita etiam cum permittimus quaedam fieri: quod utrumque ab hoc loco non adeo alienum eſt.

PER

Verum homines corrupti ſuperbia ita aetatem agunt, quaſi veſtros ho- 19
nores contemnant; ita hos petunt, quaſi honeſte vixerint. Ne illi falſi 20
ſunt, qui divorſiſſimas res pariter exſpectant, ignaviae voluptatem, &
praemia virtutis. Atque etiam cum apud vos, aut in ſenatu verba faciunt, 21
pleraque oratione majores ſuos extollunt; eorum fortia facta memorando
clariores ſeſe putant: quod contra. Nam quantum vita illorum prae- 22
clarior,

PER HAEC ILLUM CEPI. Guelf. 11. *per hoc;* 2. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *illum honorem cepi.*

19. HOMINES CORRUPTI SUPERBIA. Vinar. & Uratiſl. ſecundi: *Verum hi corrupti ſuperbia.* quod perſuadet *homines* ab aliena manu additum eſſe, Salluſtiumque tantummodo ſcripſiſſe: *Verum corrupti ſuperbia.*

VESTROS HONORES CONTEMNANT. Ita MSS. & edd. vett. non *honores veſtros*. Uratiſl. 2. *honorem veſtrum*. Illi autem, qui non curabant honores & beneficia populi R. liberioris ſolutioriſque vitae erant, quam hic Marius nobilitati tribuit. Petebant tamen, quaſi honeſte vixerint, nempe non ex merito, ſed quaſi ex debito. infra n. 37. Non cepit locum Rupertus.

20. NAE ILLI FALSI SUNT. Baſil. 1. & Veneta 1470. *Ne illi falſi ſint:* quia nimirum *Ne* non adfirmandi Particula, ſed Cauſſalis fuit. Pariter lapſi ſunt librarii Cat. *c.* LII. n. 27. ubi vide. adde etiam ſupra *c.* XIV. n. 21. Guelf. 1. Vinar. 1. Senat. 2. & Heuſſ. *Nonne;* Guelf. 7. *Numne;* 10. *Nenon.*

DIVERSISSIMAS RES PARITER EXSP. Guelf. 4. *diverſiſſima res;* Senat. 2. *duriſſimas res.* Cat. *c.* V. n. 8. *Quos peſſuma ac* divorſa *inter ſemala, luxuria atque avaritia vexabant.* *Pariter* eſt ſimul, uno tempore. vide ſupra *c.* LXVIII. n. 2. Neque male ad ipſas res, quas *junctim* exſpectant, & unam non minus, quam alteram, cupiunt, particulam retuleris. *Exſpectant* eſt in MSS. niſi quod in Guelf. 4. ſecunda manus fecit *expetunt*. Sed illud bene confirmabis ex dictis ad *c.* XIV. n. 7. *inops, alienas opes* exſpecto. Nam id non amplius novum erit Salluſtiano lectori, unum Verbum ad diverſa Nomina referri, quorum uni tantum exacte conſentiat. vide ſupra *cap.* XLIX. num. 3.

21. CUM APUD VOS, AUT IN SENATU. Uratiſl. 1. *atque etiam in ſenatu apud vos v. f.* Atque illud *cum* deeſt etiam Uratiſl. 3. & profecto parum incommodi veremur, ſi deleatur: niſi quod ſequentia n. 22. eam tueantur. Eccard. *Atque etiam apud vos cum in ſenatu v. f.* Vinar. 1. pariter *aut* omiſit. Sed male. Diverſa ſunt apud populum, & in ſenatu verba facere; quod tirones vel duabus Ciceronis poſt Reditum Orationibus docere poteris. Viris autem illis offendiculo fuit *apud — in;* & certo ſcio, ſi *apud vos, aut apud Senatum* ſcriptum reperiſſent, nihil novaturos fuiſſe. At eodem modo Cat. *c.* 51. n. 14. *Quae* apud alios *iracundia dicitur*, in imperio *ſuperbia atque crudelitas adpellatur*. Clarius Corn. Celſus, quem vide ſupra ad *c.* XXXI. n. 19.

PLERAQUE ORATIONE M. S. EXTOLLUNT. Gu. 10. *pleraque maxima oratione*, ab interprete haud ſatis docto; ſed ſcriba eo multum inferiore. *pleraque* ſingulari Numero illuſtravimus ſupra ad *c.* LIV. n. 8.

CLARIORES SESE PUTANT. Vinar. 2. *clariores eſſe putant*. Putant ſibi aliquid concedi claritudinis majorum: quod in iis quidem uſu venire ſolet, qui propriis virtutibus ſplendent; non autem in his, qui per ſecordiam & ignaviam aetatem agunt. Juvenal. Sat. VIII. *v.* 40. *tumes alto Druſorum ſtemmate*. Sed idem *v.* 30. *quis enim generoſum dixerit hunc, qui Indignus genere & praeclaro nomine tantum Inſignis?* Boetius III. Proſa VI. *Quod ſi claritudinem praedicatio facit, illi ſint clari neceſſe eſt, qui praedicantur. Quare ſplendidum te, ſi tuam non habes, aliena claritudo non efficit.*

QUOD CONTRA EST. *Eſt* non reſpondet in Guelf. 3. vide ſupra *c.* I. n. 2. & hoc *c.* num. 1. *Sed mihi contra ea videtur.*

22. NAM QUANTO ILLORUM VITA PRAECLARIOR. Scilicet cum tot praeclara nomina domeſtica exempla habeant incitamenta virtutum, tanto flagitioſiores ſunt, ſi virtutem eorum non aemulantur, quanto majore vi illi urgent, ne ab ſe & genere ſuo degenerent. Unde Boetius l. c. *Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, ut impoſita nobilitate neceſſitudo videatur, ne a majorum virtute degenerent.* Qui autem degenerant, ii, *abſque communi in impios odio, quaſi corruptores generis, exſecrabiliores ſunt*, inquit Aur. Vict. Caeſar. *c.* XVII. Ergo quibus talis neceſſitas non eſt impoſita, minore cum flagitio ſecordes ſunt & ignavi. Uratiſl. 2. Guelf. 9. & 11. *vita illorum clarior*, quomodo ſupra aliquoties aberrarunt. Sed aliud objiciunt alii codices. Guelferb. 6. *nam*

Digitized by Google

23 *clarior, tanto horum ſecordia flagitioſior. Et profecto ita ſe res habet: majorum gloria poſteris lumen eſt, neque bona neque mala in occulto pa-*
24 *titur. Hujuſce rei ego inopiam patior, Quirites; verum id, quod mul-*
25 *to praeclarius eſt, meamet facta dicere licet. Nunc videte, quam iniqui ſint. Quod ex aliena virtute ſibi adrogant, id mihi ex mea non concedunt:*

in quantum *vita illorum praeclarior:* quod eſt deterioris ſaeculi latinitas, quae nimium quantum hac formula delectabatur. vide Barth. ad Claudianum & XXIV. Adverſ. *cap.* III. qui ad Rutilii Itiner. I. *v.*46. barbaros vocat, qui hoc genus loquendi barbariae damnent. adde ad eumdem Rutil. Caſtalionis, Sitzmanni & Almeloveenii notas, Vorſtium ad Juſtin. XLI. *c.* 1. & Sulpicium Sev. de Vit. Mart. *c.* I. n. 5. & oſtendunt illi, meliore etiam aetate *in tantum, in quantum* uſitatum fuiſſe; ſed cum Verbis conſtructum, quae terminum paterentur. Apud Noſtrum quidem ſpurium foret *in quantum;* confirmat tamen ſcripturam Senat. I. Fabric. I. Remenſ. I. Guelf. 3. & Venetae 1470. qui habent, *quantum v. i. praeclarior, tanto horum ſecordia flagitioſior:* quam optimis Codd. repraeſentatam, repudiare non debui. Nam *quantum — tanto* recte componi, demonſtravi ſupra ad *c.* I. num. 5. tanta *cura*, quanto *ſtudio aliena petunt.* & *quantum* cum Comparativo jungit etiam Livius XXVI. *c.* XXIX. quantum majorem *injuriam, immo contumeliam eſſe, ſortem ſuam ad eum transferri.* Prius firmat etiam Quinctil. XI. *c.* I. *Nam ſi* tantum *habent etiam verba momentum*, quanto *res ipſae majus.* cui adde Horat. III. Sat. II. *v.* 313. ut eſt in MSS. & optimis edd. Tantum *diſſimilem*, & tanto *certare minorem.*

23. POSTERIS QUASI LUMEN EST. Ita Gruterus & Waſſius. ceterae edd. *quaſi* omittunt, neque iſtud viſitur in Fabricianis, Guelf. 3. Veneta 1470. Seneca IV. Benef. *c.* XXX. *Ut loca ſordida repercuſſu ſolis illuſtrantur, ita & inertes* majorum *ſuorum* luce *reſplendent.* Papin. Stat. I. Silv. III. *v.* 68.

— — Genus ipſe ſuis, praemiſſaque retro
Nobilitas, nec origo latet, ſed luce *ſequente*
Vincitur & magno gaudet ceſſiſſe nepoti.

Quaſi autem, & *veluti* paſſim libris vetuſtis, contra voluntatem auctorum addita animadvertere licebit. Plura in hanc rem notamus ad Cat. *c.* LI. n. 13. 14. adde Interpretes Juven. Sat. VIII. *v.* 139.

NEQUE BONA, NEQUE MALA EORUM IN OCCULTO P. Adpoſite Cicero II. Offic. *c.* XIII. de nobilibus & celebribus: *in hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum, quid agat, quemadmodum vivat, anquiritur: & tamquam in clariſſima luce verſetur, ita* nullum obſcurum *poteſt nec* dictum *ejus eſſe, nec* factum. Quinctil. III. *c.* IX. *Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit, & quosdam* claritas *ipſa* potiores circa vitia, *& inviſos magis fecit. Eorum* deeſt Guelf. 4. & 6. quos ſum ſecutus. Intruſerant etiam ſupra *c.* XXXIII. n. 3. *ſedare motus & animos* eorum *mollire.* item Cat. *c.* L. n. 1. *comprobato* eorum *indicio. In occulto*, quod ceteri *occulta, obſcura* dixiſſent, Salluſtio familiare eſt. vide ſupra *c.* V. n. 3. *cap.* LI. n. 2. & Cat. *c.* XLI. n. 2.

24. MEAMET FACTA MIHI DICERE LICET. Fabriciani, & Guelf. I. *mea me facta*, ut ſupra *c.* IV. n. 2. Guelf. 4. *me ſcilicet facta mihi dicere licet.* Eccard. & Guelf. II. *mea facta.* At Gu. 6. & Uratisl. 2. *meimet facta.* Ingenioſe certe. Illi *Aemiliorum, Brutorum*, ego *mei* facta dicere poſſum. quaſi illo Subſtantivo Pronomine perſonam exprimeret magis. Taliaque ſunt apud Varronem, Plautum, Ciceronem a viris doctis adnotata. vide ſupra *c.* XXXI. n. 6. Recte Noſter alibi *majores veſtrum*, pro *veſtri*, Cat. *c.* XXXIII. n. 3. & tuetur A. Gellius, qui etiam *labor mei* ex Plauto advocavit. Eſt & apud Apulejum *animus ſui*, pro *ſuus*, de Deo Socrat. p. 50. *quod is deus, qui eſt* animus ſui *cuique, quamquam ſit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur.* Analogia etiam patitur, quae *regia domus* non magis quam *regis domus* probat. Cum tamen tot viri eruditi obſtrepant; audax nimium facinus exiſtimaretur, ex duobus Codd. *meimet facta* reſcribere. *mihi*, quod in Vin. 1. aliiſque locum mutat, omittunt Sen. 2. Heuſſ. Guelf. I. & 10. & iſta Ellipſis grata eſt Salluſtio. vide Cat. *c.* XXXV. n. 2. & XXXVI. num. 4. infra n. 41.

25. QUAM INIQUI SINT. Fabriciani, *quam ſint iniqui;* Vinar. 2. *quam iniqui ſunt.* Veneta 1470. *Nunc videte, quam iniqui;* ſine Verbo Subſtantivo. Sic Cat. *c.* LXI. n. 1. *tum vero cerneres, quanta animi vis in exercitu Catilinae.* Eod. *cap.* XLVI. n. 2. *quid facto opus. Adrogant* cum aliis paucis ſcribit Baſil. I.

In

Digitized by Google

dunt: ſcilicet, quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas eſt; quam certe peperiſſe melius eſt, quam acceptam corrupiſſe. Equidem 26
ego non ignoro, ſi jam reſpondere velint, abunde illis facundam & compo- LXXXIX.
ſitam orationem fore. Sed in maxumo veſtro beneficio, cum omnibus lo-
cis

ID MIHI EX MEA NON CONCEDUNT. Guelf. 3. *ex me;* eleganter. Adjuncta & Subjecta, Abſtracta & Concreta, ut loquuntur, ſaepe componi, oſtendunt notata ſupra n. 13. & ad *c.* LXXV. n. 3. Adde hic Cat. *c.* LI. n. 39. Illi adrogant ſibi ex aliorum virtute, ex majorum ſuorum factis praeclaris nobilitatem; mihi non concedunt *ex me* meisque factis fortibus nobilitatem ſumere.

QUIA IMAGINES N. HABEO. Veneta 1470. *qui imagines non habeo*. Guelf. 6. edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. *quod imagines non habeo*. non diſplicet, etſi ſequatur, *& quia*, vide Cat. *c.* XIX. n. 2. & I. Hiſt. Or. Lepidi n. 16. infra Uratisl. I. *quia m. mala nobilitas eſt*. *nova* omittunt Senat. 2. & Heuſſianus; ut intelligerent, talis nobilitas, quam ipſe peperi, & ea eſt *nova*. quae vox in Guelf. 4. & Incert. I. etiam locum mutat, ut ab homine haud adtendente intruſa eſſe videatur.

PEPERISSE MELIUS EST, QUAM. Hoc ordine MSS. noſtri & edd. vett. omnes. Gryphius; Gruterus, Waſſius: *peperiſſe, quam acceptam corrupiſſe, melius eſt;* uti Catilin. *c.* VIII. extr. *Sua ab aliis benefacta* laudari, *quam ipſe aliorum narrare* malebat. Eod. *cap.* IX. extr. *accepta injuria* ignoſcere, *quam perſequi*, malebant. Sed cum non conſtet, an ex vetuſto quodam Cod. alteram poſituram invexerint editores, cum noſtris Codd. alteram ſequor. Locum in oculis habuit Herodian. V. *c.* I. extr. *γένους γὰρ ἔνδοξον ἀρχὴν αὐτὸν παραχεῖν, ἢ τῷ ὑπέρῳ γένει ἄμεινον, ἢ κλέος προγονικὸν παραλαμβάνοντα τρόπου φαυλότητι καταισχῦναι.* Nimirum, ut Memmius docet, ſupra *c.* XXXI. n. 17. *majus dedecus eſt parta amittere, quam omnino non paraviſſe.*

QUAM ACCEPTAM CORRUPISSE. *Acceptam*, traditam a majoribus & ab aliis in ſe derivatam. Livius IV. *c.* XIX. *A. Cornelius Coſſus, eximia pulchritudine corporis, animo ac viribus par, memorque generis, quod ampliſſimum acceptum, majus auctiusque* reliquit *poſteris*. C. Nepos Timoth. princ. *Hic a patre* acceptam gloriam *multis auxit virtutibus*. Porro Guelferb. 6. *corrumpiſſe*, vide ſupra *c.* LXIV. num. 6. At Vinar. I. a prima manu *corruiſſe*, quomodo perfidelis ille Nazarianus. quod ſane vehementius, atque rei convenientius, pro *ſubvertiſſe*, quo Verbo utitur I. Hiſt. Orat. Lepidi n. 3. *praeclara Brutorum, Aemiliorum atque Lutatiorum proles, geniti ad ea, quae majores virtute peperere*, ſubvertunda. Atque *corruere* active potuit ponere, ut alibi *ruere*, pro facere ut ruant. Valer. Flaccus III. Arg. *v.* 582. *Obvia quaeque* rueres. Plautus Trin. A. IV. Sc. I. *v.* 18. *Imbres fluctusque atque procellae inſenſae frangere malum*, Ruere *antenas*, *ſcindere vela, ni tua pax propitia foret praeſto*. adde Donat. ad Terent. Adelph. A. III. Sc. II. *v.* 21. Servium ad X. Aeneid. *v.* 254. & 756. ac Priſcian. XVIII. pag. 1179. Ita *corruere* Catullus Carm. LXVII. *v.* 50. *Nam mihi quam dederit duplex Amathuſia curam Scitis, & in quo me* corruerit *genere*. Sed rectius *torruerit* ediderunt. vide tamen Interpp. & Sanct. III. Min. *c.* III. adde Jug. *c.* XXXVII. n. 4. & III. Hiſt. Orat. Macri n. 12.

26. EQUIDEM EGO NON IGNORO. Guelf. 6. *Et quidem ego. ego* omittit Franc. ſed perperam. vide ad Cat. *c.* LI. n. 15. Mox *mihi* expungunt omnes edd. vett. At Vinar. I. *ſi jam mihi milites reſpondere velint*.

FACUNDAM ET COMPOSITAM ORAT. FORE. Senat. I. Incerti, Academ. Franc. Eccard. Guelf. 2. 3. 6. 7. 10. & Veneta 1470. *abunde illis* facundiam *& compoſitam orationem fore*. Prorſus ut Catil. *c.* XX. n. 2. *neque ego per* ignaviam, *aut* vana ingenia *incerta pro certis captarem*. adde ſupra *c.* XLVII. n. 2. Gellius IX. *c.* II. *animalia* ſpurca *atque* probra. Academ. *& comtam orationem fore*. male. infra n. 31. *non ſunt compoſita verba mea*. Plura ad Cat. *c.* LI. n. 9.

IN MAXUMO VESTRO BENEFICIO. Guelf. 7. *meo beneficio*. *Beneficium* vocat conſulatum a populo in ſe collatum, ut ſupra n. 3. Et ipſa dictio idem notat, ac, *cum maximum beneficium mihi contuliſtis*. Ita ſupra *c.* XIV. n. II. *in imperio veſtro*. ubi vide. infra Remenſ. 2. *meque voſque*. atque ita n. 47. meque vosque *in omnibus rebus juxta geram*. Sed nihil muta. nam *que* ſolitarium fere idem notat, quod diceres, *& propter me vos;* quod de Copula *atque* adnotavimus ſupra ad *c.* XXXIX. num. 5. Contra *meque, voſque* eſſet me ſimiliter, pariter & vos: quod non aeque eſt ad ſententiam loci.

MALEDICTIS LACERENT. Uratisl. 2. Guelf. 6. 10. & 11. *lacerant;* Uratisl. I. *lacerarent;* Gu. 9. *laceſſirent*. III. Hiſt. Orat. Philippi n. 21. *differunt*

 vos

cis me vosque maledictis lacerent, non placuit reticere: ne quis mode-
27 *ſtiam in conſcientiam duceret. Nam me quidem, ex animi ſententia,*
nulla oratio laedere poteſt. quippe vera neceſſe eſt bene praedicet; falſam
vi-

vos in adventum Cn. Pompeii, quem ipſum uti pertimuere ſublatum in cervices ſuas, mox, demto metu, lacerant. ubi vide plura. *Maledicta* quid proprie, vide ad Cat. *c.* XXI. n. 4. Vinar. 1. *reticere non placuit*.

MODESTIAM IN CONSCIENTIAM DUCERET. I. pro conſcientia haberet. ſive ne quis exiſtumaret, me non prae modeſtia, ſed quod mihi conſcius eorum eſſem, quibus illi me lacerant, tacere. Vinar. 1. & Incert. 2. *in conſcientia duceret*. Contra ſupra *c.* LXXXII. n. 3. *quam rem alii* in ſuperbiam *vortebant*. infra *c.* XCII. n. 2. *omnia non bene conſulta* in virtutem *trahebantur*. Apulejus Apolog. p. 275. *Vel mea cauſſa paucis refellenda ſunt, ne is, qui ſedulo laboro, ut ne quid maculae aut inhoneſtamenti in me admittam, videar cuipiam, ſi quid ex frivolis praeteriero, id* agnoviſſe *potius, quam contemſiſſe*. & quae ſequuntur. Cicero pro Sextio *c.* XVIII. *Me vero non movit illius oratio, ſed & eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur: qui tum, quamquam ob aliam cauſſam tacebant, tamen hominibus omnia timentibus*, tacendo loqui, *non infitiando* confiteri *videbantur*. Pro *modeſtiam* Fabric. 1. corrupte *moleſtiam*. eam cum *pudore* componit Catil. *c.* LIV. n. 3. Juſtinus XXXII. *c.* II. *turba querelarum confuſus adoleſcens repente obticuit. Tunc ſenatus* verecundia *ejus motus, quae probata etiam antea, cum obſes Romae eſſet, omnibus fuerat, cauſſam illi donavit; atque ita* modeſtia ſua *Demetrius veniam patri -- patrocinio* pudoris *obtinuit*.

27. NAM ME QUIDEM EX ANIMI MEI SENT. *Nam* & *quidem* deſunt Guelf. 3. ſed Vinar. 1. & Guelf. 10. delent tantum *me; quidem* ſolum Uratisl. 1. qui ſcribit: *Nam ego ex animi ſententia*. Omnes edd. vett. & Guelf. 10. *equidem*, pro *quidem:* & prima littera per ſimilem extremam in *me* facile abſorberi poterat. Deinde Incert. 1. *ex animi conſcientia*, dubio procul ab interprete. Ceterum is & 2. Fabric. uterque, Academ. Eccard. Uratislavienſes, Senatorii, Heuſſ. Guelf. 2. 3. 6. & 12. & omnes edd. vett. *mei* omittunt, cujus nullo bono jure, nullo merito patrocinium ſuſcepit Urſinus & Gruterus. Nam cum *me* antecedat, numquam, niſi ubi corruptus eſt a ſciolis, Criſpus Noſter *mei* iterare ſolet; & nihili eſt contra hanc conſuetudinem formula aliorum. vide Catil. *c.* XXXI. n. 7. XXXV. extr. ſupra *c.* XIV. n. 1. & 3. Et ex eo fonte fluxit noſtra emendatio libris vett. adjuta *c.* IV. n. 1. *memet*, ſtudium *laudando, extollere*. ubi vulgo *ſtudium meum*. & alia *cap.* LXXIX. n. 9. *ſeque* vitam*que reip. condonavere*.

EX ANIMI SENTENTIA eſt formula adſeverandi, & vanitatem declinandi: quomodo alibi, *pro Deum atque hominum fidem, medius fidius, me hercules*, alia interpoſuit. vide Catilin. *c.* XX. n. 10. *c.* XXXV. n. 2. *c.* LI. n. 10. *c.* LII. n. 35. & mentio ejus facta ſupra ad *c.* XLIII. num. 5. adde Petron. Satyr. *c.* CIX. &, quem ibi laudat Burmannus, Gronov. IV. Obſerv. *c.* XIV.

QUIPPE VERA NECESSE EST BENE PRAEDICET. Academ. *quippe ut vera:* quod non temere improbandum, ſi altero membro *ita* intelligere volueris. Neque tamen verum eſſe, exiſtimo; cum fraudem aperiat Guelferb. 6. *q. v. n. e. ut bene praedicet*. Senat. 1. & Fabric. 2. *quippe vera neceſſe eſt praedicent*, qui *vera*, non pro *vera oratione* & Subjecto, ſed pro Objecto, *veritatem*, habuerunt. Atque ita pronuncio de Vinarienſibus, Fabric. 1. Senat. 1. Heuſſ. Incert. 1. & edd. Pomp. Viteb. & Lipſienſi, in quibus *bene praedicent* legitur. *Bene praedicet* eſt bona & praeclara omnia praedicet: quod confirmavimus, cum alibi *bene facere, benigne pollicere* illuſtraremus. vide Catil. *c.* III. n. 1. & *c.* XLI. extr. De *praedicare* Eod. *c.* XLVIII. n. 9. Cicero, *honorate, honorifice, graviter, glorioſe praedicare de quo*.

FALSAM VITA MORESQUE MEI SUPERANT. Fabriciani, Senat. 1. Vinar. 2. Incert. 1. Uratisl. 1. Guelf. 2. 7. & Veneta 1470. *falſa*, eodem errore, quem ſuperiore nota rejecimus: quem adjuvit ſimilitudo Caſus *vera, falſa*, quae tot locis peſtis fuit atque ſenium. vide ſupra *cap.* XIV. n. 14. Praeterea Vinar. 1. & Senat. 2. cum edd. Pomp. Viteb. & Lipſ. *falſam vitam moreſque mei*, ex primae vocis extremitate, tertiaeque capite orta corruptela. Eccard. *falſa mea vita*. Unde fecerim: *falſam, eam vita moreſque mei*. Sic Catil. *c.* XXXVII. n. 4. *Sed* urbana plebes, ea *vero praeceps ierat multis de cauſſis:* ubi plura adſcripta ſunt. Viderint acutiores: mihi haud vulgariter placet. Remenſ. 2. *falſam vita mea moreſque ſuperant*, quod & in aliis Codd. aliquid praeſidii habet, qui *meique mores* aut alio modo Pronomen transferebant. Mox n. 30. *hae ſunt* meae *imagines, haec nobilitas*. Supra *c.* XIX. n. 1. ſolli-

ci-

vita moreſque mei ſuperant. Sed quoniam veſtra conſilia accuſantur, 28
qui mihi ſummum honorem, & maxumum negotium impoſuiſtis: etiam atque etiam reputate, num id poenitendum ſit. Non poſſum fidei cauſſa ima- 29
gines, neque triumphos, aut conſulatus majorum meorum oſtentare; at, ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia militaria dona; praeterea cica-

citata *plebe*, aliisque *novarum rerum avidis*. Vinar. 2. & Veneta 1470. *ſuperent:* ne quid uſquam inaequale eſſet, ſed *praedicet* & *ſuperent* paria juſta ſiſterentur. dixi ſupra num. 17. SUPERANT probe dixit, pro vincunt adeoque refellunt, quomodo ſaepiſſime Cicero, *dicendo vincere*, ita probare dicendo, ut omnia contraria refellantur. Lucret. II. 747. *Quod quoniam vinco fieri nunc eſſe docebo.* ibi vide Lambinum, & notas ad Cicer. XI. epiſt. XXVIII. n. 4. Plautus Moſtell. A. I. Sc. II. *v.* 10. *Atque hoc haud videtur veroſimile vobis: At ego id faciam eſſe ita ut credatis. Profecto ita eſſe, ut praedico, vero* vincam. adde ſupra *c.* XVI. n. I. Sed haec notiſſima. Praeivit Noſtro Thucydides I. *c.* LXIX. καίτοι ἐλέγχεσθαι ἀσφαλὲς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ΕΚΡΑΤΕΙ.

28. VESTRA CONSILIA ACCUSANTUR. Fabric. I. & Franc. *accuſant*. Ceterum nexus n. 26. 27. & hujus 28. eſt paullo occultior. N. 26. dixit, ſeſe neceſſario nobilibus oratione reſpondere debuiſſe; non quidem (n. 27.) propter ſe, ſuam vitam moreſque, in quibus nihil vitii; ſed tantummodo (n. 28.) propter honorem ſuum, quem impoſuerit populus R. & quo ſeſe digniorem nobilibus probare debuerit, ne quis (n. 26.) putaret, ſe ita indignum eſſe, ut dictitaverint inimici. Senat. I. *qui ſummum honorem*, omiſſo Pronomine *mihi:* quod frequentiſſime intellectui lectoris relinquit Criſpus. vide ad *cap.* I. num. 3. & ad Catil. *cap.* LVIII. num. I.

ETIAM ATQUE ETIAM REPUTATE. Edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. *animis reputate*. Franc. *reputate cum animis veſtris*. hinc eluceſcit, deſumtam eſſe hanc laciniam ex n. 10. hujus Cap. Deinde Fabric. I. *atque etiam*, neglecto priore *etiam*. Sed Guelf. 12. neque illud, neque *atque etiam* oſtendit, quae tamen ſententia poſtulat. Saepe ita Cicero, quod & vulgo notiſſimum. ita quoque Catullus Carm. LXIV. *Miſer, ah miſer, querendum eſt* etiam atque etiam *anime*. vide ad Cat. *c.* V. n. 7.

NUM EORUM POENITENDUM SIT. Sic MSS. noſtri & vett. edd. praeter Vinar. I. ni fallor, qui habet cum uno Rivii, *num* id *poenitendum ſit*, quomodo jam edidit Carrio. Vulgatae lectionis multae cauſſae fuere, quae ſunt adverſum Carrionem: Sed tales illae, quae multa loca corruperunt. Quid enim neceſſe fuit *eorum* ad *conſilia* potius referre, quam *id* ad ipſum factum? Hercle non magis, quam Cat. *c.* LI. n. 42. *Profecto virtus atque ſapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus* tantum imperium *fecere, quam in nobis qui* ea *bene parta vix retinemus;* facere *id bene partum*. adde ſupra *c.* XXX. n. 4. Cat. *c.* XLVI. extr. Jam *id poenitundum* non inſolentius dicitur, quam apud Cic. II. de Invent. *c.* XIII. *Utrum id facinus ſit*, quod poenitere *fuerit neceſſe*. Columell. II. *c.* XI. *Itaque hic* ager, *ſive exercetur, ſeu ceſſat, colono eſt* poenitendus, *ac tamquam peſtilens refugiendus*. Quamobrem adſentior Carrioni, & MSS. duobus: ſcribo etiam cum optimo Fabric. I. *poenitundum*.

29. NON POSSUM FIDEI CAUSSA cet. Citat Auſonius Gratiar. act. *c.* XV. *Non poſſum fidei cauſſa oſtendere imagines majorum meorum, ut ait apud Salluſtium Marius:* ſed, ut vides, paullo licentius citavit. nam & *oſtendere*, pro *oſtentare*, ſcripſit, ſaeculi ſui linguam ſecutus, quam aemulatur Guelf. 10. qui item *oſtendere* exhibet: & voces *neque triumphos aut conſulatus*, ut ſibi parum idoneas, omiſit. Attamen eae *aut conſulatus* deficiunt etiam Fabric. I. & pro *triumphos* Guelf. 6. ſcripſit *triumphales*. FIDEI CAUSSA, i. fidei faciendae cauſſa, fore, ut vos, me conſulem feciſſe, & bellum mihi cum Jugurtha juſſiſſe, numquam poeniteat. Supra *c.* XXIX. n. 4. *Ceterum interea*, fidei cauſſa, *mittitur a Conſule Sextius Quaeſtor in oppidum Numidarum Vagam*. Mox Vinar. I. *at res ſi poſtulet*.

HASTAS, VEXILLUM, PHALERAS. Academ. *exercitum haſtam;* Uratiſl. 2. *hoſtis;* Guelf. 6. *aſtac;* Fabriciani, Senat. I. Guelf. I. 7. & 12. *haſtam, vexillum;* & hoc *vexillum* numerum primi vocabuli immutavit. HASTAE inter dona militaria eorum, qui rem praeclare geſſerant, & forte facinus fecerunt. Primis temporibus *haſta pura* donabatur, qui primum in praelio viciſſet, Serv. ad VI. Aen. *v.* 760. Deinde ei, qui hoſtem vulneraverat, aut ſtrenue prae reliquis egerat, ut auctores ſunt Feſtus & Polybius. vide Lipſium V. Milit. Dial. XVII. Marc. Donati Dilucidat. in Sueton. Caligul. *c.* XX.

Digitized by Google

cicatrices advorſo corpore. Hae ſunt meae imagines, haec nobilitas, non
30 *haereditate relicta, ut illa illis, ſed quae ego plurimis laboribus & periculis*
31 *quaeſivi. Non ſunt compoſita verba mea: parum id facio; ipſa ſe virtus ſatis oſtendit: illis artificio opus eſt, uti turpia facta oratione tegant. Ne-*

c. xx. vexilla eodem nomine data eſſe, patet ex Vopiſci Probo *cap.* v. *cum bello Sarmatico jam tr bunus multa fortiter feciſſet, publice in concione donatus eſt* haſtis puris *quatuor, coronis vallaribus duabus, corona civica una,* vexillis puris *quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo uno, patera ſacrificali quinquelibri una.* Lipſius l. c. Sueton. Aug. *c.* xxv. *M. Agrippam in Sicilia poſt navalem victoriam* vexillo *caeruleo donavit.* qui & de ceteris donis conſulendus. De phaleris, ornamentis equorum cum diſputaſſet Ald. Manutius Quaeſit. per Epiſt. epiſt. ult. ambigit ad poſtremum frontine, an maxillis, an pectori additae fuerint ex diſſenſu Suidae, Herodoti & Servii. Dubitatum ab illis, equorum ſolum, an & equitum fuerint ornamenta, de quo vide Duckerum ad Flor. I. *cap.* v. num. 6. Uratiſlav. I. *auxilia*, pro *vexillum*; & 2. *alia militaria ſigna.*

Cicatrices adverso corpore. Sex ſeptem Codd. *in adverſo corpore*, h. e. in adverſa parte corporis, cui contrarium *corpus caecum*, *c.* cvii. num. I. Et cum Praepoſitione *ſub*, dixit Silius v. *v.* 594. *Cerno, ait,* adverſo *pulchrum* ſub pectore *vulnus.* Contra Plinius *adverſo corpore* ſine Praepoſitione. vide ad Catil. *cap.* lxi. num. 3. quod plenius Quinctilian. II. *cap.* xv. *cicatrices, quas is* pectore adverſo *pro patria* ſuſcepiſſet. adde Jani Parrhaſii Quaeſit. Epiſt. lvi. Vinarienſ. I. & Baſil. I. *adverſo pectore.*

30. Haec nobilitas. Vinar. I. *haec nova nobilitas.* Supra *meae* delet Guelf. 10. Gruterus, *haec mea nobilitas*, ſed contra libros manu exaratos. cum eo facit ed. Gryphiana; Waſſius nobiſcum.

Non hered. relicta, ut illa illis. *Relicta*, eſt neutrum plurale, ut Catil. *c.* xx. n. 2. Supra *c.* lxx. n. 2. & alibi paſſim. quod eo monendum fuit, quia librarii non ceperunt. nam Guelf. 9. *ut illas illis;* Rem. I. *quem ego;* Vinar. I. *quam ego*, ut ad *nobilitatem* ſolum & *relicta*, & *quam* referretur.

Ego meis plurimis lab. et p. quaesivi. Guelf. 9. *quae egomet mei plurimis:* qui oſtendit, *meis* illud, quod vulgatae ferunt edd. ex illo *met* ortum eſſe: ſiquidem Franc. & Veneta 1470. recte omittunt *meis.* vide n. 27. in aliis varie locum mutat. Fabric. 2. Incert. 2. Franc & Veneta 1470. *pluribus* habent, pro *plurimis*, & quoniam eo pacto *pluribus laboribus* ingrato ſono auribus accidunt, Pomponius in ſuis edd. omiſit *pluribus*, quem ſequuntur Viteb. & Lipſ. 1510. Sine eo Noſter Cat. *c.* II. n. 2. *tum demum periculo atque negotiis compertum eſt.* ubi vide. Tandem pro *quaeſivi*, Vinar. I. Fabric. 2. Uratiſl. I. Incert. I. & Guelf. 10. *adquiſivi:* ex interpretatione, ut manifeſtum reddit nota ad haec *c.* IV. n. 3. *ſalutare plebem & conviviis gratiam* quaerere.

31. Non sunt comp. verba mea. Baſil. I. Vinar. I. Fabric. 2. & edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. *mea verba*, quem tamen poſitum propter Aeſchrologiam probare non poſſum. Vinar. I. omittit *ſunt*. Ita fere Tydeus apud Euripidem Phoeniſſ. *v.* 603. Τυδέως δὲ ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν, Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι & quae ibi plura.

Parum id facio. Sic omnes, quotquot conſuluimus, MSS. & edd. vett. nec abeunt Waſſii; Gruterus tamen unus edidit, *parvi id facio*, timens Soloeciſmum in lectione vulgata, quia *facere*, pro *exiſtimare* accepit. Tu propria notione intellige, ut frequenter in ſermone negligentiore, quem Noſter hic ſtudioſe quaeſivit, pro *non id ego ago*, nimirum, ut verba mea ſint compoſita. Supra num. 3. *domi foriſque omnia curare, &* ea agere *inter invidos, occurſantis, factioſos, opinione, Quirites, aſperius eſt.* ubi vide. Seneca III. de Ira *cap.* xxiii. Faciebant, *quod homines* faciunt, *de rege ſuo male exiſtimabant.* Saepe apud Ciceronem alioſque *fac, ut; id non faciendum putavi, ut; omnia feci, ut.* Sic *multum id feci*, aut *valde id laboravi*, quomodo Cicero loquitur. vide & Catil. *c.* xliv. n. 5. *c.* lii. n. 10. & 23. ſupra *c.* xxvii. n. 2. *Parum* autem idem, quod alibi *minus*, & ponitur pro *non*. Plinius xvii. *c.* xviii. *Cum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si* parum deſcendat, *malleo, aut mateola adigito.* Noſter III. Hiſt. Or. Macri princ. *Si* parum exiſtumaretis, *quid inter jus a majoribus relictum & hoc ſervitium intereſſe, multis mihi differendum fuiſſet*, cet. infra n. 32. *parum placebat.*

Ipsa se virtus satis ostendit. *Se* omittunt Guelf. 4. & Veneta 1470. pro eo *ſeſe* habet Rem. 2. quod etiam magis neceſſarium eſt ad ſententiam, quam *ſatis*, quod Fabric. I. Gu. 7. &

Neque litteras Graecas didici: parum placebat eas diſcere, quippe quae 32
ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. At illa multo optuma reipu- 33
blicae doctus ſum: hoſtem ferire, praeſidia agitare; nihil metuere, niſi turpem]

& Uratisl. 2. omittunt. Interim neque hoc mihi ſuperfluum eſt, cum formulae illae ſollemnes veteribus & maxime Criſpo *ſatis placere*, & ſimiles: inprimis cum hic reſpectus ſit ad praeclaram orationem, quae concurrere debet, ut virtus ſit illuſtris ſatis & praeclara. quod contra videtur Mario. P. Sempronius Aſellio XIII. Hiſt. *facta ſua ſpectare oportere, non dicta, ſi minus facundioſa eſſent*. Claudian. VI. Conſ. Hon. *v.* 592. *Nil cumulat, verbisque nihil fiducia celat: Fucati ſermonis opem mens conſcia laudis Abnuit*. Mox *illis* non eſt in Eccard. incuria librarii.

TURPIA FACTA ORATIONE TEGANT. Gu. 9. *tegantur*. Sumtum eſt ex Thucydide, ut adnotavit Manutius. *ὧν ἀγαθῶν μὲν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἐπαγγελία ἀρκεῖ ἁμαρτανομένων δὲ, λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίγνονται*.

32. NEQUE LITTERAS GRAECAS DIDICI. Idem eſt, ac ſi dixiſſet, *litteris operam non dedi*: quia pleraque & prima pars eruditionis Romanae litteris Graecis continebatur, quas nemo paullo elegantior ignorabat. vide Buchner. ad Tacit. Agric. *c.* V. & ſupra *c.* LXIII. n. 3. mox *eas* omittit Uratisl. 2.

QUIPPE QUAE AD VIRT. DOCTORIBUS NIHIL PROFUERUNT. Verum ſenſum ex Plutarchi Mario p. 406. petas. Graeci nempe libertatem amiſerant; eorum ergo litteras diſcere ridiculum exiſtimabat, quippe in quibus nihil reperiri neceſſe ſit, quod faciat ad virtutem: aliter doctores & cultores earum meliore inſtructi fuiſſent. Ita II. de Rep. Ord. *parantur haec diſciplina Graecorum, ſed virtus, vigilantia, labor* apud Graecos *nulla ſunt*. Bene itaque *profuerunt* editur, etſi Senatorii, Heuſſ. Baſil. 1. Vinarienſes, Acad. Uratisl. 2. Franc. Guelf. 1. 2. 3. 4. 6. & edd. Pompon. habeant *profuerant*. quod niſi ita interpreteris: eo tempore, quo litteras Graecas diſcere debebam, videbam, quod nihil doctoribus profuiſſent; ab ſciolis profectum licet dicas, qui propter *placebat* maluerunt etiam *profuerant*. Sed *profuerunt* magis placet: & non quid olim, ſed etiam quid nunc ſibi ſit de Graecis judicii eo tempore exprimitur. Accedit fere Lactant. III. *c.* XV. *Quis eſt tandem qui non videat, eos omnes virtutis*, qua ipſi egent, *non eſſe doctores*. Nam quae hic Rupertus de litteris ad virtutem manu ducentibus congeſſit, ea non ſunt hujus loci, aut melius diſcuntur ex Senec. Epiſt. LXXXVIII. Cicer. II. Offic. *cap.* II. Dione Caſſio XLV. pag. 307. Marius intelligit ſingulatim *fortitudinem*, ſuam virtutem, qua unica praeſtabat, & quam Graecis defuiſſe eo probabat, quod libertatem amiſerint, quam nemo bonus, niſi cum anima ſimul amittit. *Doctoribus* omittit Guelf. 12. & fuit, cum pro eo *auctoribus* conjicerem, quod nunc libenter deſero; cum Graeci *doctores* vocentur non Marii modo, ſed omnium qui litteras eorum diſcebant reſpectu: quippe qui communes omnium praeceptores & magiſtri habebantur. Ovid. III. Faſt. *v.* 101. *Nondum tradideras victas victoribus artes Graecia, facundum, ſed male forte genus.* adde Cic. I. de Orat. *c.* IV. & pro Flacco *c.* XXVI.

33. MULTA OPTUMA REIP. DOCTUS SUM. Guelf. 4. 10. & 11. *multo opportuna*. Guelf. 2. *reip.* omittit & pro eo 7. habet *populo R.* vulgato vitio. *Optima* dixit *utiliſſima reip.* ut ſaepe *bonum* eo ſenſu. Senat. 1. *praedoctus ſum*, forte pro *edoctus*, quod Noſtro placuit Cat. *cap.* XLVIII. n. 4. alibi.

HOSTEM FERIRE. Plures edd. & plerique omnes MSS. *hoſtes ferire*. alterum eſt in Eccard. & placuit Rivio atque Grutero. immo & Salluſtio Cat. *c.* VII. n. 6.

PRAESIDIA AGITARE. Veneta 1470. *praeſidium*. quod probat in aliis etiam Codd. lectum eſſe *hoſtem*, cui alteram vocem adſimilarunt. Ridicule autem Badius: expellere oppidis praeſidia, ſc. hoſtium. Vel praeſidia hoſtium in fugam agere. quam interpretationem editores illos, qui ſelectas Badii notas nobis dederunt, ſine animadverſione reliquiſſe, iniquiſſimum eſt. Tu cape, ut ſupra *c.* LV. n. 4. *ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu* praeſidium agitabant. i. e. praeſidio erant frumentantibus. Neque injuſte inter majores labores Marius numerat: cum illi, qui in praeſidiis locati erant primo hoſtium impetu atque adeo graviſſime plerumque exciperentur. vide *cap.* LXI. num. 1. & 2.

NIHIL METUERE, NISI TURPEM FAMAM. Ita fere, ut Caeſar, de quo Lucanus I. *v.* 144. *ſed neſcia virtus ſtare loco*, ſolusque pudor *non vincere bello*. Vinar. 2. *turpem fugam vel famam*.

HIEMEM ET AESTATEM JUXTA PATI. Senat. 1. Franc. Guelf. 7. & 10. copulam reticent. de quo vide ad *c.* LXXII. n. 2. Idem requirit Claud. III. Conſ. Hon. *v.* 239.

turpem ſamam; biemem & aeſtatem juxta pati; bumi requieſcere; eo-
34 *dem tempore inopiam & laborem tolerare. His ego praeceptis milites bortabor: neque illos arte colam, me opulenter; neque gloriam meam labo-*

Frigora *ſaeva pati, gravibus non cedere nimbis,*
Aeſtivum *tolerare jubar.*

HUMI REQUIESCERE. Omnia haec ad duritiem & laboris patientiam, quam in Mario probat Noſter infra *c.* C. n. 4. & 5. atque hoc ex priſco inſtituto moribusque veterum virorum militarium, Cat. *c.* VII. n. 4. 5. Seneca ad Helv. *c.* X. *Scilicet majores noſtri infelices erant, qui ſibi manu ſua parabant cibum, quibus* terra cubile *erat.* Atque ita ducum optimus quisque, ut oſtendit in ſuo Trajano Plin. Paneg. *c.* XV. adde Interpp. Silii VII. *v.* 291. pro *bumi* maluit *bumo* Sulpic. Sev. Epiſt. I. n. 10. *quippe qui* nuda humo, *uno tantum cilicio ſuperjecto,* cubare *conſueverat.*

EODEM TEMPORE INOPIAM ET LABOREM. Poterant id Caeſaris milites, de quibus Coelius Epiſt. XVII. extr. *Quid iſtic facitis? proelium exſpectatis, quod firmiſſimum eſt? veſtras copias non novi: noſtri valde* depugnare, *& facile* algere *&* eſurire *conſueverunt.* ubi vide.

34. HIS EGO PRAECEPTIS MILITES HORT. *Praecepta* vocat exemplum ſuum, quo militibus praeire conſtituit: & ſane Marius milites ſuos *pudore magis, quam malo coercuit,* infra *c.* C. n. 5. Silius XV. *v.* 577. Hortandi *genus acer babet* praecedere *ductor.* Plin. VIII. ep. XIV. n. 6. *omnem denique ſenatorium morem, quod fideliſſimum* praecipiendi *genus*, exemplis *docebantur.* Claudian. VI. Conſ. Hon. *v.* 296. *In commune jubes ſi quid cenſesve tenendum, Primus* juſſa ſubi. *tunc obſervantior aequi Fit populus* &c. ubi plura Barthius. Fabric. Baſil. Incert. primi, Vinar. 2. & Guelf. 10. *bis ergo praeceptis. ego* omittunt Guelf. 4. Incert. 2. & Academ. ſed minus eleganter. nec ſcitius Pomponianae: *Ergo bis ego praeceptis.* Vulgata recte habet.

NEQUE ILLOS ARCTE COLAM, ME OPULENTER. I. non illos arcte habebo, aſpere & rigide tractabo, me indulgenter. Male Gruterus & Waſſius *arcte* hoc loco ſcribunt, cum omnes MSS. *arte*, & illi ipſi ſupra *c.* LXVIII. extr. & *c.* LII. extr. ita ſcripſerint. vide quae dixi ad locum poſteriorem, & adde quos citat Cl. Duckerus ad Flor. II. *c.* VI. n. 31. qui ſcripturam illam ſatis confirmant. ARTE autem eſt *duriter, rigide,* quemadmodum *artae leges, arta jura,* aliaque dicuntur. Plaut. Aſin. A. I. Sc. I. *v.* 63. *Quamquam illum mater* arte contenteque habet, *Patres ut conſueverunt.* vide quae diximus ad III. Hiſt. Orat. Macri n. 13. *Nunc animum advortite, & niſi viceritis, quoniam omnis injuria gravitate tutior eſt,* artius habebunt. Recte *artius babebunt.* Nam COLERE idem eſt, quod *babere, tractare:* unde *cultus* ſupra *c.* V. extr. *Jugurtbam eodem* cultu, *quo liberos ſuos babuit.* Terent. Adelph. A. III. Sc. II. *& nos* coluit *maxime*, quod de majore ibi dixit, cum nos inferioribus tribuere ſoleamus. Clarius Apulejus Florid. pag. 344. *Nam* viliter ſemet ipſum colere, *ſui contemtus eſt: barbare alios inſectari audientium contumelia eſt.* Hodie *colere Deum* & *colere agrum* diverſa eſſe putant: cum tamen proprie illud ſit *babere* Deum, *babere* & *tractare* agrum ut dignum eſt: Et veteres in his notionibus ſaepe *habere*, pro *colere* poſuerunt; quo traheres illud Exodi *c.* XX. comm. 3. Graeci certe θεραπεύειν ita promiſcue lateque uſurpant; cum contra Hebraei עבר & *ſervire*, & *colere* dicant, ut Proverb. *c.* XII. com. II. ארמתו בער Rurſus Latini non ſemper *colere*, ſed etiam *imperare* dicunt *terrae.* Virgil. I. Georg. *Exercetque frequens tellurem atque* imperat *agris.* Sed haec tamquam aliena. *Colere*, ut dixi, eſt tractare: & *opulenter ſe colere*, eſt largius, & mollius ſeſe habere. Bene Rivius Livium adſcripſit, qui XXXIV. *c.* XVIII. de Catone: *non cogitavit modo imperavitque, quae in rem eſſent, ſed pleraque per ſe ipſe transegit: nec in* quemquam *omnium* gravius *ſeveriusque, quam in* ſemet *ipſum*, imperium *exercuit.* id quod Cato minor de ſe profitetur Catilin. *c.* LII. num. 8. Juſtin. III. *c.* III. num. 8. *Siquidem nibil lege ulla in alios ſanxit, cujus non ipſe primus in ſe documentum daret.* Aemulatur Noſtrum pulchre Claudian. B. Get. *v.* 307. *Nec vobis* fortis monitor, *mibi* cautior *uni.*

GLORIAM M. LABOREM ILLORUM FACIAM. Quae fere miſerrima eſt conditio militum, qui laborant, feriunt, caedunt, caduntque; dux gloriam rapit: illis praeter vulnera aut mortem nihil fit reliqui. *Intercipere* vocat Tacitus Agric. *c.* XXII. *Nec Agricola umquam* per alios geſta *avidus* intercepit: *ſeu centurio, ſeu praefectus, incorruptum facti teſtem babebat.* Graviter de ea re III. Hiſt. Macer Orat. n. 17. Julianus in Caeſar. Orat. Alexandri M. adde Lipſium III. Pol. *c.* XI. num. 13. cum Adnotationibus.

Guelf. 6.

laborem illorum faciam. Hoc eſt utile, hoc civile imperium. Namque 35
cum tute per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere, id eſt, dominum,
non imperatorem eſſe. Haec atque talia majores veſtri faciundo ſeque 36
remque publicam celebravere. Quis nobilitas freta, ipſa diſſimilis mo- 37
ribus, nos illorum aemulos contemnit; & omnis honores non ex merito,
ſed

Guelf. 6. *laborem illorum ſtatuam:* id ſegne nimis & corruptum. Supra *c.* XIV. num. II. *primum* regnum *ejus ſceleris ſui* praedam *fecit*. peſſime ergo edd. mediae *labore*. Cicero pro M. Marcello *cap.* II. *Certe in armis maximam partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi* vindicat, *& quidquid eſt proſpere geſtum, id paene omne* ducit ſuum.

HOC CIVILE IMPERIUM. I. cive dignum, qui civibus imperat. Inde pro moderato, leni & aequo frequenter. vide Muret. XI. Var. Lect. *c.* III. Livius XXXIII. *c.* XLVI. *Horum in tam impotenti regno* (*neque enim* civiliter *nimiis opibus utebantur*) *praetor factus Annibal*. Capitolin. Pio *c.* VI. *imperatoris faſtigium ad ſummam* civilitatem *deduxit*. Eutrop. I. *cap.* VIII. *ne per diuturnitatem poteſtatis inſolentiores redderentur, ſed* civiles *ſemper eſſent*. VIII. *cap.* V. *Vir ingenii parum* civilis; *reverentia tamen fratris nihil umquam atrox auſus*. quod bene Metaphraſtes: *ὑποληφθεὶς ἀνὴρ* ΚΟΙΝΟΣ τε, καὶ *ἀγαθὸς εἶναι. κοινὸς* eſt Latinorum *communis*, *comis*, *civilis*, *aequus*. Florus I. *c.* XXVI. n. 8. *altius ſe &* incivilius *efferentem*. Ex eodem fonte alia translatio apud A. Gellium Praefat. *civiliter eruditus*. adde, quos ad Flor. nominat Duckerus. Eadem ratione *ingenuus*, pro eo quod ingenuo homine dignum; *urbanus*, pro eo, quod urbe dignum, alia hujuſcemodi dicta obſervabis. Martial. III. Epigr. XLVI. *invalidum eſt nobis*, ingenuum*que latus*. Servis enim nervos & robur tribuebant. Tandem I. Hiſt. Noſter *ſervile imperium* ad eum ſenſum adhibet.

35. TUTE PER MOLLITIEM AGAS. Eccard. *cum te aliquis per mollitiem agat*. Guelf. 6. *tute per mollicite agas*; Venet. 1470. *per mollities*. *Per mollitiem agere* eſt in mollitie, molliter vivere. ſupra n. I. *dein* per ignaviam & ſuperbiam *aetatem agere*. *Agere* abſolute *c.* LV. num. 2. *civitas laeta* agere. & ſic paſſim. Ceterum notandum, hunc n. 35. veluti per Parentheſim, cui inſervit particula *Namque*, legendum eſſe; & quae n. 36. ſequuntur, ea reſpondent n. 34. Sic ſupra *c.* XVII. n. 6. & *c.* XXIII. n. 6.

EXERCITUM SUPPLICIO COGERE. Guelf. 6. *ſupplicio & jus cogere*. Vinar. I. *exercitum imperio cogere*. Male, *ſupplicio cogere* eſt poenis acerbiſſimis ad officium ſuum cogere. Vide quae dixi ad *c.* X. n. 4. *quos neque* armis cogere, *neque auro parare queas*.

ID EST, DOMINUM, NON IMPER. ESSE. Eccard. & Guelf. 6. *id dominum:* & prior ille omittit ſimul Verbum Subſtantivum. Vinar. I. Senat. 2. & Heuſſ. *idem dom. non imper. eſſe.* Fabriciani & Veneta 1470. *hoc eſt, dominum* cet. edd. Pomponii: *id eſt, dominum eſſe, non imperatorem:* quomodo Gruterus, ſed contra MSS. noſtros omnes. Supra *c.* XXXI. n. 26. *Nam impune quaelibet facere*, id eſt, *regem eſſe*.

36. HAEC ATQUE ALIA MAJORES VESTRI. Baſil. I. Eccard. Academ. Senat. I. Vinar. 2. Uratisl. I. Guelf. 2. 4. 7. & II. *Haec atque alia majores* &c. Incert. 2. & edd. vett. *Haec atque alia talia*. Probo *talia*, quod & in reliquis MSS. omnibus legitur. vide ad *c.* LXXXI. n. 2.

SEQUE ET REMP. CELEBRAVERE. Ita Gryphius, Gruterus, Waſſius; cum tamen optimi MSS. & omnes edd. vett. habeant, *ſeque remque publicam*. atque ita Auctor Cat. *c.* IX. n. 3. *ſeque* remque *publicam curabant*. Altera forma haud inſolens eſt, & tuemur eam ſupra ad *c.* VI. n. 3. *opportunitas ſuae*que & *liberorum aetatis*. At contra Codd. quidquam immutare haud ſuſtinuerim. Nam optimi & plurimi habent *ſeque remque*; ceteri aut *ſeque remp.* aut *ſeque rempublicamque*. *Celebrare* dixit iterum *c.* LXXXVI. n. 5. *quod ab eo genere* celebratus *auctusque erat*. Cic. V. ep. XII. n. 8. *Me a te potiſſimum ornari* celebrari*que velle*.

37. QUIS NOBILITAS FRETA, IPSA DISSIM. M. Fabric. I. *quibus*, cum Gloſſa *majoribus*. recte interpretatur, ſed male ſcripſit *quibus*, & ceteri omnes *quis*. vide ſupra ad *c.* LXXX. n. 5. At Senat. I. *ipſa diſſimilis majoribus:* ita nempe *Quis* intelligeretur *factis* praeclaris majorum. Nihil tamen moveo, & *diſſimilis moribus*, pro alio more vivens, Cat. *c.* VI. n. 2. ita dixit, ut ſupra *c.* LXXVIII. n. 2. *imparas magnitudine*. Juſtin. XXXVIII. *c.* VIII. *Erat enim & vultu deformis, & ſtatura brevis &* ſagina ventris *non homini, ſed* BELLUAE ſimilis. atque ita alii.

OMNES HONORES NON EX MERITO. *Omnes* deeſt Gu. 4. Et Eccard. *ex* Praepoſitionem omiſit. Sed nullum horum ſuperfluum eſt. *Ex merito* eſt, pro *ſecundum meritum*, *per meritum ſuum*, ut Cat.

38 *ſed quaſi debitos a vobis repetit. Ceterum homines ſuperbiſſumi procul errant. Majores eorum omnia, quae licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam ſui praeclaram: virtutem non reliquere; neque*
39 *poterant: ea ſola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me &*
XC. *incultis moribus ajunt; quia parum ſcite convivium exorno, neque hiſtrionem*

c. VIII num. 1. ut alii *ex debito*; item Cicero *ex ordine*, pro vulgato *ordine*. vide Scheffer. ad Juſtin. VI. *c.* III. num. 2. Noſter ſupra *c.* V. num. 4. *ex virtute*. Florus IV. *c.* XII. n. 28. *Denique non per adulationem, ſed* ex meritis, *defuncto ibi fortiſſumo juvene, ipſi, quod numquam alias, Senatus cognomen ex provincia dedit.* adde ſupra *c.* XXXII. n. 5. & *c.* XLVIII. num. 2.

SED QUASI DEBITOS A VOBIS REPETIT. Acad. Incert. 2. Franc. & Guelferb. 10. *ſed quaſi debito*, quo *ex merito* & *debito* cohaererent. Non audit Salluſtius ſupra *c.* V. num. 3. *quo ad cognoſcendum omnia* illuſtria, *magisque* in aperto *ſint.* ubi vide. adde 1. Hiſt. Orat. Lepidi num. 24. Quid fuerit, cur Waſſio in mentem venerit *quaſi debita*, neſcio. Ipſe in ordinem ſe cogit Livio III. *c.* XLVII. *prenſare homines coepit, & non orare ſolum precariam opem, ſed* pro debita *petere*. Noſter ſupra *cap.* XIV. num. 3. *uti* debitis *uterer*. REPETERE eſt Verbum eorum, qui debita poſcunt. Matius Cicer. XI. epiſt. XXVIII. num. 17. *Quod tamen munus & hominis amiciſſimi memoriae, ac honoribus praeſtare etiam mortui* debui, *& optimae ſpei adoleſcenti ac digniſſimo Caeſare* repetenti *negare non potui*. Cic. 1. Tuſcul. Qu. *c.* XXXIX. *Natura dedit uſuram vitae — quid eſt igitur, quod querare, ſi* repetit *cum vult*. Curt. VII. *cap.* X. num. 9. *vitam, quam acciperent, pignori futurum eſſe dixerunt, reddituros, quandocumque* repetiſſet. Juſtin. XIX. *c.* 1. n. 2. *adverſus Afros quoque, vectigal pro ſolo urbis multorum annorum* repetentes, *dimicatum*. Imitatur, pro more ſuo, Herodian. V. *c.* 1. n. 13. *οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ* ΟΦΛΗΜΑ *κληρονομίας εἰληφότες, ἀποχρῶνταί τε καὶ ἐνυβρίζουσιν ὡς ἀναφαιρέτῳ ἰδίῳ κτήματι*. Franc. & edd. Pomp. Vit. & Lipſ. *repetunt*, venuſte ſatis, intelligens *nobiles*, ex *nobilitate*: atque ita Cat. *c.* XXIII. n. 6. *antea pleraque nobilitas invidia* aeſtuabat, *& quaſi pollui conſulatum* credebant. ubi vide. & ſupra ad *c.* XIV. n. 3. adde infra *c.* XCVI. n. 2.

38. OMNIA, QUAE LICEBAT ILLIS, RELIQUERE. *Quae licebat*, nempe *relinquere*, & talia notamus ſupra ad *c.* LXIV. n. 3. Eleganter tamen a prima manu Fabric. 1. *omnia*, licebat, *illis reliquere*. Ita nempe *licebat* pro licet poſitum eſt, ut in ſequentibus intelligatur, *tamen* virtutem non reliquere. atque illud tamen poſt *etſi, licet, tametſi* frequenter reticetur. vide ſupra ad *c.* XXXV. n. 9. Ovidius II. Am. eleg. XI. v. 53. *Omnia pro veris credam, ſint ficta* licebit. *Cur ego non votis blandiar ipſe meis?*

MEMORIAM SUI PRAECLARAM. Guelf. 7. & 11. Senat. 2. Heuſſ. & Franc. *memoriam ſuam praeclaram.* quomodo libri variant Cat. *cap.* 1. n. 3. *memoriam* noſtri *quam maxume longam efficere*. ubi alii *noſtram*.

VIRTUTEM NON RELIQUERE. Uratiſl. 2. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 6. & 10. *virtutem non relinquere:* quemadmodum ſupra Guelf. 4. & Vinar. 1. *quae licebat, illis relinquere.* hic Vinar. 1. *virtutem non liquere*. in hanc rem diſputat quaedam Minuc. Fel. *c.* XVI. adde Rappolt. in Horat. p. 826.

NEQUE DONO DATUR, NEQUE ACCIPITUR. De fortuna ſimiliter *c.* 1. n. 4. *probitatem, induſtriam, aliasque artis bonas neque dare, neque eripere cuiquam poteſt*. Phraſin ſervat VI. Fragm. Or. Cottae. *Ut ſine dedecore cum civibus fama & fortunis integer agas, id* dono datur *&* accipitur. Seneca Epiſt. XXVII. ad fin. *Bona mens nec* commodatur, *nec* emitur: *& puto ſi venalis eſſet, non haberet emtorem. at mala quotidie emitur.*

39. ET INCULTIS MORIBUS AJUNT. Pro *&*, Guelf. 6. *eſſe*. Baſil. 1. & Incert. 2. *& incultum moribus.* male. ita corrumpunt ſupra *c.* LXIII. extr. *Novus nemo tam* clarus, *neque tam* egregiis factis *erat, quin is*, &c.

PARUM SCITE CONVIVIUM EXORNO. I. inſtruo omnibus rebus, quas elegantiores requirunt. Ita Cat. *c.* XXXVI. n. 1. *exercitum exornare*, & Cicero, *rebus omnibus ornatiſſimus.* adde ſupra *c.* LII. n. 5. Cicero pro Quinct. *cap.* XXX. *Fatetur ſe non profuſis ſumtibus vivere, non ornare magnifice ſplendideque* convivium, *non habere domum clauſam pudori & ſanctimoniae.* IV. Verr. *c.* XX. ornare *& apparare* convivium. de quo ornatu neceſſario praecepit Varro apud Gellium XIII. *c.* XI. ſed de luxu in his conviviis Seneca de Tranqu. An. *c.* 1. & paſſim. Juſtin. XII. *c.* II. n. 11. *His rebus ingentes epularum adparatus adjicit* — conviviumque *juxta regiam magnificentiam ludis* exornat. Adhibebant comoedos, lyriſtas, pſaltrias aliaque libidinis irritamenta, aut inſtrumenta luxuriae.

ſtrionem ullum, neque pluris pretii coquum, quam villicum, habeo. quae mihi lubet confiteri. Nam ex parente meo, & ex ſanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire, omnibusſque bonis opor-

xuriae. vide Plin. I. epiſt. XV. & Petronium. SCITE eſt eleganter, exquiſite, quod noſtrates *nach der Kunſt*. vide Nonium *c.* IV. n. 447. & Feſtum.

NEQUE HISTRIONEM ULLUM. De hiſtrionum origine, qui ſaltando, cantando etiam aliisque modis fabulas effingebant, commode Livius VII. *c.* II. idemque XXXIX. *c.* VI. teſtatur, quod interpoſiti ſunt *convivalibus epulis*. adde Bulenger. de Conviv. II. *c.* XXX. Guelf. 9. *neque hiſtrionem ullum novi.* immo intellige *habeo.* vide n. 40.

NEQUE PLURIS PRETII COQUUM, QUAM VILLICUM. Inſiſtit veſtigiis Catonis, qui apud Gellium XI. *c.* II. de antiquis moribus: *equos carius, quam* coquos *emebant*. *Coquus* nempe vile primitus mancipium, deinde cum gula varias artes requireret, artificioſiſſimus quisque coquorum maximi pretii fuit, & quaſi in honorem magnarum familiarum *coqui* ſemper numerantur, quorum vel mille helluones habuerunt. vide Interpretes Petronii *c.* XXXVIII. & Cic. pro Sex. Roſc. Am. *c.* XLVI. *Villici* ergo deterioris conditionis apud luxurioſos, qui operi ruſtico faciendo praeerant, Varro I. de RR. *c.* II. Cato *c.* V. Uratisl. I. *pluris pretii equum*. Confirmat ille ſcripturam *coquum*: cum Senat. I. Baſil. I. Fabric. 2. Guelf. I. 2. 6. & 9. ſcribant *cocum*, unus *coccum*, duo *coqum*. HABERE pluris pretii coquum, non eſt aeſtimare, ut apud Ovid. I. Triſt. eleg. VIII. *v.* 44. Sed poſſidere. nam *coquus pluris pretii* ita dicitur, ut apud Cicer. XIII. epiſt. LXXVII. n. 4. *Dionyſius ſervus meus, qui meam* bibliothecam multorum nummorum *tractavit, aufugit*. *pretii* omittunt Guelf. 7. 12. & edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. atque ea vulgaris locutio eſt. Sed Waſſius ex Plauto & Terentio oſtendit *pretii* etiam haud male addi. vide Sanct. IV. Min. *c.* IV. Voc. *Aes & Pretium*. Plinius XII. *c.* XII. princ. *Radix & folium Indis eſt* maximo pretio. Livius XLI. *c.* XXIII. *& ſervulorum* minimi pretii *recipiendorum ſpe, noſtram ipſorum libertatem ſubrui & tentari patimur*. Sic Cicero, *litterae multi officii; centurio libidinis rarae*, aliaque dicuntur. vide ad Catil. *c.* LI. n. 23. ſupra *c.* V. n. 4. Fabric. 2. *n. p. p. cocum habeo, quam villicum;* Uratisl. I. *neque coquum, quam villicum, pluris pretii habeo*.

QUAE MIHI LUBET CONFITERI. Guelf. I. *confiteri omnia.* Acad. & Fabric. 2. *quae lubet mihi.* Non male *mihi* excluſeris.

40. ET EX PARENTE MEO, ET EX ALIIS SANCTIS V. Illud primum & neque MSS. neque impreſſi vett. agnoſcunt; quod & de ſuis quibusdam teſtatur Waſſius. quare induxi. Veneta 1470. *a parente meo*: quomodo & ſupra corruperant. Fabriciani, Vinar. 2. Incert. 2. Guelf. 7. & edd. vett. *& aliis ſanctis viris.* Sed Noſter Praepoſitiones cum vetuſtis geminat. vide ſupra *c.* XIX. n. 8. Incert. I. *& ex ſanctis aliis*. Quamobrem ſcripſi cum perfideli Senat. I. *& ex ſanctis viris:* iſte enim τὸ *aliis* omittit. prorſus ut *c.* IV. n. 5. *Nam ſaepe audivi, Q. Maximum, P. Scipionem*, praeterea *civitatis noſtrae praeclaros viros ſolitos ita dicere*. Ut ibi particula *praeterea*, ſic hoc loco ipſa Marii modeſtia defectui tali ſuccurrit, qui non nimis aperte patrem ſuum *ſanctis* viris accenſere voluit. Nam SANCTOS dicunt viros integerrimos, & in omni ſua vita ad legem compoſitos. Cicer. IV. epiſt. XIII. n. 10. *nunc P. Nigidio, uni omnium doctiſſimo &* ſanctiſſimo *ne benigne quidem polliceri poſſum.* infra *c.* CIX. extr. *Dabar internuncius* ſanctus *vir & ex ſententia ambobus*. Cic. pro R. Dejot. *c.* VII. *Ex hominis graviſſimi &* ſanctiſſimi *diſciplina*. Proprie is dicitur, de quo lege ſancitum & qui eo lege ſe continet. Cic. pro Balbo *c.* XIV. Sacroſanctum *eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebsve* ſanxiſſet: *deinde ſanctiones* ſacrandae *ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis aut poenae, cum caput ejus, qui contra fecit, conſecratur*. Inde & inviolatus atque integer, & inviolabilis. Id. II. Phil. *c.* XXIV. *Tanta eſt enim caritas patriae, ut veſtris etiam legionibus* ſanctus *eſſem, quod eam a me ſervatam eſſe meminiſſent*.

MUNDITIAS MULIERIBUS, VIRIS LAB. C. *Munditias* intelligit exquiſitiores, non illas *faciles*, ut Seneca adpellat Epiſt. V. *Hoc contra naturam eſt, torquere corpus ſuum, &* faciles *odiſſe* munditias, *& ſquallorem adpetere, & cibis non tantum vilibus uti, ſed tetris & horridis.* vide plura apud Loccen. ad Corn. Nep. Attic. *c.* XIII, n. 5. De nimiis illis & muliebribus, aemulus noſtri Herodianus V. *c.* V. ἐξ οἰκείων τὰ σχήματι καλλωπίσμασιν οὐκ ἀνδρείοις ἀλλὰ ΘΗΛΕΙΑΙΣ πρέπειν. & *cap.* VIII. ὁρῶντες τὸ μὲν πρόσωπον καλλωπιζόμενον περιεργότερον ἢ κατὰ ΓΥΝΑΙΚΑ σώφρονα, περιδεραίοις δὲ χρυσοῖς ἐσθῆσί τε ἁπαλαῖς ΑΝΑΝΔΡΩΣ κοσμούμενον. Recte Quinctil. VIII. Praefat. *Cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus, ut Graeco*

oportere plus gloriae, quam divitiarum; arma, non ſupellectilem decori
41 *eſſe. Quin ergo quod juvat, quod carum aeſtumant, id ſemper faciant:*
ament, potent; ubi adoleſcentiam habuere, ibi ſenectutem agant, in conviviis, dediti ventri & turpiſſimae parti corporis: ſudorem, pulverem & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis jucundiora ſunt. Ve-

verſu teſtatum eſt, auctoritatem; at muliebris *& luxurioſus, non corpus exornat, ſed detegit mentem*. Plura Cicero I. Offic. *c.* XXXV. & XXXVI. ubi jubet *adhibendam* munditiam *non odioſam, neque exquiſitam nimis, tantum quae fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam.* nam *venuſtatem muliebrem*, inquit, *ducere debemus, dignitatem virilem*. Huic adjunge Lipſium II. Polit. *c.* XV. n. 19. & 20.

PLUS GLORIAE, QUAM DIVITIARUM ESSE. Sic edd. omnes, quas hodie manibus terunt. At Fabric. 2. *quam divitiarum quaerere;* Franc. *acquirere*. MSS. Gruteri, aliquot Waſſii, ex noſtris Fabric. I. Senatorii, Heuſſian. Incert. I. Guelf. I. 2. & 9. cum omnibus edd. vett. *eſſe* omittunt, neque aliud Verbum ſurrogant. Impudentiae ergo eſſet contra tot & tales auctores niti. Sciolis quidem non placuit ex ſequenti *decori eſſe* ſolum Verbum *eſſe* intelligere. At placuit veteribus & Noſtro. Supra *cap.* LXIII. extr. *Etiam tum alios magiſtratus* plebes, *conſulatum nobilitas inter ſe* per manus tradebat. ibi vide. Sententiam ita extulit Cat. *c.* VII. n. 6. *laudis avidi, pecuniae liberales erant;* gloriam *ingentem*, divitias *honeſtas volebant*.

ARMA, NON SUPELLECTILEM, DECORI ESSE. Guelf. 4. *arma accepi, non ſ. eſſe decori;* 3. *decora*, atque ita Nazarianus. Non male; niſi quod ab correctore excogitatum videatur, qui propter *eſſe* ſupra omiſſum ita melius orationem procedere videbat, ſi haec a Verbo *oportere* ſuſpenſa eſſent. Ita Catil. *c.* VII. n. 4. *magiſque in* decoris armis *& militaribus equis, quam in ſcortis atque conviviis lubidinem habebant*. Livius XXI. *c.* IV. *Veſtitus nihil inter aequales excellens*, arma *atque* equi *conſpiciebantur.* Vulgatum aliquomodo tuetur Cic. I. Offic. *c.* XXXIX. *Cn. Octavio* honori fuiſſe *accepimus, quod praeclaram aedificaſſet in palatio & plenam dignitatis domum, quae cum vulgo viſeretur*, ſuffragata *domino, novo homini putabatur ad conſulatum*. & mox: *Ornanda eſt enim dignitas domo, non ex domo tota quaerenda: nec* domo dominus, *ſed domino domus* honeſtanda eſt. & alia ibi in eam formam. Et, ſi aliud, quam *decori* ſcribere voluiſſet Criſpus, dediſſet potius: *arma, quam ſupellectilem, decora eſſe*. neque enim tam inhumanus fingendus eſt ut omnem omnino decoram ſupellectilem damnaret.

41. QUOD JUVAT, QUOD CARUM AESTUMANT. *Ergo* male deſideratur in Uratiſl. I. male etiam Acad. *quod juvat illos*, vide n. 24. Incert. 2. Eccard. Guelf. 3. 4. 6. 10. 11. 12. *quod carum exiſtimant;* Franc. *exiſtimatur;* Guelf. 7. *extimant*. Guelf. II. *id ſemper perficiant*.

AMENT, POTENT. Utrumque luxurioſe. atque ita verbis utitur Cat. *c.* XI. n. 6. *Ibi primum inſuevit exercitus populi R.* amare, potare. ibi vide.

UBI ADOLESCENTIAM HABUERE, IBI SEN. AG. Eodem verbo Liv. XXVI. *c.* II. *& eum in ganea luſtriſque, ubi juventutem* egerit, *ſenectutem* acturum. Variat Noſter etiam Catil. *c.* LI. n. 12. *qui demiſſi in obſcuro* vitam habent —— *qui magno imperio praediti in excelſo* aetatem agunt.

DEDITI VENTRI, ET TURPISSIMAE PARTI CORP. *Ventri* i. ingluviei & crapulis. Cat. *c.* II. n. 8. *dediti* ventri *atque ſomno*. ubi vide. *Turpiſſimam* illam *corporis partem* alibi haud veretur ſuo nomine adpellare. vide Cat. *c.* XIV. n. 2. Circumſcribit etiam Auctor II. de Rep. Ord. *c.* IX. *lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces, quae* honeſte nominari nequeunt, *inhoneſtiſſima*. quae eadem leguntur in Declamatione Pſeudo-Salluſtii.

SUDOREM, PULVEREM ET ALIA TALIA. Vinar. I. *ſudorem, pulverem relinquetur, quibus illa* cet. reliquis in vulgata neglectis. *Sudorem, pulverem* ferre didicerant milites illi vetuſti, eaque in laudibus ſuis habebant: Horat. II. Od. I. *v.* 21. *Videre magnos jam videor duces, Non* indecoro pulvere *ſordidos*. Plinius IX. epiſt. II. *Sed nihil minus aptum arbitramur, quam arma veſtra, cum caſtra, cum denique cornua, tubas*, ſudorem, pulverem, *ſoles cogitamus*. Paneg. *c.* XIII. *cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatorium* pulverem ſudorem*que miſceres*. Herodian. II. *c.* XIV. ΠΡΟΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΝΑΙΜΩΤΙ ΤΕ ΚΑΙ *ἀνιδρωτὶ* ΤΟΣΑΤΤΑ ΚΑΤΩΡΘΩΚΟΤΑ.

EPULIS JUCUNDIORA SUNT. Guelf. II. *epula jocundiora*. Eccard. *epulis jocundiores*. Ceterum *jocundiora*, per quartam vocalem in prima ſyllaba ſcribunt Baſil. I. Fabric. 2. Vinarienſes.

Digitized by Google

Verum non eſt ita. Nam ubi ſe omnibus flagitiis dedecoravere turpiſſumi 42
viri, bonorum praemia ereptum eunt. Ita injuſtiſſume luxuria & igna- 43
via, peſſumae artes, illis, qui coluere eas, nihil obſiciunt; reipublicae
innoxiae cladi ſunt. Nunc quoniam illis, quantum mores mei, non illorum 44
flagitia, poſcebant, reſpondi; pauca de republica loquar. Primum omni- 45
um de Numidia bonum habetote animum, Quirites. Nam quae ad hoc tem-
pus Jugurtham tuta ſunt, omnia removiſtis, avaritiam, imperitiam, ſu-
perbiam. Deinde exercitus ibi eſt, locorum ſciens; ſed mehercule magis
ſtre-

ſes, Acad. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. & Ven. 1470. Lapides & *jocundus* & *jucundus* per *u* oſtentant. Plerique tamen poſteriore modo ſcribere maluerunt, quod a *juvando* Cicero II. de Fin. *c.* IV. nomen illud derivavit. in Virgilio VI. Aen. *v.* 363. *jocundum* ſcripſere: *Quod te per coeli* jocundum *lumen & auras, Per genitorem oro*. Et licet ſane ab *juvare* deducere, cum nihilo ſecius *o* retineatur, quod in permultis vocibus antiqui pro *u* ſcripſere.

42. VERUM NON EST ITA. Quidam Codd. *non ita eſt*. atque ita collocat Auctor Catil. *c.* LI. n. II. *Non ita eſt*. ubi vide. οὐκ ἔστι οὕτως Graeci, ut Demoſthenes de Corona pag. 319. 320. alibi.

43. UBI SE OMNIBUS FLAGITIIS DEDECORAVERE. Sic Gruterus. Sed MSS. omnes cum edd. vett. illud *omnibus* reſpuunt. Vinar. 1. *ubi flagitiis ſe dedecoravere*. infra Guelf. 6. *bonorum praemium*. praemia intelligit virtutis, n. 20. & fructum laboris, Cat. *c.* XXXV. n. 3.

44. ILLIS, QUI COLUERE EAS. Vinar. 1. *qui coluntur eas*; corruptum id ex *coluerunt*. *Artes colere* etiam Plautus Trinum. A. II. Sc. II. *v.* 15. *hiſce ego te* artibus *gratiam Facio, neu* colas, *neu imbuas ingenium*. *Illis* deeſt Guelf. 10. neque adeo inhoneſte ſubauditur. vide ad Catil. *c.* XIII. n. 2. ſupra Guelf. 1. *ita injuſtiſſima*.

REIP. INNOXIAE CLADI SUNT. Uratisl. 3. *clades ſunt*. Vinar. 1. *claudi ſunt*. Acad. *maximae cladi ſunt*.

45. PRIMUM OMNIUM. Vacat *omnium* in Franc. quod tamen addidit Cat. *c.* XXXVII. n. 5. primum omnium *qui ubique probro atque petulantia maxume praeſtabant*. ubi vide. Livius XXII. *cap.* XXXVII. *Jam* omnium primum *ominis cauſſa victoriam auream pondo trecentum viginti adferre ſeſe*. Plaut. Merc. A. III. Sc. IV. *v.* 24. primum omnium *periimus*. Pſeud. A. IV. Sc. III. *v.* 9. Primum omnium *jam hunc comparem metuo meum Ne deſerat me*. Hic ea formula id tantum denotat, quid praecipuum ſit in ea de rep. oratione. neque illud *deinde*, quod ſequitur, ad hoc primum reſpicit, ſed ad ea potius: *nam quae ad hoc tempus* cet. Et moris Latini eſſe, has particulas ſolitarias ponere, ut non excipiat *ſecundo, deinde*, dudum docuit in Terentium Donatus. vide EXCURSUM IV. in Jug. n. 4. Cicer. I. Offic. *c.* XXVIII. *Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc* primum *habet viam, quae deducit ad convenientiam*. nec ibi aliquid excipit, quod *qui primum* reſpondeat. Id. II. epiſt. IX. n. 1. plura Fr. Fabritius ad I. Offic. *c.* XIV.

BONUM HABETOTE ANIMUM. Ita Fabriciani apud nos & edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. Ceteri fere *habete*. Uratisl. 1. *habere*. *Bonum animum habet*, qui confidit, omnia bona ſperat. Plaut. Pſeud. A. III. Sc. II. *v.* 77. CO. habe *modo* bonum animum. BA. *quaeſo, qui poſſim, doce*, Animum bonum habere, *qui te ad me adducam domum?* A. IV. Sc. I. *v.* 18. *habe animum bonum*. Trucul. A. II. Sc. VI. *v.* 44. *habe bonum animum*, & ſic alibi. Livius XXIV. *c.* XXXI. princ. *Enim vero conclamant*, bonum *ut* animum haberent, *omnem ſe cum illis fortunam ſubituros*. Curt. V. *c.* V. n. 8. *Rex abſterſis, quas profuderat, lacrymis*, bonum habere animum *jubet; viſuros urbes ſuas conjugeſque*.

AD HOC TEMPUS JUGURTHAM TUTATA SUNT. Guelf. 4. & edd. vett. *uſque ad hoc tempus*. Sed illud *uſque* omitti, exempla monſtrabunt infra ad *c.* CXIV. n. 2. *ad hoc tempus* autem illud eſt, quod una voce *adhuc* dicunt. Supra n. 7. *ita* ad hoc aetatis *a pueritia fui*; Plinius, *ad hoc aevi*; Terentius, *ad id diei*; Supra *c.* LXIII. n. 6. *ad id locorum*. ubi vide. *c.* XLIII. extr. *ante id tempus*. Plin. XXXV. *c.* VII. *incognitum* ad hoc tempus. infra *c.* CII. n. 8. Vinar. 1. Fabric. 1. Academ. Eccard. Guelf. 2. 3. 4. 6. & 10. *tuta ſunt*. probavit jam Carrio. Supra *cap.* LXXIV. extr. *Nam ferme Numidas in omnibus praeliis magis pedes, quam arma*, tuta ſunt. ubi dixi, quam ſaepe hoc Verbum in *tutata ſunt* corrumpatur.

AVARITIAM, IMP. SUPERBIAM. Vinarienſes & Guelferb. 4. *atque ſuperbiam*. Senat. 1. &
Fa-

Digitized by Google

46 *ſtrenuus, quam felix. Nam magna pars avaritia, aut temeritate ducum*
47 *adtrita eſt. Quamobrem vos, quibus militaris aetas, adnitimini mecum & capeſſite rempublicam: neque quemquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum ſuperbia metus ceperit. Egomet in agmine, in praelio con-*

Fabric. 2. *avaritia*, *imperitia*, *ſuperbia*. perperam.

EXERCITUS IBI EST LOCORUM SCIENS. *Ibi* deeſt Fabric. 1. Senat. 2. & Heuſſiano. *eſt* non viſitur in Uratiſl. 3. neque Senat. 1. qui ſcribit, *exercitus ibidem locorum ſciens*. *ibidem* pro *ibi eſt*, ut *idem* pro *id eſt* ſupra n. 35. *eſt* interpoſuit prudenti conſilio, ne *ibi locorum* junctim intelligeretur, & *ſciens* pro belli perito, ut Hegeſippus III. c. IV. *prudens bellator*. Sed *locorum ſciens* eſt peritus Numidiae; id, quod maxime facit, ut hi milites bonum animum habere queant: quibus alioquin nihil magis formidoloſum fuit, quam in eas terras duci, quarum erant ipſi ignari. Itaque infra c. XCVII. n. 3. *quia* locorum ſcientes *erant*.

MAGIS STRENUUS, QUAM FELIX. Uratiſl. 1. *quam infelix*. male. Senſus eſt, exercitum illum, pro ſua fortitudine, ſi ducum avaritia & temeritas abſuiſſet, majorem felicitatem adepturum fuiſſe, cum nunc, praeter virtutem ſuam, nihil habeat praedae ceterique commodi, quin potius peſſimis modis tractatus ſit. Sed iſte librarius oſtendere voluit, ex iſto poſitu particularum *magis*, *quam* ſenſum poſterioris membri negantem effici, quod & nos demonſtravimus ad Cat. c. XIV. extr. Infra c. XCV. n. 5. *Atque illi numquam ſuper induſtriam fortuna fuit, multique dubitavere* fortior, an felicior *eſſet*.

46. AVARITIA, AUT TEMERITATE DUCUM. Beſtiae nimirum, c. XXIX. Albini, *cap.* XXXVI. Auli, c. XXXVII. Nec dubium, quin temeritatem etiam in Metellum contulerit Marius, quam tum aliis rebus, tum obſidione Zamae & miſerabili illo praeſidii Vagenſis exitu plebi potuit perſuadere, c. LVIII. LXI. & LXVI. Ipſe Criſpus c. XLIII. extr. *Et* avaritia *magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtrae opes contuſae, hoſtiumque auctae erant*. *Ducum* nomine certe *Aulus* comprehenditur, cum ille a fratre *pro Praetore* in caſtris relictus ſit: neque vero eo nomine ſemper ſummi duces veniunt, quod docet Perizon Animadv. Hiſtor. *cap.* VII. Guelferbyt. 11. *atterita eſt*. Rectius 1. ejuſdem nominis Verbum Subſtantivum abigit.

47. QUIBUS MILITARIS EST AETAS. Alii, *aetas eſt*; Edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. *quibus ineſt militaris aetas*: quod documento erit, non injuria Uratiſl. 2. ſine Verbo habere: *quibus militaris aetas*. ut ſupra c. XXXV. n. 4. *neque* Jugurthae *ſatis praeſidii*; Cat. c. XX. n. 12. *victoria* nobis *in manu*: alia infra ad c. CXIV. extr. Vinar. 1. *quibus militaris animus eſt*: imperite. Supplementum ſcribere volebat, *cap.* LXXXIV. n. 5. idque ex aetate militari ſumtum, quae ab aetatis anno decimo ſeptimo procedebat. vide ad Cat. c. VII. n. 4. Guelf. 3. *adnitemini mecum*, Vinar. 1. *annitemini*; ſed Baſil. 1. *mecum* omittit. Catil. c. XIX. n. 1. *poſtea Piſo Quaeſtor pro Praetore miſſus eſt*, adnitente *Craſſo*. Nec quidquam addidit Cato c. LII. n. 5. *expergiſcimini aliquando*, & capeſſite *remp.* Habet tamen aliquid commune & civile illud *mecum*, pro perſona dicentis.

NEQUE QUEMQUAM EX CALAMITATE A. Gu. 1. & Senat. 1. *ne quem quam*: ubi illud *que*, per inſequens *quem* extritum eſſe videtur. In ſono ex concurſu *que*, *quemquam* nihil vitii eſſe, patet ex dictis ad Cat. c. III. extr. Et negligentiorem eſſe hanc Marii orationem, quae proxime ad quotidianum ſermonem accedat, nemo docendus eſt. Nam *neque* pro *& non* negantem orationem adfirmanti recte ſubjungere, dixi ad Catil. c. XXIV. n. 3. *poſt ubi aetas tantummodo quaeſtui*, neque *luxuriae modum fecerat*. infra Vinar. 1. *metus ſuperbiae cepit*; Fabric. 2. *metus exceperit*. Alibi *metus invadit* apud noſtrum, *percellit*, *percutit*. Sed ut *amor*, *luxuria*, *fiducia*, ſic & *metus capit quemquam*. Juſtin. XI. c. 1. Amicos *quoque tam ſubita mutatione rerum haud mediocris* metus ceperat. adde ſupra c. 1. n. 4.

EGOMET IN AGMINE, IN PRAELIO. Vinarienſes, Baſil. 1. Remenſes, Uratiſl. 1. Eccard. Guelf. 6. 7. 9. 10. & Veneta 1470. *aut in praelio*, ſine dubio *aut*, pro *atque* ſcribentes, quod legitur in Edd. ceteris vett. quaeque alibi confundi, pluribus exemplis probavimus ad c. LXXXII. n. 3. Guelf. 12. *aut praeliis*. Uratiſl. 2. *ut in praelio*. Ceteri omnes, ut editur. infra Fabric. 2. *conſultor idem ſocius periculi*, omiſſa Conjunctione, contra communem Latinorum uſum. Sic ſupra c. XIV. n. 11. *fratre meo* atque eodem *propinquo ſuo interfecto*. *Conſultor* eſt dux, qui conſulit, & proſpicit militibus. Vocabulum habes infra c. CIII. n. 7. *ſimul ab eo petant*, *uti fautor* conſultor*que ſibi adſit*. *Socius* qui & ipſe pericula ſubit; boni ducis & ſtrenui militis

litis

conſultor idem, & ſocius periculi vobiſcum adero; meque voſque in omnibus rebus juxta geram. Et profecto, dis juvantibus, omnia matura ſunt, 48
victoria, praeda, laus: quae ſi dubia aut procul eſſent, tamen omnis bonos reipublicae ſubvenire decebat. Etenim ignavia nemo immortalis factus: 49
neque quiſquam parens liberis, uti aeterni forent, optavit; magis, uti boni honeſtique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, ſi timidis vir- 50
tutem verba adderent: nam ſtrenuis abunde dictum puto.

infra *c.* XCVIII. num. I. & Cat. *c.* LX. nu. 4. Hoc ita extulit Cat. *c.* XX. ad fin. *vel imperatore, vel milite me utimini; neque* animus, *neque* corpus *a vobis aberit*. Ut ibi *abeſſe*, ſic hic *adeſſe*, quod de his dicitur, qui quod ſunt, cum aliorum commodo exhibent. vide ſupra n. 4. *c.* XLV. nu. 2. *c.* LXXIV. n. 3. Ita quidem *vobiſcum* per ſe intelligere licet, pariter ac vos; nec peccat, qui ita accipit, ut ſupra *c.* XLV. nu. 2. *uti* cum ſignis *frequenter incederent*. Forte ita intelligendus Cic. Laelio *c.* IV. *cum & Philus & Manilius adeſſent, & alii plures, tuque etiam Scaevola* mecum *veniſſes*. Sed nulla cauſſa magnopere urget, ut tam hic, quam illic a propria notione recedamus.

MEQUE VOSQUE IN OMNIBUS REBUS. Ita Carrio, Waſſius & vulgatae. Gruterus *me voſque*: atque ita melior pars MSS. & edd. vett. Franc. *meque & vos*: quomodo Guelf. 6. & 11. At *meque voſque* Guelf. 3. Vinar. I. & alii tres, quorum auctoritate niti licet. Guelf. 11. *omnibus rebus*, ſine Praepoſitione. *rebus* omittit Incert. I. Male autem edd. Pomp. *juxta agam*. Supra *c.* LV. num. I. *ut ſeque & exercitum more majorum* gereret.

48. OMNIA MATURA SUNT. Guelf. 11. *omnia proſpera ſunt*; 10. *omnia proſpera erunt*. adeoque vere Incert. 2. nullum Verbum Subſtantivum tenet. nam *matura* non eſt mutandum, quod ponitur pro *facilia, in promtu*, & quae jam veluti maturum fructum colligere licet. Gellius X. *c.* XI. Ita Sueton. Calig. *c.* XLIV. *maturos* vocat, qui ſtipendia jamjam impleverunt, & mox miſſionem erant adepturi: quomodo Juſtin. XI. *c.* II. *matura imperia*, quae ſatis diu penes unum populum fuerunt, & nunc in alium transferenda ſunt. Sic Cicero *maturum eſt, facultas matura*. adde Curt. VIII. *c.* V. nu. 5.

SI DUBIA A. PROCUL ESSENT. Senat. I. a prima manu, *ſi dubio*; forte pro *ſi in dubio*. Remenſ. I. omittit *eſſent*: pro eo Guelf. 9. *eſſe*. ſi poſitum eſt pro etiamſi, ut etiam Cicero & Terentius. vide Hottomann. ad Or. pro Sex. Roſc. Am. *c.* XLIII. atque ita in formula: *ſi nihil aliud*. adde Gronov. IV. de Pec. Vet. *c.* IV.

OMNIS BONOS REIP. SUBV. DECET. Guelf. I. *omnibus bonis remp. ſubvenire decet*. atque Rivius etiam in duobus MSS. reperit *omnibus bonis*. Nam praeter Terentium & Plautum etiam A. Gellius *decet* cum tertio Caſu conſtruit, IX. Noct. Att. *c.* XV. *praefatur arrogantius & elatius, quam* aetati *ejus* decebat. & Aruſianus Meſſus citat ex Noſtro I. Hiſt. *Locum editiorem, quam* victoribus decebat, *cepit*. *Decet* plerique Codd. MSS. & edd. vulgatiores. Fabric. 2. Guelf. 12. & omnes edd. vett. *deceret*. Gruterus *decebat*; atque ita tres Palatini, unus Waſſii, Baſil. I. & Vinar. I. Latinos hoc modo, ut oratio ſit eo certior, loqui, docebunt notae ad III. Hiſt. Orat. Macri num. I. & II.

49. ETENIM NEMO IGNAVIA. Vinar. I. *Et ignavia nemo imm. f.* Guelf. 6. *Enim nemo*; 2. *Etenim ignavia nemo*, cet.

NEQUE QUISQUAM PARENS LIBERIS, UTI. In tanta votorum inſolentia & hoc quiſquam parens optare potuit, quod tamen recte Noſter in univerſum protulit, & *neque* intelligit *non tam*, ut ſupra *c.* XIV. n. 23. Sequitur autem, docente Manutio, Platonem, qui ita in Epitaphio: οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας ηὔχοντο γενέσθαι, ἀλλ' ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς. Fabric. 2. & Franc. *liberos*, ut cohaereat cum Verbo optavit, etſi ſenſu potius eſt *liberi*, ad proximum *aeterni eſſent*. quod genus illuſtravimus ſupra ad *c.* XIV. n. II. *me* extorrem *patria*, coopertum *miſeriis* effecit, ut *ubivis tutius, quam in regno meo* eſſem. *uti* omittit Uratiſl. 3.

MAGIS UTI BONI HON. V. EXIGERENT. Fabric. 2. & Gu. 6. *magis, quam uti*; Gu. 7. *ſed magis*. nimirum *magis* pro *ſed* poſitum eſt. Cic. III. Offic. *c.* XIII. *Non eſt aperti, non ingenui, non viri boni; verſuti* potius, *obſcuri, aſtuti*. Gu. 6. *vitam ducerent*; 10. *agerent*. perperam. Supra *c.* XIV. n. 15. *cum moerore & luctu morte graviorem* vitam exigunt.

50. SI TIMIDIS VERBA ADDERENT. Ita Cat. *c.* LVIII. n. I. *Compertum ego habeo, milites*, verba *virtutem non* addere. Voces *ſi timidis* deſunt Eccardiano; relictum tamen earum loco ſpatium vacuum, ne inde praeſidium rapias, *timidis* expungendi. Guelf. 7. *plura diſſererem*. Bergerianus, quo nunc primum uti incipio, *dictum puto abunde*.

CAP. LXXXVI.

XCI.
1 HUjuſcemodi oratione habita, Marius poſtquam plebis animos
arrectos videt, propere commeatu, ſtipendio, armis, aliis
utilibus navis onerat: cum his A. Manlium legatum proficiſci ju-
2 bet. Ipſe interea milites ſcribere non more majorum, neque ex
claſſibus, ſed uti cujuſque lubido erat, capite cenſos pleroſque.

Id

CAP. LXXXVI. 1. HUJUSCEMODI ORAT. HAB. Franc. *Cujuſcemodi*; Vinar. 1. *ratione habita*. Infra Academ. *animos arreptos vidit*; Franc. *ereptos*; Incert. 1. & edd. Pomponii *erectos*, quae haud raro confunduntur. Hic probum maxime *arrectos*, quod non erectos modo, ſed & arrectos ad bellum & nutum Marii involvit. Sic Cat. *c.* XXXIX. nu. 3. *vetus certamen animos eorum* arrexit.

ALIISQUE UTILIBUS NAVIS ONERAT. *Aliiſque* vacat in Guelf. 6. At Incert. 2. & edd. Pompon. *atque aliis*. quod ſatis probat, cum Fabric. 1. & Eccard. ἀσυνδέτως ſcribendum eſſe *aliis utilibus*; quod & feſtinationi Marii, & mori Salluſtiano eſt accommodatiſſimum. vide ſupra *c.* LXXII. num. 1. & *c.* XXXVII. nu. 3. In verbis etiam juniores ſtudioſe imitantur. Trebellius Pollio Claud. *c.* III. *ſed teſtis eſt & tua conſcientia, & vita mea, me nihil unquam* cogitaſſe, dixiſſe, feciſſe *gratioſum*. Spartian. Adrian. *c.* XV. *Profeſſores omnium artium ſemper, ut doctior*, riſit, contemſit, obtrivit. Auſonius VII. Sapient. in Solone: *Bellum ille in Perſas parat*: Profectus, victus, vinctus, *regi* deditus *eſt*. Franc. *utilibus bello*. Guelf. 2. *aliiſque armis utilibus*; II. *naves ornat*. male. nam ornamenta navium ſunt proprie, quae ad ipſas naves pertinent inſtrumenta. vide ad Cat. *c.* XXXVI. num. 1. Academ. *ſtipendiis & armis aliiſque utilibus*.

A. MANLIUM LEGATUM PROFICISCI JUBET. Praenomen *Auli* deſiderat Vinar. 1. & Remenſ. 1. Contra dignitatis nomen *legatum* haud reſpondet in Uratiſl. 1. & eodem Vinar. 1. Plures *Mallium* ſcribunt, ut ſupra in eodem, aut ſimili nomine variatum eſſe, adnotavimus. Fabric. 1. *Aulum M.* ut *Manlii* nomen prima tantum littera exprimat: qui forte pro ſua fide, optime docuiſſet *Manlium*, an *Manilium* eſſet ſcribendum. Nam Oroſius cum noſtro *A. Manlium*; Plinius XXXIII. *cap.* 1. *A. Manilium* nominat. Berger. *A. Malium*.

2. NON MORE MAJORUM, NEQUE EX CLASSIBUS. Vinar. 2. *more majorum ex claſſibus*. quod tamen haud facile admitterem; cum Marius non modo in eo morem majorum tranſgreſſus eſt, quod non ex claſſibus ſcripſit; ſed etiam quod, uti cujuſque lubido erat, nomina recepit. CLASSES Romae *ſex* a Servio Tullio deſcriptae, ut *prima* eſſet eorum, qui centum millium aeris aut majorem cenſum haberent; *ſecunda*, qui intra centum uſque ad ſeptuaginta millium; *tertia*, qui inde ad quinquaginta millium; *quarta*, qui quinque & viginti millium; *quinta*, qui undecim millium cenſum haberent; *ſexta* infra eum numerum, hominum tenuiſſimorum, proletarios etiam & capite cenſos continebat. pro dignitate claſſium dignitas in militia, arma & tela conſtituta ſunt. de qua re lege Livium 1. *c.* XLIII. Arnobium II. adv. Gent. pag. 80. *Claſſes* hic opponit *capite cenſis*, quia quinque priores potiſſimum eo nomine veniebant; ſicuti utrumque *Ordinem*, opponunt *ordini plebejo*, ut Vellej. II. *c.* XXXIV. *viri* utriuſque ordinis; Sueton. Tiber. utriuſque ordinis *profligatiſſimus quiſque*. adde Plin. XXXV. *c.* 1. Cic. de Har. Reſp. *c.* XXVIII. Sed & ſingulatim primae claſſis homines *Claſſicos* vocabant, ceteros *infra claſſem*, auctore Gellio VII. *c.* XIII. junge Pighium Annal. Tom. 1. pag. 47. prorſus uti *Ordinem* praeciſe Senatorium Rutil. 1. Itinerar. *v.* 5. aliique dixerunt. Male Baſil. 1. *ex* omittit. Uratiſl. 2. *ex caſſibus*; Vinar. 2. *ut cuicumque lubido erat*.

CAPITE CENSOS PLEROSQUE. *Capite cenſi*, homines tenuiſſimi cenſus, ſed qui *capite* tantum, i. e. quod inter cives eſſent, neque *capite* minuti, cenſebantur. Eos a militia liberos fuiſſe, tradidit cum inſigni ratione A. Gellius XVI. *c.* X. *Sed quoniam res pecuniaque familiaris obſidis vicem pignoriſque eſſe apud remp. videbatur* —— *neque proletarii, neque* capite cenſi *milites, niſi in tumultu maximo, ſcribebantur; quia familia pecuniaque his, aut tenuis, aut nulla eſſet. proletariorum tamen ordo honeſtior aliquanto & re, & nomine, quam capite cenſorum fuit.*

Sed

Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem conſulis memorabant: quod ab eo genere celebratus auctuſque erat; & homini potentiam quaerenti egentiſſumus quiſque opportuniſſumus: cui neque ſua curae, quippe quae nulla ſunt, & omnia cum pretio honeſta 3

Sed quae de *honeſtiore* proletariorum *nomine* tradidit Aulus, ea minus probata ſunt. Dictionem eleganter tranſtulit Seneca VII. Beneſ. *c.* VIII. *cum animum ſapientis intuemur --- omnia illius eſſe dicimus. cum ad hoc jus quotidianum, ſi ita res tulerit*, capite cenſebitur. Eodem modo *ope*, *prudentia*, *pudore*, *dotibus cenſeri* dicunt. de *proletariis* adde Oroſium IV. *cap.* I.

3. ID FACTUM --- MEMORABANT. Guelf. 9. *id factum eſſe*. male. vide *c.* LXXVI. n. I. Atque eodem modo Livius III. *c.* X. Id factum *ad impediendam legem tribuni* criminabantur, *ingenſque aderat certamen*.

INOPIA BONORUM. Guelf. 6. *inopia bonorum militum*. *Boni* ſunt ditiores, qui ſunt in claſſibus, & plura de hac notione diximus ad Cat. *c.* XXXIII. num. 2. *volentibus omnibus* bonis: quae vide. *inopia* & *per ambitionem* diverſo Caſu ponuntur, ut ſupra *c.* VII. num. I. *neque* per vim, *neque* inſidiis *opprimi poſſe*, cum ibi notatis.

PER AMBITIONEM CONSULIS. Per intempeſtivum ſtudium Marii, favorem plebis & infimi cujuſque adquirendi. Ita enim veteres *ambitionis* vocabulo, propria notione, utuntur: cum hodie id unicam tantum ambitionis ſpeciem facere ſoleant doctores. Supra *c.* XLV. nu. I. *tanta temperantia inter* ambitionem *ſaevitiamque moderatum*. *c.* LXIV. nu. 5. *neque facto ullo, neque dicto abſtinere*, *quod modo* ambitioſum *foret*. infra *c.* C. nu. 5. *quod multi* per ambitionem *fieri ajebant*. III. Hiſt. Epiſt. Pompeii nu. 5. *hiemem in caſtris, non per oppida, neque ex* ambitione *mea egi*. ubi quaedam alia. Horat. I. Sat. VI. *v.* 52. *Praeſertim cautum dignos adſumere, prava* Ambitione *procul*. adde Livium XLIII. *c.* XVI. Frontin. de Aquaed. Art. CXII. & CXVII. Cic. III. epiſt. XVII. nu. 5.

QUOD AB EO GENERE CELEBRATUS AUCTUSQUE E. Aliam rationem adfert Valer. Max. II. *c.* III. nu. I. feciſſe nimirum id Marium novitatis ſuae conſcientia. in quo mihi Valerius, qui legerat certe Salluſtium, per vocabulum *ambitionis* abſtractus videtur. Cum alioquin & illa cauſſa non ſit inuſitata. Zonaras T. II. pag. 226. *τὴν οἰκίαν δ' ὅλον ἐπικαλύπτων δυσγένειαν, τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἠτίμου, προσεποιεῖτο δὲ τοὺς ἐξ ἀφανῶν*. Fabric. I. & Eccard. *celebratus actuſque erat*. Remenſ. I. *actoſque*. male, & ea quidem nomina *auctor*, *actor*, & quae per *a* & *au* ſcribuntur ſaepiſſime confuſa in MSS. legas. vide ſupra *c.* XXII. nu. 2. CELEBRATUS dixit, quod vide *c.* LXXIII. nu. 5. uti *c.* LXXXV. nu. 36. *Haec atque talia majores veſtri faciundo ſeque remque p.* celebravere. AUCTUS nempe *honore*, promotus & in eam dignitatem evectus. Sic Horat. I. Sat. VI. *v.* 10. *Multos ſaepe viros nullis majoribus ortos Et vixiſſe probos, amplis & honoribus* auctos. vide ſupra ad *c.* XLIX. nu. 4. Inde *Auctor*, Claudian. I. Eutrop. *v.* 170. *ſolumque hoc rite peregit*, Auctorem *damnare ſuum*. ubi plura Barthius. Recte Cicero Bruto opponit *adfligere: quod judicaret hoc oratoris eſſe maxime proprium, rem* augere *poſſe laudando, vituperandoque rurſus* adfligere. & ita Capitolin. Macrino *c.* II. pro quo Livius XXXVII. *c.* LIII. *extollere & deprimere*. vide Caſaubon. ad Spartian. Adrian. *c.* X. Graeci eodem modo, ut docuit Graevius Heſiod. Lect. *c.* I. Denique Cic. VII. epiſt. XVII. num. 5. *Sed cum te in amicitiam & fidem meam contuliſſes, ſemper te non modo tuendum mihi, ſed etiam* augendum *atque ornandum putavi*.

EGENTISSIMUS QUISQUE OPPORTUNISSIMUS. *Quiſque* omiſit Guelf. II. *eſt* addunt Franc. Guelf. 10. 11. 12. At Fabriciani, Vinarienſes, Uratiſl. I. Berger. Guelf. I. 2. 6. & 9. *opportuniſſimus erat*.

CUI NEQUE SUA CURAE. Sic Rivius, Carrio, Gruterus, fuitque ita olim in Guelf. 4. cum nunc ille, quod reliqui noſtri omnes, oſtentet, *cara*. Eccard. Academ. & Veneta 1470. *cura*. ut & illi legerint *curae* in exemplaribus, aut illa ſaltem, neglecta una littera, corrupta fuerint. Fruſtra I. Waſſe *cara* pro aeque Salluſtiano habet, quod frequentius opponatur *honeſto*. *Cara* certe ſunt etiam egentiſſumo cuique; at non omnibus talia, quae illi *curae* eſſe poſſint, ut propterea huic vel alteri in rep. potentiam quaerenti, non adhaereat. Conſideraſſet bonus vir, quae adhaerent *quippe quae nulla ſunt*, & objectionem ſuam de conjugibus & liberis non adjeciſſet. Vidiſſet Auctorem de fortunis & bonis loqui, quae nulla ſunt egenis, adeoque nullam *curam* (at *cara* illi eſſe poſſunt, & ſunt ſane ſaepe juſto amplius) excitant, ne talia amittat, illa ab adverſis partibus invadantur, ſi uni ſeſe adjunxerit. Clarum id ex Cat. *cap.* XXXVII.

Sſſſ 2 nu. 3.

Digitized by Google

4 neſta videntur. Igitur Marius cum majore aliquanto numero, quam decretum erat, in Africam profectus, diebus paucis Uticam advehi-
5 tur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. nam Metellus conſpectum Marii fugerat: ne videret ea, quae audita animus tolerare nequiverat.

CAP. LXXXVII.

LCII
1 SEd conſul, expletis legionibus cohortibuſque auxiliariis, in agrum fertilem & praeda onuſtum proficiſcitur. omnia ibi capta militi-

nu.3. *Semper in civitate*, quibus opes nullae *ſunt —— turba atque ſeditionibus* ſine cura *aluntur*, *quoniam egeſtas facile habetur ſine damno*. vide & Gellium XVI. *cap.* X. de militibus opulentis, quibus ſua *curae* erant, ut ab hoſtibus defenderent. Veget. II. *cap.* XX. *Miles, qui ſumtus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat: magis diligit ſigna: pro illis in acie fortius dimicat: more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam* curam, *in quibus ſuam videt poſitam eſſe ſubſtantiam.* Plura Cicero pro Sextio & paſſim, ubi de bonis & ditioribus loquitur. Denique indecorum eſſet, *neque ſua* cara, *quippe quae nulla ſunt*; ſed hoc decus Interpretes parum adtendunt. Librarii autem *cara* eo lubentius ſcripſere, quod excipit *honeſta*, ut ejuſdem terminationis ratio conſtaret. Mox Fabric.2. omittit *quippe*; *ſunt* autem Guelf.11.

OMNIA CUM PRETIO HONESTA V. I. omnia, quibus modo pretium additur, honeſta videntur. Guntherus VII. Ligur. *v.* 53. *Ut plebs illa nihil* cum ſpe mercedis *iniquum judicat*, oblato *nihil eſt quod abhorreat* auro. Plancus VIII. epiſt. VIII. num.4. *Nam* quis *in ea fortuna —— &* cum ea ſpe, *quam in manibus habeo, aut ſordidum quidquam pati, aut pernicioſum concupiſcere poteſt*. Jo. Salisber. VI. Nug. Cur. *c.* XXIV. *Omnia namque* cum precio *hodie, ſed nec cras aliquid* ſine precio *obtinebis*. adde ſupra *c.* LXXXV. num.3

4. MARIUS CUM ALIQUANTO MAJORE N. *Marius* nomen odioſum hoc loco, & plus, quam ſatis intelligitur: damnat illud Berger. *igitur cum aliquanto Marius majore num.* Fabriciani, *cum majore aliquanto numero*. atque ita ſolet Criſpus. Academ. *quam decreverat*. male. intellige: quam, quo eum proficiſci, decretum erat; ut ſupra *cap.* LXIII. num.5.

PAUCIS DIEBUS UTIC. ADVEHITUR. Fabriciani, *diebus paucis*. Franc. *Uticam advenit*. Supra *c.* XXV. num.5. *dein brevi Uticam* adpulſi. Curt. IV. *cap.* III. num.11. *cum Graecis militibus in Aſiam nuper* advectus. Sic claſſis *advehit* apud Aur. Vict. Epit. *c.*1. pro quo C. Nepos *adventat*. Cicero, *Piraeeum, Romam advectus*. Sueton. Gramm. *cap.* XX. *a Caeſare puerum Romam* advectum. ubi alii rectius *adductum*.

5. A P. RUTILIO LEGATO. Guelf.6. *a P. Ruptilio*; Eccard. *a Pullio legato*. *P. Rutilium* habemus ſupra *c.* L. num.1. & *c.* LII. nu.5. & 6. Berger. *traditur* ei.

CONSPECTUM MARII FUGERAT. Guelf. 10. *ex conſpectu*; Eccard. *e conſpectu Marii fugerat*; Guelf.12. *conſpectum M. profugerat*. male omnes.

NE VIDERET EA, QUAE AUDITA A. T. NEQU. Franc. *ne videat*; & mox *quae auditu*; Gu. 10. *nequibat*. *Viſus* ſenſum in rebus aſperis & ingratis duriorem ſemper habet *auditu*. Cic. VI. epiſt. 1. num.1. *tamen* oculi *augent dolorem, qui ea, quae* ceteri audiunt, *intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt*. epiſt. IV. nu.10. *in malis omnibus acerbius eſt videre, quam audire*. VII. epiſt. XXX. nu.2. *audire tolerabilius eſt, quam videre*. Malebam etiam Pronomen *ea* interire, ne viderem, quod audita & ſenſu eſt paullo intolerabilius.

CAP. LXXXVII. 1. EXPLETIS LEGIONIBUS COH. *Explere* legiones illuſtravimus ad Cat. *c.* LVI. n.2. Neque abit Livius III. *c.* IV. *optimum viſum eſt, T. Quintium cum ſociali* exercitu *mitti. ad* eum explendum *Latini Hernicique & colonia Antium dare Quintio ſubitarios milites juſſi*. Guelf.1. *cohortiſque auxiliariis*; *que* abeſt Eccard. & Guelf. 7. ſed 9. *auxiliaribus*. nempe terminationis *is*, & *ibus* in MSS. pro adjunctis vocabulis ſaepe permutantur. Sed cui bono hic additum ſit *auxiliariis*, mul-

litibus donat. dein caſtella & oppida natura & viris parum munita adgreditur: praelia multa, ceterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites ſine metu pugnae adeſſe: videre fugientis capi, 2
occidi; fortiſſumum quemque tutiſſimum: armis libertatem, patriam parenteſque & alia omnia tegi: gloriam atque divitias quaeri. Sic 3
brevi ſpatio novi vetereſque coaluere, & virtus omnium aequalis facta. At reges, ubi de adventu Marii cognoverunt, divorſi in locos 4
diffi-

multum inquirendo non reperias. Nam cum *cohortes* adjunguntur legionibus, ſemper *auxiliariae* intelliguntur. vide ſupra *c.* LI. nu. 3. & *c.* LVIII. num. 4.

ET PRAEDA ONUSTUM PROFICISCITUR. Eccard. & Guelf. 4. *& praeda honeſtum*. qui illi Codd. *honus*, *honero* & ſimilia per additum *h* ſcribere ſolent. Curt. IX. *c.* II. nu. 10. *abundantes* onuſtosque praeda, *magis parta frui velle*, *quam acquirenda fatigari*. adde ſupra *c.* XII. num. 3.

IBI CAPTA MILITIBUS DONAT. Fabric. 2. omittit *ibi*. *praeda* autem egentiſſimi illi, & omnes milites confirmati. Caeſar III. Civ. *c.* XXXI. *& confirmandorum militum cauſſis*, *diripiendas iis civitates dedit*. adde VII. Gall. *c.* XI. Herodian. I. *c.* V. Tacit. I. Ann. *cap.* II. Ceterum Marius non modo Romanos ſocioſque, ſed etiam Numidas Gaetuloſque omni modo adliciebat, qui ſub eo merentes, confecto bello, agris finibuſque donati ſunt. vide Scriptorem B. Afric. *c.* XXXII. XXXV. & LVI. Mox Senat. I. Uratisl. I. & Guelf. 7. *dehinc*; Guelf. II. *natura*, *viris parum munita*.

ALIA LEVIA, ALIIS LOCIS FACERE. Eccard. *alia omnia levia l. fecerunt*; Uratisl. 2. *aliis ſociis facere*. Nihil verius, quam, quod Ciacconius etiam vidit, ſcribendum eſſe: *ceterum levia*, *alia aliis locis facere*: quod per errorem cujuſdam vetuſti librarii, qui *alia* ſcripſerat, & ne id delere neceſſe eſſet, illi *levia* ſubjunxit, additis notis aut omiſſis, quae ſuo quodque loco vocabulum adſignaret, in tot Codd. propagatum eſt. Certe in tot exemplis Synchyſeos, quae paſſim apud optimos ſcriptores obſervatur, nullum extat ſeparatorum hoc modo, *alia*, *aliis*. Juſtin. V. *c.* IV. *Alcibiades cum claſſe victrici Aſiam vaſtat*; multis locis praelia facit: *ubique victor recipit civitates*. Sed non Marius modo, verum & alii duces levioribus praeliis novitii exercitus animum augere ſolebant. vide notam ad *c.* LXXXII. nu. I. adde Veget. III. R. M. *c.* IX.

2. NOVI MILITES. Veneta 1470. *novi homines*.

FUGIENTIS CAPI, AUT OCCIDI. Uratisl. 3. *fugientem*. Incert. 2. *capi & occidi*; ſed Fabric. 2. Conjunctionem nullam agnoſcit. quod gratum Waſsio juxta ac nobis, qui jam ex conjectura *aut* deleri voluerat, cum videret infra *c.* CI. nu. II. *ſequi*, *fugere*; occidi, capi; *equi atque viri adflicti*. & Liv. VII. *c.* XXXIII. *tum* capi, occidi *Samnis*. Videbant autem hoſtium fugientes capi, occidi, atque ita fugae non confidebant: Ne quis iſta de ſuorum fuga accipiat, qui ab ſuis excepti, aut occiſi ſint.

PATRIAM PARENTESQUE. Vide ad Cat. *cap.* VI. num. 5. *patriam parenteſque armis* tegere. *Quaerere* pro adquirere, ut ſupra *c.* LXXXV. nu. 30. Vinar. 2. *omnia alia tegi*; Uratisl. 2. *omnia illa*. Guelf. 6. omittit *et*; at Eccard. & Gu. 10. non habent *que*. Guelf. 4. *gloriam aut divitias quaeri*. 9. *gloriam*, *divitias*, ſine copula. Adjunge Cat. *c.* LVIII. nu. 16. & 17. Tacit. Agric. *c.* XXX.

3. BREVI SPATIO NOVI VETERESQUE COALUERE. *Spatio* addunt omnes Codd. cum toties ſupra *brevi* nude dixiſſet. Aſt & Cicero, *brevi tempore*, *in praeſens tempus* dixit. Et ne illi ſoli tribuas, Noſter ſupra *c.* LXXXV. n. 45. *ad hoc tempus*. Ita infra *c.* LXXXIX. n. 7. *ferina carne*; *c.* CVI. n. 5. *duum millium intervallo*. Supra *c.* LII. n. 3. *die veſper*; *c.* XXXV. n. 5. *homo artifex*, & alia talia. adde *c.* LXXV. nu. 2. Auct. Dial. de Orator. *c.* XVI. *quod* ſpatium temporis — *fortaſſe* longum *videatur* — *perquam* breve *& in proximo eſt*. Caeſar VII. Gall. *c.* XI. *ad has res conficiendas ſibi* tridui ſpatium *daret*. Sueton. Veſpaſ. *c.* IV. *in* ſpatio brevi *duplex ſacerdotium accepit*. Id. Claud. *c.* XII. *Quare* in brevi ſpatio *tantum amoris favoriſque collegit*. Plinius VIII. *cap.* XLII. *Vivunt annis quidam quinquagenis*: *feminae* minore ſpatio. *&* omittunt Guelf. 12. edd. Pompon. atque ſequaces. ſcite profecto atque vere.

4. DE ADVENTU M. COGNOVERUNT. Incert. 2. Senat. 2. & Heuſsian. *adventum M. cognoverunt*. perperam. nam & *rem cognoſcere*, & *de re* latine dicitur. Supra *c.* LXXXII. num. I. *poſtquam* de *regum ſocietate* cognovit. infra *c.* XCVII. num. 4. *Conſul ſimul ex multis* de hoſtium adventu *cognovit*.

difficilis abeunt. Ita Jugurthae placuerat, ſperanti, mox effuſos hoſtis invadi *poſſe*; Romanos, ſicuti pleroſque, remoto metu, laxius licentiuſque futuros.

CAP. LXXXVIII.

xciii

1 MEtellus interea Romam profectus, contra ſpem ſuam, laetiſſumis animis excipitur: plebi patribuſque, poſtquam invidia de-

DIVERSI IN LOCOS DIFFICILES ABEUNT. Academ. *diverſa in loca*, Guelf. II. *in locis*; Uratisl. I. *in colos*, ſyllabis per negligentiam transjectis. Uratisl. 2. *diviſi*, quod ſaepe ἀντὶ τοῦ *diverſi* ſcriptum reperitur. infra *c.* CI. num. 2. *quia* divorſi *redeuntes*; ſupra *c.* L. n. 5. divorſi *ſeſe recipiebant*. Guelf. I. *in locos diſſimiles*. corruptum illud. *difficiles* intellige *aditu*, quod nominis addit infra *c.* XCI. num. 7. eoſque ſupra *natura munitos* dixit, *c.* LIV. nu. 3. Ita contra *facilis* frequenter praeciſe ponitur, ut intelligas, *paratu*, *aditu*, *intellectu*. Claudianus ſive quis alius Poeta, de Laud. Herculis *verſ.* 150. *juvat ire & libera rura Defenſoſque videre locos ſilvamque juvencis Jam* facilem. Martial. x. Epigr. XLVII. *Convictus* facilis, *ſine arte menſa*. qui Senecae de Tranqu. *c.* I. *facilis parabiliſque*. adde Heinſium ad Ovid. II. Faſt. *verſ.* 727.

MOX EFFUSOS HOSTES INVADI POSSE. Eccard. *effuſo*; Fabric. I. *mox feſſos hoſtes*; 2. *mox fuſos*. male. *effuſi* ſunt diſperſi, palantes, ſine cura incedentes, ut ſolent alii, ubi nullus ab hoſte metus. vide ſupra ad *c.* LV. n. 4. Sed Gu. 3. *ſperanti*, *mox effuſos hoſtes invadi*, reſecto Verbo *poſſe*: quomodo & Criſpum ſcripſiſſe, exiſtimo: nam illud *poſſe* ipſam ſpem Jugurthae corrumpere videtur. Sic *ſperans invadi*, ut Livius XXXII. *c.* XI. *His copiis ita dimiſſis*, *eo intentius Romanus undique* inſtat capi *ſtationes*. i. *ut capiantur*. *ſperans*, *ut invadantur*. Nam Verbis ſpei & fiduciae, Praeſens tempus ut plurimum ſubjungitur, ut res praeſens eo magis denotetur; quod in illo Cic. v. Verr. *c.* XXVI. *ſupplicium* ſumi *putatur*, pro *ſumtum iri*, bene docuit Gronov. ad Liv. II. *c.* IV. Eo modo Juſtin. v. *c.* III. num. 3. *ſperans*, ut *aut*, *concordante civitate*, *dux belli ab omnibus* legeretur, *aut*, *diſcordia inter ordines facta*, *ab altera parte in auxilium* vocaretur. quod recte Vorſtius interpretatur, *ſe lectum iri*, *ſe vocatum iri*. Sic ſupra *c.* XIX. nu. I. *munimenta regni* habere, pro *habiturum*, quod vulgo ſcribunt, aut *habere poſſe*. ubi alia adjecimus.

SICUTI PLEROSQUE. Fabric. 2. *ſicuti plerumque*, alterum pro var. lect. adnotans Franc. *ſicuti invaſerat pleroſque*. Sentiebant homines difficultatem, quod, ſicuti *plerique* eſſe ſolent, intelligitur, *pleroſque* tamen ſcribitur, propter commune *futuros*. Nam haec eſt conditio figurae, quam Syllepſin dicunt, ut ſaepe id aliquam inmutationem ſubeat, cui Verbum commune aptatur. vide EXCURSUM VI. num. 3. in Catilin. Supra *c.* XVII. num. 3. Ita Catil. *cap.* XLVII. num. I. *ſe nihil amplius ſcire*, *quam* legatos. ubi vide.

REMOTO METU, LAXIUS LICENTIUSQUE FUTUROS. Vinarienſes, Academ. & Guelf. *latius licentiuſque*: ille etiam Guelferbytanus *facturos*, pro *futuros*. *Latius* & *laxius*, *latus* & *laxus* ſaepe confundi docuit Cl. Bentlej. ad Horat. A. P. *v.* 209. adde ad II. Sat. II. *verſ.* 113. Hic *laxius* non eſt ſollicitandum, quod de iis dicitur, qui *laxiore imperio habentur*, quod Noſter dixit *c.* LXIV. nu. 5. adde *c.* XL. nu. 5. laxius autem & licentius *eſſe* dicitur, pro *agere*, ſeſe gerere. ad quam formam ſupra *c.* XIV. num. II. *ut ubivis* tutius, *quam in regno meo*, eſſem. ubi vide. Ita in formula: *ſatin ſalve*. de qua ad IV. Hiſtor. adde ſupra *c.* LXXXV. num. 7. *ita fui*. Quod ſperabat Jugurtha, accidit apud Herodian. VI. *c.* V. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατιὰ τὴν πορείαν ἀμελέστερον ἐποιεῖτο, μήτε τινὸς φαινομένου, μήτε ἀνθεστῶτος. Hinc & Arminius apud Vellej. II. *cap.* CXVIII. *haud imprudenter ſpeculatus*, *neminem celerius opprimi*, *quam qui nihil* timeret, *& frequentiſſimum eſſe initium calamitatis ſecuritatem*.

CAP. LXXXVIII. I. CONTRA SPEM SUAM. *Spem*, pro opinione poſuit, uti alibi *ſperare*. vide EXCURSUM III. in Jugurtham. n. 3. Ita Cat. *c.* XX. *mala res*, ſpes *multo* aſperior. adde Eod. *c.* XXI. n. I. Vinar. I. *Interim Metellus Romam profectus*.

LAETISSIMIS ANIMIS EXCIPITUR. Ita noſtri. Alii *accipitur*; Veneta 1470. *ſuſcipitur*. *Accipere* & *excipere* in ſimili notione permutantur apud

deceſſerat, juxta carus. Sed Marius impigre prudenterque ſuorum 2
& hoſtium res pariter adtendere; cognoſcere quid boni utriſque,
aut contra eſſet; explorare itinera regum, conſilia & inſidias ante-
venire: nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos tutum pati. Ita- 3
que Gaetulos, & Jugurtham ex ſociis noſtris praedam agentes, ſaepe
ad-

apud Silium XVII. *v.* 5. ubi vide Cl. Drackenborchium. Excipere tuetur Juſtin. VI. *c.* V. *Sed Conon, vaſtatis hoſtium terris, Athenas pergit, ubi magno civium gaudio* exceptus, *plus tamen triſtitiae ipſe---cepit*. Neque exceptus tantum benigne, ſed triumphavit etiam poſtea. Teſtis Eutrop. IV. *c.* XI. *Et duo* triumphi *de Jugurtha, primus* per Metellum, *ſecundus per Marium, acti ſunt*. & uterque Triumphus & Metelli, & Marii notatur in Faſtis Conſularibus: ille ad A. V. C. DCXLVI. hic ad Ann. DCXLIX. Metelli triumphi meminit etiam Vellejus, Aurel. Victor, Gellius, dum Orationem Metelli de triumpho ſuo citat. vide Sigon. ad Faſtos pag. 226.

PATRIBUSQUE, POSTQ. INVIDIA DECESSERAT. Guelf. 7. & 10. *plebi, patribus*, ſine copula. uti Cat. *c.* XI. num. 2. *nam gloriam, honorem, imperium* bonus, ignavus aeque *ſibi exoptant*. Livius XXVII. *c.* XVI. *Alii alios paſſim* ſine diſcrimine armatos, inermes *caedunt*. Noſter ſaepe tali formula utitur, ubi in MSS. paucis copula omittitur, ſed edd. eamdem repraeſentant. vide ſupra ad *c.* LXXII. num. 2. civis, hoſtis *juxta metuere*. Uratiſl. 1. Vinar. 2. Acad. Berger. Fabric. 2. Guelf. 7. 9. & 11. *diſceſſerat*. Guelf. 4. *deceſſerat*. Juſtin. Praefat. extr. *Apud poſteros cum obtrectationis* invidia deceſſerit, *induſtriae teſtimonium habituro*. Eccard. omittit *juxta carus*; pro quo Guelf. 3. *aeque carus*.

2. SUORUM ET HOST. RES P. ATTENDERE. Gu. 11. *impiger prudenterque*. Eccard. Vinar. 1. & Incert. 2. *ſuorum, hoſtium res pariter*. Mallem ipſe *ſuas & hoſtium res*. Nam ceteri *ſuorum* tum propter aequalitatem, tum quod ſequitur *utriſque* ſcripſerunt. Et illi Codd. qui infra *utrimque* habent, non aliter, quam *ſuas*, in libris vett. fuiſſe, probant. Eccard. *pariter hoſtendere*; Baſil. 1. *adtendere*.

QUID BONI UTRISQUE, AUT CONTRA ESSET. Baſil. 1. Senat. 1. Incert. 2. Eccard. Guelf. 1. & 2. *quid boni utriuſque*. quod non placet. Delibero de ſcriptura Fabriciani utriuſque & Venetae 1470. *quid boni utrimque*. Apertam Gloſſam habent Senat. 2. & Heuſſ. *aut mali contra eſſet*. Sic *bene aut ſecus* & alia hujuſcemodi.

CONSILIA ET INSIDIAS EORUM ANTEVENIRE. Vinar. 2. ita diſtinguit: *explorare itinera. regum conſilia. & inſidias eorum antevenire*. Fabric. 1. & Eccard. *conſilium & inſidias*. Sed *eorum* abeſt ab Vinar. 1. Franc. & edd. vett. noſtris omnibus. Atque nimis propinquum eſt vocabulum *regum*, ut haud opus ſit, per illud Pronomen intellectum adjuvare. Sic ſupra *c.* XXXVIII. nu. 1. *cognita vanitate & imperitia* legati, *ſubdolus augere* dementiam. adde *c.* LVI. nu. 4. & ad Cat. *c.* XLVIII. num. 4.

NIHIL APUD SE REMISSUM, NEQUE APUD ILLOS T. Aemulatur eleganter Thucydidem 1. *c.* LXX. extr. Sed eo amplius *apud ſe* non legitur in Guelf. 6. neque Incert. 2. Ac illa quidem propter oppoſitionem *apud illos* addita eſſe, pro certo adfirmo. Fruſtra tamen infarcitur, ubi ſermo eſt de Mario ſuas hoſtiumque res pariter adtendente. nec addidit ſupra *c.* LIII. n. 6. *Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque* remiſsi *patiebatur*. Contra vidimus non multum diverſa Gloſſemata Cat. *c.* XII. num. 5. *cap.* XXXI. num. 7. Supra *cap.* XXXVII. num. 4. *cap.* LXIII. num. 4. Inprimis huc ſpectat Cat. *cap.* LXI. num. 2. *Nam fere quem quiſque* (vivus) *pugnando locum ceperat, eum*, amiſſa anima, *corpore tegebat*. ubi vide. Supra *c.* LXXXIV. nu. 1. *alia praeterea magnifica* (pro ſe,) *&* illis *dolentia*. *c.* LXXXV. num. 2. *eo majore cura* (illam) *adminiſtrari, quam* haec *peti debere*. adde infra num. 4. *Tutum* nihil pati eſſet, nihil pati integrum, quod illos tueri queat. nam ita *tutum* id quod tuetur, ut *falſus*, is, qui fallit. de quo largiter ad Cat. *c.* X. num. 5. & de *tuto* infra 1. Hiſt. Orat. Lepidi nu. 8. plura Cl. Duckerus ad Flor. IV. *c.* II. nu. 23. Parum tamen ſententiae decedit, ſi vel uſitatiore notione intellexeris hoc loco.

3. EX SOCIIS NOSTRIS PRAEDAS AGENTES. Uratiſl. 2. *ex ociis*; Guelf. 9. *& ſociis*. Vinarienſes, Fabriciani, Berger. Uratiſl. 1. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 2. & 10. & Veneta 1470. *praedam agentes*; quod quare in ceteris corruptum ſit, facile patet. *Saepe* id factum; ergo *praedas* ſcribendum. Immo vero, quia *ſaepe* additum eſt, ferendum eſt *praedam*, ut *c.* LVII. extr. *tormentis, aut* manu *emiſſa, manu*, pro *manibus*, quia *tela* dixerat multa; quae non una manu, ſed pluribus emittuntur. ita *c.* VII. nu. 4. *naturam Scipionis & morem hoſtium cognovit*. alia alibi. Hinc *cap.* XX. num. 3. *multos mortalis*

adgreſſus itinere fuderat, ipſumque regem haud procul ab oppido
4 Cirta armis exuerat. Quae poſtquam glorioſa modo, neque belli patrandi cognovit, ſtatuit urbis, quae viris aut loco pro hoſtibus, & advor-

lis cum pecore atque aliam praedam *capit*. *cap.* LV. n. 5. *igni magis, quam* praeda *ager vaſtabatur*. Ut Virgilius, *multa tibi cadet* hoſtia. vide Chariſium IV. pag. 241. Auſonius Profeſſ. Epigr. XIX. *Mox ſchola &* auditor multus *praetextaque pubes Grammatici nomen divitiaſque dedit*. Ovid. III. Faſt. *v.* 251. Matris *me turba frequentant*. adde ſupra *c.* XX. extr.

SAEPE ADGR. ITINERE FUDERAT. Ita Gruterus ex MSS. ſuis tribus melioribus. Ita Fabriciani, Senat. 1. Guelf. 1. 10. cum omnibus edd. vett. Ceteri *in itinere*, quomodo infra *c.* XCI. num. 1. Hic melius *itinere*, ut ſtatum quo adgreſſus ſit Marius, luculentius exprimeret. Sic Cat. *c.* XX. num. 3. *multis & magnis tempeſtatibus*; alibi, *terra marique*; *juventute*, pro *in juventute*, quod male olim damnabat Graevius. vide ſupra *c.* XLIV. nu. 4. & *c.* LVII. num. 6. Livius XXV. *c.* XIX. *Data pro quinque, octo millia militum, pars dimidia cives, pars ſocii: & ipſe aliquantum voluntariorum* itinere *in agris concivit*. Capitolinus Marco *c.* XIV. Via *quoque, poſteaquam iter ingreſſi ſunt, ſedens cum fratre in vehiculo Lucius, apoplexia arreptus periit*.

ARMIS EXUERAT. I. fecerat, ut Jugurtha abjectis armis fugeret. Livius XXII. *c.* XXI. *levi certamine fudere omnes, occiſis quibusdam captiſque: magna pars* armis exuta. Sic *exuere urbe, caſtris, provinciis*, quos eo neceſſitatis adigimus, ut relinquant, aut perdant urbem, caſtra, cet. Caeſar III. Gall. *c.* VI. *Sic omnibus hoſtium copiis fuſis*, armiſque exutis, *ſe in caſtra munitioneſque ſuas recipiunt*. Academ. *regem* omittit.

4. GLORIOSA MODO NEQUE BELLI PATRANDI. Vacat hoc omne in Eccardiano. Ceteri varie inficiunt. Fabric. 1. Vinar. 2. Franc. Uratisl. 1. Guelf. 2. 9. & 11. *Quae poſtquam glorioſa facta ſunt, neque b. patrandi copiam cognovit*. ex quibus aliquot, *neque copiam b. p. c.* Eodem modo Berger. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 9. & 10. cum edd. Pomponii & ſequacibus, niſi quod *facta ſunt modo*, particula auctiores ſint. Uratisl. 2. *q. p. glorioſa videbantur, neque gloriam patrandi belli cognovit*. Senat. 1. Acad. Fabric. 2. Incerti, Remenſ. 2. Guelf. 3. 4. 7. 6. & 12. cum Veneta 1470. *q. p. gl. modo, neque b. p. copiam cognovit*. ſed *modo* omittit Guelf. 12. at 1. cetera eodem modo, praeterquam quod *cognovit copiam* habeat. Iſta ſpurcities Codd. confirmare poterat Rivium, ut cum Priſciano *copiam* deleret, quod omittitur in Vinar. 1. qui habet: *q. p. gl. facta ſunt neque b. patrandi cognovit*. illud *facta ſunt* ortum eſt ex Gloſſa τοῦ *glorioſa*, nempe *facta*. Sed cum quidam Codd. *modo* non agnoſcant, videtur & illud expungendum eſſe, quod non multum ſane eſt neceſſarium. ſubintelliges enim *quidem*, aut hoc ipſum *modo*. vide ad Cat. *c.* LII. num. 28. Supra *c.* XXXIII. num. 4. Quid vero librarios, aut correctores ad contaminanda haec induxerit, paucis accipe, ut ſenſum ſimul illuſtremus. Alterum fuit compoſitio τῶν *glorioſa*, & *belli patrandi*, quae toties offendiculo fuit. de illa infra ad *c.* CIII. num. 7. *fidem, magnitudinem regis ſui, alia, quae aut* utilia, *aut* benevolentiae *credebant, oratione extollunt*. Alterum ipſa illa dictio *belli patrandi*, poſita pro *ad bellum patrandum facientia*, quam neque Priſcianus rite accepit, cum *cauſſa* ſubintelligi docet. Immo eſt Periphraſis Adjectivi, quod vim Gerundi, ſeu Participii Futuri miſcet, uti diximus ad Cat. *c.* VI. num. 7. *regium imperium, quod initio* conſervandae libertatis *&* augendae reip. *fuerat, in ſuperbiam dominationemque convertit*. ubi itidem *cauſſa*, aut *gratia* fruſtra immittunt codices. Additur etiam aliis ſcriptoribus minus emendatis. Varro I. de R. R. *c.* XIX. *ea ſola, quae* agri colendi *erunt, ut ſolent eſſe pecuaria, pauca habenda, quo facilius mancipia, quae ſolent ſe tueri, & adſidua eſſe poſſint*. Cic. II. de Invent. p. 79. *omnia ſupplicia, quae a legibus proficiſcantur*, culpae *ac* malitiae vindicandae *eſſe conſtituta*. Scaliger, Victorius, Manutius eis locis *cauſſa* additum habent. Sed in Cicerone ab aliis viris doctis idem mendum obſervatum eſt II. Verrin. *c.* LIII. alibi. Alii tamen eodem genere loquendi utuntur. Plautus Rud. A. V. Sc. III. *v.* 18. *Jusjurandum* rei ſervandae, *non* perdendae *conditum eſt*. Livium V. *c.* III. & XXVII. *c.* IX. adduxit Rivius, quorum priori loco alia addidit Sigonius. addo XXXVIII. *c.* L. *Nihil tam* aequandae libertatis *eſſe, quam potentiſſimum quemque poſſe dicere cauſſam*. XL. *c.* XXIX. *cum animadvertiſſet pleraque* diſſolvendarum religionum *eſſe*. quod Valer. Max. I. *cap.* I. num. 12. *ad ſolvendam religionem pertinere*. ita certe melius, quam addere *cauſſa*, quod neque aliis locis procedit. Tacit. IV. Hiſt. *cap.* XXV. *Tum e ſeditioſis unum vinciri jubet, magis* uſurpandi juris, *quam quia unius culpa foret*. ubi vide Lipſium, qui & Plauti locum adducit, quod

Digitized by Google

advorſum ſe opportuniſſimae erant, ſingulas circumvenire: ita Jugurtham aut praeſidiis nudatum, ſi ea pateretur, aut praelio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum ſaepe miſerat, *velle populi Ro-* 5
mani amicitiam, ne quid ab ſe hoſtile timeret. Id ſimulaveritne, quo 6
improviſus gravius accideret, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare ſolitus, parum exploratum.

CAP. LXXXIX.

xciv.

SEd Conſul, uti ſtatuerat, oppida caſtellaque munita adire: 1
partim vi, alia metu, aut praemia oſtentando avortere ab hoſtibus.

quod nunc demum intelligo. Id. XIII. Ann. *c.* extr. *quas Seneca, teſtificando quam honeſta praeciperet, vel* jactandi ingenii, *voce principis vulgabat.* Ita caperem II. Ann. *c.* XXXVII. *nec ad invidiam iſta, ſed* conciliandae miſericordiae *refero*. adde Quinctil. IV. *c.* I. extr. ibi Cl. Burmannum, ut & Daviſium ad Caeſar. I. Civ. *c.* LXXXII. Acidal. ad Vellej. II. *c.* II.

PRO HOSTIBUS ET ADVORSUM SE OPPORT. Grutero & Waſſio ſuſpecta vox *opportuniſſimae.* at in ea nihil MSS. audent. Contra *pro* omittit Incert. 2. & in Guelf. 6. non legitur *&*. Unde ſcripſerit Salluſtius: *urbes, quae viris, aut loco hoſtibus adverſum ſe opportuniſſimae.* Alioquin *pro aliquo eſſe*, pro *favere*, *opportunum* eſſe, non rarum eſt. Ovidius, *pro Troja ſtabat Apollo*. & ſimpliciter Columella III. *c.* V. *Quod minime reor eſſe* pro agricola. *Se* omittit Bergerianus.

AUT PRAESIDIIS NUDATUM. Ita omnes omnino MSS. edd. vett. & recentiorum meliores, cum temerario auſo Gryphiana aliaeque praeferant *nudatum iri*. Melius feciſſent, *nudari* reſcribendo, quod pro *nudatum iri* poſſet accipi, ut *invadi* ſupra *c.* LXXXVII. n. 4. Sed *nudatum* cape pro *nudatum fore*, ut ſupra *cap.* LXXVI. n. I. *infectum*, pro *infectum fore*. & adde Catil. *c.* XXVII. num. I. & *cap.* XLVI. num. 2. Mox Uratisl. 3. *ſi ea paterent*. Baſil. I. *aut praelio certaretur;* Guelf. 4. *certaturum putabat*.

5. NUNCIOS AD EUM SAEPE MISERAT. Sic MSS. noſtri atque Gruteri. alii: *nuncios ſaepe ad eum miſerat.* Baſil. I. *ad eum nuncios ſaepe miſerat*. Uratisl. 2. a manu ſecunda: *ne quid* abs *ſe hoſtile timeret*.

6. QUO IMPROVISUS GRAVIOR ACCEDERET. Eccard. & Remenſ. I. *quo improviſos.* Uratisl. 2. *improviſo*, quod Gloſſa eſt *τῶ improviſus.* Supra *c.* LII. n. 5. *dum legatus ad flumen, quo praemiſſus erat*, feſtinans *pergit*. & hujusmodi plura de voce *improviſus* Th. Munckerus ad Fulgent. Mythol. Praef. p. 9. Remenſ. 2. *gravior accideret;* Fabric. I. & Franc. *accideret*, quomodo etiam Nazarianae membranae. atque ita infra *c.* CVII. n. 6. *quia de improviſo acciderant* plures MSS. pro *acceſſerant.* ubi vide. Improviſa autem magis terrere ſolent. Livius III. *cap.* III. *Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit*. vide Freinſhem. ad Flor. I. *c.* XVIII. num. 6.

MOBILITATE ING. PACEM ATQUE BELLUM. Senat. 2. Acad. Guelf. 3. 6. & II. *nobilitate*, quae confunduntur etiam Cat. *c.* XLIX. n. 4. & ſupra *c.* LVI. n. 5. Fabriciani, Incert. 2. Guelf. 6. & II. *pacem aut bellum.* vide ad *c.* LXXXII. num. 2. Vinar. I. Guelf. 2. & Veneta 1470. *ſolitus eſſet;* Guelf. 10. *ſol. erat; 9. quod ſolitum eſſe*. porro 10. *parum exploratum habeo; 3.* & Franc. *parum exploratum*, ſine ullo Verbo. Berger. *quod ſolitus eſſe*.

CAP. LXXXIX. I. OPPIDA CASTELLAQUE MUNITA ADIRE. Guelf. 4. & 6. *oppida, caſtella munita*. Supra *c.* LIV. n. 6. *caſtella & oppida temere munita*. *Adire* eleganter, de iis, quae tentamus. Juſtin. XVIII. *c.* VII. *qui ſolus mortalium Pontum omnem Scythiamque pacaverit, quam nemo ante tranſire tuto atque* adire *potuerit*. Saepe Livius atque Curtius. Guelf. 9. *adire paravit*.

PARTIM VI, ALIA METU &c. Guelf. 4. *quae partim vi; 9. partim vim; 10. praemia aut metum oſtentando*. Vinar. 2. *alia praemia oſt*. Remenſ. I. *oſtendendo*. Guelf. II. *abvertere ab hoſtibus;* I. 9. & Baſil. I. *avortere*, & Guelf. 9. *avortere auxilium ab hoſtibus:* qui omnes nihil valent contra receptam lectionem. Nam ne *vim* & *metum* praeferas, faciet tam *cap.* XIII. numer. 2. *urbis partim* vi, *alias* voluntate *imperio*

ſuo

2 bus. Ac primo mediocria gerebat, exiſtumans, Jugurtham ob ſuos
3 tutandos in manus venturum. Sed ubi procul abeſſe, & aliis negotiis intentum accepit; majora & aſpera adgredi tempus viſum.

ſuo adjungit; quam *c.* LXVI. n. I. *civitates* formidine, *aut* oſtentando praemia *adſectare*. infra *c.* CXI. n. 3. *ne, fluxa fide uſus, popularium animos* averteret. IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. *ei ſubvenientem Antiochum conceſſione Aſiae per dolum* avertere. Tacit. IV. Hiſt. *c.* XIII. avertere *accita a Vitellio auxilia.*

2. PRIMO MEDIOCRIA GEREBAT. Uratiſl. I. *mediocriter gerebat*; at Guelf. 3. *mediocriter agebat.* qui unus Verbum *gerebat* νοθείας convincit. Vidit etiam ſagaciſſimus Gronovius, genuinum non eſſe ad Livium II. *c.* XLVII. Intelligo cum illo *mediocria adgrediebatur*: at diſſentio, quando *mediocria*, & *majora aſperaque* intelligit *oppida & caſtella.* nam *mediocria* verius eſt capere *mediocres res*, & *majores magisque aſperas res*. Criſpus ipſe ſe explicat *c.* XCII. n. I. ubi de occupatione Capſae; *poſtquam* tantam rem *Marius patravit*. num. 3. *ubi* ea res *bene evenit*. num. 4. *denique* aliam rem *adgreditur*, *non eadem* aſperitate, *ceterum haud ſecus difficilem*. adde ſupra *c.* X. n. 2. De ea figura, qua Verbum alio Modo atque Tempore iterandum eſt, diximus ſupra ad *c.* XVII. num. 2. & ad *c.* XXX. n. 4. adde III. Hiſt. Orat. Macri n. 7. Gronov. ad Liv. XXX. *c.* XXX. Noſtrum Catil. *c.* XXIX. num. 2. Alioquin *gerere quid* non abſurde dicitur. vide Th. Muncker. ad Fulgent. Mythol. II. pagin. 67.

JUGURTH. OB SUOS TUT. IN MANUS VENT. Gu. 3. ſolus *aeſtimans* habet, pro *exiſtumans*: nec facile diſplicebit. Uratiſl. I. Academ. Inc. 2. & Guelf. 10. *ad ſuos tutandos*, quod impingit in ſententiam. Guelf. II. *in manum*. Dictionem *in manus venire* deſumſit ex Thucydide I. *c.* L. & LII. qui eadem alibi utitur, pro *manum conſerere*. Noſter infra *c.* CI. n. 4. *ceteri in loco manentes ab jaculis eminus emiſſis corpus tegere, & ſi qui in* manus venerant *obtruncare.* adde ſupra *c.* LVII. n. 4. *cupere praelium* in manibus *facere.*

3. ILLUM PROCUL ABESSE, ET ALIIS NEGOT. Vinar. I. *ubi procul illum abeſſe*. Sed Guelf. 4. *illum* non, niſi ab novitia valde manu inter verſus adpictum, habet. Delevi propterea, & oſtendi ad *c.* LXXI. n. 2. haec Pronomina non ita accepta eſſe Salluſtio. item ad *c.* LXXXVIII. n. 2. *procul* non viſitur in Eccardiano; Guelf. 3. omiſit vocem *negotiis*, & Uratiſl. 2. copulam &.

MAJORA ET MAGIS ASPERA AGGREDI T. VIS. EST. Guelf. II. *majora & magna*; 10. *majora & aſpera*. recte hic. atque ille teſtatur; fuiſſe correctorem, qui propter *aſpera*, ſine particula *magis* poſitum, reſcriberet *magna & aſpera*, pro *majora*. qua medicina haec dictio non indiget. nam ex *majora*, intelligitur *magis*, ut diximus ſupra ad *c.* XVI. num. 5. *quae* portuoſior, *& aedificiis* magnis *exornata erat*. *Viſum*, ſine addito *eſt* ſcripſit Guelf. 3. & nos cum illo. Denique Franc. *aggrediendi tempus v. e.* Valde ignarus Latinitatis Salluſtii & optimi cujusque. En, tiro, ex multis pauca exempla. Cat. *c.* IV. n. I. *non fuit* conſilium, *ſecordia atque deſidia bonum otium* conterere. *cap.* XVII. n. 6. *quibus in otio -- vel molliter* vivere copia *erat*. Supra *cap.* III. extr. *Niſi* lubido *tenet*, *potentiae paucorum decus atque libertatem ſuam* gratificari. infra *cap.* CII. num. 5. *nobis* neceſſitudinem *demeres te & illum* perſequi. Livius XXI. *c.* LIV. *Nunc corpora* curare tempus *eſt*. Terentius Hecyr. Act. IV. Sc. II. *v.* 21. tempus *eſt* concedere. Claud. I. Rapt. *v.* 219. *Rem* peragi tempus. Virgil. Eclog. VIII. *v.* 89. *Talis amor teneat nec ſit mihi* cura mederi. II. Aen. *v.* 10. *Sed ſi tantus* amor *caſus* cognoſcere *noſtros*, *Et breviter Trojae ſupremum* audire *laborem*. ubi vide Servium. Corn. Nepos Lyſandr. *c.* III. *iniit* conſilia *reges* tollere. Cic. pro Quinct. *c.* XVI. extr. *eadem te hora* conſilia *cepiſſe hominis propinqui fortunas funditus* evertere. II. Verr. *c.* XVII. *capit* conſilium, *non* adeſſe *ad judicium*. adde Daviſium in Caeſar. VII. Gall. *c.* XXVI. & LXXI. Sed & Arnobius I. adv. Gent. pag. 17. *Nonne vos* cogitatio *ſubit* diſquirere. Sulpic. Sever. II. Hiſt. *c.* XVI. Holofernem cupido *inceſſit*, *dediticiae corpore* abuti. Paullinus Nolan. Carm. III. *v.* 6. *male* velle facultas *Nulla ſit ac bene* poſſe *adſit tranquilla* poteſtas. Carm. V. *v.* 5. *cui plena* poteſtas *Brutis ingenium*, *vocemque* infundere *mutis*. Sed pauca promiſimus. adde tamen III. Hiſt. Orat. Macri n. 13. In quibus ea ſubeſt ratio, quod Verba infinita pro Subſtantivis, plerumque quarti Caſus, uti alibi ſumuntur, & dictiones *animus eſt*, *conſilium eſt*, aliaque tanquam Verba intelliguntur, quod partim agnoſcas ex Jug. *c.* XXXI. n. 13. partim ex Cat. *c.* VII. n. 4.

4. INTER INGENTES SOLITUDINES O. M. A. V. *Ingentes* deeſt Guelf. 4. at Uratiſl. 2. *ſolitudines* omiſit. male uterque. Infra *c.* XCII. n. 5. *Erat* inter ceteram planiciem *mons ſaxeus*. Gruterus

ſum. Erat inter ingentis ſolitudines oppidum magnum atque va- 4
lens, nomine Capſa: cujus conditor Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fideliſſumi habebantur: muniti advorſum hoſtis non moenibus modo,
& armis atque viris, multo magis locorum aſperitate. Nam, prae- 5
ter oppido propinqua, alia omnia vaſta, inculta, egentia aquae, infeſta

terus edidit: *magnum atque validum*. Waſſii noſtrique omnes *valens*: ut ſupra *c.* LXIX. n. 3. *opulens*, & Cicero, *firma civitas atque valens*.

NOMINE CAPSA. Corrupte vett. quidam impreſſi, *Tapſa*. MS. Oroſii, *Chapia*. Strabo Κάψα. De qua plura Cellar. IV. *c.* IV. p. 140.

HERCULES LIBYS MEMORABATUR. Guelf. 10. & Heuſſ. *Libiis*; Senat. 2. *Lubis*; *Libys* poſitionem vide ſupra *c.* XVII. n. 1. Baſil. 1. *libris memoratur*: quae lectio Cl. Iſelio placebat, qui, ſi hic locus dematur, parum certum & exploratum *Herculem* illum *Libycum* eſſe, judicat: neque *Herculem Libyn* in ſex illis, quos nomine commemorat, recenſet Tullius III. de Nat. Deor. *c.* XVI. & ipſe Criſpus ſupra *c.* XVIII. unum tantum Herculem agnoſcit; denique quidquid alii pro eo ſtabiliendo adferunt, pro infirmo habet Vir ille doctiſſimus, nobisque amiciſſimus. Florus nude, *urbem* Herculi conditam *Capſam*; Oroſius autem ab *Hercule Phoenice* conditam ſcribit. is forte idem erit cum *Hercule Libye*. Eſt tamen apud Morellum Specim. r. numm. Tab. VI. nummus Poſtumi, cum inſcriptione: HERCVLI. LIBYCO. Neque neceſſario adfirmandum eſt, eum propterea Africa oriundum eſſe, cum *Libys* dicatur: cum a tranſitu ejus per Africam, a lucta ejus Antaea hoc nomen illi haeſiſſe poteſt: etiamſi id hoc quidem loco aliqua cum difficultate conjunctum eſſe videatur. De tranſitu illo vide Solinum *c.* XXV. Servium ad IV. Aen. *v.* 196. Idem ad VIII. Aen. *v.* 564. poſtquam docuerat, omnes viros fortes Hercules eſſe dictos, addit: *Licet eos* (Hercules) *primo* XLIV. *enumeraverint*. *Hinc eſt quod legimus Herculem Tirynthium*, *Argivum*, Libyum, *Thebanum*. Haec ille. Sane permulta Herculis in Africa veſtigia paſſim reperiuntur; & ſi ille idem eſt, quem Graeci Ζῆνα Λίβυν, ut Nonn. Dionyſ. III. *v.* 282. vocare ſolent, quod multis probari poſſet, jam non dubius erit *Hercules Libys*. Haec noſtra ſententia. Sed olim etiam cum Cl. Iſelio dubitamus: eo magis, quod ex gravitate Salluſtii fuiſſe videbatur, tale nomen, quale hic *Libys* eſt, non addi, aut potius *Libybus memorabatur* ſcribere.

LEVI IMPERIO, ET OB EA F. HABEBANTUR. Palmerius malebat *leni imperio*, atque ita Berneggerus ad Juſtin. V. *c.* 1. n. 11. atque ea quidem facile confunduntur. *Aſpere imperare*, quod alibi dicitur, & *leni*, & *levi* opponitur. Alibi etiam *crudele*, *immoderatum* imperium, cui itidem *lene* reſpondet. Seneca Phoeniſſ. *v.* 659. *Qui vult amari*, languida *regnet manu*. *Habebantur* odioſum eſt Grutero, quod pro *erant* poſuit Criſpus, ut Cat. *c.* 1. n. 3. *divitiarum atque formae gloria fluxa atque fragilis*; *virtus clara aeternaque* habetur. ita ſupra *c.* XLIV. n. 1. *ſine imperio atque modeſtia* habitus, qui locus geminus plane. nam & ibi Verbum *habere* duplici, ſed non multum diverſa, ſignificatione hominibus reſpondet. qua de re vide notam ad *c.* XXXVIII. n. 9. Edd. vett. habent, *Cujus cives*; ſed *cujus* quatuor ante voces poſuerat.

VERUM ETIAM MULTO MAGIS LOCORUM ASP. Vinar. 1. *ver. e. m. magis ſiti & etiam locorum aſperitate*. Guelf. 9. *ver. etiam ſitu ac multo magis loc. aſp.* at 3. *verum etiam ſitu atque locorum aſperitate*, omiſſis *multo magis*. Illud *ſitu* eſt vox nihil, & orta ex interpretatione τῶ *locorum aſperitate*. Sed *etiam* non comparet in Guelf. 11. cujus loco *quod* ille, an *quoque?* ſcripſit. & Eccard. omittit *verum*. Ergo ſcribendum; *non moenibus modo & armis atque viris*, multo magis *locorum aſperitate*. *multo magis* dixit, pro *ſed multo magis*, quod ex nota ad *c.* LXXXVIII. n. 4. conſtabit: & poſt *non modo*, omitti *ſed etiam*, dixi ſupra ad *c.* XXXIII. n. 4. nihil certius.

5. PRAETER OPPIDO PROPINQUA. Academ. Fabric. 2. Berger. Remenſes, Incerti, Eccard. Guelf. 6. 9. 10. 11. 12. & edd. vett. *propinqua loca*, aut *loca propinqua*. quomodo etiam ſupra peccaverant. Alii *oppida propinqua*; Edd. Viteb. & Lipſ. 1510. *oppidum propinqua*. Supra *c.* XII. num. 2. *Reguli interea in loca* propinqua theſauris *alius alio conceſſere*. *c.* XLVIII. num. 4. *media autem planicies deſerta*, *praeter* flumini propinqua. ubi male *loca* additur. *Vaſta*, *inculta* non eſſe ſollicitanda ex eod. *c.* n. 3. patet, *vaſtus ab* natura, & *humano* cultu. prius hic *vaſtum*; alterum *incultum* haud male vocat.

Digitized by Google

infeſta ſerpentibus : quarum vis , ſicuti omnium ferarum , inopia
cibi acrior. adhoc natura ſerpentium ipſa pernicioſa ſiti magis ,
6 quam alia re , accenditur. Ejus potiundi Marium maxuma cupido
invaſerat ; cum propter uſum belli , tum quia res aſpera videbatur ; & Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat , haud diſſimiliter ſitum munitumque : niſi quod apud Thalam haud longe a moenibus aliquot fontes erant ; Capſenſes una modo , atque ea intra oppi-

cat . infra Guelferbyt. II. *egentia* , nude & abjecto nomine *aquae* . male , ut arbitror.

INFESTA SERPENTIBUS . Guelf. 6. *pro ſerpentibus infeſta ; 9. infeſta ſerpentibus immutata ;* Fabric. 2. & Veneta 1470. *infeſta a ſerpentibus* . male. Noſter Cat. *c.* XV. n. 4. *dis hominibusque* infeſtus. ubi vide plura. *Serpentes* illae etiam carmine celebres ſunt . Silius I. *v.* 212. *Sed qua ſe campis ſqualentibus Africa tendit* , Serpentum *largo coquitur fecunda veneno* . Horatius II. Sat. VIII. *v.* 95. *ut nihil omnino guſtaremus ; veluti ſi Canidia adflaſſet pejor* ſerpentibus Afris . quod male ſollicitant. Florus de eadem urbe, *anguibus areniſque vallata* . Mox *ſicuti* non eſt in Uratisl. 2.

NATURA SERPENTIUM IPSA PERNICIOSA . Acad. *ſerpentium natura* . Berger. *natura ipſa ſerpentum ;* Guelf. 9. *ſatis per ſe ipſa ; 6. per ſe ipſa pernicioſa* . Sic *c.* IV. n. 8. *quaſi praetura & conſulatus* — per ſe ipſa *clara, magnifica ſint*. atque ita alii, Noſterque alibi, ut adnotatum ad eum locum . Nihilominus plerique Codd. *nat. ſerpentium ipſa* . At Fabriciani, Incert. I. & Veneta 1470. etiam *ipſa* omittunt : quos parum vidiſſe , cenſeo . Nam *ipſa* hic pro *in ſe* , *per ſe ipſa* ponitur , & ad proximum *accenditur* , quod innuit accedere aliquid naturae ſerpentium, reſpicit. Ita Livius XXXIII. *cap.* XLII. C. *Flaminii cauſſa* ipſius , *patrisque* . quomodo & Noſter Catil. *c.* XXXI. n. 7. *Natura ſerpentium*, i. ſerpentes, uti ſaepiſſime Lucretius . e. g. III. *v.* 303. *At* natura boum *placido magis aere vivit* . vide Tan. Fabrum ad I. *v.* 132.

6. EJUS POTIUNDI M. M. CUPIDO INV. A. eadem. *Cujus potiundi*. Vinar. I. *maxima libido invaſerat* .

TUM QUIA RES ASPERA VID. Eccard. *tum propter quia* , &c. putide ſatis . Supra *cap.* XLIII. num. 4. *cum* propter *artis bonas* , *tum maxime* quod *adverſum divitias invictum animum gerebat* .

OPPIDUM THALAM MAGNA GLORIA . Fabric. I. & duo alii : *oppidum Thala* . vide de iſta occupatione & urbe ipſa *cap.* LXXV. LXXVI. ubi *Thalam* leges . Eccard. *maxima gloria acceperat* . Vinar. I. *maxima gl. ceperat*. Franc. *haud aliter ſitum munitumque ;* ſed Eccard. *munitumque* omittit . Melius fuiſſet : *haud diſſimiliter munitum*, nam illud ſimul *ſitum* naturalem exprimit, n. 5. Sed hoc locus vix patitur.

NON LONGE A MOENIBUS A. F. E. Vinar. I. *haud procul a moenibus* . Supra *c.* XXVII. n. I. *Erat* haud longe ab *eo itinere* , *quo Metellus pergebat* . Guelf. 3. *aliquod fontes* , emendatum a manu ſecunda, *aliqui fontes* .

ATQUE EA INTRA OPPIDUM , JUGI AQUA . Gu. 6. *una modo jugi aqua, & ea erat intra oppidum , ſed cetera* &c. quae ab Gloſſatoribus conficta eſſe, nemo non videt. 9. & II. *atque ea intra erat oppidum*, quod eodem pertinet . Verbum Subſtantivum intelligendum eſt , & vidimus talia ſupra ad *c.* LXXIII. num. 3. Senat. I. & Eccard. *ea* omittunt : & quamvis hoc Pronomen abjici poſſet , tamen conſervandum puto . Supra *c.* XIV. n. II. *fratre meo*, *atque* eodem *propinquo ſuo* , *interfecto* . ubi vide. Capitolin. Marco *c.* XXV. *nam & praefectum Praetorio ſibi fecerat* , *qui* & ipſe *occiſus eſt* . *Oppidum* deeſt Franciano, & *atque* Gu. 10. Mox I. *jungi aqua ;* 2. *jugi aquae* . Immo *jugis aqua* , pro perenni, ſeu ſcaturiente, qualis in puteis, illis erat intra oppidum. Cic. II. de Div. *c.* XIII. *Etiamne futurum eſſe* , aquae jugis *colore praeſentiunt*. Plaut. Pſeud. Act. I. Sc. I. *v.* 82. *Nam is mihi* theſaurus jugis *in noſtra eſt domo* . Noſter *fontem* & *jugem aquam* bene conjungit.

CETERA PLUVIA UTEBANTUR. Uratisl. 2. *cetera animalia pluvia utebantur ;* Fabric. 2. *per cetera* , ab interprete , qui *cetera* quarto caſu accepit , Graeco more, pro *quod ad cetera*. de quo ſupra ad *c.* XIX. n. 7. cetera *ignarus*. Reliqui *cetera* acceperunt ſexto Caſu, cum & ſupra *ceterum exercitum* dixit, *c.* LXI. num. 2. & hac conſtructione idem ſenſus efficiatur , per *cetera* aqua , *qua* utebantur , *pluvia* erat . Auct. B. Alexandr. *c.* XVI. *reliquae* propinquam fugam *ad oppidum capiunt*. Veneta 1470. *utuntur*.

7. IBIQUE, ET IN OMNI AFRICA. Fabric. I. Guelferb. 9. & 10. *ubique :* quae confunduntur

Digitized by Google

oppidum , jugi aqua , cetera pluvia utebantur. Id ibique , & in 7 omni Africa , qui procul a mari incultius agebant , eo facilius tolerabatur , quia Numidae plerumque lacte & ferina carne veſcebantur , neque ſalem , neque alia irritamenta gulae quaerebant : Cibus illis advorſum famem atque ſitim, non lubidini, neque luxu- 8 riae erat.

CAP.

tur etiam Catilin. *cap.* LX. extr. vide & ſupra *c.* LXXV. n. I. Guelferb. 7. neglexit Conjunctionem *&*.

QUAE P. A MARI INCULTIUS AGEBAT. *Procul a mari* noſtri Codd. at Carrio & Gruterus: *procul a mare*. Rivius vidit libros, qui haberent *procul mari*, expulſa Praepoſitione, ut Cicero ex Poeta, *patria procul ;* Lucretius, *ambitione procul ;* Curtius, *procul urbe*. Liv. VII. *c.* XXXIX. & *haud* procul Anxure *eſſe ;* & *ruri agere vitam* procul ambitione *ac* foro *conſtituit*. At Noſter Cat. *c.* IV. n. I. & ſupra *c.* IV. n. 2. *procul* a *rep. aetatem habere*, *agere*. Gu. I. *incultus agebat ;* 7. *agebantur*. Vinar. 2. Senat. 2. Heuſſ. Acad. Franc. Guelf. II. & I2. *agebatur* , quod incuria librariorum corruptum eſt ex *agebant*, quod clare legitur in Guelf. 4. & I0. Scribendum: *qui pr. a mari incultius agebant*. Ita ſupra *c.* XVI. n. 2. *Vicit tamen in Senatu* illa pars , qui *vero pretium aut gratiam* anteferebant. ubi locum citatum adeas. adde & *c.* LVIII. n. 2. Sic vero *c.* XIX. n. 5. *Super Numidiam Gaetulos accepimus partim in tuguriis*, *alios* incultius *vagos* agitare.

LACTE ET FERINA CARNE VESCEBANTUR . Uratisl. I. *quia Numidiae plerumque lacte* cet. mihi illud *Numidae* valde ſuſpectum eſt , & probe intelligitur. Franc. & edd. vett. *Numidae plerique*. Remenſ. I. *& ferina carne veſcabant*. Alii vocem *carne* omittunt; ſcilicet quia *bubula* , *ſuilla* dicimus. Plane , ut Lipſius contra auctoritatem vett. librorum *potionem* expungere jubebat in Plin. VII. *c.* LIII. *edita caena* calidam potionem *in pultario popoſcit*. Is etiam XXIII. *c.* VII. Bubulas carnes *additi caules magno ligni compendio percoquunt*. Tacitus XIII. *c.* XVI. frigida *in* aqua *adfunditur venenum*. Sic *dextra manus*, *homo adoleſcens* paſſim, & apud Noſtrum. Cic. Laelio *c.* III. *ut ex tam alto dignitatis gradu ad* ſuperos *videatur* deos *potius*, *quam ad inferos perveniſſe*. Cat. *c.* XXXI. num. 7. inquilinus civis *urbis Romae*. Columella Praefat. X. *cum parcior apud priſcos eſſet frugalitas*, *largior tamen pauperibus uſus fuit epularum* , *lactis copia*, ferina*que ac domeſticarum pecudum* carne. LACTIS autem & *ferinae* uſus antiquiſſimus. Ovidius IV. Faſt. *v.* 369. Lacte *mero veteres uſi memorantur & herbis Sponte ſua ſi quas terra ferebat*, *ait*. Noſter ſupra *c.* XVIII. n. I. *quis cibus erat* caro ferina *& humi pabulum*. Caeſar IV. Gall. *c.* I. de Germanis: *neque multum frumento*, *ſed maximam partem* lacte, *atque* pecore *vivunt*, *multumque ſunt in venationibus. quae res & cibi genere*, *& quotidiana exercitatione & libertate vitae & vires alit*, *& immani corporum magnitudine efficit*. v. Gall. *c.* XIV. lacte *&* carne *vivunt*.

NEQUE SALEM , NEQUE ALIA IRRITAMENTA GUL. Excellentiſſima voce *irritamenti*, & egregia deſcriptione uſus eſt. Utinam omnes agnoſcerent, ſalem ceteraque condimenta non aliud, niſi irritamenta gulae eſſe. Auſon. Idyll. V. *Nec noſtros reticebo cibos*, *quos priſcus habet mos* , Irritamentum *quibus additur aequoreum* ſal. Priſcorum Heroum tempore varietatem ciborum & condimenta cognita fuiſſe , rectiſſime negat Plato: & fruſtra contrarium probare nititur Marſilius Cognatus III. Var. Obſerv. *c.* IX. Locum Homeri, quo ſalis uſum multis Trojano ſaeculo incognitum fuiſſe , adfirmat , bene vindicavit Jo. Brodaeus VI. Miſcell. *c.* III. *alia* omittunt Guelf. 7. & Veneta 1470. in Eccard. *neque* haud legitur.

8. CIBUS ILLIS ADVORSUM FAMEM. Gu. 9. *cibus*, *potus illis*, Berger. *cibus illis & potus ;* edd. Pompon. & adſeclae, *cibus potuſque*. mox Guelf. 4. *ſitim* omittit. Quae omnia inde profluxerunt, quod *Cibum* non ſimul *potum* denotare exiſtimarunt. Ea enim de cauſſa Rivius etiam laborat, & poſtremo *lac* illis *cibo* ac *potui* fuiſſe concludit, quod vero eſt argutari . *Cibum* potiorem partem , pro *cibo* & *potu* dixit, uti alii *victum*, pro *victu* & *cultu*, uti nos precamur τὸν ΑΡΤΟΝ ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, uti Noſter Cat. *c.* II. n. 8. *dediti ventri*, pro voluptatibus corporis. Ita & Cicero Parad. I. *cap.* II. *pecuniam*, pro omnibus bonis, & ibidem: *num ullam cogitationem habuiſſe videantur*, *aut* argenti *ad avaritiam*, *aut amoenitatum ad delectationem*. ubi ſcioli fecerunt , *aut auri* , *aut argenti*. Ita *ſimulare* frequenter pro *ſimulare & diſſimulare ;* uti *Caſtores*, *gemini Caſtores* , pro *Caſtore* & *Polluce*. adde Gellium XVII. *c.* II. ubi *verba dare*, pro *actione fallere* habet.

C A P. XC.

xcv

1 Igitur Conſul, omnibus exploratis, credo, dis fretus, Nam contra tantas difficultates conſilio ſatis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quod Numidae pabulo pecoris magis, quam arvo ſtudent, & quodcumque natum fuerat, juſſu regis in loca munita contulerant, ager autem aridus & frugum vacuus ea tempeſtate, Nam aeſtatis extremum erat; tamen pro rei copia ſatis pro-

Terentius Eunuch. A. v. Sc. viii. *propino*; Auſonius Parental. Epigr. ii. *patres*, pro *majoribus*, haud diſſimiliter uſurpant. Idem Auſon. Profeſſ. Epigr. iv. abſtemius *cibi atque vini*. Ita alii *congiarium*, *antidotum*, alia multa. ita *cibo abſtinuit*, pro *cibo ac potu* paſſim.

Non lubidini, neque luxuriae erat. Vinar. 2. & Uratisl. 2. *non lub. atque luxuriae erat*. Berger. *non libidine neque luxuria erat*. Contra corrupti illi Romani. vide Cat. c. xiii. n. 3. At oſtendit antiqua illa & minus corruptarum gentium conſuetudo, quod Horatius docet, *Vivitur parvo bene*, quod & Seneca Epiſt. xxv. demonſtrat. adde Rappolt. Comment. in Horat. p. 294. & 302. ſeqq.

CAP. XC. 1. Credo diis fretus. Franc. *credo diis faventibus*. Baſil. 1. Fabric. 2. Senat. 1. Vinar. 2. Guelf. 1. 2. & 3. *dis fretus*. Id Salluſtius non fruſtra addidit, ſive, ut Marium fortunae ſuae confidiſſe declararet, de qua c. xciii. n. 1. ſive religionem ejus, qua aruſpicibus ſagisque nimium deditus erat indicandi cauſſa, de qua ſupra ad c. lxiii. n. 1. Ad prius illud pertinet, quod *conſilio* opponit, quemadmodum infra c. xcii. n. 6. *Sed ea res* forte, *quam* conſilio *melius geſta*.

Consilio satis providere non poterat. Ab Fabriciano, quem Rivius tractavit, exſulavit particula *contra*, ut intelligendum eſſet, *difficultates providere*, ſicuti apud Terentium: *quae ſi non aſtu providentur*. Noſtri omnes eam ſervant, & multo rectius. At Veneta 1470. omittit particulam *ſatis*; nec id bene. Guelf. 10. *providere nequiverat*.

Frumenti inopia tentabatur. Fabriciani, *inopia agitabatur*, ex Gloſſa haud valde erudita. ea enim *inopia* accepit pro ſexto Caſu: ut Lucretius vi. v. 1101. *Nonne vides etiam caeli* novitate *& aquarum* Tentari, *procul a patriis domoque quicumque adveniunt*. Ita *morbo tentari*, atque Florus iv. c. ii. n. 27. *Sic* fame *caſtra* tentata *ſunt*. ubi Cl. Duckerus exiſtimat, Salluſtium eodem modo locutum eſſe. Non ita eſt. *Inopia* eſt prima Poſitio, & Criſpo illae res dicuntur *tentari*, quae, periculum eſt, ne eveniant; aut quas quaerimus, experimur, ut eveniant. vide notam ad ea c. l. n. 1. *hoſtes crebro impetu & tranſvorſis praeliis iter ſuum remoraturos*, &, *quoniam armis diffiderent*, laſſitudinem & ſitim *militum* tentaturos. Atque ita proprie magis loquitur. Veneta 1470. *inopia tenebatur*. Mox Vinar. 2. Incerti, Franc. *quia Numidae*.

Quam arvo student. Illud *quam* haud agnoſcit Eccardianus: mallem hoc retineri, & abigi *magis*, quod paſſim ante *quam* Noſter omittit. vide ad Catil. c. xx. extr. *Arvo* i. agro arando, colendo, conſerendo parum ſtudent, quia, ut memoraverat, plerique lacte & ferina carne veſcebantur.

Quodcumque natum fuerat. Senat. 1. *quodc. fuerat natum*. Edd. Pompon. cum traducibus: *quodcunque ſemen natum fuerat*. Male. *natum* dicitur etiam de proventu inanimo, ut Noſter ſupra c. lxxix. n. 6. *per loca aequalia & nuda* gignentium. Columella iv. c. xxiv. *Sarmenta lata*, *vetera*, *male* nata, *contorta*, *deorſum ſpectantia recidito*.

Ager autem aridus et frugum v. e. t. *Autem* omiſit Guelf. 11. Mihi vox *aridus* plus quam ſuſpecta eſt, & derivata ex c. xlviii. n. 3. aut aliunde adtracta videtur: nam quid hic agat, nihil eſt. Niſi forte Salluſtium talem Phyſicum facere velis, qui agro arido fruges citius matureſcere ſtatuerit. Grutero non haec, ſed *ea tempeſtate* videntur ex Gloſſa. ſcilicet quia ſequitur, *nam aeſtatis extremum erat*. in quo ab illo diſſentio. At *erat* non comparet in Guelf. 4. idque Incert. 1. alio exhibet loco.

Tamen pro r. c. satis providenter exornat. Rem. 1. *& tamen pro rei copia*. Parum juvat. Viderat autem ille hoc *tamen* ad verba, quae ſunt ante Parentheſim, relata parum cohaerere. quod tamen vitium nullum eſt: ſiquidem ea, quae interponuntur, lectoris animo hac-

providenter exornat: pecus omne, quod ſuperioribus diebus praedae fuerat, equitibus auxiliariis agendum adtribuit; A. Manlium 2 legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi ſtipendium & commeatum locaverat, ire jubet, ſe praedabundum poſt paucos dies eodem venturum. Sic incepto ſuo occulto pergit ad flumen 3 Tanam.

CAP.

haerentia neceſſario particulam flagitant. Atque ita Cicer. VI. epiſt. XIV. n. 9. *Tu fac habeas fortem animum ---- quod ea de rep. ſemper voluiſti atque ſenſiſti*, ut non modo cum ſecunda ſperare debeas; *ſed etiam ſi omnia adverſa eſſent*, tamen *conſcientia & factorum & conſiliorum tuorum, quaecumque acciderent, fortiſſimo & maximo animo ferre deberes*. Franc. *ſatis provide;* Fabric. I. & Eccard. *ſatis evidenter exornat.* male. per particulam *providenter* iteratur idem ſenſus, qui ante Parentheſin fuit poſitus, ut Cic. IX. epiſt. XVI. n. 2. *Sic, mi Paete, habeto:* quidquid arte fieri poterit (*non enim jam ſatis eſt conſilio pugnare: artificium quoddam excogitandum eſt*) *ſed tamen* quidquid elaborari, *aut* effici potuerit *ad iſtorum benevolentiam conciliandum & colligendum, ſummo ſtudio me conſecutum eſſe*. Atque talia quaedam notamus ſupra ad *c.* LXVI. n. 2. plura ad Cic. XV. epiſt. X. n. I. EXORNAT autem intellige *iter* ad Capſam, de quo hoc & ſuperiore cap. mentio. Nam exornare eſt *inſtruere*, *adparare* apud Noſtrum. vide ſupra ad *c.* LXXXV. n. 39. atque eodem modo Cicero, *adornare petitionem & inſtruere*, *exornare teſtem.* item Terentius, *ornare fugam.* Eunuch. A. IV. Sc. IV. *v.* 6. & A. III. Sc. V. *v.* 34. Nomen vero *iter* non exprimitur, ſicuti ſaepius Criſpus *parare*, *comparare* praeciſe poſuit. vide ad *c.* XCII. extr.

2. AGENDUM ATTRIBUIT. Eccard. *de ſuperioribus diebus ---- auxiliaris;* Guelf. 4. inter lineas oſtendit *agendum;* Rem. I. Uratiſl. 3. Eccard. & Guelf. 3. *agendum tribuit;* Fabric. 2. *diſtribuit*, quod ſequitur *c.* XCI. n. I. *Agere* de pecore dicitur, quod propellitur eo, quo volumus: inde *actus* & *abactus*. inde *agere praedam.* vide ſupra *c.* XX. n. 8. Curt. III. *c.* XI. n. 17. Agebantur *ergo a tam paucis* pecorum *modo: & idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur*.

A. MANLIUM LEGATUM. Vinar. I. *Auxilium Manlium legatum.* vide eum ſupra *c.* LXXXVI. num. I.

AD OPPIDUM LARIS. Ita MSS. & Ven. 1470. At Franc. & edd. Pompon. *ad oppidum Larim.* Sed illud *Laris*, quo Caſu dictum ſit, ambigunt interpretes, dum alii quartum putant plurium Numeri; alii patrium Caſum ſingularem ſtatuunt, in quis Perizonius ad Sanct. II. Min. *c.* III. nempe ut *oppidum Patavii*, *flumen Rheni*, *mons Synae*, *fons Arethuſae*, alia dicuntur, de quibus vide Cl. Ducker. ad Flor. II. *c.* VI. n. 18. At Itinerar. *Laribus*, & Auguſtinus, *a Laribus* ſcribunt. quod quamquam a Ptolemaei oppido Λάρης ſitu haud parum abeat, ut demonſtravit Cl. Cellarius IV. *c.* V. pag. 174. mihi tamen magis placet *Laris* Accuſativo Caſu: cum & in aliis oppidis Itinerario & Ptolemaeo; huic etiam & Salluſtio haud ſatis conveniat. Idem fere in oppido *Tralles* adnotatum ad Cic. III. epiſt. V. n. I.

DICITQUE, SE PRAEDABUNDUM. Vox prima tolli poſſet, inquit Gruterus, niſi eam retinerent MSS. ad unum omnes. Noſtri etiam retinent; nihilominus delevi, cum vel centies apud Noſtrum illud Verbum ab librariis intrudatur, & partim Codd. meliores, partim viri docti jam dudum ſuſtulerint. Locus geminus eſt infra *c.* CIX. n. 3. *Tum rex, uti praeceptum fuerat, poſt diem decimum redire* jubet, ac *nihil etiam nunc decreviſſe, ſed illo die reſponſurum.* ubi vide. Eccard. Guelf. 7. & 9. omittunt *ſe.* quod tamen conſervandum cenſeo; etſi ſaepius illud etiam penes Verba infinita Noſter reticeat.

3. SIC INCEPTO S. OCCULTATO. *Sic* omittit Guelf. 3. iſque una cum 6. 12. & Eccard. *incepto ſuo occulto.* quod ita in *occultato* corruptum videtur, ut ſupra *excitus*, in *excitatus; exercitus*, in *exercitatus; tuta*, in *tutata.* vide *c.* LXXI. n. I. *c.* LXXIV. extr.

AD FLUMEN TANAM. Ita vix unus & alter MSS. Senat. I. Fabric. I. Gu. 2. 4. & 9. *Tanam;* Gu. 7. *Thanai;* Baſil. I. Vinar. 2. Fabr. 2. Incerti, Acad. Berger. Gu. 10. & Veneta 1470. *Tanaim*, vel *Thanaym;* Gu. II. *Dianaim;* Uratiſl. I. *Tanari;* Heuſſ. *Tamen.* At Gu. I. omittit nomen proprium. Ceteri cum edd. Pompon. & adſeclis *Tanam. Tanan* ſcribendum, aut *Tanin* potius.

CAP.

C A P. XCI.

XCVI.

1 CEterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item
turmas aequaliter diſtribuerat, & ex coriis utres uti fierent,
curabat: ſimul & inopiam frumenti lenire, &, ignaris omnibus,
parare, quae mox uſui forent. denique ſexto die, cum ad flumen
2 ventum eſt, maxima vis utrium effecta. Ibi caſtris levi munimento
poſi-

CAP. XCI. 1. PECUS EXERCITUI PER CENT. Interpretes plerique male; quidam etiam ridicule locum capiunt: nec ſcio, qui veram ſententiam propoſuerit, quam Phil. Melanchthonem. Vulgo intelligunt, pecus hoc agendum non equitibus tantum, ſed centuriis etiam peditum datum eſſe; quod tamen manifeſto peccat in *c.* XC. n. 2. Intellige autem, Marium, quia inopia frumenti erat, pecus (boves, oves, cet.) aequaliter centuriis & turmis diſtribuiſſe, ut eo pro cibo uterentur, ex mactatorum autem coriis utres facerent. Quo facto duo ſibi opportuna obtinebat. alterum, ut inopia frumenti leniretur; alterum, ut ipſi milites neſcirent, cui bono utres conficerentur. Saepe autem eodem conſilio uſi ſunt maximi duces, ut pro frumento pecus militibus darent. Caeſar III. Civ. *c.* XLVII. *non, illis hordeum cum daretur, non legumina recuſabant: pecus vero, cujus rei ſumma erat ex Epiro copia, magno in honore habebant.* Idem VII. Gall. *c.* XVII. *uſque eo, ut complures dies milites* frumento *caruerint, & pecore, e longinquioribus vicis adacto, extremam famem ſuſtentarent.* Vegetius IV. *c.* VI. obſidionem timentes docet omne genus animalium comparare, *ut adminiculo carnis frumenta ſufficiant.* quod erat & Marii conſilium. Venetae 1490. 1493. Viteb. & Lipſ. 1510. *in itinere quotidie quadraginta duo pecua exercitui* cet. quae ineptia inde orta, quod Guelf. 4. Uratiſl. 3. Franc. & Venet. 1470. ſcribunt, *per centurias, item turmas* XXX. *duo* (vel *duas*) *aequaliter diſtribuerat.* id vero ex Gloſſa *ad turmas* profluxit, qualem vidi in Guelf. 2. ubi ſupra vocem *turmas*, adſcribitur, XXX. *milites.* vide ſupra *c.* XLIX. n. 2. Remenſ. 1. *exercitus per centurias.*

AEQUALITER DISTRIBUERAT. Ita nempe, ut ſi centuria quaeque acceperat v. gr. decem oves, ſingulae turmae acciperent *tres*. At Ciacconius, Legerem, inquit, *diſtribuebat*, ſequitur enim *uti fierent curabat.* Atqui *diſtribuebat* eſt in Franciano; ſed perperam. Nam iſta mutatio Temporum eſt Salluſtio longe familiariſſima. Melius tamen Guelf. 3. a prima manu: *aequaliter diſtribuere.* Atque ita Catil. *c.* LVI. n. 4. *hoſtibus occaſionem pugnandi non* dare: ſperabat *ſeſe prope diem magnas copias habiturum.* Supra *c.* XV. n. 2. *Jugurthae virtutem* extollere *laudibus: gratia, voce, denique omnibus modis* nitebantur. *c.* XLIII. n. 4. *reges ultro auxilia* mittere: *poſtremo omnis civitas ſummo ſtudio* adnitebatur.

SIMUL ET INOPIAM FRUMENTI LENIRE. I. quo facto ſimul & inopiam cet. Baſil. 1. Acad. Guelf. 1. & 2. omittunt Conjunctionem *&*. eamque delendam putat Waſſius. Male. Haeſitaſſet ille certe, ſi locum cepiſſet. Nam *ſimul* denotat tantum eodem tempore, eodem facto effectas eſſe duas res: eas res diſtincte ſemper per *&*, *&* Noſter proponit. At ubi alterum horum non exprimi neceſſe eſt, ibi *ſimul — &* ſeſe excipiunt. *Lenire* inopiam, pro *levare*, ut Cat. *c.* XXIII. n. 3. *lenire invidiam.* ubi vide. Eccard. *leniebat*; Guelf. 10. omittit *frumenti.*

ET IGNARIS OMNIBUS PARARE. Guelferb. 1. *pararet.* Eccard. vacat *mox*. Palmerius ex conjectura: *& gnavus omnia.* Immo, nec milites ſciebant, qua de cauſſa aut in quem finem utres facerent, cum crederent, ne coria perirent, eadem effici. Id ita Marius cupiebat, quo tanto occultius inceptum ſuum eſſet, & ne perfugae quidem Jugurthae indicare poſſent.

SEXTO DIE, CUM AD FLUMEN. Guelf. 10. *ſexta die*; 11. delet *cum*; Eccard. *apud flumen v. e.* Guelf. 3. *ventum eſſet*. qui ferme damnat Verbum Subſtantivum. Ea, *maxima vis utrium effecta*, non comparent in Guelf. 11. *Maxima vis*, pro maxima multitudo illuſtravimus ad *c.* LXXV. n. 7. Guelf. 12. *effeta*.

2. LEVI MUNIMENTO POSITIS. Eccard. *leni munimento.* Mox Vinar. 2. & Acad. *cibum capere jubet.*

SIMUL CUM OCCASU S. EGREDERENTUR. Vide ſupra ad *c.* LXVIII. n. 2. pariter cum *occaſu ſolis expeditos educit.* Franc. & Gu. 10. *adgrederentur.*

At

poſitis, milites cibum capere, atque, uti ſimul cum occaſu ſolis e-
grederentur, paratos eſſe jubet: omnibus ſarcinis abjectis, aqua mo-
do ſeque & jumenta onerare. Dein, poſtquam tempus viſum, caſtris 3
egreditur, noctemque totam itinere facto, conſedit. idem proxuma
facit. dein tertia, multo ante lucis adventum, pervenit in locum
tumuloſum, ab Capſa non amplius duum millium intervallo: ibi-
que, quam occultiſſume poteſt, cum omnibus copiis opperitur. Sed 4
ubi dies coepit, & Numidae nihil hoſtile metuentes multi oppi-
do egreſſi; repente omnem equitatum, & cum his velociſſimos pedi-
tes curſu tendere ad Capſam, & portas obſidere jubet: deinde ipſe
inten-

At *egrederentur* intelligit *caſtris*. Infra c. CVI. n. 4. *prima vigilia ſilentio* egredi *jubet*. addit Nomen n. 3.

SEQUE ET JUMENTA ONERARE. Vinar. 1. *& ſe, & jumenta onerare;* Eccard. *ſeque jumenta onerare*. Prior ille interpretari voluit *ſeque, &*, eo modo, quo nos ſupra ad c. VI. n. 3. Rem. 1. *onerarent:* Veriſſima eſt recepta lectio, in quam ſenſu additur *jubet*. Ita poſuit commune Verbum ſupra c. LXXVI. n. 2. item c. LVI. n. 1. alibi.

3. DEIN, POSTQUAM TEMPUS VISUM. Vinar. 1. *Deinde;* Uratisl. 1. *Dehinc*. Eccard. *poſt tempus viſum;* Franc. *poſtquam viſum*. Gu. 4. *caſtris agreditur*.

NOCTEMQUE TOTAM ITINERE FACTO. *Que* deſideratur in Guelf. 9. Deinde Remenſ. 1. Eccard. Incert. 2. Franc. Guelf. 6. 7. & 11. *noctemque per totam*. Ita & ſupra ſuum addiderant librarii c. LXIII. n. 3. *Is natus, atque* omnem pueritiam *Arpini altus*. ubi plura congeſſimus. De Verbo *conſedit* vide ad Cat. c. LVII. n. 3. Gu. 7. *mane conſedit*.

IDEM PROXUMA FACIT. Guelf. 3. *item*. Uratisl. 2. Guelf. 6. & 9. *in proxuma;* Fabriciani, aliique pauci: *idemque proxima nocte facit*. Non invaderem *idemque;* at *nocte* Salluſtium non addidiſſe, conſtat. Plura hujus formae apud illum reperiuntur. vide ad Cat. *cap.* XXXIX. n. 4. IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. n. 23. VI. Hiſt. Or. Cottae n. 9. Supra c. 1. extr. Sed & vulgo ita nunc loquimur.

TERTIA MULTO ANTE LUCIS ADV. Palmerius, *ante lucem adventam*, contra omnes Codd. eumque jam rejecit Rupertus. Uratisl. 2. *dein in tertia;* Franc. *tertia ante lucis adventum*, omittens *multo*. Prudentius Hymn. 11. v. 75. *Eo uſque dum* lux ſurgeret *Sudavit impar praelium*. Plin. XVIII. c. XXV. *Aut enim* adventu Solis *occultantur ſtellae & conſpici deſinunt*. Pro eo Dictys III. c. XX. *lucis principio*.

IN LOCUM TUMULOSUM. Veneta 1470. *ad locum tum*. Guelf. 1. *in locum Tumulſum*, cum addita Gloſſa *nomen loci*. inepte. Fabric. 2. & Uratisl. 1. *in locum tumultuoſum*. *Tumuloſus* locus eſt, ubi *tumuli* plures, & qui fere ſimilis illi, quem deſcripſit c. LXVIII. n. 2. *pervenit in quandam planiciem locis paullo ſuperioribus circumventam*. Utitur voce etiam Ammianus.

AB CAPSA NON AMPLIUS II. MILLIUM INTERV. Veneta 1470. ceteraeque edd. vett. *longe ab Capſa non* rel. Guelf. 7. *a Capſa diſtante*. Sed ea Verba, *ſitus, diſſitus*, eleganter omittuntur, ut diximus ſupra ad c. LV. n. 6. *duobus locis*, haud longe inter ſe, *caſtra faciebant*. Aut etiam *intervallo interpoſito*, uti infra c. CVI. n. 5. *Jugurtham circiter duum millium* intervallo *ante eum conſediſſe*. Nam Nomen *paſſuum* ſubintelligi vulgatius eſt, & dictum ſupra ad c. LXXV. num. 2. Mox omnes fere *ibique;* duo tamen *ibi*.

CUM OMNIBUS COPIIS OPPERITUR. Eccard. Franc. Berger. Uratisl. 2. Guelf. 7. 10. 12. & edd. Pompon. *diem opperitur*. At quam putidum, ſi id omnino intelligendum eſt, hic inculcare; cum mox ſequitur: *ubi dies coepit*. Et alia aſpera magis notamus infra ad c. XCVIII. n. 5. Verum infra *cap.* CI. num. 2. *advorſum omnia paratus, ibidem* opperitur: praeciſe, aut intelligens *hoſtem*. Ita nempe alibi *fortunam, frigus, laſſitudinem opperiri*. vide Catilin. *cap.* XIII. num. 3. & infra *cap.* XCIII. num. 1.

4. MULTI OPPIDO EGRESSI. Guelf. 6. & Veneta 1470. omittunt *multi*. In uno fuerat primitus *multo*. Supra Eccard. *cum dies coepit*. Vinar. 2. *repente omnium equitatum;* Academ. *& his velociſſumos*, ſine Praepoſitione. Guelf. 9. *& cum is*.

CURSU TENDERE AD CAPSAM. Incert. 2. Gu. 4. & 9. *curſum tendere*. Caeſar III. Gall.

5 intentus propere ſequi, neque milites praedari ſinere. Quae poſt-
quam oppidani cognovere; res trepidae, metus ingens, malum im-
proviſum, ad hoc pars civium extra moenia in hoſtium poteſtate,
6 coegere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incenſum:
Numidae puberes interfecti; alii omnes venum dati: praeda mi-
7 litibus diviſa. Id facinus contra jus belli, non avaritia, neque
ſcelere

cap. XIX. *Huc maximo* curſu contenderunt, *ut quam minimum ſpatii ad ſe colligendos armandosque Romanis daretur*. Ita Tacitus *tendere* ſaepiuſcule, & Cicero *animo ad quid tendere*. *Ad Capſam* tendere, addita Praepoſitione, dixit, paullo aliter, ac ſupra c. LVII. n. 1. *Marius* ad Zamam *pervenit*. ubi vide.

ET PORTAS OBSIDERE JUBET. Eleganter Gu. 10. negligit Copulam. Fabric. 1. *portis obſidere*. vitio librarii. Alibi ſemper quartum caſum addidit, ubi Verbum *obſidere*, pro inſidere, aut cum cura obſervare poſuit. Catilin. *cap.* XXVII. num. 2. *opportuna* loca *armatis hominibus* obſidere. ubi quaedam diximus. Eodem autem modo Vaga capta ſupra *cap.* LXIX. num. 2.

IPSE INTENTUS PROPERE SEQUI. Eccard. deficit *ipſe*, quod tamen Noſter in hujuſmodi oppoſitione numquam negligit. Guelf. 3. *prope*. Uratiſl. 1. *propere intentus ſequi*. Unus *intentius;* Remenſ. 1. *introitus p. ſequi*. Vinar. 2. & Uratiſl. 2. *nititur propere ſequi*.

NEQUE MILITES PRAEDARI SINERE. Guelf. 9. expungit *milites*. haud dico, quam bene. Vinar. 1. *praeclari ſinere:* de quo peccato dictum ad c. XXIII. n. 1. Franc. *praedari ſinebat*.

5. QUAE POSTQUAM OPPIDANI COGNOVERE. Voces duas poſtremas exhibet tantummodo in margine Guelf. 12.

RES TREPIDAE. Ita vocat ſtatum trepidum, in quo quid conſilii capiendum, incertum eſt. Livius XXXIV. c. XI. *Legati ubi haec audierunt, flentes ad genua conſulis provolvuntur. orant, ne ſe in* rebus *tam* trepidis *deſerat*. Id. XXII. c. V. *Conſul, perculſis omnibus, ipſe ſatis, ut in*trepida re, *impavidus, turbatos ordines inſtruit*. Silius VII. princ. *Interea* trepidis *Fabius ſpes unica* rebus. Supra c. XL. n. 4. trepida *etiam tum* civitate.

PARS CIV. EXTRA MOENIA IN HOST. POT. Multa comminiſcitur Gruterus, cum in quodam cod. *comprehenſa* legiſſet, quod illi adeo placuit, ut reliqua fere omnia exturbaret, eo retento, aut in *potita* mutato. Nimirum illi Ellipſis Verbi Subſtantivi impoſuit, quam bene adſtruit doctiſſ. Perizonius ad Sanct. IV. c. IV. Voce *Ens*. eaque frequentiſſima apud Noſtrum. Ita *in hoſtium poteſtate*, dictum, pro *quae erat in hoſtium poteſtate*. adde infra c. CXII. extr. Adeſt tamen quidam verborum cumulus haud multum neceſſarius; cumque Remenſis 1. haec omnia, *in h. poteſtate coegere*, omittat, videndum arbitror, ſintne forte ea, *extra moenia*, tollenda. Utrumque tamen Livius XXIV. c. 1. in ſimili caſu, qui ibi legendus, ubi inter alia: *Deinde ubi Poenus adparuit in collibus, & refugientes pauci aliam omnem multitudinem* in poteſtate hoſtium eſſe *adferebant*. & mox: *cum illi, quorum propinqui* extra urbem *interclusi* ab hoſtibus *erant, velut obſidibus datis, pigneratos haberent animos*. adde Caeſar. VII. Gall. *cap.* XLVII. & XLVIII. Placuerat etiam Grutero Commeliniani *cogere*, quod exſtat etiam in Eccard. Guelf. 4. 6. 7. 10. 11. 12. & Veneta 1470. Mihi tamen a vulgato *coegere* non recedendum videtur. Sed Guelf. 1. non viliſſima pars illius Bibliothecae, *in hoſtium poteſtatem*, atque ita Latinos locutos eſſe, nemo hodie eſt, qui neſciat. vide infra c. CXII. num. 3. Guelf. 4. *cogere alios;* 10. *cogere ſuos*. Eccard. *uti* neglexit.

6. NUMIDAE PUBERES INTERFECTI. In *puberes* ita ſemper animadverſum, ubi oppidum vi captum eſſet: atque ita ipſe Jugurtha ſupra *cap.* XXVI. extr. in deditos contra jus belli ſaeviit. Idem legas apud Tacitum, qui interpretis vicem ſimul praeſtat, XIII. Ann. c. XXXIX. *ut capta eſcenſu munimenta, omneſque* puberes *trucidati ſunt, nullo milite amiſſo, paucis vulneratis. Et imbelle vulgus ſub corona* venundatum: *reliqua* praeda *victoribus ceſſit*. Ceterum Guelf. 6. & Veneta 1470. *eſt incenſum — interfecti ſunt — ſunt venundati*.

7. CONTRA JUS BELLI. Quod deditis parcere jubet. Sed lege omnino Cicer. 1. Offic. c. XXIV. ſeqq. Ubi inter alia: *De evertendis autem diripiendiſque urbibus valde conſiderandum eſt, ne quid temere, ne quid* crudeliter. Atque ea cauſſa Tacit. XII. Ann. *cap.* XVII. *trucidare deditos* ſaevum *videbatur*. Reprehenditque Syllam Florus III. c. XXI. n. 23. *Nec idem tamen caedium, qui belli finis fuit. Stricti enim & in pace gladii,* animadverſumque *in eos, qui ſe ſponte* dede-

Digitized by Google

ſcelere Conſulis admiſſum; ſed quia locus Jugurthae opportunus, nobis aditu difficilis: genus hominum mobile, infidum, neque beneficio, neque metu coercitum.

CAP. XCII.

XCVII.

POſtquam tantam rem Marius, ſine ullo ſuorum incommodo patravit; magnus & clarus antea, major & clarior haberi coepit. Omnia 1

diderant. Multa quidem ſunt, quae culpae victoris, ſi jus illud migraverit, poſſunt praetexi: ſuſpecta omnium dediticiorum fides, periculoſa aut damnoſa cuſtodia, & quae ſunt alia. Sed de his recte Cicero: *ne quid temere*. Ira abſit, & omnia conculcandi lubido; neque facile in ſaevitiam aut crudelitatem prolabitur.

NEQUE SCELERE CONSULIS ADMISSUM. Vinar. 1. *neque ſcelere conſulis fuit*, ſine Verbo *admiſſum*: quae non protrita eſt elegantia. vide *c.* XLI. n. 4. *Admittere facinus* ſupra dixit *c.* LV. n. 7. Mox Berger. *ſed locus I. opportunus*, & *quia* in margine ſcribitur, ab eodem librario.

ADITU DIFFICILIS. Eccard. *aditum difficilis*; Guelf. 3. *genus bominum nobile*, ſed eadem manus repoſuit *mobile*: alterum tamen reſtat in Guelf. 9. vide ſupra *c.* LVI. n. 5. & alibi eamdem varietatem.

ANTE NEQUE B. N. M. COERCITUM. Senat. 2. Heuſſ. Franc. Guelf. 1. & 2. *coercetur*; Eccard. Guelf. 3. 4. & 9. *coercebatur*. *ante* deeſt Fabricianis & Guelf. 1. aliis etiam melioribus Codd. Inde Gruterus conjecit: *mobile, infidum; neque beneficio, neque metu coercendum.* quod quidem eſt vulgaris Latinitas, neque adſurgit ad illud *coercitum*, quod minime mutandum. Tale enim hic Verbum requiritur, quod ſit minus definiti temporis, & tam praeteritum, quam & futurum comprehendat: id vero in *coercitum* habemus, ut etiam vidit Perizonius ad Sanct. 1. Min. *c.* XV. qui exponit, haud temere umquam coercitum & proinde neque facile deinceps coercendum. eum adi. Prope abeſt, quod dixerat ſupra *c.* LXXVI. n. 1. *Sed rex nihil jam Metello* infectum *credens*. Seneca 1. Benef. *c.* X. *Tamquam ſi filios alicui reſtituere* potero, *magno periculo* liberatos, *ſine ullo meo, non dubitabo*. ita ex MSS. Gronovius, quem vide. Id non modo in Participiis, ut vocant, ſed etiam in Modo Indicandi uſu venire, demonſtravit Cl. Bentlejus ad Horat. III. Od. XXIII. *v.* 19. qui propterea Perfectum, *perpetuum tempus* notare adfirmat: ut in his Horatii 1. Epiſt. II. *Non domus, aut fundus, non aeris acervus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres*. Ita Livius XXVIII. *cap.* XXXIV. *illos quidem merito* periiſſe *ipſorum maleficio, victuros ſuo atque populi R. beneficio*. ubi itidem Gronovius conſulendus. Quam parum Gruterus haec genera loquendi intellexerit, Idem ille monſtrabit ad Senec. Hippolyt. *v.* 510.

CAP. XCII. 1. POSTQUAM T. R. M. S. U. S. I. PATRAVIT. Fabric. 1. Guelf. 1. Senat. 2. Heuſſ. Nazar. & Commelinianus: *Poſtquam tantam rem ſ. u. ſ. incommodo, magnus*, &c. ita ut Verbum *patravit* nuſquam conſpiciatur. Nec conſpicitur in Vinar. 1. & Uratisl. 1. qui tamen: *poſtquam egit tantam rem* &c. Gu. 2. *Poſtq. t. rem peragit M.* Baſil. 1. Incerti, Remenſes, Academ. Franc. Uratisl. 2. Berger. Guelf. 12. & omnes edd. vett. *Poſtquam tantam rem peregit Marius ſine ullo ſuorum incommodo, magnus* &c. ſed ille Berger. *rem* in margine exhibet. Eadem varietas in Palatinis MSS. & in paucis Waſſii. Unde quidem Gruterus fuiſſe exiſtimat: *Patrata tanta re ſine ullo ſuorum incommodo*; Waſſius vero, cum in uno etiam *geſſit* reperiſſet, eam diſſenſionem ex varia interpretatione vocis *patravit* ortam eſſe, putat. Quod vero etſi de illis, qui *egit, peregit, geſſit* habent, cum ſpecie dici queat; quid dicendum de illis melioribus, qui nullum Verbum agnoſcunt? Excidit incuria librariorum. Immo vero voluntate Salluſtii, qui ſcripſit, quod aperte legitur in Senatorio 1. & Fabriciano 2. *Poſt tantam rem Marius ſine ullo ſuorum incommodo, magnus* &c. i. poſt tantam rem factam, patratam, quae additamenta eleganter exaudiuntur. Supra *c.* LV. n. 4. *Neque* poſt inſidias Jugurthae *effuſo exercitu praedari*, ubi vide. Patitur illud bene adjectum, *ſine ullo ſuorum incommodo*, i. tantam rem, quae erat ſine ullo ſuorum incommodo. Ita *c.* LIV. n. 6. *oppida temere munita, aut* ſine praeſidio.

2 Omnia non bene conſulta in virtutem trahebantur: Milites modeſto imperio habiti ſimul, & locupletes ad coelum ferre: Numidae magis, quam mortalem timere: poſtremo omnes ſocii atque hoſtes credere illi aut mentem divinam, aut deorum nutu cuncta porten-

Servaſſent nobis plures libri eamdem lectionem, niſi tranſpoſitum nomen *Marius* paullulum turbaret: quod tamen exercitatis, aut adtendentibus parum obficiet.

MAJOR ATQUE CLARIOR HABERI COEPIT. Edd. vett. omittunt *atque*. perperam id quidem & contra Sulpicium Severum, qui haec expreſſit. vide ad Cat. *c.* I. n.4. Zeno Veron. Serm. de Livore & Invidia: *Hoc tantummodo ad languoris ſui remedium ducit, ſi eum, qui paullo ante* clarus *ac beatus* habebatur, *infelicem videat ac dejectum*.

2. NON BENE CONSULTA IN VIRTUTEM TRAHEB. Guelf. 3. *non bene conſulta modo, verum etiam caſu data*. atque ita conjecerat Rivius, ex edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. quae habent: *non bene conſulta, verum etiam caſu data in* &c. cum quibus incedit Guelf. II. Sed peſſime & contra mentem Salluſtii. Nam *male conſulta* comprehendunt etiam illa *caſu data*, quae nempe in bonum verterunt, uti infra *c.* XCIV. extr. *Sic* forte *correcta Marii temeritas*, gloriam ex culpa *invenit*. Sed parum eſſet ad favorem illum declarandum, ſi *caſu data* in virtutem traxiſſent: id enim in omnibus imperatoribus fieri ex Corn. Nepote, Tacito & Cicerone conſtat. Id demum ſingulare erat, quod *male conſulta* Marii pro virtute habebant: atque id Salluſtius exprimere debebat. Quare non audienda eſt illa gloſſa non magis, quam Guelferb. 6. *virtute trahebantur*, pro quo Guelferb. 4. *in virtute*. aut Eccard. *in virtute tradebantur*. Supra *c.* LXXXV. n.26. *ne quis modeſtiam* in conſcientiam duceret. Ita Tacitus II. Ann. *c.* LXXXIV. *Nam cuncta etiam fortuita* in gloriam *vertebat*. Curtius III. *c.* VI. n.18. *Nam cum praeſto eſſet ubique fortuna*, temeritas in gloriam *ceſſerat*. adde ibi Freinshemium. Noſter II. Hiſt. *Ad hoc rumoribus adverſa in pravitatem; ſecunda in caſum; fortunam in temeritatem* declinando, *corrumpebant*. Non fruſtra autem hic de *male conſultis* loquitur, cum mox caſtelli obſidionem memoraturus eſt, quae erat prorſus male deliberata. Simul non male veriſſimum effatum produxit; cum experimentis quotidie deprehendamus, & *illos, qui amant, parum judicare*, ut Plinius dixit; & qui ſemel magna omnia & praeclara de homine conceperunt, omnia ad virtutem etiam peccata trahere. Vocem adhibet Dictys II. *c.* XXI. *nihil temere Graecos, nihil* inconſultum *incipere ſolere*. poſt pauca: *ſi modo ſana mens eſt decretis ſalubribus priora* mala conſulta *corrigere*.

MILITES MODESTO IMPERIO HABITI. *Milites* non legitur in Vinar. I. *Habiti*, ut ſupra *c.* XLIV. n.I. *exercitus ſine imperio & modeſtia* habitus. *Ad coelum ferre*, vide ad Cat. *c.* LIII. num. I.

MAGIS, QUAM MORTALEM, TIMERE. I. *magis, quam hominem:* uti fere de Catone Vellej. II. *c.* XXXV. *per omnia ingenio diis, quam hominibus, propior*. Male haec tractant edd. vett. Senat. 2. Guelf. 6. & Heuſſ. *magis, quam ullum mortalem;* Franc. *quam mortalem aliquem ullam*. Uratiſl. 2. *magis mortalem*. Confer Plautum Milit. Act. IV. Sc. II. *v.* 52. 53. Guelf. 4. *magis, quam timere*, omiſſo vocabulo *mortalem*.

OMNES SOCII ATQUE HOSTES. *Omnes* tenent noſtri omnes & eo amplius Franc. *omnes cives ſocii atque hoſtes*. Senat. I. a prima manu: *ſocii atque cohortes*. Sed Vinar. I. *ſocii, hoſtes credere*.

AUT MENTEM DIVINAM ESSE. Vinar. I. *ineſſe;* Guelf. 4. *mentem ineſſe divinam*. Sed Gu. 3. nullum addidit Verbum, idque pro more Criſpi, qui excipiente alio Verbo (*portendi*) frequenter Subſtantivum negligit. Supra *c.* XXXI. n.25. *quae quamquam* gravia, *tamen conſuetudine jam pro nihilo* habentur. *c.* L. n.I. *Sed ubi Numidas* quietos, *neque colle* degredi *animadvortit*. *c.* LXXXIV. n.4. *ſeſe quiſque* locupletem, *victorem domum* rediturum, *animis trahebant*. *cap.* LXXXVII. n.2. *fortiſſimum quemque* tutiſſumum; *armis libertatem, patriam parentesque & alia omnia* tegi. adde Cat. *c.* I. num. 4. *c.* X. n.I. Obtinuit autem Marius, quod adfectabat Scipio apud Liv. XXVI. *cap.* XIX. *pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas viſa ſpecies, aut velut* divinitus mente monita *agens: ſive & ipſe capti quadam ſuperſtitione animi, ſive ut imperia conſiliaque, velut ſorte oraculi miſſa, ſine cunctatione exſequerentur.* de Scipione Eutrop. III. *cap.* XI. *Cui viro* divinum quiddam ineſſe *exiſtimabatur*. Singulare eſt, quod habet Auct. B. Alexandr. *cap.* LXXV. *Inſequitur has acies hoſtium & clamore ſublato, confligitur, multum adjuvante natura loci, plurimum deorum immortalium benignitate: qui*

cum

portendi. Sed Conſul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida per- 3
git: pauca, repugnantibus Numidis, capit; plura deſerta, propter
Capſenſium miſerias, igni corrumpit: luctu atque caede omnia
complentur. Denique multis locis potitus, ac pleriſque exercitu 4
incruento, ad aliam rem adgreditur, non eadem aſperitate, qua
Capſenſium, ceterum haud ſecus difficilem. Namque haud longe a 5
flu-

cum omnibus caſibus belli interſunt, tum praecipue eis, quibus nihil ratione potuit adminiſtrari.

DEORUM NUTU CUNCTA PORTENDI. I. *deorum numine, voluntate*, quam conſiliis hominum opponere ſolent. vide ſupra ad *c.* LXXV. n. 9. *Portendi* eſt praedici, quid agendum, quomodo eventurum. vide *c.* III. n. 2. & *c.* LXIII. n. 1. Ovidius XIII. Metam. *v.* 723. *quae cuncta fideli Priamides Helenus* monitu praedixerat. Curtius l. c. *Jam primum nihil, niſi divina ope, adgredi videbatur.*

3. CONSUL, UBI EA RES BENE EVENIT. *Conſul* deeſt Incert. 2. at *res* non legitur in Eccard. & Guelf. 9. pro *ea res* ſcribit Guelf. 6. *eas res;* Guelf. 10. *Sed ubi ea conſul res b. e.* Baſil. 1. *Sed conſul bene ea res ubi evenit.* Vinar. 1. exſulat *bene*. Quae eo pertinent, ut latere aliquid ulceris ſuſpicemur. Dixerat autem princ. *cap. tantam rem*, ut forte omnia illa, *ubi ea res bene evenit*, non ſint ab Salluſtio, aut certe interpolata ab ſciolis. Nihil tamen adfirmo.

PLURA DESERTA PROPTER CAPS. MISERIAS. Vix tres MSS. ex omni noſtro numero ita exhibent; ceteri omnes omnino & edd. vett. omnes *deſerta* omittunt. Guelf. 4. qui itidem cum melioribus *deſerta* non agnoſcit, Gloſſam in margine habet: *non repugnantibus Numidis;* atque eum recte explicuiſſe cenſeo. Ita etiam Cat. *c.* XLIV. n. 2. *poſtulant jusjurandum. Ceteri nihil ſuſpicantes dant; Caſſius ſemet eo brevi venturum pollicetur.* pro eo, quod eſſet, *Caſſius* non dat, ſed *ſemet*, cet. Gruteri atque Rivii libros itidem *deſerta* expuliſſe, etſi nihil illi teſtati ſint, eo tamen credibile eſt, quod ſemper ferme cum vetuſtiſſimis noſtris incedere ſoleant. Cum itaque nulla veterum auctoritate nitatur illa vox, dedecori etiam Salluſtio eſſe credo & expungendam: ipſa ſententia paullulum ſuffragante. Aut aliud ergo reciperem, aut hoc *deſerta* tamen damnarem. Guelferb. 9. *plura oppida*. Academ. *propter Capſenſium miſeriam.*

IGNI CORRUMPIT. Baſil. 1. *igni comburit*. quomodo idem Codex ſupra *c.* LXXVI. extr. *illaque & domum & ſemet igni* corrumpunt. Incert. 2. *corruperat.*

OMNIA COMPLENTUR. Vinar. 1. *implentur*. contra Cat. *c.* LI. n. 9. *armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia* compleri. ibi unus MS. *impleri*. Contra Caeſar v. Gall. *c.* XXXIII. extr. *ut vulgo milites ab ſignis diſcederent --- & clamore ac fletu omnia* complerentur. Mox Vinar. 1. *denique multis locis pocius.*

4. AC PLERISQUE EXERCITU INCRUENTO. Uratisl. 1. *ac pleroſque*. Guelf. 6. *exercitu ſuo incruento*. fruſtra. Servius: *Salluſtius duces laudat, qui victoriam* incruento exercitu *deportarunt*. Quod vulgo inter fragmenta Incertorum librorum ponunt, ſed de hoc loco intelligendum eſt.

ALIAM REM ADGREDITUR. Eccard. *ad aliam aggreditur*. Sed Gruterus malebat, *alia adgreditur*, & mox *difficilia*, quae conjectura haud ſatis apta eſt. Guelf. 6. *ad aliam rem adgreditur:* ut ex duobus Codd. ea Praepoſitio revocanda ſit. Livius I. *c.* XLII. Adgreditur *inde* ad *pacis longe maximum opus*. ibi vide Gronovium, & Catil. *c.* XXII. n. 1. Grutero, cui repetitio τῶ *rem* odioſa fuit, dicta ad Catil. *c.* XXIII. n. 3. paullulum obeſſe poſſunt: quamquam nec nobis valde grata accidat. Guelf. 9. *ea aſperitate*. Guelf. 1. *haud difficilem*, omiſſa particula *ſecus*.

5. HAUD LONGE A FLUMINE MULUCHAE. *Muluchae* Gruterus, ex uno Rivii & ſuis duobus, ni mendum ſubeſt in ejus nota, codicibus primariis. His accedunt apud nos Fabric. 1. & Guelf. 1. nam ceteri *Mulucha*, aut, qui aliter nomen ſcribunt, eodem tamen Caſu. Baſil. 1. *Malucha;* Uratisl. 1. *Muluccha;* Academ. Franc. Uratisl. 2. Eccard. Guelf. 10. & 11. *Muluca;* Senat. 1. Fabric. 2. & Guelf. 9. *Mulcha.* quae eadem fere in priſcis libris reperiuntur ſupra *c.* XIX. n. 7. *uſque ad flumen Mulucham.* ubi vide. Ibi ergo ſolita ſibi adpoſitione uſus eſt Noſter, qua alibi *Oppidum Capſa, Oppidum Vaga*, non *Vagae* dicere ſolet. Hic tamen & interpretes & alii viri docti *Muluchae* praetulerunt, ut *flumen Rheni*, & ſimilia dicuntur. vide ſupra ad *c.* XL. n. 2. Attamen placere magis *Mulucha*, & ſuſpicionem eſſe, ne *Muluchat* in quodam codice ſcriptum fuerit, unde poſtea ſit factum *Muluchae*, ingenue

 fa-

flumine Mulucha, quod Jugurthae Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planiciem mons ſaxeus, mediocri caſtello ſatis patens, in immenſum editus, uno peranguſto aditu relicto: nam omnis

fateor. Neque hanc meam opinionem vitio vertent aequi judices, qui ad morem cujusque ſcriptoris & conſtantem conſuetudinem talia exigenda eſſe norunt. Jam nullum hujus generis in Salluſtio exemplum exſtat, praeter illud *c.* xc. *oppidum Laris:* quod vero dubium eſſe, ſupra adnotavi. Guelf. 3. Nomen *Mulucha* nusquam plane habet: quod nollem in praeſidium Flori rapi, qui ipſum caſtellum *Muluchum* vocat; etſi haud inſolenter illud ejusdem cum fluvio nominis fuiſſe poteſt. Nec male adeo hic illud nomen negligeretur, cum Salluſtius infra ſuccurrat aviditati lectoris *cap.* cx. n. 8.

Q. JUGURTHAE B. REGNUM DISJUNGEBAT. Franc. *regna*. ſed & hanc vocem omittit Guelferb. 3. quod cum gaudio alii arripient. Uratislav. 2. *dividerat;* Eccard. *dividebat*. Alterum IV. Hiſt. *qua in parte Cappadocia ab Armenia* disjungitur. Vinar. 1. perſpicue: *qui I. B. regnum disjungebat:* quaſi ſupra *fluvio* ſcriptum eſſet, *qui* disjungebat. quae Syneſis aliquot ſcriptorum exemplis confirmari poteſt. Varro 1. de R. R. *c.* XII. *Sin cogare ſecundum* flumen *aedificare, curandum ne adverſus* eum *ponas*. ut recte cum P. Victorio Giſanius ad Lucret. pag. 352. & poſt eum Buchnerus Epiſt. Part. II. epiſt. CXIX. Simile obſervat Freinshemius in Curt. IV. *c.* VI. n. II. Muretus 1. Epiſt. XXXIII.

INTER CETERAM PLANICIEM. Vinar. 1. & Guelf. 7. *inter cetera planicies;* Eccard. *in cetera planicie;* Guelf. 11. *inter cetera planicie;* 4. *inter planiciem.* male omnes. Ex quibus tamen ſordibus, deteriores longe Salluſtio adſricat Palmerius, ſcriptitans: *inter cetera planiciem*. Scilicet ut oſtentaret ſuum *cetera Grajus, cetera egregius*, quae nemo neſcit; nec adtulit exemplum, ut decebat, quod *cetera* Nomini Subſtantivo (*planiciem*) additum eamdem vim habere, doceret. Sed vulgatae etiam inſultat, dicens *inter ceteram planiciem* talem ſenſum habere, ut montem etiam planiciem fuiſſe ſignificet. Ridicule ſane; ſed interpretis vitio, qui nec *inter*, nec *ceteram* intellexit, quod tamen intelliget quilibet lectorum. Verum cum Waſſius etiam de hac balbutie judicet: *hercle non nimium infeliciter:* invitus doceo, infeliciſſime hercle vulgatam deſeri. INTER eſt in medio. Catil. *cap.* LIX. n. 2. *uti planities erat* inter *ſiniſtros montis & ab dextra rupem aſperam*. Supra *c.* LXXXIX. n. 4. *Erat* inter *ingentis ſolitudines oppidum magnum atque valens, nomine* Capſa. Hic adplica acumen Palmerianum, & planiciem facies montem, oppidum autem ſolitudines ingentes, quod vi majore, quam plumbeo illo gladio, efficiendum eſt. At, inquit ille, vis latet in *ceteram*, quae mira illa procreat. Latet vero ibi quaedam vis, ſed quam non adtendere voluerunt; quam ita evolvas *inter planiciem, quae reliqua circa erant*, ſi ita loqui licet. Si in illis, quae modo laudavimus, Salluſtius dediſſet *inter ceteras ſolitudines erat oppidum; inter ceteram montoſam regionem erat planities*, quis inde id colligeret, quod concludit vir praecipitis ingenii. Ergo *ceteram* ſingulari Numero odioſum tantum eſt. Cur non & ſupra *cap.* LXI. n. 2. *praeſidia imponit:* ceterum exercitum *in provincia hiemandi gratia collocat*. Catil. *cap.* LII. cetera *eorum vita huic ſceleri obſtat*. & alibi aliquoties. Tantum vero abeſt, ut ubicumque *ceterum* adponitur illud innuat, ea, quibus opponitur, ejusdem eſſe naturae, ut potius contrarium inferat.

MONS SAXEUS. Ita *petram* hanc nominat etiam Florus III. *c.* I. n. 15. & Frontin. III. *c.* IX. n. 3.

MED. CASTELLO, SATIS PATENS. Vinar. 1. *ſatis patiens;* Guelf. 10. *potens*. male. male etiam Gruterus, Waſſius ceterique edd. diſtinguunt minima diſtinctione inter *caſtello*, & *ſatis patens*, capiuntque *mediocri caſtello* ſexto Caſu. Tertius eſt, & *patens* illi jungendum, Significat enim montem tam late patuiſſe, ut caperet mediocre caſtellum: quod verum eſſe, ex *c.* XCIV. num. 3. & 4. apertum eſt, ubi caſtellanos memorat, *prae muro* diem noctemque egiſſe, quod illis impune haud fuiſſet, niſi mons *ſatis* patens caſtello, & ſpatium montis extra caſtellum fuiſſet. ita infra *cap.* XCVIII. num. 3. *in colle* caſtris *parum amplo*. i. minor erat, quam qui caperet caſtra, & ſatis amplus aut patens, qui majoris eſt latitudinis, quam mediocre caſtellum requirit. Res liquidiſſima. Belle Juno de Hercule apud Senec. Herc. Fur. *verſ.* 46. *Nec ſatis terrae* patent: *Effregit ecce limen inferni Jovis*.

IN IMMENSUM EDITUS. Guelferb. 10. *in immenſo editus*. 9. *in immenſum eſt*, ſine illo *editus*.

UNO PERANGUSTO ADITU RELICTO. Guelf. 10. per-

Digitized by G

omnis natura, velut opere atque conſulto praeceps. Quem locum 6
Marius, quod ibi regis theſauri erant, ſumma vi capere intendit. Sed ea res forte, quam conſilio, melius geſta. Nam caſtello vi- 7
rorum atque armorum ſatis, magna vis frumenti & fons aquae: aggeribus turribusque & aliis machinationibus locus importunus: iter caſtellanorum anguſtum admodum, utrimque praeciſum. Vi-

perbelle negligit *relicto*, quod ipſe ex conjectura delendum eſſe videram. Frontinus: *quod una & anguſta ſemita adibatur*. Curt. VII. c. XI. n. 9. *Petra, quam videtis*, unum aditum *habet, quem barbari obſident*. Et, quaſi vulgatam confirmaret, V. c. III. n. 3. *arctum inter ſe & Suſianos* aditum relinquens. Sed parum ille moratur.

NAM OMNIS NATURA, VELUT O. A. C. PRAECEPS. I. *totus* mons & ceteris partibus omnibus praeceps erat natura, veluti opere manuque. Ita *cuncta* ſupra c. LVII. n. 2. *paratis rebus*, cuncta moenia *exercitu circumvenit*. Codd. abeunt valde. Guelferb. 1. & 2. a prima manu cum Baſil. 1. & Vinar. 2. *nam* omnia *natura*. atque ita quaedam edd. ut rurſus *quod ad omnia* caperent. vide ſupra c. XIX. n. 7. Uratisl. 1. *nam omni parte*; Fabric. 2. *ex omni parte*; Vinar. 1. & Fabric. 1. *nam omni natura*; Franc. *per omnia alia velut* cet. Guelf. 9. *per alia omnia nat*. Berger. Eccard. Acad. Incerti, Guelf. 4. 7. 11. 12. & edd. vett. *nam per omnia natura*. *Omnia* vel numerus damnat. at *Omnis* pro *omni parte* ponitur, ut alia Adjectiva permulta eadem vi. vide ſupra ad c. LXXVIII. n. 2. adde c. XIII. n. 2. *Opere* ita adhibet ſupra c. LVII. num. 1.

6. QUOD IBI REGIS THESAURI ERANT. *Ibi* omittit Guelf. 6. *erant* Eccard. hunc adprobo.

FORTE, QUAM CONSILIO M. G. Uratislav. 2. *fortuitu*; Eccard. *quam conſilium*. Male. *fors & conſilium* ita opponuntur, ut c. I. n. 1. *fors & virtus*. Illa eſt caſus fortuitus; hoc humana opera, vel ingenium. Cicer. V. epiſt. II. n. 22. *quis eſſet, qui me in conſulatu non* caſu *potius exiſtimaret, quam* conſilio, *fortem fuiſſe*. ubi vide. Id. VI. epiſt. X. n. 2. *Nam &* conſilium *tuum, vel* caſus *potius diutius in armis civilibus commorandi, ſemper mihi magno dolori fuit*. Eutrop. III. c. VIII. caſu *enim magis erant, quam* virtute *decepti*. Herodian. III. c. IX. n. 21. ὅσον μὲν δὴ Σεβῆρος ΤΥΧΗι, μᾶλλον, ἢ ΓΝΩΜΗι, κατὰ Παρθυαίων νίκην κατώρθωσε. Et in conſilio hunc montem obſidendi ita ſe geſſit Marius, ut Caeſar apud Sueton. c. LVIII. *dubium cautior, an audentior*.

7. NAM CASTELLO VIRORUM ATQUE A. Vinar. 1. *nam caſtella*; Uratisl. 3. *in caſtello*, male. etſi ita etiam Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. & 11.

SATIS MAGNA VIS, ET FRUMENTI. Ita omnes Codd. praeter Guelf. 3. qui & omittit. Illos ſi ſequeris, *& frumenti magna vis* intelligitur: quo pacto neſcio, cur Criſpus non ſcripſiſſet potius: *Nam caſtello virorum atque armorum & frumenti magna vis & fons aquae*. nam quae in illam figuram adnotavimus ad Cat. c. XXXIII. n. 3. ea ab hoc loco aliena ſunt. Diverſus etiam Livius XLI. c. XXIII. *nullo alio* crimine, *quam initae amicitiae*; Apulejus de Mundo pag. 62. *nomina* exſequemur *regionesque*; Cicero Bruto: *qui peccat etiam cum probam* orationem *adfingit improbo, ſtultove ſapientis*; Supra c. IX. num. 3. *Cum gratia* viri, *tum virtute permotus*. diverſa, inquam, ſunt omnia, ut & illa Cat. c. LVI. n. 4. Repone ergo cum Guelf. 3. *virorum atque armorum ſatis, magna vis frumenti & fons aquae*. *ſatis* nempe *erat*. infra c. CII. n. 7. *quod parentes* abunde *habemus*, amicorum *neque nobis, neque cuiquam omnium* ſatis *fuit*. adde ſupra c. LXXV. n. 7. Eodem prorſus modo repurgavimus *cap.* LXXII. n. 3. *Romani ſignorum & armorum aliquanto numero, hoſtium paucorum potiti*. *Satis & magna vis* ſcite ſeſe excipiunt, ut Catilin. c. IX. n. 1. *concordia* maxuma, minuma *avaritia erat*. vide ſupra c. LVII. n. 3. adde Catil. c. LXI. n. 3.

ET ALIIS MACHINATIONIBUS. Uratisl. 2. Eccard. & Guelf. 11. *& altis machinationibus*. Guelf. 10. *& alteris machinationibus*; 7. pro var. lect. *atque alteris mach.* Senat. 2. *locus opportunus*.

ITER CASTELLANORUM ANGUSTUM ADM. Unicus ille Guelf. 3. *iter in caſtellanorum*. Unde transpoſita unica tantum ſyllaba habes antiquum *itiner*. Pacuvius: *a Corcyra rectum* itiner *ad Leucatam*. Plautus Merc. Act. V. Sc. II. v. 72. *inceptum hoc* itiner *perficere exſequar*. v. 88. *quin tu ergo* itiner *exſequi meum me ſinis*. adde Solipatr. Char. 1. pag. 16. 34. & 36. Fl. Caprum pag. 2249. Varro Pranſo parato: *Luna exſpectante Adria ſe* itiner *longum ſermone levare*. Accius: *Labore aut minuat* itiner *ingreſſum via*. Turpilius: *atque utinam iſtuc perpe-*

8 Vineae cum ingenti periculo fruſtra agebantur. nam cum eae paul-
9 lum proceſſerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere conſiſtere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare: optumus quisque cadere, aut ſauciari; ceteris metus augeri.

CAP.

petuum itiner *ſit tibi*. Sic & Ennius, Lucretius & Manilius. Difficulter tamen in Noſtro probaverim. Eccard. *anguſtum atque admodum difficile*.

Utrimque praecisum. Ita Carrio & Gruterus. MSS. omnes & omnes edd. vett. *utrimque praeciſae vineae*. Solus Guelf. 3. *utrimque praeceſ. eo vineae*. unde & *praeceps*, & *praeciſum* evolveres. illud Curt. v. *c*. iv. n. 12. dixit: hoc cum particula *utrimque* paullo melius cohaeret. Sic *praeruptum* Noſter ſupra, Curtius aliquoties. Mela iii. *c*. ix. *Vaſta omnia*, *vaſtis* praeciſa *montibus*, *ripae potius ſunt*, *quam litora*.

8. Nam cum eae paullo processerant. Guelf. i. *nam cum eo p. p.* 9. *haec*; Senat. i. & Fabric. i. *ea*. Sed Vinar. i. nullum Provocabulum tenet, idque ſupervacaneum eſſe, judicaverat Gruterus. Quidam *paullulum*. Franc. Guelf. 3. & 10. *ex plano paullum proceſſerant*. non audio. nam illud *proceſſerant* non opus habet tali termino, *ex plano*.

Igni, aut lapidibus corr. Senat. 2. & Heuſſ. *igne*, *vi & lapidibus*; Vinar. i. *igne aut lapidibus*; Eccard. *aut igni*, *aut lapidibus*; Gu. 3. *igni aut involuti lapidibus*; ii. *igni atque aut lapidibus*. Scribe, *igni atque lapidibus*. vide ad *c*. lxxxii. n. 2. de ſimili deſenſione *c*. lx. n. 6. Sed haec omnia: *nam cum eae --- corrumpebantur*. deſiderantur in Guelf. 12. & in margine tantum ſunt adnotata.

9. Neque pro opere consistere. Vinar. i. Incert. i. Guelf. 11. & 12. *neque prope conſiſtere*. Baſil. i. & Eccard. *neque opere conſiſtere*, omiſſa Praepoſitione. male. *Opus* hic intelligit *vineas*, quibus ſuccedebant; quemadmodum illud de omni labore militari, de omnibus machinis aliisque talibus ſaepiſſime dicitur. Caeſar vii. Gall. *c*. xxiv. legiones *duae*, *partitis temporibus*, in opere *erant*. atque is ita vel centies. Auct. B. Afric. *c*. li. *Id hac ratione* opus *inſtruebat ---- dum haec* opera, *quae ante dixi*, *fiebant a legionibus*, *interim pars acie* ante opus *inſtructa ſub hoſte ſtabat*. *c*. lii. *Caeſar ab eo* opere *cum jam ſub veſperam copias in caſtra reduceret*. adde Tennul. ad Frontin. iii. Strateg. *c*. ii. princ. Curt. iv. *c*. vi. n. 8. *agi* cuniculos *juſſit*, *facili ac levi humo acceptante occultum* opus. Infra *c*. xciv. n. 3. ipſe Marius *extra vineas egreditur*.

Inter vineas s. p. administrare. *Inter* omittit Guelf. 7. perperam. 3. & 9. *ſine pernicie adminiſtrare*. *Adminiſtrare* intellige *opus*. Utrumque verbum militiae proprium. Supra *c*. lxxvi. n. 3. *impoſitis turribus* opus & adminiſtros *tutari*. Caeſar vii. Gall. *c*. lxxx. *fundis*, *ſagittis*, *lapidibus noſtros de vallo deturbare*, *reliquaque*, *quae ad oppugnationem pertinent*, adminiſtrare. Cato Cicer. xv. epiſt. v. n. i. *ut tuam virtutem ---- domi togati*, *armati foris pari induſtria* adminiſtrare *gaudeam*. Ita *miniſtrare* de nautis Virgil. x. *v*. 218. *Ipſe ſedens clavumque regit veliſque* miniſtrat. Multa autem apud Noſtrum aeque ac alios Verba ita ponuntur, ut aut ex praecedentibus & proximis Nomen illis addendum ſit; quod & hoc loco accidere, palam eſt; aut vocabulum vulgare & omnibus familiare exaudiatur. Noſter ita Catil. *c*. vi. n. 5. *Romani domi militiaeque intenti feſtinare*, parare. quomodo ſaepe. *c*. lviii. n. 10. *Si* relinquere *voltis*, *audacia opus eſt*. *cap*. xxvi. n. 2. *Neque illi tamen ad* cavendum *dolus*, *aut aſtutiae deerant*. Supra *cap*. lxiv. n. i. *ab Metello* petundi *gratia miſſionem rogat*. num. 5. *ab Imperatore conſulto* trahi. *c*. lxxxv. num. 12. gerere *quam* fieri, *tempore poſterius*, *re atque uſu prius eſt*. *cap*. xc. num. i. *Igitur conſul pro rei copia ſatis providenter* exornat. Addimus pauca aliorum. Plautus Pſeud. Act. iv. Sc. iv. *quin hinc* metimur *gradibus militariis*. Livius xxxi. *c*. ii. & xxiv. paſſim alibi, *duxit*, pro *exercitum duxit*. Id. xxxi. *cap*. xlv. *tenere*, pro *curſum tenere*. xxxix. *c*. xxii. & xl. *c*. ii. *procurare*, nempe *ſacrificia*. Idem ille, Seneca, Tacitus, Noſter *trahere*, pro *ad ſupplicium trahere*. Lamprid. Diadum. *c*. ix. *ad palum deligentur*; *ne*, *ſi occaſio fuerit*, *non* praetermittant. Auſonius Epitaph. i. Oppetii *manibus conjugis ipſe meae*. Seneca ii. de Ira *c*. x. *neceſſaria venia eſt*, *ubi totus* deſeruit *exercitus*. Claudian. i. Eutrop. *conciliare*, pro *conciliare ſcorta*. Auſonius Epigr. xc. Compone *inter nos*, *ſi potes*, *alma Venus*.

Opti-

CAP. XCIII.

XCVIII.
AT Marius, multis diebus & laboribus conſumtis, anxius trahere 1
cum animo, omitteretne inceptum, quoniam fruſtra erat;
an fortunam opperiretur, qua ſaepe proſpere uſus. Quae cum mul- 2
tos dies, noctes aeſtuans agitaret, forte quidam Ligus, ex cohorti-
bus auxiliariis miles gregarius, caſtris aq uatum egreſſus, haud pro-
cul ab latere caſtelli, quod avorſum pra eliantibus erat, animum ad-
vortit

OPTIMUS QUISQUE CADERE. I. *fortiſſimus*, ut ſaepe ſupra *bonus*, *melior*. vide *c.*XIII. nu.I. & *scap.*LVII. extr. Ita Alexander regnum relinquit *op imo*, qui Arriano *fortiſſimus*. vide Jac. Nicol. Loenſis v. Epiphill. *c.*XVIII.

CAP. XCIII. I. CONSUMTIS, ANXIUS TRAHERE CUM. Berger. & Guelf. 9. *quam multis diebus; 6. laboribus & diebus*. Berger. *ſumtis*. De verbo *conſumere* dictum ſupra ad *c.*XXV. n.I. & LXXII. nu.9. Incert. I. *anxius trahere cum animo*, ſine Pronomine. Eum ſecutus ſum. Ita *c.*XIII. num.5. *in otio facinus* cum animo *reputans; c.* LXXXIV. num.4. *alia hujuſcemodi* animis *trahebant*.

OMITTERETNE INCEPTUM. Ita *c.*LXI. num.I. *Metellus poſtquam videt* fruſtra inceptum, — *ab Zama diſcedit*. Ergo male Guelf.4. *inceptum* non ſcripſit. Academ. *quod fruſtra erat*; Eccard. *fruſtra quoniam erat*. *Omittere* habet ſupra *c.*LXVI. nu.I. *omiſſa deditione*. Livius XXIV. *c.*XIX. *Fabius* omittendam *rem parvam ac juxta magnis difficilem, abſcedendumque inde cenſebat, cum res majores inſtarent*. Id. XXVI. *cap.* VII. *Eo ſi Roma in diſcrimine eſſet, Capuam extemplo* omiſſuros *aut ambo imperatores Romanos, aut alterum ex iis. c.* XIII. *Romam ſe ademturum eis, niſi* omitterent *Capuam, oſtendit*. Infra illa, *an fortunam.... uſus fuerat* non exſtant in Vinar. I. niſi ab alia manu in margine addita.

PROSPERE USUS FUERAT. Incert. I. *proſpera*. Eccard. & Remenſ. I. *uſus erat*; Fabriciani & Veneta 1470. *uſus eſt*. At edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. nullum Verbum Subſtantivum addunt, quod jam Rivius & Gruterus furcillari juſſerunt, ut nunc factum eſt.

2. MULTOS DIES NOCTESQUE AE. AGITARET. Acad. *per multos dies noctesque*: quomodo ſupra *c.* XCI. num.3. noctem*que* totam *itinere facto conſedit*, in MSS. corruptum eſſe monſtravimus. Guelf. 6. *dies vel noctes*. Recte Uratisl. 2. *multos dies, noctes*. ut alibi *terra, mari*; *domi, militiae; equi, viri*. & plura hujuſmodi. Supra *c.* XXIII. num. I. *praeterea* dies, noctes *aut per vim, aut dolis tentare*. Guelf. 10. *aeſtuantes agitaret*. Eccard. *quae cum multos dies agitaret, vel noctu aeſtuans*.

QUIDAM LIGUS. Uratisl. 2. & Berger. *quidam Ligur*, ut edd. quaedam infra claſſem. Vinar. I. *quidam Ligurus*. adeo nec Virgilii, *vane Ligus*; nec Silii, *pernix Ligus* ſuccurrebat.

CASTRIS AQUATUM EGRESSUS. Senat. 2. *caſtris aliquantum egreſſus*. Uratisl. 2. *aſtris quatum egreſſus*. Guelf. 3. *a caſtris aq. egreſſus*. Acad. Guelf. 6. & 7. *ad aquatum*. perperam. Neque circumſpecte ſatis Gloſſa Senat. I. *ad aquandum caballum*. *Aquari*, ut *lignari*, *frumentari*. vide ſupra ad *c.* LVI. num.3.

QUOD ADVORSUM PRAELIANTIBUS ERAT. Ita plerique Codd. & edd. omnes. At Senat. I. perſpicue *averſum*: cui tres alii accedunt, qui jam olim *d* litteram punctis interſecerunt. Viderunt etiam Glareanus & Ciacconius legendum eſſe *averſum*, quos auctoris menti vim inferre dixit Gruterus. ſed quomodo illud, non addidit. Waſſius, veluti interpres Gruteri, eos non animadvertiſſe, ſcribit, auctorem habere: *haud* procul ab *eo latere*. & propterea *adverſum* retinendum eſſe; quod etiam, ut inſipide addit, pro *difficili* accipi poteſt. Verum rem videamus. In illo *procul* unicum ſubſidium τῶ *adverſum*. Sed dixit *haud procul*. Unde neceſſario concludimus, per *haud procul ab latere adverſo*, pluſquam mediam partem, quae eſt inter adverſum & averſum latus intelligi: eam nempe quae propior eſt adverſo, quam averſo, lateri. Jam vero non Ligus modo tuto ea parte, ſed poſtea etiam eadem cum cornicinibus & centurionibus eſcendit, vide infra num.6. & *cap.* XCIV. nu. I. quod in ea propinquitate prorſus impoſſibile fuit, ut non animadverteretur ab caſtellanis. Hinc, neceſſario *averſum* legere debemus, ſi volumus ſapere. Addidit autem *haud procul*, quia exacte adverſum latus de-

 finire

vortit inter ſaxa repentis cochleas : quarum cum unam atque al-
teram, dein plures peteret, ſtudio legundi paullatim prope ad ſum-
3 mum montis egreſſus eſt. Ubi poſtquam ſolitudinem intellexit mo-
re

finire temeritatis eſſet ; & alibi ita *circa* , *circiter* , *quaſi* prudenter adjicitur . Aut quia *haud procul ab* non tam ad *averſum* , quam ad latus ipſum referendum eſt , ut certe Salluſtius retulit ; nempe inter ea ſaxa vidit repentes cochleas , inter quae & caſtellum haud multum ſpatii intereſſet . *Adverſum* autem & *averſum* quoties in libris priſcis confundantur , docebit Drackenb. ad Sil. II. *v.*618. & VII. *verſ.* 595. quibus adde Pierium ad Virgil. Georg. *v.* 218. & I. Aen. *v.*571. Graev. ad Flor. II. *c.*XII. n. 5. & ad Sueton. Caeſar. *c.*LXXXII. Auguſt. *c.*LXXV. Sed & apud Noſtrum ea confuſa vides Cat. *c.* XVIII. nu. 16. *c.* LXI. num. 3. & infra *c.* CI. nu. 8. *c.*CXI. num. 2.

ANIMADVERTIT INTER S. REPENTES COCHLEAS. Guelf. II. *ſerpentes cochleas* . I. *repente cochl.* quomodo & Vinar. I. pro eo Berger. *repetentes* . At Incert. 2. *reptantes* , quod fortaſsis genuinum . Porro Guelf. 3. *advertit animum* ; Baſil. I. & Remenſ. I. *animum advertit* : quomodo Nazar. & Commelinianus vetuſtiſsimi . Ita jam reſtituimus ſupra *c.* XXXV. num. 8. *non prius omiſit contra verum niti* , *quam* animum advortit *ſupra gratiam atque pec. ſ. inv. facti eſſe.* *c.* LXIX. num. I. *Vagenſes ubi* animum advortere *ad ſe vorſum exercitum pergere*. Ita saepius Caeſar , ut reſtituit variis locis Daviſius. Ita Livius . vide Gronov. ad XXIV. *c.* XLVIII. alibi . Lucretius II. *verſ.* 124. *Hoc etiam magis haec* animum *te* advortere *par eſt* . Plautus Pſeud. A. I. Sc. III. *verſ.* I. *audio here equidem atque* animum adverto . Sc. II. *v.* 76. *fac ut* animum advortas. *verſ.* 53. advortite animum *cunctae* . Dolabella Cic. IX. epiſt. IX. nu. 5. *quid aut ille ſperare poſſit* , *aut tu* , animum adverte *pro tua prudentia*. Ipſe Tullius XII. ep. XVIII. num. I. Animum advorti *enim hoc vos magnos oratores facere nonnumquam*. Ad quam formam Claudian. Mamerc. II. de Statu An. *c.* IV. princ. *In illud nunc magis* , *niſi contemnis* , advertes animum .

CUM UNAM ATQUE ALTERAM . Eccard. *quarum una atque dein plures*. Acad. *cum aliam & alteram*. Gu. 3. *cum unam* , *alteram*. non male. At ſupra *c.* LX. nu. 7. *ubi* unae atque alterae *ſcalae comminutae*. ibi nihil movet : etſi alius MS. ibi copulam omittat.

PROPE AD SUMMUM M. EGRESSUS EST. Guelf. 4. *propere* . Vinar. 2. *ad ſ. montis greſſus eſt* . *Egredi* ſupra *c.* LX. num. 6. *jam ſcalis* egreſsi *milites prope ſumma ceperant* . *Summum montis* , ut *c.* XXXVII. num. 4. *praerupti montis* extremum .

3. SOLITUDINEM INTELLEXIT. Eccard. & Gu. 6. *ſolitudines intellexit*.

MORE HUMANAE CUPIDINIS IGNARA VISUNDI ANIMUM VORTIT . Ita habent edd. Carrionis , Gruteri , & qui hodie manibus teruntur omnes ; at contra omnes omnino MSS. & vett. edd. Traxerunt autem ex A. Gellio , qui IX. *c.* XIII. ex Salluſtii Jugurthino citat : *More humanae cupidinis ignara viſundi*. atque ita Nonius, qui Aulum ſuo more exſcripſit . MSS. autem ita habent : *more humani ingenii cupido difficilia faciundi animadvertit* : niſi quod in poſtremo Verbo diſſentiant . Nam *animadvertit* eſt in Gu. I. & 10. Vinar. I. & Uratisl. I. At Fabric. 2. *adnimadvertit* ; Fabric. I. Remenſes , Baſil. I. Senatorii , Heuſſ. Vinar. 2. Uratisl. 2. 3. Guelf. 2. 4. 7. II. *animum vertit* ; Academ. & Edd. Pompon. *animum advertit* ; Eccard. *anim. avertit* . Franc. Incerti , Guelf. 3. & 12. *animum accendit* ; Guelf. 9. & Berger. *animum cepit* ; 6. & Veneta 1470. *animum invadit* . In iis autem , quae editores tanta facilitate corruperunt , *more humani ingenii* , nihil quidquam mutant , niſi quod quidam habeant *ingenii humani* . Pro *cupido* , Vinar. Uratisl. Senat. ſecundi & Heuſsian. *cupidus* : Pro *difficilia* Uratisl. 3. *difficillima* ; Guelf. 4. *difficiliora* ; Veneta 1470. *ad difficilia faciunda* . Ex his primum omnium patet , non corrumpendum eſſe , *more humani* INGENII , quod tot boni Auctores , inprimis aemuli illi Salluſtii , Q. Septimius , Apulejus , Sulpic. Severus ex Salluſtio expreſſerunt , quorum loca adjicerem , niſi interpretes adjeciſſent jam Petronio Sat. *c.* CXI. *vitio* mentis humanae *concupiit ſcire* , *quis aut quid faceret* . Addo tamen Livium XXI. *c.* XXII. *deinde* , cura humani ingenii , *cum quidnam id eſſet* , *quod reſpicere vetitus eſſet* , *agitaret animo* , *temperare oculis nequiviſſe* . item Manilium V. *verſ.* 137. *His etiam* ingenium *viſendi ignota cupido* . Deinde *ignara* ab A. Gellio lubenter ſumo , ut & *viſundi* , quorum alterum in Verbo *faciundi* haud obſcure conſpicitur , alterum autem per adnotationem librarii, qui *L. difficilem* adſcripſerat corruptum eſt . Utrumque ſententia requirit . IGNARA autem poſuit , pro *ignorata* , *occulta* , uti ſupra *cap.* XVIII. num. 6. *ignara lingua* . Dictys II. *cap.* XXXVII. *avidus* ignara *cognoſcendi* , *dum cupit ſuſcepti negotii fidem implere* . cum nota Joſ.
Mer-

re humani ingenii, cupido ignara viſundi invadit. Et forte in eo lo- 4
co grandis ilex coaluerat inter ſaxa, paullulum modo prona, dein flexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert: cujus ramis modo, modo eminentibus ſaxis niſus Ligus, caſtelli planitiem perſcribit; quod cuncti Numidae intenti praeliantibus aderant.

Merceri. Ovid. VII. Met. *verſ.672. Adſpicit Aeoliden* ignara *ex arbore factum Ferre manu jaculum*. & quae ibi Heinſius. Hygin. Fab. CCLXXIII. *Priami* ignarus *filius*. infra *c.* CIII. num. 6. *largitio multis* ignara. Ita *gnarum* pro noto Apulej. Apolog. pag. 281. *Mitto enim dicere alta illa & divina Platonica, rariſſimo cuique piorum* gnara, *ceterum omnibus profanis* incognita. adde Cat. *cap.* X. num. V. Sed quid nunc huic *cupido* Verbi adjungam incertus ſum. Id primo ſe offerebat ex ed. principe: *more humani ingenii ad ignara viſunda vertit*. i. verſus eſt, ut ſaepiſsime Noſter. Verum illud, *ad ignara viſunda* parum Salluſtianum videbatur: quod judico etiam de altero: *cupido i. v. oritur*. Deinde feceram: *m. h. ingenii, cupidus ignara viſundi evadit*. Nam vox *animum* ex Gloſſa manifeſtaria eſt, nec eam umquam ad conſilium advocandam duxi, neque in *vortit* adeo ſuperſtitioſe haerendum, quod ex adnotatione librarii, qui ſupra *animadvertit* in margine emendaverat *animum advertit*, in hunc locum decidit. Nam nemo paullo elegantior tolerabit in tanta propinquitate; *cum animo trahere*; *agitare*; *animum advortit*; *animum vortit*; *perſcribit*: quae tamen in vulgata lectione, ut vides, concurrunt. Tandem ex duobus libris Verbum *invadit* adſumſi, quod Noſter ſine quarto Caſu paſsim poſuit. ut Cat. *c.* X. num. 6. *poſt ubi, contagio quaſi, peſtilentia* invaſit. vide plura Eod. ad *c.* II. num. 5. Hoc in contextu exprimendum curavi, parum reveritus Noctium ſcriptorem, cum dudum viri docti docuerint, quam parum citationibus Grammaticorum ſit confidendum.

4. ILEX COALUERAT INTER SAXA. Duae poſtremae voces ortae ſunt ex interpretatione τῶν *in eo loco*.

DEINDE INFLEXA. Fabriciani & alii quidam, *dein flexa*. quod melius eſt & confirmatur edd. vett. quae habent *deinde flexa*, ut Senat. 1. Guelf. 2. alii. Nam *flectere* per ſe eſt contrarium illi *prona*. Et hunc habitum arboris *pronae*, dein *flexae* praeclare depingit Statius II. Silv. III. princ. *Stat, quae perſpicuas nitidi Melioris opacat Arbor aquas, complexa lacus, uae robore ab imo* Curvata *in nodos redit in- e* cacumine recto *Ardua, ceu mediis iterum naſcatur ab undis*.

AUCTA IN ALTITUDINEM. Eccard. *aucta altitudine*; Guelf. 10. *in altitudine*. Vinar. 1. *alta in altitudinem*; Guelf. 3. *acta in altitudinem*: *acta* nempe & *aucta* vix umquam diſtinguunt librarii. vide ſupra *c.* CXXXVI. num. 3. *quod ab eo genere celebratus* auctus*que erat*. Sic Plinius de arboribus, *augentur craſſitudine*, *auctae in faſtigium*, alia.

CUNCTA GIGNENTIUM NATURA FERT. I. omnia genita, nata. Supra *c.* LXXIX. n. 6. *loca aequalia & nuda* gignentium. ubi vide. Eccard. omittit *natura*.

MODO EMINENTIBUS SAXIS. Multi Codd. alterum *modo* haud agnoſcunt, ſed Eccard. & Vinar. 1. nullum plane habent. Academ. vacat *eminentibus*, pro quo Eccard. & Gu. 6. *imminentibus* ſcribunt. infra *c.* XCIV. nu. 2. *ſaxa, & ſi quae vetuſtate radices* eminebant. Guelf. 12. *modo niſus Ligus eminentibus ſaxis*. Vinar. 2. Uratisl. 2. Guelf. 4. & 7. *nixus*. Sed nomen *Ligus* hoc loco ſupervacaneum eſt.

CASTELLI PLANITIEM PERSCRIBIT. Baſil. 1. Gu. 3. & Fabric. 1. a manu ſecunda: *in caſtelli planitiem pervenit*. Male, & propter inſolentiorem ſignificatum Verbi *perſcribere*. Fabric. 2. *perſcripſit*; Guelf. 9. *praeſcribit*: 4. *perſcribere*. Gloſſa Senat. 1. *perſcribit in mente*. Recte ille. dictum enim eſt pro *concipit*, *perdiſcit*. Seneca 1. Controv. Praef. pag. 72. *Jam itaque ſupervacuos ſibi fecerat codices. ajebat ſe* ſcribere *in animo*. ubi Schultingius pag. 63. addidit Terentium atque Ciceronem. Guntherus X. Ligur. *v.* 536. *memori* ſcriptos *in corde tenemus*. quem, & Terentium, Pindarum, Aeſchilum, Sophoclen, Gregorium Naz. & Ruffinum dudum adnotavit Conr. Rittershuſius ad VII. Ligur. *v.* 331. pag. 140. & eoſdem adſcripſit Waſsius: neque Schultingii aut Rittershuſii ulla mentio. Planior eſt Silius XII. *v.* 565. *Nunc aditus* luſtrat, *clauſas nunc cuſpide pulſat Infeſta portas fruiturque timore paventum*. At Virgilius *perlegere oculis*; Valerius Maximus *mandere oculis*; Horatius *percurrere animo polum*; Statius *metiri animo*, alii alia non multum diſsimilia dixerunt. adde ſupra ad *c.* XX. n. 6. notata.

INTENTI PRAELIANTIBUS ADERANT. *Aderant* noſtri omnes. At Guelf. 3. & 10. *intento praelio aut praeliantibus aderant*. Scribe *intenti*

5 rant. Exploratis omnibus, quae mox uſui fore ducebat, eadem re-
greditur, non temere, uti eſcenderat, ſed tentans omnia & cir-
6 cumſpiciens. Itaque Marium propere adit; acta edocet, hortatur,
ab ea parte, qua ipſe eſcenderat, caſtellum tentet: pollicetur ſeſe
7 itineris periculique ducem. Marius cum Ligure, promiſſa cognitum,
ex praeſentibus miſit: quorum uti cujuſque ingenium erat, ita rem
difficilem aut facilem nunciavere. Conſulis animus tamen paullum
8 arrectus. Itaque ex copia tubicinum & cornicinum, numero quin-
que

praelio aderant. alterum adfuit num.2. alterum confirmat *c.*XCIV. nu.3. *quamquam toto die* intentos praelio *Numidas habuerat*.

5. EODEM REGREDITUR. Guelf. 6. *eodem loco*: Eccard. *edem regreditur*. Unde recte *eandem* ſcribitur, quod in vetuſto Codice reperit Rivius, adprobat Gronovius, qui & *degreditur*, pro *regreditur* legit. vide ad *c.*XVIII. num. 2.

NON TEMERE, UTI ESCENDERAT. Ita Gruterus ex Nazariano, & Carrio i. Emendat. *c.* v. De Verbo diximus ad Cat. *c.* LV. nu.3. *ubi paullulum* eſcenderis *ad laevam*. MSS. noſtri fere *aſcenderat*. Guelf.10. *aſcenderet*. Plura tamen ſunt, quae mox n. 6. hoc Verbum tueantur, quam hoc loco: inprimis ſi *regreditur* tenueris, quod *adſcenderat* magis, quam *eſcenderat* requirit.

6. PROPERE ADIT, ACTA EDOCET. Fabric.2. *propere adire*. Berger. & Guelf. 1. 2. & 12. *adiit;* ceteri *adit*, quod tamen non exſtat in Eccard. & Guelf.10. atque id vitioſum eſſe judico. Supra *c.*LXII. n.1. *Jugurtham* accedit, *monet atque lacrimans obteſtatur*. Guelf.6. *acta edocet*. Vinarienſes, Fabriciani, Guelf. 2. & edd. vett. *acta docet*: quomodo *edocet* truncatum eſt etiam ſupra *c.* XLIX. num. 1. Cat. *cap.* XLVIII. num.4. alibi.

AB EA PARTE, QUA IPSE ESCENDERAT. Incert.2. triga illa, *ab ea parte* deſtituitur: quod omni favore excipiendum eſt. Longe enim magis ſuperfluum hic eſt, quam ſupra *c.*LVI.nu.1. *urbem magnam, & in* ea parte, *qua ſita erat, arcem regni*. ubi tamen juſſerat deleri Gruterus. *ipſe* vacat in Guelf. 7. & Veneta 1470. *Eſcenderat* Gruteri eſt ex Nazariano; Baſil. 1. & Guelf.9. *aſcenderat*. Reliqui omnes *deſcenderat*, ex quo *eſcenderat* fecit etiam Guilielm. Quaeſt. in Plauti Milit. *c.* IV.

PERICULIQUE DUCEM. Ita recte Rivius ex MSS. quibus noſtri meliores adſentiuntur. At Incert. 1. Remenſ. 2. Franc. Vinar. 2. Uratisl. 2. & 3. Eccard. Berger. Guelf. 4. 6. 9. 10. 11. 12. *pollicetur ſeſe ducem itineris, periculique nihil eſſe docet*. Ita *c.*LXXXV. num.47. *periculi ſocius*. Guelf.12. *edocet*.

7. EX PRAESENTIBUS MISIT. Guelf.3. *mittit*. *Ex praeſentibus* intellige *quoſdam*. Ita Cat. *c.* XXXII. extr. C. *Manlius* ex ſuo numero *ad Marcium Regem mittit*. ubi vide. Supra *ejus* in MSS. locum mutat: ſed Bergeriano prorſus deeſt; unde induximus.

QUORUM, UTI CUJUSQUE INGENIUM ERAT. Fabric. 2. *uti cuique ing. erat*, quomodo fere erratum Cat. *c.* LVIII. num. 1. hic propter *quorum*, neceſſario *cujuſque* ſcribendum eſt. Ita autem dixit pro, *qui, uti cujuſque i. erat*: ſicuti Cat. *c.* XI. num.2. *ſed ille vera via nititur*, huic *quia bonae artes deſunt, dolis atque fallaciis contendit*. ubi vide. Hujus rei ignorantia induxit alios, ut darent: *quorum alii, uti cujuſque* cet. Ita prorſus eveniſſe in exploratione terrae Canaan, ex litteris ſacris conſtat. *erat* deeſt Remenſi 1.

REM DIFFICILEM A. F. NUNCIAVERE. *Rem* omittit Academicus. *Nunciavere* ſcribunt Baſil. 1. Fabriciani, Vinar. 2. Eccard. Berger. Guelf. 1. 2. 3. 6. 9. & edd. Pompon. cum Gruteri MSS. omnibus, qui rejecit vulgatum antea *renunciavere*. infra *cap.* CV. extr. *Interim equites, exploratum praemiſſi, rem, ut erat, quietam* nunciant. Guelf. 7. & Uratisl.2. *nunciare*.

CONSULIS ANIMUS T. P. ARRECTUS. Vinar. 2. Senat.2. Guelf.12. *animus tum p. a.* Uratisl. 1. *paullo arreptus;* Vinar.1. *paullo arrectus;* Gu. 1. 2. & 9. *paullum*. & 9. quidem; *Conſul animus paullum arrectus*. Faceres: *Conſul animi p. erectus*. *erectus* certe cum Eccard. Guelf. 3. & ed. principe ſcripſi, cum ita ſententia flagitaret. vide Cat. *c.* XXXIX. num.3.

8. EX COPIA TUBICINUM ET CORNICINUM. De *tuba* & *cornu* dixi ad Cat. *c.* LX. n. 1. nec bene Uratisl.1. copulam hoc loco neglexit.

QUINQUE NUMERO QUAM VELOCISSIMOS. Gu.1. & Uratisl.1. *numero quinque*. Supra *cap.* LIII. nu.4. *Elephanti quatuor capti, reliqui omnes*, numero quadraginta, *interfecti*. Caeſar II. Gall.

que quam velociſſumos delegit, & cum his, praeſidio qui forent, quatuor centuriones: omnis Liguri parere jubet, & ei negotio proxumum diem conſtituit.

CAP. XCIV.

SEd ubi ex praecepto tempus viſum; paratis compoſitiſque omnibus ad locum pergit. Ceterum illi, qui centuriis praeerant, praedocti ab duce, arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti proſpectus niſuſque per ſaxa facilius foret: ſuper terga xcix 1

Gall. *c.* IV. *Oppida habere* numero duodecim. Livius tamen & Caeſar etiam poſtponunt. Gu. 6. *quinque pedites numero*. Veneta 1470. *velociſſimos pedites*. Vinar. 1. & Uratisl. 1. *numero quinque milium;* Vinar. 2. & Uratisl. 2. *quinque milia numero*. Peſſime. neque enim plures, quam decem homines fuerunt, qui ab averſa parte eſcenderunt: nec aliud conſilium fuit Marii, niſi ut illi terrore concuterent Numidas, cui rei quinque cornicines aut tubicines ſufficiebant.

ET CUM HIS PRAESIDIO QUI FORENT. *Et* delet Incert. 2. haud ſatis opportune. Guelf. 6. *cum his qui forent praeſidio*. ſed 4. *& cum his praeſidio quatuor centuriones*. non male. Vinar. 1. *quatuordecim centuriones*: ſcilicet ut cum commentitiis illis *quinque millibus* eſſet quaedam convenientia.

OMNESQUE LIGURI PARERE JUBET. Gu. 12. *& omnes*. Recte Eccard. Acad. Guelf. 10. & Remenſ. 1. *omnes Liguri parere jubet*, ſine conjunctione. Nam ea quidem locum habebat, cum ſingulatim *cornicines*, & *centuriones*, quibus negotium datum erat, recenſeret: nunc autem cum de univerſis illis aliquid inſerat, ea haud exprimenda fuit. vide ſupra *c.* LXVIII. extr.

ET EI NEGOTIO PROXIMUM DIEM CONSTITUIT. *Ei* omittunt Fabriciani, Senat. 1. Vinar. 1. Incert. 2. Guelf. 1. 4. 6. 7. & Veneta 1470. atque ita *c.* VI. num. 2. *poſtquam hominem magis magiſque creſcere intellegit, vehementer* negotio *permotus, multa cum animo ſuo volvebat*. iſque locus, cum aliis rationibus pervincit, ne ſpurium declaremus illud *negotio*: cum alioquin Criſpus praeciſe, *& proxumum diem conſtituit*, dicere potuiſſet. vide ad *cap.* LXVI. num. 2.

CAP. XCIV. 1. EX PRAECEPTO TEMPUS VISUM. Eccard. *excepto*, pro *ex praecepto;* Vinar. 2. & Uratisl. 2. *ex praecepto ducis*. *Praeceptum* Marii expoſuit *cap.* praeced. extr. Sic Cat. *cap.* XLIV. princ. *ex praecepto Ciceronis*. Nihil eſt, quod Ciacconium impulit, ut perturbato ordine ſcriberet: *Sed ubi e. p. paratis compoſitiſque omnibus tempus viſum*. Nihil etiam, cur Gruterus *ſed* pro ſupervacuo declararet. Incert. 2. *paratis, compoſitis omnibus*: quo pertinet Fabric. 1. *paratus, compoſitis omnibus*.

QUI CENTURIIS PRAEERANT. Vinar. Uratisl. Senat. Guelf. primi, Fabricianique: *qui & centuriae praeerant*. Uratisl. 2. *& illi, qui c. p.* Vinar. 2. *qui ex centuriis praeerant*. Eadem varietas in Gruteri melioribus. Guelf. 10. *ceterum illi exequi ex centuriis praeerant*. 11. *qui ex centuriis erant*. 6. Senat. 2. & Heuſſ. *illi, qui aſcenſuri erant*. Veneta 1470. *qui & aſcenſuri erant;* unde Carrio 1. Emend. *c.* V. *qui eſcenſuri erant*, quem recte redarguit Gruterus. Tolero vulgatam, ſed ei aliquid vitii ineſſe agnoſco. *praeerant* illud & forte hoc omne invectum ex Gloſſa *τῷ duce*, quod mox ſequitur: ubi declarare voluerunt, non Marium, ſed illum Ligurem, *qui adſcenſuris praeerat* intelligi debere. Non multum difficile erit, ſi legeris: *Ceterum* illi *praedocti ab duce*, per *illi*, quos ſuperiore capite extr. nominaverat intelligere. Vinar. 1. *praeducti a duce*. Berger. *edocti a duce*.

ARMA ORNATUMQUE MUTAVERANT. Incert. 1. *arma & ornamentum*. fuerat olim in Guelf. 12. *ornamentumque*. Guelf. 7. *mutaverunt*.

CAPITE ATQUE PEDIBUS NUDIS. Acad. *nudi;* Uratisl. 3. *caput atque pedibus*. Inde non inepte exſiſteret: *caput atque pedibus nudi*. nam de diverſis caſibus ab Noſtro conjunctis ſaepius monuimus. vide ad Cat. *c.* XXXIII. num. 1. *Caput* autem *nudi* dicitur, ut ſupra *c.* XIX. extr. *cetera ignarus*, ubi vide. Fabriciani: *capite aut pedibus*.

PROSPECTUS NISUSQUE P. S. FACILIUS FORET.

2 ga gladii & ſcuta; verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia ſimul, & offenſa quo levius ſtreperent. Igitur praegrediens Ligus ſaxa, & ſi quae vetuſtate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus adlevati facilius eſcenderent. interdum timidos inſolentia itineris levare manu: ubi paullo aſperior adſcenſus, ſingulos prae ſe

Vinar. 2. *proſcriptus*. alterum habes ſupra *c.* LXXXIX. nu.6. Vinar.2. Franc. Uratisl. 2. *proſpectus viſuſque*. falſiſſime. At ita ineptiebat olim Pomp. Mela II. *c.* I. *Proxima cadentes adſidue nives adeo invia efficiunt, ut ultra ne* niſum *quidem incedentium admittant*: ita recte Iſ. Voſſius. antea, *ne viſum quidem*. Noſter mox num. 2. *quae dubia* niſui *videntur*. Berger. & Guelf. 9. *facilior foret*; 3. 7. 11. & Veneta 1470. *facilis foret*. nimirum ut *niſus facilis* cohaererent melius. At alterum maluit ſupra *c.* XIV. nu.11. *effecit, ut ubivis* tutius, *quam in regno meo eſſem*. ibi vide. Dictys V. *c.* XI. *ima quae ſub pedibus erant, rotis interpoſitis ſuſpenderat, ſcilicet quo attractu* motus facilius *foret*. ubi Mercerus & Salluſtium & Livium comparavit. Vinar. 1. & Uratisl.1. *ſuper ſaxa*. At Cat. *cap.* LVII. *per montes*. ubi vide.

VERUM EA NUMIDICA EX CORIIS. Ita omnes MSS. & impreſſi: Guelf.6. eo amplius, *facta ex coriis*. Sed dubio procul *ex coriis* Gloſſema eſt, cum *Numidica* ſcuta non alia eſſent, ut pluribus ex Plinio VIII. *c.* XXV. & XI. *c.* XXXVII. aliiſque ejus locis cognoſcas. item ex Oroſio, ubi hoc bellum deſcripſit, & Servio ad VII. Aen. *v.* 732. adde Silium III. *v.* 269. ſqq.

PONDERIS GRATIA SIMUL. I. *ponderis levioris gratia*. Ita numerus, menſura, magnitudo & alia ejuſmodi haud raro ponuntur, ut tale Adjectivum intelligendum ſit. Eo modo Corn. Nep. Praefat. extr. *Plura perſequi tum* magnitudo *voluminis probibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quae exorſus ſum*. quem vulgo non rite capiunt. Sic infra *c.* XCVIII. nu. 2. *copia*, pro *copia exigua*. Non aliter ea intelliguntur, quam *locus, tempus, valetudo, caſus, cauſſa, gratia*, multa praeterea, quae proprie media ſunt; ſed ſaepius in alteram partem nude ſumuntur. Male iterum edd. omnes coagmentaverant *ſimul & offenſa*.

OFFENSA, QUO LEVIUS STREPERENT. *Offenſa*, nempe ſcuta, ut apud Livium VII. *c.* XXXVI. *miles* oſtenſo ſcuto *praebuit ſonitum*. quem laudavit Waſſius. *levius*, vetuſtiſsimi noſtri: quidam *lenius*. Guelf. 7. & Venetae 1470. *minus ſtreperent*. Fabric. 1. *levius perſtreperent*.

2. SI QUAE VETUSTATE RADICES EMINEB. Eccard. a prima manu: *ſi qua*. VETUSTATE intelligere licet *per vetuſtatem, propter*. nam radices magnarum arborum per vetuſtatem prominere ſolent. At cum Gu. 1. 3. Berger. Senat. 2. & Heuſsian. habeant *vetuſtae radices*, placet magis *vetuſtate* pro Adjectivo adſumere, ut apud Ennium *homo toga*, pro *togato*; *vulturius ſilvis*, pro *ſilveſtri*. &c. Ita ſupra: *coelo & terra penuria aquae*. Livius: *milites haud diſpari armatu*; Virgilius, *ingenti mole ſepulcrum*; Ovidius: *pſittacus ab Indis*. Facillimus tamen lapſus eſt ab *vetuſtae*, ad *vetuſtate*. Locum omnem expreſsit Guntherus IV. Ligur. *v.* 548. *Protinus anguſto nituntur ad ardua calle, Cautibus infringunt ungues, & ſi* qua *vetuſto Prominet e ſcopulo putri jam ſtipite* radix, *Hanc nitente manu prendunt, humeroque priorem Subvehit attollitque ſequens, primuſque ſequentes* Attrahit, *& ſtudiis alterna juvamina praeſtant*. Uratisl. 2. *laqueis vincebat*.

ALLEVATI MILITES. Qui *milites*? centurionesne, an tubicines, an utrique? Immo dele vocem ſuperfluam, cum *allevati* ſeſe ſatis ipſum ſuſtentet. Uratisl. 1. & ab ſecunda manu Guelf. 12. *alleviati*. Berger. Guelf. 4. & 9. *elevati*. Etiam in hanc vocem tibi quidlibet juris per me conceſſum erit.

LEVARE MANU. *Adtrahere* ad ſe, non obſcure dixit Guntherus. Livius XXVIII. *cap.* XX. *primi inſequentes* extrahentes *manu; poſtremi* ſublevantes *eos, qui praeirent, in ſummum evadunt*. Curt. V. *c.* III. num. 20. *Ira igitur in rabiem verſa, eminentia ſaxa complexi, ut ad hoſtem perveniant, alius alium* levantes, *conabantur adſcendere*. Id. VII. *cap.* XI. num. 15. *deinde ut in praerupta perventum eſt, alii manibus eminentia ſaxa complexi* levavere *ſemet; alii adjectis funium laqueis evaſere*. Male ergo Guelf. 3. *juvare manu*. Eccard. *timidos inſolentia levare m.* omiſſo Nomine *itineris*.

PAULLO ASPERIOR ASCENSUS ERAT. *Aſperior*, uti de via Livius XLIV. *c.* III. *Adeo ardua & aſpera & confragoſa via fuit*. Optime Gu. 3. *erat* rejecit.

PRAE SE INERMOS MITTERE. Fabric. 1. Remenſ.

Digitized by Google

ſe inermos mittere ; deinde ipſe cum illorum armis ſequi : quae du-
bia niſu videbantur potiſſumus tentare , ac ſaepius eadem adſcendens
deſcendenſque , dein ſtatim digrediens, ceteris audaciam addere. Igi- 3
tur diu multumque fatigati , tandem in caſtellum perveniunt , deſer-
tum ab ea parte : quod omnes, ſicuti aliis diebus, advorſum hoſtis ade-
rant. Marius, ubi ex nunciis , quae Ligus egerat , cognovit, quam-
quam toto die intentos praelio Numidas habuerat , tum vero cohorta-
tus

menſ. I. Guelf. I. 3. & II. *per ſe*. Eccard. *pro ſe*, ut a prima manu Guelf. 2. Sed *inermos* ita clare exhibet Fabric. I. etſi jam illi ſcalpellum admoveri coeptum eſt , ut inde fieret *inermes*, quod reliquos fere inſedit . Alterum probat Nonius , qui ita citavit : & plura adnotavimus ad Catilin. *cap.* III. num. 4. & ſupra *cap.* I. num. I. quemadmodum ex Baſil. I. alibi eamdem vocem emendavimus . Q. Claudius I. Annal. *Arma plerique abjiciunt* , *atque* inermi *inlatebrant ſeſe* , apud A. Gellium XVII. *cap.* II. ubi adde Jac. Gronovium , & Servium ad I. Aen. *v.* 484. Caeſar I. Civ. *c.* LXVIII. *Saxa multis locis praerupta iter impediebant* : ut arma *per manus neceſſario* transderentur , *militeſque inermes* ſublevatique *alii ab aliis*, *magnam partem itineris conficerent*.

DUBIA NISUI VIDEBANTUR. Vinar. I. *debita uſui videbantur* ; 2. *dubia viſui* ; Uratisl. 2. *dubia uſui* . Scripſi ex Eccard. Guelf. 3. 4. & 6. *dubia niſu* . *Niſu* ſive pro *niſui* accipias , ut ſupra *luxu*, pro *luxui* , *cap.* VI. num. I. ubi vide ; i. *ad niſum* , ut infra *caſtris amplus* : ſive etiam ſexto caſu , pro in niſu , quod ad niſum. nam ita Noſter *c.* XCV. num. 3. *&* amicitia *facilis* . item Propertius IV. eleg. IV. *v.* 81. *Mons erat* adſcenſu *dubius* . quem ex Tollio comparavit cum Salluſtio Cl. Duckerus ad Flor. II. *c.* XII. num. 5. atquē hoc poſtremum adridet .

POTISSUMUM TENTARE. Guelf. 6. Vinar. I. & Uratisl. I. *potentiſſimus* ; Guelf. 7. *potiſſimo* . Soli Franc. & Vinar. 2. *potiſſimum* : Reliqui omnes cum edd. vett. *potiſſumus* , quomodo Carrio , eumque ſecuti . ut Gruteri Walsiique ſomnolentia iterum redarguenda ſit , qui *potiſſimum* praetulerunt : quod in Gruteri editione , operarum vitio factum eſſe , ea inſpecta judicabis . Vox nota Plauto inprimis , eaque pro *potiſſimum* uſus eſt Noſter , uti ſupra *cap.* LII. num. 6. *dum legatus ad flumen* feſtinans *pergit* . *c.* XCIII. num. 2. *quae eum multos dies* , *noctes* aeſtuans *agitaret* . vide ad *c.* XXII. num. I.

EADEM ADSCENDENS DESCENDENSQUE . Fabric. I. Franc. Incert. I. *& deſcendens* . Gu. 4. & 9. *deſcendens aſcendenſque* . Sed Guelf. 7. & Remenſ. I. *deſcendenſque* omittit ; & cum ille Guelf. etiam *ſtatim* non exhibeat, ſcribendum videbatur : *eadem adſcendens ac degrediens* . ita enim , non *digrediens* ſcribitur in Senat. I. pro eo Academ. *diſgrediens*. Sed cum Guelf. 3. omittat *digrediens* ; Vinar. I. autem hoc omne : *ac ſtatim digrediens* ; his potius adſentiendum eſſe videtur . nam nondum expoſuere interpretes , quam ſingularem vim tres illae voces orationi addant, etſi multa de velocitate Liguris dici queant . Ineptuli cujuſdam additamentum eſſe videtur, qui cum videret *deſcendens* ultimo loco poſitum , verebatur, ne quis intelligeret Ligurem non & ipſum adſcendiſſe ; ſed poſtquam viam monſtraſſet reliquis ſpectatorem fuiſſe aut in caſtra ſua regreſſum eſſe : qui timor erat prorſus fruſtraneus . Ceterum *eſcendens* malebat hic Carrio atque Popma , quos non audiit Gruterus . Q. Claudius apud Gell. XVII. *cap.* II. *Cominius qua* eſcenderat , deſcendit , *atque verba Gallis dedit* . Eccard. *eodem* . is omittit *ceteris*.

3. DIU MULTUMQUE FATIGATI. Eccard. cum paucis : *diu multum fatigati* . male . vide ad *c.* LXXXII. extr. *multumque* dixit pro *valdeque*. Florus II. *cap.* III. nu. 5. *Itaque cum* diu multumque *eluderent Salyi* , *Deceates* —— *tandem Fulvius latebras eorum ignibus ſepſit* . Vinar. I. *tantum* , pro *tandem* ; 2. *in caſtellum veniunt* .

ADVORSUM HOSTIS ADERANT . *Hoſtis* ſcribunt Guelf. 3. & Baſil. I. hic etiam *advorſum* . Eccard. & Guelf. 9. *adverſus* , & ille *erat* , pro *aderat*. *c.* XCIII. n. 4. *quod cuncti Numidae intenti praelio* aderant . adde ſupra *c.* I. nu. 4.

TOTO DIE INTENTOS PRAELIO NUM. HABUERAT . Vinar. I. Berger. Guelf. 6. 9. 10. & 12. *tota die* . atque ita Cat. *c.* XXXVI. nu. 2. diem *ſtatuit*, *ante* quam *liceret* . Guelf. 7. & Veneta 1470. *intentos praeliis Num. tentaverat* . Edd. Pompon. *int. praeliis ſuos habuerat* . Senatorii Vinar. 2. Heuſſ. *intentus prael. N. habuerat* ; ſed Senat. I. & Guelf.

Digitized by Google

tus milites & ipſe extra vineas egreſſus, teſtudine acta ſuccedere, & ſimul hoſtem tormentis ſagittariiſque & funditoribus eminus terrere.
4 At Numidae ſaepe antea vineis Romanorum ſubvorſis, item incenſis, non caſtelli moenibus ſeſe tutabantur; ſed pro muro dies noctesque agitare, maledicere Romanis ac Mario vecordiam objectare; militibus noſtris Jugurthae ſervitium minari; ſecundis rebus fe-
5 roces eſſe. Interim omnibus Romanis hoſtibuſque praelio intentis, magna utrimque vi pro gloria atque imperio his, illis pro ſalu-

& Guelf. I. *invidias*, pro *Numidas*. Fabric. I. a prima manu: *toto die intentus invidias habuerat*: emendata nunc ea lectio & *praelio* ſuperadditum, quod olim nuſquam fuiſſe ex colore & poſitu ejus concludas. Scribe ergo: *quamquam toto die intentos Numidas habuerat*. i. intentos ſibi habuerat, fecerat omni ſtudio, ut ſibi intenti eſſent: quo facilius Ligus & ſocii incepta patrarent. Sic ſupra *c.* LXXIX. nu. 3. *quae res eos in magno diuturnoque bello inter ſe* habuit. Caeſar III. Gall. *c.* XXVI. *longiore itinere circumductis, ne ex hoſtium caſtris conſpici poſſent, omnium oculis mentibuſque* ad pugnam intentis, *celeriter ad eas munitiones pervenerunt*.

TESTUDINE ACTA SUCCEDERE. *Teſtudine facta*, Guelf. 3. & Livius XXXIV. *c.* XXXIX. qui teſtudinem deſcripſit: *Sublatis deinde ſupra capita ſcutis continuatiſque ita intra ſeſe, ut non modo ad caecos ictus, ſed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quidquam eſſet*, teſtudine facta *ſubibant*. idem *teſtudinem facere* XLIV. *c.* IX. item Caeſar II. Gall. *c.* VI. *ubi murus defenſoribus nudatus eſt*, teſtudine facta *portis ſuccedunt*. At ille V. Gall. *c.* XLIII. *teſtudines agere* etiam dixit, atque ita Virgilium loqui, docuit Heinſius & Drackenb. ad Silium I. *v.* 365. *condenſis* actae teſtudinis *armis*. Gu. 6. *teſtudine ſcutorum acta*. de *teſtudine* plura Lipſius, Stewechius, alii. De verbo *ſuccedere* legimus Caeſarem, ſed adde notata ſupra ad *c.* LVII. num. 3. Senat. I. Uratisl. I. Guelf. I. & 2. *extra vineas eſt regreſſus*.

HOSTEM TORMENTIS SAGITTARIISQUE. Gu. 12. a manu ſecunda, *hoſte*. Uratisl. I. *armis*, pro *tormentis*, quae Gloſſa Senat. I. interpretatur *Selſſcotun*.

4. VINEIS R. SUBVERSIS. Eccard. *ſumerſis*. Tacit. IV. Hiſt. *c.* XXII. Subverſa *longae pacis* opera. ita Cat. *c.* XIII. num. I. *ſubverſos montes*. & translata ſignificatione ſupra *c.* XXX. nu. I. infra Eccard. *caſtelli e moenibus*. Berger. *tutebantur*.

PRO MURO DIES NOCTESQUE AGITARE. Eccard. *ſed ante pro muro*. vide ſupra *c.* LIX. nu. I. Alia autem cauſſa pro muro agebant, quam illi, qui caſtris munitis ante oppida hoſtibus obſtiterunt, inter quos tamen & hoc exemplum poſuit Gruterus ad Liv. *cap.* XIV. nam his caſtellanis ipſe mons veluti alter murus erat, quem hac parte, qua aditus erat, tutabantur maximopere. Berger. *dieſque noctesque*.

MALEDICERE ROMANIS. Eccard. *mala dicere*. inani prorſus ſollicitudine, cum nemo non capiat pro contumelias jacere. vide ad Cat. *c.* XXI. num. 4. Ceterum hujuſmodi ferociam paſſim adnotant auctores. Herodian. VIII. *cap.* V. *κατεφρόνουν τῶν στρατιωτῶν. οἱ καὶ ἀποσκώπτειν ἐς αὐτοὺς, ἐνυβρίζειν τε τῷ Μαξιμίνῳ περινοστοῦντι, εἴς τε αὐτὸν καὶ τὸν παῖδα ἀπορρίπτειν δυσφήμους καὶ αἰσχρὰς βλασφημίας*. Tacitus II. Ann. *c.* XLVI. *Neque Maroboduus jactantia ſui, aut probris in hoſtem abſtinebat* &c.

JUGURTHAE SERVITIUM MINARI. Uratisl. I. *Jugurthae ſaevitiam*; Vinar. I. *ſaevitia minari*. *Servitium* poſuit pro *ſervitute*, ut ſupra *c.* LXII. n. 9. *quam gravis caſus in* ſervitium *ex regno foret*. Dictys V. *c.* XIII. extr. *hactenus nobilium feminarum ceſſere* ſervitia. Male autem Waſſius *Jugurthae* interpretatur *a Jugurtha*. Immo *apud Jugurtham*, ut ſit *Jugurthae* Caſus Objectivus ut olim loquebantur: ut *bellum fratris* apud Juſtinum, quod fratri infertur; *rationes mortis*, apud Plin. I. epiſt. XII. pro ad mortem; *minimae domus diligentia* Flor. I. c. VI. extr. quae debetur minimae domui. Aperte Auſonius, haud invitus cum Salluſtio loquens, Urbib. Epigr. VI. *v.* II. *deceptaque* in hoſtis Servitium *demens ſpecie tranſivit herili*.

5. OMNIBUS ROMANIS HOSTIBUSQUE. Hoc ordine Gruterus & MSS. noſtri: pauci *Romanis omnibus*. Fabric. I. *in praelio intentis*.

M. UTRIMQUE VI PRO GLORIA A. I. HIS. Vinar. I. *magna utriſque vi*: is autem & *his* neglexit. Eccard. *magna utrumque vi*. Infra *c.* CXIV. nu. 2. *cum Gallis* pro ſalute, *non* pro gloria *certare*. Tacit. Agric. *c.* V. *tum* de ſalute, *mox* de victoria

ſalute certantibus , repente a tergo ſigna canere : ac primo mu-
lieres & pueri, qui viſum proceſſerant, fugere; deinde, uti quisque
muro proxumus erat, poſtremo cuncti armati inermesque. Quod u- 6
bi accidit, eo acrius Romani inſtare, fundere, ac pleroſque tantum-
modo ſauciare, dein ſuper occiſorum corpora vadere, avidi glo-
riae certantes murum petere, neque quemquam omnium praeda
morari. Sic forte correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa in- 7
venit.

CAP.

tia *certavere. c.* XXXI. *tandem ſumite animum tam quibus* ſalus, *quam quibus* gloria *cariſſima eſt*. Cicero I. *c.*XII. *Cum vero* de imperio *decertatur belloque quaeritur* gloria — *Sed ea bella, quibus* imperii gloria *propoſita eſt*, *minus acerbe gerenda ſunt.* & mox : *bellum gerebatur*, *uter* eſſet, *non uter* imperaret. Curt. IV. *c.*III. n. 29. *quippe domeſtico bello Poenos impediri*, *nec* de imperio, *ſed* pro ſalute *dimicare nunciabant*. Juſtin. XXVIII. *cap.* IV. *Cum hi pro veteri Macedonum* gloria; *Illi non ſolum pro illibata libertate*, *ſed etiam* pro ſalute *certarent*. atque ita alii.

REPENTE A TERGO SIGNA CANERE. *Repente* omittit Uratisl. 2. quod tamen addidit bene Salluſtius, qui caſtellanis repentinum id fuiſſe docet. *a tergo* omiſerat ſcriba Berger. ſed male. Simile Caeſaris Strategema memorat Auct. B. Alexandr. *c.* XXX. *diverſo clamore & praelio perterriti Alexandrini trepidantes in omnes partes diſcurrere coeperunt. quorum perturbatione noſtrorum animi adeo ſunt incitati*, & quae ſequuntur.

QUI VISUM PROCESSERANT. *Viſum* proceſſerant praelium, quod cum Mario committebatur: ii nempe primo fugiebant in caſtellum, deinque uti quisque muro proximus. Ita capiendum, arbitror; ne dum *viſum proceſſerant*, ad Ligurem ſociosque videndos trahas, ſequelam omnem corrumpas, Sed nec verbum *proceſſerant* aliter, quam, ut dixi, reſpondet. Catil. *c.* LXI. n. 8. *Multi autem qui de caſtris* viſundi, *aut ſpoliandi gratia* proceſſerant. infra Gu. 6. *inermesque fugebant*; Eccard. *fugiebant*.

6. EO ACRIUS ROMANI INSTARE. Guelf. 10. *eo acrius manu inſtare*. forte pro *Marius*. id mutatum propter ſequentia: cum tamen ſaepiſſime dux pro exercitu ponatur. Certe Guelf. 6. & 11. *Romani* omittunt. Infra omnes noſtri, *tantummodo ſauciare*.

SUPER OCCISORUM CORPORA VADERE. Non id rarum in praeliis. At illud tamquam ſingulare adnotat Caeſar II. Gall. *c.* X. *Hoſtes impeditos noſtri in flumine adgreſſi*, *magnum eorum numerum occiderunt*: per eorum corpora *reliquos audaciſſime tranſire conantes*, *multitudine telorum repulerunt*. Super ſuorum corpora vadere illi non dubitabant: nec hodie. At illud foedum etiam barbaris viſum, quod *pontes ac moles humanorum corporum ſtrue* haud raro fecerunt, Florus II. *c.* VI. n. 18. cum nota Freinshemii.

CERTANTES MURUM PETERE. Vinar. I. *certatim.* peſſime. vide n. 2. Gu. I. *murum rumpere*; Remenſ. 2. *murum ſcendere*. Eccard. Acad. Incert. I. Rem. I. Berg. Vinar. 2. Uratisl. 2. 3. Gu. 6. 7. 9. 10. 12. & omnes edd. vett. *murum aſcendere*. Reliqui rectius longe *petere*.

PRAEDA MORARI. Quod in re ſimili proſpiciebat Marius, ne accideret, *c.* XCI. n. 4. Caeſar VII. Gall. *c.* XXVIII. *pars jam egreſſa portis ab equitibus eſt interfecta*, *nec fuit quisquam*, *qui* praedae *ſtuderet*.

7. FORTE CORRECTA MARII TEMERITAS. Baſil. I. Vinar. I. Acad. Franc. Incert. I. Rem. I. Uratisl. 2. & 3. Gu. 4. 6. 7. 9. 12. & edd. vett. *forte correpta M. temeritas*. atque eodem modo Berger. ſed vox *correpta* in margine perſcripta eſt. Melius *correcta* ceteri, & emendatum in illis quibusdam. *Corrigere* enim eſt in rectum, in melius reſtituere, quod accidit *temeritati*, quando in conſilium & felicem eventum vertit. Juſtin. XXXV. *c.* II. *veterem patris offenſam novis meritis* correcturi. Supra *c.* III. n. 2. *delicta corrigere*. Ergo non conſilium, ſed *felix temeritas* Marii fuit, quam adſcribit Alexandro Senec. VII. Benef. *c.* III. *Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit*, *quem per Liberi Herculisque veſtigia* felix temeritas *egit*, *ſed omnium quos fortuna irritavit implendo*. *Forte* id factum *fortuna*: aliter verum eſt illud Cic. pro M. Marcello *c.* II. extr. *Numquam* temeritas *cum ſapientia commiſcetur*, *nec ad* conſilium *caſus admittitur*. adde *c.* XCII. n. 6.

GLORIAM EX CULPA INVENIT. Guelf. 10. *pro culpa*. Alterum ſignificantius. vide ſupra *cap.* XCII. n. 2.

CAP. XCV.

c.
1 CEterum dum ea res geritur, L. Sulla Quaeſtor cum magno equita-
tu in caſtra venit: quos uti ex Latio & a ſociis cogeret, Ro-
2 mae relictus erat. Sed quoniam tanti viri res admonuit; idoneum
viſum eſt, de natura cultuque ejus paucis dicere. neque enim alio
loco de Sullae rebus dicturi ſumus: & L. Siſenna optume & diligen-
tiſſume omnium, qui eas res dixere, perſecutus, parum mihi libero
3 ore locutus videtur. Igitur Sulla gentis patriciae, familia prope
jam

CAP. XCV. 1. DUM EA RES GERITUR. Pauci apud nos, & infimi ordinis, *dum ea res agitur*. Alterum non multum diverſum eſt ab his *c.* LVIII. num. 4. *cum acerrume* rem gereret *clamorem & tumultum hoſtilem a tergo accepit*. ubi vide. Vinar. 1. *L. Scylla*. vide ad Cat. *c.* V. n. 6. Vellejus II. *c.* XII. princ. *At* C. *Marius* L. Sullam *jam tum, ut praecaventibus fatis, copulatum ſibi* quaeſtorem *habuit, & per eum miſſum ad regem Bocchum Jugurtha rege potitus eſt*.

QUI UTI EX LATIO ET A. S. EXERCITUM COGERET. Ita quidem Gruterus, Aldus nepos, aliaeque edd. item MSS. quidam, ſed quibus parum aetatis. Plerique *exercitum* omittunt, & ex junioribus etiam *cogeret milites* ſcribunt, aut denique cum Vinar. 2. *auxilia cogeret* exhibent. Eccard. *qui exercitu ut ex Latio a ſociis cogeret*. Fabric. 1. *qui uti ex L. & a ſociis colligeret, Romae r. e.* Sed illud *qui* in margine haeret. 2. *quod uti ex L. e. a. ſ. colligeret R. r. e.* Alii, ut dixi, *qui uti ex L. e. a ſociis cogeret Romae r. e.* At Baſil. 1. Senatorii, Vinar. 1. Heuſſ. Guelf. 1. & 2. *quod uti ex Latio & a ſociis cogeret Romae r. e.* Unde vides, veriſſimam eſſe lectionem, & cujusvis conjectura adſequendam, quam nos ex Guelf. 3. exhibuimus. Facillimus nempe lapsus ex *quos*, in *quod*: & Carrio, qui *quod* ex ſuis Codd. adſumſit, demonſtrare nobis debuiſſet, Salluſtium nullo alio loco ita eſſe locutum. nam alia pauca novi, in quibus Neutrum Genus alii Generi additur, ſed in ejusmodi nominibus, quae diverſa ſint ab hoc, de quo quaeritur *equitatus*. At ea infinita ſunt, in quibus poſt Collectiva Nomina Plurale Pronomen aut aliud Nomen additur. Ita Noſter Cat. V. n. 8. *Incitabant corrupti* civitatis *mores*, quos *peſſuma mala vexabant*. ubi vide plura. Supra *c.* XXVIII. n. 2. Senatus *a Beſtia conſultus, placeretne legatos Jugurthae recipi moenibus?* iique *decrevere*. adde ibi notata, in quibus Caeſar, qui *equitatum, qui videant* dixit. Alia ubivis obvia ſunt. *colligeret* Gloſſa peperit: & *cogere* hoc ſenſu familiare Hoſtro. vide ſupra *c.* LIV. n. 3. *Romae* omiſit Vinar. 1.

2. NOS TANTI VIRI RES ADMONUIT. Berger. *tanti viri nos res admonuit*, quo ordine Priſcianus XVIII. p. 1190. citat, niſi quod ille *tempus*, pro *res* exhibeat. Eccard. *res* omittit. Cui Salluſtius cognitus, is omnino Provocabulum *nos* haud tolerabit, & quidem propter illam varietatem delevimus. vide ſupra *c.* LXXIX. n. 1. *eam rem locus* admonuit. *Tanti viri* dixit, pro quo Eutrop. IV. *cap.* XI. *capto Jugurtha per quaeſtorem ſuum Cornelium Sullam*, ingentem *virum*.

DE NATURA CULTUQUE EJUS. Pronomen deficit Eccardiano. Guelf. 10. *de natura ejus cultuque*. ita ſolet Salluſtius. *Naturam* ea notione poſuit ſupra *c.* XXVIII. n. 4. *cujus de* natura *& habitu ſupra memoravimus*.

ALIO LOCO DE SULLAE R. DICTURI SUMUS. Gu. 3. *Neque alio loco*: omiſſa particula cauſſali. Vinar. 1. & Gu. 7. *in alio loco*. Gu. 3. Franc. & alius unus: *ſcripturi ſumus*. quod illis ſatis probabitur, qui inſolitam hoc loco ejusdem Verbi *dicere* repetitionem ferre minus poſſunt.

ET L. SISENNA. Vinar. 1. *& Siſenna*, omiſſo Praenomine. Guelf. 3. *L. Sinſenna*, quomodo quatuor alii. Unus etiam & alter *L. Siſena*, ut eſt in nummo veteri apud Fulv. Urſinum. Fabric. 1. *L. Siſinna*. 2. & Franc. *Siſenna ſcriptor*; Senat. 2. & Heuſſ. *Siſenna Hiſtoriographus*. Scripſit de Bello Marſico, & bello civili Sullano: cujus Fragmenta vide inter veteres Hiſtoricos p. 59. ſeqq. adde Vellej. Pat. II. *c.* IX.

PERSECUTUS. Acad. *hiſtoriam perſecutus*: atque ita Gryphiana; male. intellige *res*, aut *dicere* ex ſuperioribus. Sic plane *c.* IV. n. 2. *Cujus de virtute quia multi dixere*, praetereundum *puto*. ubi vide. adde notam ad Cat. *c.* IV. n. 3.

3. GENTIS PATRICIAE NOBILIS FUIT. Sic Waſſius

Digitized by Google

jam exſtincta majorum ignavia, litteris Graecis atque Latinis juxta atque doctiſſume eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, ſed gloriae cupidior: otio luxurioſo; tamen ab negotiis numquam voluptas

ſius omneſque aliae edd. & MSS. At Putſchius ex citatione Servii delere juſſerat vocem *nobilis*, retinebat *fuit*. Gruterus utramque expungit, ſine auctoritate ſuorum Codd. quem tamen Fabric. I. nunc defendere ſcias: quippe in quo *nobilis fuit* in margine, a prima tamen manu, ſcriptum eſt, ut nunc eo magis illud Gloſſema omittere potuerimus. Nam quae pro Verbo Subſtantivo dici queant, ea ipſe Salluſtius refutabit. & vero in Guelf. 9. ita legitur: *gentis patriciae nobilis. fuit familia* &c. inde cognoſcere licet, locum ita corruptum eſſe, ut eſt in omnibus edd. Cat. *c.* V. num. I. *L. Catilina nobili genere* natus, magna *vi & animi & corporis;* ubi nempe *fuit* etiam intruſerant. At integra manſere ſupra *cap.* VI. num. I. *pollens viribus, decora facie, ſed multo maxume ingenio validus;* item *c.* XV. n. 4. *c.* XX. n. 2. *c.* XLII. n. I. Cat. *cap.* XLVIII. n. 5. & alia quaedam ad eumdem modum. Bene etiam adduxit Putſchius III. Hiſt. *Cn. Lentulus* patriciae gentis, *collega ejus* &c. nam de diverſis illis caſibus *gentis, familia:* item de additis *eruditus* &c. ne plura dicamus, otium nobis fecit nota ad Cat. *c.* XVIII. n. 4. cui junge ſupra ad *c.* LXX. n. I. dicta. Addo tamen Caeſar. VII. Gall. *c.* XXXIX. princ. *Eporedorix Aeduus, ſummo loco* natus *adoleſcens, & ſummae domi* potentiae, *& una Virdumarus pari* aetate *&* gratia, *ſed* genere *diſpari — in equitum numero convenerant*. Capitolin. Macrino *c.* II. *Opilius Macrinus praefectus praetorio, humili* natus *loco, &* animi *atque* oris *inverecundi*. Corneliam GENTEM, ex qua erat L. Sulla, patriciam fuiſſe, comprobat Auctor Cat. *cap.* LV. n. 6. *Ita ille* patricius, *ex clariſſuma* gente Corneliorum, *qui conſulare imperium Romae habuerat*, &c. FAMILIAM recte diſtinguit ab *gente*, & pridem jam de magno inter utramque diſcrimine viri docti talia monuere, quae *gentem* ad Nomen, *familiam* ad Cognomen proprie pertinere demonſtrent. Sueton. Jul. *c.* VI. *cujus* gentis familia *eſt noſtra*. Plura Sigonius, Voſſius, Spanhemius.

FAMILIA PROPE JAM EXSTINCTA. *Prope jam* neglexit Incert. I. At Baſil. I. Uratiſl. 2. & Gu. 12. *jam prope*. male. infra *c.* CI. num. 9. *dum* prope jam *adeptam victoriam retinere cupit*. Catullus Carm. LXV. *Ille autem* prope jam *mediis verſatur in undis*. *Exſtincta* non puto ea vi ſumendum eſſe, qua *cap.* XIV. *ſtirpis exſtinctor* dicitur; ſed de gloria familiae intermortua, cum pauci ex illa conſulares fuerint; cum alioquin Sullae plures ſint cogniti: circa ea maxime tempora. Et de hac ſignificatione conſule notam ad *cap.* LXXXII. numer. 3.

GRAECIS ATQUE LATINIS JUXTA A. DOCTISSIME. Baſil. I. *litteris Graecis & Latinis*, ut olim habebant Cat. *c.* XXV. n. 2. *Litteris Graecis & Latinis docta*. atque id hoc loco etiam Perizonio placuiſſe videtur, eo, quod alterum mox excipit. Haec autem eſt *utraque lingua*, ut Horatius, Plinius, alii nominant. vide Cl. Bentlej. ad Horat. III. Od. VIII. *v.* 5. *Juxta* eſt pariter, aeque, ſimiliter, ut ſaepiſſime apud Noſtrum. *Doctiſſime* non eſt ſollicitandum, tum quia non otioſum eſt, meliuſque exprimit rem *doctiſſime eruditus*, quam *doctiſſimus;* tum quod eo addito Auctor evitavit Amphiboliam, quam particula *juxta* poterat excitare. Apulejus de Deo Socr. p. 55. *At enim bonis artibus* doctus *& adprime eſt* eruditus, *&, quantum licet homini, ſapiens*. Idem Apol. p. 301. *Memini me apud Varronem Philoſophum, virum* accuratiſſime doctum *atque* eruditum *cum alia hujusmodi, tum hoc etiam legere*. Aurelius Victor Adrian. *Hic Graecis litteris* impenſius eruditus. Treb. Pollio Gallien. *cap.* XI. *cum* tanto ſtudio *Graecarum* docti *fuerint litterarum, ut raro aliquibus* doctiſſimis *magnorum arbitrio ceſſerint virorum*. Noſter Cat. *cap.* XXXVII. num. I. *Sed* omnino cuncta *plebes*. Cic. III. Offic. *c.* XXXI. extr. *qui perindulgens in patrem, idem* acerbe ſeverus in *filium*. Capitolin. Vero *c.* II. *Erat omnibus deliciis, ludis, jocis* decenter aptiſſimus. Doctrinae ſuae atque eruditionis indices libros rerum geſtarum reliquit Sulla. vide Plutarch. pag. 461. & Voſſium I. de Hiſtor. Lat. *cap.* IX.

OTIO LUXURIOSO ESSE. Franc. & Guelf. 10. *otio luxurioſus eſſe:* male, & ſimile vitium damnavimus *c.* LXIII. extr. Gu. 4. *otio luxurioſe eſſe.* ita quidem ſcripſiſſet Criſpus, ſi *eſſe* addere voluiſſet, quod omnes edd. occupavit, uti ſupra *c.* LXXXVI. extr. *remoto metu*, laxius licentius*que* futuros. At Guelf. 3. Remenſ. I. & Veneta 1470. recte illud *eſſe* omittunt, cujus hic nulla provincia, ſicuti *c.* V. n. I. & I. Hiſtor. Or. Lepidi: *Homines maximi* nominis, *non minus optimis majorum* exemplis. & multis locis praeterea. *Luxurioſo* notat proprie *laxiore*, & quo ſibi liberalius indulſerit. ut Maecenas, de quo Vellejus II. *cap.* LXXXVIII. *equeſtri*

voluptas remorata, niſi quod de uxore potuit honeſtius conſuli: facundus, callidus, & amicitia facilis: ad ſimulanda negotia altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum, ac maxume pecuniae lar-
4 gitor. Atque feliciſſumo omnium ante civilem victoriam, numquam ſuper

ſtri ſed ſplendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, ſane exſomnis, providens atque agendi ſciens; ſimul vero aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac mollitiis *paene ultra feminam fluens*. Idem *c.* LV. n. 3. Sentium Saturninum deſcribit, *virum multiplicem virtutibus, navum, agilem, providum, militariumque officiorum patientem ac peritum pariter; ſed eumdem, ubi negotia feciſſent locum* otio, liberaliter laute*que eo abutentem; ita tamen, ut eum ſplendidum ac hilarem potius, quam* luxurioſum, *aut deſidem diceres*. Nihil ſcitius: nec potuiſſet aliquis interpres melius Salluſtium explanare. Noſtro quid ſit *luxurioſus*, diſcas ex Cat. *c.* XI. n. 5.

De uxore potuit honestius consuli. Dum enim Valeriam, in theatro nimis blandientem, ſenex ipſe uxorem duxit, ut ſcribit Plutarchus, poterat ipſius famae melius conſuli. Ita Rupertus. At Waſſius: Rem narrat Plutarchus in Sylla p. 474. ibi nempe & illud Ruperti narratur, & praeterea quod Sulla, etſi uxorem domi habuerit, tamen cum mulieribus mimis, citharistriis & thymelicis vixerit. Poſterius intellexit Ph. Melanchthon, parum ſancte, ſcribens, coluit matrimonium. At Gloſſa pervetus Fabric. 1. *quia ajunt Syllam non habuiſſe uxorem, in hac re ſola plus nimio deditum, & idcirco de uxore potuiſſet ei honeſtius conſuli*. De amoribus & *adulteriis* ejus interpretatur perſpicue Plutarchus pag. 476. ὁ δ᾽, ὅτε νέος ὢν, περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμετρίαζε διὰ τὴν πενίαν, ὅτε γηράσας, διὰ τὴν ἡλικίαν — αὐτὸς ἐρῶν καὶ μοιχεύων ΩΣ ΦΗΣΙ ΣΑΛΛΟΥΣΤΙΟΣ. Hunc ergo locum reſpexit Plutarchus, cum alibi de Sullae rebus non ſcripſerit Criſpus, ut ipſe profeſſus eſt. Et bene cohaeret ſuperioribus, cum de *voluptate* dixerit, cui in otio maxime fuit deditus; quae etſi, inquit, talis fuerit, ut eum ab negotiis numquam ſit remorata, erat tamen libidinoſior, & & injuſtior circa uxorem. Ita *conſuli potuiſſet honeſtius de uxore* non ita intelligendum, ac ſi *illi* eſſet addendum: ſed ipſe Sulla potuiſſet *conſulere* honeſtius, agere juſtius circa uxorem. Nam *de* poni pro circa, quod ad, ſupra docuimus, ad Cat. *c.* LI. n. 19. Ibidem n. 7. de Verbo *conſulere* diximus, quod notet facere deliberato conſilio.

Et amicitia facilis. Guelf. 3. & Uratiſl. 1. *aditu & amicitia facilis*. Guelf. 10. *& in amicitia facilis. amicitia*, pro *quod ad amicitiam*, ut ſupra *c.* 1. extr. *gloria aeternus*; *c.* XCIV. n. 2. *dubius niſu*. Tacitus *firmatus animo*; Spartian. Nigro *cap.* VI. *Cetera corporis* parte *erat candidus & magis pinguis*. adde infra *cap.* XCVIII. n. 3.

Ad simulanda negotia altitudo ingen. incr. Waſſius reprehendit interpretationem Criſpini, & ipſe *ſimulare* accipit pro *diſſimulare*. Imo accipe pro *ſimulare* & *diſſimulare* ſimul: ſicuti pluribus exemplis ad *c.* LXXXIX. extr. probavimus, unum vocabulum ſaepe pro duobus ejuſdem generis poni, uti *cibus*, pro *cibo* & *potu* &c. Atque ita de Catilina, quem Sullae ſimilem faciunt, Noſter Catil. *cap.* V. n. 4. *cujus rei libet* ſimulator & diſſimulator. altitudo i. profundum ingenii illis tribuitur, quorum conſilia aegre adſequimur, Graecis, ut Themiſtio, *βάθος διανοίας*. ipſe Cicero *βαθύνοιαν* ita adhibuit. vide Turneb. III. Adverſ. *cap.* XV. & Iſ. Caſaubon. ad Cicer. IV. ad Attic. epiſt. VI. Vopiſcus Numer. *cap.* XV. *denique ut erat* altus, *riſit & tacuit*. Struvianus, qui hic deſinit ſilere, *ſimulanda negotiis*.

Ac maxume pecuniae largitor. *Largitor multarum rerum* pro liberali, indulgente. vide Cat. *c.* LIV. n. 3. Adpoſite Seneca I. de Benef. *c.* II. *Beneficia in vulgus effundenda non ſunt, &* nullius rei, *minime* beneficiorum, *honeſta eſt* largitio. Ceterum ex hoc proximo *cap.* judicabis, quam recte Graevius in Cicer. Offic. I. *c.* XXX. adnotaverit, nuſquam dictum ſcriptumve eſſe, Sullam alios coluiſſe (quod certe temerarie ſcripſit vir optimus; at paullo melius quod addit) & ſervili obſequio dignitates meruiſſe. *maxime* omittit Fabrician. 2.

4. Felicissumo omnium ante c. victoriam. Sic Gruterus. noſtri plerique, *illi feliciſſimo*. abeſt tamen Pronomen etiam ab Eccard. & Guelf. 3. atque ita emendavimus ſupra *c.* XIV. n. 12. De *felicitate* Sullae Cic. pro Roſc. Am. *c.* VIII. *quamvis ille* felix *ſit*, *ſicut eſt*. cum nota Cellarii & Boecleri ad Vellej. II. *c.* XXVII. n. 5. Seneca ad Marc. *c.* XII. *A* feliciſſimo *incipiam. L. Sulla filium amiſit*, & quae ſequuntur. *victoriam* inter verſus ſcribitur in Fabric. 1. pro *feliciſſimo* Berger. *feliciſſimum*.

Num-

Digitized by Google

ſuper induſtriam fortuna fuit: multique dubitavere, fortior, an felicior eſſet. nam poſtea quae fecerit, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat diſſerere.

CAP. XCVI.

CI.

IGitur Sulla, ut ſupra dictum, poſtquam in Africam atque in ca- 1
ſtra Marii cum equitatu venit, rudis antea & ignarus belli, ſol-
lertiſſumus omnium in paucis tempeſtatibus factus eſt. Ad hoc mili- 2
tes benigne adpellare; multis rogantibus, aliis per ſe ipſe dare beneficia,

NUMQUAM SUPER INDUST. FORTUNA FUIT. I. numquam fortuna majora illi contulit, quam ipſe meruerat, omnisque ſuae fortunae ipſe faber fuit. Eutropius I. *c.* IV. etiam Waſſio citatus: *militaris gloriae adpetentiſſimus*, fortuna *in bellis proſpera fuit; verum ita ut non* ſuperaret induſtriam. Imitatur, quod vidit illuſtris Obrechtus, Dictys III. *cap.* XVI. fortior, *quam* felicior, *cui fama bellandi incluto per gentes, numquam tamen vires conſilio* ſuperfuerant. Guelf. 9. *ſuper induſtriam uſus fuit.*

MULTIQUE DUBITAVERE F. A. F. E. Gruterus malebat, *multis dubitantibus*, aut *dubium*. Sed vide noſtra ad I. Hiſt. Orat. Phil. n. 3. *qui pejor, an ignavior ſit*, deliberari *non poteſt.* adde ibid. n. 12. Eccard. *multi dubitavere*, ſine copula. Uratisl. 3. *in incertum habeo.*

PUDEAT MAGIS, AN PIGEAT DISSERERE. Ita Gruterus, & noſtri primae claſſis; niſi quod quidam Verba alia forma praeferant. nam Fabriciani, Remenſes, Academ. Uratisl. 2. Struv. Eccard. Guelf. 7. 11. 12. & Veneta 1470. *pudet... piget* habent. Guelf. 6. *pudeat an magis ac pigeat d.* 4. *pudet an magis, ac piget diſſerere.* Unde faceres: *nam poſtea quae fecerit, pudet ac piget diſſerere.* Prudent. Praef. Cathem. *v.* II. *Ac luxus petulans* (*heu* pudet ac piget!) *Foedavit juvenem nequitiae ſordibus ac luto.* Sed Sulpic. Sev. II. *c.* XXVIII. *Reliqua vero ejus*, incertum *pigeat, an pudeat magis diſſerere.* is, ut videmus, *habeo* omittit. quomodo Noſter IV. Hiſtor. pr. *At Cn. Lentulus* --- perincertum *ſtolidior an vanior legem... promulgavit.* Veneta 1470. excludit particulam *magis*, eaque neque in Waſſiana reperitur, qui & *incertum habeo* a mala manu eſſe exiſtimat.

CAP. XCVI. I. UTI SUPRA DICTUM EST. Eccard. *Igitur ſicuti ſupra dictum eſt, poſtquam;* Baſil. I. *uti ſupra praedictum eſt.* Gruterus haud male haec ab homine oblivioſo, non ab Salluſtio eſſe cenſet. Sed praeterea alia quaedam in hac periodo ſuperflua ſunt. Fabric. 2. & Eccard. omittunt *Marii*, ſicuti ſupra *c.* XCV. pr. *cum magno equitatu* in caſtra *venit.* Ipſe ſcriberem: *Igitur Sulla poſtquam in caſtra Marii pervenit*, ceteris abjectis. Nam Criſpus ubicumque per particulam *Igitur* rem narratam reſumit, numquam totidem verba iterare ſolet: pauca repetit.

SOLLERTISSUMUS OMN. IN P. TEMPESTATIBUS. Pracpoſitionem *in* omnes noſtri Codd. ſervant, repudiatam tamen ab edd. aliquot mediis. vide ad Cat. *c.* XLVIII. n. 5.

2. MILITES BENIGNE ADPELLARE. Guelf. II. *benignus.* non probo. Benignum adloquium plurimum valet ad conciliandum favorem. vid. Q. Cicero de Petit. *c.* VIII. IX. Id oſtendit in Tarquinio Livius I. *c.* XXXIV. ubi plura Gruterus.

ROGANTIBUS, ALIIS PER SE IPSE DARE. Guelf. II. *rogationibus. rogantibus* quilibet intelligit, iis, qui rogabant: quem ſenſum vernacula noſtra exprimit per Nomen, *auf Bitte:* eique eleganter opponitur PER SE IPSE, i. ultro, ſponte ſua, non rogatus. ſed Vinar. I. & Gueif. 12. habent, *per ſe dare.* Ita certe Cic. pro Roſc. Comoed. *c.* VII. *Utrumque incredibile eſt, & Roſcium quidquam per avaritiam adpetiſſe, & Fannium quidquam* per ſe *bonitate amiſiſſe.* ubi vide Graevium. quem etiam & plura dedit Cl. Drackenb. ad Sil. XI. *v.* 447. *Ac, ſilice aggeribus* per ſe *ſcandente vocatis, Juſſit in immenſum cantatas ſurgere turres.* Eſt quidem & *per ſe ipſe* Noſtro familiare, quod vides ſupra *c.* IV. n. 8. ſed ſignificatione, *in ſe*, & *ſolus*. quod cum huic loco aliquod incommodum inſerat, placebit Pronomen *ipſe* deleri. Ipſe tamen delibero potius, & illud incommodum per ſuperius *rogantibus* tolli exiſtimo; illos autem librarios propter *ſe* in prima poſitione

ficia, invitus accipere: ſed ea properantius, quam aes mutuum reddere; ipſe ab nullo repetere: magis id laborare, ut illi quam plurimi

ipſe haeſitaſſe videntur, quod factum Catil. *c.* xxxii. n. 1. alibi. infra *c.* cx. n. 2. *multis* orantibus, *aliis* ultro *egomet opem tuli*. Male ergo Struvian. *rogantibus illis per ſe ipſe dare*. Guelferb. 3. *dare*, *commodare beneficia*; atque is quidem cum aliis aliquot poſt *beneficia* diſtinguit; quomodo etiam Gruterus. Sed Fabriciani, Eccard. Guelf. 6. 7. & alii poſt *dare* diſtinguunt. Grutero favet Catil. *c.* vi. num. 5. *magiſque* dandis, *quam accipiundis* beneficiis *amicitias parabant*. Forte & hic id nomen ſpurium eſt, ut ſupra *cap.* xiv. numer. 3. id ipſe poſitus ejus arguere videtur: praeterea, quod in Guelferbyt. 10. ſcribitur *beneficentia*.

Invitus accipere. Grave enim illud viris ambitioſis. Plautus Capt. A. ii. Sc. ii. *v.* 108. *Quod bonis bene fit beneficium*, gratia *ea* gravida *'ſt bonis*. & Perſa Act. iv. Sc. v. *v.* 2. *ſi quid bonis Boni fit*, *eſſe idem* & grave, & *gratum ſolet*. adde Senec. de Benef. & de Vita B. *c.* xxiv.

Properantius, quam aes mutuum. Nihil mutandum, & Ciacconius valde infeliciter tranſponit verba. At Fabric. 1. omittit *properantius:* adjecit tamen prima manu inter verſus. Proclive inde eſt facere: *ſed ea tamquam aes mutuum reddere:* ſed ſordet ad receptam lectionem. Guelf. 3. *aes mutuum credere*. ab interprete, ut arbitror.

Ipse ab nullo repetere. Uratisl. 2. *petere*. ſomnolenter. At Fabric. 1. a prima manu, item 2. Uratisl. 3. Eccard. Guelf. 4. 10. & 11. *ipſe ab nullo rapere*. quae varietas etiam apud Cicer. pro Flacco *c.* ii. ubi ſimiliter *repetitur*, *petitur*, *rapitur* libri vett. ſcribunt, pro vero *repetitur*. *Repetere* cave deſeras. Eſſe id proprium debitorum, diximus ſupra ad *c.* lxxxv. n. 37. *omnes honores non ex merito*, *ſed quaſi debitos a vobis* repetit. ibi vide. Plautus Trin. A. v. Sc. ii. *v.* 7. *Quod datum utendum 'ſt*, *id* repetundi *copia 'ſt*, *quando velis*. Seneca de V. Beat. *c.* xxiv. *Eo loco ſit donatio*, *unde* repeti *non debet*, *reddi poſſit*. 1. de Benef. *c.* 1. *Nec facile dixerim*, *utrum turpius ſit inficiari*, *an* repetere *beneficium*. ſic ille ſaepius.

Magis id laborare. Fabric. & Uratisl. ſecundi omittunt *id*, nempe quia tum conſtructione arduum, tum ſignificatione ſuperfluum videbatur. Franc. *ad id locorum laborare;* Uratisl. 3. *eo laborare;* Vinar. 2. *illud*. Unico Ciceronis dicto omnes ſollicitudines tolluntur ex ix. epiſt. iii. n. 4. *Valde* id, *credo*, laborandum *eſt*, ne *noſtra nobiſcum*, *aut inter nos ceſſatio vituperetur*. ubi vide plura. adde etiam collata ad Cat. *c.* xlviii. n. 7.

Ut illi quam plurimi deberent. Notandum dicit locutionis genus Glareanus, quod *illi* poſuerit pro *ipſi*, vel *ſibi*. Fuit etiam librariis ſingulare. nam Guelf. 9. & Berger. habent: *ut ſibi q. p. d.* at Franc. & Uratisl. 1. *ut illi q. plurimum deberent;* Acad. *quam plurima*. hi nimirum *illi* intellexere primo Caſu, de illis, qui acceperant beneficia ab Sulla. Sed fruſtra omnes. Supra *c.* lxiv. n. 2. *debere* illi *res ſuas ſatis placere*. ubi etiam *ipſi*, *ſibi* in MSS. *c.* lxxvii. n. 1. *ni id feſtinaret*, *in ſumma periculo ſuam ſalutem*, illorum *ſocios fore*. Livius xli. *cap.* xix. *Simul venerant & ab rege* Perſeo *oratores*, *qui purgarent*, *nec accitos ab* eo *Baſtarnas*, *nec auctore* eo *quidquam facere*. Spartian. Adrian. *c.* xvii. *ut ſero Kalendis Januariis ſcripſerit*, *quid* ei *toto anno poſſet evenire*. pro *ſibi*. Rem tetigit Sidonius vii. ep. xiii. *gravius habet*, *ſi* ſibi *mutuus honor debeatur mage*, *quam rependatur*.

Joca, seria cum humillumis agere. Summam comitatem Sullae exprimit haec formula, & citavit quaedam exempla I. Waſſe; ſed quod doleo, manifeſto furto commiſſo. Id quidem facile ceteris viri docti meritis condonaſſem, niſi ſimul ridiculum errorem, qui tamen lectori negotium faceſſere poteſt, erraſſet. Nimirum loca Plinii, Ciceronis, Ovidii, Auſonii deſcripſit ex obſervatione Jo. Savaronis ad Sidon. iv. epiſt. iv. *ſaepe cum hoc* ſeria, *ſaepe etiam* jocos *miſcui*, ubi etiam hic ipſe Salluſtius citatur. Sed quoniam Savaro ita ſemper citare ſolet epiſt. ii. libr. iii. Epiſt. viii. libr. vii. cum hodie omnes fere & ipſe Waſſius contra librum primo loco ponant, ſecundo epiſtolam: ille tamen ne tanta quidem circumſpectione aut patientia uti voluit, ut loca ipſe evolveret, vel ſaltem Savaronem recte inſpiceret; ſed citavit omnibus litteris, & ne quis excuſationi locus eſſet: *Sed & Plinius Lib. XIII. Epiſtola II. & XVII.* 4. & *I.* 8. ita inquam citavit; cum noſtrae edd. Plinianarum Epiſtolarum *decem* tantum libros habeant. Sed recte Savaro Plinius epiſt. 13. l. 2. idem epiſt. 17. l. 4. & epiſt. 1. l. 8. qui adeo miſere bono viro impoſuit. Atque ita illi infeliciter hoc loco ceſſit aliena ſcrinia expilare: paullo melius ſupra *c.* lxvi. num. 2. *cap.* xciii. num. 4. & locis aliquot aliis. Ipſa formula paſſim obvia eſt. Claudian. ii. Stilic. *v.* 164.

d by Google

rimi deberent: joca atque ſeria cum humillumis agere: in operi- 3
bus, in agmine atque ad vigilias multus adeſſe: neque interim,
quod prava ambitio ſolet, Conſulis, aut cujusquam boni famam
laedere: tantummodo neque conſilio, neque manu priorem alium
pati; pleroſque antevenire. Quis rebus brevi Mario militibusque 4
cariſſumus factus.

CAP. XCVII.

CII.
AT Jugurtha, poſtquam oppidum Capſam alioſque locos muni- 1
tos & ſibi utilis ſimul, & magnam pecuniam amiſerat, ad Bocchum nuncios mittit, *quam primum in Numidiam copias adduceret; prae-*

v. 164. *pura ſed libertate loquendi* Seria *quiſque* jocis *nulla formidine miſcet*, quem indicat Gruterus l. c. ut adſcripſit Rupertus. Minuc. Fel. *c.* I. *utpote cum & ipſe tanto noſtri ſemper amore flagraverit, ut & in* ludicris *&* ſeriis *pari mecum voluntate concineret*. ubi vide Gronovium, qui Liv. I. *c.* IV. ſubdidit. Juretum ad Symmach. I. Epiſt. LIV. vix addendum cenſeo, cum jam Puteanus eum produxerit ad Waſſio laudatum Mamert. Paneg. *cap.* XII. p. 763.

3. AD VIGILIAS MULTUS ADESSE. Remenſ. I. *in agmine atque vigiliis multus adeſſe. ad* omittunt etiam Senat. 2. & Heuſſianus. Remenſ. 2. & Guelf. II. *apud vigilias*, quod mera interpretatio eſt, & placuit eo magis, quod Noſter infra *c.* C. n. 3. ſcripſerit, *apud omnes adeſſe*, & ſupra *cap.* XLVI. n. 7. *ipſe* apud *primos erat*. Sed nihil illud contra receptam lectionem impetrat, uti neque Eccard. *in vigilias*; Guelf. 6. *in vigiliis:* cum & in alio poſitu *ad* pro *apud* ſatis notum omnibus hodie ſit factum. vide Soſipatr. Chariſ. IV. pag. 239. Drackenb. ad Sil. XIII. *v.* 606. Guelf. 10. *ad vigilias eſſe multus*. vide ſupra *c.* XXV. n. 5. & *c.* XLV. n. 2.

QUOD PRAVA AMBITIO SOLET. Sic noſtri, non *ambitio prava*. Guelf. 6. *ſolet facere.* pueriliter illud Verbi adjeceris, nam Noſter, ut paſſim, ita Cat. *c.* XXX. n. 2. *Simul id, quod in tali re* ſolet, *alii portenta atque prodigia nunciabant*. ubi vide. Mox Guelf. II. *cuiquam boni.* 9. & 12. *cujuſque boni*.

TANTUMMODO NEQUE M. N. C. PRIOREM ALIUM. Baſil. I. *tantum modo*, diviſis vocibus, ut fere in aliis etiam ſolet. ſed Guelf. 3. *modo tantum*. ut alterum ab aliena manu additum videri queat. PRIOREM vocat eleganter, qui ſuperat, praecedit. ita ſupra *prima*, *c.* LXXVI. n. 6. item *c.* X. n. 7. *qui aetate & ſapientia* prior *es*. Phaedrus I. Fab. XIII. *v.* 8. *Si vocem haberes, nulla* prior *ales foret*. ubi vide Interpp. ut & Graevium & Ducker. ad Flor. I. *c.* XVI. n. 2. Sic ſupra *c.* L. n. 6. *numero priores*. ALIUM omittit Fabric. I. neque illud valde placere Criſpo, ex *c.* IV. n. 5. patebit. At ceteri Comparativis addere amant. Seneca de morte Claud. *c.* XV. *Cecidit pulchre Cordatus homo*, *Quo non* alius *Fuit in toto* Fortior *orbe*. & poſt pauca: *Quo non* alius *Potuit* citius *Diſcere cauſſas*. Prius *neque* vacat in Eccard. & Incert. I.

4. QUIBUS REBUS ET ARTIBUS BREVI. Guelf. 3. *quis rebus*, ut ſcripſi. Franc. *quibus artibus brevi* cet. omiſſis *rebus &*. duo MSS. apud Putſchium, alii apud Cypr. Popmam omittebant *& artibus*, atque illis potius accedo. Geminus locus eſt ſupra *c.* VI. n. 2. ubi de natura cultuque Jugurthae memoraverat, ſubjicit: quibus rebus *Micipſa tametſi initio laetus fuerat* cet. At Waſſius *quibus rebus & artibus* interpretatur, *hiſce rebus patratis*, *geſtis*, *& ob animi virtutes*. Vinar. 2. *& militibus*; Guelf. 6. *& ejus militibus*; 12. *ac militibus*; 1. *cariſſimus factus fuit*; 6. *carus factus eſt*. Edd. vett. *clariſſimus factus eſt*. nempe *clarus* & *carus* etiam alibi confunduntur. Supra *c.* VII. n. 4. *ut noſtris vehementer* carus, *Numantinis maxumo terrori eſſet*.

CAP. XCVII. I. CAPSAM, ALIOSQUE LOCOS MUN. Fabric. 2. *Capſa*; Struv. *alios locos munitos*, ſine Copula. Berger. omittit *locos*. Remenſ. I. *munitos ſed ſimul & ſibi utiles*. Edd. vett. omnes *pecuniam magnam amiſerat*, ut Adjectivum ſequatur.

IN NUMIDIAM COPIAS ADDUCERET. Berger. *uti*

2 *praelii faciundi tempus adeſſe*. Quem ubi cunctari accepit, dubium
belli atque pacis rationes trahere: rurſus uti antea, proxumos donis
corrumpit, ipſique Mauro pollicetur Numidiae partem tertiam, ſi
aut Romani Africa expulſi, aut, integris ſuis finibus, bellum com-
3 poſitum foret. Eo praemio illectus Bocchus, cum magna multitudi-
ne Jugurtham accedit. Ita amborum exercitu conjuncto, Marium
jam in hiberna proficiſcentem, vix decima parte die reliqua,
in-

uti quamprimum, cet. quomodo & Gu. 9. ſed Acad. & Franc. *i. N. c. uti adduceret*. Incert. 1. & Eccard. *copias deduceret*. Tres Gruteri cum Guelf. 1. *adducere*. non probo. Supra *c.* XXV. n. 5. *litteras mittunt, quam ociſſume ad provinciam* accedat. Sed eo non *adducat* ſcribendum eſt. *Cap.* XXXII. n. 5. *perſuadet*, *ne* mallet. *Cap.* XXXV. n. 4. *imperat*, pararet. Recte Uratisl. 1. non agnoſcit voces, *in Numidiam*. At male, ut arbitror, Eccard. Franc. Struv. Guelf. 4. & 6. *copiam*, pro *copias*.

PRAELII FACIUNDI TEMPUS ADESSE. Uratisl. 1. *belli faciundi tempus adeſſe*. Eccard. Acad. & Veneta 1470. *praelium faciundi*. Alterum mage Salluſtianum, & diximus quaedam ad ea Catil. *c.* XXIV. n. 2. *qui poſtea princeps fuit* belli faciundi. Guelferb. 4. *belli tempus fac. adeſſe*.

2. CUNCTARI ACCEPIT, DUBIUM B. *Cunctari* deeſt edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. atque id ſalvo ſenſu eximi poſſe, cenſuerat Gruterus. Libenter illi adſentior, cum Cat. *c.* LII. n. 25. eaedem voces *cunctari* & *dubitare* vulgo male compoſuerant, cum nos poſteriorem excluſerimus. Ita ergo verba ſeſe exciperent: *quem ubi dubium accepit belli atque pacis rationes trahere.* nam quod Gruterus etiam Conjunctionem *atque* invadit, fruſtra eſt & locum corrumpit. *dubius trahit*, ut ſupra *c.* XCIII. n. 1. anxius *trahere cum animo ſuo*. Loco ſic conſtituto, deſero Vinarienſes, Baſil. 1. Acad. Berg. & Guelf. 3. qui habent, *cunctari accepit*, & *dubium b. a. p. r. trahere:* qui alioquin, ſi *cunctari* retineas, haud peccant. *Rationes belli*, ut Plinius 1. epiſt. XII. n. 4. *ut haec tanta pretia vivendi* mortis rationibus *vincerentur*. adde ad Catil. *c.* LVIII. n. 3. & exquiſite ille dicitur *rationes trahere*, qui dubitat atque deliberat; quomodo Terentius, *ſecum putare rationes*, alii alia.

PROXUMOS EJUS DONIS CORRUMPIT. *Ejus* omittunt Fabric. 1. & Uratisl. 2. quibus adhaereo. vide Cat. *c.* XXXIII. n. 2. Eccard. Senat. 2. Heuſſ. Guelf. 1. & 12. *corrupit*. vide ſupra *c.* LXXX. n. 3.

IPSIQUE MAURO POLLICETUR. Incert. 2. *Ipſe Boccho;* Struv. *ibi Boccho;* alii *ipſique Boccho*, quomodo a manu ſecunda Guelf. 2. ut adpareat Gloſſatoris inventum eſſe, quod vidit Rivius. Sic alibi *Romanus*, *Numida*. vide notam ad *cap.* LXXXI. n. 3. Vetuſti noſtri, *Numidiae partem tertiam*. ſed Guelf. 1. *Numidiae tertiam*, omiſſo Nomine Subſtantivo. quomodo quidem *tertiae*, pro *tertiis partibus* dicuntur hodie; ſed boni ſcriptores *partes* addunt. Nihilominus Cat. *c.* LX. n. 4. ſimile quid ex Gu. 3. adnotavimus, qui habebat: *Catilina cum expeditis* in prima *verſari*, pro *in prima parte*, vel *acie*. infra *c.* C. n. 2. *in ſiniſtra*, pro *in ſiniſtra parte*.

AFRICA EXPULSI, AUT INTEGRIS SUIS F. Acad. *ab Siria expulſi*. Franc. *aut integri ſuis finibus*. Guelf. 1. *compoſitum fore*.

3. EO PRAEMIO ILLECTUS BOCCHUS. Gu. 3. *Et eo praemio*. Baſil. 1. *inlectus Bocchus*, quemadmodum hoc Nomen in aliis etiam MSS. exaratum eſt. alterum autem eſt ex perpetua hujus codicis conſuetudine. Uratisl. 2. *cum maxima multitudine*.

MARIUM JAM IN HIBERNA PROF. *Jam* deeſt Rem. 1. Incert. 2. & Venetae 1470.

VIX DECIMA PARTE DIE RELIQUA. Sic ex Priſciano & A. Gellio emendarunt viri docti; quomodo tamen etiam aliquot MSS. nulli tamen, quod mirum, Gruteri. Ex noſtris certe Guelf. 3. 9. & 12. Reliqui omnes & edd. vett. *diei*. Adprobat *die* Gronovius, ſed non, ut Gellius voluit, ſecundo Caſu antiquo accipit, quem habuimus ſupra *c.* LII. n. 3. verum ſexto, & interpretatur *decima parte* per *quod ad decimam partem*, ad Livii XXIX. *c.* VII. *Claſſis Romana a Meſſana Locros* aliquot horis die *ſuperante acceſſit*. Ei & nos accedimus, quamvis Bongarſius etiam, ut ceteri Salluſtii interpretes, cum Gellio faciat ad Juſtin. II. *c.* XI. n. 17. Ita Criſpus infra *c.* XCVIII. n. 3. *collis* magna parte *editus & praeceps pauca munimenta quaerebat*. Livius XL. *c.* XXXIV. *& cum Ilienſibus, gente ne nunc quidem* omni parte *pacata, ſecunda praelia facta*. Martianus Capella II. extr. *Tranſcurſa, lector*, parte magna *fabula*. Cicero cum Praepoſitione X. epiſt. V.
n. 8,

Digitized by Google

invadunt: rati noctem, quae jam aderat, victis ſibi munimento fo-
re; &, ſi viciſſent, nullo impedimento, quia locorum ſcientes e-
rant: contra Romanis utrumque caſum in tenebris difficiliorem. I- 4
gitur ſimul Conſul ex multis de hoſtium adventu cognovit, & ip-
ſi hoſtes aderant, & priusquam exercitus aut inſtrui, aut ſarcinas col-
ligere,

n. 8. *tamen ex* maxima parte *ea*, *quae es adeptus*, *fortunae temporibusque tribuuntur*]. Gu. 1. & 2. *vix decima relicta parte diei reliqua*. 6. *relicta qua invadunt*, ut breviter utramque lectionem notaret. At Franc. Incerti, Uratiſl. 3. Guelf. 7. 11. & edd. Pompon. *vix x. parte diei relicta*. 1. Hiſt. Orat. Lepidi: *ne ſervilia quidem alimenta* reliqua *habet*. Auctor Declam. in Cicer. *quaſi unus* reliquus *ex familia viri clariſſimi*, *Scipionis Africani*.

VICTIS SIBI MUNIMENTO FORE. *Victis* i. ſi forte victi eſſent. Epiſt. Mithrid. n. 20. *Arma in omnis Romani habent*, *acerruma in eos*, *quibus* victis *ſpolia maxuma ſunt*. Livius IX. *c.* XVIII. *Etiam* victis *Macedonibus graves*, *nedum victoribus*. ubi vide Gronovium. & ad XXXI. *c.* XLII. Eccard. & Guelf. 11. *monimento*. Baſil. 1. Franc. Incert. 1. Remenſes, Struv. Berger. Guelf. 12. & edd. vett. *& victis*. Struvian. omittit *ſibi*: quem poſſes defendere, ſi locum difficiliorem reddere velles.

ET SI VICISSENT, NULLO IMPED. Guelf. 12. *at ſi viciſſent*. Academ. & Berger. *& viciſſent*, neglecta Conjunctione. Auctor B. Alexandr. *c.* X. *& poſt horam decimam diei res agebatur*, *nox autem adlatura videbatur majorem fiduciam illis*, *qui locorum notitia confidebant*. Guelf. 7. *nulli impedimento*. Ita nempe Canones poſtulant, cum *impedimento* tertio Caſu accipitur. Monſtravimus tamen ad Cat. *cap.* XXIX. extr. *nulli*, pro *nullius*, &, quem citavimus, Munckerus *nullo* etiam & *alio* dandi Caſu exemplis confirmat, atque ita veteres declinaſſe ad Terentium Donatus docuit. At potuiſſet ille librarius ſecure *nullo* ſcribere, ſi ſexto Caſu intellexiſſet, quomodo Cic. X. ad Attic. epiſt. ult. *tranquillitates* majore impedimento *fuerunt*, *quam cuſtodiae*: quo loco recte utitur Cl. Ducker. ad Flor. II. *c.* XI. n. 6. qui ſimiliter *miraculo quodam fuere* dixit. Eccard. & Franc. *quod*, pro *quia*. idem Eccard. *nullo impedito*, forte pro *impeditu*.

IN TENEBRIS DIFFICILIOREM FORE. Franc. Incert. 1. Remenſes, Struv. Guelf. 4. 6. 11. & edd. vett. *difficilem fore*; Guelf. 10. *difficile*. Eccard. *difficillime fore*, isque omiſit *in tenebris*. Praeterea Fabric. 2. Incert. 2. Guelf. 11. & 12. *eſſe* habent, pro *fore*. Sed Senat. 1. Uratiſl. 1. & Vinar. 2. neutrum agnoſcunt, adſentiente Grutero. Et ſatis ſuperque eſt, ſupra lectum eſſe: *munimento* fore. *Difficiliorem* non eſt ſollicitandum, cum manifeſta adſit comparatio. Difficilior eſt Romanis, quam Jugurthae. Sed & Vetus Scholiaſtes ad Stat. III. Theb. *v.* 119. *Nox alioquin inſidiantibus opportuna & uni contra multos* difficilior.

4. SIMUL CONSUL EX MULTIS DE H. A. COGNOVIT. Guelf. 3. *Igitur conſul ſimul ex nunciis de h. a. cognovit*; ſicuti *cap.* XCIV. n. 3. *Marius ubi* ex nunciis, *quae Ligus egerat cognovit*. ſed *ex multis* rei trepidae longe aptius eſt, etſi in reliquo poſitu ab eo codice haud temere diſſentirem. Guelf. 6. *Igitur poſtquam ſimul conſul*, ex Gloſſa: ſiquidem etiam in Fabric. 1. ſupra particulam *ſimul*, ſcribitur *poſtquam*, & de ea notione τοῦ *ſimul*, pro *ſimulac* diximus ad Cat. *c.* VII. n. 4. Verum ea non eſt huic loco accommodatiſſima. Intellige ergo: *ſimul* h. e. *eodem tempore* Marius de hoſtium adventu cognovit, *&* ipſi hoſtes aderant: ita ut inter nuncios & hoſtium praeſentiam nullum intercederet ſpatium. quod optime exprimit tumultum & celeritatem. Ita Livius XXVIII. *cap.* XLIV. *Hic modo nihil morae ſit*. una *& trajeciſſe me audietis*, & *ardere bello Africam*, & *molientem hinc Annibalem*, & *obſideri Carthaginem*. Caeſar II. Gall. *c.* XIX. *incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt*, *ut paene* uno tempore & *ad ſilvas*, & *in flumine*, & *jam in manibus hoſtes viderentur*. Demoſthenes de Corona p. 317. ἀλλ' ΑΜ' ἀκούσετε ταῦτα ἀπαγγελλόντων ὑμῖν τινῶν, ΚΑἰ ἐκεῖνος αὐτὸς ἐπὶ πυλῶν. Eccard. *ex multis diebus*. Uratiſl. 1. *hoſtium adventum cognovit*. Peſſime. Supra *c.* LXXXVII. num. 4. *reges ubi de* adventu *Marii cognoverunt*.

EXERCITUS AUT INSTRUI. Quid ſit *inſtruere*, dixi ad Cat. *c.* LIX. n. 1. inſtructos *ordines in locum aequum deducit*.

SARCINAS COLLIGERE. Ante pugnam enim ſarcinas in unum locum conferebant. Caeſar VII. Gall. *c.* XVIII. extr. *qua re nunciata*, *Caeſar celeriter* ſarcinas conferri, *arma expediri juſſit*. De eo quod idem Nomen *exercitus* aliter ſe habeat ad Verbum *inſtrui*, aliter ad *colligere*, *accipere*, dixi ſupra ad *cap.* XLIX. n. 4. Adde notam ad Catil. *c.* LIII. n. 3. *Colligere ſarcinas* dixit etiam Varro 1. de R. R. *c.* 1.

ligere, denique antequam ſignum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri atque Gaetuli, non acie, neque ullo more praelii, ſed catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in noſtros concurrunt.

DENIQUE ANTEQUAM SIGNUM. *Signa* quidem varia militaria, de quibus accipi poſſet hic locus, inprimis ab iis, qui illud *ullum* etiam de ſigno intelligunt. Non tamen capies de aquila, vexillis aut ſimilibus, de quibus infra: *ſine ſignis, ſine ordinibus*. nam ea *ſigna* jam accipiebant, cum inſtrueretur exercitus. Cum vero ſupra ſcripſerit, *priusquam* inſtrui *quivit:* eamdem rem bis proponeret. Ergo aut de *ſigno* tuba dato intellige, quod legis Cat. c. LX. princ. *Sed ubi omnibus exploratis Petrejus tuba* ſignum *dat:* aut de illo *ſigno*, quod alio nomine *ſymbolum*, aut *teſſera* dicitur, quae militibus dabatur, ut ſocium ab hoſte diſcerneret: aut denique de utroque hoc ſigno, ut ipſe ego intelligo. Utrumque memorat Caeſar II. Gall. c. XX. *Caeſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum . . .* ſignum *tuba dandum . . . . acies inſtruenda: milites cohortandi:* ſignum *dandum*. ubi vide D. Voſſium, & Jo. Brantium. Auct. B. Afric. c. LXXXIII. *Quod poſtquam Caeſar intellexit, incitatis militum animis reſiſti nullo modo poſſe*, ſigno FELICITATIS *dato, equo admiſſo contra principes ire contendit*. Multo plura dabunt docti interpretes Silii VII. v. 347. *diſcurrit* teſſera *caſtris*.

AUT IMPERIUM ULLUM. *Imperium* nempe, qui aut quomodo, aut qua parte hoſtem adgrederentur. vide ea ſatis explicata per Auct. B. Afric. c. III. Idem c. XXXI. de Caeſare: *ſed mirabili peritus ſcientia bellandi in Praetorio ſedens, per ſpeculatores & nuncios* imperabat, *quae fieri volebat*. Livius XXII. c. V. *Ceterum prae ſtrepitu ac tumultu nec conſilium, nec* imperium *accipi poterat. tantumque aberat, ut ſua ſigna atque ordinem & locum noſceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnae competeret animus*. Id. XXIII. c. XXVII. *ut quisque arma ceperat, ſine* imperio, *ſine ſigno, incompoſiti, inordinati in praelium ruunt*. adde infra c. XCVIII. n. I.

ACCIPERE QUIVIT. *Accipere* vacat in Gu. 10. per incuriam deſcribentis. Baſil. I. Incerti, Acad. Guelf. 6. 7. & Veneta 1470. *accipere quiviſſet*. Guelf. 10. *quierit;* 11. 12. Struvian. & Berger. *quiverit;* Franc. *quiviſſent;* Uratisl. 2. *queunt*. Modus indicandi non ſatis placuit bonis illis librariis. At Noſter ſupra c. V. n. 3. priusquam *hujus rei initium* expedio. Forte tamen *queunt* etiam, aut *quiverunt* ſcripſerat, de quo ſupra ad c. XCV. n. I.

NEQUE ULLO MORE PRAELII. Ita Noſter IV. Hiſt. more *equeſtris praelii*. Nam & *morem* in militia, ut in aliis rebus, maximopere obſervabant Romani. vide quos citat Cl. Ducker. ad Flor. IV. c. VI. n. 3. Statius XI. Theb. v. 524. *Haec pugnae facies, coeunt* ſine more, *ſine arte*. Unde nec ſollicitandus Silius IX. v. 32. *Ne* morem *& pugnae ſignum exſpectate petendae*. Horat. I. Od. X. v. 4. *& decorae* more *Palaeſtrae*. ubi alia Cl. Bentlejus. Guelf. 10. *atque ullo more p.* Eccard. *praelio*. Sed Fabric. 2. vocem *praelii* omittit, quam parum & ipſe neceſſariam exiſtimo. Nam ita *ſine more* ſimpliciter dici; item *non ullo more*, putidum foret pluribus demonſtrare: quaedam ex citatis peti poſſunt. vide Noſtr. ſupra c. XLII. num. 3.

CATERVATIM, UT QUOSQUE FORS CONGL. Pro *catervatim* Tacitus eodem ſenſu *catervis*, IV. Ann. c. LI. *barbari* catervis *decurrentes*. Liv. XXIII. c. XXVII. *cum alii* catervatim *current*. Guelf. 3. *uti quisque fors conglobaverat*, *quisque* ſcribens, pro *quesque* antiquo. nam *fors* etiam in plerisque reliquis legitur, ut confunduntur ea ſupra cap. I. n. I. Dictys II. cap. XLVI. *Raptim ac ſine ullis ordinibus, ut quemque* fors conglobaverat, *ad naves evolant*. Sic legit Perizonius & Salluſtium comparat Diſſert. §. XXXIX. adde Gronov. ad Liv. XXII. c. V. Fors conglobat, *& animus ſuus cuique ante & poſt pugnandi ordinem dabat*. Guelf. 10. *conglubraverat*. Acad. *congloberaverat*. Sed *conglobare* praeter Dictyn & Livium tuetur etiam Auct. I. de Rep. Ordin. *cunctae gentes* conglobatae. Livius XXV. c. XV. *ibi proditores* conglobati. Tacitus Germ. c. VII. *Nec fortuita* conglobatio *turmam aut cuneum facit, ſed familiae & propinquitates*. Id. I. Ann. cap. XXV. *Extrema &* conglobata *inter ſe pars concionis*.

IN NOSTROS INCURRUNT. Ita edd. & nihil monent interpretes. At apud nos Eccard. Vinar. I. Baſil. I. Acad. Franc. Incerti, Struv. Uratisl. 2. Gu. 7. & 11. item omnes edd. vett. & quaedam mediae: *in noſtros concurrunt*, i. omnibus partibus incurrunt, quod ſane vehementius eſt, quam *incurrunt*. At ceteri noluerunt concurrere, ob diverſam Praepoſitionem *in* & *con*. Sed ita Cat. c. LVI. n. 5. *cujus* ad *eum magnae copiae* concurrebant. vide Eod. ad cap. LVII. n. I. adnotata. Ita Livius II. cap. XIII. *dux agminis virginum inter tela hoſtium Tyberim* trana-

currunt. qui omnes trepidi improviſo metu, ac tamen virtutis me- 5
mores, aut arma capiebant, aut capientis alios ab hoſtibus defen-
ſabant: pars equos eſcendere, obviam ire hoſtibus: pugna latro-
cinio magis, quam praelio ſimilis fieri: ſine ſignis, ſine ordinibus
equites, pedites permixti; ceadere alios, alios obtruncare, multos,
contra advorſos acerrume pugnantis, ab tergo circumvenire: neque
virtus, neque arma ſatis tegere; quod hoſtes numero plures & undi-
que circumfuſi. denique Romani veteres, novique, & ob ea ſcientes
belli,

tranavit: *ſoſpitesque omnes* Romam ad *propinquos reſtituit*. Terent. Phorm. Act. IV. Sc. IV. *qui te* ad *ſcopulum* *inferat*. Vinar. 2. *in omnes incurrunt*, quod eſt interpretatio noſtrae lectionis.

5. AC TAMEN VIRTUTIS MEMORES. Sic Baſil. Vinar. Uratiſl. Incert. primi, Acad. Gu. 1. 3. & 6. Ceteri autem *attamen*, ita tamen, ut in vetuſtioribus vix primam ſyllabam dignoſcas, *at*, an *ac* praeferat. Guelferb. 6. & Franc. *virtutis priſtinae memores*.

AB HOSTIBUS DEFENSABANT. Guelf. 10. *accipientes alios;* is & 12. cum Struv. *defendebant*. Sed Baſil. 1. omittit *ab hoſtibus;* quae tamen in ceteris omnibus haerent. Nude extulit 1. Hiſtor. Or. Philippi: *nunc pax*, *concordia diſturbantur palam;* defenduntur *occulte*. at Orat. Lepidi: *Nam quid* a Pyrrho, Hannibale, Philippoque *&* Antiocho *defenſum eſt aliud*, *quam libertas & ſuae cuique ſedes?* ubi vide.

PARS EQUOS ESCENDERE. Noſtri omnes *aſcendere*, niſi quod in Guelf. 3. dubia eſt prima littera. *Eſcendere* reſtituerunt ex Frontone, ut quidam nominant Aruſianum Meſſum, quem ita citare in Voce *Eſcendo*, vidimus etiam in MS. Gudiano. Juvant etiam paullulum Gruteriani, & nos ſupra c. XXV. n. 5. *eſcendere navim* ex iisdem fere fontibus reſtituimus.

LATROCINIO MAGIS QUAM P. S. FIERI. *Magis*, *quam* vacat in Gu. 11. Praeterea Waſſius ſuperfluam habuit dictionem *ſimilis*, quae mihi perquam neceſſaria videtur: neque vero facile occurret formula: *pugnam praelio facere*, aut *latrocinio*, quae tamen in promtu fuerit neceſſe eſt illi, qui tanta facilitate vocem damnat. Suſpectum potius eſſe debebat illud *fieri:* nam in ſimili cauſſa *eſſe* intruſum vidimus ſupra c. XCV. n. 3. ac tamen Guelf. 9. & 11. *ſimul*, pro *ſimilis* habent; *fieri* omnes ſervant. Illud *latrocinio* illuſtrat Cl. Ducker. ad Flor. II. c. III. n. 4. iis exemplis, quae & per nos olim adnotaveramus. addo nunc Cic. 1. Cat. c. X. extr. *Tantum profeci tum... ut id*, *quod eſſet a te ſcelerate ſuſceptum*, latrocinium *potius*, *quam* bellum *nominaretur*.

EQUITES PEDITES PERMIXTI. Noſtri *equites peditesque*, praeter Vinar. 1. & Guelf. 4. qui copulam omittunt. Alii *equites &* vel *ac pedites*. Admonet autem Glareanus haec de Numidis Gaetulis & Mauris intelligenda eſſe, qui *equites*, *pedites* permixti, latrocinii modo, invadebant Romanos, quos voces *alios*, *alios*, *multos* denotant. Sed ita etiam poſt *permixti* media diſtinctio eſt tollenda. Ceterum pugnam hanc ſatis atrocem fuiſſe, patet ex Criſpo. Oroſius vero nimium auget V. c. XV. & in plerisque ab Salluſtio abit. in eo maxime, quod Bocchus & Jugurtha Marium triduum quaſi obſederint, & ille non ſua virtute, ſed fortuito caſu evaſerit.

CAEDERE ALIOS, ALIOS OBTRUNCARE. Uratiſl. 1. *multos caedere*, *obtruncare multos*. Struvian. *caedebant alios*, *alios obtruncare*. Vinar. 1. *credere*, pro *caedere*. Alterum *alios* omiſerunt Vinarienſes, Senat. 1. Uratiſl. 2. & Eccardianus.

MULTOS, CONTRA ADVERSOS AC. P. Fabric. 1. *contra acerrime adverſos pugnantes;* 2. *multos ad contra adverſos pugnantes*. Gu. 6. *contra adverſus hoſtes*. ita quidem vulgata intelligenda eſt. At vide, num melius ſit, quod ex Fabricianis traheres: *multos acerrime adverſos pugnantes ab tergo circumvenire*, ut nihil, praeter illud *contra*, extrudatur, qnod ortum traxit ex interpretatione τοῦ *adverſos*. Baſil. 1. *advorſos*. Guelf. 1. *circumveniri;* 10. *circumvenere*. at 3. *circumdare*. male. Supra c. L. n. 6. *disjectos ab tergo*, *aut lateribus* circumveniebant.

SATIS TEGERE, QUOD HOSTES N. PLURES. Gu. 4. *noſtros tegere;* 1. *ſatis terrere*. Cat. c. LVIII. n. 10. *neque locus*, *neque amicus quisquam teget*, *quem arma non* texerint. Acad. & Baſil. 1. *quia hoſtes*. Eccard. *quidem hoſtes*. Uratiſl. 1. *undique fuſi erant;* Vinar. 1. *circumfulſi*. Recte Eccard. *erat* neglexit.

ROMANI VET. NOVIQUE ET OB EA SCIENTES. Gu. 3.

belli, ſi quos locus, aut caſus conjunxerat, orbes facere: atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant.

ciii

C A P. XCVIII.

1 NEque in eo tam aſpero negotio territus Marius, aut magis, quam antea, demiſſo animo fuit; ſed cum turma ſua, quam ex fortiſſumis magis, quam familiariſſumis, paraverat, vagari paſſim; ac modo laborantibus ſuis ſuccurrere, modo hoſtis, ubi confertiſſumi obſtite-

Gu. 3. *denique Romani veteres boni ſcientes erant, uti quos locus* &c. ex quo unico, ſi vulgata deſerenda eſt, manus Salluſtii facillime reſtitui poteſt; nec tantummodo *novique*, quod diſplicuit Urſino & Ciacconio, ſed etiam *& ob ea* eſt recidendum. Ergo leviſſima mutatione Guelferbytana illa ita reformaretur: *denique Romani veteres, belli ſcientes, uti quosque locus aut caſus conjunxerat, orbes facere*. reliqua diceres partim ex *c.* LXXXVII. n. 3. ſumſiſſe Gloſſargos: *ſic brevi ſpatio* novi veteresque *coaluere, & virtus omnium aequalis facta*. Ita certe melius haberet Criſpus, quam per conjecturas Waſſii, quae ſunt valde otioſae. Ipſe tamen nihil muto, ſed poſitu illo Conjunctionis *Si* locum paullo obſcuriorem factum eſſe exiſtimo. Quare ita interpretare: Denique *ſi* Romanos veteres novosque, qui *ob id*, quod conjungerentur veteribus, facile morem militiae diſcebant, caſus conjunxerat, *illi* orbes facere. Plana ita ſunt omnia, & quod *ob ea* hanc, quam poſui, ſignificationem habeat, diſcas etiam ex nota ad *c.* XXXIX. n. 5. Et ut comparatione alterius ſcriptoris ſententiam confirmes, en tibi Dictyn, qui locum imitatur VI. c. 1. *paucis diebus pervenere ad Aegaeum mare: ibi multa imbribus* ventisque, & ob id *ſaeviente mari, indigna experti, paſſim, uti ſors tulerat, diſpalantur*.

Orbes facere. Academ. *urbes facere*. Corrupte. *Orbes* dicuntur ordines militum in orbes conſiſtentium, ut terga tuti omnibus partibus adverſi in hoſtem pugnare queant. Fabric. 1. *orbem*, quomodo edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. Nempe illud uſitatius eſt, ut totus exercitus in unum *orbem* coeat. Caeſar IV. Gall. *c.* XXXVII. *cum illi* orbe facto *ſeſe defenderent*. ubi vide Jo. Brantium. Curt. IV. *cap.* XIII. n. 31. *Ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem* orbe *muniret*. adde Auct. de B. Alexandr. *c.* XL. Livius XXIII. *c.* XXVII. *cum paucitas parum tuta eſſet, reſpicere alii alios, & undique pulſi coire* in orbem, *& dum corporibus adplicantur armaque armis jungunt, in arctum compulſi -- corona hoſtium cincti ad multum diei caeduntur*. Auct. B. Afric. *c.* XV. *Caeſaris copiis* in orbem *compulſis*. Tacit. II. Ann. *c.* XI. *collectos* in orbem. At hic nexus orationis plurium numerum requirit. Si vero cum Guelf. 3. *ut quosque* legas, *orbem* non damno. Fabric. 1. Vinar. 1. Incert. 2. Uratiſl. 2. *fecere*.

Simul tecti, et instructi. Guelf. 3. *ſimul & exsi & inſtructi*; fortaſſe pro *ſimul & tecti & inſtructi*, quod eſt in edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510.

Hostium vim sustentabant. Remenſ. 2. Senat. 1. & Guelf. 6. *ſuſtinebant*. Eccard. *ſuſtinere*: quod eſt pro Grutero, cui magis placuerat *ſuſtentare*, ſed perperam, ut ſaepe alibi. vide ſupra *c.* XLIII. n. 4. Livius II. *c.* X. *Cum his primam periculi procellam & quod tumultuoſiſſimum pugnae erat, parumper* ſuſtinuit. Frontin. II. *c.* I. n. 4. *ex more priſtino cum paucis* ſuſtinuit *incurſum adverſariorum*. adde Vellej. Pat. II. *c.* CXII.

CAP. XCVIII. 1. Marius territus. Guelf. 3. & Uratiſl. 1. *territo*, ut penderet, uti *demiſſo*, ab voce *animo*. quale erratum animadvertimus ſupra ad *c.* LXIII. extr. Vinar. 1. *territus Marius, aut magis* &c. quomodo ſcripſit Salluſtius. Eccard. *neque magis quam antea dimiſſo animo fuit: & dimiſſo* viſitur etiam in Incert. 2.

Ex fortissumis magis. Guelf. 9. omittit *magis*. Sed in Remenſi 1. haec omnia: *magis, quam familiariſſumis* deeſſe dicuntur. Guelf. 6. *quam ex familiaribus paraverat*.

Hostes, ubi confertissumi obstit. Gu. 3. *hoſtis*. Vinar. 1. *ubi hoſtes confert*. Guelf. 10. *hoſtes, confertiſſimi ubi obſtiterant*. Fabric. 2. *con-*

Digitized by Google

ſtiterant, invadere: manu conſulere militibus, quoniam imperare,
conturbatis omnibus non poterat. Jamque dies conſumtus erat, cum 2
tamen barbari nihil remittere; atque, uti reges praeceperant, no-
ctem pro ſe rati, acrius inſtare. Tum Marius ex copia rerum conſilium 3
tra-

confertiſſume; Guelf. 6. *confertiſſimis*; 3. *aſtiterant*; 12. *exiterant*; Uratisl. 1. *erant*. Aut *obſtiterant*, aut nullum Verbum eſt agnoſcendum. Catil. *c.* LX. n. 17. *in confertiſſumos hoſtes incurrit*. Nam Verbum *eſſe* ſaepe per aliud validius exprimi, & alibi dictum, & infra ad *c.* CX. extr.

MANU CONSULERE MILITIBUS. Ita diſtinguendum cum aliquot MSS. At edd. nuperae perperam exhibent: *invadere manu: conſulere milit.* Nam ſi *conſulere* nude ſumſeris, qualis illa oppoſitio ſit inter hoc Verbum & *imperare*, haud facile dixeris. Supra *cap.* XXXIX. n. 1. *quod armatus dedecore potius, quam* manu *ſalutem quaeſiverit*. Ineptiſſime haec tractant interpretes, cum tam manifeſtum ſit Marium virtute, auxilio ſuo ſuaeque turmae conſuluiſſe militibus.

IMPERARE CONTURBATIS OMNIBUS. Gu. 12. *imperaro*; Uratisl. 2. *comparare*. de imperio ducis dictum ad *c.* XCVII. n. 3. Guelf. 3. omittit *omnibus*. Adpoſite Tacit. III. Hiſt. *c.* XVII. *Nullum in illa trepidatione Antonius conſtantis ducis, aut fortiſſimi militis officium omiſit: occurſat paventibus, retinet cedentes; ubi plurimus labor, unde aliqua ſpes*, conſilio, manu, voce *inſignis hoſti, conſpicuus ſuis*.

2. CUM TAMEN B. N. REMITTERE. Guelf. 4. *cum tum barbari nihil remittere*. Acad. *certamen nihil remittere*. uti ſupra *c.* LX. n. 3. *ubi hoſtes paullulum modo* pugnam remiſerant. ſed hoc loco ex Gloſſa eſt paullo apertius, quam ſupra. Ne autem ex Gu. 4. placeat: *tum barbari nihil remittere.* in memoriam revocabis, etiam poſt particulas *cum*, *poſtquam* Infinitivos ponit pro Indicativo, aut Subjunctivo. Noſter I. Hiſtor. Cum *ceteri, ejuſdem cauſſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum* irritare. Supra *c.* VII. n. 1. ubi *neque per vim, neque dolis opprimi* poſſe *hominem tam acceptum popularibus*. Sed illud docuit apertis Claudiani & Virgilii exemplis Joſ. Scaliger ad Catull. Carm. LXVII. pag. 137. Cum *Medi* properare *novum mare.* eum vide.

NOCTEM PRO SE RATI, ACRIUS INST. Uratisl. 3. *noctem prodeſſe rati*. Turpi Gloſſa: nam *pro ſe* eſt commodam ſibi, opportunam. Supra *c.* LXXXVIII. n. 4. *ſtatuit urbes, quae viris aut loco* pro hoſtibus, *& adverſum ſe opportuniſſimae erant, ſingulas circumvenire.* ubi dixi. Eccard. *uti praeceperant*, omiſſo Nomine *reges*. Franc. *acrius inſtarent*; Guelf. 7. *acrius inſiſtere*.

3. EX COPIA RERUM CONSILIUM. Verius *inopia* omnium rerum atque adeo conſilii aderat, & quibus *copia* vocis non alia, quam *multitudo* notio cognita eſt, iis difficilis erit locus intellectu. Sed ſuccurret nota ad *c.* XCIV. n. 1. ubi hujusmodi Nomina & *multa* & *pauca*; *magna* & *parva* pati demonſtravimus: quam ad rationem Noſter *c.* LXI. n. 4. *maxumam copiam* dixit. Sive ergo a Verbo *capere*; ſive ab *ope*, quod uſitatius eſt, vocabulum *copia* deduxeris, notat proprie facultatem, opportunitatem; quod jam obſervavimus ad Catil. *c.* VIII. n. 5. *At populo R. numquam* ea copia *fuit*. Inde antiquum verbum *copiari*, quod non eſt *augere*, ut vulgo interpretantur, ſed nanciſci, potiri. Cl. Quadrigarius apud A. Gellium XVII. *c.* II. *Et Romani multis armis & magno commeatu, praedaque ingenti* copiantur. Ita *copia*, quo potior, quod habeo atque facultas ipſa rei, quae additur. Noſter ſupra *c.* XXXIX. extr. *Cognitis militibus, quos praeter fugam, ſoluto imperio, licentia atque laſcivia corruperat*, ex copia rerum *ſibi ſtatuit nihil agitandum*. *c.* LIV. n. 9. *Tamen* ex copia, *quod optumum videbatur, conſilium capit.* ubi vulgo corrupte, *ex inopia*. Sed hoc loco etiam Incert. 1. *conſilium capit* repraeſentat. Vinar. 2. *conſilium traxit*. Aperte magis Caeſar V. Gall. *c.* VIII. *ut rei frumentariae provideret, quaeque in Gallia gererentur, cognoſceret, & conſilium* pro re *& tempore caperet*. At Terent. Andr. Act. II. Sc. I. *v.* 22. *Neque pol conſilii* locum *habeo, neque auxilii* copiam. Ludit ille in eodem vocabulo Phorm. A. I. Sc. III. *v.* 15. *Quid ego ex hac* inopia *nunc* capiam, *& quid tu ex iſthac* copia.

COLLIS DUOS PROPINQUOS INTER SE. Guelf. 11. *propinquos*; Fabric. 2. *inter ſe* omittit. Supra *c.* LIII. num. 7. *poſtquam* haud procul inter ſe *erant*. Guelferb. 10. *colles dies propinquos*. Scriberem: *collis duo propinquos inter ſe*. *Duo*, pro *duos* ἀρχαϊκῶς, ut ſupra *c.* XXVIII. numer. 1. duo *familiaris ad ſenatum legatos mittit*.

CASTRIS PARUM AMPLO, FONS AQUAE. *Caſtris* i. ad caſtra, qui parum caperet caſtra. Sic ſupra *c.* XCII. n. 5. *mediocri* caſtello *ſatis patens*.

Digitized by Google

trahit, atque, uti ſuis receptui locus eſſet, collis duos propinquos
inter ſe occupat. quorum in uno, caſtris parum amplo, fons aquae
magnus erat: alter uſui opportunus, quia magna parte editus &
4 praeceps pauca munimento quaerebat. Ceterum apud aquam Sullam
cum equitibus noctem agitare jubet. Ipſe paullatim diſperſos milites,
neque minus hoſtibus conturbatis, in unum contrahit: dein cun-
5 ctos pleno gradu in collem ſubducit. Ita reges, loci difficultate coa-
cti, praelio deterrentur. neque tamen ſuos longius abire ſinunt, ſed,
utro-

Guelf. 3. *fonſque magnus erat*. 10. *fons aquae egrius erat*, quod ex omiſſa littera *m* provenit.

QUIA MAGNA PARTE EDITUS. Male Baſil. 1. Senat. 2. Heuſſ. Uratiſl. 2. & 3. *magna parte edita*. *Magna parte* eſt quod ad magnam partem, ut probavimus ſupra ad *c.* XCVII. n. 3. *Marium vix decima parte die reliqua invadunt*. Nec melius Guelf. 3. *quia magna pars edita*; 11. *quia magis editus*; 4. Acad. & Venet. 1470. *magna parte edita & praecipiti*. Infra ſcribendum: *alter uſu opportunus*.

PAUCA MUNIMENTO EGEBAT. Ita Gruterus & Waſſius, ſcilicet contra libros vett. etſi Guelf. 3. 6. & 7. habeant, *pauco munimento egebat*. Vinar. 1. *non magna munimenta regebat*. Franc. *pauca munimento regebat*; Guelf. 1. *pauca munimento regebant*; Fabriciani, *pauca munimento gerebat*; Struv. *pauco munimenta gerebat*; Senat. 2. & Heuſſ. *pauca munimenta rogabat*. Ceteri omnes, *pauca munimenta gerebat*, praeter Eccard. & Venetam 1470. qui habent, *pauca munimenta quaerebat*, ut eſt in edd. aliquot novitiis. Unde recte Gruterus: *pauca munimento quaerebat*, quod ille non dubitare debebat ſuperius poſitae lectioni praeferre. *Munimento* quidem in optimis libris reperitur, ut tanto minus de eo dubitare liceat. atque ita ſupra *c.* LVIII. n. 6. *Jugurtha* munimento *caſtrorum impeditus*. Hic poſuit pro *ad munimentum*, ut Noſter Cat. *c.* XV. n. 2. *vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe*. & paſſim alibi. *Quaerebat* autem facile mutari poterat in *gerebat*, *regebat*; facillime in *egebat*, quod eſt Gloſſa τῷ *quaerebat*, quod Verbum pro *egere*, *deſiderare*, *opus habere* poni, docui ſupra ad *c.* LXXXV. n. 11. *ita plerumque evenit, uti quem vos imperare juſſiſtis, imperatorem alium* quaerat.

4. NOCTEM AGITARE JUBET. Struv. *nocte*; Berger. & Guelf. 10. *per noctem*. Haud paullo melius ſine illa voce: *Sullam cum equitibus agitare jubet*. Saepius apud Noſtrum Verborum *agere* & *agitare* ea fortuna fuit, ut aliquod illis Nomen adpenderetur, minime neceſſarium.

IN UNUM CONTRAHIT. Eccard. Senat. 2. Heuſſian. Veneta 1470. *in unum trahit*. male. Collegimus talia ad Cat. *c.* XVII. n. 2. *Ubi ſatis explorata ſunt, quae voluit*. in unum *omnis* convocat. Mox Uratiſl. 1. *dehinc cunctos*.

PLENO GRADU IN COLLEM SUBDUCIT. Guelf. 3. omittit *in collem*; quod factum vix improbare audeo. Nam cum *collis* modo mentio ſit facta, atque Verbum *ſubducere* terminum denotet adeoque locum, quem ſubimus, haud difficulter menti inferat; peccatum ſane tolerabile foret, ſi hoc loco Criſpus abſolute ſcripſiſſet: *pleno gradu ſubducit*. Ita ſupra *c.* LVIII. n. 4. *pars eminus glande, aut lapidibus pugnare, alii* ſuccedere, *ac murum modo ſubfodere, modo ſcalis adgredi*. Cat. *c.* XLVI. n. 5. *Conſul Lentulum, quod praetor erat, ipſe manu tenens* perducit. ubi vulgo addiderant, *in ſenatum*. Haec propter Codicem ita cenſeo. Nam ex ſola conjectura nihil moverem. Gu. 10. *deducit*; Franc. *in colles ſubducit*. PLENO GRADU habes etiam, ut monet Waſſius, apud Liv. IV. *c.* XXXII. *peditum aciem inſtructam* pleno gradu *in hoſtem inducit*. alibi. addo Trebon. Cic. XII. epiſt. XVI. n. 7. *Nam illum paratum ut video & ingreſſum* pleno gradu, *cohortari non intermittemus*. quem adduxit etiam ut nunc video, Manutius, & laudat Cl. Burmannus ad Quinctil. Declam. III. *c.* 11. *Si fors ita tulerit, ibit ad poenam* pleno gradu, *tam paratus mori pro pudicitia, quam occidere*. infra Acad. *praelio deſiſterant*.

5. SUOS LONGIUS ABIRE SINUNT. Uratiſl. 1. *ſinit*. Guelf. 3. *longius ire ſinunt*. At Guelf. 6. Pronomen *ſuos* omiſit. quam bene, haud pronuncio. Moneo eos tamen, qui talia ſtatim damnant, poſſe aliquo modo ejus loco ex ſequenti *multitudinem* exaudiri. Sic ſupra *c.* XII. n. 5. *Qui poſtquam in aedis irrupere, diverſi* quaerere.... *cum* Hiempſal *interim reperitur*. ubi vulgo: *diverſi regem quaerere*, ſed vide adnotata. adde ſupra *c.* LXVI. n. 1. Livius XXV. extr. *Itaque haud* magni certaminis *fuit: primus clamor atque impetus* rem *decrevit*. qui inprimis ea forma delectatur, ut oſtendit Gronov. ad XXX. *c.* VII.

utroque colle multitudine circumdato, effuſi conſedere. Dein crebris 6
ignibus factis, plerumque noctis barbari ſuo more laetari, exſultare, ſtrepere vocibus: ipſi duces feroces, quia non fugerent, pro victoribus agere. Sed ea cuncta Romanis ex tenebris & editioribus 7
locis facilia viſu magnoque hortamento erant.

CAP.

c. VII. quem omnino conſulas. Si tale quid agnoſcere in Salluſtio velis, reformabis ad id ſupra *c.* LXXIX. n. 8. *uti vel illi... viri obruerentur, vel eadem ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros. Philaeni* conditione *probata ſeque vitamque reip. condonavere.* ita quippe eſt in MSS. Supra *c.* XCI. n. 3. *ibique quam occultiſſime poteſt, cum omnibus copiis* opperitur. *Sed, ubi* dies *coepit* cet. Sic omnes edd. Hic vero & propterea feres abſentiam τῶ *ſuos*, quod alioquin *multitudine* ſuperfluum eſt, & Salluſtius alia conſtructione eamdem rem adſtrictius memorare potuiſſet, quae convenientior ipſi, quam haec *ſuos — multitudine* eſſet.

EFFUSI CONSEDERE. Prior vox deficit Franc.

6. STREPERE VOCIBUS. Guelf. 7. *ſtrepere vocibus, pedibus.* ſed poſtremam vocem nullus praeterea, neque Rivii, neque Gruteri aliquis exhibet. Apulej. Florid. III. pag. 228. *diebus ac noctibus* perſtrepens maledictis. adde ad Cat. *c.* XXXI. n. 8. Poſt praelium factum ſtrepitus vocum apud milites unde oriatur, vide ſupra *c.* LIII. n. 8. poſt victoriam etiam cantus, ſicuti Gallis Livius V. *c.* XXXVII. tribuit *ululatus & cantus diſſonos.* Tacit. I. Ann. *c.* LXV. *Nox per diverſa inquies; cum barbari feſtis epulis, laeto* cantu *ac truci* ſonore *ſubjecta vallium ac reſultantis ſaltus complerent; apud Romanos* invalidi ignes, *interruptae* voces, *atque ipſi paſſim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis.* Supra Rem. 2. Guelf. 6. & 7. *per plerumque noctis:* infra Eccard. *feroces erant.*

QUIA NON FUGERE, UT PRO VICTORIBUS AGERE. Peſſimam iterum Gruterus ex MS. unico adripuit lectionem, cum non animadverteret, per conjuncta *ut pro* idem *tamquam* bis exprimi: & ex tali Gloſſa, quae *pro victoribus* exponeret *ut victores*, corrupta illa lectio exſtitit. Poſſem ergo meliore jure ex Guelf. 2. & 3. reponere: *quia non fugere, pro victoribus agere*, ita enim clare exhibent hoc ſenſu: *quia non fugiebant, pro* cet. Verum reliqui MSS. me retinent, a quibus omnibus, exceptis Guelf. 10. & 11. ubi *atque pro vict. agere* legitur, ſummo conſenſu exhibetur: *quia non fugere, aut pro v. agere*, atque ita etiam Veneta 1470. nam ceterae *atque* praeferunt. Adfuerit ergo aliquid, quod vetuſtos Codd. impulit ad illud *aut* exprimendum; quod cum in aliis in *ut* mutatum ſit, facilis conjectura eſt, adfuiſſe duas litteras *nt*, quas librarii male ab ſua voce ſepararunt, & primum in *ut*, poſtea in *aut*, & hoc denique in *atque* immutarunt; quemadmodum illi homines has particulas ſaepiſſime confundunt. vide ad Cat. *c.* XXXI. n. 5. & ſupra ad *c.* LXXXII. n. 2. Scripſi ergo: *quia non fugerent, pro victoribus agere;* etiamſi bene noverim *fugere* etiam, pro *fugiebant* poſt particulam *quia* poni poſſe, ut ſupra n. 2. cum *tamen barbari nihil* remittere. Geminum lapſum oſtendi ſupra *c.* LXI. n. 4. ubi pro *fore ut illi*, exaratum eſt *forent illi.* Eadem elegantia Livius XXI. *cap.* IX. Waſſio jam laudatus: *Cum Saguntinis, quia praeter ſpem reſiſterent, creviſſent animi; Poenus* quia *non viciſſet*, pro victo *eſſet.* PRO VICTORIBUS dixi eſſe *ut*, vel *tamquam victores.* atque hanc notionem Livius & multi praeterea confirmant. ille iterum II. *c.* VII. *ita certe inde abiere Romani* ut victores, *Etruſci* pro victis. XXIV. *c.* XXV. *cum clauſis Andranodonis Inſulae portis haereditatem regni creverit, quaeque* procurator *tenuerat*, pro domino *poſſederit.* Claudian. I. Eutrop. *v.* 252. *Ille tamen* — Pro victore *redit.* Plaut. Trucul. Act. I. Sc. II. *v.* 73. *Cur, obſecro, ergo ante oſtium* pro ignoto alienoque *aſtas?* Juſtin. XXIII. *c.* III. n. 9. quoniam *tamen a Sicilia* abiret, pro victo *fugere viſus eſt.* cum nota Berneggeri. Quinctil. Declam. CCCXI. *ſic quiſquis aliquid* pro libero *facit.* Curt. IV. *c.* XVI. n. 28. *dubioque adhuc pugnae eventu* pro victore *ſe geſſit.* adde Noſtrum Cat. *c.* VIII. n. 2. & ſupra *c.* XXII. n. 4. infra *c.* CIII. num. 5.

7. ET EDITIORIBUS LOCIS. Uratisl. 2. *& eminentioribus locis;* Eccard. *& editiori lotos.* emendatum *locis.* Forte fuit, *& editioribus loco*, nempe *Romanis.*

FACILIA VISU MAGNOQUE HORT. Guelf. 10. *facilia viſui & maximo ortamento;* Fabric. 2. *magno hortamento*, ſine Copula.

CAP.

CAP. XCIX.

CIV
1 PLurimum vero Marius imperitia hoſtium confirmatus, quam maxumum ſilentium haberi jubet: ne ſigna quidem, uti per vigilias ſolebant, canere: deinde, ubi lux adventabat, defeſſis jam hoſtibus & paullo ante ſomno captis, de improviſo vigiles, item cohortium, turmarum, legionum tubicines ſimul omnis ſigna canere,
2 milites clamorem tollere atque portis erumpere. Mauri atque Gaetuli igno-

CAP. XCIX. 1. Plurimum vero M. imperitia. Eccard. *Plerumque vero Marius*; Franc. *inſcitia hoſtium*. *Imperitia* nempe belli: qui partim, non melius uterentur fortuna ſua, partim per noctem ſemet ipſi deſatigarent. Sic ſupra *c.* XXXVIII. n. 1. *cognita vanitate atque* imperitia *legati*. Gu. 11. *quam magnum ſilentium*. Vinar. 1. *haberi juſſit*.

Ne signa quidem, uti per vigilias. Vinar. 1. Guelf. 12. Berger. & edd. vett. *nec ſigna quidem*, ut ſaepiſſime illa confunduntur. Per vigilias autem ſigna canebantur eo modo, ut finita una vigilia buccina aut tuba ſignum daretur, quo excitarent alium, qui ſuccederet. Tacitus V. Hiſt. *c.* XXII. *Vigiles flagitium ſuum ducis dedecore excuſabant, tamquam juſſi ſilere, ne quietem ejus turbarent. Ita intermiſſo* ſigno *& vocibus, ſe quoque in ſomnum lapſos.* Lucan. VIII. *v.* 24. *ne rumpite ſomnos Caſtrorum* vigiles, *nullas* tuba *verberet aures*. Livius VII. *c.* XXXV. *ubi ſecundae* vigiliae buccina *datum ſignum eſſet*. adde D. Heinſium ad Silium VII. *v.* 155.

Defessis jam hostibus. Berger. omittit *jam*. At lepide ſimul & ſuaviter Eccard. *defectis jam hoſtibus*. atque eae voces, *defectus* & *defeſſus* ſaepiſſime permutari docuit Daviſius ad Caeſar. III. Civ. *c.* XL. defectis*que defenſoribus, etiam navem expugnavit*. eum vide. Intelligendum ergo eſſet per vigilias robore defectis, ut Lucan. IV. *v.* 600. *Jam* defecta *vigent renovato robore membra*. Seneca Epiſt. LVIII. defectum *& praemortuum corpus*. vide Gronov. ad Epiſt. XXX. pag. 112. Graevium ad Sueton. Auguſt. *c.* LXXXIV. & ad Cic. de Haruſp. Reſp. *c.* XIX. Cellar. ad Minuc. Fel. *c.* XVIII. n. 3. & Cl. Burmann. ad Quinctil. Declam. XIII. *c.* II. defecta*que labore ſenectus*. Berger. *a ſomno captis*.

De improviso vectigalis. Sentit difficultatem in vocabulo *vectigalis* non magis Glareanus, qui ſibi ipſe non ſatisfacit, quam Salmaſius, qui corrigit: *litui ab alis*. Gruterus & Waſſius ſecuri, locum tranſeunt; qui tamen manifeſte corruptus eſt, MSS. quidem omnes & edd. vett. habent *vectigales*, niſi quod Struv. & Guelf. 9. habeant *vettigales*, ſed ſuo more ſcribendi, quo & alibi *t*, pro *c* exhibent. Guelf. 12. *victigales*. Scribe vel invitis libris omnibus: *de improviſo vigiles, item* cet. leviſſima eſt mutatio, quam inſtituo, & vox veriſſima. nam ſupra memoraverat *vigiles* nulla ſigna ceciniſſe. & quamquam illi alioquin non concinerent, ſi in hoſtem eundum eſſet, hic tamen ſtrepitus cauſſa eos tubicinibus adjunxit. Vitium ortum ex ſupra poſito *&*, quo *item* interpretari voluerunt, id cecidit incuria librarii in mediam vocem *vigiles*, quaſi *vetigiles*, unde per ſe exſtitit *vectigales*. ita ſupra *c.* LIV. n. 9. pro *aviis*, dederunt *avitiis*.

Signa canere. Guelf. 10. omittit *ſigna*; 11. *tubas canere*; 4. 6. 7. 12. Eccard. Rem. 1. Struv. Incerti, Franc. & Veneta 1470. *tuba canere*; ſed Acad. *ſigna tuba canere*.

Atque portis erumpere. Quidam adjiciunt *jubet*. Guelf. 3. *portis erepere jubet Marius*. turpiſſimo lapſu. nam non *repunt* certe, qui maxuma vi in hoſtem irrumpunt. Gu. 6. *irrumpere jubet*, & 10. omittit *portis*, pro quo Franc. & Fabric. 2. *portas*: nempe ut *egredi fines, erepere ſilvam*: ſic *erumpere portas*. Caeſ. III. Gall. *c.* VI. *Quod juſſi ſunt, faciunt, ac ſubito* omnibus portis *eruptione facta neque cognoſcendi, quid fieret, neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt*. quomodo ille & Livius paſſim. Uratisl. 2. *atque a portis*. Fabric. 1. Vinar. 2. Uratisl. 1. Struv. Incerti, Rem. 1. Baſil. 1. Eccard. Guelf. 1. 7. 9. 10. 11. *aut* habent, pro *atque*. At aptius Fabric. 2. *clamorem tollere, portis erumpere*. quem omnino adprobo.

2. Ignoto atque h. s. r. exciti. Guelf. 11. *ignito atque horribili*. ſed copulam omittit 7. Pro *exciti* Academ. & Guelf. 10. *excitati*: ſicuti aberratum ſupra *cap.* LXXII. extr. *interdum* ſomno excitus *arreptis armis tumultum facere*.

Fagere aut providere quidquam. Gu. 6. *fa-*

ignoto & horribili ſonitu repente exciti, neque fugere, neque arma
capere, neque omnino facere aut providere quidquam poterant. ita
cunctos ſtrepitu, clamore, nullo ſubveniente, noſtris inſtantibus, tu- 3
multu, terrore, formido, quaſi vecordia, ceperat. Denique om-
nes fuſi fugatique. arma & ſigna militaria pleraque capta: plureſ-
que eo praelio, quam omnibus ſuperioribus interemti. Nam ſomno
& metu inſolito impedita fuga.

CAP. C.

DEin Marius, uti coeperat, in hiberna: quae, propter commea- CV.
tum, in oppidis maritumis agere decreverat. neque tamen ſo- 1
cors

facere aliquid, *aut neque providere quidquam*; 3. *facere*, *aut providere aliquid*. Sed neque *quidquam*, neque *aliquid* ſcripſit Salluſtius, qui *facere* & *providere* praeciſe voluit intelligi, quo trepidatio major exprimeretur. At Livius XXV. c. XXXIX. *Inde ſigna canunt & tollitur clamor--- Hoſtes ſimul ignis*, *clamor*, *caedes*, *velut alienatos ſenſibus*, *nec audere*, *nec* providere quidquam *ſinunt*.

3. TERRORE, FORMIDINE, QUASI VEC. CEPERAT. Eccard. Baſil. 1. Senat. 1. Uratisl. 1. Gu. 4. 10. 11. & 12. *tumultu*, *formidine*, *terrore quaſi vecordia*. Unde aliquid ſubſidii eſt Uratisl. 2. & Guelf. 2. 3. *formidine terror*, *quaſi vecordia*, *ceperat*. Sane aut ita ſcripſit Salluſtius, aut, quod eſt in Vinar. 2. Fabric. 2. & Guelf. 7. *tumultu*, *terrore formido*, *quaſi vecordia ceperat*. Supra *cap.* LXXII. extr. *ita* formidine, *quaſi* vecordia, *exagitari*. Neque uſquam alibi Salluſtius comparationem nude ponit, ſed ſemper illi aliquod Nomen adhaeret. vide Cat. c. X. num. 6. c. XXXVIII. extr. Supra *cap.* XLI. extr. Pro *ceperat*, Baſil. 1. Franc. Struv. Fabric. 2. Senat. 1. Remenſes, Berger. Vinar. 2. Uratisl. 1. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. 7. 10. 11. 12. & edd. vett. *acceperat*. Placet tamen magis, quod reliqui pauci exhibent, *ceperat*. Sic *capit amor timor*, *deſiderium*, & alia plura apud Ciceronem, Livium, Plautum, reliquos. & inde vulgata illa *captus amore*, *lubidinibus*. vide ſupra *cap.* 1. num. 4. ita *cap.* LXXXV. num. 47. *neque quemquam* metus ceperit. Sed Senat. 2. & Heuſsian. *formidine* omittunt. atque Gruterus in his pleramque verborum partem a Gloſſa eſſe exiſtimavit, quem tamen bene Waſsius redarguit illo Lucretii: *Effervescere cernebant in rebus agundis Volneribus*, *clamore*, *fuga*, *terrore*, *tumultu*. & Livii VIII. *cap.* IX. *hoſteſque populi R.* terrore, formidine, *morteque adficiatis*.

DENIQUE OMNES FUSI FUGATIQUE. *Omnes* non eſt in Senat. 2. Livius II. c. VI. *Vejentes vinci ab Romano milite ſueti*, fuſi fugatique.

PLURESQUE EO PRAELIO, QUAM. Baſil. 1. *plures eo praelio*, ſine Conjunctione. Guelf. 6. *in eo praelio*; atque ita 7. & mox: *quam* in *omnibus ſuperioribus*.

SOMNO ET METU INSOLITO IMPEDITA. Eccard. *nam in ſomno*; Struvian. *nam & ſono*, *& metu*, pro *nam & ſomno*, *& metu inſolito*. At Senat. 2. & Heuſſ. *ſomno* haud agnoſcunt. Guelf. 6. *impedimenta fuga eſt*. Eccard. *erat*; alii *eſt*, pars *fuit* adjiciunt. Fabriciani, *fuga impedita*. Veneta 1470. *impediti*.

CAP. C. 1. IN HIBERNA PROFICISCITUR. Hoc verbum *proficiſcitur*, non eſt in MSS. noſtris, ſed ejus loco deteriore *it*, aut *iter* exhibent. *quae* etiam omittunt Senatorii, Vinarienſes, Heuſſ. Eccard. Guelf. 1. 2. 7. & 9. Unde Gruterus haud belle fecerat: *Dein Marius*, *uti coeperat*, *hiberna propter commeatum in oppidis maritumis agere* cet. Immo retineamus Pronomen *quae*, & extrudamus Verbum tantummodo, cum, qui Latine ſciunt, dudum cognoverint, Verba *proficiſci*, *ire*, *tendere* ab optimis ſcriptoribus reticeri. Livius XXIII. c. XXI. *Marcius inde* in barbaros, *ſi qui nondum perdomiti erant*, *ſub jus ditionemque redigendos*. addiderunt vulgo *miſſus*. XLI. *cap.* III. *Tunc demum* nuncius *ad tertiam legionem revocandam*. quae loca indicat ipſe Gronov. ad Senec. Troad. *verſ.* 844. quem citat Cl. Duckerus ad Flor. III. *cap.* VI. nu. 12. *Ipſe Pompejus* in originem *fontemque belli Ciliciam*. ubi addiderunt *verſus eſt*. ubi jam dudum Freinshemius

cors victoria, aut inſolens factus; ſed pariter ac in conſpectu ho-
2 ſtium, quadrato agmine incedere. Sulla cum equitatu apud dextu-
mos, in ſiniſtra A. Manlius cum funditoribus & ſagittariis, prae-
terea cohortes Ligurum curabat: primos & extremos cum expedi-
3 tis manipulis tribunos locaverat. Perfugae, minume cari & regio-
num

docuerat, hujuſmodi verba exaudiri, addideratque Flor. III. *c.* X. num. 18. *Reverſus igitur in Galliam claſſe majore, auctisque copiis* in *eumdem rurſus* Oceanum. adde Cat. *c.* XXXIV. princ. Sic Cicero: *ſed quid ego haec ad te?* item *nihil ad vos*. vide ſupra *c.* XXIV. Guelf. 2. a manu ſecunda, *quod propter commeatum* cet. 6. & 10. *quem*.

AGERE DECREVERAT. Guelf. 7. & 11. *iter agere decreverat*; 10. *agere uti decreverat*.

NEQUE TAMEN VICTORIA SOCORS. Vinar. 1. *nec tamen*; Eccard. & Guelf. 9. *neque victoria ſocors*, omiſſo illo *tamen*. Supra *c.* XCVIII. num. 5. *neque tamen longius abire ſinunt*. atque ita alibi. Berger. Guelf. 3. *neque tamen ſocors victoria, aut inſolens factus*. quod eſt ex more Criſpi, & a nobis repoſitum. Uratisl. 2. & 3. *pro victoria*, ut eſt in duobus aliis, qui ſunt deterioris conditionis. Satis autem ſuperque conſtabit ex ſupra adnotatis, librarios fere numquam ſextum Caſum intemeratum reliquiſſe.

PARITER, ATQUE IN CONSPECTU HOSTIUM. Gu. 3. omiſit *ſed*, ut Cat. *c.* LII. nu. 6. & alibi. Fabriciani, Eccard. Berger. Struv. Incerti, Franc. Guelf. 3. 4. 9. & Veneta 1470. *pariter ac in conſpectu hoſt.* Quidam, *pariter, ac ſi*, cet.

QUADRATO AGMINE INCEDERE. De agmine quadrato non convenit Salmaſio atque illuſtri Schelio Diſſert. ad Polyb. XI. Inſtituebatur eo tempore, cum in regione infeſta, aut adverſus hoſtem ducerent. Curt. V. *c.* I. num. 19. *ceterum* quadrato agmine, *quod ipſe ducebat, velut in aciem irent, ingredi ſuos jubet*. Tranſtulit inde Columella III. R. R. *c.* XVII. Seneca Epiſt. LIX. *movit me imago ab illo poſita: ire* quadrato agmine *exercitum, ubi hoſtis ab omni parte ſuſpectus eſt, pugnae paratum*. Caeſar VII. Gall. *cap.* VIII. extr. *hac ratione paene* quadrato agmine *inſtructo, in conſpectum hoſtium celerius opinione eorum exercitum adducit*.

2. SULLA CUM EQU. APUD DEXTIMOS. Senat. Fabric. Vinar. Uratisl. primi, Guelf. 1. & 3. cum Veneta 1470. *apud extremos*. Unde nobis Waſſius effingebat *extimos*, quod tamen locus aeque ac *extremos* non patitur. nam hic de dextra & ſiniſtra parte loquitur; mox primos & extremos memorat, ut faciem agminis quadrati deſcriberet. Guelf. 7. *deſtimos*; 11. *dextros*; 12. *dextumos*. itaque ſcripſi.

IN SINISTRA PARTE A. MANLIUS. Vinar. 1. & Guelf. 4. *parte* omittunt, atque omiſiſſe Auctorem certum eſt. Ita Cat. *c.* LIX. nu. 2. *nam uti planities erat inter* ſiniſtros *montis & ab* dextera *rupe aſpera*. adde quae diximus ſupra ad *c.* XCVII. num. 2.

PRAETEREA COHORTES LIGURUM. Guelf. 3. *praeterea cohortibus Ligurum*. id requirebat ſequela vulgaris. Eccard. *& ſagittariis in cohortes Ligurum*, neglecto *praeterea*, quod & aliis turbare videbitur. Guelf. 11. *curabant*: neque id male. certe ita oratio melius cohaeret, quaſi dixiſſet: *Manlius & funditores —— & cohortes Ligurum curabant*; quo ſenſu Praepoſitionem *cum* adhibuit Noſter Cat. *c.* XLIII. num. 1. Sed *curare* Criſpus perpetuo de illis dixit, qui praepoſiti ſunt militibus aut praefecti adminiſtrantibus: ita *legati, tribuni, praefecti* curant. vide Catilin. *c.* LIX. num. 3. & ſupra *c.* XLVI. num. 7. Ergo circumſpecte poſuit *curabat*, neque illud mutandum. Quo pacto cetera etiam omnia ſervantur integra: & *praeterea cohortes* non cohaeret cum Nomine *A. Manlius*; ſed cum illis: *cum ſagittariis* cet. quaſi dixiſſet: *praeterea* erant in iis, cum quibus *curabat, cohortes Ligurum*. Sic infra *c.* CV. num. 2. *Is miſſus* cum praeſidio *equitum atque peditum* —— praeterea ſagittarii & cohors *Peligna cum velitaribus armis*. quem locum edd. corruperunt. adde ſupra ad *cap.* LXXVII. num. 1.

CUM EXPEDITIS MANIPULIS. Guelf. 1. Vinar. 2. Incert. 2. & Veneta 1470. *maniplis*. Guelf. 9. *collocaverat*.

3. PERFUGAE MINUME CARI. *Minume cari* exhibent etiam noſtri MSS. omnes, & jure, merito redarguit illos Gruterus, qui ea ex edd. ſuſtulerint, Pomponium Laetum ſecuti. Falſo etiam Uratisl. 2. *nimium cari*. Nimirum perfugis periculoſiſſimum negotium demandabat Marius, explorare iter hoſtium: quia minime tam cari erant, ut cives aut ſocii Romani, viliore damno, ſi periiſſent. Guelf. 12. *regionis ſcientiſſumi*. Supra *c.* LXXXV. num. 45. *exercitus ibi* locorum ſciens.

QUASI NULLO IMPOSITO. Guelf. 3. *quaſi modo nullo impoſito*. Inventus eſt quidam, interpre-

Digitized by Google

num ſcientiſſumi, hoſtium iter explorabant: ſimul Conſul, quaſi
nullo impoſito, omnia providere: apud omnes adeſſe: laudare, in-
crepare merentis. Ipſe armatus intentuſque, item milites cogebat: 4
neque ſecus, atque iter facere, caſtra munire, excubitum in por-
tas cohortis ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere.
praeterea alios ſuper vallum in munimentis locare, vigilias ipſe cir-
cumire, non diffidentia futuri, quae imperaviſſet, quam uti militibus
exae-

terpretum omnium poſtremiſſimus, & ineptorum praecipuus, qui ex his verbis nullum ſenſum elici poſſe, cenſeret. miratur etiam, hoc non animadverſum eſſe ab interpretibus ceteris. denique ſi legeres, inquit, *quaſi metu impoſito*, emerſurum aliquem ſenſum. Scilicet naſcetur ridiculus mus. Atque id genus hominum tot bonos auctores corrupit, & intelligendo fecerunt, ut juventus ex illorum opera nihil intelligat. Jam vero ſatis eſt, & quievit paulliſper talis importunitas. Ecce autem ſucceſſit alia natio, quae non modo intellectum, ſed etiam diligentiam juventutis noſtrae corrumpit, & vernacula interpretatione efficit, ut nec ſolidae interpretationis, nec genuinae latinitatis quidquam diſcentes adſequantur. Sed de his alibi ex inſtituto. Hic *nullo impoſito* eſt *nullo praepoſito, praefecto*: meminerat enim legatorum & tribunorum, quos ſuis quemque partibus curare juſſerat. vide ad Cat. *c.* LI. num. 28. *Lacedaemonii, devictis Athenienſibus, triginta viros* impoſuere. Tacitus VI. Ann. *c.* XI. *feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullo Hoſtilio Numam Marcium* impoſitos. Is ita frequentiſſime.

APUD OMNES ADESSE. Fabric. 1. *apud omnes eſſe*. vide ſupra *c.* XCVI. nu. 3.

LAUDARE, INCREPARE MERENTIS. Fabriciani, *omnes laudare, increpare merentes*. Edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. *laudare fortis, increpare verentis*, quod ſciolorum commentum bene rejecit Rivius. Vulgata unice vera, & notat, *laudaſſe Marium atque increpaſſe pro merito quemque*, ſive, ut quiſque laudem, vel culpam meruerat. & Douza recte animadvertit ad 1. Hiſtor. ancipitem ſignificatum vocis *merentes* hominibus impoſuiſſe, ibi ita Criſpus: *bonique & mali cives adpellati, non ob* merita *in remp. omnibus pariter corruptis, ſed uti quiſque locupletiſſumus & injuria validior*.

4. ITEM MILITES COGEBAT. Vacat in Uratisl. 2. *item*. Senſus eſt, item milites armatos intentoſque eſſe cogebat. Cat. *c.* XXVII. n. 2. *ipſe tum telo eſſe*, item *alios jubere*.

NEQUE SECUS, ATQUE ITER FACERE, CASTRA. Fabric. 1. Incert. 1. Vinar. 2. Berger. Struv. Uratisl. 1. 2. Eccard. Guelf. 10. & 12. *atque iter faceret*. quod receperunt quidam editores; verum contra ipſam ſententiam. Fabric. 2. *faciebat*. Vinar. 1. *neque ſecus iter agere*. Recte *atque iter facere* reliqui omnes: nam *atque* etiam ubi pro *quam* ponitur, eoſdem Caſus, eadem Tempora & reliqua jungit. Cat. *c.* XXXVII. nu. 10. *quicumque* aliarum, *atque* Senati, *partium erant*. Dictum ergo pro eo, quod eſſet, eadem cura, qua iter faciebat, etiam caſtra muniebat.

EXCUBITUM IN PORTIS COHORTES EX LEG. MSS. noſtri ut & Riviani omnes: *excubitum in porta*; attamen tanta fiducia *in portis* propagatum eſt in omnes novitias edd. nam. vett. omnes cum MSSptis incedunt. Unicus Guelf. 7. habet *in portis*, qui & recentiſſimus eſt, & ab ſciolo in optimis lectionibus depravatus. Eccard. *in portam*. Sed Guelf. 6. *in portas*, quomodo ſcribendum eſſe, viderat jam Rupertus: eo, quod plures caſtrorum eſſent portae. Idem lapſus librariorum apud Virgil. 1. Georg. *v.* 386. *Nunc caput objectare fretis, nunc currere* in undas, *Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi*. Sic meliores libri. alii *in undis*; alii *in unda*. Supra etiam adnotavimus idem in Verbo *collocare*, quod modo quarto, modo ſexto Caſu ſtipatur. Nam hic librarii *in porta* maluerunt, quia proximum eſt *excubitum*, & *excubare in porta, in portis*; non *in portas* vulgo dicunt: cum tamen nullo negotio iſte ſcrupulus eximatur, qui adtenderit omnem locutionem: *mittere in portas excubitum*: & quod excipit *pro caſtris*, non inſolens erit illis, qui legerint notata ad Catilin. *c.* XXXIII. num. 1. Eccard. *ante pro caſtris*, ut ſupra *c.* XCIV. num. 4.

VIGILIAS IPSE CIRCUIRE. *Circumire* ſcripſi ex iiſdem Codd. qui ſupra *c.* XLV. nu. 2. nobis dabant: *vigilias crebras ponere, & ipſe cum legatis* circumire. ubi vide. adde Caeſar. VII. Gall. *c.* XXIV. & Auct. B. Afric. *c.* XXI.

NON TAM DIFFIDENTIA FUTURI, QUAE IMPERAV. Primum particula *tam* haud legitur in Se-

5 exaequatus cum imperatore labos volentibus eſſet. Et ſane Marius illo & aliis temporibus belli pudore magis, quam malo, exercitum coercebat: quod multi per ambitionem fieri ajebant; pars quod a pueritia conſuetam duritiam, & alia, quae ceteri miſerias vocant, volu-

nat. 1. Guelf. 1. 2. neque in edd. Gruteri & Waſſii, etſi in priore illa operarum incuria *in*, loco *τῦ tam* irrepſerit: nam in notis haud aliter citat, quam: *non diffidentia futuri*, atque ita meliores ſuos Codd. habere, adfirmat. Veriſſime, & nos jam tuto ita ſcribere poſſe exiſtimavi. *tam* ſaepius omittitur, licet inſequatur *quam*. Livius XXVI. *Sed* non *quid ego fecerim, in diſquiſitionem venit*, quam *quid iſti pati debuerint*. Juſtin. XII. *c.*VIII. num. 14. *Tandem orare, ut reliquias ſaltem ſuas paternis ſepulchris reddat*, *quorum* non *ſtudiis deficiatur*, quam *annis*. cum nota Berneggeri. Sed plura talia collègit Fr. Modius Novant. Lect. Epiſt. LI. & CXX. quem adeas velim. Simile notabamus ſupra ad *c.* XIV. num. 23. Hoc primum. Deinde corruptum viſum magnis, minimis interpretibus *futuri*, *quae*, & certatim emendare adniſi ſunt. Eſt & in libris noſtris quaedam varietas. Guelf. 3. *futurum*, *quod*, ſine Verbo *imperaviſſet*. 6. *futuri*, *quam*; 7. & 11. *futurum*, *quae*; Vinar. 1. *futuri*, *quod*; Senat. 2. & Heuſſ. *futurorum*, *quod*; Struv. Incert. 1. Uratisl. 3. & Veneta 1470. *futurorum*, *quae*. ita jubent Grammaticelli. Waſſium retinuit ab mutatione Cl. Perizonius ad Sanct. II. Minerv. *c.* IX. ubi genus dicendi recte vindicat, & exponit: *non diffidentia futuri negotii eorum, quae imperaviſſet*. adduxit etiam Cic. XVI. epiſt. XXVII. num. 2. *Incredibile* eſt, quae *ego illos ſcio feciſſe*. item Plaut. Bacchid. A. IV. Sc. 1. Quae *imperaviſti*, imperatum *bene bonis*, factum *illico eſt*. Ita denique Noſter Cat. *c.* LVI. nu. 5. *Interea* ſervitia *repudiabat*, cujus *ad eum magnae copiae concurrebant*. ubi vide in EXCURSU. Pro interpretatione hoc tantum addo, recte intelligi *futuri ejus omnis*, *quae imperaviſſet*: nam in eo poſitu etiam alia Singularia admittunt numerum Plurium. ut illud Livii XXX. *c.* XVII. quidquid *aliud fecerit*, quod *cordi foret Maſiniſſae*, ea *patres comprobare atque laudare*. Ad hanc formam Noſter Cat. *c.* LI. nu. 42. *imperium — ea bene parta*; & ſupra *cap.* XXX. extr. *orationem — ea* conjungit.

EXAEQUATUS CUM IMPERATORE LABOS VOL. De illo genere, *militibus volentibus eſſet*, diximus ſupra ad *c.* LXXXIV. nu. 3. Rem ipſam, quod miles nihil non lubens ſuſtineat, quod videat ducem facere aut ſuſtinere, fuſius tractat Herodian. IV. *c.* VII. tetigit Noſter ſupra. formula utitur Cat. *c.* LIX. num. 2. *quo militibus*, exaequato periculo, *animus amplior eſſet*. De extremitate vocabuli *labos* hic quaedam, ex promiſſo, dicenda ſunt. De ea ita Quinctilian. I. *c.* IV. p. 43. *Nam ut Valeſii & Fuſii, in Valerios Furioſque venerunt: ita* arbos, labos, vapos *etiam &* clamos *ac* laſes *aetatis fuerunt*. adde Scaurum pag. 2253. Ineptit Agroetius & Iſidorus, quando *arbos*, & *arbor* notionibus diſtinguunt. eoſque reſutat Priſcianus V. pag. 670. Talia hodie in Virgilio curatius impreſſo leguntur: item in Plauto; apud quem in Curcul. *odos*, *amos*, *lepos* viſitur, quae neſcio, cur alia de cauſſa ita prolata eſſe cenſeat Val. Acidalius Divinat. & interpret. *c.* II. ita & Horat. Coningam. I. Sat. VI. *v.* 57. *Infans namque* pudos *prohibebat plura profari*. adde I. Diſſert. de Uſu Orthogr. Lat. *c.* II.

5. ALIISQUE TEMPORIBUS JUGURTHINI BELLI. Berger. *illoque & aliis temporibus*: quod hoc loco non diſplicet. & eſt in edd. Gruteri & Waſſii. Struv. & Incert. 1. *aliiſque omnibus*. Academ. *Jugurtham belli*. Immo *Jugurthini* expungendum eſt, quod hic magis ſententiam eviſcerat, quam ſupra *c.* LXXVII. n. 2.

PUDORE MAGIS, QUAM MALO EXERCIT. COERC. *Pudore*, dum exemplo praeibat, quem *pudor* erat deſerere: *malo*, i. poenis. Ciacconius laudat Terent. Adelph. A. 1. Sc. 1. *v.* 32. Pudore *& liberalitate liberos Retinere*, *ſatius eſſe credo, quam metu*. *v.* 44. Malo *coactus qui ſuum officium facit* cet. ita Caeſar I. Gall. *c.* XL. *ut quam primum intelligere poſſet*, *utrum apud eos* pudor *atque officium*, *an timor plus valeret*. *Malum* pro *poena* illuſtrat Gronov. ad Senec. I. de Ira *c.* ult. *Idem delictum in duobus non eodem* malo *adficiet*. Guelf. 10. *exercitum cogebat*. uti *cap.* LXXXV. num. 35. *exercitum ſupplicio cogere*. At Cat. *cap.* XXIX. num. 3. coercere *omnibus modis ſocios atque cives*. In rem multa Herodian. III. *c.* VI. ad fin.

PER AMBITIONEM. De hac ambitione diximus; quod ſatis, ad *c.* LXXXVI. num. 3. *multi* omittit Guelf. 9.

PARS, QUOD A PUERITIA CONSUETAM. Illud *pars* in pauciſſimis noſtris legitur; legitur tamen. pro eo Fabric. 2. *alii* habet. Sed Guelf. 3. *pars ita conſuetum a pueritia duritiam — voluptati habuiſſe*. atque illud *conſuetum* exſtat etiam

voluptati habuiſſet. Niſi tamen res publica pariter, ac ſaeviſſumo imperio, bene atque decore geſta.

CAP. CI.

CVI.
IGitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta undique 1
ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtendunt: qua re hoſtis adeſſe intellegitur. Sed quia divorſi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes 2
idem ſignificabant; Conſul incertus, quonam modo aciem inſtrueret,

etiam in Guelf. 1. ſicuti *habuiſſe* legitur in Eccard. Atque ut haec lectio probam ſententiam efficit, ita tamen elegantia concedit receptae: & illud *conſuetam*, quoniam adſumere debebat *habuiſſet* induxit ad mutationem. ut & illud, quod antea nude *per ambitionem*, nunc vero *quod* cauſſalem particulam intulerit. Sed eodem modo *c.* LXXXII. num. 3. *Quam rem alii* in ſuperbiam *vertebant: alii bonum ingenium contumelia* accenſum eſſe: *multi* quod *jam parta victoria e manibus* eriperetur. Jam *conſuetum habere* firmat *c.* LXXXV. num. 7. *ita ad hoc aetatis a pueritia fui, ut omnes labores, pericula* conſueta habeam. Verbum *habuiſſet* ad diverſa illa *conſuetam*, & *voluptati* pertinet, ut Cat. *c.* XII. nu. 2. *pudorem, pudicitiam, divina atque humana* promiſcua, *nihil penſi atque moderati* habere. *Duritiam* Marii cognoſcas ex *c.* LXIII. num. 3. & magis ex *c.* LXXXV. num. 53. atque ea *duritia* opponitur *mollitiei*: quemadmodum Terent. Andr. A. 1. Sc. 1. *v.* 47. duriter *ac parce vitam agere*. Liv. XXIX. *c.* 1. *gravis & dura militia*.

NISI TAMEN RESP. PARITER. Guelf. 4. *neſcio cur hoc feciſſet, niſi tamen*; 6. *niſi tamen ſcio omnia reip. pariter quam ex ſaeviſſumo* cet. 7. *Sed aliud ſcio, niſi tamen reip.* qui ſunt Gloſſis contaminatiſsimi. Eccard. *niſi tantum reip.* Senat. 2. Heuſſ. & Guelf. 12. *niſi tamen quod reſp.* Guelf. 10. *nec tamen reip.* Fabric. 1. Academ. Guelf. 2. & edd. Pomp. *niſi tamen reip.* Vinar. 1. & Uratiſl. 1. *mihi tamen reip.* Struv. *niſi tamen omnia reip.* Franc. *non autem reſp.* Uratiſl. 2. *Sed nec tum reſp.* Sed recte habet edita, & explicuimus illud *niſi tamen* ſupra ad *c.* XXIV. n. 5. Neque *reſp.* mutandum in *reip.* Livius VIII. *c.* XXXI. *quod ſe abſente* reſpublica *egregie* geſta *eſſet*. vide Briſſonium ſupra ad *c.* LV. num. 1. & Gronov. ad Livium.

CAP. CI. 1. HAUD LONGE AB OPPIDO CIRTA. Supra *denique* vacat in Academ. & Fabric. 1. omittit Praepoſitionem *ab*.

SPECULATORES CITI SESE OSTENDUNT. Senat. 1. *ei ſeſe oſtendunt*. *citi* omittit Uratiſl. 2. item Guelf. 6. & 9. male. eſt pro *citato curſu advenientes*, ut ſupra *feſtinans, properantes*. vide *c.* LII. num. 5. & *c.* XXXVIII. num. 1. Non enim de hoſtium ſpeculatoribus, ſed de Romanorum intelligendus eſt Auctor, quos nempe praemiſerant, ad iter hoſtium explorandum. Caeſar II. Gall. *cap.* XI. *Hac re ſtatim Caeſar* per ſpeculatores *cognita*. cum nota Jo. Brantii. & Marcell. Donat. ad Tacit. 1. Hiſt. *cap.* XXIV. Curt. IV. *c.* X. num. 9. *Hoc ingreſſo iter*, ſpeculatores, *qui praemiſſi erant, ſub lucis ortum Darium adventare nunciaverunt*. In militia navali nota etiam *ſpeculatoria navigia*, vide Livium XXII. *c.* XIX. adde infra *c.* CVI. nu. 2. Incert. 2. ſupra *ſimul* non expreſsit. Guelf. 3. *oſtendit*.

HOSTIS ADESSE INTELLIGITUR. Guelf. 9. 10. 12. alii *hoſtes*. 9. *intelligunt*; 12. *intelliguntur*; Senat. 1. *intelligitur*, cum Gloſſa *intelligebatur*. ita eſt; illi intellegebant, & ab aliis etiam hac re hoſtis adeſſe intelligitur: quo pacto alibi mores exprimit Noſter. Supra *c.* LIX. nu. 3. *nec diutius Numidae reſiſtere quiviſſent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent*. ibi vide.

2. SED QUIA DIVORSI REDEUNTES. *Quia* non eſt in Uratiſl. 2. pro *redeuntes*, Fabric. 1. 2. Guelf. 2. *abeuntes*, quaſi Jugurthae ſpeculatores fuiſſent. male. &, praeter hoc Verbum, contra proxima, *alius ab alia parte*. Grutero tamen addita illa, *alius ab alia parte*, Gloſſam redolere videbantur: ſed falſum eſſe convincunt notae ad Cat. *c.* II. n. 1. & ſupra ad *c.* XII. nu. 2. item Catullus Carm. XLVII. *Longe quos ſimul a domo profectos*, Diverſos variae viae *reportant*. Verum tamen cum Guelf. 6. *ab* Praepoſitione deſtituatur, videndum etiam atque etiam, num ſcripſerit Criſpus: *divorſi redeuntes alius alia*, ut Livius XLIV. *Alii* alia *in civitates ſuas* dilapſi *ſunt*. Ipſe nihil mutaverim.

CONSUL INCERTUS, QUONAM M. ACIEM. Eccard.

ret, nullo ordine commutato, advorſum omnia paratus, ibidem op-
3 peritur. Ita Jugurtham ſpes fruſtrata, qui copias in quatuor par-
tis diſtribuerat: ratus ex omnibus aeque aliquos ab tergo hoſtibus
4 venturos. Interim Sulla, quem primum adtigerant, cohortatus
ſuos, turmatim & quam maxume confertis equis ipſe aliique Mauros
inva-

card. non ſcripſit Nomen *Conſul*, & pro *incertus*, Franc. habet *intentus*. Uratisl. 1. *quonam modo inſtrueret*.

Advorsum omnia paratus. Incedebat enim, quod ſupra deſcripſerat, agmine quadrato. Berger. *hoſtis opperitur*. vide ſupra *cap.* xci. num.3.

3. Ita Jugurtham spes frustrata. *Ita* Gruterus ex ſuis melioribus, cui & noſtri primae claſſis addicunt. Guelf. 1. & 6. *Item*. deteriores *Igitur*. *Jugurtham* omittit Eccard. quomodo mox *Sulla* non comparet in Guelf. 4. & nos ſupra jam admonuimus MSS. ſaepe propria Nomina negligere. Guelf. 10. *Jugurthae*; 6. *ſpes fruſtra*; Uratisl. 2. *fruſtratus*. *Spes* dicitur *fruſtrari*, ut ſupra *c.* x. nu. 1. *neque ea res falſum me habuit*. etſi *c.* lviii. num. 3. *fruſtrari* paſſive poſuerit. Juſtin. xxiii. *cap.* ii. *Quos Agathocles conſcenſa nave* fruſtratus *eſt*. Plaut. Amphitr. Act. ii. Sc. ii. *v.* 200. *Neſcio quis praeſtigiator hanc* fruſtratur *mulierem*. *c.* lxxxiv. n. 3. *Sed ea res fruſtra ſperata*. Infra Gu. 12. *quatuor in partes*, & Vinar. 1. *diſtribuit*, pro *diſtribuerat*.

Ex omnibus aeque aliquos ab tergo. Exercuere hunc locum interpretes, & ipſe eos exercuit. Haeſitant nempe in particula *aeque*, quam Badius exponit *pariformiter*; Glareanus *pari fortitudine*; Caſtilioneus tranſponit: *in quatuor aeque partes*; Gronovius mutat in *utique*; Waſsius primo in *equitibus*, deinde *aeque* retinet, & interpretatur *facile*, mox autem *fere*, *prope*. quae merae ſunt ineptiae. Alii *aeque* potius juberent deleri, iiſque praeſidium eſt in Remenſi 1. & Academico, qui hanc particulam excludunt; & Academ. quidem ita habet: *ex ſuis omnibus aliquo ab tergo venturos*. Guelf. 3. *ex omnibus certe aliquos fore ab tergo*. qui maluit locum paullo difficiliorem interpretari, quam genuinam lectionem repraeſentare. Tu vero, quicumque ſapis, nihil muta de vulgata, niſi forte quid audeas in vocem *aliquos*, quam Franc. & Baſil. 1. mutant in *alios*, & alioquin Salluſtio haud valde grata eſt. Nam *aeque* retinendum eſt, modo recte intelligatur, & jungatur cum dictione *ab tergo*. Eſt autem *aeque ab tergo*, quod nos dicimus *gerade von hinten zu*: h. e. aequaliter, juſte & directo ab tergo. Norat enim Jugurtha, ab tergo Romanos facilius invadi poſſe; & cum in quatuor partes ſuos diviſiſſet, ſperabat adverſus unam earum Marium aciem eſſe directurum, ut una ſaltem pars ſuorum interim aeque ab tergo Romanos invadere poſſet. Sic particula *aeque* quam maxime proprio ſenſu accipitur. Adludit Cic. Bruto: *Tria ſunt omnino genera dicendi, quibus in ſingulis quidam floruerunt*: peraeque *autem*, *id quod volumus*, *perpauci in omnibus*. Nec tamen hoc *per aeque* exprimit Noſtri *aeque*. Sufficit *aequum* probatis auctoribus pro *aequali* dici, unde & *aeque* Adverbium non aliud, quam *aequaliter* notari poteſt. vide Interpp. Silii iii. *verſ.* 192.

4. Quem primum hostes adtigerant. Gu. 6. *adtingerant*; Eccard. & Guelf. 11. *attingerat*. Sed Bongarſii Codd. teſte Grutero, & apud nos Fabriciani vocabulum *hoſtes* non agnoſcunt. & valde inclinabat Gruterus, ut expungeret. neque ejus operam moramur. adde notata ad Cat. *c.* li. nu. 40.

Turmatim et quam m. confertis equ. Baſil. 1. a prima manu, *catervatim*, quod eſt contra morem militiae Romanae. Guelf. 6. *confertiſſime equis*; 11. & Uratisl. 2. *confertis*. vide Cat. *c.* lx. num. 7.

Ipse aliique Mauros invadunt. Guelf. 9. *ipſe alique*. Sed vix genuina ſunt iſta *ipſe aliique*; verum addita ab iis, qui Verbum *invadunt*, abſque hoc additamento ſi eſſet, minus reſpondere crederent: cum tamen ſatis clare *Sulla cum ſuis* intelligatur, quandoquidem *cohortatus ſuos*, *turmatim*, *confertis equis*, haec omnia illum ſenſum adjuvant. Cat. *c.* lvii. nu. 1. *reliquos Catilina in agrum Piſtorienſem* abducit; *eo conſilio*, *uti per tramites occulte* perfugerent *in Galliam*. ibi vide. adde ſupra *cap.* lxxv. num. 9. Ab hoc verbo *invadunt*, ad idem verbum n. 5. media omnia deſiderantur in Uratisl. 2. Eccard. *Mauri invadunt*. Guelf. 6. *in loca manentes*.

Eminus emissis corpora tegere. Fabriciani, *eminus miſſis*, quae mutant ſupra *c.* lvii. extr. *nam pleroſque jacula tormentis*, *aut manu* emiſſa *volnerabant*. Sed Guelf. 4. non habet *emiſſis*: quaſi *jacula eminus*, ut *omnes circum*, *parricidae undique*, alia talia, poſuiſſet. vide ad Cat. *c.* xiv. num. 2. Mox Guelf. 7. *& ſi in manus*

invadunt : ceteri in loco manentes ab jaculis eminus emiſſis corpo-
ra tegere , & ſi qui in manus venerant , obtruncare . Dum eo modo 5 CVII.
equites praeliantur , Bocchus cum peditibus , quos Volux filius ejus
adduxerat , neque in priore pugna , in itinere morati , adſuerant ,
poſtremam Romanorum aciem invadunt . Tum Marius apud pri- 6
mos agebat , quod ibi Jugurtha cum plurimis. Dein Numida, cogni-
to Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convortit : ibi Lati-
ne (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat : *noſtros fru-
ſtra pugnare ; paullo ante Marium ſua manu interfectum* ; ſimul
gla-

manus venerant ; Eccard. Guelf. 6. & 9. *ſi quis;* Incert.2. non praemittit & . Eccard. *in manu venerat ;* Veneta 1470. *in manu venerant.* Struv. *in manibus venerant*. Guelf.6. *in manus invenerant* . *in manus venire* aliter paullo dixerat ſupra *c.* LXXXIX. num.2.

5. DUM EO M. EQUITES PRAELIANTUR. Baſil.1. Senat.1. Academ. Vinar.2. & Guelf.12. *praeliarentur* . quod non placet Gronovio ad Livium , ut ſupra adnotavimus. nam aliter Florus III. *c.* XI. *tum ſimulato transfugae cuidam Mazarae Syro creditur* , dum *in mediam camporum vaſtitatem eodem duce ductus exercitus undique hoſti* exponeretur . ubi vide Cl. Duckerum.

BOCCHUS CUM PEDITIBUS —— INVADUNT. Eccard. *Bocchus cum pedites* , nempe pro & *pedites*, ut concordet *invadunt*. Nos contra eam ſollicitudinem quaedam adnotavimus ad Cat. *cap.* XLIII. num.1. *Lentulus cum ceteris* conſtituerant . ita III. Hiſt. Epiſt. Pompeii num. 6. *C. Herennius cum urbe* deleti. Supra *c.* XXXVIII. num. 6. *cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum* tranſiere *ad regem*. adde *c.* C. n. 2. Eutropius VIII. *c.* XII. *Opilius deinde Macrinus cum filio Diadumeniano* facti *imperatores* . Fruſtra ergo Senat.1. *invadit* . quod tamen etiam Guelf. 2. 3. 6. & 12. temere ſcripſerunt . At eleganter Vinar.1. Franc. Berger. Gu. 7. & 12. *itinere morati* , pro *in itinere* . vide quae contulimus ad *c.* LXXXVIII. num.3. *Gaetulos & Jugurtham ſaepe adgreſſus* itinere *fuderat* . Leviora ſunt , quod Guelf. 7. praeferat *remorati ;* Fabriciani & Guelf. 11. *fuerant* , pro *adfuerant* .

6. TUM MARIUS APUD PRIMOS ERAT . Ita quidem Gruterus , adſentientibus Fabricianis , Senat.1. Vinar.1. Guelf.1. 2. & 6. iſque mox : *cum plurimis inſtabat* , quod lepidam vocat emendationem . ſed in poſteriore illo ab omnibus noſtris, praeter Incert.2. deſeritur . Ante eum legebant : *Tum Marius apud primos agebat —— cum plurimis erat* . Idque eſt in ceteris noſtris ; niſi quod Remenſ. 2. & Vinar. 2. habeant *agitabat* . quomodo Livius VII. *Conſul dum inter primores incautus* agitat . idque cur repudiaverit Gruterus, rationes idoneas non adtulit . Video tamen nunc demum Senat. 2. & Heuſſ. Verbo *agebat* deſtitui , neque ejus loco *erat* immittere : qui forte maxime placebunt, cum communi Verbo *erat* ſententiam claudant. Cum vero *agere* , & *agitare* Noſtro ſint frequentiſsima , & *agebat* hoc loco , ſine *agitabat* , praeter vulgatam ſignificationem τοῦ *erat*, induſtriae & ardori Marii (vide *cap.* XCVIII. num. 1.) belle reſpondeat : nondum inducere animum potui , contra tot Codd. ſane quam egregios (in quis ipſius Gruteri meliores) *agebat* repudiare . Ita potius cenſeo , poſterius *erat* ſuperfluum eſſe : & quoniam ſine eo ſcripſerat : *quod ibi Jugurtha cum plurimis ;* ut ſupra *cap.* XLVI. num. 5. *neque cultores in agris* , ex addita Gloſſa in utrumque locum irrepſit .

AD PEDITES CONVORTIT . Guelf.4. *ſe convertit ;* 10. *ſe vertit* . Remenſ.1. *convertitur* . vide ad *c.* LXXXV. nu.9. *pedites* intellige , quos Volux adduxerat , cumque quibus Bocchus poſtremam aciem invaſerat .

IBI LATINE (NAM APUD NUMANTIAM. Struv. *ubique Latine* . vide ſupra *c.* LXXXIX. n.6. Guelf. 3. *namque apud Numantiam* . Uratisl. 1. reticet *nam* , quae tamen Parentheſi apud Noſtrum peculiariter ſervit . vide modo ſupra *c.* LIII. nu.6. & *c.* XC. num.1. alioquin facile abeſſe pateret . vide Cuningam. Animadv. in Horat. Bentl. *c.* X. Jugurtham apud Numantiam ſiſtet tibi ſupra *c.* VII. & VIII. Ceterum de Latina lingua , qua Romani in caſtris uſi , multa , producto hoc loco , diſſerit Franc. Florid. Sabinus II. Subſeciv. *cap.* II.

NOSTROS FRUSTRA PUGNARE , cet. Nimirum in pernicie imperatorii ſpem victoriae plerique ponunt , ac id non fruſtra , ut oſtendit Gebhard. ad Corn. Nep. Epaminond. *cap.* IX. num. 1. Tacitus IV. Hiſt. *cap.* XXXIV. extr. *Ac*

forte

Digitized by Google

gladium ſanguine oblitum oſtendere, quem in pugna, ſatis impigre
7 occiſo pedite noſtro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere ma-
gis atrocitate rei, quam fide nuncii terrentur: ſimulque barbari ani-
8 mos tollere & in perculſos acrius incedere. Jamque paullum ab fuga
aberant, cum Sulla, profligatis, quos advorſum ierat, Mauris ab
late-

forte Civilis lapſu equi proſtratus, credita per utrumque exercitum fama, vulneratum, aut interfectum, immane quantum ſuis pavoris, & hoſtibus alacritatis indidit. Saepe tamen eadem res in contrarium vertit, ut atrocitate rei & dolore permoti, interitum ducis ſui exercitus cum victoria vindicaverint. Ceterum Jugurtha utili ſibi mendacio utebatur, in quam rem Livius II. *c.* XLVI. *Romani, quia paucitas damno ſentiendo propior erat, gradum retuliſſent, ni* ſalubri mendacio *conſul, fugere hoſtes ab altero cornu clamitans, concitaſſet aciem, impetu facto, dum ſe putant vincere, vicere*. & id ipſum eſt, quod praecipit Onoſand. Strategem. *c.* XXIII. Edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. *ante paullo*. Guelſ. 4. *interfectum eſſe dicebat*.

SIMUL GLADIUM SANGU. OBLITUM. *Simul gladium*, neglexit Eccardianus. *Sanguine oblitum* ipſe exponit *cruentatum*. Tacit. I. Ann. *c.* LXV. *Nam Quinctilium Varum* ſanguine oblitum *& paludibus emerſum, cernere & audire viſus eſt*.

IN PUGNA, SATIS IMPIGRE OCCISO PED. N. Guelſ. 6. *in pugnam*. Franc. & Guelſ. 9. *ſatis pigre*. ipſi ſcribae omni pigritie oppleti. *Satis impigre* dixit, pro *ſatis fortiter*. ut ſupra *cap.* VII. num. 2. *ut erat* impigro *atque acri ingenio*. ubi vide. Dictys IV. *c.* V. *noſtri confirmati inter ſe* ſatis impigre *vim hoſtium ſuſtentavere*. Eadem figura Noſter Cat. *c.* XXV. extr. *ingenium ejus* haud abſurdum. vide Eod. *cap.* XIV. num. 7.

7. ATROCITATE REI, QUAM FIDE NUNCII. I. magis quod atrociſſimam rem, caedem Conſulis conciperent animo, quam quod Jugurthae crederent, factum eſſe, quod diceret. Ita enim res eſt. vanis rerum decipiuntur. & quam quiſque atrociſſima audit, tam minime auctores requirit, ſi meticuloſus eſt, aut deteriorum rerum ſuſpicio eum invaſit. Lege omnino Cat. *c.* XXX. & XXXI. Id in caris omnibus & acceptis, uti dux in tanto periculo militibus, accidere videas: adeo, ut ſaepe relationibus de alienis, ſomniis & ſimilibus, quibus minimum fidei eſſe debet, permoti, ipſi animo noſtro ea repraeſentemus, quae tamen non credimus. Hoc eleganter Criſpus paucis verbis inſinuat. Guelſ. 7. *deterrentur; nuncii* non viſitur in Vinar. I. peſſime. *fides nuncii* dixit, pro eo quem nuncius invenit, quem illi habemus. Supra *c.* XXVI. num. 2. *tametſi omnia potiora* fide Jugurthae *rebatur*. Juſtin. XXII. *c.* I. *diu* ſine fide *fuit*.

IN PERCULSOS ROMANOS ACRIUS INCEDERE. Vinar. I. & Fabric. 2. perperam deſtituti ſunt Praepoſitione. quod eo factum quia prior *invadere*, pro *incedere* exhibet, & poſterior *cedere*, decurtatum verum Verbum, pro *caedere* ſumſit. Academ. *incidere*; Eccard. & Uratisl. 2. *incendere*; Vinar. 2. *intendere*; Remenſ. 2. *inſtare*. Sed *Romanos* abeſt ab omnibus edd. vett. neque eo indigemus. Adſutum eſt ab illis, qui amant *hoſtem* & *Romanos* ſemper opponi.

8. PAULLUM A FUGA ABERANT. Fabric. I. Guelſ. 3. alii *ab fuga*. Fabric. 2. Praepoſitionem omittit: quod ſaepius ea ceteraeque expertae ſunt, ubi Verbum ex Praepoſitione compoſitum ſequebatur: hic vero & ob id extrita eſt, quod quidam Codd. habeant *aberat*. Ita nempe *fuga paullum aberat* bene cohaeret. Sed Carrio *dedit: jamque paullum a fuga aberat*, ut deteriores quidam noſtri. Meliores editam propugnant.

CUM SULLA PROFLIGATIS IIS, QUOS ADVORSUM. *Cum* in media Periodo exemplis oſtendimus ſupra ad *c.* LI. nu. 2. *Itaque multum die proceſſerat*, cum *etiam tum eventus in incerto erat*. Berger. Incerti, Franc. Remenſ. 2. Uratisl. 2. Eccard. Guelſ. 2. & 10. *profugatis his*. Haud imperite Waſsius Pronomen *iis* abjicit, quod in hoc poſitu frequenter exſulat. addit Dictyn II. *c.* III. *fugatis*, quos adverſum *ierat*. ubi jam Mercerus compoſuit Salluſtium, & P. Vinding. addidit alterum locum Dictyos ex II. *cap.* V. *militiam* Priamum adverſum *recuſare*. Accedat per nos Hegeſippus I. *c.* I. *Caeſiſque* quos adverſus ierat, *a latere circumventus, ſed tamen ultus propriam mortem occiditur*. Ita Cic. IX. epiſt. XVI. num. 4. *quem penes*. Et ea figura laudat Chariſius IV. pag. 241. Virgilii: *Solus qui* Paridem *ſolitus contendere* contra.

AB LATERE MAURIS INCURRIT. Illud *rediens*, quod his verbis praemittitur, eſt a mala manu, & male adhuc toleratum. *Ab latere*, ut & Hege-

Digitized by Google

ſatere incurrit. Bocchus ſtatim avortitur. At Jugurtha, dum ſuſten- 9
tare ſuos & prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumven-
tus ab equitibus, dextra, ſiniſtra omnibus occiſis, ſolus inter tela ho-
ſtium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, fugatis equiti- 10
bus, occurrit auxilio ſuis, quos pelli jam acceperat. Denique hoſtes
undi-

Hegeſippus. Caeſar I. Gall. *cap.* XXX. *Boii & Tulingi . . . ex itinere noſtros* latere aperto *adgreſſi, circumvenire coeperunt*. Noſter *c.* L. extr. *disjectos* ab *tergo*, *aut* lateribus *circumveniebant*. *Mauris* eſt in noſtris pluribus, Baſil. I. Fabric. I. & inferioribus etiam, ut & in edd. vett. Alii tamen *Mauros* exhibent, cum nuperis aliquot impreſſis. Certe *invadere*, *incedere* & reliqua fere Criſpus cum quarto Caſu conjungit. *Incurrere* cum eodem P. Syrus: *Heu quam* poenitenda incurrunt *homines vivendo diu!* quem & alia vide apud Muncker. ad Lactant. Placid. I. Fab. X. pag. 195. Tacit. II. Ann. *c.* XVII. *validiſſimos equitum* incurrere latus . . . *jubet*. Idem tamen *c.* XVI. *ut praeliantibus* Romanis *deſuper* incurrerent. atque ita *invadere* cum dandi caſu veterum uſu comprobavi ad Ciceronem. Sed fac ea parum valere, hoc loco *Mauris* tenendum eſt vel propter additum *ab latere*. nam hoc pacto alibi ſemper ſecundum etiam Caſum in tertium vertere ſolet. Denique in melioribus etiam, *Mauris ab latere* ſcribitur, non *ab latere Mauris*. atque illud praefero, cum alioquin perfectum poſuiſſet Hexametrum: *quos advorſum ierat rediens ab latere Mauris*, unica ſyllaba excepta. Quod quamquam vitii nihil habeat, cum & optimis Ciceroni, Livio, Caeſari talia exciderint, vide ad *c.* I. n. I. tamen non temere, magis cum Codd. vetant, eſt inculcandum.

BOCCHUS STATIM AVERTITUR. Struv. Incert. 2. Eccard. Uratiſl. 2. 3. Guelf. 1. 2. 6. 9. 10. & 12. *advertitur:* quae permutari, diximus ad *c.* XCIII. n. 2.

9. DUM SUSTENTARE SUOS. Guelf. II. *dum ſuſtineret ſuos*. Alibi *ſuſtentare aciem*. vide *c.* LVI. n. 6. Uratiſl. 2. Heuſſ. & Senat. 2. *dum* abjiciunt.

PROPE JAM ADEPTAM VICTORIAM. Quidam, *propere jam*. Sed ſupra *c.* XCV. n. 3. *familia* prope jam *exſtincta*. Eccard. Guelf. 9. & Berger. *adepta victoria*. *Adeptam* paſſive; ut Catil. *c.* VII. n. 3. *adepta libertate*. ubi vide.

DEXTRA, SINISTRA OMNIBUS OCCISIS. Ita & noſtri fere omnes. pauciſſimi, *dextra ſiniſtraque*, aut *dextra & ſiniſtra*. Hujuſcemodi quaedam notamus ad Cat. *c.* XI. n. 2. Supra ad *c.* LX. n. 4. quae vide. Glareanus iterum haeſitat in ſententia. at *ab equitibus* certe intelligit Romanis, & dextra, ſiniſtra occiſis Jugurthinis, ſeu militibus, qui circa regem erant. nam ideo *ſolus erumpit* ſubjecit. Id etiam adnotandum duxi, quod Guelf. 3. propter eamdem vocem *equitibus*, ea quae ſequuntur ad eam vocem n. 10. omiſerit.

SOLUS INTER TELA H. VITABUNBUS ERUMPIT. *Inter tela* ſaepe Livius, ut I. *c.* LIII. *Se quidem* inter *tela ac gladios patris elapſum, nihil uſquam ſibi tutum, niſi apud hoſtes* L. *Tarquinii crediddiſſe*. XXIX. *c.* XXXIII. *Ipſe, qua intenderat*, inter *media tela hoſtium evaſit*. Id. XXIV. *c.* VII. *Clamore & tumultu audito, in Dinomenem jam haud dubie obſtantem, tela conjiciuntur:* per quae *tamen, duobus acceptis vulneribus, evaſit*. ibi Gronovius corrigit etiam *inter quae*. *Per* tamen etiam Florus I. *c.* XIII. n. 18. *Atque ille* per media *hoſtium* tela *incolumis religionis auxilio rediit*. VITABUNDUS, non modo ſimilis vitanti eſt, ſed etiam abunde, valde vitans, ut neceſſe erat, cum ab omnibus partibus peteretur. Livius XXV. *cap.* XIII. *Hanno ex Bruttiis profectus cum exercitu*, vitabundus *caſtra hoſtium conſulesque, quo in Samnio erant, cum Benevento jam adpropinquaret*, &c. Noſter ſupra *c.* LX. n. 4. Pro *erumpit* Vinar. 2. Fabric. 2. Berger. Franc. Eccard. Guelf. 7. & omnes edd. vett. *erupit*. vide ſupra *c.* LXXVI. extr. *ea & ſemet igni* corrumpunt, *& quas poenas victi ab hoſtibus metuerent, eas ipſi volentes* pependere.

10. FUGATIS EQUITIBUS. Senat. I. a manu ſecunda: *fatigatis equitibus*: qua opera ſuperſedere debuiſſet. intellige fugatis hoſtium equitibus. n. 6.

ACCURRIT AUXILIO SUIS. Berger. Struv. Eccard. Guelf. 4. 6. 7. 10. 11. 12. & omnes edd. vett. *occurrit auxilio ſuis*. quod male deſeruerant edd. novitiae. *Ob* ſaepe pro *ad*, & *obcurrere* pro *adcurrere* veteres dicere, obſervavit jam Giſanius ad Lucret. pag. 384. atque ſic Auctor. B. Afric. *c.* XVII. *Interim M. Petrejus & Cn. Piſo cum equitibus Numidis . . . ex itinere recta* ſubſidio *ſuis* occurrunt. Id. *c.* LXVIII. *animadvertit copias hoſtium iis legionibus* occurrere ſuppetias. quem video jam citatum ab Gronovio ad Liv. XXXVI. *c.* XXIV. *adverſus quos undique ad opem ferendam* occurrunt *Aetoli*.

II undique fuſi. Tum ſpectaculum horribile campis patentibus ſequi; CVIII. fugere; occidi, capi; equi, viri adflicti: ac multi, volneribus acceptis, neque fugere poſſe, neque quietem pati; niti modo, ac ſtatim concidere: poſtremo omnia, qua viſus erat, conſtrata telis, armis, cadaveribus; & inter ea humus infecta ſanguine.

CAP.

li. ubi plura habet. Dictys III. *c.* IV. *Sed ubi Hector ſitus in parte alia, medios ſuorum fundi accipit,....* occurrit auxilio *laborantibus.* Coelius Epiſt. VIII. n. 4. *At ego, ſimul atque audivi, invocatus ad ſubſellia rei* occurro. Atque eodem modo, quo haec diverſa adparent in MSS. conſunduntur ſupra *c.* LXX. n. 5. *omittere*, & *amittere*.

QUOS PELLI JAM ACCEPERAT. Vinar. 1. *quos pelli loco;* Fabric. 1. *pelli jam coeperat*. Gu. 3. *pellitum acceperat*.

DENIQUE HOSTES JAM UNDIQUE FUSI. Adhuc enim una atque altera parte fuſi erant. *jam* juſſu Guelf. 3. & Eccard. induxi. Guelf. 4. deeſt *hoſtes*.

II. SPECTACULUM HORRIB. IN CAMPIS PAT. Fabric. 2. *ſpectabile;* Eccard. *ſpectaculum horribile viſum*. Optime uterque Fabricianus omittunt Praepoſitionem *in*. Ita Tacitus Agric. *c.* XXXVII. Waſſio etiam adſcriptus. *Tum vero* patentibus locis *grande & atrox* ſpectaculum: *ſequi, vulnerare, capere, atque eosdem, oblatis aliis, trucidare... paſſim arma & corpora, & laceri artus, &* cruenta *humus*. Cic. x. Philipp. *c.* IV. o ſpectaculum *illud, non modo hominibus; ſed etiam undis & littoribus luctuoſum*. Sed *in* etiam omittit Virgil. XII. Aen. *v.* 353. *Hunc procul ut* campo *Turnus proſpexit* aperto: & II. Georg. *v.* 280. campo *ſtetit agmen* aperto. *Apertos* vocat, quos Criſpus *patentes*. Optime Plinius II. ep. XVII. *Nam modo occurrentibus ſylvis via coarctatur, modo* latiſſimis pratis *diffunditur &* pateſcit.

SEQUI, FUGERE; OCCIDI, CAPI. Senat. 2. & Heuſſ. *videret ſequi, fugere;* Fabric. 1. Struv. Incert. 2. Uratisl. 2. & Guelf. 4. *ſequi, effugere*. forte inde primo natum, quod aliquis *&* adjecerat, *& fugere:* Sic *& fuſi, effuſi; & lapſi, elapſi; & rupit, erupit* & ſimilia confunduntur. vide Drackenb. ad Sil. III. *v.* 57. Pro *occidi* Waſſius mallet *occadere:* contra noſtros omnes. Supra *c.* LXXXVII. n. 2. *videre fugientes* capi, occidi. Mox eleganter Guelf. 6. *equi, viri*, non *equi atque viri*. *Adfligi* proprie eſſe ad terram projici, proſterni, notatum ſupra ad *c.* LX. n. 7. quam notionem ſequentia exigunt.

NITI MODO, AC STATIM CONCIDERE. *Modo* non eſt in Fabric. 2. *Niti* intellige ad incedendum: qualia ſaepiſſime poſt verba *niti, contendere*, alia intelligenda eſſe diximus ad Cat. *c.* XLVI. n. 5. adde ſupra *c.* III. n. 5. Boetius IV. Proſa II. *Si quis igitur pedibus incedere valens ambulet, aliusque, cui hoc naturale pedum deſit officium*, manibus nitens, *ambulare conetur, quis horum jure valentior exiſtimari poteſt?* quem non ad probandum, ſed propter affinitatem rei adſcripſi.

OMNIA, QUA VISUS ERAT. Pro *qua*, Guelf. 1. *quae;* 3. *quos*. II. *omnia loca viſſus ubi erat;* Struv. *qua omnia viſus erat*. Aeſtuat Waſſius, & laborat, ubi minime debuiſſet, & *qua viſus ferat* modo, modo *qua vicis erat* conjicit. Poſtremo *viſus* accipit, pro eo, quod videtur. Fruſtra, ne durius loquar. *qua viſus erat* eſt quacumque videri poterat, qua videre licebat; ſive ut Dictys IV. *c.* IV. interpretatur, *qua viſi poterat. namque omnia*, inquit, *circum Trojam & ultra*, qua viſi poterat, *viris atque equis repleta, ſplendore inſignium refulgebant*. Lat. Pacatus Paneg. *c.* XXXV. *quadratae legiones univerſa late*, qua viſus agi poterat, *occuparant*. *Viſus* nempe pro actu videndi, ſeu *viſione*, ut innumera talia nomina. Senec. Troad. *v.* 1079. *bis collis procul* Aciem *patenti* liberam *praebet loco*. i. proſpectum liberum.

CONSTRATA TELIS, ARMIS, CADAVERIBUS. Aemulatur talem deſcriptionem Pacatus *c.* XXXVI. *Arma, tela, equi, homines, viva, peremta, prona, ſupinaque corpora paſſim, vel in acervo jacere. Illi, mutilis exciſisque membris, reliqua ſui parte fugiebant; hi dolorem vulnerum ſequebantur; iſti mortes receptas in ſylvas & flumina deferebant; illi poſtremum ſpiritum in admiratione nominis tui & ſui ducis deteſtatione fundebant*. Zoſimus I. *c.* LIII. τὸ πεδίον ἐπλήρωτο νεκρῶν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων.

INTER EA HUMUS INFECTA SANGUINE. Gu. 3. *ſanguine inconfecta*, varietatem lectionis adnotans. nam Fabriciani, Guelf. 1. & II. habent *confecta*. αἵματι πεφυρμένην dixit Xenophon, obſervante P. Victorio XXVII. Var. Lect. *c.* X. Silius IX. *v.* 326. *tellusque videri* Sanguine operta *nequit*. Tacit. II. Hiſt. *c.* LV. *juxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens* ſanguine infecerat.

CAP.

Digitized by Google

CAP. CII.

POſtea loci Conſul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum 1
Cirtam, quo initio profectus intenderat. Eo poſt diem quin- 2
tum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho ve-
niunt, qui regis verbis ab Mario petivere, *duo quam fidiſſumos ad*
eum mitteret; velle de ſe, & populi Romani commodo cum is diſſerere.
Ille ſtatim L. Sullam & A. Manlium ire jubet. Qui quamquam acciti 3
ibant; tamen placuit verba apud regem facere: ingenium aut avor-
ſum

CAP. CII. 1. POSTEA LOCI C. HAUD DUBIE j. v. Guelf. 2. a manu ſecunda; *poſt id loci;* quomodo pauci ex aliis, iique deterioris conditionis, ut ſupra *c.* LXIII. n. 5. *ad id locorum*. At Noſter etiam *ubi gentium*, alii *ubique terrarum*, ſimilia plura. ut nihil mutandum ſit. HAUD DUBIE i. certe victor. Livius XXIV. *c.* XVI. *inde* haud dubie *terga data, ruuntque fugientes in caſtra. c.* XLII. *ibi iterum Scipio lecticula in aciem illatus conflixit*, nec dubia *victoria fuit*. XXV. *c.* XXXIV. *Haec pervagata paſſim vox, ut & hoſtes* haud dubie *pro victoribus & Romani pro victis eſſent*.

PROFECTUS INTENDERAT. Jam enim proficiſcebatur in hiberna, cum eum hoſtes adgrederentur, vide *c.* XCVII. n. 3. *Profectus* recte Caſtilioneus interpretatur incipiens iter facere. Sic Plaut. Trin. A. III. Sc. II. *v.* 2. *Poten' ut me ire, quo* profectus *ſum, ſinas*. vide Douzam ad Amphitr. A. I. Sc. I. *v.* 153. Taubmann. ad Trucul. A. I. Sc. II. *v.* 105. Weitz. ad Terent. Eunuch. Act. II. Sc. II. p. 176. & noſtra infra ad *c.* CIX. n. 3.

2. POST DIEM QUINTUM, QUAM. Sic ſupra *c.* LXXVI. n. 5. *poſt dies quadraginta*, quam *eo ventum erat, oppido modo potiti*.

ITERUM BARBARI MALE PUGNAVERANT. Eccard. *interim;* Uratisl. 2. *malo pugnantes*. Supra *cap.* LIV. n. 7. *Quae negotia multo magis, quam praelium* male pugnatum, *regem terrebant*.

REGIS VERBIS AB MARIO PETIVERE. *Verbis* i. verba regis referentes, ſicuti ſupra *cap.* XXI. *Senatus populique R.* verbis *nuncient*. *Ab Mario* vetuſti noſtri uſque ad Eccard. & Guelferb. 4. nam qui poſt eos nati ſunt, habent *a Mario*. Fabric. 1. habuiſſe primitus videtur, *duo quam fidiſſimos:* nam *s* littera, quae nunc adhaeret, alieni coloris eſt. Noſter certe alibi *duo, ambo*, pro *duos, ambos* ſcripſit. vide ad *c.* XXVIII. n. 1. Eccard. & Franc. *fideliſſimos*, male. Supra *c.* XXXV. n. 5. *Bomilcari maxime* fido *ſibi*. atque ita alibi. Guelf. 3. & 9. *mittere*, de qua confuſione abunde dictum ad *c.* XIV. EXCURSU II. num. 4.

DE SUO, ET DE POPULI R. COMMODO. Baſil. 1. *de ſe & de populi R. commodo.* veriſſime. vide quae prolata ſunt ſupra ad *cap.* XLVII. n. 2. *frequentiam* negotiatorum & commeatum *etiam paratis rebus munimento fore*. ubi quidam eadem de cauſſa *commeatuum* exaraverant, qua hic *ſuo*. Fabriciani, *velle & de ſuo & de p. R. commodo*. Credo ut numerum τοῦ *commodo* tuerentur. Veneta 1470. *de ſuo populi R. commodo.* Gu. 12. *ex commodo:* translatum id forte ex *c.* LXXXII. n. 1. Ceterum MSS. *cum his diſſerere;* Eccard. & Guelf. 6. *cum is*, ut alibi ſemper. At Gu. 1. *cum diſſerere*, omiſſo Provocabulo, ita ut *cum* legi queat *eum:* quo facto illud *cum his* ſpurium eſſe, convincitur.

3. QUAMQUAM ACCITI IBANT. Guelf. 3. *acciti veniebant*. Eccard. *ibant* prorſus omittit, ignarus moris Latinorum, qui pro Verbo *eſſe* aliud validius, ſenſus gratia, frequenter ſubſtituunt. Ita infra *c.* CIX. n. 2. *Se* miſſum *a Conſule* veniſſe *quaeſitum, pacem an bellum agitaturus foret*. adde notam ad *c.* CIX. extr. Ita fere ſupra *c.* XXXI. n. 6. *Neque ego hortor, uti contra injuriam* armati eatis. Cic. IV. ep. IX. n. 13. *Denique ſi fuit magni, non* iſſe ſupplicem *victori: vide, ne ſuperbi ſit, aſpernari ejusdem liberalitatem.* ubi vide notam.

VERBA APUD REGEM FACERE. Remenſ. 1. Guelf. 9. & Veneta 1470. *ad regem:* quod ex Gloſſa natum arbitror.

UTI INGENIUM AUT AVERSUM FLECTERENT. Sic quidem Gruterus; ſed contra libros vett. Nam Fabriciani, Incerti, Baſil. 1. Struv. Vinar. 2. Senat. 1. Uratisl. 2. Eccard. Guelf. 1. 2. 4. & 6. particula *uti* deſtituuntur. Vinar. 1. Franc. Berger. Gu. 3. *quo ingenium*, atque ſic eſt in edd. Pompon. Guelf. 7. *ut aut ingenium;* Veneta 1470.

ſum uti flecterent; aut cupidum pacis vehementius accenderent.
4 Itaque Sulla, cujus facundiae, non aetati a Manlio conceſſum, pauca verba hujuſcemodi locutus.

5 *Rex Bocche, magna nobis laetitia, cum te tale virum di monue-*
CIX *re, uti aliquando pacem, quam bellum, malles; neu te optumum cum peſſumo omnium Jugurtha miſcendo commaculares; ſimul nobis demeres acerbam neceſſitudinem, pariter te errantem & illum ſcelera-*
6 *tiſſumum perſequi. Ad hoc populo Romano jam inopi viſum, amicos, quam*

aut uti advorſum. Rivius in MSS. reperit: *ing. aut averſum uti flecterent:* quem potius, quam conjecturas ſequi, fuit conſilium. Et veroſimile eſt, propter mutatum poſitum τοῦ *uti*, eam particulam temere neglectam eſſe. Sed ita Noſter Catil. *c.* I. num. I. *vitam ſilentio* ne *tranſeant. c.* XXXI. n. 8. *ad hoc maledicta alia* cum *adderet. c.* XLIII. n. I. *Catilina in agrum Faeſulanum* cum *veniſſet.* Jug. *c.* XIII. num. 9. *legati* ubi *ſatis confidunt. c.* XLII. extr. *de ſtudiis partium & omnibus civitatis moribus* ſi *ſingulatim... parem diſſerere.* Livius I. *c.* XLIII. *Seniores ad urbis cuſtodiam* ut *praeſto eſſent; juvenes* ut *foris bella gererent.* Sed ſufficit ipſe Criſpus. Pro *averſum*, Berger. Uratiſl. I. 2. Guelf. 6. 9. 18. & edd. vett. *adverſum*. Alterum tuetur Rivius ex Cicerone: *qui* averſiſſimo *a me animo fuit.* Ita ergo ſupra *c.* IX. *flexit animum; c.* LXV. *neque animus Marii flectitur.* Fuit tamen, cum ſuſpicarer, ab Salluſtio eſſe: *verba facere, ingenium aut averſum flectere, aut cupidum vehementius accendere.* qualia partim ad *c.* LXXXVII. n. 4. partim ad Cat. *c.* LII. n. 24. notamus.

CUPIDUM PACIS VEHEMENTIUS ACC. Vocula *pacis* deeſt Bergeriano: tolerabili defectu. *Cupidus* enim eſt favens, deditus, ut ſupra docuimos: adeoque *ingenium advorſum* & *cupidum* exacte contraria ſunt. Intellexiſſet ergo *cupidum Romanorum.* Guelf. II. *vehementer.* 9. *vementius.*

4. CUJUS FACUNDIAE, NON AE. A MANLIO CONC. Illud *a Manlio*, non habent edd. Pomp. Vit. & Lipſ. ſed MSS. omnes agnoſcunt, & ſententia poſtulare videtur, ne *a Boccho* conceſſum eſſe intelligatur. Supra *c.* XI. n. 4. *Dein tamen, ut* aetati concederet, *fatigatus a fratre.* Guelf. 6. *ne aetati.*

5. MAGNA NOBIS LAETITIA EST. Hoc ordine plerique Codd. pauci, *laetitia nobis eſt;* Gu. 4. & 6. *laetitia eſt nobis.* Fabriciani I. auctoritate *eſt* ſuſtulimus.

TE TALEM VIRUM DII MONUERE. *Te* omittit Guelf. 7. non probo. & Cicero *te talem* etiam conjungit, ut vidimus ad *c.* LXIII. num. 6. item Livius XXII. *cap.* XXXIX. *nunc & collegam tuum. &* te talem *virum intuenti mihi, tecum omnis oratio eſt.* Petron. *c.* LXI. *quod* te talem *video.* Pro *monuere*, Guelf. I. *commovere.* Eccard. *amonuere* h. e. *admonuere.* Simplex Pacuvius apud Varron. VI. de L. L. *cap.* V. Di monerint *meliora, atque amentiam averruncaſſint.* Silius V. *v.* 117. *quippe* monent *Superi.* ubi vide Cl. Drackenborchium. Senat. I. *uti aliquando bellum pacem quam malles.* Guelf. II. *malleres.*

NEU TE OPTIMUM CUM PESSIMO O. I. Gu. I. *ne ut te primum cum* &c. atque *primum*, pro *optimum* fuit etiam in Nazariano: ita autem legendum eſſe adſeverat Waſſius; quem non audies.

SIMUL NOBIS DEMERES AC. NECESSITUD. Senat. I. *ſimul nobis dempſeris.* ceteri cum edita incedunt. Ille videtur ab ſuperiore particula *quod* ſuſpendiſſe orationem: *quod nobis demſeris a. nec. magna nobis laetitia eſt*, cum ceteri omnes rectius haec ad *uti* referant; etiamſi *neu* eſt interpoſitum. Ea tamen res etiam in Nazar. dedit *dempſerat*, & poſtea *dempſeras.* Guelferb. 4. *neceſſitatem.* vide de formula ad Cat. *c.* XXXIII. extr. *neque eam* neceſſitudinem imponatis, *ut quaeramus, quonam modo, maxume ulti ſanguinem noſtrum, pereamus.* Infra Vinar. I. *pariter te, & illum ſceleratiſſimum*, omiſſa voce *errantem:* at Guelf. 10. *pariter errantem & illum* &c. quod elegantius videtur, ut ſupra *c.* XIV. *immaturo*, pro *tibi immaturo.* Vinarienſem incuria librarii deformatum eſſe, liquido adparet. Veneta 1470. *& illum ſceleſtiſſimum.* Rivius dederat, *& te errantem*, quomodo ex noſtris nulli: & ſi in aliis invenitur, haud dubie *te* inde ortum eſt, fueratque, *pariter & errantem, & illum* &c. *Perſequi* recte Rivius exponit *perſequendi*, cujus generis plura notamus ſupra ad *cap.* LXXXIX. num. 3. *majora & aſpera* adgredi tempus *viſum.* Uratiſl. 2. *ſequi.*

6. AD HOC POP. R. JAM A PRINCIPIO INOPI. Con-

Digitized by Google

quam ſervos quaerere: tutius rati, volentibus, quam coactis imperitare. Tibi vero nulla opportunior noſtra amicitia: primum, quod procul 7
abſumus, in quo offenſae minimum, gratia par, ac ſi prope adeſſemus; dein quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis. Atque hoc utinam a principio tibi placuiſ- 8
ſet! profecto ex populo Romano multo plura bona accepiſſes, quam ma-

Contaminata haec eſſe, vel ſolus Nazarian. prodidit, qui habet: *Ad hoc utinam a principio tibi melius viſum, amicos*, cet. quae manifeſte transſcripta ſunt ex n. 8. Apud nos Guelf. 9. *jam a principio jam melius*; Eccard. *jam in principio inopi*; Guelf. 10. *jam a principio mundi*. At *inopi* omittunt Guelf. 1. 3. 4. & Fabric. 2. Gruterus ex Palat. 5. facit: *Ad hoc populo R. inopi melius eſt viſum*, cet. Bene ille *a principio* omittit, at non bene particulam *jam*: ea enim hic pro *etiam tum*, ſeu de praeterito tempore ponitur. Quod niſi adtendere velles, poſſes etiam cum aliquot libris *inopi* reticere. Hoc autem ipſe orationis nexus vetat. Scripſi itaque: *Ad hoc populo R. jam inopi viſum*.

MELIUS VISUM AMICOS, QUAM SERVOS. Eccard. delere jubet *melius*: veriſſime, & obſecutus ſum. Scripſit: *populo R. viſum amicos*, i. *magis amicos, quam ſervos*. de quo abunde diximus ad Cat. *c.* IX. extr.

TUTIUSQUE RATI VOLENTIBUS, QUAM COACTIS. *Que* fide Incert. 2. & Guelf. 7. induximus: Rationem enim adfert, cur jam inopes Romani amicos potius, quam ſervos quaeſierint. Cur *volentibus* ſcripſerit, interpretabitur Herodian. I. *c.* IV. n. 12. οὐ γὰρ οἱ ΕΞ ΑΝΑΓΚΗΣ δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ ΜΕΤΑ ΠΕΙΘΟΥΣ ὑπακούοντες ἀνύποπτοι καὶ ἔξω κολακείας φρονοῦσιν. δρῶντές τε ἢ πάσχοντες διατελοῦσιν οὐδέποτε ἀφηνιάζουσιν. Virgil. IV. Georg. *v.* 560. *Caeſar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello, victorque* volentis *Per populos dat jura*. Ita Demoſthenes Philipp. ἑκόντων ἦρξεν Ἑλλήνων. Livius VIII. *c.* XXI. *ibi pacem eſſe firmam, ubi* voluntarii *pacati ſunt*. Guelf. 10. *imperare*. Tutum eſſe tale imperium, pluribus Gruterus ad Livium oſtendit.

7. NULLA OPPORTUNIOR AMICITIA NOSTRA. Vetuſtiores apud nos, *noſtra amicitia*. De voce *opportunus* vide Giſan. ad Lucret. pag. 387. Duas autem opportunitates amicitiae Romanorum oſtendit: primam, quod multa gratia in ea inſit, & offenſae minimum, alteram, quod Bocchus non ſuperfluus amicus futurus ſit: quippe Romani numquam amicorum ſatis habuerunt.

QUOD PROCUL ABSUMUS, IN QUO OFF. Inepte Vinar. I. *quod proconſul abſumus*. Guelf. 9. *procul adſumus*; I. *procul a vobis abſumus*; Acad. *procul ſumus*. Non abſurde adfert Rupertus Tacit. IV. Hiſt. *cap.* LXXIV. *Laudatorum principum uſus ex aequo, quamvis procul agentibus; ſaevi proximis ingruunt*. Verae autem amicitiae inter abſentes major eſt ardor, ut eſt rerum omnium, quae, ſublatis externis imaginibus, animo habemus. Minuc. Fel. *c.* I. *Ita ejus contemplatio, quantum ſubtracta eſt oculis, tantum pectori meo, ac paene intimis ſenſibus implicata eſt*. Gratius ea & cum majore voluptate colitur vel ea de cauſſa, quod in tali eſt *offenſae minimum*: quo Germanorum pertinet Proverbium: *Weit von einander ſind wir gute Freunde*. adde Plin. VII. ep. V.

QUOD PARENTES ABUNDE HABEMUS. Uratisl. 2. omittit *quod*, pro quo alii *quia* obferunt. atque illud quidem, poſtquam ſemel poſitum eſt, plerumque exaudiri docuimus ſupra ad *c.* V. n. I. PARENTES vocat, quos hodie non eleganter *ſubditos* dicunt. vide ad Cat. *c.* VI. n. 5. Guelf. 3. ſcribit, *habemus abunde*. non male. *abunde* ponitur, uti Nomen. vide ad Catil. *c.* LVIII. n. 9. & Val. Acidal. ad Plaut. Pſeud. Div. & Interpr. *c.* IV.

NEQUE CUIQUAM OMNIUM SATIS FUIT. Struv. *neque nobis, neque hominum ſatis eſt*. Uratisl. 2. *& copia amicorum neque nobis* cet. 3. *ſatis eſt copia*; Eccard. & Guelf. 7. *copia amicorum* cet. iisdem *ſatis eſt*. quo argumento uti licet, Guelferbyt. 4. perbene Verbum Subſtantivum neglexiſſe. cetera ex male acceptis particulis, *abunde*, *ſatis* exſtiterunt. Neque *hominum* placet, pro *omnium*; neque utrumque abeſſe debere cenſeo, quod in mentem venerat Grutero. Noſter Catilin. *cap.* LI. num. 2. *neque* quiſquam omnium *lubidini ſimul & uſui paruit*.

8. ATQUE HOC UTINAM A PRINC. TIBI PL. Vinar. 2. *Ad hoc utinam*. I. Eccard. & Guelf. II. *hoc* tranſeunt, pro quo Guelf. 6. *haec*; I. *hoc ipſum*. Tolero quidem *hoc*, ob ea, quae collegimus ad Catil. *c.* XLVIII. n. 7. Referas tamen etiam illud *hoc* ad ſuperiora, quibus Bocchum nunc tandem *pacem* & *amicitiam* populi R.

 cu-

Digitized by Google

9 *mala perpeſſus eſſes. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque*
regit; cui ſcilicet placuiſſe & vim, & gratiam noſtram experiri:
10 *nunc, quando per illam licet, feſtina, atque, ut coepiſti, perge. Multa*
at-

cupere oſtenderat. Si ad ſequentia trahis, elegantius *hoc* abeſt, & intelligetur: utinam bona ex populo R. accipere, quam mala perpeti placuiſſet.

Ex pop. R. ad hoc tempus multo plura. *Ex* poſuit Criſpus iterum iterumque pro *ab*. Ita Cic. xv. epiſt. vi. n. 7. *ex te peto*. Flor. i. *c.* vii. n. 10. *hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare non potuit.* cum nota Cl. Duckeri. Eccard. *hoc tempus*, pro *ad hoc tempus*. Supra *c.* lxxxv. n. 45. *Nam quae* ad hoc tempus *Jugurtham tuta ſunt, omnia removiſtis.* ubi vide. Uratisl. 3. *multo plurima*. *perpeſſus eſſes* noſtri Codd. Verum cum in aliis ſit *perpeſſus es*, in aliis *perpeſſus eſt*, liquere, arbitror, *perpeſſus* nude legendum eſſe. nam quae illi deſunt, ea ex Verbo *accepiſſes* repetit. vide ſupra ad *c.* xcii. n. 2. Male autem Gruterus illud *accepiſſes* ab librario eſſe ſuſpicatur.

9. Humanarum R. fortuna pleraque regit. *Humanarum* vacat in Academico. Veneta 1470. *gerit*. Cat. *c.* viii. n. 1. *Sed profecto fortuna in omni re dominatur.* ubi dixi. *Pleraque rerum*, ſicuti Catil. *c.* xxix. extr. *nulli earum rerum*.

Cui ſcilicet placuiſſe. Ita Gruterus ex MSS. ſuis, eique accedunt Senat. i. & Guelf. i. ubi legitur, *cui ſcilicet placuiſſet*, plane ut infra *c.* cxiii. n. 3. ubi plura de hac conſtructione τοῦ *ſcilicet*, quam vel pueris notam eſſe, ſcribit Gruterus. Franc. *cui ſi complacuit;* Remenſ. 2. *cujus ſcilicet complacuit;* Gu. ii. *cum licet cum placuit;* Incert. 2. & Veneta 1470. *cui ſc. complacuit*.

Et vim et gratiam noſtram experiri. Plerique noſtri priore & deſtituuntur. Contra auctiores ſunt Remenſes, Vinarienſes, Fabric. 2. Baſil. i. Uratislavienſes, Acad. Struv. Berger. Guelf. 2. 3. 4. 6. 9. 10. & 11. cum Veneta 1470. habent enim, *& gratiam noſtram te experiri*. Gronovius corrigit, *& gratiam noſtram experirere*. Sed *experiri*, cape omnino *te experiri*. Cic. ii. epiſt. xiii. n. 4. *quod mihi ſignificabant tuae litterae* ſubdubitare, *qua eſſem erga illum voluntate*. Plura ad Cat. *c.* xxxi. n. 7. *ea familia* ortum, *ita ab adoleſcentia vitam* inſtituiſſe. ubi & alia Pronomina penes Verba Infinita omitti docuimus. Nam concurſus ejusdem Modi haud novus fuit Gronovio. Ita Seneca *cap.* xviii. *incipit* velle reſpondere *Petronius*. Lucan. ii. *v.* 280. *Perdant* velle mori, *v.* 484. *non cogitur ullus* Velle mori. Id. i. *v.* 375. *Juſſa* ſequi *tam* poſſe *mihi*, *quam* velle *neceſſe eſt*. adde ſupra n. 3. *Experiri* adhibuit ita ſupra *c.* xxxii. n. 5. *ne vim quam miſericordiam experiri mallet*. Liv. xxviii. *c.* xxxiv. *Utramque fortunam* expertis *permittere ſeſe*, *utrum propitios*, *an iratos habere Romanos mallent*. *noſtram* ejiciunt Rem. i. & Veneta 1470.

Quando per illam licet. Deſunt haec Uratisl. 2. cum tamen cum ſingulari pondere ſententiae adjiciantur: quoniam nunc per fortunam licet, feſtina. *quando*, pro *cum*, ut i. Hiſt. quando *talis es*, *maneas in ſententia*. Valer. Flacc. i. *v.* 241. *Superum* quando *conſulta videtis*, *O ſocii*, quando*que datur ſpes maxima coeptis; Vos quoque nunc vires animoſque adferte paternos*. Guelf. 6. *quanto*. per illam, ut ſuprà *cap.* lxiv. num. 3. *ubi primum potuiſſet* per negotia publica, *facturum ſeſe*. ibi dixi.

Atque, uti coepiſti, perge. Vetuſtiſſimi, *ut coepiſti:* ſed in Fabric. i. inter verſus ea particula adpicta jacet. i. Hiſt. Orat. Philippi: *perge*, qua coepiſti, *ut quam maturrime merita invenias*. Guelf. 6. *ut praecepiſti*.

10. Multa atque opportuna habes. MSS. Gruteri tantum non omnes, ex noſtris Vinar. i. Senatorii, Struv. Uratisl. 3. Heuſſian. Guelf. i. 3. 6. 11. 12. & Veneta 1470. excludunt *atque*. male, ut pluribus oſtenſum ad *c.* lxxviii. extr. *multi vaſti*que *loci erant*. Uratisl. i. *multa optima atque opportuna*.

Quo fac. errata officiis ſuperes. Uratisl. 2. *quibus facilia errata*. Perperam, & *quo*, tanquam particula, adjungitur eis *multa atque opportuna*, pro *quibus*. De Analogia monui ſupra ad *c.* xxiv. n. 8. & proxime accedit iii. Hiſt. Orat. Macri n. 15. *ne vos ad* virilia illa *vocem*, quo *tribunos plebi modo*, *patricium magiſtratum*... *majores veſtri paravere*. Fabric. i. vocem *officiis* nuſquam habet: & parum requiritur ad loci ſententiam, quin potius latet in illis *multa atque opportuna*, ut parum verear, Gloſſatorum commentum dicere: quod & tibi videbitur; ſi particulam *quo*, & quae alibi de ea diximus conſideraveris. *Superare* enim in tali poſitu non eſt vincere ita, ut plura officia praeſtes, quam delicta commiſeris. Sed plane vincere delicta, opprimere & facere ut memoria excidant. Juſtin. i. *c.* ii. *Magnas deinde res geſſit; quarum amplitudine ubi* invidiam ſuperatam *putat*, *quae ſit*, *fatetur*, *quemve ſimulaſſet*. pro quo Noſter ſupra *c.* x. n. 2. *gloria in-*

atque opportuna habes, quo facilius errata officiis ſuperes. Poſtremo hoc 11
in pectus tuum demitte, numquam populum Romanum beneficiis victum. nam bello quid valeat, tute ſcis.

Ad ea Bocchus placide & benigne; ſimul pauca pro delicto ver- 12 CX
ba facit: *ſe non hoſtili animo, ſed regnum tutatum arma cepiſſe: nam*
Numidiae partem, unde vi Jugurtham expulerat, jure belli ſuam factam, 13
eam

invidiam viciſti. Sed *c.* LXXXV. n. 23. *falſam orationem vita moreſque mei* ſuperant.

11. HOC IN PECTUS TUUM DIMITTE. Ita Gruterus, Baſil. 1. Franc. Fabric. 2. Eccard. Academ. Berger. Uratisl. 3. Guelf. 1. 3. 4. 6. 9. & 11. cum edd. vett. At Fabric. 1. reliqui *demitte.* quomodo Juſtin. VIII. *c.* V. n. 11. *Creſcit diſſimulatione ipſa dolor, hoc altius* demiſſus, *quo minus profiteri licet. In pectus* Noſter ſupra *c.* XI. *Quod verbum* in pectus Jugurthae *altius, quam quiſquam ratus erat, deſcendit.* ubi vide.

BENEFICIIS VICTUM ESSE. Poſtremam vocem juſſu Guelf. 3. & Fabric. 1. excluſi. *Vincere* eo ſignificatu infra Bocchus *c.* CX. n. 5. *regem armis, quam munificentia* vinci, *minus flagitioſum*. ubi vide.

BELLO QUID VALEAT, TUTE SCIS. De Romanis valebat, quod de virtute diſſerit Seneca de Vit. Beat. *c.* XXVII. *Illuſtrata eſt virtus mea per ea ipſa, per quae petebatur. produci enim illi & tentari expedit: nec ulli magis intelligunt, quanta ſit, quam qui vires ejus laceſſendo ſenſerunt.* Pro *quid valeat* edd. Pompon. habent *quam valeat*. Alterum Rivius Ciceronis exemplis tuetur. addo Horat. IV. Od. XIV. *verſ.* 7.

> *Quem legis expertes Latinae*
> *Vindelici didicere nuper,*
> Quid *Marte poſſes.*

12. PLACIDE ET BENIGNE. Puta *reſpondit*, quod Verbum perperam adjiciunt Acad. Struv. Uratisl. 3. & Guelf. 11. Noſter Catil. *c.* XXXIV. pr. *Ad haec Q. Marcius*. ubi vide. Fabric. 1. *ad hoc*.

PAUCA PRO DELICTO SUO V. F. Baſil. 1. deeſt *pauca*. non probo. At recte Guelf. 3. *ſuo* nusquam habet, cum valde propinquum ſit nomen *Bocchi*. Sic ſupra *c.* XXIX. n. 5. *pauca, praeſenti conſilio, locutus de invidia* facti, *atque in deditionem uti acciperetur. Verba* incuria librarii non legitur in Gu. 11. At Eccard. *dicit ſe non hoſtili*.

OB REGNUM TUTANDUM ARMA CEP. Bene eſt, quod Gruterus jam monuerit, Nazarianum cod. MS. deſiderare Praepoſitionem *ob*: male autem, quod certi nihil ſtatuerit. nam optimos noſtros Fabric. Senator. Vinar. Baſil. primos, item Guelf. 1. 3. & 6. eadem Praepoſitione defici ſcias. Quare eam quidem bono animo ejeci: quid vero de reliquis facerem, anxius fui. Primo *tutandum* accipi poterat, ut *ſeſe tutandum* eſſet, qui tutari vellet, quaſi *tutabundum*. Deinde Ellipſis Praepoſitionum *ad*, vel *ob* ſtatui poterat, ut dicunt: *quid venis?* pro *ob quid.* vide ad Cic. IX. epiſt. III. extr. Porro levi mutatione fieret, *regnum tutandi*, vel *tutando*, quae conjectura eſt Gruteri. poſterius tamen nimis aſperum eſt, & nusquam Salluſtio uſurpatum (quod etiam in ea, quae ſupra poſuimus, valet) prius autem nullus librarius vel leviter litteris imbutus facile immutaſſet; nam *animo tutandi regnum* vulgatum ſatis, nec ita inſolens fuiſſet, ut omnes *tutandum* ſcriberent. Quamobrem duo tantum reſtant: aut ſcribendum eſt cum Vinar. 1. *regnum tutatum*, ita enim perſpicue exhibet, ſicuti ſupra, *miſit legatos amicitiam* rogatum; *de injuriis* queſtum; vide ſupra *c.* XX. n. 5. & animadvertimus alibi per veteres libros talia in Participia, aut Gerundia converſa eſſe: aut revocandum eſt, *regni tutandi*, conſueta Criſpo Latinitas, de qua ſupra ad *c.* LXXXVIII. n. 4. *quae poſtquamglorioſa modo, neque* belli patrandi *cognovit*. Sed cum in hac formula noverim morem librariorum, qui *cauſſa, gratia*, facillimi adjiciunt; in altera autem vetus Codex adjuvet, & ipſa cura, pro vulnere, levior ſit, illam recipere ſuſtinui. M. Cato apud Chariſium II. *Itaque porro in Turtam proficiſcor*, ſervatum *eos*.

13. UNDE VI JUGURTHAM EXPULERIT. Unus Ciacconius in ſenſum cum cura inquirebat: ceteri tranſeunt, quaſi inter omnes jam conſtaret, quis *expuliſſe* dicatur. Franc. Incert. 1. Struv. Berger. Gu. 7. 10. & 12. *expulerat*, Struv. addidit *Marius*, & de hoc capiendus eſt locus: quaſi illam ipſam Numidiae partem Boccho praemium promiſiſſet Jugurtha, in qua Capſa, ceteraque oppida & caſtella ſita erant, quae nuper ceperat Marius. vide ſupra *cap.* XCVII. num. 2. Poſſet tamen, Amphiboliae evitandae cauſ-

Digitized by Google

eam vaſtari ab Mario pati nequiviſſe: praeterea miſſis antea Romam
14 *legatis, repulſum ab amicitia. Ceterum vetera omittere, ac tum, ſi*
15 *per Marium liceret, legatos ad Senatum miſſurum.* Dein, copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Jugurtha, cognita legatione Sullae & Manlii, metuens id, quod parabatur, donis corruperat.

CAP. CIII.

1 MArius interea, exercitu in hibernis compoſito, cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum

cauſſa, *expulerint*, vel *expulerant* ſcribi, nempe Romani, & de hoc dictum ad *cap.* LXIII. num. 1. quamquam & ea ſatis tollitur, cum mox excipit *a Mario*. Eccard. *Jugurtham expellebat*.

JURE BELLI SUAM FACTAM. Paullo benignius Bocchus interpretatur *jus belli*. Jugurtha promiſerat partem tertiam, hac addita conditione, *ſi Romani Africa expulſi, aut integris ſuis finibus bellum compoſitum foret*. Bocchus autem ſimulac arma ceperat contra Romanos, aut foedus pepigerat cum Romanis, eam partem jam ſuam factam eſſe exiſtimabat. Male haec interpretes intelligunt, & ipſe Grotius haec verba non ſuo loco citat III. de Jure B. & P. *c.* VIII. §. 1. n. 2. Uratiſl. 2. *ſui factam*.

EAM VASTARI A MARIO PATI NEQU. Guelf. 6. *ea*; 9. *vaſtari Mario*; Eccard. *eam partem a Mario vaſtare nequiviſſet*. Guel. 3. *nequiviſſe pati*. infra Vinar. 1. & Guelf. 9. *repulſum ſe ab amicitia*; Senat. 2. & Heuſſ. *depulſum ab amicitia*.

14. VETERA OMITTERE, AC TUM, SI PER M. Eccard. & Guelf. 4. *cetera omittere*. Male. *vetera* dicuntur, quae olim facta ſunt. vide ad Catil. *c.* XXXIX. num. 3. Guelf. 7. *amittere*. 12. *per Marium ſi liceret*. non male. *Per Marium* licet, quod proprie Mario auctore, permittente, licet. Sic ſupra num. 9. *nunc*, *quando* per fortunam *licet*. ubi jam addidi *cap.* LXIV. n. 3. ibique notata. Cicer. VII. epiſt. V. extr. *Simus enim putidiuſculi, quam* per te *vix licet*. epiſt. XXXII. n. 5. *trahantur* per me *pedibus omnes rei*. X. epiſt. I. n. 1. *numquam* per M. Antonium *quietus fui*.

LEGATOS AD SENATUM MISSURUM. Eccard. repudiat voces *ad Senatum*, earumque loco exhibet *dicebat*. Sed ſi iſtae ejiciendae ſunt, parum praeſidii erit vocabulo *legatos*, & intelligendum ex ſuperioribus, *legatos Romam*. Verum Guelf. 3. ſcribit, *legatos ad ſe miſſurum*. *Ad ſe* eſſet ad Marium, ut factum *c.* CIII. n. 3. & de eo uſu Reciproci Pronominis monuimus ad Cic. XI. epiſt. XI. n. 2. Capitolin. Pertin. *c.* III. *Et ſeditiones quidem contra ſe compeſcunt*, pro *contra illum*. Martial. V. Epigr. LXXVIII. *Profecit poto Mithridates ſaepe veneno, Toxica ne poſſent ſaeva nocere* ſibi. Plautus Poen. Act. V. Sc. II. *v.* 123. *Suam rem* ſibi *ſalvam ſiſtam, ſi illo advenerit:* quae etiam ab aliis ſunt obſervata. Hic tamen nihil muto, & in eo Cod. ni me oculi fallunt, eraſa eſt aliqua littera, forte *n*, ut *Sen.* notaverit librarius, pro *Senatum*.

15. DEIN COPIA FACTA. Intellige, *mittendi legatos*. Male Vinar. 2. *Dein loquendi copia animus*, cet. Pluribus illuſtratum vide ad Cat. *c.* XLVIII. n. 6. *eum in vinculis retinendum, neque amplius* poteſtatem faciundam, *niſi de eo indicaret, cujus conſilio tantam rem eſſet mentitus*. Guelf. 6. *ab amicis flectis*. *Flexus*, eſt in aliam partem ductus, & a conſilio legatos mittendi dimotus. Sic ſupra *c.* LXIV. n. 3. *poſtquam haec atque talia dixit, neque animus Marii* flectitur. *c.* LXII. n. 8. *Rurſus coepit flectere animum & ex conſcientia digna timere*. Guelf. 3. *cognita oratione atque Syllae & Manlii, id, quod parabatur, metuens*. Corruptum *oratione*, pro *legatione:* nec ordo ille, etſi blandiatur, placet. Guelf. 6. *corrumperat*.

CAP. CIII. 1. EX. IN HIBERNACULIS COMP. Ita edd. omnes: ſed falſo. non enim in *hibernaculis* compoſuit militem Marius, h. e. in tentoriis, pellibus contectis, quae proprie *hibernacula* vocantur, vide ſupra ad *c.* XXXVII. num. 3. & ſatis aperte ſupra ſcripſerat *cap.* C. princ. *Dein Marius, uti coeperat, in* hiberna. adde *cap.* XCVII. num. 3. item infra n. 4. *mature ad* hiberna *Romanorum proficiſcuntur*. Revocavi itaque ex Remenſi 2. Berger. & edd. Pom-

ſeſſum turrim regiam, quo Jugurtha perfugas omnis praeſidium im-
poſuerat'. Tum rurſus Bocchus, ſeu reputando, quae ſibi duobus 2
prae-

Pompon. Viteb. & Lipſ. *in hibernis compoſito*. Scripſerat quidam Codex, *in hiberna compoſito*, unde procuderunt poſteri *hibernaculis*.

PROFICISCITUR IN LOCA SOLA. Fabric.1. *in ſola loca*. Guelf.6. *in ſaltuoſa loca*. *Sola* ſunt ſolitaria, deſerta, uti interpretatur Donatus ad Terent. Andr. A.II. Sc.IV. *v*.3. Auſon. Caeſar. Epigr. III. *Fruſtra dehinc* ſolo *Caprearum clauſus in antro*. Ovid. III. Metam. *v*. 393. *Spreta latet ſylvis pudibundaque frondibus ora Protegit: & ſolis ex illo vivit in antris*. XIV. *v*.681. *Haec* loca ſola *colit*. I. Faſtor. *v*. 398. *Quaeque colunt amnes* ſola*que rura deae*. *v*.502. *ſparſas per* loca ſola *caſas*. Plautus Moſtellar. A.IV. Sc.III. *v*.3. *Sed etiam in* terras ſolas *oraſque ultimas ſum circunvectus*. Rudent. Act. I. Sc.III. *v*.22. *Ita hic* ſolis locis *compotita ſum*, *Hic ſaxa ſunt*, *hic mare ſonat*, *nec quiſquam Homo mihi obviam venit*. Sc. IV. *v*. 8. *Neque magis* ſolae terrae *ſunt*, *quam haec loca atque hae regiones*. ibi vide notas, ut & Drackenborch. ad Sil. III. *v*.429. *Tum noctem Alcidae* ſolis *plangebat in antris*.

PERFUGAS OMNIS PRAESIDIUM IMPOS. Ita nos verbum verbo reddimus: *lauter Uberlaeuffer*. h. e. *omne praeſidium erant perfugae*. vide quaedam ad Cat. *c*. XLIII. n.1. & ſupra ad *c*. XXXVII. n.1. totius *anni comitia*. Uratisl.1. *praeſidio*, atque ita Guelf.10. Sed Guelf.4. & Struv. *ad praeſidium*. peſſime corrumpentes ἐπεξήγησιν. Supra *c*. LXV. n.2. *ſi equites Romani* ſatellites *Numidae traderentur*. ubi vide alia Salluſtii. Juſtin. XII. *c*.X. *ibi* monumenta *rerum a ſe geſtarum urbem Barcen condidit*, *araſque ſtatuit*. ita emendat Gronovius, quem vide. ut & ad Liv. XXXIX. *cap*. XXXVI. adde Noſtr. III. Hiſtor. Orat. Macri num. 22. Fabric. 2. *poſuerat*.

2. TUM RURSUS BOCCHUS FELICITER SEU REP. Ita Gruterus ex MSS. ſuis, accedentibus Fabricianis, Baſil.1. Uratisl.1. Senat.2. Heuſſ. Guelf. 1. 2. 4. & Veneta 1470. carpitque ille Carrionem, quod verba *Bocchus feliciter* omiſerit: ipſe vero ſeſe non expedit, & ſatis habet ſcripturam membranarum repraeſentaſſe, cum tamen tanta res merebatur, ut vires ingenii intenderet. Silet Waſſius, pro more ſuo, & in Gruteri judicio adquieſcit. Videamus reliquas membranas chartaſque, ut fons erroris aperiatur. Guelf. 7. Vinar. 2. & Uratisl. 2. *B. feliciter erga Romanos ſeu*; Guelf. 9. *feliciter ait erga Romanos ſeu*; 10. & Berger. *feliciter egit erga R.* 11. *feliciter acta Romanorum facit ſeu*. Franc. *feliciter habuit ſe*; Acad. & Struv. *feliciter flexus*; Uratisl. 3. *Bocchus flectitur ſeu rep.* Ergo non tam ex Verbo *flectitur*, quod aliquis litterator propter *cap*. CII. num.15. adjecerat, ortum eſt illud *feliciter*; quam inde, quod vetuſtum quoddam exemplar in his verbis finiretur, ſollemni illo verbo *Feliciter*. vide Hieronym. Epiſt. CXXXVIII. ad Marcellam. Id egregie inde confirmatur, quod tres meliores noſtri Codd. paullo inferius finiuntur, & quod ſupra *c*. LXXXV. n.47. in MS. Academico, geminus plane error admiſſus erat, ubi ſcriba poſt verba: *metus ceperit*, integrum illud, quod fini adjicitur: *Si cupis ignotum* &c. perſcripſerat, & tamen in reliquo contextu pergebat. Haec itaque cauſſa fuit, ſive etiam quod librarius utiliſſimo Bocchi facto in margine *feliciter* acclamaverat, vide Flor. III. *c*. III. ad fin. ut iſta vox in Salluſtio legeretur, adeoque nihil periculi metuendum erat, ſi vel ex ſola conjectura expungeretur. Jam vero haud proletarii Codd. Vinar. Senat. Incert. primi, Eccard. Gu. 3. & 6. nihil amplius habent, quam *rurſus Bocchus*, *ſeu reputando*; unde & illud repoſui. Vocabulum *Bocchus* in omnibus habetur, praeter Berger. qui tamen a prima manu in margine additum oſtentat.

DUOBUS PRAELIIS EVENERANT. Fabric. 1. Gu. 1. 2. & Uratisl. 2. *venerant*. quod recte tuetur Waſſius illo Plauti Pſeud. A.II. Sc.I. *pro Juppiter*, *ut mihi quidquid ago*, *lepide omnia proſpereque* veniunt. Adde ſupra *c*. VIII. extr. *Si permanere vellet in ſuis artibus ultro* illi *& gloriam & regnum* venturum. Vinar.1. *ea*, *quae ſibi*, &c.

ADMONITUS AB ALIIS AMICIS. Guelferb. 2. *ab illius amicis*; *6. ab illis*. Sed recte Berger. *admonitus ab amicis*, *quos* &c. Guelf.4. *relinquerat*.

EX OMNI COPIA NECESSARIORUM. Deficit in his verbis Guelferbytanus 2. ita, ut quoſdam verſus eraſos ſimul adſpicere liceat. Deſinit in iiſdem Fabric. 1. prima manus, ita quidem, ut reliqua omnia ad extremum uſque legantur, ſed a diverſis duabus manibus: & prior itidem quaedam in raſura perſcripſit. Unde id adparet, eſſe hos duos codices plane ſimiles Baſil. 1. qui eodem modo repente hic hiat, pergit tamen & eodem verſu, quaſi continua ac perpetua eſſet narratio, addit, quae *cap*. CXII. num.3. ſequuntur: *pacem vellet*, *daret operam* &c.

praeliis venerant, ſeu admonitus ab amicis, quos incorruptos Jugur-
tha reliquerat, ex omni copia neceſſariorum quinque delegit, quo-
3 rum & fides cognita, & ingenia validiſſuma erant. Eos ad Marium,
ac dein, ſi placeat, Romam legatos ire jubet: agendarum rerum,
4 & quocumque modo belli componendi licentiam permittit. Illi ma-
CXI ture ad hiberna Romanorum proficiſcuntur: deinde itinere a Gae-
tulis latronibus circumventi ſpoliatique, pavidi, ſine decore ad Sul-
lam perfugiunt; quem Conſul in expeditionem proficiſcens pro
5 Praetore reliquerat. Eos ille non pro vanis hoſtibus, ut meriti
erant, ſed adcurate ac liberaliter habuit. qua re barbari & famam
Roma-

&c. nullo ab librario hujuſmodi lacunae addito indicio. qualem defectum etiam in ſuo Nazariano adnotavit Gruterus; ut adeo trium optimorum librorum ſubſidio in reliquis fere deſtituamur. Ille tamen Baſileenſis ſervavit etiam Orationem Bocchi, quae *cap.* CX. habetur, ſed eam fini ſubjecit, ſine ordine, aut ulla alia ſignificatione; eo more, quo in Vaticano quodam MS. Orationes ex deperditis Hiſtoriarum libris addita leguntur.

ET INGENIA VALIDISSUMA ERANT. *Erant* vacat in Uratisl. 3.

3. AC DEIN, SI PLACEAT, ROMAM LEG. Guelf. 12. omiſit *ac*; pro *dein*, Guelf. 1. *deinceps*: reliqui fere *deinde*. Guelferb. 4. 10. & 12. *ſi placet*. 4. etiam *Romam* in exſilium miſit, quod tentat Gruterus in vocabulum *legatos*.

AGENDARUM RERUM. *Plenipotentiarios* hodie dicerent hos agendarum rerum licentia inſtructos. Treb. Pollio Valer. *c.* III. *cui ſummam omnium bellicarum rerum agendarum commiſerat*. Mox copula & deſtituitur Fabric. 1. ut ab ſecunda manu exaratus eſt, & Incert. 2.

LICENTIAM IPSIS PERMITTIT. *Licentia* pro poteſtate & facultate, ut Cat. *c.* XII. num. 4. *Neque victis quidquam, praeter injuriae licentiam, eripiebant*. vide ſimul ad Catil. *cap.* LVIII. num. 13. Senat. 1. Fabric. 2. Remenſ. 2. & Berger. *illis*, pro *ipſis*; ſed Guelf. 12. utrumque exhibet. At Guelferb. 3. *licentiam permittit illis*: qui manifeſtat ex Gloſſa deſumtum eſſe Provocabulum, eaque deturpaverat geminum locum Catil. *c.* XLV. num. 1. *cetera, uti facto opus ſit, ita agant* permittit. ubi vide. nam nullo bono jure in Fabric. 1. & Berger. legitur *promittit*. etſi eadem confundantur apud Lactant. Placid. 1. Fab. IX. ubi vide Munckerum. nec *ipſis*, nec *illis* legitur in MS. Franc. & edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. Deinde Uratisl. 3. *licentia temporis*. Waſſius etiam Venetam 1470. *ipſis* omittere dicit; ſed quam nos ejus anni editionem ſub oculis habemus, *ipſis* exhibet.

4. A GAETULIS LATRONIBUS IN ITINERE. Guelf. 1. 3. & 6. Fabric. 1. Academ. Berger. & edd. Pompon. atque ſequaces: *Deinde in itinere a Gaetulis latronibus circumventi*. In quibuſdam non viſitur Praepoſitio *a*.

SINE DECORE AD SULLAM PERGUNT. Sic Gruterus ex MSS. prioris, ut ait, aevi. At noſtri plerique *profugiunt*; tantummodo Incert. 2. & Guelf. 4. habent *pergunt*. Guelf. *perfugiunt*; Berger. *confugiunt*. Scripſi itaque *perfugiunt*, nec miretur aliquis, quid opus ſit *perfugiunt*, cum latrones per ſe ipſi ſpoliatos dimittant. nam ipſe Salluſtius tollit dubitationem, dum addidit, *pavidi*. ii autem non tam *pergunt* quam fugiunt ſua itinera. vide Cat. *c.* LVII. n. 1. *Sine decore* omittit Guelf. 1. non probo. vide quae ſupra diximus ad *c.* XXXIII. princ. *Igitur Jugurtha, contra* decus *regium, cultu quam maxume miſerabili Romam venit*.

IN EXPEDITIONEM PROFICISCENS. Fabric. 2. Franc. Guelf. 1. & 11. *in expeditione*. Academ. *pro praetore liquerat*. Fabric. 2. *quaeſtorem reliquerat*. Guelf. 4. & 6. *relinquerat*. Cypr. Poppma nimium gloriatur, ſeſe locum reſtituiſſe ex libb. vett. addendo nempe *in caſtris*. quod ſcias infimae ſortis duobus noſtris adhaerere. ceteri recte reſpuunt, & derivatum eſt ex *c.* XXXVI. extr. *Aulo fratre* in caſtris *pro Praetore relicto, Romam deceſſit*.

5. PRO VANIS HOSTIBUS. I. tamquam vanos hoſtes, ſive, ut vanos hoſtes haberi decet. *Cap.* XCVIII. n. 6. *quia non fugerent*, pro victoribus *agere*. ubi plura collegimus.

ACCURATE ET LIBERALITER HABUIT. MSS. noſtri, quibus quaedam auctoritas, omnes, *ac liberaliter*. Guelf. 10. 11. & Uratisl. 3. *accuratiſſime*. *Adcurate* habere eſt, cum cura tractare, omnia

Romanorum avaritiae falſam, & Sullam, ob munificentiam in ſeſe,
amicum rati. Nam etiam tum largitio multis ignara: munificus 6
nemo putabatur, niſi pariter volens: dona omnia in benignitate
habebantur. Igitur Quaeſtori mandata Bocchi patefaciunt; ſimul 7
ab

omnia circumſpicere ſtudioſe, quae ad cultum pertinent. Supra c.xvi. n.3. *Eum Jugurtha tametſi Romae in amicis habuerat, tamen* adcuratiſſime *recepit*. Cum Verbo *habere* plura ejuſmodi Adverbia conſtruuntur, ut Cat. c.xi. n. 5. luxurioſe *nimiſque* liberaliter habuerat *exercitum*. Scite Eccard. Adverſativam *Sed* reticuit. vide ad Cat. c.lii. n. 6.

FAMAM ROMANORUM AVARITIAE FALSAM. Guelf. 3. *Romanorum famam falſam avaritiae*. alii aliter tranſponunt. *Famam avaritiae* dixit, ut ſupra c. xiii. n. 1. *fama tanti facinoris*. Duos Caſus patrios ſimul ponit etiam *cap.* xxx. num. 3. *de cujus odio* potentiae nobilitatis *ſupra diximus*. c. lxv. num.3. *uti* contumeliarum imperatoris *cum ſuo auxilio* poenas *petat*.

ET SULLAM OB MUN. INSESE AMICUM RATI. *Et Sullam* deeſt Guelf. 4. ſed Fabric. 1. tantummodo Nomen Proprium neglexit. Academ. *ob munificentiam ſeſe*, ſine Praepoſitione *in*, quae per praecedens *m* excidit. *in ſeſe* duplici modo conſtruxerunt librarii. Struv. *ob munificentiam in ſeſe habitam*, ut *munificentiam in ſeſe* ita acceperit, ut eſt apud Planc. Cicer. x. ep. xxiii. n.9. *Laterenſis noſtri & fidem, & animum ſingularem in remp. ſemper fatebor. ſed certe nimia ejus* indulgentia in Lepidum *ad haec pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem*. Noſter Catil. c. ix. num. 2. *in ſuppliciis deorum magnifici, domi parci*, in amicis fideles *erant*. At Guelf. 1. dum ſcribit: *amicum in ſeſe rati*, junxit *in ſeſe amicum*. Sed cum hoc longe curatius exprimere potuiſſet, verius eſt, priorem expoſitionem amplecti. Mox Academ. *Jam & tum largitio;* Vinar. 1. *Nec etiam tum;* Guelf. 10. *nam quae tum;* Eccard. *Nam tum*, a prima manu.

6. LARGITIO MULTIS IGNOTA ERAT. *Largitio* invidioſe uſurpata eſt, pro largitione tali, quae fit ſine benevolentia, ambitionis tantum & ſui commodi cauſſa: quae eo tempore Romae potiſſimum invaluerat. Cat. c. iii. n. 3. *Nam pro pudore, pro abſtinentia, pro virtute; audacia, largitio, avaritia vigebant*. Eam paſſim exagitat Cicero atque Seneca, & in cauſſis corruptae reip. enumerat Florus ii. c.xii. n.5. *magnificus adparatus conviviorum & ſumtuoſa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egeſtatem*. Cic. ii. de Orat. *de ambitu raro illud datur, ut poſſis liberalitatem & benignitatem ab ambitu atque* largitione *ſejungere*. Aperte Seneca 1. Benef. c. ii. quem vide ſupra ad c. xcv. n.3. Porro Vinar. 1. *ignota fuit;* quod ſufficit, ut Verbum *erat* expellamus. At Guelf. 6. *ignorat erat;* Incert. Senat. Uratiſl. ſecundi & Heuſſ. *ignorata erat*. Scripſi, *ginara erat;* nam eam vocem etiam ſupra corruperant in *ignota*, aut *ignorata*. Vide etiam ad *cap.* xciii. num. 3. *more humani ingenii, cupido* ignara *viſundi invadit*.

NISI PARITER VOLENS. *Volens* eſſet, putaretur. *volens* autem *benefactum* alteri, favens adeo & ex animo benevolenti largiens. Supra c. xiv. n. 19. *Virtute ac dis* volentibus *magni eſtis atque opulenti*. Sic in formula, *volens propitiuſque*. item in altera, *factum volo*. A. Gellius vii. c. iii. *cum & utiles eſſent, & regi* vellent *eſſe factum*. ubi vide Jo. Fr. Gronovium. Inde illa *cauſſa cujus velle*, frequentiſſimum Ciceroni, & quaedam collegimus ad Cic. 1. ep. 1. num. 2. *Regis cauſſa, ſi qui ſunt, qui* velint. ubi vide. quibus addas xiii. epiſt. vi. num. 12. *cujus cauſſa quanto opere* cuperem *deberemque, profecto ex me facile cognoſti*. Alibi maniſeſto *velle* & *favere* pro Synonymis habentur. Proprie tamen, ut dixi, interpretemur *volens* np. factum, ſive ex animo, quod facto oſtenditur. Struv. *dona volens*.

IN BENIGNITATE HABEBANTUR. I. pro benignitate, ex benignitate proficiſci putabantur. Ita *habere in benignitate*, ut ſupra *trahere in virtutem, ducere in conſcientiam*, c. xcii. n.2. Ita infra c. cxi. n. 1. *quod polliceatur, ſenatum & populum R. non* in gratiam *habituros*. ubi vide. Differt paullulum Catil. *cap.* ii. n. 2. *maxumam gloriam* in maximo imperio *putare*. Multa in hanc veram & genuinam liberalitatem praecepit Seneca, & paucis ille de beneficio & grato animo 1. de Benef. *cap.* xxxiv. *Res inter* animos *geritur*. Quaedam etiam Cicer. 1. Offic. *cap.* xv. ubi vide Graevium.

7. FAUTOR CONSULTORQUE SIBI ADSIT. Gu. 3. & Vinar. 2. *factor*, pro *fautor*: quemadmodum *actor* & *auctor* aliaque hujuſmodi vel decies apud Noſtrum confunduntur. Vinar. 1. *fautor, conſultor ſibi adſit*, ſine Copula. Guelf. 1. *ſibi adeſſet*. Infra Incert. 2. nude *regis*, ſine Provocabulo.

ab eo petunt, uti fautor conſultorque ſibi adſit: copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quae aut utilia, aut benevolentiae credebant oratione extollunt: dein Sulla omnia pollicito, docti, quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent, circiter dies xxxx. ibidem opperiuntur.

CAP. CIV.

CXII.

1 MArius poſtquam infecto, quo intenderat, negotio Cirtam redit; de adventu legatorum certior factus, illosque & Sullam venire

AUT UTILIA, AUT BENEVOLENTIAE ESSE CREDEBANT. Ita veriſſime Gruterus aliique: & imperiti ſunt, qui *benevolentia* exhibent. *benevolentiae* habent apud nos Eccard. Acad. Vinar. 2. Struv. Uratisl. 2. & 3. Guelf. 1. 6. 12. cum omnibus edd. vett. atque illud poſitum eſt, pro *benevolentiae regi ſuo conciliandae*, illa tantopere adamata Noſtro ſtructura, qua ſupra *c.* LXXXVIII. n. 4. *Quae poſtquam* glorioſa *modo*, *neque* belli patrandi *cognovit*. ubi ſimiliter Adjectivum ſimplex, & ejusmodi circumſcriptum una ſtructura protulit: quae res huic loco, ut aliis permultis, tenebras objecit. Ea forma Sueton. Neron. *c.* VI. *negantis, quidquam ex ſe & Agrippina niſi* deteſtabile *&* malo publico *naſci poſſe*. Noſter *c.* XCII. n. 5. *collis* editus *&* uno aditu. Tacitus III. Hiſt. *c.* LIII. *Quod diſcordes diſperſasque Vitellii legiones equeſtri procella; mox peditum vi per diem noctemque fudiſſet, id* pulcherrimum *&* ſui operis. adde denique pro *benevolentiae* notam ad *cap.* LXXXIII. n. 1. UTILIA intelligit Romanis. Qui enim in amicitiam ſocietatemque ab Romanis recipi cupiebant, eorum maxima ab utilitate commendatio: ut quaſi ſollemnes dictiones de ſociis ſunt *boni, utiles*, de quo alibi. Script. B. Afric. *cap.* LIV. *Quod in Italia milites populi Rom. contra remp. inſtigaſti — quodque mihi reique publicae* inutilis *fuiſti*. Livius XXXI. *c.* XXIX. *quibus enim de cauſſis, experta* inutili *ſocietate Romana, pacem cum Philippo feciſſent, compoſitam ſemel ſervare eos debere*. Ita ergo *utilia* Romanis, & quae erant Regi ſuo *benevolentiae* compoſuit, ut ſupra *c.* LXXXIV. n. 1. *alia* magnifica, *&* *illis* dolentia. Fruſtra Senat. 1. *benivolentiam*, quod *m* ex nota *ā e* ortum eſt: pejus Guelf. 11. *ad benevolentiam*. Denique ESSE ex Academ. induxi. atque ita Cat. *c.* XXXII. n. 2. *quorum cognoveras* promtam *audaciam*. Eod. *c.* XLVI. n. 2. *poenam illorum ſibi* oneri, *impunitatem* perdundae *reip.* credebat. Supra *c.* XLVI. n. 6. *illa deditionis ſigna* oſtentui credere, *&* *inſidiis locum tentare*. Ita autem & ſenſui, & nitori optime conſuluiſſe videmur.

SULLA OMNIA POLLICITO. *Sulla* vacat in Uratisl. 2. Sed Academ. *Silla pollicitos omnia, doctique. pollicitos*, pro conſuetudine librarii, eſt *pollicitus:* idque legitur clare in Fabric. Remenſ. Incert. primis & edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. *doctique* etiam Vinar. 1. aliique oſtentant. Guelf. 3. *pollicitate*; 7. *doctique quoquo modo*. Vinar. 1. *item poſt Senatum*, ſed quod *poſt* ſcripſi, id MS. per litterarum compendium exhibet. Guelf. 6. *circum dies* XL.

CAP. CIV. 1. INFECTO NEGOTIO, QUO INTENDERAT. Male vexant locum qua ſcripturam, qua interpretationem. Quidam *confecto negotio*; quidam etiam *quod intenderat*, ut Eccard. Uratisl. 2. Incert. 2. Plerique interpretes, *quo intenderat* accipiunt pro, *quo profectus erat*, & ita fere de itinere Cirtam facto intelligunt. At Cl. Perizonius ad Sanct. II. *cap.* IX. interpretatur: *infecto negotio eo loci, quo intenderat*. Non tamen perſuadet: etſi ita de itineribus loquantur. vide infra ad *c.* CVII. extr. *dein paucis diebus*, quo ire intenderant, *perventum*. Melius eſt vetuſtis librariis auſcultare, qui *quo* nobis per *quod* reddiderunt: inprimis cum omnes membranae noſtrae habeant: *infecto*, (aut *confecto*) *quo intenderat, negotio*. Sic Luccejus Cic. V. epiſt. XIV. n. 3. *cum ſcribas, & aliquid agas* eorum, quorum *conſueſti*. pro *quae*. ubi vide notata, & quae ſupra jam protulimus. adde notam ad Cat. *c.* XXXIV. n. 2. Exponendum autem *infecto negotio, quo confecto redire intenderat*. Ita *intendere*, pro habere propoſitum, quaerere dixit ſupra *c.* XXV. n. 10. *Quod ubi ſecus procedit, neque*, quod intenderat, *efficere poteſt*.

ILLOSQUE ET SULLAM VENIRE JUBET. Vinar. 1. Fabric.

Digitized by Google

venire jubet, item L. Bellienum Praetorem Utica, praeterea omnis
undique Senatorii ordinis, quibuſcum mandata Bocchi cognoſcit.
Legatis poteſtas eundi Romam fit ab Conſule: interea indu- 2
ciae poſtulabantur. Ea Sullae & plerisque placuere: pauci
fero-

Fabric. 2. & Berger. *illos & Sullam;* praeterea Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. *& Sullam ad Uticam venire jubet;* Remenſes, Senat. 1. & Fabric. 1. *ab tucca venire jubet.* at Vinarienſes, Berger. Struv. Franc. Acad. Fabric. 2. Guelf. 4. 6. 9. 10. 11. 12. & Veneta 1470. *ab Utica venire jubet:* in qua lectione adeo deſudat Glareanus. Sed verba *ab Utica* deſumta eſſe ex verſu proxime ſequenti liquet, & bonis librariis impoſuit dictio *venire jubet*, quaſi illa ſemper longinquitatem adventus denotaret, aut termino quodam ſtipata eſſe deberet, cum ita loquantur de omnibus, qui advocantur, aut perducuntur. Cat. *c.* XLVI. n. 5. *reliquos cum cuſtodibus in aedem Concordiae* venire jubet. infra *c.* CXII. *daret operam, ut una ab omnibus, quaſi de pace, in colloquium* veniretur. Sic hoc loco ad ſe, ad conſilium *venire*. Gu. 3. *venirent*.

ITEMQUE L. BELLIENUM PRAETOREM UTICA. *Item*, non *itemque*, habent Senat. 1. Vinar. 2. Berger. Franc. Fabriciani, Eccard. Guelf. 3. & 9. cum Veneta 1470. Pro *Bellienum*, Vinar. 1. *Belleenum;* Eccard. Guelf. 11. Incerti, Remenſ. 1. & Veneta 1470. *Belligerum*, quod ortum eſt ex alia ſcriptura, quae eſt in Acad. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. Guelf. 3. 4. & 10. *Belligenum*. Editum probant Caſtilioneus atque Colerus; item Pighius Tom. III. pag. 144. Senat. 1. *L. Bellienum plebis tribunum Uticam*, quod haud dubie ex nota PRT. aut ſimili profluxit: certe in Guelf. 6. *P. R.* pro *Praetorem* habetur. Fabric. 1. *praetorem Romanum Utica;* Guelf. 3. *Bellienum R. P. praetorem Utica.* id aut ſimili fonti originem debet, aut Salluſtius ſcripſit eo modo, *Romani populi praetorem*, ut Caſſius Hemina: *populi R. Conſul;* Tacitus & Plinius: *populi R. imperator*. vide Heinſium ad Vellej. Pat. II. *c.* LXIX. *Utica* aliquot Codd. deeſt, pro quo Uratisl. 1. a manu ſecunda *Uticae;* Franc. Incerti & edd. Pompon. *ab Utica.* male, & ſic ſupra *Roma acceperat; Carthagine miſſi*, quae ſimiliter turbantur in MSS. Nam ne *Uticae* magis placeat, faciet proximum *undique*, & ſenſus, quod Marius Bellienum ab Utica arceſſiverit.

OMNES UNDIQUE SENATORII ORDINIS. Ita Cat. *c.* XIV. n. 2. omnes undique *parricidae*. ubi vide. Vinar. 1. *ſanatorii ordinis;* de quo ordine, & conſilio militari diximus ſupra ad *cap.* LXII. n. 4.

QUIBUSCUM MANDATA B. COGNOSCIT. Senat. 1. Guelf. 7. & Fabric. 2. *cum quibus.* Alterum ſupra *c.* XVII. n. 1. Vinar. 2. & Uratisl. 2. *cognovit*. Guelf. 9. *cognoſcat*. Eleganter Eccard. *cognoſcunt*. i. Marius cum illis cognoſcunt, ut Catil. *c.* XLIII. n. 1. *Lentulus* cum *ceteris* conſtituerunt. ibi plura. adde ſupra *c.* CI. num. 5.

2. IN QUIBUS LEGAT. POT. EUNDI R. FIT. Senat. 1. Fabric. 2. Guelf. 3. & 6. *in quis.* quomodo ſcripſiſſem, niſi omne illud a Gloſſa eſſe perſpicerem. Illud enim valde jejunum, quod plerique interpretes ſecerunt, haec de poteſtate, quam Bocchus fecerat *c.* CIII. n. 3. intelligere. Nam ſi *mandata* Bocchi cognovit Marius, ſimul illud intellexit: & numquam ita locutus eſt Criſpus. Nec ullus aliquis elegantior facile dixerit: *mandata, in quibus*, qui modo veram notionem vocis migrare noluerit, de qua ad Cat. *c.* XXXII. extr. Explicat aeſtum paullulum Acad. ubi *in* vacat, & Guelf. 9. qui habet, *inqui legatis:* ſed perfecte Fabric. 1. *cognoſcit. Legatis poteſtas eundi Romam fit ab conſule. Interea induciae poſtulabantur.* ita ille ſancte & ſine litura. Duo erant mandata praecipua Bocchi. alterum, ut liceret per Marium Romam proficiſci legatis; unde *c.* CIII. n. 3. addiderat *ſi placeat.* alterum, ut interea induciae eſſent; quod ſupra non totidem verbis expoſuerat, pro more hiſtoricorum, quem tetigi ſupra ad *c.* LXVI. n. 2. Haec ſcitius proponere non potuiſſet. MSS Gruteri, apud nos Fabric. 2. Vinar. 2. Guelf. 1. 3. & 6. habent, *& ab conſule:* quod interpretis commentum eſſe videtur. Struvian. & Acad. voce *legatis* deſtituuntur. mallem eas *ab conſule* nusquam eſſe. Nam praeciſum illud genus dicendi non hic moratur, nec ſupra *c.* XXXV. n. 7. *Fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex jure gentium Bomilcar*. Denique, ut nos ſcripſimus, ita locum emendaverat ex libris vett. Glareanus: quod etſi, antequam illum conſuleremus, nobis jam conſtitutum fuerit, hoc tamen honore non fuit defraudandus.

INTEREA INDUCIAE POSTULABANTUR. Guelf. 12. *iterum induciae p.* Vinar. 2. & Berger. *poſtulantur*.

EA SULLAE ET PLERISQUE PLACUERE. Guelf. 4. & 10. *& Sullae. Ea*, i. utraque poſtulata, & male *eae* ſubſtitueres, ut ad *inducias* perti-

ferocius decernunt, ſcilicet ignari humanarum rerum, quae fluxae
3 & mobiles ſemper in advorſa mutant. Ceterum Mauri, impetratis
omnibus rebus, tres Romam profecti cum Cn. Octavio Rufo, qui
Quaeſtor ſtipendium in Africam portaverat: duo ad regem redeunt.
Ex his Bocchus cum cetera, tum maxume benignitatem & ſtudium
4 Sullae lubens accepit. Romae legatis ejus, poſtquam erraſſe regem
& Jugurthae ſcelere lapſum, deprecati ſunt, amicitiam & foedus
petentibus hoc modo reſpondetur.

Se-

tineret. Supra *c.* LXXXV. n. 28. *quoniam veſtra conſilia accuſantur, qui mihi ſummum honorem & maximum negotium impoſuiſtis, reputate, num* id *poenitundum ſit*. ita & hic ad orationem praecedentem Neutrum Pronomen retulit. adde *c.* XXX. n. 4. *c.* IV. n. 4. *Qui ſi reputaverint, & quibus ego temporibus magiſtratus adeptus ſim, & quales viri* idem *adſequi nequiverint* cet. Acad. *& pluribus;* edd. Pomp. *Ea* negligunt.

IGNARI RERUM HUMANARUM. Ita Noſter, de conditione rerum humanarum; atque eodem modo ſupra *c.* XIV. n. 23. rerum humanarum *ſpectaculum praebeo;* & *c.* XXXVIII. n. 9. *ſe memorem* rerum humanarum. ubi vide.

QUAE FLUXAE ET MOBILES SEMPER IN ADV. *Et mobiles* omittunt edd. Pompon. & *fluxae* quidem per ſe notat *labiles*, inconſtantes: jungit tamen Noſter cum aliis Nominibus, ut Catil. *c.* I. n. 4. *divitiarum atque formae gloria* fluxa *atque* fragilis. ubi vide. Eod. *c.* XIV. n. 5. *eorum animi* molles, *& aetate* fluxi *dolis haud difficulter capiebantur*. Ita *fluxa* adhibet Tacit. I. Hiſt. *c.* XXI. *Dum Galbae auctoritas* fluxa; *Piſonis nondum coaluiſſet*. Pro *ſemper*, Acad. Incert. 1. Uratisl. 3. Eccard. & Guelf. 12. *ſaepe*. Sed alterum validius ad ſummam inconſtantiam rerum humanarum, quarum proſpera ſemper in adverſa mutant, declarandam. vide Cicer. VI. epiſt. VI. n. 24. Livius IX. *c.* VIII. *omiſſa defenſione, quae non difficillima eſſet apud* haud ignaros *fortunarum humanarum neceſſitatumque*. Putſchius *mutant* emendavit, pro *mutantur*. Ei adſentitur Uratisl. 3. vide ſupra ad *c.* XXXVIII. extr.

3. IMPETRATIS OMNIBUS, ROMAM P. Vinar. 1. *imperatoris omnibus rebus*. Etiam Fabriciani, Remenſes, Incerti, Guelf. 3. 6. 11. & edd. vett. *impetratis omnibus rebus*. Struv. *impetratis rebus*. Porro Fabriciani, Incerti, Acad. & Guelf. 6. *ſunt* ejiciunt.

CUM CN. OCTAVIO RUFONE. Remenſes, *Piſone;* Uratisl. 2. *duce Rufone*. Senat. 1. & Fabric. 1. *Rufone*. Ceteri omnes *Rufone*. At apud Gruterum erant, qui *Rufo* praeferrent. Recte illud. *Rufi* enim, haud *Rufones* fuiſſe in gente Octavia, docuit Pighius Tom. III. pag. 139. qui mendoſos Codd. pronunciat, quicumque hoc loco *Rufone* ſcribant. Ille etiam hunc Quaeſtorem ex S. C. ſtipendium exercitui in Africam portaſſe ſcribit: cum Ciacconius eum pro Quaeſtore ejus, qui Africam cum imperio obtinuerit, habeat; non tamen Marii, cujus Sulla Quaeſtor erat. Ergo L. Annii Bellieni, cujus ſupra mentio facta, Quaeſtor fuerit. Sed rectius Pighius. Gruterus ex unico Palat. 2. edidit: *qui Quaeſtor ſtipendium adportaverat*. At noſtri omnes uno ore id, quod expreſſimus, occinunt. attamen Guelf. 1. *deportaverat;* Acad. *portans*.

DUO AD REGEM REDEUNT. Vacat *redeunt* in Academico; & intelligit ille a communi *profecti*. Sed ea & talia Verba ſaepius omitti, diximus ad *c.* C. n. 1.

EX HIS BOCCHUS ---- ACCEPIT. Deſiderantur haec omnia in Guelf. 1. Reliqui mutant paullulum. Uratisl. 1. *Bocchus cum etiam cetera;* Guelf. 4. *cum* omittit; *cum cetera facta, tum maxima benign.* Uratisl. 1. *lubens accipit*. Guelf. 6. *libentius accepit*.

4. ROMAEQUE LEGATIS EJUS. MSS. Conjunctionem haud agnoſcunt. Uratisl. 1. *Romae quidem leg.* At Fabric. 1. *Romae legati ejus erraſſe regem, & Jugurthae ſcelere lapſum deprecati ſunt; amicitiam*, cet.

ERRASSE REGEM E. I. S. L. DEPRECATI SUNT. Vinar. 1. *erraſſe regem comperiunt* & cet. Uratisl. Senat. Vinar. ſecundi, Heuſſian. & edd. vett. *deplorati ſunt*, in quo tantopere laborat Rivius, qui non videt, quomodo, *deprecati ſunt, erraſſe regem*, cohaereant. Paucis illum docere poſſumus *deprecati ſunt dicentes* intelligendum eſſe: ut Cat. *c.* XLVII. num. 1. *Omnia, uti geſta erant*, aperit: *ſe paucis ante diebus ſocium adſcitum*. ubi vide. Item ſupra *c.* LXII. n. 3. *Mittuntur ad imperatorem* legati, *Jugurtham imperata facturum*. atque ita exponit Perizon. ad Sanct. III. *c.* II. extr. additque Liv. I. *c.* XVII. Fremere

Senatus & populus Romanus beneficii & injuriae memor eſſe ſolet. 5
Ceterum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam facit. foedus & amicitia dabuntur, cum meruerit.

CAP. CV.

CXIII.

QUis rebus cognitis, Bocchus per litteras a Mario petivit, uti 1
Sullam ad ſe mitteret; cujus arbitratu de communibus negotiis conſuleretur. Is miſſus cum praeſidio equitum atque peditum, 2
fun-

mere *plebs multiplicatam ſervitutem*. Sed meliora Schultingius loco jam indicato ad Cat. *c.* XLVII. ut Quinctiliani: impugnat, *juſtum eſſe repudium*, aliaque talia. Facilius aliis fuerit *deprecari lapſum*, *erraſſe* intelligere, qui *deprecari* pro Noſtro *abbitten*, ſive pro *ſatisfacere* accipiunt: ſed id non eſt ex uſu Salluſtii.

5. S. P. Q. R. BENEFICII ET INJURIAE. MSS. omnes *Senatus & populus R.* Guelf. 3. *natus atque populus R.* Nos jam ſupra uſitatam formulam deſeruimus, auctoribus membranis: atque hic etiam Gruterus *S. & P. R.* exhibet. Fabric. 2. *& beneficii*, *& injuriae*.

BOCCHO, QUONIAM POENITET, DELICTI. Ita diſtinguendum, & diſtinguunt MSS. *Boccho delicti gratiam facit*, eſt veniam dat, ignoſcit. Catil. *c.* LII. n. 8. *qui mihi atque animo nullius umquam delicti* gratiam feciſſem. ubi vide. Guelf. 4. *ſe delicti gratiam facere*. Vinar. 1. *d. gratiam fecit*. Infra Eccard. & Uratisl. 2. *cum meruit*, pro *meruerit*.

CAP. CV. 1. QUIBUS REBUS COGNITIS Bocc. Rem. 2. Uratisl. 3. Guelf. 6. 9. & 11. *Quis rebus*. Guelf. 1. omittit *cognitis*. 6. *Boccho cognitis*, *Bocchum per litteras*, cet. Idem non habet *petivit*, quod Eccard. Acad. Uratisl. 2. Gu. 1. 4. & 11. mutant in *petiverat*.

UTI SULLAM AD SE MITTERET. Guelf. 1. deeſt Proprium Nomen. Fabric. 1. & Guelf. 6. *uti Sullam admitteret*.

CUJUS ARBITRATU DE COMM. NEG. CONSUL. Vinar. 1. *cujus arbitrio*; Eccard. *cujus arbitrium*. *Arbitratus* vox Ciceroni frequens, pro judicio, beneplacito. item Plauto, ut Amphitr. A. III. Sc. II. *v.* 50. *Mane*, arbitratu tuo *jusjurandum dabo*. Bacchid. A. IV. Sc. IX. *v.* 71. *Juſtum eſt*, *tuus tibi ſervus* tuo arbitratu *ſerviat*. alibi. Noſter leviore ſignificatu accepit, & *cujus arbitratu* dixit pro, *quo praeſente & voluntatem populi R. obſervante*. Praepoſitio *de* in ſex ſeptem Codd. non habetur. Guelf. 11. *omnibus neg. conſuleret*. Fabric. 1. *de omnibus neg. conſuleretur*; *conſuleret* etiam Guelf. 6. at 4. *de com. neg. conſideretur*. *negotiis* exſulat ab Venet. 1470.

2. FUNDITORUM BALEARIORUM. Quinque libri *fundatorum*; ſed Rem. 1. Incerti, Struv. Acad. Franc. Berger. Vinarienſes, Fabric. 2. Uratisl. 1. & 3. Guelf. 1. 4. 7. 9. 10. 11. 12. & edd. vett. *Baleatorum*, ex qua voce, quam in ſuis etiam Codd. reperiebat Gruterus, fecit ille *Baleariorum*, quod tamen in nullo nobis ſe obtulit. Nam ceteri fere *bellatorum* aut ſimilia habent; at Fabric. 1. *Balearium*; Senat. 1. Guelf. 3. & 6. *Balearum*. Unde melius Carrio edidit *Balearium*; & certiore, quam Gruterus, conjectura Salmaſius ad Flor. II. *c.* XIII. num. 1. *Balearorum*: quo pacto unica tantum littera immutatur. Dictum autem exiſtimat *Balearorum*, a prima poſitione *Baleari*: Sicuti *Illyres* & *Illyri*; *Ligures* & *Liguri*. Probo tamen magis *Balearium*, quod haud infimi Codd. obſerunt: & *funditor Balearis* dicitur, ut *funda Balearis* Virg. 1. Georg. *v.* 309. *Stuppea torquentem* Balearis *verbera* fundae. atque ſic paſſim. De praeſtantia Balearium funditorum multa Florus III. *c.* VIII. ibique docti interpretes. quibus adde Modium Novantiqu. Lect. Epiſt. XCVIII. Praeterea plerique libri *&*, aut *atque* praemittunt vocabulo *Balearum*, aut *Baleatorum*: ſed Vinar. 2. *item funditorum & Baleatorum*. Vox *peditum* a mala manu irrepſit, & ſcripſerat Criſpus: *cum praeſidio equitum atque funditorum* cet.

PRAETEREA IERE SAGITTARII. Rivius perperam in Gymnico *iere* omiſſum eſſe, docet, cui ceteri interpretes adſentiuntur, neque tamen, qua gratia ſeſe tueatur, oſtendunt. Nos nihil talia judicia veriti, cum Guelf. 10. eraſimus, ſentientes, id, quod res eſt, a ſupinis correctoribus introductum eſſe, quibus abſoluta conſtructio erat ignota, & qui nihil tentaſſent, ſi ſcriptum foret: *praeterea ſagittariis & cohorte Peligna*. Sed ita exponendam eſſe genuinam Salluſtii ſcripturam: *praeter eos*, cum quibus Sul-

ſunditorum Balearium: praeterea ſagittarii & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi cauſſa: neque his ſecus, atque aliis armis, advorſum tela hoſtium, quod ea levia ſunt, muniti.
3 Sed itinere, quinto denique die, Volux filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus ſeſe oſtendit: qui temere & effuſe euntes Sullae aliisque omnibus & numerum amplio-
4 rem vero, & hoſtilem metum efficiebant. Igitur ſeſe quisque expedi-

Sullam miſſum eſſe ſupra dictum eſt, *erant ſagittarii* cet. jam docuimus ſupra ad c. c. n. 2. *Sulla cum equitatu apud dextumos, in ſiniſtra A. Manlius cum* funditoribus *&* ſagittariis, *praeterea* cohortes *Ligurum, curabat*. ſic ibi omnes edd. etſi MSS. etiam turbent. adde ad Cat. c. XLVII. n. 1.

COHORS PELIGNA CUM VELITARIBUS ARMIS. Guelf. 1. *cohors Praeligna*. recte *Peligna*, & noti populi *Peligni* in Italia, quorum caput erat *Corfinium*, & celebre oppidum *Sulmo*, hodie *Solmona*, unde Ovidius oriundus, qui propterea *gentem Pelignam* per ſeſe illuſtrem fore, ipſe ſcripſit. vide Cellar. II. c. IX. pag. 761. ſeqq. *Cum* praepoſitionem delet Eccard. male; & ex Noſtri *cum telo eſſe*, aliorumque *cum armis*, aliisque hujus generis abunde Latinitas confirmatur. vide nos ad Cat. c. XXVII. n. 2. *Velitaria arma* ſunt, quae geſtantur ab *velitibus*, parma tripedalis, & brevior, quam equeſtris, ſeptem haſtae in manibus, quibus eminus uterentur, & gladius Hiſpanienſis. Ita perſpicue Livius XXVI. c. IV. & XXXVIII. c. XXI. vide Lipſium III. de Milit. Dial. 1.

ITINERIS PROPERANDI CAUSSA. Uratisl. 2. *itineris levia ſunt:* intermediis vocibus deſtituitur. Scripſerat Criſpus, *itineris properandi*, ſine addito *cauſſa*. vide ſupra c. LXXXVIII. n. 4.

QUOD EA LEVIA SUNT, MUNITI. *Ea* deſideratur in Berger. At Eccard. *quamquam ſunt levis*. Guelf. II. *adverſus tela hoſtium, ea levia, muniti*. Senat. 1. *quod ea l. ſint*. Senſus eſt: eam cohortem his velitaribus armis ſatis munitam fuiſſe, & aeque, ac ſi graviora arma habuiſſent: quia tela hoſtium levia ſunt. *Cohors —muniti*, uti ſupra *pars acti, magna pars vulnerati*, & plura alia. vide notas ad c. XIV. n. 6. & ad c. LVIII. n. 2.

3. SED IN ITINERE QUINTO DENIQUE DIE. Remenſes, Senat. 1. & Fabric. 2. *Sed* omittunt: ſcilicet quia mutarunt in *ſunt*, ſcripſeruntque, *muniti ſunt. in itinere*. Recte autem Eccard. & Guelf. 6. *itinere*, rejecta Praepoſitione. ut ſupra c. XCI. princ. *Ceterum* itinere *quotidie pecus exercitui diſtribuerat*. & alibi. Nec obſtat illa conjunctio *itinere, die*. Sic & Cicer. VII. epiſt. 1. n. 14. *His ego tamen* diebus, ludis *ſcenicis .... dirupi paene me in judicio Galli Caninii, familiaris tui. denique* omittunt Eccard. Franc. Incert. 1. Academ. Guelf. 4. & edd. Pompon. Ceterum Vinar. 1. & Guelf. *Velux* ſcribunt, tam hic, quam infra aliquoties, & ſupra *cap.* CI. num. 5. Edd. Pomp. Vit. & Lipſ. 1510. *Volunx:* atque ita editur apud Silium V. v. 261. *Occumbis, generoſe* Volunx cet. ubi dubitat doctiſs. nuperus interpres, an & ibi *Volux* ſit ſcribendum: mox ex omnibus libris *Volunx* praefert.

CUM MILLE NON AMPLIUS EQU. Uratisl. 2. *cum mille amplius*. Acad. *cum millenis amplius*. Senat. 2. deſtituitur his, *ſeſe oſtendit*. Mox Uratisl. 2. *temere & diffuſe euntes*. Acad. *currantes;* forte pro *itantes*, ut alibi *ductare, imperitare*, reliqua.

ET NUMERUM AMPLIOREM VERO cet. Fabric. 1. non habet *numerum*. idemque & Incert. 2. Vinar. 2. Heuſſ. Senat. 2. Uratisl. 1. 2. Gu. 1. 4. 7. & 9. *vero* omittit, qui eſt ſextus Caſus, pro *quam verus* numerus erat. Sic Catil. c. LI. n. 9. *multi eas gravius* aequo *habuere*, ubi vide adnotata. Effecerant, ut Sulla ceterique, qui cum eo erant, putarent plures numero eſſe, quam mille non amplius. Uratisl. 2. *metum hoſtilem afficiebant*. Sic ſupra c. LVIII. n. 4. *clamorem hoſtilem*. & alibi talia.

4. SE QUISQUE EXPEDIRE. Guelf. 3. Fabric. 1. Incert. 1. & aliquot alii: *ſeſe quiſque*. Tacitus & Livius *expedire arma* aliquoties dixit: unde & hic Ciacconius: *Igitur pro ſe quiſque expedire arma, telaque tentare*. Sed valde infeliciter & contra ipſum Salluſtium, qui non modo *arma atque tela* cum optimo quoque junctim & cum uno Verbo perpetuo effert; ſed etiam ante tale verbum, quale *tentare* hic eſt, numquam aliud in ſupervacuum praemittit, quod vim ſequentis ingrate confringat. At *ſeſe expedire* eſt liberare impedimentis illis paucis, quae itineris cauſſa portabant: & ſimul, ſi ita placet, arma expedire. ut Lentul. Cicer. XII. epiſt. XV. num. 2. *praecipue* civibus *Rom. omnibus crudeliſſime denudatis ac* divenditis. Cicer. XIII. ep. LIII. n. 2. *primum ut omnibus in* re-

Digitized by Google

dire, arma atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, ſed ſpes amplior, quippe victoribus, & advorſum eos, quos ſaepe vicerunt. Interim equites, exploratum praemiſſi, rem, uti erat, quietam nunciant.

CAP. CVI.

cxiv.

VOlux adveniens Quaeſtorem adpellat: *ſe a patre Boccho obviam* 1
illis ſimul, & praeſidio miſſum. Deinde eum & proxumum
diem ſine metu conjuncti eunt. Poſt, ubi caſtra locata, & die veſper 2
erat, repente Maurus incerto voltu ad Sullam adcurrit: *ſibi ex ſpecu-*

rebus ei te commodes. pro Sext. *c.* XXVII. *Vivus, ut ajunt, & videns cum victu ac veſtitu ſuo publicatus*. Vinar. 1. *arma atque tela temperare, intendere;* Guelf. 3. *tentare, temperare, intendere*: quod *temperare* ex veteri ſcriptura *temptare* irrepſit. *Arma atque tela* hic de omni inſtrumento militari capienda ſunt, ut etiam *arcus* ſagittariorum comprehendant, quorum cauſſa addidit *intendere*. Cic. de Senect. *c.* XI. Intentum *enim animum, tamquam* arcum, *habebat*. *Tentare* & aptare eſt, & quocumque modo experiri uſum armorum telorumque, ut in hoc Virg. III. Georg. *v.* 232. *Et* tentat *ſeſe atque iraſci in cornua diſcit*.

ET ADVORSUM EOS, QUOS SAEPE JAM VI. Adjiciunt Senat. 2. Heuſs. & Uratisl. 2. *pugnaturi*, quod jam Rivius recte damnavit. Omittitur Participium quoddam. Sed haud neceſſario *pugnaturis*. Nam & *conſtitutis* aut ſimile quid reticet Noſter, ut cum *ſine imperio* dixit, *in legationibus*. vide ſupra *c.* XL. num. 1. & *c.* LXVI. num. 3. *milites inermos, quippe* in tali die, *ac* ſine imperio. Guelf. 7. *quippe victoribus, quos eos adverſum ſaepe* cet. 6. *ſaepe vincerant*.

5. INTERIM EQUITES EXPLORATUM. Guelf. 1. *interim milites*: quomodo peccabat nu. 2. Struvianus: *cum praeſidio militum atque peditum;* alibi alii. Guelf. 10. *praemiſſi, uti quieti erant, adnunciant; 6. qui etiam nunciant*: uti Fabric. 1. a prima manu; 12. & Vinar. 2. *denunciant*. Vinar. 1. *nunciabant*.

CAP. CVI. 1. QUAESTOREM ADPELLAT, DICITQUE SE. Ita Gruterus, & plerique omnes noſtri. At Carrio & Putſchius recte τὸ *dicitque* induxerunt, quod centies librarii addiderunt, & ipſe Gruterus aliquot locis expulit. vide Cat. *c.* XLVII. n. 1. & ſupra *c.* LXX. n. 5. Uratisl. 1. *dicit, quod ſe*. Veneta 1470. *dicitque a patre B.* neglecto Provocabulo *ſe*. Sed cur *Boccho* adjecerint ſcribae, jus nullum aut aequum video. Guelf. 1. *quaeſtorem propellat*.

OBVIAM ILLIS SIMUL, ET PRAESIDIO MISSUM. Franc. & Uratisl. 2. *obviam illi ſimul*. quod magis placebit. Sed cum reliqui Codd. omnes habeant *illis*, & illi propter ſuperius *Quaeſtorem* facilius *illi*, quam *illis* ſcripſiſsent: nihil temere mutari debet. Norat barbarus, Sullam cum comitatu venire, *quibus* obviam mittere filium & praeſidium debebat. Et ſaepius oratio ab uno ad plures labitur, ut Cat. *c.* LVII. nu. 1. *reliquos* Catilina *per montis aſperos in agrum Piſtorienſem abducit, eo conſilio, uti per tramites occulte* perfugerent *in Galliam*. Fabric. 2. *cauſſa praeſidii miſſum*; Franc. Academ. Gu. 1. & 10. cum edd. Pompon. *& praeſidium miſſum*. Supra *c.* XCIII. num. 8. *& cum his*, praeſidio *qui forent, quatuor centuriones*. *Obviam mittebat* honoris cauſsa, ut infra *c.* CXIII. num. 5. *cum paucis amicis, quaſi* obvius *honoris cauſſa procedit*.

EUM ET PROXIMUM DIEM SINE M. Uratisl. 1. deeſt vox *diem*. Struv. Berger. Uratisl. 3. Gu. 4. 10. 12. & edd. Pomp. *per eum & proximum diem*. *cap.* CXI. num. 3. noctem*que* totam *itinere facto conſedit*. Eccard. & Gu. 7. *& inde in prox. diem*. Gu. 9. *conjuncti erant*.

2. ET DIEI VESPER ERAT. Sic MSS. inquit Gruterus, non tamen reſugerim *die*. Recte illud & comprobat Auctor ſupra cap. LII. num. 3. *& jam* die *veſper erat*. ubi vide plura.

INCERTO VULTU PAVENS AD S. ADCURRIT. Academ. *incerto voltu panas*. Sed optime Senat. 1. *incerto voltu ad Sullam accurrit*, omiſso inſulſo illo *pavens*, quod eſt ab Gloſsatoribus additum. nam *incertus vultus* eſt eorum, qui pavidi ſunt, & ipſe Criſpus oſtendit infra *cap.* CXIII. voltu *pariter atque animo* varius. Et rite produxit Waſſius Cic. pro Cluentio: *Timor*

ſpeculatoribus cognitum, Jugurtham haud procul abeſſe: ſimul, uti no-
3 ctu clam ſecum profugeret, rogat atque hortatur. Ille animo feroci negat *ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere: virtuti ſuorum ſatis credere: etiam ſi certa peſtis adeſſet, manſurum potius, quam proditis, quos duce-*

ejus, perturbatio, ſuſpenſus incertuſ*que* vultus, *crebra coloris mutatio, quae erat antea ſuſpicioſa, haec aperta ac manifeſta faciebant*. Sulpic. Sever. Dial. III. *c.* XV. *Trementibus labris*, incerto*que* vultu *decolor*, *prae furore rotabat verba*. adde & Barth. ad Stat. I. Theb. *v.* 188. ubi ex Wolbero: *de illa, quae triſtitiam mentis* vultus diverſitate *praetendebat*. & ad Rutilii Itiner. I. *v.* 547. Uratisl. 2. & Gu. 9. *ad Sullam cucurrit*; Gu. 7. primitus *currit*, factum inde *obcurrit*; Eccard. Franc. Fabric. 1. a prima manu, Berger. Guelf. 10. 11. 12. & edd. vett. *ad Sullam occurrit*, quae mutabantur etiam ſupra *c.* CI. nu. 8. Uratisl. 3. *decurrit*.

DICITQUE SIBI EX SPECULATORIBUS. Uratisl. 1. *dicit, quod ſibi*, plane ut idem n. 1. *dicit quod ſe*. Sed *dicitque* ex Gloſſa eſt, & ſuſtuli vel invitis noſtris Codd. Franc. Remenſ. 1. Eccard. & Guelf. 1. *a ſpeculatoribus*; Berger. *a ſpectu latoribus*. Sibi *cognitum*, proprie eſt *a ſe*, ut alibi monuimus. ita Cic. IV. ep. XIII. num. 6. quibus *tenetur*, pro *a quibus*. & Caeſar III. Civ. *c.* XXXVIII. num. 4. *cognitis* hoſti *inſidiis*, pro *ab hoſte*. unde adparet, male hic Pronomen *ſibi* excludi.

CLAM SECUS PROFUGERAT. Vinar. & Senat. primi, *profugerent*. Male. nam proxima nu. 3. *proditis, quos ducebat* cet. demonſtrant voluiſſe Maurum, ut ſecum Sulla ſolus profugeret.

3. ILLE ANIMO FEROCI NEGAT. *Feroci* in laude poſuit pro *haud timido*, *imperterrito* & *magno*. Corn. Nepos Hamilc. *c.* 1. *in qua tanta fuit* ferocia, *ut* ... *ipſe periturum potius ſe dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret*. vide ad Cat. *c.* XI. n. 5. *loca voluptaria* ... ferocis *militum animos molliverant*. NEGAT more Latinorum ſolvendum hic in *dicit*, *non* & penes illa: *virtuti ſuorum*, tantummodo *dicit* exaudiendum, quod fere de particula *neque* notavimus ad Cap. 1. extr. Nihil profecto uſitatius: ſed cum videam haec, tamquam nova poni a viris doctis, duo tantum addam, ubi ſimilis diſſolutio locum habet. Vopiſcus Tacit. *cap.* 1. *Sub conſulibus interreges fuerunt. nec umquam ita vacua fuit hoc nomine Romana reſp. ut* nullus *interrex biduo ſaltem triduove crearetur*. Livius XLII. *c.* XXXVI. *Romam quod praeterea mitteret, non eſſe*: neminem *eorum per Italiam ire liciturum*. ubi vides propter nexum Orationis eleganter *nullus*, *neminem* poni: quae tamen in *non aliquis* exponendo ſolvuntur. Adde his Tacit. VII. Ann. ſub fin. *Agrippina, quae filio* dare *imperium, tolerare imperitantem* nequibat. Cic. Bruto: *exiſtimabatur bene* latine, *ſed litteras* neſciebat. Nam de Verbo *negare* jamdudum Manutius ad ea Cic. VII. epiſt. XV. *plerique* negant, *Caeſarem in conditione manſurum*; *poſtulataque haec ab eo* interpoſita *eſſe, quo minus* cet. poſtquam duo hujus generis addiderat, ſubjungit: hujus generis exempla non deſideramus. Ita Livius 1. *cap.* LVII. *Collatinus* negat *verbis opus eſſe, paucis id quidem horis poſſe ſcire*. Id. XXXIII. *cap.* XII. *Quinctius* negare *aut moris Romanorum memores, aut ſibi ipſis convenientem ſententiam dixiſſe*; *& illos prioribus omnibus conciliis conloquiiſque de conditionibus pacis* diſſeruiſſe. Corn. Nepos Cimon. *c.* 1. num. 4. *Elpinice* negavit *ſe paſſuram progeniem* .... *interire, quoniam probibere poſſet*; *ſeque Calliae* nupturam. adde Gronov. IV. Obſerv. *cap.* 11. & EXCURSUM II. in Jug. num. 2. & infra *c.* CIX. num. 3. Senat. 2. Heuſſ. Uratisl. 2. & 3. *toties effuſum*.

VIRTUTI SUORUM SATIS CREDERE. Academ. *virtute*. Eccard. *ſatis confiſum*. Nimirum *credere*, pro *confidere* hoc loco dictum eſt, ut ſupra *c.* LXXII. nu. 2. & alibi.

ETIAMSI CERTA PESTIS ADESSET. Veneta 1470. *peſtis certa*. Vinar. 1. *beſtis*, ut ſupra *babulo*, pro *pabulo* idem codex. CERTA male omittit Fabric. 2. quo hic quidem valde proprie pro *certo imminente* ponitur, quaſi dixiſſet, etiamſi certus interitus adeſſet, etiamſi ſcirem certo mihi pereundum eſſe. Atque ita alibi *certus* ponitur pro vero, ſeu quod certo ita nominandum eſt: quomodo fere Cicero II. epiſt. IV. n. 1. *certiſſimum* genus epiſtolarum dixit. vide quae praeterea diſſerit H. Stephanus II. Schediaſm. V. adde ſupra *c.* XX. num. 1. PESTIS pro interitu, ſive ea re, quae interitum adferat: quomodo de Carthaginenſibus ſupra *c.* XIV. n. 10. *poſtquam illa* peſtis *ejecta*. Livius XXXV. *cap.* XXVII. *perpauci tamen ex tam ancipiti* peſte *ad Gythium in majora caſtra profugerunt*. Curt. IV. *c.* III. num. 26. de Clypeis igneis: *nec ulla* peſtis *magis timebatur*. Cic. IV. epiſt. VI. num. 11. *Sic ego prudens & ſciens ad* peſtem *ante oculos poſitam ſum profectus*.

PRO-

Digitized by Google

ducebat, *turpi fuga incertae ac forſitan poſt paullo morbo interiturae vitae*
parceret. Ceterum ab eodem monitus, *uti noctu proficiſcerentur*, con- 4
ſilium adprobat: ac ſtatim milites caenatos eſſe ; in caſtris ignis
quam creberrimos fieri, dein prima vigilia ſilentio egredi jubet. Jam- 5
que nocturno itinere feſſis omnibus, Sulla pariter cum ortu ſolis
caſtra

PRODITIS, QUOS DUCEBAT. Guelf.II. *perditis*. turpi errore. Nam *prodere* illi dicuntur, qui deſerunt, aut non tuentur, quos debent : quod pluribus adfirmavimus ſupra ad *c.*XXXI. num.18. *qui hoſti* prodidere *rempublicam*. atque ita Thucydid.II. *c.*LXXIV. pr. οἱ Πλαταιῆς ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ ΠΡΟΔΙΔΟΝΑΙ, ἀλλ᾽ ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην cet. Eadem fere ferocia Publius Craſſi apud Plutarch. Craſſo pag. 559. οὐδένα δεινὸν οὕτως ἔσεσθαι θάνατον, ὃν φοβηθεὶς Πόπλιος ΑΠΟΛΕΙΨΕΙ τοὺς ἀπολλυμένους δι᾽ αὐτόν. Eaque ſunt conſilia virorum fortium, ut mortem potius, quam turpem famam admittant. vide ſupra *c.*LXVII. extr.& Gebhard. ad Corn. Nep. Chabr. *c.*IV. num.3.

PAULLO POST MORBO INTERITURAE V. Ita quidem Gruterus & Waſſius. At MSS. Vinarienſes, Senatorii, Fabric.I. Franc. Struv. Berger. Eccard. Guelf.3. 4. 6. 9. 10. 12. & omnes edd. vett. *poſt paullo*. Ac ita fere ſemper Salluſtius. Cat.*c.*XVIII. num.2. poſt paullo *Catilina repetundarum reus*. Eod. *c.*LI. num. 34. poſt paullo *ipſi trahebantur*. & ita in quibuſdam libris *c.*LII. num.13. *ante paullo*: quomodo *fidi magis*; *ulti maxime* ſunt compoſitionis Salluſtianae. vide Cat. *c.*XXXIII. extr. Supra *c.*LVI. num.3. poſt paullo *cognoſcit*. *cap.*LXXIV. num. 2. poſt paullo *ſpem in armis habere*. Ita Corn. Nepos Cim. *cap.* III. poſt *neque ita* multo. Pauſan. *c.*III. *poſt non multo*; Alcib. *c.*XI. *qui fuit* poſt aliquanto *natus*. Ita & Cicero. item Livius XXII. *c.*LX. *Annibalem* poſt paullo *audiſtis*. ubi vide Gronovium, qui ſententiae noſtrae accedit. Horat. I. Sat. II. *verſ.*120. *Illam*, poſt paullo; *Sed pluris*, *Si exierit vir*, *Gallis*. III. Od. XX. *verſ.*3. *dura* poſt paullo. Ita Auſon. Grat. Act. *Romani imperii limites* ab uſque *Thracia*. quomodo alii & ſaepiuſcule. Uratisl. 3. *parcere*.

4. UTI NOCTU PROFICISCERENTUR. Supra Fabric. I. *ab eo monitus*; Senat.I. a prima manu, Vinar.2. Guelf. 9. & 10. *uti n. proficiſceretur*. Guelf.6. a manu ſecunda *nocti*, quod illis gratum erit, qui antiquam extremitatem in *noctu*, ab *nocte* trahunt, & norunt *i* atque *u* perpetuo commutari.

MILITES CAENATOS ESSE IN CASTRIS; IGNESQUE. Diſtinguunt hoc peſſimo modo edd. vulgatae omnes. Sed cui bono, *caenatos eſſe in caſtris?* At in caſtris ut ignes quam creberrimi fierent, ex uſu erat, & fallendi hoſtis. Quamobrem ex Fabric.2. Guelf.3. & Franc. ſuſtuli copulam *que*, quae adhaerebat voci *ignes*, & voces *in caſtris*, pro quibus Guelf.3. *in caſtro*, ſequentibus aptavi : eo magis, quod Ciacconius teſtatur: habere MSS. *igneſque in caſtris quam creb. f.* CAENATOS ESSE optime dixit, & plus involvit, quam *coenare jubet*; cum altera formula & maturitatem rei, & ſtatum, quo circa primam vigiliam deprehenderentur, innuat. Ita ipſe Cicero, *habere leges promulgatas* : *arationes conductas habere*; *conſilia clauſa habere*. vide Malaſpin. in Cic. I. ad Attic. ep. XVIII. pag.144. Ita Plautus, *eſſe incaenatum*. Milites autem, antequam magno itineri aut praelio accingerentur, cibo corpora reficiebant. vide Diodor. Sicul. II. *c.* IX. & La Cerdam ad Virg. IX. *verſ.*157.

DEIN PRIMA VIGILIA SILENTIO EGR.I. Verbum *jubet* deeſt Vinar. I. ſed tranſpoſuit ille in locum ſuperiorem poſt Verba *coenatos eſſe*; ubi & alii quidam idem habent, & hoc loco iteratum. De *vigiliis* quaedam ſupra ad *c.*XCIX. nu.I. Reliqua vulgata ſunt omnia : in quatuor nempe vigilias noctem fuiſſe diviſam, & ſingulas tres horas habuiſse. vide Cenſorin. de die nat. *cap.* XXIII. Hottomann. ad Caeſar. I. Gall. *cap.* XII. Veteres Graeci in tres tantummodo dividebant, quarum unaquaeque quatuor horis conſtabat, ut docuit Dauſquejus ad Sil. VII. *v.*155. vide ad Eumd. Drackenb. IV. *v.* 89. Guelferb. 10. Senat. 2. & Heuſſian. *cum ſilentio*.

5. PARITER CUM ORTU SOLIS CASTRA MET. Ita *c.*LXVIII. n.2. pariter cum *occaſu ſolis expeditus educit*. Guelf.10. *caſtra metiebatur*; 9. *caſtramentebatur*. Vinar. I. Stru. & edd. vett. *caſtra metebatur*.

CUM EQUITES MAURI NUNCIANT. Eccard. *annunciant*. Vinar. I. *nunciabant*. Falſo. vide notam ſupra ad *c.*LII. n.2.

DUUM MILL. INTERVALLO ANTE EOS. Gu. II. *duum millium paſſuum*. Contra ſupra *c.*XCI. n.3. *ab Capſa non amplius* duum millium *intervallo*. adde etiam *c.*LXXXVII. n.3. Gruterus edidit ex Palat. 2. *ante conſediſſe*. Noſtri omnes *ante eos* : Guelf.3. *conſediſſe ante eos*. Senat. 2. Heuſſ. & Uratisl.2. *duum m. intervallum*.

caſtra metabatur, cum equites Mauri nunciant, *Jugurtham circiter*
6 *duum millium intervallo ante conſediſſe*. Quod poſtquam auditum, tum vero ingens metus noſtros invadit: credere proditos a Voluce & inſidiis circumventos. Ac fuere, qui dicerent, manu vindicandum, neque apud illum tantum ſcelus inultum relinquendum.

CAP. CVII.

cxv
1 AT Sulla, quamquam eadem aeſtumabat, tamen ab injuria Maurum prohibet: ſuos hortatur, *uti fortem animum gererent: ſaepe antea paucis ſtrenuis advorſum multitudinem bene pugnatum: quanto ſibi in praelio minus pepercissent, tanto tutiores fore: nec quemquam*

6. QUOD POSTQUAM AUDITUM EST, TUM VERO. Gruterus illud, *Quod poſtq. auditum eſt*, fruſtum Gloſſatoris judicavit, ac certe ab Gu. 7. exulat, & ab nobis excluſum eſſet, ni auctoritatem ſuam ille codex tot aliis corruptis ſcripturis adflixiſſet. Interim juſſu Gu.4. Verbum Subſtantivum abraſi. De formula *tum vero*, videſis ad Cat. *c.* LXI. num.1. *Sed confecto praelio*, tum vero *cerneres* cet.

CREDERE SE PRODITOS A VOLUCE. Provocabulum *ſe* non agnoſcunt Remenſes, Guelf. 1. Senat. 2. Heuſſ. Ac ſolet Noſter, inprimis in oratione infinita, omittere. Cat. *c.*XVII. extr. *ſimul confiſum ... facile apud illos* principem *fore*. ubi vide. adde ſupra *c.*CII. num.9. Deinde etiam ubi vel Verbo, vel Nomine deſcribitur ipſum illud Provocabulum, haud raro reticetur. Ita ſupra *c.*XIV. nu.2. *Maſiniſſae nepotem*, ubi vulgo: *me nepotem*, & num.22. *immaturo*, pro *tibi immaturo*. ubi alia. Guelf.3. *credere pedites a Voluce*. Eccard. *proditos Voluce*, ſine Praepoſitione. Pomponianae, Viteb. & Lipſ. 1510. *a Volunge*: illae nempe, ut ſupra indicavimus, *Volunx*, pro *Volux* ſcribunt.

MANU VINDICANDUM, NEQUE APUD ILLUM. *Manu* vindicant, qui vi & poena mortis ipſi, non exſpectato judicio, vindicant. Ita ſupra *c.*XX. num. 4. *exiſtumans dolore permotum Adherbalem injurias* manu vindicaturum, *eamque rem belli cauſſam fore*. ubi dixi. *c.*XXXI. n.18. vindicandum *in eos, qui hoſti prodidere remp. non* manu, *neque vi*, cet. Sic prorſus Struv. & Franc. *vindicandum in Volucem*. Fabric.2. *apud illos*. Sed melius forſitan videbitur hoc *apud illum* inducere. Nam illud multum differt *cap.* XXIV. extr. *ſi ulla* apud vos *memoria avi mei Maſaniſſae*. Et timide conjicio: *neque ab illo tantum ſcelus* cet. ut ſit *ab illo perpetratum*, ſive *illius*: uti Terentius: *haec primum animadvertenda* ab eo *injuria eſt*. De quo alibi. *tantum* vacat in Uratiſl. 2.

CAP. CVII. 1. QUAMQUAM EADEM EXISTIM. Senat.1. *eadem aeſtumabat*; Remenſ. Vinar. Senat. ſecundi, Heuſſ. Uratiſl. 2. & 3. *aeſtimabat*. Id Verbum revocandum fuit, cum alterum judicium Sullae perfectum denotaret. vide III. Hiſt. Or. Macri princ. Atque idem hoc loco incertam faceret orationem, ac ſi Sulla pariter, ac alii, judicaſſet, *manu* in Volucem eſſe *vindicandum*. Guelf. 10. *exiſtimat*. 1. *At Sulla quoque*; 4. *poſtquam eadem*: qui 10. confirmat, ubi ille mox *tamen* negligit, quod edd. omnes interſerunt. ſed recte ab Salluſtio in hac & ſimili ſtructura excluditur. vide ſupra ad *cap.* XXXV. num.9. Ignave Academ. *ab ignavia prohibet*. Eccard. *proibebat*.

HORTATUR, UTI F. A. GERERENT. Guelf. 9. *geſtarent*. Supra *c.*XLIII. extr. *invictum animum gerebat*. Eccard. *ſuos ortabat*: quippe ſequitur *gerrent*. Eadem de cauſſa Vinar.2. *gerant*. At vide ſupra *c.*XCVIII. num.1.

SAEPE ANTE PAUCIS STRENUIS — BENE PUGN. Senat.1. Fabric.2. Guelf.3. & 9. *ſaepe antea paucis*: nec eſt ſuſpicio, eos *ante a paucis* ſcribere voluiſſe, adeo diſtincte voces exarant. *Paucis ſtrenuis*, pro *a paucis*, alibi pluribus, ſupra etiam ad *c.*CVI. n.2. uno & altero exemplo illuſtratum vide. Eodem prorſus argumento uſus eſt Phormio apud Thucydid. II. *c.*LXXXIX. quem vide. adde de Romanis Noſtr. Catilin. *cap.*VII. extr. & *cap.*LIII. num.3. Preſſe ſequitur Sulpic. Sever. II. *cap.* XXI. *Saepe* ante *a paucioribus* adverſum *plures bene pugnatum*. Adverſum ille, ut hoc loco recte Remenſes, Ber-

ger.

quam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maxumo metu nudum & caecum corpus ad hoſtis vortere. Deinde Volucem, quoniam hoſtilia faceret, maxumum Jovem obteſtatus, 2
ut ſceleris atque perfidiae Bocchi teſtis adeſſet, caſtris abire jubet.
Ille lacrumans orare, *ne ea crederet: nihil dolo factum, magis* 3
calliditate Jugurthae, cui ſpeculanti iter ſuum cognitum eſſet. *Ceterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet, & ſpes opeſque ejus* 4

ger. Franc. Fabriciani, Eccard. Guelf. 3. & 6. Dictionem *bene pugnare* illuſtrant prolata ad *c.* LIV. n. 7.

MINUS PEPERCISSENT, TANTO. Eadem aliis verbis habes Catil. *c.* LVIII. num. 17. Eccard. *quantum*.

NEC QUEMQUAM DECERE, QUI M. ARMAVER. Alii, *nec decere quemquam;* Eccard. *nec quemquam deceret;* Guelf. 3. *nec quemque decere;* 9. *nec quiſquam decere;* 6. *nec quemquam credere, qui.* Odioſum illud *quemquam*, & alibi fere Noſter omittit. Fuerat: *neque decere, qui,* pro *neque decere* eum, *qui*, aut ſubintellecto *quemquam.* vide ad Cat. *c.* LI. n. 33. & ſupra *c.* x. n. 7. Franc. Guelf. 12. & edd. vett. *quem manus armaverat*. Guelf. 4. *manus qui armavit*. Recte. Noſter II. Hiſt. *advorſum deos penatis manus armavit*. Uratisl. 2. Guelf. 1. 4. 6. 10. 12. & Veneta 1470. *ab inermibus*. Vinar. 2. & Struv. *ab inermis peditibus;* Vinar. 1. *ab inermi auxilium petere*. Quid eos induxerit ad eam ſecordiam, facile patet. nam *a pedibus auxilium petere*, durum fuit talibus auribus. At vide quae collegimus ſupra ad *c.* LXXIV. extr. *Nam ferme in omnibus praeliis Numidas magis* pedes, *quam arma* tuta *ſunt*. Mox, *in maxumo periculo*, nude incipiunt MSS. atque ſine praemiſſa Copula &.

NUDUM ET CAECUM CORPUS AD H. V. *Caecum corpus*, i. caecam partem corporis, tergum. ita alibi *advorſum corpus*, ſupra *c.* LXXXV. n. 29. ita *c.* LXXVIII. num. 2. *extrema Africa*. eodem modo infinita apud Plautum, Livium, Ciceronem, & quos non? adde tamen ſupra *cap.* XCII. num. 5. Lapſus tamen Academ. & *ceterum corpus*. Sed alterum vel Xenophon III. Cyropaed. defendet, quem Noſtrum expreſſiſſe, jam pridem docuit P. Victorius: *Μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους* ΤΑ ΤΥΦΛΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ, ϗ *ἄοπλα*, ϗ *ἄχειρα*, *ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις*. Ita poſſes interpretari Virgil. VI. Aen. *verſ.* 30. Caeca *regens filo* veſtigia. i. averſa, & quae retro poſtea legenda erant. Senat. 1. *ad hoſtem vertere*. non ita male. At peſſime Veneta 1470. *ab hoſte vertere*.

2. HOSTILIA FACERET, JOVEM MAX. Guelf. 4. *fecerat:* isque *Jovem magnum*. At Vinar. 2. Guelf. 1. & alii duo: *maximum Jovem*. Vinar. 2. Guelf. 1. & Franc. *obteſtatur*.

CASTRIS ABIRE JUBET. Ita edd. nuperae omnes, etſi Gruterus propter Codd. ſuos juſſerat addi Praepoſitionem *ex:* quem eo verius ſecuti ſumus, quod etiam Fabric. 1. Struv. Franc. Gu. 1. 3. 6. haberent *ex caſtris abire;* Fabric. 2. & Berger. *ex caſtris ire jubet*. Supra *c.* LXVIII. n. 1. *paullisper moeſtus* ex *conſpectu* abiit. *cap.* XXXV. n. 1. *profugus* ex *Africa* abierat.

3. LACRUMANS ORARE, NE EA CRED. Guelf. 9. *lacrimis*. Eccard. *ne ea crederent*. Fabric. 2. *ne crederet ea*, ut forte *ea* ſit inſiticium. Uratisl. 3. *ac magna call.* Vinar. 1. *ac magis dolo Jugurthae;* Guelf. 11. *per calliditatem*. Sed Conjunctio *ac* inficeti hominis additamentum eſt; nam Criſpus ſolitaria particula *magis*, pro *ſed magis* utitur. Supra *cap.* LXXXV. num. 49. neque *quiſquam parens liberis, uti aeterni forent, optavit;* magis *uti boni honeſtique vitam exigerent*.

CUI VIDELICET SPECULANTI IT. S. C. ESSET. Acad. *ſpeculatum*. Optimo jure Fabric. 2. *videlicet* illud, ab ineptis, ut videre licet, adſutum, abjecit, neque umquam ita Salluſtius alibi. Sed hoc modo Catil. *c.* XXX. n. 4. *impediti* calumnia *paucorum*, quibus *omnia honeſta atque inhoneſta vendere mos erat*. & infinitis locis aliis.

4. CET. QUONIAM NEQUE ING. MULTIT. HAB. Eccard. *Ceterum orabat*. Guelf. 10. omittit *quoniam*. 4. *neque quoniam ingentem* cet. 3. *multitudinem non haberet*. nempe quoniam excipere videbat &, maluit illud *neque* corrumpere, ut ſaepiſſime factum. vide ad *c.* I. extr. Duas cauſſas adfert Volux, cur crederet, Jugurtham nihil palam auſurum. Primam, quia Jugurtha non magnas copias haberet; alteram quod ſpes opeſque ejus a Boccho penderent, cujus filius adeſſet. *Spes opeſque* illuſtratum ad Cat. *c.* XXI. num. 1.

CREDERE, ILLUM NIHIL AUSURUM PALAM. MSS. noſtri *palam auſurum*. Guelf. 1. & 4. *credere illum poſſe nil*, cet. Vinar. & Uratisl. ſecun-

ejus ex patre ſuo penderent ; illum nihil palam auſurum , cum ipſe
5 *filius teſtis adeſſet : Quare optumum factum videri , per media ejus*
caſtra palam tranſire : ſeſe , vel praemiſſis , vel ibidem relictis Mau-
6 *ris , ſolum cum Sulla iturum* . Ea res, ut in tali negotio, probata,
ac ſtatim profecti : quia de improviſo acciderant , dubio atque hae-
7 ſitante Jugurtha, incolumes tranſeunt . Deinde paucis diebus , quo
ire intenderant , perventum.

CAP.

cundi , *illum non palam auſurum* . iidem & Franc. cum Uratisl. 1. *crederet ;* Eccard. Struv. Acad. Guelf. 11. & Veneta 1470. *ut crederet*, vel *crederent*. Nimirum quia ſupra dixerat , *ne ea crederet* Sulla , haec etiam ad eumdem retulerunt, quae nempe potius crederet. Optime autem omnium Berger. hoc Verbum excludit : cui adhaeſimus.

Cum ipse filius testis adesset . Guelf. 1. *cum ipſi filius* . Eccard. & Guelf. 11. *ipſius filius*. Guelf. 6. *teſtes adeſſent*.

5. Quare optumum factum. Sic Vinar. 1. a prima manu, Fabric. 1. Acad. Senat. 2. Heuſſ. Eccard. Guelf. 6. & omnes edd. vett. Reliqui *facto*. vide ad Cat. *c.* xxxii. num. 1. optumum factum *credens , exercitum augere*.

Per m. ejus castra palam transire . Mirum factum . hoſtem per media ſua caſtra incolumem tranſire ſinere : aut , ſi dum in caſtris ſunt haeſitavit , eumdem non perſequi , ut factum eſt antea. Nec Sulla ſolus ivit, ſed cum praeſidio ſuo, quod colligas ex Plutarchi Sulla pag. 452. Franc. omittit *palam* : mallem illud *media*, & tolerabilior emergeret ſententia, eos *praeter* caſtra Jugurthae tranſiiſſe ; ut ſupra *per ora incedere*. vide *c.* xxxi. num. 10. Infra Guelf. 11. *vel derelictis* , omiſſa particula *ibidem* . Uratisl. 1. *relictis cum Mauris ; 2. cum Silla ſimul ;* Franc. non habet *cum Sulla ;* Guelf. 3. *ſolus cum Sulla* . Sed in iis verbis incipit manus longe recentior, cui tantum auctoritatis haud facile tribuerim, quantum primae illi .

6. *Ea res , ut in tali negotio , probata* . Gu. 3. *ita in tali negotio*. Vinar. 1. Guelf. 11. 12. *ut in tali negotio ſolet* . male . Franc. *probatum eſt* .

Quia de improviso accesserint . Peſſime ita Waſſius , exprimens manifeſtum typorum lapſum in ed. Gruteriana . Sed neque *acceſſerant* ſanum eſt , quod in aliis edd. legitur . MSS. illud & vett. edd. docebunt . Guelf. 1. *quae de impr.* Vinar. 2. Sen. 2. Heuſſian. & Guelf. 7. *quae quoniam d. i. acciderant* . edd. Pompon. *accelerant* . Eccard. *accederat* : ut putares *accederant* ſcribendum eſſe , eo modo , quo *relinquerant , intellegerant , corrumperant* apud Noſtrum habentur , pro *acceſſerant* . Sed Gu. 4. Remenſes , Vinar. 1. Fabric. 2. Uratisl. 1. Franc. Academ. *acciderat* : idque pluribus placebit , qui facillima quaeque ſectantur, intelligentes , *quoniam ea res de improviſo acciderat* . At Fabric. 1. Senat. 1. Berger. Struv. Uratisl. 2. Guelf. 1. 3. 6. 9. 10. 11. 12. & Veneta 1470. *acciderant* . quod unice verum . Librariis fraudi fuit, quod *accidere* verbum de ſolo *caſu* dici poſſe autumarent , non de aliis rebus , aut perſonis . Verum ita non modo Accius : *nota vox ad aures accidit ;* Livius , *civitati fama incerta accidit ;* Curtius, *fremitus a littore accidit*, vide N. Heinſium & P. Burmann. ad Petron. Sat. *c.* cv. Drackenborch. ad Sil. xiii. *v.* 153. Sed ipſe Criſpus ſupra *c.* lxxxviii. nu. 5. *id ſimulaveritne , quo improviſus* gravior accideret , *an mobilitate*, cet. Et Donatus in Terent. Hecyr. laudat locum Salluſtii, ubi de homine dixerit , *quo acciaam ?* pro *quo accedam* .

7. Quo ire intenderant, perventum est. Remenſes, *denique* . Guelf. 4. omittit *diebus* . 1. *qua ire* . Ciacconius *ire* abundare exiſtimat: eo quod ſcripſerit *c.* cii. num. 1. *pervenit , quo initio profectus intenderat* . nam alterum locum ex *c.* civ. nu. 1. male capit. Sed & priori *profectus* additum eſt, quod ipſe citans male omittit . Confirmat Livius xxix. *c.* xxx. *pars maxima cum ipſo puero inter tumultum ad Syphacem, quo primum* intenderant iter , *pervenerunt* . xxxi. *c.* xxxiii. *Alam equitum ad explorandum, quonam hoſtes* iter intendiſſent, *miſit*. Sed Cic. 1. Cat. *c.* xii. *Si iſte* , quo intendit , *in caſtra Manliana pervenit* . Rurſus Livius xxxi. *c.* xli. *ire pergit* . atque hunc morem ſervat Criſpus Cat. *c.* xx. num. 3. *auſi facinus incipere*. ubi vide .

CAP.

CAP. CVIII.

CXVI.
IBi cum Boccho Numida quidam, Aſpar nomine, multum & fa- 1
miliariter agebat: praemiſſus ab Jugurtha, poſtquam Sullam ac-
citum audierat, orator, & ſubdole ſpeculatum Bocchi conſilia:
praeterea Dabar, Maſſugradae filius, ex gente Maſiniſſae, ceterum
materno genere impar; nam pater ejus ex concubina ortus erat; Mau-
ro ob ingenii multa bona carus acceptuſque: Quem Bocchus fidum 2
Romanis multis antea tempeſtatibus expertus, illico ad Sullam nun-
ciatum mittit, *paratum ſeſe facere, quae populus Romanus vellet:*
collo-

CAP. CVIII. 1. IBI CUM BOCCHO cet. *Ibi* deeſt Guelf.1. Pro *cum Boccho*, Veneta 1470. habet tantummodo *tum*. Guelf. 6. *Aſper*; 11. *Aſperar*. Infra Franc. *familiarem*. Uratisl. 1. & Guelf. 7. *ſe agebat*. Sed Eccard. Guelf. 1. 6. & 11. *multum familiariter*, ut *multum* ſit idem quod *valde*, ut ſupra *c.* XCIV. num. 3. Sed idem ſenſus in vulgata jacet, eamque ſatis tuentur, quae collegimus ſupra ad *cap.* LXXVIII. extr. *multi vaſtique loci*. Guelf. 4. *praemiſſis*; Uratisl. 1. *qui poſtquam S. a. audierat*.

ORATOR, ET SUBDOLE SPECULATUM B. CONSILIA. Contaminantur haec in MSS. variis modis. Guelf.1. 7. 9. 10. 12. Franc. Berger. Fabric. 2. & edd. vett. *oratum*. Deinde omnes fere: *ſpeculatum B. conſilia ierat*. Addas his ſcripturam MS. Palmeriani: *& ſubd. ſpeculator*. Nam ex una cauſſa omnes illi errores profluxerunt, quae eſt compoſitio τῶν *orator*, & *ſpeculatum*. & alii potius Verbum adjecerunt *ierat*, ut poſteriora illa ſeparatim legerentur: alii autem *orator* in ſimilem habitum reformarunt. Cujus tamen generis infinita apud Noſtrum adnotavimus. Vide ſupra *c.* XXXI. num. 13. *c.* XCII. num. 5. III. Hiſt. Or. Macri num. 17. *Oratores* autem dicebantur olim legati, qui cum mandatis mittebantur. Ita Cicero: *de captivis reddendis* oratores *miſſi*. & alia ea forma. Livius XXX. *c.* XVI. *Jam nullo auctore belli ultra audito* oratores *ad pacem petendam mittunt*. vide Budaeum in Pandect. pag. 215. Academ. *ſub dolo*. vide idem erratum ſupra *c.* XXXVIII. num. 1. Guelf. 6. *ſpectaculum Bocchum c. ierat*; Eccard. Acad. & Uratisl. 2. *ſpectatum*. Guelf. 4. *ſpectaculum Bocchi*. Juſtin. XVIII. *c.* II. *Sed Mago Punico ingenio poſt paucos dies tacitus, quaſi pacificator Carthaginienſium, Pyrrhum adit* ſpeculaturus *ejus* conſilia *de Sicilia*. Vinar. 1. *ierant*.

MASSUGRADAE FILIUS. Guelf. 3. *Maſſugadae*; 12. *Maſſuradae*; Vinar. 1. *Maſſudradae*; Fabric. 1. *Maſſuzadrae*; Berger. *Maſſugdae*. Mox Acad. *ſed cognomine impar*; Senat. 1. *mat. genere impari*.

NAM PATER EJUS EX CONC. ORTUS ERAT. Uratisl. 1. & 2. *natus erat*; Guelf. 6. *ortu erat*; 10. *ortalis erat*. ſed 12. *ortus* neglexit. Vinarienſes, Senat. 2. Heuſſ. Incert. 2. Guelf. 7. & Veneta 1470. *mater ejus ex concubina orta erat*; Franc. Struv. Acad. Guelf. 1. 4. & 11. *mater—nata erat*. Boni librarii audierant de *materno* genere, nec revocabant in mentem, quod de Jugurtha ſcripſit Noſter *c.* XI. nu. 3. & de Maſtanabale *c.* V. n. 7. *Matres* ſint licet ex concubinis ortae, nullam illi diſſimilitudinem generis inferunt. Senat. 2. & Heuſſ. haud ineleganter reticent *nam*. Fortaſſe reticendum etiam *pater ejus*.

OB INGENII MULTA BONA. Vinar. 1. *ob ingentia multa bona facta*. Edd. Pompon. *ob ingentia facta*; Guelf. 1. *ob ingenia Mauris carus*; 4. *ob ingenio Mauro carus*; Eccard. & Guelf. 11. *M. ob ingenia carus*. Scripſerit: *Mauro ob ingenium carus a.* Mihi tamen edita non ſollicitanda videtur. Berger. *carus acceptus*, ſine *que*. vide *c.* XII. nu. 3. & *c.* LXX. num. 2.

2. FIDUM ESSE ROMANIS M. ANTE TEMPESTAT. *Eſſe* omittit Franc. & Veneta 1470. atque id bene, ac opportune. *Ante* Gruterus ex ſuis melioribus: Noſtri *antea*. Sed illud potius deleri poterat, quam *Romanis*, quod Glareano diſplicet. Geminum eſt Cat. *c.* XX. n. 3. *Sed quoniam* multis *& magnis* tempeſtatibus *vos cognovi fortes fidoſque mihi, eo animus* cet. ubi vide.

ILLICO AD SULLAM NUNCIATUM MITTIT. Gu. 6. *illi eo ad S.* Guelf. 11. *illico Sullam nuncium m.* Uratisl. 1. ad *Sullam nuncium miſit*. Gu. 3. ad *Silla*: forte pro *Sullae nunciatum*, quod tamen minus probarem. Guelf. 1. *mittitur*.

PARA-

colloquio diem, locum, tempus ipſe dilegeret: conſulta ſeſe omnia cum illo integra habere, neu Jugurthae legatum pertimeſceret; quo res communis licentius gereretur; nam ab inſidiis ejus aliter caveri nequiviſſe. Sed

PARATUM SESE FACERE, QUAE P. R. v. Uratisl. 3. *paratum facere*. profecto non inſcite, niſi vere. Toties de hac Ellipſi dictum, ut pigeat repetere. tironi vel index ſatisfaciat. Eccard. *quod populus R. vellet*. Vinar. I. *R. P. vellet*. Franc. *colloquium*, *diem* &c.

TEMPUS IPSE DELIGERET. Guelf. 10. deficit *ipſe*: pro eo Academ. *inire*. *Diem* abeſt ab uno Waſſii; noſtri ſervant omnes, & recte: cum veluti ex formula *dies*, *tempus* ſimul memorentur. vide notam ad Catil. *cap.* LI. num. 25. Vinar. Fabric. primi, Guelf. 3. & 9. *delegeret*; Eccard. & Veneta 1470. *diligeret*. Scripſi *dilegeret*, quod ita vetuſtiſſimi Codd. hoc Verbum exhibeant. vide ad Cat *c.*XXXVI. num. 3.

CONSULTA SESE OMNIA C. I. INTEGRA HABERE. Fabric. I. Senat. I. a prima manu, item 2. Vinar. 2. Heuſſ. Struv. Uratisl. I. 3. Guelf. 3. 4. & 9. *conſulto ſeſe omnia*. *Conſulta* pro conſulendis, ſeu conſiliis. Livius XXV. *c.* XVI. *ab occultis cavendum hominibus* conſultis*que*. ubi vide Gronovium, qui & Salluſtium pro acceſſione adjecit. adde noſtra ad Cat. *c.* I. n. 6. In Fabric. 2. vacat vocabulum *conſulta*, & otioſam eam eſſe, in mentem venerat Ciacconio, quod Cicero frequentet, *Omnia ſunt integra nobis; ſi mihi integra omnia ac libera fuiſſent*, & plura talia. Sed apud eumdem, ſi is judex eſt, habes *rem integram; res eſt in integro; tibi omnem* cauſſam integram *reſervarem*; item Tacit. IV. Ann. *c.* XL. *Cum tempus tamquam ad* integram conſultationem *petiviſſet*. etſi & is V. Ann. *c.* V. integra *tamen ſibi* cuncta *poſtulavit*. Caeſar I. Civ. *c.* LXXXV. *ut quam* integerrima *eſſent ad pacem* omnia. Significat itaque; ea de quibus conſulendum haberet cum Sulla, omnia futura integra & intacta, nihil legatum Bocchi corrupiſſe &c. Guelferb. I. *integra habiturum*; Uratislav. 2. *integra facturum*.

PERTIMESCERET; ACCITUM ESSE, QUO RES COMM. Ita Waſſius, ſed male, & contra ipſam Gruterianam, & omnes MSS. Certe ex noſtro numero, ne unicus quidem exhibet. Solus Fabric. 2. *adhibitum eſſe*, *quo*; Edd. Pompon. *quod eo advocatus eſſet*, *quo*. Gronovius nihil in MSS. lectione mutandum cenſebat, praeter *quo*, in *quin*. Sed neque illa cura opus eſſe videtur, modo Salluſtium curatius inſpiciamus. Nam is vocem *legatum*, ut alibi alia Nomina, tamquam pro tota Oratione poſuit: id quod etiam proxima: *nam aliter* &c. perſpicue indicant. Cape ergo praecedentia, quaſi ſcriptum eſſet: *neu legatum Jugurthae*, qui adeſſet, aut advocatus, etiam in familiariorem uſum adſumtus eſſet, *pertimeſceret*: cum ita *cautum* ſit, *quo res* &c. nam aliter ab i. e. *caveri* nequiviſſe. Ita vides, quod a Verbo *caveri* ſententia ſuſtentetur, quam Gronovii conjectura longe magis implicat. Eadem figura utitur Criſpus, ſed ſenſu planiore, Catil. *c.* XXIX. extr. ubi *jus eſt* ad ſuperiora trahitur. Sed ex ſuperioribus Verbum in alium habitum transferendum adſumſit Cat. *c.* III. num. 2. Sive ergo *cautum eſſe* aut *caveri*, ſive *caveri potuiſſe* intelligas, non mancus aut hiulcus erit locus: niſi quod prius eſt magis ex uſu Salluſtii. vide *c.* LXXVI. n. 2. & *c.* XLV. num. 2. In ſimili figura Cicer. IX. epiſt. XV. n. 5. *Ego autem mirifice capior facetiis, maxime noſtratibus: praeſertim cum eas videam primum* oblitas *Latio tum, cum in urbem noſtram* infuſa *eſt peregrinitas: nunc vero etiam braccatis & transalpinis nationibus*, ut *nullum veteris leporis veſtigium adpareat*. Nam quod *cavere potuiſſe* apud Noſtrum exaudiri queat, ex Tacito conſtat, & nota ad *c.* CVI. n. 3. Sed ita forte melius videbitur: *quo res c. licentius gereretur*, *aliter caveri nequiviſſe*: aut etiam additis ſimul illis *ab inſidiis ejus*, ut tantummodo una vocula *nam* pereat, interpunctio aliam faciem induat. Conjectura eſt, quam in medio relinquam: ſed talis conjectura, quae minimum habeat audaciae: cujus emolliendae cauſſa particulam *nam* transponere poſſes ante *quo*. Glareanus autem rude nimium & imperite cenſet voces *ab inſidiis ejus* propterea otioſas eſſe; quia Bocchus potentior Jugurtha fuerit, adeoque aliter, quam per praeſentiam legati, ſibi cavere potuiſſet. Immo vero *ab inſidiis ejus* ita capiendum, ut non vitae, ſed *conſiliis* ſtruantur. Non vero ita invalidus erat Jugurtha, ut non conſiliis Bocchi inſidiari potuiſſet, qui jam ſaepe proximos ejus donis corruperat, ut regem ab optimis conſiliis abſtraherent. Id effugiebat, praeſenti legato benigne omnia pollicendo. vide *cap.* CXII. num. I. *cap.* CXIII. num. 2. & de inſidiis Jugurthae ſupra *cap.* LXXX. num. 3. *c.* LXXXI. n. 4. *c.* XCVII. n. 2. *c.* CII. extr. Struv. & Uratisl. 3. *pertimeſceret ſuadet*. Guelferb. 6. deſtituitur vocula *licentius*. Guelf. 3. & Incert. 2. *licentius ageretur*. Gu. 9. & II. *gereret*. Vinar. &

Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob quae prae- 3
dicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis adtinuiſſe, multumque cum animo ſuo volvere ſolitum, Jugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: lubidinem advorſum nos, metum pro nobis ſuaſiſſe.

CAP. CIX.

CXVII.

IGitur Sulla: *pauca coram Aſpare locuturum; cetera occulte, aut* 1
nullo, aut quam pauciſſimis praeſentibus: ſimul edocet, quae reſponderen-

& Uratisl. 2. *ſibi cavere nequiviſſe*. Franc. & Struv. *ſe cavere*. Acad. Uratisl. 3. Guelf. 4. 11. & 12. *cavere*, pro *caveri*.

3. PUNICA FIDE, QUAM OB EA, QUAE PRAED. *Punica fides* proverbio celebrata, pro ſubleſtiſſima, infideli & inſidioſa. Contra *Atticam fidem* Romanos pro ſincera dixerunt, auctore Vellejo Pat. II. *c.* XXIII. Florus II. *c.* II. Perfidiae Punicae *documentum*, ubi conſulas Freinshemium. Livius XLII. *c.* XLVII. *Haec Romana eſſe, non* verſutiarum Punicarum, *neque calliditatis Graecae*. Porro edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. omittunt *ea*, ſcribuntque, *quam ob quae praedicabat*, atque ita legendum eſſe cenſuit Rivius, itaque citat Cl. Perizon. ad Sanct. II. *c.* IX. Id mihi etiam placet. vide ad Catil. *c.* XIV. extr. Plautus Stich. A. II. Sc. II. *v.* 38. *prae* quod *tu velis*. Utitur hoc loco recte idem Perizon. Curt. Vind. pag. 177. ut firmaret Curt. IV. *c.* IX. *liberque proſpectus oculorum etiam in* quae *procul receſſere, permittitur*. pro *in ea, quae*. Pomp. Mela I. *c.* IX. *ut praeter* quod *ſcatet piſcibus . . . glebis etiam infundat animas ex ipſaque humo vitalia effingat*. Sic vet. cod. Ciacconii. Vulgo *praeter id, quod*. Uſitatius illud quod idem Mela II. *cap.* I. *totum braccati corpus, & niſi* qua *vident, etiam ora veſtiti*. Caeſar I. Gall. *c.* V. *Frumentum omne, praeter* quod *ſecum portaturi erant, comburunt*. ita ex MS. emendat Giſanius ad Lucret. p. 401. quem vide; edd. etiam ita repraeſentant. Non eſt, quod quisquam invidiam Laeti illius nobis objiciat, qui ita in ſuis edd. exprimi curavit. Nam & conjectura duorum adcuratiſſimorum virorum Rivii & Perizonii nos adjuvat: & non eſt adeo ſomnolentus, aut perfidus Pomponius, ut vulgo crediderunt. Saepiuſcule ille MSS. Codd. ſecutus eſt, & in locis maxime difficilioribus: ubi rem tanta fide egit, ut etiam errores librariorum nobis exprimeret, quod luculentis exemplis in Fragmentis Hiſtoriarum Salluſtii adparebit. Guelf. 12. & Veneta 470. *praedicebat*. Male. *praedicare* eſt palam dicere, & monſtravimus ad Catilin. *cap.* XLVIII. extr.

SPE PACIS ATTINUISSE. Academ. *retinuiſſe*, Guelf. 10. *obtinuiſſe*; 7. & Franc. *detinuiſſe*; Eccard. *a tenuiſſe*; Fabric. I. *ad tenuiſſe*. Reliqui omnes *adtinuiſſe*. quod ceteri partim interpretari voluerunt. Nam *attinere*, pro *retinere, morari* frequens apud Plautum. addidit Cl. Obrecht. Dictyn V. *c.* II. *Fuit tempus, quo manere in hac civitate jucundum erat; ſocii, amici, propinquorum ſalus, patria denique incolumis* adtinuere *in hunc diem*. Id Verbum hoc loco eo probabilius, quod ſibi attentos habebat utroſque Bocchus, Romanos & Numidam. Verum Senat. 2. & Heuſſ. *Romanum & Numidam*.

MULTUMQUE C. ANIMO S. VOLVERE S. Academ. *multaque*. id recte adhibuit Cat. *c.* XXXII. princ. hic autem verum eſt *multumque*, pro ſaepe, valde, ut ſupra ſemel atque iterum. Franc. *an Jugurtham R. an illi* &c. Verum priore loco particulam negligunt Latini. vide ad Cat. *c.* LII. n. 10. Guelf. 3. & 6. *an Sullam trad.* omiſſo Pronomine *illi*. Acad. *turbamus &*, pro *traderet*.

LUBIDINEM ADVORSUM NOS. Guelf. 4. *lubidinem ejus*. 9. *libidine -- metu*. vide de *lubidine* ſupra *c.* XXV. n. 6.

CAP. CIX. I. IGITUR SULLA RESPONDIT. Verbum *reſpondit*, praeter quod in libris, qui habent, alio atque alio loco viſitur, exſulat prorſus ab Guelf. I. Academ. Franc. Senat. 2. Heuſſ. & edd. Gryphii. & ſic ſupra *c.* CII. n. 12. *Ad ea Bocchus placide & benigne*. plura ad Catil. loco ibi citato. Mox Guelf. 10. Franc. & Veneta 1470. *ſe* nuſquam habent: idem de ſuo quodam MS. teſtatur Rivius; unde exturbavi. vide ad Cat. *c.* XXXI. n. 7.

2 derentur. Poſtquam, ſicuti voluerat, congreſſi, dicit: *ſe miſſum a Conſule veniſſe quaeſitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus*
3 *foret*. Tum rex, uti praeceptum, *poſt diem decimum redire* jubet; ac

OCCULTE, AUT NULLO, AUT Q. P. P. Fabric. 2. *occulto*; Uratiſl. 3. *occulta*. ut ſupra c. XXIX. n. 5. *pauca, praeſenti conſilio, locutus . . . reliqua cum Beſtia & Scauro* ſecreta *tranſigit*. is certe locus *occulte* tollere vetat, quod fecerat Guelf. 1. Ceterum etiam noſtri MSS. habent *aut nullo, aut*: paucis primo loco *aut* deſideratur. ſed *aut nullo* abeſt ab Guelf. 3. Denique Franc. & praeterea alius unus: aut nullo *praeſente, aut q. p. praeſentibus*; oppido pueriliter. vide c. LXXXV. n. 30. Catil. c. XXI. num. 1. Inde tamen procudebat Palmerius ſuum, *aut nullo, aut quam pauciſſimis praeſente*: ſcilicet ut antiquum, *ambobus praeſente*; Terentii *praeſente nobis* in Salluſtio etiam ſui ſimilia haberent, quae tamen multum differunt.

EDOCET, QUAE RESPONDERENTUR. Gruteri eſt, ſed procul dubio ex libris vett. Noſtri plerique *ſibi reſpond.* at Vinar. 1. *reſp. ſibi*: Gu. 1. vero *ſibi* etiam omittit. Guelf. 11. *reſponderetur*; 6. *reſpondentur*; Senat. 2. & Heuſſ. *reſpondent*. Struv. Guelf. 3. & 4. *reſpondeantur*. ob Verbum *edocet*. Sed c. CVII. n. 1. *ſuos* hortatur, *uti fortem animum* gererent.

2. SICUTI VOLUERANT, CONGRESSI. Guelf. 4. *ſic voluerit*. Eccard. *ſimul, ſic. vol. congreſſi*. Inepte *voluerant*, quod in edd. omnibus haeret, cum colloquii arbitrium erat penes unum Sullam. vide c. CVIII. n. 2. Ergo ſcripſi cum MSS. Gruteri, Fabricianis, Senat. 1. Vinar. 1. Berger. Guelf. 6. 9. 10. & 12. *ſicuti voluerat*. Guelf. 1. *ſunt congreſſi*; 9. *congreſſo*.

SE MISSUM A CONSULE VENISSE QUAESIT. *Se* deeſt Guelf. 1. itemque 6. qui praeterea *miſſum* etiam tranſiit: quaſi *a conſule veniſſe* dictum foret, ut apud Plinium: *Nuncius a Spurinna*, & alibi notata alia. Sed quamquam *veniſſe* potius tollendum foret, tamen eadem fere conjungit Noſter etiam ſupra c. CII. n. 3. *qui quamquam* acciti ibant; *tamen placuit* &c. Optime confirmat editam Livius III. *cap.* XII. *Sp. Furius*, miſſum *ab Quinctio Capitolino ſibi eum in dubiis ſuis rebus* veniſſe ſubſidio. *neminem unum eſſe, cujus magis opera putet remp. reſtitutam*.

PACEM, AN BELLUM AGITATURUS FORET. Eccard. *agitarus foret*; Guelf. 3. *cogiturus eſſet*. *Agitare bellum*, non debebat inſolens eſſe, cum *agitare pacem* Noſtro ſit familiare. Supra c. XIV. n. 10. *laeti* pacem agitabamus. Et licet barbarum putet bonus Giſanius ad Lucret. p. 138. *agere bellum*; ita tamen excuſares Noſtrum, ut ſupra c. XXXVIII. n. 9. ubi plura adduximus earum dictionum, in quibus duo Nomina commune Verbum habent, quod alteri tantum eorum ſit proprium. At Ovidius II. Triſt. v. 239. Bella*que pro magno Caeſare Caeſar* agit. ubi vide N. Heinſium. Livius X. c. XXXI. *Superſunt Samnitium* bella, quae *continua per annum ſextum & quadrageſimum* agimus. quem jam, ut & Caeſarem, Curtium, Melam produxit Gronov. II. Obſerv. *cap.* III. adde Quinctil. X. *cap.* I. pag. 908. *Quis enim caneret* bella *melius, quam qui ſic* egerit. cum obſervatione Burmanni, qui & Heinſ. & Gronov. laudat; quomodo & bis ad Florum Cl. Duckerus, ad I. c. VI. n. 2. & ad II. c. XX. n. 1.

3. UTI PRAECEPTUM FUERAT. Uratiſl. 2. *praec. uti fuerat*. Guelf. 3. *ita praec. f.* 4. vero eleganter *fuerat* expellit.

POST D. X. RED. JUBET, AC NIHIL. Academ. *poſt dies decem*. *Jubet* ſcriptum eſt, ut mox intelligatur, ac *dicit* ſe nihil &c. id quod ſupra in Verbo *negat* etiam obſervatum eſt ad c. CVI. n. 3. Frequentiſſima haec figura apud Noſtrum, & paſſim animadverſa. Cat. c. XXI. num. 2. & 3. *Tum Catilina* polliceri *tabulas novas . . . . . praeterea* eſſe *in Hiſpania Piſonem* &c. ubi vide. Eod. c. XXXVI. n. 7. *Catilina* poſtulare, P. C. *ne quid de ſe temere crederent: ea familia* ortum, *ita* &c. Supra *cap.* XII. num. 3. *quem ille* promiſſis onerat, *uti clavis adulterinas pararet . . . ceterum, ubi res poſtularet, ſe ipſum cum magna* venturum *manu*. c. LXII. num. 1. monet *atque lacrumans* obteſtatur, *uti aliquando ſibi . . . . conſulat: omnibus praeliis* ſeſe victos &c. Nihil vulgatius, & multis comprobavit Perizonius, loco jam alibi dicto & ad Q. Septim. II. c. XXX. Diſſert. §. XL. Infinita addi poſſent: duo tantummodo Salluſtii huic cumulo accedant. Supra c. XIV. n. 20. *quos ego audio maxuma ope niti, ambire* fatigare *vos ſingulos, ne quid de abſente ſtatuatis*: fingere *me verba, ac fugam* ſimulare; cet. infra c. CXI. n. 2. *Rex primum* negitare: *cognationem, adfinitatem, praeterea foedus* interveniſſe. Vinar. 2. & Guelf. 1. *jam nunc*; 12. *etiam decreviſſe*. Virgil. IV. Georg. v. 135. *Et cum triſtis hiems* etiam nunc *frigore ſaxa Rumperet*. Supra c. XXXI. n. 3. *atque* etiam nunc *timetis, quibus vos decet terrori eſſe*. ubi vide.

DEINDE

Digitized by Google

ac nihil etiam nunc decreviſſe, ſed illo die reſponſurum. deinde ambo in ſua caſtra digreſſi. Sed ubi plerumque noctis proceſſit, Sulla a 4
Boccho occulte arceſſitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur: praeterea Dabar internuncius, ſanctus vir & ex ſententia ambobus. Ac ſtatim ſic rex incipit.

CAP.

DEINDE AMBO IN SUA CASTRA DIGRESSI. Vinar. I. omittit *ſua*; Franc. & Uratisl. 2. *regreſſi*. Mirum eſt, ut torſerit locus Glareanum, qui unus, pro ſua integritate, prodidit, quod parum ceperit. Atque id quidem condonari illi potuiſſet, modo culpam in Salluſtium non tranſtuliſſet, & acerbo Epiphonemate finiiſſet: *Hoc eſt aequare Thucydidem*. Immo vero non aequavit modo ſi non hic, alibi tamen perſaepe Thucydidem, ſed etiam ſuperavit: ut aequi rerum cenſores perſpiciunt. Sed hoc non agimus. Reliqui interpretes ſuis artibus utuntur, & Waſſius, cujus opus fuerat, ut interpretes, quorum notas recudebat, adjuvaret, turpiter hic ſuum Glareanum deſerit, nec ſcrupulos ejus eximit. Judicent alii, qua de cauſſa ſit factum. Nos, utcumque poterimus, rem planam, & ſenſum perſpicuum faciemus. Primo vocem *caſtra* male capit Glareanus, ac ſi Bocchi Sullaeque caſtra intelligerentur, & cum ineptiae accuſat auctorem, ipſe ineptiſſimus adparet. Tu *caſtra* accipe *Sullae* atque *Aſparis*, nec ea, quae apud Bocchum habebant, ſed illius apud Marium, hujus apud Jugurtham: atque idem eſt, ac ſi dixiſſet: deinde ambo ad ſuos digreſſi ſunt: ſive digreſſi ſunt, ut ad ſuos pergerent. Ita enim *caſtra* poni, ut illa modo aeſtiva, ubi diutius moratur exercitus, modo etiam *biberna* denotent, docebit Freinshemius ad Tacit. I. Ann. *c.* XXXV. & Noſter infra *cap.* CXII. num. 2. *ille laetus in* caſtra *Jugurthae venit*, de eodem Aſpare, Jugurthae oratore. At non magis haec vox, quam *digreſſi* impoſuit interpretibus, quod illis videbatur perfectum tempus, adeoque perfectam actionem indicare. At de tempore monuimus ſupra ad *cap.* XCI. extr. De perfecta actione ita habeas, ponere Graecos Latinosque multa Verba ſine effectu: ex qua obſervatione *digreſſi* idem eſt ac digredi voluerunt, digreſſuri erant, aut, uti dixi, digreſſi ſunt, ut in ſua caſtra pergerent. Ita vidimus ſupra *cap.* CII. num. I. *pervenit in oppidum Cirtam, quo initio* profecto *intenderat*. adde ad Catil. *cap.* XXVII. extr. Cicer. epiſt. XXVI. extr. *Comitia tamen, quantum facere poſſumus, in Januarium menſem* protrudimus. ubi addimus Sueton. Jul. *cap.* XXIX. *Cum adverſariis autem* pepigit, pro eo, quo eſſet *paciſci voluit*; factum enim non eſt. vide ibi Caſaubonum. plura dabit Cl. Duckerus ad Flor. I. *cap.* XVIII. num. 12. Cicer. IV. ad Att. epiſt. X. *ad eum poſtridie mane* vadebam, *cum haec ſcripſi*. adde Ducker. ad Flor. III. *c.* XVII. n. 3. & ad *c.* XXII. n. 2. item Schulting. ad Senec. I. Controv. III. pag. 96. Denique Frontin. I. Strat. *c.* V. num. 5. *Pompejus cum* excederet *Italia, & transferre bellum propoſuiſſet*. Sic MSS. vulgo *excedere*.

4. PLERUMQUE NOCTIS PROCESSIT. Vinar. I. Eccard. & Guelf. 3. *diſceſſit*. At *proceſſit* tuemur ſupra ad *c.* XXI. n. 2.

OCCULTE ACCERSITUR. Sic omnes edd. At Guelf. 3. *acceſſitus*; Eccard. *arceſſitur*, quomodo ſcribendum. Mox Guelf. 3. *Praeterea labor*. & in his verbis explicit.

SANCTUS VIR, EX SENTENTIA JURAT AMBOBUS. Haec eſt vulgata lectio, quam adulterinum aliquid alere, bene ſuſpicabatur Gruterus. ſed iſte, ut alibi paſſim, invadebat verba *ſanctus vir*, & nodum in ſcirpo quaerebat, quae ſatis illuſtrabunt dicta ad *cap.* LXXXV. num. 40. Poſtea cum MSS. ſuorum ſcripturam propoſuiſſet, in quibus videbat verbum *jurat* varie transponi, aut omitti, finiebat his verbis: *haereo, haereo*. Nos facili negotio, praefiſcini dixerim, haerentem expediemus, quod Waſſius iterum facere non potuit, aut noluit. Quidam apud nos MSS. ut Gu. I. Uratisl. 2. & Incert. 2. qui *jurans* habent, omittunt *vir*. Deinde plerique omnes, ut Eccard. Guelf. I. 12. Vinarienſes, Struv. Franc. Senat. 2. Heuſſ. *jurat ex ſententia ambobus*. quod alterum eſt bene animadvertendum. Porro Guelf. 6. 9. 11. Fabriciani, & Senat. I. *jurat* prorſus omittunt. Unde jam clarum eſſe puto hoc Verbum nihili, ortum eſſe ex his: *ſanctus* vir & *ex ſententia*: nempe cum *vir &* ſcriptum eſſet in membranis, fecerunt librarii *jurat*. Id cum per ſe conſtaret, accedit auctoritas MS. Academ. ubi habetur: *internuncius* viret *vir ſanctus ex ſententia amb.* Quare adeo apertum eſt, ſcribendum eſſe cum Senat. I. & Guelf. 9. *Dabar internuncius ſanctus vir & ex ſententia ambobus:* ut ſuperfluum ſit, vel unicum verbum addere. Intelligitur autem *Dabar adhibetur*, ex communi Verbo *adhibentur*, ut Catil. *cap.*

CAP. CX.

cxvi.

1 *NUmquam ego ratus ſum fore, uti rex maxumus in hac terra,*
2 *& omnium, quos novi, privato homini gratiam deberem. Et*
hercle, Sulla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro egomet
3 *opem tuli, nullius indigui. Id imminutum, quod ceteri dolere ſolent,*
ego laetor: fuerit mihi eguiſſe aliquando amicitiae tuae, qua apud
ani-

xxi. num. 1. Vel, ſi mavis, *erat*, *aderat*, pro more Criſpi. vide ad *c.* cv. num. 2. Nam *vir ex ſententia ambobus* dictum, ut apud Gellium, *uxor ex ſententia*. vide ſupra ad *c.* XLIII. n. 5. Ea autem *ſanctus* & *ex ſententia* eleganter componuntur, ut ſupra *c.* CIII. num. 7. *utilia*, & *benevolentiae* eſſe. ubi vide. adde Cat. *cap.* LIX. n. 2. Eccard. *ſancte jurat*; Gu. 10. *intrat ex ſent.* Eccard. & Vinar. 2. *ſtatim ſic rex incepit.*

CAP. CX. 1. ET OMNIUM, QUOS NOVI, OPULENTISSIMUS. Gruterus in nullo MS. reperit τὸ *opulentiſſimus*: haerere tamen ait in edd. primis. Neſcio quidem, quas edd. primas ille habuerit. Veneta certe 1470. item edd. Pompon. Viteb. & Lipſ. 1510. aeque abjiciunt, ac omnes noſtri MSS. Vecordia ergo foret, ei vocabulo amplius permittere locum. Patet autem additum eſſe ab iis, quibus Conjunctio & Nomen aliquod deſiderare videbatur, & eadem cauſſa ingenium Waſſii judicat inducenda etiam, *omnium, quos novi.* quod contra exiſtimo. Conſidera illa *in hac terra*, & mores barbarorum regum, qui ſe quisque maximos omnium judicabant: nec mutabis quidquam, praeter quod nos a vulgata lectione detraximus. Vide de ſimili formula notas ad *cap.* XIV. num. 2. Academ. *etiam omnium.* Guelf. 6. & 10. & omittunt. Mox Vinar. 2. *gratia deberem.* alterum defendit num. 4. Uratisl. 2. *privato alicui homini.* Guelf. 4. *deberet*; 9. *debere.*

2. ANTE TE COGNITUM. Senat. Remenſ. Vinar. primi & Veneta 1470. *te* omittunt; id quod ex repetitione ejusdem ſyllabae accidiſſe, recte judicat Rivius. Vinar. 1. *antea cognitum*; Uratisl. 2. *ante cognitum eſt, quod multis* &c. Guelf. 11. *multis rogantibus*; 6. *hortantibus.* Immo *oratum* & *ultro* facere ſeſe reſpiciunt, ut ſupra *c.* XCVI. n. 2. Baſil. 1. *nullius indigus.* eleganter profecto. Sed reliqui omnes obſtant. Gu. 6. *nulli indigui*, pro *nullius*, ut Cat. *c.* XXIX. extr. Guelf. 11. *nullius auxilio.* perperam.

3. ID IMMINUTUM, QUOD CET. DOLERE. Male Gruterus *immutatum* contra MSS. omnes & edd. vett. nec uſquam viſitur, niſi in edd. Gryphii, quem ſecure ſecutus eſt. confunduntur tamen eadem in MSS. Cat. *c.* V. extr. Dictys V. *c.* 11. *Contra nunc quid horum non* imminutum, *aut in totum ſublatum nobis eſt.* Ita *minuere* pro tollere, aut mutare Senec. II. Nat. Qu. *c.* XXXIV. *Quidquid ab hoc portenditur, fixum eſt, nec alterius oſtenti ſignificatione* minuitur. ubi vide Gronovium. Hottomann. ad Caeſar. V. Gall. *c.* XXVI. Daviſium ad VI. Gall. *c.* XXIII. Pro *quod* Guelf. 12. *quo.* nempe quia vulgo dicimus *laetari, dolere qua re.* Sed vide ad ea Cat. *c.* LI. n. 29. ea *populus laetari.*

FUERIT MIHI PRETIUM EGUISSE ALIQUANDO. Baſil. 1. Fabriciani, Berger. Incert. 1. Guelf. 6. 9. 10. & Veneta 1470. *fuerit mihi eg. al. pretium amicitiae tuae.* Franc. *pretio*; Academ. Eccard. Guelf. 1. 4. 11. *pretii*; Struv. *pretium operae.* Sed Rivius vetuſtiores habuit, a quibus vox *pretium* plane exularet, nec viſitur ea in edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. Gruterus retinet, & omnia ſana, omnia compoſita eſſe autumat. nequidquam. & lapſus eſt vir doctus eodem modo ad Senecam. Rectius Gronovius, qui tot hujus generis exempla cumulavit, excludit. Verum quoniam & ille dicenda nobis reliquit, nec Waſſius quidquam, niſi quae nemo deſideraverit, adtulit, pauca dicemus, ut dictio: *fuerit mihi eguiſſe aliquando amicitiae tuae*, illuſtrior magis, magisque in aperto ſit. Igitur ſenſus eſt: fuerit mihi, acciderit mihi, ut eguerim aliquando amicitiae tuae. h. e. quod paucis hodie dicerent: eguerim aliquando amicitiae tuae, permittam, ut eguerim. Ita enim Subjunctivus modus ſignificat Catil. *cap.* LII. n. 12. Sint *ſane liberales*; & ſupra *cap.* XXXI. num. 8. *Sed ſane* fuerit *plebi ſua reſtituere, quod ſine ſanguine civium ulciſci nequitur.* Ita autem res ſeſe habet. Latini nudo Verbo (*eguerim*) adhibent alia, ut *factum eſt*, *fit*, *Eſt*, *Erant*, *Fore* primo cum Subjunctivo, & Conjunctione, aut Pronomine. Sic dicunt *Fuere, qui exiſtumarent*, pro nudo *exiſtimabant*, vide Catil. *c.* XIX. n. 4. *fit, ut impetus fiat*, pro ſolitario *fit*, aut accidit, ut fiat, Cat. *c.* LII. num. 23. Ovid. I. Faſt. *v.* 92. *Ede cauſſam, cur* ſit, quod *ante vides.*

animum meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet: arma, viros, 4
pecuniam, poſtremo quidquid animo lubet, ſume, utere: &, quoad vives, numquam redditam gratiam putaveris; ſemper apud me integra

vides. Auſonius Faſt. Epigr. II. *Fors* erit, ut *luſtrum cum ſe cumulaverit iſtis Confectam Proculus* ſignet *Olympiadem*; & plura talia, quae omitto, cum haec jam oſtendant, *Fuerit*, *eguiſſe* eſſe dictum pro *fuerit*, *ut eguerim*. Nempe, quod ſecundo monendum, ille Subjunctivus, ut in aliis ſtructuris ſaepiſſime, mutatur in Verbum infinitum, quod ſua natura pro Nomine primi aut quarti Caſus poni poteſt, atque ita Verbo *fuerit* adhaeret. Et hoc paucis illuſtrabimus. Cicero XV. epiſt. XVIII. n. 2. *Itaque* facio, *me alias res* agere. h. e. ut agam. nam male *facio* ibi *fingo* exponunt. Sulpic. IV. epiſt. XII. n. I. *viſum eſt* faciendum, *quoquo modo res ſe haberet*, *vos certiores* facere. ubi, ſi tanti, deproperata noſtra legas. Catullus Carm. XCIV. *v. 9. & ſe* facit eſſe *venuſtum*. Sic ergo Cato de R. R. princ. Eſt *interdum* praeſtare *mercaturis rem quaerere*, *ni tam periculoſum ſiet; & item foenerari*, *ſi tam honeſtum ſiet*. h. e. *Eſt*, *ut praeſtet:* ſive *praeſtat*. Lucretius V. *v.* 978. *Non* erat, ut *fieri poſſet*, mirarier *umquam*. qui utramque obſervationem illuſtrat. Caeſar VII. Gall. *c.* LXXXIII. Erat *uno tempore &* materiari, *&* frumentari, *& tantas munitiones* fieri. ita ex MS. Gronov. IV. Obſerv. *c.* VIII. cui & Silium debebimus, poſtquam ipſa res, & conſtructio nunc ſatis declarata eſt. Is ita XII. *v.* 695. fuerit delere *Saguntum*, Exaequare *Alpes*, imponere *vincula ſacro Eridano*, foedare *lacus*. *etiamne parabit* cet. i. e. Deleverit Hannibal Saguntum, exaequaverit, impoſuerit, foedaverit. Vide eumdem Virum eximium ad Senec. I. de Clem. *c.* XVIII. extr. ad I. Nat. Qu. Praef. pagin. 626. Denique doctos interpretes ad Petron. Sat. *c.* XLVII. & CXXVII. Similiter *non deeſſe*. Capitol. Gordian. *cap.* XXXI. Nec defuit, ut *ſenatus de his rebus*, *quas non noverat*, falleretur. ubi vide doctam Caſauboni obſervationem, qui & Scaligerum citat ad Tibull. IV. Carm. I. *v.* 100. *Tunc tibi non* deſit, *faciem* componere *pugnae:* quod male nuper in *deſis* mutatum eſt. & ad Propert. I. eleg. XVI. *v.* 7. Claudat agmen D. Paullus I. ad Corinth. *cap.* XI. comm. 20. *Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, οὐκ ΕΣΤΙ *Κυριακὸν δεῖπνον* ΦΑΓΕΙΝ. Verbis corruptae lectionis fere expreſſit Sidon. VI. epiſt. XII. *quibus* operae pretium fuit, *fieri famem ſuam periculo*, *ſi aliter eſſe non poterat tua largitas experimento*.

QUA APUD AN. M. NIHIL CAR. HABEO. Guelf. 4. *quia*; 6. *quam*; Eccard. *quod*. Guelf. 4. *nihil te carius habeo*; Acad. *clarius habeo*. Baſil. I. *carius eſt*. Unde patet, Criſpum nec *eſt*, nec *habeo* adjeciſſe. vide *c.* XXIV. n. 10. Quia cariſſima illi amicitia Sullae, facile fert, quod eguerit aliquando eadem. Ita nempe per haec interpretatur ſuperiora: *quod ceteri dolere ſolent*, *ego laetor*.

4. ID ADEO EXPERIRI LICET. Eccard. *ideo experiri licet*. quomodo contaminaverant Cat. *cap.* XXXVII. extr. Id adeo *malum multos poſt annos in civitatem reverterat*. Plaut. Curc. A. V. Sc. III. *v.* 2. id adeo *hodie ego expertus ſum*. Cicer. pro Cluent. *c.* XXIX. extr. id adeo *ſic cognoſcite*.

SUME, UTERE. Non fruſtra *ſume* additur, quod de iis proprie dicitur, qui rem ſuam ſumunt. Plaut. Milit. A. IV. Sc. III. *v.* 6. *Aurum atque veſtem omnem muliebrem habeat ſibi*, *Quae illi inſtruxiſti:* ſumat, *habeat*, *auferat*. Ita & *utere* ad formulam pertinet, qua officia obferunt. Id. Sticho Act. IV. Sc. II. *v.* 36. *Siquidem mea refert*, *opera* utere, *Poſce*.

N. TIBI REDDITAM GRATIAM P. S. A. M. INTEGRA E. Non poterat hercle officioſius loqui: & ea cauſſa placuit Donato haec verba citare ad Terent. Eunuch. Act. IV. Sc. VI. *v.* 12. *Et* habetur, *&* refertur, *Thais*, *a me*, *ita uti merita es*, *gratia*. qui nempe *refert* gratiam, *reddit* eadem aut ſimilia officia, per quae ita obſtringatur alter, ut ipſe prius obſtrictus fuiſſi. *habet* gratiam, qui *integram* ſervat praeſtiti ab altero officii, & ob id ſemper obligatus manet. Inde eſt, quod & Cicero *gratias agere*, & *habere* ſollicitius diſtinguit. item Graeci *χάριν ἀποδιδόναι* & *ἔχειν*. Sed *agere* etiam & *referre* diſtinguit Auſonius Grat. act. princ. Ago *tibi* gratias, *imperator Auguſte; ſi poſſem*, *etiam* referrem. quod propter uſum τὸ *gratias agere*, quod etiam verbis fit, evenit. Plancus Cic. X. epiſt. XI. princ. *Immortales* ago *tibi* gratias, *agamque dum vivam: nam* relaturum me *adfirmare non poſſum*. & quae ſequuntur. adde Brut. Cic. XI. epiſt. XIII. n. I. atque Laur. Vallam V. Eleg. *c.* XLI. & Dion. Salvagnii notas in Ibin Ovid. pag. 37. Pronomen *tibi*, cum apud Donatum locum mutet, ab Guelf. I. autem & optimo Baſil. I. plane exſulet, non conſpicis jam in contextu. vide ad Cat. *c.* LVIII. n. I. Baſil. I. *quoad vivis*. Vinar. I. *quoad uſque vives*.

NIHIL, ME SCIENTE, FRUSTRA VOLES. Hoc ordi-

5 *tegra erit: denique nihil, me ſciente, fruſtra voles. Nam, ut ego ae-*
ſtumo, regem armis, quam munificentia, vinci, minus flagitioſum.
6 *Ceterum de re publica veſtra, cujus curator huc miſſus es, paucis accipe.*
Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum umquam volui:
7 *finis meos advorſum armatos armis tutus ſum. Id omitto, quando vobis*
8 *ita placet: gerite, uti voltis cum Jugurtha bellum. Ego flumen Mulu-*
cham,

dine & noſtri MSS. Verba expreſſit Claudian. VI. Conſ. Hon. *v.* 427. *Numquam aliquid* fruſtra *per me* voluiſſe *dolebis*.

5. NAM, UT EGO EXISTUMO. Quatuor, *extimo;* Fabric. Uratiſl. primi, Incerti, Gu. 6. & Veneta 1470. *ut ego aeſtimo*. Baſil. Senat. Vinar. Rem. & Guelf. primi, *aeſtumo*, ut repoſui. Cat. *c.* VIII. n. 2. *Athenienſium res geſtae*, ſicuti ego aeſtumo, *ſatis amplae magnificaeque fuere.* ubi vide.

ARMIS, QUAM MUNIFICENTIA, VINCI. *Vincere* beneficiis aut munificentia ſupra jam adnotatum *c.* CII. n. 11. *hoc in pectus tuum demitte, numquam populum R.* beneficiis victum *eſſe*. Tale eſt illud Varronis apud Vincent. VI. Spec. Hiſt. *c.* LIX. *Turpiſſimum eſt in datis* ſuperari; *pulcherrimum eſt, cum foenore data reddi*. Seneca V. Benef. *c.* II. *Illud utique unice tibi placet, velut magnifice dictum: Turpe eſt* beneficiis vinci. Ibid. *c.* VI. *Alexander Macedonum rex gloriari ſolebat, a nullo ſe* beneficiis victum.

6. CUJUS CURATOR HUC MISSUS ES. Guelf. 11. *cujus procurator;* 10. 12. & Berger. *cujus orator*. Gruterus putabat, fuiſſe primitus: *cujus cauſſa huc miſſus es;* ſed ſine ulla neceſſitate. Ita ſupra dixerat *c.* LXXI. n. 3. *negotiorum curator*. Cic. pro Sext. *c.* XXX. *cujus* negotii publici *cogitari, optari, fingi* curatio *potuit, quae non eſſet attributa atque deſcripta*.

BELLUM EGO POPULO R. NEQUE FECI. Fabric. 1. omittit *pop. R.* At Guelf. 6. & Uratiſl. 3. ſcribunt, *bellum ego cum populo R.* Ita nempe *bellum cum quo* apud Juſtinum & Livium, uti & hic XL. *cap.* XXXIV. *pacem* cum illis *praeſtitis*. Cicer. pro domo *cap.* XXIII. *queis cum acerbum* bellum *ſuſcepimus*. & ſic alibi. Sed pro Sulla *cap.* XX. *cum bellum* reip. *facere voluiſſe*. Vinar. 1. *neque factum volui umquam*. Eleganter *factum*, pro *facere*. Ovid. II. Am. Eleg. VII. *Si ſit* peccaſſe *libido*. Lucan. III. *v.* 377. *jam non* excludere *tantum;* Incluſiſſe *volunt*.

FINIS MEOS ADVORS. ARMATOS. *Finis* ſcribunt Baſil. Senat. & Uratiſl. primi. Guelf. 9. *fines armatos meos adverſum armatos armis* cet. Baſil. 1. *At finis meos*, ex Gloſſa: Noſter adfirmationem ſubjicit negationi ſine tali particula. vide ad Cat. *c.* LII. n. 6. MSS. noſtri *tutatus ſum*, quomodo etiam edd. vett.

7. ID OMITTO, QUANDO VOBIS I. P. Guelf. 4. *id vero omitto*. Vinar. 2. & Berger. *id obmitto;* Guelf. 10. *obmittam*. Vinar. 1. *q. vobis placet, ita, ut*. Sed Berger. deficit *quando:* id mutant in *quoniam* Guelf. 6. & 7. male. Supra *c.* CII. n. 9. *nunc*, quando *per illam licet, feſtina*. Baſil. 1. *gerite, quod vultis, cum l. b.* Senat. 1. & Academ. *ut voltis*. Guelf. 11. & 12. *contra Jugurtham*.

8. EGO FLUMEN MULUCHAM, QUOD INTER. Eccard. Guelf. 1. & 9. *Mulucam*. Uratiſlav. 3. *Mululcam;* Fabric. 1. *Moluchbam;* Guelferb. 11. *Mulcam*. vide ſupra *c.* XCIII. n. 5. Vinar. 2. omittit *fuit*.

NON EGREDIAR, NEQUE ID INTRARE. Guelf. 1. *non egredior*. Uratiſl. 2. *ingrediar;* Berger. *aggrediar*. Guelf. 9. & 12. *neque intrare*, ſine Pronomine, quod deeſt etiam Venetae 1470. At Eccard. *non egrediar, neque Jugurtham finam. Egredi & intrare fines* uſitata ſatis; *egredi flumen & intrare*, quod fines regni conſtituit haud minus probabile: uti *intrare limen, vallum*.

SI QUID MEQUE VOBISQUE DIGNUM PETIVERIS. Eccard. *petiveritis*. Acad. *me quod vobis dignum:* quod unde ortum ſit, oſtendit Struv. *me vobis quod dignum*. Baſil. 1. *meque voſque dignum;* corrupte. Cat. *c.* LIV. n. 4. *nihil denegare, quod* dono *dignum eſſet*.

HAUD REPULSUS ABIBIS. I. haud repulſam feres, haud repelleris. Solent enim optimi Latinorum Verba geminare; & maxime Subſtantivum in aliud ſignificantius mutare; qua re modo quae antecedunt, modo ipſum ſtatum, denique etiam, quae ſequuntur ſimul exprimunt. Ad primam refero formam illud Ciceronis III. epiſt. 1. n. 3. *intelligo omnia, quae a me profecta ſunt in te, tibi* accidiſſe *gratiſſima*. Tacit. XIV. Ann. *c.* XI. *poſteaquam fruſtra* oblata *ſint:* quod male ſollicitant viri docti. Auct. B. Afric. *c.* LXXV. *iter ire contendit: & fugere contendit*. Capitolin. Vero *cap.* 1. *ut priorem Verum* intimatum *legentibus* darent. De ſtatu multa ſunt elegantia apud Noſtrum,
per

Digitized by Google

cham, quod inter me & Micipſam fuit, non egrediar, neque Jugurtham id intrare ſinam. Praeterea ſi quid meque vobiſque dignum petiveris, haud repulſus abibis.

CAP. CXI.

CXIX
1

AD ea Sulla pro ſe breviter & modice; de pace & de communibus rebus multis diſſeruit. Denique regi patefacit, *quod polliceatur, Senatum & populum Romanum, quoniam amplius armis valuiſſent, non in gratiam habituros: faciundum aliquid, quod illorum magis, quam ſua, retuliſſe videretur; id adeo in promptu eſſe, quoniam Jugurthae copiam haberet: quem ſi Romanis tradidiſſet, fore, uti illi plurimum deberetur; amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam nunc pete-*

per *habere*, *tenere*, *ire*, *eſſe* addita, eum declarantia. Catil. *c.* III. n. 4. *imbecilla aetas ambitione* corrupta tenebatur. ubi vide. Supra *c.* LXXXV. n. 7. *ut omnes labores*, *pericula* conſueta habeam. *c.* CII. n. 3. *quamquam* acciti ibant. *cap.* CVII. n. 4. *milites* caenatos eſſe *jubet*. ubi vide. Atque ita Livius II. *Sabini uſque ad portas urbis* populantes inceſſere. Spartian. Caracall. *c.* VI. *qui* praefectus *legionis* II. militabat. adde ſupra *c.* XXXI. n. 26. *quid erit reliquum*, *niſi ut iis*, *qui ea fecere*, obedientes vivamus. & quae adſcripſimus. Capitolin. Marco *c.* III. *ita quidem*, *ut quos non poſſet ob qualitatem vitae reip. proponere*, locupletatos teneret. Haec de ſtatu. ad quem quidem ea etiam, quae nunc memorabimus, trahas; habent tamen aliquid ex eo, quod poſt factum contigit, ut eſt in Noſtro *repulſus abibis*. Ita vero apud Noſtrum *victi*, *profugi*, *praecipites*, *inulti abeunt*. ita Catil. *c.* XLIX. n. 2. *ab adoleſcentulo Caeſare* victus diſceſſerat. ubi vide. Eod. *c.* LI. n. 5. *majores noſtri* impunitos *eos* dimiſere. Ovid. VII. Metam. *v.* 290. Pulſa fugit *macies: abeunt palloque ſituſque*. Corippus I. *v.* 317. *Vocibus his* flexus ceſſit. Auſonius Profeſſ. Epigr. XX. *Religio eſt*, tacitum *ſi te*, *Sedate*, relinquam. Lamprid. Severo. *c.* LVI. *Ex his trecentos cepimus*, *ducenti* interfecti jacent. Horat. II. Sat. I. extr. *Solventur riſu tabulae: tu* miſſus abibis.

CAP. CXI. 1. SULLA PRO SE BREVITER ET M. Guelf. 6. *& modice reſpondit*. Eccard. *Ad ea S. breviter pro ſe modice*. ut *breviter* ſuperfluum videri poſſet; non eſt. Guelf. 6. *de communis rebus*; Eccard. *de omnibus rebus*. Guelf. 9. *multis* omittit. id Eccard. & Guelf. II. mutant in *multum*; Vinar. 2. in *multa*. Livius XXIII. *c.* XXIV. *Dictator de ſe* pauca *ac* modice *locutus*.

DENIQUE R. PAT. QUOD POLLICEATUR. Vinar. I. *ante regi patefecit*, *quod pollicebatur*; & *pollicebatur* quidem eſt etiam in Uratisl. 3. & Guelf. II. Porro Fabric. I. *patefacit*, & 2. omittit *quod polliceatur*, pro quo alii rectius, *quae polliceatur*. Vinar. I. *Senatus & populus R.*

NON IN GRATIA HABITUROS. MSS. omnes, tribus exceptis, *in gratiam*. Eleganter autem *quid in gratia habere* dicitur, pro habere aliquid pro tali, cui debeatur gratia, quo ſim obſtrictus. Ita Cicero *ponere quem in gratia*, aliquem ita commendare ut alter credat, ejus operae & officio multum deberi. Livius XLIV. *c.* XL. *Se quoque* in gratia *reconciliatae pacis uti ponerent*. ubi vide Gronovium. Hinc Symmach. I. epiſt. III. *&* in *gravi* dono habeo, *hanc apud vos eſſe de noſtris epiſtolis cenſionem*. Id. V. epiſt. I. *Illud quoque* in ſumma pono gratiae, *quod te noſtri diligentiſſimum familiaris ſtili frequens uſus oſtendit*. item VI. epiſt. III. *ut* in gravi dono habiturus *ſim*, *ſi illius votis cura veſtra profuerit*. Atque eodem modo Noſter ſupra *c.* CIII. n. 6. *dona omnia* in *benignitate* habebantur. Eodem pertinet Symmacho frequentatum *in aere meo duco*, quod habes etiam apud Sidon. Apollin. V. epiſt. IX. princ.

FACIUNDUM ALIQUID. Guelf. Senat. Fabric. Uratisl. primi & Acad. *faciundum & aliquid*; quod ortum eſt ex aliorum ſcriptura, *faciundum eſſe aliquid*. unde Guelf. 6. *faciundum eſſe & aliquid*. Sed cum is codex rejiciat *quod*; adparet, arbitror, evadendum eſſe vocem *aliquid*, ut ſupra *cap.* XXII. n. 2. de quo judicium noſtrum propoſuimus ad Catil. *c.* LI. num. 33. Ura-

Digitized by Google

2 *peteret, ultro adventuram.* Rex primo negitare: *adfinitatem, cognationem, praeterea foedus interveniſſe: ad hoc metuere, ne fluxa fide uſus, popularium animos avorteret; quis & Jugurtha carus, & Romani invi-*
3 *ſi erant.* Denique ſaepius fatigatus, leniter & ex voluntate Sullae omnia

Uratislav. 2. *quam ſua utilitate retuliſſe vid.* Senat. 2. & Heuſſ. *ſuae utilitati retuliſſe;* Guelſ. 9. *illorum magis cauſſa.* Eccard. *quod illorum magis, quam ſuum videretur.* belle id quidem: ortum tamen, ut reliqua, ex male intellecta ſtructura Verbi *referre;* quam tamen etiam tirones docentur. vide ſimul Perizon. ad Sanct. III. *c.* V.

ID ADEO IN PROMTU ESSE. Uratisl. I. Guelſ. 9. & II. *in promtum.* Guelſ. 6. *eſſe id adeo in promtu.* Uratisl. I. *copiam quoniam I. haberet.* Guelſ. 9. *qui copiam,* cet. Infra Eccard. *fore, ut plurimum deberetur,* ſine Pronomine *illi.* Guelſ. II. *plurimum praemium.*

AMICITIAM, FOEDUS, NUM. T. P. Senat. Vinar. primi, Guelſ. I. & 6. *amicitia.* Vinar. 2. Senat. 2. & Heuſſ. *amicitiae.* Guelſ. 6. *tertiam Numidiae partem,* nempe quia eam Jugurtha promiſerat ſupra *c.* XCVII. num. 2. hic tamen fruſtra tale quid inculcatur. Promiſſis Sullae eventus reſpondit, & data eſt Boccho, poſtquam tradiderat Jugurtham, pars Numidiae a flumine Mulucha ad Ampſagam. vide Iſ. Voſſium ad Pomp. Mel. I. *cap.* V. pag. 337. *Tunc* mutant quidam Codd. in *tum;* ſed Guelſ. 12. recte excludit, quod ſcioli de ſuo adjecerunt, ut reſponderet ſuperiori *nunc.* vide ſupra ad *cap.* IV. num. 7. Guelferb. 7. *ſibi adventurum.* Glareanus haud male conjicit *adventura,* ut ſolet paſſim Criſpus. Sed editam tuentur dicta ad Catilin. *cap.* X. num. 2. Talia ſi minus opportune proferuntur, ſpecie quadam ſeſe excuſant: At illud imperitiae eſt, quando idem doctus vir ſupra *habituros* corrigit in *habiturum:* cum tamen plerumque *S. P. Q. R.* plurium numeri Verba accipiat, & Noſter ſupra ſcripſerit *cap.* XXVIII. num. 2. Senatus *a Beſtia conſultus... iique decrevere.*

2. REX PRIMO NEGITARE. Fabric. Remenſ. Incert. primi, Guelſ. 7. II. & Veneta 1470. *negare;* Academ. Franc. Eccard. Incert. 2. Uratisl. 3. Guelferb. 4. 6. 9. & edd. Pompon. *agitare.* Utrumque ſiſtunt Vinar. 2. Struv. Berger. Uratisl. 2. Guelſ. 10. & 12. *Rex primo negare, agitare,* quod ex varia lectione deſumtum, cum librarius quiſpiam, qui *negare* ſcripſerat addidit pro more *itare,* aut *gitare.* vide ſupra *cap.* XXIII. num. 2. & *c.* LXIII. n. I. Senat. 2. & Heuſſ. *Rex negare;* Guelſ. I. *Rex neglectare.* *Negitare,* antiquo more, nec mutandum ullo modo. Lucretius IV. *verſ.* 909. *Ne fieri* negites, *quae dicam, poſſe.* Vinar. I. *negitare, dicens.* Rudes & omnium rerum ignari id vellent in contextu: ſed pro expoſitione tenendum. Diximus plura ſupra ad *cap.* CVI. n. 3.

COGNATIONEM, ADFINITATEM. Uratisl. 3. *cognitionis adfinitatem,* pro *cognationis,* eo errore, quem tetigimus ad Cat. *c.* XX. n. 2. Sed Remenſ. I. prius vocabulum negligit, metuens, ne idem bis dicatur. Sed ſupra *c.* XIV. n. 15. adfines, *amicos,* propinquos *ceteros meos alium alia clades oppreſſit.* ubi vide.

NE FLUXA FIDE USUS. Guelſ. 4. *flexa.* De altero diximus ad *c.* CIV. n. 2. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXV. fluxam *per diſcordias militum* fidem, *& periculum ex ſingulis.* Vide Drackenb. ad Silii VIII. *v.* 322. *belli fervore retuſo* Fluxa fides *ſocium eſt.* Eccard. Guelſ. 9. Fabric. I. Franc. & Uratislav. I. *adverteret.* Academ. *animadverteret.*

ET ROMANI INVISI ESSENT. Fabriciani, Vinarienſes, Senat. I. Uratisl. I. Academ. Berger. Franc. Eccard. Guelſ. I. 4. 6. 9. II. & edd. vett. *inviſi erant,* quod inepte in *eſſent* mutarunt. vide ad *cap.* LXIII. num. I. Neque tamen adeo male utrumque a mangonibus eſſe, exiſtimat Gruterus.

3. DENIQUE SAEPIUS FATIGATUS. Vinar. I. *ſaepe fatigatus.* Sed Eccard. *Denique ſaepius ierat & ex voluntate.* Fortaſſe *ſaepius* fuerit tollendum. vide *c.* XIV. n. 20.

LENITUR: ET EX VOLUNTATE. Sic pauciſſimi ex noſtris. nam Fabriciani, Senat. I. Vinar. I. Uratisl. 2. 3. Academ. Struv. Incerti, Eccard. Guelſ. 4. 9. 10. & II. *leniter* exhibent; Guelferb. I. *leviter,* pro illo *lenitur.* Copulam tollunt Senat. Vinar. Fabric. Remenſ. primi, Uratislav. Incert. ſecundi, Struv. Guelſ. 7. 10. & edd. vett. illa vero ſaepiſſime incuria librariorum excidit, ubi *& ex* concurrunt. Haud tamen improbabile eſſet, ex Guelferb. I. haec ita concinnare: *Denique ſaepius fatigatus, leviter ex voluntate Sullae facturum promittit.* Alioquin *leniter,* pro *placide* capias neceſſe eſt, quomodo Noſter ſupra *cap.* LXXXIII. num. 2. *Ad ea rex ſatis* placide *verba facit.*

4. DE-

omnia ſe facturum promittit. Ceterum ad ſimulandam pacem, cujus 4
Numida, defeſſus bello, avidiſſumus, quae utilia viſa, conſtituunt.
Ita, compoſito dolo, digrediuntur.

CAP. CXII.

CXX

At rex poſtero die Aſparem, Jugurthae legatum adpellat: *ſibi* 1
per Dabarem ex Sulla cognitum, poſſe conditionibus bellum poni:
quamobrem regis ſui ſententiam exquireret. Ille laetus in caſtra Jugur- 2
thae venit. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, poſt

4. DEFESSUS BELLO, AVIDISSIMUS. *Erat* addunt Guelf. 1. 4. & alii quidam. Guelf. 6. *audivimus eras*, tranſpoſitis ſyllabis, pro *avidimus*, ut MSS. *avidiſſimus*, nota addita, ſcribere ſolent. Haec autem: *quae utilia ..... digrediuntur* deficiunt Eccardiano.

QUAE UTILIA VISA, CONSTITUUNT. Vinar. 2. *quae utilia viſa ſunt*, neglecto Verbo *conſtituunt*. Mox Guelf. 9. *ita impoſito dolo*. peſſime. Ita *compactum*, *conſutum*, *e compoſito* & ſimilia dicuntur. Noſter apud A. Gellium x. c. xx. *Nam Sullam conſulem, de reditu ejus legem ferentem*, ex compoſito *tribunus plebis prohibuerat.* Plaut. Amphitr. A. I. Sc. I. v. 210. *Ne tu iſtbic hodie malo tuo* compoſitis *mendaciis Adveniſti, audaciae columen*, conſutis *dolis*. Id. Capteiv. A. III. Sc. I. v. 29. e compacto *rem gerunt*. Supra c. LXVI. n. 2. *Deinde*, compoſitis *inter ſe* rebus, *diem tertium conſtituunt*. Livius IV. cap. XIII. *Jam comitia conſularia inſtabant. quae res eum nec dum* compoſitis *maturiſve ſatis* conſiliis, *oppreſſit*.

CAP. CXII. 1. ET REX POSTERO DIE. Eccard. Incerti, alii MSS. *At rex*. & ea connexio Salluſtio longe eſt familiariſſima. Sed Guelf. 10. ſine particula incipit: *Rex poſtero die Haſperem* &c.

ADPELLAT, DICITQUE SIBI PER DAB. Guelf. 4. *dicit quod*; 7. *dixitque*. Senat. 2. & Heuſſ. *Jugurthae legatum dicit ſibi*, reſectis, quae ſunt reliqua. Unde vett. codd. non habuiſſe *dicitque* colligas, & ſcripſiſſe Auctorem, ut ſupra c. CVI. princ. *Volux adveniens quaeſtorem* adpellat, *ſe a patre Boccho obviam illis ſimul, & praeſidio miſſum*.

POSSE CONDITIONIBUS BELLUM PONI. Senat. 2. & Heuſſ. *poſſe conditione*. Male. CONDITIONIBUS bellum ponere, pacem facere, opponitur puro arbitrio alterius partis. Noſter apud Servium: *bellum, quibus poſſet*, conditionibus *deſineret*. Hinc eleganter III. Hiſt. Or. Macri n. 13. *ne otium pro ſervitio adpelletis. quo jam ipſo frui, ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverit, non eſt* conditio. i. permiſſum: quia per conditiones exiguntur alia, alia permittuntur. Supra c. LXI. num. 5. *ne, ſi pax fieret, ipſe per* conditiones *ad ſupplicium traderetur*. Ita Livius III. c. LII. *miſſi ad plebem* conditionibus, *quibus videretur, revocandam*. Id. XXIII. c. VII. *Legati ad Hannibalem venerunt, pacemque cum eo* conditionibus *fecerunt*. ubi plura Gronovius. Dictys III. princ. *per totam hiemem dilato* conditionibus *in tempus bello*. Cicer. VI. epiſt. II. num. 5. *armis aut* conditione *poſitis, aut defatigatione abjectis*, qui uterque pro toto pacto acceperunt, de quo alibi. Sed & *conditiones ferre, accipere* Latini inde dixerunt. vide Gronov. ad Senec. III. Controv. Praefat. p. 223. & ad Liv. XXXIV. c. LIX. PONI, quod eſt in Fabricianis, Remenſibus, Incertis, Senat. 1. Uratisl. 3. Vinar. 1. Guelferb. 1. 4. & 10. item in Veneta 1470. elegantius eſt, quam aliorum *componi*, aut, quod in Eccard. & Guelferb. 6. viſitur, *deponi*. Academ. *bellum poni & ſedari*. Infra I. Hiſt. *dum metus a Tarquinio, & bellum grave cum Etruria* poſitum *eſt*. ubi vide. inde Papin. Stat. II. Silv. II. v. 118. *Tunc rabidi* ponunt *flatus, maris ipſa vetantur Obſtrepere*. i. componuntur, quieſcunt. adde A. Gellium II. cap. ult. Ovid. III. Met. v. 634. *Pone metum*, quomodo ille ſaepiſſime, pro *deponere*. Cicero, *tunicam ponere*; Alii *arma ponere*. Cornel. Nepos Pauſan. extr. *atque eodem loco ſepultus, quo vitam* poſuerat. Tacit. II. Hiſtor. cap. LII. princ. poſito *ubique* bello, *magna pars ſenatus extremum diſcrimen adiit*. atque is ita ſaepiuſcule. Infra Guelf. 9. *ſententiam experiret*; 12. *requireret*.

2. LAETUS IN CASTRA JUG. VENIT. *Venit* etiam noſtri meliores, non *proficiſcitur*. At Senat. 2.

Heuſſ.

poſt diem octavum redit ad Bocchum, & ei nunciat, *Jugurtham cupere omnia, quae imperarentur, facere; ſed Mario parum confidere: ſaepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam fruſtra fuiſſe.* 3 *Ceterum ſi ambobus conſultum & ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quaſi de pace, in colloquium veniretur; ibique ſibi Sullam traderet. cum talem virum in poteſtatem haberet, fore, uti juſſu Senatus atque populi Romani foedus fieret: neque hominem nobilem, non ſua ignavia, ſed ob rempublicam in hoſtium poteſtate relictum iri.*

CAP.

Heuſſ. Guelf. 1. & 6. vocem *laetus* omittunt.

CUNCTA EDOCTUS, PROP. ITINERE cet. *Cuncta* in Guelf. 12. inter lineas haeret. Guelf. 6. *cuncta ad Bocchus properatus properato itinere* &c. 10. *diem poſt octavum*. Vinar. 1. *& enunciat*. Guelf. 1. 4. & 11. *& ei denunciat*, ut MSS. Rivii. Senat. 1. *quae imperarentur ſe facere*. Guelf. 6. *omnia quaequae imperarentur*.

SED MARIO PARUM FIDERE. Guelf. 11. *ſed Mario parum fidem*. Eccard. Remenſes, Fabriciani, Senat. 1. Vinar. 2. Struv. Berger. Gu. 6. 9. & edd. vett. *parum confidere*: Compoſitum pro Simplici, quomodo ſupra Noſter *concedere*, pro *cedere*; Terent. A. IV. Sc. 1. *concrepuit oſtium*, pro *crepuit*, adnotante Donato. *Comparare*, pro *parare*, Capitolin. Vero c. VIII. *Aut convivante fratre, aut convivia comparante*. Ita *corripere, contrahere, conſcribere, conſolari, concurrere*, vide ad Cat. c. XLVII. n. 2. Curtius IV. c. X. n. 16. *dubitavit, an eas pro concione recitaret: ſatis* confiſus *Graecorum quoque erga ſe benevolentiae ac fidei*.

PACEM CONVENTAM. I. quae convenit, ſupra c. XXXVIII. extr. Ita *Sol occaſus*, qui occidit; *ſucceſſa*, quae ſucceſſerunt; *Lentulus abdicatus*, qui ſe abdicavit. vide ad Cat. c. XLVII. num. 3. adde Scioppium II. Veriſim. *cap.* II. Interpret. Phaedri 1. Fab. II. *v.* 4. Male itaque MSS. aliquot Gruteri, *confectam*; Noſtri omnes *conventam*, praeter Uratisl. 1. qui *pacem cruentam* exhibet.

3. BOCCHUS, SI AMBOBUS CONS. Nomen *Bocchus* deeſt Guelf. 1. & 12. & bene ſubintelligitur. Guelf. 12. *ambobus ſi conſultum* &c. Mox Vinar. 1. omittit dictionem, *dares operam*, pro qua Uratisl. 2. *det operam*.

UT UNA AB OMNIBUS IN COLLOQU. Venet. 1470. ut *una ambobus*. Guelf. 9. *quaſi de pe*; ſed 1. *quaſi de pace* nusquam habet. 10. *pace* tantum omittit. Nihil muto; ſed infra c. CXIII. n. 2. ubi eadem iterantur, mendum ſubeſſe ſcio.

IBIQUE SIBI SULLAM TRADERET. *Sibi* deeſt Vinar. 1. Uratisl. 2. & Guelf. 6. non male. Gu. 6. etiam *ibi*, pro *ibique*. 7. *ibique Sulla ſibi traderetur*.

CUM T. V. IN POTESTATE HABERET. Ita MSS. vetuſtiſſimi noſtri, Rivii & Gruteri. At nuperae quaedam edd. item Acad. Franc. Gu. 4. & II. *in poteſtatem*, eumque Archaiſmum pluribus confirmavimus ad Cat. c. XIX. n. 3. Eodem modo Quinctil. VI. c. II. p. 523. *neque enim ſunt motus* in *noſtram* poteſtatem. ubi vide Burmannum. Citat ea forma haec Noſtri Daviſius ad Caeſar. 1. Civ. c. XXV. additque Auct. B. Hiſp. c. XXXVI. *quod* Pompejum in poteſtatem *haberet*. Accedat multis aliis etiam S. Caeſarius Hom. II. *nimis periculoſa praeſumtio eſt, ut nos longa tempora ad agendam poenitentiam reſervemus, qui unius diei vitam* in poteſtatem habere *non poſſumus*. Quibus concurſus ejusdem dictionis *in poteſtate* formidoloſus eſt, hoc loco eam expungendam eſſe, exiſtimabunt. N. L.

JUSSU S. P. Q. R. FOEDUS FIERET. Ita edd. Sed MSS. ſive *juſſu ſenatus aut populi R.* ſive *ſenatus aut populi*, ſine addito *R.* ſive denique *Senatus & populi R.* Scribendum *atque*, pro *aut*, quae per ſecordiam librariorum millies confuſa ſunt. vide ad c. LXXXII. n. 2. Guelf. 4. *cum credebat, fore, uti*. Vox *foedus* deficit Guelf. 1.

NON SUA IGNAVIA, SED OB REMP. IN HOST. Voces *nobilem, non ſua* Eccard. deſiderat. Gu. 7. 10. & 11. *non ſua captum ignavia*, ita ut illi conjungant *in h. poteſtate relictum iri*. Perperam & falſo. Junge *ob remp. in hoſtium poteſtate* exiſtens, *non ob ſuam ignaviam*. Norat enim Jugurtha, ignavia ſua captos non rodemtos eſſe ab Romanis, ſaepe ultro hoſtibus deditos: at ob remp. captos quovis pretio liberari. Latinitatis eadem ratio, quae ſupra c. XCI. num. 5. *res trepidae, metus ingens, malum improviſum: ad hoc pars civium extra moenia* in hoſtium poteſtate, *coegere, uti deditionem facerent*. vide Perizon. ad Sanct. IV. c. IV. adde Cat. c. LVII. n. 4. Supra c. LV. n. 4. & c. CV. n. 4. *in* omittit Uratisl. 2. Praeterea Guelf. 6. & 12. *in h. poteſtatem*. *Relinquere* poſuit aut pro deſerere, rejicere, ut Catilin. *cap.* LVIII. num. 15. aut pro *relinquere in poteſtate*, per Zeugma figuram.

CAP.

Digitized by Google

CAP. CXIII.

cxxi.
HAec Maurus ſecum ipſe diu volvens tandem promiſit. ceterum dolo, an vere, parum comperimus. Sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, ſic mobiles, ſaepe ipſae ſibi ad- 1
vorſae. Poſtea tempore & loco conſtituto, (in colloquium uti de pace veniretur) Bocchus Sullam modo, modo Jugurthae legatum ad- 2
pellare, benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter lae- 3
ti, ac ſpei bonae pleni. Sed nocte ea, quae proxuma fuit ante diem,

CAP. CXIII. 1. HAEC MAURUS SECUM 1. Fabric. 1. *Ea M. ſecum ipſe divolvens tandem promittit*. Et illud *Ea*, pro *Haec* viſitur etiam in Eccard. Guelf. 6. & 12. Ac *promittit*, pro *promiſit* in Uratisl. 1. Eccard. & Guelf. 12. Male autem Guelf. 11. *ipſe* omittit, de quo dictum ad Cat. c. XXXII. num. 1.

DOLO, AN VERE CUNCTATUS. Guelf. 6. *dolo annuere cunctatus*, ſcribae errore. 9. *cunctaturus*; 4. Acad. Berger. Incert. 1. & edd. *dolo*, *an vero*. Gruterus non male ſpurium quid in dictione *cunctatus* odorabatur, quae eſt prorſus aliena. Nam nihil de mora Bocchi hic memorandum erat. At de eo, quod Jugurthae legato idem, quod Sullae, promiſerat, addendum erat *dolone*, an *vere* promiſerit Maurus. Id etiam proxima oſtendunt.

VOLUNTATES UT VEHEMENTES cet. Expreſſit idem de juvenibus apud Waſſium Ariſtaenetus 1. *αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων* ΤΑΧΕΙΑΙ, *καὶ μέντοι πολλάκις* ΕΑΥΤΑΙΣ ΕΝΑΝΤΙΑΙ. Sed bene Noſter *voluntates*, neque, quod ille, *cupiditates* dixit. Intelligit enim *favores* regum; quemadmodum *velle* ſaepe pro *favere*; & *voluntas*, pro *benevolentia* dicitur. vide Daviſium ad Caeſar. 1. Gall. c. XIX. Is etiam oſtendet *voluntates* recte plurium numero uſurpari ad haec Caeſ. v. Gall. c. LIV. *tantamque omnibus voluntatum commutationem adtulit*.

2. CONSTITUTO, IN COLLOQUIUM UTI DE PACE VENIRETUR, BOCCHUS. Fabric. 1. *poſtea*, *loci*, *conſtituto tempore* cet. Ortum haud dubie ex ſcriptura Nazariani, quae etiam in Fabric. 2. Eccard. & Guelf. 10. ſervata eſt: poſtea *tempore*, *loco conſtituto*, quam adprobat Gruterus. Struv. *in colloquio*; idem MS. Incert. 1. Guelf. 7. 10. 11. & edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. *conveniretur*. de quo ſi multa diceremus, nihil tamen in Salluſtio actum eſſet. nam haec omnia, *in colloq. u. d. p. veniretur*, ſunt ex Gloſſa putidiſſima. nec multum jactabo, quod ab interpretibus hoc nondum ſit animadverſum: modo nunc demum ſapere diſcant. Tranſlata ſunt ex c. ſuperioris n. 3. & cum vix ſex, ſeptem verſus intercedant, is, qui talia ferenda eſſe judicabit, viderit, quomodo naſutioribus probet. maxime, cum ſtatim excipiat, *ante diem colloquio decretum*. Nam hic quidem ne conſtructio quidem exacta, nedum Salluſtiana eſt: *tempore*, *loco conſtituto*, uti *in coll.* cet. Et quae cauſſa ad haec inſarciendum adjuverit, ea in aperto eſt: nimirum abſolutus poſitus vocis *conſtituto*, quam tamen ea omnia, quae inepti Gloſſargi adſuerunt, inferre, diximus & probavimus ſupra ad c. LXVI. num. 2. *dein compoſitis inter ſe rebus diem tertium* conſtituunt. ubi vide. Similis plane error dehoneſtaverat Criſpum c. LXXV. num. 5. *diem locumque dicit*; ubi vulgo: *diem locumque*, ubi praeſto forent, *praedicit*. Denique abſunt haec, *in colloquium*, ab uno MS. Waſſii. Ceterum quam multis ejuſmodi colloquia exitio fuerint, docebunt notae Gebhardi ad Corn. Nep. Datam. c. X. num. 3. Boecleri ad Vellej. Pat. II. c. CII. num. 2. & Freinſhem. ad Flor. II. c. II. num. II.

BENIGNE HABERE. I. tractare. vide omnino notam ad Cat. c. XI. num. 5. *exercitum luxurioſe*, *nimiſque liberaliter* habuerat.

AC SPEI BONAE PLENI ESSE. Fabric. 2. omittit *eſſe*; recte illud: dubito, an idem pronunciandum ſit de Gu. 11. qui *pleni* haud agnoſcit. Eleganter quidem & hoc exſulat: adhibet tamen in ſimili prorſus dictione Caeſar, laudatus ſupra ad c. XLIV. n. 2. *imperatori plus ſollicitudinis*, *quam ex copia militum auxilii*, *aut* ſpei bonae *accedebat*. item Symmachus I. epiſt. LXII. pr. Bonae ſpei plenus, *poſtquam mihi adventus veſtri feciſtis indicium*, *calcar quoddam ſuppingo properantibus*. Ita & Livius VI. c. XVIII. *animorum irarumque* plenior. Ita *plenus animi*, *fiducia* paſſim reperias licet.

3. ADHIBITIS AMICIS. Guelf. 1. *adhibitis ſecum*

diem, colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, remotis, dicitur ſecum ipſe multa agitaviſſe, voltu corporis pariter, atque animo varius: quae ſcilicet, tacente ipſo,

cum amicis. fruſtra: *Adhibere* abſolute pro advocare, & ſecum habere adeo frequens eſt, ut inde etiam factum ſit, ut pro conſulere, conſilio cujus uti itidem praeciſe ponatur. vide Graevium ad Luciani Soloeciſt. n. 40. & paſſim ad Ciceronem. At Plinius I. epiſt. v. *ideoque me etiam, cum recitaret libellum, non* adhibuit. Curt. VII. *c.* XI. n. 6. Adhibiti, *cum quibus conſultaret*. Senat. 2. & Heuſſ. *amicis, omiſſo priore conſilio, ac ſtatim* &c.

REMOTIS CETERIS DICITUR SECUM IPSE M. A. Dudum Ciacconius & Urſinus admonuerunt, illud *ceteris* abundare, quod non exſtare in Fabric. I. teſtor, & damnari etiam ab Heuſſ. & Senat. 2. ubi *remotis ceteris* exſulat. Namque *adhibere* amicos, & ſtatim *removere*, id erat ſignum varii animi. MSS. noſtri plerique *multum*, non *multa*.

VULTU, COLORE AC MOTU CORPORIS PARITER ATQUE. Nihil hic ſalebroſum nec obſcurum, niſi quod ipſi interpretes adfundunt. Voces illae *colore ac motu* ſuperfluae ſunt, & jam ejecit Gruterus; neque illae habentur in Vinarienſibus, Senatoriis, Baſil. I. Academ. Fabric. 2. Struv. Incert. 2. Heuſſian. Uratisl. I. Guelf. I. & 4. qui omnes: *voltu corporis pariter, atque animo varius*, exhibent. Guelferb. 6. *vultu motu corporis pariter* &c. II. *vultu corpore pariter*, &c. Unicum illud *corporis* hos motus dedit; neque enim vulgatum eſt *vultus corporis*. Criſpum tamen ita ſcripſiſſe, perſuaſum habeo. Etſi enim bene forte deleatur litigioſa iſta vox, tamen in oppoſitione *animi* non ſine gratia legitur quomodo alibi tamquam ſuperflua talia adduntur ab Noſtro. Catil. *cap.* XI. num. 3. *ea, quaſi venenis malis imbuta*, corpus animum*que virilem effeminat*. quo & perfrequentia apud Noſtrum, *timor animi, virtus animi*; item *ſolis ardores, parricida reip. navium carinae*. Juvenal. Satyr. IX. *v.* 18. *Deprendas* animi *tormenta latentis in aegro* Corpore, *deprendas & gaudia: ſumit utrumque Inde habitum facies*. Ergo potuit etiam Auguſtinus, quem Waſſius adſcripſit, eodem modo loqui Epiſt. VII. *multos* in *noſtro* corpore vultus *coloresque formamus*.

QUAE SCILICET TACENTE IPSO.... PATEFECISSE. Recte *ſcilicet* h. e. ſcire licet *patefeciſſe*, atque id exſtat in Vinarienſibus Baſil. I. Acad. Fabric. 2. Uratisl. I. & 3. Berger. Incert. 2. Guelf. 4. 7. 10. 12. & Veneta 1470. etiamſi pauci ex illis *patefeciſſe dicitur* exhibeant, quod ab ignorantia librariorum provenit. Supra *c.* IV. n. 6. Scilicet *non ceram illam, neque figuram tantam vim* habere. *c.* CII. n. 9. *cui* ſcilicet placuiſſe, *& vim & gratiam noſtram experiri*. Plaut. Rud. Act. II. Sc. III. *v.* 64. *Nunc eam cum navi* ſcilicet abiviſſe *peſſum in altum*. Diviſim Varro VIII. de L. L. *Ex quo* licet ſcire *verborum rationem* conſtare, pro eo, quod eſſet: *ex quo nimirum verborum ratio conſtat*. Plura Gronov. III. Obſerv. *cap.* IX. Ita *videlicet* Gellius XVII. *c.* 4. *Haec ille rhetoricus artifex dicere quibuſdam videbatur perite & ſcienter: ſed* videlicet *eum vocabula rerum vera* ignoraviſſe. QUAE, i. *quas res*, nempe remotionem amicorum repentinam, quod ſecum ipſe ſolus multa agitaverit, quod vultum mutaverit, *ea omnia* ſcire licet patefeciſſe, animum Bocchi aeſtuare. Supra *c.* LXII. n. 5. *imperat argenti pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum & armorum aliquantum*. Quae *poſtquam ſine mora facta ſunt* &c. TACENTE IPSO, i. etſi ipſe non eloqueretur, nec verbis manifeſtaret aeſtum animi ſui. Seneca Herc. Oet. *v.* 704.

— licet ipſa negas
Vultus loquitur, *quodcumque tegis*.

Idem Agamemn. *v.* 128.

Licet ipſa ſileas, totus in vultu *eſt dolor*.

Caeſar I. Civ. *c.* XIX. *Cum* vultus *Domitii cum* oratione *non conſentiret atque omnia trepidantius timidiusque ageret*.

OCCULTA ORIS PATEFECISSE. Ita Carrio, Gruterus, Waſſius. Gruterus ejiciendum cenſet *τὸ oris*: ac ſtatim immutato conſilio, ut eſt praeceps, ubi ſeſe non expedire poteſt, iſtaec omnia pro irreptitiis declarat. Waſſius cum paginam nobis compleſſet ſententiis quibusdam de vultu, cordis conſilia prodente, concludit: *quare permittamus huic loco ejus tenebras*. Ipſe nullas tenebras ſentio, ſi ex MSS. reſcribas, *occulta pectoris patefeciſſe*. Ita nempe eſt in Palat. 4. 7. & 8. ita etiam in Franc. Struv. Berger. Incert. 2. Fabric. I. Eccard. Guelferb. 6. 7. & 12. atque id immutatum in aliis vetuſtiſſimis in *& oris*, facili, ut vides, lapſu. quod cum per ſe poni non potuerat, addiderunt alii *immutatione*, ut ſuſtineretur *& oris*: alii autem ex *pectoris* fecere *ſpecie oris*; alii *cordis, corporis, vocis & oris*, quae omnia in noſtris MSS. inveni. denique etiam *occul-*

ipſo, occulta pectoris pateféciſſe. Tamen poſtremo Sullam arceſſiri 4
jubet, & ex ejus ſententia Numidae inſidias tendit. Deinde, ubi 5
dies advenit, & ei nunciatum eſt, Jugurtham haud procul abeſſe;
cum paucis amicis & Quaeſtore noſtro, quaſi obvius honoris cauſſa,
procedit in tumulum, facillumum viſu inſidiantibus. Eodem Nu- 6
mida cum plerisque neceſſariis ſuis, inermus, ut dictum, accedit;
ac ſtatim, ſigno dato, undique ſimul ex inſidiis invaditur. Ceteri 7
obtruncati: Jugurtha Sullae vinctus traditur, & ab eo ad Marium
deductus.

CAP.

occultare & oris. unde alii *occultam rem oris.* Sed hiſce, lector, te non obtundam, cum longe plura adſcribenda eſſent, & jam ſatis pateat, veriſſime a nobis locum reſtitutum eſſe. Nazarius in Panegyr. Conſtant. ubi multa in hanc rem diſſerit, hoc etiam addidit: *Non enim ſe capit exundantis laetitiae magnitudo, ſed dedignata* pectorum latebras *multa & candida foris prominet, ut intelligatur, non ingenzior eſſe, quam verior.* Hieronym. ad Fur. de ſerv. Viduit. *Speculum mentis eſt facies, &* taciti *oculi* cordis *fatentur* arcana. Adpoſite Tacit. Germ. *c.* XXII. *Gens non aſtuta nec callida, aperit adhuc* ſecreta pectoris *licentia loci.* Eodem pertinent, quae multi de hac ſententia ſcripſere. vide Interpretes Minucii Fel. *c.* IV. qui & nobis quaedam praeripuerunt, Weitzium ad Terent. Cl. Bentlej. ad Horat. II. Sat. V. *v.* 104. Drackenb. ad Sil. VI. *v.* 384. adde Cic. I. Offic. *c.* XXIX. & Quinctil. XI. *c.* III.

4. TAMEN POSTREMO S. ARCESSI JUBET. Guelf. 10. *tandem poſtremo.* Eccard. Vinarienſes, Fabric. 2. Berger. Struv. Franc. Uratisl. 2. & 3. Guelf. 1. 6. 10. 12. & edd. vett. *accerſiri;* Senat. 2. & Heuſſ. *accerſire.* Fabric. Senat. Uratisl. primi, *accerſi;* Guelf. II. *arceſſiri*, ut nos ſcripſimus. vide ſupra ad *c.* LXII. n. 4. Mox & omittit Guelf. 6. & deinde Eccard. *inſidias tendere*, pro *tendit.*

5. ET EI NUNCIATUM EST. Vox poſtrema deficit Uratisl. I. & duae priores Guelf. 4. Conjiceres, *nunciato, Jugurtham h. procul abeſſe.* Non probo. Guelf. II. *haud procul eſſe.* Edd. Pompon. *haud longe eſſe.* Struv. & Franc. *haud longe abeſſe.* Vinar. I. *& quaeſtori noſtro.*

QUASI OBVIUS HONORIS CAUSSA. Guelf. 10. *quaſi obvii.* Non male, *quaſi obvii h. c. procedunt*, nempe Bocchus cum paucis amicis & Sulla. vide ad Cat. *c.* XLIII. n. I.

FACILLIMUM VISU INSIDIANTIBUS. Guelf. 7. *fac. viſui;* 9. 10. Eccard. & Uratisl. I. *facillimum viſum.* Guelf. I. *inſultantibus*, pro *inſidiantibus.* 4. *ab inſidiantibus.*

6. CUM PLERISQUE NECESSARIIS SUIS. Eccard. *cum pl. accerſitis ſuis.* Berger. & Gu. 10. *inermes.* Melius, *inermi, ut dictum, accedunt. ut dictum*, ſine *erat*, habet Senat. I. pro quo Guelf. I. *uti doctum erat*, & inter verſus, *uti decretum erat.* Eccard. *accederet.*

AC STATIM, SIGNO DATO, UNDIQUE SIMUL. Senat. 2. & Heuſſ. negligunt Copulam *ac.* Eccard. non habet *ſimul.* Tuetur auctor Cat. *c.* XLV. n. 3. ſimul *utrimque clamor exortus.* Fabric. I. deſunt *ex inſidiis.*

7. CETERI OBTRUNCATI. Guelf. 7. & edd. Pompon. Vit. & Lipſ. 1510. *Ceteris obtruncatis.* perperam. Eccard. *obſtruncati.*

JUGURTHA SULLAE VINCTUS TRADITUR. Gu. 10. *traditus.* Eccard. *& ab eo ductus eſt ad Marium.* Guelf. 12. Vinar. I. Senat. 2. & Heuſſ. *ad M. ductus eſt.* Ceterum Sulla hanc operam a ſe reip. praeſtitam tanti fecit, ut imaginem hujus traditionis annulo ſignatorio inſculptam haberet, eaque omnia ſignaret. vide Plin. XXXVIII. *c.* I. & Valer. Max. VIII. *c.* XV. Erant etiam ea tempeſtate, qui propterea multum gloriae Marii detraherent, ac dicerent, initia belli ab Metello, finem a Sulla confecta eſſe; Marium aliorum operam ſuam gloriam feciſſe. vide Plutarchum in Sulla & Mario.

Digitized by Google

CAP. CXIV.

CXXII.

1 PER idem tempus advorſum Gallos ab ducibus noſtris, Q. Cae-
2 pione & M. Manlio male pugnatum. quo metu Italia omnis
contremuerat. Illique & inde ad noſtram memoriam Romani ſic
habuere: alia omnia virtuti ſuae prona eſſe; cum Gallis pro ſalu-
3 te, non pro gloria certare. Sed poſtquam bellum in Numidia con-
fe-

CAP. CXIV. 1. **Q. CAEPIONE ET M. MANLIO**. Noſtri fere *Q. Scipione;* Eccard. *Quintos Cipione;* Senat. 1. *Q. Cipione;* Vinar. 2. *Q. Stipione;* Fabric. 1. *Cepione & Mallio:* ac *Mallio* quidem, aut *Manlio* etiam aliquot alii, ſine Praenomine. Guelf. 12. C. *Manlio;* at 9. *Gn. Mallio*, recte, atque eodem modo Faſti Conſulares, Cicero & Valer. Maximus in melioribus codd. ut pluribus, lapide etiam vetuſto, comprobat Pighius Tom. III. Ann. p. 145. ubi & ipſam hiſtoriam adverſae hujus pugnae breviter, pro more ſuo, perſtringit. adde Bongarſ. ad Juſtin. XXXII. c. III. Florus III. c. III. *Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec ſecundum* Manlius, *nec tertium* Caepio *ſuſtinere potuerunt. omnes fugati, exuti caſtris. Actum erat, niſi* Marius *illi ſaeculo contigiſſet.* vide ibi interpretes & Tacit. Germ. c. XXXVII. Noſter *advorſum Gallos* dicit, cum rectius *Germanos* dixiſſet; erant quippe *Cimbri, Teutoni & Tigurini*. Sed vide Ducker. ad Flor. l. c. n. 1. cui utiliter junges doctiſſimam Cellar. Diſſert. de Cimbris & Teutonis, primis Romanorum ex Germania hoſtibus. Senat. 1. *per id tempus*.

2. **ITALIA OMNIS CONTREMUERAT**. Baſil. 1. Fabric. 2. & Guelf. 1. *contremuit*. Sed in hoc Guelferbytano aliud primitus Verbum exaratum fuit. Is etiam & 10. *Italia tota*. perperam. QUO *metu* non exponendum, *Propter quod* metu; ſed *ob quem metum*, qui nempe inde ortus eſt, quod duces Romani advorſum Gallos male pugnaverant. Ita ſupra c. V. n. 2. *tum demum ſuperbiae nobilitatis obviam itum eſt*. quae contentio *divina atque humana permiſcuit*. ubi vide. . . . . .

ILLIQUE ET INDE USQUE AD NOSTRAM MEM. ROMANI. Ita Gruterus & Waſſius. Alii: *illique & uſque noſtram mem.* Cum Grutero faciunt aliquot ſcripti Codd. At Veneta 1470. *& omnes uſque ad noſtram m.* Vinar. 1. *inde & uſque ad n. m.* Fabric. 1. Eccard. Gu. 7. & 9. *& deinde uſque ad n. m.* Senat. 1. & Fabric. 2. *Illincque & uſque ad n. m.* Franc. *illa uſque etiam ad n. m.* Sed Uratisl. 2. omittit *uſque;* in Guelf. 12. autem *Romani* in ſpatio interlineari jacet. Suſpicor fuiſſe olim: *illique in noſtram memoriam;* aut certe, *illique & inde ad noſtram memoriam ſic babuere*, reliquis reſectis. *Illi*, nempe *Itali*, *Romani;* quod & quibusdam interpretibus impoſuit. *Italia*, *illi* cohaeret ita, ut Cat. c. V. n. 8. *Incitabant corrupti* civitatis *mores*, quos *peſſuma ac diverſa inter ſe mala ... vexabant. quos*, nempe *cives*, ex *civitatis* intelligendo. ibi vide plura. Sic ſupra c. LXXXIX. n. 7. *Id ibique & in omni* Africa, qui *procul a mari incultius* agebant, *eo facilius tolerabatur*. Hujus rei neglectus, aut librarii cujusdam interpretatio peperit infra vocem *Romani*, quae eſt interficienda. Porro IN *noſtram memoriam*, ut conjicio, pro *uſque ad*. Sueton. Veſpaſ. c. VI. *Depoſita ſimultate, quam* in *id tempus ex aemulatione non obſcure gerebat.* Florus II. c. XX. extr. *cum medicaminibus imperis* in id tempus *ſacroſancta Romanorum arma violaſſet.* Aut potius cum MSS. AD, eodem ſenſu, quod & alibi placuit Noſtro. Supra c. LXIII. n. 6. *Tamen is* ad id *locorum talis vir.* Ita Plinius VII. c. XLIII. *ad hoc aevi*. Tacitus XII. Ann. c. XI. *ſpectatae* ad id *modeſtiae*. Supra c. LXXXV. num. 7. *ita* ad hoc *aetatis a pueritia fui.* n. 45. *quae* ad hoc *tempus Jugurtham tuta ſunt*.

SIC HABUERE. Guelf. 12. *ſic ſe babuere;* 6. *ſic babuere illum;* 4. *ſic babuerunt rem.* Male omnes. *Habere* hic eſt exiſtimare, ſtatuere, pro certo habere. Cato de R. R. Praefat. *Majores enim noſtri* ſic habuerunt, *& ita in legibus poſruerunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli*. Id. c. 1. ſic *in animo* habeto, *uti ne cupide emas*. Aur. Victor. Caeſar. c. XX. *Cum omnes, praecipueque poſteri* ſic habent, *illa ingenia, niſi publico latrocinio ac per dementiam opprimi non potuiſſe*.

NON PRO GLORIA CERTARE. *Certare* exhibent Vinarienſes, Uratislavienſes, Senat. 1. Baſil. 1. Incerti, Fabric. 2. Eccard. Acad. Berger. Franc. Guelf. 1. 6. 9. 10. 11. 12. & edd. vett. At
Struv.

fectum, & Jugurtham vinctum adduci Romam nunciatum eſt; Marius Conſul abſens factus, & ei decreta provincia Gallia. isque Ka-
lendis Januariis magna gloria Conſul triumphavit. Ea tempeſtate 4
ſpes atque opes civitatis in illo ſitae.

Struv. *pugnare*, quomodo Hieronymus. reliqui *certari;* ſcilicet propter *prona eſſe*, ut in eadem qualitate maneret oratio; quod conſilium toties Salluſtio oneri fuit. refutatum autem ad Cat. *c.* LI. n. 40. & *c.* LIII. n. 3. Sic & ſupra *c.* XII. n. 5. *quaerere — interficere; ſcrutari — effringere; ſtrepitu ac tumultu omnia* miſceri. ita ſcribendum. *c.* XXXV. num. 3. movere, *quam* ſeneſcere *omnia malebat.* vulgo *moveri.* *c.* XLVI. n. 6. *illa deditionis ſigna* oſtentui *credere*, *& inſidiis locum* tentare. *c.* LIII. n. 2. *deinde*, *ubi propius* ventum, *utrimque magno clamore* concurrunt. *c.* LXVII. n. 2. *ita neque* cavere *anceps malum*, *neque a fortiſſumis infirmiſſumo* generi *reſiſti poſſe*. *c.* LXXVI. n. I. *ceterum proditionem timebat*, *quam* vitare *poſſe celeritate putabat: nam talia conſilia per otium & ex opportunitate* capi. *c.* LXXIX. n. 10. *Carthaginienſes Philaenis fratribus eo loco aras* conſecravere; *aliique illis domi honores* inſtituti. Addo hic unicum Liv. XXII. *c.* LVIII. *Non internecivum ſibi* eſſe *cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio* certare. In ſententiam vide adducta ad *c.* XCIV. num. 4.

3. CONFECTUM, ET J. V. ADDUCI ROMAM NUNC. Guelf. 4. *confectum fuit*. Eccard. & Gu. 6. *Romae nunciatum eſt.* Fabric. 2. *vinctum duci;* Gu. 9. *victum duci.* vide Senec. de Tranqu. An. *c.* XI. Prudent. I. in Symmach. *v.* 525.

MARIUS CONSUL ABSENS FACTUS EST. Nempe, iterum Conſul factus eſt: cujus rei memoria ſervata etiam in veteri Inſcriptione: C. MARIVS IVGVRTHAM. CEPIT. ET. TRIVMPHANS. IN. SECVNDO. CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM DVCI. IVSSIT. vide eam & plura apud N. Heinſium ad Silii IX. *v.* 635. ABSENS ad ſingularem favorem pertinet, cum alioquin abſentis haud facile ratio haberetur. vide Freinsh. & Ducker. ad Flor. IV. *c.* II. n. 16. Paullo iniquior in Marium eſt Seneca Epiſt. XCIV. pag. 453. *Quid, tu C. Marium ſemel conſulem (unum enim conſulatum accepit, ceteros rapuit) cum Theutonicos Cimbroſque concideret, cum Jugurtham per Africae deſerta ſequeretur, tot pericula putas adpetiſſe virtutis inſtinctu?*

ET EI DECRETA PROVINCIA GALLIA. Vacat hoc omne in Franc. pro quo Uratiſl. 2. *& ei decreta provincia eſt*. Senat. I. *eique decreta p. G.* Cicero de Prov. Conſ. *c.* VIII. *Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Craſſus, M. Scaurus alii ne inimici? omnes Metelli. At hi non modo illum inimicum ex Gallia ſententiis ſuis, non detrahebant, ſed & propter rationem Gallici belli, provinciam extra ordinem decernebant.*

ISQUE KALENDIS JANUARIIS. Sic optimi ſcripti. Senat. I. *KL. Januarias* Guelf. 9. *uſque in KLis Januarii.* II. *uſque ad Kal. Januarii.* Eccard. Acad. & Struv. *iſque Kalendas Januarias.*

MAGNA GLORIA CONSUL TRIUMPHAVIT. *Conſul* deeſt Uratiſl. 2. & edd. Pompon. Nec magnopere aliquis deſideraverit, cum neceſſe ſit eum *conſulem* triumphaſſe, qui modo conſul factus erat & Kalendis Januariis triumphavit, quo die magiſtratum inire ſolebant. vide Plutarch. in Mario. De *triumphis* non eſt, quod plura dicamus. Eximiam tamen imaginem eorum videre poteris apud Ovid. I. Amor. Eleg. VII. *v.* 35. Noſter Catil. *cap.* LIX. extr. dixerat, *cum magna gloria*. Sed & Juſtin. X. *cap.* III. *Cum adverſus provocatorem hoſtium Codomannus quidam* omnium favore *proceſſiſſet*. Ubi male Vorſtius, *cum o. favore*, contra codd. MSS.

4. EX EA TEMPESTATE. Ita Gruterus ex membranis ſuis potioribus. Sed apud nos Eccard. *Et ea tempeſtate*, quod haud paullo melius foret, niſi talis conjunctio hic ſaepe nimis iteraretur. Ergo forte fuerit initio: *Ita ea tempeſtate?* Immo reſcripſi cum Fabric. I. Franc. Incert. I. Guelf. 10. 12. Berger. Uratiſl. I. 3. & omnibus edd. vett. *Ea tempeſtate*. Ita enim ſenſus poſtulat, & de Mario, qui poſt eam tempeſtatem tot mala in remp. contulit, non ita laxe, *Ex ea tempeſtate*, loqui debebat Criſpus. Accedit auctoritas Sulpicii Sev. I. *c.* XI. ubi de Joſepho majori jure *Ex ea tempeſtate* ſcribere potuerat: Ea tempeſtate *ſpes atque ſalus Aegypti in illo ſita erat*. Cicer. pro L. Man. *c.* XX. *ut in uno C. Manlio ſpes imperii poneretur*. Eum propterea III. Cat. *c.* X. *cuſtodem urbis* adpellat.

SPES ATQUE OPES. De hac formula vide dicta ad Cat. XXI. n. I. *quid ubique* opis *aut* ſpei *haberent*. Plaut. Pſeud. A. I. Sc. I. *v.* 109. In te *nunc ſunt omnes* ſpes *aetati* meae. Mil. A. IV. Sc. II. *v.* 60. *Spes in te uno 'ſt*. Apulej. Apolog. p. 319. *Omnes illi fratrique divitiarum* ſpes *in facultatibus matris* ſitae erant.

IN ILLO SITAE. Recte ita Gruterus ex MSS. ſuis & edd. vett. atque eodem modo Fabriciani, Senatorii, Vinar. I. Baſil. I. Heuſſ. Guelf. I. & 9. cum

Digitized by Google

9. cum edd. vett. noſtris. Reliqui non omnes *erant* addunt; ſed Incerti, Uratislavienſes, Acad. Struv. Berger. Franc. Vinar. 2. Eccard. Guelf. 4. 10. 11. 12. *ſitae ſunt;* Guelf. 6. *ſunt ſitae.* 7. *ſitae fuere*. Verum jam Gellius v. *c.* viii. docuit: Eſt, erat & fuit *plerumque abſunt cum elegantia, ſine detrimento ſententiae.* quod tam in ea ſtructura, de qua Aulus loquitur, quam in aliis ſtudioſe obſervavit Criſpus. Et Verbis quidem aut Nominibus, ut loquuntur Verbalibus, atque Participiis ne ſemper quidem ſine detrimento ſententiae additur Verbum Subſtantivum. Cum enim hoc tempus quoddam definiat, illa autem ſint indefiniti temporis; valde indecorum eſſet, ubi res non poſſit, per tale additamentum aliquid definire. vide notam ad *c.* xci. extr. Praeterea cum tertius Caſus, aut ſextus cum Praepoſitione, aut aliqua particula additur, quae jam ſatis innuunt, *ibi, in eo, illis* fuiſſe; ſuperfluum erat, fulcrum addere, quod non habeat, quod ageret. vide ad *c.* vii. n. 4. Denique ſi temporis quaedam notatio neceſſaria fuerit, ea autem per aliud Verbum, quod ſententiam clauderet, efficiatur; non reprehendendus eſt, qui, neglecto Verbo Subſtantivo, compendium verborum facit, ut ſupra *c.* xcii. n. 2. *illi aut mentem divinam* (*eſſe* addunt vulgo) *aut deorum nutu cuncta* portendi. ubi vide. Sed jam quaedam alia ſubjiciamus. Cat. *c.* xx. n. 10. *Victoria nobis in manu. Cap.* lii. n. 11. *eo reſp. in extremo* ſita. *Cap.* lv. extr. *De Cethego.... eodem modo ſupplicium* ſumtum. *Cap.* lviii. n. 7. *ferro iter* aperiundum; *Cap.* lxi. n. 4. *Catilina inter hoſtis* repertus; n. 7. *neque tamen exercitus populi R. laetam aut incruentam victoriam* adeptus; Supra *c.* ii. n. 1. *uti genus humanum* compoſitum *ex corpore & anima; c.* xiv. n. 15. *pars beſtiis* objecti *c.* xxvii. n. 2. *tanta vis gratiae atque pecuniae regis; c.* x. n. 2. *In Hiſpania nomen familiae* renovatum; *c.* xxxi. n. 5. *in veſtra manu* ſitum; n. 18. *magis feciſſe, quam illis accidiſſe* indignum; *c.* xxv. n. 4. *in quis M. Scaurus; c.* xxiv. n. 10. *ſi ulla memoria* apud vos *avi mei Maſiniſſae; c.* xxxi. n. 19. *exiſtimabitis, qualis illa pax; c.* xxxv. n. 4. *neque Jugurthae in amicis ſatis praeſidii; c.* xi. n. 5. *Sed quaeſtio* exercita *aſpere violenterque*. *cap.* xlvi. n. 5. *neque cultores in agris; c.* lxxxv. n. 47. quibus *militaris aetas; c.* ci. n. 6. *quod* ibi *Jugurtha cum plurimis.* Haec pauca de multis. Saepiſſime ita etiam Livius, ut iii. *c.* ii. *exercitus in Algidum adverſus Romanos* miſſus. item, *Fabio extra ordinem ea provincia* data. *c.* viii. extr. *fuſis hoſtibus etiam caſtra* capta. Florus i. *c.* xvii. n. 7. *nec incruenta illa victoria.* Plinius iv. *c.* xiii. *Reliqua littora incerta* ſignata *fama;* vii. *c.* xxvii. *Cato primus Porciae gentis tres ſummas in homine res praeſtitiſſe* exiſtimatus. Sic MSS. & ex iis Harduinus. Id. viii. *c.* i. *Intellectus* illis *ſermonis patrii & imperiorum obedientia.* & ille talia omnibus paginis dabit. Nam de Tacito vulgo conſtat. Ciceronis, Caeſaris, Auſonii exempla alibi adnotavimus. Ceterum de fato Jugurthae Rem. 1. Guelf. 7. 9. 12. & Veneta 1470. addunt:

> *Si*) *cupis ignotum Jugurthae noſcere letum*
> *Qui*)
> *Tarpejae rupis pulſus ad ima ruit.*

Augent illam diligentiam, adduntque Acad. Eccard. & Struv.

> *Hiſtoriae ſcriptor negat aſt Oroſius iſtud*
> *Carcere nam nectus ſed ſic pro crimine fertur.*

Sed Guelf. 12. addidit aliud:

> *Noſſe cupis vulgo non cognita fata Jugurthae,*
> *Ut Plutarchus ait, carcere clauſus obit.*

Recte ita Plutarchus & pluribus, ex quo etiam Muretus ii. Var. Lect. *c.* x. probare voluit, eum tandem in carcere coepiſſe inſipere. *Carceris* frequens mentio apud Claudianum, ut vi. Conſ. Hon. *v.* 381. *Ipſe* Jugurthinam *ſubiturus* carcere *poenam Praeberet ſera colla jugo, vi captus & armis Non Bocchi Syllaeque dolis*. Et alii reges aut duces victi eodem perducti ſunt. Denique non ſine titulo dimittunt Salluſtium librarii. Vinar. 1. *Explicit Liber Salluſtii Grammatici:* Struvian. *Princeps linguae Latinae.* alii alias laudes habent. vide Barth. vi. Adverſ. *c.* i.

EXPLICIT C. CRISPI SALLUSTII JUGURTHA.

GOT-

GOTTLIEB CORTII IN C. CRISPI SALLUSTII *JUGURTHAM*

EXCURSUS I.

CAP. I. num. I. FALSO QUERITUR DE NATURA SUA GENUS HUMANUM. Quod Gruterus ex ſuis MSS. protulit, id in noſtris etiam offendimus. Alii nempe *ſua natura*; alii *natura ſui*; Sed Guelferbytano 5. pariter ac Commeliniano, plane deeſt *ſua*. puto licet, inquit Gruterus: eique adſentior; quamquam Chariſius, Servius, Donatus, Auguſtinus, Quinctilianus, Cledonius citantes retineant. vide ad Catilin. *cap.* XXXV. num. LI. num. 4. LII. num. 35. *Falſo*, quod vocalitatis cauſſa ita dictum, pro *Falſe*, autumat Donat. ad Terent. Andr. Act. III. Sc. II. defendit Chariſius Libr. II. pag. 179. exemplis: quod tanto magis probabile eſt, quia ſextus Caſus Nominum pleraque vulgi *Adverbia* generavit. & ſi qua ſint, quae in *e* (ea autem apud antiquos maximam partem in *i* etiam exibant) terminentur, ea facile ad eumdem Caſum revocantur. e. g. *proſpere* eſt aut ſextus, aut Genus Neutrum (ſic *multum*, *magnum*) primi Caſus, ab antiquo *proſperis*, *proſpere*. Sic nempe obſervat Chariſius I. p. 61. a *ſincerus* etiam Neutrum *ſincere* eſſe, quamvis non dicatur *ſinceris*: citatque Terentium: *ſi iſtud crederem* ſincere *dici*. has Origines ipſimet Grammatici agnoſcunt. Lege modo Chariſium II. p. 171. & Priſcian. XVI. p. 1028.

2. Sed Quinctilianus IX. Inſt. Or. *cap.* IV. pag. 853. reprehendit τὸ ἐύρυθμον quinque harum vocum. *Non minore autem*, inquit, *cura vitandum eſt, quidquid ἐύρυθμον: quale eſt apud Salluſtium* Falſo queritur de natura ſua. *Quamvis enim vincta ſit, tamen ſoluta videri debet oratio*. Haec ille, qui & verſum in oratione ſoluta fieri foediſſimum judicat: cum tamen Hexametri exordio hiſtoriam ſuam inceperit Livius: *Facturuſne operae pretium ſim*, & integer exciderit Criſpo noſtro Cat. *c.* XIX. num. 4. Quod qui in Noſtro reprehenderit, idem vitio vertat Ciceroni, Livio aliiſque, in quibus vel Hexametros, vel Iambos & Scazontes multos collegere viri docti, Muretus, Barthius, Hottomannus, alii, quos citant ad Quinctil. l. c. p. 852.

3. Denique & Servius aliquid ſingulare in his verbis deprehendiſſe voluit. Ita nempe ille ad Virg. XI. Aen. *verſ.* 581.

> *Multae illam* fruſtra *Tyrrhena per oppida matres*
> Optavere *nurum*.

Antequam rem diceret, ejus oſtendit eventum; ſic Salluſtius; falſo queritur *&c. nam antequam diceret* queritur, *dixit* falſo. Nempe ita locanda fuiſſent verba: *Queritur de natura ſua genus humanum* — ſed *falſo*. ut Cicero III. Offic. *cap.* XVIII. *Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honeſtum videri ſolet*. Falſo. *nam eadem* cet. Auctor VIII. de B. Gall. *c.* III. *In finitimas civitates confugerunt*. Fruſtra. *Nam Caeſar* cet. Livius XLII. *c.* XLIV. *media nocte profectus, ut prima luce adgreſſus falleret*. Nequidquam. *primae ſtationes oppreſſae, tumultu ac terrore ſuo ceteros exciverunt*. Sed non ſolus Salluſtius eventum ſtatim addidit: etiam Quinctilianus I. *cap.* I. Falſa *eſt* querela, *pauciſſimis hominibus vim percipiendi quae traduntur eſſe conceſſam* — *Nam contra plures tarditate ingenii reperias* cet. Atque ſic Cicero V. epiſt. V. num. 3. *Ne forte idipſum verbum ponam, quod abs te ajunt* falſo *in me ſolere conferri*. Catull. Carm. LXXVI.

> *Ruſe, mihi* fruſtra *ac* nequidquam *credite amice*,

Fruſtra? immo magno cum pretio atque malo.

Plinius II. Nat. Hiſt. *c.* XVI. *Hac conſtare & tertiam illam a terra ſubeuntium in caelum, & pariter ſcandi eam quoque* exiſtimavere *plerique* falſo. Sed ibi diſtinguere liceret poſt *plerique*. Alibi autem Particulae iſtae ne alio quidem, quam illo loco poni poſſunt: Utile tamen eſt, noſſe, ſeparanda ea eſſe, & duas quaſi enunciationes in ejus generis locutionibus latere, ut in illa D. Pauli Epiſt. ad Roman. *c.* XIII. comm. 4. ΟΥ γὰρ ΕΙΚΗ τὴν μάχαιραν φορεῖ.

EXCURSUS II.

CAP. XIV. n. 7. TAMEN ERAT MAJESTATIS POPULI R. PROHIBERE INJURIAM, NEQUE PATI, CUJUSQUAM REGNUM PER SCELUS CRESCERE. De hoc loco cum ceteris interpretibus ſecuri eramus; niſi ſcripti libri aurem vellicaſſent. Horum pars: *neque cujuſquam regnum* pati *per ſcelus creſcere;* alii alio ordine. Sed Guelferb. 6. nuſquam verbum *pati*, niſi in margine exhibet, & qui omnia circumſpexerit, ſentiet, id omnino eſſe inducendum: tanto magis, quod modo n. 6. idem verbum lectum ſit, & quod *majeſtati*, non ita apte, ut omnia ſolet Salluſtius, tribuatur *non pati*. Eo itaque verbo expulſo triplex ſeſe offert pro reliqua ſententia conjectura.

Prima eſt, ut ex Verbo *prohibere* iſtud, aut ſimile exaudiatur, etiamſi contrariae ſignificationis. Sic Phaedrus IV. Fab. XVII. *v.* 31. *Non* veto *dimitti, verum cruciari fame*, ſcilicet *jubeo*. ubi plura Tan. Faber. Corn. Nepos Conon. *c.* IV. *id arbitrium Conon* negavit *ſui eſſe conſilii, ſed* ipſius, *qui ſuos optime noſſe deberet*. Talia habent illi, quos citavit Cl. Burmannus ad Quinctil. Declam. X. *c.* XVI. qui etiam ad VI. Inſtit. Or. *c.* I. p. 506. bene monuit, ſaepe unum verbum in una periodo diverſam vim exſerere, ubi opportune, etſi is non erat ejus loci, addidit Manutium in Cic. pro Quinctio *c.* XXVI. qui eo loco cum cura de his diſputat, & inter alia Ciceronis loco firmat: Noli *impudens eſſe*, nec *mihi moleſtiam exhibere*. Faber autem l. c. ejuſdemque doctiſſima filia, Anna Daceria ad Dictyn I. *c.* IX. alii ad Tacitum; ſed ante eos Joſ. Mercerus ad Dictyos l. c. adferunt Paulum I. Epiſt. ad Timoth. *c.* IV. comm. II. ΚΩΛΥΟΝΤΩΝ γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Certatim etiam illi partim, & Graevius, Perizonius adferunt Terent. Andr. A. III. Sc. V. *v.* 18. *Namque hocce tempus* praecavere *mihi me, non te ulciſci* ſinit. Accedat Tacit. XIII. Ann. *c.* LVI. deeſſe *nobis terra, in qua vivamus; in qua moriamur* non poteſt. ubi conſulendi exactiſſimi interpretes. quibus junge adnotata nobis ad Jug. *c.* CVI. n. 3. Haec vero omnia etſi aliquam ſimilitudinis ſpeciem cum Salluſtio habeant; tamen ſua laborant difficultate, & cum conſtructione, ut vides, conciliari non ita poſſunt, ac deberent.

3. *Secundo* igitur occurret, verba haec: *neque cujuſquam regnum per ſcelus creſcere*, ad ſuperiora ſtatim, *erat majeſtatis populi R.* referenda eſſe; ut ſenſus ſit: & erat majeſtatis populi R. *non* creſcere cujuſquam regnum per ſcelus. Neque id quidem prorſus damno; laborat tamen obſcuritate. Et quamquam lectori ſuum lubens permitto judicium; hoc tamen profiteor, in ingratam quamdam Amphibologiam incidere Salluſtium, ſi verbum *pati* tollatur, ceteraque, ut ſunt, relinquantur.

4. Quamobrem *tertio* unica litterula addita elegantiae ſimul Salluſtianae, & ſenſui egregie ſuccurris, ſcribendo: *prohibere injuriam*, neque *cujusquam regnum per ſcelus* creſceret. h. e. prohibere injuriam, & prohibere, *ne* creſceret. *creſcere*, ex *creſceret*, librarii facillimo lapſu dederunt, cum fere ita ſcribant *creſcerE*, alii *creſcer&*. Hinc jam ad Cat. *c.* XLVII. n. 1. *veniret*, pro *venire*, adnotavimus; Graevius ad Sueton. Jul. *c.* III. *redimeret* & *redimere*, alii alia in MSS. confuſa eſſe docent. Apud Noſtrum habes Cat. *c.* XLVIII. n. 4. *accedere* & *accederet*; Jug. *c.* LIV. n. 5. *poſſe* & *poſſet*; ibidem n. 6. *interfici* & *interficit*. *c.* LXXXV. n. 9. *verti* & *vertit*; *c.* CVII. n. 4. *credere* & *crederet*; *c.* CVI. n. 3. *parcere* & *parceret*; *c.* LXIII. n. 1. *agere* & *ageret*; *cap.* C. n. 4. *facere* & *faceret*; *c.* XLIX. n. 3. *invadere* & *invaderent*; *c.* LIII. n. 7. *adventare* & *adventarent*; *cap.* LXII. n. 3. *tradere* & *traderet* in MS. bene vetuſto. *c.* LXIV. n. 2. *cavere* & *caveret*. Singulari autem ſemper ſtudio quaeſivit Salluſtius, ut orationis habitum immutaret, quod cum alibi paſſim, tum ad Cat. *c.* IX. n. 3. & Jugurthin. *c.* VII. n. 4. docuimus. Inde & hic *injuriam*, & *ne creſceret* copulat, plane ut I. Hiſt. Orat. Lepidi n. 4. *Nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque & Antiocho* defenſum eſt *aliud*, *quam* libertas *& ſuae cuique* ſedes; neu *cui niſi legibus* pareremus. Si ita in Catilina & Jugurtha Criſpus alicubi ſcripſiſſet, numquam tot numero librarii & correctores manibus ſuis temperaſſent. Sed magno Salluſtii bono Orationes illae, quae in Fragmentis nunc quidem haerent, non toties deſcriptae ſunt, eoque ſancte paſſim Criſpi manum & ingenium repraeſentant. item III. Hiſt. Or. Macri n. 17. &, *ſi pertinaciter retinebunt*, *non* arma *neque* ſeceſſionem; *tantummodo* ne *amplius ſanguinem veſtrum* praebeatis, *cenſeo*. Jug. *c.* XXIX. n. 5. *pauca locutus* de invidia *facti*, *atque* uti *in deditionem* acciperetur.

adde

adde c. xxxi. n. 13. Sic & Celſus iv. c. xxi. extr. *Vitare autem oportet* rutam, & ne *ſupinus* dormiat. Bene ille *& ne*, quod Noſter *neque*. hac enim particula, etiam ſemel poſita, modo *& non*, *& ne* modo eleganter exprimit, quod notae docebunt ad Cat. c. xxiv. n. 3. & Jug. c. i. n. 5. pro *& ne* alibi *neu*, *neve*, quod idem eſt. Jug. c. lxxxiii. n. 1. *proinde ſibi regnoque conſuleret*, neu *florentis res ſuas cum Jugurthae perditis miſceret.* Eodem c. xlix. n. 3. *omnia ſuis proviſa:* locum *ſuperiorem*, uti *prudentes cum imperitis*, neu *pauciores cum pluribus*, *aut rudes cum bello melioribus confligerent.* adde ad Cat. c. xlviii. n. 4. En tibi & Livium ii. c. ii. *Ibi omnium primum jusjurandum populi recitat, Neminem regnare* paſſuros, nec eſſe *Romae*, *unde periculum libertati foret.* item xxiv. c. iii. *perſuadent*, ut *traduci ſe in Locros paterentur*, nec *ultima experiri vellent.* Noſter Jug. c. lvi. n. 1. *ubi ſe dolis fatigari* videt, neque *ab hoſte copiam pugnandi fieri.* Haec ſimul oſtendunt, cur eum ordinem maluerit Criſpus, non vero, ut in Orat. Macri, *injuriam, neque cujuſquam regnum per ſcelus creſceret, prohibere.*

Excursus III.

CAP. XXIV. n. 5. Niſi tamen intellego, illum ſupra, quam ego ſum, petere, neque ſimul amicitiam veſtram et regnum meum ſperare: utrum gravius exiſtumet, nemini occultum eſt. Locum paullo obſcuriorem interpretes varie tentarunt, ex quibus doctiſſimus Rupertus vero proximus fuit. Non vero caſu, ſed conſilio graviſſimum ſcriptorem in re odioſa, & propter regis fautores ejuſdemque verba & munera vix credibilem, ſenſum ſubobſcure poſuiſſe, exiſtimo. Is autem talis eſt. *Intelligo* tamen, Jugurtham *ſupra* quiddam, *quam ego ſum*, hoſtiliter *invadere:* neque eum ignorare, quod *non ſimul amicitiam veſtram* ſibi conſervare, *& regnum meum* occupare queat. *Gravius* tamen ſibi *ducere*, regno carere, quam amicitia veſtra, *nemini occultum eſt.* Nunc de ſingulis, quae hanc ſententiam morari poſſent, paucis expediam.

2. *Supra*, ut cum vulgo loquar, per Enallagen poſuit pro *aliquid*, vel *aliquem* (parum enim id refert) *quod* (*qui*) *ſupra*, vel *majus* (*major*) *eſt*, quam ego. uti Cat. c. iii. n. 2. ſupra *ea veluti ficta pro falſis ducit.* Jug. c. i. n. 2. Nam contra, *reputando*, *neque majus aliud*, *neque praeſtabilius invenias.* quibus locis vide adnotationes. Cic. v. epiſt. v. n. 3. contra *etiam eſſe aliquid abs te profectum, ex multis audivi.* adde vi. epiſt. xxii. n. 5. & iv. ep. xiv. n. 7. Florus i. c. xviii. n. 8. *cum incognitas ſibi belluas* amplius, *quam erant*, *ſuſpicarentur.* Tacit. vi. Ann. *cap.* xxxix. extr. *maximiſque provinciis impoſitus*, *nullam ob eximiam artem*, *ſed quod* par *negotiis*, *neque* ſupra *erat.* Verum ſi originem Verbi *petere* ſpectes, bene *ſupra petere* cohaeret. de quo ne plura memorem, facit nota ad Cat. c. v. n. 9. *Petere* autem non adſectare, ſed inſidiari & hoſtiliter aut more Gladiatorum, petere notat, ſi Servium audias ad i. Aen. v. 717. & ix. v. 439. Recte Livius xl. c. ix. *Itaque ſi mori tacitum oportet*, *taceamus*, *precati tantum deos*, *ut a me coeptum ſcelus in me finem habeat*, *nec per meum latus tu* petaris. Idem i. c. li. adgreſſurum *fuiſſe heſterno die in concilio: dilatam rem eſſe*, *quod auctor concilii abfuerit*, *quem maxime* peteret. Noſter ſupra c. xx. n. 2. *Ipſe acer*, *bellicoſus; at is*, *quem* petebat, *quietus*, *imbellis*. Seneca Epiſt. cxxiii. *In contrarium* pugnemus, *& ab invitantibus recedamus*, *adverſus* petentia *concitemur.* ubi adi Gronovium. Appoſite Silius iv. v. 425.

. . . . *nam* plus petit *improbus uno*
Conſulis exitio, *tota quam ſtrage cadentum.*

Sic *petere inſidiis*, *petere telis*, aliaque nemini obſcura, aut inaudita.

3. Quae ſequuntur: *neque ſimul amicitiam veſtram*, *& regnum meum ſperare*, ea per ſe clara ſunt. Tantummodo obſervandum, *neque ſperare*, ut ſaepiſſime apud Noſtrum, diviſim pro *& non ſperare* capiendum eſſe. Praeterea *ſperare* eſt ſtatuere, opinari, ſibi aliquid imminere, ſibi certo futurum. Mentem itaque Jugurthae eo Verbo declarare voluit, & contemtum amicitiae Romanae prae regni cupiditate oſtendit. Ceterum de ipſo verbo plura Ludov. de la Cerda ad Virg. i. Aen. v. 547. & iv. v. 419.

4. Majore intentione conſideranda ſunt iſta: *utrum* gravius *exiſtimet*. nam & Rupertus, & ceteri omnes *gravius exiſtimare* accipiunt pro majoris facere, ita ut vox *gravius* in meliorem ſignificet partem. Ciacconius adtulit quidem locum Caeſaris vii. de B. Gall. *haec ſi* gravia, *aut acerba videantur*, *multo illa* gravius *aeſtimari debere;* ſed adtulit ea cauſſa, ut probaret *aeſtimet*, non *exiſtimet* apud Criſpum eſſe legendum. Verum enim vero non Latinum eſt *gravius ſibi eſſe exiſtimare* eo, quo vulgo volunt, ſenſu. At pro *acerbius*, *ingratius*, *intolerabilius ſibi ducere* paſſim occurrit apud Livium, Caeſarem, Ciceronem. Intellige itaque ex ſuperiori: *utrum* non ſperare, h. e. amittere, contemnere, utro carere *gravius exiſtimet:* qua Figura utitur Noſter Cat. c. lii. n. 28. ſupra c. iii. n. 4. c. iv. n. 1. &c. Sic & ipſa dictione utitur. Cat. c. li. n. 11. *multi injurias ſuas* gravius *aequo* habuere. Jugurth. c. xxxviii. n. 10. *Quae* gravia *quamquam*

Digitized by Google

& *flagitii plena erant*. Auctor Declamat. in Cicer. princ. Graviter & *iniquo animo maledicta tua* paterer. Curt. IX. *c.* VII. nu. 26. Graviter *mortem ejus* tulit *rex*. Aur. Victor Epit. *c.* X. *unde Neronem cuncti vocantes opinanteſque ſummam rerum nactum*, graviter acceperant. Sueton. Domit. *c.* XXIII. *Occiſum eum populus indifferenter*, *miles* graviſſime tulit. Corn. Nepos Conon. *cap.* III. *hoc ſi tibi* grave eſt, *per me nihilo ſecius editis mandatis conficies*, *quod ſtudes*. Juſtin. XIX. *c.* III. *Nihil tamen ſe* gravius ferre, *quam quod inter fortiſſimos viros mori non potuerit*. Tacit. XIII. Ann. *c.* XXXVI. *Quod* graviter *Corbulo* accepit. Calpurnius Flaccus Declam. IV. *Dignus es*, *parricida*, *dignus es videre patrem*, *ſi tam* grave putas, *ut vel carcerem malis*. ubi cave aliquid mutes cum nupero Editore. Martial. V. Epigr. XXIII.

> Illud *adhuc* gravius, *quod te poſt mille labores*,
> *Paulle*, *negat laſſo Janitor eſſe domi*.

Dictys V. *c.* II. Grave, *Trojani principes voſque ſocii*, *grave bellum nobis excitaſſe adverſum Graeciam*, gravius *vero*, *multoque* durius, *mulieris cauſſa hoſtes effectos quam amiciſſimos*. Haud pigebit, iſta coacervaſſe; dum conſtet, non in aliam ſententiam verba eſſe detorquenda, & male egiſſe Ciacconium, quando *aeſtumare* nobis propinavit. nam & *habere*, & *putare*, *eſſe* denique & ſimilia in iſtis exemplis vides, quae tuentur noſtrum *exiſtimare*. adde etiam Cat. *c.* I. num. 3. *quo mihi* rectius videtur. Tamen Guelf. II. habet *extimet*. de qua varietate nos alibi monuimus, ut ad Cat. *c.* II. num. 8. *c.* X. num. 5. Jug. *c.* L. num. I. *c.* LXXXV. num. 41. adde Munckeri, impigri viri, Diſſertat. ad Hyginum.

EXCURSUS IV.

CAP. XLVII. n. 2. HUC CONSUL, SIMUL TENTANDI GRATIA, ET, SI PATERENTUR OPPORTUNITATES LOCI, PRAESIDIUM IMPOSUIT, PRAETEREA IMP. F. E. A. Q. B. U. FORENT, COMPORTARE: RATUS ID, Q. R. M. FREQUENTIAM NEGOTIATORUM ET COMMEATUM JUVATURUM EXERCITUM, ET JAM PARATIS REBUS MUNIMENTO FORE. Cum omnes interpretes, qui ſunt in aliquo numero, hoc loco haeſitaverint, unus tamen ſolita ſibi ſecuritate celeriter tranſiit; cum ab illo rei impeditae aliquod auxilium prae ceteris exſpectaſſes. His moribus gloriae ſuae multum conſulunt iſti homines, qui in facillimis quibuſque ingenium & collectanea ſua oſtentant; quae contra ſunt, negligunt: ne ſuam ipſi inſcitiam prodant. Fuerit nobis, eguiſſe interdum magno adparatu, cui tamen ubivis fere ſtudio pepercimus; dummodo induſtriam noſtram aequis cenſoribus probamus. Igitur ex noſtris Codd. in praeſenti haec habere licuit. Guelf. 9. *ſimul & tentandi gratia*; Vinar. 2. *ſimul tentandi gratia & piundi*, *ſi pat.* unde *experiundi*, *ſi*, facile elicias. Academ. *tentandi manendique gratia*. Mox & ſincere & veritatis emolumento omiſit Senatorius I. habetque: *tentandi gratia*, *ſi paterentur*. Porro Guelf. II. & 4. a prima manu: *ſi pateretur*; 3. *parentur*. quod oſtendit ſcriptum fuiſſe olim per notam *paterent*, & notam illam litterae *n*, ut ſolent, librarios pro nota τȣ *ur*, cui eſt valde ſimilis, accepiſſe. Hinc vere Remenſis I. *paterent* ſcripſit: nec moramur Franc. *peterentur*, & Guelf. II. *propter opportunitates*. Sequitur Verbum *comportare*, quo alii *praeparare*; Guelf. 7. *compararent*; 10. *comportari*; II. *comportarent*, exhibent: quod & ipſum fieri ſolet, ubi ex ſpatio, qui verſus dirimit, vocabula in contextum migrarunt. Deinde Guelf. 10. *ſcilicet frequentiam*; Eccard. *frequentia*. Porro Incert. I. & Guelf. 12. *& commeatuum*, quomodo Palmerius. Guelf. 9. *& commeantium*; Vinar. 2. & Uratisl. 2. *& commeatum populi*; alii, ſed non ex noſtris, *& commeatu*. Denique Gu. II. *peractis rebus*; Struv. *illi monimento*; Eccard. *illis munimento*. In ceteris omnibus nihil quidquam a vulgatis diverſi ſunt.

2. Ergo id primum certum clarum eſt, recte Palmerium excluſiſſe Particulam &, quod etiam Senat. I. & Vinar. 2. jubent. *Tentare*, *ſi*, eſt *experiri*, *tentare*, *an*. Livius I. *c.* LVII. Tentata *res eſt*, ſi *primo impetu capi Ardea poſſet*. Idem II. *c.* XXV. *Proxima inde nocte Volſci diſcordia Romana freti*, ſi *qua nocturna tranſitio proditiove fieri poſſit*, tentant *caſtra*. XXXIX. *c.* L. *Accepto poculo nihil aliud locutum ferunt*, *quam* quaeſiſſe, ſi *incolumis Lycortas equiteſque evaſiſſent?* & quidem poſt Verbum *quaerere* ille, aliique frequenter. Virgilius IV. Aen. *v.* 110. *Sed fatis* incerta *feror*, ſi *Juppiter unam Eſſe velit Tyriis urbem Trojaque profectis*. Caeſar I. Gall. *cap.* VIII. *nonnumquam interdiu*, *ſaepius noctu*, ſi *perrumpere poſſent*, conati. Plinius Paneg. *cap.* II. *atque identidem* cogitemus, ſi *majus principibus praeſtemus obſequium*, *qui ſervitute civium*, *quam qui libertate laetantur*. Sulpic. Sever. Dial. I. *cap.* II. *ex te audiemus*, ſi *vel in eremo Chriſtianis vivere licet*.

3. Illud ſatis commode Vir ille doctus. At quando A. Popma mox *ſi pateretur* ſcribit, neſcio,

neſcio, an meliora dederit, quam quae ſunt vulgata. Contra certo ſcio, Salluſtium ſcripſiſſe, quod eſt in Remenſi I. & confirmatur a tribus Guelferbb. *ſi paterent*. *Patere* nempe illa dicuntur, quae ſunt nobis expoſita, ſubjecta. Id tentare voluit Metellus, & debuit; cum tot illi deditionis ſigna oſtenderentur. Sic Noſter uſus eſt Verbo Cat. *c*.X. nu.I. *cuncta maria terraeque* patebant. Eod. *c*.XXXVI. num.4. *Cui cum ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis* paterent. *c*.LVIII. num.9. *coloniae atque municipia* patebunt. Virgilius I. Aen. *verſ*. 302. *Ut terrae, utque novae* pateant *Carthaginis arces Hoſpitio Teucris*. ubi Servius Fuldenſis: *Nonnullae ſane* pateant, *pacatae ſint accipiunt, ut Salluſtius*: Simul immanis hominum vis multis e locis invaſere *patentes* tum, & pacis modo effuſas. *Hic enim habitus pacis*. *Et in Catilina*: cuncta maria terraeque *patebant*. *Sic enim contra cum dicitur* Clauſa omnia, *bellum ſignificatur, ut ipſe*: Cunctus ob Italiam terrarum *clauditur* orbis. Haec Servius. Tentare igitur voluit, an opportunitates & munita loca urbis Vagae ita paterent & expoſita eſſent ſibi, ut ceterae urbes & mapalia, quae pacatam faciem praeferebant, & Metello operam ſuam, veluti amico, pollicebantur. De *Opportunitatibus loci* in notis dixi.

4. Unum tamen eſt, quod in noſtra emendatione habeat aliquam difficultatem, quam vitavit Palmerius, ſcribens: *Huc conſul*, ſimul *tentandi gratia, ſi paterentur*; & *opportunitate loci, praeſidium impoſuit*. In noſtra ſcilicet lectione Particula *Simul*, quae reſpondentes *&*, *atque*, *ſimul* habere deberet, ſolitarie ponitur. Sed pro egregio illo ſenſu, quem ſuperiora illa, *ſi paterent*, nobis obtulerunt poſſem illud *ſimul* Gloſſariorum foetum dicere, qui notata ad Verbum *tentandi* varia lectione, aut expoſitione, quae erat *ſimulandi*, vide Cat. *c*. XLVII. num. I. Jug. *cap*. XXIII. num. 2. *ſimul* eo loco intruſerunt. Verum, qui locum curatius inſpexerint, non quidem in *praeterea*, alteram, quae uſu requiritur, particulam reperient; ſed in ſuperioribus, de frequentia negotiatorum & mercatorum, quae locum Metello opportuniſſimum reddebant, cet. Duas enim cauſſas adſert, quare Metellus Vagae praeſidium impoſuerit; alteram, quod tentare vellet, an & munita ita, ut urbes temere munitae, ſibi paterent; alteram, quod Vagae magna negotiatorum eſſet frequentia, quam ſuis rebus munimento fore ſperabat. Hujus rei cum jam mentionem feciſſet, *ſimul* alteri addidit cauſſae. Nec mirum. ſaepe enim *primo*, *principio* ponitur, neque tamen excipit *ſecundo*, *deinde* aut ſimile. vide Donatum ad Terent. Andr. Act. III. Sc. III. Noſtrum Jug. *c*. LXXXV. num. 45. Saepe *deinde* legitur, nec adſuit *primum*. vide Jug. *c*. LIX. num.3. Idem de *interdum*, *partim*, *alii* ceteriſque relationis vocabulis paſſim obſervabis. vide ad Cat. *c*. LXI. num.8. ne dicam de *nec*, *neque* ſemel poſitis, in locis dubiis & paullo obſcurioribus aut corruptis. vide Jug. *cap*. VII. num. 6. *cap*. XIX. num.7. Egregie ad Salluſtium Plinius II. *c*. CXIII. princ. *Motus enim terrae ſileantur, et quidquid eſt, ubi ſaltem buſta urbium extant*: ſimul *ut terrae miracula potius dicamus, quam ſcelera naturae*. Sufficit vero Salluſtiano lectori, duas rationes ſatis aperte propoſitas eſſe: qui id intelligens in particula, de qua quaeritur, haud facile haeſitabit: cum ea ſaepiſſime ſolitarie ponatur. vide notam ad Jug. *cap*. IV. num. I.

5. Sequitur: *praeterea* imperavit *frumentum et alia quae bello uſui forent*, comportare. Verum non modo Gruterus', ſed etiam Glareanus Verbum *comportare* pro ſupervacuo declaravit. & cum tam varie in libris vett. ſcribatur, in aliis etiam cum alio Verbo permutetur, excludendum illud omnino fuit. *Imperare* autem *frumentum*, *pecuniam*, *commeatum*, alia bonis auctoribus uſitata ſunt. Noſter Jug. *cap*. XXXIX. num.4. *acceptio frumenti*, quod *palam legatis* imperaverat. *c*. LXII. nu.6. imperat *argenti pondo ducenta millia*, *elephantos omnes*. Cic. XII. epiſt. XXVIII. num.3. *Tibi autem ex S. C.* imperandum, *mutuumque ſumendum cenſeo*. Caeſar I. Civ. *c*. VI. *Tota Italia delectus habentur*, arma imperantur, *pecunia a municipiis exigitur*. Florus II. *c*. VI. *Urebat nobilem populum —— dare tributa*, quae jubere *conſueverant*. adde Jug. *c*. LXXXIV. num. I. Quod vero ſuſpectum illud Verbum tamdiu ſuſtentavit, non alia res fuit, quam Particula *Huc*: dum opinio erat, *Huc comportare*, uti *Huc impoſuit* eodem tenore procurrere debere. quod vero eſt contra morem Salluſtii, & vel ſolum Verbo *comportare* adeo infeſtum, ut ſede ſua expellat. vide Cat. *c*. XXXVII. num. 5. Jug. *c*. XIV. n. I. *c*. LIV. n.I. eamdem varietatem, & aliis locis compluribus. nam locus *c*. LXXV. n. 5. *Adhoc finitumis* imperat, *quam plurimum quiſque aquae* portaret, parum patrocinatur.

6. Haec omnia ſatis firma: at in extremo vix ipſe mihi ſatisfacio. Verba ita habent: *ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum & commeatum juvaturum exercitum, & jam paratis rebus munimento fore*. Palmerius *commeatum* probat, & *juvaturum exercitum* delet, quod ea non eſſent in edd. primis. Rivius & Gruterus retinent *commeatum*, damnant tamen etiam, quae ille delet. Praeterea alius *patratis*, alius *pacatis*

rebus mallet. Mihi non illa ſaltem, *juvaturum exercitum*, ſed & haec *etiam paratis rebus* aut valde aegrotare, aut plane mortua, adeoque reſecanda videntur. Nihil tamen amplius ſum auſus, quam in quo doctiſsimi homines fiduciam mihi tribuebant. Cetera, quae non in verbis, ſed in ſenſu potius ſita ſunt, ut expediri queant, videndum erit. Quidam jungunt, ET *commeatum juvaturum*, ET *jam* cet. Plurimi *paratis rebus* intelligunt, de pacato ſtatu Numidiae, pace cum Jugurtha facta: quod tamen valde erit incommodum. Ipſe *commeatum*, ut libri etiam ſcripti voluerunt, de commeantibus *mercatoribus* intelligo, & probe, ut arbitror, *negotiatores* & *commeatum* h. e. mercatores iterum ſimul utroſque memorat, uti num. I. factum. Tacit. XIV. Ann. *cap.* XXXIII. *Londinum perrexit, cognomento quidem coloniae non inſigne, ſed copia* negotiatorum & commeatuum *maxime celebre*. Saepiſsime dicitur de multis navibus ſimul aliquo adpellentibus, quod oſtendit Phil. Ruben. II. Elect. *cap.* XIII. ubi & ex Apulej. VIII. Metam. docuit, multitudinem eorum, qui terra junctim iter faciunt, Commeatum dici. Sive ergo vulgatiore illa notione Noſter *commeatum* de mercatoribus, quibus Vagae negotia erant, dixerit; ſive poſteriore, pro frequentibus Vagam advenientibus, quae certe ad proprietatem eſt accommodatior; non peccamus, ſi derelicto, quem ceteri interpretes ſectantur, ſignificatu vocis, hunc praeferendum exiſtimamus. Ita vero & negotiatores, & mercatores *etiam* (h. e. praeter milites praeſidiarios. atque in MSS. noſtris & Gruterianis omnibus *etiam*, non diviſim, *& jam* exaratur) paratis rebus munimento fore, ſperabat, quod & illi tueri frumentum ceteraſque res ibi comportatas, & ipſorum militum curae ſuccurrere, denique & ipſi per hoc Numidas in fide retinere poſſent; qui frequentiam Italicorum metuentes, novis rebus abſtinerent. Et hic ſenſus peperit antiquiſsimam illam Gloſſam, *juvare exercitum*; quae quam inſulſa ſit, nunc demum liquido adparet. Ceterum vero ſimile videtur, Metellum non impoſuiſſe tot milites praeſidium, quot in urbe hoſtili, & cujus incolae male pacati, neceſſarii fuiſſent: ne minueret exercitum ſuum, qui majoribus rebus paratus intentuſque eſſe debebat. Sed quam parum praeſidii in negotiatoribus fuerit, docebit *cap.* LXVI. & LXVII.

Excursus V.

CAP. LVII. n. 5. PRAETEREA PICE ET SULPHURE TAEDAM MISTAM ARDENTIA MITTERE. Hanc lectionem, deſtitutam fere omni librorum praeſidio (habet eam ex noſtris unus Uratislavienſis I.) Gruterus primum, ſecutus, ut ipſe ait, ingenii ſui judicium, invexit; quam poſterae editiones omnes ſunt amplexatae. Rivius probabat, quod ipſi Fabricianus ſuus obſerebat: *praeterea picem & ſulphure taedam mixtam ardenti mittere*. Carrio vulgavit: *praeterea picem, ſulphure & taeda mixtam ardenti*: non multum deſerens vetuſtos Codices; quorum apud nos talis eſt ſcriptura. Fabric. 2. Struv. Eccard. Guelf. 7. & 9. cum Carrione & Veneta 1470. *p. picem ſulphure & taeda mixtam ardenti*. iiſque tantummodo *ardentia* contra regulas fuit: cui difficultati ut ſuccurrerent, dedit Uratisl. 2. *ſulphur, & picem & taedam mixtam ardentia*; Franc. *picem, ſulphur & taedam ardentia*. Fabric. I. Incert. I. Remenſ. I. Uratisl. 3. & Guelf. 12. *p. picem ſulphure & taedam mixtam ardenti*: quo & accedunt Senat. 2. & Heuſſ. *picem taedam & ſulphure m. ardenti*, & Guelf. I. *picem & ſulphure taedam m. ardenti*, & Guelf. 10. *picem ſulphureque taedam m. ardenti*, & II. *picem ſulphure taedam mixtam ardenti*. Propius ad veram lectionem accedunt Vinar. 2. & Remenſ. 2. *p. picem ſulphure & taedam mixtam ardentia*; nam illud *m* poſtremum in *taedam* ex concurſu ejuſdem litterae ortum eſt: accedit etiam Guelf. 2. *p. picem ſulphure & taeda mixtam ardenti amittere*; nam prima littera in *amittere*, ſeparata eſt ab vocabulo praecedenti, ut alibi *ae* & aliae diſtractae ſunt. vide ad Cat. *c.* XXI. nu. 4. & Jug. *c.* LIX. n. 3. *quibus ea praeda eſuerat*, pro *praedae fuerat*: Accedit denique Gu. 3. *p. picem ſulphure & taedas mixtas ardentia mittere*; cui tantum conjunctio diſparis Numeri *mixtam* & *ardentia* offendiculo fuit. Proxime autem omnium veteri lectioni Academ. *p. picem cum ſulphure & taeda mixtam ardentia m.* qui in ſtructura Verbi *miſcere* haeſitavit. Veterem ergo, & veram, & Salluſtii ſcripturam ſervaverunt nobis Vinarienſis, Baſileenſis, Senatorius primi, & Guelferbytanus quartus, qui ſincere: *praeterea picem ſulphure & taeda mixtam ardentia mittere*; niſi quod caute, pro more ſuo, Vinar. I. ſcripſerit: *p. picem taeda & ſulphure mixtam ardentia mittere*. Tres autem cauſſae fuerunt, quae illam lectionem antiquarunt, quas ſupra indicavimus, & nunc ſingulas refutabimus.

2. Pri-

2. Primum itaque *picem ſulphure mixtam* non debuerat offendere; quod vel uno Thucydide evincere poſſem, quem Noſter expreſſit ex II. c. LXXVII. *ἐμβαλόντες δὲ* ΠΥΡ *ξὺν θείῳ καὶ πίσσῃ*. nam quas ille *igni*, has Noſter *pici* partes dedit: idemque uterque eodem modo tractarunt. adde Auct. de B. Hiſp. c. XI. Sed *mixtam* (ita enim Codd. ſummae vetuſtatis ubivis ſcribunt. vide Pierium ad Virg. I. Aen. v. 492.) poſuit pro *admixtam*, & ſextum Caſum addidit quarto, ut Virg. I. Georg. v. 9. Pocula*que inventis Acheloja miſcuit* uvis. pro quo Scholiaſtes Statii I. Theb. v. 453. *vinum poculis miſcuit*. atque talia paſſim. Confirmat autem egregie Caeſar III. Civ. c. XLVIII. *Eſt etiam genus radicis inventum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod adpellatur Chara*: quod admixtum lacte *multum inopiam levabat*. Neque alia ratio in lectione Gruteri, quam infeliciter accepit Waſſius. *Mixtam*, inquit, hoc loco valet *compoſitam*, conſtantem. praepoſitione eleganter ſuppreſſa. Ergo *Rheno mixtus Oceanus*, erit Oceanus Rheno conſtans viro illi docto: & *candore mixtus rubor* apud Ciceronem *candor* tantum: & *taeda*, non erit *taeda*, niſi prius picem & ſulphur addideris; cum tamen ipſe Caeſarem citet III. Gall. *completas onerarias naves* taeda, *&* pice, *& ſtupa*. addere potuiſſet II. Civ. c. XI. *cupas*, taeda *ac* pice *refertas*, *incendunt*. & multa alia.

3. Difficilius paullo ſeſe habet ille nexus inter *picem* & *ardentia*, qui etiam tot librariis negotium faceſſivit. Verum non ad *picem* tantum refertur illud vocabulum; ſed ſimul ad *ſulphur* & *taedam*, quae omnia, quod neceſſe fuit, *ardebant*. Plura itaque Nomina cum expreſſa ſint, additur Adjectivum Plurale; quod alibi factum ubi tantummodo intelliguntur. Sic Cat. c. X. nu. 3. *Igitur primo pecuniae, dein imperii* cupido *crevit*; ea *quaſi materies omnium malorum* fuere. ubi plura adnotavimus. addo hic S. Hieronym. Epiſt. ad Ruſticum Monachum ex MS. *Ibi naſcitur carbunculus & Zmaragdus & margarita* candentia *& uniones, quibus nobilium feminarum ardet ambitio.* etſi is non plane ad hunc locum, tamen non prorſus alienus eſt: cum in utroque loco intellectus neceſſitas Neutrum Plurale expreſsit. adde ad Jug. c. XXXVIII. n. 8. Et cur minus Latinum ſit, *picem ſulphure & taeda mixtam ardentia*, quam *Juba cum Labieno capti*, aut *Cotta cum Sabino legati*? qualia adduximus ad Cat. cap. XLIII. num. I. adde Jug. cap. XXXV. n. 2. & XXXVIII. num. 6. item III. Hiſt. Ep. Pompeii num. 6.

4. Sed dices, cur ita non potius *mixta* quam *mixtam*? Erat illud contra rationem Latinitatis: & hoc, ut habemus, non magis aſperum eſſe debet, quam ubi in aliis formulis Numerus uterque concurrit. Florus II. c. III. num. 4. tuti *locis & fuga*, durum *atque* velox *genus*, *ea occaſione latrocinia magis, quam bella* faciebant. aut ut Jug. c. XVI. num. I. *Vicit tamen in Senatu pars* illa, qui *vero pretium, aut gratiam* anteferebant. c. XXII. num. 4. *populum R. neque recte, neque pro bono* facturum, *ſi ab jure gentium ſeſe* prohibuerint. c. XLII. nu. I. *nobilitas* noxia---- necaverant. adde omnino Cat. c. XXIII. num. 6. & c. XLIII. num. I.

EXCURSUS VI.

CAP. LXXXV. nu. 9. MIHI---- BENEFACERE JAM EX CONSUETUDINE IN NATURAM VERTIT. Uratiſl. I. & Vinar. I. a manu ſecunda, *in naturam verti*; Guelf. 2. *in naturam venit*; 4. *in natura vertitur*; 1. 6. 7. 9. 10. 12. item Eccard. Incerti, Vinar. 2. Uratiſl. 3. Senat. 2. Heuſſ. Franc. Remenſ. I. & Veneta 1470. *in naturam vertitur*. Edd. Pomponii Laeti, Viteb. & Lipſ. 1510. *in naturam convertitur*. Ceteri recte, *in naturam vertit*, pro *verſum eſt*. Ita Noſter Cat. c. VI. num. 7. *poſt ubi regium imperium in ſuperbiam dominationemque* convertit: ubi plerique omnes Codd. *ſe convertit*. Neque aliud uſquam apud Noſtrum hujus formae Verbum incorruptum manſit. Jug. c. XIV. nu. 23. *At ego infelix, in tanta mala* praecipitans *ex patrio regno*. ibi vulgo *praecipitatus*. Eod. c. XXXVIII. *Quae quamquam gravia & flagitii plena; quia mortis metu* mutabant, *ſicuti regi libuerat, pax convenit: mutabantur* adhuc circumferebant. Ita *vertet*, *convertit* alibi in his libris corrupta ſunt. Manſit tamen, ut pleraque, incontaminatum *auxiſſe* in Fragm. I. Hiſt. Orat. Philippi nu. 6. *qui gentis Aemiliae benefacta extollebant, & ignoſcendo populi R. magnitudinem* auxiſſe. His locis omnibus pauca jam ex aliis auctoribus adjecimus: quae nunc augere animus eſt; iis maxime, ubi docti viri interpretes plura adnotarunt. Plaut. Amphitr. A. I. Sc. I. v. 95. Vertentibus Telebois, *telis complebantur corpora*. Liv. XXV. c. XL. *ibi primum initium---* licentiae *huic ſacra profanaque omnia vulgo ſpoliandi factum eſt*, quae *poſtremo in Romanos deos, templum id ipſum primum, quod a Marcello eximie ornatum eſt*, vertit. Id. XXVI. c. VI. *Ea ludificatio & ipſa in verum* vertit. c. XL. *Haec ejus* gloria, *quia jam imperatoris quoque famae obſiciebat, poſtremo in invidiam* vertit. XXVII. cap. VIII. *Cauſſam inaugurari coacti flaminis libens reticuiſſem, ni ex mala fama in bonam* vertiſſet. XXXII. c. XII. *Poſtea-*

Poſteaquam recepere ſe regii in loca aut munimento, aut natura tuta. verterat *periculum in Romanos*. XXXVIII. *c.* LXX. Verteratque *Scipionum invidia in praetorem, & conſilium ejus, & accuſatores*. ante Sigonium *vertitur* aut aliud quid paſsim apud Livium legebatur, qui ea emendavit. Caeſar v. Gall. *c.* XLIX. *perſcribit in litteris, hoſtes ab ſe diſceſſiſſe, omnemque ad eum multitudinem* convertiſſe. pro *converſam eſſe* accipit Daviſius, cum & *hoſtes multitudinem convertiſſe*, vulgari modo intelligi queat. III. Civ. *c.* LXXIII. *detrimentum in bonum* verteret. Tac. XIII. Ann. *c.* LVII. *Et minae quidem hoſtiles in ipſos* vertebant. ita membranae Florentinae. vulgo *vertebantur*. at alter modus apud hunc frequentior. Lucret. IV. *v.* 310. *Inde retrorſum redit, &* convertit *eodem*. Dictys II. *c.* III. *propere ad eum* convertit qui ita ſaepius. Horat. IV. Oda X. *v.* 5. *Mutatus Ligurine, in faciem* verterit *hiſpidam*. vulgo, *Ligurinum i. ſ. verterit*. Juſtin. XXXVI. *c.* II. num. 15. *quod ex cauſſa factum paullatim in diſciplinam religionemque* convertit. Silius IX. *v.* 644. *in certamina Paullo Avia diducto*, convertit *Varro*. Sen. II. Beneſ. *cap.* XIV. *quod numquam in malum* vertat. Claud. I. Eutrop. *v.* 251. *In eandem* vertunt *faſtidia praedae*. Adde interpretes Obert. Giſan. Joſ. Mercer. Matth. Bernegg. N. Heinſ. Jac. Gron. Rich. Bentl. Jo. Daviſ. Arn. Drackenb. qui plura congeſſerunt, non modo de *vertit* & *convertit*, ſed etiam aliis Verbis.

2. Ut enim *auxit*, *praecipitans*, *mutabant* Noſter praeterea protulit: ita *abolevit* Liv. I. *c.* XXIII. *Donec cum re nomen quoque vetuſtate* abolevit. ita *ſuffundat*, pro *ſuffundatur*; *turbant* pro *turbantur* Seneca, ut quidem emendat Juret. ad II. Benefic. *c.* II. Silii illud I. *v.* 288. *Mox profugi ducente Noto* advertere *coloni*, non male pro *adverſi ſunt* capit Cl. Drackenb. atque ita Graecos loqui, oſtendit Dan. Heinſ. ad I. Sil. *v.* 539. Plautus Mil. A. II. Sc. VI. *verſ.* 100. *Dum hae conſileſcunt turbae, &* leniunt *irae*. Quinctil. Decl. CCXCVIII. *Et primo quidem* deformavit *tantum diligentior cultus*. His adde Vechner. I. Hellen. *cap.* VI. Perizon. ad Sanct. III. Min. *cap.* II. & III. & ad IV. *cap.* III. Barthium ad Claudian. Conſ. Mallii *verſ.* 181. Val. Acidalium ad Vellej. Pat. I. *cap.* VIII. num. 6.

C. CRISPI

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM
FRAGMENTA

ADDITA SUNT

INCERT. AUCTORUM EPISTOLAE AD CAESAREM ET DECLAMATIONES IN CICERONEM ET SALLUSTIUM


ITEM

JULIUS EXSUPERANTIUS. PORCIUS LATRO. FRAGMENTA VETERUM HISTORICORUM. ET CONST. FELICIUS DURANTINUS DE CONJURAT. CATILINAE

CURA ET STUDIO

GOTTLIEB CORTII

Digitized by Google



Ant. Visentini f.

CAII CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

L I B. I.

RES populi R. M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. ac deinde militiae & domi geſtas compoſui. *Donatus & Pomp. Meſſalinus.*

Cato Romani generis diſertiſſumus multa paucis abſolvit. *Serv. & Acron.*

Fannius vere. *Victorinus.*

Nos in tanta doctiſſumorum hominum copia. *Servius.*

Neque me diverſa pars in civilibus armis movit a vero. *Aruſian.*

Nobis-

HISTORIARUM FRAGMENTA. Ex Grammaticis aliiſque Scriptoribus, qui Salluſtium citaverant, P. Manutius, Lud. Carrio maximam partem collegerunt: aucta ab aliis, emendata & illuſtrata. Sed Conciones & Epiſtolae integrae in noſtram aetatem ſervatae ſunt; quod vetuſto codici, in quo Catilina & Jugurtha erant perſcripti, debemus. Inde Pomp. Laetus imprimi curavit: & majori quidem fide, quam opera dicta. Nobis in noſtris Codd. nihil tale ſeſe obtulit: praeterquam quod unus & alter Declamationes iſtas fictitias ſervavit.

RES POPULI R. M. LEPIDO. Placet adſcribere, qui hujus tumultus & librorum ſimul Salluſtii, ſuppreſſo nomine, meminit Auſon. Idyll, IV. *v.* 61.

Jam facinus, Catilina, *tuum*, Lepidi*que tumultum*,
Ab Lepido & Catulo *jam res & tempora Romae*

Nobis primae diſſenſiones vitio humani ingenii evenere : quod inquies atque indomitum, ſemper in certamine libertatis, aut gloriae, aut dominationis agit. *Priſcianus*.

Nam a primordio urbis ad bellum Perſi Macedonicum. *Idem*.

Res Romana plurimum imperio valuit, Ser. Sulpitio & M. Marcello Coſſ. omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare noſtrum, atque Oceanum, niſi quae a paludibus invia fuit, perdomita. Optumis autem moribus & maxuma concordia egit populus Rom. inter ſecundum atque poſtremum bellum Carthaginienſe. *Victorin. & Auguſtin.*

At diſcordia, & avaritia, atque ambitio, & cetera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis exſcidium maxume aucta ſunt. Nam injuriae validiorum, & ob eas diſceſſio plebis a patribus, aliaeque diſſenſiones domi fuere jam inde a principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio & bellum grave cum Etruria poſitum eſt, aequo & modeſto jure agitatum: dein ſervili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more conſulere: agro pellere, &, ceteris expertibus,

Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Jam lego civili miſtum mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius *exſul Ibero.*

Lege Florum III. *c.* XXIII. & quos ibi advocarunt. Meminit Cicero III. Cat. *c.* X.

MULTA PAUCIS ABSOLVIT. Victorinus ad Cic. I. de Invent. hanc particulam citat, ſed ſine voce *multa:* quam omittit Noſter Cat. *c.* XXXVIII. n. 3. ut nos quidem locum emendavimus.

DIVERSA PARS IN CIVIL. ARMIS. Contraria, adverſa pars. Sueton. Gramm. *c.* IX. *interrogatus a Varrone* diverſae partis *advocato*. adde Cat. *cap.* V. nu. 8. & de formula *in armis* Eod. *cap.* XXXVII. n. 6.

QUOD INQUIES ATQUE INDOMITUM. Servat vocem Juſtin. XLIV. *c.* II. *Velocitas genti pernix:* inquies *animus*. Vellej. II. *c.* LXVIII. *vir* inquies *& ultra fortem temerarius*, Ibid. *c.* LXXVII. *in quo tamen animus* inquies *manere non potuit*. praeter Plautum, Tacitum, Apulejum, alios.

IN CERTAMINE LIBERTATIS -- AGIT. *Libertatis* dixit, ut Cat. *c*, VII. n. 6. *ſed* gloriae *maxumum* certamen *inter ipſos erat*, *agit* bene Servius ad IV. Aen. *v.* 245. interpretatur *in actu eſt*. ut Jug. *c.* LXXXV. in *optimis* artibus *egi*. III. Hiſtor. *hoſtes jam in cervicibus Italiae* agentes *ſubmovi*.

AD BELLUM PERSI MACEDONICUM. *Perſi* ſecundus Caſus, pro *Perſis*, ductus eſt a *Perſeus*, *Perſei*, contractum *Perſi*. docebit iſtud Chariſius I. p. 10. Sic *Ulyxes Ulixei* apud Horat. I. Od. VI. *v.* 7.

Nec curſus duplicis per mare Ulixei.

& *Ulyxi* apud Auſon. Epiſt. CXXIV. *v.* 107.

Si tendi facilis cuiquam fuit arcus Ulixi

Aut praeter dominum vibrabilis ornus Achilli.

Sic Terent. Andr. Act. II. Sc. II. *v.* 31. *Chremi*, pro *Chremis* apud Donatum. & Varro VII. de L. .. *Neque enim utrum* Herculi, *an* Herculis *clavam dici oporteat, ſi doceat Analogia, cum utrumque ſit in conſuetudine, non neglegendum*. Cic. II. ad Attic. epiſt. I. *Iſocrati*, pro *Iſocratis*; V. Fam. epiſt. XII. num. 17. *Themiſtocli*. Plaut. Rud. Act. I. Sc. I. *v.* 4. *Alcumena Euripidi*. Virgil. I. Aen. *v.* 34. *immitis Achilli*. ubi lege Pierium. item Boſium ad Corn. Nep. II. *c.* I. n. I. & XVII. *c.* I. n. 2. Munckerum ad Hygin. Fab. LXX.

MARE NOSTRUM. *Mediterraneum*. de quo plura ad Jug. *c.* XVII. n. 4. *fretum* maris noſtri *& Oceani*.

QUAE A PALUDIBUS INVIA FUIT. Per, h. e. propter paludes. Jug. *c.* XLVIII. n. 3. *vaſtus* ab natura *& humano vultu*. ubi vide.

METUS A TARQUINIO ET BELLUM G. POSITUM. *A Tarquinio* metus, quem ille faciebat Romae. infra eo ſenſu *metus Pompeii*. Livius XXXIII. *c.* XX. *Rhodiis*, *demto* metu a Philippo *omni, erat conſilium obviam eundi Antiocho*. Terent. Eunuch. A. III. Sc. V. *gratia ab eo*. ubi vide Donatum, qui comparat ex Andr. *injuria ab eo*. *Ponere* pro *deponere* frequenter. vide Sylvium ad Cic. pro Cluent. *c.* II. Sed forte Salluſtius ſcripſerat *poſuere*, more ſuo, pro *poſita ſunt*, ut Virgilius aliique. vide Barth. ad Stat. II. Sylv. II. *v.* 118.

SERVILI IMPERIO PLEBEM EXERCERE, DE V. ATQUE TERGO. Auct. de Rep. Ord. I. *corpus armis atque equis* exercere. vide ad Cat. *c.* XI. n. I. de *tergo*. nempe verberibus animadvertebant in cives, Cat. *c*, LI. n. 39. Livius II. *Niſi C. Marcio*.

Digitized by Google

tibus, ſoli in imperio agere. Quibus ſaevitiis, & maxume foenoris onere oppreſſa plebes, cum aſſiduis bellis tributum ſimul & militiam toleraret, armata montem ſacrum atque Aventinum inſedit. Tumque Tribunos plebis & alia ſibi jura paravit. Diſcordiarum & certaminis utrimquę finis fuit ſecundum bellum Punicum. *Auguſtinus*.

Poſtquam, remoto metu Punico, ſimultates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine, dominationes adfectabant, bonique & mali cives adpellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, ſed uti quisque locupletiſſumus & injuria validior: quia praeſentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum mores non paullatim, ut antea, ſed torrentis modo praecipitati: adeo juventus luxu atque avaritia corrupta eſt, uti merito dicatur, genitos eſſe, qui neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati. *Agellius & Auguſtin.*

Igitur venditis proſcriptorum bonis, aut dilargitis. *Agellius*.

Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempſalem in regnum reſtituentis. *Idem*.

Maxu-

cio vincti dedantur tribuni, *niſi* de tergo *plebis Romanae ſatisfiat*. Terent. Hecyr. Act. I. Sc. II. *v.* 33. *Numquam tam dices commode*, *ut* tergum *meum Tuam in fidem committam*. ſaepe Plautus. adde Flor. I. *c.* XXIII.

MONTEM SACRUM ATQUE AVENTINUM. Diomedes II. p. 439. Prolepſin in his obſervat, quia mons poſtea, quam populus eum inſederat, *ſacer* dictus & Jovi conſecratus eſt. Utrumque montem jungit etiam Plinius XIX. *c.* IV. *Nemo* ſacros, Aventinosque *montes & iratae plebis ſeceſſus circumſpexerit.* duae itaque aut plures ſeceſſiones his verbis indicantur. vide Cat. *c.* XXXIII. n. 3.

SIMULTATES EXERCERE VACUUM FUIT. Sic Cat. *cap.* IX. n. 2. *jurgia*, *diſcordias*, ſimultates *cum hoſtibus* exercebant. vide ad *c.* XLIX. n. 2. *vacuum*, eſt opportunum fuit, licuit. Gloſſae: Vacuum, ἄσχολον, ἄκαιρον. Dictys II. *cap.* VII. *Interim in eo* otio *Agamemnoni cum Menelao fratre exercere diſcordias* vacuum fuit. Hinc *vacat*. vide & Cat. *c.* XV. n. 2. & Muncker. ad Fulgent. I. Mythol. Praefat.

IN GRATIA PLERIQUE CONCESSERANT. Sic legendum, pro *in gratiam*, ex Aruſiano. aliter Cat. *c.* XX. n. 7. & Jug. *c.* XVIII. extr. plura tamen hujus formae notavimus ad Cat. *c.* XLII. n. 3. de his moribus lege Jug. *c.* XLI. & Cat. *c.* XXXVII.

ET INJURIA VALIDIOR, QUIA PRAESENTIA. Mutavi diſtinctionem, quae vulgo erat corrupta. Eadem brevitate locutus eſt Cat. *c.* XVIII. extr. *injuria* dictum, non ut Jug. *cap.* I. extr. *gloria aeternus*; neque pro *ad injuriam*, ut Jug. *cap.* XCV. *amicitia facilis*. ſed pro eo, quod eſſet *validior*, *quam injuria*, i. validior illis, qui injuſte praeſentia invadebant. Non male etiam *praeſentia defendere* intelligas praeſentia mala propulſare & arcere, ut exempla mox ad Orat. Lepidi n. I. adlata docent. Tacit. I. Ann. *c.* XXX. *quia* praeſentia *ſatis conſederant*, *in urbem rediit*. *c.* XLV. *Sic compoſitis* praeſentibus, *haud minor moles ſupererat*. XI. *c.* XVII. *ubi* praeſentia *ſatis compoſita ſunt*, *legiones veterem ad morem reduxit*. qui certe in his Salluſtium ſuum ſecutus eſſe videtur.

NEQUE IPSI HABERE -- NEQUE ALIOS PATI. Intellige *res familiares habere*, per elegantiſſimum Zeugma, cujus exempla vide ad Cat. *c.* LI. n. 19. LIII. n. 28.

METUS POMPEII VICTORIS. A. Gellius IX. *c.* IX. interpretatur, quod Pompejus metueretur. nam metus duplex eſt, quem facimus, & quem patimur, obſervante Quinctil. VI. *cap.* II. pag. 521. Juſtin. XXXI. *cap.* II. metu*que inviſi* nominis *tandem populum Rom. liberaret*. Auct. B. Afric. *c.* XLVIII. *ut exercitus Scipionis* a terrore Caeſaris *liberaretur*. Pſalm. CV. comm. 38. Εὐφράνθη Αἴγυπτος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτῶν, ὅτι ἐπέπεσεν ὁ ΦΟΒΟΣ ΑΥΤΩΝ ἐπ' αὐτούς. Supra *metus* a *Tarquinio* dixerat: & ei notioni ſervit Caſus gignendi apud Phaedr. II. Fab. VIII. *v.* 2. *Ut* venatorum *fugeret inſtantem* necem. Cic. I. Offic. *vulgaris liberalitas referen-*

 da

Maxumeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus & Aruſianus*.

Quin lenones & vinarii laniique, quorum praeterea vulgus in dies uſum habet, precio compoſiti. *Cariſius*.

Genus armis ferox, & ſervitii inſolitum. *Aruſianus*.

M. AEMILII LEPIDI Coſ. AD P. R. Oratio CONTRA SULLAM.

Clementia & probitas veſtra, Quirites, quibus per ceteras gentis maxumi & clari eſtis, plurimum timoris mihi faciunt, advorſus tyrannidem L. Sullae: ne ipſi nefanda quae aeſtumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini (praeſertim cum illi ſpes omnis in ſcelere atque perfidia ſit; neque ſe aliter tutum putet, quam ſi pejor atque inteſtabilior metu veſtro fuerit, quo captivis libertatis curam miſeria eximat) aut ſi provideri-
2 tis, in tutandis periculis magis, quam in ulciſcendo teneamini. Satellites quidem ejus, homines maxumi nominis, non minus optumis majo-
rum

da eſt ad illum Ennii *finem*. adde Catil. *cap.* XXXVIII. n. 4.

IN TEMPORE BELLATURI. Vide ad illa Jug. c. LVI. n. 3. *praeterea pollicetur*, in tempore *ſemet cum exercitu adſore*.

VULGUS IN DIES USUM HABET. Cat. c. XLVIII. n. 2. *quippe cui omnes copiae* in uſu quotidiano *& cultu corporis erant*. Sed ut nunc verba jacent, ſenſus exiſtit: *quibus vulgus quotidie utitur;* ita ut illi denotari videantur, qui, ut Sueton. Nerone c. XXXVI. ait, *diurnum victum quaerunt*. Ambroſius Ep. VI. *ſicut mercenarius, diurnam mercedem quaerere*.

LEPIDI ORAT. 1. MAXUMI ET CLARI. Catil. *cap.* LIII. n. 1. *Cato* magnus atque clarus habetur.

PLURIMUM TIMORIS M. FACIUNT. Plancus Cic. X. ep. XVIII. n. 3. *non ullam rem aliam extimeſcens, quam eamdem, quae* mihi *quoque* facit timorem. adde Jug. c. LIII. n. 3.

NE AUT IPSI, NEFANDA QUAE AEST. Vetuſtiores edd. *ne quae ipſi nefanda aeſtimatis*, ſine particula *aut*, quae & ſemel poſita infra: aut *ſi provideritis*, ſeſe ſuſtinere poteſt.

PARUM CREDENDO DE ALIIS. Poſtremis duabus voculis nihil opus, niſi propter Gnomen. nimirum *ut quisque eſt vir optimus, ita difficillime alios improbos ſuſpicatur*, Cic. ad Q. Fratr. ep. 1. adde X. Fam. ep. XXIII. n. 1. & Ambroſ. III. Offic. c. X.

PEJOR ATQUE INSTABILIOR METU V. De voce *inteſtabilis* vide ad Jug. c. CXVII. extr. *metu* I. Waſſe exponit *ex metu*, vel *ob metum*. poſſes: Pejor, quam vos timetis. Jug. c. LXXV. num. 8. *praeterea commeatus* ſpe *amplior*. Infra n. 6. *per ſceleris immanitatem tutus*. III. Or. Licinii: *omnis injuria gravitate tutior eſt*. adde Jug. c. XXXI. n. 14.

QUO CAPTIVIS LIBERTATIS CURAM M. E. Recte Douza intelligit *vobis captivis*. Seneca Thyeſte v. 409. *Celebrata juveni ſtadia, per quae nobilis Palmam paterno non ſemel curru tuli.* pro *mihi juveni*. Homines autem miſeri & in ſervilem conditionem ſemel projecti, ut dimidium mentis, ſic curam libertatis amittunt. vide Bernegger. ad Juſtin. XVII. *cap.* III. n. 13.

AUT SI PROVIDERITIS. Proprie locutus eſt, praevidere & ſuſpicari iſta nefanda. vide ad Catil. c. LII. n. 4. Caeſar VII. Gall. *cap.* XXX. *plus animo* providere *& praeſentire exiſtimabatur*.

IN TUTANDIS PERICULIS MAGIS. *Tutari* pericula eſt praecavere & defendere, ſicuti *tutus*, pro *cauto*. Horat. Epiſt. ad Piſones v. 29. *Serpit humi* tutus *nimium timidusque procellae*. Sic Quadrigarius apud Gell. IX. *cap.* 1. *a pinnis* hoſtes defendebant *facillime*. Caeſar II. Gall. c. XXIX. *bellum illatum defendere*. adde Noſtra ad Cat. c. LII. n. 15. & Jug. c. XIV. n. 19. & ſic mox n. 4.

2. SATELLITES QUIDEM EJUS. Ita nominat aliquoties *ſocios* & *adminiſtros* Sullae, ut & Cicero. vide Graev. ad Cic. pro Milone c. XXXIII.

HOMINES M. NOMINIS — EXEMPLIS. Sic Jug. c. XCV. *Sulla* animo *ingenti*, *cupidus voluptatum*, *ſed gloriae cupidior*, otio luxurioſo *eſſe*. Spartian. Adrian. c. X. *Nec tribunum niſi* plena barba *faceret*, *aut* ejus aetatis, *quae prudentia & animo tribunatus robur impleret*. adde notata ad Cat. c. XIII. n. 4.

SERVITIUM SUUM MERCEDEM DANT. I. e. ſervitute ſua redimunt dominationem Sullae in vos. Florus III. c. XIII. *Sed haec ipſa in perniciem redibant: & miſera reſpublica in exitium ſuum* merces *erat*. ibi vide Freinshemium & Interpp.

rum exemplis, nequeo ſatis mirari, dominationis in vos, ſervitium ſuum mercedem dant: & utrumque per injuriam malunt, quam optumo jure libere agere. praeclara Brutorum, atque Aemiliorum & Lutatiorum pro- 3
les, geniti ad ea, quae majores virtute peperere, ſubvertunda. Nam 4
quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque & Antiocho defenſum eſt aliud, quam libertas, & ſuae cuique ſedes; neu cui, niſi legibus, pareremus? 5
quae cuncta ſaevus iſte Romulus, quaſi ab externis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque conſulis & aliorum principum, quos fortuna belli conſumpſerat, ſatiatus; ſed tum crudelior, cum pleroſque ſecundae res in miſerationem ex ira vertunt. Quin ſolus omnium, poſt memoriam 6
hominum, ſupplicia in poſt futuros compoſuit: quis prius injuria, quam vita

terpp. Petronii *c.* CXIX. ut haec acute, ita & illud eleganter, quod *dant*, *malunt* dixerit poſt verbum *nequeo ſatis mirari:* quaſi illa abſolute intelligenda eſſent. Plaut. Trucul. A. II. Sc. II. *v.* 62. *Verum ego illum, quamquam violentus eſt*, ſpero *mutari* poteſt. Cic. v. epiſt. IX. n. 2. *non* puto repudiabis *in honore*. adde notata ad III. epiſt. I. n. 3.

ET UTRUMQUE PER INJURIAM MALUNT. Ciacconius mallet: *&* vincti *per injuriam malunt*, nullo alio argumento, niſi quod ſequitur *liberi*. Sed vide obſervationem noſtram ad Cat. *c.* XII. n. 5. *utrumque* eſt & dominatio Sullae, & ſervitium ipſorum ſatellitum.

3. PRAECLARA BRUTORUM --- PROLES. Scilicet opprobria tantorum nominum. Catullus Carm. XXVIII. extr.

At vobis mala multa dii deaeque
Dent, opprobria *Romuli Remique*.

GENITI AD EA --- SUBVERTUNDA. Plaut. Trin. Act. III. Sc. II. *v.* 16. *Itane tandem majores famam tradiderunt tibi tui, Ut virtute eorum ante-parta per flagitium perderes, Atque honori poſterorum tuorum ut vindex fieres?* Cic. I. Offic. *c.* XXXII. extr. *Optima haereditas a parentibus traditur liberis, gloria virtutis rerumque geſtarum: cui dedecori eſſe, nefas & vitium judicandum eſt*.

4. A PYRRHO --- DEFENSUM. Contra vim Pyrrhi ceterorumque tutati ſumus. dixi modo num. I.

NEU CUI, NISI LEGIBUS, PAREREMUS. *Neu* poſt adfirmationem, ut Cat. *c.* XXXIII. extr. id vero eſt, quod Cic. pro Cluentio dixit: *legum idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus*. adde EXCURSUM II. in Jugurtham n. 4.

5. SAEVUS ISTE ROMULUS. Per Antonomaſiam *Romulus* dicitur, qui novi ſtatus reip. auctor eſt. Sic Declam. in Ciceron. *Oro te*, Romule *Arpinas, qui omnes Paullos, Fabios, Scipiones ſuperaſti.* vide Muretum, Douzam, Vulpium denique ad Catullum Carm. XXIX. *v.* 5. ſed ex iſtis potiſſimum Douza audiendus, qui proxime ad noſtram interpretationem accedit.

PLEROSQUE SECUNDAE RES IN MISER. EX IRA VERTUNT. Corrigit Douza *pleriſque*, ceteris in ſuo ſtatu relictis. Sed, ſi quid mutandum, legerem: *tum crudelior, cum plerique in miſerationem ex ira vertunt*. ut voces *ſecundae res* ſint adſutae ab illis, qui interpretari voluerunt, quando ejusmodi mutatio evenire ſoleat. Sed nihil omnino mutandum ex recepta lectione, quandoquidem *res quem vertere* ſatis commode dicantur, ſicuti *ſpes impellere*, *ſpolia hortari* & alia talia notata ad Jug. *c.* LXV. num. 4. Juſtin. XII. *c.* VI. *Eodem igitur* furore *in poenitentiam, quo pridem in iram* verſus, *mori voluit*. cum nota I. Fr. Gronovii. eamdem ſententiam dilatat Appian. I. Civ. pagin. 422.

6. POST MEMORIAM HOMINUM. Quantum homines meminere, ſive dum homines fuere. Cic. XI. epiſt. V. n. 3. *re, quae a te geſta eſt* poſt hominum memoriam *maxima*. X. epiſt. XVI. n. I. *Nihil* poſt hominum memoriam *glorioſius accidere vidi*. adde Jug. *c.* V. n. 3.

IN POST FUTUROS. Nempe in proſcriptorum liberos. vide Cat. *c.* XXXVII. n. 9. & Quinctilian. XI. *c.* I. Sic vero Plautus *ante-parta;* Cicero I. de Invent. *ante-facta*; Virgilius I. Aen. *v.* 202. *ante-mala;* Varro III. R. R. *cap.* IV. in. *poſt-principia*. talia Plautus aliique. Plinius VII. *cap.* LV. *duplicat obitus, ſi dolore etiam* poſt-futuri *aeſtimatione evenit*. ubi & *antegenitale* eo ferme modo dixit. multa vero a verbo *eſſe* talia compoſita dantur, Catilin. *cap.* XXIII. extr. *poſt eſſe; cap.* LIII. *ante eſſe*. I. de Rep. Ord. *mox futurum malum;* Horatius *poſt-geniti;* Paullus ICtus *poſt-factum*. Nemini etiam inaudita *nuper-nugae, olim-magnus, ante-comae*. vide Vechner. I. Hellenolex.

menta reliqua habet. Sociorum & Latii magna vis, civitate, pro multis 12
& egregiis factis a vobis data, per unum prohibentur: & plebis innoxiae
patrias ſedes occupavere pauci ſatellites, mercedem ſcelerum. Leges, 13
judicia, aerarium, provinciae, reges, penes unum, denique necis civium,
& vitae licentia. Simul humanas hoſtias vidiſtis, & ſepulchra infecta ſan- 14
guine civili. Eſtne viris reliqui aliud, quam ſolvere injuriam, aut mori per 15
virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro ſeptis
ſtatuit: neque quiſquam extremam neceſſitatem nihil auſus, niſi mulie-
bri ingenio, exſpectat. Verum ego ſeditioſus, uti Sulla ait, qui praemia 16
tur-

quod paullo ante rex, genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis, inops, *alienas opes exſpecto*. Venetae: *cogitandi inops*.

NE SERVILIA QUIDEM ALIMENTA. Quantum in ſingulos dies ſervis dari, aut in ſingulos potius menſes demetiri ſolebant. III. Hiſt. Orat. Macri.

12. MERCEDEM SCELERUM. Κατ' ἐπεξήγησιν eſſent praemium ſcelerum ſuorum. Propert. III. eleg. IX. *v.* 31. *Conjugii obſceni* pretium *Romana popoſcit* Moenia, *& addictos in ſua regna* patres. plura N. Heinſius ad Ovid. Her. Epiſt. VI. *v.* 146. nos ad Cat. *c.* XL. n. 3. *mercedem*, pro praemio habes Catil. *c.* XX. n. 1. Similiter Jug. *c.* XIV. n. 11. *regnum ejus* ſceleris *ſui praedam fecit*.

13. PENES UNUM. Laudo Codicem illum antiquiſſimum, qui nobis has Orationes, & multa de Salluſtii genio ſervavit. nam in Catilina & Jugurtha talia non tulerunt librarii, quin ſtatim adderent *ſunt* & ſimilia. vide ad Jug. extr. Sic Cat. *c.* XX. n. 8. *Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae* apud illos *ſunt, aut ubi illi volunt*. Jug. *c.* XXXI. n. 19. *cum regna, provinciae, leges, jura, judicia, bella atque paces, poſtremo divina & humana omnia* penes paucos *erant*. denique ſimillimum Zeugma habes apud Cic. XII. ep. XVIII. n. 3.

14. HUMANAS HOSTIAS VIDISTIS. Qui nempe ad ſepulcra Sullanorum ſecuri percuſſi ſunt, ut ſatisfacerent occiſis, nec illi *umbra* errarent *inulta*; quod de Craſſo dixit Lucanus I. *v.* 11. ita ſe mores habebant. vide Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. *c.* XV. Innuit autem Noſter ſine dubio triſtem Marii Gratidiani exitum, *quem per ora vulgi ad* ſepulcrum *Lutatiae gentis pertractum, non prius vita privavit, quam oculos infelicis erueret, & ſingulas corporis partes confringeret*, Valer. Max. IX. *c.* II. n. 1. Seneca III. de Ira *c.* XVIII. Florus III. *c.* XXI. n. 26.

15. QUAM SOLVERE INJURIAM. I. e. ſeſe liberare ab injuria, injuriae facultatem eripere. Dictys V. *c.* XVI. *ſervitium morte ſolvere*. Egeſippus IV. *c.* II. *Facile eſt* injuriam ſolvere, *ſi virtus ſe recognoſcat*. *Solvere* autem *pontem, bellum, obſidionem, matrimonium* vulgo nota ſunt. proprie *diſſolvere*. nec ſatis curate Donat. ad Terent. Adelph. A. II. Sc. I. *perſolvere* reddit. vide Cat. *c.* XX. n. 6. Phaedr. IV. Fab. IV. *v.* 33. ſolvit errorem *omnium*. cum nota Schefferi, & Non. Marc. *c.* IV. n. 419.

FINEM VEL FERRO SEPTIS STATUIT. Nihil contra mortem munitum. Propert. III. eleg. XVI. *verſ.* 25.

> *Ille licet* ferro *cautus ſe condat &* aere
> *Mors tamen incluſum protrahit inde caput*.

unum dixit (ſeu, quod I. Waſſe non male conjicit *unam*, vide ad Cic. X. epiſt. XXXII. n. 9.) *finem*. multae viae, unus exitus. de qua re pulcherrime Arrianus Diſſert. II. *c.* VI. & Statius II. Silv. I. *v.* 209. ſeqq. Tacit. I. Hiſt. *c.* XXI. *mortem omnibus ex natura* aequalem, *oblivione apud poſteros, vel gloria diſtingui*. adde Herodian. II. *c.* II. & V.

EXTREMAM NECESSITATEM. Cicer. pro Sext. *c.* XXI. *Cum eſſet omnibus definita mors, optandum eſſe, ut vita, quae* neceſſitati *deberetur, patriae potius donata, quam reſervata naturae videretur*. lege quae ibi ex Demoſthene, Pindaro aliisque N. Abram. Hinc ſaepe illi, quibus certa mors imminebat, acerrime dimicarunt. vide Cat. *c.* LVIII. Sed *extremam neceſſitatem* eleganter pro morte poſuit, quae eſt *neceſſitas naturae*, Cic. IV. Cat. *c.* IV. Tacit. XV. Ann. *c.* LXI. *Intromiſit ad Senecam unum ex centurionibus, qui* neceſſitatem ultimam *denunciaret*. adde Gronov. II. Obſerv. *c.* II. Denique haeſitat Ciacconius in dictione iſta praeciſa *muliebri ingenio*; cum tamen ſic ſaepe Noſter, & hac Orat. num. 2. item Varro I. R.R. *c.* XVII. *facile enim* ei, *quam* minore natu *ſunt dicto audientes*.

16. QUI PRAEMIA TURBARUM QUEROR. Grono-

Digitized by Google

non poenitet, ut & facta in gloria numeret, &, ſi liceat, avidius fecerit.
Neque jam quid exiſtumetis de illo, ſed quantum vos audeatis, vereor : 20
ne, alius alium principem exſpectantes, ante capiamini; non opibus ejus,
quae futiles & corruptae ſunt, ſed veſtra ſocordia, quam captum ire li-
cet, & quam audeat tam videri felicem. Nam praeter ſatellites commacula- 21
tos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, praeter victoriam? ſcilicet
milites: quorum ſanguine, Tarrulae Scyrroque, peſſumis ſervorum, di-
vitiae partae ſunt: an, quibus praelatus in magiſtratibus capiundis Fuſi-
dius, ancilla turpis, honorum omnium dehoneſtamentum? Itaque maxu- 22
mam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera & labo-
res, nihil, praeter tyrannum, quaeſitum eſt. Niſi forte tribuniciam po- 23
teſtatem everſum profecti ſunt per arma, conditam a majoribus ſuis:
utique

o cives, quae tanta licentia ferri. Florus II. *c.* XIX. *Populus R. in ſe ipſe converſus Marianis atque Sullanis, noviſſime Pompeii & Caeſaris manibus, quaſi per* rabiem & furorem, *nefas, ſemet ipſe laceravit*. Idem IV. *c.* II. n. 2. *Ac Mariana quidem Cinnanaque* rabies *intra urbem proluſerat*.

ADEO NON POENITET. Vellej. Pat. II. *c.* LXVI. *famam vero gloriamque factorum atque dictorum* adeo non *abſtuliſti*, ut *auxeris*. adde Jug. *cap.* XXXI. n. 10.

FACTA IN GLORIA NUMERET. Pro gloria habeat. Cic. I. epiſt. IX. n. 44. *qualem me & eſſe*, & numerari *volo*. vide notam ad XII. epiſt. II. n. 10.

20. ALIUS ALIUM PRINCIPEM EXSPECTANTES. *Principem* dixit *auctorem* Dictys II. *c.* XXIII. in ſimili ſententia; & Livius II. *c.* X. *Cunctati aliquamdiu ſunt, dum alius alium, ut praelium* incipiant, *circumſpectant*. vide Noſtr. Cat. *c.* LII. n. 28.

QUAM CAPTUM IRE L. E. Q. A. TAM VIDERI FELICEM. Sic locus eſt concipiendus, ut concipitur in edd. aliquot recentioribus ſimul & vetuſtis, niſi quod hae *captum iri* praeferunt. Duas res ſignificat: vereor, ne *ante* capiamini, *quam* Sullam capere liceat (quia per ſecordiam cunctamini) & *quam* ipſe Sulla ſibi perſuadeat vos capi poſſe (quia opes ejus futiles ſunt; ſed ſi non audetis, jam capti eſtis: quam felicitatem ne iſte quidem animo praeceperit) *Captum ire* abunde illuſtravimus ad Catil. *cap.* XXXVI. n. 4. *audeat videri felicem* ut Catullus Carm. X. extr. *Per quam non licet eſſe* negligentem. Sed & Gellius IV. *c.* XI. *Videtur* cauſſam *erroris* fuiſſe.

21. TARRULAE SCYRROQUE, PESSUMIS SERVORUM. Veneta prima & 1493. *Tarulae Syrtoque*; 1500. *Tarulae Scyrtoque* Emendabam: *Tarulae Syroque*; Sed opportune A. Popma ad Cic. XII. Att. epiſt. X. *Tarrulae Scirtoque* obtulit: & habes nomen ſervi liberti apud Gruter. pag. 584. n. 5.

FUSIDIUS, ANCILLA TURPIS. *Fuſidius* reſcripſi ex Inſcriptionibus, Horatio, Cicerone: itaque conjecerat Cl. Duckerus ad Flor. III. *cap.* XXI. n. 25. & ſic habent Venetae priores. Per ſummum autem contemtum de viro *ancilla* dixit. Sic Cicer. I. ad Att. epiſt. XIV. *totus ille grex Catilinae, duce* filiola *Curionis*: pro *filio*, ubi vide Popmam. Idem IV. epiſt. XI. de P. Clodio: *quid cenſores, quid Appius, quid* illa *populi* Apuleja. Claudian. I. Eutrop. *v.* 271. *Quid te*, turpiſſima, *bellis Inferis*. de Eutropio loquitur. ibi vide N. Heinſium. *dehoneſtamentum* Noſter iterum dixit infra Fragment. Incert. ut contra Seneca Epiſt. LXVI. *honeſtamentum*.

22. NIHIL, PRAETER TYRANNUM, QUAESITUM EST. Nihil ſibi adquiſivit Sullanus exercitus, niſi ſervitium Sullae. praemia enim turpiſſimis hominibus contulit.

23. NISI FORTE. Saepe his particulis de re incredibili Noſter utitur & his Orationibus, & Jug. & Cat. *c.* XX. extr. ubi dixi.

EVERSUM PROFECTI SUNT — UTIQUE EXTORQUERENT. Uni Verbo jungit ſimul Supinum & Conjunctivum pro more ſuo. Sic Virgil. III. Aen. *v.* 234. *Sociis tunc arma* capeſſant *Edico, & dira bellum cum gente* gerendum. de quo loco bene Quinctilian. VII. *c.* II. Dictys I. *c.* IV. *quamquam atrocitas facti* ad indignationem, ultum*que injurias rapiebat*. Noſter III. Hiſtor. Or. Macri n. 17. *Neque ego vos* ultum *injurias hortor, magis* uti *requiem* cupiatis. Nec ſunt talia adeo rara apud optimos ſcriptores, ut vulgo ſibi perſuadent; Noſtro tamen aemulisque ejus veluti propria. Confer notata ad Catil. *c.* XVI. num. 2. XXII. num. 3. Jug. *c.* XXV. num. 1. EXCURSU II. in Jug. n. 4. Eod.

utique jura & judicia ſibimet extorquerent: egregia ſcilicet mercede; cum relegati in paludes & ſylvas, contumeliam atque invidiam ſuam,
24 praemia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia ſecundae res mire ſunt vitiis obtentui; quibus labefactatis, quam formidatus antea eſt, tam contemnetur: niſi forte ſpecie concordiae & pacis, quae ſceleri & parricidio ſuo nomina indidit. Neque aliter populo Romano eſſe belli finem, ait, niſi maneat expulſa agris plebes, praeda civilis acerbiſſuma; jus, judiciumque omnium rerum penes ſe,
25 quod populi Romani fuit. Quae, ſi vobis pax & concordia intelliguntur, maxu-

cap. XXXIII. n. 3. alibi. Sed quod omnes fere haec imitari vetant, id nititur turpi quadam & inepta opinione de *aequalitate* Partium omniumque, ut dicunt, Accidentium in oratione obſervanda: quam ſaepe, multis exemplis, refutavi. vide ad Catil. *c.* XVIII. num. 4. XXV. n. 2. &c.

IN PALUDES ET SILVAM. I. Waſſe memorat Codicem, qui *ſilvas;* & ſic Venetae prima & 1493. his obſecutus ſum, etſi alibi diverſos Numeros ab Noſtro conjungi ſciam. Ita vero nominat agros, his militibus adſignandos: & ab Noſtro accepit Tacitus I. Annal. *c.* XVII. *Ac ſi quis tot caſus vita ſuperaverit; trahi adhuc diverſas in terras, ubi* per nomen agrorum, *uligines* paludum, *vel inculta montium accipiant.*

CONTUMELIAM ATQUE INVIDIAM SUAM. Injuria hic Criſpinum reprehendit I. Waſſe, quod expoſuerit: *contumeliam atque invidiam tantum eſſe* pro ſe. Nimirum *ſuam*, atque *penes paucos* opponuntur: quaſi *penes ſe*. Vide modo Catil. *c.* XX. num. 8. nec dicere voluit *praemia paucorum;* cum, ut modo dictum, varietate delectari ſoleat Noſter, & alibi etiam Simplicia & Circumſcripta componuntur. vide ad Catilin. *cap.* XIV. num. 2. & LIX. numer. 2.

24. TANTO AGMINE ATQUE ANIMIS INCEDIT. I. Waſſe haec ad *exercitum victorem* refert; ſed perperam, ut mihi quidem videtur. De Sulla loquitur, quem tantum agmen ſequebatur, quique magnos ſpiritus gerebat. *Incedere* de omnibus dicitur, qui ſeſe oſtentant, & in hominum oculos incurrunt. Lucret. III. *v.* 75. *Macerat invidia, ante oculos illum eſſe potentem, Illum adſpectari claroque* incedere *honore.* adde Jugurth. *c.* XXXI. n. 10. *animis* dixit ad rem augendam. III. Hiſt. Or. Licinii: *Lucullus ſuperiore anno* quantis animis *ierit in L. Quinctium, vidiſtis.* Virg. VI. Aen. *v.* 261. *Nunc* animis *opus, Aenea, nunc pectore firmo.* Liv. XXXIII. *c.* XLVI. *jam pro futuris mox opibus* animos *gerebat.*

MIRE SUNT VITIIS OBTENTUI. Secundae res impediunt, quo minus vitia hominum ſtatim perſpiciantur: quae ſi in Sulla a militibus noſcerentur, ſtatim forte illum deſererent. Sententia eſt ex Demoſthen. Olynth. II. *αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι ϗ συσκιάσαι τοιαῦτα ὀνείδη*: quam Thucydidi tribuit Seneca IV. Controv. XXIV. ubi docet, in hac ipſum Thucydidem victum eſſe brevitate ab Salluſtio. vide ad eum locum omnino A. Schottum. Tacit. I. Hiſt. *c.* XLIX. *Sed claritas natalium, & metus temporum* obtentui, *ut quod ſegnitia erat, ſapientia vocaretur.* Noſter II. de Rep. Ord. *tabella* obtentui *erit.*

NISI FORTE SPECIE CONCORDIAE ET PACIS. Adde *tanto agmine atque animis incedit:* ſic vides, nulla mutatione opus eſſe. Sulla nempe exercitum ſibi faventem tenebat, quia pacem & concordiam populo R. reſtituiſſe videbatur, dum abdicatus Dictatura populo libera permiſerat ſuffragia. Plutarch. Pompej. p. 626. in Sulla p. 473. Sed bene *ſpeciem* tantum vocat, & particulas *niſi forte* addit. Quod vero Interpretes hunc planum ſenſum neglexerint, factum eſt propter conjunctionem τῆς *quia* & *ſpecie*. Sed nulla inſolentia Criſpum ſic ſcripſiſſe videas ex Cat. *c.* XL. n. I. XLVIII. n. 6. LVI. n. 5. addas Livium I. *c.* XLVIII. *Convenere extemplo, alii jam ante ad hoc* praeparati, *alii* metu, *ne non veniſſe, fraudi eſſet.*

JUS JUDICIUMQUE O. R. PENES SE. Intellige *maneat*. Sic n. 23. *uti* jura & judicia *ſibi extorquerent*. & apud Livium aliquoties; vide Gronov. ad XXXVI. *c.* XXXIX. Horat. II. Sat. I. *v.* 82. *Si mala condiderit in quem quis carmina*, jus *eſt* Judicium*que*.

25. OTIUM CUM SERVITIO. Sic n. 9. *quies & otium* cum *libertate; labor* cum *honoribus*. adde n. 26. ut videas haec quaſi Adjective dici: ut in aliis.

SUIMET SANGUINIS CAEDE CIRCUMV. Venetae priores *ſanguinis mercede;* & ſic alius liber apud Waſſium, & probavit Douza, expreſſit Gryphius 1533. & Pareus; Veneta 1500. *ſan-*

Digitized by Google

maxuma turbamenta reipub. atque exitia probate : annuite legibus impoſitis : accipite otium cum ſervitio : & tradite exemplum poſteris ad populum Romanum ſuimet ſanguinis mercede circumveniundum . Mi- 26
hi , quamquam per hoc ſummum imperium ſatis quaeſitum erat nomini majorum, dignitati, atque etiam praeſidio; tamen non fuit conſilium privatas opes facere ; potiorque viſa eſt periculoſa libertas , quieto ſervitio. Quae ſi probatis , adeſte Quirites , & bene juvantibus diis , M. 27
Aemilium Conſulem , ducem & auctorem ſequimini ad recipiundam libertatem.

Tunc vero & poſci, cum caeteri ejuſdem cauſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, provocare*.

Curionem quaeſivit, uti adoleſcentior, & populi ſuffragiis integer, aetati concederet Mamerci. *Priſcianus* lib. x.

Philippus, qui aetate & conſilio ceteros anteibat. *Servius* l. II.

ORATIO L. PHILIPPI CONTRA LEPIDUM.

Maxume vellem , P.C. remp. quietam eſſe, aut in periculis a promtiſſumo 1

ſanguinis mercedem. Nimis inepte tamen Cl. Waſſius *caede* retinere, & *ſanguinem* capit pro *neceſſitudinibus*, ut eſt apud Poetas frequenter: neque tamen ex his potuit *ſanguinis caedem* nobis monſtrare. At *ſanguinis mercedem* recte ſimul ac eleganter dici ex nota ad n. 2. patet.

26. PER HOC SUMMUM IMPERIUM. Sic vocat *Conſulatum*, uti & Seneca. vide locum ad Cat. c. LV. n. 6.

27. DUCEM ET AUCTOREM SEQUIMINI. Formula evocationis in re trepida repentinoque tumultu, Conſuli fere propria. de qua Cic. poſt Red. in Senat. c. IX. *ut cuncti ex omni Italia, qui remp. ſalvam vellent, ad me unum hominem — reſtituendum & defendendum venirent. ut qua voce* ter omnino *poſt Romam conditam conſul uſus eſſet pro univerſa rep. apud eos ſolum, qui ejus vocem exaudire poſſent : eadem voce ſenatus omnis omnibus agris atque oppidis cives totamque Italiam ad unius ſalutem defendendam excitaret*. Ibi *bis* tantum factum hoc eſſe, memorare poteſt Lambinus ex Briſſonio: nempe a C. Calpurnio Piſone in C. Cornelii tribunatu; & a C. Mario & L. Valerio Flacco, in ſeditione illa, in qua Saturninus occiſus eſt, Manutius addidit ex Liv. III. c. XVII. P. Valerii vocem , quae forte a Cicerone numerata non eſt. Lepidi noſtri nullus meminit, nec ipſe Briſſonius II. Form. p. 412. qui tamen numerum illum optime explere videtur. Reſpexit , ut ſolet, hanc formulam Prudent. Pſychom. v. 403. *En ego Sobrietas, ſi* conſpirare *paratis*, Pando viam *cunctis virtutibus, ut maleſuada Luxuries, multo ſtipata ſatellite, poenas* Cum *legione ſua Chriſto ſub judice pendat*.

CURIONEM QUAESIVIT, UTI ADOLESCENTIOR cet. Priſcianus x. p. 902. citat, ut oſtenderet , *quaeſo*, h. e. rogo, obſecro facere & *quaeſi*, & *quaeſivi*; etiamſi Primitivum *quaero* habeat itidem *quaeſivi*. Cetera bene ; ſed de Primitivo aliquis ambigeret, qui forte unum verbum eſſe *quaero* & *quaeſo* ſibi perſuaſit: uti *Papirius* & *Papiſius*; *Aegyros* & *Aegyſos* ; Τυῤῥηνία & Τυρσηνία. Miror interim Grammaticos , qui *quaeſo* & *amabo* inter Adverbia retulerunt , cum ſint maneantque in conſtructione etiam Verba. nam *fac, quaeſo*, eſt *rogo, fac*: per eam ſtructuram , quae notata eſt ad Orat. Lepidi n. 2. & *quaeſo facias* eſt pro *ut facias* : quomodo ſaepe Latini, ut dictum ad Cat. c. XXXII. n. 2. Ita *fac, amabo*, eſſet *fac & amabo te*, quomodo Plautus; & ſi diceres *amabo, facias*, eſſet omiſſum *ſi*, cujus exempla poſui ad Jug. c. LXIV. n. 5. Sed tales errores magnamque inertiam hominum etiam in *quamvis, quamlibet* pluribusque particulis obſervare licet , quibus nullo proprietatis reſpectu, importune ſaepe , utuntur.

OR. L. PHIL. 1. DENIQUE PRAVA INCOEPTA. Eleganter particulam *denique* adhibet, cum non adeo multa enumerata ſint: ſic mox *poſtremo*: ut videantur notare *ad ſummum, ut paucis dicam*. Juſtin. IX. c. IV. *Hujus victoriae callide diſſimulata laetitia eſt*: denique *non ſolita ſacra Philippus ea die fecit, non in convivio riſit*. Vide omnino Schulting. ad Quinctil. Declam. I. c. VI. & Ducker. ad Flor. I. c. XVI. n. 3.

ET AB IIS, QUOS PROHIBERE M. DECEBAT.

tiſſumo quoque defendi; denique prava incepta conſultoribus noxae eſſe.
Sed contra ſeditionibus omnia turbata ſunt, & ab iis, quos prohibere ma-
gis decebat: poſtremo, quae peſſumi & ſtultiſſumi decrevere, ea bonis &
2 ſapientibus faciunda ſunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis
inviſa, tamen, quia Lepido placent, ſumenda ſunt. Niſi forte cui pacem
3 praeſtare, & bellum pati conſilium eſt. Pro, dii boni, qui hanc urbem
omiſſa cura adhuc regitis; M. Aemilius, omnium flagitioſorum poſtremus,
qui pejor, an ignavior ſit, deliberari non poteſt, exercitum opprimun-
dae libertatis habet, & ſe e contemto metuendum effecit: vos muſſan-
tes, & retractantes verbis & vatum carminibus, pacem optatis magis, quam
defen-

Edd. vetuſtae *& ab his, quos*. Credo Salluſtium ſcripſiſſe: *& quos probibere magis decebat.* vide prolata ad Cat. *c.* XIII. n. 2. ad Jug. *c.* XLIX. n. 2.

2. PACEM PRAESTARE ET BELLUM PATI. Pacem *habere* & alteri *exhibere*; ſed quos Lepidus pro hoſtibus habebit. Vellej. II. *c.* LXXVI. *quiſquis aequum ſe* praeſtiterit. Cic. III. ep. IX. praeſtat *tibi memoriam benevolentiamque quam debet*. Juſtin. VII. *c.* III. *Cognatio Bubaris* pacem praeſtitit. Id. XLIII. *c.* V. *quae res illis & virium fiduciam auxit, &* pacem *ab hoſtibus* praeſtitit.

3. OMISSA CURA, ADHUC REGITIS. I. e. adhuc negligentes eſtis in regenda hac urbe; ut contra *magna, acris cura* apud Ciceronem. Terent. Heaut. A. V. Sc. II. *v.* 9. *Ubi te vidi animo eſſe* omiſſo. vide Gronov. III. Obſerv. *c.* VII. & Jug. *c.* XIV. n. 21. Sed & hunc locum prava diſtinctione liberavimus.

FLAGITIOSORUM POSTREMUS. Sicuti Jugurt. *c.* IV. *extrema dementia*, alibi *ultimum ſupplicium*. Cicero: *homines poſtremi*. Seneca de Conſtant. *c.* XIII. *ſed* poſtremos, *ſed venales*. Sic infra IV. Hiſt. *ſervorum poſtremus*. Contra, *primus*. Hinc Lucianus Tom. I. p. 1009. Οὐ μόνος καὶ ΠΡΩΤΟΣ αὐτός ἐστι τῶν [illegible], ἔφη, ἢ μὴν εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος· εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

PEJOR, AN IGNAVIOR SIT DELIBERARI NON POTEST. Sic IV. Hiſt. init. *incertum ſtolidior, an vanior*. Cic. XI. epiſt. XXVII. n. I. *Nondum ſatis conſtitui, moleſtiaene plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noſter.* adde XIII. ep. I. n. I. & Catil. *c.* XXV. n. 3. Igitur *deliberare* non pro *dubitare* accipias; qua notione Minuc. Fel. *c.* XXXV. *Eos autem merito torqueri, nemo* deliberat: ſed pro *ſtatuere*, ut Cicero: *certum eſt deliberatumque.* vide Schulting. ad Senec. III. Controv. XXIII. pag. 259.

EXERCITUM OPPRIMENDAE LIBERTATIS. Ad opprimundam libertatem. vide ad Jugurth. *c.* LXXXVIII.

E CONTEMTO METUENDUM EFFECIT. Venetae omittunt Praepoſitionem; male, uti cenſuit Rivius. vide ad Cat. *c.* V. extr.

MUSSANTES ET RETRACTANTES VERBIS. *Muſſare* verbum a Varrone VI. de L. L. in Poeticorum cenſum relatum eſt. ipſe a Graeco μῦ deducit. ibi vide Scaligerum. Habes apud Terent. Adelph. A. II. Sc. I. *v.* 53. Virg. XI. Aen. *v.* 69. alibi; Stat. III. Theb. Arg. *v.* 10. & ipſo Libro *v.* 93. ubi Scholia priſca: *Non enim audent dolorem ſuum confiteri metu Tyranni*. Sed neque poetarum tantum eſt. Livius XXXIII. *c.* XXXI. *Soli Aetoli id decretum clam* muſſantes *carpebant.* Plin. III. epiſt. XI. muſſantibus *magnis quibuſdam & locupletibus amicis*. item VII. epiſt. I. Sulpic. Sev. I. Hiſt. S. *c.* XLIII. *Enimvero miſeri trepidantes* muſſare, *& tamen quid Helias facturus eſſet exſpectare*. Claud. Mamerc. II. *c.* X. *Qui vel in magnos viros obloquia, vel de rebus ſummis deliramenta cum compotatoribus ſuis* muſſitant, *aut palam loquantur, aut taceant*. adde Auct. Queroli Act. III. Sc. II. Dein RETRACTANTES Schulting. in Quinctil. Declam. I. *c.* VI. corrigit in *Rem tractantes*. Sed quando notionem τοῦ *dubitare* in his verbis maxime quaerit, nihil aptius, quam Verbum *retractare*, quod poſitum eſt pro *retrahere ſeſe, revocare*, ut dixit Caecina Cic. VI. ep. VII. n. 5. Virg. XII. Aen. *v.* 889. *Quae nunc deinde mora eſt? aut quid jam, Turne*, retractas? Livius VI. *Juniores ad edictum ſine* retractatione *convenerant.* & ſic Cic. XIV. Phil. *c.* XIV. VERBIS eſt propter verba, h. e. augurum reſponſa, & vatum carmina h. e. libros Sibyllinos. ea latinitate Noſter Cat. *c.* XXIII. n. 3. & alibi ſaepe uſus eſt. Hos libros Cicero II. de Nat. D. *c.* III. *vaticinationes*, de Haruſp. Reſp. *cap.* IX. cum Valer. Maxim. I. *cap.* I. *vatum libros* vocat. Ita nimirum impeditus locus videtur intelligendus.

PACEM — DEFENDITIS. *Defendere* pro *tueri*, ut Cicero *ſalutem defendere*. Noſter *defendere jura, munia*, alia.

4. Ex

Digitized by Google

deſenditis: neque intelligitis, mollitia decretorum vobis dignitatem, illi
metum detrahi. Atque id jure; quoniam ex rapinis conſulatum, ob ſedi- 4
tionem provinciam cum exercitu adeptus eſt. Quid ille ob benefacta ce-
piſſet, cujus ſceleribus tanta praemia tribuiſtis? At ſcilicet, ii, qui, ad 5
poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi de-
creverunt, gratiam ab eo peperiſſe. Imo deſpecti & indigni rep. habiti,
praedae loco aeſtumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam
amiſerant. Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos 6
accerſiri, largitionibus rempubl. lacerari videbam, maturandum putabam
& Catuli conſilia, cum paucis ſecutus ſum. Caeterum illi, qui gentis Ae-
miliae benefacta extollebant, & ignoſcendo populi Romani magnitudinem
auxiſſe, nusquam etiam tum Lepidum progreſſum ajebant: cum privata
arma opprimundae libertatis cepiſſet, ſibi quisque opes aut patrocinia quae-
rendo, conſilium publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro 7
cum calonibus & paucis ſicariis; quorum nemo diurna mercede vitam
mutaverit: nunc eſt pro conſule cum imperio, non emto, ſed dato a vobis;
cum

4. Ex rapinis. Forte pro *per rapinas*, ut Cat. *c.* XII. Sic nempe Jug. *c.* IV. *furtim & per latrocinia ad honores & imperia nituntur.*

5. Gratiam ab eo peperere. Venetae: *gratiam habeo peperiſſe;* in quo nihil vitioſum, praeter *habeo*, pro ab *eo*. Nam *ſcilicet peperiſſe* per proprietatem dicitur, pro *ſcire licet peperiſſe*. Sic Noſter Jug. *c.* CXIII. nu. 3. *quae* ſcilicet *tacente ipſo, occulta pectoris* pateſeciſſe. ubi plura. *peperiſſe* defendit Gronovius, & Gryphius etiam expreſſit.

Praedae loco aestumantur. I.e. pro praeda habentur. Jul. Obſequens *c.* LXIII. *Incendium* prodigii loco *habebant*. Noſter Jug. *cap.* XIV. *vos* in *adfinium* locum *ducerem*.

6. Ceterum illi. *Ceterum* pro *Sed* poſuit, ut alibi ſaepe: quod ideo monendum, ut videas quam temere haec a ſuperioribus ſeparaverit I. Waſſe.

Populi R. magnitudinem auxisse. Sic edd. vett. & intelligendum ex verbo *extollebant*, praedicabant, dicebant aut ſimile. ut Cat. *cap.* XXXVI. n. 3. LI. n. 9. LII. n. 9. *Auxiſſe* dixit per Enallagen pro *auctam eſſe*: uti Cato apud Gell. XVIII. *c.* XII. *eo res eorum* auxit. Saepe Noſter *vertit*, *convertit*, item *mutabant*, pro mutabantur. vide ad Jug. *c.* LXXXV. nu. 9. Excursu VI.

Nusquam e. t. L. progressum videbant. Nihil contra remp. & ſalutem bonorum auſus eſſe videbatur. Sic quidem *videbant* interpretari poteris, quod pro *ſentire* ſaepe dicitur: ut apud Cic. Lael. *cap.* XI. Sed in vetuſtis edd. eſt *ajebant*, quod revocavi, eo, quod modo dixerat *videbant*.

Cum privata arma cet. *Privata* arma vocat, quae Lepidus privato conſilio, nullo SCto, nec populi juſſu ceperat. Cat. *c.* XXIX. n. 1. *opprimundae libertatis* repetitum videtur ex num. 3. *corrumpere* conſilium, ut opportunitates, alia, Catilin. *cap.* XLIII. extr. de re aeque eleganter Cato Cat. *c.* LII. num. 23. *Neque mirum ubi vos ſeparatim ſibi quiſque conſilium capitis — eo fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam.*

7. At tum erat Lepidus latro. Edd. vett. *Attamen erat L. l.* & vereor, ne propter ſequens *Nunc* ſcioli mutaverint: quia eadem fere nota in MSS. *tum* & *tamen* ſcribuntur. & cum Jug. *cap.* IV. num. 7. conſidero, non vereor amplius, ſed vett. edd. adſentior. ita Jug. *cap.* LXXIII. num. 4. *imperatori nobilitas; quae* antea *decori*, *invidiae eſſe*. ubi MS. *modo invidiae eſſe*. *Latro* dicitur, qui nullo publico conſilio, & contra patriam arma ſumſit, Cat. *c.* LIX. num. 5.

Nemo non diurna mercede v. m. Vett. edd. Venetae, quae omnibus novitiis in his Orationibus ſaniores ſunt, ut & aliae: *nemo diurna mercede vitam mutaverit*: & haec eſt manus Salluſtii, notans, eorum neminem pro diurna mercede, vitam ſumturum. h. e. iis diurnam mercedem ipſa vita cariorem eſſe, quod poſtremis hominum & perditiſſimis proprium eſt. Sic Jug. *c.* XXXVIII. extr. quae *gravia quamquam & flagitii plena, tamen quia* mortis metu mutabant, *ſicuti regi libuerat, pax convenit.* ubi vide plura.

Proconsul cum imperio. Venetae priores:

cum legatis adhuc jure parentibus : & ad eum concurrere homines om-
nium ordinum corruptiſſumi; flagrantes inopia & cupidinibus, ſcelerum
conſcientia exagitati; quibus quies in ſeditionibus, in pace turbae ſunt:
hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt; Saturnini olim, poſt
8 Sulpicii, dein Marii Damaſippique, nunc Lepidi ſatellites. Praeterea E-
truria, atque omnes reliquiae belli arrectae: Hiſpaniae armis ſollicitae:
Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur,
diem bello circumſpicit : quin, praeter idoneum ducem, nihil abeſt ad
9 ſubvertundum imperium. Quod ego vos oro atque obſecro P. C. ut ani-
madvortatis; neu patiamini licentiam ſcelerum, quaſi rabiem, ad integros
contactu procedere. Nam, ubi malos praemia ſequuntur, haud facile
10 quisquam gratuito bonus eſt. An exſpectatis dum, exercitu rurſus ad-
moto, ferro atque flamma urbem invadit? quod multo propius eſt ab eo,
quo

pro conſule, quod non erat ſpernendum. vide ad Cat. *c.*XIX. nu.I. Mox mallem: *ad hoc cum legatis*, ex conſuetudine Salluſtii.

QUIES IN SEDITIONIBUS cet. Cat. *c.*XXXVII. *Turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur*.

BELLUM EX BELLO SERUNT. Suſcitant, Livius XL. *c.* XLVIII. *indies majora certamina* ſerebat. Id. XXI. n.10. *Viam ad id unam cernentem, ſi* ex bellis bella ſerendo *ſuccinctus armis legionibusque vivat*. Lamprid. Severo *c.*I. *atque iſta res civilia bella* ſeverat. Noſter IV. Hiſt. Epiſt. Mithrid. nu.20. *audendo & fallendo, & bella ex bellis* ſerendo *magni facti*.

8. RELIQUIAE BELLI ARRECTAE. Sueton. Caeſar. *c.*XXXV. *Dehinc Scipionem ac Jubam* reliquias *partium in Africa refoventes, devicit*. *Arrigi* dicuntur, qui audent contra niti & in bellum exſurgunt. dixi ad Catilin. *cap.* XXXIX. num.3.

HISPANIAE ARMIS SOLLICITATAE. Ciacconius in duobus ſcriptis *ſollicitae* invenit; & ſic quatuor Venetae. Qui recordabitur, quod Salluſtius *habere*, pro habitare; *excire*, pro excitare; *ſuſpicere*, pro ſuſpectare dixerit, non facile antiquiorem lectionem repudiabit.

IN LATERE VECTIGALIUM. In propinquo & loco opportuno, ut latus militis apertum. Jug. *c.*XIV. *Dum Carthaginenſes incolumes fuere, jure, omnia ſaeva patiebamur; hoſtes* ab latere, *vos amici procul, ſpes omnis in armis erat*. Tibullus I. eleg. IV. *v.*45. *Si volet arma, levi tentabis ludere dextra: Saepe dabis* nudum, *vincat ut ille*, latus. Juſtin. XXIX. *c.* IV. *Nec non & Illyriorum rex* lateri *ejus haerens, adſiduis precibus promiſſa exigebat*. Hinc proximi dicuntur *ab latere*, Liv. XXXV. *c.*IV. Sed Noſter alibi *in faucibus, ſupra caput*. vide ad Cat. *c.*LII. nu.35.

9. QUASI RABIEM, AD INTEGROS CONTACTU. Venetae priores *contractu*; poſterioribus haec vox deeſt. Tacit. II. Hiſt. *c.* LX. *Simul ceterae legiones* contactu, *& adverſus Germanicos milites invidia bellum meditabantur*. lege plura ad Cat. *c.* X. nu.6. Carrio conjecit *quaſi tabem*: cur non & *labem?* quam apte *rabies*, vide ad Orat. Lepid. nu.19. Livius XXI. *c.* XLVIII. *Scipio caedem eam ſignum defectionis omnium Gallorum eſſe ratus*, contactosque *eo ſcelere, velut injecta* rabie, *ad arma ituros*. Opportune Caeſar III. Gall. *cap.* X. *Multa ad id bellum incitabant; inprimis ne hac parte neglecta, reliquae nationes* idem *ſibi* licere *arbitrarentur*.

HAUD FACILE QUISQUAM GRATUITO BONUS EST. *Gratuito* eſt ſine praemio, ut Cat. *c.*XVI. nu.3. gratuito *potius malus atque crudelis erat*. ubi vide. Sic infra III. Hiſt. Or. Macri: *meliusque habent* mercede *delinquere, quam* gratis *recte facere*. adde in eam ſententiam Cic. II. Offic. *c.* VIII. & III. *c.*XVII. & confer Jug. *cap.* XXXI. extr.

10. EXERCITU RURSUS ADMOTO. Uti nempe Marius admovit urbi & nobiliſſimum quemque ferro aut fuga extinxit. memoraverat enim milites Saturnini olim & Sulpicii, poſt Marii Damaſippique ſatellites. Sed admovebat jam tum exercitum urbi. vide Orat. extr.

QUOD MULTO PROPIUS EST AB EO, QUO AGITAT cet. Hunc locum juxta cum ignariſſimis ſeſe intelligere fatetur Douza; & I. Waſſe eum pro adeo corrupto habet, ut addiderit: qui hunc locum abſque meliorum Codd. ope in integrum reſtituere ſperat, ille *οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βούλησιν ἐλπίζει*. Sed ita nobis omnia noſtra eveniant, ut apertum & elegantem ſenſum ex

quo agitat, ſtatu, quam ex pace & concordia ad arma civilia: quae ille ad-
vorſum divina & humana omnia cepit, non pro ſua, aut quorum ſimulat
injuria, ſed legum ac libertatis ſubvertundae. Angitur enim, ac laceratur 11
animi cupidine & noxarum metu, expers conſilii, inquies; haec atque illa
tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt,
atque interim abutitur veſtra ſocordia. Neque mihi ſatis conſilii, metum, 12
an ignaviam, an dementiam eam adpellem: qui videamini intenta mala,
quaſi

ex his eruimus, utique locum in integrum reſtitutum non ſperamus, ſed in manibus tenemus. Hoc vult: *quod* (ut exercitus urbi admoveatur) *minus abeſt ab eo, in quo nunc Lepidus eſt, ſtatu, quam a pace & concordia abſunt civilia arma*. h. e. facilius multo ad hoc conſilium labi poteſt, ut urbem invadat, cum exercitus illi ſit in manu; quam facile videbatur, a concordia & pace (quae erat in rep. antequam Lepidus arma caperet) ad bella civilia deſciſcere. Eſt concluſio a majore ad minus. Cum tam facile pro pace bellum & civile quidem ſumſerit Lepidus; facilius nunc, cum exercitum habeat opprimundae libertatis, urbem occupabit. minus enim haec diſtant a ſe invicem, quam illa. *Prope eſſe ab re*, loco propinquum eſſe rei, non multum diſtare Plinius XIV. *cap.* IV. *Tam* prope ab *origine rerum* ſumus. Tacit. II. Hiſt. *c.* LXXVI. a *contumelia*, *quam* a *laude* propius fuerit, *poſt Vitellium eligi*. Saepe ita Cicero. vide Manut. ad I. Attic. epiſt. I. Illud vero, quod mox dicat *ex* pace, *ad* arma, imperitos tantum offendere poteſt; cum *prope* eſt *ad* arma aeque recte dicatur, ut *prope ante*, *prope ab*; diverſitatem autem huiuſmodi Noſtrum ſemper amplecti, iterum monere piget, & vidimus eamdem num. 4. Poſtremo & alteri membro aliud Verbum ſenſu addere licuiſſet: e. g. *vertit*, ut ſupra: in *miſerationem* ex *ira vertunt*; aut *venit*, ut Jug. *cap.* XIII. *ut* ex *maxuma invidia* in *gratiam nobilitatis veniret*; aut *proceſſit*, *cecidit*, ut Jug. *cap.* LXII. *quam gravis caſus* in *ſervitium* ex *regno foret*. nam & eadem figura Criſpum uti, diximus num. 6. Verum prior noſtra interpretatio optime habet, & haec tantum addidimus, ut appareret, alia etiam via procedere potuiſſe interpretes ad veram loci ſententiam. Seneca Epiſt. XCII. *minus enim intervalli a beato ad beatiſſimum reſtat, quam a miſero ad beatum*.

AUT QUORUM SIMULAT INJURIA. H. e. *aut eorum* pro *quorum* injuria ſumſiſſe ſimulat. Livius XXV. *cap.* XXXII. *ibi Cn. Scipio*, cum quibus *ante dictum eſt*, *copiis ſubſtitit*. Dictys II. *c.* XVI. *circumventus*, a quibus *minime decurrat*. adde notata ad Cicer. V. epiſt. I. num. 3.

11. ANGITUR ENIM AC LACERATUR. *Angitur* eſt in vett. edd. & recentiorum optimis, quod aliae in *agitur* mutarunt. vide ad Cat. *cap.* V. num. 7. Livius I. *cap.* XLVI. Angebatur *ferox Tullia*, *nihil materiae in viro neque ad cupiditatem*, *neque ad audaciam eſſe*. Id. XXIX. *cap.* I. *Sed parentes cognatoſque ea* cura angebat. Cic. III. ad Qu. Fr. angit *me illa* cura. Stat. III. Theb. *v.* 19. *vario ſic turbidus* aeſtu Angitur, *ac ſeſe culpat ſuper omnia*. ubi bene Barthius inter alia Tertulliani de Anima *cap.* XLVIII. *anginam mentis* & Fulgentii *anginam moerorum* advocat. *Lacerat* etiam adpoſite de animo in diverſa, quae mox audis, rapto. vide Jug. *cap.* XXV. num. 6. Virgilius in Culice *v.* 59. *curis*, *Quae* lacerant *avidas inimico pectore mentes*.

12. NEQUE MIHI SATIS CONSILII cet. Ea forma, qua ſupra n. 3. *qui pejor*, *an ignavior ſit*, *deliberari non poteſt*. Jug. *c.* XCIV. extr. *multi dubitavere*, *fortior*, *an felicior eſſet* cet.

INTENTA MALA, QUASI FULMEN, OPTARE cet. Ut in fulmine evenire ſolet, ubi homines optant, ne ſeſe attingat: ſive *quaſi fulmen foret*, quod prohiberi non poſſet. nam ridicule I. Waſſe etiam *τὸ prohibere* huic ſimilitudini ita aptare nititur, quaſi quis *fuga*, aut *tecto* iſtud prohibere poſſet. Sed Noſter ſimilitudines per ſe ponit, & ad partem tantum hypotheſeos referre ſolet: quod illuſtri exemplo vidimus in loco vexatiſſimo Cat. *c.* LIII. n. 5. *ac*, ſicuti effeta parentum, *multis tempeſtatibus haud ſane quiſquam Romae virtute magnus fuit*. Inepte ibi laborares, ut *magnus* cum ſimilitudine conciliares, quaſi effetae *parvos* producerent. Locum autem imaginem habere in Demoſthenis III. Philipp. pag. 48. ubi hos homines comparat cum iis, qui grandinem ſpectant optantque pro ſe quiſque ne in ſuos agros decidat, non autem prohibent: id dudum obſervavit Gruterus ad Liv. I. *cap.* XXXVIII. Ceterum propter vim ſimilitudinis dixit *attingat*, ſicut alibi inter duo Nomina poſteriori ſaepe Genus, Caſum, Numerum adſimilare ſolet. vide ad Jug. *c.* XVIII. num. 11.

13. IN

quaſi fulmen, optare, ſe quisque ne attingat; ſed prohibere, ne conari
13 quidem. Et quaeſo conſiderate, quam converſa rerum natura ſit. Antea
malum publicum occulte, auxilia palam inſtruebantur, & eo boni malos
facile anteibant: nunc pax, concordia diſturbantur palam; defenduntur
14 occulte. Quibus illa placent, in armis ſunt: vos in metu. Quid exſpecta-
tis? niſi forte pudet, aut piget recte facere. An Lepidi mandata animos
movent? qui placere ait, ſua cuique reddi; & aliena tenet: belli jura reſcin-
di; cum ipſe armis cogat: civitatem confirmari, quibus ademtam negat:
concordiae gratia plebei tribuniciam poteſtatem reſtitui, ex qua omnes di-
15 ſcordiae accenſae. Peſſume omnium atque impudentiſſume, tibine egeſtas
civium, & luctus curae ſunt, cui nihil eſt domi, niſi armis partum, aut per
injuriam? alterum conſulatum petis, quaſi primum reddideris: bello con-
cordiam quaeris, quo parta diſturbatur: noſtri proditor, iſtis infidus, hoſtis
omnium bonorum. Ut te neque hominum, neque deorum, pudet, quos
16 per fidem, aut perjurio violaſti! Qui, quando talis es, maneas in ſententia,
& retineas arma, te hortor: neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe, nos in
ſolici-

13. IN ARMIS SUNT; VOS IN METU. Utrumque recte *in armis eſſe*, *in metu eſſe*, quod docent notata ad Cat. *c*.XXXVII. num.6. Lentulus Cic. XII. epiſt. XIV. num.3. *cujus rei tanto in timore fui*. ipſe Tullius XIII. ep. XIX. num.2. *etſi eramus magna in ſpe*. XIV. ep. III. nu.4. *quamdiu vos* eritis in ſpe, *non deficiam*.

14. MANDATA LEPIDI. Forte legatos miſerat Lepidus, quibus *mandata* dederat ad S. P. Q. R. de ſuo conſilio, quod hic exponitur. Sic habes vocem Cat. *c*. XXII. extr.

CIVITATEM CONFIRMARI, QUI ADEMTAM NEGAT. Ex Codice Puteani produxit Putſchius: *quibus ademtam negat*; & ſic eſt in Venetis primis, illis itaque civitatem confirmabit, quibus ademtam eſſe negat: h. e. confirmabuntur in ſtatu ſuo libertatis imminutae.

PLEBEI TRIBUNICIAM POT. RESTITUI. *Plebei* non eſt in vetuſtis noſtris Codd. Priſcianus tamen VI. pag. 704. agnoſcit: *plebei tribunitiam poteſtatem*. & videtur pro Genitivo habuiſſe, cum tamen Dativus eſſe poſſit. vide ad Cat. *cap*. XXXVII. num. 1. quod multae ex tribunicia poteſtate ſint accenſae diſcordiae, legas licet ibid. *cap*. XXXVIII. & apud Flor. III. *cap*. XIII. & XIV.

15. QUASI PRIMUM REDDIDERIS. *Reddere conſulatum* idem fere eſt, quod abdicare ſe conſulatu; ſed ita, ut ſimul notetur, reip. traditum eſſe & libertatem habere alii conferendi. Sed Lepidus erat pro Conſule cum imperio, & omnia ſuo arbitrio agebat, quaſi ſummum penes ſe eſſet imperium, Conſulumque auctoritas parum contra ſe valeret. igitur non *reddiderat*. Sueton. Aug. *cap*. XXVIII. *de reddenda rep. bis cogitavit: primo poſt oppreſſum ſtatim Antonium, memor objectum ab eo ſibi ſaepius, quaſi per ipſum ſtaret, ne* redderetur. Sic *reddere vitam*, *ſpiritum*, *animam*, *diem*, de quibus Gronov. ad Senec. Oedip. *v*. 271. Cicero: *illi*, *quibus* imperium *ita datum eſt*, *ut* redderent.

NOSTRI PRODITOR, ISTIS INVIDUS. *Noſtri*, uti Jug. *c*. XIV. *An quiſquam* noſtri *miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit; Noſtri* autem intellige *Senatus*; & *iſtis*, *plebi*. quare & ex Puteani Cod. *infidus* reſcripſi, cum *invidus* nullo modo locum tenere poſſet.

QUOS PERFIDIA, AUT PERJURIO VIOLASTI. Ciacconius ex libris vetuſtis; *quos* per fidem, *aut perjurio*. adprobat Perizonius ad Sanct. I. *c*. XVIII. princ. atque ex fide Cod. Vaticani Gruterus ad Liv. I. *c*. IX. pag. 23. & ſic Jug. *cap*. VII. *neque* per vim, *neque* inſidiis *opprimi*. *per fidem* violare, eſt fide data decipere & violare: idque ad homines, ut alterum ad deos eleganter retulit. Seneca de Provid. *cap*. III. *multa millia civium Romanorum uno loco poſt fidem, imo* per fidem *trucidata*. plura Gruterus l. c. & quae Daviſius ad Caeſar. I. Gall. *cap*. XLVI. & VIII. *cap*. XLVIII. produxit, itidem Gruterus praecepit.

16. PERGE, QUA COEPISTI. MSS. duo apud Ciacconium: *perge*, *qua coeptas*: & ſic edd. Venetae. Plin. VII. epiſt. VIII. *Perge*, ut coepiſti, *virumque optimum quam familiariſſime dilige*. Id. IX. epiſt. XIV. *pergamus modo itinere inſtituto*. Ovid. Triſt. I. eleg. VIII. *v*. 66. *quo bene* coepiſti, *ſic pede ſemper eas*. Attamen *coeptas* non damno, quo Terentius, Cicero, Tacitus ſunt uſi.

QUAM

ſolicitudine attineas. Neque te provinciae, neque leges, neque dii pena-
tes civem patiuntur. Perge, qua coepiſti, ut quam maturrume merita in-
venias. Vos autem, P. C. quouſque cunctando remp. intutam patiemini, 17
& verbis arma tentabitis? Delectus advorſum vos habiti: pecuniae publi-
ce & privatim extortae; praeſidia deducta atque impoſita; ex lubidine
leges imperantur; cum interim vos legatos & decreta paratis. Et quanto,
mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit; cum in-
telliget, ſe metu magis, quam aequo & bono ſuſtentatum. Nam qui tur- 18
bas & caedem civium odiſſe ait, & ob id, armato Lepido, vos inermes
retinet: quae victis toleranda ſunt, ea, cum facere poſſitis, patiamini po-
tius cenſet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadet. Haec ſi 19
placent; ſi tanta torpedo animos oppreſſit, ut obliti ſcelerum Cinnae, cu-
jus in urbem reditu, decus ordinis hujus interiit, nihilominus vos, atque
conjuges, & liberos, Lepido permiſſuri ſitis; quid opus decretis? quid au-
xilio Catuli? quin is & alii boni remp. fruſtra curant. Agite, uti lubet; pa- 20
rate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incen-
dia inſtaurare cupiunt, & rurſus adverſum deos penates manus armare.
Sin libertas & vera magis placent: decernite digna nomine, & augete inge-
nium

QUAM MATURRUME. Venetae *maturiſſume*. utrumque idoneis auctoribus ſuffultum eſt. Ex iis tamen ſupra *attineas* pro *retineas* revocavimus, de quo ad Jug. *c.* CVIII. extr. *maturrume* vero infra dixit: idque pro Salluſtiano facile habebo.

17. REMP. INTUTAM PATIEMINI. H. e. non tuemini. Tacit. XIV. Ann. *c.* XXXIII. *quod uberrimum ſpolians & defendentibus* intutum. isque ita ſaepe.

PRAESIDIA DEDUCTA. Diſtributa. Jug. *c.* XLIV. *Sed neque more militari vigiliae* deducebantur. Frontin. Aquaed. Art. CXVII. *Utraque a familia in aliquos miniſteriorum ſpecies* deducitur. apud Ciceronem, Juſtinum, alios *praeſidia deducere* valet deducere ex urbibus; ſed Noſter addit *impoſita*, ut Jug. *c.* LXI. n. I. *in iis urbibus, quae ab ſe defecerant*, praeſidia imponit. Poſſes tamen etiam intelligere *deducta eſſe*, quae minus opportuna videbantur, praeſidia, *alia impoſita.* id nos in medio relinquemus.

18. QUI TURBAS ET CAEDES CIV. ODISSE AIT. Placeat ſibi Douza cum ſuo commento *ajunt, retinent, cenſent*, quod ipſi propterea placuit, quod mox ſequitur *ſuadens*: nihil incommodi eſt in recepta lectione, & *qui ait, retinet*, eſt *quicumque ait, cenſet*. ſed quod tandem *ſuadens* ſcripſerit, id omnino, ſi Epiphonema eſt, diverſum eſt a ceteris: praeterea tranſitus a Singulari Numero ad pluralem Noſtro valde amatus, & exempla protulimus ad Catilin. *c.* XXIII. n. 6.

A VOBIS PACEM. Ut vos pacem praeſtetis, ille bellum vobis inferat. Sic Livius & Juſtinus, ut alibi obſervavimus. Supra: *metus a Pompejo*.

19. DECUS ATQUE ORDINES O. INTERIERUNT. Venetae primae, *decus* ordines *hujus interiit*. vides, unde inepta illa vulgata ortum traxerit. nam & Ciacconius, & Carrio atque Manutius libros citant, in quibus legatur: *decus ordinis hujus interiit*, eaque veriſſima lectio. Cinnae reditus *Senatum* potiſſimum adflixit. Sic infra: *contra* ordinis hujus *auctoritatem*. Cato Catil. *c.* LII. *multa verba in* hoc ordine *feci*.

20. CETHEGI, ATQUE ALIA PRODITORUM P. *P. Cethegum* intelligit, cujus meminit Valer. Max. IX. *c.* II. n. I. *proditorum*, an *perditorum* legas, parum quidem referre videtur; prius tamen eſt in omnibus edd.

ET RURSUM ADVERSUM. *Rurſus* habent Venetae; ac prior etiam copulam eleganter omittit.

LIBERTAS ET BELLA MAGIS PLACENT. Venetae: *libertas & vera magis placent*; atque hoc turpiter deſeruerunt editores. *Vera* i. e. aequa ac juſta, ſive convenientia & quae decent. II. de Rep. Ord. *quae* vera *atque utilia factu*. alibi *vera conſilia, vera exiſtumare*. adde notata ad Catil. *c.* XXXV. n. 3. IV. Hiſt. Ep. Mithrid. n. 3.

AUGETE INGENIUM VIRIS FORTIBUS. *Ingenium* pro *animo* poſuit. Jug. *c.* CII. *quinque delegit*,

21 nium viris fortibus. Adeſt novus exercitus, ad hoc, coloniae veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi; fortuna meliores ſequitur: Jam
22 illa, quae collecta ſunt ſocordia noſtra, dilabentur. Quare ita cenſeo: quoniam Lepidus exercitum privato conſilio paratum, cum peſſumis, & hoſtibus reipub. contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconſule, & caeteris, quibus imperium eſt, urbi praeſidio ſint: operamque dent, ne quid reſp. detrimenti capiat.

Uti Lepidus, & Catulus, decretis exercitibus maturrume proficiſcerentur. *Cariſius* l. 3.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulſo, ſegnior neque minus gravis, ſed multiplex cura patres exercebat. *Servius*. *Marius Victorinus in Ciceronem*.

Obviam ire, & commori hoſtibus, *Aruſianus Meſſus*.

Lepidus poenitens conſilii. *Cariſ.* l. III.

Sic vero quaſi formidine attonitus, neque animo; neque auribus aut lingua

legit, quorum & fides cognita, & ingenia *validiſſuma erant*. Sic *ingenium virile* & *muliebre* dixit; & Jug. *c.* LVII. nu.3. *Romani pro* ingenio *quiſque pars eminus glande aut lapidibus pugnare*. Fruſtra igitur obtrudunt *imperium*, aut in voce haeſitant.

21. ET ADHOC COLONIAE VET. MIL. *Et* abeſt ab Cod. Ciacconii & Veneta priore, quae ſolum: *ad coloniae vet. mil. Ad hoc* Salluſtius frequentat, vide ad Cat. *c.* XLIV. nu.6. Sed numquam *& ad hoc* jungit. *Coloniae veterum militum* dixit, pro *veteres milites ex coloniis*, nempe Sullanis. Sic Terentius: *O feſtus dies hominis*! Eunuch. A.III. Sc.V. item Auſon. Parent. Epigr. XXIV. Scrinia praefecti *meritus*. *Rationibus inde Praepoſitus Lybicis*. adde ad Cat. *cap.* XLVII. nu.2. Cic. III. Offic. *c.* VI. *Sic iſta in figura hominis feritas & immanitas belluae a communi tamquam* humanitate corporis *ſegreganda eſt*. pro *corpore humanitatis*.

FORTUNA MELIORES SEQUITUR. Mirare ingenium Salluſtianum, qui, ut decet talem hiſtoriam talesque Orationes, graviſſimas ſententias opportune inculcat. In his enim rebus ſemper aliquae partes fortunae: de illa igitur monendum fuerat inter cetera praeſidia. Lucanus: *Cauſſa jubet melior ſuperos ſperare ſecundos*. Stat. I. Theb. *v.* 661. *Fors aequa* merentes *Reſpicit*. cum nota Barthii.

JAM ILLA, QUAE COLLECTA SUNT, SECORDIA cet. Sic vulgo diſtinguunt; at perperam. Non enim quae reſp. collegerat dilapſura eſſe dicit; ſed potius quas Lepidus opes ſibi per reip. ſecordiam paravit, infirmas fore & nullas, auguratur: h. e. ſine difficultate & nulla opera Lepidus, ignavia noſtra magnificus, vincetur. *Jam* particulae uſus non adeo protritus abſtraxit interpretes. Cicer. II. epiſt. VIII. num. 5. *Quare da te homini, complectetur, mihi crede: Jam iidem illi & boni, & mali cives videntur, qui nobis videri ſolent*. ep. XIII. num. 2. Jam *me Pompeii totum eſſe ſcis*. VII. epiſt. XVIII. *An hoc ſignificas, ne chartam quidem tibi ſuppeditare?* Jam *iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiſcum reliqueris*. Plin. I. epiſt. VI. *Mirum eſt, ut animus agitatione motuque corporis excitetur*. Jam *undique ſilvae & ſolitudo — magna cogitationis incitamenta ſunt*. Denique eamdem vim miſcet, quam habet poſt *Si* Cat. *c.* LII. num. 18. Si *paullulum modo vos languere viderint*, jam *omnes feroces aderunt*. vide notam ad Cat. *c.* XV. num. I.

22. EXERCITUM — PARATUM. Sic Cat. *cap.* XXIX. nu.3. *exercitum* parare, *bellum gerere*; & XXVII. nu.3. *ad eam* multitudinem, *quam ad capiunda arma* paraverat.

CUM PESSUMIS. Et peſſumos h. e. perditos homines. I. de Rep. Ord. peſſumus *quiſque aſperrume rectorem patitur*. Jug. *c.* CII. nu. 5. *Neu te optumum cum* peſſumo *omnium Jugurtha miſcendo commaculares*.

CONTRA HUJUS ORDINIS. Venetae primae *contrahit ordinis auctoritatem*: qua ſcilicet edita lectio adumbratur, quam veram eſſe judico.

APPIUS CLAUDIUS INTERREX. De interrege bene Livius I. *c.* XVII.

POENITENS CONSILII. Sic Sueton. Vitell. *c.* XV. Nec *multo poſt poenitens facti*. Recte vero

Digitized by Google

lingua competere. *Nonius: Competere, rei cujuſque meminiſſe, aut conſtanter valere.*

Prudens omnium, quae ſenatus cenſuerat. *Aruſianus.*

Magnis operibus profectus, oppidum cepit, per L. Catilinam legatum. *Feſtus.*

Domitium proconſulem ex citeriori Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat, arceſſivit. *Priſc.* l. x. *Arceſſivit, inquit, & laceſſivit.*

Sanctus aliter, & ingenio validus. *Cariſ.* l. I. *aliter pro alias.*

Gens raro egreſſa finis ſuos. *Serv. ad* lib. XI. *Aeneid. Aruſian. Meſſus.*

Niſi cum ira belli deſenuiſſet. *Priſc.* l. x.

Maturaverunt exercitum Dyrrachium cogere. *Aruſianus Meſſus.*

Illo profectus, vicos caſtellaque incendere, & fuga cultorum deſerta igni vaſtare: neque elato, aut ſecuro eſſe animo, metu gentis ad furta belli peridoneae. *Non. Serv. ad* XI. *Aeneid.*

Liberis ejus avunculus erat. *Donatus ad Phormionem Terentii.*

Nihil ob tantam mercedem ſibi abnuituros. *Aruſianus Meſſus.*

Inſanum aliter ſua ſententia, atque aliarum mulierum. *Cariſ.* l. I. *aliter pro alias.*

Recens ſcripſi. *Donat. Phorm.* Act. v. Sc. VIII. *Chariſ.* II.

Solis viis. *Donatus Phorm.* Act. v. Sc. VIII.

Juſſu Metelli cornicines occanuerunt. *Priſcianus* l. x. *Servius* II. *Georg.*

ro a *me poenitet*, iſtud dici poſſe, patere arbitror ex dictis ad Cat. *c.* XLVII. num. 3.

QUASI FORMIDINE ATTONITUS. Seneca II. Nat. Qu. Cap. XXVII. *hoc proprie fragor dicitur, ſubitus & vehemens: quo edito concidunt homines; quidam vero vivi* ſtupent *& in totum* ſibi excidunt, *quos vocamus* attonitos, *quorum mentes ſonus ille coeleſtis loco pepulit*. Ovid. I. Pont. eleg. VI. *v.* 12. *Nam fuit* attonito *mens mihi nulla diu.*

NEQUE AURIBUS AUT LINGUA COMPETERE. Hoc verbum non a Nonio magis, quam ab Schulting. ad Senec. I. Controv. VIII. p. 121. & Perizonio ad Sanct. IV. Min. *c.* IV. Voc. *Iter* abunde illuſtratum eſt. Sed vide & noſtram ſententiam, quae proprietate & analogia nititur. *Competo* eſt a *Cum*, & *peto* h. e. *eo*, a *pede*; notatque adeo *Convenire*, *ſimul ire*, quod noſtrates dicunt *mitgehen.* Itaque recte dicimus *animus*, *auris*, *lingua competit*, quando iſta nobis reſpondent, apta ſunt, conveniunt, *conſtant*. ut Seneca l. c. *Non animus, non lingua conſtant*; Silius I. *v.* 114. Sueton. Aug. *c.* XXXI. *competit aetas*; Liv. XXII. *c.* V. *competit animus.* Sed ſicuti Livius recte etiam dixit: *Romani ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant*: Sic Salluſtius *auribus competere atque lingua*, quod ſtrenue aemulatus eſt Tacitus. Ita nempe *ſtudium flagrat*, & *ſtudio flagro*; *aetas profecta*, *aetate profectus*; *facta clarue-runt*, *factis claruit*. vide ad Cat. *c.* XLVII. nu. 2. Hinc patet, Nonium haud peccare, quod expoſuerit: *conſtanter valere*; niſi malueris: *conſtare*, *valere*.

PRUDENS OMNIUM. Gnarus. Sic II. de Rep. Ord. *cap.* VI. *ſed non inſcius neque* imprudens *ſum*. cet. Cic. VI. ep. VI. n. II. *Sic ego* prudens *& ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.* plura ad V. epiſt. VI. n. I. Apulej. Apolog. p. 307. *at tu miſer* prudens *& ſciens delinquis*. Tacit. II. Hiſt. *c.* XXV. *Celſus doli* prudens *repreſſit ſuos*.

EGRESSA FINIS SUOS. Nimirum *egredi* etiam cum quarto Caſu jungitur. Sic Seneca Ep. CIV. *Ut primum* gravitatem *urbis* exceſſi. Horat. I. Sat. V. *v.* 59. quos *numquam* erepſemus. Plin. VI. epiſt. XX. n. 8. *egreſſi* tecta *conſiſtimus*. adde ad Jug. *c.* XXXV. nu. 10.

AD FURTA BELLI PERIDONEAE. Sic vocat Strategemata, & quae furtim, aut occulte in bello aguntur: Virgil. X. Aen. *v.* 734. *haud* furto *melior*, *ſed fortibus armis*. Curt. IV. *c.* XIII. nu. 4. furto, *non praelio*, *opus eſſe*: *intempeſta nocte opprimi poſſe hoſtes*. Silius XVII. *v.* 91. *Adgreditur*, furtum armorum *tutantibus umbris*. ubi plura Interpp. quibus adde Buchner. ad Tacit. Agric. *c.* XXXIV.

Georg. Virg. Diom. l. I. cap. IV.

Nexuit catenae modo. *Priſc.* l. X.

Doctus militiam. *Aruſian. Meſſus.*

Neque ſe recipere, aut inſtruere praelio quivere. *Priſc.* lib. X.

Equi ſine rectore exterriti, aut ſaucii conſternantur. *Idem* l. IV.

Occupatusque collis editiſſumus apud Hilerdam & cum multa opera circumdata. *Priſcianus* l. V.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, proceſſit ad oppidum. *Priſcianus* l. XVIII. *requie pro requies.*

Agreſte. *Cariſ.* l. I.

Ardebat omnis Hiſpania citerior. *M. Fabius Victor. de invent. Cic.* l. I.

* & pondere validam urbem multos dies reſtantem pugnando vicit. *Non.*

Itaque Sertorius, levi praeſidio relicto in Mauritania, nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, furtivaque celeritate vitare praelium in tranſgreſſu conatu eſt. *Gellius* l. X. cap. XXVI. *Non. Marcel.*

Transgreſſos omnes, recipit mons Ballera, praeceptus a Luſitanis. *Idem ibidem.*

Earum aliae paullulum progreſſae, nimio ſimul & incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit. *Serv.* VIII. *Aeneidos*, *Aruſian. Meſſus.*

Et mox Fuſidius adveniens cum legionibus, poſtquam tantas aſperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti quam ſuis opportuniora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque erumperet, tam levi copia, navibus fugam maturabat. *Serv. Fuld. Meſſus.*

Itine-

CORNICINES OCCANUERUNT. Alio loco diximus, praeterita ſaepe de tempore Praeſenti nihil, praeter terminationem, immutare, idque dudum notavit Joſ. Scaliger ad Varron. I. R. R. extr. p. 214. adde Voſſ. IV. de Analog. Sic *adquaeſiſſe*, *conquaerere*, *diſquaerere*, *requaerere*, *exquaerere* ex MSS. adnotant viri docti. vide Salmaſ. & Ducker. ad Flor. I. *c.* VII. num. 2. & ad hanc formam *occadere* & plura talia in veteribus libris reperiuntur, qualia ad Cat. & Jug. adnotavimus.

ARDEBAT OMNIS HISPANIA. *Bello.* Cic. IV. epiſt. I. n. 8. *orbem terrarum*, *imperiis diſtributis*, ardere *bello*. pro vehementer commoveri Caeſar. V. Gall. c. XXIX. Ardere *Galliam tot contumeliis acceptis ſub populi R. imperium redactam*. Dictys I. c. XVI. Ardebat *ſtudio belli omnis Graecia*. adde III. Hiſt. Or. Macri nu. 12.

URBEM — RESTANTEM PUGNANDO VICIT. *Reſtantem*, pro *reſiſtentem*. Livius VI. *c.* XXX. *dum iniquo loco ſola virtute militum* reſtantes *caeduntur caeduntque*. alibi. *pugnando vicit* illuſtratum ad Cat. *c.* VII. extr.

FURTIVAQUE CELERITATE. Codd. Gellii habent: *furtim aut celeritate*: non ita bene. Sed ex conſueta Particularum *aut* & *atque* confuſione legas: *furtim atque celeritate*.

TRANSGRESSOS OMNIS. Reprehenſum nempe in Salluſtio quod *tranſgreſſos* dixerit, qui transfretaſſent, & ſupra *tranſgreſſum* transfretationem. Sed quis non ea nota dignus? Sueton. Caeſar. *c.* XXXV. *Hinc*, *urbe repetita*, *in Macedoniam* tranſgreſſus *Pompejum — fudit*. Tacit. Agric. *c.* XVIII. *Hunc Britanniae ſtatum media jam aeſtate* tranagreſſus *Agricola invenit*. Livius XLII. *c.* I. *in Corſicam* tranſgreſſus. Sic Terentius cum aliis *ingredi mare*; Virgilius *curſum navium*; & Ennius *naves ambulare* dixit. adde Cat. *c.* LIX. num. 5.

PRAECEPTUS A LUSITANIS. Ante occupatus, quod bene adſtruit Giſanius ad Lucret. pag. 398.

FUGAM MATURABAT. Tacit. VI. Ann. *cap.* XXXV.

Digitized by Google

Itineris eorum Metellus per litteras gnarus. *Aruſianus*.

Itaque Servilius aegrotum Tarenti collegam prior transgreſſus, iter vortit ad Corycum urbem inclutam: paſtusque nemore, in quo crocum gignitur. *Priſc. Non.*

Ad Olympum atque Phaſelida. *Priſc.*

Apud Corycum. *Idem*.

Apud Lethe oppidum, cui nomen oblivionis condiderant. *Idem Serv. ad* I. *Aeneidos*.

Repulſus a Lethe oppido. *Idem Priſc.*

Apud Mutinam. *Idem*.

Apud Praeneſtę locatus. *Idem*.

Medio diei. *Meſſus*.

Quietam a bellis civitatem. *Idem*.

Militiae peritus. *Idem*.

Sertorius portis turbam morantibus, & nullo, ut in terrore ſolet, generis aut imperii diſcrimine, per calonum corpora, ad medium quaſi deinſuper adſtantium manibus in murum attollitur. *Non. Serv.*

Neque detruſus aliquotiens terretur. *Priſc.* l. XV.

Dubitavit acie pars. *Idem*.

Quos inter maxume. *Cariſ.*

Rumore primo. *Cariſ.*

Idem fecere Octavius & Q. Caepio ſine gravi cujusquam exſpectatione, neque ſane ambiti publice. *Serv. ad* IV. *Aeneid. Ambire ſignificat & rogare. Salluſtius in Jugurtha: Quos ego audio ambire, fatigare vos ſingulos. Dicebatur & ambio illum, pro rogo. Salluſtius in* I. Idem fecere &c.

Cum arae & alia diis ſacrata, ſupplicium ſanguine faedarentur. *Idem.*

Poſtremo ipſos colonos per miſerias & incerta humani generis orare.

— — — *per everſae genitor fumantia Trojae*
Exſcidia obteſtor.

Ea paucis quibus peritia & verum ingenium eſt, abnuentibus. *Idem.*

Perpenna tam paucis profectus, vera eſt aeſtimanda. *Idem ad* XII. *Aeneid. v.* 694.

XXXV. *His adſuntis in longinqua & contermina Scythiae* fugam maturavit. Sic *caedem*, *incendia maturare*.

CUI NOMEN O. CONDIDERANT. Ciacconius legere &: *indiderant*. & haec quidem confunduntur etiam Cat. *c.* LXI. n.3. ipſe tamen nihil muto.

DUBITAVIT ACIE PARS. Salluſtium *acie* pro aciei, aliaque cum aliis dixiſſe, ad Jug. notavimus. *Dubitare* autem non tantum de animo dicunt, ſed etiam de inanimis & quocumque incerto & ambiguo ſtatu. Seneca: *incertus* dubitat *unda*, *cui cedat malo*. Idem: *Troja* dubia, *quo caderet*, vide Gronov. ad Epiſt. CXIV. pag. 566. & ad Troad. *verſ.* 203.

QUOS INTER MAXUME. Ἀναστροφὴν vocat Suetonius apud Chariſ. II. pag. 211. & ſic ipſe Cicero aliique locuti. vide ad Cat. *cap.* XXXVII. num.4.

NEQUE AMBITI PUBLICE. H. e. neque valde rogati, Servius. male edd. habent *publici*.

TAM PAUCIS PROFECTUS. Maſvicii editio habet: *tam paucis proſpectis*. *ſi vera placent* habes in Orat. Philippi nu. 20. ubi vide.

Digitized by Google

FRAGMENTA
LIB. II.
HISTORIARUM.

SArdinia in Africo mari facie veſtigii humani, in orientem, quam in occidentem latior prominet. *Gellius* lib.XIII. cap.XVIII. *Non*. *Faciem totius corporis formam*, *πρόσωπον*, *id eſt*, *os*, *poſuit antiquitas prudens: ut ab aſpectu ſpecies*, *& a fingendo figura*, *ita a factura corporis facies*. *Salluſt*. l. II. Sardinia &c. *Iſidorus*.

Inde Ichnuſa appellata. *Solinus*.

Dubium an inſula ſit, quod Euri atque Auſtri ſuperjactis fluctibus circumlavit. *Nonius*, *lavit pro lavat*.

Nam Sullam conſulem de reditu ejus legem ferentem ex compoſito trib. pl. C. Herennius prohibuerat. *Notat Gell*. l. x. cap.xx. *Salluſtium proprietatis in verbis retinentiſſimum conſuetudini conceſſiſſe*, *& privilegium*, *quod de Cn. Pompeii Magni patris reditu ferebatur*, *legem appellaſſe*.

Nam procul, & diverſis ex regionibus. *Cariſius*, *Aſper*, procul, *inquit*, *eſt e loco*.

Obviam fuere. *Chariſius ibidem*. *Aſper*, *ait*, *vetuſte* obviam fuere, *adverbio quam nomine uti maluit*.

Urbe, patriaque extorres. *Meſſus*.

Genus militum ſuetum a pueritia latrociniis. *Idem*.

Inter laeva moenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit. *Priſc*. l.v. & VI. *Turiam dixit*, *qui accuſativus generis maſculini eſt*, *non neutri*.

In fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *Donatus Phorm*. Act. I. Sc. III. & *Hecyr*. Act. IV. Sc. IV. *Nonius*. *Fiducia eſt audacia*. *Servius*.

Antequam regreſſus Sertorius inſtrueret pugnae ſuos. *Aruſianus*.

Ipſe

FRAGM. HIST. II. IN AFRICO MARI. *Africum mare*, uti infra IV. Hiſt. *Galliae mulieres*. Ennius: *terra Africa*. Livius XXI. *cap*.II. *Ita ſe* Africo bello, *quod fuit ſub recentem Romanam pacem*, *per quinque annos geſſit*.

INTER LAEVA MOENIUM. H. e. inter laeva moenia, ſive ut moenia eſſent a ſiniſtra. Sic Cat. *c*. LIX. num.2. *inter* ſiniſtros *montes*, & ab dextera *rupe aſpera*. Sic Rutilius I. *v*. 37. *Electum* pelagus, *quoniam* terrena viarum *Plana madent fluviis*, *cautibus alta rigent*. Mamert. Grat. Act. Jul. *c*.x. *lata camporum*. Lucret. I. *v*. 316. *ſtrata viarum*. Mela II. *c*.I. *ſaeva biemis*. & alia paſſim obvia.

IN FIDUCIA. Donatus etiam *impudentiam* interpretatur ad ea Ter. Andr. A. III. Sc. V. *v*.7. *qua* fiducia *id facere audeam*.

INSTRUERET PUGNAE. Optime. Claudian. B. Get. *verſ*.550. *Sic ait*: *hortatuſque ſuos* belloque viaeque Inſtruit. Ibid. *v*. 70. *ſteteriſque revulſis Paene tribus ſcopulis* coeleſti *machina* bello.

Digitized by Google

Ipſe animi atrox. *Idem*.

Copiis integra. *Idem*.

Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio ver is cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis, dictas pecunias coegit. *Nonius, dicere, eſt promittere*.

Poſt, ubi in fiducia nimius. *Aruſianus*.

Sed ipſi ferunt tantum ex grege, quem prope littora regebat Corſa nomine Ligus mulier. *Priſc.* l. VI.

Nam quaedam Corſa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla, corpore aucto, remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum a ceteris degredientem uſque ad Inſulam navigio proſecuta eſt. Cujus regreſſu inſulae fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ea mque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt. *Iſidorus* lib. XIV. cap. 6.

Ne illa tauro parata ſint. *Donatus* Act. IV. Sc. II. *Andriae*.

Daedalum ex Sicilia profectum, cum Minonis fugeret iram, atque opes. *Priſcianus* l. VI. *Servius*.

Quem ex Mauritania rex Leptaſta proditionis inſimulatum cum cuſtodibus miſerat. *Priſcianus* lib. I.

Quos advorſum multi ex Bithynia volentes occurrere, falſum filium arguituri. *Priſcianus* lib. X.

Ut actione deſiſteret. *Meſſus*.

Veſpera. *Cariſius* l. II.

Argentum mutuum arceſſivit. *Priſcianus* l. X.

Eam deditionem ſenatus, per nuncios Oreſtis cognitam, approbat. *Priſcianus* lib. VI.

Niſi qua flumen Lurda Tauro monte defluens. *Idem ibidem*.

Frugum, pabulique laetus ager. *Aruſianus, Servius* l. I. *Aeneidos*.

Neque

bello. Sic infra: *invitare vino*, quod vulgo ſexto Caſu accipiunt. adde Cat. *c.* III. nu. I.

ANIMI ATROX. Sic aliquoties in his fragmentis, & Virg. IV. Aen. *v.*529. *infelix animi*; Tacit. I. Ann. *c.* XXXII. *ferox animi*, iſque ſaepiſſime. Senec. V. Benef. *c.* V. princ. *nimius animi*. Sic & alia: ut Tacit. III. Ann. *c.* LXXII. *quamquam* pecuniae *modicus*.

C. CURIO. C. Scribonius Curio ex conſulatu Macedoniam ſortitus. Florus III. *c.* IV. *Curio Dacia tenus venit: ſed tenebras ſaltuum expavit*. ubi vide Freinshem.

DICTAS PECUNIAS. Mallem *conſtitutas* & *praeſcriptas* interpretari. Phaedr. IV. Fab. IV. *v.*46. *&* dictam *matri conferent* pecuniam. ut *dies, locus, tempus dicta*, Daviſ. ad Caeſ. I. Gall. *c.* XLII. Livius XXIX. *c.* I. *ubi dies, quae* dicta *erat, advenit*. Noſter Jug. *c.* LXXV. nu. V.

QUAEDAM — LIGUS MULIER. Liguſtica mulier. Sic Jug. *c.* XCIII. *quidam* Ligus.

CORPORE AUCTO. Contra Ovid. I. Am. Eleg. VI. *aptaque* ſubducto corpore *membra facit*. adde ad Cic. VII. epiſt. XXVI. nu.9. hic vero de *ventre aucto* intelligendum.

VOLENTES OCCURRERE. In Gemblacenſi legi dicitur *accurrere*, quae ſaepe permutantur. vide ad Jug. *c.* CI. nu.10. *arguituri*, uti *alitus* & *altus*, *miſeritum* & *miſertum*. vide Priſcian. X. pag.882. & 897. Tacit. I. Hiſt. *c.* X. *mox* atteritis *opibus*, *lubrico ſtatu*.

ACTIONE DESISTERET. Pro *ab actione*. Cic. III. Offic. *c.* III. extr. *itaque cum ſunt docti a peritis, facile deſiſtunt* ſententia. adde ad Catil. XXVIII. nu.3. & Jug. *c.* XLI. num.3.

FRUGUM PABULIQUE LAETUS AGER. *Laetus* cum ſecundo caſu. Valer. Flacc. III. *v.*659. *Laetus*

Digitized by Google

Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, ſed ipſae belli promtiſſumos delegebant. *Meſſus*.

Modeſtus ad omnia alia, niſi ad dominationem. *Donatus Phorm.* Act. I. Sc. II.

Noctu diuque ſtationes & vigilias tentare. *Cariſius* l. II.

At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat. Multique commeatus interierant inſidiis latronum. *Priſc.* lib. VII. *& Nonius*.

Namque primum Jaſonem novo itinere maris Aeetae hoſpitis domum violaſſe. *Priſcianus* l. VIII.

Tarteſſum Hiſpaniae civitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine Gadir, habent. *Priſcianus* l. v.

Neque ſubſidiis, uti ſoluerat, compoſitis. *Priſcianus* lib. x. Soluerat *autem eſt* ſolitus fuerat.

Neque inermes ex praelio viros quemquam agnoturum. *Idem ibid.*

Ea continentia vir gravis, & nulla arte cuiquam inferior. *Aruſian. Non. in Gravis*.

Omnes qui circum ſunt, praeminent altitudine millium paſſuum duorum. *Aruſianus*.

* & Poeni ſerunt adverſus A. N. C. M. *Donatus*.

Quia corpore & lingua percitum, & inquietem, nomine hiſtrionis vix ſani, Barbulejum appellabant. *Priſcianus* lib. VI.

Audaciter. *Idem* xv.

Ibi Fimbriana ſeditione, qui regi per obſequelam orationis, & maxume odium Sullae, graves, carique erant. *Nonius : Obſequium neut. genere, obſequela fem.*

Moe-

tus opum pacis*que meae*. Eleganter autem *laetus ager*, ſicuti alibi *prata rident*. Senec. Herc. Fur. *v.* 698. *Non prata viridi* laeta *facie germinant*. Juſtin. XLIV. *c.* IV. *In hac tanta* pabuli laetitia eſt, *ut niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit, pecora rumpantur*.

BELLI PROMTISSIMOS DELEGEBANT. Aliter *bello optimos*. Tacit. V. Hiſtor. *c.* I. *decorum ſe* promtum*que* in armis *oſtendebat*. Aurel. Vict. Caeſ. *c.* XL. *quamvis ceteris* promtum virtutibus.

NISI AD DOMINATIONEM. MS. Donati omittit *ad*. utroque modo Salluſtius loquitur, ut vidimus ad Cat. *c.* XXXIX. n. 6. & aliis locis.

MACHINATA FAMES. Paſſive, ut & Catil. *c.* XLVIII. n. 7.

UTI SOLUERAT. Pro *ſolitus erat*. Varro VIII. de L. L. *Contra quoniam eſt* ſoleo, *oportet dici* ſolui, *ut Cato & Ennius ſcribunt; non, ut dicit vulgus*, ſolitus ſum. Plura Priſcian. IX. p. 872. & VIII. pag. 818. de Neutro-Paſſivis ait: *Quorum tamen antiquiſſimi ſolebant etiam praeteritum perfectum proferre hoc modo gaudeo*, gaviſi; *audeo*, auſi; *ſoleo*, ſolui — *Sed nunc his non utimur*. Eadem ratione olim *licitum, puditum, placitum eſt* dicebant; ſed ſequior aetas maluit *licuit, puduit, placuit*, Donat. ad Ter. Andr. A. II. Sc. VI.

AGNOTURUM. Uti Pacuvius: *in Turba Oreſti cognita*, agnota *eſt ſoror*. Diomedes I. p. 383. *Ex quo fit compoſitum cognoſco, cognovi, agnoſco, agnovi : ex quo nonnulli veterum declinaverant* agnotum *&* agnoturum, *ut Brutus in Epiſtolis*. Sic *praeſtaturus, conſtaturus, domatus* de quibus ad Ciceronem & Noſtri Cat. *c.* XXXVI. n. 4.

BARBULEJUM ADPELLABANT. *Barbulejus* nomen hiſtrionis apud Valer. Max. IX. c. XIV.

AUDACITER. Pro *audacter* dixere Liv. XXII. *c.* XXV. *audaciter ſe laturum fuiſſe*, ubi Senecam & Quinctilianum citat Gronovius; Cicero pro Domo *c.* XI. *ut neque ab illo ego, quae mihi petenda eſſent, ſatis* audaciter *petere poſſem*. Minuc. Fel. *c.* XIII. *Nec temere &* audaciter *in alteram partem ferenda ſententia*.

GRAVES CARIQUE ERANT. *Graves*, magni momen-

Moenibus deturbat. *Non. Deturbare*.

E muris canes ſportis demittebant. *Idem*.

Ad hoc rumoribus, advorſa in pravitatem; ſecunda in caſum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem*.

At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus; magna gloria concurrentium undique virile & muliebre ſecus, per vias ac tecta omnium viſebatur. cum quaeſtor C. Urbinus aliique, cognita voluntate, eum ad coenam invitaverant; ultra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant: exornatis aedibus per aulaea & inſignia, ſcenisque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis; ſimul croco ſparſa humus, & alia, in modum templi celeberrumi. Praeterea cum ſedenti tranſenna demiſſum Victoriae ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure quaſi Deo ſupplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: epulae quaeſitiſſumae: neque per omnem modo

menti, & quod Sullam odio haberent, valentiſſumi videbantur. Sic fere de Piſone Cat. *c.* XIX.

ADVORSA IN PRAVITATEM. Ea nempe eſt fortuna ducum, uti aut per favorem *omnia non bene conſulta in virtutem trahantur*, Jug. *c.* XCII. aut per invidiam etiam de optimis factis detrahatur, ibid. *cap.* LIII. Tacit. IV. Ann. *cap.* XXXVIII. *Cujus adverſa* pravitati *ipſius; proſpera ad* fortunam *reip. referebat*. adde Cic. pro M. Marc. *c.* II.

VIRILE ET MULIEBRE SECUS. De hoc loco pluribus diſputavit exactiſſimus I. Fr. Gronovius ad iſta Livii XXVI. *c.* XLVII. *Liberorum capitum* virile ſecus *ad decem millia capta*. Sed quod pro ſecundo caſu habeat, quomodo illud ex Adjectivo *muliebre* extorqueri poſſit, non video. Certum itaque atque exploratum habeo, eſſe Caſum ſextum, h. e. poſitum pro *muliebri ſexu*, ſicut Dictys VI. *cap.* IV. *Interea per omnem inſulam multi undique* virile *ac* muliebre ſexu *confluunt*. ubi inepte, ut pleraque, P. Vindingius corrigit: *virile ac muliebre ſexus*. immo, ſi quid mutandum, reſcribas *ſecus*; nam etiam Ammiano id vocabulum in uſu fuit.

CURABANT. Quod vulgo dicunt *tractabant*. Sed eo modo *curare corpora, capillum, pecuniam*, pro *curam habere alicujus* earum rerum. Virg. I. Georg. *v.* 307. *Mutuaque inter ſe laeti convivia* curant. Jug. *c.* XVI. n. 4. *Eum Jugurtha, tametſi Romae in amicis habuerat, tamen* accuratiſſime *recepit*.

PER AULAEA ET INSIGNIA. Valer. Max. IX. c. I. n. 5. de hoc Metello Pio: *cum* Attalicis aulaeis *contectos parietes laeto animo intuebatur: cum immanibus epulis adparatiſſimos interponi ludos ſinebat*. nempe & lecti cubitorii & parietes aulaeis veſtiebantur, ut imitatio tentoriorum fieret. vide Serv. ad I. Aeneid. *v.* 701. Ceterum adſentior Ciacconio legenti *& ſigna*. Sic de rep. Ord. *Domum* ſignis, *aulaeis aliisque operibus exornare*.

SCENISQUE — FABRICATIS. Nempe & Symphoniam & hiſtriones adhibebant conviviis. Liv. XXXIX. *c.* VI. *Tunc pſaltriae ſambuciſtriaeque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis*. Petronius paſſim. vide Bulenger. de Conviv. III. *c.* XXX.

CROCO SPARSA HUMUS. Propter gratiſſimum odorem. Spartian. Adrian. *c.* XIX. *In honorem Trajani balſama &* crocum *per gradus theatri fluere juſſit*. alibi flores. Ovid. IV. Triſt. eleg. II.

Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum,
Undique jactato flore *tegente* vias.

TRANSENNA DEMISSUM. Servius *tranſennam* extenſum funem interpretatur; Nonius feneſtram. cum Servio facit Iſidorus XIX. *cap.* I. & Plutarch. Sertor. p. 579. Sed ſi Nonius per feneſtram, opus cancellatum & reticulatum intellexit, non peccavit, ut pluribus docet Salmaſ. Exercit. Plin. p. 634. & 647. Males. Max. l. c. *demiſſasque lacunaribus aureas coronas velut coeleſti capite recipiebat*.

STREPITU TONITRUUM. Quem etiam in ſcenis machinabantur. Phaedr. V. Fab. VII. *Aulaeo miſſo, devolutis* tonitrubus, *Dii ſunt locuti*. ibi vide Interpp.

THURE QUASI DEO. Thus enim proprie in cultu deorum. vide Prudent. Apotheoſ. *v.* 187. 198. 292. Lactant. I. *c.* XX. & Struv. Synt. ant. Rom. p. 485. Seneca III. de Ira *cap.* XVIII. *M. Mario, cui vicatim populus ſtatuas poſuerat, cui* thure & *vino populus* Rom. ſupplicabat, *L. Sylla perfringi crura, erui oculos, amputari manus juſſit*.

modo provinciam, ſed trans-maria, ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera: quibus rebus aliquantam partem gloriae demiſerat, maxume apud veteres & ſanctos viros, ſuperba illa, gravia, indigna R. imperio exiſtumantes. *Macrob. Satur.* l. III. *c.*XIII. *Nonius. Soſipater* l. I.

Ruuntque pars magna ſuiſmet, aut proxumorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur. *Nonius*.

Occurrere duci, & praelium accendere, adeo uti Metello in ſagum, Hirtulejo in brachium tela venirent. *Idem*.

Avidiſque ita, promtiſque ducibus, uti Metellus ictu tragulae sauciaretur. *Idem*.

Sed Metellus in vulnere. *Don.* Act.V. Sc.II. *And.*

Primo incidit forte per noctem in renunculo piſcantis. *Non.*

Ad hoc pauca piraticae adjungit actuaria navigia. *Idem in Piraticae naviculae*.

Omnia ſacrata corpora in ratem impoſuiſſe. *Aruſian.*

Suos equites hortatus vado tranſmittit. *Idem*.

Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur. *Donatus Adelph.* Act. III. Sc. II.

Circumventi dextra, unde ferrum erat, ſaxa, aut quid tale capiti affligebant. *Aruſianus*.

Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm.* Act.I. Sc.IV.

Immane quantum animi exarſere. *Non. nomen poſitum pro adverbio*.

At illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere. *Serv. F. Urſini*.

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Serv. Fuldanus*.

TOGA PICTA PL. AMICULO ERAT. Valer. Max. l.c. *cum* palmata veſte *convivia celebrabat*. Plutarcho θριαμβικῇ. diſtinguunt tamen *palmatam* & *pictam* Flor. I. *c.*V. Capitolin. Gordian. *c.*IV. *picta* dicta, quod variae figurae intextae, aut acu pictae ineſſent. Triumphantium habitus. utrumque docet Plin. VIII. *c.* XLVIII. plura Ferrarius, Bayſius, alii.

EPULAE QUAESITISSUMAE. Propriiſſime. Sed & Tacitus *honores quaeſitiſſumi*. Seneca de Tranqu. *c.* I. *placet cibus, quem nec parent familiae, nec ſpectent: non ante multos imperatus dies, nec multorum manibus miniſtratus, ſed parabilis faciliſque, nihil habens accerſiti pretioſive, ubilibet non defuturus*. adde Cat. *c.*XIII. nu. 3.

SUPERBA ILLA, GRAVIA. Jug. *c.*XXXVIII. extr. *Quae* gravia *quamquam & flagitii plena erant*.

VICE PECORUM. Modo & more pecorum. Sic Tacitus *vice legis*. Dictys V. *cap.*XIII. *trepidantes &* vice pecorum *interficiuntur*. Id. III. *c.*XIV. *foede &* vice imbellium *proculcati*. Lactant. V. *c.* X. *cum vivos, quos haberet in poteſtate*, vice pecorum, *juberet occidi*.

ICTU TRAGULAE SAUCIARETUR. *Tragula* teli genus, dictum a trahendo, Varro IV. de L.L. *c.*XXIV. eo forte, quod hamatum fuerit. Caeſar I. Gall. *c.* XXVI. *Nonnulli inter carros rotaſque mataras ac* tragulas *ſubjiciebant, noſtroſque vulnerabant*.

IN RENUNCULO PISCANTIS. *Renunculum* Gellius X. *c.*XXV. interpretatur navigium piſcatorium. alii *lemnunculum*, aut *lenunculum* vocant. vide Scheffer. de milit. nav. II. *cap.* II.

IN FLUMINE RUEBANT. Donatus activam vim verbum *ruere* habere putat, & notare toto corpore uti ad impellendum: quod ex hoc loco non ita vere concluderes. dictum enim ut Cic. I. epiſt. IX. nu. 26. *Graviſſime autem me* in hac mente impulit *Pompeii fides*. Cum enim ſignificare voluit, qui fuerit ruentium & cadentium in flumine effectus, non poterat *in flumen ruebant*.

MURUM ---- DUXIT. Servius ad I. Aen. *v.* 423. proprie dici muros, cum aedificantur, *duci*. Livius I. *c.*XLIV. *locus, quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua* murum ducturi *erant certis circa terminis inaugurato conſecrabant*.

FRAGM.

FRAGMENTA
LIB. III.
HISTORIARUM.

EXaudirique ſonus Bacchanaliorum. *Macr.* lib. I. cap. IV. *Saturn. Non.*

Diverſa, uti ſolet rebus perditis, capeſſunt: namque alii fiducia *gnaritatis* locorum in occultam fugam ſparſi; alii globis eruptionem tentavere. *Priſcianus* l. x. *Nonius*.

Unus conſtitit in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor. *Idem* l. VI. *Probus Catbolicis*.

Male jam aſſuetum ad omnis vis controverſiarum. *Priſcianus* l. VI.

Conjuratione claudit. *Idem* l. x.

Quali par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam moenia oppidi ſtagnabant, redundantibus cloacis advorſo aeſtu maris. *Non. in Mador.*

Equis & armis decoribus cultus. *Priſcianus* l. VI.

Dedecores; inultique terga ab hoſtibus caedebantur. *Idem*.

Contra ille calvi ratus quaerebat, num ſomnio theſaurus portenderetur. *Idem* l. VIII. *Non. in Calvitur*.

Parte conſumta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus fallerent. *Priſcianus* l. x.

FRAGM. HIST. III. SONUS BACCHANALIORUM. Sic & Jul. Firmicus: *invenimus*, Bacchanaliorum *ſcelera Ebutio quodam adoleſcente deferente detecta eſſe*. lege omnino Barth. ad Stat. II. Theb. *verſ.* 74.

GLOBIS ERUPTIONEM TENTAVERE. Milites in globum collecti, atque ita ab omnibus partibus muniti hoſtes incurſabant. Veget. III. de re mil. c. XIX. adde ad Jug. c. LXXXV. num. 10.

AD OMNIS VIS CONTROVERSIARUM. *Vis* in plurali pro *vires*. Macrob. I. Sat. c. IX. pag. 159. *quae vis caeli maxima* duas vis *diſpares colligavit*. adde Chariſ. I. p. 19. Varron. VII. de L.L. Valer. Prob. p. 1476.

TERGA AB HOSTIBUS CAEDEBANTUR. Quod ad *terga*. Ovid. II. Am. Eleg. XV. v. 22. *Me gere, cum calidis perfunderis imbribus* artus. vide ibi Heinſium. Trebell. Pollio Numerian. c. XII. *Cum nimio fletu* oculos *dolere coepiſſet*.

CALVI RATUS. Decipere, fruſtrari. Plautus Caſina Act. II. Sc. II. *verſ.* 4. *ubi domi ſola ſum, ſopor manus* calvitur. Pacuvius in Medo: *Sentio pater, te vocis* calvi *ſimilitudine*. Soſipater I. pag. 43. *Calvimnia prima ſyllaba correpta effertur: venit enim a verbo* calvor, *hoc eſt fruſtror*. Poſt Salluſtium vix quiſquam ea voce uſus eſt; at *calvitas* quidam Codd. habent pro fraude l. 29. §. 5. D. mandati vel contra. *ipſe autem --- propter ſuam* calvitatem *plectetur*. & Cajus l. 233. de V. S. *Si* calvitur, *eſt moretur & fruſtretur. inde & calumniatores adpellati ſunt, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. inde & cavillatio dicta eſt*.

EPISTOLA CN. POMPEI AD SENATUM.

1 Si advorſus vos patriamque & deos penates, tot labores & pericula ſu-
ſcepiſſem, quotiens a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſumi hoſtes
fuſi, & vobis ſalus quaeſita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis,
quam adhuc agitis, P.C. quem contra aetatem projectum ad bellum ſae-
viſſumum, cum exercitu optume merito, quantum eſt in vobis, fame,
2 miſerruma omnium morte, confeciſtis. Hac in ſpe populus R. liberos ſuos
ad bellum miſit? haec ſunt praemia pro volneribus; & totiens ob remp.
fuſo ſanguine? feſſus ſcribundo, mittundoque legatos, omnes opes & ſpes
privatas meas conſumſi: cum interim a vobis per triennium vix annuus ſum-
3 tus datus eſt. Per deos immortales, utrum cenſetis me vicem aerarii prae-
4 ſtare, an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? equidem fa-
teor me ad hoc bellum majore ſtudio, quam conſilio, profectum: quippe
qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum
paravi; hoſtiſque in cervicibus jam Italiae agentes ab Alpibus in Hiſpa-
niam ſummovi. Per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius
5 pateſeci. Recepi Galliam, Pyrenaeum, Laletaniam, Indigetis: & pri-
mum

EPIST. POMPEII. n. I. TOTIENS LABORES. Notarunt ex veteribus libris *tot --- quot*; Sed Venetae noſtrae *tot --- quotiens*, quod ſciolis non fuit ex elegantia. Sed vide notam ad Jugurth. *c.* I. extr. Cicer. pro Balbo *cap.* XX. *ſi* tot *conſulibus meruiſſet*, quoties *ipſe conſul fuiſſet*.

QUAM ADHUC AGITIS. Pro *ſtatuitis*; ſicuti *facere* Cat. *c.* LV. n. 2. Sed *agere* habes iſto poſitu iſtaque notione Eod. *c.* LII. n. 18.

CONTRA AETAT. PROJECTUM AD BELLUM. Compulſum quaſi & proditum a vobis. Virg. XI. Aen. *v.* 360. *Quid miſeros toties in aperta pericula cives* Projicis, *o Latio caput horum & cauſſa malorum.* ubi Servius. *quaſi viles & abjiciendos: & ingenti pondere univerſa verba ſunt poſita*.

QUANTUM EST IN VOBIS. Quantum ipſi conferre potuiſtis. Cicero pro Flacco *c.* XXV. extr. *nomen civium Romanorum*, quantum in ipſis fuit, *ſuſtulerunt*.

FAME, MISERRUMA OMNIUM MORTE. Sic Venetae. Livius inter *miſerrima mortis genera* enumerat. Ammian. XXV. *c.* VII. *Furebat inedia iraque percitus miles*, *ferro properans*, *quam* fame, ignaviſſimo genere mortis, *abſumi*. *Confeciſtis* etiam grave verbum. Senec. III. Ben. *c.* XXVI. *Sub Tiberio Caeſare fuit accuſandi frequens & paene publica rabies, quae omni civili bello gravius togatum civitatem* confecit. Phaed. III. Fab. VII. *Cani perpaſto* macie confectus *lupus Forte occurrit*.

2. HAC IN SPE. Sic Venetae priores; alterae *ac in populi*. mendoſe. Sine Praepoſitione Jug. *c.* XLIII. extr.

OPES ET SPES. Pro more haec junguntur, quem oſtendi ad Cat. *c.* XXI. n. I. adde Jug. *c.* XXXIII. n. 4.

3. EXERCITUM --- HABERE. Non modo ducere, ſed & alere. Sicuti Jug. *c.* VI. *eodem cultu*, *quo liberos ſuos*, *domi* habuit. & Cat. *c.* XI. *exercitum luxurioſe nimiſque liberaliter* habuerat. Rurſus Jug. *cap.* LXX. *ad* exercitum *profectus*, *quem inter hiberna Romanorum juſſus* habebat.

4. MAJORE STUDIO, QUAM CONSILIO. Majore cupiditate. Livius V. *cap.* XVIII. apud Waſſium: *dum bellum* majore animo *gerunt*, *quam* conſilio, *praecipitavere in inſidias*.

IN CERVICIBUS ITALIAE. Sic Cicero *a cervicibus repellere*. Noſter *ſupra caput*, *in faucibus*. vide ad Cat. *c.* LII. n. 35. de itinere Pompeii per Alpes, medio inter Padi Rhodanique origines ſpatio, Appian. I. Civ. pag. 419.

5. PYRENAEUM, LACETANIAM, ILERGETUM. Omnes libri veteres *Indigetis*, aut *Indigetes* pro eo, quod hodie legitur, *Ilergetum*. *Lacetani* & *Ilergetes* ſunt populi Hiſpaniae non magis, quam *Laletani & Indigetes*, & hos quidem conjungit Plinius III. *cap.* III. quod notavit Carrio. Confer Cellar. II. *c.* I. p. 144. *Lacetaniam* retinet Sigonius ad Liv. XXI. *cap.* XXIII.

NOVIS QUIDEM MILITIBUS. *Quidem* abeſt ab libris Ciacconii, Fabri & Briconeti; nec agnoſcunt vocem Venetae priores.

HIEMEMQUE IN CASTRIS. Praepoſitionem omiſerunt laudatae iſtae Venetae.

Ex

mum impetum Sertorii victoris, novis militibus, & multo paucioribus,
ſuſtinui: hiememque in caſtris inter ſaeviſſumos hoſtes, non per oppida,
neque ex ambitione mea, egi. Quid dein praelia, aut expeditiones hi- 6
bernas, oppida exciſa, aut recepta enumerem? quando res plus valet,
quam verba. Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & praelium apud flu-
men Durium, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia & exer-
citu deleti, ſatis clara vobis ſunt: pro quis, o grati patres, egeſtatem &
famam redditis. Itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. Namque 7
ſtipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire poteſt. Quod 8
ego vos moneo, quaeſoque ut animadvortatis; neu cogatis neceſſitatibus
privatim mihi conſulere. Hiſpaniam citeriorem, quae non ab hoſtibus te- 9
netur, nos aut Sertorius ad internecionem vaſtavimus; praeter mari-
tumas civitates, quae ultro nobis ſumtui onerique. Gallia ſuperiore
anno

Ex ambitione mea. Non ita, ut gloriae meae, favorem militum captando, ſervirem. Saepe enim ita Imperatores *per ambitionem* peccabant, ut nimis molliter atque luxurioſe exercitum colerent. Uſus ita voce Livius XLV. *c.* XXXVI. ubi vide Gronov. noſtra ad Jugurth. *c.* LXXXVI. num. 3. Cicer. XIII. epiſt. V. num. 2. *Non committo, ut* ambitione mea *conturbem officium tuum.* adde Buddeum in Pandect. pag. 195. 196.

6. Res plus valent. Venetae priores: *res plus valet*, & ſic emendare juſſit Carrio ex Fabri & Briconeti libris.

Apud Sucronem. Urbem, ad oſtium fluvii cognominis. Strabo III. p. 109. Appianus: *περὶ πόλιν, ᾗ ὄνομα Σύκρων*. Sed Plutarch. Pomp. p. 628. *περὶ δὲ Συκρῶνι ποταμῷ*.

Apud Flumen Durium. Ordo rerum geſtarum flumen *Turium* exigere videtur, non *Durium.* & ſic Noſter ſupra II. Hiſt. *Inter laeva montium & dextrum flumen* Turiam, *quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit*. Plinius tamen III. *c.* III. eumdem fluvium vocat *Turium:* ubi alii *Durias*, alii aliud.

C. Herennius cum urbe —— deleti. Rem breviter narrat Plutarchus l. c. Latinitatem autem pluribus exemplis firmavimus ad Catil. *c.* XLIII. n. 1.

Pro quis, o grati patres. Veneta prima: *proq. is.* 1493. *pro qua is;* alterae *proque hiis:* ut crederes *proque is* ab Sallustio eſſe, ut alibi *dis*, *iſdem* & ſimilia. Verum edita ſatis placet.

7. Uterque in Italiam venire potest. Pompeii nempe exercitus victor, inopia & omnium rerum egeſtate coactus; Sertorii exercitus, quia nemo erit, qui illius in Italiam tranſitum prohibeat. Praeterea Romae magnus erat rumor, priorem Pompejo Sertorium in Italiam venturum. eo hic illum redegerat Plutarc. Sertor. p. 579.

8. Neu cogatis necessitatibus, privatim. *Neceſſitatibus cogere* eſt per neceſſitates, nempe ſummam inopiam, cogere. ita voce uſus Cat. *c.* XVII. n. 2. Sic autem *neceſſitate cogere*, Jug. *c.* XLVIII. n. 1. coactus *rerum* neceſſitudine, *ſtatuit armis certare.* Auctor de B. Afric. *c.* LV. *Quibus rebus cognitis, Juba diſtentus triplici bello*, neceſſitate coactus *de ſuis copiis* VI. *cohortes in fines regni ſui mittit.* Caeſar III. B. Civ. *c.* XLIX. *illi* neceſſario *loca ſequi demiſſa* cogebantur. Auct. VIII. Bell. Gall. *cap.* XLIII. *itaque* neceſſitate coacti *ſe transdiderunt*.

9. Ad internecionem vastavimus. Veneta 1493. *ad interuitionem;* ceterae, *ad internitionem*. Conjeci: *ad interitionem*. hae voces enim alibi etiam in MSS. commutantur. Sed nihil adfirmo, & exprimere voluiſſe videntur *internicionem*, quomodo in vetuſtis libris ſcribitur. vide Ducker. ad Flor. II. *c.* XVII. n. 16. & XVII. n. 6. Gebhard. ad Corn. Nep. Eumen. *c.* III. *Exercitum* autem *ad internecionem caedere* frequenter obvium eſt; *vaſtare* etiam *ad internecionem* recte dicitur de terra, qua & urbes exſcinduntur, & agrorum cultores tolluntur, Jug. *c.* V. n. 1. ſiquidem & *mortem*, & *interitum* de rebus inanimatis dicere ſolent. Ammian. Marc. XXVIII. *c.* XXXIII. *Lepitanoque agro & Oeenſi* interneciva populatione *transcurſis*.

Quae ultro nobis sumtui onerique. *Quae* omittunt edd. Venetae, & libri duo apud Ciacconium: quos audiendos exiſtimo. Minuc. Fel. *c.* XII. *ſatis eſt* pro pedibus *adſpicere maxime indoctis, impolitis, rudibus, agreſtibus; quibus non eſt datum intelligere civilia* &c. h. e. ut Cic. II. de Div. & Terent. Ad. A. II. Sc. III. habent,

anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoque aluit: & nunc malis fructibus ipſa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem conſumſi. Reliqui vos eſtis: qui niſi ſubvenitis, invito & praedicente me, exercitus hinc, & cum eo omne bellum Hiſpaniae in Italiam transgredientur.

Namque his, praeter ſolita vitioſis magiſtratibus, cum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi grave pretium fructibus eſſet. *Non. Grave multum.*

Hi ſaltibus occupatis, tum externorum agros invaſere: frumentique ex inopia gravi *ſatias* facta. *Idem, Satias pro ſatietas.*

Neque jam ſuſtineri poterat immenſum aucto mari, & vento gliſcenti. *Idem, Gliſcit eſt congelaſcit, colligitur, igneſcit, creſcit.*

Ac tum maxume, uti ſolet extremis in rebus, ſibi quisque cariſſumum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia ſequi. *Idem, Munia, officia.*

Et forte in navigando cohors una, grandi *faſelo* vecta a ceteris deerravit, marique placido a duobus praedonum *myoparonibus* circumventa. *Idem in voce Faſelus. & Myoparo.*

Eum, atque Metrophanem ſenatus magna induſtria perquirebat, cum per tot ſcaphas, quas ad oſtia cum paucis fidis percunctatum miſerant. *Idem & Cariſius* lib. I.

Duos

quod eſt pro pedibus. & ſic fere Noſter I. Hiſt. Or. Lepidi nu. 15. Neque minus elegans eſt *civitas ſumtui onerique*, quam, ſi id placet, *ſignum receptui*, *ſemen ſatui* & alia, de quibus ad Cat. *c.* XXXII. num. I. *ultro* pro *inſuper* h. e. tantum abeſt ut frumentum, aut ſtipendium praeſtent, ut potius ſumtui ſint nobis atque oneri. Terent. Eunuch. A. V. Sc. IV. *v.* 21. *etiam* ultro *deriſum advenit*. i. e. non ſaltem fugit, ut bene Donatus, ſed inſuper deriſum advenit. Livius III. *adeo aequa poſtulaſtis, ut* ultro *vobis deferenda fuerint*. i. e. citra poſtulata, ſive ſine veſtris poſtulatis. Id. eod. *cap.* XI. extr. *Adſentiebantur multi pulſatos ſe querentes; & tribunum ad rem peragendam* ultro *incitabant*. Tacit. Agric. *c.* XXXVIII. *deſerere domos, ac per iram* ultro *incendere*. Et exquiſite ponitur in contrario, ut in Dialog. de Orat. *c.* V. *infidis vero & inimicis metum & terrorem* ultro *feras*, ipſe *ſecurus*. hinc *ultro citroque*.

MALIS FRUCTIBUS. Propter difficultatem annonae, propter *inopiam* fructuum. Sic paſſim *malae res*, pro inopia: & *boni* pro divitibus. vide ad Cat. *c.* XXXIII. nu. 2. Livius XXXIX. maligne *omnia praebentibus ſuis, meretriculae munificentia ſuſtentabatur*. Plin. VII. *c.* I. malignum *& breve eſt hoc munus naturae etiam in iis, quibus* largiſſime *contingit*. adde Interpp. ad Virg. VI. Aen. *v.* 270.

IPSA VIX AGITAT. Difficulter vitam ſuſtentat. vide ad ea Jug. *c.* XVIII. n. 9. *Nam hi propius mare Africum* agitabant. *Vix* hic non negligendum. Contra *facile eſſe*, *vivere* apud Ciceronem, alios.

VERUM ETIAM FIDEM CONSUMSI. *Fides* hic, quod vulgo *Creditum*. Sic Jug. *c.* LXXIII. n. 4. *quorum res* fidesque *in manibus ſitae erant*. ubi vide.

10. BELLUM HISP. IN ITALIAM TRANSGREDIETUR. Edd. vett. omnes, etiam Gryphiana *tranſgredientur*, quod non ſine temeritatis nota recentiores mutarunt: etiamſi intelligatur exercitus Pompeii. vide n. 6. *bellum Hiſpaniae* pro *Hiſpanum*, ut Juſtin. XLII. *c.* IV. *Mithridates, rex Parthorum, poſt* bellum Armeniae, *propter crudelitatem, regno pellitur*.

GRAVE PRETIUM FRUCTIBUS. Proprie *grave*, quod magnum. contra Sueton. Aug. *c.* XLI. extr. *Frumentum quoque in annonae difficultatibus ſaepe* leviſſimo, *interdum nullo* pretio *viritim admenſus eſt*.

EX INOPIA GRAVI SATIAS FACTA. *Satias* Nomen pro *Satietas* adprobat Chariſ. I. p. 43. Agnoſcit Livius XXVII. *c.* XLIX. *Victores ſanguinis caediſve ceperat* ſatias. ubi vide quae notantur. Item Silius IV. *v.* 110. *Nec finis* ſatiasve, *novi ſed ſanguinis ardor Gliſcere*. & quos ibi Interpp.

EXTREMA MUNIA SEQUI. Obire & perficere. In-

Duos quam maxumos utres levi tabulae ſubjecit: qua ſuper omni corpore quietus invicem tractu pedis quaſi gubernator exiſteret: ea inter molem, atque inſulam mari vitabundus claſſem hoſtium ad oppidum pervenit. *Idem*.

Nam qui enare conati fuerant, icti ſaepe ferramentis navium, aut vulnerati a ſuis, aut afflicti alveos, undarum vi, mulcato foede corpore, poſtremo tamen periere. *Idem*, & *Aruſianus Meſſus*.

Nam tertia tunc erat, & *ſublima* nebula coelum obſcurabat. *Non.*

Illum nautis forum. *Idem*.

ORATIO MACRI LICINII TRIBUNI PLEBIS AD PLEBEM.

Si, Quirites, parum exiſtimaretis, quod inter jus a majoribus relictum 1
vobis, & hoc a Sulla paratum ſervitium intereſſet: multis mihi differendum fuit, docendumque, quas ob injurias, & quotiens a patribus armata plebes ſeceſſiſſet; utique vindices paraviſſet omnis juris ſui, tribunos plebis.
Nunc hortari modo reliquum eſt, & ire primum via, qua capeſſundam 2
arbitror libertatem. Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis ſolus, 3

Intelliget obſignationem teſtamentorum, quae in praeſenti mortis metu a militibus facta. vide Flor. III. *c.* X. n. 12.

TRACTU PEDIS QUASI GUBERNATOR. De nuncio loquitur, quem Lucullus Cyzicum, a Mithridate obſeſſum miſit. Flor. III. *c.* V. n. 16. *Sed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuncius fecit, docens adventare Lucullum. qui (horribile dictu) utre ſuſpenſus & pedibus iter adgubernans, videntibus procul quaſi marina piſtrix evaſerat*. vide ibi Freinſhemium.

ADFLICTI ALVEOS. Carrio addit *ad*. Sed forſitan Salluſtius ſcripſerit *adflicti alveos*, ut *adigere jusjurandum*, *advolare roſtra*, *advolvi genua*, *adſidere moenia*. h. e. adflicti vi undarum ad alveos navium. vide Jug. *c.* XVIII. n. 5. & *c.* LX. n. 7.

POSTREMO TAMEN PERIERE. Eleganter *tamen*, quod oſtendat nequidquam corpus foede mutilatum, aut laceratum eſſe, ſine praecedente *quamvis*. Sic Jug. *c.* LV. n. I. *in adverſo loco, victor tamen virtute fuiſſet*. ibi vide.

ORATIO MACRI LICINII. Pleraeque edd. *M. Lepidi* nomen huic Orationi praeſcribunt; eoque factum, ut & nos alibi hoc indice citaverimus: Sed bene docuit A. Popma revocandum eſſe, quem nunc expreſſimus, titulum. Et ſcias, lector, Venetas priores *Macri* omnino nomen expreſſiſſe.

1. PARUM EXISTUMARETIS. Citat Donatus ad Ter. Phorm. A. I. Sc. I. & vult pro *aeſtumare* accipi. Sed eſt proprie poſt conſiderationem judicare, *intelligere*. vide ad Cat. *c.* II. n. 8. ad Jug. *c.* XXXI. n. 19.

A SULLA PARATUM SERVITIUM. Qui jus libertatis imminuerat, & tribunos plebis omni fere poteſtate nudaverat. Caeſar I. Civ. *c.* VII. & Noſter Cat. *c.* XXXVIII. Videtur autem haec Oratio habita pro Tribunicia poteſtate reſtituenda Caſſio Varo & M. Lucullo Coſſ.

DISSERENDUM FUISSET. Codex Vaticanus, Briconeti & Fabri, ut & Venetae noſtrae: *differendum fuit*. quod jure Criſpo reſtitui, ab imperitis proturbatum. Curt. IV. *c.* XII. num. 15. *Quod ſi perculſis Mazaeus ſuperveniſſet, ingens clades accipi* potuit. Livius II. *c.* X. *Pons ſublicius iter paene hoſtibus* dedit: *ni unus vir* fuiſſet, *Horatius Cocles*. Virg. XI. Aen. *v.* 112. *Nec* veni, *niſi fata locum ſedemque* dediſſent. pro *veniſſem* inquit Servius & Chariſius IV. p. 239. quos lege. Horat. II. Od. XVII. *v.* 27. *Me truncus illapſus cerebro* Suſtulerat, *niſi Faunus ictum Dextra* levaſſet. adde infra n. II. & Jug. *c.* XXVII. n. 2.

2. ET IRE PRIMUM VIA. Sic omnes libri. *primum* poſuit pro *ante omnia*. Philargyr. ad Virg. II. Georg. *v.* 475. Cic. II. ep. IX. n. I.

3. SOLUS, IMPOTENS. Solitarius, relictus ab aliis. Sic Jug. *c.* XIV. n. 17. *Nunc vero exſul patria, domo, ſolus atque omnium honeſtarum rerum egens, quos accedam, aut quos adpellem*. ibi plura.

QUAM

lus, impotens, inani ſpecie magiſtratus, pellere dominatione incipiam;
4 quantoque tutius factio noxiorum agat, quam ſoli innocentes. Sed praeter ſpem bonam ex vobis, quae metum vicit, ſtatui, certaminis advorſa
5 pro libertate potiora eſſe forti viro, quam omnino non certaviſſe. Quamquam omnes alii creati pro jure veſtro vim cunctam & imperia ſua gratia, aut ſpe, aut praemiis in vos convortere; meliusque habent, mercede de-
6 linquere, quam gratis recte facere. Itaque omnes conceſſere jam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, provincias occupavere, & arcem habent ex ſpoliis veſtris: cum interim, more pecorum, vos multitudo ſingulis habendos, fruendosque praebetis, exſuti omnibus quae majores reliquere: quia vobiſmet ipſi
7 per ſuffragia, uti praeſides olim, nunc dominos deſtinatis. Itaque conceſſere illic omnes: & mox, ſi veſtra receperitis, ad vos plerique: (raris enim animus eſt ad ea, quae placent, defendenda); cetera validiorum ſunt.

An

QUAM SOLI INNOCENTES. Adpoſite *ſolos* innocentes, opponit *factioni*, ea notione, qua modo dixi. & hunc Numerum illuſtravi ad Jug. *c.* LXXXV. num. 13.

4. SPEM BONAM EX VOBIS. Sicuti ſupra *metus a Pompejo*. Cic. XIII. epiſt. XVI. nu. 1. Ex *eo cum ab ineunte aetate bene* ſperaviſſem.

CERTAMINIS ADVORSA cet. Quae adverſa, aſpera & ingrata accidere ſolent in certamine. Livius X. *cap.* XXXI. *adeo ne infeliciter quidem defenſae libertatis taedebat; & vinci, quam non tentare victoriam malebant*. Mox *forti* pro additamento habeo cujuſdam interpretis: Salluſtius enim *viro* praeciſe ea notione ponere amat. vide Cat. *c.* LVIII. num. 14. Jug. *c.* XXXI. num. 20.

5. GRATIA, AUT SPE, AUT PRAEMIIS. Depravati cum optimatibus faciunt. Jug. *c.* XIII. extr. *quorum pars* ſpe, *alii* praemio *inducti nitebantur*. *c.* XV. num. 2. *magna pars* gratia *depravata*.

MERCEDE DELINQUERE, QUAM GRATIS. Vide ſupra I. Hiſt. ad Orat. Philippi nu. 9.

6. QUI PER MILITARE NOMEN. Non eo, quod Imperatores nominantur; neque per homines militares: ſed per *nomen militiae*. h. e. eo praetextu, quod bellum geratur adverſus hoſtes reip. ut ſaepe apud Livium, & res ex memoria rerum geſtarum notiſſima. Firmat Noſter Jug. *cap.* XLI. num. 7. Sic Cat. *cap.* I. *ambitio popularis*. Seneca III. de Ira *cap.* VIII. *in turba meliore*, pro *meliorum*. ubi vide Gronovium.

ARCEM HABENT EX SPOLIIS VESTRIS. *Munimentum* ex veſtris malis. vide Jug. *c.* XXXI. n. 13. Stat. I. Theb. *v.* 76. *quin ecce ſuperbi* (Pro dolor) *& noſtro jam dudum funere* reges. & *arcem* ſaepe dici pro ſede tyranni, ejuſque munimentis, docuit Aſconius, poſt eum Interpp. ad Phaedr. I. Fab. II. *v.* 5. & pro omni munimento ſaepe Livius, ut VI. *c.* XXXVII. *Conſulatum ſupereſſe plebeiis, eam eſſe* arcem libertatis, *id columen*. XXXIX. *c.* XXXVII. *Tyranni enim nuper eos* (muros) arcem *& munimentum ſibi, non civitati, paraverunt*.

VOS MULTITUDO SINGULIS HABENDOS. *Multitudo*, quia dixerat *paucorum*. *Vos* ſemel tantum poſuit, cum ſenſus bis requirat: ſed ſic ſolent. vide Cat. *c.* LII. num. 23. Livius: *quid Capua capta feceritis* Romani? *habere* eſt poſſidere, in poteſtate habere, quod exempla docent ad ea Jug. *c.* II. num. 3. *agit atque* habet *cuncta*, *neque ipſe* habetur.

VOSMET IPSI -- DESTINATIS. Venetae priores: *vobiſmet ipſi*: idque ex conjectura reſtituerat Gronovius, cum ab Ciacconio ex libris promtum videret *vobiſmet ipſis*. Vide ad Cat. *c.* XX. num. 6.

7. AD VOS REDIBUNT PLERIQUE. Verbum *redibunt* in nullis neque aliorum, neque noſtris libris veteribus legitur, & intelligendum *ἀπὸ κοινοῦ concedent*. vide ad Cat. *c.* XXIX. nu. 2. XLVIII. num. 4.

RARUS ENIM A. E. A. E. Q. P. DEFENDENDA. Haec verba Parentheſin habent in edd. Venet. prioribus, peropportune & recte. rationem enim addit cur dixerit *plerique*: raros eſſe, qui defendant ea, quae placuerint, pleroſque alios ſequi potius, & ſimulac viderint quoſdam, qui jura ſua, aut quae cupiunt, defendant, illis ſeſe ſtatim adjungere. I. de Rep. Ord. *c.* II. Suſpicatus olim ſum, *deferenda*, pro *defendenda*; quam ſuſpicionem nunc non probo. Vulgo haec cum ſequentibus *ceteri validiorum ſunt* conjungunt, ſed contra libros vett. &, ſi *cetera* inde revoces, nullo ſenſu, qui & in vulgari ſcriptura humilis & Oratori indignus eſt, *raris* habent Venetae.

CETE-

An dubium habetis, ne obſicere quid vobis uno animo pergentibus poſ- 8
ſit, quos languidos ſocordesque pertimuere? niſi forte C. Cotta ex factione
media conſul, aliter, quam metu jura quaedam tribunis pl. reſtituit. Et
quamquam L. Sicinius primus de poteſtate trib. loqui auſus, muſſantibus
vobis, circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos
injuriae pertaeſum eſt. Quod ego nequeo ſatis mirari, Quirites. Nam 9
ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis. Sulla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat 10
ſervitium, finem mali credebatis. Ortus eſt longe ſaevior Catulus. Tu-
multus interceſſit Bruto & Aemilio Mamerco Coſſ. dein C. Curio ad exi-
tium uſque inſontis tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno
quantis animis ierit in L. Quinctium, vidiſtis: quantae denique nunc mi-
hi turbae concitantur! quae profecto incaſſum agerentur, ſi, prius quam 11
vos

CETERI VALIDIORUM SUNT. Sic dicunt eſſe in Codd. quidam tamen edidere *ceterum*: quod in vulgari interpunctione non adeo incommodam praeberet ſententiam. Sed omnes Venetae, Gryphiana, Coleri, Gruteri aliaeque edd. recte *cetera*. Conjungenda enim haec: *Mox, ſi veſtra receperitis, ad vos plerique concedent; cetera validiorum ſunt*. h. e. *cetera*, aerarium, regna, provinciae, *validiorum*, veſtra, quando ita plus valetis, *ſunt*. Perperam *validiorum* exponunt de *paucis* illis *nobilibus*, quos numquam Salluſtius eo nomine notavit. Mox vero oſtendit, quod plebs *validior* ſit: *quid vobis uno animo pergentibus reſiſtere poterit?* Sic igitur elegantiſſima ſententia reſtituta eſt, & vides ſuperari illam Cat. *c.* XX. nu.10. *tantummodo incoepto opus eſt, cetera res expediet*. ſic Livius loquitur V. *c.* XXXVI. *omnia fortium virorum eſſe*.

8. AN DUBIUM HABETIS, NEQUID. Male Carrio *Num. dubitare, ne* eſt quidem levius quid, idem tamen in Conſtructione ac *timere, ne*. Cicero pro Sulla *c.* XIII. *Si* periculum eſſe *putaſſet*, ne *ulli umquam indicarent*. Tacit. II. Hiſt. *c.* XXIII. Diffiſus *paucitati cohortium*, ne *obſidium longius parum tolerarent*. haec & plura Perizonius ad Sanct. Minerv. IV. *cap.* XV.

C. COTTA EX FACTIONE MEDIA CONSUL. Reſtituit ille aliquid juris Tribunis plebis. Aſconius ad I. pro C. Cornelio p. 959. *Hic eſt Cotta — qui legem tulit in concione, repugnante nobilitate, magno populi ſtudio, ut iis, qui* tribuni plebis *fuiſſent, alios quoque* magiſtratus capere *liceret. quod lex a dictatore L. Sulla paucis ante annis lata probibebat*.

L. Sicinius. Sic Venetae priores; alterae *Cicinius*. Plutarch. Craſſo p. 547. Σικίννιος, Aſconius in Cic. Divinat. *cap.* III. *Primus* Sicinius *tribunus pl. nec multo poſt* Quinctius *& poſtremo Palicanus perfecerant, ut tribuniciam poteſtatem populo redderent Conſules Cn. Pompejus M. & M. Licinius Craſſus*. de verbo *muſſare* dictum ad I. Hiſt. Or. Philippi nu.3.

ILLI INVIDIAM METUERE. *Metuere* temporis perfecti pro *timuere*, illi nempe, qui L. Sicinium circumvenere, pauci nobiles. Jug. *c.* XV. extr. veritus, *ne polluta licentia* invidiam *accenderet, animum a conſueta lubidine continuit*.

9. SPEM FRUSTRA FUISSE. Jug. *cap.* LXXXV. num. 6. *Quo mihi acrius adnitendum eſt, uti neque vos capiamini, & illi* fruſtra *ſint*. Boetius IV. Proſa II. *at ſi poteſtas abſit, voluntas* fruſtra *ſit*.

10. FINEM MALI. *Eſſe*, vel *fore* credebatis. Ea enim Noſter omittit, ut diximus ad Cat. *c.* XLVI. nu.2. *poenam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundae reip.* credebat.

CATULUS. Qui Lepidum Italia expulit, eo, quod acta Sullae reſcindere conaretur. vide I. Hiſtor.

QUANTIS AN. IERIT IN L. QUINCTIUM. De L. Quinctio Aſconius l. c. & Plutarchus. *quantis animis* illuſtratum ad I. Hiſt. Orat. Lepidi num.24.

11. FACTURI ERANT. Pro *eſſent* ſingulariter Latinis adamatum. Ovid. Her. Epiſt. XIX. *v.* 130. *Nullus* erat *ventis impediendus amor*. Livius XXXIV. *cap.* XXIX. *& difficilior facta oppugnatio* erat, *ni T. Quintius cum quatuor millibus delectorum ſuperveniſſet*. adde ad n. I. prolata. *Si* vero & *niſi* cum indicandi Modo defendimus ad Cat. *c.* XX. num.6. Ovid. III. Metam. *v.*89. Si *fata* vetabant *Stare diu* Thebas; *utinam tormenta virique Moenia* diruerent. ubi aliquis oppido ineptus mallet *Si vetabunt*. Porro *agerentur* eſt in Venetis noſtris: & recte quidem.

BIS CIVILIBUS ARMIS. Licet quidem cum

Mmmmm ſequen-

vos ſerviundi finem, illi dominationis facturi erant: praeſertim cum his civilibus armis dicta alia, ſed certatum utrimque de dominatione in vo-
12 bis ſit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arſere: Permanſit una res modo, quae utrimque quaeſita eſt, & erepta in poſte-
13 rum: vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum. Quod ego vos moneo, quaeſoque, ut animadvertatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro ſervitio adpelletis. Quo jam ipſo frui, ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverit, non eſt conditio: fuiſſet, ſi omnino quieſſetis. Nunc animum advortite: & niſi viceritis, quoniam omnis injuria gravita-
14 te tutior eſt, artius habebunt. Quid cenſes igitur? aliquis veſtrum ſubjecerit. Primum omnium omittendum morem hunc quem agitis, impigrae linguae, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis. Dein

ſequenti *certatum* haec conjungere; ſed per ſe dixit Jug. *c.* IV. n. 6. *At contra quis eſt omnium* his moribus, *quin divitiis*, *non probitate cum majoribus ſuis contendat.* ubi vide. de re Cat. *c.* XXXVIII. n. 3.

12. IN TEMPUS ARSERE. In aliquod tempus, aliquamdiu. uti *in praeſens*, cetera. Tacit. VI. Ann. *c.* XI. *Namque antea profectis domo regibus* ---- in tempus *deligebatur*, *qui jus redderet ac ſubitis mederetur.* Deinde *cetera arſere* intelligere licet *cetera adflicta*, *vexata ſunt*, ſicuti *incendium* ea notione de gravi caſu dicitur. vide Cat. *c.* XXXI. n. 9. Sed dubium habeo, ne *cetera* ſit quartus Caſus, & *ardere aliquid*, pro *nimium cupere*, maximo ſtudio quaerere dixerit. Virg. Eclog. II. *v.* I. *Formoſum paſtor Corydon* ardebat Alexin. adde Jugurth. *c.* XXXIX. n. 5.

VIS TRIBUNICIA, TELUM A. M. LIBERTATI P. Male haec edd. omnes diſtinguunt, cum notet Macer: *quaeſitum* eſſe utrimque, (nempe a plebe, ut confirmarent; ab optimatibus, ut tollerent) & tandem ereptam eſſe unam rem, *nempe* vim tribuniciam. *telum* eleganter vocat. Livius IX. *c.* XXXVII. *Praeterea* telum *aliud occultum ſcituros in tempore: Interea taceri opus eſſe. Nec hoc ſapientis dici velim*, *quod* ferae *quoque* telum *eſt*, *timeri*. eſt res, qua ſe quisque defendat contra hoſtem. Dialog. de Orat. *c.* V. *non hercule lorica*, *aut gladius in acie firmius munimentum*, *quam reo & periclitanti eloquentia* praeſidium *ſimul &* telum, *quo propugnare pariter & inceſſere poſſis.* adde Interpp. ad Plaut. Epid. A. II. Sc. II. *v.* 103. Abram. ad Cic. pro Coelio *c.* IX.

13. NOMINA RERUM AD IGNAVIAM MUT. Pro ignavia veſtra. Jug. *c.* XIX. extr. *De Africa & ejus incolis* ad neceſſitudinem *rei ſatis dictum.* adde Bentlej. ad Horat. I. Sat. VI. *v.* 87. Livius I. *c.* VII. *cum boves quaedam* ad deſiderium *ceterarum mugiſſent.* Caeſar III. Civ. *c.* LXXXVIII. *Quam* ad *cauſſam cunctum equitatum objecerat.* De mutatione vocabulorum praeclare Cato Cat. *c.* LII. n. II. & Loccenius ad C. Nep. Epamin. *c.* V.

NON EST CONDITIO. *Facultas*, *copia* hic valet, quae eſt ex pactione & conventione. C. Nepos Attic. *c.* II. *Cum enim verſuram facere publice neceſſe eſſet*, *neque ejus* conditionem *aequam* haberent, *ſemper ſe interpoſuit.* plura vide ad Jug. *c.* CXII. n. I.

NUNC ANIMUM ADVORTITE. Venetae priores, ut Fabri & Briconeti libri, *advortere*, nempe conditio eſt. ut *copia vivere*, *conſilium relinquere*, pro *relinquendi.* vide Jug. *c.* LXXXIX. n. 3. Sed vulgata recte habere videtur.

INJURIA GRAVITATE TUTIOR. Aliis iſtud verbis expreſſit Memmius Jug. *c.* XXXI. n. 14.

ARTIUS HABEBUNT. Sic Jug. *c.* LXXXV. n. 34. *Neque illos* arte *colam*, *me opulenter.* Lucret. V. *v.* 1146. *Sponte ſua cecidit ſub leges* artaque *jura.* Plinius XVI. *c.* V. *Additae* leges artae & *ideo ſuperbae.*

14. ALIQUIS VESTRUM SUBJECERIT. Haec viris quibuſdam doctis ſuſpecta, nec injuria. Utroque modo, & cum, & ſine tali additamento Noſter aliique loquuntur. vide ad Cat. *c.* LI. n. 43. & ad Jug. *c.* XXXI. n. 18.

IMPIGRAE LINGUAE. Exquiſitus, nec adeo protritus nexus eſt inter *morem* & haec *impigrae linguae* & *memores*, ſimilis tamen illi, cujus mentio facta ad Cat. *c.* II. n. I. & Jug. *c.* XVII. n. 4. Plautus Bacch. A. III. Sc. VI. *v.* II. *Multi more iſto atque exemplo vivunt: Lingua* factioſi, inertes *opera*, *ſubleſta fide.* Non enim *morem impigrae linguae* conjungenda; ſed intelligendum, ut *ſitis impigri lingua*, *animo ignavi*, *memores:* uti Cat. *c.* XVIII. n. 4. *adoleſcens nobilis*, *ſummae audaciae.* ubi vide.

NON ULTRA CONCIONIS LOCUM. H. e. non diu-

Dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebi, modo patricium 15 magiſtratum, libera ab auctoribus patriciis ſuffragia majores veſtri paravere) cum vis omnis, Quirites, in vobis ſit, uti, quae juſſa nunc pro aliis toleratis, pro

diutius memores libertatis vindicandae, quam dum in concione eſtis, dictisque Tribuni aliorumque bonorum accendimini.

15. DEIN, NE VOS AD VIRILIA cet. Et hic locus erat in omnibus edd. corruptiſſimus, quem ex Venetis noſtris ita reſtituimus, ut jam viſum Gronovio in priore membro; ſed in altero membro partim Cod. Vaticano, partim noſtro ingenio gloria, ſi quam meremur, debetur: qui & aliam longe interpunctionem, aliamque ſententiam eruimus. Senſus eſt: *Dein* cenſeo (ne ad ſeceſſiones vos horter, quibus majores veſtri & tribunos ſibi, & magiſtratus patricios, & libera ſuffragia pepererе) *uti* in eam libertatem vos vindicetis, qua, *quae* nunc ex aliorum imperio *pro aliis ſubitis*, ea in veſtrum commodum *pro vobis agere*, *aut* plane omittere & *non agere* pro illis *poſſitis*. quod non adeo magnum aut difficile vobis erit, *cum vis omnis in vobis ſit*. Haec ſola veritas eſt. Nunc vide vulgatam lectionem, in qua praeter cetera incommoda plurima nihil eſt, quod ad Particulam *Dein*, quae tamen a Verbo *cenſes* pendet, referatur. nam illud *ne*, quod a latere eſt, ad illam non pertinet; ſed ad Parentheſin. Igitur ſic vulgo legunt & diſtinguunt: *Dein ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunis plebei mandando patricium magiſtratum, libera ab auctoribus patriciis ſuffragia majores veſtri paravere: quamvis, Quirites, in vobis ſit, uti, quae juſſa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe poſſitis.* In editt. Venetis 1490. 1493. haec ita concipiuntur: *deinde, ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo, patricium magiſtratum, libera ab auctoribus patriciis ſuffragia majores veſtri paravere*, quamvis *omnis, Quirites in vobis ſit*, & *quae juſſa nunc pro aliis* cet. Sic illae in duabus tantum particulis vitioſae ſunt, quibus medicinam fecit cod. Vaticanus. cetera illuſtria magis in ſingulis partibus erunt.

NE VOS AD VIRILIA. Eodem modo Memmius, qui *nihil vi, nihil ſeceſſione opus eſſe* ait Jug. c. XXXI. num. 6. mox tamen num. 17. virilia illa majorum exempla brevi graviter proponit.

AD VIRILIA ILLA, QUO. Torquent ſe miſere interpretes & *quum*, *quos*, *queis* aut ſimilia in locum τοῦ *quo* obtrudunt. Scilicet Soloecophanes fuit *virilia, quo*; Sed intelligendum, ac ſi fuiſſet: *virilia illa ejus negotii, quo*. Nec ſemper alia Pronomina in his exacte regulis conſentiunt. Sic Cat. c. X. n. 3. *igitur primo pecuniae, deinde imperii* cupido *crevit: ea quaſi materies omnium malorum* fuere. c. LVI. n. 6. *Interea* ſervitia *repudiabat*, cujus *ad eum initio magnae copiae concurrebant*. quibus locis plura adnotavimus, quae ad Analogiam faciunt. Paucis te expedias, ſi dicas *quo* Adverbialiter eſſe poſitum, ut Jug. c. XXIV. n. 8. Quale eſt Eod. *cap.* II. num. 10. *Multa atque opportuna habes*, quo *facilius errata officiis ſuperes*.

TRIBUNOS PLEBI, MODO PATRICIUM. *Plebi* aut *plebei* eſt in vetuſtis, ſive tertius ſit Caſus, ſive ſecundus. nam & ſine Caſu Nominis Verba *parare*, *dare*, *addere* ponuntur. vide ad Cat. c. LVIII. n. 1. Jug. c. I. n. 3. & quod ſecundus Caſus eſſe poſſit, vide ad I. Hiſtor. Illa vero praecipua cauſſa corruptionis fuit, quod *modo* ſemel tantum poſuerit. Sed ſic ſolet Salluſtius, Livius aliique, ut diximus ad Cat. c. LXI. n. 8. *volventes hoſtilia cadavera amicum*, alii *hoſpitem aut cognatum reperiebant*. Ceterum de tribunis a plebe paratis vide I. Hiſtor. de patricio magiſtratu Livius VI. & VII. Florus I. c. XXVI.

LIBERA AB AUCTORIBUS PATRICIIS SUFFRAGIA. Nempe ut plebis ſuffragia in comitiis rata eſſent, etiamſi non a patribus *adprobarentur*. ideo enim in incertum Comitiorum eventum, antequam plebs iret in ſuffragia, centuriatis & curiatis Comitiis *patres auctores fiebant*, Livius VIII. c. XII. & ut ſine iſta etiam praevia adprobatione tribunorum & aedilium creandorum comitia ſine auſpiciis & omni alia religione, ſolo tribuum ſuffragio peragerentur, h. e. *uti ex curiatis in tributa mutarentur*, P. Volero & C. Lectorius tribuni plebis magna contentione perfecerant, de qua Dionyſius Halic. IX. c. XLI. ad XLIX. Livius II. c. LVI. quam Noſter reſpexit. Praeterea non male Ciacconius conjicit: *ab auctoribus Patribus*. adde II. de Rep. Ord. c. VI. n. 3.

QUAMVIS, QUIR. IN VOBIS SIT. Vaticanus Cod. & Latinus Latinius: *cum vis omnis Q. i. v. ſ.* haec eſt cauſſa, cur cenſeat, uti Quirites operam ſuam & ſanguinem paucis nobilibus denegare, aut iis ſibi gloriam & opes quaerere debeant. Praemittit autem Criſpus rationem facto tum alibi, vide Cat. c. XVII. n. 7. tum maxime in formulis ſententiarum, c. LII. n. 36.

16 pro vobis agere, aut non agere certe poſſitis. Jovem aut alium quem deum conſultorem exſpectatis: magna illa conſulum imperia & patrum decreta, vos exſequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos auctum
17 atque adjutum properatis. Neque ego vos ultum injurias hortor; magis uti requiem cupiatis: neque diſcordias, ut illi criminantur, ſed earum finem volens, jure gentium, res repeto: &, ſi pertinaciter retinebunt, non arma, neque ſeceſſionem, tantummodo ne amplius ſanguinem veſtrum prae-
18 beatis, cenſeo. Gerant, habeantque ſuo modo imperia; quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium & reliquias exſulum perſequantur cum imaginibus ſuis; Abſit periculum & labos, quibus nulla pars fructus eſt.

Niſi

PRO ALIIS TOLERATIS. Illis nempe militatis, illis vincitis. n. 6. adeoque *tolerare* eſt ſuſtinere, gerere. uti Cat. *c.* LIII. n. 2. & *c.* X. n. 2. *qui labores, pericula, dubias atque aſperas res facile* toleraverant. His junge omnino notam Eod. *c.* XXIV. n. 3.

AUT NON AGERE CERTE POSSITIS. Cenſeo *ut poſſitis* agere, cum vi dictum eſt pro *ut agatis*. Plura diximus ad Cat. *c.* LVIII. n. 14. Licuit *nobis cum ſumma turpitudine in exſilio aetatem* agere: Potuiſtis *nonnulli Romae amiſſis bonis alienas opes* exſpectare. Cujus rei ignorantia alias corruptionis cauſſas confirmavit.

16. JOVEM AUT ALIUM ----- EXSPECTATIS? Haec non minus, quam ſuperiora, deturpaverant editores, qui interrogandi ſignum adpoſuerant, quod ita locus requirit, ut ſignum Minervae. Demonſtrat Macer eos, etſi malam ſuam conditionem cognoviſſent, tamen pro aliis adhuc egiſſe. Senſus eſt: *Vos* enim *Jovem aut alium quem Deum*, qui rebus veſtris proſpiciat *exſpectatis*: interim vero *magna illa imperia exſequimini*, & ſervitium veſtrum augetis. Extremae humilitatis & patientiae iſta ſunt indicia: & de hominibus, qui parum audent, aut conſilio nihil valent, iſtud frequenter dicitur, quod Deum, aut alios principes exſpectent. vide Catilin. *c.* LII. num. 18. 19. Si ſcripſiſſet *exſpectatis & magna illa* cet. aut: *exſpectantes magna illa* cet. forte non in transverſum rapti eſſent interpretes. Sed altero mori in Salluſtio adſueſcere debuiſſent. vide Catilin. *cap.* III. extr. Jugurth. *cap.* II. num. 3.

MAGNA ILLA CONSULUM IMPERIA. Ut omnia in hac Oratione, ita & vox *magna* ad invidiam comparata, pro *magnifica, alta, ſuperba*. Tibullus II. Eleg. VI. *v.* II. Magna *loquor: ſed magnifice mihi* magna *locuto Excutiant clauſae fortia verba fores*. ibi lege Brockhuſium. Tacitus II. Hiſt. *c.* IV. *ubi* magnis *conſultis annuere deam videt*.

ULTROQUE. Vide ad Epiſt. Pompeii n. 9.

ADJUTUM PROPERATIS. Uti *ultum ire, raptum feſtinare, perditum trahere*. vide ad Cat. *c.* XXXVI. n. 4. adde Jug. *c.* LXVIII. n. 1.

17. ULTUM INJURIAS HORTOR. Ad ulciſcendum. vide ad I. Hiſt. Or. Lepidi n. 23. & Jug. *c.* XX. n. 5.

REQUIEM CUPIATIS. Carrio in omnibus libris, nos in quatuor Venetis, Gryphiana, aliis. quod ut repudiemus, cauſſa nulla eſt.

JURE GENTIUM RES REPETO. *Res* nobis ablatas, tribuniciam poteſtatem, aerarium, provincias, cetera, quorum ſubinde mentionem fecit. *Res repetere* autem inter ſollemnia populi Rom. qui antequam bellum facerent, feciales mittebant *ad res repetendas* h. e. ut gens illa rapta reſtitueret, aut ſatisfaceret. morem perſpicue proponit Livius I. *capit.* XXXII. Exempla Briſſon. IV. Form. pag. 341. ſeqq.

NON ARMA -- NE PRAEBEATIS, CENSEO. *Arma*, & *ne praebeatis* ab uno Verbo ſuſpenſa ſunt: ut Jug. *c.* XIV. n. 7. *prohibere* injuriam, neque *cujuſquam regnum per ſcelus* creſceret. Jam *cenſere arma, ſeceſſionem* dicitur, ut *jubere regem*, Liv. I. *c.* XXII. *jubere bellum, decernere provinciam*, alia.

18. HABEANTQUE SUO MODO. *More.* Terent. Andr. A. I. Sc. I. *v.* 125. *Prope adeſt, cum alieno* more *vivendum eſt mihi: Sine nunc* meo *me vivere interea* modo. Cicero de Senect. *c.* II. *quid enim eſt aliud* gigantum modo *bellare cum diis, niſi naturae repugnare?*

PERSEQUANTUR CUM IMAGINIBUS SUIS. Acriter increpat ignavam nobilitatem, cui, ſi plebes dereliquerit, nihil erit, praeter imagines fumoſas, quibus pro militibus uti jubet. vide ad Jug. *c.* LXXXV. n. 10.

ABSIT PERICULUM ET LABOS, QUIBUS. Intellige *ab iis, quibus*. ſed non ſtatim ita emendandum, cum ſaepiſſime Pronomen demonſtrativum Noſter omittat. vide ad Catil. *cap.* XIII. num. 2.

NUL-

Digitized by Google

Niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia veſtra penſantur : Qua 19
tamen quinis modiis libertatem omnium aeſtumavere , qui profecto non
amplius poſſunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors pro-
hibetur ; ſeneſcunt vires : ſic neque abſolvit cura familiari tam parva
res : & ignavus quisque tenuiſſima ſpe fruſtrantur. quae tamen quam- 20
vis ampla, quoniam ſervitii pretium oſtentaretur, cujus torpedinis erat
decipi

NULLA PARS FRUCTUS. Non participant. Lucret. II. *v.* 5. *Suave etiam belli certamina magna tueri Per campos inſtructa* tua ſine parte *pericli*. Cicero: *ut ſocius in ſocietate habet* partem, *ſic cohaeres in haereditate habet* partem.

19. FRUMENTARIA LEGE. Multae frumentariae leges a Graccho, Clodio, aliisque latae, quibus ſtatutum, ut aut levi pretio frumentum plebi, aut plane gratis publice praeberetur. Aſconius, Cicero, alii. vide Lipſium I. Elect. *c.* VIII. & junge Sueton. Caeſar. *c.* XLI. Dion. LV. p. 554. ubi narrat, Auguſto imperante, hominum, qui frumentum publice accipiebant, fuiſſe ducenta millia. Sed quae hic intelligatur; non conſtat.

QUINIS MODIIS LIBERTATEM OMNIUM AESTIMAVERE. H. e. libertatem veſtram quinis modiis redemerunt ; vos illorum ſervi eſtis, & pretium accipitis quinos modios. Sic Cicero *pecunia*, *denariis aeſtimare*. Tacit. I. Ann. *c.* XVII. Denis *in diem* aſſibus *animam & corpus* aeſtimari. Ceterum ſervos *quinque modios* in ſingulos menſes accepiſſe Lipſius l. c. probat ex Seneca Epiſt. LXXXI. Neque Donatum emendandum arbitror, qui *quatuor* ſtatuit, cum in iſta re talis diverſitas, pro tempore & hominibus, omnino locum habere queat.

QUI PROFECTO NON AMPLIUS POSSUNT. Valent. Nos dicimus *auſtragen.* Male Lipſius *proſint*. Nam carceris & ſervorum alimenta *in dies* definita erant, hinc *diurnum* dicuntur. igitur ſi iſta cum alimentis iſtis plebis comparantur, quae proprie *in menſes*, ſubeſt certe aliqua computatio, cui eleganter *poſſe* aptatur. Adludit Plaut. Aſin. A. III. Sc. III. *v.* 46. *Videtin' viginti minae quid pollent*, *quidve* poſſunt.

ALIMENTIS CARCERIS. H. e. quam alimenta carcere incluſis praebita. Sic *amplius* conſtruit Catil. *c.* LVI. num. 2. Seneca Epiſt. XVIII. *Liberaliora ſunt* alimenta carceris: *ſepoſitos ad capitale ſupplicium non tam anguſte*, *qui occiſurus eſt*, *paſcit*. Ceterum Venetae noſtrae *alimentis carere ;* ſed edita eſt a Lipſio, & vera.

EXIGUITATE MORS PROHIBETUR. Aluntur enim ad ſupplicium, aut exiguitatem pro poena habent, ut eo durior ſit conditio carceris. Symmach. I. epiſt. XXIII. *Parvis nutrimentis quamvis a morte defendimur*, *nihil tamen ad robuſtam valetudinem promovemur*: quae ille ex Graeco, ut ipſe ait, tranſtulit, nempe ex Demoſthen. Olynth. III. pag. 14.

NEQUE ABSOLVIT CURA FAMILIARI. Venetae: *abſolvi*. cetera illarum priores habent, ut expreſſimus. Hoc vult: *tam parva res*, quini modii, nullum ex plebe *cura familiari liberat*, quin potius quaerendum plura, quae ſufficiant familiae.

IGNAVISSUMI QUIQUE TENUISSIMA SPE FRUSTRANTUR. Venetae priores cum Vaticano & libris Fabri atque Briconeti : *ignavi qui uſque tenuiſſimas perfruſtrantur*. unde jam alii *tenuiſſima ſpe fruſtrantur* feliciter procuderunt : ipſe addidi *ignavus quiſque*, quod non obſcure in illa lectione proponitur, ſi *us* ſyllabam in voce *qui* uſ*que* pro nota variae lectionis accipias, ut nempe ſolent librarii. vide ad Cat. *c.* XLII. nu. 2. *ignavi quique* alii fecere, propter verbum *fruſtrantur* ; alii *fruſtratur* repoſuere, hoſpites in lectione Salluſtii, qui *quiſque* cum plurium numero, etiamſi aliud nomen ſingulare adhaereat, conſtruit. vide ad Cat. *c.* VII. num. 1. Denique & optimum Gronovium deſeruit ingenium, quando correxit : *ignavi cujuſque tenuiſſimas ſpes fruſtratur* : nempe ut penderet ab nomine *parva res ;* cum contra ad elegantias Salluſtii pertineat Subjecta, quae vocant, mutare, & tranſire ab Activo Verbo ad Paſſivum, quod pluribus doceo ad Cat. *cap.* LI. num. 40. *c.* LIII. num. 3. *Fruſtrantur* autem *ſpe* Paſſive dici, dudum adnotarunt A. Popma, Boxhornius ad Plaut. Amphitr. A. II. Sc. II. *verſ.* 200. aliique. Nec illepide *tenuiſſima ſpe*. Cic. pro Roſc. Com. *c.* XIV. *Inani & tenui ſpe te conſolaris*. Liv. XXV. *c.* XXXVIII. *In rebus aſperis &* tenui ſpe *fortiſſima quaeque conſilia tutiſſima ſunt*. Senſus igitur eſt : ignavi & qui rei ſuae familiari non aliunde proſpiciunt, hac ſpe fruſtrantur : nempe decipiuntur quando ſperant quinis his modiis poſſe ſeque ſuoſque ſuſtentare.

20. QUAE TAMEN QUAMVIS AMPLA. Intellige *ſit*, ut Cat. *c.* LI. nu. 36. & *quamvis* intellige proprie *quam vis*, ut nos dicimus : *ſe groſſ als du willſt*; h. e. nimis ampla, valde ampla ſit.

decipi & veſtrarum rerum ultro injuria gratiam debere? Namque alio
modo, neque valent in univerſos, neque conabuntur. Cavendus dolus
21 eſt. Itaque ſimul comparant delenimenta, & differunt vos in adventum
Cn. Pompeii; quem ipſum, ubi pertimuere ſublatum in cervices ſuas,
22 mox demto metu lacerant. Neque eos pudet vindices, uti ſe ferunt, liber-
tatis,

Sic Cic. de Amicit. *cap.* XXVI. *Quamquam iſta adſentatio* quamvis pernicioſa *ſit*, *nocere tamen nemini poteſt*. ubi plura Graevius; in quibus & talia, ubi non excipit *tamen*, ut hoc loco: & alia notavimus ad Jug. *c.* XXXV. num.9. ubi & poſt *tamquam*, *etſi* cet. eadem particula reticetur. Sic non opus erit cum Gronovio *qua* pro *quae* ſubſtituere; neque, quod mihi olim in mentem venerat, *oſtentaret*, utrumque contra libros veteres, recipere. Cicero VII. Verr. *c.* V. *Expectate facinus*, quam vultis *improbum*. de Haruſp. Reſp. *cap.* IX. quam volumus *licet nos amemus*, *tamen* cet. Sic *quam libet*; *quam libuerit*. vide Gruter. ad Plaut. Menaechm. A. II. Sc. II. *v.* 43. Interpp. ad Phaedr. I. Fab. XXVIII. princ.

QUONIAM SERVITII PRETIUM OSTENTAR. Quoniam pretium vobis offerri videbatur, quo libertatem vobis ademerant. nu. 19. Tacit. III. Hiſt. *cap.* LVII. *fictis Veſpaſiani epiſtolis* pretium *proditionis* oſtentans.

CUJUS TORPEDINIS ERAT. Quanta torpedo erat. Imitatur, ut indicat Waſſe, Arnobius pag. 93. Cujus *eſt autem* pudoris, *quinimo* inverecundiae cujus, *quod agere te videas*, *in eo alterum reprehendere*. Sed adde notam ad Jug. *c.* LXXXIII. num. I.

VESTRARUM R. ULTRO INJURIA GRATIAM DEBERE. Neſcio cur locum pro male ſano habuerint viri doctiſſimi; niſi propter *ultro injuria* ſimul, adeoque duo quaſi Adverbia ad unum Verbum relata, quomodo tamen & Cicero, Livius, & Noſter locutus eſt. vide ad Jug. *c.* XIX. nu. 5. & ad Cic. XIII. epiſt. XXVII. extr. Pollio Tyrann. *c.* XII. *cum in diverſis praeliis* ad exemplum fortiter *faceret*. Et cum haec Latina negat I. Waſſe, idem pronunciet de Cat. *c.* XLV. nu. I. & XLVIII. nu. I. Neutrum vero ſine vi ſua ponitur: *ultro*: quia nemo ſibi ipſi obnoxius eſt, aut pro ſuis rebus gratias agit: frumentum vero populi R. eſſe, vult intelligi. *injuria* gratiam debet, qui rem exſecrandam (ut iſta largitio, praemium ſervitii) grate accipit. & ſic mox ad vocem *injuria* retulit: *Namque alio modo* cet.

NAMQUE ALIO MODO. Niſi per largitiones.

CAVENDUS TAMEN DOLUS EST. *Tamen* non legitur in Venetis prioribus; & abeſſe a Cod. Baiolenſe teſtatur Cl. Waſſe. Neque omnino ſententia requirit. Sententia eſt: Videte dolum, quem cavere debetis! demulcent vos praemiis & differunt vos in adventum Cn. Pompeii, cet. Neque tamen male ad ſuperiora refertur, quaſi notaret: *non gratiam debere*, *ſed dolum cavere debetis*.

21. ITAQUE SIMUL COMPARANT. *Itaque* hic eſt particula adſumendi narrationem, &, ut Donatus vocat, continuativa: quod ſupra de *igitur* & *ergo* animadvertimus. *Simul* excipiente *&*, pro *&*, *&*, illuſtravimus exemplis ad Jug. *c.* LXX. num. 4.

DELENIMENTA. Quibus vos leniant, demulceant. Uſus eſt voce & Livius, & Tacitus. adde Nonium *cap.* I. num. I. Sic *honeſtamenta* cet. vide de hujuſmodi nominibus diſputantes inter ſe Reineſium & Daumium Epiſt. XIII. XIV.

SUBLATUM IN CERVICES SUAS. Quando praeſens eſt cum imperio & exercitu, tunc timent. Curt. VII. *c.* VII. princ. *Rex Scytharum*, *ratus eam urbem*, *quam in ripa amnis Macedones condiderant*, ſuis *impoſitam eſſe* cervicibus. Mallem, *uti pertimuere*, ut poſtea ſubintelligatur *ita*. vide Jug. *c.* II. num. 3.

DEMTO METU LACERANT. Hoc eo valet, aeque vos ac Pompejum contemnunt, cujus, ſi metus abeſt, juſſis & voluntati, ſi is forte jus veſtrum reſtituere voluerit, obſtrepent. Livius XLIII. *c.* IV. *Lucretium tribuni plebis abſentem concionibus adſiduis* lacerabant, *cap.* VIII. *Ii non in ſenatu modo eum* lacerarunt, *ſed in concionem etiam pertracto*, *multis objectis probris*, *diem dixerunt*. XXIX. *c.* XIX. *Non Pleminius modo*, *ſed etiam Scipio principum orationibus* lacerari. adde XLI. *c.* VI. Sueton. Gramm. *c.* IX. *Fuit autem naturae acerbae*, *non modo in antiſophiſtas*, *quos omni ſermone* laceravit. Sic Dictys aliique. vide Bentlej. ad Horat. II. Sat. I. *verſ.* 65.

22. TOT VIROS. Per *ἐπεξήγησιν*. illos vindices, qui tot numero viri ſunt, non pudet nihil poſſe ſine uno Pompejo. Ovid. II. Am. eleg. XII. *v.* 3. *Quam vir*, *quam cuſtos*, *quam janua firma*, tot hoſtes, *Servabant*.

REMITTERE INJURIAM. Tollere injuriam, qua adficiunt plebem. pro quo Terent. Andr. A. V. Sc. I. *v.* 8. Remittas *jam me onerare injuriis*. Livius XL. *cap.* XXVIII. *Remittere delectum*. Juſtin. XXI. *cap.* I. *Tributa populo per triennium* remittit. Curtius *legem remittere*. Supra dixerat *ſolver-*

Digitized by Google

tatis, tot viros ſine uno, aut remittere injuriam non audere, aut jus non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompejum, tantae 23
gloriae adoleſcentem, malle principem volentibus vobis eſſe, quam illis dominationis ſocium; auctoremque in primis fore tribuniciae poteſtatis.
Verum, Quirites, antea ſinguli cives in pluribus, non in uno cuncti prae- 24
ſidia habebatis: neque mortalium quiſquam dare, aut eripere, talia unus poterat. Itaque verborum ſatis dictum eſt. Neque enim ignorantia res 25
claudit. Verum occupavit neſcio quae vos torpedo, qua non gloria movemini, neque flagitio: cunctaque praeſenti ignavia mutaſtis: abunde 26
libertatem rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet, & illuc, munera ditium dominorum. Atque haec eadem non ſunt agreſtibus; ſed cae- 27
duntur

ſolvere injuriam. Tacit. I. Hiſt. *cap.* LII. *redditi plerisque ordines*, remiſsa *ignominia*.

23. SATIS SPECTATUM EST. Cognitum ac perſpectum. Cat. *c.* XX. n. 2.

TANTAE GLORIAE ADOLESCENTEM. Adoleſcens enim erat cum contra Sertorium mitteretur, natus annos circiter triginta, cujus aetatis homines *adoleſcentes* vocare ſolent. vide ad Cat. *c.* XXXVIII. ipſe Sertorius de Pompejo dixiſse fertur poſt primam in Hiſpania pugnam: *Hunc puerum ferulis caſtigatum Romam dimiſiſſem, ni anus iſta* (Metellus) *ſuperveniſſet*, Plutarch. Sertor. pag. 578. Eutrop. VI. *cap.* I. de eodem bello: *finis ei bello datus per Cn. Pompejum* adoleſcentem *& Q. Metellum Pium*. adde Vellej. II. *c.* XXX. Sic ſupra *homines magni nominis*, I. Hiſtor. Or. Lepidi num. 2. De gloria Pompeii, qui imberbis triumphales honores adeptus erat, Plutarchus & Cicero pro L. Manil. *cap.* X. ſeqq.

VOLENTIBUS VOBIS. Cum veſtra voluntate malle principem civitatis eſse. Jug. *c.* LXXXIV. n. 3. *neque plebi militia* volenti *putabatur*. *c.* CII. n. 6. *tutiusque rati* volentibus, *quam coactis imperare*. mox *illis* Venetae noſtrae, & ſic Lipſius IV. Epiſt. Quaeſt. XIV. nec tamen adeo ineptum aliorum *illius*.

24. IN PLURIBUS, NON IN UNO. Idem Catulus apud Dion. XXXVI. & Vellej. II. *c.* XXXII. & Hortenſius, quamvis Pompejum pro digniſſimo haberet, tamen *ad unum omnium deferri non oportere*, cenſuit, Cic. pro L. Man. *c.* XVII.

25. NEQUE ENIM IGNORANTIA RES CLAUDIT. I. e. *claudicat*. non propter ignorantiam res minus procedit, quam a vobis contendo, nempe ut vos vindicetis a dominatione paucorum. Apulej. de Deo Socrat. *ut ubi* dubitatione clauderet, *ibi divinatione conſiſteret*. vide Donat. ad Terent. Eunuch. A. I. Sc. II. & Act. II. Sc. III. Sed plura Gronov. ad Liv. XXII. *c.* XXIX. Lipſius Var. Lect. II. *c.* VI. Scaliger Auſon. Lect. II. *cap.* XXI.

26. QUIA NEQUE GLORIA MOV. Venetae: *qua non gloria* &c. pro *qua in torpedine*. *non* pro *neque*, habent etiam Fabri & Briconeti libri, item Vaticanus. Supra Venetae: *occupavit, neſcio quae, vos torpedo;* quem ordinem itidem reſtitui, pro vulgato *occupavit vos, neſcio* &c.

PRAESENTI IGNAVIA. Non *pacem*, non *otium* dicit, ſed *pro praeſenti ignavia*, ut pauliulum quieti eſſe poſſitis, omnia deſeruiſtis. Sic *mutare* conſtruitur Jugurth. *c.* XXXVIII. extr. ubi vide.

ABUNBE LIBERTATEM RATI. Sic Jug. *c.* XXXI. *ſatis habebatis, animam retinere*.

MUNERE DITIUM DOMINORUM. Omnes libri vett. *munera:* quod longe elegantius eſt corrupta illa vulgata. Eſt Ἐπεξήγησις, notans iſta eſſe munera ditium dominorum, qui itidem ſervos ſuos non flagellis caedere, nec carcere aut ergaſtulo includere ſolerent. Nec illud impedit, quod dixerit *quia tergis abſtinetur*, cum vulgaris Adpoſitio requireret: *terga libera habere, huc illuc ire, munera ditium dominorum.* Sic Cat. *c.* IX. n. 4. *Quarum rerum ego* maxuma documenta *haec habeo*, quod *in bello ſaepe vindicatum eſt*. cet. Cic. XI. epiſt. XXVIII. n. 10. *At* haec *etiam ſervis ſemper* libera *fuerunt*, timerent, dolerent *ſuo potius, quam alterius arbitrio*. adde ſupra n. 17. Jam ditiores domini tanto plures ſervos alebant, Juvenal. Sat. III. *v.* 141. iis vero neque in agris, neque in ergaſtulis ſaepe opus erat, aut ipſi ſervi vicarios habebant: &, in multitudine peccantes facile dominum latebant; hinc & tergis abſtinebatur, & huc illuc ire licebat. quod acerbe in plebem Romanam Macer torquet.

27. NON SUNT AGRESTIBUS. H. e. plebi ruſticae, quae durioris erat conditionis, quam urbana, delectibus acerbiſſimis vexabatur, agris ſuis pellebatur, aut cum ſeditiones & civiles turbae exarſerant, prout adverſae parti addicta fuerat, caedebatur. *Agreſtes* vocat, quos Cat. *cap.*

Digitized by Google

duntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias
28 magiſtratibus. Ita pugnatur, & vincitur paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victis eſt, & in dies magis erit: ſi quidem majore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

Poſtquam egreſſus anguſtias. *Meſſus*.

Ad Cyzicum perrexit firmatus animi. *Ex eodem*.

Ut ſuſtinere corpora plerique nequeuntes, feſſi, arma ſua quisque ſtantes incumberent. *Idem & Servius*.

Ac ſtatim fugitivi, contra praeceptum ducis, rapere ad ſtuprum virgines, matronasque. *Nonius*.

Quibus a Sertorio triplices inſidiae per idoneos ſaltus poſitae erant: prima, quae fonte venientes exciperet. *Serv*.

Ingens ipſe virium, atque animi. *Aruſianus*.

Locum nullum, niſi in quo armati inſtitiſſent. *Idem*.

At

cap. XXXVII. *juventutem, quae* in agris *manuum mercede vitam toleravit*; Livius XXV. *c.* I. aliique *ruſticam plebem* dixit. Sed *agreſtis* voce ſimiliter fere utitur Noſter Cat. *cap.* VI. Livius III. *cap.* VI. *pecoribus* agreſtibuſ*que in urbem acceptis*.

CAEDUNTUR INTER POTENTIUM IN. Adeo nec terga, nec vitam ipſam libera habent. *inter*, i.e. dum potentes inter ſeſe certant, vide Jug. *c.* XL. n.4. Aſconius: *Plebs ruſtica partim agros, partim jus civitatis amiſit, partim omnino proſcripta eſt victore Sulla, quod plebs Romana de Marianis partibus fuerat*.

DONO DANTUR IN PROVINC. MAG. Magiſtratibus adſignantur, quibus ad provincias obtinendas militibus opus erat: adeoque illis *non huc ire licet atque illuc*.

28. PUGNATUR ET VINCITUR A PAUCIS. Immo legendum cum Venetis: pugnatur & vincitur *paucis*. h.e. in commodum paucorum; ut *vobis arat, reip. vixit, tibi militat* & ſexcenta talia. vide ad Cat. III. num. I. *c.* XV. nu. 2. Jug. *c.* IV. num. 4. Nempe pro paucorum potentia pugnatur, & ſi vincitur, illi commoda ad ſeſe rapiunt.

PLEBES --- PRO VICTA EST. Priores Venetae & Vaticanus: *pro victis eſt*, quod inepte deſeruerunt vulgares editiones. *Plebes pro victis*, ut Cat. *c.* XVI. num. 2. *juventutem, ex illis. cap.* XLII. extr. *cetera multitudo* exſequerentur. *c.* XLVIII. num. I. *plebes agitabant*. Jug. *c.* XXVIII. num. 2. Senatus *a Beſtia conſultus; iique decrevere*. ibi vide. Ne dicam, ſi iſtud aliquid valet, quod neceſſario plurium numero uſus eſt, ut, cum de plebe agreſti locutus eſſet, de utraque plebe, & ruſtica, & urbana eam injuriam intelligendam eſſe notaret. *pro victis*, illuſtramus ad ea Jug. *cap.* XCVIII. ad fin. *quia non fugerent*, pro victoribus *agere*.

MAJORE CURA. Haec in omnibus hujus generis orationibus deprehendas. vide Jug. *cap.* XXXI. num. 16. I. Hiſt. Or. Lepidi. cet.

ARMA SUA Q. STANT. INCUMBERENT. Pro *armis*, ut notat Aruſianus. Seneca Phoen. *v.* 499. *Reclinis haſtae &* arma *defixa* incubans. ubi plura Gronovius. quaſi *in arma cumbere*. Hinc Apulej. VIII. Metam. *Timore hoc inani perfuncti longe pejores* inhaeſimus laqueos.

PRIMA, QUAE FONTE VENIENTES. *Prima* quaſi *inſidia*, doctore Chariſio. vide Or. Macri num. 5. Sempronius apud Gellium II. *cap.* XIII. Liberoſ*que ſuos*, cum *quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat, produci juſſit*. Sic *abſente nobis, nos mitto, praeſens colatis*, de quibus Caſaubon. & Salmaſ. ad Capitolin. Marc. *c.* XIX. Tamen & *inimicitia*, *delicia* pro *deliciis*, apud Gell. XIX. *cap.* VIII. & *tenebra*, pro *tenebris* reperitur. Lamprid. Commod. *c.* XVI. *Et repentina caligo &* tenebra *in Circo orta*.

IN QUO ARMATI INSTITISSENT. Inſiſtere *quid* & *cui* frequentia; addatur *in quo*. forte ut Terent. Andr. Act. IV. Sc. IV. *in quibus illuditis*.

INGENIO LOCI PROHIBEBATUR. *Natura loci*. Florus II. *c.* VI. num. 6. *patentibus campis, obſervato* loci ingenio, --- *ita inſtruxit aciem*. ubi vide Freinsh. & Duckerum. adde infra VI. Hiſt. princ.

FACTA

At Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta, Vulcioque impeditur. *Nonius*. *Pugio eſt brevis gladius*.

Caſtriſque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. *Idem*.

Sed Pompejus a prima adoleſcentia, ſermone fautorum, ſimilem fore ſe credens Alexandro regi, facta conſultaque ejus quidem aemulus erat. *Nonius*.

Dubius conſilii. *Aruſianus*.

Poſt reditum eorum, quibus ſenatus belli Lepidani gratiam fecerat. *Idem*.

Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire milites occoepere, non aptis armis, ut in principio, & laxiore agmine. *Nonius*.

Atque eum Curio laudatum, accenſumque praemiorum ſpe, quibuſcum optaviſſet, ire jubet. *Idem*.

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo ſanguine ſuorum defendens, poſtquam ex ſarcinis paludamenta adſtare, & delectae cohortes intelligi coepere. *Idem*.

Si nihil ante adventum ſuum inter plebem & patres conveniſſet, coram ſe daturum operam. *Priſcianus* l. XIV.

Fine inguinum ingrediuntur mare. *Aruſianus*.

M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuuſque curis, niſi inſtantibus. *Idem*.

Muros ſucceſſerant. *Idem*.

Saxaque ingentia, & axe vinctae trabes per pronum incitabantur, axibuſque eminebant in modum *ericii* militaris *veruta* binum pedum. *Non. Servius*.

Octavium mitem, & captum pedibus. *Aruſianus*.

Igitur

FACTA CONSULTAQUE — AEMULUS. Pro *factorum conſultorum*. Nomen retinet Caſum Verbi. Plautus Milit. A. III. Sc. I. ſtudioſus *nullae* rei *aliae eſt*, *niſi* adulterio. Id. Amphitr. A. I. Sc. III. *quid tibi* hanc curatio *eſt* rem; adde Bernegger. ad ea Juſtin. IX. *c.* VIII. nu. 4. *Fuit rex armorum, quam conviviorum* apparatibus ſtudioſior.

NON APTIS ARMIS. Paratis ad dimicandum. Livius V. *c.* XLIX. *Suos in acervum conjicere ſarcinas, &* arma aptare, *ferroque, non auro, recuperare patriam jubet*. Idem X. *c.* XXXIII. *Vix dum ſatis* aptatis armis *in ordines eunt*. XLIV. *c.* XXXIV. *Militem haec tria curare debere, corpus ut quam validiſſimum & perniciſſimum habeat*, arma apta, *cibum paratum ad ſubita imperia*. mox *aptare corpori arma*. quem locum inſpexiſſe juvabit.

QUIBUSCUM OPTAVISSET. *Elegiſſet* recte Nonius. h. e. quos elegiſſet, ut cum iis iret. quam latinitatem ſupra illuſtravimus. Sic *optio* pro electione Jug. *c.* LXXXIX. nu. 8. ubi vide.

FINE INGUINUM. Proprie; ita ut inguina finis, quo uſque aqua pertineret, eſſent. h. e. *inguinum tenus*. Auctor B. Afric. *c.* LXXXV. *Atque ita per mare* umbilici fine *ingreſſi, terram petebant*. vide Interpp. ſed maxime Abrah. Gronov. ad Juſtin. XXX. *cap.* IV. num. 6.

MUROS SUCCESSERANT. Sub muros venerant, ad muros acceſſerant. Jug. *c.* LVII. num. 3. *pars eminus glande aut lapidibus pugnare, alii* ſuccedere, *ac murum modo ſuffodere, modo ſcalis aggredi*. ibi vide.

PER PRONUM INCITABANTUR. Majore impetu ruebant. Caeſar IV. Gall. *cap.* XVII. *Ut quo major vis aquae* ſe incitaviſſet, *hoc arctius illigata tenerentur*.

IN MODUM ERICII MILITARIS. Qui trabs erat, ex quo undique ferrei aculei prominebant: a beſtiolae ita dictae aculeis adpellatus. Cellar. ad Cae-

 ſar.

Digitized by Google

Igitur diſcubuere Sertorius inferior in medio, ſuper eum L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis: in ſummo Antonius, & infra, ſcriba Sertorii Verſius: alter ſcriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium, & dominum Perpennam. *Nonius Servius*.

Quarum unam epiſtolam forte cum ſervo nacti praedatores Valeriani ſcorpione in caſtra miſere. *Nonius*.

ſar. III. Civ. *cap.* LVII. adde Turneb. IV. Adverſ. *cap.* VIII. *Veruta* ſunt tela brevia, a veru ſimilitudine.

CAPTUM PEDIBUS. Depravatus pedibus. ut *oculis*, *mente captus*, cet. aut pro *privatus* ponitur *captus*.

IGITUR DISCUBUERE. Eſt deſcriptio convivii, in quo periit Sertorius, de quo vide Plutarch. in Sertorio. De more accumbendi ad menſam bene Baronius Tom. I. Ann. Eccleſ. pag. 154.

SERTORIUS INFERIOR IN MEDIO. *In medio* lecto diſcubuit Sertorius cum L. Fabio, ita ut inferior Sertorius eſſet, ſuperior Fabius. ille enim locus honoratiſſimus in hoc trium lectorum poſitu; & proxime attingebat dominum convivii, qui ſummum locum tertii lecti occupaverat.

L. FABIUS HISPANIENSIS, SENATOR. Sunt quidem numi, in quibus L. FAB. HISP. viſitur; Sed ſi Chariſium audire placet I. pag. 84. poſſes non inepte conjungere *Hiſpanienſis ſenator*; ut nempe fuerit ille Fabius ex *ſenatu Sertoriano*, quem exſulibus inſtituerat. vide Plutarch. pag. 579. 580. 581. Idem pag. 582. *τὸν ὑπερκατακείμενον Ἀντώνιον* caedem cepiſſe ſcribit; niſi iſtud de ſuperiore lecto accipiendum eſſe velis.

IN SUMMO ANTONIUS. *Summus* itaque lectus, ſeu primum vocare malis, itidem duos tantum habuit Antonium & Verſium. Scribae erant qui rationes publicas in tabulas referebant. vide Cic. III. Verr. *c.* LXXIX. Sic I. Hiſt. Or. Lepidi nu. 17. *ſcriba Cornelius*.

MAECENAS IN IMO. In *imo*, ſeu tertio lecto tres diſcubuere, quorum infimus Tarquitius, medius Maecenas, ſummus Perpenna. Omnes autem inter amicos Sertorii fuiſſe, ſed qui clam conſpiraverant narrat Plutarchus pag. 581. Cic. IX. epiſt. XXVI. *Accubueram hora nona ---- apud Volumnium Eutrapelum: & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius familiares tui.* adde Curt. VIII. *cap.* V. num. 22. ibique Raderum.

DOMINUM PERPENNAM. *Dominus* vocatur quia convivium exhibebat. Petronius *c.* XXXIV. *Laudatus propter elegantias* dominus. Hinc *dominia agitant* apud Gellium II. *c.* XXIV. qui mutua inter ſeſe celebrant convivia.

SCORPIONE IN CASTRA MISERUNT. *Scorpio* machina, quae cum ſono expelleret tela, Seneca II. N. Qu. *c.* XVI. vide Lipſ. Poliorc. III. Dial. IV.

FRAG-

FRAGMENTA
LIB. IV.
HISTORIARUM.

AT Cn. Lentulus patriciae gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior, an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiſerat, exigenda promulgavit. *Agellius* l. XVIII. cap. IV.

Omnes, quibus aetas ſenecto corpore, animus militaris erat. *Priſcianus* lib. IX. & X.

Dein lenita jam ira, poſtero die liberalibus verbis permulcti ſunt. *Idem* l. IX.

Implicitae rates miniſteria prohibebant. *Idem ibidem*.

Igitur legiones pridie in monte poſitas arceſſivit. *Idem* l. X.

Anxius animi, atque incertus. *Aruſianus*.

Magnam exorſus orationem. *Idem*.

Impotens, & nimius animi eſt. *Idem*.

Amiſumque aſſideri ſine praeliis audiebat. *Priſcianus* l. VIII. *Obſideo & aſſideo activa ſunt; faciunt enim aſſideor & obſideor*.

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem conjectus. *Feſtus*.

Caſtella, cuſtodias theſaurorum in deditionem acciperentur. *Serv. Cariſ.* l. I.

Reliqua cadavera ſalita. *Diomedes* lib. I. cap. IV.

EPI-

FRAGM. HIST. IV. PER INCERTUM STOLIDIOR. Illud *per* fortaſſe delendum, cum in indice capitis apud Gellium meliores Codd. omnes habeant *incertum ſtolidior*. de *vano* nos quaedam ad Cat. *c.* XXIII. n. 2. & plura Nonius atque Servius ad XI. Aen. *v.* 715.

AETAS SENECTO CORPORE. Carrio invexit vocem *aetas*, quam recte Douza damnat.

LIBERALIBUS VERBIS. Non ſperno *libralibus* quod in aliis Codd. legitur. Habemus enim *circlos*, *ſurclos*; item *caldus*, *valdus*, *ardus* & hujuſcemodi plura apud veteres frequentata. vide Reines. ad Daum. Ep. XXV. Ne dicam de *fiblis*, *gubernaclo*, *puertia*. vide Charif. IV. p. 238. nam *dextra* & *dextera*, *tritum* & *teritum*, *arbiterium* & *arbitrium*, partim vulgo nota, partim ab Salmaſio vindicata ſunt ad Lamprid. Elagab. *cap.* XX.

NIMIUS ANIMI EST. Sic modo *anxius animi*; III. Hiſt. *ingens ipſe virium atque animi*; II. Hiſt. *animi atrox*. Vide hic omnino Heinſium ac Drackenborchium ad ea Silii XIV. *v.* 670. *Ingemuit* nimium juris, *ac tantum licere Horruit*. Vopiſcus Aureliano: Nimius *eſt*, *multus eſt*, *& ad noſtra jam non facit tempora*. vide Salmaſ. ad Eumd. *c.* XXXII.

RELIQUA CADAVERA SALITA. De infanda illa obſidione locutus eſt, per quam obſeſſi eo redacti ut humanis corporibus veſcerentur. Habuimus fragmentum II. Hiſtor. quo & hoc pertinet.

EPISTOLA REGIS MITHRIDATIS SCRIPTA AD REGEM ARSACEN.

1 REX MITRHIDATES REGI ARSACI S. Omnes, qui ſecundis
rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceatne tum
pacem agere. Dein quod quaeritur, ſatisne pium, tutum, glorioſum,
2 an indecorum ſit. Tibi, ſi perpetua pace frui licet, niſi hoſtes opportu-
ni, & ſceleratiſſumi; egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt:
Neque petere audeam ſocietatem; & fruſtra mala mea cum tuis bonis mi-
3 ſceri ſperem. Atqui ea, quae te morari poſſe videntur, ira in Tigranem
recentis belli, & meae res parum proſperae, ſi vera exiſtumare voles, ma-
4 xume hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles ſocietatem, ac-
cipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit bene ſuadendi: &,
quod

EPIST. REGIS MITHRID. De bello Mithridatico multa Cicero pro L. Man. Plutarch. in Sertorio, Appianus Mithrid. Vellejus II. *c.* XVIII. Florus I. *c.* V. & qui ibi producuntur auctores. *Arſaces* autem rex Parthorum amicus Mithridati apud Appian. pag. 180. ita etiam nominat Dio & Plutarchus; quia id commune regum Parthorum nomen. Proprium *Pacorus* fuit, ſi fides Xiphilino; ſed ex Appiano Mithr. p. 242. patet *Sintricum* eſſe nominatum, cui ſucceſſit *Phraates*.

1. LICEATNE TUM PACEM AGERE. Uti Ovidius: *otia agere*. Noſter Jug. *c.* XIV. n. 10. *laeti pacem agitabamus*. *c.* CIX. *pacem, an bellum* agitaturus *foret*.

QUOD QUAERITUR. Ab aliis, & quod in ſocietate praeſtandum eſt.

2. TIBI PERPETUA P. F. LICERET. Omnino cum Vaticano & Venetis noſtris prioribus amplectendum, quod expreſſimus. Vulgatae nullus ſenſus adeſt, & cum illud Douza ſentiret, mirabili transpoſitione mederi voluit. Nunc autem hoc ad conditiones pertinet, quibus poſitis, Mithridates ſocietatem belli petere non auderet. Probat autem in ſequentibus, eas conditiones nullas eſſe, nempe neque pacem habiturum, & hoſtes opportunos atque ſceleſtiſſimos eſſe, & magnam gloriam ſecuturam; ſi Romanos oppreſſerit. Haec per totam epiſtolam tractantur. *Si* vero & *niſi* cum Indicandi modo conſtructa eſſe ab Noſtro, ex indicio notae ad III. Hiſt. Or. Macri n. II. pateſcit. Nec opus adeo emendatione Lipſii, quam propoſuit IV. Epiſt. Qu. epiſt. XIV. etſi ea lectionem vett. librorum egregie confirmet.

MALA MEA CUM TUIS BONIS MISCERI. Ipſe Salluſtius interpretatur Jug. *c.* LXXIII. n. 1. *ne* florentes *res ſuas cum Jugurthae* perditis miſceret. Opportunum & illud Plauti ab Douza citatum: *Bonis tuis rebus meas res irrides* malas. adde n. 4.

3. ATQUI EA, QUAE. Removet primum, quae Arſacem morari poſſe videntur. Et ſcripta videtur Epiſtola, quod Badius adnotavit, cum Mithridates ad regem Armeniae Tigranem poſt varias jam acceptas clades, &, ut Appianus numerat, bello Mithridatico tertio, fugere cogeretur. Appian. Mithrid. p. 227. Ex eodem p. 230. patet, litteras has ad Arſacen miſſas eſſe poſt praelium ab Tigrane male pugnatum. vide & infra n. 15.

IRA IN TIGRANEM RECENTIS BELLI. Propter nuperum bellum. Tigranes enim Parthorum opes maxime attrivit, Plutarch. Lucullo p. 505. & paullo ante id tempus de regione quadam certaverant, quam, ingruente Romano bello, Tigranes Arſaci conceſſit. Dio Caſſ. XXXV. *ira belli* eſt *propter bellum*, ſeu recenti bello excitata. Neſcio, an ita dixerit Salluſtius I. Hiſt. *poſt ubi* ira belli *deſenuiſſet*. Sic *ſuperioris anni naufragium*, *noctis ſuperioris crimen* adlata ſunt ad Cic. II. epiſt. XIII. n. 8. & Activam vim habet patrius Caſus in eis Cic. V. epiſt. XIII. n. 1. *conſolatio litterarum*; XIII. epiſt. XV. n. 5. *cumulus commendationis*; ſupra I. Hiſt. *metus Pompeii*; Flor. III. *c.* XXII. *profugus feralis illius tabulae*.

SI VERA AESTUMARE VOLES. Venetae: *exiſtumare*, quod unice verum. Eſt enim pro cognoſcere, perſpicere, uti III. Hiſt. Or. Macri princ. Cic. pro Coelio *c.* I. *Si attendere diligenter*, exiſtimare vere *de omni hac cauſſa volueritis*. Sic ille alibi: *Si verum quaerimus*, *ſi verum ſcire vis*; item *perſpicere verum*, *vera judicare*, quorum *aeſtumantes* nihil faciunt.

4. ILLE ENIM OBNOXIUS. Ex bello culpa contra-

quod florentibus optabile eſt, ego non validiſſumus praebeo exemplum,
quo rectius tua componas. Namque Romanis cum nationibus, populis, 5
regibus cunctis, una & ea vetus cauſſa bellandi eſt, cupido profunda im-
perii, & divitiarum; qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum
ſumſere. Dum a Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes ei 6
ſubvenientem Antiochum conceſſione Aſiae per dolum avertere; ac mox,
tracto Philippo, Antiochus omni cis Taurum agro & decem millibus talen-
torum ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi filium, poſt multa & varia 7
certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi, & reper-
tores perfidiae, quia pacto vitam dederant, inſomniis occidere. Eumenem, 8
cujus amicitiam glorioſe oſtentant, initio prodidere Antiocho, pacis
mer-

tracta. Jug. *c.* XXXI. n. 3. *qui ne nunc quidem* obnoxiis *inimicis exſurgitis*.

USUM DEDIT BENE SUADENDI. Habitum ex multa experientia. vide EXCURSUM II. in Cat. Eutrop. VI. *c.* X. Mithridatem vocat *virum ingentis induſtriae conſiliique*. Sic Annibal apud Livium XXXVI. *c.* VII. *Haec ſuadeo, qui ut non omnis peritiſſimus ſum belli, cum Romanis certe bellare* bonis malis*que meis* didici. Sed vide omnino Lipſium III. Polit. *c.* IV. n. 9. ibique Reinhardum.

ET, QUOD FLORENTIBUS OPTABILE. Cat. *c.* XXXIX. n. 2. *ipſi innoxii*, florentes, *ſine metu aetatem agere.* ibi vide.

5. CUM NATIONIBUS, POPULIS. Dixi ad Cat. *cap.* XX. numer. 7. populi, nationes *ſtipendia pendere*.

CAUSSA BELLANDI EST: CUPIDO PROF. Sic & Jugurtha ſupra *c.* LXXXI. num. I. *Romanos injuſtos, profunda avaritia communes omnium hoſtes eſſe*. & idem Mithridates *luporum animos* Romanis tribuit apud Juſtin. XXXVIII. *cap.* VI.

CUM REGE M. PHILIPPO. Bellum Macedonicum primum, quod Livius, Juſtinus, alii ſcribunt. vide Florum II. *c.* VII.

BELLUM SUMSERE. Eadem phraſis Jugurth. LXXXIII. n. I.

6. EI SUBVENIENTEM ANTIOCHUM. Florus II. *c.* VIII. *Macedoniam ſtatim & regem Philippum* Antonius *excepit, quodam caſu, quaſi induſtria, ſic adgubernante fortuna, ut quemadmodum ab Africa in Europam, ſic ab Europa in Aſiam imperium procederet*. Fuiſſe inter Antiochum & Philippum foedus Livius narrat XXXI. *c.* XIV. ille vero, diſſimulantibus Romanis, multas Aſiae civitates cepit, Philippo in Romanum bellum averſo. Id. XXXIII. *c.* XXXIX. & inde forte eſt, quod Noſter narrat: *conceſſione Aſiae*.

MOX A PHILIPPO ANTIOCHUS. Sic quidem cum vulgatis Ed. Veneta 1500. Sed priores tantum *mox Philippo Antiochus*. vocem excidiſſe, vel lippus viderit. Quare cum ex Vaticano Carrio indicaverit *mox tracto Philippo*, Gronovius conjecit: *fracto Philippo*. eleganter, ſi perfidis Romanis tantum tribuit Mithridates. Juſtin. XXX. *c.* IV. Fractus *itaque bello Philippus*. Sed *tracto* fortaſſe non mutandum, ut ſignificet, Romanos Philippum tandem in ſocietatem traxiſſe, ejusque opera viciſſe Antonium, Livius XXXIX. *cap.* XXVIII. id cauſſae & conſilio Mithridatis magis ſervire videtur.

ET DECEM MILLIBUS TALENTORUM. In numero Talentorum diſſentiunt Livius XXXVII. *c.* XLV. & Appian. Syriac. p. 116. qui habent *quindecim millia*. cum Noſtro facit Eutrop. IV. *c.* II. De Aſia autem cis Taurum ademta omnes conſentiunt, etiam Cic. pro Sextio *c.* XXVI. & pro R. Dejotaro *c.* XIII.

7. PERSEN D. PHILIPPI FILIUM. Bellum iſtud Macedonicum ſecundum, de quo Livius plura & Florus II. *c.* XII. meminit Noſter Cat. *c.* LI. n. 5.

APUD SAMOTHRACAS DEOS. Profugerat enim in inſulam Samothraciam, templique ſe religioni ſupplicem crediderat, Vellej. I. *c.* IX. ad eum Cn. Octavius praetor pervenit, & ratione magis, quam vi perſuaſit, ut ſe Romanorum fidei committeret. Idem & Livius XLV. *c.* VI. Sacram autem eam inſulam & inviolatam fuiſſe, Livius aliique tradunt.

INSOMNIIS OCCIDERE. Sic edd. vett. Lipſius Epiſt. Qu. IV. epiſt. XIV. mallet *inſomnia*; ſed *inſomnia* & *inſomniae* utroque numero recte dici, notavit Carrio. ſignificat *ἀϋπνίαν*. vide ad Cat. *c.* XXVII. n. 2. Quidam tradidere Perſen ſibi ipſum conſciviſſe mortem, alii, a militibus eum prohibitum eſſe ſomno, ut ita paullatim confectus exſpiraret. Plutarch. in Aemilio Paullo p. 275.

8. EUMEN. CUJUS AMICIT. GLORIOSE. Socius enim iſte Rex Pergami Romanis fuit in bello

 con-

mercedem; poſt Attalum cuſtodem agri captivi ſumtibus & contumeliis ex rege miſerrumum ſervorum effecere: ſimulatoque impio teſtamento, filium ejus Ariſtonicum, quia patrium regnum petiverat, hoſtium more, per tri-
9 umphum duxere. Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere; cum filius Nuſa, quam reginam adpellaverant,
10 genitus haud dubie eſſet. Nam quid ego me appellem? quem disjunctum undique regnis & tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem, neque ſerviturum eſſe, per Nicomedem bello laceſſiverunt; ſceleris eorum haud ignarum, & ea, quae accidere, teſtatum antea, Cretenſes ſolos omnium liberos

contra Antiochum: ipſeque ſibi multum placuit, ob res feliciter pro ſociis geſtas. Appian. Syr. pag. 116.

PRODIDERE ANTIOCHO. Ingenioſus eſt ad fingendum crimen Mithridates, & omnia perveſtigat, ut inveniat. Quid enim illud *prodidere Antiocho?* Hiſtoria non docet: niſi intellexerit, quod Eumeni contra Antonium bellandum fuerit; aut, quod proximas illius imperio urbes occupaverit, quo tamquam unus & ſolus ad omnem Antiochi impetum expoſitus eſſet. inter eum & regem Pruſiam haud ita multo poſt grave bellum ortum. vide Juſtin. XXXII. *c.* IV. & de verbo *prodere* ad Jugurth. *c.* XXXI.

POST ATTALUM, CUSTODEM AGRI CAPT. In libris Fabri & Briconeti, & in omnibus Venetis legitur: *poſthabitum cuſtodi agri capt.* quod probat Carrio. *Captivi* pro *capti*, ut Virg. II. Aen. *v.* 765. *captiva veſtis.* loquitur etiam de agro ab Antiocho capto.

SUMTIBUS ET CONTUMELIIS. Per *ſumtus*, qui ipſi in bella pro Romanis faciendi; & *contumelias*, quas paſſus eſt ab Romanis. Quae ſive de Eumene ex veteri lectione, ſive de Attalo intellexeris, mores Romanorum bene patiuntur. Nam & Philippus, & Eumenes ſocii Romanorum, ut alios taceamus, habebant poſt multa officia, quod in Romanis aegre ferrent. vide Livium XXXIX. *c.* XXVIII. Appian. Syr. pag. 116. & Romani quidem per omnem aetatem reges atque populos devictos per amicitiam ſuam magis fregere, quam hoſtes illos frangere potuiſſent.

SIMULATOQUE IMPIO TESTAMENTO. De teſtamento Attali Juſtin. XXXVI. *c.* IV. qui rem ita narrat, ut facile ſit demonſtratu, Attalum cum teſtamentum faceret, parum animo valuiſſe. vide ibidem Berneggerum & Flor. II. *c.* XX.

FILIUM EJUS ARISTONICUM. Non Attali, ſed Eumenis, ex pellice Epheſia cithariſtae cujusdam filia genitus. Juſtinus. Freinshemius corrigit in Noſtro: *filium* Eumenis *Ariſtonicum*, quae opera ſupervacua fuit; cum haec a ſuperioribus pendeant, ubi Eumenis, utpote de quo potiſſimum loquatur, facta mentio: magis vero, ſi ex vett. edd. locum reſtitueris.

PER TRIUMPHUM DUXERE. M. Aquillius de illo triumphavit. dubius eſt Vellejus II. *c.* IV. & Eutropius negare videtur IV. *cap.* IX. Sed cum in carcere necatum tradant, nullus ſcrupulus remanet. idem accidit Jugurthae aliisque.

9. NICOMEDE MORTUO. Juniore, Pruſiae nepote, cui Sulla regnum a Mithridate ereptum reſtituerat. Plutarchus, Florus, alii. Is dicebatur & ſuum regnum teſtamento Romanis reliquiſſe, Livius Epitom. XCIII. Vellej. II. *cap.* IV.

CUM FILIUS NUSAE, QUAM REG. Edd. vett. *cum filius* Nuſa, *quam* regiam adpellaverat, *genitus haud dubie eſſet*. recte emendarunt *quam reginam adpellaverant:* de *Nuſa* enim, ſeu *Niſa*, filia Nicomedis, ſermo eſt. vide Sueton. Caeſar. *cap.* XLIX. quam forte *reginam* Romani, ut alios *reges*, adpellaverant. Caeſar. I. Gall. *cap.* XXXV. Sed cur *Nuſa* immutaverint, non video. Juſtinus: *ex pellice genitus*, *ex noverca geniti*. Curtius: *regia ſtirpe genitus*. Id. VI. *c.* V. n. 4. *Novem juvenes eadem* matre geniti *patrem comitabantur*. Florus I. *c.* I. *Romulus*, *Marte* genitus *&* Rhea *Silvia*.

10. QUID EGO ME ADPELLEM. Inter eos, quibus Romani injuſte bellum intulere, nominem. Sic Cat. *c.* XLVIII. n. 7.

PER NICOMEDEM LACESSIVERUNT. Graviter iſtud queritur legatus Mithridatis Pelopidas apud Appian. p. 177. & 179. Sed Romanorum inſtinctu Mithridatem laceſſitum eſſe, Lucii Caſſii & Manii Aquilii conſilia ibidem produnt. adde Juſtin. XXXVIII. *c.* V.

ET EA, QUAE ACCIDERE, TESTATUM ANTEA. Sic habent edd. omnes, etiam vetuſtiores Venetae. Qui vero ſenſus inde poſſet erui, nemo dixit. Quare ſi ego ſilentio involvam, non erit vitium meum. An *ea*, *quae accidere* dixit pro *id*,

ros ea tempeſtate, & regem Ptolemaeum. Atque ego ultus injurias, Nico- 11
medem Bithynia expuli; Aſiamque ſpolium regis Antiochi recepi,
& Graeciae demſi grave ſervitium. Incepta mea poſtremus ſervorum 12
Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique, quos ignavia aut pra-
va calliditas, uti meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſ-
ſumas poenas ſolvunt: Ptolemaeus precio (dies) bellum prolatans;
Cretenſes impugnati ſemel jam, neque finem, niſi excidio, habituri.
Equidem cum mihi ob ipſorum interna mala dilata praelia magis, 13
quam pacem datam intelligerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta ſe-
ro probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rurſus tamen
bellum cepi: Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona ter-
ra fudi: mari exſui claſſe pulcherruma. Apud Cyzicum magno cum exer- 14
citu in obſidio moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente:
ſimul

id, quod accidit? quod illuſtravimus ad Catil. *c.* XXX. n. 2. neque tamen eo mihi ipſe ſatisfacio. An *ignarus ea* jungendum, & poſt *accidere* diſtinguendum?

CRETENSES---ET R. PTOLEMAEUM. De quibus mox plura, n. 12.

11. NICOMEDEM BITHYNIA EXPULI. Narrat pluribus Appianus pag. 182. 183.

SPOLIUM REGIS ANTIOCHI. vide apud Eumdem p. 184. ſeqq. *ſpolium* dixit, quia Antiocho demta erat. vide n. 6.

12. POSTREMUS SERVORUM ARCHELAUS. Is erat inter duces Mithridatis, homo militaris; ſed qui non modo copias alieno loco contra Sullam inſtruxerat, Appian. p. 197. verum etiam in pacis conditionibus multum Sullae conceſſerat, Idem p. 214. denique ſuſpectus Mithridati ad Romanos transfugerat. Plutarch. Lucullo p. 496. & Appian. l. c. *poſtremus ſervorum* dicitur peſſimus & inhonoratiſſimus. uti I. Hiſt. Or. Philippi: *flagitioſorum poſtremus*. alibi *poſtremiſſimus* & *nequiſſimus* conjunguntur. vide Hottomann. ad Cic. pro Roſc. Am. *cap.* XLVII. Gell. XV. *c.* XII. Minuc. Fel. *c.* XIV. *ut piſtorum praecipuus, ita* poſtremus *philoſophorum*.

IGNAVIA A. P. CALLIDITAS---ARMIS ABSTINUIT. h. e. qui ignavia & prava prudentia bello abſtinuerunt. dictum per Hypallagen, de qua ad Jug. *c.* V. n. 2. ut Livius VIII. *c.* XXIV. *Romano bello* fortuna *Alexandrum* abſtinuit. Nihilominus Cretenſes ſuſpecti erant, ac ſi faviſſent Mithridati. Florus III. *c.* VII.

PRETIO DIEM BELLI PROLATAT. Venetae & libri Carrionis vetuſti: *pretio dies bellum prolatans*. unde Carrio haud abſurde: *pretio in dies bellum prolatans*. Mihi non libuit a veteri lectione recedere: etſi fatear, vocem *dies* mihi ſuſpectam eſſe, quae forte adſumta eſt ex Cat. *c.* XLIII. nu. 3. ubi dictionem illuſtravimus. Innuit fortaſſe munera illa ingentia Lucullo a Ptolemaeo data, etſi belli ſocietatem repudiaverit. Plutarch. Lucullo p. 491. 492.

NEQUE FINEM, NISI EXCIDIO, HAB. *Finem* intellige *oppugnationis*. *Excidio* eſt *per excidium*. Juſtin. II. *c.* IV. *Ultionem quoque caeſorum conjugum* excidio *finitimorum conſequuntur*. Adi Cat. *c.* L. n. 2. *Cretenſes* ſibi adjunxit facili negotio Lucullus Plutarch. 491.

13. OB IPSORUM INTERNA MALA. Romanorum dicit, qui bello civili inter Sullam & Marium caedebantur.

DILATA PRAELIA MAGIS. Cape de pace inter Sullam & Mithridatem facta. Appianus p. 204. 210. Florus III. *c.* V. nu. 12. & Sulla quidem, quod hoſtis declaratus erat a Cinna & Mario, ad pacem feſtinabat.

SERO PROBAT. Poſtea enim ipſe bellum ſumſit adverſus Lucullum. Plutarchus in Lucullo & Appian. p. 228.

MARCUMQUE COTTAM. Praeſidem Bithyniae, virum imbellem admodum. Appian. pag. 218.

EXSUI CLASSE. Quatuor naves incendit, reliquas ſexaginta ligatas ad puppes ſuarum abſtraxit Mithridates, Cotta non prohibente. Idem pag. 219. Terra peditum quatuor millia amiſit. Plutarch. Lucullo p. 497.

14. APUD CYZICUM. Urbem Aſiae ad Propontidem, nobiliſſimam, cujus mentio facta III. Hiſt. & deſcriptionem aliquam habet Florus III. *c.* V. num. 15. adde Cic. pro L. Manil. *c.* VIII. pro Archia *c.* IX.

IN OBSIDIONE MORANTI. Carrionis libri & omnes Venetae: *in* obſidio *moranti*, quod repoſui; cum & alibi Noſter *obſidium* dixerit, ſicuti Catilin. *cap.* X. num. 6. *contagium*. Sicuti alii *oblivium*, *conſortium*. Varro IV. L. L. *cap.* XVI. agnoſcit *obſidium*. item Feſtus pag. 296.

NUL-

ſimul hiems mari prohibebat. Ita, ſine vi hoſtium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Parium, & Heracleam, militum optumos cum claſſibus amiſi. Reſtituto deinde apud Cabira exercitu, & variis inter me atque Lucullum praeliis, inopia rurſus ambos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vaſtis circum omnibus locis, in Armeniam conceſſi: ſecutique Romani non me, ſed morem ſuum omnia regna ſubvertundi, quia multitudinem, artis locis, pugna prohibuere,

NULLO CIRCUM ADNITENTE. H. e. nullo ex iis, qui circum erant, adjuvante. & recte quidem diviſim ſcribunt edd. vett. recentiores unam vocem fecerunt, *circumadnitente*; uti *circumamplector* & *circumcomplector* dici ſibi perſuaſere. Sed cur non ut infra: *vaſtatis* circum *omnibus* locis? ut Aurelius Vict. *regendam habuit Armeniam* nationes*que* circum *ſocias*? ut Tacitus II. Ann. *c.* XI. *Cariovalda ſuffoſſo equo labitur*, *ac* multi *nobilium* circa? adde Cat. *c.* XXX. nu. 3. Noſtram ſcripturam defendit Quinctil. I. *c.* V. ubi veterum quaeſtionem proponit: *an ex integris vocibus compoſita ſint?* ipſe vix quatuor vocabula ex tribus partibus compoſita laudare potuit, & ea quoque non tam ex tribus, quam ex trium, ut ipſe dicit, particulis coeuntia. neque vero ibi aliqua τῦ *circumadnitor* mentio. Apud Virgilium autem v. Aen. *v.* 312. *circumplectitur* hodie legitur, & qui Codd. *circumamplectitur* habent, ii non una voce, ſed duabus ſcribunt. Contra Livius I. *c.* IV. *peragrare* circa *ſaltus*. Curt. IV. *c.* XII. n. 20. *caligo*, *quam* circa *humidi effuderant* montes. intelligunt nempe vocem *ſitus*, quam etiam poſt *longe*, *juxta* aliaſque particulas Latini non raro reticere ſolent.

HIEMS MARI PROHIBEBAT. Nempe propter hiemem etiam maritimi commeatus, quibus adhuc ſeſe contra famem munierat, deficiebant. Appian. pag. 222.

NAUFRAGIIS. Bis enim paſſus eſt tempeſtatem, amiſitque virorum circiter decem millia & naves circiter ſexaginta. Appian. pag. 223.

APUD PARUM ET HERACLEAM. Venetae priores: *apud Parvum Heracleam*; alterae: *apud Parum & Heracleam*. Πάριον vocat Appianus. Repoſui itaque *Parium*, quae eſt urbs maritima Myſiae minoris, haud procul a Cyzico. vide Cellar. III. *c.* III. p. 37. *Heracleam* intelligit Ponticam. Id. III. *c.* VIII. p. 296. & eo additamento hujus urbis meminit Plutarch. pag. 499.

15. APUD CABIRA. Urbs Ponti, Armeniae proxima, a Pompejo poſtea Diopolis vocata, ubi Mithridates regiam exſtruxerat arcem. Strabo XII. pag. 383. Hic per hiemem miſer ille colligebat exercitum ex omni genere hominum. Appianus, Plutarchus, Eutropius VI. *c.* VII. Venetae noſtrae, aliique veteres libri *Cabera* ſcribunt; Graeci Κάβειρα perpetuo. Sed etiam Μηδείαν, *Medeam*; σπονδεῖον, *ſpondeum* Latini vocant, auctore Donato ad Ter. Andr. A. IV. Sc. V.

VARIIS ---- PRAELIIS. Factis: aut cum *praelia* fuiſſent *varia*. modo enim Lucullus, modo Mithridates parvis praeliis fuit ſuperior. Plutarch. p. 500. Appian. 376. Sic voce *varius* utitur Jug. *c.* LI. princ. & eadem conſtructio Cat. *c.* X. num. 4.

INOPIA RURSUS AMBOS. De qua vide Appianum pag. 377.

REGNUM ARIOBARZANIS. Cappadocia, quae Lucullo jam ad Cabira haerenti frumentum ſubminiſtrabat. Plutarchus p. 504. mox *vaſtis circum o. locis*, pro vulgato *vaſtatis* ex edd. Venetis & libris Carrionis reſcripſi.

SECUTIQUE R. N. ME, SED MOREM SUUM. Verbum *ſequor* duplici notione accipiendum: propria primum, in *ſecuti me* h. e. *perſecuti*, *inſecuti ſunt*; dein translata *in ſecuti morem ſuum* i. e. inſiſtentes mori ſuo, ut Cat. *c.* LII. nu. 22. Ea figura Juſtin. XI. *c.* IX. n. 14. *Provolutae deinde genibus Alexandri*, *non* mortem, *ſed dum Darii corpus ſepeliant*, dilationem *mortis* deprecantur. *mortem* deprecantur proprie, ne inferatur: *dilationem* valde precantur, ut concedatur. vide ibi doctiſſimam Berneggeri obſervationem. Virgil. III. Aen. *v.* 260. *Cecidere animi*, *nec jam amplius* armis, *Sed* votis precibus*que jubent* expoſcere *pacem*. Attamen Ariſtoteles talia ad Soloeciſmos retulit III. Rhet. *cap.* V. ἐὰν μὴ ἐπιζευγνύῃς ἀμφοῖν, ὃ ἁρμόττει. οἷον ἢ ψόφον, ἢ χρῶμα ἰδών· τὸ μὲν ἰδὸν οὐ κοινόν, τὸ δ᾽ αἰσθόμενος κοινόν. Sed eodem modo locutus eſt D. Lucas Act. cap. III. *c.* 9. adde cap. IV. *c.* 28. Cic. IX. epiſt. XVIII. num. 6. *Nos enim illi* ſervimus, *ipſe tempori*. ibi *illi ſervimus* certe occulte proprie intelligi voluit Cicero. Noſter Jug. *cap.* LV. num. 1. *cognitis Metelli rebus*, *ut ſeque &* exercitum *more majorum* gereret. adde Eod. *c.* XIV. num. 9. XXXVIII. n. 9. & XLII. num. 4.

Q. MULTITUDINEM, ARTIS LOCIS, P. P. Per *arcta*

buere, imprudentiam Tigranis pro victoria oſtentant. Nunc quaeſo conſidera, nobis oppreſſis, utrum firmiorem te ad reſiſtendum, an finem belli futurum putes? ſcio equidem tibi magnas opes virorũm, armorum, & auri eſſe: & ea re a nobis ad ſocietatem, ab illis ad praedam peteris. Ceterum conſilium eſt Tigranis, regno integro, meis militibus (belli prudentibus,) procul ab domo, parvo labore, per noſtra corpora bellum conficere: quomodo neque vincere, neque vinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras, Romanos, poſtquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertiſſe? neque quicquam a principio niſi raptum habere, domum, conjuges, agros, imperium? convenas olim, ſine patria, ſine 16 17

arcta loca; ſicuti alibi *anguſtiae loci prohibent*. vide Cat. *c.* LVIII. n.20. Contrariam figuram habemus nu.12. Similiter Jug. *c.*LXIV. num.6. *quod* diuturnitate belli *res familiaris corruperant*. Ceterum ſtudio Mithridates magnum illud Tigranis praelium, quo opes ejus maxime adtritae ſunt, confundere videtur cum alio priore, quo Murena Tigranem inſequens aſpera & arcta convalle longo agmine iter facientem adortus eſt, & in fugam, multis in anguſtiis occiſis, conjecit. Plutarch. pag. 508. nam in poſteriore nulla apud auctores artorum locorum mentio.

IMPRUDENTIAM TIGRANIS. Qui copias non ſuo loco pugnae objecerit. Verum tamen etiam in poſteriore praelio multam imprudentiam Armenorum notarunt Plutarchus & Appianus.

16. AB ILLIS AD PRAEDAM PETERIS. Quaſi Arſaci certiſſimum jam immineret bellum. Arſaces autem ab initio hujuſce belli ad Sullam miſerat, foedus & amicitiam petitum. Plutarch. Sulla p.453. iterum mittit ad Lucullum; ſed & Lucullus ad ipſum, quo tempore dubius erat Tigrani ſeſe, an Romanis adjungeret: unde Lucullus in ipſos Parthos moviſſet, ſed milites abnuerunt. Id. Lucullo p.512. ipſe Arſaces utrique promiſit auxilia, miſit neutri. Appian. p. 230. pro *petere*, hoc in ſignificatu, Hegeſippus I. *c.*XXXIV. *expetere*.

CETERUM CONSILIUM EST TIGRANIS. Citavit haec Chariſius II.pag.177. & *Ceterum* aut per *alioquin*, aut per *reliquum conſilium* eſt reddendum, Aſpero viſum eſſe docet. Verum pro *Sed* accipi, ut ſaepe apud Noſtrum, nihil vetat. Oſtendit nempe Tigranis conſilia non regnum ejus petere, ut Romani, neque viribus ejus attritis, ſed integro regno bellum confici velle. Livius IV. *c.*XVII. *Faliſcus* procul ab domo *militiam aegre patiens*.

MEIS MILITIBUS BELLI PRUDENTIBUS. Poſtremae duae voces ex Chariſio additae ſunt, quas libri vett. non agnoſcunt. Contra Soſipater non habet *parvo labore*. vide Thucyd. IV. *c.* XXXV.

QUANDO NEQUE VINCERE. Noſtri aliorumque libri vett. *quomodo neque vincere*, quae lectio longe melior eſt adhuc edita. Nam ſi in Armenia aut Bithynia ipſi *vincantur* Romanum exercitum hoſtem ſibi inventurum, nempe Arſacen; Sin vincant Arſacen Romanorum perfugium fore, atque ita florentes ejus res cum illorum perditis ſimul adflictum iri.

17. AD OCCIDENTEM PEAGENTIBUS. Tamdiu ſcilicet intacti ab illis manſimus, quamdiu in Occidente cum Hiſpanis, Carthaginienſibus aliiſque populis illis bellum fuit. devictis illis & ſubactis ad nos venere homines inquieti & latrones omnium gentium. Juſtin. XXXIX. c.V. *Jam enim fortuna Romana porrigere ſe ad Orientalia regna, non contenta Italiae terminis, coeperat*.

NISI RAPTUM HABERE. Sic recte emendavit Ciacconius, cum edd. haberent *partum*, litteris per incuriam transpoſitis. Rem egregie depingit Minuc. Fel. *c.*XXV. Cyprian. de Idol. Van. *c.*III. quos lege. Ipſe Cicero *ad Caſas Romanis redeundum eſſe*, dixit, *ſi ſua cuique reddere deberent*, Lactant. Epit. *c.*I.

CONVENAS OLIM. Aſylum enim Romuli ipſe Livius, Dionyſius aliique memorant. Juvenalis Sat. XIII. *v.*273. *ab* infami *gentem deducis aſylo*.

SINE PATRIA, SINE PARENTIBUS. Nec imperantes, nec parentes fuiſſe in iſta colluvie innuit, h. e. fuiſſe illos ſine republica. vide ad Jug. *c.*III. num.2. Nam *ſine patria* interpretari homines *extorres patria*, utut liceret, tamen *ſine parentibus* non reſpondet, niſi ex iſta formula, qua apud Noſtrum nihil frequentius. Niſi forte argutari libuerit, & dicere *ſine parentibus* eſſe ſine notis parentibus, quod de profugis illis, & vulgo quaeſitis non abſonum, qui aegre patrem ciere poterant, ut Seneca Epiſt. CVIII. *Anci* pater nullus: *Numae nepos dicitur*.

ſine parentibus, peſte conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla, neque divina obſtant, quin ſocios, amicos, procul, juxta ſitos, inopes potentiſque trahant, excidant; omniaque non ſerva & maxume regna
18 hoſtilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna juſtos dominos vo-
19 lunt: nos ſuſpecti ſumus aemuli, & in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia maxuma urbium, regnumque Perſidis inclitis divitiis eſt, quid ab illis, niſi dolum in praeſens, & poſtea bellum exſpectas?
20 Romani arma in omnis habent, acerruma in eos, quibus victis ſpolia maxuma ſunt; audendo & fallendo, & bella ex bellis ſerendo, magni facti.
12 Per hunc morem exſtinguent omnia, aut occident: quod haud difficile eſt, ſi tu Meſopotamia, nos Armenia, circumgredimur exercitum ſine frumento,

citur. Horat. I. Sat. VI. *v.* 10. *Multos ſaepe viros* nullis majoribus *ortos*, *Et vixiſſe probos*, *amplis & honoribus auctos*. qua ratione in ſacris litteris Epiſt. ad Ebraeos *c.* VII. comm. 2. Melchiſedecus dicitur ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, quia ejus parentes vulgo ignoti nec in Genealogia Patriarcharum memorantur, h. e. quia eſt ἀγενεαλόγητος, uti ibidem ſtatim exponitur. Sed haec, ut diximus, interpretatio eſt aliena, meliusque videtur formulam ſequi.

PESTE CONDITOS ORBIS TERR. Sic libri. perperam quidam *peſti* amplectuntur. vide notam ad Catil. *cap.* LI. num. 32. *qui* malo *reip. creverant*.

PROCUL, JUXTA SITOS. Sic Carrionis libri & edd. priores Venetae, non *juxtaque*. vide ad iſta Jug. *c.* LX. n. 4. huc, illuc, *quaſi vitabundi*, *aut jacientes tela*, *agitare*.

TRAHANT EXCIDANTQUE. Codd. vetuſti nullam habent copulam: atque ſic alibi Salluſtius. Cat. *c.* XI. n. 4. XII. n. 2. alibi. *trahant* eſt diripiant. ut Tacit. XV. Ann. *c.* I. *Jam de Armenia conceſſum*, *proxima* trahi: *& niſi defendant Parthi*, *levius ſervitium apud Romanos deditis*, *quam captis eſſe*.

18. NAMQUE PAUCI LIBERTATEM. Rationem reddit, cur *regna* inprimis infeſta Romanis. plures enim populi amant regium nomen (*juſtos dominos* eos vocat) & regibus parere conſueti, Romanos & libertatem ſub illis poſtponunt. de quo opportuna notavit Freinshem. ad Flor. II. *c.* X. n. 4. ideo Romanis reges ſuſpecti, qui plures populos ad ſe tracturi videbantur, quos potius ſibi ſubjicere nitebantur. Hinc *aemuli*, hinc ut *vindices* eorum, qui jam conceſſerunt in jus ditionemque Romanorum, timebantur.

NOS SUSPECTI SUMUS AEMULI. H. e. tamquam aemuli, tamquam vindices. Plancus Cic. X. epiſt. XXII. n. 10. *Acceſſit eo*, *ut milites ejus* — *conclamarint* viri boni *pacem ſe velle*. Lamprid. Commod. *cap.* XV. *quo ſaepiſſime praeſente Commodus* gladiator *depugnavit*. adde Jugurt. *c.* LXXXIV. n. 1.

IN TEMPORE VINDICES. Per occaſionem, uti ſupra: *in tempore bellaturi*. vide Jugurth. *c.* LVI. n. 3.

19. MAXUMA URBIUM SELEUCIA. Cognomine *Babylonia*, a Seleuco Nicatore, orientis poſt Alexandrum domino, condita. Plin. VI. *c.* XXVI.

REGNUM PERSIDIS INCLITIS DIU. Sic habent libri. atque placere potuit aliis *inclitum*, contra ea, quae ad I. Hiſt. Catil. *c.* XVII. & alibi aliquoties monuimus. *Perſidem* Noſter vocat Perſiam cum Plinio, Mela aliiſque. Hieronym. in Jerem. *Elam* regio Perſidis *trans Babylonem*.

DOLUM IN PRAESENS. *In praeſentia*. illuſtratum ad Cat. *c.* XVI. n. 3. *Si cauſſa peccandi* in praeſens *minus ſuppetebat*.

20. ARMA IN OMNIS HABENT. Hoc ordine in vett. libb. voces poſitae ſunt. *arma habere* dixit etiam Tacit. I. Ann. *c.* IX. & IV. Hiſt. *c.* LXXIV. adde hic Juſtin. XXIV. *c.* II.

EX BELLIS BELLA SERENDO. Aliud ex alio ſuſcitando. exempla dictionis protuli ad I. Hiſt. Or. Philippi n. 7.

21. QUOD HAUD DIFFICILE EST. Sic eſt in libris ſcriptis & olim cuſis, non *quod difficile non eſt*. Retulit autem ad poſterius tantum *aut occident*: nempe haud difficile eſſe, ut occidant Romani, ſi Arſaces Mithridati ſit auxilio.

EXERCITUM — ADHUC INCOLUMIS. Facile tueri poſſes hanc lectionem, cum haud raro apud Noſtrum ſint iſta: *multitudo exſequerentur*, *plebes pro victis eſt*, *pars rati* & plura talia; niſi eadem eſſet contra omnes libros vett. Carrionis, & contra edd. Venetas. Qui iſtam nobis dedere, non reſpexere ad hanc elegantiam, ſed *fortuna incolumis* conjungere voluerunt: quod ineptum eſt, cum recte poſterius vocabulum ad *exercitum* Romanum refe-

Digitized by Google

to, ſine auxiliis: fortuna, aut noſtris vitiis, adhuc incolumem. Teque illa 22
fama ſequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium op-
preſſiſſe. Quod uti facias moneo, hortoque; neu malis pernicie noſtra tuam 23
prolatare, quam ſocietate victor fieri.

Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. *Nonius de mutata declinatione. Chariſ.* l. I.

Scalas pares moenium altitudine. *Aruſianus.*

Diſſidere inter ſe coepere, neque in medio conſultare. *Idem.*

Multisque ſuſpicionibus volentia plebi facturus videbatur. *Nonius, Volentia, quae plebs vellet.*

Suſpectusque fuit, incertum vero an per negligentiam, ſocietatem praedarum cum latronibus compoſuiſſe. *Idem, Componere, conjungere.*

Collegam minorem, & ſui cultorem expectans. *Aruſian.*

Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit, ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur. Et quamquam ad id naves codicariae occulto per hiemem fabricatae aderant. *Non. Codicariae naves, quae in flumine uſui eſſe poſſunt.*

Qui praetergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni ſpecie. *Idem.*

Cum interim, lumine, etiam tum incerto, duae Galliae mulieres con-

feratur. Igitur quam nunc expreſſam legis lectionem, ex libb. vett. deſumtam eſſe ſcias.

FORTUNA AUTEM NOSTRIS VIT. INCOL. Iidem libri *fortuna*, aut *vitiis noſtris*. Scilicet quod Romani tamdiu incolumes manſerint in bello contra Mithridaten, aut fortunae, aut imprudentiae Tigranis & ſocordiae circa regum atque populorum, qui deſeruerint Mithridaten, adſcribit. Sic in illo apud Cic. II. Att. epiſt. XIX. & Valer. Max. VI. c. II. n. 9. miſeria *noſtra magnus eſt*. aut potius in illo Hieron. Epitaph. Nepotiani ad fin. *Noſtris* peccatis *barbari ſunt fortes*: noſtris vitiis *Romanus ſuperatur exercitus*.

22. LATRONES GENTIUM. Romanos. Sic Scytha ad Alexandrum apud Curt. VII. c. VIII. n. 19. *At tu, qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire*, *omnium* gentium, *quas adiſti*, latro *es*.

23. NEU M. PERNICIE NOSTRA UNUM IMPERIUM PROLATARE. Vide ineptiſſima verba, quae vulgo circumferunt. At ex libb. vett. recte, arbitror, revocavi: *pernicie noſtra* tuam *prolatare*. h. e. neu malis noſtro excidio tuum excidium prolatare; non enim diutius ab eo liber eris, quam Romani in nobis excidendis occupati ſunt. *perniciem* eſt adſumendum ex *pernicie*, uti apud Senec. Epiſt. XIV. *quiſquis* vitam *ſuam contemſit*, tuae *dominus eſt*. & alia notavimus ad Catil. c. XI. n. 2. & Jug. c. I. n 5. Supra n. 12. *pretio bellum prolatat*: hic *pernicie*, h. e. *per perniciem*: dum enim in noſtra pernicie occupati ſunt Romani, pacem habes.

PARES —— ALTITUDINE. Pro *cum altitudine*, quomodo locutus eſt Jug. c. XIV. n. 9.

VOLENTIA PLEBI. *Volentia* paſſive; ſicut Ammianus XXVI. *cap.* IV. *placentia*. Tacit. XV. Ann. *cap.* XXXVI. *Haec atque talia plebi* volentia *fuere*. Noſter Jugurth. c. XCIII. num. 4. *quo cuncta* gignentium *natura fert*. pro *genitorum*.

NAVES CODICARIAE. Alii *caudicariae*, uti *caudex* & *codex*; *ploſtrum*, *plauſtrum*; *cotes*, *cautes*: & contra *auſtrum*, *oſtrum*; *auſculum*, *oſculum*. adde Diomed. I. pag. 378. Priſcian. I. pag. 562. a *codice* autem deducitur a Varrone, quod ita adpellati ſunt plures aſſeres conjuncti. vide Scheffer. de Milit. Nav. IV. *cap.* I.

EQUITES CATAPHRACTI. De quibus Plutarch. Lucullo p. 510. erant enim iſti in exercitu Tigranis, ad cujus deſcriptionem haec pertinere videntur. depingit eosdem Ammianus XVI. c. X. *ſparſique* cataphracti equites, *quos clibanarios dictitant Perſae, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti* —— *quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti: ut quo-*

 cum-

Digitized by Google

conventum vitantes ad menſtrua ſolvenda montem aſcendunt. *Idem*.

Pluteoſque reſcindit ac munitiones demolitur, locoque ſummo potitur.

Exercitum dimiſit, ut primum Alpes degreſſus eſt. *Aruſianus*.

Tetrarchas, regesque territos animi firmavit. *Idem*.

Simul eos, & cunctos jam inclinatos laxitate loci plures cohortes, atque omnes, ut in ſecunda re pariter acre invadunt. *Nonius*.

Hi locorum peregrinari, & ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quisque in formam parmae equeſtris armabat. *Nonius*, *Parma eſt ſcutum breve*.

De pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant. *Chariſius* l. I. *Servius*.

Avidior modo properandi factus. *Aruſianus*.

Conſilii aeger. *Idem*.

Reverſi poſtero die, multa, quae properantes deſeruerant in caſtris, nacti, cum ſe ibi cibo vinoque laeti invitarent. *Nonius*, *invitare eſt repleri*.

Atque

cumque artus neceſſitas commoviſſet, *veſtitus congrueret junctura cohaerenter aptata*. *Specie ferrea* i. adſpectu, facie omni ferrea, ut Sidonius VII. epiſt. XVI. *Species villoſa*. inde factum, ut ſequior aetas *ſpeciem* pro *veſtimento* dixerit. videatur Jo. Savaro ad l. c. Sidonii.

LUMINE... INCERTO. Sic Livius IX. *c.* XLII. *Poſtero die*, *vix dum* luce certa. & XLI. *c.* II. *Perlucens jam aliquid*, incerta *tamen*, *ut ſolet*, lux *ſpeciem omnium multiplicem intuenti reddens*. Hinc Rutil. Itiner. I. *v.* 217. *Solvimus aurorae* dubio *quo* tempore *primum Agnoſci patitur redditus arva color*.

DUAE GALLIAE MULIERES. Temere quidam & contra meliores edd. omnes *Gallicae*. alterum defendit jam Bernegger. ad Juſtin. Prolog. XXXII. & Jo. Brantius ad Caeſ. I. Gall. *c.* XXX. ubi *ex uſu terrae Galliae*. Sic ſupra II. Hiſtor. princ. *in Africo mari*. alibi *Parthia Tigris*, *Pharſalia tecta*, & plura talia vide apud Heinſ. ad Claudian. I. Rapt. Proſ. *v.* 17. Trebell. Pollio *Graecia luxuria*, ut habent Codd. vett. adde Catil. *c.* XXVII. n. I.

AD MENSTRUA SOLVENDA. Nihil aliud, niſi *menſtrua ſacra* intelligit, quae ſingulis menſibus barbari pro exercitus ſuorumque incolumitate ſolvebant, quomodo interpretabatur Turneb. XV. *c.* II. & Douza, loco maxime Plutarchi in Craſſo p. 549. & ſententia Lipſii impulſus. Alii, in eis Giſanius ad Lucret. pag. 375. de menſtruo morbo intelligunt. ſed perperam.

HI LOCORUM PERIGNARI. Freinshemius legendum putat *pergnari*, qui de hoc loco bene monuit ad Flor. III. *c.* XX. *n.* 6. etſi non videam, qua ratione *pergnarus* reſcribendum ſit; utut Carrio idem voluerit.

CIBO VINOQUE LAETI INVITARENT. Non tantum Nonius *invitare* accipit pro *replere*; ſed etiam Graevius aliique *invitare aliquem* interpretantur *liberaliter accipere*, ita ut *cibo*, *vino* ſextus ſit Caſus: cum contra tertius ſit, ut recte vidit Jo. Vorſtius ad Juſtin. I. *c.* VI. n. 5. & Ulr. Obrechtus ad Dictyn Cret. II. *c.* LII. notatque invitare aliquem *ad vinum*, *ad cibum*; quae natura eſt iſtius Caſus. ita nempe *praedae eſſe*, *gloriae ducere* & talia omnibus nota dicuntur. Sic Noſter Jug. *c.* VIII. extr. *ultro* illi *gloriam & regnum venturum*. Catil. *c.* XV. n. 2. *vacuam domum ſceleſtis* nuptiis *fecit*. Sic Servius ea Virg. I. Aen. *v.* 26. *venturum excidio* exponit *ad excidium* & notam dicit figuram. Supra II. Hiſt. *inſtruere pugnae*, pro *ad pugnam*; ſicuti Seneca: *illi congeris*; Claudianus: *clamabat regi* & infinita alia. Nam quod ſaepe *invitare* abſolute legitur, ſine illo termini Caſu non magis ſingulare eſt, quam in *contendere*, *perducere*, *addere*, quae etiam praeciſe ponuntur. vide ad Cat. *c.* XLVI. n. 5. LVIII. n. I. & hinc eſt, quod Livius XXXIII. *c.* XXXIX. dixerit: *primus congreſſus cum legatis & deinceps invitatio benigna & hoſpitalis fuit*. qualia apud Obrechtum l. c. & Graevium ad Juſtin. l. d. legere licet.

SE

Atque hiavit humus multa, vaſta & profunda. *Idem. Hiare, aperire.*

Rurſus jumenta nacti ad oppidum ire contendunt. *Nonius.*

Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt. *Aruſianus.*

Tum vero Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium. *Idem.*

Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparaverunt. *Nonius.*

In quis notiſſimus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore, improbo patibulo eminens adfigebatur. *Idem, Patibulum eſt crux.*

Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus v. & xxx. *Meſſus.*

Clauſi lateribus pedem. *Idem.*

Naphtas. *Probus Catholicis.*

SE---NAVIGIA---EMERGUNT. Sic Cicero: *ſerpens tum deliteſcit, tum ſe emergit.* Caeſar II. Civ. *c.* XIV. *portis* ſe *foras erumpunt.* cum nota Cellarii & Ciacconii. Silius VII. *v.* 413. *vitrei* ſe *ſedibus antri Aequoreas pelago ſimul* emerſere *ſorores.* ubi & ad XII. *v.*438. plura Interpretes doctiſſimi. adde Giſan. ad Lucret. p. 338. & Gronov. ad Liv. XXXVI. *c.* VII. Auſon. Ep. XXIII. *Cur non in meliora animus* ſe *vota* propinquat. Boetius II. Proſa III. *Nam quae in profundum* ſeſe penetrent, *cum tempeſtivum fuerit, admovebo.*

IMPROBO PATIBULO EMINENS ADF. Pro *improbo* Ciacconius *in prora;* Lipſius *in proris;* Putſchius ex MS. Scaligeri *in puppi;* Colerus *immutilato corpore improbe, patibulo* cet. Sunt, qui *improbum* excelſum exponant. Mihi nec hi, nec iſti placent. *improbum* dixit *patibulum,* quod eſſet poena *improborum.* Noſter Jug. *c.* LXVII. extr. *quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit,* improbus inteſtabilis*que videtur.* h. e. non modo *non probus,* ſed etiam inviſus, abjectus cet. vide ibi. *patibulum* vero abjectorum & ſervorum erat ſupplicium, ipſumque dicitur *improbum,* uti Claudian. II. Eutrop. *v.* 489. *nec jam revocabile damnum Eventu rerum* ſtolido *didicere* magiſtro. Cic. III. epiſt. VIII. n. 29. *Hortenſiumque noſtrum collegam & familiarem roges, ut de hac quoque* ſententia bima *decedat, qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius.* h. e. ſententia biennii. adde ſupra III. Hiſt. Or. Macri n. 6.

FRAGMENTA
L I B. V.
HISTORIARUM.

AT Lucullus, audito Q. Marcium Regem pro conſule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. *Priſcianus* lib. XVIII.

Legiones Valerianae comperto, lege Gabinia Bithyniam, & Pontum conſuli datam, miſſos eſſe. *Idem ibidem*.

Regem averſabatur. *Aruſianus*.

Ceteri negotia ſequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum; & pars ſua commeatibus mercatis. *Nonius*.

Et uxori ejus frater erat. *Aruſianus*.

Saepe celebritatem nominis intelligo timentem. *Priſcianus* l. XVIII.

Video ingentia dona quaeſitum ire properantem. *Idem ibidem*.

Nam ſi Pompejo quid humani eveniſſet. *Aruſianus*.

Quibus de cauſſis Sullam in victoria dictatorem, equo deſcendere, ſibi uni adurgere de ſella, caput aperire ſolitum. *Non. Aruſianus. Serv.*

FRAGM. HIST. V. AT LUCULLUS AUDITO. H. e. *audita ea re*. ſic mox abſolute *comperto*. Liv. XXXI. *c.* XXXIX. *inde ad Pellinam eſt progreſſus*, *nondum* comperto, *quam regionem hoſtes petiſſent*. & poſt pauca: *inde ſatis* comperto, *Eordaeam petituros Romanos*. Cic. Offic. II. *c.* XII. Adjuncto *vero*, *ut iidem etiam prudentes haberentur* cet. Curt. VI. *c.* V. num. 21. *Barbari*, deſperato, *regionem quam occupaverant poſſe retineri*, *gentem ſuam dedidere*. Caeſar VII. Gall. *c.* LII. expoſito, *quid iniquitas loci poſſet*. cum nota Daviſii. Silius XIV. *v.* 97. pacto, *Cederet ut Siculis victor Sidonius oris*. & quae ibi Drackenborchius. quibus adde Perizon. ad Dict. Cret. III. *c.* V. Diſſert. §. XXXIX. & noſtra ad Cat. *c.* XLI. nu. 5. Idem Dictys VI. *c.* III. *Itaque* conſpirato *inter ſe*, *cum magna manu Mycenas veniant*. —— *dein* cognito, *Aegiſthum adventare*, *inſidias ponunt*, *eumque circumveniunt*.

SI POMPEJO QUID HUMANI EVENISSET. In Aruſiano MS. Gudii ſic legas: *Evenit in illo*. Salluſt. V. Hiſt. *Nam ſi in Pompejo quid* cet. Ceteri tamen dandi Caſum agnoſcunt. Plancus Cic. X. ep. XXIII. num. 1. *ſi quid acciderit mihi*. ubi vide. de eodem Pompejo & ſine dubio in eadem re Catulus apud Vellej. II. *c.* XXXII. *Si quid* huic acciderit, *quem in ejus locum ſubſtituetis*. Paullus leg. 26. pr. D. depoſiti, vel contra: *Cum ſalva ſanave venero*, *reſtitues mihi*; *certe*, *ſi aliquid* mihi *humanum* contigerit, *filio meo*, *quem ex alio marito ſuſcepi*. ad evitandum verbum *mortis* Romanos ita & Graecos locutos eſſe, animadvertit Muncker. ad Hygin. Fab. CIX.

EQUO DESCENDERE. Breviter hoc fragmento habes expoſita tria honoris genera, conſulibus, imperatoribus aliiſque exhibita. Honoris enim cauſſa *equo deſcendebant*. Seneca Ep. LXIV. ad fin. *Si conſulem videro aut praetorem*, *omnia quibus honor haberi honori ſolet*, *faciam*: equo deſiliam, *caput adaperiam*, *ſemita cedam*. ad poſtremum modum adde Plaut. Trin. A. II. Sc. III. *v.* 80. & ad primum Valer. Max. II. *c.* II. n. 4. ubi pater Fabius miratur, quod nemo ex lictoribus filii ſeſe equo deſcendere juſſiſſet.

ADSURGERE DE SELLA. Hinc translatum eſt *adſurgere cui*, pro cedere, aut adprobare. De illo modo honoris Claudian. Stilic. I. *v.* 47. *quacumque alte gradereris in urbe Cedentes ſpatiis*, adſurgenteſ*que videbas*. adde Sueton. Caeſ. *c.* LXXVIII. ibique Interpret. Barth. ad Stat. II. Theb. *v.* 60. Dempſter. ad Claudian. II. Rapt. *v.* 315.

CAPUT APERIRE. Romani enim, etſi nullus pilei,

C. CRISPI SALLUSTII FRAGMENTA

INCERTORUM LIBRORUM.

LIB. VI.

NE inrumiendi po------- ſent. *Feſtus*.

ſublicibus cavata -------

Cujus duas inſulas propinquas inter ſe, & decem ſtadium procul a Gadibus ſitas, conſtabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere. *Nonius*.

Serum bellum in anguſtiis futurum. *Junius Philarg. ad Georg. Virg.*

Illi tertio menſe pervenere in pontum multo celerius ſpe Mithridatis. *Aruſianus*.

Ergo ſenati decreto ſerviundumne ſit. *Donatus* Act. II. Sc. II.

Pompejus oris improbi, animoque inverecundo. *Suet. de claris Gram.* cap. XIV.

Simu-

pilei, petaſi, cauſiae aut alius tegminis, niſi extra urbem in peregrinatione, aut in morbo uſus eſſet; propter ventum tamen, aeſtum, ſacrificia aliaſve cauſas caput ſuperiore togae parte ad cervicem, quae nempe in ſiniſtrum humerum, dextro exſerto, rejiciebatur, operire ſolebant. Plutarch. Quaeſt. Rom. *cap*. x. Romani, ſi cui obvii facti ſunt, cui honos habendus, *κἂν τύχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες* ΤΟ ΙΜΑΤΙΟΝ, *ἀποκαλύπτονται*, i. *& ſi forte caput veſte tectum habeant, aperiunt*: Monuit de his & ſimilibus moribus Lipſius I. Elect. *cap*. XIX. ubi ſimul obſervat, pertinere haec Salluſtii verba ad quamdam orationem Pompeii, quem Sulla ita honoraverit, teſte Plutarch. in Pompej. p. 622. *ὑπεξανιστάμενος τε προσιόντι τῷ Πομπηΐῳ καὶ τῆς κεφαλῆς ἀπάγοντος τὸ ἱμάτιον*. adde Jac. Scheckii Praemeſſ. Epiſ. x. qui addit Senec. Herc. Fur. *v*. 355. & diſtincte oſtendit, quando caput velaverint.

FRAGM. INCERT. SUOPTE INGENIO. Aemulatur Tacitus III. Ann. c. XXVI. *cum honeſta* ſuopte ingenio *peterentur*. & de inanimis *ingenium* dici, ex illis III. Hiſt. conſtat: *pugna* ingenio loci *prohibebatur*. Silius IV. *v*. 90. *Explorare locos conſul, colliſque propinqui* Ingenium, *&, campis quae ſit* natura, *parabat*. ibi plura Cl. Drackenborchius. Ceterum ex hac deſcriptione patet, Criſpum de *fortunatis Inſulis* loqui, de quibus Mela III. c. x. *Contra fortunatae inſulae abundant* ſua ſponte *genitis, & ſubinde aliis ſuper aliis innaſcentibus nihil ſollicitos alunt, beatius, quam aliae urbes excultae*. & ſic Plutarch. in Sertorio p. 571. 572. Unde adparet, referendum eſſe hoc fragmentum ad Lib. II. Hiſt. ubi auctor verba fecit de Sertorii conſilio in iſtis inſulis per quietem vivendi. Tantummodo in numero iſto *decem ſtadium a Gadibus* vitium ſubeſſe videtur: nam quod *duas* inſulas fortunatas numeraverit, in eo Jubam ſequitur auctorem, quem & Plutarchus ſequutus eſt, & Seboſum apud Plinium VI. c. XXXII.

ORIS IMPROBI. De Pompeii ore Seneca Epiſt. XI. *Nihil erat mollius ore Pompeii, numquam*

Simulans ſibi alvum purgari. *Iſidorus* l. XI. *in voce Alvus*, *ad* lib. III. *Aeneidos*.

Fecit ut nunciis confeſtim lugubribus. *Cariſius* l. II.

Communem habitum transgreſſus. *Priſcianus* l. XIV.

Inter arma civilia aequi boni famas petit. *Seneca Epiſt.* CXIV.

Haud impigre, neque inultus occiditur. *Donatus ad Andr. Terentii* Act. I. Sc. II.

Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. *Idem ad Eunuch.* Act. IV. Sc. III.

Hoſtes oppreſſi, aut delapſi forent. *Iſidorus* l. XVIII.

Exercitum argento fecit. *Seneca Epiſt.* CXIV.

Togam paludamento mutavit. *Iſidorus* lib. XIX. *Servius*.

Hiero rex Syracuſanorum bellum fecit. *Seneca*.

Ibi triennio fruſtra trito. *Servius ad* IV. *Aeneid.*

ORATIO C. COTTAE CONSULIS AD POPULUM:

1 Quirites, multa mihi pericula domi, militiae; multa advorſa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis, & virtute mea: in quis omnibus, neque animus negotio defuit: neque decretis labos. Malae, ſecundaeque res, opes, non ingenium, mihi mutabant. At contra in his mi-
2 ſeriis cuncta me cum fortuna deſeruere. Praeterea ſenectus per ſe gravis, curam duplicat: cui miſero, acta jam aetate, ne mortem quidem honeſtam ſpe-

quam non coram pluribus erubuit: *utique in concionibus*. vide Interp. Suetonii. Salmaſ. ad Spartiani Peſcenn. Nigr. *c.* VI.

AEQUI BONI FAMAM PETIT. Immo *famas*, uti recte legitur apud Senecam. ubi ſimul adnotat haec Arruntium ita aemulatum eſſe: *Ingentes eſſe* famas *de Regulo*. & notavimus quaedam alia non adeo uſitate plurium numero prolata ad Cat. *c.* XV. nu. 4. alibi.

ARGENTO FECIT. H. e. comparavit, dato argento, ſive, ut Seneca, *pecunia paravit*. Sic ipſe Cicero *pecuniam facere; manum facere*. V. Verr. *c.* XXX. *Si pridie domo tua profugiſſet, ſi aliquam* manum *contra populum Rom.* facere *potuiſſet*. V. Philipp. *cap.* XVI. *princeps fuit* exercitus faciendi *& praeſidii comparandi*. Flor. III. *cap.* XIX. num. 6. *mox jure belli refractis ergaſtulis ſexaginta amplius millium* fecit exercitum. adde Graev. & Ducker. ad Ei. I. *cap.* I. num. 9.

BELLUM FECIT. Non ſolus Salluſtius, ſed melior pars auctorum omnis, hac formula uſus eſt. vide ad Cat. *c.* XXVI. num. 5.

OR. COTTAE n. 1. PERICULA DOMI, MILITIAE. Noſtram diſtinctionem adprobant Venetae: Vulgo non ita eleganter: *pericula domi, militiae multa advorſa fuere*. Quod copulam omittit, non debuerat illud ad alteram lectionem abſtrahere. Livius XLII. *c.* LII. *Oppidanos* diem, noctem *eoſdem tuentes moenia non vulnera modo, ſed etiam vigiliae & continens labor conficiebat*. Idem XLIV. *c.* XXII. *qua* terra, mari *ſubvehantur commeatus*. adde ad Cat. *c.* XI. num. 2. Ceterum ex ipſa Oratione conſtare poterit, ad III. Hiſt. librum eam referendam eſſe. Et ſane edd. Venetae exhibent ante Orationem Macri Licinii, quae legitur Libr. III.

DEORUM AUXILIIS ET VIRTUTE M. Haec ſollemni more conjunguntur. vide ad Jug. *cap.* XIV. num. 19. *Virtute ac dis volentibus magni eſtis & opulenti*.

NEQUE ANIMUS NEGOTIO DEF. Bene *animo* objecit *laborem*, *conſilio* nempe *factum*, uti Cat. *c.* I. nu. 6. Sic voce *animus* uſus eſt Cat. *c.* XX. num. 16.

2. CUNCTA ME. Conſilium & factum. neque enim quid agam, quid omittam, invenire in hac miſeria poſſum. Jug. *cap.* XIV. nu. 15. 17. 23.

SENECTA JAM AETATE. Omnes vett. libri *acta jam*

ſperare licet. Nam, ſi parricida veſtri ſum & bis genitus hic deos Penatis 3
meos, patriamque, & ſummum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cru-
ciatus ſatis eſt, aut quae poena mortuo? cum omnia memorata apud infe-
ros ſupplicia ſcelere meo vici. A prima adoleſcentia in ore veſtro privatus, 4
& in magiſtratibus egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia volue-
re, uſi ſunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad maleſa-
ciundum, exercui: avidiſſumus privatae gratiae maxumas inimicitias pro
republica ſucepti: qui victus cum illa ſimul, cum egens alienae opis plu-
ra mala exſpectarem; vos, Quirites, rurſus mihi patriam, deos Penatis,
cum ingenti dignitate dediſtis. Pro quibus beneficiis vix ſatis gratus videar,
ſi ſingulis animam, quam nequeo, conceſſerim. Nam vita & mors jura na- 5
turae ſunt: uti ſine dedecore cum civibus, fama & fortunis integer agas,
id

jam aetate, quod tandem ex diutino exilio, in quod per Carrionem ejectum, revocavi. Noſter Jug. *c.* VI. n. 2. *poſtquam hominem adoleſcentem*, exacta *ſua* aetate, *parvis liberis, magis magiſque creſcere intelligit*. Cic. X. Attic. epiſt. IV. *nec tam id propter me, aut propter fratrem meum, quorum jam* acta aetas; *quam propter pueros*. Id. VI. Fam. ep. IV. n. 12. *Adjuvat etiam aetas &* acta *jam* vita: *quae* —— *vetat in eo vim timere, quo nos jam natura ipſa paene perduxit*. Plaut. Trin. A. II. Sc. II. *v.* 38. *Mihi quidem* aetas acta eſt *ferme, tua iſtuc refert maxume.* Idem A. I. Sc. II. *v.* 5. *ſenecta aetate* dixerat. quod tamen hoc loco vel propter proxime praecedentem vocem *ſenectus* ſuſpectum eſſe poterat.

3. PARRICIDA VESTRI. Ut *parricida reip.* vide ad Cat. *c.* LI. n. 25.

ET BIS GENITUS HIC. *Bis geniti* in rep. dicebantur, qui poſt aliquam calamitatem ſingulares honores, aut ejecti ex rep. eamdem recipiebant. id quod Cottae accidiſſe, ex n. 4. adparet, & ex Ciceronis Bruto, ubi & *exilii* Cottae, & *reditus* eſt mentio. Sic Cicero reditum ſuum *παλιγγενεσίαν* vocat VI. Att. epiſt. VI. & exules quidem *mori*, & *mortui* dicebantur. vide Graev. ad Cic. pro Quinct. *c.* XIII. Sic *diem natalem*, poſt Red. in Senatu *c.* XI. adde Gronov. Diatrib. Stat. *c.* XII.

PATRIAMQUE ET SUMMUM IMPERIUM. Venetae priores omittunt *&*. Eadem *penatis*, non *penates* expreſſerunt.

4. PRIVATUS ET IN MAGISTRATIBUS. Sic Capitolin. Pio *c.* XI. *Amicis ſuis* in imperio *non aliter uſus eſt, quam* privatus. Cic. III. Cat. *c.* ult. *ut ea, quae geſſi* in conſulatu, privatus *tuear atque ornem*. Tacit. III. Hiſt. *c.* XXXVI. *non* in ore *vulgi agere*. ubi Salluſtium laudavit Lipſius.

NEQUE EGO CALLIDAM FACUNDIAM. Urſinus mallet *caninam facundiam*, de qua infra dicemus; ſed hoc loco ea prorſus aliena. Rectius Gebhardus ad C. Nepot. Att. *c.* XI. n. 3. interpretatur *inſidiatricem, captatricem*, uti ille. *illius liberalitatem neque temporariam, neque* callidam *fuiſſe*. Cicero: *callida & verſuta interpretatio*. Addidit Rupertus Tacit. Agricol. *cap.* XII. Calliditatem *fori non exercuit*.

QUI VICTUS CUM ILLA SIMUL. In Vaticano fuit *quis*, & Ciacconius ex MSS. protulit *queis:* quaſi *quibus inimicitiis victus*. Sed Venetae noſtrae *qui*, uti adhuc editum eſt. *victus* eſt una cum rep. cum Marius dominaretur.

EGENS ALIENAE OPIS. *Alienas opes* habes iterum iterumque Jug. *cap.* XIV. ubi & *auxilii egens*.

5. VIX SATIS GRATUS VIDEAR. Ed. Cl. Waſſii non habet verbum poſtremum, adhaereſcens in eo Hackianae. nam veteres omnes, item Gruteriana, Carrionis, Coleri, Parei aliorumque agnoſcunt.

SI SINGULIS ANIMAM cet. Sic Cicero I. ep. IV. n. 5. *qui*, ſi vitam *pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum conſecutus*.

JURA NATURAE SUNT. Sic legitur in Vaticano; ſed ceteri omnes cum Venetis: *jure naturae ſunt*, quaſi *jure ſuo propria ſunt naturae*. Nam hic ſenſus eſt: Vita & mors naturae debetur, neque in eas homo jus habet, ut donare poſſet: donaret enim rem alienam. Sed quod vos mihi reditum & honores dediſtis, id vere donum eſt. Sic ergo *jure* ſunt Naturae, ut ſupra I. Hiſt. *jure dominus*. ut Cicero VII. epiſt. XXX. n. 6. *cujus cum proprium te eſſe ſcribis* mancipio *&* nexu, *meum autem* uſu *&* fructu, *contentus iſto ſum*. Sed & *jura naturae* recte dicuntur h. e. propria & quae natura ſibi vindicat. Sic *jus libertatis, amicitiae*,

6 id dono datur atque accipitur. Conſules nos feciſtis, Quirites, domi belli-
que impeditiſſuma rep. Namque Imperatores Hiſpaniae ſtipendium, mi-
lites, arma, frumentum poſcunt; & id res cogit; quoniam defectione
ſociorum & Sertorii per montes fuga neque manu certare poſſunt, ne-
7 que utili aparare. Exercitus in Aſia Ciliciaque ob nimias opes Mithrida-
tis aluntur: Macedonia plena hoſtium eſt: nec minus Italiae marituma,
& provinciarum: cum interim vectigalia parva, & bellis incerta,
vix partem ſumtuum ſuſtinent: ita claſſe, quae commeatus tuebatur, mi-
8 nore quam ante navigamus. Haec ſi dolo aut ſocordia noſtra contracta
ſunt, uti monet ira, ſupplicium ſumite: ſin communis fortuna aſperior eſt;
9 quare indigna vobis, nobisque, & rep. incipitis? Atque ego, cujus aetati mors
propior eſt, non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur; neque mox
ingenui corporis honeſtius, quam pro veſtra ſalute, finem vitae fecerim.
Adſum

populi. Livius XXXIV. *c.* LVII. *ipſius* jus *atque arbitrium eſſe*. adde Jug. *c.* III. n. 1. Eleganter tale *jus* vocatur *ſuum*. ut Plautus Perſa A. IV. Sc. III. *ancilla mea quae fuit hodie*, ſua *nunc eſt*. Itaque propter vocum compoſitionem & ipſe *jura* praefero.

ID DONO DATUR ET ACCIPITUR. H. e. vere donum eſt, ſi quis donat, & pro eo etiam ab accipiente agnoſcitur.

6. IMPERATORES HISPANIAE. Metellus & Pompejus contra Sertorium miſſi.

POST DEFECTIONEM SOCIORUM ET S. P. M. FUGAM. Ita vulgo circumferunt. Sed jam Carrio monuit, id, quod nunc expreſſimus, in omnibus libris legi; & teſtamur, non aliter eſſe in Venetis. *defectione* & *fuga* idem eſt, ac *poſt*, vel *propter defectiumem*, *fugam*. vide ad Cat. *c.* XXXI. n. 3.

MANU CERTARE POSSUNT. Juſto praelio, pede collato certare. Jug. *c.* LVII. n. 3. *cupere praelium* in manibus *facere*. ibi vide. Veget. I. *c.* XX. *manu ad manum pugnare*. Tacit. XII. *c.* XXX. *quod & pugnam* manu *capeſſiit*, *& corpore adverſo vulnera excepit*.

7. ITALIAE MARITUMA. Propter Cilices & piratas, quos Mithridates fovebat. Appianus & Florus.

ET BELLIS INCERTA. *Propter bella* incerta erant vectigalia, infeſto omni mari. ita ſexto Caſu modo uſus eſt n. 6.

ITA CLASSE, QUAE COMMEATUS TUEBATUR. Reſcripſi, quod Carrio in libris Fabri & Briconeti, ipſe in Venetis offendi. Nam vulgata: *ita claſſe*, *qua commeatus vehebatur* falſa eſt, & mirum in modum torſit interpretes. Inopia ea tempeſtate Romana plebs premebatur, quia piratae commeatus intercipiebant. Plutarch. Pompej. pag. 631. Appian. Mithrid. pag. 235. Cicero pro L. Manil. *c.* XII. Annonae difficultatem Conſulibus plebs tribuebat; Sed Cotta oſtendit, quod propter varia bella ipſis non integrum fuerit claſſem tantam comparare, quae piratis reſiſtere & commeatus tutari ſatis potuiſſet. Sic ſenſus eſt apertus, & *ita* non valet *praeterea*, ſed potius *propterea*, ut in nota ad Cat. *c.* LII. n. 23. & alibi. *tuebatur* autem poſitum eſt pro *tueretur*, vel *tueatur*, uti Jug. *c.* LXIII. n. 1. ubi plura.

8. AGITE, ET, UTI LUBET, ITA SUPPLICIUM S. Horrida haec & inficeta nondum vincere potuit indicium Ciacconii & Carrionis, qui in MSS. legerunt: *agite*, *uti monet ira*, *ſupplicium ſumite*. quae ipſa veritas eſt. Accedunt Venetae noſtrae priores: *Agite uti nonet ira ſupplicium ſumite: ſim communis* cet. ubi manifeſtum eſt, vitio typothetae expreſſum eſſe *nonet*, qui mox *ſim*, pro *ſin* dedit, adeoque litteras *n* & *m* alieno utramque loco poſuit. *Uti monet ira* eſt *quod ſuadet ira veſtra*, quod ira fieri voluerit. Sic Catil. *c.* L. n. 2. adde Jug. *c.* XXXIV. n. 1.

COMMUNIS FORTUNA. Et veſtra, & noſtra qui pariter adfligimur. adi Cat. *c.* XLI. n. 3. mox prior Veneta: *vobiſque rep.*

9. NEQUE MOX INGENUO CORPORI HONESTIUS. MSS. omnes & Venetae priores, *neque mox ingenio corporis h. q. p. v. ſ. finem vitae fecerim:* & *fecerim* tenent etiam alterae Venetae. Unde leviſſima mutatione (una enim tantum littera mutatur) feci id, quod in textu expreſſum legis: eamque emendationem conſueta librariis tranſpoſitio multum juvare videtur. Nam quae Carrio de *ingenio corporis* adtulit, omnia aliena ſunt, ut quae maxime. Neque I. Waſſii *mors*, pro vocula *mox*, Verbum *fecerim* patitur, quod tamen omnes omnino libri vett. ſervant. Immo *mox* longe aptius eſt, uti Jug. *c.* CVI. n. 3. *manſurum potius*, *quam proditis*,
quos

Adſum en C. Cotta conſul, facio, quod ſaepe majores aſperis bellis fecere; 10
voveo, dedoque me pro rep. quam deinde cui mandetis circumſpicite. Nam 11
talem honorem bonus nemo volet, cum fortunae, & maris, & belli ab aliis
acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum ſit. Tantummodo in animis ha- 12
betote, non me ob ſcelus, aut avaritiam caeſum, ſed volentem pro maxu-
mis beneficiis animam dono dediſſe. Per vos, Quirites, & gloriam majo- 13
rum, tolerate advorſa, & conſulite reip. Multa cura ſummo imperio in- 14
eſt, multi ingentes labores: quos nequidquam abnuitis, & pacis opu-
lentiam quaeritis: cum omnes provinciae, regna, maria, terraeque aſ-
pera, aut feſſa bellis ſint.

Germani intectum renonibus corpus tegunt. *Iſidorus*.

Unde pons in oppidum pertinens explicatur. *Aruſianus*.

Et ei voce magna vehementer gratulabantur. *Donatus*.

Et Marius victus duplicaverat bellum. *Servius*.

Atque eos a tergo incurrerunt. *Rufinianus*.

In hunc modum differit. *Priſcianus*.

Inde ortus ſermo percunctantibus utrimque, Satin ſalve; quam grati ducibus ſuis, quantis familiaribus copiis augerentur? *Donatus*.

Fu-

quos ducebat, turpi fuga incertae ac forſitan paullo poſt *morbo interiturae vitae parceret*. Jam elegantius *vitae* eſt tertius caſus, quam *corporis*, & *vita ingenui corporis* ſingularem habet gratiam. Livius III. *c.* VII. extr. *finemque* peſti *expoſcunt*. Noſter Jug. *c.* V. *ut* ſtudiis *civilibus bellum atque vaſtitas Italiae* finem *faceret*. adde Cat. *c.* XI. num. 4. *ingenuum corpus* recte Waſſius *ingenuum hominem* interpretatur. ex Tacit. XII. Ann. *c.* XVII. *Poſtero die miſere legatos*, *veniam* liberis corporibus *orantes*, & Ovid. Her. Ep. V. *Turpiter* ingenuum *munera* corpus *emunt*. Sic idem Ovid. II. Faſt. *verſ.* 664. Corpora *non letho miſſa trecenta forent*.

10. *Adſum* en C. *Cotta*. *En* poſtponitur, ut alibi *Ecce*, *ſane*, *mehercule* aliaeque particulae. Confirmavi ad Catilin. *cap.* LII. num. 35. Livius III. *cap.* XVII. *Primus* en *ego conſul quantum mortalis deum poſſum, te ac tua veſtigia ſequar*.

VOVEO DEDOQUE ME. Sic ſeſe devoverunt Decii pater & filius, Florus I. *c.* XIV. & XVII. Cic. pro Rab. Poſt. *c.* I. adde Briſſon. For. I. p. 108. & 109.

11. CUM FORTUNAE, ET PACIS, ET BELLI. Monuit dudum Carrio & Urſinus vett. libros omnes habere: *fortunae* & maris, *& belli*. ſed nemo auſcultavit. eodem modo Venetae noſtrae, nec video quid vulgata ſententiae habeat. Sed *& maris* opportune hic legitur: cum mare commeatibus, aut claſſi adverſum fuiſſe videtur.

13. PER VOS IGITUR, QUIRITES. MSS. Ciacconii & Carrionis, item Venetae reſpuunt *τὸ igitur*. Nec habetur in ſimili precandi & obteſtandi formula Jug. *c.* XIV. extr. adde Cat. *c.* XXXIII. extr.

14. MULTA CURA SUMMO IMP. INEST. Bene Tiberius apud Tacit. I. Ann. *cap.* XI. de magnitudine imperii: *Solam divi Auguſti mentem tantae molis capacem: ſe in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didiciſſe, quam arduum, quam ſubjectum fortunae regendi cuncta onus*.

INTECTUM RENONIBUS CORPUS TEG. Iſidor. XIX. Orig. *cap.* XXIII. *Renones ſunt velamina humerorum & pectoris uſque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hiſpida, ut imbres reſpuant*, cet. erat nempe veſtis pellicea, quas hodieque apud noſtros agreſtes videmus, etſi forma paullulum immutata eſt. De iisdem *renonibus* multa D. Voſſius ad Caeſar. VI. Gall. *cap.* XXI. adde & Duckerum ad Flor. I. *cap.* XVII. num. 4.

SATIM SALVAE. Ita vulgo edunt. Sed Donatus ad Terent. Eunuch. A. V. Sc. V. ubi haec nobis ſervavit, diſerte Adverbium facit & exponit *integre*, *recte*, *commode*. Eſt enim praeciſa locutio & intelligendum *Satiſne ſalve agerent*. Dubium tollit Apulej. Apologia: *Puer ubi ſit: & quam* ſalve *agat*, *interrogat*. & ad eam compellationem non modo reſpondebant *recte*, ut eſt apud Terent. Eunuch. A. II. Sc. III. Sed interrogabant etiam *Rectene omnia*? Plin. III.

 epiſt.

Fugam noſtris fecere. *Seneca*.

Quae audita Panormitanos dedere Romanis fecere. *Idem*.

Quo cupidius in ore ducis ſeſe quisque bonum, & ſtrenuum oſtentantes. *Iſidorus*, *Servius* x.

Ventis per cava terrae citatis, rupti aliquot montes, tumulique ſedere. *Iſidorus*, *Servius*.

Ubi multi nefande caſu ſuper auſi, atque paſſi. *Priſcianus*.

Saguntium. *Chariſius*.

Tota autem inſula modica, & cultoribus inanis eſt. *Martianus*.

Immodicus animi. *Aruſianus*.

Pugnam illam pro omine belli futuram. *Servius*.

Tantum antiquitatis, curaeque majoribus pro Italica gente fuit. *Idem*.

Opprobrii gratia. *Agroetius*.

Maxumis ducibus, fortibus ſtrenuisque miniſtris. *Diomedes* l. II.

Non repugnantibus modo, ſed ne deditis quidem. A. B. C. M. *Donatus*.

In ſylva Sila fuerunt. *Servius*.

In nuda injecta corpora. *Diomedes*.

Apollinis filia & Cyrenes. *Probus*.

Ne ſimplici quidem morte moriebantur. *Servius*.

Cum praedixero poſitum inſulae. *Donatus*.

Cujus adverſa voluntate, colloquio militibus permiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Sullae datus eſt. *Idem*.

A Gracco ſeditiones graves ortae. *Auguſtinus*.

M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis, quam facundus. *Quinctilianus* l. IV. *c.* II. *Hieron. adv. Helvid. & Gell.* l. IV. *c.* XV.

Inſolens vera accipiundi. *Donatus*.

Quae

epiſt. XVII. Rectene omnia, *quod jam pridem epiſtolae tuae ceſſant*, *an non omnia* recte? Lege Briſſon. VIII. Form. p. 745. 746. Noſtrae ſententiae eſt & Vinetus, & Val. Acidalius Div. & Interp. in Plaut. Stich. *cap.* I. Praeterea in edit. Lindenbrochii & Hackiana *agerentur* legitur, non *augerentur*. idque certe melius; niſi malueris *agerent?*

TUMULIQUE SEDERE. Vide D. Heinſium & Drackenborch. ad Sil. VI. *v.* 647.

TANTUM ANTIQUITATIS. Servius interpretatur *amorem* & *charitatem*; uti alibi *nihil antiquius ducere*. Sed recte vidit Jo. Fr. Gronovius ad Liv. I. *c.* XXXII. ſubeſſe figuram *ἓν διὰ δυοῖν*, & dictum pro *antiquae & primae curae*. cum adi.

OPPROBRII GRATIA. *Probri gratia* dixit Criſpus Cat. *c.* XXIII. nu. I. quem locum Agroetius citare voluit.

IN SILVA SILA FUERUNT. Poſt hoc fragmentum quaedam edd. addunt: *Quaeſere*. *Phocas*. Sed iſtud ad Lib. I. Hiſt. referendum eſſe, & ad ea quidem verba: *Curionem quaeſivit*, jam obſervavit Douza.

INSOLENS VERA ACCIPIUNDI. Inſolitus, uti Tacitus apud Ciaccon. *Audiendi*, *quae faceret*, *inſolens erat*. Plura ad Cat. *c.* III. nu. 4. quae proxime excipiunt ex II. Hiſt. libro deſumta eſſe, manifeſtum eſt: quemadmodum & illa de Carbonis formidine & fuga.

CORPORE INGENTI, PERINDE ARMATUS. Peſſime quidam *animatus* ſubſtituunt, quos neque Freinshemius ad Florum I. *cap.* XIII. num. 4. neque Cl. Burmannus ad Quinctilian. p. 708. audiunt. Citatur ab Fabio ut exemplum brevitatis: quae tamen nulla eſt, ſi *animatus* legeris. nil enim, niſi *ingenter* quaſi tunc intelligendum; atque id quidem voce *perinde* jam

ſatis

Digitized by Google

Quae pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. *Idem*.

Curubis. *Probus*.

Tharros. *Idem*.

Camiſos. *Idem*.

Luces. *Sergius*.

Primum modo Japidiam ingreſſus. *Servius*.

Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum deſeruit. *Idem*.

Quae pacta in conventione non praeſtitiſſent. *Donatus*.

Crebritate fluctuum ut Aquilo ſolet. *Servius*.

Mithridates corpore ingenti perinde armatus. *Quinctil.* l.VIII. *c.*III.

Tyrannumque, & Cinnam appellantes. *Victorinus*, *Servius*.

Nomenque Danubium habet. *Acron.*

Cui niſi pariter obviam iretur. *Donatus*.

Septimium, neque animo, neque lingua ſatis compotem.

Vulgus amat fieri. *Quinctilianus* IX. cap. III.

Non poeniturum. *Quinctilianus*.

Pompejus cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuiſſet par eſſe Sertorio, niſi ſe & milites frequentibus exercitiis praeparaviſſet ad praelia. *Vegetius* l.I. cap.IX. *Job. Saresb.*

Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit. *Lactantius*.

Primus Graecorum Achilles. *Servius*.

Cupientiſſimus legis. *Diomedes*.

Magna gloria tribunus militum in Hiſpania T. Didio imperante, magno uſu bello Marſico, paratu militum, & armorum fuit. Multaque tum ductu ejus curata, primo per ignobilitatem, deinde per invidiam ſcriptorum celebrata ſunt. Comminus faciem ſuam oſtentabat, aliquot advorſis cicatricibus, & effoſſo oculo. Quo ille dehoneſtamento corporis maxume laetabatur: neque illis anxius, quia reliqua glorioſus retinebat. *Gellius* II. cap. XXVII.

Cure-

ſatis exprimitur. Sed in vulgata non modo valde, magnum aut ſimilia intelligenda: ſed omne genus *magnitudinis* atque *decoris* armorum, quod conveniat tanto corpori. Nihilominus Quinctilianum brevitatem eam hic reſpexiſſe exiſtimo, qua ex praecedenti Nomine Adverbium intelligitur, quale ſatis aptum non facile expreſſum datur.

VULGUS AMAT FIERI. Ex Graeco translatum eſſe notavit Fabius. nos plura ad Jug. *c.* XXXIV. num.I.

NON POENITURUM. *Non acturum poenitentiam* exponit Fabius. Recte vero *poeniturus* eſt *quem poenitebit*; uti I. Hiſt. *poenitens*, *quem poenitet*. vide tibi Sanct. III. Min. *c.*I. ibique Perizonium.

CANINAM FACUNDIAM. I.e. forenſem, qua ſaepe alios laceſſivit, aut laceravit laceſſentes: inprimis de illis cauſſarum patronis dici poſſe, qui omiſſis, quae agunt, veluti canes invicem ſeſe lacerant, jurgiaque cauſſarum ad injurias ſuas commutant, patet ex nota Jo. Savaronis ad Sidon. IV. epiſt. III. p. 233. ubi plura de *canina facundia*, & *forenſibus rabulis* quaſi *rabidis* legere licet. Hieronymus hoc dictum Appio tribuit variis locis & Epiſt. ad Minerium & Alexandr. ubi Eraſmum legas. Quinctilian. XII. *c.* IX. Appium etiam auctorem facit; ſed Nonius, uti Lactantius, Appium apud Salluſtium. Prudent. Hamartig. *v.*399.

Ambitio ventoſa tumet: doctrina ſuperbit:
Perſonat eloquium: nodos fraus abdita nectit.
Inde canina *foro latrat* facundia *toto*.
Hinc gerit cet.

Curetes quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſtatem uti cetera in majus componentem altores Jovis celebraviſſe. *Lactantius*.

Italiam conjunctam Siciliae conſtat fuiſſe: ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum. inde Rhegium nominatum. *Iſidorus*.

Pompejus devictis Hiſpanis tropaea in Pyrenaeis jugis conſtituit. *Servius*.

Atque edita undique tribus tamen cum muris, & magnis turribus. *Donatus*.

Et in praeliis actu promtus. *Idem*.

Pactione amiſſo Publico legato. *Idem*.

Ipſum Mare Ponticum dulcius quam cetera. *Servius*, *Macrobius*, *Priſcianus*.

Equis paria operimenta erant: quae linea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant. *Servius*.

Rebus ſupra votum fluentibus. *Idem*.

Aenum, & Maroneam, & viam Militarem. *Idem*.

Impediebant juſſa nautarum. *Idem*.

Nihil ſocordia claudebat. *Donatus*.

Ut tanta repente mutatio non ſine deo videretur. *Idem*.

In ore gentibus agens, populo, civitati. *Idem*.

Preſſi undique multitudine. *Idem*.

Hunc igitur redarguit Tarquinius. *Idem*.

Dein campi Themyſcirii: quos habuere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digreſſae. *Servius*.

Ubi eum tota concione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe ejus opera non uſurum; eumque ab armis dimittit. *Idem*.

Et Metello procul agente longa ſpes auxiliorum. *Idem*.

More

MAXUME LAETABATUR. Claudian. B. Get. *v.*586. *reſciſſaque contis Gloria foedati ſplendet* jactantior *oris*. adde Schottum & Gebhard. ad C. Nep. Hannibal. *c.* IV.

IN MAJUS COMPONENTEM. Noſter Jug. *cap.* LXXXIII. num.4. *Marii virtutem* in majus *celebrare*. ubi illuſtravi.

ITALIAM CONJUNCTAM SICILIAE. Eam rem non modo Pomponius Mela, Plinius, Solinus, ſed etiam Lucanus, Silius, Claudianus docuerunt. vide Barth. ad iſta Claudian. I. Rapt. *v.* 140. *Trinacria quondam Italiae pars una fuit*. & Interpp. Silii XIV. *v.*15.

TROPAEA IN PYRENAEIS JUGIS. Lege de tropaeis non contemnenda apud Barth. ad Stat. II. Theb. *v.*706. & de his Pompeii tropaeis Cellar. II. *c.*1. pag.145. item Jul. Exſuper. extr.

SUPRA VOTUM FLUENTIBUS. Proſpere cedentibus. Herodian. I. *c.* X. num. 8. *ἐπεὶ γὰρ αὐτῷ τὰ προπεπραγμένα πάσης ἐλπίδος μεῖζον ἦν προχωρήσαντα*. Lactant. de Opif. D. *c.* I. *Ego quidem laetor, omnia tibi, quae pro bonis habentur, proſpere* fluere. Sulpic. Sev. II. Hiſt. *cap.* XLV. pr. *Igitur Arriani, rebus nimium proſpere &* ſecundum vota fluentibus, *Conſtantinopolim concurrunt*. Juſtin. XXIII. *cap.* III. *Nam ſicut ante ſecunda fortuna*, rebus ſupra vota fluentibus, *Italiae Siciliaeque imperium & tot de Romanis victorias adſtruxerat* cet.

LONGA SPES AUXILIORUM. Longinqua & procul ſita. Seneca Epiſt. XXII. *Quid igitur? tam longas* ſpes *relinquam? ab ipſa meſſe diſcedam*. plura Cl. Bentlej. ad Horat. Art. P. *v.*172.

SUMTIS

More equeſtris praelii ſumtis tergis atque redditis, & egreſſi ad facilio-res ictus loco cedebant. *Idem*.

Caſtra ſine vulnere introitum. *Idem*.

Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultavit. *Idem & Donatus*.

Coſa. *Servius*.

Equis, atque armis inſignibus. *Idem*.

Feſſus in Pamphyliam ſe receperat. *Idem*.

Profectus quidam Ligus ad requiſita naturae. *Quinctil.*

Apud latera certos collocaverat. *Servius*.

Apertae portae, repleta arva cultoribus. *Idem*.

Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe. *Idem*.

Lyciae, Piſidiaeque agros deſpectantem. *Idem*.

Sorte ductos fuſti necat. *Idem*.

Omnis Italia coacta in anguſtias ſcinditur in duo promontoria, Bruttium, & Salentinum. *Idem*.

Italia plana ac mollis. *Idem*.

Qua tempeſtate ex Ponto vis Piſcium erupit. *Idem & Scholiaſtes Juvenalis*.

Introrſus prima Aſiae Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia. *Servius*.

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre veneno interfecta. *Idem*.

Exercitum vertere. *Idem*.

Creta altior eſt, qua parte ſpectat Orientem. *Idem*.

Se regibus devovent, & poſt eos vitam refutant: adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis. *Idem, & Philargyrius*.

Dum

SUMTIS TERGIS ATQUE REDDITIS. Sic Jug. *c.* LIX. extr. *non, ut equeſtri proelio ſolet*, ſequi, *dein* cedere; *ſed adverſis equis concurrere*. ubi vide.

AD REQUISITA NATURAE. Quid haec velint, bene I. Waſſius docuit ex Ammian. XXIII. *c.* ult. *Super his nec ſtando* mingens, *nec* ad requiſita naturae *ſeſedens facile viſitur Perſa: ita obſervantius haec aliaque pudenda declinant*.

SORTE DUCTOS FUSTI NECAT. De Craſſo loquitur, qui eo ſupplicio adſecit contra imperium ſuum adverſus Spartacum pugnare auſos profligatoſque. Plutarch. Craſſo p. 548. Tacit. III. Ann. *c.* XXI. *raro ea tempeſtate, & e vetere memoria facinore decimum quemque ignominioſae cohortis* ſorte ductos fuſti necat. Deſcripſit perſpicue illum morem Polybius VI. *c.* XXXV. & cum *lapidatione* veterum habet aliquam convenientiam. vide Lipſ. de Milit. R. V. Dial. XVIII. Sudavit in eo more explicando etiam Franciſc. Luiſin. Parerg. III. *c.* IX.

SCINDITUR IN DUO PROMONTORIA. *Funditur* legendum exiſtimat Iſ. Voſſius ad Melam II. *c.* IV. pag. 466.

SE REGIBUS DEVOVENT. De Celtiberis loqui Salluſtium ex Servio patet. Hinc fere ad Sertorium referrem, tanto magis, quod illa: *adeo illis ingenita eſt* cet. ſeorſim apud Servium legantur, quae Carrio his adglutinavit. de Sertorio autem Plutarchus refert pag. 575. eum multa millia Hiſpanorum ſecutos eſſe, qui ſeſe devoverant cum ipſo morituros ubi; & hunc morem Hiſpanis ſingulatim tribuit. ita neque de loco hujus fragmenti erit dubitandum. adde Valer. Maxim. II. *c.* VI. n. II. Idem mos apud Gallos invaluerat quondam, uti compoſite deſcribitur ab Caeſare III. Gall. *cap.* XXII. ubi legas Jo. Brantium. adde Senec. I. de Clement. *c.* III. & IV.

ILLIS INGENITA EST SANCTITAS. Curt. III. *c.* VI. n. 17. *Namque haud facile dictu eſt, praeter* ingenitam *illi genti erga Reges ſuos venerationem, quantum hujus quoque Regis vel admira-*

Digitized by Google

Dum inferior omni via graſſaretur. *Johannes Grammat.*

Narbone conſilia Gallorum. *Pompejus in artem Donati.*

Poſt defectionem ſociorum & Latii. *Donatus, Adelph.* III. 4.

Ad Jovis mandem noſtra. *Idem* IV. 2.

Morbi graves ob inediam inſolita veſcentibus. *Idem. Hecyr.* III. 2.

Atque ea cogentes non coactos ſceleſtos magis quam miſeros diſtringi. *Idem. Ibid.* IV. I.

Graviori bello, quo prohibituri venerant ſocii, frigere. *Idem* V. I.

Nam quidem Pyrrho, Hannibali, aequor & terra. *Id. Phorm.* I. I.

Nam Sullae dominationem audebat. *Idem* II. 3.

Neque eſt defenſus dominationem Sullae. *Idem ibid.*

Neu quis miles, neve pro milite. *Servius.*

Ex inſolentia avidus malefaciendi. *Idem.*

Tergis vinciebant. *Idem.*

Charybdis quae forte illata naufragia ſorbens gurgitibus occultis millia ſexaginta Tauromenitana ad litora trahit. *Idem.*

Saguntini fide atque aerumnis incluti per mortalium ſtudium majores quam opibus, quippe quis etiam tum ſemiruta moenia, domus intectae, parietesque templorum ambuſti manus Punicas oſtentabant. *Hieron. in Habacuc.* cap. II.

Apud Corduennos amomum & alii leves odores gignuntur. *Philarg. in* IV. *Georg. Virgil.*

Quem trans ſtagnum omnis uſque ad flumen. *Idem.*

Repente incautos agros invaſit. *Idem.*

Belli ſani ſciens. *Acron.*

Namque omnium ferociſſumi ad hoc tempus Achaei atque Tauri ſunt, quod, quantum conjicio, locorum egeſtate rapto vivere coacti. *Gloſſae Juvenalis.*

Atque ipſe cultus rei. *Acron.*

Triplici fluctu. *Servius Fuldanus.*

Charybdi mare verticoſum. *Idem.*

Sed ubi tempore anni mare claſſibus patefactum eſt. *Idem.*

Sane

mirationi dediti fuerint vel caritate flagraverint.

AD JOVIS MANDEM NOSTRA. *Ad Jovis templum* intelligit Donatus. vide ad Cat. *c.* XLIX. extr.

PYRRHO, HANNIBALI. Locus ſine dubio mancus eſt, & nullum ſenſum admittit. Suſpicor autem Salluſtium narraſſe, quod adulatores Mithridatis ipſum *Pyrrho*, Sertorium *Annibali* aequipararunt, quibus populus Romanus tanto minus reſiſtere poſſet, quod *aequore & terra* urgeretur. Rem narrat Plutarch. in Sertor. pag. 580. itaque ad IV. Hiſtor. retulerim.

MILES, NEVE PRO MILITE. Uti *pro libero, pro ingenuo*, ad ea: *pro conſule* cet. efficta. notamus quaedam ad Jug. *c.* XCVIII. extr.

TEMPORE ANNI MARE CL. PATEFACTUM. De *anni tempore* dico ad Jug. *c.* L. n. I. Hieme autem maria clauſa habebantur, pariter ac cum tempeſtas eſſet; reliquo tempore aperta. Nempe per quod iri poteſt, dicitur apertum. Rutilius I. Itiner. *v.* 155. Pande, *precor, gemino placatum Caſtore pontum.* Statius I. Achill. *v.* 62. *o magni rector genitorque profundi, Aſpicis in quales miſerum* patefeceris *uſus Aequor.* Seneca Epiſt. LV. *Sed illi, cum* mare patet, *parcitur; cum* tempeſtas *piſcatoribus dedit ferias, manus ad*

Sane bonus ea tempeſtate contra pericula & ambitionem. *Idem*.

Simul immanis hominum vis ex locis invaſere patentes, cum & pacis modo effuſas. *Idem*.

Genua patrum advolvuntur. *Idem*.

Perrexere in Hiſpaniam & Sardiniam. *Idem*.

Quae mapalia ſunt circumjecta civitati, ſuburbana aedificia. *Idem*.

Et onere turrium incertis navibus. *Idem*.

Traditur fugam in longinqua Oceani agitaviſſe. *Idem*.

Ad mutandum modo in melius ſervitium. *Servius ad* I. *Aen.*

Magna vis hominum convenerat agris pulſa aut civitate ejecta. *Idem ibid.*

Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, poenas dederat. *Idem ad Eclogam quintam*.

Quippe vaſta Italia rapinis, fuga, caedibus. *Idem*.

Hi ſunt qui ſecundum pocula & alias res aureas diis ſacrata inſtrumenta convivio mereantur. *Idem ad* VIII. *Aeneidos*.

In ſecunda feſtinas cohortes compoſuerat. *Idem ad* X.

Jam repente viſus ſaevire Taguns. *Idem ad* X.

Exuant armis equiſque. *Idem*.

Solas feſtinare. *Idem*.

Luſitaniae gravem civitatem. *Idem*.

Ex parte cohortium praecipere inſtructa, & ſtationes locatae pro caſtris. *Idem*.

Bellum quibus poſſet conditionibus deſineret. *Idem*.

In quis longiſſimo aevo plura de bonis falſa in deterius compoſuit. *Idem*.

Cultu corporis ornata egregio. *Idem*.

At Sertorius vacuus hieme augere copias. *Acro in Horatium*.

Sin vis obſiſtat, ferro quam fame aequius perituros. *Servius*.

Conſedit in valle virgulta nemoroſaque. *Idem*.

Paullulum requietis militibus. *Idem*.

Qui nullo certo exilio vagabantur. *Idem*.

Nubes foedavere lumen. *Idem*.

Sanctus alia. *Idem*.

Ge-

ad parata porrigitur. Plin. II. *c.* XLXII. *Ver ergo aperit navigantibus* maria. & infra Eod. *Nec tamen ſaevitia tempeſtatum* cludit mare. *Piratae primum coegere mortis periculo in mortem ruere & hiberna experiri maria: nunc idem hoc avaritia cogit*.

BONUS ---- CONTRA PERICULA. *Bonus*, fortis & ſtrenuus, ut expoſuit Servius ad I. Aen. *v.* 199. vide ad Jug. *c.* XIII. n. I. & XCII. extr.

QUAE MAPALIA SUNT CIRCUMJECTA. De *mapalibus* vide quaedam ad Jug. *c.* XVIII. num. 8. Locutus autem & hic de Sertorio, qui in Hiſpania, ne offenderet illorum animos, exercitum in ſuburbiis hibernacula coegit conſtituere, ac princeps tabernaculum ſuum ibi locavit. Plutarch. 571. Quod paullo poſt ſequitur, *in longinqua Oceani fugam agitaviſſe*, nemine monente, de eodem capietur. vide notata ad princ. hujus Libr. VI.

MURUM HOSTIUM SUCCESSISSET. Sic Apulejus *ſuccedere arborem*, *larem*. Livius XXXI. *cap.* XLV. *Et adſuetudine* ſuccedendi muros, *& pertinacia animi ſubierunt primi*. adde Jug. *cap.* LVII. nu. 3.

SANCTUS ALIA. I. e. per alia, ſive quod ad alia. Claudian. I. Stilic. *v.* 29. *felix publica*.

 Sene-

Geronis. *Idem*.

Radicem montis exceſſit. *Statii interpres*.

Ut res magis quam verba gererentur, liberos parentesque in muris locaverant. *Idem*.

Incerta eſt fortitudo dum pendet. *Idem*.

In quibus plauſtra ſedes ſunt. *Acro ad Horatium*.

Luxo pede. *Probus*.

Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Perſarum juſtos & egregios agere. *Priſcianus*.

Et Perpennam forte cognoſcit mulio redemtoris. *Acro in Horat*.

Omnium fluminum quae in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, quam Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν appellant, maxumum eſſe Nilum conſentitur; proxuma magnitudine eſſe Hiſtrum ſcripſit Salluſtius. *Gell.* lib. x. cap. VII.

Ex omnibus quae tractavimus, Aebuti Liberalis, poteſt videri nihil tam neceſſarium, aut magis, ut ait Salluſtius, * cum cura dicendum, quam quod in manibus eſt. *Seneca Benef.* IV. I.

Turbinum motus vagus eſt, & disjectus, & uti Salluſtii verbis utar, vorticoſus; cometarum autem compoſitus, & certum iter carpens. *Idem. Nat. Qu.* VII. 8.

Salluſtius, auctor certiſſumus, aſſerit Tigrim, & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longius dividantur, ſpatio medio relicto multorum millium; quae tamen terra, quae ab ipſis ambitur, Meſopotamia dicitur. *Idem & Iſidor.* XIII. *Vib. Sequeſt. & Hieron. de loc. Heb.*

Pelorum promontorium Siciliae reſpiciens aquilonem juxta Salluſtium dictum a gubernatore Hannibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per ignorantiam regis, cum ſe ejus dolo crederet eſſe deceptum. *Servius & Iſidorus*.

Ariſtaeus, uti Salluſtius docet, poſt laniatum a canibus Actaeonem filium matris inſtinctu Thebas reliquit, & Ceam inſulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: poſtea, ea relicta, cum Daedalo in Sardiniam tranſivit, poſt delatus eſt Cumas. *Servius*.

Salluſtius duces laudat, qui victoriam ** incruento exercitu deportarunt. *Idem*.

Cares

Seneca Conſ. ad Marc. *c.* XXV. *tramites* omnia *plani & ex facili mobiles*. cum nota Gronovii & ad illum Heinſii.

LUXO PEDE. I. e. ſoluto, ab antiquo *luo*, unde *diluere* apud A. Gell. XII. *c.* I. & *eluere* apud Cic. Lael. *c.* XXII. pro *diſſolvere*. Varro IV. de L. L. *Lytra quod ſuccidere dicitur arborum radices in ripa atque eas diſſolvere, ab* luere. Uſitatius *luxatus* ex eodem fonte, quo inter alios utitur Seneca Epiſt. CIV. Sed ſimiliter noſter *excitus*, *claudit* aliaque uſurpat, & Gellius XI. *c.* VII. antiquum *eructum*, pro *eructatum*.

* CUM CURA DICENDUM. Sic Noſter Cat. *c.* LI. num. 38. *cum ſummo ſtudio* & alibi alia. Sed imitatur eumdem Vellej. II. *c.* XVIII. *Mithridates, vir neque ſilendus, neque dicendus ſine cura*. Seneca aliquoties, ut de Provid. *c.* X. *ut efficiatur vir* cum cura dicendus, *fortiore fato opus eſt*. Sulpic. Sev. II. *cap.* III. extr. *Extat liber magni operis &* cum cura *legendus*.

** INCRUENTO EXERCITU. Habes locum Jug. *c.* XCII. num. I. & 4.

* IN

Cares Inſulani populi fuerunt, piraticam exercentes, famoſi, victi a Minoe, uti Salluſtius & Thucydides tradunt. *Idem*.

A Troja Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium, tenuerunt. *Idem*.

Dardania a Dardano Jovis & Electrae filio, aut ſecundum Salluſtium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem*.

Salluſtius Scyllam ſaxum eſſe dicit, ſimile formae celebratae procul viſentibus. *Idem*.

In Sicilia eſt Enceladus, Othus in Creta, ſecundum Salluſtium. *Id.*

Salluſtius ait, Hiſpanorum morem fuiſſe, ut in * bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur a matribus. *Idem*.

Orion, juxta Salluſtium, oritur juxta ſolis aeſtivi pulſum. *Idem*.

In Flaminia eſt civitas quae Cale dicitur, & in Gallia hoc nomine, quam Salluſtius a Perpenna captam commemorat. *Idem*.

Getae ſunt Myſii, quos Salluſtius a Lucullo dicit eſſe ſuperatos. *Id.*

Trojanorum tempore invadendarum terrarum cauſſa fuerat navigatio, uti Salluſtius meminit. *Idem*.

Curribus falcatis uſos eſſe antiquos, Livius & Salluſtius docent. *Idem*.

Vices ſignificant pugnam, quia ** per viciſſitudinem pugnabatur, ut inquit Salluſtius. *Idem*.

Creta medio jacet inſula ponto, id eſt, ſecundum Salluſtium, procul a continenti. *Idem*.

Primo menſe veris dicitur novum ver, ſecundo ver adultum, tertio praeceps: ſicut etiam Salluſtius dicit ubique, nova aeſtas, adulta, praeceps. *Idem*.

Salluſtius in Hiſtoriis tradit, Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas. *Acron.*

Inſulas fortunatas Salluſtius inclutas eſſe ait Homeri Carminibus. *Servius*.

Proxumum dicebant veteres, non ſolum adhaerens, & adjunctum, verum etiam longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet. *Virg. Aen.* l. v.

Proxumus huic, longo ſed proximus intervallo,
Inſequitur Salius.

Ita

* IN BELLA EUNTIBUS JUVENIBUS. Idem mos veteribus Gallis atque Germanis. Adpoſite Stat. IV. Silv. VII. v. 43. *Creſcat in mores patrios: avumque Provocet actis. Tu tuos* parvo memorabis *enſes, Quos ad Eoum tuleris Orontem.*

** PER VICISSITUDINEM. An reſpexit Grammaticus Jug. *cap.* LIX. extr. ibi certe viciſſitudo locum habet, quae in pedeſtri praelio numquam ulla fuit.

mum viſos Romanis Camelos, quod neque olim illos qui duce Scipione Antiochum devicerunt, neque hos qui ad Orchomenum & Chaeroneiam certaverunt cum Archelao, noſſe putaverit Camelum. *Plutarchus*.

Σαλλούστιος μὲν οὖν φησὶ, χαλεπῶς διατεθῆναι τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου πρὸς Κύζικῳ, καὶ πάλιν πρὸς Ἀμισῷ δύο χειμῶνας ἑξῆς ἐν χάρακι διαγαγεῖν ἀναγκασθέντας. Id eſt: At Salluſtius quidem fuiſſe milites jam inde a principio male ait in eum (Lucullum) animatos, quod ad Cyzicum, & iterum ad Amiſum duas hiemes eos in caſtris continuiſſet. *Idem*.

INCERTI AUCTORIS
EPISTOLAE DUAE
AD
C. CAESAREM
DE REP. ORDINANDA
SALLUSTIO FALSO ADSCRIPTAE.

INCERTI AUCTORIS EPISTOLAE DUAE. Epistolas nominandas eſſe, quas vulgo orationes inſcribunt, omnes jam conſentiunt. Sed Auctorem earumdem non Criſpum Salluſtium, ſed alium quemcumque eſſe, dudum Lud. Carrio aliique docti viri judicarunt. Fuere tamen, qui magno molimine Salluſtio vindicare adniſi ſunt. quos ego turpiſſime falli arbitror. Non dicam, quod aliis primum videbitur, nullum Grammaticorum dictionis cujusdam ex his Epiſtolis meminiſſe; qui tamen frequentiſſime Salluſtio auctore utuntur: Nam etiamſi id factum eſſet, non magis crederem eas a Criſpo conſcriptas, quam Declamationem illam in Ciceronem, quae ſub ejus nomine circumfertur, & laudatur a Quinctiliano. Neque ea pluribus adſtruam, quae tamen diſerte negant Salluſtii eſſe: quo more quoque exemplo Noſter has ad Caeſarem ſcripſerit; qua de cauſſa, quove auctore: Cum iisdem aut Caeſari ignorantiam, aut ſibi adrogantiam exprobraſſe videatur. quae tam a prudentia Caeſaris, quam ab Noſtri gravitate ſunt alieniſſima. Sed genus tantummodo ſcribendi examinemus, & videbimus, quid Lydius hic lapis (ſic vulgo judicant) adfirmet, quid neget. Hic vero longam exordiri poſſem querelam de hominibus quibusdam male feriatis, qui ſimul ſcriptorem perlegunt ſemel, & genium ejus, ſtilum, mores atque omnia noſſe ſibi perſuadent. Diutini uſus ea res eſt noſtris moribus, & magnae adtentionis: ii autem, qui phraſibus quibusdam & formulis defungi poſſe putant, oppido inepti ſunt. Attamen ex dictione inprimis Douza aliique comprobant, non alii, niſi Criſpo has Epiſtolas adjudicandas eſſe. Lud. Carrio, qui longo tempore in Salluſtiano dicendi genere verſatus eſt, negat: & eadem ratione Tacito potius, aut cuivis ex illa aetate adtribuit. Mihi, ſi dicendum quod res eſt, ne Tacito quidem dignae videntur, & longe multumque junioribus impoſtoribus reddere vellem, ſi id nunc ageremus. Satis enim fuerit oſtendere, Salluſtii non eſſe: quod ita quidem vellem aliis perſuadere poſſem, ut ipſe perſuaſus ſum. Perſuadebo tamen. Igitur ſi eo, quod *deſeſſus & exſanguis*, *in excelſo eſſe*, *ſumma ope niti* & alia hujuscemodi in his Epiſtolis & aliis ſimul Salluſtii ſcriptis leguntur, confectum eſt, unum eumdemque auctorem eſſe: non tantum Tacitus, Apulejus, Sulpicius Severus, Hegeſippus, Q. Septimius; ſed ipſe Livius, Juſtinus, Florus, immo & Silius Italicus, Auſonius aliique recentiores omnes erunt Salluſtii. Nam hos iisdem ſaepe, quibus Salluſtius, verbis loqui, vel notae noſtrae docebunt. Sed hoc potius primum fraudis indicium eſſe debuiſſet: cum illi, qui nobis talem Salluſtium propinarunt, iſta certe externa Criſpi indicia neceſſario ſectari coacti ſunt. Atque id quidem nemini difficile eſt; & ſi ſemel eo deceptus fueris, exſpecto, quam mox Jo. Garzon in Vita Friderici Admorſi, tandemque P. Cunaei Satira pro ſcriptis Salluſtii habeantur, qui perpetui Salluſtianae dictionis ſunt aemuli. Verum ita ſeſe mores habent. multum ſibi ſapiunt, vulgus ſuperant, latine ſciunt, qui phraſes idoneas exprimere didicerunt: iſtud vero internum decus, verbotum

rum elegans connexio, apta ſtructura riteque ſeſe excipiens ſententia a plerisque cum ingenti ſecuritate negligitur. Numerum una voce dixiſſem, niſi ventoſos quoſdam homines metuerem. Age vero numeros mihi quaere in his Epiſtolis Sallustianos, & conſilii mei me poenitebit, ſi operae tuae te non poenituerit. Produxit tamen Douza exempla. produxit, ſcio; ſed verborum. Et in iis etiam ſunt, qui Douzam & Salluſtium ejus prodant ac deſerant. Laudat ex I. Epiſtola: *Juventus probitati & induſtriae, non ſumtibus neque divitiis ſtudeat*, &, ait, pariſſimum eſſe illud Jug. *c.* IV. n. 7. *At contra quis eſt omnium his moribus, quin* divitiis & ſumtibus, *non* probitate, *neque* induſtria *cum majoribus ſuis contendat*. Ego vero nec par, nec ſimile, nedum pariſſimum video, niſi voces *probitas*, *induſtria*, *divitiae*, *ſumtus*, quas ex loco dicto ſuratus eſt impoſtor. Salluſtius vero nec Verbum *ſtudere* ita usquam conſtruxit, multo minus *ſumtibus ſtudere* dixit: minime autem ita ſemet ipſe exſcribit, & facile ſit Douzae, hujus rei exemplum monſtrare. Addit ille haec: *cum indignabuntur omnia funditus miſceri*, & ſimile putat illud Catil. *c.* II. *neque mutari, ac* miſceri omnia *cerneres*. Sed quid fiet de illo *funditus?* quod neque Corn. Nepos, hodie ad ignariſſumi cujusque captum compoſitus, agnoſcit. Italiciſmum, aut Germaniſmum legis, ſi quid ſentio: nam Latini, minime omnium Salluſtius, ita loqui non potuere. Sequitur: *Quorum omnis vis virtusque in lingua ſita eſt*, & ſentimus expreſſum eſſe ex Catil. *c.* I. *ſed noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt*. Sed vide ad eum locum notata, & compara hanc elegantiam. Inquire etiam, ubi Criſpus conjungat *vis virtusque*: quod ſi alicubi offendas, documento erit, pueros copulaturos eſſe vulpes. Denique ſubjecit: *Neque ingenium ullum ſatis pollet, quin animus magis, aut minus maturo, poſtremo tamen ſuccumbit*. atque illi clauſulae ſuffragari ait, quod habet Noſter III. Hiſt. *Mulcato foede corpore, poſtremo* tamen *periere*. Sed quid iſtud *magis, aut minus maturo?* Salluſtius ſcripſiſſet, *ſero; poſtremo tamen*. nec Salluſtius modo, verum etiam Livius, Plinius aliique, qui eâ forma utuntur: & tamen hoc indicium Criſpi eſſe debuerat, ſumma diligentia ab Douza ex multis ſelectum. Verum talia nos infra plura in adnotationibus monſtrabimus, quae his addere licebit. Si autem nondum pro certo tibi conſtat, ſuppoſititium hunc foetum eſſe: perpende, quaeſo, vel unicum Cap. I. Epiſtol. I. attende ad iſtam rationem: *quia & apud indignos ſaepe erant, quaſi per lubidinem data*, cet. Et egregia illa: *verum eſſe, quod in carminibus Appius ait;* & indignaberis ipſe, rejiciesque vulgarem opinionem. Ille nempe, qui tot ſententiarum lumina ab Thucydide ſuo, Demoſthene aliisque expreſſit; qui tam acute B. Jugurth. *c.* I. de virtute & fortuna diſſeruit, is nunc ad Appium confugit, qui in tot orationibus & Epiſtolis neminem adpellaverat, viribus ingenii ſui confiſus. Multa alia ſciens praetereo: & hic jam ſatis eſt Praefationis. Ceterum quisquis ille Auctor fuerit, vetuſtus non eſt. Nec tamen ſtupidus, aut rerum geſtarum imperitus: doctus etiam, ſi pauca excipias. Nos tamquam exemplum Salluſtianae imitationis, vulgarem morem ſecuti, ſubjecimus, & laxiore cura (ut in tali privigno decebat) illuſtravimus. Pompon. Laetum, qui primus publicavit, ea modeſtia fuiſſe ſcias, ut Nomen Salluſtii non praeſcripſerit, hoc tantummodo indice priori Epiſtolae praemiſſo: AD CAESAREM SENEM DE REP. Alteri autem: AD C. CAESAREM ORATIO DE REPUBLICA. Is tamen, ſi Salluſtium pro auctore habuiſſet, neceſſe habebat hoc nomen adjicere, cum proxime praecedat: EPISTOLA REGIS MITHRIDATIS, & hae ipſae poſt illam continuo ſequantur: ſiquidem infra ille omnibus litteris ſcripſit INVECTIVA C. SALLUSTII IN CICERONEM.

EPISTO-

EPISTOLA I.

CAP. I.

PRo vero antea obtinebat, regna, atque imperia, fortunam dono dare, item alia, quae per mortalis avide cupiuntur: quia & apud indignos ſaepe erant quaſi per lubidinem data: neque cuiquam incorrupta 1
permanſerant. Sed res docuit id verum eſſe, quod in carminibus Appius 2
ait, fabrum eſſe quemque fortunae: atque in te maxume, qui tantum alios praegreſſus es, uti prius defeſſi ſunt homines laudando facta tua, quam
tu laude digna faciundo. Ceterum uti fabricata, ſic virtute parta, quam 3
magna induſtria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: & quamvis bonus at- 4
que clemens ſit, qui plus poteſt; tamen, quia malo eſſe licet, formidatur. Id

CAP. I. 1. Pro vero antea obtinebat. Vulgo: *Populus R. antea obtinebat.* Sed Venetae 1490. & 1493. quas priores voco: *Populus Ro. vero antea obtinebat.* Sic & alii libri. Unde jam dudum viri docti eam, quam dedimus, lectionem eruerunt. Tali errore apud Caeſarem I. Civ. *c.* IX. ex *populi R.* fecerant *pro.* Hic autem Salluſtii ſimilia reſpexit Jug. *c.* XVII. n. 7. *quamquam ab ea fama, quae pleroſque* obtinet, *diverſum eſt*, & Eod. *c.* LXXX. extr. *nulla* pro ſocia obtinet; *pariter omnes viles ſunt.* Mox *dono dare* hauſit ex Jugurth. *c.* LXXXV. n. 38.

Quae per mortalis avide cup. Haeſerat auctori ex Salluſtio, eum ſaepius ſextum Caſum per quartum exprimere: ut *per virtutem, per inſidias, per Praetores*, alia, unde hic effinxit: *per mortalis cupiuntur.* Salluſtius ita non ſcripſiſſet: qui evitaſſet incertum ſententiae, quod ex Praepoſitione, quae inſtrumentum, adminiſtrumque notat, oritur. Differt etiam illud Cat. *c.* XXXIX. extr. *aut* per ſe, *aut per alios* ſollicitabat.

Apud indignos saepe erant. Criſpus Cat. *c.* XX. n. 8. *divitiae* apud illos *ſunt, aut ubi illi volunt.* & alibi ſaepiſſime.

Cuiquam incorrupta permanserant. Vix ambigo, auctorem in animo habuiſſe Criſpi Jug. *c.* II. n. 3. *Animus* incorruptus, *aeternus* cet. nam pleraque haec ad Jug. *c.* I. & II. formata ſunt.

2. Appius ait. *Appii ſententias* laudat etiam Feſtus in v. *Stuprum*, & argute dictum ex eodem adduxit Priſcian. VIII. p. 792.

Suae quemque fortunae. *Suae* excludunt Venetae omnes vett. & Gryphiana. A. 1533. Neque exprimitur in altero illo: *Sui cuique mores fingunt* fortunam, vide Corn. Nep. Attic. *c.* XI. nec in trito Carneadis: Πᾶσα τύχη ἄδηλον φρονοῦντος [illegible]. vide Fulgent. Contin. Virg. pag. 145.

Atque in te maxume. *In* more Salluſtii, uſurpat. Cat. *c.* LI. n. 16. *&* in hominibus *impiis ſceleris obliti de poena differunt, ſi ea paullo ſeverior fuit.* ubi vide. ibid. n. 35. *haec non* in M. Tullio *vereor.*

Tantum alios praegressus es. Sic omnes edd. vett. Vulgares male, *praetergreſſus es.* De rebus geſtis Caeſaris vide Vellej. II. *c.* XLVIII. qui aeque magnifice de iis ſentit. Verba eadem habes Epiſt. II. *c.* I. extr.

3. Ceterum uti fabricata. Declamatorio modo pergit in translatione Appii, qui dixerat: *Fabrum* eſſe quemque fortunae. Tu ſentis, quam hoc ſit dignum Salluſtio, quam Caeſare.

Quam magna industria haberi decet. *Haberi* pro tractari, coli. Salluſt. Cat. *c.* XI. n. 5. Jug. *c.* CIII. n. 5. alibi. Et hic agnoſcis hunc Leonem: *induſtria* haberi d. ne *incuria* deformentur. Nusquam ita Salluſtius. rariſſime ceteri. Nec ipſe temere ita loquerer, ſi tanti Viri ſtilum aemulari vellem.

4. Imperium volens concedit. Salluſt. Jug. *c.* LXXVI. extr. *quas victi ab hoſtibus poenas metuerent, eas ipſi* volentes *pependere.* alibi.

Bonus atque clemens sit, cet. Edd. Venetae: *quamvis* novus *atque clemens ſit.* Sed Carrio reſtituit *bonus.* Dubito tamen, an auctor ita ſcripſerit. Poteſt ille *novus* propterea poſuiſſe, quod facillime homines *nova* imperia patiuntur, ut qui ſunt cupidi rerum novarum. Ceterum haec delineata ſunt ex Jug. *cap.* X. num. 7. *Nam in omni certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipit injuriam, tamen quia plus poteſt, facere videtur.* ita enim ha-

Digitized by Google

5 Id evenit, quia plerique rerum potentes perverſe conſulunt: & eo ſe
6 munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contra id eniti decet; cum ipſe bonus, atque ſtrenuus ſit, uti quam optumis
7 imperites. Nam peſſumus quisque aſperrume rectorem patitur. Sed tibi
8 hoc gravius eſt, quam ante te omnibus, armis parta componere. Bellum aliorum pace mollius geſſiſti: ad hoc victores praedam petunt, victi cives ſunt. Inter has difficultates evadendum eſt tibi; atque in poſterum firmanda reſp. non armis modo, neque adverſum hoſtes, ſed, quod multo ma-
9 jus, multoque aſperius eſt, bonis pacis artibus. Ergo omnes magna mediocrique ſapientia res huc vocat: quae quisque optuma poteſt, uti dicant.
10 Ac mihi ſic videtur: qualicumque modo tu victoriam compoſueris, ita alia omnia futura.

Sed

habent omnes edd. Illud *qui plus poteſt* ſumſit ex Cat. *c.* XXXIX. n. 4.

5. Id evenit. Edd. vett. *id convenit*.

Rerum potentes perverse consulunt. Sumſit auctor ab Seneca I. de Clem. *c.* V. *Non decet regem ſaeva & inexorabilis ira.... at ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit, quod nulli, niſi* rerum potenti, *licet*. *Conſulunt*, poſuit pro conſultant, cogitant, conſilia habent. non, ut Salluſtius conſuevit, pro *conſulto agere:* etſi hac notione hic locus, tamquam Salluſtii, laudatur ab viro ſummo ad Liv. XXI. *c.* XVI.

Nequiores fuere. Male Waſſius *nequiores* interpretatur *infirmiores*. immo *pejores*, *deteriores*. *nam regibus boni*, *quam* mali, *ſuſpectiores; ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt*, Sall. Cat. *c.* VII. n. I. atque ita Lipſius interpretatur II. Doctr. Civ. *c.* VIII. ibique Reinhardus. Horat. III. Od. VI. *v.* 46. *Aetas parentum*, *pejor avis*, *tulit Nos* nequiores, *mox daturos Progeniem vitioſiorem*.

6. Contra id eniti decet. *Eniti decet* Salluſtii verba ſunt. *Contra id* ſcripſit homo naſutus, quia apud Sall. Jug. *c.* LXXXV. n. 2. in Codd. ſuis inveniebat, *contra ea*.

Bonus atque strenuus. Ex Sall. Cat. *c.* XX. num. 7.

Pessimus quisque asperrume cet. Deſcripſit ex Seneca III. de Ira *c.* XXXVII. pr. *Admoneri bonus gaudet:* peſſimus quisque *correptorem* aſperrime patitur. quod male Waſſius Philoſophum ab hoc Scriptore ſumſiſſe dixit. Ille etiam I. de Clem. *c.* XVII. de homine: *nullum animal moroſius eſt*, *nullum majore arte tractandum*. Contra, quod Lipſius ex Plaut. Milit. A. III. Sc. I. *v.* 17. docuit: *Facile imperium in bonos*.

7. Sed tibi hoc gravius est. Colerus *hoc* interpretatur, *ob hoc:* atque ita intellexiſſe arbitror auctorem, quia apud Salluſtium legerat Cat. *c.* I. quo *mihi rectius videtur*, pro *ob quod:* & ſimilia paſſim. Verum eo ipſo ſemet prodidit. Nam ex mente Salluſtii haec ita capienda eſſent: Sed tibi *hoc ipſum* gravius eſt..... *nempe* armis parta componere. ut Jug. *c.* LXXXI. extr. *Nam callidus* id *modo feſtinabat*, *Jugurthae pacem imminuere*. Hoc autem verbum *Componere* huic ſcriptori valde placuit. Abit tamen a Salluſtianis, *paratis compoſitiſque omnibus; ſua componere; exercitu in hibernis compoſito*, & quae ſunt alia.

8. Bellum aliorum pace mollius. Vide Vellej. II. *c.* LII. & LVI. item Senec. II. de Ira *c.* XXIII.

Ad hoc victores praedam cet. *Ad hoc* Salluſtianum quidem eſt, ſed in alio poſitu. Neque enim poſt verba tam pauca praemiſſa adhibere ſolet. *Difficultatem* ipſam docuit Cicer. IV. epiſt. IX. n. 8. *Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt.* & XII. ep. XVIII. n. 6. *Bellorum enim civilium hi ſemper exitus ſunt, ut non ea ſolum fiant, quae velit victor, ſed etiam ut iis mos gerendus ſit, quibus adjutoribus ſit parta victoria*. Dictionem *inter difficultates evadere* formavit auctor ex Sall. Jug. *c.* L. extr. *conſueti Numidarum equi facile* inter *virgulta* evadere.

Firmanda resp. non armis modo. Ita nempe, ut Criſpus Jug. *c.* XXIII. n. I. *firmare praeſidiis*. & *c.* XXVIII. n. I. *firmiſſumus* contra *pericula & inſidias*.

Bonis pacis artibus. Tacit. IV. Hiſt. *c.* I. extr. *Quippe in turbas & diſcordias peſſimo cuique plurima vis: pax & quies* bonis artibus *indigent*.

9. Magna mediocrique sapientia. Venetae priores: *magna mediocris ſapientia*.

Uti dicant. Vulgo male: *uti dicat*. Alterum eſt in omnibus edd. vett. & Gryphian. Scilicet in hoc etiam Salluſtium aemulari voluit. vide ad Cat. *c.* XLIII. n. I.

CAP.

Digitized by Google

C A P. II.

Sed jam, quo melius faciliusque conſtituas, paucis, quae me animus 1
monet, accipe. Bellum tibi fuit, Imperator, cum homine claro, magnis 2
opibus, avido potentiae, majore fortuna, quam ſapientia; quem ſecuti
ſunt pauci, per ſuam injuriam tibi inimici: item quos affinitas, aut alia
neceſſitudo, traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam; 3
neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret. Cetera mul- 4
titudo vulgi, more magis, quam judicio, poſt alius alium, quaſi pruden-
tiorem, ſecuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae reip. 5
in ſpem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant,
concurrere in caſtra tua: & aperte quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia,
quae

CAP. II. 1. Quae me animus monet. Corruptos Codd. ſequitur auctor; in melioribus enim Salluſtius Provocabulum omittit. vide Cat. *c.* xx. extr.

2. Claro, magnis opibus. Satis hoc Salluſtianum. vide ad Cat. *c.* xviii. n. 4. & paſſim.

Majore fortuna, quam sapientia. De Pompejo loquitur: & vere judicat. Fortunam illius clari viri celebrat Cicero paſſim, & maxime in Or. pro L. Manilia. Is ipſe etiam imperitiam Pompeii paſſim taxat, quam ne Lucanus quidem, hujus partibus nimium addictus, tegere ſatis potuit. adde Dion. Caſſ. lib. xlii. Cic. vii. ad Attic. epiſt. xv. Plutarch. in Caeſare & Sueton. *c.* xxxvi.

Per suam injuriam tibi inimici. I. non quod tu eos offendiſſes, ſed quod ipſi in te deliquerant te ſuſpectantes. Cic. ix. ad Attic. ep. xix. *nec praeter me quiſquam Italia ceſſit, niſi qui hunc inimicum ſibi putaret.* quales nimirum Cato, Scipio, Marcelli.

Aut alia necessitudo. Verba ſunt Sall. Cat. *c.* xvii. n. 5. hic vero non circumſpecte ſatis poſita.

3. Neque si esse potuisset. Sic deterrimae nuperae edd. Meliores omnesque vett. *Neque ſi pati potuiſſet.* Reſpexit auctor illud Lucani i. *v.* 125. *Nec quemquam jam ferre poteſt Caeſarve priorem Pompeiuſque parem*, aut Flori iv. *c.* ii. n. 14. *Jam Pompejo ſuſpectae Caeſaris opes & Caeſari Pompejana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem.* adde Vellej. ii. *c.* xxix. ibique interpretes. item *cap.* xxxiii. Auct. Queroli A. i. Sc. ii. *Res nimium ſingularis eſt Homo, fere non* patiens *parem. Minores deſpicitis, majoribus invidetis, ab aequalibus diſſentitis.* Lege Minuc. Fel. *c.* xviii. & Cyprian. de Idol. van. *c.* v. item Stat. i. Theb. *v.* 128. ſqq. & quae ibi Barthius. Ergo *pati* recte ſcripſit: & puto hominem obſervaſſe Criſpum ſaepe Verbum Subſtantivum in validius aliud mutare. *Particeps dominationis* item Salluſtianum eſt; ſed iterum adparet, male hoc loco vocem *dominationis* poni: quam etiamſi amicus Caeſari in Pompejum jeciſſet, recidit tamen ſimul per nexum orationis in Caeſarem. quam rem artificioſiſſime Criſpus evitat.

4. Cetera multitudo vulgi, more magis. Ita vulgo diſtinguunt, ſed jam Waſſius ſenſit ineptiam in formula *multitudo vulgi*: quam hic Sophiſta ſibi indulſit, quod noverat Virgilii *Faſtigia culminis; membrorum artus*; Livii viii. *c.* xxiv. *diſcrimen periculi*; Juſtin. vii. *c.* i. *gentes populorum*, & quaedam alia. Nam vix veroſimile eſt illum ita diſtinguere voluiſſe: *Cetera multitudo, vulgi more magis, quam judicio.* Legerat Senecam, qui *more*, item *morbo* & *judicio* frequenter opponit. vide & infra Declam. Pſeudo-Ciceronis ad fin. Seneca de Vit. Beat. *c.* i. *Nihil ergo magis praeſtandum eſt, quam ne, pecorum ritu, ſequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed qua itur.* Ob hanc cauſſam plebi *judicium* denegat Tacit. i. Hiſt. *c.* xxiii. quae jam collegit Lipſius iv. Polit. *c.* v.

Post alius alium. Mera haec barbaries. Non intellexit Sall. Jug. *c.* lxiii. *ab eo magiſtratu* alium poſt alium *ſibi peperit*. Sed hic ſpurius valde Germanizat, Latine non dicunt, *poſt quem ſequi*. Neque mederis incommodo, ſi reſcribis *alius alium*; quod eſt contra ſententiam: neque, ſi dares *alium poſt alium*: neque ſi *poſt*, ceperis pro *poſtea*.

5. Maledictis iniquorum. *Maledicta* illa ex n. 6. & 7. cognoſci poſſunt. Caeſarem nempe tabulas novas, proſcriptionem locupletium propoſiturum, iniqui in vulgus ſparſerant. Hos rumores non accurate *maledicta* vocat. ſumſit tamen ex Sall. Cat. *c.* xxi. n. 4. Coelius Epiſt. xiv. n. 9. *In hac diſcordia video Cn. Pompejum ſenatum quique res judicant ſecum habiturum; ad Caeſarem omnes, qui cum timore aut mala ſpe vivant, acceſſuros.*

6 quae corrupto animo lubebat, minitari. Ex quis magna pars, ubi ne-
que creditum condonare, neque te civibus, ſicuti hoſtibus, uti vident,
defluxere: pauci reſtitere; quibus majus otium in caſtris, quam Romae,
7 futurum erat, tanta vis creditorum impendebat. Sed ob easdem cauſſas
immane dictu eſt, quanti, & quam multi mortales poſtea ad Pompejum
diſceſſerint: eoque per omne tempus belli quaſi ſacro, atque inſpoliato
ſano debitores uſi.

CAP. III.

1 Igitur, quoniam tibi victori de bello atque pace agitandum eſt: hoc u-
ti civiliter deponas, illa ut quam juſtiſſima, & diuturna ſit: de te ipſo
2 primum, qui ea compoſiturus es, quod optumum factu eſt, exiſtuma. E-
quidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror;

Occupandae reip. in spem. Nuſquam ita Salluſtius, pro, *in ſpem occupandae reip. adducti*. Phraſis *in ſpem adductus* occurrit Jug. *c.* xxxvii. nu.3. & *c.* xlviii. num.2.

Probro ac luxuria polluta e. Sall.Cat. *c.* xxxvii. num.5. *qui ubique* probro *atque petulantia maxime praeſtabant*. Jug. *c.* xv. extr. *polluta licentia*.

Quietis mortem. *Quietis* dixit medios & nulli parti addictos. Corn. Nep. Pelopid. *cap.* iv. *Hoc tam turbido tempore Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum eſt, domi* quietus *fuit*. vide Gebhard. ad Ejuſd. Attic. *cap.* vii. num.3.

Quae corruptus animus jubebat. Venetae noſtrae: *quae corrupto animo jubebat*. unde jam dudum eam, quam nunc damus, lectionem extraximus, antequam id occuparet Waſſius, Sall.Jug. *c.* cx. n.4. *poſtremo quidquid* animo lubet, *ſume, utere*. adde Cat. *c.* xxi. nu.3.

6. Neque creditum condonare. Scripſit, puto, *condonari*, ut in hoc Salluſtium ſequeretur. Sed *condonare creditum*, pro creditam pecuniam condonare, &, propoſitis tabulis novis, remittere, non eſt Salluſtii, neque adeo Ciceronis.

Civibus, sicuti *hoſtibus*. Deſcripſit ex Jug. *c.* xxxi. nu. 23. *ſociis veſtris veluti hoſtibus, hoſtibus pro ſociis utuntur*.

Defluxere. Verbum eſt ex Jug. *c.* i. nu.4. ſed ibi de rebus, quae dilabuntur, Criſpus poſuit; hic de perſonis cum Ovidio & aliis.

Otium in castris. Forte ex Cat. *c.* lii. n. 5. petitum eſt; ſed male.

Tanta vis creditorum. Epiphonema uſitatiſſimum Salluſtio, ſed hoc loco temere & imprudenter inculcatum. vide ad Cat. *c.* vii. nu.3. & adde Eod. *c.* xxxvi. extr.

7. Immane dictu est, quanti et quam m. Formula prior formata ad Salluſtii *incredibile memoratu*. vide Cat. *c.* vii. n.3. Sed altera *quanti & quam multi* auctoris eſt, non Salluſtii, qui meliore jure Cat. *c.* xiv. pr. *In* tanta *igitur* tamque corrupta *civitate*, & alia alibi dicere potuit.

Sacro atque inspoliato fano. *Sacrum fanum* debitorum fuiſſe Pompejum, qui eos ab creditoribus defenſabat, haud abſurde dixit. Sed inepte *inſpoliatum*. niſi forte propterea, quod & Pompejus illorum neceſſitatibus ſubvenit: aut *inſpoliatum* pro *non ſpoliando* poſuit. Sed ita agnoſcis novitium ſcriptorem, qui Salluſtii *infectum*, *nudatum* egregie ſcilicet aemulatur.

CAP. III. 1. Illa ut quam justissuma. *Ut* vacat in omnibus edd. vett.

De te ipso primum, quia compos. Sic & noſtrae edd. vett. Sed in Vaticano aliiſque vetuſtis codd. quos conſuluit Ciacconius, erat *qui ea compoſiturus es*. Senſus eſt: Judicat & conſidera primum omnium, quid tibi ipſi faciendum ſit, & quid optimum factu ſit; an crudelitatem, an clementiam exercere. *De* poſuit pro *quod ad*, ut ſolet Salluſtius & Cicero cum aliis. Nec melius hic cogitationes ſuas proponere potuiſſe videtur: etſi aſpera eſt oratio & horrida. *Exiſtimare* Salluſtianum eſſe, vel in ipſo Auctore didicerat ſimia, vel ab Donato acceperat.

2. Equidem ego. Sic aliquoties hic ſcriptor ex Salluſtio. vide ad Cat. *c.* li. nu.15.

Magis acerba, quam diuturna. Ita aemulatur Salluſtium, qui tali ſtructura per *quam* negare ſolet. vide Cat. *cap.* xiv. extr. Contra Capitolin. in Maxim. *c.* viii. *Erat enim ei perſuaſum, niſi crudelitate, imperium non teneri*. vide Senecam in Thebaide.

Metuendum esse, quin cet. Statius i. Theb. v.127. *parens odii metus*. Cic. v. Tuſc. Qu. de Dionyſio tyranno: *Nihil eſſe ei beatum, cui ſemper ali-*

ſtor ; neque quemquam multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat : eam vitam bellum aeternum atque anceps gerere : quoniam neque adverſus, neque ab tergo, aut lateribus tutus ſis? ſemper in periculo, aut metu agites. Contra qui benignitate & clementia imperium 3
temperavere, his laeta & candida omnia viſa ; etiam hoſtes aequiores, quam aliis cives. An qui me his dictis corruptorem victoriae tuae, nimiſque in 4
victos bona voluntate praedicent? Scilicet quod ea, quae externis nationibus, natura nobis hoſtibus, noſque majoreſque noſtri ſaepe tribuere, ea civibus danda arbitror ; neque barbarico ritu caedem, & ſanguine ſanguinem expianda.

C A P. IV.

An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompej um victoriamque Syllanam 1

aliquis terror impendeat, & *quia* timetur, *timet*. Sed Noſter expreſſit Laberianum verſum :

> *Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.*

& ſuum Senec. II. de Ira *c.* XI. *Quid, quod ſemper in auctores redundat timor, nec quiſquam metuitur, ipſe ſecurus*. & I. de Clement. *c.* XIX. *Errat enim, ſi quis exiſtimat tutum eſſe ibi regem, ubi nihil a rege tutum eſt*. Cic. II. Offic. *c.* VII. *Etenim qui ſe metui volent, a quibus metuentur, eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt*. & de Amicit. *c.* XV. quae eo adſcripſi, ne quem ſententiolae lumen oculos praeſtringat. Edd. Venetae: *neque quemquam* in *multis*, cet. Nimirum poſtrema littera in voce *quemquam* peperit illud *in*, quod recte ab Vaticano & noſtra ed. abeſſe cenſeo.

Eam vitam bellum aeternum et anceps. Urſino abundabat vocabulum *vitam*, ſcribebatque *eum bellum* cet. Waſſius ait : *Vita quandoque denotat vivendi modum & rationem*, quod ſane verum. Neuter tamen intellexit cur Scriptor ita locutus ſit, & non quod poterat, ſcripſit, ut Urſinus emendabat. Salluſtium ſequitur, qui Pronominibus alia vocabula addit, ut Cat. *c.* II. num. 1. *igitur initio* reges, *nam in terris* id nomen imperii *primum fuit*. Jug. *c.* V. nu. 3. *ſuperbiae nobilitatis obviam itum eſt*, quae contentio *divina & humana cuncta permiſcuit*. ibi vide. ita *eam vitam* volvit, pro *eum, qui ita vivit*. De vocabulo *anceps* vide notam ad Cat. *c.* XXIX. princ. Poſſes & hic proprie dicere poſitum ; ſed res docet, ex ſequioris aetatis uſu legi.

3. Imperium temperavere. Ita *miſcere* benignitate & humanitate imperium dixit Jamblichus apud Colerum. *Temperare* eodem ſenſu apud Ciceronem extat, non apud Salluſtium.

Laeta et candida omnia visa. Neque hoc Salluſtii eſt, multi tamen *candidum* pro fauſto atque felici dixere. Ovid. IV. Pont. Ep. IV. *verſ.* 18. Candidus *& felix proximus annus erit*. adde Turneb. XXVIII. Adverſ. *c.* XXXV. & La Cerdam ad Virgil. V. Aen. pag. 579. *Laeta omnia* etiam Tacitus. vide Pichenam ad I. Hiſt. *cap.* XVIII.

Quam aliis cives. Edd. vett. *alii cives*.

4. An qui me his dictis. Sic omnes quos viderim, edd. forte pro *At erunt, qui me* cet. Sic Salluſtius. At auctorem conſulto conſilio eum deſeruiſſe puto, ut ſuae aetatis formulas inſerret.

Natura nobis hostibus, nosque cet. Sic omnibus litteris Venetae edd. & peſſime mutant. *Natura* hoſtes Romani fuerunt Galli, Poeni & alii pauci ; Sed cives *moribus* tantum, aut praeter naturam civibus hoſtes fiunt. Illis autem populus R. victis ignovit, nec caede caedem expiavit. vide Cat. *c.* IX. & XII. item Auct. libr. IV. ad Herennium.

Neque caede caedem. Particula *neque* more Salluſtii uſus eſt. vide ad Cat. *c.* XXIV. n. 3. Praeterea vide Ovid. I. Pont. Epiſt. IX. *v.* 19. Senec. II. de Ira *c.* VIII. & Epiſt. XCVI. *Expianda* habent Venetae 1490. & 1493. deteriores *expiandum*. perperam. Imitatur Salluſtium, qui ita Cat. *c.* XX. nu. 2. & paſſim.

CAP. IV. 1. In Cn. Pompejum --- increpabantur. *Increpare in quem* tuetur Perizonius ad Sanctium ; Criſpus diverſo modo Cat. *c.* XXI. Sed Gronovius *bellum in Cn. Pompejum* jungit, ac *victoriamque Sullanam* omittit. Non male ; niſi quod auctor vix dignus eſt tali cura. Eum, credo, ſua voluntate, *in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam*, ſcripſiſſe :

lanam increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in praelio belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanam in villa publica,
2 pecoris modo, conſciſſam. Heu quam illa occulta civium funera & repentinae caedes; in parentum, aut liberorum ſinum fuga mulierum, & puerorum; vaſtatio domuum, ante partam a te victoriam, ſaeva atque crudelia erant! Ad quae te illi iidem hortantur: & ſcilicet id certatum eſſe, utrius
3 veſtrum arbitrio, injuriae fierent: neque receptam, ſed captam a te remp. & ea cauſſa exercitus ſtipendiis confectis optumos, & veterrimos omnium advor-

quia videbat, propria Nomina in MSS. ſaepe permutari, & hac via ſcripto ſuo vetuſtatis opinionem conciliari. Nam ex veritate & rerum geſtarum memoria ſcribendum erat: *in C. Marium victoriamque Sullanam*. Veneta 1500. *quae paullo ante hoc bellum Cn. Pompejus victoriamque Sulla increpabantur*.

Oblivio abstulit? interfecit. Sic omnes edd. recentiores. Contra Venetae priores: *obtivio interfecit*; poſteriores *oblivio interfecit*, neglecto Verbo medio. Unde bene Gronovius: *oblivio intercepit?* quae & apud Corn. Nepotem, item alios permutantur.

Sed postea supplices per s. s. *Per ſummum ſcelus* ex Salluſt. Cat. c. xii. n. 5. Rem narrat Florus iii. c. xxi. *Nec idem tamen caedium, qui belli finis fuit, Stricti enim & in pace gladii, animadverſumque in eos, qui ſe ſponte dediderant*. vide quos ibi Interpp. laudant.

Pecoris modo consciſſam. Florus l. c. *Quatuor millia deditorum inermium civium* in villa publica *interfici juſſit*. ubi vide. Salluſt. Cat. c. lviii. extr. *Neu capti potius*, ſicuti pecora *trucidemini*. ubi & *pecorum modo* ex Livio monſtravi. Gronovius corrigit *conciſam*, ſcriptum ergo fuiſſet *conſciſam*, ut habent libri vett. vide Jo. Vorſtium ad Val. Max. i. c. i. n. 18. Daviſium ad Caeſar. vii. Gall. c. lxxiii. Jac. Gronov. ad Tacit. ii. Hiſt. c. lxxxviii. Ducker. ad Flor. ii. c. ii. nu. 2. Corn. Nep. Datam. c. viii. *adverſariorum multa millia* concidit. Sed ea aetate vixit Scriptor, quae *conciſam*, & *conſciſſam* non rite diſtinguebat.

2. Heu quam illa. Sic libri. Gronovius corrigit: *Heu quo illa* cet. Perperam. *quam illa omnia* jungenda ſunt, licet quaedam interpoſita ſint, & enumerata per partes *illa omnia*. Qua in re exprimere voluit Salluſtium Jug. c. lxxxv. n. 4. c. lxxvi. nu. 1. Cat. c. xii. nu. 2. Rurſus Jug. c. v. n. 2. & c. xxxi. nu. 9. Sed recte omnes edd. vett. *omnia* reticent, & ſic paullo planius eſt, *quam illa ſaeva atque crudelia erant*, conjungere.

In parentum aut liberorum sinum. Haec ita vulgo diſtinguunt, ac ſi *caedes in ſinum* ſcriptum foret, pro *in ſinu*: quae tamen minus recte cohaerere videntur. Edd. vett. nullam diſtinctionem agnoſcunt. Ipſe malui *fugam mulierum & puerorum in parentum aut liberorum ſinum* conjungere: tum quia ita morem in re trepida, & occultis repente caedibus factis bene exprimit, vide ad Cat. c. li. num. 9. tum quod ita elegantem Chiasmum in hac oratione agnoſcere licet, quam in Salluſtio obſervaverat auctor Cat. c. xiv. num. 3. Jug. cap. lxvi. num. 3. alibi.

Vastatio domorum. Carrionis noſtrique omnes *domuum*.

3. Ad quae te illi iidem hortantur. *Illi iidem* non abhorret ita ab Salluſtio, ut illa compoſitio *ad quae te*. vide Cat. cap. li. nu. 7. praeterea *te* omittit Criſpus ante Verbum *hortor*. vide Jug. c. xxxi. nu. 1.

Et scilicet id certatum esse. Sive *ſcilicet* cum Modo infinito conſtruere, ſive *dictitantes* omittere voluit auctor, ut imitaretur Salluſtium. Sed minus ipſi feliciter ceſſit. Mox Carrio recte: *utrius veſtrum*; & *injuriae fierent* ſine Conjunctione etiam noſtrae edd. exhibent.

Neque receptam. Vox eſt Salluſtiana. Haeſitaſſet tamen Criſpus *receptam* &, *captam* opponere. vide Cat. c. xi. num. 4.

Ea causſa exercitus stipendiis confectis. *Ea cauſſa* deſumtum ex Cat. c. lii. nu. 7. Reliqua adumbrata ex Jug. c. lxxxiv. num. 2. *ambiundo cogere homines* emeritis ſtipendiis.

Optimos et veterrimos omnium. Ridicula haec. Scilicet alio loco *optimus omnium* dicere non poterat, ut hic illud infarciret, ſpeciem Salluſtianam adfectans. Deinde neque Criſpus, neque Livius ita ſolent *veteranos* circumſcribere, poſtquam *confectorum ſtipendiorum* mentio facta eſt. At hic neminem, praeter ſe, ſcire credebat, qui eſſent *veterani*, qui milites *confectis ſtipendiis*. Ea cauſſa hodieque tot Battologias paſſim animadvertes.

Alii

vorſum fratres, parenteſque, alii liberos armis contendere; ut ex alienis malis deterrumi mortales ventri atque profundae lubidini ſumtus quaererent: atque eſſent opprobria victoriae, quorum flagitiis commacularetur bonorum laus. Neque enim te praeterire puto, quali quiſque 4
eorum more, aut modeſtia, etiam tum dubia victoria, ſeſe geſſerit; quoque modo in belli adminiſtratione ſcorta, aut convivia, exercuerint nonnulli; quorum aetas ne per otium quidem talis voluptatis ſine dedecore attigerit.

C A P. V.

De bello ſatis dictum. De pace firmanda quoniam tuque & omnes tui 1
agitatis: primum id, quaeſo, conſidera, quale id ſit, de quo conſultas: ita, bonis maliſque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego ſic exiſtu- 2
mo; quoniam orta omnia intereunt, qua tempeſtate urbi Romanae fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conſerturos; ita defeſſos & exſangues Regi aut nationi praedae futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae, movere aut contundere queunt hoc impe-

ALII LIBEROS. *Alii* ſemel poſuit, pro eo, quod eſſet: *alii adverſum fratres parenteſque, alii adverſum liberos*; quia legerat Salluſt. Jug. *cap.* XXXI. num. 10. *incedunt per ora veſtra magnifice; ſacerdotia & conſulatus*, pars *triumphos ſuos oſtentantes*.

DETERRIMI MORTALES. Nempe iidem illi, qui te hortantur ad crudelitatem. *Ventri* ex Sall. Cat. *cap.* II. num.8. *profundae lubidini* ex Jug. *c.* LXXXI. num.1. *Sumtum quaerere* non dixit Criſpus: at *ſumtui deditus* Cat. *c.* XIII. extr. *ſumtum tolerare* alibi.

COMMACULARETUR BONORUM LAUS. Verbo *commaculare* utitur Criſpus Jug. *c.* CII. nu.5. *Opprobrium victoriae* dixit forſitan ad formam Salluſtii *dehoneſtamentum bonorum*.

4. MORE, AUT MODESTIA. *Modeſtia* Salluſtianum eſt. iſque *modum & modeſtiam* ſemel atque iterum jungit, quomodo hic voluit *morem & modeſtiam*. Ita & *gerere ſe more majorum* habetur Jug. *c.* LV. nu.1. *quoque modo*, pro & quomodo eſt ex Cat. *c.* LVIII. nu.4.

SCORTA AUT CONVIVIA EXERCUERINT. Salluſtius *exercere juventutem, ſe, corpus, inimicitias*, alia; non tamen *ſcorta*, neque *convivia*. Plautus Amphitr. A.1. Sc. 1. *v.* 132. *Haec nox ſcita eſt* exercendo ſcorto *conducto male*. Ab illo tamen etiam abit hic Noſter.

AETAS NE PER OTIUM QUIDEM cet. *Senes* nempe, quibus omnis voluptas dedecori habetur. vide Plutarch. in Sulla, Terentium, Cicer. pro Coelio alibi. adde Sall. Jug. *c.* XCV. nu.3. *talis voluptatis* ſcribunt Venetae.

CAP. V. 1. DE BELLO SATIS DICTUM. Tracta formula ex Cat. *c.* XIX. extr.

PRIMUM ID... QUALE ID SIT. Omnes edd. vett. *qualis ſit*. prius *id* abundat, more Salluſtii. vide ad *c.* I. num.7.

BONIS MALISQUE DIMOTIS. Ita ſcripſit, quod ſubjungeret, *patenti via*. nam de via *dimoventur* occurrentes magiſtratui. Extra illam translationem Salluſtius Catilin. *cap.* XX. num. 1. *amotis*.

2. QUONIAM ORTA OMNIA INTEREUNT. Ex Jug. *c.* II. num.3. *omnia orta occidunt*. Seneca ad Polyb. *cap.* XX. *Ita eſt nihil perpetuum: pauca diuturna ſunt. aliud alio modo fragile eſt: rerum exitus variantur: ceterum quidquid* coepit & deſinit. adde VI. Beneſ. *cap.* XXXIII. Papin. Stat. II. Silv. 1. *verſ.* 218. *Quidquid habent ortus, finem timet*. quem ibi lege & Lactant. VII. *cap.* XV.

URBI ROMANAE FATUM EXCIDII. *Urbs Romana* Salluſtius Cat. *c.* XVIII. extr.

ITA DEFESSOS ET EXSANGUES. Verba ſunt ex Cat. *c.* XXXIX. n.4. adde in rem Herodian. III. *c.* II. Tacit. I. Ann. *c.* 1. *qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium accepit*. Prudenter Vegetius III. de re mil. *c.* X. quem lege.

NEQUE CUNCTAE GENTES CONGLOBATAE. Verbo *conglobare* utitur Noſter Jug. *c.* XCVII. nu. 4. In ſententiam aeque magnifice Florus IV. *c.* II. *Jam paene toto orbe pacato, majus erat imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus extingui poſſet*.

MOVERE AUT CONTUNDERE. Prius Verbum ſumſit

3 imperium. Firmanda igitur ſunt & concordiae bona, & diſcordiae mala
4 expellenda. Id ita eveniet, ſi ſumtuum & rapinarum licentiam demſeris;
non ad vetera inſtituta revocans, quae jam pridem, corruptis moribus,
ludibrio ſunt; ſed ſi ſuam cuique rem familiarem finem ſumtuum ſtatue-
5 ris: quoniam is inceſſit mos, ut homines adoleſcentuli, ſua atque aliena
conſumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus, denegare, pulcerru-
mum putent: eam virtutem, & magnitudinem animi; pudorem atque
6 modeſtiam pro ſocordia aeſtiment. Ergo animus ferox, prava via ingreſ-
ſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo
7 in cives: movet compoſita, & res novas veteribus acquirit. Quare tollen-
8 dus foenerator in poſterum, uti ſuas quisque res curemus. Ea vera atque
ſimplex via eſt, magiſtratum populo, non creditori, gerere; & magnitu-
dinem animi in addendo, non demendo reip. oſtendere.

Atque

ſumſit ex Jug. *c.* XLI. extr. alterum ex Ejusd. *c.* XLIII. extr.

3. CONCORDIAE BONA. Venetae omnes: *vel concordiae bona*. Mutavi *vel* in *&*, ut ſimilis eſſet Salluſtio. Nam in reliquis hic valde abit.

4. SUMTUUM ET RAPINARUM LICENTIAM. I. e. *poteſtatem*. Cat. *cap.* XII. n. 3. *Neque victis quidquam, praeter* injuriae licentiam *eripiebant*. Ceterum hic Scriptor, ut omnia ſua conſilia, ita & hoc de ſumtuum licentia derivavit ex hiſtoria Caeſaris, qui legem ſumtuariam ſeveriſſime exercuit. vide Sueton. Jul. *c.* XLIII. ibique Interpp.

AD VETERA INSTITUTA. Veteres leges Sumtuarias, quae dudum, ut recte ſcripſit, ludibrio erant, intelligit: item alia inſtituta rapinas eavendi. Neque inepte praecipit. Cic. I. de Leg. *c.* XV. *ſtultiſſimum eſt, exiſtimare omnia juſta eſſe, quae ſcita ſint in populorum inſtitutis & legibus*. adde pro L. Man. *cap.* XX. Inde factum, ut *antiqua* nominarent, quae eſſent fatua & ſtulta. vide Scholiaſt. Aeſchyli.

CORRUPTIS MORIBUS, LUDIBRIO. Prius eſt ex Cat. *c.* XI. extr. Poſterius ex Ei. *cap.* XIII. num. I.

REM FAMILIAREM FINEM SUMTUUM. Sic vett. noſtrae edd. & vide prolata ad Catilin. *c.* II. num. 2. lubidinem *dominandi* cauſſam *belli habere*. Ita autem res familiaris eſt finis ſumtuum, ſi nemo plura erogat, aut conſumit, quam quae res ſua cujusque familiaris patitur.

5. INCESSIT MOS, UT HOMINES ADOLESCENTULI. Utrumque ab Salluſtio mutuatur. *Inceſſit mos*, ut *lupido, cupido inceſſit* apud eum Cat. *c.* XIII. n. 3. *Homines adoleſcentuli* ex Cat. *c.* LII. n. 25.

SUA ATQUE ALIENA CONSUMERE. Ex Catil. XII. n. 2.

PULCHERRIMUM PUTENT. Ex Cat. *c.* III. princ.

EAM VIRTUTEM. Imitatur Criſpi illa Cat. *c.* VII. n. 6. eas *divitias*, eam *bonam famam magnamque nobilitatem putabant*. Illud *pro ſocordia aeſtument* adumbratum ex Cat. *c.* XII. num. I.

6. ANIMUS FEROX. Salluſt. Cat. *c.* V. n. 7. *Agitabatur magis magisque in dies* animus ferox, &c. Sententia expreſſa eſt ex Cat. *c.* XIII. extr.

FERTUR ACCENSUS IN SOCIOS MODO. Sic Cicero pro Cluentio *c.* V. *deinde ita flagrare coepit amentia, ſic inflammata* ferri *libidine, ut eam non pudor... a cupiditate revocaret*. atque ille ita aliquoties.

MOVET COMPOSITA. Cat. *c.* XXI. n. I. *quieta movere*.

RES NOVAS VETERIBUS ACQUIRIT. I. vetera negligendo, perdendo novas res acquirit. Catil. *c.* XXXVII. num. 4. *vetera odere, nova exoptant*. Eum locum reſpexit auctor, ſed male cepit. Quamobrem male ſeſe gerit Waſſius, ut ineptias haſce illuſtres reddat.

7. TOLLENDUS FOENERATOR. Scilicet quia Caeſar foeneratoribus maxime oneri fuit, qui debitores per aeſtimationem poſſeſſionum ſatisfacere juſſit: quo modo fere quarta pars crediti peribat. vide Ciceronem & Sueton. Jul. *cap.* XLII. Ineptit valde ad hunc locum Colerus.

8. MAGISTRATUM POPULO, NON CREDITORI. Antea enim Praetores & qui judicia exercebant favebant creditoribus. vide Catil. *cap.* XXXIII. n. I.

IN ADDENDO, NON DEMENDO REIP. Salluſt. Jug. *c.* XLII. n. I. *quorum majores Punico atque aliis bellis multum reip.* addiderant.

CAP.

C A P. VI.

Atque ego ſcio, quam aſpera haec res in principio futura ſit, praeſertim 1
ſis, qui ſe in victoria licentius liberiusque, quam artius, futuros credebant.
quorum ſi ſaluti potius, quam lubidini conſules; illosque nosque & ſocios
in pace firma conſtitues: Sin eadem ſtudia, artesque juventuti erunt: nae
iſta egregia tua fama ſimul cum urbe Roma brevi concidet. Poſtremo ſapien- 2
tes pacis cauſa bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant. Niſi illam firmam
efficis, vinci, an viciſſe, quid retulit? Quare capeſſe, per deos, remp. & o- 3
mnia aſpera, uti ſoles, pervade. Namque aut tu mederi potes; aut omitten- 4
da eſt cura omnibus. neque quisquam te ad crudelis poenas, aut acerba judi-
cia, invocat, quibus civitas vaſtatur magis, quam corrigitur; ſed uti pravas
artes, malasque lubidines, ab juventute prohibeas. Ea vera clementia erit, 5
conſuluiſſe, ne immerito cives patria expellerentur; retinuiſſe ab ſtultitia &
falſis voluptatibus; pacem, concordiam ſtabiliviſſe: non, ſi, flagitiis obſecu-
tus, delicta perpeſſus, praeſens gaudium cum mox futuro malo conceſſeris.

CAP. VI. 1. Licentius liberiusque. Ex Sall. Jug. *c.* lxxxvii. extr. *Romanos, ſicuti plerosque, remoto metu*, laxius licentiusque futuros. De vocula *arte*, vide Eod. *c.* lxxxv. num. 34.

Saluti potius, quam lubidini. Cat. *cap.* li. num. 2. *neque quiſquam omnium* lubidini *ſimul & uſui paruit*.

Illosque nosque et. Jug. *c.* lxxvi. extr. *illamque* & *domum*, & *ſemet igni corrumpunt*. Altera forma nuſquam Salluſtius: potius dixiſſet: *illos nosque & ſocios*.

Si eadem studia artesque. Ita omnes edd. novitiae; at omnes Venetae: *Si in eadem* cet. Unde jam conſtat, me recte dediſſe: *Sin eadem* cet. Neque recte interpungunt, nec capiunt hominem interpretes. *Studia* intelligit, quod nos dicimus *inclinationes*, lubidines, ex Salluſt. Cat. *c.* xiv. nu. 6. *Artes* vocat, facinora & opes acquirendi modos. Hos vetat Caeſarem permittere eoſdem eſſe cum cupiditatibus juvenum. peſſimi enim erunt. Contra *c.* v. n. 7. docuerat, optimum eſſe, ut ſuam quiſque rem familiarem curet, & honeſtas divitias velit. Adde Cat. *c.* xiii. extr. unde, quod jam monui, haec praecepta fluxerunt.

Fama simul cum urbe. Sic Criſpus Cat. *c.* xxxiii. num. 4. alibi.

2. Pacis caussa bellum gerunt cet. Hoc docuerat fidelem, ut arbitror, diſcipulum ſummus Ariſtoteles vii. Polit. *c.* xiv. aliis xvii. *πόλεμον μὲν εἰρήνης χάριν εἶναι. ἀσχολίαν δὲ σχολῆς*. adde x. ad Nicom. *c.* vii. §. 19. ſeqq. Unde Cicero i. Offic. *c.* xi. *quare ſuſcipienda quidem bella ſunt ob eam cauſſam, ut ſine injuria in pace vivatur*. ubi eadem adnotat Rachelius. Corn. Nepos Epamin. *c.* v. *paritur pax bello*. Prudent. Pſychomach. *v.* 769. *Pax plenum virtutis opus: pax ſumma laborum: Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli*.

3. Capesse, per deos, remp. Salluſtii eſt *capeſſere remp.* vide Cat. *c.* lii. nu. 5. Praeterea Jug. *c.* lxxv. num. 2. *omnis aſperitates* ſupervadere *adgreditur*.

4. Mederi potes; a. o. e. cura omnibus. *Mederi*, *cura* verba Medicorum. vide ad Cic. xvi. epiſt. vi. num. 3. Lentulus xii. epiſt. xv. n. 10. *mederi periculo*.

Vastatur magis, quam corrigitur. Hoc genere multum utitur hic ſcriptor. vide ſupra *c.* ii. n. 2. & 4. *c.* iii. n. 2. alibi. *Corrigitur* deſumtum eſt ex Salluſt. Jug. *c.* iii. num. 2.

Ab juventute prohibeas. Contra Criſpus: *ab injuria Maurum prohibet; Jugurtham ab jure gentium prohibere*. Caeſar i. Gall. *c.* xi. *Seſe non facile ab oppidis vim hoſtium prohibere*. In Verbo *defendere* ea viciſſitudo Salluſtiana eſt; non vero in *prohibere*.

5. Ea vero clementia erit. Omnes edd. vett. item Ciacconii & Carrionis libri: *Ea vera clementia erit*. Alterum formavit ex Cat. *c.* lviii. num. 16. *ea vero clementia eſt*. Sed cum ibi etiam *vera* legatur in MS. noſtro, tales fortaſſe Codd. ſecutus eſt auctor, aut ita illum locum legendum eſſe cenſuit.

Retinuisse ab stultitia. Ita Criſpus *hoſtem ab incepto retinere*, & plura talia.

Pacem concordiamque. Omnes edd. vett. *pacem, concordiam ἀσυνδέτως*. ita nempe Salluſtius, quem in his minutiis, utpote quae facillime in oculos incurrunt, imitari voluit. Venetae priores: *ſtabiluiſſe*.

CAP. VII.

1 Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume fretus eſt, negotii ma-
gnitudine & quia tibi terrae & maria ſimul omnia componenda ſunt. quippe
res parvas tantum ingenium attingere nequit: magnae curae magna merces
2 eſt. Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus, & publico fru-
mento, corrupta, habeat negotia ſua, quibus ab malo publico detineatur:
3 juventus probitati, & induſtriae, non ſumtibus, neque divitiis ſtudeat. Id
ita eveniet, ſi pecuniae, quae maxuma omnium pernicies eſt, uſum at-
4 que decus demſeris. Nam ſaepe ego cum animo meo reputans, quibus
quis-

PRAESENS GAUDIUM CUM M. FUTURO MALO CONCESSERIS. Veneta 1490. *conceſſerim*. ita ut vix virgulam transverſam diſcernere queas, ab ea nota quae *s* indicare ſolet. Inde tamen in ceteras Venetas omnes propagatum eſt *conceſſerim*. Perperam. Dixerat, quae Caeſar prohibere deberet; atque id melius eſſe, ait, quam ſi Caeſar conceſſerit praeſens gaudium, atque cum eo ſimul mox futurum & inde oriundum malum. Duplex imitatio Salluſtii. *Cum* ponit pro *&*, vel *ſimul cum:* deinde *mox futurum* compoſuit, quia legerat apud Salluſtium *poſt futuros.* vide I. Hiſt. Or. Lepidi.

CAP. VII. 1. MAXUME FRETUS EST. Sic libri Carrionis noſtrique veteres, non *erectus*, quod quidem Juſtinus XI. *c.* II. dixit: *quibus rebus erectus*. Forte & Seneca haeſit auctori ex Epiſt. XXII. *Non eſt vir fortis & ſtrenuus, qui laborem fugit: verum ibi creſcit illi animus, ipſa rerum* difficultate.

NEGOTII MAGNITUDINE: ET QUIA. Male haec diſtinguunt edd. hujus & ſuperioris ſaeculi omnes. Enumerat nunc *res*, quibus alii timerent, ipſe autem bono animo eſt: quae ſunt negotii magnitudo & quia cet. Parum haec quidem diverſa ſunt, & Salluſtius numquam ita ſcripſiſſet. Ferendum tamen in homine, qui hic tantummodo eo intendit, ut Nomen atque Verbum, more Salluſtii, componeret. Jug. *c.* XXIX. n. 5. *pauca praeſenti conſilio locutus de* invidia *facti*, atque uti *in deditionem* acciperetur. atque alibi aliquoties. *Magnitudine negotii* ſcripſit ex Jug. *c.* LXX. n. 5.

TERRAE ET MARIA SIMUL OMNIA. Sic libri conſtanter. Salluſtius tamen Cat. *c.* XIII. n. 3. *Veſcendi cauſſa* terra marique omnia *exquirere*. Alterum deſumtum ex Eod. *c.* XII. n. 1. *cuncta* maria terrae*que patebant*.

RES PARVAS TANTUM INGENIUM. Caeſaris nempe, qui potius, ſi res parvae agendae forent, fatigaretur. Hic etiam praeciſas ſententias aemulari voluit auctor: neque id valde infelici ſucceſſu.

2. LARGITIONIBUS ET PUBLICO FRUMENTO CORR. Egregium hoc & utiliſſimum conſilium in rep. Romana, quae otio & abundantia omnium rerum jam dudum ad pigritiem reciderat: & poſtquam ex magnis rapinis nihil ſibi reliqui fecerant illi homines, largitionibus in malum publicum ſollicitabantur. Quare Caeſar numerum eorum, qui frumentum publicum accipiebant, imminuit. vide Dion. Caſſ. lib. XLIII. Sueton. Jul. *c.* XLI. Unde procudit hic noſter ſuum conſilium. Lege omnino eruditam obſervationem Boecleri ad Vellej. II. *cap.* XCIV. num. 3.

HABEAT NEGOTIA SUA. Id jam olim quaeſierat Caeſar, ut oſtendit Dio XXXVIII. princ. Cui junge Cic. ad Attic. II. epiſt. XVII.

AB MALO PUBLICO DETINEATUR. Ut Salluſtius Jug. *c.* XLI. n. 2. *metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat*. Dio autem ſemel atque iterum inculcat, Caeſarem militibus agros adſignaſſe, ne ad ſeditiones eſſent parati.

3. SI PECUNIAE, QUAE MAXIMA cet. Et hoc monitum auctor ex hiſtoria ſumſit. Caeſar enim divites ipſe, quaſi mutuo ſumeret, ſpoliabat: ratus id, quod res eſt, eos ſibi maxime formidoloſos eſſe. nam *auri vis atque opes principibus infenſae*, Tacit. IX. Ann. *c.* I. *Uſum* autem atque *decus* pecuniae Caeſar demſit, quod nemini per eam aditus ad honores patebat, nemo propter illam honeſtior aut clarior habebatur, quamdiu ipſe nempe ſolus in rep. moderabatur. adde Lipſ. IV. Polit. *c.* XI. Caeſar. VI. Gall. *c.* XXII. Sententiolam ſimilem de pecunia habet Plautus Capteiv. Act. II. Sc. II. *v.* 78. *Odi ego aurum: multa multis ſuaſit ſaepe perperam*. vide & Rappolt. ad Horat. pagin. 292. ſeqq.

4. CUM ANIMO MEO REPUTANS. Ex Sall. Jug. *c.* XIII. n. 4.

CLARISSUMI VIRI MAGN. INVENISSENT. Carrionis omnes & noſtrae edd. vett. *clari viri*. *Invenire* Verbo ita utitur Criſpus Jug. *c.* LXX. n. 2. & Eod. *c.* XCIV. extr.

MA-

quiſque rebus clari viri magnitudinem inveniſſent; quae res populos nationeſve magnis auctoribus auxiſſent; ac deinde quibus cauſſis ampliſſima regna, & imperia, corruiſſent: eadem ſemper bona, atque mala reperiebant, omneſque victores divitias contempſiſſe, & victos cupiviſſe. Neque aliter quiſquam extollere ſeſe, & divina mortalis attingere poteſt, niſi, omiſſis pecuniae & corporis gaudiis, animo indulgens, non aſſentando: neque concupita praebendo, perverſam gratiam gratificans; ſed in labore, patientia, boniſque praeceptis, & factis fortibus exercitando.

C A P. VIII.

Nam domum, aut villam exſtruere, eamque ſignis, aulaeis, aliiſque o- 1
peribus exornare, & omnia potius, quam ſemet, viſendum efficere; id eſt
non divitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe. Porro ii, quibus bis 2
die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcorto quieſcere mos eſt; ubi animum, quem dominari decebat, ſervitio oppreſſere, nequaquam eo poſtea
hebeti atque claudo, pro exercito uti volunt. Nam imprudentia pleraque 3
& ſe praecipitant. Verum haec & omnia mala pariter cum honore pecuniae deſinent, ſi neque magiſtratus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt. Ad

Magnis auctoribus auxissent. Fabri & Briconeti libri: *magnis auctionibus*, idque rectius exiſtimat Carrio. At Venetae noſtrae priores *auctoribus*, quae alioquin rariſſime ab illis libris abeunt. *Auctionibus*, vel *auctibus* ſenſus requirit. *Auctibus augere* Livii eſt & Taciti: ut oſtendit Ciacconius.

Omnesque victores div. Iterat eamdem ſententiam Epiſt. II. *c.* VII. n. 5. Lege obſervationem Zevecotii ad Flor. III. *c.* XI. p. 232. ſqq. & Cic. II. de Offic. *c.* XXII.

5. Extollere sese. Ex Sall. Cat. *c.* VII. princ.

Pecuniae et corporis gaudiis. Ex Jug. *c.* II. n. 3. *qui dediti* corporis gaudiis *per luxum atque ignaviam aetatem agunt*.

Perversam gratiam gratificans. Non intellexit Criſpi illa Jug. *cap.* III. extr. *niſi forte quem pernicioſa & inhoneſta lubido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem ſuam* gratificari.

Et factis fortibus exercitando. np. *animum*, quod ex illo *animo indulgens* ſubintelligi voluit auctor. Sic *exercere corpus*, *ingenium* Criſpus. idem *facta fortia* Jug. *c.* LXXXV. n. 22.

CAP. VIII. 1. Domum, aut villam exstruere. Eadem reprehendit Cato apud Sall. Cat. *c.* LII. n. 5. adde Eod. *c.* XII. n. 3.

Omnia potius, quam semet, visendum. Vide Cat. *c.* XII. n. 4. & quae nos ibi. Apulejus de Deo Socrat. pag. 54. *Omnia opulenta, omnia ornata, praeter ipſum dominum*.

Ipsum illis flagitio esse. H. e. dedecori. dictio paullulum audacior. Juſtius Cic. I. Offic. *c.* XXXIX.

2. Bis die ventrem onerare. Deſcripta ſunt ex Cic. V. Tuſcul. Qu. *bis in die ſaturum fieri, nec umquam pernoctare ſolum*. Romani enim veteres, & maxime qui rebus agendis erant adſtricti, prandium habebant aut nullum, aut maxime modicum &, ut Seneca Epiſt. LXXXIV. ait, *ſine menſa*. vide Laurent. de conviv. vet. *c.* V.

Servitio oppressere. Sententia deſumta eſt ex Sall. Jug. *c.* I.

Hebeti atque claudo. *Animus claudus* multum a proprietate Salluſtii diſtat. Sed audiverat auctor ex Donato, Salluſtium dixiſſe: *ſocordia res claudebat*, & ſuae translationis licentiam ſibi datam exiſtimabat.

Pro exercito uti volunt. Venetae omnes: *pro exercitio uti volunt. animus exercitus* vulgaris eſt latinitas, & apud Salluſtium ſenſus emergeret diverſus. Hic enim pro *prompto* poſitum eſt. At illud *pro --- uti* unde derivatum ſit; patefeci ſupra ad *c.* II. n. 6.

Pleraque, et se praecipitant. Jug. *c.* XXXI. *Neceſſe eſt ſuomet* ipſi *more praecipites eant*. adde Eod. *c.* XLI. n. 9.

3. Pariter cum honore pecuniae. *Pariter cum* ex Jug. *c.* LXVIII. n. 2. *honore* ex Cat. *c.* XII. princ. *Poſtquam divitiae* honori *eſſe coepere*.

Magistratus n. a. v. cupienda venalia erunt. Male nuperae edd. *magiſtratibus*, contra me-

4 Ad hoc providendum eſt, quonam modo Italia, atque provinciae tutiores
5 ſint: id quod factu haud obſcurum eſt. Nam iidem omnia vaſtant, ſuas
6 deſerendo domos, & per injuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc,
militia injuſta aut inaequalis ſit; cum alii triginta, pars nullum ſtipendium
faciat: & frumentum id, quod antea praemium ignaviae fuit, per munici-
pia & colonias illis dare conveniet, cum ſtipendiis emeritis domo reverte-
7 rint. Quae reipublicae neceſſaria, tibique glorioſa ratus ſum, quam pau-
8 ciſſimis abſolvi. Non pejus videtur, pauca nunc de facto meo diſſerere.
9 Plerique mortales ad judicandum ſatis ingenii habent, aut ſimulant: verum
enim ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus animus;
vix ſatis apertum os, aut lingua promta videtur, quae meditata pectore e-
10 volvat: quibus me ſubjectum haud poenitet, magis reticuiſſe pigeret. Nam
ſive hac, ſeu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum
& adjutum fuerit. Reliquum eſt optare, uti, quae tibi placuerint, ea dii
immortales approbent, beneque evenire ſinant.

AD

meliores medias & veteres omnes. *Capienda* deſumſit ex Jug. *c.* III. n. I. praeſertim cum reſponderet illi *c.* LXIV. n. I. *cui quamquam virtus, gloria atque alia* optanda bonis *ſuperabant. Venalia erant* ex Jug. *c.* XXXI. n. 25.

4. QUO NAM MODO ITALIA ATQUE PROVINCIAE. Facile fuit Scriptori excogitare hoc conſilium, qui apud Dionem & Suetonium legerat, quanto ſtudio Caeſar vaſtitati Italiae atque provinciarum occurrere, easque cultoribus frequentare adniſus ſit.

5. FACTU HAUD OBSCURUM EST. Vides ſemibarbarum hominem. nam quis Latinorum *factu obſcurum* dixit? Senſus eſt: id quomodo *fiat*, ut Italia & provinciae tutiores ſint, haud *obſcurum* eſt cognitu, ſive facile cognoſces. Waſſius conjicit: *fatu haud obſcurum*.

6. MILITIA INJUSTA AUT INAEQUALIS SIT. Hoc etiam conſilium ſuppeditavit Dio lib. XLIII.

ALII — PARS. Salluſtianum hoc eſſe, diximus ad Cat. *c.* II. n. I.

PER MUNICIPIA ET COLONIAS. Municipia & colonias jungit Salluſt. Catil. *c.* XVII. n. 4. & *c.* LVIII. n. 13. Reliquum conſilii de frumento ignavis non dando unde innotuerit auctori, diximus ſupra ad *c.* VII. n. 2.

7. DOMOS REVERTERINT. Sall. Jug. *c.* LXXXIV. n. 4. *victorem* domum *rediturum*. neque umquam *domos* hoc ſenſu. diverſum enim eſt illud Jug. *c.* LXVI. n. 3. domos *ſuas invitant*.

8. QUAM PAUCISSUMIS ABSOLVI. Ex Jug. *c.* XVII. n. 2. *Cetera quam pauciſſumis abſolvam*.

9. VERUM TAMEN AD REPREHENDENDA. Libri Carrionis & noſtrae edd. vett. *verum enim*, quod exſulare amplius non debuit, etiamſi Salluſtius ita haud loquatur. cui placuit *verum enim vero*, alio ſenſu. Aſt & Cicero *verum enim* uſurpavit.

ARDET OMNIBUS ANIMUS. Salluſt. Jug. *cap.* XXXIX. n. 5. *quamquam mederi fraternae invidiae* animo ardebat. Ceterum non adeo ſtupidus erat auctor Epiſtolae, ut non praeſentiſceret fore homines, qui vel eo non crederent, haec ab Salluſtio profecta eſſe, quod nimis arroganter id factum videretur. Iis ut occurreret hanc orationem de lubidine judicandi adjecit: quaſi vel invitis judicia ſua eripere vellet. Nihil tamen actum eſſe, jam ſatis ſuperque probatum eſt. Colerus autem, qui Epiſtolam M. Ciceronis ad Q. Fratrem ex antiquitate exemplum laudat, quod amici amicos ſui officii admonuerint, fratres & amicos haud diſtinguere, neque Ciceronem noſſe videtur, qui quamlibet occaſionem avide arripiebat, ut meditata ſua pectore evolveret & luci exponeret. In qua re paullo aliter Criſpus Salluſtius verſatus eſt.

MEDITATA PECTORE EVOLVAT. Venetae: *edita pectore evolat.* unde Waſſius haud abſurde, *edicta*, quae vox faſtum judicantium bene exprimit. Olim ſuccurrebat, *abdita*, & hoc in libris vetuſtis cum altero permutatur haud raro. *meditata* in Vaticano eſſe dicitur, quod interim ſatis placet, Ciceroni, Lactantio aliisque uſitatum. Quo pacto ſimul Salluſtio accedere voluit, qui *adepta*, *machinatum*, *interpretatum*, alia Paſſive poſuit. Ipſa ſententia, quod homines ad judicandum accenſi paene dirumpantur, nec os, aut lingua ſatis promta videantur, neſcio quid vulgare redolet: ut ut ſibi multum cum ea placuerit auctor.

10. VIA PERGES. Sic ſupra *patenti via pergere*,

A D
C. CAESAREM
D E
REP. ORDINANDA.
EPISTOLA II.

CAP. I. al. c. 9.

SCio ego, quam difficile, atque aſperumum factu ſit, conſilium dare regi, 1
aut imperatori; poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt:
quippe cum & illis conſultorum copiae adſint; neque de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatisque prudens ſit. Quin etiam ſaepe prava magis, 2
quam bona conſilia proſpere eveniunt: quia pleraſque res fortuna ex lubidine ſua agitat. Sed mihi ſtudium fuit adoleſcentulo rempublicam ca- 3
peſſere: atque in ea cognoſcenda multam, magnamque curam habui:
non

gere, quia legerat apud Criſpum: *qua coepiſti, perge; itinere, quo pergebat.*

Pro viRILI PARTE DICTUM. Ciceronis dictio, *pro virili parte*. Livius VI. *c.* XI. *illius gloriae* pars virilis *apud omnes milites ſit*. Unde patet non a *viribus*, ut ineptus quidam putat, ſed a *viro* formulam deſumtam eſſe. Sed an ea ad perſonatum hunc Salluſtium in tali cauſſa recte adplicetur, prudens lector exiſtimabit.

EA DII IMMORTALES ADPROBENT. Sollemnis clauſula Orationum, quibus ſententiam quamdam dixerant: & qua aliis ſtudium ſuum manifeſtabant. vide Liv. VI. *c.* XLI. & XXXIV. *c.* IV. Cicer. II. epiſt. XV. num. 2. *quod actum eſt, dii adprobent*. epiſt. XVIII. numer. 8. *tu quod egeris, id velim dii adprobent*. adde Gronov. ad Plaut. Amphitr. Prolog. *v.* 13. infra II. Epiſt. extr.

EPIST. II. CAP. I. 1. SCIO EGO, QUAM DIFF. Aemulatur principium Orationis Marii Jug. *c.* LXXXV. n. 1.

REGI, AUT IMPERATORI. Ex Salluſt. Cat. *c.* II. n. 3.

OPES IN EXCELSO SUNT. Cat. *c.* LI. n. 12. *qui magno imperio praediti* in excelſo *aetatem agunt*. Lege etiam Senec. VI. Beneſ. *c.* XXX. & XXXII.

DE FUTURO... CALLIDUS. Forſitan ex Corn. Nep. Themiſt. *c.* I. *quod & de inſtantibus (ut ait Thucydides) veriſſime judicabat*, & de futuris callidiſſime *conjiciebat*.

2. PRAVA MAGIS, QUAM BONA C. Lege omnino Lipſ. III. Polit. *c.* VIII. n. 19. & quae ibi collegit Reinhardus.

FORTUNA EX LUBIDINE SUA. Ex Salluſt. Cat. *c.* VIII. n. 1. & eam cauſſam citati modo ubertim exponunt.

3. ADOLESCENTULO REMP. CAPESSERE. Ex Cat. *c.* III. n. 3. *Sed ego adoleſcentulus ſtudio ad remp. latus ſum.*

IN EA COGNOSCENDA cet. *Curam habere in re cognoſcenda* vix dixerit Criſpus; ſed auctor ex Jug. *c.* LXXXV. n. 41. licentiam ſumſit.

MULTI MALIS ARTIBUS. Ex Jug. *c.* IV. n. 7.

UTI REMP. DOMI MILITIAEQUE. Ciceronem legerat, qui II. de Orat. *c.* LXXXII. ſcribit: *Ad conſilium autem de rep. dandum caput eſt*, noſſe rempublicam: *ad dicendum vero probabiliter, noſſe*

non ita, uti magiſtratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti
erant: ſed etiam, uti rempublicam domi militiaeque, quantumque armis,
4 viris, opulentia poſſet, cognitam haberem. Itaque mihi multa cum animo
agitanti conſilium fuit, famam modeſtiamque meam poſt tuam dignitatem
habere, & cujus rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriae
5 acciderit. Idque non temere, aut ex fortuna tua decrevi; ſed quia in te,
praeter ceteras, artem unam egregie mirabilem comperi. ſemper tibi ma-
6 jorem in adverſis, quam in ſecundis, rebus animum eſſe. Sed per ce-
teros mortales illa res clarior eſt, quod & prius defeſſi ſint homines lau-
dando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quae
gloria digna eſſent.

CAP. II. al. 10.

1 Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex alto reperiri poſſe, quod non co-
2 gitanti tibi in promtu ſit. Neque ego, quae viſa ſunt, de rep. tibi ſcripſi,
quia

mores civitatis. adde poſt Red. in Senat. *cap.* VI. & Ariſtotel. I. Rhetor. *c.* VIII.

4. Multa cum animo agitanti. Cat. *cap.* LIII. nu. 4. *Ac mihi* multa agitanti *conſtabat*. Alibi *cum animo volvere*, *reputare*. Plaut. Trin. A. II. Sc. I. *v.* 24. *Haec ego quom* ago Cum meo animo *& recolo*.

Famam modestiamque meam. Haec eo pertinent, quo illa I. Epiſt. *c.* VIII. nu. 9. Vere enim timebat homo tam audax malam *famam*, & videbat, omnes judicaturos hoc factum non eſſe *modeſtiae*, neque pudoris Salluſtii. Phraſis eſt ex Jug. *c.* LXXIII. num. 5. *ut*, *relictis operibus*, *frequentarent Marium*, *& ſua neceſſaria* poſt *illius honorem* ducerent. Terent. Adelph. A. II. Sc. III. *v.* 9. *Omnia qui ſibi* poſt *putaris* eſſe *prae meo commodo*.

Et cujus rei lubet periculum f. Ex Sall. Cat. *cap.* V. cujus *rei* lubet *ſimulator ac diſſimulator*.

Gloriae accederet. Omnes edd. Venetae, *acciderit*, quod repudiare non debemus.

5. Artem unam egregie mirabilem. Quamquam ſaepe Salluſtius *artes*, pro mediis quibuſdam & virtutibus dixerit, numquam tamen *artem* ſingulari numero ad eam ſignificationem. Sed & illud κακόζηλως dictum eſt, *artem unam — animum majorem in adverſis*. Poſtremo Salluſtius, pro ſua prudentia, non ſcripſiſſet, *majorem in adverſis quam in ſecundis*. Agitur enim nunc de pace & rebus Caeſari ſecundis, in quibus ille non minorem ſane, quam in adverſis, animum oſtendit. & ea demum perfecta laus eſt, parem in proſperis & adverſis animum gerere. quidquid contra fuerit, vitium eſt in heroe: quo adeo haec praedicatio non caret. Ipſa ſententia eſt vulgaris & apud Livium, Horatium, Corn. Nepotem, Juſtinum, Florum legitur.

6. *Per ceteros mortalis*. Ita vett. noſtrae edd. omnes. Alii autem *praeter*, quidam *ſuper* loco τῦ *per* ſubſtituunt. Carrio in Fabri & Briconeti libris reperit, *per deos immortalis*. Nihil muto. Dixit enim *per ceteros mortales*, qui jam laudaverint beneſacta & facinora clara rei militaris, eam rem clariorem eſſe, quam ut ipſe de ea multa verba facere debeat. Ita nempe Salluſtianum uſum Praepoſitionis *per* exprimere voluit.

Admirando munificentiam tuam. Ita omnes codd. Verum non id agitur, ut *munificentiam* Caeſaris celebret. Scripſerat *magnificentiam*, ut novator videretur verborum. Nam admirando *facta magna* & praeclara Caeſaris defatigati ſunt homines.

CAP. II. 1. Mihi decretum est. H. e. *a me*, ſive *decretum habeo* atque cognitum. Sic Jug. *ſibi cognitum ex ſpeculatoribus* &c. Plaut. Poen. A. I. Sc. I. *v.* 53. *Profeſtos feſtos habeam*, decretum eſt mihi.

Ex alto reperiri posse. Conjicit Urſinus, *ex alto reperi poſſe*, fruſtra tamen. *ex alto*, & *in promtu* ſibi recte opponuntur. vide N. Heinſium ad Sil. VIII. *v.* 266. qui etiam hunc Scriptorem dignum habuit, quem Salluſtium nominaret cum Lipſio, Gronovio, Bongarſio aliis. id quod iis, qui non propius noverunt, facile condonamus.

2. Amplius aequo probaretur. Ex Sall. Cat. *c.* LI. nu. II. *multi injurias* gravius aequo *habuere*.

Labores militiae. Vide ad Cat. *c.* VII. nu. 4.

Interque .... imperium. Cetera non moror, & Salluſtium ita Praepoſitione *inter* uti, alibi

Digitized by Google

quia mihi conſilium atque ingenium meum amplius aequo probaretur: ſed inter labores militiae, interque praelia, victorias, imperium, ſtatui admonendum te de negotiis urbanis. Namque tibi ſi id modo in pectore conſilii eſt, uti te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo contra adverſum conſulem beneficia populi retineas: indigna virtute tua cogites. 3
Sin in te ille animus eſt, qui jam a principio nobilitatis factionem diſturbavit, plebem Rom. ex gravi ſervitute in libertatem reſtituit, in praetura inimicorum arma inermis disjecit; domi militiaeque tanta & tam praeclara facinora fecit, uti ne inimici quidem fari quidquam audeant, niſi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quae dicam de ſumma republica. Quae profecto aut tu vera invenies, aut certe haud procul a vero. 4

C A P. III. al. II.

Sed quoniam Cn. Pompejus aut animi pravitate, aut quia nihil maluit, quam quod ſibi obeſſet, ita lapſus eſt, ut hoſtibus tela in manus jaceret: 1
quibus ille rebus remp. conturbavit, eisdem tibi reſtituendum eſt. Primum omnium ſummam poteſtatem moderandi de vectigalibus, ſumtibus, judi- 2

alibi diximus: Sed *inter imperium* non ſatisfacit ſententiae, nec dignum eſt, quem adhuc mentita eſt Epiſtola, auctore.

3. In pectore consilii est. Ex Plauti Moſtell. A. IV. Sc. I. *v. 9. Mihi in pectore conſilii quod eſt Lubet cavere malam rem prius*. De illo disjuncto, *quoque modo*, monuimus ad Epiſt. priorem.

Contra adversum Consulem. L. Lentulum intelligit, vide Caeſar. I. Civ. *c.* I. & II. Neque moretur, quod haec tamquam agenda proponantur, cum dudum acta eſſent eo tempore, quo hanc epiſtolam ſcriptam eſſe fingit auctor. Enallage enim iſta adeo trita & vulgaris eſt, ut facile conſtiterit ſcriptori.

Beneficia populi. Sic ipſe Caeſar I. Civ. *c.* IX. Sed & Salluſt. Jug. *c.* LXXXV. n. 3. & 8.

4. Jam a principio nobilitatis factionem. Res conſtat ex Dione & Suetonio. priora verba petita ſunt ex Jug. *c.* CII. n. 6. ut habent edd. vulgatae.

In praetura inimicorum arma. Sane Caeſar maximum diſcrimen adiit Praetor, quod ita ſuperavit, ut ipſi hoſtes ejus magno illum honore decoraverint. Rem narrat Sueton. Jul. *c.* XVI. XVII.

Domi militiaeque &c. Ex Cat. *c.* LIII. n. 2.

Quin accipe tu ea. Vide notata ad Cat. *c.* XX. n. 54. & videbis non ſatis apte, minimum non more Salluſtii hunc hominem particula *quin* uti, pro *age*.

De summa rep. Sic eſt in noſtris edd. vett. non *reip.* atque ita veteres omnes locuti ſunt, ut inſolens huic auctori eſſe non potuerit. vide citatos ad Coelii Epiſt. XIV. n. 5. *De ſumma rep. ſaepe tibi ſcripſi*. adde Graev. ad Juſtin. VI. *c.* I. n. 5. Ita & *de ſumma re*. vide Claudian. II. Eutrop. *v. 91*.

Aut vera invenies. Adumbratum ex Sall. Cat. *c.* XXXV. n. 2. *quam medius fidius veram licet agnoſcas*.

CAP. III. 1. Quia nihil maluit, quam quod. Venetae priores: *nihil eo maluit, quod tibi obeſſet*. Poſteriores: *nihil maluit, quod tibi obeſſet*. Sine dubio corrupte. quid enim illud, *quod tibi obeſſet?* Scribe: *quia nihil maluit, quam quod ſibi obeſſet*. Notat enim obſtinatum illum animum Cn. Pompeii, quo omnes conditiones pacis & concordiae repudiabat; cum Caeſar ad aequa omnia eſſet propenſior.

Tela in manus jaceret. Quibus telis ipſe periret. Notat autem hac dictione, Pompejum coegiſſe hoſtes ſuos, ut tela in manus ſumerent; aut potius Pompejum ſua tela hoſtibus ſubjeciſſe & ſuum quaſi gladium in manus dediſſe, quo ipſe jugularetur. Utroque ſignificatu Verbum *jacere* importunum eſt.

Eisdem tibi restituenda est. Libri Carrionis, & noſtrae edd. vett. *reſtituendum eſt*, quod non debebat mutari, ut recte animadvertunt ex Gronovio, qui Lucretii, *multa manus dandum eſt*; Varronis, *tempora animadvertendum*; & *loca idonea providendum* atque alia produxit I. Obſerv. *c.* VII. vide notam ad Jug. *c.* XV. n. 3.

2. Primum omn. Ita Salluſt. Jug. *c.* LXXXV. alibi.

Moderandi de vectigalibus. *Moderari* Verbum imperii, ut Salluſtius, *fortuna moderatur geni-*

Digitized by Google

judiciis, ſenatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, cujus antea ſum-
3 ma poteſtas erat, nosque his quidem legibus in ſervitute reliquit. Judicia
tametſi, ſicut antea, tribus ordinibus tradita ſunt; tamen iidem illi factioſi
regunt, dant, adimunt, quae lubet: innocentes circumveniunt; ſuos ad
4 honorem extollunt. Non facinus, non probrum, aut flagitium obſtat, quo
minus magiſtratus capiant: quod commodum eſt, trahunt, rapiunt: po-
ſtremo tanquam urbe capta, lubidine ac licentia ſua pro legibus utuntur.
5 Ac me quidem mediocris dolor angeret, ſi virtute partam victoriam, more
6 ſuo, per ſervitium exercerent. Sed homines inertiſſumi, quorum omnis
vis virtusque in lingua ſita eſt, forte, atque alterius ſocordia dominationem
7 oblatam inſolentes agitant. Nam, quae ſeditio ac diſſenſio civilis tot un-
quam illuſtres familias ab ſtirpe evertit? aut quorum umquam victoria ani-
mus tam praeceps tamque immoderatus fuit?

CAP. IV. al. 12.

1 L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametſi ſupplicio ho-
ſtium partes ſuas muniri intelligebat: tamen, paucis interfectis, ceteros
2 beneficio, quam metu, retinere maluit. At hercule nunc cum Catone,
L. Do-

gentibus; populus R. moderator gentium; & Pſeudo-Salluſtius in Declamat. n.3. *in hoc ordine ita moderatur* &c. Rem ipſam tam ex hiſtoria, quam ex Salluſtii querelis de potentia paucorum deſumſit. vide eum Jug. *c.* XLI. n.6. & Cat. *c.* XX.

PLEBEM R... NE AEQUIS QUIDEM LEGIBUS. Venetae priores: *plebem R... neque iis quidem legibus* &c. Manutius aliique: *nosque his quidem legibus*, &c. Edita Carrionis eſt ex Vaticano depromta. quae tamen dubiae ſanitatis eſt.

3. TRIBUS ORDINIBUS. Nimirum Pompejo M. II. & M. Licin. Craſſo II. Coſſ. lege Aurelia judicia, quae ſenatus fuerant, plebi & equitibus communicata ſunt. vide Marcellum Donat. ad Sueton. Jul. *c.* XLI.

INNOCENTES CIRCUMVENIUNT. Verba Salluſtii Cat. *c.* LI. n.40.

SUOS AD HONOREM EXTOLLUNT. Senſus ex Cat. *c.* XX. n.8.

4. OBSTAT, QUO MINUS. Ex Epiſtola Mithridatis n.17.

TRAHUNT, RAPIUNT. Verba Criſpi Cat. *c.* XI. n.4. *Capta urbe*, quod mox dicit, non locus eſt judiciis, ſed victores ex lubidine ſua agitant. vide Cat. *c.* LII. n.4.

PRO LEGIBUS UTUNTUR. Formula habetur Jug. *c.* LXI. n.3. *regi inſidias per amicos tendere, & eorum* perfidia pro armis *uti parat*.

5. PER SERVITIUM EXERCERENT. *Victoriam exercere* dictio eſt Salluſtiana. vide Cat. *c.* XXXVIII. extr. *Servitium* etiam pro ſervitute dixit Jug. *c.* LXII. n. 9. Sed compoſitio durior eſt, & minime Salluſtiana; hoc ſenſu: exercent cum aliorum ſervitute victoriam, ſeu ita, ut alios pro ſervis habeant. Proxime ad illud Curtii X. *c.* VIII. n.19. *reddere hoc imperium malo, quam* exercere *civium* ſanguine.

6. VIS VIRTUSQUE IN LINGUA SITA EST. Ex Cat. *c.* I. vide quae diximus ad I. Epiſt. princ.

DOMINATIONEM INS. AGITANT. Ita Criſpus *imperium agitare*, Cat. *c.* IX. n.5.

7. DISSENSIO CIVILIS. Ex libris deterioribus Salluſt. Jug. *c.* XLI. extr. adde I. Hiſtor. Fragm. poſt princ.

AB STIRPE EVERTIT. Salluſt. Cat. *c.* IX. n.I. *ab ſtirpe* interiit.

VICTORIA. Pro *in victoria*; quia Criſpus *bello*, *itinere*, & alia ſcripſit omiſſa Praepoſitione.

CAP. IV. 1. LEGE BELLI LICUERUNT. Salluſtius *jure belli*. Sed cum pro *conſuetudine*, *lex* dicatur, vide Burmann. ad Petron. *c.* CXXXVI. feramus licet hanc locutionem.

SUPPLICIO HOSTIUM S. P. MUNIRI. Sic Carrionis & Popmae libri. noſtrae etiam edd. vett. ut peſſime alii praeferant *a Sulpicio hoſtium partes muniri*. Verbum derivatum eſt ex Jug. *c.* XXVIII. n.4.

BENEFICIO, QUAM METU RETINERE. Ex Terentio, ut obſervavit Ciacconius. vide ad Jug. *c.* C. n.5. adde Eod. *c.* XLI. n.2. & Cat. *c.* IX. extr.

2. NUNC CUM CATONE, L. DOMITIO. *Nunc*
cum

Digitized by Google

L. Domitio, ceteriſque ejuſdem factionis, quadraginta ſenatores, multi praeterea cum ſpe bona adoleſcentes, ſicuti hoſtiae, mactati ſunt: cum interea importuniſſuma genera hominum tot miſerorum civium ſanguine ſatiari nequivere: non orbi liberi, non parentes exacta aetate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies malefaciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate
everſum irent. Nam, quid ego de te dicam, cujus contumeliam homines 3
ignaviſſumi vita ſua commutare volunt? ſcilicet neque illis tantae voluptati eſt (tametſi inſperantibus accidit) dominatio, quanto moerori tua dignitas: qui optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere,
quam per te populi R. imperium maxumum ex magno fieri. Quo magis tibi 4
etiam atque etiam animo proſpiciendum eſt, quonam modo rem ſtabilias
communiasque. Mihi quidem quae mens ſuppetit, eloqui non dubitabo. 5
Ceterum tui erit ingenii probare, quae vera atque utilia factu putes.

CAP.

cum deſunt Venetis edd. & priores quidem habent *Catonem*. Neſcio, cui bono hic mentio fiat Catonis, niſi *cum* addatur. Uterque autem magnae auctoritatis erat in partibus Pompejanis. Ille Uticae ſuis manibus periit; hic ad Pharſalum. vide Caeſar. III. Civ. *c.* XCIX. adde infra *c.* IX. n. 2. & 3. Eodem pertinent illi *quadraginta Senatores*, qui mox memorantur. Nempe & ii in bello perierunt. Extra illud nemo occiſus, praeter Afranium, Fauſtum & L. Caeſarem, Sueton. Jug. *cap.* LXXV. Illis tamen caedibus, inquit auctor, contenti eſſe debebant homines illi crudeles, qui reip. otium non permittunt. Credo, Coelium, & hujus generis alios tangit, qui Romae turbabant, cum Caeſar abſens eſſet, vide Caeſar. III. Civ. Simul & illos, qui profligato Pompejo, in Africa & Hiſpania partes Pompeii fovebant, Caeſaremque laceſſebant, num. 3.

Cum spe bona adolescentes. Antiquitatem adfectat. Ita Ennius apud Cic. de Seneſt. *c.* I. *Ille vir haud magna* cum re, *ſed plenus fidei*. Lenius illud Cic. II. de Invent. *Cum & id aetatis, & privatus eſſem, & eſſet ſumma* cum auctoritate *& poteſtate imperator*.

Sicuti hostiae, mactati s. Valer. Max. IX. *c.* VII. nu. 2. *ſacrificare incipientem adorti*, *in modum* hoſtiae, *necaverunt*. Supra jam alia in hanc rem adnotata ſunt.

Importunissima genera hominum. Primum vocabulum fluxit ex Sall. Jug. *c.* XXXI. nu. 22. duo poſteriora ex Eod. *c.* IV. nu. 4.

Satiari nequivere. Sic edd. vett. quas conſuluimus. Alii *nequiverunt*; pars *nequiere*. Sumtum ex I. Hiſt. Orat. Lepidi nu. 5.

Parentes exacta aetate. Sall. Jug. *c.* VI. n. 2. *poſtquam hominem*, exacta *ſua* aetate, *parvis liberis, magis magiſque creſcere intellegit*.

Legerat etiam auctor Cat. *c.* XV. nu. 2. *timens privignum* adulta aetate.

Animum eorum inflexit. *Flexit* Salluſtius Jug. *c.* IX. num. 3. Ab eodem eſt *acerbius in dies*, Cat. *c.* V. num. 7.

Eversum irent. Sic Salluſtius *ereptum ire*, *perditum ire*. vide noſtra ad Cat. *c.* XXXVI. n. 4.

3. Quid ego de te dicam. Formula petita eſt ex Cat. *c.* LII. num. 34.

Vita sua commutare volunt. Recte Gronovius: in quem ut ſint contumelioſi (quem ut ex faſtigio ſuo detrudant) vitam ſuam impendere ſunt parati. Dictionem ex Salluſtiano uſu Verbi *mutare* formavit, de quo ad haec Jug. *c.* XXXVIII. extr. quae *gravia quamquam & flagitii plena erant*: *quia mortis* metu mutabant, *ſicuti regi libuerat*, *pax convenit*. Sed edd. priores Venetae *nolunt* habent, quod etiam in Vaticano legi dicitur. Hoc autem Gronovius interpretatur: in quem ut ſint contumelioſi, vitam beneficio ejus accipere nolunt. Quod non abſurdum eſt, & ſumtum ex Seneca II. de Benef. *c.* XX. princ. Alterum tamen praefero. Eleganter Vellejus II. *c.* LII. extr. de Caeſaris clementia poſt aciem Pharſalicam: *Sed munus miſericordiae corrupit* pertinacia, *cum libentius vitam victor jam daret, quam victi acciperent*.

Libertatis periculum facere. Phraſis Taciti, pro tentare, an libertatem recipere poſſint ex tua calamitate.

Maximum ex magno. Imitatur Salluſtii Jug. *cap.* X. nu. 2. *tua virtute nobis Romanos ex amicis amiciſſimos feciſti*.

4. Etiam atque etiam. Ex Jug. *c.* LXXXV. n. 28.

5. Mihi q. quae mens suppetit. Nove dictum. *Mihi quae ſuppetunt* ceteri dicunt, aut *quae mihi mens ſuppeditat*. Sumſit licentiam

Ttttt ex

Digitized by Google

CAP. V. al. 13.

1 In duas partes ego civitatem diviſam arbitror, ſicut a majoribus accepi,
in partes & plebem. Antea in patribus ſumma auctoritas erat, vis multo
2 maxuma in plebe. Itaque ſaepius in civitate ſeceſſio fuit: ſemperque no-
3 bilitatis opes deminutae ſunt, & jus populi amplificatum. Sed plebes eo
libere agitabat; quia nullius potentia ſuper leges erat; neque divitiis, aut
ſuperbia, ſed bona fama, factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat:
humillimus quisque in armis, aut militia, nullius honeſtae rei egens, ſa-
4 tis ſibi, ſatisque patriae erat. Sed ubi eos paullatim expulſos agris, iner-
tia atque inopia incertas domos habere ſubegit: coepere alienas opes pete-
5 re, libertatem ſuam cum republica venalem habere. Ita paullatim populus,
qui dominus erat, & cunctis gentibus imperitabat, dilapſus eſt: & pro
6 communi imperio, privatim ſibi quisque ſervitutem peperit. Haec igitur
multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitasque va-
rias diſpalata, nullo modo inter ſe congruens, parum mihi quidem ido-
7 nea videtur ad capeſsendam rempubl. Ceterum, additis novis civibus, ma-
gna

ex Salluſtii, *quid laborare*; *conſtitit agmen*; *rem differere*; aliiſve talibus. Aut quod videret Salluſtium *excitus*, *tutus*, pro *tutatus* alia Simplicia pro Iterativis uſurpare.

CAP. V. 1. SICUT A MAJORIBUS ACCEPI. Dictio ex Sall. Cat. *c.* VI. nu. I. Romuli autem inſtitutum erat, civitatem ita dividere: manſit etiam diu, quamvis poſtea equeſtris ordo acceſſiſſet. is enim in plebis partibus fuit, niſi ubi eum ſpes quaedam aut emolumentum a plebe dimovit. vide Sall. Jug. *c.*XLII. num.I.

2. AUCTORITAS. Nempe in conſiliis & dignitate. Ita & alii *auctoritatem Senatus*, *vim plebis* fuiſſe docent. vide Livium, alios. & adde Sall. Cat. *c.* XXXVIII.

SECESSIO FUIT. Vide Cat. *cap.* XXXIII. num. 3. Porro *opes imminutae* Eod. *c.* XXXIX. num. I. reperias.

3. PLEBES EO LIBERE AGITABAT. *Eo* eſt Salluſtianum, ab aliis tamen haud rarius uſurpatum; ut oſtendimus ad Cat. *c.*XXI. & alibi. *Agitare aequo jure*, & alia ejuſdem auctoritatis ſunt.

SUPER LEGES ERAT. Quod aliter factum, cum poſtea potentiſſimus quiſque figeret ex ſua lubidine atque refigeret leges. De ea re paſſim conqueritur Seneca, etiam l. proxime citato.

IGNOBILEM ANTEIBAT. Sall. Jug. *c.* VI. nu. I. *cum omnes gloria* anteiret.

HUMILLIMUS QUISQUE IN ARMIS. Popma *in agris*; Douza *in arvis*, eo quod ſtatim excipiat *aut militia*, neque praeſumendum ſit Salluſtium idem bis dicere. Libri nihil movent, nec adeo circumſpectum fuiſſe hunc auctorem, ut omnia vitia, quae peritus lector pervidere queat, evitaverit, jam aliis documentis comprobatum eſt. Quamobrem nihil muto. *In armis* forte dixit, quod ipſe armatus per *praedam* partam ſibi ſuffecerit; *in militia* autem per *ſtipendium* publicum. Ita excuſatius peccat. ipſam dictionem depromſit ex Sall. Cat. *c.*XXXVII. n 6. aut Eod. *c.*LI. n.19.

4. EXPULSOS AGRIS. Ex Jug. *cap.* XLI. n.7.8.

INCERTAS DOMOS. Jug. *c.*XVIII. n.3. *vagi*, *palantes*, *qua nox coegerat*, *ſedes habebant*.

ALIENAS OPES PETERE. Amphibologia eſt indecora. Rectius Salluſt. Cat. *c.* V. n.4. *alieni adpetens*; & *c.* XII. nu.2. *aliena cupere*.

VENALEM HABERE. Sic Epiſt.I. *venalia habere*, & oſtendimus, cui debeatur.

5. QUI DOMINUS ERAT ET CUNCTIS. Venetae omnes: *qui dominus erat*, *cunctis gent.* Alii: *qui dominus cunctis g. imperitabat*. Senſus eſt ex Jug. *c.* XXXI. num.20.

6. MALIS MORIBUS IMBUTA. Ex Cat. *cap.* XIII. extr.

IN ARTES VITASQUE VARIAS. *Vitas*, pro vitae generibus dixit, quod etiam ad priorem Epiſt. animadvertimus. *Vitas* plurium numero Virgilius, Terentius atque alii uſurpant. vide Voſſium I. de Analog. *c.* XL.

7. ADDITIS NOVIS CIVIBUS. Fingit hoc conſilium ex facto Caeſaris, quo Tranſpadanos alioſque peregrinos civitate donavit, eoſque partim cum veteribus civibus in coloniis poſuit, partim Romam accivit atque in ipſum ſenatum adlegit. Cicero, Dio & Suetonius auctores ſunt.

MAGNA ME SPES TENET. Ex Cat. *c.* LVIII. n.18. *expergiſcantur* ex Cat. *c.*XX. & LII. *ad libertatem* ſatis ad morem Salluſtii, qui Participia & Adjectiva frequenter omittit.

TUM HIS SERVITUTIS. Peregrinos enim in
eadem

gna me ſpes tenet, fore, ut omnes expergiſcantur ad libertatem: quippe
cum illis libertatis retinendae, tum his ſervitutis amittendae cura orietur.
Hos, ego cenſeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis conſtituas: 8
ita & res militaris opulentior erit, & plebes bonis negotiis impedita ma-
lum publicum facere deſinet.

CAP. VI. al. 14.

Sed non inſcius, neque imprudens ſum cum ea res agetur, quae ſaevi- 1
tia, quaeque tempeſtates hominum nobilium futurae ſint, cum indignabun-
tur, omnia funditus miſceri, antiquis civibus hanc ſervitutem imponi,
regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo
ingens in civitatem pervenerit. Equidem ego ſic apud animum meum ſta- 2
tuo: malum facinus in ſe committere, qui incommodo reip. gratiam ſibi
conciliet; Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt: id vero dubitare
adgredi, ſocordiae atque ignaviae duco. M. Livio Druſo ſemper conſilium 3
fuit, in tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in princi-
pio agere intendit, niſi illi auctores fierent. Sed homines factioſi, quibus do- 4
lus, atque malitia, fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem
maxu-

eadem civitate eſſe, eodem jure uti, &, ſi meruerint, veteribus anteponi: eoſdemque illi, cujus beneficio adepti ſunt civitatem, ſemper favere, ne quid novarum rerum moliantur, providere, ſemper ſervitutis eſt habitum. Vide & Bernegger. ad Juſtin. XLIII. c. III. extr. & ad VIII. c. V. nu. 7.

8. PERMIXTOS CUM VETERIBUS. Utiliſſimum Caeſari, ſed veteribus illis ita odioſum, ut Thracibus apud Tacit. IV. Ann. c. XLVI. adde XII. Ann. c. XXXII.

RES MILITARIS OPULENTIOR. Ex Dione, qui talia Caeſarem ad populum & ſenatum R. dictitaſſe refert.

MALUM PUBLICUM FACERE. I. res agere, quae vertant in malum publicum; ſeditiones excitare cet. Audacior formula. Credo, quod Salluſtius *injuriam*, *cladem*, *formidinem facere*, multa praeterea dixerit, ab auctore adfectatam.

CAP. VI. 1. NON INSCIUS, NEQUE IMPRUDENS. *Sciens prudenſque* Coelius Ep. XVI. n. 10. Salluſtius I. Hiſt. apud Aruſianum: Prudens *omnium, quae ſenatus cenſuerat. imprudens*. ſaepe Cicero. vide nos ad V. epiſt. VI. nu. 1.

CUM EA RES AGETUR. Ex Jug. c. XCV. princ.

OMNIA FUNDITUS MISCERI. Monui de hac formula ad princ. prioris Epiſtolae.

2. APUD ANIMUM MEUM STATUO. Sic Sulpicius Cic. IV. epiſt. V. num. 13. *apud animum propone*.

FACINUS IN SE ADMITTERE. Salluſtius ſine termino Jug. c. LIII. nu. 7. *paene imprudentia* admiſſum facinus *miſerabile*.

INCOMMODO REIP. I. *cum malo reip.* vide notata ad Cat. c. LI. num. 32.

ETIAM PRIVATIM USUI EST. Recte cenſet. neque enim ob ſpeciem propriae utilitatis peccat, niſi apud ignaros omnium rerum. Id pluribus Cicero III. Offic. oſtendit, quem vide apud Colerum.

3. M. LIVIO DRUSO. Venetae omnes: *M. Lubio Druſo*. quomodo apud Jul. Obſeq. *cap.* CXIV. *Libius Troſo*, pro *Livio Troſo*. vide de eo Florum III. c. XVII. & quos ibi citant. ſed adde in primis Vellej. Pat. II. c. XIII. qui multus eſt in praedicando Livio, cum ceteri fere eum tamquam ambitioſum, audacem & ſuperbum perſtringant.

CONSILIUM FUIT. Ex Sall. Cat. c. IV. nu. 1.

NITI PRO NOBILITATE. Dictionem ab Salluſtio eſſe, ſine indicio conſtat. De re Vellejus: *cum ſenatui priſcum reſtituere cuperet decus*. Recte etiam noſter infra *in principio*. nam & Paterculus c. XIV. princ. *Tum converſus Druſi animus* cet.

NISI ILLI AUCTORES FIERENT. Dictio Liviana & Tulliana. Liv. I. c. XVII. *priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres* auctores fiunt. ibi vide Sigonium.

4. DOLUS ATQUE MALITIA FIDE CAR. Ex Salluſt. Jug. c. XVI. num. 4. *paucis* carior fides, *quam pecunia, fuit*.

MAXUMUM BENEFICIUM. Ita Marius Jug. cap.

maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet & ſibi quisque
conſcius, malo atque infido animo eſſe, de M. Livio Druſo juxta, ac de
5 ſe, exiſtumaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam ſolus rerum
6 potiretur, contra eum niſi, ſua & ipſius conſilia diſturbaverunt. Quo
tibi, Imperator, majore cura fideque amici, & multa praeſidia paranda
ſunt.

CAP. VII. al. 15.

1 Hoſtem adverſum opprimere, ſtrenuo homini haud difficiſe eſt: occul-
2 ta pericula neque facere, neque vitare bonis in promtu eſt. Igitur, ubi
eos in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in ea
re maxume animum exercitato, uti colantur boni mores; concordia in-
3 ter veteres & novos coaleſcat. Sed multo maxumum bonum patriae, ci-
vibus, tibi, liberis, poſtremo humanae genti pepereris, ſi ſtudium pecu-
niae aut ſuſtuleris, aut, quod res feret, minueris. Aliter, neque privata
res,

cap. LXXXV. nominat Conſulatum. Sed Livius & plebi, & equitibus, & Senatui multa contulit, quae vide apud Auct. de Vir. Illuſtr. *cap.* LXVI. Is etiam addit: *Ex gratia nimia in invidiam venit.*

CONSCIUS, MALO ATQUE INFIDO cet. Hoc praeter morem Criſpi ita extenditur, qui nude *conſcius*, *conſcientia* ſcribit. Jug. *c.* XL. n. 2. *partim* conſcii ſibi, *alii ex partium invidia pericula metuentes*. Adde tamen Cat. *c.* V. n. 7. etſi neque illo loco hunc ſcriptorem excuſaveris. *Infido ingenio* dixit Criſpus Jug. *c.* LXI. n. 5.

JUXTA, AC DE SE EXISTUMAVERUNT. Non ita Salluſtius. Verum *ſuae hoſtiumque vitae juxta parcere; ſibi ac reip. juxta conſulere, vitam mortemque juxta aeſtimare* cuivis nota ſunt.

5. SOLUS RERUM POTIRETUR. *Potiri* cum Caſu Patrio frequenter Criſpus. Auctor ita 1. Ep. *c.* II. *rerum potentes*. Mox edd. vett. *contra eum niſi*.

SUA IPSIUS CONSILIA. Barbarum hoc, ſi poſuit pro *ſua ipſorum*; ſin ad Livium retulit, non multo elegantius eſt, pro *ejus ipſius*. Recte edd. Venetae: *ſua & ipſius*. Habebat enim in animo Druſus auctoritatem Senatus augere, idque auctoribus patribus. Sed cum illi artes Druſi non intelligerent, & peſſima quaeque ſuſpicarentur, factum, ut ſua illi & Druſi conſilia diſturbarent. vide Vellejum l. c.

6. MAJORE CURA FIDEQUE. Nihili vox illa *fide*: quid enim *majore fide quaerere?* Sed auctor *cura* ad *quaerere*, & *fide* ad ipſum illud *amici* retuliſſe videtur, quaſi *amicos majore fide quaerere* juberet.

CAP. VII. 1. OCCULTA PERICULA NEQUE FACERE. I. non poſſunt boni occulte aliis periculum inferre, quia contra virtutem illis videtur, nec ſe umquam in iis artibus exercuerunt: Sed aliorum inſidias non magis vitare poſſunt; quia occulta omnia imparatos aut minus intentos offendunt. Tacitus IV. Hiſt. *cap.* XXIV. *Aperta odia armaque palam depelli: fraudem & dolum obſcura, eoque inevitabilia*. Cicer. 1. in Verr. *cap.* XV. *nam eum, qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis: hoc vero occultum, inteſtinum ac domeſticum malum, non modo non exſiſtit, verum etiam opprimit, antequam proſpicere atque explorare potueris*. ibi vide Hottomannum. *pericula facere* deſumtum eſt ex Sall. Catil. *cap.* XXXIII. n. 1.

2. REVOCATA PLEBES ERIT. Edd. Venetae: *renovata plebe erit*. Eaedem mox: *animum exercito*.

COLANTUR BONI MORES. Ex Catil. *cap.* IX. princ. *Igitur domi militiaeque boni mores colebantur.*

CONCORDIA INTER V. ET N. COALESCAT. Jug. *c.* LXXXVII. n. 3. *Sic brevi ſpatio novi veteresque coaluere.*

3. MULTO MAXUMUM BONUM. Sic Sall. Cat. *c.* XXXVI. n. 4. multo maxume *miſerabile*. ubi vide.

STUDIUM PECUNIAE. Cat. *c.* XI. n. 3. *Avaritia* pecuniae ſtudium *habet*. Idem monitum legimus Epiſt. priore. Recte autem uſum divitiarum primo tollendum oſtendit. Nam *ibidem divitiarum cupido eſt, ubi & uſus*, Juſtin. II. *cap.* II.

4. Cu-

res, neque publica, neque domi, neque militiae, regi poteſt. Nam ubi 4
cupido divitiarum invaſit; neque diſciplina, neque artes bonae, neque in-
genium ullum ſatis pollet: quin animus magis, aut minus mature, poſtre-
mo tamen ſuccumbit. Saepe jam audivi, qui reges, quae civitates, & na- 5
tiones, per opulentiam magna imperia amiſerint, quae per virtutem ino-
pes ceperant: id adeo haud mirandum eſt. Nam ubi bonus deteriorem di- 6
vitiis magis clarum, magisque acceptum videt, primo aeſtuat, multaque
in pectore voluit: ſed ubi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia
vincit; animus ad voluptatem a vero deficit. Quippe gloria induſtria alitur; 7
ubi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt. Poſtremo ubi 8
divitiae clarae habentur, ibi omnia vilia ſunt, fides, probitas, pudor, 9
pudicitia. Nam ad virtutem una & ardua via eſt: ad pecuniam, qua cui-
que lubet, nititur: & malis & bonis rebus ea creatur. Ergo in primis au- 10
ctoritatem pecuniae demito: neque de capite, neque de honore ex copiis
quisquam magis aut minus judicaverit; ſi neque praetor, neque conſul ex
opulentia, verum ex dignitate creetur. Sed de magiſtratu facile populi ju- 11
dicium fit. Judices a paucis probari, regnum eſt; ex pecunia legi, inho-
neſtum. Quare omnes primae claſſis judicare placet, ſed numero plures,
quam judicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam ſuorum 12
judiciorum poenituit: ubi promiſcue dives, & pauper, ut cuique ſors tu-
lit, de maxumis rebus juxta, ac de minumis diſceptat.

CAP.

4. Cupido div. invasit. Sic Criſpus Catil. *c.*xi. & alibi.

Ingenium u. s. pollet. Verba ex Jug. *c.*i. *abunde* pollens *potenſque & clarus eſt animus.* Aut ex Cat. *c.*li. nu.2. *ſin lubido poſſidet, ea dominatur: animus nihil valet.*

Postremo tamen. Vide ad i. Epiſt. princ.

5. Qui reges, quae civitates. Rem eamdem tractat Epiſt. i. Habitus verborum idem fere, qui Cat. *cap.* li. num.4.

Id adeo haud mirandum est. Venetae: *ideo haud mirandum eſt*, quomodo *id adeo* corruptum eſt etiam Cat. *c.* xxxvii. extr. ubi vide.

6. Divitiis magis clarum cet. Deſumtum eſt ex corrupta lectione Jug. *c.*lxx. n.2. *hominem nobilem, magnis* opibus clarum acceptumque *popularibus ſuis. Multa volvere* ex eodem fonte derivatum eſſe, ſupra jam diximus.

Gloria honorem magis in dies. Abſurdiſſima dictio, *gloria vincit honorem*, pro eo, quod eſſet, divitiis clari vincunt & anteveniunt probos, quibus honor debetur. Illud *magis in dies* Salluſtianum eſt. vide Cat. *c.*xx. num.4.

Ad voluptatem a vero. Poſitura Criſpi eſt, qui plerumque terminum ad quem praemittit. vide ad Cat. *c.*xxxvi. nu.4. Illud etiam *a vero* eidem auctori debetur. vide Jug. *c.* xvi. n.i.

7. Gloria industria alitur. Sententia valde vulgaris, in quam legere licet Cic. v. de Finib. *c.*xxiv. Senec. iv. Benef. *cap.*xxx. alios. Ita & Ovid. iv. Pont. Epiſt. ii. *v.* 35. *Excitat auditor ſtudium; laudataque virtus Creſcit; & immenſum gloria calcar habet.*

Ubi eam demseris. Lege Cic. pro Archia *c.*xi.

8. Clarae habentur. Sall. Cat. *c.*i. *Virtus* clara *aeternaque* habetur. Eod. *c.*xii. princ. *Poſtquam* divitiae honori *eſſe coepere.*

9. Una et ardua via. Sic recte Vaticanus, & plura Salluſtii collegimus ad Jug. *cap.* lxxviii. extr. Male Venetae: *una ardua*, ſine Conjunctione.

Qua cuique l. nititur. Cat. *c.* xi. num. i. *Sed ille vera via* nititur, cet.

Bonis rebus ea creatur. I. comparatur, exſiſtit. ut Cicero, *in urbe luxuries creatur.* *Bonis rebus* bene tuetur Waſſius contra Urſinum, qui *bonis rationibus* reponebat.

10. Neque praetor, neque consul. More Criſpi haec conjungit. vide Jug. *c.*iv. num.8.

11. Omnes primae classis. Prima claſſis erat ditiſſimorum. vide ad Jug. *c.*lxxxvi. n.2. Sed impedita haec ſunt, & quomodo cohaereant, quae n.12. de divitibus & pauperibus ſubjiciuntur, nondum pervidere potui. Neque tanti exiſtimo, ut diutius morentur.

12. Neque Rhodios. De iis dictum ad Cat. c.li. morem eorum, quo, ut aliae Graecorum civitates, omnis populus de rebus maximis, mini-

CAP. VIII. al. 16.

1 Sed de magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex,
quam C. Gracchus in tribunatu promulgaverat; ut ex confuſis quinque
2 claſſibus ſorti centuriae vocarentur. Ita coaequati dignitate, pecunia,
3 virtute anteire alius alium properabit. Nec ego magna remedia contra di-
vitias ſtatuo. Nam peinde omnes res laudantur, atque appetuntur, ut ea-
rum rerum uſus eſt: malitia praemiis exercetur. Ubi ea demſeris, nemo
4 omnium gratuito malus eſt. Ceterum avaritia, bellua fera, immanis, in-
toleranda eſt: quo intendit, oppida, agros, fana atque domos, vaſtat:
divina cum humanis permiſcet: neque exercitus, neque moenia obſtant,
quo minus vi ſua penetret; fama, pudicitia, liberis, patria, atque paren-
5 tibus cunctos mortales ſpoliat. Verum, ſi pecuniae decus ademeris, ma-
6 gna illa vis avaritiae facile bonis moribus vincetur. Atque haec ita ſeſe ha-
bere, tametſi omnes aequi atque iniqui memorent: tamen tibi cum factio-
ne nobilitatis haud mediocriter certandum eſt; cujus ſi dolum caveris, alia
7 omnia in proclivi erunt. Nam hi, ſi virtute ſatis valerent, magis aemuli
bonorum, quam invidi, eſſent. Quia deſidia, & inertia, & ſtupor eos,
atque torpedo, invaſit; ſtrepunt, obtrectant, alienam famam, bonam
ſuum dedecus aeſtumant.

CAP.

mis in concionibus, aut ex eo ſorte lecti judicaverunt, vel ex Livio cognoſcas.

Ut cuique fors tulit. Mallet Gronovius, *utcumque fors tulit*. Edd. vett. habent *ſors*. Salluſtius: *ut quoſque fors conglobaverat*.

CAP. VIII. 1. Haud mihi q. absurde placet. *Placet haud abſurde* non eſt Salluſtianum. Is Cat. *c*. III. n. 1. *bene dicere* haud abſurdum *eſt*.

C. Gracchus in tribunatu prom. Tulit eam legem A. V. 630. Metello & Flaminio conſulibus, ut electio magiſtratuum non ditiorum ſolum, ſed etiam tenuiorum eſſet. vide Pigh. Ann. Tom. III. pag. 52.

Ex confusis quinque classibus. Antea enim ex ordine cenſus evocabantur centuriae. adde Gronov. ad Liv. XXVI. *c*. XVIII.

Sorte centuriae vocarentur. Venetae priores *ſorti*, probatque Auſ. Popma.

2. Coaequati dignitate, pecunia. *ἀσυνδέτως*, ut ſolet Salluſtius. Melius tamen eſſet: *coaequati dignitate, non pecunia, ſed dignitate*. Forte omiſerat noſter Adverſativam *ſed*, quae non raro ab Criſpo reticetur. ea res poſtea *non* ſuſtulit.

Virtute anteire. Salluſt. Jug. *c*. IV. *virtute antevenire* dixit.

3. Haec ego magna remedia. Sic Carrio. Sed Vaticanus & omnes noſtrae edd. vett. *Nec ego*. quod mihi ſatis probatur. Parva enim remedia & minimi operis ſua conſilia contra pecuniam vult videri, & ad eumdem fere modum Memmius Jug. *c*. XXXI.

Malitia praemiis exercetur. I. propter praemia. nam nemo facile *gratuito* malus eſt; de quo vide noſtra ad Cat. *c*. XVI. n. 3. deſcripſit autem ex 1. Hiſt. Or. Philippi n. 9.

4. Avaritia bellua fera. Eadem figura uſi Chryſoſtomus, Theodoretus, Gregorius, Iſidorus Peluſiota. Salluſtius ſimplicitatem amavit. Cat. *c*. X. XI.

Divina cum humanis permiscet. Cat. *c*. XII. n. 2. *divina atque humana promiſcua habere*.

Vi sua penetret. Sententia eſt vulgatiſſima, quam ita declamatorie exornat auctor, ut aures etiam verberet. Viderint illi, qui hic Salluſtium invenerunt, ut concoquant.

6. Haud mediocriter. Dixit & Criſpus, *haud mediocrem animum*, ſed ſenſu longe alio, Jug. *c*. VIII. n. 1. Sed auctor parum cordi habuit, vulgata ab Salluſtianis diſcernere. Quidquid potuit, corraſit, ut centonem ſuum conficeret.

Dolum caveris. Forte ex corrupta lectione Cat. *c*. XXVI. n. 2. deſumtum eſt.

7. Virtute satis valerent. Sicut Criſpus *parum animo, amplius armis, bello valere*. item Cat. *c*. II. *virtus valet*.

Aemuli bonorum, quam. Ut veteres Romani

CAP. IX. al. 17.

Sed, quid ego plura, quaſi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, 1
atque animi vis, in conſulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam
callidus ingenio. Quid ille audeat, cui conſulatus, maxumum imperium,
maxumo dedecori fuit? An L. Domitii magna vis eſt, cujus nullum mem- 2
brum a flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentae, pedes
fugaces; quae honeſte nominari nequeant, inhoneſtiſſuma. Unius tamen 3
M. Catonis ingenium verſutum, loquax, callidum haud contemno. Paran-
tur haec diſciplina Graecorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Grae-
cos nulla ſunt. Quippe, cum domi libertatem ſuam per inertiam amiſerint;
cenſesne eorum praeceptis imperium haberi poſſe? Reliqui de factione ſunt 4
inertiſſumi nobiles: in quibus, ſicut in ſtatua, praeter nomen, nihil eſt
additamenti. L. Poſtumius, & M. Favonius, mihi videntur quaſi magnae 5
navis ſupervacua onera eſſe, ubi ſalvi pervenere, uſui ſunt; ſi quid adverſi
coortum eſt, de illis potiſſumum jactura fit, quia pretii minumi ſunt.

CAP.

mani Cat. *c.* LI. n. 38. *imitari, quam invidere bonis, malebant.* ubi vide plura. Mox *Quia deſidia* cet. Criſpi numeros ſapit, qui per *quia*, pro *Sed quia* orditur Periodos. vide Catil. *cap.* XVIII. extr.

Suum dedecus aestumant. Sic edd. vett. Vulgo, *exiſtumant*. Alii etiam *bonam* omittunt; cum tamen *bonam famam* deſumſerit ex Cat. *c.* VII. n. 6.

CAP. IX. 1. M. Bibuli. Is fuit Conſul cum C. Caeſare, hujusque actionibus ſemper adverſus, inprimis legi agrariae, quam Caeſar ſummo ſtudio ferebat. vide Plutarch. Dion. & Appianum. item Caeſar. III. Civ. *c.* XVI. XVIII.

Maxumum imperium. Ita conſulatus vocatur ab Salluſtio VI. Hiſt. Orat. Cottae. Fuit autem Bibulo vere maximo dedecori, tum quod paene in carcerem conſul detruſus eſſet, tum quod, poſt perlatam legem illam agrariam, nihil in rep. egit, niſi domo abditus per edicta Caeſari obnunciavit: ita ut faceti quidam non *Caeſare & Bibulo Coſſ.* ſcriberent, ſed *Julio & Caeſare*. vide Dionem & Sueton. Jul. *c.* XX.

2. L. Domitii. Hujus jam mentio facta ſupra *c.* IV. n. 12. ubi vide.

Quae honeste nominari nequeant. Deſcripſit haec omnia ex Declamat. in Ciceron. n. II. Et ita decebat utrumque declamatorem. Rutilius Lup. de Figur. Sentent. lib. I. de Meriſmo: *Cujus corporis partes omnes ſunt adpoſitiſſimae ad nequitiam, oculi ad petulantem laſciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem, virilis naturae membra*, quae non poſſunt honeſte adpellari, *ad omne genus corruptelae*, cet. Cic. II. Phil. *c.* XIX. *Sed jam ſtupra & flagitia omittam: ſunt quaedam, quae honeſte non poſſum dicere.*

3. M. Catonis. Viri illius clariſſimi, cujus doctrinam omnes fere Romani & virtutem ſuſpiciebant. Has ejus artes in deteriorem partem detorquet. Neque eum genuinae politices fuiſſe ſatis peritum, ipſe Cicero paſſim conqueritur. adde ſupra *c.* IV. n. 2. Unde patebit, quam auctor omnia turbet ac miſceat.

Cum domi libertatem cet. Deſcripſit ex Oratione Marii Jug. *c.* LXXXV. n. 32.

4. Sicut in statua. Venetae, *ſicut in ſtituto:* priores etiam *bonum nomen*. Rectiſſime autem Lipſius: *ſicut in ſtatua*. Male P. Pithoeus not. ad Collat. Leg. Moſaic. Tit. VIII. p. 170. *in quibus, ſicut in Stajeno*. Theod. Marcilius ad Catull. Carm. XXX. pag. 640. *in quibus, ſicuti ſtatuo*. & deinde *aditamenti* ſcriptum fuiſſe exiſtimat pro *adjutamenti*. Perperam, & quae expreſſa eſt lectio, optima videtur. Notum illud Lucani, *& nomina vana Catonis*; item Juvenalis: *Nil niſi Cecropides & trunco ſimillimus* Hermae.

5. L. Postumius. *Poſtumia* gens patricia; ſed quis ille *L. Poſtumius* fuerit, non conſtat: nec, credo, ipſum auctorem de eo aliquid compertum habuiſſe, niſi tempora confuderit.

M. Favonius. De quo vide Caeſar. III. Civ. & de ejus interitu Dion. XLVII. extr.

Pervenere, usui sunt. Sic Carrio ex Vaticano. At Lipſius felici conjectura IV. Epiſt. Quaeſt. XIV. *pervenere, viri ſunt*, niſi quod altera lectio aptior ſimilitudini videatur.

De

Digitized by Google

CAP. X. al. 18.

1 Quoniam nunc, uti mihi videor, de plebe renovanda corrigendaque
2 diſſerui: de ſenatu, quae tibi agenda videntur, dicam. Poſtquam mihi
aetas ingeniumque adolevit, haud ferme armis atque equis corpus exercui, ſed animum in litteris agitavi, quod natura firmius erat, id in labo-
3 ribus habui. Atque ego in ea vita, multa legendo atque audiendo, ita
comperii, omnia regna, item civitates, nationes uſque eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas ea corrupere; poſt paullo imminutae opes, deinde
4 ademtum imperium, poſtremo ſervitus impoſita eſt. Equidem ego ſic apud
animum meum ſtatuo: cuicumque in ſua civitate amplior illuſtriorque lo-
5 cus, quam aliis eſt, ei magnam curam eſſe reip. Nam ceteris, ſalva urbe,
tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi divitias, decus, honorem, pepererunt, ubi paullum inclinata reſp. agitari coepit, multipliciter animus curis, atque laboribus, fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defenſat; omnibus locis adeſt, feſtinat: quanto in ſecundis rebus florentior fuit, tanta in adverſis aſperius magisque anxie agitat.
6 Igitur ubi plebes ſenatui, ſicuti corpus animo, obedit, ejusque conſulta exſequitur: patres conſilio valere decet, populo ſupervacanea eſt cal-
7 liditas. Itaque majores noſtri, cum bellis aſperrumis premerentur, equis,
viris, pecunia amiſſa, nunquam defeſſi ſunt armati de imperio certare. Non inopia aerarii, non vis hoſtium, non adverſa res, ingentem eorum animum ſubegit, quin, quae virtute ceperant, ſimul cum anima retinerent.
Atque

De illis pot. jactura fit. Ita dixit, pro *illorum jactura fit*, quod ſenſum non aeque commode exprimit. Ita *de alieno liberalem eſſe*, & quaedam alia.

CAP. X. 2. Mihi aetas, ingeniumque. Jug. *c.* vi. n. 1. *qui ubi primum adolevit. ingenium adolevit* habes Eod. *c.* lxiii. n. 3.

Animum in litteris agitavi. Venetae: *in litteris cogitavi.* Edita eſt ex Vaticano. Alii male Verbum *agitavi* omittunt. Dictio ipſa adfectata eſt, & ex Salluſtii crebro uſu Praepoſitionis *in*, atque Verbi *agitare* efficta.

Id in laboribus habui. Similis formula adnotata ad Epiſtol. 1. & formata ad Sall. Jug. *c.* lxxxv. ubi *adoleſcentiam* habuere, ibi *ſenectutem agant*.

3. Multa legendo atque aud. Ex Salluſt. Cat. *c.* liii. n. 3.

Item civitates. Sic edd. Venetae, pro more Criſpi. Vulgo male *item* negligunt.

Vera consilia valuerunt. Sic & Venetae noſtrae. Virgilius: *Dum ſtabat regno incolumis, regnumque vigebat Conſiliis.*

Ubicumque gratia, timor. *Ubi* frequentiſſime Criſpus, etiam hoc praeſenti ſenſu. Sed audaculus ille *ubicumque* maluit.

Post paullo imminutae opes. *Imminutae opes* eſt ex Sall. Cat. *c.* xxxix. n. 1. *poſt paullo* eſt poſitura ejusdem auctoris. vide ad Jug. *c.* cvi. n. 3.

4. Apud an. meum statuo. Vide ſupra *c.* vi. n. 2. *Cura reip.* non abhorret ab ejus, quem aemulatur auctor, indole. Ineſt tamen conſtructioni aliquid horridum.

5. Tantummodo libertas tuta est. Forte pro *tuenda eſt*. Aut ſcripſerit *curae eſt*.

Agitari coepit. Ex Cat. *c.* xxxviii. n. 3.

Adest, festinat. Ita Jug. *c.* l. n. 5. *infenſi adeſſe, atque inſtare.* ubi vide.

Florentino fuit. *Florentes res* Salluſtio notae. vide Jug. *c.* lxxxiii. n. 1. *Agitare anxie* eidem auctori deberi, jam ſupra monuimus.

6. Sicuti corpus animo. Eamdem ſimilitudinem ſiſtit Seneca 1. de Clement. *c.* iv.

Ejusque consulta exsequ. Sic & libri noſtri. Sic Criſpus Jug. *c.* cviii. n. 2.

Consilio valere decet. *Opibus valere* dixit Criſpus. Aliter Dictys 1. *c.* vi. princ. *cujus maxime ea tempeſtate domi belliqne* conſilium valuit. De *calliditate* populo ſupervacua bene Rupertus.

7. Ingentem e. a. subegit. Jug. *c.* lxiii. n. 2.
ani-

Atque ea magis fortibus conſiliis, quam bonis praeliis, patrata ſunt. Quippe apud illos una reſp. erat, ei conſulebant; factio contra hoſtes parabatur: corpus atque ingenium, patriae, non ſuae quisque potentiae, exercitabat. 8
At hoc tempore contra ea homines nobiles, quorum animos ſocordia atque ignavia invaſit, ignari laboris, hoſtium, militiae, domi factione inſtructi, 9
per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur.

CAP. XI. al. 19.

Itaque patres, quorum conſilio antea dubia reſp. ſtabiliebatur, oppreſſi, 1
ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt, ut eorum, qui dominantur, ſimultas, ac arrogantia fert: ita bonum malumque publicum exiſtumant. Quod ſi aut libertas aequa
omnium, aut ſententia obſcurior eſſet; majoribus opibus reſp. & minus 2
potens nobilitas eſſet. Sed quoniam coaequari gratiam omnium difficile 3
eſt; quippe cum illis majorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cetera multitudo, pleraque inſititia ſit, ſententias eorum a metu libera: Ita occulte ſibi quisque alterius potentia carior erit.
Libertas juxta bonis, & malis, ſtrenuis, & ignavis, optabilis eſt. Verum 4
eam plerique metu deſerunt, ſtultiſſumi mortales. quod in certamine dubium eſt,

animus belli ingens. *Subigere* frequens Salluſtio, ſed pro *cogere* fere & adigere. vide Cat. *cap.* LI. & Jug. *cap.* XXIV. num. 1.

. Simul cum anima ret. Cat. *cap.* XXXIII. num. 4. *libertatem nemo bonus, niſi* cum anima ſimul *amittit*. At in illo, *ſimul cum anima retinere*, eſt aliquid κακόζηλον, & Apulejo, Sidonioque dignum.

8. Patrata sunt. Cat. *cap.* LIII. *paucorum civium egregiam virtutem cuncta* patraviſſe.

factio contra hostes. Formatum ad Salluſt. Cat. *c.* IX. num. 2. adde Eod. *c.* LII. nu. 19. ſeqq. *corpus, ingenium exercere* ſumtum ex Ejuſd. *cap.* II. num. 1.

9. At hoc tempore contra. *Contra ea* eſt in edd. Venetis & libris Carrionis, quod repoſui. vide Jug. *cap.* LXXXV. num. 2. *Secordia* atque *ignavia* ita junguntur, ut ab Criſpo Cat. *c.* IV. num. 1. *ſecordia* atque *deſidia*. De Verbo *invaſit* ſupra diximus.

Domi factione instructi. Numquam ita Salluſtius. At forte interpretari voluit Jug. *c.* VIII. n. 1. *factioſi, domi potentes*, quoniam legerat *factioſi domi*. Quae ſequuntur ex Cat. *cap.* LI. *cujus lubido gentibus moderatur* fluxiſſe, ſupra, ni fallor, monuimus.

CAP. XI. 1. Ex aliena lubidine. I. ut aliis, potentibus nempe, libuerit. Ita Salluſt. *ex lubidine ejus bellum gerebatur*, & multa praeterea.

Fluctuantes agitantur. Expreſſum ex Jug. *cap.* XXV. num. 6. *metu atque lubidine* divorſus agitabatur.

Ac arrogantia fert. Cat. *cap.* XXI. *quae lubido victorum* fert. Venetae: *ſimultas arrogantia fertur*. male. vide Reinh. ad Lipſ. III. Pol. *cap.* V. num. 8.

2. Sententia obscurior esset. Ut quisque occulte ſententiam ferre poſſet: quod in proximis probatur pluribus.

Majoribus opibus. I. magis potens. Verum haud inſcite illam Periphraſin praetulit, cum videret eam uſitatiſſimam eſſe ab Salluſtio.

3. Partam reliquerit gloriam. Quod multis docet Marius Jug. *c.* LXXXV. nu. 4. & 38.

pleraque insititia sit. Ita ſcribunt, ita etiam diſtinguunt Venetae priores, cum vulgo *inſcia* habeant: quod nihili eſt. *inſititiam* vocat multitudinem, cum de patriciis aliiſque nobilibus dixerit, ut Auct. Declam. in Cic. num. 3. *repticius, accitus, ac paullo ante inſitus huic urbi civis*. Homines enim novi & ignota plebecula, quamdiu neque gloriam, neque dignitatem habent, recte eo nomine veniunt.

Sententias eorum a metu. Ita rurſus Edd. Venetae priores, cum poſteriores habeant *ſententia*. quo poſitu *libera* pro Nomine acceperunt, cum tamen ſit Verbum. Liberat autem ſententias eorum a metu, quando per tabellam ut ſententiam ferant conſtituerit.

Alterius potentia carior. Antea enim timebant potentes, & ſe potius ſuamque libertatem deſerebant, quam iis non gratificarentur, a quorum potentia metus impendebat.

4. Juxta bonis et malis. Verba ſunt ex Jug. *cap.* LXVII. nu. 2. ſicuti illa *metu deſerunt* leguntur Eod. *cap.* LXX. nu. 1.

Quasi victi, recipiunt. Idem conqueritur M. Lepidus 1. Hiſtor.

5 eſt, quorſum accidat, id per inertiam in ſe, quaſi victi, recipiunt. Igitur
duabus rebus confirmari poſſe ſenatum puto: ſi numero auctus per tabel-
lam ſententiam feret. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero fa-
6 ceret audeat: in multitudine, & praeſidii plus, & uſus amplior eſt. Nam
fere, his tempeſtatibus, alii judiciis publicis, alii privatis ſuis atque ami-
corum negotiis implicati, haud ſane reip. conſiliis adfuerunt: neque eos
magis occupatio, quam ſuperba imperia diſtinuere. Homines nobiles cum
paucis ſenatoriis, quos additamenta factionis habent, quaecumque libuit
7 probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, facere. Verum
ubi, numero ſenatorum aucto, per tabellam ſententiae dicentur; nae illi
ſuperbiam ſuam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crude-
liſſume imperitabant.

CAP. XII. al. 20.

1 Forſitan, imperator, perlectis litteris, deſideres, quem numerum ſena-
torum fieri placeat; quoque modo in multa & varia officia diſtribuatur;
judicia quoniam primae claſſis mittenda putem, quae deſcriptio, qui nu-
2 merus in quoque genere futurus ſit. Ea mihi omnia generatim deſcribere
haud difficile factu fuit: ſed prius laborandum viſum eſt de ſumma conſilii,
idque tibi probandum verum eſſe. Si hoc itinere uti decreveris, cetera in
3 promtu erunt. Volo ego conſilium meum prudens, maxumeque uſui eſſe.
Nam ubicumque tibi res proſpere cedet, ibi mihi bona fama eveniet.
4 Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, & quampri-
5 mum reſp. adjuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te
oro

5. Numero auctus. Nimirum Caeſar ſenatum per bella civilia imminutum ſupplevit, & adeo auxit, ut cum antea vix 400. ſenatores fuerint, ſub eo 900. eſſent: quam inconditam multitudinem Auguſtus poſtea ad pauciores redegit. Lege Dion. XLIII. pag. 227. Sueton. Jul. c. XLI. & LXXX.

Per tabellam. Haud abſimile conſilium dedit Maecenas Auguſto apud Dion. LII. & *tabellam* ea de cauſſa, ut liberius quiſque ſententiam ferret, in ſenatum introducere jubet. vide & Cic. III. de Leg. c. XVI. Senec. I. de Clem. c. XV.

Obtentui erit. Sic. I. Hiſt. Or. Lepidi nu. 24. *Secundae res mire ſunt vitiis* obtentui. Tacit. I. Ann. *cap. X. Dicebatur contra, pietatem erga parentem & tempora reip.* obtentui *ſumta*. Lactant. I. c. XI. obtentu *aliquo ſpecieque velata*.

6. Superba imperia distinuere. *Superba imperia* dixit Criſpus Cat. c. XIX. *diſtinuere*, quoniam ad Nomen *occupatio* reſpondet, patitur etiam alterum *imperia*. Sed ſenſus poſcit *detinuere*, aut *retinuere* ab conſiliis reip.

Additamenta factionis. Vox Ciceroni etiam hoc ſenſu uſurpata, ut pro Sext. c. XXXI. *additamentum inimicorum meorum*. Ita & *acceſſio*.

7. Nae illi superbiam s. dimittent. Ita recte edd. vett. Alii male *nae*, adfirmandi particulam, negligunt, quam Salluſt. habet Cat. c. LII. n. 27. & Jug. c. LXXXV. nu. 20.

Iis obediendum erit. Similis numerus apud Criſp. Cat. c. XX. num. 7.

CAP. XII. 1. Decernes. Ita Venetae poſteriores, & nuperae aliquot. At primae *deſineres*. unde recte Carrio *deſideres*.

quoque modo in multa. Venetae priores: *quoque modos in multa* cet. quod fluxit ex Vaticano, qui habet *quoque modo is in* cet.

Judicia quoniam primae cl. Sic Edd. primae & libri Carrionis, quod propius ad Salluſtium, quam quod vulgo circumferunt: *& quoniam judicia primae claſſis*. Confer hic omnino Dion. Lib. LII. & ſupra c. VIII. n. 11. Lipſius legebat: *primae claſſi committenda putem*. probo.

2. Hoc itinere. Hoc modo, hac ratione procedendi. Vide ad Cat. c. II. extr. *Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter oſtendit*.

3. Bona fama eveniet. Quaſi auctori atque impellenti. Sic Caeſar I. Civ. c. XXVI. *cujus rei magnam partem laudis atque exiſtimationis ad Libonem perventuram, ſi illo* auctore atque agente, *ab armis ſit diſceſſum*.

5. Libertatem gloria cariorem. Quia dixerat, ſe etiam ex bene ordinata rep. bonam famam adepturum; Sequitur praeceptum Cice-

oro hortorque, ne clariſſumus imperator, Gallica gente ſubacta, populi
R. ſummum atque invictum imperium tabeſcere vetuſtate, ac per ſummam
diſcordiam dilabi, patiaris. Profecto, ſi id accidat, neque tibi nox, ne- 6
que dies curam animi ſedaverit; quin inſomniis exercitus, furibundus at-
que amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero conſtat, om- 7
nium mortalium vitam divino numine inviſi: neque bonum neque malum
facinus cujusquam pro nihilo haberi: ſed, ex natura, diverſa praemia
bonos maloſque ſequi. Interea forte ea tardius procedunt; ſuus cuique 8
animus ex conſcientia ſpem praebet.

CAP. XIII. al. 21.

Quod ſi tecum patria atque parentes poſſent loqui, ſcilicet haec tibi di- 1
cerent: O Caeſar, nos te genuimus fortiſſumi viri, in optuma urbe, de-
cus praeſidiumque nobis, hoſtibus terrorem! Quae multis laboribus & 2
peri-

Ciceronis I. Offic. *cap.* XX. *Cavenda eſt etiam* gloriae *cupiditas, ut ſupra dixi. Eripit enim* libertatem, *pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio.*

TABESCERE VETUSTATE. Salluſt. Jug. *cap.* XIV. extr. *Nolite pati, regnum Numidiae, quod veſtrum eſt, per ſcelus & ſanguinem familiae noſtrae* tabeſcere.

6. CURAM ANIMI SEDAVERIT. Cat. *cap.* XV. num. 4. *Namque animus impurus, dis hominibusque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus* ſedari *poterat.*

INSOMNIIS EXERCITUS. Salluſtius *inſomniis*, pro vigiliis & *ἀγρυπνίᾳ* poſuit, Cat. *cap.* XXVII. num. 2. *Exercitus* etiam noſtrae vett. & multa in hanc ſententiam Gruterus, Barthius ad Cat. *cap.* XV. laudati.

ALIENATA MENTE. Edd. vett. omnes: *atque ea mens alienata mente feraris*. Ita Criſpus Jugurthae prae formidine *vecordiam* tribuit. Caeſar IV. Gall. *c.* XLI. *Sic omnium animos timor praeoccupaverat, ut paene* alienata mente, *deletis omnibus copiis, equitatum tantum ſe ex fuga recepiſſe dicerent.* ubi vide Cellarium & D. Voſſium.

7. DIVINO NUMINE INVISI. Haud nova ſententia. Tot enim omni tempore viri, etiam veri Dei cultus expertes hoc agnoverunt, ut, ſi eos omnes laudare vellemus, copia obrueremur. Vide Grotium not. ad I. de Ver. Rel. Chr. §. XVI. & Lipſium I. Polit. *c.* II. nu. 13. 14. 15. & quae ibi Reinhardus. adde Graev. ad Cic. I. Offic. *c.* XXXVII. Breviter Seneca V. Benef. *c.* XXV. *Deorum notitiam nulla res effugit*. Ejuſdem quaedam laudat Lactant. VI. *c.* XXIV. ubi & alia docti interpretes. Sed quamquam haec non abhorreant ab Salluſtio, mihi tamen documento ſunt, non ſcripta haec eſſe ab illo, qui noverat Caeſarem, apud quem hujuſmodi ratiocinium parum valebat. *Divino numine*, ut Salluſt. Jug. *deorum nutu*. Corn. Nep. Ageſil. *c.* II. num. 5. *cum animadverteret* deorum numen *facere ſecum*. Cic. de Haruſp. Reſp. *c.* IX. *Deinde etiam cognovi, multa homines doctiſſimos ſapientiſſimoſque & dixiſſe, & ſcripta de* deorum *immortalium* numine *reliquiſſe*. Ovidius Heroid. Epiſt. II. *verſ.* 43. *Si de tot laeſis* ſua numina *quiſque deorum Vindicet*. adde Gronov. ad Liv. VII. *c.* XXX. & Brockhuſ. ad Tibull. I. Eleg. X. *v.* 24. qui haec pro Salluſtianis citat.

DIVERSA PRAEMIA BONOS M. Vide Cat. *cap.* LII. nu. 13. Contra Epicuraei. vide Lucret. I. *v.* 63. & Senec. IV. Benef. *c.* IV. adde Lactant. de Ira D. *c.* V. & XX.

8. TARDIUS PROCEDUNT. Ipſe Caeſar I. Gall. *c.* XIV. *Conſueſſe enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res &* diuturniorem impunitatem *concedere*. adde Lactant. l. c.

EX CONSCIENTIA SPEM PRAEBET. Nempe bonam, aut malam: quaeque aut conſolatur, aut excruciat. vide ſupra citatos.

CAP. XIII. 1. QUOD SI TECUM PATRIA. Ita nempe ſolent Oratores, quod multis jam dudum ab aliis probatum eſt.

NOS TE GENUIMUS. Ita fere Romani apud Ennium, citante Lactantio: *o Romule, Romule, dic o Qualem te patriae cuſtodem di genuerunt!* Sed & optimus quiſque parentum liberos genuiſſe reip. voluit. vide ad Cat. *c.* XXXIX. n. 5.

DECUS PRAESIDIUMQUE. Ex Horatio I. Od. I. *v.* 2. *Hoſtibus terrorem* ex Jug. *c.* VII. nu. 4.

2. LABORIBUS ET PERICULIS. Ex Jug. *cap.* LXXXV. nu. 30. Mox *honeſtas divitias* ſcripſit cum Salluſt. Cat. *c.* VII. num. 6.

Digitized by Google

periculis ceperamus, ea tibi naſcenti cum anima ſimul tradidimus, patriam maxumam in terris; domum familiamque in patria clariſſumam; praeterea bonas artes, honeſtas divitias; poſtremo omnia honeſtamenta
3 pacis, & praemia belli. Pro his ampliſſumis beneficiis non flagitium a te,
4 neque malum facinus, petimus; ſed uti libertatem everſam reſtituas. Qua
5 re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuae volitabit. Namque hac tempeſtate, tametſi domi militiaeque praeclara facinora egiſti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus aequalis eſt: ſi vero urbem ampliſſumo
6 nomine, & maxumo imperio, prope jam ab occaſu reſtitueris; quis te clarior, quis major, in terris fuerit? Quippe ſi morbo jam, aut fato huic imperio ſecus accidat; cui dubium eſt, quin per orbem terrarum vaſtitas, bella, caedes oriantur? quod ſi tibi bona lubido fuerit, patriae, parentibus gratificandi: poſtero tempore, rep. reſtituta, ſuper omnes mortales
7 gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum for-
8 tuna, ſaepe invidia, fatigat: ubi anima naturae ceſſit, demtis obtrectationibus, ipſa ſe virtus magis magisque extollit. Quae mihi utilia factu viſa ſunt, quaeque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſumis potui, perſcripſi. Ceterum deos immortales obteſtor, uti, quocumque modo ages, ea res tibi reique publicae proſpere eveniat.

OMNIA HONESTAMENTA. Quia Criſpus *dehoneſtamentum* ſimili modo dixit. Ejuſdem eſt *praemia belli*.

3. NEQUE MALUM FACINUS. Ita etiam ſupra *c.* VII. nu. 2. Scilicet quia *facinus* etiam *pulcherrimum* dixit Criſpus Cat. *c.* XX. Eodemque *c.* XVIII. *peſſumum*.

4. FAMA V. T. VOLITABIT. Vetuſta dictione cujus auctor Ennius: *volito vivus per ora virum*. a quo Virgilius, Palladius, alii ſumſerunt.

5. CUM MULTIS VIRIS F. AEQUALIS. Exemplar fuit Cicero pro M. Marcello *c.* II. Id. VI. epiſt. V. num. 6. *Haec enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis communia*.

CLARIOR, QUIS MAJOR. *Magnus* & *clarus* ſolemni more Salluſtii copulantur. vide I. Hiſt. Orat. Lepid. num. I.

6. SECUS ACCIDAT. Jam ad Jugurtham docuimus, *εὐφημίας* Romanos multo maxime ſtuduiſſe, & ſcaeva omnia mollioribus verbis expreſſiſſe, quod aliis quibuſdam exemplis docuit ſummus vir Joſ. Scaliger Conject. Varron. pag. 124. Sic & Noſter VI. Hiſt. *Nam ſi Pompejo quid humani eveniſſet*. ubi vide.

PER ORBEM TERRARUM. Quod certe accidit interfecto Caeſare. Eamdem ſententiam exprimit Tacit. IV. Hiſt. *c.* LXXIV.

JAM LUBIDO. Donatum ſequitur, qui *lubidinem* mediae ſignificationis eſſe docuit. Criſpus etſi in bonam partem adhibeat, non tamen *bona* addit. vide Cat. *c.* VII. n. 4. Mox Edd. Venetae: *poſteroque tempore*. Priores etiam *reſtita*, pro *reſtituta*; item *agita*, pro *agnita*. In ſententiam lege omnino Cic. pro M. Marcello *c.* IX.

7. SAEPE INVIDIA FATIGAT. Ita jam Demoſthenes de Corona pag. 357. *τὶς γὰρ ἐκ οἶδε τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζῶσι πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων, ἢ ἐλάττων φθόνος· τοὺς τεθνηκότας δ' ἐδὲ τῶν ἐχθρῶν ἐδεὶς ἔτι μισεῖ*; Rationem dabit Sen. de Brev. Vitae *c.* XV. Optime Ovid. I. Am. eleg. XV. *v.* 39.

Paſcitur in vivis livor: poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honor.

adde de invidia, ob ſingularia quaedam, Barth. ad Stat. II. Theb. *v.* 18. Dialog. de Orat. *c.* XXIII. *ut etiam ſi noſtra judicia malignitas & invidia tardaverit, verum de vobis dicturi ſint poſteri noſtri*. Quinctil. III. Inſtit. *c.* I. *Veniet eorum laudi ſuum tempus: ad poſteros enim virtus durabit, non perveniet invidia*. Alia infinita lubens praetermitto.

NATURAE CESSIT. Salluſt. Jug. *c.* XIV. nu. 15. *pater, uti neceſſe erat, naturae conceſſit*.

IPSA SE VIRTUS MAGIS cet. Priora ſunt ex Jug. *c.* LXXXV. n. 31. Extrema ex Cat. *c.* VII. nu. I.

8. QUAM PAUCISSUMIS POTUI. Ita Salluſt. Cat. *cap.* IV. num. 3. *quam veriſſume potero*. ubi vide. De illa formula: *ea res tibi* cet. dictum ad Epiſt. I. extr.

IN

IN
M. TULL. CICERONEM
DECLAMATIO
FALSO SALLUSTIO ADSCRIPTA.

GRaviter & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirem 1
judicio magis, quam morbo animi, petulantia iſta uti. Sed cum in 2
te neque modum, neque modeſtiam animadverto, reſpondebo ti-
bi: uti, ſi quam maledicendo voluptatem cepiſti, eam male audiendo
amit-

IN M. TULL. CIC. DECLAM. Bis hujus Declamationis meminit Quinctilianus, Salluſtio adſcribens. Libr. IV. *c.* I. pag. 314. & IX. *c.* III. pag. 825. Unde firmiſſime concludi poſſe videbatur Colomeſio, Salluſtium eſſe auctorem: cum jam dudum P. Victorius, Lipſius, Voſſius aliique docti viri demonſtraverint, cujuslibet potius, quam Criſpi foetum eſſe; uti nec Ciceronis, qui ſub ejus nomine circumfertur. Poſteriore quidem Fabii loco in vet. cod. Almeloveenii non legi iſta Salluſtiana, teſtatur Cl. Burmannus: neque ab illo ſcripta ea eſſe, pro certo adfirmare poſſum. atque idem de priore loco cenſeo. Cum forte litterator aliquis (non dicam, ipſe auctor, quisquis fuerit, quo ingenii ſui monumento auctoritatem conciliaret) pro exemplo margini iſta adſcripſiſſet, factum eſt, ut poſtea in contextum irrepſerint. Hoc altero loco vetus codex; altero autem ipſa conſtructio valde veroſimile efficiunt. Moris autem fuiſſe Rhetoribus, ſub clarorum virorum nominibus Declamationes elaborare, ex Seneca conſtat, & ex ipſo Fabio III. *c.* X. aliisque locis, *Vibio Criſpo* tribuit Hadr. Junius de Coma *cap.* VIII. Voſſius Porcio Latroni. Sed quis in tali re facile compertum adferat? adde Rhenan. ad Dialog. de Orat. princ. & Caſp. Barth. XXIV. Adverſ. *cap.* V. Nos in recenſione harum Orationum quinque MSS. codicibus uſi ſumus, quorum plerique nude inſcribunt: *Salluſtius in Ciceronem.* Sed Remenſis 2. (quem poſtea, quia in primo Remenſi non fuerunt exaratae, numero addito nominare non debuimus) & Gudianus cum Edd. Venetis: *Invectiva C. Salluſtii in Ciceronem.* Gruterus, qui cum Salluſtio ſimul, & cum Cicerone has Declamationes in lucem emiſit, a ſe multum diverſus eſt.

JUDICIO MAGIS, QUAM MORBO. Venuſte *judicium*, & *morbus animi* e diverſo ponuntur. Illud eſt, ex quo homines ſapientes agunt, qui conſilio res omnes adgrediuntur. Sic Auctor de Rep. Ord. I. *c.* II. n. 2. *cetera multitudo more magis, quam judicio poſt alius alium ſecuta eſt. Morbus* autem eſt lubido animi corrupta, &, quod hodie dicunt, *adfectus*. Vide notam noſtram ad Cat. *c.* XXXVII. extr. ita Pſeudo-Cicero Declam. n. 36. *deſine* morbo *procacitatis iſto uti.*

2. CUM IN TE NEQUE MODUM. Sic MSS. & edd. vett. item Gryphius: Male alii, *quoniam.* Guelferbytanus (*ſeptimum* intellige, qui ſolus ex eo numero priorem hanc Declamationem exhibet) *animadvertam*. De illo *modum neque modeſtiam* dictum ad Cat. *c.* XI. n. 4. quod ab Salluſtio eo conſilio auctor expreſſit, ut conſpiceretur quaedam ſimilitudo. Sic *iniquo animo paterer* ſcripſit, quia Ille Jug. *c.* XXXI. n. 21. *aequo animo paterer*.

MALE AUDIENDO AMITTAS. Gudian. & Rem. *male dicendo amittas*. quam lectionem illi dederunt, quibus *male audire*, pro maledicta & crimina ſua audire haud Latinum fuit. vide ad Cat. *c.* III. n. I.

3 amittas. Ubi querar? quos implorem? P. C. diripi remp. atque audaciſ-
ſumo cuique eſſe perfidiae? apud populum R. qui ita largitionibus corru-
ptus eſt, uti ſeſe, ac fortunas ſuas venales habeat? an apud vos, P. C.
quorum auctoritas turpiſſumo cuique & ſceleratiſſumo ludibrio eſt? ubi M.
Tullius leges, judicia populi R. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur,
quaſi unus reliquus ex familia viri clariſſumi, Scipionis Africani, ac non re-
4 ptitius, accitus, ac paullo ante inſitus huic urbi civis. An vero, M. Tulli,
facta, ac dicta tua obſcura ſunt? an non ita a pueritia vixiſti, uti nihil flagi-
tioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? Scilicet, iſtam immode-
ratam eloquentiam apud M. Piſonem non pudicitiae jactura perdidiciſti? Ita-
que minume mirandum eſt, quod eam flagitioſe venditas, quam turpiſſume
5 paraſti. Verum, ut opinor, ſplendor domeſticus tibi animos attollit; uxor
II. ſacrilega, ac perjuriis delibuta; filia matris pellex, tibi jucundior, atque
obſe-

3. Ubi querar? quos implorem? Academ. omittit *ubi querar?* Guelf. *quos improbem?*

Esse perfidiae. I. perfidia vexari remp. Male Academ. *perfidiae locum*, quod etiam in edd. aliquot haeret. Sed vide Barth. xxiv. Adverſ. *cap.* v. Mox Gudian. Academ. Incert. & Guelf. omittunt *an*, quod tamen vett. edd. agnoſcunt. ut & Gruterus, qui tamen in Ciceronis ed. omiſit.

Uti sese, ac fortunas s. Guelf. *ut ſe ipſe*, quomodo Gruterus in Cic.

Et sceleratissimo cuique ludibr. est. Illa, *& ſceleratiſſimo* deſunt Guelf. Remenſi & omnibus edd. vett. Acad. & Gudian. *eſt ludibrio*.

In hoc ordine ita moderatur. Ita MSS. praeter Guelf. qui cum edd. vett. *hoc* omittit. quod cum Glareanus in ſuis libris etiam offendiſſet, fatetur, ſibi planum non eſſe, quid ſignificet, *in ordine*. Sumtum eſt ex Cat. *c.* lii. n. 7. *multa verba* in hoc ordine *feci*. Alioquin *in ordine* idem notaret, cum *Ordo* praeciſe de Senatorio dicatur, quod alio loco docuimus. Aretinus, qui haec deſcripſit, habet *gubernat ac moderatur*, ut explanaret Verbum *moderatur*, quod Salluſtianis haud obſcurum eſt. vide Cat. *c.* li. *n.* 25.

Unus reliquus ex familia. Remenſis, *unus e reliquis*. alterum habet Criſpus Jug. *cap.* xcvii. n. 3. Idem codex haud agnoſcit nomen *Africani*.

Reptitius, accitus ac paullo ante. Remenſ. & Acad. *repertitius*. Waſſius *repetitius*, manifeſto errore. Sed is admonet, Aretinum non agnoſcere *accitus*, quod in noſtris omnibus haeret. Ab illo *inſitus* fluxit Auct. de Rep. Ord. *inſititius*. Ciceronem haud abſimiliter Catilina vocat *inquilinum civem urbis Romanae*, *c.* xxxi. n. 7. Gudian. *accitutus*. is etiam *urbi* neglexit.

4. Quod alteri collibuisset. Ex Salluſt. Cat. *c.* li. *matres familiarum pati, quae victoribus* collibuiſſent. Gudian. Rem. Incert. & Gu. *alicui collibuiſſet*, ex Gloſſa.

Scilicet, istam immoderatam. Gud. Rem. Incert. Guelf. & Veneta 1493. *aut ſcilicet*; Academ. & reliquae Venetae, *an ſcilicet*. Sed ſi Salluſtianam dictionem exprimere voluit auctor, neque *aut*, neque *an* eſt adjiciendum. Gudian. *iſtam moderatam*. non male. Nam Ironia ſatis aperta eſt: Acad. *niſi pudicit. jactura*; Incert. *num p. jactura*. Denique Guelf. *perdidiſti*; Venetae priores, *perdidiſſe*. Unde ſcribo: *ſcilicet iſtam moderatam eloqu. apud M. Piſonem pudicitiae jactura perdidiciſſe*. De hoc Piſone vide Cic. in Bruto.

Si eam flagitiose venditas. Acad. *qui eam*; Gudian. Guelf. Rem. & edd. vett. *quod eam*. Eaedem edd. *vendicas*. male. *venditare eloquentiam* dixit, ut Juvenal. *vendere perjuria*, &c. Acad. *minime curandum eſt*.

5. Animos attollit. Incert. & Remenſis, *animos tollit*.

Perjuriis delibuta. Waſſius Venetam 1470. *nobilitata* habere teſtatur, credo fallens numero. nam in Veneta ejus anni hae Declamationes haud reperiuntur. Exſtat tamen *nobilitata* in Venetis illis omnibus, quas ſaepius advoco, Ann. 1490. 1493. 1499. 1500. At Remenſ. *perjuriis dedita*; Incert. Academ. Guelf. & Gudian. *perjuriis debilitata*. Quinctilian. xi. *cap.* iii. *pluribus* medicamentis *propter dolorem artuum* delibutus. quod exſcripſit Fabius ex Ciceronis Bruto. Ita Valerius Maxim. *unguentis delibutus*. Quamobrem eo verbo non ſine decore uſus eſt auctor. Gruterus hic *delibata*; cum Cicerone *debilitata* ſcripſit.

Filia matris pellex. Edd. Venetae, *matri*

obſequentior, quam parenti par eſt. Domum ipſam tuam vi, & rapinis, 6
funeſtam tibi ac tuis, comparaſti: videlicet uti nos commonefacias, quam
converſa ſit reſp. cum in ea domo habitares, homo flagitioſiſſume, quae P.
Craſſi, viri conſularis, fuit. Atque haec cum ita ſint; tamen Cicero ſe di- 7
cit in concilio deorum immortalium fuiſſe; inde miſſum huic urbi: civi-
buſque cuſtodem, absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum
in gloriam ſuam ponit. quaſi vero non illius conjurationis cauſa fuerit
conſulatus tuus; & idcirco reſp. disjecta eo tempore, quo te cuſtodem
habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quae poſt conſulatum 8
cum Terentia uxore de rep. conſuluiſti, cum legis Plauciae judicia do-
mi faciebatis: ex conjuratis alios morte, alios pecunias condemnabas:
cum tibi alius Tuſculanam, alius Pompejanam villam aedificabat, alius do-
mum

tri pellex: quomodo quaedam edd. Servii ad Virg. VI. Aen. *v.* 623. qui haec ſub nomine Salluſtii citat, quae tamen a melioribus libris recte exſulant. Rem turpiculam honeſto verbo *obſequentior* exponit. In ſimili re vocabulum *obſequium* poſuit Columella & Petronius, ut oſtendit Cl. Burmannus ad Quinctil. VIII. *cap.* III. pag. 692. Guelferb. *quam parenti parens.*

6. CUM IN EA D. HABITAS. Guelf. ſine Praepoſitione, *cum ea domo habitas.* Gudian. Academ. Incert. Remenſ. cum edd. vett. *habitares.* atque ita Gryphius. Ortum credo ex notata varia lectione, *habitas*, *habites.* Interim cum tot codd. juberent, recepi. Mox Incert. Guelferb. & Venetae, *P. Craſſi viri clariſſimi.* Nimirum *V.* C. & *virum conſularem*, & *virum clariſſimum* ſignificat; unde iſta ſaepiſſime permutantur. vide ad Rutil. Itiner. princ. Certe in Academico hodieque legitur, *P. Craſſi b. c. fuit.* conſueto librariorum errore *b*, pro *v* exhibet. Gruterus in ed. Ciceronis, *viri clariſſimi.*

7. TAMEN CICERO SE DICIT. Guelf. & Venetae omnes rejiciunt *tamen*, quod certe Salluſtius, etiam ubi *etſi* & ſimiles particulae praemittuntur, exaudire jubet. vide ad Jug. *cap.* XXXV. num. 9. MSS. quatuor, *tamen ſe Cicero dicit.* At Criſpus Catil. *cap.* XLVIII. num. 4. *Is cum* ſe diceret *indicaturum de conjuratione.* ubi vide plura.

IN CONSILIO DEORUM IMMORT. Veneta noſtra prima, MSS. Gudian. Incert. & Guelf. *in concilio deorum;* quomodo & Gryphius: ut mirer Waſſium, qui de ſuis libris omnibus teſtatur, habere eos *conſilio.* Perpetuo iſta confunduntur, & apud ipſum Virg. I. Georg. *v.* 24. *Tuque adeo, quem mox quae ſint habitura* deorum Concilia, *incertum eſt.* item apud Quinctil. XI. *c.* I. ubi jactantia Ciceronis arguitur: *Jovem illum, a quo in* concilium deorum *advocatur.* quae jam Waſſius laudavit. Bene Statius III. Theb. *v.* 549. *piget irrupiſſe volantum* Concilia; *v.* 633. *ſuperoſque irrumpere* coetus. Auctor infra n. 14. *quem Jupiter O. M. in* concilio deorum *admiſit.* item P. Latro. Mox Acad. a prima manu, *cuſtodiae*, pro *cuſtodem.*

ABSQUE CARNIFICIS NOMINE. *Abſque* pro *ſine*, cum Apulejo, Lactantio, Minucio & Comicis dixit. Rariſſime Cicero, Salluſtius numquam ea particula utitur. Sententia tangit acerbe ſatis rigorem Ciceronis in puniendis Catilinae ſociis. infra Guelferbyt. *incommoda.*

IN GLORIAM SUAM PONIT. Ita Salluſtius Jugurth. *in gratiam habere.* Nimirum *ponere in gloriam*, vel *gloria*, eſt *in gloriam ducere*, ut alibi Salluſtius dixit. Ita Cicero, *ponere mortem in malis.* vide ad IV. Epiſt. IX. n. 10. Gebhard. ad Corn. Nepot. Lepidus I. Hiſt. n. 19. *quorum adeo Sullam non poenitet, ut & facta* in gloria numeret.

NON ILLIUS CONJURAT. CAUSSA. Remenſ. *non illius cauſſa conjurationis.* ſed Academ. omittit nomen *conjurationis*, ut *illius incommodi* intellexiſſe videatur. Ceterum ipſi conjurationis populares culpam in Ciceronem transferre nitebantur, Cat. *c.* XLIII. n. I. adde Eod. *c.* XXXI. n. 7.

8. SED, UT OPINOR, ILLA. Elegantius Gudian. *Sed, opinor, illa* cet.

LEGIS PLAUTIAE JUDICIA D. FACIEBAS. *Plautiae* ſcribunt MSS. noſtri; de qua lege plura ad Cat. *c.* XXXI. n. 4. Judicia facere dixit cum Cicerone. is I. epiſt. VII. n. 13. *totius facti tui* judicium *non tam ex conſilio tuo, quam ex eventu homines eſſe* facturos. ubi vide. Ceterum Guelf. Academ. Incert. item omnes Venetae & Manutius Gryphiusque *faciebatis*, quod temere immutarunt: forte propter *conſuluiſti.* de qua

mum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniae proxumus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut inſidias ſenatui fecerat, denique
9 de eo tibi compertum erat. Quae ſi tibi falſa objicio: redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tuſculanum & Pompejanum infinito ſumtu aedificaveris? Aut, ſi retices; cui dubium poteſt eſſe, quin opulentiam iſtam
III. 10 ex ſanguine & miſeriis civium paraveris? Verum, ut opinor, homo novus Arpinas, ex C. Marii familia, ejus virtutem imitatur; contemnit ſimultatem hominum nobilium: remp. caram habet, neque terrore, neque gratia commovetur: Illud vero amicitiae tantum, ac virtutis eſt animi. Immo

qua Enallage alibi pluribus. de moribus Terentiae, quae ſe publicis negotiis libenter inſerebat bene Plutarchus Cic. p. 870.

ALIOS MORTE, ALIOS PECUNIA. Quatuor MSS. & omnes Venetae, item Gryphius omittunt duas priores dictiones. In Venetis praeterea eſt *pecuniae*, ut *capitis damnare*. Priores *condemnabis*; credo, pro *condemnabatis*.

ALIUS TUSCULANUM; ALIUS. Venetae & Glareanus: *alius Tuſculanam*, nempe *villam*, quod probo, cum videam, hunc hominem infra *Tuſculanum & Pompejanum* ſcripſiſſe. Frequens adeo mentio harum villarum apud Ciceronem, ut hic jure ſilere queamus. vide tamen XIII. ad Att. epiſt. XIV. & II. epiſt. IV. Incert. & Rem. *exaedificabat:* quomodo & Cicero & Salluſt. Cat. c. XIII.

NIHIL POTERAT. Emere, aedificare. vide ad Jug. c. III. n. 2. Mox neque *calumnia*, neque conſtructio *eſt proximus* Salluſtiana ſunt. *Compertum erat* i. conſtabat tibi certo, eum fuiſſe in conjuratione.

9. FALSA OBJICIO. Guelf. & Academ. *obicio:* nempe ut *conicio*, *abicio* & omnia *a jacio* compoſita, una *i* in MSS. exhibentur. de quo alibi.

LITIBUS ACCREVERIT. Actionibus tuis, quibus Ciceroni cum diverſa parte res erat, unde *lites* adpellat. Alioquin ipſae partes litigantes haud raro eo nomine veniunt. item *litigare*, *litigatores*. Mox *parare* domum *ex pecunia*, ut Salluſt. Jug. c. XXXI. *Servi aere parati*. ubi vide. Deinde Venetae, *exaedificaveris*.

CUI DUBIUM POTEST ESSE. Incert. *cui poteſt dubium eſſe*. Acad. & Gudian. *cui poteſt eſſe dubium*. Acad. etiam *an*, pro *quin* oſtentat.

ET VISCERIBUS CIVIUM PARAVERIS. Guelf. Acad. Incert. Rem. & edd. vett. *& miſeriis civium paraſti*. *miſeriis* revocavi, cum alterum cum incommodo ſententiae legeretur. *miſerias* intelligit egeſtatem, exſilium, aes alienum, jurgia, quibus onerabantur cives, ut Ciceronis calumnia liberarentur, ex mente perſonati hujus Salluſtii. Neque ignoro Ovid. Heroid. Epiſt. I. v. 90. Viſcera *noſtra tuae dilacerantur opes*. aut Lamprid. in Severo c. XV. *ex viſceribus provincialium homines paſcere*. quae tamen parum tuentur vulgatam.

10. EX C. MARII FAMILIA. MSS. noſtri & edd. vett. *ex M. Craſſi familia*. Acad. *ex illius M. Craſſi familia*. Sed vulgatam ſenſus poſcit. Uterque nempe & Cicero & Marius Arpino oriundus erat. vide Jug. c. LXIII.

CONTEMNIT SIMULTATEM. Guelf. *ſocietatem*. Rectius Acad. *ſimultates*. Marius quippe acres cum nobilibus inimicitias exercebat; ſimul omnes eorum inſultus contemnebat. vide Jug. c. LXXXIV. & LXXXV.

POPULI R. CURAM HABET. Omnes MSS. *remp. caram habet*. Male certe *populi R.* editur, cum & ipſi nobiles, quos contemnebat, ad populum R. pertineant. vide Catil. c. XLI. num. 3. Saepiſſime autem duae MSS. notae *R. P.* & *P. R.* confunduntur. Scriberem itaque, *Reip. curam habet*; ſed MSS. lectionem repoſui.

NEQUE GRATIA COMMOVETUR. Venetae: *neque gratia movetur*. Gudian. Incert. Acad. & Guelf. *removetur*, quod haud diſplicet.

ILLUD VERO AMICITIAE TANTUM cet. Haec corrupta eſſe, indicavit Glareanus. varie etiam in codd. ſcribuntur. Venetae, *illud vero amicitia tantum, ac virtus eſt animi;* Guelferbyt. *Illi vero amicitia tua ac virtus eſt animi;* Academ. *Ei v. amicitiae tantum ac virtus e. a.* Incert. & Remenſ. *Aliud vero amicitiae tantum ac virtus eſt animi*. Quis haec expediet? Ferri poterit vulgata, ſi interrogandi ſignum ſuſtuleris, & ſuperioribus haec adjeceris, hoc ſenſu: *Illud* np. ſimultates contemnere, & remp. maxime caram habere, eſt *amicitiae*, h. indicium patriae amoris & *virtutis animi*, conſtantiae inprimis, cui mox levitatem animi opponit. Ita vero *amicitia* hic dictum foret

Immo vero homo leviſſumus, ſupplex inimicis, amicis contumelioſus, 11
modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, leviſſumus ſenator,
mercenarius patronus, cujus nulla pars corporis a turpitudine vacat: lin-
gua vana, manus rapaciſſumae, gula immenſa, pedes fugaces; quae ho-
neſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſuma. Atque is, cum ejusmodi ſit, 12
tamen audet dicere: *O fortunam natam me conſule Romam*! Te conſule
fortunatam, Cicero? immo vero infelicem, & miſeram, quae crudeliſſu-
mam proſcriptionem civium perpeſſa eſt; cum tu, perturbata rep. metu
perculſos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas; cum omnia judicia,
omnes leges, in tua lubidine erant, cum tu, ſublata lege Porcia, erepta
libertate, omnium noſtrum vitae necisque poteſtatem ad te unum revoca-
veras. Atque parum eſt, quod impune feciſti: verum etiam commemoran- 13
do exprobras; neque licet obliviſci ſervitutis ſuae. Egeris, oro te, Cice-
ro, perfeceris, quod libet: ſatis eſt perpeſſos eſſe: etiamne aures noſtras
odio

ret, ut amicus patriae, amicus tyrannidi, ut Marius Cic. XI. epiſt. XXVIII. num. 4. *ajunt enim patriae amicitiam praeponendam eſſe*. ut habent vetuſtiſſimi codd. *virtus animi* frequens Criſpo, ut *timor animi* aliaque plura. Cum vero nec MSS. nec edd. vett. interrogandi notam addant, tantum mihi permiſi, ut eam expungerem. Conjeceram tamen ex MSS. *Ea vero amicitia tua ac virtus eſt animi?* aut *Illa vero pudicitia tua ac virtus eſt animi?* nimirum, quae Marii fuit. Gruterus cum Cicerone emiſit: *Aliud vero amicitia tantum, ac virtus eſt amici*. Praeſtitiſſet, ſi viginti ſuorum Palat. Codd. lectiones indicaſſet. nam, quam propinat, mera eſt inſcitia.

11. SUPPLEX INIMICIS. Caeſari, ut arbitror. *Contumelioſus* in Pompejum ejuſque ſocios. quod certe crimen, ſi ita nominandum, hiſtoria confirmat. Sed ille temporibus ceſſit, ut ſaepe amicis ſuis ſcripſit.

LEVISSUMUS SENATOR. Ut contra *graves*, *ſtrenui* apud ipſum Ciceronem. vide Declamat. extr. *mercenarius patronus*, qui vendebat eloquentiam, num. 4. adde Declam. Ciceron. num. 15.

QUAE HONESTE NOMINARI NON P. Gudian. *quae honeſtate nominari n. p.* Sed vide II. de Rep. Ord. *c.* IX. num. 2.

12. O FORTUNATAM NATAM. Verſum hunc Ciceronis ex tribus illis libris de temporibus ſuis carmine conſcriptis, multi veterum carpebant, teſte Quinctil. XI. *c.* 1. adde Juvenal. Sat. X. *verſ.* 122. ibique Interpp. Carpebant nimirum propter Cacophaton, quod fruſtra factum eſſe oſtendit Turnebus. *Natam* dixit Romam, quod eam ab excidio defenderit; ſicuti & diem, qua oppreſſa eſt conjuratio, *natalem urbis* adpellare ſolebat. adde notata ad Orat. Cottae ſupra Lib. VI. Fragm. & Cicer. III. Cat. *cap.* 1.

QUAE CRUDELISSIMAM PROSCRIPT. Guelf. & *miſerrimam crudeliſſimamque*. Incert. Guelf. & Academ. *civium* omittunt. At Remenſ. & Gudian. *proſcriptionem eam perpeſſa eſt*.

METU PERCULSOS O. BONOS. Guelf. *metu pulſos*. Academ. *metu percuſſos*. *Sublata lege Porcia*, de qua diſputat Caeſar Catilin. *cap.* LI.

OMNIUM NOSTRUM VITAE. Sic edd. vett. item Guelf. & Incert. MSS. At Gudian. Acad. Remenſ. *omnium noſtrorum vitae*. Edd. aliae *omnium noſtrae vitae*. *Noſtrae omnium*, ut Cicero *tuo unius ſtudio*; Auſonius *culpa ſolius tua*, alia alibi notata. Sed contra libros vett. nihil facile auſim, accedente auctoritate Gellii & Criſpi. vide ad Catilin. *c.* XXXIII. De re ſimili conqueritur Lepidus ſupra I. Hiſtor.

13. PARUM EST, QUOD IMP. FECISTI. Ex Sall. Jug. *c.* XXXI. num. 22. Eleganter in ſententiam Apulejus apud Waſſium: *Scilicet, ne ſemel peccaſſes, ac tam bonum tuum factum oblivio capeſſeret*.

NEQUE LICET OBLIVISCI. Gudian. *neque licet bis obliviſci*; Academ. *neque bis licet*; Incert. *neque l. obl. bis*. unde orta eſt ſcriptura edd. Venet. *neque l. obliviſci jus ſervitutis ſuae*. Alii, *neque licet piis*; quod, aut *bis*, neceſſarium eſſe judicat Glareanus. perperam. Guelf. *ſervitutis tuae*, ut Salluſtius, *Servitium Iugurthae*. ſed non probo.

EGERIS, ORO TE, CICERO. Remenſis, *Egeris, oro, Cicero*. contra formulam his declamationibus valde uſitatam. vide nu. 14.

ODIO TUO ONERABIS. Remenſ. *etiamne aures tuas odio onerabis*. Incert. *odio tui*. Perbelle *odio*

Xxxxx dixit,

Digitized by Google

odio tuo onerabis? etiamne moleſtiſſumis verbis inſectabere? *Cedant arma togae, concedat laurea linguae*. Quaſi vero togatus, & non armatus, ea, quae gloriaris, confeceris, atque inter te, Syllamque dictato-
IV.14 rem, praeter nomen imperii, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Jupiter optumus maxumus in concilio deorum admiſit, Italia exſulem humeris ſuis
15 reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones, ſuperaſti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quae tibi partes reip. placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui

dixit, pro rebus, quae odium tui renovant, quae ſunt odioſae. Ita fere Plaut. Aſin. A. II. Sc. IV. v.40. *Iam hic me abegerit ſuo* odio. Apud Terentium Donatus *odium* interpretatur inſtantiam, alii inſtandi moleſtiam. Sed vide omnino Giſan. ad Lucret. pag. 386. Schulting. ad Quinctil. Declam. IV. *c*.I.

CONCEDAT LAUREA LINGUAE. Gudian. *concedant;* Guelf. *cumcedant*. Omnes autem ſcripti & impreſſi *linguae*. Contra apud Cicer. I. Offic. *c*. XXII. *concedat laurea laudi*. Idque viri docti tuentur. Alii tamen pro *linguae* pugnant. vide ibi Interpretes, & Burmann. ad Quinctil. XI. *c*. I. *Laudem* interpretantur magnifica judicia; quo ſenſu & *lingua* accipi poſſet. *Laurea* enim mutum eſt indicium victoriae, muta praedicatio virtutis. Alii *linguae*, eloquentiae exponunt: contra mentem Tullii, & elegantiam oppoſitionis.

PRAETER NOMEN IMPERII. Ille dictator, tu conſul remp. laceraviſtis. de *nomine imperii* vide Catilin. *cap*. II. num. I. Incert. & Remenſ. *quidquam interfuit*. Guelf. *non quidquam fuit*.

14. QUEM MINERVA OMNES ARTES cet. Eadem citat Quinctilianus ſaepius dicto *cap*. I. Lib. XI. pag. 966. Guelf. *quod tua Minerva* cet.

IN CONSILIO DEORUM. Guelf. ſine Praepoſitione, *conſilio*; Incert. & edd. vett. *in concilium*, quomodo Quinctilianus citat; reliqui *in conſilio*, aut *in conſilium*. *Concilium* eſſe ſcribendum, diximus ſupra ad nu. 7. ubi vide. *In concilio* autem voluit auctor, quia Salluſtius *in urbibus imponere*, aliaque dixit: apud quem haec Antiptoſis eſt vulgatiſſima.

ITALIA EXSULEM HUMERIS SUIS. Toties gloriatur Cicero, omnes ordines, omnem ſexum, omnem denique Italiam adniſam eſſe, quo Cicero ex exſilio revocaretur, ut haec non temere ipſi objiciantur. *Reportavit* eſt in omnibus MSS. edd. vett. & mediis etiam melioribus; quod inepte recentiores quaedam converterunt in *deportavit*.

15. ORO TE, ROMULE ARPINAS. *Oro te*, formula interrogandi, ſed quae addatur rebus etiam extra interrogationem jam manifeſtis, ut tantummodo confeſſionem alterius exprimamus. Cic. VII. epiſt. XVI. num. 3. oro te, *quis tu es?* Seneca I. Clem. *c*. XXV. *Quid enim intereſt*, oro, *Alexander*, *leoni Lyſimachum objicias*, *an ipſe laceres dentibus tuis?* Apulej. de Mundo pag. 67. *Nam quid*, oro te, *ornatum atque ordinatum videri poteſt*, *quod non ab ipſius exemplo imitatura ſit ratio?* ſupra nu. 13. Pro *Romule Arpinas*, Guelf. *tumule Arpinas*. male. *Romulum* vocat per Antonomaſiam, novi quaſi ſtatus auctorem. vide notam ad I. Hiſt. Orat. Lepid. num. 5. infra a manu ſecunda Gudian. *ſuperas*.

LOCUM IN HAC CIVITATE OBTINES. Venetae priores omittunt Praepoſitionem *in*. Sunt autem loca illuſtriora, & obſcura, quae cives in ſua quiſque civitate obtinent. Quaerit ergo ex Cicerone, qui ipſe praeco fuerat virtutis ſuae, quem habeat. Primum, ſi fides verbis habenda eſſet, teneret. Verum ancillatur aliis, & quae ſequuntur.

QUAE TIBI PARTES REIP. PLACENT. *Partes* reip. alioquin dicuntur, quem modo locum nominaverat. Hic vero factiones intelligere videtur, quae tum temporis inter Pompejanos, Caeſarianos & Catonianos erant: quarum nullis ſeſe Cicero adjungebat.

QUEM AMICUM. Nemo enim omnium conſtanter ab Cicerone amabatur, nec Cato, neque Pompejus aut Caeſar, ſed pro utilitate ſua amicos habebat. hoc eſt, quod Salluſt. Cat. *c*. XI. ait, *amicitias inimicitiaſque non ex re*, *ſed ex commodo aeſtumabat*. Ita nempe fiebat, ut nemo certo ſciret, quem Cicero pro amico, quem pro inimico haberet.

CUI IN CIV. INSID. F. ANCILLARIS. I. Caeſari, cui antea, Pompejum ſecutus, inſidias ſtruxiſti, nunc turpiter ſervis, quod quomodo expurget Cicero vide infra Declam. in Salluſt. n. 16. Et acerbum eſt Verbum exquiſitumque *ancillari*, pro ſervire, deditum eſſe, ut omnia femini-

cui in civitate feciſti inſidias, ancillaris: (Quo jure, cum de exſilio tuo
Dyrrachio rediſti, eum ſequebaris?) quos tyrannos appellabas, eorum
potentiae faves: qui tibi ante optimates videbantur, eosdem dementes ac
furioſos vocas. Vatinii cauſam agis: de Sextio male exiſtumas: Bibulum 16
petulantiſſumis verbis laedis: laudas Caeſarem: quem maxume odiſti, ei
maxume obſequeris: aliud ſtans, aliud ſedens, de rep. ſentis: his maledicis, illos odiſti: leviſſume transfuga! neque in hac, neque in illa parte fidem habes.

minina, probri gratia, de viris dicuntur. ita ſupra I. Hiſt. Or. Lepid. num. 21. *Fuſidius*, ancilla *turpis*, ubi vide. Gudian. Incert. & Acad. *ancillares*; Remenſ. *ancilares*; Guelf. *acillares*. ſed edd. Venetae reſpuunt hoc verbum.

QUO JURE, CUM DE EXSILIO. Parentheſi incluſi haec verba, ut paullulum adjuvarem ſententiam, quae eſt vulgo impeditiſſima. Venetae omnes: *quo jure de exſilio tuo Durachio rediſti, cum ſequebaris*. Sed Acad. haec omnia neglexit. Guelf. in poſterioribus verbis cum Venetis incedit. Gudian. *cum perſequeris*, a manu ſecunda. *cum ſequebaris* eſt etiam in Incert. ut reſcribendum fuerit, *eum ſequebaris*. Cicero exſul Dyrrachii morabatur, quod ibi tuto eſſe poterat, & celeriter audire, quae Romae agerentur. vide XIV. Epiſt. I. extr. & epiſt. III. nu.8. & antequam iret in exſilium, invitabatur a Caeſare in legationem: quam tunc recuſabat. redux autem eum ſequebatur. Venetae conjungere videntur, *cum ſequebaris, quos tyrannos adpellabas*.

EORUM NUNC POTENTIAE FAVES. MSS. omnes & edd. Venetae *nunc* omittunt: neque expreſſum eſt illud ſupra penes Verbum *ancillaris*. adde ad Jug. *c.* IV. nu.7. Acad. *tyrannos appellabit*.

DEMENTES AC FURIOSOS. *Furioſi* bene cum *dementibus* nominantur, cum idem malum utroſque vexare ſoleat. Verum eleganter *furioſi* vocantur, qui civiles motus excitant, & in cives armantur. vide Cic. X. epiſt. XI. num. 2. ibique Manutium. qua notione hic non male Ciceroni tribuitur ea vox. Ceterum in omnibus MSS. & edd. vett. vacat particula *nunc*, quam recte omitti ad Jug. Salluſtii diximus.

46. VATINII CAUSSAM AGIS. Quem antea plus quam civili odio erat proſecutus, ut ex Orationibus conſtat; quem poſtea in gratiam recepit & a Calvo ambitus eum accuſante defendit. vide Cic. I. epiſt. IX. num.8. Valer. Max. IV. *c.* II. num.4.

DE SEXTIO. Quem antea Oratione, quae eſt in manibus, ita acriter defenderat, ut Vatinium alia laceravit. Si Sextius ille *Gallus* eſt, ad quem legimus Ciceronis Epiſtolas, non obſcurum erit, Ciceronem male de Sextio exiſtimaſſe.

BIBULUM PETULANTISSIMIS. Inimicum Caeſaris, quem antea mire ſovebat Cicero. vide I. epiſt. IX. De Caeſare res omnibus nota. Bene autem Gudian. *maxime obſequeris*, ſine Provocabulo *ei*. Venetae, *& ei m. obſequeris*.

ALIUD STANS, ALIUD SEDENS. Venetae priores: *aliud ſtans*, *ſedens aliud*. *Stantes* dicebant ſententiam. vide ad Cat. *c.* XXXI. num.7.

HIS MALEDICIS. Guelf. *illis maledicis*. Maledicis, quo aperte inſectaris; odiſti, quibus adhaeres.

NEQUE IN ILLA PARTE FIDEM HABES. Gudian. *habent*; Academ. Remenſ. & Venetae priores, *habens*. Dictio *fidem habere*, pro uſu ejus ſaeculi, quo haec ſcripta ſunt, aequivoca eſt. Intelligitur enim neque in hac, neque in illa parte homines tibi *fidem habent*, & neque tu huic, neque illi parti fidem habes. vide Voſſ. de Latin. merito ſuſpect. *cap.* XVII.

Digitized by Google

IN SALLUSTIUM
DECLAMATIO
QUAE
CICERONI FALSO TRIBUITUR.

1 EA demum magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, aequalem ac parem ver-
bis vitam agere, neque quidquam tam obſcenum dicere, cui non ab
initio pueritiae omni genere facinoris aetas tua reſpondeat, ut omnis oratio
moribus conſonet. Neque enim, qui ita vivit, uti tu, aliter, ac tu, loqui
2 poteſt: neque, qui tam illoto ſermone utitur, vita honeſtior eſt. Quo me
vertam, P. C.? unde initium ſumam? majus enim mihi dicendi onus im-
ponitur, quo notior eſt uterque noſtrum. Quod ſi aut de mea vita, atque
actibus, huic conviciatori reſpondero, invidia gloriam conſequetur: aut,
ſi hujus facta, mores, omnem aetatem nudavero, in idem vitium incidam
procacitatis, quod huic objicio. Id vos, ſi forte offendimini, juſtus huic, quam
mihi,

IN SALLUST. DECLAM. Ciceroni hanc tribuebant olim magni viri, quos jam Petr. Victorius, Corradus, alii dudum refutarunt, ut male poſt tantam lucem Auſ. Popma etiam nugas agere maluerit: Glareano lapſum ſuum facile condonamus. Ceterum Waſſius hanc quidem Declamationem ſuae editioni non addidit, ſecutus forte Hackianas, aut animi ſui judicium. In MS. Remenſi inſcribitur, *Controverſia Ciceronis in Salluſtium*.

AEQUALEM ET PAREM. Omnes MSS. & edd. vett. *aequalem ac parem*. Intellige autem, *te aequalem .... v. agere*. Ea eleganter exaudiri, diximus ad Cat. *c.*XXXI. num. 7. *verbis* vacat in Academico. *Aequalis ac par* junguntur etiam ab Quinctiliano: ut Criſpus jungit *par ſimiliſque*. vide ad Cat. *c.*XIV. num. 4.

MORIBUS CONSONET. Eadem ſit, ut mores ſunt. Quinctil. IX. *c.*III. *initia quoque & clauſulae ſententiarum inter ſe* conſonant. Mox Gudian. *aliter, ut tu, loqui poteſt*. Academ. *neque enim, qui tam illoto* cet. Neſcio, an adluſerit ad Graecorum proverbium: *talis hominibus oratio, qualis vita*, Seneca Epiſt. CXIV. poſt princ. cum nota Lipſii.

2. QUO ME VERTAM, P. C. Gudian. *quo pervertam*, *P.* C. Incert. & Remenſ. *quo me praevertam*. Similiter Declam. ſuperiore num. 3. infra *mihi* locum mutat in Incert. ſed Academ. omittit.

QUOD SI AUT DE MEA VITA. Acad. *quod autem ſi de mea vita*; Incert. *Quod aut ſi de* cet. quomodo Gruterus & Jac. Gronovius. iidem *atque actibus*, ſine Pronomine, quod & ab omnibus ſcriptis noſtris exſulat: contra edd. vett. agnoſcunt. *Actus* res geſtas interpretatur Glareanus, ut accipit illud Lucani: *licet ingentes abruperis actus*. Salluſtiano, puto, ſenſu accepit auctor, qui *actiones Ciceronis; actiones Gracchorum* dixit. vide Cat. *cap.* XLIII. num. 1. Jug. *cap.* XLII. num. 1. Sed Juſtin. XXXI. *cap.* II. *ad ſpeculandos* actus *Annibalis legatum in Africam mittit*. Sulpic. Sev. Dial. I. *cap.* XVIII.

INVIDIA GLORIAM CONSEQUETUR. Ita omnes noſtri Codd. niſi quod Acad. & Remenſ. habeant *conſequatur*. At in Cicerone recentiores circumferunt *invidiam gloria conſequatur*, eodem ſenſu. Sed auctor in oculis habuit corruptam lectionem Salluſt. Cat. *c.*LIV. extr. *quo minus petebat gloriam, eo magis illum adſequebatur*. ita *conſequitur invidia gloriam*, quando Cicero enarrans *gloriam* ſuam & praeclara facta *invidiam* ſibi conciliat. quamobrem vul-
gatam

mihi, ſuccenſere debetis, qui initium introduxit. Ego dabo operam, ut & pro me minimo cum faſtidio reſpondeam, & in hunc minime mentitus eſſe videar. Scio me, P.C. in reſpondendo non habere magnam exſpectationem, quod nullum vos ſciatis novum crimen in Salluſtium audituros, ſed omnia vetera recognituros, quis & meae, & veſtrae jam, & ipſius aures calent. Verum eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum; ſed ita ingreſſus eſt, uti neque ab alio vinci poſſit, neque ipſe ſe omnino reliqua aetate praeterire. Itaque nihil aliud ſtudet, niſi, uti lutulentus ſus, cum quovis volutari. 3

Longe

gatam retineo, cum & alibi Criſpus *divitias honor ſequebatur* ea forma dixerit. vide ad Catilin. *c.* XII. princ. infra Gudian. *per omnem aetatem*.

ID VOS, SI FORTE OFFENDIMINI. Academ. *Id nos ſi forte offenderim*. & mox *ſuccendere debetis*. *Id ſuccenſere* dixit, ut Cicero *quid*, *aliquid ſuccenſere*. vide VII. epiſt. XXIV. num. 4. & notas ad IX. epiſt. III. n. 4. Juſtin. VIII. *c.* II. extr. *ut*, quid *poſthac* ſuccenſere *jure barbaris poſſent*, *non haberent*. Infra *introduxit* Verbum eſt Ciceronis; ſed iſte *initium introduxit* non dixiſſet. Ex Livii tamen XXXIX. *cap.* XXIII. *incboata initia* ad Salluſt. Jugurth. adnotavimus.

MENTITUS ESSE VIDEAR. Gudian. *minime mentitum eſſe videatur*; Acad. *mentitum eſſe videar.* quomodo Varro v. de L.L. *Ubi ei* videbatur horam eſſe *tertiam*. vide plura apud Ducker. ad Flor. II. *c.* VI. n. 45. nihil tamen muto, niſi vetuſtiores Codd. jubebunt.

3. NON HABERE MAGNAM EXSPECTATIONEM. Ita Cicero: & de iis omnibus rebus dicitur, de quibus ſingularia exſpectamus, habere eas magnam exſpectationem. Cicer. III. Offic. *cap.* II. Suſtines *enim non parvam* exſpectationem *imitandae induſtriae noſtrae*. adde II. epiſt. I. num. 6. atque Scheffer. ad Phaedr. IV. Fab. XXII. *v.* 2.

OMNIA VETERA RECOGNITUROS. Recognoſcimus, quae ſunt nota. Cic. v. Verr. *c.* XXVIII. *alii cum a multis civibus R.* recognoſcerentur. Caſſius Cic. XII. epiſt. XII. princ. *Legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum erga me amorem* recognovi. ubi vide notata. Salluſtio *cognoſcere* magis placuit. vide Cat. *c.* XLVII. n. 3. & ad *c.* XXXV. n. 2. notata.

AURES CALENT. *Calere* illa dicuntur Ciceroni, quae exercentur ſedulo; ut contra *frigere*, quae minus. Ita & *loca calent* quae frequentantur, quod non adeo inſcite ad aures tranſtulit auctor. vide interpp. Sueton. Auguſt. *c.* LXXI. Male MS. Incert. *callent*. Acad. *noſtrae & ipſius jam aures calent*.

MINIMIS REBUS POSUIT RUDIMENTUM. Academ. *in min. rebus*. *Rudimentum ponere* eſt finire primam exercitationem; a *rude* deductum, h. e. gladio ligneo, quo tirones in ludo gladiatorio exercebantur: immo & pueri ad militiam; qui tandem *rude* & ſimulacris illis verae pugnae *poſitis*, ferro dimicabant. Hinc & Livius, Quinctilianus, Juſtinus *rudimentum ponere*, *deponere* dicunt. vide Jo. Vorſt. ad Juſtin. VII. *c.* V. n. 3. & Gronov. ad IX. *c.* I. n. 8. Noſter infra n. 12.

PRAETERIRE. Ita Auct. de Rep. Ordin. *praetergredi*, pro praegredi, anteire, poſuit.

UTI LUTULENTUS SUS, C. Q. VELITARI. *Volutari* omnes omnino noſtri codd. vett. At *ſus* non legitur in Academ. neque in edd. Venetis, quae praeterea *luculentus* ſcribunt. proxime ad emendationem Lipſii III. Var. Lect. *c.* XV. *niſi ut luculentus cum quovis velitari*: quod quidem ſuperioribus eleganter conſonat. Neque tamen ab libris recedo. nam *ſus* vocabulum excidit per terminationem τῦ *lutulentus*, quae vera & propria adpellatio. Auſonius Epiſt. XII. ed. Vinet. ſus lutulenta *fugit*. Lactant. III. *c.* VIII. *Verum, inquit obſcenus canis, aut* ſus *ille* lutulentus. Id. IV. *cap.* XVII. de ſue: *eſt enim* lutulentum *hoc animal & immundum*. Hinc & Cic. pro Sext. Roſc. Comoed. *c.* VII. *perſona illa* lutulenta, *impura*, *inviſa*, cum obſervatione Paſſeratii. VOLUTARI autem valde proprie de lutulento illo animali dici, docebit illuſtriſſ. Scaliger Conject. ad Varron. pag. 156. de perſonis ita, ut noſtrates *uberwerffen*. Juſtin. XII. *cap.* XVI. nu. 2. *viſa per quietem eſt cum ingenti ſerpente* volutari. ibi fruſtra *voluptari* MSS. ſed ſcias, etiam Venetam 1493. hoc loco habere *voluptari*: nimirum ut *temptare*, aliaque in membranis viſuntur. Seneca Ep. CXIV. ad fin. *nec illi tam gratum eſt abundare jucundis, quam acerbum, quod .... non cum omni exoletorum feminarumque turba* convolutatur, qui ad rem Veneream retuliſſe videtur. nempe in utraque illa notione & jurgii, & delectationis verbum iſtud paſſim reperitur.

 4. CA-

4 Longe vero fallitur opinione. Non enim procacitate linguae vitae ſordes
eluuntur: ſed eſt quaedam calumnia, quam unusquisque noſtrum te-
ſtante animo ſuo fert, de eo, qui falſum crimen bonis objectat. Quod ſi
vita iſtius memoriam vicerit: illam P. C. non ex oratione, ſed ex mori-
5 bus ſuis ſpectare debetis. Jam dabo operam, quam maxume potero, bre-
vi ut faciam. Neque haec altercatio noſtra vobis inutilis erit, P. C. Ple-
rumque enim reſp. privatis creſcit inimicitiis; ubi nemo civis, qualis ſit
vir, poteſt latere.

II. 6 Primum igitur quoniam omnium majores Criſpus Salluſtius ad unum
exemplum & regulam quaerit, velim mihi reſpondeat, numquid, quos
protulit Scipiones & Metellos, vel Fabios, ante fuerint aut opinionis, aut
gloriae, quam eos res geſtae ſuae, & vita innocentiſſume acta commen-
davit? quod ſi hoc fuit illis initium nominis & dignitatis, cur non aeque
de

4. CALUMNIA, QUAM... FERT. *Calumnia* eſt fere interpretatio malitioſa, ut alibi adnotavimus. Hic eleganter addit *calumnia quaedam.* h. e. interpretatio alia verborum, quam voluit, qui dixit. Nempe, qui audiunt procacem linguam & multa delicta alterius (ut Criſpus in Cicerone fecerat) arguentem, non credunt propterea, quod adeo procax ſit; ſed potius in ipſum retorquent, *teſtante animo*, h. e. quia memoria tenent, quam ille, qui dicit, turpiter vixerit. Eſt ſane ſingularis elegantia hujus periodi, & adſectavit eleganter loqui, quisquis fuerit auctor, ut Ciceronem ſuum, quem fortaſſe melius, quam Salluſtium, tenebat, magis etiam amabat, ſcitiſſime ageret. Sed dictio, *calumnia*, *quam fert* paullo rarior eſt. *Calumniam ferre* dixit pro arguere aliquem, aliter loqui, ac res ſit; ſive oſtendere, objectionem falſam eſſe, & in auctorem recidere. Quod ſi recte ſeſe habet, non peccavit Manutius cum Coelii Epiſt. VIII. n. I. *Scito C. Sempronium Rufum*, *Rufum mel ac delicias tuas*, *calumniam maximo plauſu* tuliſſe, interpretatur *accuſaſſe de calumnia.* h. e. oſtendiſſe, quod accuſator ſeſe falſo accuſaverit. ita certe proxima melius cohaerent, quam cum ea expoſitione, quam nos etiam olim cum Gronovio amplectebamur.

ALIAM NON EX ORATIONE, S. E. M. SUIS SP. Ita omnes noſtri MSS. & edd. vett. In Ciceronis operibus circumferunt, *illam non ex moribus*, *ſed ſuis ex moribus* cet. *Vincit vita memoriam* duplici ſignificatu, dum non meminimus, qualis vita ejus fuerit; dum plura in vita ſunt mala, quam quae meminerimus. Poſterior ſignificatus eſt frequentior: priorem auctor adſectaſſe videtur. *Illam* ſenſus requirit.

5. UTI BREVI ID FACIAM. Inter Tullii opera legitur, *ut breve id faciam*. Et *breve* quidem in omnibus noſtris libris legitur. Sed iidem habent: *breve ut faciam*. atque ita vet. cod. Glareani.

6. AD UNUM EXEMPLUM ET REGULAM. Criſpinus cum in corrupta ed. reperiſſet *& regnum*, diu ſe haeſitaſſe fatetur; tandem inepte interpretatur. Senſus apertus eſt. quoniam Scipionum Fabiorumque meminit Salluſtius, qui vere nobiles homines fuerint, eumdem ait, omnium majores ad unum exemplum quaerere. h. e. exigere, ut omnium bonorum civium majores tales ſint, quales fuerint Scipionum cet.

QUOS PROTULIT, SCIPIONES ET METELLI. Sic edd. vulgatae & vett. Venetae. At rectius MSS. *& Metellos;* Gudian. *vel Fabios* addit, quomodo jam in Cicerone ediderunt. Ita vero Cicero, Livius & ipſe Salluſtius ſolet. Vide interim ad Jug. c. XIV. n. II. & ad c. XIX n. 4.

AUT OPINIONIS, AUT GLORIAE. *Opinio*, *exiſtimatio* vocabula ſunt media, & tam in malam partem, quod Bernegger. ad Juſtin. XII. c. V. n. 8. & Jo. Vorſt. ad Valer. Max. I. c. VIII. extr. 8. pag. 72. docebunt; quam in bonam ſignificant, ut hoc loco. Caeſar VI. Gall. c. XVI. *tantum eſſe nomen & opinionem exercitus R.* Arioviſto pulſo & *hoc noviſſime praelio facto*. ... *uti opinione & amicitia populi R. tuti eſſe poſſint*. Sulpic. Sev. II. Hiſt. c. VII. *Daniel illuſtri* opinione *compertus*. ubi vide Vorſtium. adde Tennul. ad Frontin. I. Strateg. *cap.* I. num. 10.

NOMINIS ET DIGNITATIS. *Nomen* eadem notione apud Caeſarem l. c. Plinius VII. epiſt. XX. *homines non nullius in litteris* nominis. Quinctil. I. c. II. *perveniſſe me ad aliquod* nomen *ingenii*. Ipſe Cicero ita aliquoties. Salluſtius, *nomen gloriamque*, Jug. c. XVIII. n. 12.

AEQUE

de nobis exiſtumetur? cujus & res geſtae illuſtres ſunt, & vita integerrume
me acta. Quaſi vero tu ſis ab illis viris, Salluſti, ortus. quod ſi eſſes; non- 7
nullos jam tuae turpitudinis pigeret. Ego meis majoribus virtute mea
praeluxi; uti, ſi prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae
riae ſuae: tu tuis vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras;
ut etiam, ſi fuerint egregii cives: certe venerint in oblivionem. Quare 8
noli mihi antiquos viros objectare. Satius eſt enim, me meis rebus geſtis
florere, quam majorum opinione niti, & ita vivere, ut ego ſim poſteris
meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Neque me cum iis conferri
decet, P.C. qui jam deceſſerunt, omnique odio carent, & invidia; ſed
cum iis, qui mecum una in republica verſati ſunt. Sed ſi fuerim aut in 9
honoribus petendis nimis ambitioſus; (non hanc dico popularem ambitionem,
tionem, cujus me principem confiteor, ſed illam pernicioſam contra leges,
ges, cujus me principem confiteor, ſed illam pernicioſam contra leges,
cujus primos ordines Salluſtius duxit) aut in gerendis magiſtratibus, aut
in vindicandis maleficiis tam ſeverus; aut in tuenda republica tam vigilans;
lans; quam tu proſcriptionem vocas: credo, quod non omnes tui ſimiles
incolumes in hac urbe vixiſſent: At quanto meliore loco reſpublica ſtaret,
ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum civium, una cum illis adnumeratus eſſes!
An

AEQUE DE NOBIS EXISTUMETUR. Omnes noſtri MSS. omittunt Praepoſitionem *de*. Intellige *nobis* aeque hoc initium nominis & dignitatis eſſe. Mox iidem Codd. *ſunt* ejecere. quod Gruterus debebat animadvertere. qui, credo, propter proxime ſequentia ab librariis *τὸ ſunt* omiſſum eſſe, exiſtimavit.

7. TUAE TURPIT. PIGERET. Quia nobiliſſimus quisque quam optimos liberos habere voluit. vide Salluſt. Jug. *c*. LXXXV. n. 16.

VIRTUTE MEA PRAELUXI. H. illuſtravi eos virtute mea, ut jam noti ſint. qualis illa egregia laus M. Catonis apud Cic. III. Offic. *c*. XVI. Similia etiam Plinius. Infra Gudian. *tu tuis vitae.... obſudiſti*. Academ. *offendiſti*. *Offundere tenebras*, *caliginem*, *noctem* ex Cicerone nota ſunt.

8. REBUS GESTIS FLORERE. Cornel. Nepot. Milt. princ. *Cum & antiquitate generis*, *& gloria majorum*, *& ſua modeſtia unus omnium maxime* floreret. ita ille aliquoties. item Juſtin. XLIII. *cap*. V. num. 4. Rem eamdem pluribus demonſtrat Marius Jugurth. *capit*. LXXXV.

ET INVIDIA. Deſcriptum hoc ex Demoſthenis Or. de Corona pag. 357. quem lege.

9. SED SI FUERIM. Guilielmius, teſte Grutero, conjecerat: *Etſi fuerim*. Mallem ego, extruſa Conjunctione *ſi*, *Sed fuerim*. Cui formulae eleganter infra *at* reſpondet. vide Sall. Jug. *c*. XXIV.

POPULAREM AMBITIONEM. *Popularis ambitio* in vitio eſt apud Juſtin. I. *c*. I. *quos ad faſtigium hujus majeſtatis non* ambitio popularis, *ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat*. Vopiſc. Aurelian. *cap*. XV. *perierunt caſta illa tempora*, *& magis* ambitione populari *peritura ſunt*. Auctor in meliorem partem ſumſit, pro ſtudio omni populo R. gratificandi: quemadmodum ipſe Cicero in de L. Agraria ſemet *popularem conſulem* nominat. Contra *ambitio contra leges* eſt ambitus, aut malis artibus favorem populi adquirendi ſtudium, quod maxime in honoribus petendis manifeſtatur. vide Cicer. I. Offic. *c*. XX. & XXV.

QUAM TU PROSCRIPTIONEM VOCAS. Declam. ſuperiore n. 12. *quam*, pro *quod*, ut Sall. Catil. *c*. VII. n. 6. eas *divitias*, eam *bonam famam*, cet. ubi vide, ſi talia cupis, quae nova videbantur Criſpino. infra Gudian. & Gryphius: *incolumes in urbem veniſſent*; Acad. *in urbe viverent*.

RESP. TUENDA STARET. Neſcio, quis primus illud *tuenda* invexerit; cum MSS. & edd. vett. omnes nihil tale agnoſcant. Glareanum video teſtari, eſſe contra in vet. quodam cod.

UNA C. I. ADNUMERATUS ESSES. I. in illorum numerum translatus & una cum illis ad ſupplicium tractus eſſes. Gudian. *una cum illa*.

10. AN

An ego tunc falſo ſcripſi, *Cedant arma togae*, qui togatus armatos, & pace bellum oppreſſi? An illud mentitus ſum, *Fortunatam natam me conſule Romam;* qui tantum inteſtinum bellum, & domeſticum urbis incendium exſtinxi?

11. III Neque te tui piget, homo leviſſume, cum ea culpas, quae in hiſtoriis mihi gloriae ducis? An turpius eſt, P.C. ſcribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, quod in aetatem increpuiſti, tan-
12 tum me abeſſe puto ab impudicitia, quantum tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi auſus ſis eloquentiam uti vitium objicere, cujus ſemper nocens eguiſti patrocinio? An ullum exiſtumas poſſe fieri civem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Sed minime mirum eſt, P.C. ſi homo, qui deſidiae ac luxuriae plenus ſit, haec ut nova atque
13 inuſitata miratur. Nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam invaſiſti, quae facilius ſe mulieres a viris abſtinuerunt, quam

10. AN EGO TUNC FALSO S. CEDANT. Academ. *An ergo tunc* cet. Vide Declam. ſuperiorem n. 12. & 13. Mox *fortunatam natam* habent MSS. & ed. Ciceronis; ſed Venetae *natam* omittunt.

DOMESTICUM URBIS INCENDIUM. Dura eſt locutio, ſi *incendium* proprie intellexeris. Mollior ſi pro ruina, infortunio & ſumma calamitate: ut diximus ad Salluſt. Catil. *c.* XXXI. extr.

11. ILLUM PALAM HOC ORDINE. *Hoc ordine* deſideratur in Gudiano. Ceterum poſitus Provocabuli *illum* eſt Ciceronianus. Is enim & ſecundo loco illud ponere ſolet; qua ratione exponeres, *illum ſcribentem mentiri*, *quam palam*, cetera: & ubi bene omitti poterat, addit; ut ſit univerſalis oratio, non ad ſolum Salluſtium pertinens. Utrumque exemplis firmavimus ad Cicer. Epiſt. adde notam ad Sall. Catilin. *cap.* LII. *pulcherrimam* eam *nos haberemus*.

QUOD MEAM AETATEM INCREPUISTI. Gudian. Remenſ. & edd. vett. *quid in aetatem increp.* Academ. *in meam aetatem;* Incert. *in aetate*. Ciceronis edd. nuperae: *quod aetatem increpuiſti*. Male. *increpare in quem*, ea aetate uſitatum, & ex hoc loco ſumſiſſe videtur Auctor Epiſt. I. de Rep. Ord. *cap.* IV. num. 1. *An illa*, *quae paullo ante hoc bellum* in *victoriam Sullanam* increpabantur. *Aetatem* praeciſe eleganter poſuit, pro ea, quae num. 20. circumſcribitur, apta nimirum ad patiendum, quae alteri collibuiſſent. Sueton. Claud. *cap.* XVI. *alium corruptelis adulteriiſque famoſum*, *nihil aliud*, *quam monuit*, *ut aut parcius* aetatulae *indulgeret*, *aut certe cautius*. Vide Schulting. ad Senec. II. Controv. XIV. pag. 196. & Controv. XV. pag. 201. ubi docet *aetatem* ſaepe pro aetate florente dici. adde infra n. 35.

QUANTUM TU ABES A PUDICITIA. Ita omnes edd. recentiores. at omnes vett. omneſque MSS. *abes* omittunt, quod ἀπὸ κοινοῦ intelligendum. Sed Academ. *quantum te a pudicitia*, nempe abeſſe ſcio. Atque ita Criſpus Cat. *c.* XLVII. n. 1. *ſe nihil amplius ſcire*, *quam* legatos. ubi vide Ciceronis exempla. adde Jug. *c.* LXXXVII. n. 4.

12. SEMPER NOCENS EGUISTI PATROCINIO. Gudian. belle exſulat *nocens*, quod ex Gloſſa irrepſit: & qui egent patrocinio eloquentiae, nocentes ſunt. In ſententiam lege Dialog. de Orator. *c.* V. aliis. ipſe Cicero paſſim.

RUDIMENTA ET INCUNABULA VIRTUTIS. De *rudimentis* lege ſupra notata n. 3. *rudimenta virtutis* dixit etiam Lactant. IV. *c.* XXIV. Eodem modo *incunabula* Juſtinus XII. *c.* IV. n. 6. *Si non ſolum tirocinia*, *verum & incunabula in ipſis caſtris poſuiſſent*. Cicero, *incunabula oratoris*, ſed cum addito *quaſi*. item *incunabula doctrinae*. Mox *deſidiae plenus*, more Ciceronis, quem jam veteres interpretes obſervarunt. Incert. & Remenſ. *erudimenta* ſcribunt.

13. RABIE PET. IN UXOREM .... INVASISTI. Notari jubet dicendi genus Glareanus, *invadere in uxorem*. Neſcio, an ob geminatam Praepoſitionem: cum tamen Cic. II. Offic. *c.* XXI. *invadere in remp.* dixerit; quomodo & Criſpus Jug. *c.* XXXII. n. 4. An propter ſenſum. ſed ut ille conſtet, junge *rabie invadere*. De verbis enim petulantioribus, de maledictis & importuna eloquentia dicitur *rabies:* inde *rabulae*, *canina facundia*, alia talia elogia valde opportu-

Digitized by Google

quam tu vir a viris; ſatis docte ac perite feciſti. Non enim me ſperaſti
mutuam tibi gratiam relaturum, ut viciſſim tuas compellarem. Unus enim
ſatis es materiae habens: neque quidquam turpius eſt domi tuae, quam
tu. Multum te vero opinio fallit, qui mihi putaſti parare invidiam ex mea 14
re familiari: quae multo mihi minor eſt, quam habere dignus ſum. Atque
utinam ne tanta quidem eſſet quanta eſt; uti potius amici mei viverent,
quam ego teſtamentis eorum locupletior eſſem! Ego fugax, Criſpe Sallu- 15
ſti? Furori tribuni pl. ceſſi: utilius duxi, quamvis fortunam unus expe-
riri, quam univerſo populo R. civilis eſſem diſſenſionis cauſa: qui, po-
ſteaquam ille ſuum annum in rep. perbacchatus eſt, omniaque quae com-
moverat, pace & otio reſederunt; hoc ordine revocante, atque ipſa Rep.
manu retrahente me, reverti. Qui mihi dies, ſi cum omni reliqua vita con-
feratur, animo quidem meo ſuperet, cum univerſi vos, populusque R.
frequens adventu meo gratulatus eſt. Tanti me fugacem, mercenarium
patronum hi aeſtimaverunt.

Neque

tuna & apta. Mart. Capella Lib. IX. ad fin. *Indocta* rapidum *quem videre ſaecla Jurgiis caninos blatteratus pandere*. vide ſupra ad VI. Fragment. Glareani cod. vet. ut & Academ. *meam* omittunt.

SE MULIERES A. V. ABSTINUERANT. Ita Academ. & edd. Ciceronis. Sed reliqui MSS.& impreſſi vett. *mulieres ſe*. *Mulierum abſtinentia* a viris eo laudabilior eſt, quia illis plus, quam viris, libidinis adtribuunt. vide ad Salluſt. Cat. *c.*XXV. Academ. *abſtinent*.

MUTUAM TIBI GRATIAM RELATURUM. *Gratia* in malam partem. Seneca de Clem. *cap.* VII. *& non retuliſſe laedentibus* gratiam, *infirmitas videtur, non clementia*. ubi vide Gronovium.

ET VICISSIM TUAS COMPELLATURUM. Omnes MSS. & edd. vett. *ut vic. t. compellarem.* atque ita jam ediderunt in Cicerone. Gudian. *tuos* non male.

SATIS ES MATERIAE HABENS. Academ. *eſt*. *es habens*, pro *habes*, ut Terent. Andr. A. IV. Sc. V. *v.*36. *ut tu* ſis ſciens. quomodo Graeci Latinique perſaepe. Cicero: *Eſt loquens*, & alia ſimilia protulit. vide ad Salluſt. Jug. *c.* XXXI. num. 19. Plaut. Poen. A. V. Sc. II. *v.*78. *ut tu ſis ſciens*. Catullus Carm. LXIV. *Eſt coercens*. Sidonius II. epiſt. X. *ſis meminens*. ubi vide Savaronem. Imitati ſunt haec veterum Pontanus, Lipſius, quod exemplis oſtendit haud vulgari laude dignus Vechnerus II. Hellenolex. *c.*IX. pag. 341. ſqq. Infra Incert. *domui tuae*. de quo ad Cat. diximus.

14. MULTUM TE VERO OPINIO FALLIT. Remenſ. & Academ. *Multum vero te, opinor, fallis*: infra omnes MSS. & edd. vett. *quam habere dignus ſum*, non *ſim*. Reſpondet Declam. ſuper. num. 9.

15. FURORI TRIBUNI PL. CESSI. Clodii, famoſiſſimi inimici Ciceronis, qui ob eam cauſſam, ut Ciceronem in exſilium pelleret, ad plebem tranſiit. Plutarch. Caeſar. p.714. adde Vellej. Pat. II. *c.* XLV. ibique Boeclerum.

QUAMVIS FORTUNAM UNUS. Acad. *q. fortunam unam. quamvis* a *quivis*. Sed Cicero etiam extra talem compoſitionem eleganter *quamvis* adhibere ſolet, quod ad Sall. Cat. docuimus. Conſilium illud optimorum ſemper civium fuit, quod & Catilina ſimulat apud Sall. *c.*XXXIV. num. 2.

QUI, POSTQUAM ILLE SUUM ANIMUM IN REP. Academ. *qui tribunus poſtquam*. Male, nam *qui* ad Ciceronem pertinet, & ad Verbum *reverti*. MSS. & edd. vett. *ſuum animum*. Sed Gudian. *qui poſteaquam ille ſuum in rep. perbacatus eſt*. Recte emendarunt, *ſuum annum*, quae ſollemnis eſt Latinorum formula, ut jam alibi monſtravimus. *Perbacchari* Ciceronis verbum eſt, quomodo *bacchari* Sueton. Calig. *cap.* LVI. princ. *Ita* bacchantem *atque graſſantem non defuit pleriſque animus adoriri*.

PACE ET OTIO RESEDERUNT. Gudian. & Acad. *reſiderunt*. Cicero, *reſidet timor, impetus*. Sic Celſus IV. *c.* V. *reſidet inflatio*.

ANIMO QUIDEM MEO SUPERET. *Superet* omnem meam vitam, & quam ea nactus ſum gloriam.

VOS POPULUSQUE R. GRATULATUS EST. Mera Ciceronis imitatio. ita ille pro Rabirio: *vos, vos, inquam, ipſi & Senatus* reſtitit. adde XIII. Epiſt. LXI. nu. 3. Salluſt. Jug. *c.* XLIII. nu. 4. ADVENTU

IV. 16 Neque hercule mirum eſt, ſi ego ſemper juſtas omnium amicitias exiſti-
mavi. Non enim uni privatim ancillatus ſum, neque me addixi: ſed quan-
tum quisque reip. ſtuduit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. Ego
nihil plus volui valere, quam pacem; multi privatorum audacias nutri-
verunt. Ego nihil timui, niſi leges: multi arma ſua timeri voluerunt. E-
go numquam volui quidquam poſſe, niſi pro vobis: multi ex vobis poten-
17 tia freti, in vos ſuis viribus abuſi ſunt. Itaque non eſt mirum, ſi nullius
amicitia uſus ſum, qui non perpetuo reip. amicus fuit: neque me poeni-
tet, ſi aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus ſum, aut Sexti inſo-
lentiam repreſſi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Caeſaris fa-
vi. Hae enim laudes egregii civis, & unicae ſunt. Quae ſi tu mihi uti vitia
objicis,

TU MEO vel intelligitur, inquit Badius, *in*, vel Ablativus pro Dativo poſitus eſt. Prius verum. Ponunt enim ſextum Caſum & intelligunt *ſub*. Cic. v. epiſt. XVII. nu. 3. *& proxime recenti* adventu meo, *cum rem aliter inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſet, ſi adfuiſſem: tamen nulla in re ſaluti tuae defui*. ubi vide. Caeſar v. Gall. *c.* VIII. *Caeſar* ſolis occaſu *naves ſolvit*. Remenſ. *congratulatus eſt*.

16. SI EGO SEMPER JUSTAS O. A. EXISTIMAVI. Criſpinus *ſi* exponit *quandoquidem*, ut haec ad ſuperiora retuliſſe cenſendus ſit, quaſi ea cauſſa omnes reditui Tullii faventes fuerint, quod ille omnium amicus fuerit: de qua notione particulae diximus ad Cic. XII. epiſt. XII. num. 5. Sed qui haec prorſus ſeparant, ut fecit Gruterus, *ſi*, pro *quod* accipiunt. quomodo mox num. 17. *itaque non eſt mirum*, ſi *nullius amicitia uſus ſum* cet. Et hoc inprimis poſt verbum *miror*: quo pacto etiam *niſi* pro *quod non* adhibent, ut in illo: *mirum, ni cantet*. Cic. de Haruſp. Reſp. *c.* V. *Non* mirum, ſi *hoc vobis ridiculum videtur*. quomodo ille ſaepiuſcule. Ergo *juſtas amicitias exiſtimare* conciſa locutio eſt, pro *juſtas eſſe debere*, aut juſtas, eas demum amicitias exiſtumavi. vide ad Cat. *c.* X. nu. 3. quod itidem ex Cicerone fluxit. IV. epiſt. IV. n. 14. *qui fortaſſe arbitraretur, me hanc* remp. *non* putare. Clarius Seneca de Tranqu. *c.* X. *ſi nolueris* malam putare vitam *potius, quam invidioſam facere*. ubi plura Gronovius.

TANTUM MIHI FUIT AUT. Academ. *mihi tantum fuit*, cet. atque ita legitur inter Ciceronis opera. Ceterum omnes edd. vett. *aut amicus, aut adverſarius*.

AUDACIAS NUTRIVERUNT. Acad. *aud. timuerunt*; Edd. Venetae, *metuerunt*, quomodo Gruterus in Cicerone: unde factum, ut illic longe diverſa interpunctio inveheretur, quae omnem elegantiam ita corrumpit, ut nihil poſſit ſupra. Rectius longe Gudian. Remenſ. Incert. ceteraeque edd. *nutriverunt*. nempe ita *pax*, & audacia privatorum, ad miſcenda omnia ſeſe reſpiciunt, quam nutriverunt, qui decretis, ope, conſilio adjutores fuerunt. *Privatos* vocat Caeſarem maxime & qui ex ea factione, quoniam ſine publico conſilio res ſuas egerunt. Atque ita Auctor de Rep. Ord. & M. Tullius variis locis.

NIHIL TIMUI, NISI LEGES. Elegantiſſima dictio *timere leges*, & uſus eſt eadem Criſpus Cat. *c.* LI. num. 24. ubi vide.

EX VOBIS POTENTIA FRETI. Academ. *multi ex vobis potentia noſtra freti contra in vos* cet. Utrumque additamentum ex Gloſſa eſt. *noſtra*, pro *veſtra* ſcripſit, quo interpretari voluit illud *ex vobis*, quod nec alii editores ſatis intellexerunt. *potentia ex vobis* eſt potentia a vobis data, ex vobis profecta: & elegantiam quaeſivit in oppoſitione *ex vobis, in vos*: qualem oppoſitionem Tullius commendat, & ad Numerum orationis facere docuit. Alterum illuſtravimus jam ad Cic. III. epiſt. XIII. nu. 2. *Quis enim ad me non perſcripſit, te non ſolum auctoritate orationis, ſententia tua*, quibus *ego* a tali viro *contentus eram: ſed etiam*, cet.

17. PETENTI VATINIO. Vide de his Declam. ſuperiorem num. 16.

HAE ENIM LAUDES EGREGII C. E. V. SUNT. Sic MSS. Alii *enim* omittunt; quidam alieno loco ponunt. Sed Venetae edd. haec omnia in exſilium miſerunt. Guilielmius pro *unicae*, malebat *unici*. Utrumque non male. *laudes unicae* ſunt praecipuae, potiſſimae. ita Cic. de Senect. *cap.* XVII. *elogium unicum*. ubi vide Graevium. Eutrop. IX. *cap.* VIII. *vir* unicae *moderationis & civilitatis*, cum nota Cellarii, qui & aliis locis hanc ſignificationem jam adſtruxit.

18. APUD

Digitized by Google

objicis, temeritas tua reprehenditur, non mea vitia culpabuntur. Plura 18
dicerem, ſi apud alios mihi eſſet diſſerendum, P. C. non apud vos, quos
habui omnium actionum mearum monitores. Sed, ubi rerum teſtimonia
adſunt, quid opus eſt verbis?

Nunc ad te uti revertar, Salluſti, patremque tuum praeteream: qui ſi 19. V
nunquam in vita ſua peccavit, tamen majorem injuriam reip. facere non
potuit, quam quod te talem filium genuit. Neque, tu ſi qua in pueritia pec-
caſti, exſequar, ne parentem tuum videar accuſare, qui eo tempore ſum-
mam tui poteſtatem habuit, ſed qualem adoleſcentiam egeris. Hac enim
demonſtrata, facile intelligetur, quam petulanti pueritia, quam impudi-
cus & procax, adoleveris. Poſteaquam immenſae gulae impudiciſſimi cor- 20
poris quaeſtus ſufficere non potuit, & aetas tua jam ad ea patienda, quae
alteri facere collibuiſset, exoleverat: cupiditatibus infinitis efferebaris,
ut, quae ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes, in aliis experireris. Ita non
eſt facile exputare, P. C. utrum inhoneſtioribus corporis partibus rem
quaeſierit, an amiſerit. Domum paternam vivo patre turpiſſime venalem 21
habuit, vendidit. Et cui dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum,
quo hic nondum mortuo pro herede geſſerit omnia? Neque pudet a
me eum quaerere, quis in P. Craſſi domo habitet; cum ipſe reſponde-
re non queat, quis in ipſius habitet paterna domo. At hercule! lapſus 22
aetatis

18. APUD ALIOS MIHI ESSET DICENDUM. Sic quidem omnes edd. recentiores, ſed per ſummam ſecordiam. MS. Incert. *diſceptandum*; Gudian. & Acad. *diſcernendum*. Venetae poſteriores, *differendum*; priores, *viſſerendum*. Unde jam patet vere a nobis ſcriptum eſſe *diſſerendum*. atque ita Cato ſemel atque iterum apud Salluſt. Cat. *cap.* LII.

ACTIONUM MEARUM MONITORES. Acad. *accuſationum* male. *Actiones* Ciceronis recte dici, jam ſupra probavimus ex Criſpo noſtro. Tullius, *actionum auctores teſteſque* habere dixit: idemque *auctorem & monitorem* conjungit. non male. vide noſtra ad Salluſt. Jug. *cap.* LXXXV. num. 10.

19. QUOD TE TALEM FILIUM G. Similiter Auſonius de Marco Antonino Caeſ. Epigr. XVII.

Succeſſore ſuo moriens, ſed principe pravo,
Hoc ſolo patriae, quod genuit, nocuit.

te talem habes apud Criſpum Jug. *cap.* CII. n. 5. vide Eod. *c.* X.

QUI EO TEMPORE SUMMAM T. P. H. Gudian. *ſi eo tempore ſummam tui partem habuerit*. Academ. *ſum. poteſtatem habuit tui*.

TAM IMPUDICUS ET PROCAX. Gudian. *tam impius & procax*. Verum quivis viderit ſcribendum eſſe cum edd. Venetis, *quam imp. & proc. adoleveris*.

20. IMPUDICISSIMI CORPORIS QUAESTUS. *Quaeſtum* intelligit, quem patiendo, ut mox dicit, impudicitia, ſeu ſtupro corporis fecerat, de quo vide Sall. Cat. *cap.* XXIV. num. 3. ibique notata. Remenſ. & Gudian. *quaeſtus, ſumtus ſufficere* cet.

AETAS TUA JAM — EXOLEVERAT. I. major natu eras, quam ut ea pati poſſes. Sic Criſpus l. c. *aetas quaeſtui modum fecerat*. Apulej. Apolog. pag. 323. *pudore diſpoliato, flore exoleto, flammeo obſoleto*. Senſus de cupiditatibus infinitis idem eſt apud Criſpum Cat. *cap.* XIII. extr.

NON EST FACILE EXPUTARE. Ita recte edd. Ciceron. Contra Salluſtianae etiam Venetae *reputare*. Alterum firmant MSS. noſtri omnes, praeter Remenſ. in quo neutrum Verbum conſpicitur.

21. VENALEM HABUIT, VENDIDIT. Et hoc eſt ex numeris Tullianis. Rem ipſam ab hoc Declamatore mutuatus eſt Auctor haud adeo vetuſtus Vitae Salluſtii: *paternam domum vendidit, ut crimine adulterii ſe redimeret*; ſcilicet, ut cohaereant mendacia.

PRO HEREDE GESSERIT OMNIA. Tamquam heres. Plura dabit nota ad Criſpi Jug. *c.* XCVIII.

22. AT HERCULE LAPSUS EST AETATIS TIROCINIO. MSS. *At hercules*. Remenſ. *ad Herculis pedes lapſus eſt*. *At* eſt particula Occupationis, uti *At vero*, *At enim*. vide Cat. *c.* LI. n. 25. *Aetatis tiro-*

aetatis tirocinio, poſtea ſeſe correxit. Non ita eſt: ſed abiit in ſodalitium ſacrilegi Nigidiani: bis judicis ad ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit: & ita diſceſſit, uti non hic innocens eſſe, ſed judices pejeraſſe, exi-
23 ſtimarentur. Primum honorem in quaeſtura adeptus, hunc locum & hunc ordinem deſpexit: cujus aditus ſibi quoque, ſordidiſſimo homini, patuiſſet. Itaque timens, ne facinora ejus clam vos eſſent, cum omnibus matrum familiarum viris opprobrio eſſet, confeſſus eſt, vobis audientibus, adulterium; neque erubuit ora veſtra.

VI.24 Vixeris, uti libet, Salluſti; egeris, quae volueris; ſatis ſit, unum te tuorum ſcelerum conſcium eſſe; noli nobis languorem, & ſoporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum noſtrarum: ſed ita experrecti non ſumus, ut a te cavere poſſimus. Audacia tua vincit ſtudia noſtra. Ecquod hunc movere poſſit, P.C. factum ac dictum turpe,

tirocinium eſt prima aetas, ſimili translatione, qualis illa, de qua ſupra ad n.3. Acad. *in tirocinio*. *Non ita eſt*, formula & Ciceronis & Salluſtii Cat. *c.*LI. & Jug. *c.*LXXXV.

SED ABIIT IN SODALITIUM SACRIL. NIGID. Academ. *ſed abiit in ſolidalium ſacrilegii N.* Remenſ. *ſed abiit in ſolicium*, Gudian. *ſed in ſolidacium ſacrilegii aliud Nigidiani*. Corrupta haec vix ex ſola conjectura emendare audeo. Nec viri docti H. Glareanus & Jo. Clericus ſciunt, quis ille *Nigidianus* ſacrilegus fuerit. Forte *ſacrilegii Clodiani* melius eſſet ad perſonam dicentis. Poterunt alia etiam excogitari ab his, quibus otium erit.

EXTREMA FORTUNA STETIT. Academ. omittit vocem *fortuna* ſtetit, ut *extrema ſtetit* ſit ex Proverbio *in extrema regula ſtare*, *in extremo ſtare*. vide Lipſium ad Senec. Epiſt. XII. pag.39. Senſus eſt apertus.

NON HIC INNOCENS ESSE, SED JUDICES. Gudian. omittit Pronomen *hic*: nec reprehendo. Pro *pejeraſſe*, Academ. *pejoraſſe*. forte *perjuraſſe*, quod & Ciceroni, & Plauto aliiſque vindicarunt viri docti. v. C. Lang. & Fr. Fabrit. ad Cic. III. Offic. *c.*XXIX.

23. PRIMUM HONOREM IN QUAESTURA. Docte de *quaeſtura*, qui erat primus gradus honorum, quod Aſconius docuit. Gudian. *& hunc ordinem deſpectus, cujus aditus is quoque, ſord.* cet. ita & Academ. niſi quod *is* omittat. Edd. vett. voce amplius; *ſecutus eſt hunc locum & hunc ordinem deſpectum, cujus* cet. & illud *ſecutus eſt* Gruterus in aliquot MSS. reperit: noſtri tamen reſpuunt, qui facile illis concederent, niſi ex vulgata etiam, aut potius noſtrorum librorum ſcriptura commodus ſenſus elici poſſet. nam non opus eſt *deſpectum reddidis* cum recentioribus inferre; ſed *deſpectus* mutare in *deſpexit*. i. pro nihilo habuit dignitatem hujus ordinis ſenatorii, quippe cujus aditus ſibi quoque patuiſſet: cum tamen conſcius ſibi eſſet, quam ſordide vixerit, & quam ſit omnibus flagitiis contaminatus. Ita Cicero in Verrem: *tu ſic ordinem ſenatorium* deſpexiſti.

CLAM VOS ESSENT. Gudian. & Remenſ. *clam nos*; Acad. *clam nobis*; Incert. *clam vobis*; Edd. Venetae, *ne facinora ejus clandeſtina clara vobis eſſent*. Male. eſt enim Ironia haud indecora. *Clam vos*, ut Cicero *clam iis*; Terent. *clam patrem*. nempe cum utroque Caſu conſtruitur.

C. OMN. MATRIBUS FAMILIAS OPPROB. MSS. noſtri omnes, *cum omnibus matrum familiarum veſtris opprobrio eſſet*. id *veſtris* per notam ſcribunt *uris*. Unde jam in edd. Venetis factum *viris*, quod in membranis aliquot legiſſe vult Gruterus. *Matres familiarum* veteres ſaepe dixiſſe, exemplis probatum ad Sall. Catilinam. Neque tamen in illa lectione adquieſco. juvares eamdem emendando *opprobrium*.

24. SUMUS DILIGENTES. Apulej. IX. Metam. pag.786. ed. Lugd. 1604. *Quanto melior Philesitaerus adoleſcens & formoſus, & liberalis & ſtrenuus, & contra maritorum* inefficaces diligentias *conſtantiſſimus*. ibi vide Beroaldum ut & Pricaeum pag.510. ubi haec Declamationis verba adſcripſit. Ceterum in illo Verbo *exprobrare* deficit Remenſis ſecundus, qui ſolus has Oratiunculas habuit.

ITA EXPERRECTI NON SUMUS. Gudian. *ita experti*. male. *Experrectus*, excitatus, eſt idem qui attentus, vigilans. vide notam ad Cat. *cap.* XX.

FACTUM AC DICTUM TURPE. Sic multi, in eis Criſ-

Digitized by Google

turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? 25
Quod ſi nihil pro me tibi reſpondere voluiſſem; ſed illud cenſorium elo-
gium Ap. Claudii, & L. Piſonis, integerrimorum virorum, quo uſus eſt
quiſque eorum, pro lege palam univerſis recitarem: nonne tibi viderer
aeternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non poſſit? Neque 26
poſt illum delectum ſenatus te umquam vidimus. Niſi forte in ea te caſtra
conjeciſti, quo omnis ſentina reip. confluxerat. At idem Salluſtius, qui 27
in pace ne ſenator quidem manſerat, poſtea quam reſp armis oppreſſa
eſt, & idem victor, qui exſules reduxit, in ſenatum poſt quaeſturam re-
ductus eſt. Quem honorem ita geſſit, ut nihil in eo non venale habuerit,
cujus aliquis emtor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non aequum, ac ve-
rum duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet: neque aliter vexavit, ac debuit,
ſi

Criſpus, *neque* facto, *neque* dicto *ullo abſtinere, quod modo ambitioſum eſſet*, Jug. *c.* LXIV. n. 5. ubi vide. mox MSS. *quem non puduerit*. De confeſſione illa fictitia adulterii vide Scholiaſt. Hor. 1. Sat. II.

25. CENSORIUM ELOGIUM APPII CLAUDII. Appius Claudius Pulcher & L. Calpurnius Piſo cenſores fuerunt A. V. 704. iique multos nobilium, in quibus Criſpus Salluſtius, ſenatu ejecerunt, ſi fides habenda Dioni Caſſ. Lib. XL. pag. 150. *Elogium* dicit ſententiam Cenſorum, ſeu titulum & cauſſam, qua de cauſſa ſenatu ejecerint, ut vel ex Dione conſtare poterit. Sic *elogium exheredationis* apud Quinctilianum. vide Interpretes Petronii *c.* LIII. Hinc eſt, quod Gloſſae exponant *notam criminis*, *titulum criminis*. vide omnino Valeſium ad Ammian. XIV. *c.* V. pag. 19. & Muncker. ad Fulgent. Mytholog. I. p. 30. alios.

QUISQUE EORUM, PRO LEGE. Glareano ſuſpecta eſt vox *eorum*, etiamſi ad Cenſores referatur. Sed non aliter intelligi poteſt, quam de Cenſoribus: & addidit illa, ne quis alterum Cenſorem alteri obſtitiſſe crederet, ut in aliis fecerat Piſo. *Pro lege* recitarem eſt tamquam legem; ſive quod adeo certum ſit illud elogium, ſive ut omnes audiant. An *pro lege* dixit notione *pro licentia* & *poteſtate* mea? Nam *lex* ſaepe id Ciceroni, quod ex lege deſcendit. An *uſus eſt pro lege* jungendum?

INURERE MACULAS. Ciceronis ſunt *infamiam*, *notam inurere*: & v. Verrina *c.* XLVI. *Errabas, cum te* maculas *furtorum & flagitiorum tuorum ſociorum innocentium ſanguine* eluere *arbitrabare*.

26. POST ILLUM DELECTUM SENATUS. Gudian. *dilectum*; Incert. pro var lect. *decretum*. Venetae, *illum* praetereunt. Cicero: *Quod idem facere cenſores in* delectu dignitatis, *& in judicio civium, & in animadverſione vitiorum qui convenit?*

IN EA TE CASTRA. In caſtra Caeſaris. Multi certe equitum & ſenatorum poſt illam cenſoriam notam Caeſarianas partes ſecuti ſunt. Auctor Dio l. c. adde 1. de Rep. Ord. *c.* III. *ſentinam reip.* Ciceronis eſſe, diximus ad Catil. Salluſtii.

27. IDEM VICTORES, QUI EXSULES. Edd. Venetae & Gryphii: *idem victor, qui exſules reduxit*. quam lectionem in ſuis libris etiam offenderat Glareanus, & ob id locum pronunciat corruptum. minus vere. Intellige, *& idem victor fuit*. Caeſarem exſules reduxiſſe, nempe eos, qui ob ſuas partes ejecti ſunt, tum & proſcriptos alios ex Caeſare, Dione, Suetonio conſtat.

POST QUAESTURAM REDUCTUS EST. Erat enim moris Romani, ut ſenatu moti, cum iterum in eum ordinem reciperentur, aliquo honore ornarentur: quod de *praetura* adnotavimus ad Cat. *c.* XVII. n. 3. Et praetorem quidem Salluſtium factum eſſe, ut recuperaret dignitatem ſenatoriam, tradit Dio Libr. XLII. pag. 209.

VENALE HABUERIT. Imitatur Cic. II. Philipp. *c.* XXXVIII. *Omnino nemo ullius rei fuit emtor, cui defuerit hic venditor*. Mox *igitur* deficit in MSS. noſtris.

NEQUE ALITER VEXAVIT, AC. Gudian. *neque aliter vixit*. male. *vexavit homines, remp.* ipſum etiam *magiſtratum*, ſi cum Salluſtio loqui voluiſſet ex Cat. *c.* XX. Sed priora illa reſpexit, quod de iis, qui magiſtratum gerunt, ſaepiſſime ita loquantur, in primis de his, qui in provincias mittebantur. *Si quis* peculiaris Ciceroni di-

28 ſi quis praedae loco accepiſſet magiſtratum. Peracta quaeſtura, poſteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus ſimilitudine vitae ſe conjunxerat, unus jam ex illo grege videbatur. Ejus enim partis exemplar erat Salluſtius, quo tanquam in imam voraginem coetus omnium vitiorum exceſſerat: quidquid impudicorum, cillonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, ſicut in fretis, ſubſederant, nominis perditi, ac notiſſimi, nulla in parte caſtris apti, niſi licentia vitiorum, & cupiditate rerum novarum.

VII.29 At poſtea quam praetor factus eſt, modeſte ſe geſſit & abſtinenter. Nonne ita provinciam vaſtavit, ut nihil neque paſſi ſunt, neque exſpectarint gravius ſocii noſtri in bello, quam experti ſint in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum transjici, aut in naves contrudi. Tantum, inquam, P. C. exhauſit, quantum voluit. ne cauſſam diceret, ſeſtertio duodecies cum

30 Caeſare paciſcitur. Quod ſi quidpiam eorum falſum eſt; hic palam refelle, unde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente

dictio, ubi alii *qui* non ita bene ponunt. vide notam ad Jug. *c.* LXV. n. 2. infra Declam. extr.

28. MAGNA PIGNORA EIS DEDERAT. Magna documenta ediderat, eſſe ipſis ſimilem. i. factis ſuis oſtenderat, quod eſſet aeque injuſtus, rapax, crudelis, ac ceteri ejusdem factionis. Cicero, *minus multa dederunt illi reip. pignora.* adde I. Phil. *cap.* III. Juſtin. I. *cap.* X. numer. 20.

EJUS ENIM PARTIS. Raro Cicero extra oppoſitionem duarum partium *pars* numero ſingulari adhibet pro coetu, factione. Pollio Cic. X. epiſt. XXXI. n. 5. *Cum vero non liceret mihi* nullius *eſſe* partis. Coelius Epiſt. XIV. n. 8. *honeſtiorem ſequi* partem. & ſic alibi. Cicer. pro Sulla *c.* III. *in impiorum* partem *atque parricidarum* numerum *contulit*.

TAMQUAM IN IMAM VORAGINEM. Gudian. *tantam in unam voraginem.* Edd. vett. & Gryph. *tantum in unam vor.* Acad. *tamquam immani voragine.* non male, *tq. in immanem voraginem.* Sententiam eadem ſere ſimilitudine expreſſit Salluſt. Cat. *c.* XXXVII. n. 5.

COETUS OMNIUM VITIORUM. Similiter Criſpus Cat. *c.* XIV. n. I. *omnium* facinorum *atque* flagitiorum, *tamquam ſtipatorum*, *circum ſe* catervas *habebat.* ubi vide.

IMPUDICORUM, CILONUM. Incert. *chilonum;* Acad. *lenonum;* edd. vett. *cillonum*, quomodo ſcribendum eſſe Petr. Crinitus VII. de Hon. Diſcipl. *c.* VIII. evincere voluit, deducens ab antiquo *cillere* h. e. agitare, motitare, canum more, atque Cinaedorum. Gloſſae: *Cilones*, ΦΟΞΟΙ.

NOMINIS PERDITI AC NOTISSIMI. Guilielmius non male: *homines perditi a. n. Notus* autem etiam in deteriori ſignificatione dicitur, pro famoſo. Ut *Notiſſimus aleator*, Aſconius. *notus latro*, Cicero. Ita *nobilis*, *conſpici* & plura verba alia uſurpantur. vide Schulting. ad Senec. Suaſ. VII. p. 49.

29. PRAETOR FACTUS. De praetura Salluſtii meminit Dio XLII. pag. 209. & de adverſa ejus fortuna, Appian. II. Cicer. pag. 485. Plutarch. Caeſ. pag. 732.

AFRICAM INTERIOREM. Numidiam, cui praefectus eſt a Caeſare. Dio XLIII.

FIDE NOMINUM TRANSJICI. Acad. *fidem hominum*. Male. Edita lectio ſummam Criſpi avaritiam indicat, qui non contentus numeratam pecuniam rapere, etiam nominibus pecuniam ab aliis ſumere, ſibique tradere coegit. vide Salluſt. Cat. *c.* XXXV.

SESTERTIO DUODECIES. Alii *ſeſtertium*. corrupte, ut pluribus oſtendit Doctiſs. Gronov. IV. de Pec. Vet. *c.* IV. Summa eſt ad noſtram pecuniam 25000. Philippeorum.

30. DOMUM REDIMERE POTUERIS. Incert. & Gudian. *relinire*, quomodo & alii MSS. apud Gruterum, unde Guilielm. fingebat, *retinere*. minus eleganter. Edita melior. ſiquidem & ille *redimere* recte dicitur, qui debitoribus ſatisfacit, atque ita prohibet, ne vendere opus ſit. vide Salluſt. Cat. *c.* XIV.

TAMQUAM SOMNIO BEATUS. Eraſmus reſpicere putat auctorem ad id, quod per ſomnium multi ſibi ditiſſimi videntur. eum lege Chil. I. Cent. VII. n. 87. Notum tamen & aliud proverbium, quo *per ſomnium* ea fieri dicuntur, quo-

pente tamquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, villam Tiburti C. Caeſaris, reliquas poſſeſſiones paraveris? Neque piguit quaerere, cur ego 31
P. Craſſi domum emiſſem: cum tu veteris villae dominus ſis, cujus paullo ante fuerat Caeſar? modo, inquam, patrimonio non comeſo, ſed devorato, quibus rationibus repente factus es tam adfluens, & tam beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem ſuum ſatis honeſtum quisquam ſibi ducit, niſi ſimilis, ac par tui?

At hercule egregia facta majorum tuorum te extollunt: quorum ſive tu 32. VIII
es ſimilis, ſive illi tui, nihil ad omnium ſcelus, ac nequitiam addi poteſt. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt inſolentem. Tu, Criſpe Salluſti, tantidem putas eſſe bis ſenatorem, & bis quaeſtorem fieri, quanti bis 33
conſularem, & bis triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum 34
paratus eſt dicere. Is demum maledicit, qui non poteſt verum ab altero audire. Sed tu omnium menſarum adſecla, omnium cubiculorum in aetate 35
pellex, & idem poſtea adulter, omnis ordinis turpitudo es, & civilis belli memoria. Quid enim hoc gravius pati potuimus, quam quod te incolumem in

quorum cauſſae non ſunt apertae: quod alii *per ſomnum* dicunt.

HORTOS PRETIOSISSIMOS. *Salluſtianos* a poſſeſſore nominatos. mentio eorum apud Tacitum, Euſebium, Dionem, Ulpianum, Caſſiodorum, alios. vide Donat. III. de urbe Rom. *c.* XXIII.

VILLAM TIBURTI. Gudian. *villam in Tiburti;* Venetae, *Tiburtii*. *Tiburtinam* intelligit, eamque fortaſſis, quam poſtea Adrianus Aug. ſplendidius aedificavit. vide Kircher. Lat. antiqu. & nov. P. III. Mallem autem *villam Tiburtem*, aut *in Tiburte*, ut Cicero loquitur. edita enim vitioſa eſt. Poſtremum MS. juvat. Glareanus *Tiburi* legit. De *poſſeſſionibus* diximus ad Cat. *c.* XXXV.

31. SED DEVORATO. *Devorare* amplius ſonat, quam *comedere*, & eſt Ciceronis verbum II. Philipp. *c.* XXVII. *Quamobrem deſinite mirari, haec tam celeriter eſſe conſumta. non modo unius patrimonium, quamvis amplum, ut illud fuit, ſed urbes & regna celeriter tanta nequitia* devorare *potuiſſet*.

QUIS TE FACERET HEREDEM. Supra enim hic Pſeudo-Cicero dixerat, ſe hereditatibus amicorum divitem factum.

32. FACTA MAJORUM TUORUM. Incert. omittit vocabulum *majorum*. in Venetis prioribus *tuorum* bis eſt expreſſum.

SIVE ILLI TUI. Acad. *tibi*.

NIHIL AD OMNIUM SCELUS. Edd. Venetae, *nihil ad tuum ſcelus addi poteſt*. quod magis placet. Infra MSS. noſtri *totidem putas eſſe*.

33. QUANTI BIS CONSULAREM ET TRIUMPH. Nimirum Salluſtius cum maximo dedecore *bis ſenator* factus eſt, quoniam, ut ſupra legimus, eo motus eſt; at Cicero cum magna gloria *bis conſularis*, h. ut conſularis in exſilium ejectus eſt, ſed ſtatim revocatus omnes ſuas dignitates recepit, quod paſſim ipſe pluribus praedicat. Glareanus non debuerat haeſitare, aut de Cicerone bis conſule cogitare. vide notam ad VI. Hiſtor. Or. Cottae num. 3. *triumphalis* ſibi eodem jure videtur, quoniam meruerat triumphum, neque haec ejus gloria exſilio ſuo interciderat, ſed cum reditu renovata erat.

34. CARERE DEBET O. VITIO. Acad. Gudian. & Incert. *Carere decet.* vide Juvenal. Sat. II.

QUI NON POTEST VERUM AB A. A. H. cui non ab altero vera crimina objici poſſunt, is demum maledicere alteri poteſt. Suſpicor tamen, aliquam ſubeſſe corruptionem.

35. IN AETATE PELLEX. Sic omnes MSS. & vett. edd. Perperam in Cicerone ediderunt, *in prima aetate*. Nam florem aetatis, ſive eam partem aetatis viri, quae idonea eſt ad illa flagitia, praeciſe *aetatis* adpellatione venire, ſupra adnotavimus n. II.

CIVILIS BELLI MEMORIA. H. e. quaſi monumentum quoddam, quod dum adſpicimus, ſubit memoria civilis belli. id enim te in ſenatum reduxit. Ita Ciceroni *fides*, pro re, quae fidem faciat; *terror*, pro exercitu, qui terrori eſt; *decus*, pro homine, qui adfert decus, in uſu ſunt. Ita idem ille V. Verr. *c.* LVI. *odores* dixit, pro rebus odoriferis. ita Seneca Epiſt. LXXXIII. *ſoporem*, pro medicamento ſoporifero. Item M. Seneca Suaſor. VII. pag. 45. *Cicero princeps ſenatus Romanique nominis* titulus. ubi vi-

36 in hoc ordine videamus? Deſine bonos petulantiſſima conſectari lingua; deſine morbo procacitatis iſto uti: deſine unumquemque moribus tuis aeſtimare: his moribus amicum tibi facere non potes, videris velle inimi-
37 cum habere. Finem dicendi faciam P. C. Saepe enim vidi gravius offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiſerunt. Mihi quidem ratio habenda eſt, non quid Salluſtius merito debeat audire, ſed ut ea dicam, ſi qua ego honeſte effari poſſum.

vide Gronov. Auſonius Epigr. xxxiv. *Mors etiam ſaxis nominibusque venit*, de ſculpto marmore, quo nomen cujusdam Marcii propagare voluerant. Claud. Olybr. *v.* 204. Nomina *annis parturit*. i. conſules. Ita *tutela*, *indicium* alia plura obvia erunt adtendentibus.

QUID ENIM GRAVIUS. Gudian. *quid enim his gravius;* Incert. & Academ. *hoc gravius*, quod exſtat in edd. Venetis, nec rejicere potuimus.

36. MORBO PROCACITATIS. Ita principio Declam. primae: *ſi te ſcirem judicio magis, quam* morbo animi, *petulantia iſta uti.* ubi vide.

MORIBUS TUIS AESTIMARE. Tales cuique mores adfingere, quales ſunt tui. Terent. Andr. A. IV. Sc. I. *Tuum animum ex animo ſpectavi meo.* Heautont. A. V. Sc. I. *niſi illos tuo ex ingenio judicas.* Acad. *exiſtimare*.

HIS MORIBUS AMICUM TIBI. Acad. *his moribus eſſe tibi & amicum facere;* Incert. & Gudian. *amicum efficere*. De ſe loqui videtur Cicero. his tuis, Salluſti, moribus me tibi amicum facere non poteris. de qua Ellipſi diximus ad Jug. *c.* XIV.

37. GRAVIUS OFFENDERE ANIMOS A. Egregia profecto ſententia, & noſtra aetate haud negligenda: iis maxime, qui ſcriptores libere ac latine loquentes interpretantur. Loco tamen non ſuo inculcata eſt ab auctore. vix enim aliquod flagitium & turpe dictu ſupererit in vita Salluſtii, etiam ſi ille contaminatiſſimus fuiſſet, quod non ille apertis verbis jam propoſuerit.

NON QUID S. M. DEBEAT AUDIRE. MSS. Incert. & Acad. *non quae S.* atque eodem modo edd. Venetae. De eo, quod ſequitur, *ſi qua* reſpice ad n. 27.

JULII EXSUPERANTII OPUSCULUM

DE

MARII, LEPIDI, AC SERTORII

BELLIS CIVILIBUS.

Quod cum in vetere quodam Salluſtii codice, bello Catilinario & Jugurthino in fine ſit additum, Hiſtoriarum Salluſtii breviarium quoddam eſſe videtur.

EX BIBLIOTHECA PITHOEANA.

CUM Lucius Metellus Proconſul, contra Jugurtham in Numidiam exercitum duceret, Marium ex gregariis militibus genere ignobilem, ſed virtute praeſtantem, ſecum habuit. Quem cum militibus quaeſtorem feciſſet, ita ſe factis fortibus promiſerat, ut hoſtibus terrori, Romano imperatori carus eſſet. Sed victimas immolanti numinibus in oppido Numidarum, cui nomen eſt Utica, haruſpices magna quaedam impendere Mario reſponderunt: atque hortati ſunt, ut quae vellet, auderet, peteretque celſiora natalibus, meritisque majora: ſiquidem cuncta videbatur favor ſpondere fortunae. Tunc capiendi conſulatus invaſit magna cupiditas, ad quem petendum paratus ſuffragiis, relicta provincia Metello, Romam venit: ibique de Metelli rebus loquendo corruptius, ac ſuam extollendo virtutem effecit animos vulgi cupidos novitatis, in ſuum excitando favo-

CAP. I. CUM MILITIBUS QUAESTOREM FECISSET. Legatum Metelli fuiſſe Marium, docent Salluſtius, Vellejus, Plutarchus. De *quaeſtore* nulla alibi mentio; neque tamen certo conſtat, quis Metelli quaeſtor fuerit: ut forte noſtro Julio ſit fides habenda.

ITA SE FACTIS FORTIBUS PROMISERAT. Bene jam Frid. Sylburgius comparavit hanc formulam cum Plinii illis XVI. c. XXVI. *In maxima tamen admiratione pinus eſt: habet fructum matureſcentem; habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. nec ulla arborum avidius* ſe promittit. Neque ſoli rei ruſticae ſcriptores ita loquuntur: cum & plures alii *promittere* pro oſtentare adhibeant. Atque Salluſtius quidem *oſtendere* & *oſtentare* maluit, ex quo tamen proxima deſcripta ſunt, *hoſtibus terrori*, cet. vide Jug. c. VII. n. 4.

MAGNA QUAEDAM IMPENDERE. *Portendi* extis hoſtiarum, Salluſtius ſcribit, a quo haec omnia ſumta ſunt. ille etiam elegantius *quaedam* omittit. vide Jug. c. LXIII. ſeqq. Mox *Tunc invaſit* nempe *eum*, quod more Criſpi omiſit. Sed ille in hac re verius Marium jam antea conſulatus cupidine agitatum fuiſſe ſcribit.

PARATUS SUFFRAGIIS. I. inſtructus, ut Cicero *paratus praeſidiis, equitatu, peditatu*. Quomodo ſibi paraverit ſuffragia, pluribus enarrat Criſpus. Infra *relicta provincia Metello* paullo inſolentius ſcripſit. Nam legatus aut quaeſtor Proconſuli haud proprie *relinquit* provinciam.

Digitized by Google

favorem, adjuvantibus Tribunis plebis. Nam eo tempore inter patres ac populum, ſtudio dominationis, erant excitata certamina. Ita factum eſt, ut quaſi in perniciem nobilitatis, quam lacerabat injuriis, Marius novis extolleretur honoribus. Itaque comitiis conſularibus, univerſus populus, qui ad eligendum convenerat, Marium conſulem juſſit: & erepta Metello provincia, in Numidiam miſſus eſt.

II. Is accepto conſulatu, quaſi ſpolium victoriae ſuperatis patribus oſtentabat; aperteque ſe eorum potentiae profitebatur adverſum. Sed cum militem novum ſcriberet, primum omnium capite cenſos cives inſidosque atque inutiles duxit ad bellum; ut hac ratione cum publico detrimento populo gratiam redderet, a quo ſperatos honores acceperat. Nam populus Romanus per claſſes diviſus erat, & pro patrimonii facultate cenſebatur. Ex iis omnes, quibus res erat, ad militiam ducebantur. Diligenter enim pro victoria laborabant, qui ex libertate bona patriam defendebant. Illi autem, quibus nullae opes erant, caput ſuum, quod ſolum poſſidebant, cenſebantur, & belli tempore in moenibus reſidebant. Facile enim poterant exiſtere proditores: quia egeſtas haud facile habetur ſine damno. Hos igitur Marius, quibus non fuerat Reſp. committenda, duxit ad bellum. Sed forte L. Syllam legatum, unum de nobilibus, in provinciam duxit.

IN SUUM EXCITANDO FAVOREM. Alius forte ſcripſiſſet: *in ſuum eos favorem adjuvantibus tribunis plebis*. Attamen neque haec, neque edita ſcriptura placet: niſi quod vulgata ſit ex uſu auctoris. vide infra *c.* VI.

STUDIO DOMINATIONIS. Sequitur Salluſt. Cat. *c.* XXXIII. nu. 3. & *c.* XXXVIII.

LACERABAT INJURIIS. De his moribus Marii vide Jug. *c.* LXXXIV. de Verbo *lacerare* vide ad III. Hiſt. Or. Macri num. 21. *Injurias* & *contumelias* jungit Criſpus Catil. *cap.* XXXV. num. 3. adde notam ad *c.* XXXIV. num. 2. Auctor ad Herenn. *injuriam* vocat, *quae aures convicio pulſat*.

NOVIS EXTOLLERETUR HONORIBUS. Forte, *Marius novus extolleretur honoribus*. vide Jug. *c.* XLIX. num. 4.

CAP. II. QUASI SPOLIUM VICTORIAE. Ex Sall. Jug. *c.* LXXXIV. nu. 1. *dictitare*, *ſeſe* conſulatum *ex victis illis* ſpolia *cepiſſe*.

PRIMUM OMNIUM CAPITE CENSOS. *Primum omnium* dixit pro *primus*, conſuetudine ejus ſaeculi, quo *ſolum* etiam pro *ſolus* & alia hujuſcemodi frequentius, quam primis temporibus, audiebantur. Sequitur Valer. Max. II. *c.* III. num. 1. & Criſpum Jug. *c.* LXXXVI. ubi & de capite cenſis, & de claſſibus plura prolata ſunt.

OMNES, QUIBUS RES ERAT. *Res*, pro facultatibus & bonis. vide Salluſt. Jug. *c.* LXXIII. n. 6.

EX LIBERTATE BONA PATRIAM DEF. Aſteriſco locum notavit Sylburgius, ceterique editores eum ſecuti. in MS. *ex* per notam *é* erat ſcriptum. Forte fuit, *qui cum libertate, bona, patriam defendebant*. i. & libertatem, & bona ſua, & patriam defendebant. vide notam ad Salluſtii l. c. num. 3.

CAPUT SUUM—CENSEBANTUR. vide ad III. Hiſt. p. 963 *dedecores inultique* terga *caedebantur*.

EGESTAS HAUD FACILE H. S. D. Deſcripta haec ex Salluſt. Cat. *c.* XXXVII. n. 3. quem ſi recte intellexiſſet auctor, *haud* omittere debebat: at ille voces *ſine damno* alio ſenſu accepit, & *egeſtatem nocentem* h. inopes ad res novandas aptiſſimos eſſe intellexiſſe videtur. Unde jam ſatis de ingenio doctrinaque auctoris conſtare poterit.

L. SYLLAM LEGATUM. *Quaeſtorem* Marii fuiſſe, Criſpus aliique tradunt. vide Jug. *cap.* XCV. princ.

IN GALLIAM MISSUS. Sequitur omnino Criſpum, quem vide Jug. *c.* CXIV.

CAP.

xit. Atque ibi confecto feliciter bello, & Jugurtha capto, ad urbem redire victores. Atque ſtatim, virtute cognita, Marius in Galliam miſſus, quae tunc Romanos fines hoſtili incurſione vexabat.

III. Eodem tempore Mithridates cum magnis copiis univerſam Aſiam urbesque ſociorum expugnando atque vaſtando coepit affligere. Ad quem coercendum L. Sylla eſt cum exercitu deſtinatus, cujus in Africano bello probata erat corporis atque animi magnitudo. Hoc ubi Mario compertum eſt, terminare, quod gerebat, proelium feſtinavit: & homo infinitae cupidus gloriae, non patiebatur libertatem dignitatemque Romanam alterius virtute defendi. Contuſis igitur Gallis, vaſtataque natione penitus barbarorum, Romam iterum victor intravit. Itaque inſtinctu ejus Sulpicius Tribunus plebis legem tulit, ut auferretur Syllae provincia ac Mario daretur. Hoc Syllae ubi nunciatum eſt, Murenam legatum ſuum provinciae Valerianisque praefecit militibus, quos infidos bellis exiſtimabat eſſe civilibus: & cum parte exercitus, injuriae dolore commotus, ad extinguendam Marianam venit factionem. Statim ut Romam venit, reſiſtentem ſibi Sulpicium & ſeditioſis concionibus R. P. diſturbantem, cum multis, quos ſibi ſocios adſciverat, trucidavit; atque Marium ipſum, machinatorem tantae contumeliae, in exilium impetu detruſit armorum: atque ille quotiens victor, per Gallorum atque Afrorum rura, quae ipſe vaſtaverat, naufragus atque egenus erravit.

IV. Dum

CAP. III. MITHRIDATES. De quo Salluſtium vide Libr. IV. Hiſtor.

CORPORIS ATQUE ANIMI MAGN. Nihil hic deficit, aut corruptum eſt. *Corporis magnitudo*, ut *virtus corporis*, auctore Lactantio, de fortitudine dicitur. *animi magnitudo* eſt prudentia, de qua vide Criſpum Jugurth. *cap.* XCV. ſeq. Aemulatur illud ejusdem auctoris, *corpore ingenti, perinde animatus*, ut quidem legiſſe videtur.

TERMINARE —— PRAELIUM. *Terminare* haud ita male pro finire poſuit, ut *praelium*, pro *bello*. Videtur adſentiri Juſtin. III. *cap.* VI. *Interjecto deinde tempore, poſt reditum ſuorum aucti & claſſis & militum robore* praelium *reparavere*. Dictys I. *capit.* XV. *Tum communi conſilio ſuper conditione* praelii *jusjurandum interponi hoc modo placuit*.

CONTUSIS IGITUR GALLIS. Deſumſit verbum ex Sall. Jug. *c.* XLIII. extr.

SULPICIUS TRIBUNUS. Quem multis pollicitationibus perlexerat Marius. vide Plutarch. & Appian. I. Civ. pagin. 383. de relicto Murena idem Appianus Mithrid. pagina 213.

VALERIANISQUE PRAEF. MILITIBUS. *Valerianos* milites Appianus *Fimbrianos* vocat, ſed Noſter Salluſtium ſequitur IV. & V. Hiſtor. Erant enim legiones, quos ducebat L. *Valerius* Flaccus, qui a C. Fimbria ejusdem legato corrupti, imperatorem ſuum deſeruerant, tandem a Fimbria interſectum, Appian. Mithrid. pag. 204. 205. Aurel. Vict. Vir. Illuſtr. *c.* LXX.

RESISTENTEM SIBI SULPICIUM. De quo civili praelio optime Appian. Civ. I. pag. 385. & iisdem fere, quo Noſter, verbis Flor. III. *c.* XXI.

QUOTIENS VICTOR. Secordia Waſſii in ejus editione hic iterum aſteriſcus ponitur, Sylburgianae editioni debitus, qui eum ſemper adjecit, ubi in notis de corrupta lectione aliquid monebat. Mallet nimirum ille aut *quotiens victor* per Parentheſin legi, aut *totiens* reſcribi.

IV. Dum haec aguntur, Cinna & Octavius facti ſunt Conſules: quorum Cinna de partibus Marianis fuit. Hic legem tulit, ut novi cives, qui aliqua ratione Romanam acceperant civitatem, cum veteribus nulla diſcretione ſuffragium ferrent. Hoc videlicet in eorum gratiam faciebat, qui Marium ſuffragiis ſuis extulerant, & ampliſſimis honoribus decorarant. Sed haec lex injurioſa erat in veteres cives, qui meritum dignitatis videbantur amittere, ſi cum novis indignis in ferendo ſuffragio jungerentur. Ob hoc itaque Octavius collega commotus, ut ſeditionibus privaretur, collegam ſuum Cinnam, adnitentibus veteribus civibus, in exilium miſit armatus, munitus videlicet copiis Syllae. Quae cum agerentur, maximus ex utriſque partibus civium numerus interemptus eſt. Expulſus igitur Cinna cum vagaretur, ad Africam, ubi Marius inops erat, forte pervenit: atque ibi communicato conſilio, ſollicitatis animis perditorum, & de ergaſtulis erutis ſervis, exercitum confecerunt; & armata validiſſima manu juventutis, ad urbem venerunt, atque Octavium Syllae ſatellitem ſuperatum necaverunt. Tunc varia crudelitas pervagata eſt, ut nobilitas omnis ad fugitivorum trucidaretur arbitrium. Atque eo immanis ſaevitia Cinnae fuit, ut nec illis parceret, quorum opera erat victor effectus. Et cum hac inſolentia in omnes communiter baccharetur, cum haberet conciones, a militibus ſuis occiſus eſt. Tum Marius, ne ſine ſocio dominatum ſuſtinere non poſſet, in locum Carbonem ſibi in ſeptimo conſulatu collegam ſubrogavit.

V. Tum

CAP. IV. HIC LEGEM TULIT. Ferre voluit, impeditus ab adverſa factione. quo genere loquendi uſus eſt etiam Florus III. *cap.* XVII. vide noſtra ad Jug. *c.* CIX. num.3. & adde Liv. Epit. LXXIX.

Nulla diſcretione. Novi illi cives jam antea in octo tribus erant contributi, ut jam veterum dignitas ſervaretur. Sed Cinna *in omnes tribus eos ſe diſtributurum*, *pollicitus eſt*, teſte Vellejo Pat. II. *cap.* XX. ubi vide Interpp.

MERITUM DIGNITATIS VIDEBANTUR AMITTERE. *Meritum dignitatis* non tam ex conſuetudine optimorum dixit, pro *meritam dignitatem;* quam ex uſu ſaeculi ſui, ubi uſitatiſſima haec erat Periphraſis. Ita Fulgent. III. Mythol. *c.* X. *meritum morborum*. ita alii. vide du Cange Tom. II. pag. 580. Criſpus Cat. *c.* XXXV. *ſtatum dignitatis* maluit. Sed & Claudian. *meritum loci*. ubi vide Barthium.

UT SEDITIONIBUS PRIVARETUR. Ut reſp. quieta eſſet. Flor. III. *c.* XXI. *ſed vincentibus*, quibus pax & quies potior, *profugus patria ſua Cinna confugit ad partes*.

AD AFRICAM — FORTE PERVENIT. Ita reddidit Flori ſui, *confugit ad partes*. Ceteri Cinnam Italia egreſſum eſſe, non memorant.

COMMUNICATO CONSILIO. Ex Salluſt. Cat. *c.* XVIII. num. 5. cui & debetur ſupra verbum *adnitentibus*, *c.* XIX. num. 1.

DE ERGASTULIS ERUTIS SERVIS. Florus *ſervitia & ergaſtula armantur*. *De* pro *Ex* poſuit. vide ad Cat. *c.* LXI. num. 8.

SYLLAE SATELLITEM. Ita adpellat cum Salluſtio I. Hiſt. Or. Lepidi & Philipp. qui erat fautor & propugnator Sullanarum partium. Octavius, vir leniſſimi animi, juſſu Cinnae, interfectus eſt. Vellej. II. *c.* XXII. alii.

VARIA CRUDELITAS. I. multiplex, in multos & vario genere mortis. vide Florum l. c. Appianum, Plutarch. *fugitivos* intelligit ſervos. vide Cat. *cap.* LVI. extr. ne de exſulibus forte capias.

EO IMMANIS. Uſque adeo immanis. Latinitatis collapſae. de Verbo *bacchari* vide notam ad Declam. Cicer. num. 15.

CUM HABERET CONCIONES. Diſſentiunt in morte Cinnae ſcriptores, quod oſtendet nota Puteani ad Vellej. II. *c.* XXIV. Noſter ſequitur Appian. I. Civ. pag. 397.

TUM MARIUS, NE SINE SOCIO. Fallitur auctor. Marius enim prior mortuus eſt, & Cinna in ejus locum Valerium Flaccum conſulem ſubrogavit: quo interfecto in Aſia, Car-

bonem

V. Tum Sylla, tanta indignatione commotus, contra Marium atque Carbonem exercitum duxit; & inter ſe ferali certamine Romani exercitus conflixere. In quo bello ſuperatus eſt Marius. Tum vero Sylla victor, quicquid in urbe remanſerat, crudeliter perſecutus eſt; & R. P. vindicatam non reddidit legibus, ſed ipſe poſſedit; ac ſe talem praebuit, ut Cinnana ac Mariana, quod ultum erat, dominatio quaereretur. Hinc Salluſtius: *bonis initiis malos eventus habuit*. Nam fuerunt bona principia, quod oppreſſam voluit civium defendere libertatem: mali eventus, ut ſuperatis dominis, & ducibus ſaevis, gravius ipſe civitatem quaſſavit, qui ſe publicae calamitatis fore promiſerat defenſorem. Hic cum teneret imperium, multas leges ac jura praeſcripſit, multas civitatibus immunitates vectigalium dedit, multos Romana civitate donavit.

VI. Hujus

bonem adſumſit. vide Appian. pag. 396. reliquos. Abſtractus eſt, quod videret Marium juvenem, illius Marii, qui ſepties conſul fuit, filium, ab Floro, Livio aliiſque, cum Carbone conſulem prodi. Ceterum Sylburgius corrigit: *cum ſine ſocio dominatum ſuſtinere non poſſet*. fruſtra, & idem ſenſus eſt receptae lectionis, quaſi dixiſſet, *timens*, *ne* cet.

In locum Carbonem. Sylburgius emendat, *in Cinnae locum Carbonem ſibi coll. ſubrogavit.* quod non contra mentem Julii eſt. ſed is erravit, ut modo diximus.

CAP. V. Tanta indignatione commotus. I. tot rebus indignis ſeu quae ejus indignationem moverent, incenſus.

Contra Marium atque Carbonem. Marium nempe juniorem intellige, etiamſi auctor priorem intellexerit. Conflixit autem Sulla primum cum Norbano conſule, quem acie vicit. alterum conſulem Scipionem dolis ſuperavit. Poſtea Marius junior ad Praeneſte oppidum victus, Carbonis etiam exercitus per legatum Sullae fugatus. vide Appianum pag. 401. ſeqq. Vellej. II. c. xxv. ſqq. reliquos.

Quicquid in urbe remanserat. Ita, ut Livius: *quidquid erat patrum*. Horat. I. Sat. VI. v. 2. *Lydorum quidquid*. adde Salluſt. Jug. c. XIII. n. 6. & Cic. IV. epiſt. IV. num. 6.

Crudeliter persecutus est. Deſumſit ex Catilin. *cap.* IX. extr. ſed male, & ad genium ſui temporis Salluſtium trahens, quod *perſequi*, pro invadere, ulciſci, punire abſolute dixit.

Non reddidit legibus. Sic Capitolin. Maxim. & Balb. c. XVII. *Suſcepiſſe vos remp. a nefarii latronis ſcelere ſervandam*, reddendam*que Romanis* legibus. Juſtin. XVIII. c. VII. nu. 17. *atque ita decem ſenatoribus interfectis*, urbem legibus *ſuis* reddidit. Sulpic. Sev. Vit. Mart. c. XVI. *confido enim, quod per te* reddenda *ſit* ſanitati. pro quo c. XIX. *reſtitutus ſanitati*. Lucani II. *verſ.* 52. *Omnibus* hoſtes reddite *nos* populis, ad eam formam poſſes interpretari, omnes populos reddite nobis hoſtes.

Quod ultum erat. *Ultum* paſſive, quod & melioribus placuit. vide Jug. c. XXXI. num. 8. *quod* maluit, cum *quae* potuiſſet ad *dominationem* referre, totam orationem exprimens. Capitolin. Vero *cap.* XI. *Nota eſt* fabula, *quam Marci non capit vita*, --- quod *nos non in medio relinquimus*, *ſed* totam *purgatam conſutatamque poſuimus*. adde notam ad Jug. *cap.* CIV. num. 2. Burmann. ad Quinctil. I. Praefat. pag. 10.

Hinc Sallustius. Cat. c. XI. num. 4.

Mali eventus, quod. MS. habuit *ut*, pro *quod*, ſed Sylburgius immutavit. quod fieri non debebat. Ab voce *eventus* ea particula ſuſtinetur: propterea revocavi.

Qui se p. c. fore promiserat. Poterat adſtrictius & elegantius: *qui publicae calamitatis promiſerat defenſorem*. quomodo Seneca III. Nat. Qu. Praefat. de Annibale: *fractiſque rebus etiam poſt Carthaginem pertinax, reges pererravit, contra Romanos* ducem promittens. ita ex MSS. Gronovius, quem vide. Aut certe Verbum *fore* ſupervacaneum eſt, quod reſpuit etiam Criſpus Jug. c. XCIII. num. 6. *Defenſorem*, ut notat Sylburg. dixit, pro *depulſorem*: quomodo Virgil. *Solſtitium defendite pecori*.

Multas leges ac jura praescripsit. Meminit Plutarchus & Appianus pag. 412. 413.

Multas civitatibus immunit. *Multis* ni ſcripſit, intelligit voluit, ut *gentes orarum ultimae; totius anni comitia*. vide notam ad Jug. c. XXXVII. num. 2.

Digitized by Google

VI. Hujus acta cum conatur Lepidus in ſuo conſulatu ſubvertere, contra collegam Catulum civile proelium geſſit, & victus eſt. Nam congregatis iis, in quorum poſſeſſiones novos colonos de ſuis militibus Sylla victor immiſit, ac ſibi conjunctis liberis proſcriptorum, ingentem congregavit exercitum: pollicendo, ſi viciſſent, ſe bona patria reſtituturum. Plebi quoque, multis muneribus publice privatimque largitis, carus videbatur, ac publicae libertatis aſſertor. Sed in Etruriae litore commiſſo proelio coeperat Lepidus eſſe ſuperior per armatam multitudinem, quae odio rerum Syllanarum, ſe Lepidi partibus applicarat. Sed Pompejus de Gallia rediens, non paſſus eſt Lepidi audaciam cum publicis detrimentis impune bacchari. Nam fugientes ejus copias ac ſe implicantes feſtinatione formidinis, ita proſtravit, ut majore numero privatus, in Sardiniam confugeret; ut impedito commeatu, populum Romanum fatigaret inopia, ac ſuas vires armis copiiſque & omni inſtrumento reficeret. Atque ibi contrario Propraetore, variis proeliis gravibusque conflixit. Nam ſollertiſſume tutando provinciam effecit, ut Lepidi conſilia vana forent. Undique enim prohibitus, & munitionibus ac civitatum expugnatione depulſus, nequivit cogitata perficere. Ac dum multa parat, morbo gravi oppreſſus ac mortuus eſt.

VII. Cu-

CAP. VI. Cum conatur Lepidus. De hoc conatu Lepidi Criſpus I. Hiſtor. Flor. III. c. XXIII. *Cupidus rerum novarum per inſolentiam Lepidus acta tanti viri reſcindere parabat.* vide ibi citatos.

Praelium gessit. *Praelium* pro bello dixit ſupra c. III. Hic tamen forte vulgata notione accepit.

Liberis proscriptorum. Quorum iniquiſſima erat conditio. vide Orat. Lepidi I. Hiſt. adde Cat. c. XXXVII. num. 9.

Publice privatimque largitis. Vulgo *largitus*, corrupte, &, quod nos ſcripſimus, adprobavit jam Sylburgius. Sic modo *ultum* paſſive poſuit, & ipſe Criſpus I. Hiſt. apud Gellium XV. *cap.* XIIII. Dilargitis *proſcriptorum bonis*.

In Etruri littore. Quo praelio Lepidus ſuperior fuerit, ceteri haud memorant. Veroſimile eſt Julium ſequi Salluſtium ſuum, qui tale quid memoraverit. Scribendum autem *in Etruriae littore*, quam Etruriam Lepidi partium fuiſſe conſtat. Florus: *profectus in Etruriam arma inde & exercitum Urbi admoverat*.

Pompejus de Gallia rediens. Pompejus enim in Gallia contra Brutum caſtra habebat, cum Lepidus ad urbem rueret. vide Plutarchum Pompei. pag. 627. Catulum cum Lepido conflixiſſe memorat Appianus pag. 418. & Livius Epit. XC. Catulo & Pompejo ſimul tribuit Florus. Pompejo Aur. Victor de vir. illuſtr. *cap.* LXXVII.

In Sardiniam confugeret. Incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam receſſit, Florus. nec valde invitus, ut Plutarchus ſcribit.

Ut impedito commeatu. Erat enim Sardinia horreum populi R. ut ſcribit Cicero.

Ibi contrario Propraetore. Scribe, *ibi cum contrario Propr. Contrarium* dixit hoſtium, & Lepido adverſum. ut alii *contraria factio*.

Et munitionibus ac civitatum. Poterat, *& munitionibus civitatum expugnatione depulſus*. Male Sylburgius conjicit, *& m. ac civ. repugnatione depulſus*. Sardiniae oppida & caſtella occupare nitebatur Lepidus; ſed repellebatur.

Morbo gravi oppressus. Taedio rerum adverſarum. Aut, ut alii tradunt, dolore, quem excitaverant litterae de ſtupro uxoris miſſae. Plutarchus.

CAP.

Digitized by Google

VII. Cujus ſocius & adminiſter Perpenna, ob delictum tanti facinoris ſupplicium timens, ex Sardinia in Hiſpaniam tranſvectus eſt; ac ſe Sertorio ſociavit, qui tum Romanis armis quaſſabat imperium. Nam hic Sertorius de Marii partibus fuit. Nam Norbano & Scipione conſulibus, cum ex Aſia Sylla contra Marium atque factionem veniret infeſtus, timens Senatus iram, ne malo publico certamina inter duces orirentur, ſtatuit, ut curarent Conſules, ne R. P. acciperet detrimentum. Hoc itaque Senatus conſulto excitati Conſules, contra venientem Syllam, atque omnibus exitium minitantem, praeſidia ſibi cujusque generis parare coeperunt, & duces idoneos, ad quorum induſtriam pertineret cura bellorum. In queis elegere Sertorium. Parato validiſſimo exercitu proceſſere; &, vetante Sertorio, colloquia Conſules permiſerunt inter ſuum & Syllae exercitum, & facta proditio eſt, omnisque exercitus Syllae traditur. Tunc Sertorius deſtitutus, atque omni copiarum nudatus auxilio, in Etruriam confugit, iram metuens Syllae, ne exigeret gravem de ſuperato hoſte vindictam. Erat autem Etruria fidiſſima partibus Marianis, qui ab ipſis Romanam, quam antea non habebant, acceperant civitatem. Timentes igitur Etruſci, ne beneficium tantae dignitatis a Marianis acceptum, Sylla revocaret, ſi adverſae partes eſſent amputatae, penitus ad Sertorium ſe atque alios ejusdem factionis duces applicarunt, omnia, quae imperaret, ſine recuſatione promittentes eſſe facturos. Itaque factum eſt, ut rurſus firmiſſimus XL. cohortium comportaretur exercitus. Nam & multi milites, qui

CAP. VII. Cujus socius et adminiſter. dictionem debet Salluſt. Jug. *c.* XXIX. n. 2. De *Perpenna* frequens in Salluſtii Fragmentis mentio. De adventu Perpennae in Hiſpaniam vide Plutarch. in Sertorio.

Romanis armis. Collegerat enim multos exſules Romanos, multos Perpenna adduxerat. Florus: *Nec alias magis adparuit Hiſpani militis vigor, quam Romano duce.*

Timens senatus iram. Vox ultima ex ſequentibus adſumta videtur Sylburgio. Verum hujuſmodi iterationes plures in exiguo hoc ſcripto occurrunt, nec ſenſus incommodus eſt, ſi intelligas, ſenatum timuiſſe iram Sullae.

Malo publico. Deſumtum ex Salluſt. Cat. *c.* LI. n. 34. De proxima formula, *ut curarent conſules*, vide dicta ad Cat. *cap.* XXIX. num. 2. Salluſtii etiam eſt, *praeſidia cujuſque generis*. vide Cat. *c.* XXIV. num. 3.

Pertineret cura bellorum. Salluſtium audire videor, qui forte in eadem hiſtoria eodem modo locutus eſt. Juſtin. XLIII. *c.* V. *quod animadverteret, eos ad curam deorum immortalium* pertinere. Ita Livius, *ad quos cura aerarii pertinebat.* alii.

Colloquia consules perm. Quod vetaſſe Sertorium, teſtatur etiam Plutarchus. Sed de Scipionis tantummodo exercitu intelligendum, qui per colloquia corruptus, ducem ſuum deſeruit. vide Appian. pag. 401. 402.

In Etruriam confugit. Aliter Plutarchus & Appianus, qui Sertorium ſtatim poſt traditum exercitum Scipionis in Hiſpaniam abiiſſe ſcribunt. Reliqua autem, quae auctor noſter enarrat, facta ſunt ab Sertorio ante ſecundum Sullae adventum.

Erat autem Etruria fid. MS. habuit, *erat autem in Etruria.* Sylburgius *in* mutat in *tunc*; deinde ſcribit: *erant autem in Etruria fidiſſimi.* Waſſius *in* omittit. *Etruria, qui*, ut Criſpus *Civitas, quos; Numidia, qui.* vide Jug. *c.* LXXXIX. n. 7.

Sylla revocaret. Repeteret, rurſus adimeret. Nove dictum, & fere ut vulgus hodie *revocare* uſurpat, contra veterum uſum, quem dudum oſtendit Jac. Godofredus. Sed & Dictys II. *c.* LI. & V. *c.* III. *Revocare* poſuit, pro in irritum vocare, ſi credimus Cl. Obrechto: cum tamen ea loca aliam interpretationem patiantur.

Essent amputatae. Adflictae & contuſae.

Penitus ad Sert.... applicarunt. Alius ſcripſiſſet, *protinus ſe ad Sert.* Sed in tali ſcripto-

qui ſe venienti Syllae tradiderant, fruſtrationis, ad priorum ducum caſtra reverterunt, quae ante prodiderant. Inter haec facti ſunt Marius ſepties & Carbo Conſules.

VIII. Tunc Sertorius, de Marii poteſtate ſecurus Romam venit, & omnium coepit accuſare ſegnitiem, & ex multis promptiſſimis factis Syllae induſtriam virtutemque laudare; cui niſi obviam iretur, actum jam ac debellatum foret. Tum Conſules principesque alii factionis, tanto verborum pondere caſtigati, ſive ut aemulum ac vehementem negligentiae correctorem ab oculis removerent, ſive ut feroci provinciae, cujus infidelitatem timebant, idoneum praeponerent ducem miſere in citeriorem Hiſpaniam; atque ei mandatum eſt, ut tranſiens res in Gallia Trans-alpina componeret. Sed ubi in provinciam venit, ita ſtrenue ſociorum animos jam deficientes atque alia cupientes in favorem partium ſuarum, modeſte tuendo atque blandiendo perduxit, ut & carus eſſet, & tamen ab omnibus timeretur. Sed in urbe Sylla & Marius conflixere: atque in ipſo certamine Marius interemptus eſt: Carbo, perditis rebus, aufugit. Tum Sertorius, commiſſis atque deletis partibus, quas ſequebatur, optimum conſilium credens exercitum non dimittere, ne nudatus ſupplicia victoribus penderet, collecta Hiſpaniae multitudine, contra Romanum exercitum ſtatuit dimicare. Mortuo itaque Sylla, hoſtem ſe publicum profeſſus eſt. Ad quem expugnandum miſſi ſunt Metellus atque Pompejus; qui eum gravibus atque

ptore alterum etiam ferendum eſt: qui forte Ciceronis *penitus ſe tradere* reſpexit. *adplicarunt* ab Salluſtio habet, qui certe *implicatum* in eum dixit modum. Ita & Cicero *explicavit*. vide Macrob. de Different. pag. 2738. Phocam pag. 1712. & ipſum Priſcian. Libr. IX.

FIRMISSIMUS XL. COHORTIUM. I. quatuor legionum. Florus III. *c.* XXI. *quippe cum hinc octo legiones, inde quingentae cohortes ſtarent in armis. firmiſſimus exercitus*, ut Plancus *firmas copias*, Cic. X. epiſt. IX. n. 5. Sed *comportare exercitum* nova eſt locutio, pro colligere.

FRUSTRATIONIS. Sic MS. Corrigit Sylburgius, *fruſtrati promiſſis*. Poſſes *fruſtrati* eodem ſenſu recipere, expunctis duabus Syllabis *onis*.

CAP. VIII. DE MARII POTESTATE. *De* eſt propter; quomodo frequenter inferioris aetatis ſcriptores.

AC DEBELLATUM FORET. *Dicebat* intellige, ut ſaepe Salluſtius. Is autem *fore*, aut *eſſe* potius ſcripſiſſet.

PRINCIPESQUE ALII FACTIONIS. Quomodo Criſpus *conjurationis principes*. Dudum autem provinciam Hiſpaniam ſortitum eſſe ſcribit Appian. pag. 402. quam poſt aliquod temporis ſpatium demum adiit.

MODESTE TUENDO. Comitatem Sertorii in provincia celebrat Plutarchus pag. 571. *tuendo* hic ſcripſit, pro imperando, & regendo provinciam.

IN IPSO CERTAMINE MARIUS. De neutro Mario verum eſt, quod perierint in ipſo certamine. Senior enim morbo ſuperatus eſt, & filius cum ex oppido Praeneſte per cuniculum effugere tentaret, a Sullanis exceptus & trucidatus eſt.

COMMISSIS ATQUE DELETIS PARTIBUS. Sylburgius conjicit, *contuſis atque deletis partibus*. Sed ſi tantum a ſcriptura MS. abire licet, *confectis* etiam, *comminutis*, *contritis*, *corruptis*, alia conjicere liceret. Proxime tamen *compreſſis*, quod pro *devictis* uſurpavit Fulgent. II. Mythol. *c.* V. Verum cum deteriore aetate *committere* abſolute dixerint, pro committere praelium, inde forte Julius *commiſſis partibus* traxit, ut ſibi notaret, poſtquam partes conflixiſſent, atque ſuperatae eſſent. Utrumque enim, pro more ſuo, exprimit, ut ſupra *c.* VI. extr. *morbo gravi oppreſſus ac mortuus eſt*. Accedit, quod ea aetate *honoratus eſt*, *habitum eſt*, *illuſum eſſe* & ſimilia Active dicerent. vide Salmaſ. ad Lamprid. Commod. *cap.* XI. Interpp. ad Flor. II. *c.* XVII. num. II. Quam ob cauſſam vix quidquam mutandum eſſe cenſeo. Erunt ta-

atque aſſiduis pugnis afflixere. Qui tamen difficile vinceretur; niſi per conjurationem in convivio a ſuis eſſet occiſus. Poſtea Pompejus Perpennam ſubegit; Auxum, Cluniam, Calagurrim civitates delevit, & factis in Pyrenaeo tropaeis, Romam regreſſus eſt.

FIN. OPUSCULUM JULII EXSUPERANTII.

tamen, quibus interpretari placebit: poſtquam partes commiſſae erant cum hoſtibus. unde eumdem ſenſum trahent.

AD QUEM EXPUGNANDUM. H. vincendum & debellandum, quomodo fere Cicero, *animus ſapientis nulla re vincitur, nec* expugnatur. Petronius Sat. *c.* CXXV. *Expugnata paupertas.* Propert. III. eleg. XII. *Haec etiam clauſas* expugnant *arma pudicas.* adde Columell. Praefat. Lib. x. Juſtin. XV. *c.* IV. *Bactrianos expugnavit.* quomodo iſte aliquoties.

DIFFICILE VINCERETUR ---- ESSET OCCISUS. *Vinceretur*, pro victus eſſet, optimorum more. Florus III. *c.* III. n. 13. *Et, ſi ſtatim infeſto agmine urbem* petiſſent, *grande diſcrimen* eſſet. adde noſtra ad III. Hiſt. Orat. Macri n. I.

AUXUM, CLUNIUM, CALAG. *Auxumam* ſcripſerat Julius, quomodo habent libri vett. apud Florum III. *cap.* XXII. ubi vulgati *Auximam.* Sed verum urbis nomen eſt *Uxama*, ut dudum Voſſius Cellariusque oſtenderunt. Mox emendavi *Cluniam*, quod ita Dio, Ptolemaeus, numi aliaque monumenta juberent.

FACTIS --- TROPAEIS. De his Pompeii tropaeis conſule Salluſtium ſupra pag. 1005. qui rectius *tropaea conſtituit.* neque tamen alterum novum, aut inauditum eſt.

PORCII LATRONIS.

DECLAMATIO

CONTRA

LUCIUM SERGIUM CATILINAM.

SI quid precibus apud Deos immortales, ſanctiſſimi Judices, vobiſcum aliquando valuiſſemus, jamdudum & potiremur Rep. noſtra florentiſſima, & cives noſtros haberemus tum ſtudioſos rerum gerendarum, tum patriae ſimul, ac virtutis amantiſſimos: idque temporis eximia laetitia frueremur, cum rationes omnes dicendi noſtras in laudem ſummorum, atque optimorum civium conſumendas eſſe videremus. Nihil enim ſtatuimus animo dignius, nec auctoritate majorum, nec opinione populari, quam in eo genere verſari forenſis exercitationis, quae canere laudes egregias ſummorum hominum poſſet, atque animos inflammare noſtrae civitatis ad imitandum.

II. Ve-

PORCII LATRONIS DECLAMATIO. *Porcii Latronis* meminit Quinctilian. x. *cap.* v. Sed cum multo maxima laude Seneca. I. Controverſ. Praefat. & alibi ſaepius. Exſtat ea Declamatio etiam in edd. noſtris Venetis. At, ſi verum fateri licet, non Porcii illius, docti & exercitatiſſimi viri, potius novitii cujusdam hominis foetus eſſe videtur: quippe quae ex Salluſtio partim, partim ex Cicerone, nullo ſaepe judicio, conſarcinata eſt. Docti hoc facile per ſe viderint: imperitis idem perſuadere, fruſtra laboraverim. Adnotabo tamen paſſim novitatis manifeſta documenta, diverſa illa multum ab iis, quae Latroni tribuit Seneca. adde infra ad *cap.* XXXVI. dicta.

CAP. I. IDQUE TEMPORIS EXIMIA LAET. *Id temporis*, pro *eo* tempore, ſicuti *quid aetatis*, Plaut. Perſa A. II. Sc. IV. *v.* 5. *id aetatis*, Cic. VI. epiſt. XXI. n. 6. & quae ibi adnotavimus. adde Auct. B. Afric. *c.* XXII. n. I. Eodem modo Criſpus Jug. *c.* LXIII. n. 3. omnem pueritiam *Arpini aetas.* ubi vide.

RATIONES OMNES DICENDI NOSTRAS. Ab Cicerone fluxit, qui inprimis hoc genere delectatur, ut *rationem eloquentiae*, *rationem gaudii*, *cauſſas laetitiae* & alia per quamdam Periphraſin proferat. Is etiam pro Archia *capite* I. *dicendi rationem* dixit, paullo alio ſenſu.

QUAE CANERE LAUDES EGREGIAS. *Canere* Poetarum proprie, ut notum eſt; etiam Phaedrus IV. Fab. XXI. de Simonide: *Circumire coepit urbes Aſiae nobiles*, *Mercede accepta*, laudem *victorum* canens. Sueton. Calig. *c.* XVI. *nobilibus pueris ac puellis*, *carmine modulato*, laudes *virtutum ejus* canentibus. Curt. v. *c.* I. n. 22. *Poſt hos Chaldaei Babyloniorumque non vates modo, ſed etiam artifices cum fidibus ſui generis ibant.* Laudes *ii regum* canere *ſoliti*. Sed Oratoribus etiam ſequior aetas tribuit. vide Dial. de Orator. *c.* XXVI. Nec in vitio tantum, ſed etiam ſanctiſſime adhibet Boetius IV. Proſa I. princ.

ANIMOS INFLAMMARE NOSTRAE CIVITATIS. Venetae priores, *infamare.* recte ceterae. vide Sall. Jug. *c.* IV. n. 5. 6. *animos civitatis*, pro civium noſtrorum horridum quid habet.

CAP. I. I

Digitized by Google

II. Verum ea dicendi voluptas olim ſapientiſſimo viro M. Catoni plane contigerit, necnon & Galbae, Scipioni, Gracchis, Porcinae, Craſſo, atque Antonio ſummis atque ornatiſſimis oratoribus, quorum tempora ſingulari praeſtantia virtutis, ac ſtudio pene incredibili pulcherrimarum artium floruerunt: nobiſcum vero ſententia noſtra bene ageretur, ſi modo tantum abeſſemus ab illa modeſtia temporum atque hominum, nec incidiſſemus in atrociſſimos Reip. fluctus ac miſerandam temporum calamitatem. M. ſiquidem Catoni, aut Scipioni coaetaneo ſuo monumentis immortalibus hujus Urbis, & ſine dubio clariſſimis luminibus temporum ſuorum, de Legibus dicendum erat, de inſtitutis majorum, de gloria militari, perſaepe de laudibus, ac victoriis; nobis vero, qui devenimus in hanc truculentam temporum conditionem, ſublata eſt omnis gratia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut jucundiſſimi ſermonis, aut conciliandae benevolentiae popularis.

III. Nam ſiquando vox noſtra ſive a foro, ſive a curia deſideratur, dicendum eſt perpetuo nobis aut de teterrimis hujus patriae calamitatibus, aut de nefariis oppreſſionibus civium, aut de perditae juventutis nunc impudicitia flagitioſa, nunc ignavia ſingulari. Quare peſtium quanta in dies

CAP. II. EA DICENDI VOLUPTAS. Sic Venetae omnes, & Gryphius. Gruterus aliique *ea* omittunt. qui in eo quidem non peccant, ſi *dicendi voluptatem* oppoſuit ſuae rationi dicendi, quam in teterrimis quibusque occupari, infra monſtrabit. At cum ſupra hanc voluptatem declaraverit, cum quibus verbis haec ipſa connectuntur: & libri potioris auctoritatis, quales ſunt certe edd. Venetae *ea* agnoſcant, nihil fuit mutandum, neque cum Waſſio Pronomen uncinis includendum.

M. CATONI PLANE CONTIGERIT. Celeberrimos memorat oratores, quorum apud Ciceronem, Quinctilianum, Auct. Dialogi de Oratoribus eſt mentio. Sed auctor exſcripſit forte ſcriptorem Rhet. ad Herenn. IV. *c.* V. *Allatis igitur exemplis a Catone, a Gracchis, a Laelio, a Scipione, Galba, Porcina, Craſſo, Antonio ceteriſque*. Particula *plane*, ſuo plane more utitur, ut videbimus infra.

NOBISCUM V. S. N. BENE AGERETUR. Ita Seneca: *Non ita* bene agitur cum *mortali genere, ut meliora pluribus placeant*. Sed Ciceronem potius ſequitur, qui paſſim ea formula utitur, ut IV. epiſt. XIV. num. 2. agiturque praeclare, *ſi nosmet ipſos regere poſſumus*. ubi vide. Habes & apud S. Caeſar. Homil. IX. *Satis* nobiscum delicate agitur, *quando in noſtra poteſtate ponitur, qualiter in die judicii judicemur*.

REIP. FLUCTUS. Neque in his diſſentit ab Cicerone, qui frequenter turbas reip. *tempeſtati* comparat, & motus populi *fluctus* vocat. vide Abram. ad Cic. pro Milone *c.* II. & Interpp. Corn. Nep. Attic. *c.* VI. n. I.

LUMINIBUS TEMPORUM SUORUM. *Monumenta* urbis vocat viros praeclariſſimos, & qui memoriam urbis perennare poſſent. *lumina* temporum ſuorum, non multum abſimiliter, & Ciceronem forte ſecutus, qui Cat. III. *c.* X. *tum vero, clariſſimis viris interfectis*, lumina civitatis *exſtincta ſunt*. pro Milone *c.* VIII. *Itaque delegit e florentiſſimis ordinibus ipſa* lumina.

DE LEGIBUS DICENDUM. Legerat forte auctor apud veteres Grammaticos citata ſcripta Catonis *de re militari, de moribus* & alia talia. vide infra Fragment. Vet. Hiſt. pag. 20. ſeqq.

CAP. III. PESTIUM QU. I. D. REDUNDATIO EST. Verbo *redundare*, ſonantiſſimo illo & declamatoribus apto, mire delectatur hicce Porcius: quemadmodum etiam voce *peſtis*, pro homine perdito, ut ſolet Cicero. paullo aliter Criſpus Jug. *c.* XVII. & CIII. ubi vide. Tullius tamen *redundantia*, non *redundatio* dixit, quod eſt ſecundae aetatis.

AURES CALLUERUNT. I. callum quaſi induxerunt, quod itidem eſt contra uſum Ciceronis. Declamat. in Salluſtium habet, *aures calent*. Atque *caluerunt* ſcribunt edd. Venetae omnes & Gryphii. quomodo nos emendavimus.

dies redundatio eſt, vos eſtis teſtimonio judices, quorum aures caluerunt aſſiduitate pene quotidiana, copiaque incredibili civilium controverſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus, ut probe meminiſſe poteſtis, de L. Glabrionis immanitate, atque audacia furioſiſſimi hominis, & ſine dubio crudeliſſimi: cujus in Senatu ſica pridie deprehenſa eſt, cum qua M. Papyrium, lucem omnis patritiae dignitatis, extinguere moliebatur. Nunc vero dicendum eſt de L. Catilinae ſceleratiſſima mente, atque inuſitata nequitia, quam nuper in omnium civium perniciem ſtragemque redundaturam, Dii immortales in auctorem ſceleris, tum benignitate ſua, tum conſulari vigilia retorſerunt.

IV. Quaeſo igitur, judices, diligenter attendite, remque cognoſcite barbaram crudelitate: periculo vero, & calamitate Reip. perniciosiſſimam. Lucius ſiquidem Catilina non ignobili genere praeditus, neque infima virtute, ſi dotes egregias, tum fortunae, tum corporis ad dignitatem Urbis, non ad perniciem conferre ſtatuiſſet, Remp. nuper ex atrociſſimis bellorum civilium vulneribus pauliſper reſpirantem, novis inſidiis opprimere conatus eſt. Quid exhorruiſtis, judices? Non modo opprimere conatus eſt, ſed crudeliſſime vexare: non vexare tantum, ſed inaudito quodam genere feritatis extinguere. Manum ad id comparat, diverſam quidem genere, ſed magnitudine ſceleris, vitaeque ſimilitudine eamdem: quam manum exacerbatam continuo penuria rei familiaris, & ob id deſiderio praedae mirabiliter flagrantem, illecebrae ſibi facillime conciliaverunt. Conſilia nefarii facinoris in ampliſſimi civis M. Laecae domo decoquebantur.

V. Ad

DE L. GLABRIONIS IMMANITATE. Quis ille *L. Glabrio* fuerit, eo tempore, quo haec dicta eſſe finguntur, non conſtat: &, quantum ego ſentio, fictum eſt hoc nomen aeque, ac proximum *M. Papirii*.

ATQUE INUSITATA. Ita cum Grutero Venetae, Gryphii, ceteraeque omnes mediae edd. Waſſius cum Rob. Stephano, *ac inuſitata*.

QUAM NUPER IN OMNIUM CIV. PERN. Quam nequitiam dii in auctorem Catilinam retorſerunt. Forte vulgato illi inſtitit: *In caput auctoris* cet. Sed *auctor ſceleris* eſt etiam apud Ciceronem & Auſonium. nos de ea voce adnotavimus quaedam ad Epiſtolas Ciceronianas.

CAP. IV. BARBARAM CRUDELITATE. Cicero, *moribus barbarus; immanis & barbarus*.

SI DOTES EGREGIAS. Vide Salluſt. Cat. *c.* V. & Cic. pro Coelio. Simili fere clauſula de Catilina utitur Florus IV. *c.* I.

EX ATROCISSIMIS....... RESPIRANTEM. De uſu illo Praepoſitionis *ex* diximus ad Catilin. *c.* IV. num. I. Cicero ita *reſpirare a metu*, & verbo ipſo frequenter pro recreari, requieſcere utitur.

QUAM MANUM EXAC. CONTINUO PENURIA. Gruterus omittit *manum*, cum ed. Aldi Manutii 1657. Colonienſi Ann. 1615. Eaedemque edd. ſcribunt *continua penuria*. Contra Venetae, Gryphii, Stephani, Glareani aliaeque *manum* agnoſcunt: neque hoc praeter morem Ciceronis, aut Salluſtii, quod notae docebunt ad Salluſt. Cat. *c.* LI. num. 40. & Jug. *c.* LXVI. num. 2. In iisdem etiam *continuo* legitur. quod quidem in Cicerone, Caeſare aliisque hujus claſſis ſcriptum librarii, aut ſciolorum vitium foret; at in tali auctore tolerare debemus, qui *continuo exacerbatam* ſcripſit pro diu, perpetuo ſollicitatam ad res novas penuria rei familiaris. Denique *continua penuria* emendare, ne ipſum quidem locum ſanae elegantiae reſtituit.

ILLECEBRAE SIBI FACILLIME CONCILIAV. Poſſes interpretari, ipſae *illecebrae*, quae erant apud Catilinam, *ſibi* conciliaverant perditam illam manum. Sed potius eſt *ſibi* accipere, pro *illi*, *ipſi*: quomodo & meliores Latinorum

V. Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium, quorum hic familiaritatem eximiam conſecutus fuerat, conciliatam partim aſſuetudine ſtupri, partim genere quodam nefariae largitionis. Adhibiti ſunt & cuncti barbarorum hominum, nobilitati non ſolum magnitudine & ſumma aeris alieni, verum etiam conſuetudine, ac ſtudio turpiſſimarum rerum. Nec alae muliebres ab eo coetu religioſo ac nocturno, prorſus abſuiſſe indicatae ſunt: nulla denique portenta Urbis, nullae finitimarum religionum peſtes repertae ſunt, quae non denotatae ſolertiſſime per hunc, per magnitudinem inopiae facillime concitatae, repente devolaverunt in aream ipſam nefariae atque flagitioſae conjurationis. Ratio conſiliorum fuit, ut Saturnalibus proxime futuris univerſi cum armis ad ipſius Laecae domum praeſto forent: ibique dato ſigno collaberentur omnes, partim ad diripiendam, inflammandamque Urbem, partim ad trucidandum Senatum, partim ad eos conficiendos, qui praeſidium Urbi ferre voluiſſent: Catilinam interim omnes, & Ducem, & Imperatorem appellarent.

VI. Audiſtis, judices, ſatis evidenter (ut arbitror) conſilium ſceleratiſſimi hominis Catilinae, reique indigniſſimae miſerabilem, ac deteſtabilem crudelitatem. Nunc vero audienda cauſa eſt, agnoſcendaeque faces, quibus ille flagravit ad cupiditatem hujusmodi ſcelerati facinoris obeundam:

rum loquuntur. vide ad Salluſt. Jug. *cap.* CII. n. 14.

M. LECCAE DOMO DECOQUEBANTUR. Venetae conſtanter *Lecae;* interdum *Laecae.* unde recte, arbitror, Gruterus *Laecae.* vide ad Cat. *c.* XVII. n. 3. *Decoquere* inſolentius dixit. Sed *coquere* conſilia pro machinari, etiam Livio uſurpatum eſt VIII. *c.* III. adde Drackenb. ad Sil. II. *v.* 327.

CAP. V. ASSUETUDINE STUPRI. Quid haec ſibi velint, cognoſcas ex nota ad Cat. *c.* XIV. num. 6.

ET CUNCTI BARBARORUM HOMINUM. Ita Venetae. Manutius, Baſileenſes, Colon. & Gruterus: *& coetus barbarorum hominum.*

RELIGIOSO, NOCTURNO PRORSUS, ABF. Sic Waſſius diſtinguit, impedite ſatis. nec melius Gruterus aliique. Optime Venetae priores: *religioſo ac nocturno, prorſus abſuiſſe* cet. quomodo ſcripſi. Sed quid ſit *alae muliebres*, haud facile divinare poſſum. Temeraria, puto, translatione *alas muliebres* vocat *ſocius* quaſi & *auxiliares*, ut *alae* legionibus Romanis addebantur. En hominis ingenium! Pro *judicatae*, non modo Gruterus, ſed etiam Gryphius *indicatae*. Atque ita legendum eſſe, cenſuit Waſſius. Nimirum *indicatae ſunt*, pro indicatum eſt, ut Cicero v. epiſt. xx. n. 14. *ut adſcriberem, te in fano pecuniam juſſu meo depoſuiſſe, niſi iſta pecunia graviſſimis eſſet certiſſimiſque monimentis* teſtata, *cui data.*

FINITIMARUM REGIONUM PESTES. Sic Venetae priores, Gryphii, Glareani, Manutii, Gruteri. At Veneta 1500. Pariſ. 1544. & Waſſii *religionum.* male omnino. Haec tamen ſaepiſſime in libris vett. confunduntur. vide Interpp. ad Cic. pro Rab. perduell. *c.* x.

REPENTE DEVOLAVERUNT cet. Omnes Venetae: *retente devolaverunt.* priores etiam *atque flagitioſae* omittunt. Prius mutare poſſes in *retentae*, ut ſit *concitatae* & *retentae;* me tamen invito. *Aream* vocat domum Laecae. non tantum, quod ita locus quidam ſine aedificio in urbe vocari conſuevit; ſed etiam quod poſterioribus temporibus *aream* pro *conventu* dicere ſolebant. Sigillatim Tertulliano *area* eſt conventus chriſtianorum ad tumulos divinae veritatis teſtium. vide Spanhem. Epiſt. pag. 338.

COLLABERENTUR OMNES. Germaniſmus merus. ita quippe noſtri *zufallen*, h. corruere, *ſimul irruere*, ab omnibus partibus petere.

ET DUCEM, ET IMPERATOREM. *Imperatorem*, more antiquo, quaſi hoſtibus ſuperatis. vide ad Cat. *c.* XXXIII. n. 1.

CAP. VI. CRUDELITATEM. Pro acerbiſſima & nimis dura conditione poſuit. vide ad Cat. *c.* XLVIII. n. 2.

dam : quas ſi plane comprobatas vobis (ut arbitror) planeque illuſtratas evidentibus ſignis attulero , nihil erit impedimento , quin hoſtem Reip. crudeliſſimum , atque infeſtiſſimum ſummis ſuppliciis , ſummis cruciatibus multandum , ac mactandum eſſe jubeatis . Tria judices , ſententia mea , ſcelerata , crudelia , flagitioſa , inaudita , quae mentem Catilinae ſemper immoderatam , ſemper novis rebus ſtudentem , ad exitium patriae commoverunt , dicenda ſunt .

VII. Primum , ratio quaedam triſtis ſimultatis : qua ductus eſt univerſum Senatum ex memoria repulſae conſulatus capitaliter fuiſſe ſemper inſectatum . Secundo , rabies quaedam temerariae ambitionis ſitiens immodicae gloriae , prorſus inflammata perpetua quadam , & ſingulari cupiditate dominandi . Poſtremo , coetus infames turpiſſimorum hominum , non modo fatigati diuturno malo domeſticae neceſſitatis , verum etiam imbuti flagitiis , ac conſuetudine ſcelerum , ſempiterna comite & genetrice peſſimarum cupiditatum ; quod genus hominum Catilinam ſuum etiam dormientem e ſomno facillime excitare valuiſſet . His autem oſtenſis breviter , ſaneque confutatis , quae pro defenſione flagitiorum ſuorum noſtri adverſarii dicenda eſſe putaverunt , finem adeſſe nobis intelligetis . Bello Mithridatico , Judices , longiſſimo quidem omnium , & ſine dubio poſt

NUNC VERO AUDIENDA CAUSSA EST . Venetae duae priores : *nuncia audienda cauſſa eſt* . Scribe, *Nunc jam audienda cauſſa eſt* . Caſſius Cic. XII. epiſt. XII. nu. 4. nunc jam *ſum expeditus*. ubi jam Terentium cum aliis ita loqui adnotavimus. Adde Salluſt. Jug. *c.* XXXI.

FLAGRAVIT AD CUPIDITATEM ... OBEUNDAM. I. quibus ille accenſus eſt, ut cupiditas in eo ſuſcitaretur hujuſmodi ſcelerati facinoris . Latine magis ſcripſiſſet, *cupiditatem ſcel. facinoris obeundi* .

MULTANDUM AC MACTANDUM . Sic edd. vett. ceteraeque omnes. At Waſſius, legerem , inquit, libenter *mulcandum* . *Multare* enim eſt , multam infligere pecuniariam ; *mulcare* autem pugnis aut calcibus lacerare , mutilare . Haec ille. Nos jam alios de hoc Verbo produximus ad Epiſt. Caecinae ad Cic. VI. ep. VII. n. 2. adde Drackenb. ad Silium X. *verſ.* 463. Et ſi alium ſcriptorem prae manibus haberemus, quam talem nugivendulum , amplecterer ipſe ſententiam viri docti . nunc nihil moveo . vide ad *cap.* IV.

SEMPERQUE NOVIS REBUS STUDENTEM . Primae edd. *ſemper*, ἀσυνδέτως , quod adprobavi . Eaedem mox , *dicenda ſunt* , ſine particula *nunc* : quae acceſſit demum Venetae 1500. ex qua in reliquas omnes propagata eſt .

CAP. VII. TRISTIS SIMULTATIS . Communis haec adpellatio rerum omnium ingratarum, acerbarum & crudelium . Ita Capitolin. in Maximinis *cap.* X. triſtior *& immanior factus* . Spartian. Adrian. *cap.* VII. *triſtiſſima res* . Contra Ammian. XXXVIII. Laetus *alias & ad populi favorem adipiſcendum aptiſſimus* .

QUA DUCTUS EST .... FUISSE INSECTATUM . Novum genus dicendi & tantum non barbarum . Erunt qui mederi tentabunt : at auctorem *ductus eſt fuiſſe inſectatum* , pro ductus eſt, ut fuerit inſectatus , ut inſectaretur poſuiſſe , res ipſa docet . Tolerabilius eſſet , *ductus eſt inſectari* , ut Salluſt. Cat. *c.* LII. *conjuravere incendere* ; Ovid. I. Am. Eleg. V. *v.* 14. *pugnabat tegi* . adde Cic. IV. epiſt. XII. nu. I. Gruterus contra auctoritatem veterum , ſecutus , opinor Manutium , dedit : *qua ductus .... fuit inſectatus* . quod Pareus & Colonienſes etiam expreſſerunt .

SITIENS IMMODICAE GLORIAE . Ita Apulej. I. Metam. *eſuriens rei* . qui & de deo Socrat. pag. 54. *ſecundae vitae & prudentiae fortunatiſſimae eſurit & ſitit* .

DOMESTICAE NECESSITATIS . Inopiam rei familiaris intelligit , quam inter *neceſſitudines* Criſpus poſuit Cat. *c.* XVII. Noſter iterat paullo inferius .

SEMPITERNA COMITE ET GENITRICE . *Genetrice* priores Venetae ſcribunt per ſecundam vocalem : quod & hodie aliquot viris eruditis placuit, cum ita in optimis monumentis eſſe norint :

Digitized by Goo

poſt Punicum periculoſiſſimo, cum diutius in Senatu de eligendo Imperatore dubitatum fuiſſet, planeque om nes ambigerent, quiſnam ſagaciſſimo Regi ſagaciſſimus noſter Imperator opponeretur: Catilinam inter omnes competitores, incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem, omnes Senatoriae ſententiae rejecerunt. Eo telo percuſſus adeo Catilina fuit, ut poſtea nullam omiſerit, neque perturbandae curiae, neque inſectandi Senatus occaſionem. Videbat namque deteſtandam cupiditatem ſuam illo ſuperſtite, nunquam in eum locum perventuram fore, de quo illam pridem univerſae omnium voces ejiciendam eſſe putaviſſent. Volvebat item animo ſummas vitae neceſſitates, quibus exuere ſe poſſe arbitrabatur, ſi qua ratione praeclaris magiſtratibus aſpiraſſet: nunc illas vero magis ac magis inſtauratas quotidie intelligebat, quandoquidem inſpiceret, omnes vitae ſuae rationes ea ſententia jugulatas prorſus extitiſſe: ac quicquid increpuiſſet ulterius, metuendam eſſe conſularem vigiliam, metuendum eſſe judicium Senatoriae auctoritatis.

VIII. Hanc vero ſpem ita exſanguem, ita conſternatam conſuetudo erexit vitae praviſſimae ad omne facinus, neque otii ſui patiens, neque alie-

rint: Illae edd. jungunt, *conſuetudine ſcelerum ſempiterna. Sempiternus*, & *aeternus* pro perpetuo dicuntur, ut oſtendimus ad Jug. *c.* XXXI. n. 22.

SANEQUE CONFUTATIS. *Sane* pro plane, omnino poſuit.

AMBITIONIS MAGNITUDINE. Non ſufficiebat nempe, *incredibili quadam ambitione*. Eam autem aetatem, ubicumque poſſit, Nomina aliis Nominibus ſtipare ſcias. Paullo melius Juſtin. I. *cap.* I. *Ninus* magnitudinem *quaeſitae* dominationis *continua poſſeſſione firmavit*.

DETESTANDAM CUPIDITATEM SUAM. Venetae 1490. & 1493. deſtituuntur prima voce. mox *perventuram fore* veteres omnes agnoſcunt. Aldus Manutius, & Gruterus reciderunt *fore*, quod eſſet contra canones: quibus tamen auctorem ſeſe non adligare, plura documenta habemus. Negabat autem Valla I. Eleg. *cap.* XXVIII. latine dici, *venturum fore*, *redditurum fore*: contra quem acriter diſputat Alexander ab Alexandro I. Gen. D. *cap.* VIII. & ex Livio, *ſe acturum fore*, *facturos fore* produxit. ad quem conſule notam Tiraquelli, idem Ciceronis auctoritate confirmantis. adde Sanct. I. Minerv. *cap.* XIV. & XV.

INSTAURATAS INTELLIGEBAT. Vitae neceſſitates, inopiam ſuam confirmatam videbat.

QUANDOQUIDEM INSPICERENT OMNES V. R. Sic Gruterus, Waſſius, omnesque inde a Veneta 1500. editiones. Sed nullo ſenſu. quamobrem ex Venetis prioribus revocavi *inſpiceret*, & interpunctionem mutavi in hanc ſententiam: *quandoquidem Catilina videret*, omnes vitae ſuae rationes ea ſententia prorſus ſublatas aut adflictas eſſe.

QUICQUID INCREPUISSET ULTERIUS. Ita omnes Venetae, item Glareanus, Gryphius, Manutius. Alii male *incepiſſet. Increpare* pro ſtrepitum, motum excitare, poſuit auctor.

CAP. VIII. HANC VERO SPECIEM TAM EXSANGUEM. Sic omnes edd. inde ab Veneta 1500. Sed quae eam antecedunt; *hanc vero ſpem tam exſanguem*, quae profecto longe melior lectio eſt, & ſemet ipſa ſatis tuetur: modo audaciam hominis in translationibus ad animum revocare velis. *Spes* autem & *Species* ab librariis ſaepiſſime confunduntur. vide ad Cat. *c.* XXXVIII. num. 2.

CONSUETUDO E. V. P. AD OMNE FACINUS. *Erexit* nude intelligit *reſuſcitavit* ſpem illam proſtratam: jungit autem *conſuetudo ad omne facinus*, *pro* omnis facinoris. Praepoſitionem iſtam *ad* frequentiſſimam apud noſtrum, cuivis facile patebit. Sic & Gennadius Vir. Ill. *cap.* LXXXIII. *ad eloquendum artifex*. Spartian. Adrian. *cap.* III. *in quo magiſtratu* ad *perpetuam tribunitiam poteſtatem* omen *ſibi factum aſſerit*. Lamprid. Diadum. *cap.* I. *quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanae non* multum *ſupereſſe videtur* ad *vitam*. Symmachus: *ut eum coercitum* ad *Rom. diſciplinam imbueret*. Capitolin. Maxim. Jun. *c.* III. ad *Graecas munditias eruditus*. vide etiam Salluſt. Jug. *c.* XXXI. n. 13.

CON-

alieni. Qualis ejus vita fuerit, etſi praeclare conſcientia publica teneatur, huic tamen illuſtrandae, ſeu patefaciendae teſtes indubitati videri poſſunt ii, qui ſacrarium illud lubidinum colere atque obſervare conſueverunt. Quae nugae, Dii immortales? quae portenta ſcelerum? qui libidinum gurgites? quae ſentinae flagitiorum? Verum is rumor ſparſus eſt de moribus Catilinae, eaque gentium opinio pervagata, quatenus exiſtimem voces ipſas publicas, non hominum eſſe, ſed oraculi potius nuncupandas. Famam vero popularem a majoribus noſtris ſaepenumero accepimus, neque temere unquam naſcituram eſſe, neque temere occaſuram.

IX. Decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriae, ſicuti par erat homini nobiliſſima familia nato, ſed uti latro perditiſſimus ad omne genus flagitii conferendum fuiſſe ſemper arbitratus eſt. Vires ad ſtuporem hominum praeclarae, atque inuſitatae, perpetua voluptatum intemperantia ſunt labefactatae. Flos pueritiae venuſtiſſimae ad intuentium jucunditatem, cui non libidini patuit flagitioſae juventutis? aut quam turpitudinis notam non ſubeundam ultro, atque accerſendam eſſe cogitavit? Lux illa vero praeclari atque excellentis ingenii, quam omnes divinam ſemper & ſingularem atque inuſitatam penitus eſſe arbitrabantur, nonne inter foediſſimas voluptatum ſordes reſtincta eſt? Omitto peſtis hujus impuriſſimas voces, mollitiem ſcenicam, obtuitus impudicos, blanditias muliebres, & omnem denique copiam non mediocrium vitiorum ſub illa frontis erudita ſimul, atque inſigni pulchritudine deliteſcentem: praetereo mentem illius plus quam gladiatoriam, ſitim incredibilem humani cruoris, mirum inconſtantiae genus, vultum nunc demiſſum, nunc alacrem,

CONSCIENTIA PUBLICA TENEATUR. Male imitatur Cic. I. Cat. c. I. *patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam jam horum omnium* conſcientia teneri *conjurationem tuam non vides?*

SACRARIUM ILLUD LUBID. Ita nempe Cicero. *ſacrarium ſcelerum.* ab eodem eſt *colere & obſervare*, ut docuimus ad Jug. c. x. Mox Venetae priores: *quae negae*; & infra, *ſententiae flagitiorum.* corrupte utrumque.

QUATENUS EXISTIMEM. *Quatenus*, pro *ut* poſuit, more deteriorum Latinorum. Ita Petr. Chryſolo us Serm. LIX. *Salutis ſymbolum tota ſimplicitate ſenſus audite*, quatenus *illud confeſſionis tempore & audire poſſitis & reddere*. vide Th. Muncker. ad Fulgent. Contin. Virg. pag. 142. 143.

NEQUE TEMERE UMQUAM NASCITURAM. Nimirum non omnino temere eſt, quod vulgo dictitant. vide Eraſmum I. Chil. Cent. VI. n. XXV. *Naſcituram* iterum nove dixit. Petr. Ravennas Serm. LXXXIV. *bella* naſcitura *compreſſit*.

CAP. IX. CONFERENDUM FUISSE. Pro *eſſe*. in quo tamen etiam meliores conſentientes habet. Male edd. Venetae: *dedecus illud egregium*.

ATQUE INUSITATAE. Alii *inviſitatae*, quod multi in locum alterius revocarunt viri docti. vide Ducker. ad Flor. IV. c. II. n. 81.

LIBIDINI PATUIT. Venetae priores, *potuit*: unde facile vides *patuit* verum eſſe. male poſteriores *putavit*.

INTER F. V. SORDES RESTINCTA EST. Habuit prae oculis Criſpi Jug. c. I. n. 3. 4.

FRONTIS ERUDITA — PULCHRITUDINE. *Erudita*, pro *perpolita*, *exquiſita*. Credo quod *emendatam* formam inaudiverat. Petron. Sat. c. CXXVI. *mulier omnibus ſimulacris* emendatior. ubi vide Interpp.

MIRUM INCONSTANTIAE GENUS. Interpretatus Salluſtium Cat. c. XV. n. 5.

PECUNIAE DESIDERIUM. Ex Salluſt. Cat. c. V.

FAMILIARITATEM. Quam innuit etiam Cicero pro Coelio c. VI. princ.

ISTO

Digitized by Google

trem, nunc anhelantem ſcelus, nunc gratia meretricia floreſcentem, ſummum pecuniae deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem, contemptum incredibilem omnium bonorum: itemque eximiam cum ſummis, atque ornatiſſimis civibus familiaritatem. Nihil enim fuit iſto monſtro verſipellius, aut mutabilius hominum memoria: ita ut res diverſiſſimae ſaepenumero videantur in eodem ingenio, tanquam in ſentina quadam teterrima, ſimul redundare.

X. Quis igitur dubitandum eſſe putaverit, hominem praeditum hujuſce inſtitutione vitae, remotiſſimum ab omni genere humanitatis, perfacile ſeſe teterrimo cuique, atque immaniſſimo facinori fuiſſe accommodaturum? Fontem aperuimus judices omnium Catilinae morum, atque omnis conſuetudinis, unde illi demanaviſſe vis iſta praeclara conſiliorum facillime intelligenda eſt: nunc videndum eſt, ſpem atrociſſimi ſceleris, unde illi ſubminiſtratam fuiſſe judicemus. Cum hic itaque ſecum repeteret memoria miſerandam ignominiam comitiorum, turpesque anguſtias afflictae rei familiaris: ſimulque intueretur, vel ſibi vivendum ac moriendum fore cum turpitudine ſumma, vel Senatum nullum eſſe oportere: de ratione tollendi ipſius primum cogitare coepit. Nam illo deleto ſine dubio intelligebat viam latiſſimam lubidinibus ſuis continuo patere. Vertit itaque oculos ad innumerabilem copiam juventutis, qua dies ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudine ſuarum cupiditatum: cum putavit manum ipſam hominum, tanquam haſtam validiſſimam furoris ſui, facillime ſibi accommodari poſſe, quam contorqueret in omnium noſtrum ruinam, atque interemptionem, ut quam cognoverat educatam vitae praviſſimae inſtitutis, imbutam ſaepenumero ſanguine miſerorum civium, ardentem incredibili deſiderio praedae, ſibi vero mira familiaritate conciliatam.

XI. Genus eſt hominum vehementer exercitatum ferro, atque inopia, dua-

ISTO MONSTRO. Ita de eodem Cicero l. c. *cap.* V. *neque enim unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diverſiſque inter ſe pugnantibus naturae ſtudiis cupiditatibuſque conflatum*. Mox Venetae priores *redundatae*, pro *redundare*. Dictionem *remotiſſimum ab omni genere humanitatis* Ciceronis eſſe, vel ſine indicio conſtat.

CAP. X. DEMANAVISSE VIS ISTA. Manutius & Gruterus: *demanaviſſe vim iſtam praeclaram*, contra veteres omnes. Venetae priores, *demanuiſſe*. *Vis* pendet ab *intelligenda eſt*, ut apud Tacit. XIII. Ann. *c.* XXIII. princ. *Deferuntur dehinc* conſenſiſſe Pallas *ac* Burrhus, *ut Corn. Sulla ad imperium vocaretur*.

REPETERET MEMORIA. Rem habet a Cicerone, cujus & Phraſis eſt *repetere memoria*, XI. epiſt. XXVII. num. 4.

ANGUSTIAE AFFLICTAE REI FAM. Utrumque Tullii, & *afflicta res familiaris*, & *anguſtiae rei familiaris*. Sed declamatori placuit utrumque copulare; ut ſunt quidam homines, quibus ea demum elegantia exquiſita videtur, ſi omnia nomina habeant alia nomina adjecta.

CUM PUTAVIT MANUM IPSAM. Veneta 1493. *computavit*. Prima, *cum putavit*. Mallem, *eam putavit manum ipſam* cet.

CAP. XI. EXERCITATUM FERRO ATQUE INOPIA. Ita recentiores edd. Sed Venetae diſtinguunt poſt *exercitatum*. Senſum ex Ciceronis Catilin. II. *cap.* VIII. deſumſit, ubi & verba *genus . . . . quod genus cap.* IX. ita fere ſeſe excipiunt.

Digitized by Google

duabus rebus ad omne genus facinoris paratiſsimum : quod quidem ego civitatis noſtrae , maxime debilitatae bellis civilibus , atque afflictae magnitudine calamitatum , magnopere pertimeſcendum eſſe judico . Nihil enim illis praeter ſpem atque animam fortuna reſervavit , alteram ad differendam vitae neceſsitatem , alteram ad livorem ſuum magnifice acommodatam . Nihil illis contemptibilius : quos ſiquidem rudimenta vitae traductae in hac tenuiſsima re depoſita , nunc in gladiatoriis muneribus , nunc alia facinoris atrocitate , partim ad omne ſcelus , partim ad omnem patientiam erudierunt . Verum hae peſtes , ſententia mea , quo fuerint abjectiores , eo magis extimeſcendas eſſe reor , tanquam perpetuo ſeditionum civilium , ac rerum novandarum avidiſsimas : ſive quia voluptatem capiant ex moerore ſociae calamitatis : ſive quia civitatum verſutiam , mutabilitatem rerum ſuarum portendi quodammodo arbitrantur . Hi ſunt equidem , quos in foro quotidie in oculis civium calamiſtratos , ac veſtibus collucentes paſsim obvolitare cernimus , fortunas omnium popularium , atque otium civitatis luminibus conſignantes : qui non modo arrecti permanent ad opportunitatem cujuſpiam praeſentis commodi , verum etiam geſtiunt ad opinionem ſperatae utilitatis . Si feras quidem omnis generis , quo magis attenuatae fuerint penuria edendi , eo magis praecipites atque effrenatas ruere in perniciem videmus : quid hanc deſperatorum colluviem jejunam , ac ſitientem facultatum noſtrarum , quo impetu , quave ſtrage ruituram eſſe creditis , aut debacchaturam , ſi ſe carceribus emiſerint : cum illae ratione careant , atque intelligentia : hi vero non abſint penitus ab ipſa facultate intelligendi ? Graviſſimi quidem ſunt morſus irritatae neceſſitatis .

XII. Dii

RUDIMENTA VITAE TRADUCTA . Venetae omnes , *rudicamenta* , manifeſto errore . vide ad Declamat. Cicer. num. 3. ubi & formulam *rudimenta deponere* illuſtravi . Porro libri omnes *traducta* . Sed *traductae* ſcribendum eſſe , ipſa ſententia poſtulat . Senſus eſt , quia in tenuiſſima re & omni inopia *tranſactam vitam* habuerunt , ludo gladiatorio aut aliis facinoribus ſeſe dare neceſſe fuit , quo adflictae rei familiari ſuccurrerent , inopiamque tolerarent .

EX MOERORE SOCIAE CALAMITATIS . Id etiam ex more ejus ſaeculi declamatorum . Alii male , *ex ſocia calamitate* . Rem ipſam indicat Cic. II. Cat. *c.*X. & Salluſt. Cat. *c.*XXXVII. num. 10.

CIVITATUM VERSUTIAM . I nunc , & Porcium Latronem haec ſcripſiſſe autuma , quae ita in omnibus libris leguntur . *civitatis verſuram* , Vitruvius , & Seneca *verſationem* , pro immutatione ſtatus civitatis ſorte dixiſſent ; ſed *verſutiam* ea notione , quis inaudivit , niſi in media barbarie ? Senſus etiam eſt apud Salluſt. l. c. ſed ſupereſt mendum in ſcriptura hujus Porcii . non enim *verſutiam* — *portendi* ſcribere potuit , ſed *portendere* debuit . Verum ex Veneta 1490. ſcribendum eſſe judico *civitatum verſutia* — *portendi* : ut verſutia ſit caſus ſextus . Verbum *portendi* ſimili notione ſubminiſtrat Criſpus Jug. *cap.*III. num. 2.

IN OCULIS C. CALAMISTRATOS . Non id inſolens eſt *in oculis civium volitare* , aut *obvolitare* , quod vel Ennii dictum evincit & Salluſtii *in ore ducis* , aliorumque talia . vide Jug. *c.*XXXI. *Calamiſtratus* vox Ciceronis eſt poſt Red. in Sen. *cap.*VI.

LUMINIBUS CONSIGNANTES . Poetarum etiam melioris aevi eſt , *lumina* oculos vocare .

JEJUNAM , SITIENTEM . Edd. vett. conſenſu laudabili , *jejunam ac ſitientem* . *Sitire* cum patrio Caſu etiam ſupra *c.* IV. hic auctor conſtruxit , ubi ſocium ei dedimus Apulejum .

SI SE CARCERIBUS EMISERINT . Ita Codd. & mirandum in iſta barbarie vidiſſe hominem aliquam ſpeciem probae Latinitatis , quae nominibus multitudinem ſignificantibus ex aequo

quo

Digitized by Google

XII. Dii immortales, quae clades ab illa feritate hominum, quae genera flagitiorum emanaviſſent, ſi nocturnus iſte imperator, quaſi quaſdam rapidiſsimas belluas in Urbis penates immittere potuiſſet? Horret animus, judices, ea cogitatione complecti, quae miſeri pertuliſſemus, ſi ſopor oculos conſulares detinuiſſet. Reſtinguenda eſt itaque flamma nobis ſcelerata & atrox, dum adhuc velata cineribus ac ſopita, facultas reſtinguendi leviſsime data eſt: ne cum omnia comprehenderit (quod immortales Dii penitus avertant) nos fruſtra poſtmodum furibundam, atque exultantem reſtinguere cupiamus. Neque rectorem navis audiendum prorſus exiſtimo in ipſo moerore calamitoſae tempeſtatis, quam illi fugere facillime licuiſſet, conſurgentem primo, ſibique, ac rebus ſuis naufragium minitantem: neque item gubernatorem urbis in ipſo excidio, & calamitate civitatis, quam impendentem prius ipſe conſilio ſuo, ſuaque prudentia ſuſtinere quodammodo, ac propulſare potuiſſet. ſerae ſunt hominum lamentationes, prorſuſque vituperandae, quas occupatas in his lugendis cernimus, quae vitio ſuo, deſidiaque contigerunt.

XIII. Callicratidi Lacedaemoniorum duci cum ornatiſsimam, cui praeerat, claſſem funditus amiſiſſet propter immoderatam gloriae cupiditatem, nihil ad eam reſtituendam noviſsima conſilii ratio ſuffragata eſt? quam ita ſervare poterat, ſi modo in ſtatione continuiſſet. Terentio Varroni ſempiternum dedecus, atque immortale monumentum erunt flagi-

quo utrumque Numerum Verborum jungit. vide ad Catilin. *cap.* XXIII. num. 6. & *c.* XLIII. num. I.

IRRITATAE NECESSITATIS. Vide ad Cat. *c.* LVIII.

CAP. XII. QUAE GENERA FLAGITIORUM. Venetae priores perperam, *genera flagitioſorum*. Vox *flagitiorum* hic poſita eſt pro *facinorum*, ſi cum Criſpo noſtro haec cum cura diſterminare volumus. vide notam ad Cat. *cap.* XXIII. num. I. Sed poſterior aetas negligentior fuit: eique hodie ſtrenue adhaereſcunt.

OCULOS CONSULARES DETINUISSET. Venetae priores *detenuiſſet*. Eſt & haec elegantia male ſana; & minus ſcite tamdiu moratur in translatione de *belluis*. vide ad Epiſt. I. de Rep. Ord. *cap.* I. Idem ſentio de formula, *velata cineribus*.

QUOD IMMORTALES DII PENIT. AV. *Immortales* acceſſit demum Venetae 1499. Nam priores duae haud agnoſcunt. Haeret tamen in omnibus vulgatis, quas ſcio ex iſtis Venetis derivatas eſſe.

RESTINGUERE CUPIAMUS. Veneta 1490. *reſtringuere*. qualem lapſum MSS. indicavimus ad Cat. *c.* XXXI. extr. Quae ſequuntur, haud omnino indocta aut lutulenta ſunt, ſi paucas ſordes exceperis. non tamen adeo altae indaginis, ut non cuivis litteris leviter inſtructo in promtu eſſe potuiſſent.

CAP. XIII. CALLICRATIDI LACEDAEM. DUCI. Prima poſitio eſt *Callicratidas*, non *Callicratides*: unde ſcribendum *Callicratidae*. Sumſit hoc exemplum ab Cic. I. Offic. *c.* XXV. *Callicratidas, qui cum Lacedaemoniorum dux fuiſſet Peloponneſiaco bello, multaque feciſſet egregie, vertit ad extremum omnia, cum conſilio non paruit eorum, qui claſſem ab Arginuſſis removendam, nec cum Athenienſibus dimicandum putabant. Quibus ille reſpondit, Lacedaemonios, claſſe illa amiſſa, aliam parare poſſe: ſe fugere ſine ſuo dedecore non poſſe*. De eodem vide Xenophont. I. Graec. Diodor. Sic. XV. Plutarch. Lacon. & Lyſandr. p. 436.

SI MODO IN STATIONE. Non ita ceteri, neque ipſe Cicero, quem hic homo ſequitur. Veneta prima, *ſi modo in ſtatio continuiſſet*.

TERENTIO VARRONI. Cui & ipſe Livius cauſſam cladis ad Cannas acceptae adtribuit. vide Florum II. *cap.* VI. & quos ibi citarunt.

Digitized by Google

flagitioſae turpitudinis deletae ad Cannas temeritate ſua pulcherrimae Romanorum legiones, quae ſervatae periculoſiſſimo tempore Reip. ſine dubio fuiſſent, & robur eximium pulcherrimae urbis, & perpetuum decus conſularis prudentiae, diſciplinaeque militaris.

XIV. Recte itaque majores noſtri ſummis laudibus efferendi ſunt, qui Spu. Melium, Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Druſum, qui Saturninum fortiſſimos homines, & Reip. ſaepenumero non mediocriter opitulatos, quod deveniſſent in affectatae tyrannidis ſuſpicionem morte multandos eſſe putaverunt. Nec Spu. Melio favor ampliſſimus civitatis, nec Gracchis avi ſui Scipionis clariſſimi viri memoria: nec Manlio celeberrima gloria Capitolii liberati: nec Druſo ſanctiſſimi ſui penates: nec Saturnino jus ſacroſanctae dignitatis auxiliata ſunt. Quid ita? quia necem paucorum, aut unius hominis, calamitati publicae majores noſtri ſemper anteponendam eſſe putaverunt. Quid? genus crudelitatis eximium non ſunt arbitrati, cives eos perimere, ſummiſque affligere ſuppliciis, quorum in Remp. perſaepe clariſſima beneficiorum genera extitiſſent? Minime. Quid ita? quia nullum ſatis dignum ſupplicii genus in eos conſumi poſſe opinabantur, qui patriae ſuae libertatem opprimere ſtatuiſſent: nec illos cives eſſe judicaverunt, quos abjeciſſe rationem patriae caritatis intuerentur. At contra eos, qui tales interemiſſent, non modo dici, atque appellari cives, ut eſſent, ſtatuebant, ſed afficiendos fore immortalibus donis, ac ſempiternae hominum memoriae conſecrandos. Quid enim poteſt indignius dici, quam vitam a patria ſuſceptam, ad illius perniciem calami-

CAP. XIV. QUI SPU. MELIUM, QUI GRACCHOS. Sic recentiores. At veteres omnes negligunt alterum *qui*. Ceterum haec exempla ipſe Tullius I. in Cat. *c.* I. adduxit. adde Livium IV. *c.* XIV. reliquos.

QUI MANLIUM CAPIT. Meminit Cicero pro domo *c.* XXXVIII. adde Flor. I. *c.* XXVI.

QUI DRUSUM. *Livium Druſum* ſine dubio intelligit, tribunum plebis, qui ſubita, ſed incerta morte interiit. vide ad II. Ep. de Rep. Ord. Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. *cap.* LXVI. & Flor. III. *c.* XVII. quare ille quidem non ſatis circumſpecte in hunc numerum relatus eſſe videtur, niſi verba captare velis.

QUI SATURNINUM. Ita quidem Venetae poſteriores duae: at priores, *qui Staturiſſimi*. *Apulejum Saturninum* ſeditionem excitaſſe, ex Floro III. *cap.* XVI. Jul. Exſuperantio aliiſque conſtat. ejus meminit Cic. I. Cat. *c.* II.

NON MEDIOCRITER OPITULATOS. Quibus fere verbis de Gracchorum majoribus utitur Criſpus Jug. *c.* XLI. num. I.

SANCTISSIMI SUI PENATES. Etenim domi ſuae occiſum eſſe, ſcripſit Appian. I. Civil. pag. 372.

VIS SACROSANCTAE DIGNITATIS. Omnes Venetae, item aliae edd. *jus* habent, pro *vis*. Mutandum praeterea *eſt* in *ſunt*, ne ſoloeca ſit oratio. Nam aliam in hoc ſcriptore defenſionem parare, non eſſet conſilii.

QUID? GENUS CRUDELITATIS EXIM. Venetae: *quod genus crudelitatis ex*. Vera eſt vulgata.

IN EOS CONSUMI POSSE. *Conſumere*, pro *ſumere* frequens temporibus illis. vide Hygin. Poet. II. *c.* XV. *Poenas conſumere* dixit Noſter etiam infra *c.* XXXV.

NON MODO DICI, ATQUE APPELLARI CIVES, UT ESSENT, STAT. Scribendum vel libris omnibus invitis: *non modo dicti atque appellati cives ut eſſent*; *dicti*, *adpellati eſſent*, pro dicerentur, adpellarentur, ex conſuetudine Noſtri aliorumque bene multorum. vide Muncker. ad Fulgent. I. Mythol. Praef. p. 6.

AFFICIENDOS FORE IMMORT. Pro *adficiendos eſſe*, quomodo etiam ſupra. Infra *cap.* XVII. *quam in iiſdem furialibus antris conſtipandam atque occultandam* fore *curaviſti*. Cap. XXXVI. *Credite item, vim univerſam flagitioſae juventutis, aut hodierno Catilinae ſupplicio ſimul conficiendam* fore. adde notam ad *c.* VII.

IISDEM MOENIBUS A. T. CONSTITUTOS. Venetae priores, *hiſdem m. a. t. conſtitutos*. mox in iſtis eſt, *eadem leges*.

HINC ACERBISSIMAS EXPILAT. Particula deeſt

lamitatemque conferre? quid fingi ſceleratius, quam eorum poenas ac crudeliſſimam ſervitutem excogitare, quos iiſdem moenibus ac tectis conſtitutos, eaedem leges, atque eadem vivendi ratio continuiſſet? quid denique poteſt intolerabilius exiſtimari, quam inferre delubris Deorum immortalium, ac facultatibus noſtris illinc ſceleratas faces, hinc acerbiſſimas expilationes? Haec qui curaverunt, judices, aut qui tentaverunt, nunquam ego alienos ab hoſtibus, aut diſſimiles feritati beſtiarum exiſtimabo.

XV. Vidimus de ſpe perficiendi nefarii facinoris: videndum eſt de loco, quam latebram commodiſſimam & tutiſſimam egregius artifex delegit, cum contegendae conſpirationi ſuae, tum armis omnibus ejus artificii comprehendendis: ne forſan temere domum nobiliſſimi civis, atque opulentiſſimi M. Laecae delectam eſſe judicetis. Primum homo delectus eſt hujuſmodi nefariis cupiditatibus affinis, quo participe ſemper uſus fuerat conſiliorum ſuorum, adjutore teterrimarum libidinum, ſocio maximorum periculorum, cui ſpectato frequenter in difficillimis rebus, ſummam hujuſmodi atrociſſimi mali tuto committi poſſe, facillime ſibi pollicebatur. Praeterea domum ſibi deligendam eſſe judicabat ſolitudine locorum deſertam, & ab omni frequentia populari remotiſſimam, quae ſcilicet voces conjurationis tutiſſime continere poſſet. Contulit igitur ſeſe in ipſam M. Laecae domum, remotam ab omni celebritate, conſtipatam multitudine arbuſcularum, & ab omni ſuſpicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. Quos vero tetenderit ibi conjurationis laqueos, aut quas catenas ſcelerum conflaverit nobis ac facultatibus noſtris, Saturnalium dies patefactura fuerat, niſi primum benignitate Deorum immortalium, deinde vigilantia conſulari, nefariae ſicae de manibus latronum excidiſſent. Nullas amplius tendiculas pertimeſcamus ab execrabili monſtro; nullas inſidias ab hoſte teterrimo: tenetur fera, nec, ſi viri eſtis, declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctae veſtrae autoritatis.

XVI Ne-

eſt edd. Venetis prioribus. iſtae infra *unquam* habent, pro *nunquam*.

CAP. XV. EJUS ARTIFICII COMPREHENDEND. Veneta 1490. *ejus artifici*. ita & 1493. ſed ſimul omittit Pronomen *ejus*. Arma adpellare videtur, quidquid ad conjurationem pertinet, conventus, conſilia, comportationes telorum, & quae infra alia memorantur.

PARTICIPE ... CONSILIORUM. In Venetis alia eſt diſtinctio, quaſi *conſiliorum ſuorum* pertineret ad proximum *adjutore*. Vulgata tamen longe melior, & vera eſt. *Particeps conſilii*, ut & *ſocius* periculi Salluſtiana ſunt. vide Cat. *cap.* XVII. num. 5. Jug. *c.* LXXI. num. 3. & Eod. *cap.* XXIX. num. 2.

TETERRIMARUM LIBIDINUM. Sunt quaedam vocabula, veluti propria huic ſcriptori, in quibus & hoc *teterrima*: modo enim *teterrima facinora*, *teterrimum incendium*; modo *teterrimam cupiditatem* & ſimilia nominat. Produxit hunc locum Cl. Bentlej. ad Horat. I. Sat. II. *v.* 33. ut confirmaret Flacci, *Nam ſimul ac venas inflavit* tetra *libido:* Verum hic noſtri locus exiguae virtutis eſt.

SPECTATO FREQUENTER cet. Deſcripſit haec ex Salluſt. Cat. *c.* XX. num. 2.

SUMMAM H. A. MALI. *Summa mali*, ſumma conjurationis dixit ad modum ejus, quod uſitatius eſt, *ſumma reip. ſumma belli*. ut Sueton. Tib. *c.* XXI. *ſumma imperii*. adde notam ad Cic. VI. epiſt. III. num. 3.

SOLITUDINE LOCORUM DESERTAM. Eſt & haec formula poſteriorum ſaeculorum indicium, ubi multitudinem verborum nimium adfectabant. Sic Aur. Victor: *qui eum in auditorio verbi* fatigatione taxaverunt. Auſonius: *honores Quos mox ſublimi maturus* protulit auctu. quae proxime accedunt ad uſum veterum: poſtea per majorem licentiam depravata ſunt.

FREQUENTIA POPULARI. Manutius & Gruterus, *frequentia populi*. ex Gloſſa inconſulta. Nam hi auctores perpetuo *popularis* eo ſenſu adhibere ſolent.

XVI. Neve Catilina neſcias, vigilantiſſimos conſules habere Remp. te quocunque veneris, quocunque abieris, diligentia noſtra circumſeptum teneri: quid heſterna nocte conciunculis tuis agitatum ſit, licet mecum recognoſcas. Cum ad M. Laecam veniſſes, unum ex fideliſſimis commilitonibus tuis, ad multam noctem, teque in interiorem, una cum illo, cubiculi partem recepiſſes, tanquam in ſacrarium memorabile cupiditatum veſtrarum, repente de Laeca ſciſcitari coepiſti, num quis ex conjuratis adveniſſet: cum ſubito Lentulus, ac Cethegus teterrima capita maleficiorum omnium, furibundi, atque alacres irruperunt, moxque ingreſſi vociferare coeperunt, quid agis Catilina? cur voluptates noſtra diutius remoraris? praeſto ſunt Saturnalia nobis otioſis, atque oſcitantibus, quem unum diem ſaepenumero nuncupare ſolitus es, everſorem ſuperbiſſimi ordinis, fugatorem aerumnarum noſtrarum, lucem ac principem univerſae noſtrae dignitatis. Num in gerendis negotiis ignoras ſequendas eſſe temporum opportunitates, & in occaſione rerum deſidiam ac tarditatem omnem quam diligentiſſime fugiendam? Mutabiliſſimae quidem ſunt Deorum voluntates, & fortunam, cum abire permiſeris, fruſtra poſtmodum diſcedentem ac fugientem ſis imploraturus. Talia conquerentem, tu paucis pro re ſubſecutus, Aquilam argenteam proferri continuo juſſiſti, praeclaram auſpicem ac gubernatricem furoris tui futuram. Teſtor noctem

QUAS CATENAS SCELERUM CONFL. H.e. quae ſcelera in nos patranda paraverit. Declamatorio more.

SI VIRI ESTIS. Ciceronis aliorumque formula, de qua diximus ad Sall. Cat. *c.* XL. nu. 3.

CAP. XVI. NEVE CATILINA NESCIAS. Eſt hoc ex ed. Veneta 1499. propagatum in reliquas omnes. nam ea vetuſtiores habent, *Neve Catilina neſciens*. Scripſerat ergo auctor, *neſciens ſis*: quae conſueta tum erat formula, neque Claſſicis prorſus repudiata. vide ad Declamat. Cic. in Salluſt. nu. 13.

CIRCUMSEPTUM TENERI. Omnes Venetae, *circumſpectum teneri*. quod equidem non damno.

LICET MECUM RECOGNOSCAS. Ex Cicerone deſcripſit in Cat. I. *c.* III. Vide noſtra ad Catil. *c.* XXXV. nu. 2. & ad Declam. Cicer. nu. 3.

CAPITA MALEFICIORUM OMNIUM. *Capita* credo principes & auctores dixit: & Cethegum quidem atque Lentulum Cicero & Criſpus inter principes conjurationis numerant. Terent. Adelph. A. IV. Sc. II. *v.* 29. *te eſſe huic rei* caput. atque ita Andr. A. II. Sc. VI. extr. Apud Ciceronem alioſque *caput*, pro praecipuo, ſaepe legitur. Noſter autem infra *cap.* XVIII. *caput conjurationis* nominat.

FUGATOR AERUMNARUM NOSTRAR. *Fugator* Vocabulum etiam Tertulliano notum. Sunt talia in oprimo ſaeculo, ut *cunctator*, *perditor*, *repertor*: ſed deteriora laſciviunt in talibus & Analogia haud raro abutuntur. Ita *affector*, *indultor*, *diſcretor*, *penetrator*, *prorogator*, *procurſator*, *ambitor*, *ſubornator*, *viſor*, *invaſor* & multo plura in iis audiuntur. vide quae collegit Germaniae noſtrae eximium decus, Caſp. Barthius ad Pap. Stat. III. Theb. *verſ.* 79. & ad Guil. Britonem VI. Philipp. *v.* 474.

LUCEM AC PRINCIPEM. H. *principium*.

DESIDIAM AC TARDITATEM. Hujuſcemodi eſt oratio Cethegi apud Salluſt. Cat. *c.* XLIII. num. 3.

TALIA VERO CONQUERENTEM. *Vero* vacat in edd. Venetis prioribus.

PAUCIS PRO RE SUBSECUTUS. H. reſpondens. ſicuti *exſequi*, *ſequi*, veterum more, de ſermone dicuntur. Cic. III. epiſt. I. num. 5. *Sed ut mibi reddidit a te litteras plenas & amoris, & officii, mirifice ipſe ſuo ſermone* ſubſecutus *eſt humanitatem litterarum tuarum*. *Conquerentem* eſt quidem in omnibus libris: at ſuperiora docent, ab auctore eſſe *conquerentes*.

AQUILAM ARGENTEAM. Cui etiam ſacrarium conſtituerat domi ſuae Catilina. Illa erat, quam C. Marius bello Cimbrico in exercitu habuiſſe dicebatur. meminit Criſpus Cat. *cap.* LIX. num. 3.

CAP.

ctem ipſam, impiarum molitionum tuarum conſciam ac teſtem, nihil ex iis me fugiſſe, quae clandeſtini veſtri conatus agitaverunt.

XVII. Perpauca ſatis attigiſſe fuerit, ne ſolitudine in ipſa latibulorum tuorum, cum ora vulgi plane devitaviſſes, fefelliſſe te crederes diligentiam pariter, atque induſtriam conſularem. Linquo telorum innumerabilem, atque inexcogitatam copiam, quam in iisdem furialibus antris conſtipandam, atque occultandam fore curaviſti. Mitto literas manu tua ſcriptas, diverſis municipiis reddendas, quae furori tuo ſuccurrere, atque opitulari vellent. Tranſeo rem illam ſimillimam prodigio, cum mane iſto jam coacto Senatu, redundantibusque ſubſelliis, ſerius in Senatu, praeter conſuetudinem, veniſſes: quod nulli non oculi te Senatorum ſtatim conſignarunt ingredientem demiſſo vultu, pallore terribili, luminibus errantibus, ac facie praeferente neſcio quid inuſitatae crudelitatis. Praeterea Saturnalibus proxime futuris, rem adoriri placuit: quo die civitas omnis feriata publico edicto, conferre ſeſe in montem Aventinum, ac ruſticari quodammodo ſolita eſt: cum tu manum furoris tui diligenter armatam, atque inſtructam, primum ad caedem Senatus, ac conſulum, deinde ad occupandam Capitolii arcem munitiſſimam fueras immiſſurus: atque his perfectis, daturus operam cum direptioni publicae, tum inflammandis aedibus, atque his trucidandis qui Remp. defendere voluiſſent.

XVIII. Videtis, Judices, lucem clariſſimam rationum, quam ego profecto cenſeo nullis involucris tenebrarum ſuarum obruituros eſſe, nec M. Laecam praeclaram ſedem, atque officinam teterrimae conjurationis, nec ipſum deteſtabile caput, atque obſcoenum artificem Catilinam. Cumque

CAP. XVII. IN IISDEM FURIALIBUS ANTRIS. Domum Laecae intelligit. Venetae & hic, & alibi ſemper *hiſdem* ſcribunt, pro *iiſdem*. *Conſtipandam fore*, pro *colligendam* more ſuo dixit, de quo ſupra ad *c.* XIV. Quod paullo ante *inexcogitatam multitudinem* ſcripſerit, ſcimus, qualem idiotiſmum ſapiat. Poſuit autem pro *inexcogitabili*, qua voce Lactantius uſus eſt. adde notam noſtram ad Sall. Jug. *c.* LXXVI. num. I.

DIVERSIS MUNICIPIIS. Venetae omnes & Gryphius: *diverſis mancipiis*.

STATIM CONSIGNARUNT. Fingit haec Declamator ex Cicer. I. Catilinaria *c.* VII.

PRAE SE FERENTE. Adprobo Venetas priores, quae excluſo Pronomine, habent, *facie praeferente neſcio quid i. crudelitatis*, atque ita Cicero pro Roſc. Am. *c.* XXXI. ubi imperite quidam *se* intrudere volunt. Sic peccant in Plin. I. epiſt. XXII. num. 6. & alibi.

AC RUSTICARI QUODAMMODO. Vitam ſolutiorem & laſcivam, licentiamque ſervorum atque alia talia Saturnalibus licita eo verbo innuit: contra uſum veterum, quibus *ruſticare* eſt rure agere, aut agriculturam exercere, ut Pacatus: *triumphales viri ruſticabantur*. de Saturnalibus nota ſunt omnia. vide tamen Macrob. I. Saturn. *c.* VII. Sequior aetas *ruſticum* & *ruſticari* de inconditis moribus dixit, ut Alberic. de Deor. imag. *c.* V. ubi male Ovid. I. Rem. Am. *v.* 350. citatur. etſi id verum ſit jam olim *ruſticum* & *urbanum* itemque *civilem* ad mores tractum eſſe.

CAP. XVIII. M. LAECAM, PRAECLARAM SEDEM. Aedes Laecae erant ſedes & officina conjurationis, non ipſe Laecа. Noſter autem eam audaciam dictionis tueri ſibi poſſe viſus eſt, quod apud meliores legiſſet *ſenatum*, pro *curia*; *deos*, pro *templis* deorum. vide Lucan. II. Gellium XVIII. *c.* VII. plane ut *hoſtis*, pro *terra hoſtili*. vide Gronov. ad Tacit. II. Ann. *cap.* XXV. Eſt & quaedam gratia ipſius compoſitionis, quae talia ſaepe excuſat: ut *cives divendere, ſe expedire*. vide notam ad Sall. Jug. *c.* CV. n. 4.

PARI-

Digitized by Google

que haec omnia conſtent, animadvertendum eſt, pariter uno maleficii genere Catilinam non modo Deos, ac patriam, verum etiam mores, leges, conſuetudinem urbis, atque inſtituta majorum violaſſe.

XIX. Primum XII. tabulis cautum eſſe cognoſcimus, NE QUIS IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITARIT: deinde lege Gabinia promulgatum eſſe, QUI CONCIONES ULLAS CLANDESTINAS IN URBE CONFLAVISSET, MORE MAJORUM CAPITALI SUPPLICIO MULTARETUR. De te itaque Catilina ſciſcitor, tum coetus iſtos commilitonum tuorum contra praecepta XII. tabularum, contra leges noſtras, contra Senatus, ac plebis autoritatem, noctu cogendos eſſe putaviſti? Deinde quaero, ſiquando in lucem ſepulchrales iſtae conciunculae tuae prodiiſſent, quid reſponſurus fuiſſes Senatui, quid conſulibus, aut quid viris optimis, atque amantiſſimis patriae? Quid leges igitur noſtras violas Catilina? quid Senatus autoritati contradicis? Aequum eſt inſtituta majorum, atque edicta graviſſimi, ſanctiſſimique ordinis, quia perſtringere veſania tua non es veritus, ea reſtituas, ac ſarcias ſupplicii tui memorabili animadverſione.

XX. Manlius Torquatus filium ſuum, ſumma & ſingulari virtute adoleſcentem, quod is in hoſtem contra mandatum patrium dimicaſſet, victorem percuti ſecuri juſſit: nos te tam temerario auſu tendentem contra mandata Senatus, contra univerſae Romanae Reip. majeſtatem Catilinam

PARITER UNO MALEFICII. *Pariter violaſſe*, i. ſimul. qua particulam alii forte facile intelligendam reliquiſſent. Adverte tamen, lector, in miſero hoc declamatore, miſeram tranſeundi formulam. Haec enim eo inſulciuntur, ut mox de Legibus quaedam differere queat.

CAP. XIX. NE QUIS IN URBE. Praeclara in hanc rem apud Liv. XXXIX. *c.* XIV. XV. Sed ipſa lex XII. Tabb. aliis verbis erat concepta. vide etiam ad Sall. Cat. *c.* XXX. nu. 2. Turneb. ad Cic. II. Agrar. *c.* V. Verum & ipſa verba oſtendunt, fictam eſſe hanc legem ab auctore Declamationis. Nam etſi etiam veteres *agere*, *agitare*, pro *facere* poſuerint, uſitatiſſimum tamen eſt recentioribus; cum illi potius *conventum facere coetus facere* ſcribere ſoleant. ita Vegetius I. *c.* XXIII. *iter agere*, & Sulpic. Sev. Dial. II. *c.* IV. *Iter cum eo* agebamus. Pomp. Mela II. *c.* I. *ita diu ſtatam ſedem* agunt. Plinius IX. *c.* XXXV. *Poſtero die*, *quo judicium* agebatur. Ita nempe praetores aut alii praeſides apud Ciceronem alioſque *conventus agunt:* ex qua formula non ſatis adcurate *coetus agitare* ille dixit.

LEGE GABINIA PROMULGATUM. *Eſſe* addunt omnes Venetae. eaedemque, *qui conciones*. quod cur damnaverit Waſſius, cauſſa nulla eſt. Hujus legis an quis alius, praeter hunc Pſeudo-Porcium, mentionem faciat, nondum compertum habeo: & ejuſdem auctoritatis, cujus prior illa, eſſe arbitror.

TUNC COETUS ISTOS. Venetae omnes & Gryphius: *tum*. Scribe *tunc coetus iſtos* cet.

CONTRA VERO SENATUS. Venetae priores omittunt *vero*. quod additum etſi habeat ſuam elegantiam, ea tamen ingenium auctoris ſuperare videtur. propterea induxi.

SEPULCHRALES ISTAE CONCIUNCULAE TUAE. Venetae priores, *conjunculae tuae*. Senſus eſt, ſi quando manifeſtatum eſſet, te conciones nocturnas contra leges habuiſſe.

AEQUUM ENIM EST. Particula *enim* a ſecunda manu. nam utraque Veneta omittit. Illae etiam *edita*, pro *edicta* ſcribunt.

PERSTRINGERE VESANIA TUA. Cicero *perrumpere leges* dicere ſolet, ut veroſimile ſit *perfringere* Latronem ſcripſiſſe. Latronem, inquam, ſi is hanc declamationem feciſſet. At in hoc homine etiam *perſtringere*, lacerare intelligendum eſt, indeque tranſgredi. Quinctil. Declam. XII. *c.* XI. *reip. laeſae accuſo. Mirari vos certum habeo hanc verbi ſegnitiem, quo* perſtricta *tantummodo patria, & levi, quod ajunt, manu offenſa intelligi poſſit*. Ammian. Marc. XXV. *c.* III. *ſubita equeſtris haſta, cute brachii ejus* perſtricta, *coſtis perfoſſis haeſit in ima jecoris fibra*. male edd. ibi exhibent *praeſtricta*.

CAP. XX. MANLIUS TORQUATUS. Vide Salluſt. Cat. *c.* LII. num. 30.

VICTOREM ACRITER PERCUTI. Non abhorret qui-

nam perferemus? Majores olim noſtri ſapientiſſimi homines, & ſine dubio graviſſimi, num leges e Graecia per legatos ſuos acceſſendas eſſe putaverunt, quibus hanc imperii magnitudinem perpetuo ſtabilirent, ut tu homo recens ſeveritate illarum cum barbatulis tuis abutereris? Non ita viſum Carthaginienſibus accepimus in Hannone ſuo morti condemnando, fortiſſimo, ac triumphali viro, quod is edicto Senatus minus obtemperaviſſe putaretur. Non ita placuit Athenienſibus, urbi ſine dubio doctiſſimae atque eruditiſſimae, cum e Sicilia, belloque graviſſimo revocandum eſſe Alcibiadem ſtatuerunt, ſummum & ſingularem imperatorem, quem juberent, expiare ſupplicio ſuo leges violatae religionis. Non ita denique majoribus noſtris judicatum eſt, cohortibus exoletorum tuorum, ſententia mea, longe anteponendis, cum L. Sulpitium conſulari familia, ſummoque ingenio virum, propter exiguam notam libidinoſae ſuſpicionis, cenſuerunt removendum e Senatu, multoſque dies in vinculis habendum eſſe putaverunt.

XXI. Vos vero, Judices, Catilinam non modo leges noſtras, atque auctoritatem Senatus crudeliter labefactantem, verum etiam univerſos cives ad perniciem ferro, flammaque devocantem impune perferetis? Jacet homo proſtratus eventu maximarum molitionum: ut qui conatus ſuos conſcientia veſtra patefactos atque illuſtratos cernat, neque contectos fuiſſe, ſeu ſuperſtitione cruenti ſacramenti, ſeu tenebris nocturnis, ſeu ſolitudine locorum permaxima & ſingulari. Contundite igitur, contundite, Judices, genus iſtud inauditi furoris: comprimite hominem geſtientem effraenata temeritate, flagrantem inuſitatis cupiditatibus, furentem incredibili ſuperbia, ſpe novandarum rerum mirabiliter inflammatum: quin etiam rem ipſam publicam non modo eventu crudeliſſimae calamitatis, verum etiam metu, ac ſuſpicione liberate.

XXII.

quidem additum illud *acriter* ab genio auctoris: at cum exſulet ab Venetis prioribus, eo additamento ex corrupto corruptiſſimum ſcriptorem facere nolui.

NOS VERO TE. Eaedem edd. excludunt particulam ſupervacuam *vero*. De legibus e Grecia adſcitis vide notam ad Cat. *c.* LI. n. 39.

CUM BARBATULIS TUIS. Adoleſcentibus, qui barbam alebant usque ad virilem aetatem. Voce *barbatulus* ipſe Cicero utitur, uti ad Atticum: *concurſabant barbatuli juvenes.* vide Muretum & Graevium ad Cic. II. Cat. *c.* X. p. 673.

IN HANNONE SUO. De hujus ſupplicio plura Juſtin. XXI. *c.* IV. & Oroſius IV. *c.* VI. diſſentit autem in mortis cauſſa Porcius noſter, cauſſae ſuae ſerviens.

REVOCANDUM ESSE ALCIBIADEM. Inſimulabatur illa myſteria Cereris ſacrorum enuntiaſſe, & ob id abſentem reum faciebant. vide Corn. Nepotem in vita, & Juſtin. IV. *c.* IV. & V. *c.* I. quosque ibi jam citarunt.

A MAJORIBUS N. JUDICATUM EST. Omnes Venetae, Gryphius & Stephanus omittunt *a.* quam conſtructionem jam ad Auct. de Rep. Ord. illuſtravimus, qui *mihi decretum eſt*, pro *a me* haud abſimiliter dixit.

CENSUERUNT REMOV. E SENATU. Omnes Venetae, *cenſeres removendum.* unde *cenſuere* potius ſcribendum eſſe videtur.

CAP. XXI. NEQUE CONTECTOS FUISSE. Ita reſcripſi ex omnibus Venetis noſtris. Inepte vulgatae edd. *neque contentos fuiſſe;* etſi ſupra *c.* XV. verbum *continere* ita poſuerit, ut huic loco aliquod ſubſidium ferre queat. De *cruento* illo *ſacramento* vide plura apud Criſpum Cat. *c.* XXII.

MAXIMA ET SINGULARI. Omnes Venetae: *permaxima & ſingulari.* ut fere Auct. ad Herenn. IV. *c.* XXXII. *perpolitiſſime.* Nimirum cum primae poſitioni *per* addi viderent illi homines, licere etiam in tertia arbitrati ſunt. ita quippe *valde optimum, admodum pauciſſimos, nimis acer-*

Digitized by Google

XXII. Diximus equidem ſufficienter de Senatoria ſimultate Lucii Catilinae, capite ac fonte ſceleratae conjurationis: resque omneis complexi ſumus, quas aluiſſe furorem illum, ac primum excitaviſſe judicavimus. Nunc videndum eſt de ratione ambitionis teterrima atque exitiabili, qua deflagraviſſe perpetuo Catilinam ſuperiori diviſione demonſtravimus. Cupiditates equidem plurimas in illo monſtro, calamitoſas, ac nefarias omnes perſaepe, judices, animadverti: libidinem unam pernicioſiſſimam in primis conſpicere viſus ſum, temerariae cujusdam, atque inconſideratae ambitionis: qua duce properaſſe, nec ullo ſtudio unquam conſciſcendarum opum, nec ullo deſiderio dignitatum abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat enim ſe fruſtra nobiliſſimo genere natum, fruſtra virtutes eximias corporis atque animi conſecutum fuiſſe, ni omnia divina atque humana, truculentiſſimo genere cupiditatis inquinaviſſet: quosque cernebat excellere Romae praeſtantia quadam dignitatis, beatiſſimos eos eſſe, & ſine dubio Diis aequiparandos fore arbitrabatur.

XXIII. Id genus veſanae cogitationis hominem, ſuapte natura praecipitem, atque inconſideratum compulit in abominandas ac nefarias vitae cupiditates. isque nuper comitiis conſularibus (quandoquidem ſuffragia curiae, propter impendentem metum Parthici belli, diligenter enucleata ſunt) quas non adiit Senatorum voces, aut quos civium conſeſſus, partim pecunia, partim obſecrationibus, non obeundos ſuppliciter, ac contaminandos eſſe judicavit? nulli tamen ad dignitatem gradus, neque inſanienti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio ſceleratae libidinis illum ad majorem vim ſcelerum paulo ante concitaverat. Piſonem meminiſtis egregia virtute adoleſcentem, (niſi & idem cupiditatibus obtemperare conſueviſſet) calamitoſam ſibi, ac multis in urbe ſeditionem excitaſſe: cujus inſigni familiaritate atque amicitia Catilinam uſum fuiſſe, nemo eſt, qui neſciat: nec modo conjunxiſſe ſe temerario juveni, verumetiam illum de ſucceſſu rerum ſuarum non mediocriter trepidantem, in audacia ſimul, ac ſententia confirmaſſe, cum ſe illi vigilantiſſimum ſocium, ac ſatellitem fidiſſimum regendae, gubernandaeque conjurationis fore polliceretur.

XXIV.

acerrimum & multa alia dixerunt. vide Beroald. in Apulej. II. Metam. & Muncker. ad Fulgent. I. *c.* XXVI. Ita *multo maxime* ipſe Criſpus ejusque claſſis plures dixerunt, ut docui ad Catilinam.

CAP. XXII. DIXIMUS EQUIBEM SUFFICIENTER. Gruterus *quidem.* male & contra veteres noſtras. erroris cauſſa manifeſta eſt, quam refutavimus ad Cat. *c.* LI.

SUPERIORI DIVISIONE. Cap. VII.

NEC ULLO STUDIO UMQUAM. Venetae priores: *nec illo ſtudio numquam.* male. De eo, quod infra ſequitur, *aequiparandos fore* ſupra jam admonuimus.

CAP. XXIII. AC NEFARIAS VITAE CUPIDITATES. *Vitae* abundat, ut in noto illo D. Lucae. ita Auſonius: *ſeria vitam.* Vopiſcus Tacito *c.* II. *ſed quod eſt* in vita *optimum, ſe timebant.* Lamprid. Severo *c.* IX. *Neque ego idcirco timeo iſtud venerabile omnibus nomen, quod verear, ne in haec vitia delabatur* vita.

PARTIM OBSECRATIONIBUS. Ita omnes veteres edd. Male Manutius & Gruterus, *obſervationibus.*

PISONEM MEMINISTIS. De hac Piſoniana conjuratione pluribus Criſpus Cat. *c.* XVIII.

GUBERNANDAEQUE CONJURATIONIS POLLICERETUR. Veteres omnes addunt *fore*, quod in ta-

XXIV. Quod ſi votis ſceleratorum hominum ſucceſſus aſpiraſſent, quanta ſtrage civium creditis, aut quanto diluvio facultatum urbanarum ruituram fuiſſe deteſtabilem horum atque execrandam impietatem? Verum ii caelites, quorum auſpiciis princeps, ac parens hujus urbis Romulus, pulcherrimi imperii Romani fundamenta jecit, triſtiſſimam cladem ac conatus perditos nece adoleſcentis interceperunt. Piſone mortuo conquieviſſe Catilinam dicemus, aut incoepti temerarii poenituiſſe? Non poenituit modo, nec requieſcendum fuiſſe arbitratus eſt, ſed rurſus alio furori acceſſit. Non conſueverat animus perpetuis cupiditatum flagitiis exercitatus, prima deſtitutione fortunae refrigeſcere, ac conſternari: ſed vix ſepulta memoria Piſonianae conjurationis, L. adeptus eſt Sidicinum, potentiſſimum quidem hominem, ac tunc furentem ſingulari ſtudio rerum novandarum. Verum ea fax incendii, rurſum benignitate Deorum immortalium, ſummaque virtute conſulum reſtincta eſt. Non obdormiſcit tamen Catilina, bis deſtitutus eventu vigiliarum ſuarum, ſed rurſum ſaevit immanior: & quam Remp. ſervitio non potuerat obruere, deſtrangulandam penitus, ac tollendam cogitavit. Sceleratus in omnem urbem, quam toties inſidiis appetiviſſet: ſceleratiſſimus vero in patriam, cujus extant in illum ſumma & commemoranda monumenta beneficiorum.

XXV.

tali ſcriptore non fuit omittendum. Ut enim in aliis auctoribus haud vana regula emendationis eſſe ſolet elegantia ſermonis & exquiſitum genus dicendi; ita in his infantibus omnia ad plebejum ſermonem & dictionem ſordidiorem ſunt exigenda.

CAP. XXIV. DILUVIO --- RUITURAM FUISSE. *Ruere* ſtrage, diluvio apud alios eſſet concidere per ſtragem, aut cum ſtrage & diluvio; hic autem pro irruere cum ſtrage cet. poſuiſſe eſt exiſtimandus.

NON POENITUIT MODO, NEC. Ita veteres omnes. Perperam Manutius & Gruterus, *non p. modo non;* & alterum idem ſignificare, hodie omnibus conſtat. Livius III. *c.* VI. *adfecti plerique principum, patrum major pars, militaris fere aetas omnis: ut* non modo *ad expeditiones, ſed vix ad quietas ſtationes viribus ſufficerent.* Diximus jam ad Cic. I. epiſt. IX. num. 23. non modo *praemiis, ſed ne periculis quidem ullis compulſus.* adde Jo. Brant. ad Caeſar. II. Gall. *c.* XVII. Daviſium ad Auct. VIII. de B. Gall. *cap.* XXXIII. & maxime Duckerum ad Flor. III. *c.* XX. n. 3. his junge obſervationem noſtram ad Sall. Jug. *c.* XXXIII. n. 4.

L. ADEPTUS EST SIDICINUM. Ita & noſtri libri. Mala quidem fide uſus eſt auctor in referendis pleriſque nominibus, ut adeo etiam hoc loco ſuo more egiſſe poteſt: vide tamen, an ſcripſerit, *P. adeptus eſt Sittium*, de quo multa ad Salluſt. Catil. *c.* XXI. n. 3. Ea autem nomina in celeberrimo iſto *L. Siccio Dentato* confunduntur, quem alii *Sicinium* vocant. vide Lindenbrog. & Valeſium ad Ammian. XXV. *c.* III.

DESTITUTUS EVENTIS VIGILIARUM S. Venetae, *bis deſtitutus eventu vigiliarum ſ.* Unde apertum eſt, ſcribendum eſſe, quod nos in contextu repoſuimus. Valde negligenter ceteri editores *eventu* librorum vett. in *eventis* mutarunt. *bis* intellige de Piſoniana & Sittiana conjuratione. Mox ex iisdem libris *rurſum* ſcripſi.

MONIMENTA BENEFICIORUM. *Monumenta* repoſui ex edd. noſtris vetuſtis, quod ſemel monuiſſe ſatis erit. nam & alibi hac auctoritate quaſdam minutias immutavimus.

XXV. Reminiſcere quaeſo Catilina, reminiſcere ferrum illud ſceleſtum, atque illas nefarias faces, quas iſtis ſanctiſſimis penatibus, atque iſti pulcherrimae patriae minitaris, non ad oppugnandam urbem, neque ad eam concremandam tibi datas fuiſſe, ſed potius ad ſalutem civium, dignitatem imperii, libertatisque noſtrae defenſionem. Per Deos immortales oro te Catilina, ſi patria tecum his vocibus uteretur, quid eſſes illi quaeſo reſponſurus? Ego te parvulum Catilina, cum in primis ornatiſſimo genere gentis naſci voluiſſem: deinde ſummis dotibus exornaſſem tum corporis, tum animi, duabus tum rebus inſtituendum putavi, ferro, ac flamma, quibus eſſet parata tibi facultas tum amplificandi imperii mei, tum defendendae publicae libertatis: quid eam vim armorum in viſcera noſtra torques? aut quid convertis in exitium civium meorum, inſtitutam diligentia mea, meisque rationibus eruditam dimicandi facultatem? Majores contra tui ſummis a me beneficiis, atque honoribus aucti, pro magnitudine ſuſceptarum dignitatum, pulcherrimas in urbe ſaepenumero leges: pro praeſtantia beneficiorum, clariſſimas ex hoſtibus victorias referre conſuerunt: tu mihi luctus acerbiſſimos paras, pro ſumma copia beneficiorum meorum, tu caedes civium, tu domorum incendia, tu vexationes virginum, tu vaſtitatem urbis, tu genus atrociſſimae ſervitutis. O crudeliſſimum hominum genus, & ab omni penitus humanitate derelictum, tu ſtudio flagras ejus urbis evertendae, quam nec Carthaginienſium aſtutiſſimi doli, nec Numantinorum eximiae vires, nec Graecorum erudita (& praeclara) ingenia labefactare potuerunt. Quod ſi citentur hi populi rurſum divinitus, atque iſtae urbes redeant in ſtatum vetuſtiſſimae dignitatis, certe non ipſo ſcelere tuo quicquam in me crudelius, nec quicquam magis extimeſcendum molituras fuiſſe praedicabunt. Sed ad te redeo.

XXVI. Temperarem ego memet mihi, curſumque iſtum violentae orationis forſan revocandum eſſe judicarem, tum ab odio tuo, tum ab ipſa dicendi acerbitate, ſi quem in te ſenſum patriae caritatis aſpicerem, aut ullo te puncto poſſe arbitrarer ſceleratam iſtam mentem relinquere. Sed id

CAP. XXV. ORNATISSIMO GENERE GENTIS. Eſt uſitatiſſima iſti ſcriptori Periphraſis, quam tamen in his vocabulis evitarunt meliores. Quando vero ſupra *genus ferociae*, *genus calamitatis* & ſimilia protulit, non abhorret ab uſu veterum.

TUM DUABUS REBUS INSTIT. *Inſtituendum* ſcripſit, pro *inſtruendum*. Sed ordo alius in Venetis viſitur, habentque, *duabus tum rebus*.

QUIBUS ESSET PARATA. Ita Venetae, Gryphius, Gruterus. recte. negligenter Waſſius, *quibus eſſe parata*.

BENEFICIIS ATQUE HONOR. AUCTI. Vide notam noſtram ad Salluſt. Jug. *c.* XLIX. nu. 4.

REFERRE CONSUEVERUNT. Rectius Venetae priores, *conſuerunt*. vide notata ad Jug. *cap.* LXXXIV. num. 5.

VEXATIONES VIRGINUM. Vide Sall. Cat. *c.* LI.

ERUDITA ET PRAECLARA INGENIA. Venetae priores, *erudita ingenia*, omiſſis intermediis. De re vide Cat. *c.* LIII. Iſtae edd. etiam mox *obſcurareque* omittunt, cum vulgo legeretur: *labefactare obſcurareque potuerunt*.

MAGIS EXTIMESCENDUM. Venetae omnes, *majus*.

CAP. XXVI. TEMPERAREM EGO MEMET MIHI. Sic & noſtri libri. Sed procul dubio ſcripſerat, *Temperarem egomet mihi*. quod jam Waſſius vidit. infra *forſan* eſt in vetuſtis; non *forſitan*.

ULLO TE PUNCTO. Ita uno ore edd. vett. nec cauſſa eſt, ut ab aliis *pacto* ſubſtituatur. *ullo puncto*, pro ullo tempore dixit; ſicuti Tullius *punctum temporis*.

AHALA SERVILI. Haec ſcriptura vett. libro-

Digitized by Google

id genus eſt cupiditatum tuarum, ut reſtinguendarum forſan rationem aliquam conſequi poſſis, ſanandarum nullam: nec te prius amiſſurum perverſitatem iſtam animi puto, quam vitam amiſeris. Vellem reviviſceres Ahala Servili, non expectaremus ſententiam judicum, neque abuti majeſtate Senatus, atque autoritate populi Rom. ſed magnitudinem tanti flagitii, ſanguine tuo ſtatim expiaviſſes. Nam de Senatus voluntate nihil ambigimus, modo non impediretur legibus, repente profecto fueras poenas impietatis tuae digniſſimas laturus. Utinam Deorum immortalium munere, Judices, mentem, atque animum hujus introſpiceremus, ne qua vobis fieret puniendi dubitatio, qui tantum ſcelerum ingenio conflaviſſet. Videretis enim mentem inhelantem triſtiſſimum genus minarum; mentem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili veſania, ſitientem cruoris Urbani, praedae avidiſſimam, vobis, atque omnibus ferro, flammaque minitantem.

XXVII. Catilinam vobis demonſtravimus, Judices, irritatum perſaepe repulsis comitialibus, nullas vocum aut ſuffragiorum corruptelas fuiſſe praetergreſſum, deinde nullis rationibus infractum, ac perterritum de perſeverantia ſcelerum ſuorum extitiſſe: quibus animadvertere ſane poteſtis, quanta ſemper immanitate laboraverit ambitionis. Supereſt noviſſima pars diviſionis. Grex ipſe ſodalium Catilinae truculentus, atque amens: cujus in manu non exiguam rationem fuiſſe diximus excitanndae conjurationis. Lentulus ſiquidem & Cethegus terribilia portenta noſtrae civitatis, furiaeque vel certiſſimae Populi Rom. multa de magnitudine ſua in ipſis concionibus, multa de dignitate imperii ſui futuri palam praedicare conſueverunt, tanquam ſi Deorum immortalium concilio interfuiſſent.

XXVIII. Primum Lentulus in libris Sibyllinis, neſcio quid ſe perſpexiſſe praedicabat, quod viri acutiſſimi atque peritiſſimi L. Cornelius, ac Cn.

brorum eſt. Corrupte recentiores quidam *Hala Servili*: quae tamen in aliis etiam codd. confunduntur. vide Ducker. ad Flor. I. *cap.* XXVI. num. 7.

NEQUE ABUTI MAJEST. SENATUS. Confirmantur haec auctoritate noſtrorum librorum. Manutius perperam, *abuteremur*. Conſtruxit auctor, *neque exſpectaremus abuti*, intelligens quaſi *neque permitteremus abuti*. Infra *ſi* eſt in Venetis omnibus, pro quo *ſed* legimus. Eae voculae valde opportunae ſunt tali permutationi, cum veteres *S*; pro *ſed* ſcribere ſoleant.

DIGNISSIMAS LATURUS. *Poenas fere* dixit: ut *praemia ferre* Ovid. I. Faſt. *v.* II. 12. *Quaeque ferunt pictos ſignantia faſtos Tu quoque cum Druſo* praemia *fratre* feres.

VIDERETIS ENIM. Recte ita Veneta 1499. & ſequaces. Priores corrupte *viderits*.

CAP. XXVII. PERTERRITUM DE PERS. SC. S. DESTITISSE. Omnes Venetae, *extitiſſe*: quod revocavi. Jungit enim auctor *infractum ac perterritum exſtitiſſe*, ac deinde *perterritum de perſeverantia ſua*.

TAMQUAM SI DEORUM I. CONCILIO. De *concilio deorum* diximus ad Declamationem in Ciceronem. *Tamquam ſi*, pro *perinde ac ſi*, poſuit: quomodo fere A. Gellius XV. *cap.* XXII. *id cum dixerat, univerſi*, tamquam ſi *deo*, *libentes parebant*. cum nota Jac. Gronovii. Saepius Cicero, ut II. epiſt. XVI. ad fin. *Dolabellae, quod ſcripſi, ſuadeo videas*, tamquam *ſi tua res agatur*. Idem alibi, *tamquam ſi conſul eſſet*.

CAP. XXVIII. IN LIBRIS SIBYLLINIS. Venetae priores conſtanter *Sibullinis* ſcribunt. De re vide Salluſt. Cat. c. XLVII. nu. 2.

L. CORNELIUS. Scripſerat forte P. *Cornelius*,

Cn. Piſo cuſtodes publicarum ceremoniarum, nequaquam proſpicere potuerunt. Lucem namque ait neſcio quam de domo Cornelia quondam prodituram fore, quae gloria nominis ſui Romanum Imperium ſimul & complexura ſit, & illuſtratura: eoque genere vaticinii, dignitatem ſuam portendi fataliter putavit: planeque opinatur fati ſui rationem in ipſa latebra Sibyllinae divinationis, tanquam in equo Trojano, deliteſcentem. Ego vero Sibyllam ſine dubio ſapientiſſimam mulierem fuiſſe judico, viſamque idoneam Diis immortalibus, cui ſingularem quandam vim divinandi concederent: verum illam deliram penitus, ac prorſus caecam fuiſſe affirmarem, ſi quam ſpem dignitatis in hac crudeliſſima peſte repoſuiſſet. Si quid tamen ceciniſſe viſa eſt, quod ad Corneliam gentem pertinere videretur, vim omnem illius divinationis in uno L. Sylla conſumptam fuiſſe judicemus: cujus paulo ante Reſp. ſenſit & crudeliſſimam ſimul, & ampliſſimam poteſtatem. Nec ego Deos immortales huic imperio tam infeſtos eſſe reor, neque a ſalute populi Rom tam abhorrentes, ut homini dementiſſimo regnum concederent hujus ſanctiſſimae atque optimae civitatis. Syllam profecto crudelitas vicit: at ipſe maximarum laudem virtutum, & rei militaris ſummam, ac ſingularem gloriam conſecutus eſt. Lentulum vero nullae victoriae noſtrae civitati, nullum ſtudium armorum, nulla praeſtantia virtutis, aut ingenii commendavit. Quae vero non tabernae potius, aut qui non greges infamium hominum, Sibyllinum iſtum principem concelebrarunt? nam vitam ejus commenorare non eſt neceſſe, verſatam ſemper in obeundis libidinibus, ac ſocietate turpiſſimorum hominum nobilitatam: nihil in eo ſanguinis aviti nihil induſtriae Romanae, nihil ſplendoris domeſtici, nihil avitae frugalitatis.

XXIX. Fingite vobis, Judices, fingite dignitatem hujus hominis, tum florentem ampliſſimo magiſtratu, tum omnibus populi Rom. muneribus exornatam: quantum quaeſo ſanguinis civilis in foro, in curia redundaturum eſſe creditis? aut quantam vim libidinis, atque impudicitiae per omnium civium cubicula demanaturam? profecto dignitate fretus ea, quae privatus concupiviſſet, ſine dubio conſequeretur: ferreretur amens in omnia, nec ullae rationes conſiliorum, aut pudoris, nec ulla ſtudia humanita-

lius, quem inter pontifices minores memorat Cic. de Har. Reſp. *c.* VI. Mores vero hominis in his nominibus jam ſupra patefacti ſunt.

TAMQUAM IN EQUO TROI. DELITESCERE. *Deliteſcentem* ſcribunt Venetae omnes & Gryphius. Proverbii, *tamquam in equo Trojano*, ſatis nota origo eſt: quam opportune autem ab auctore hoc loco infarciatur, nemo non videt. Ceterum vel hoc caput imperitiam ſcriptoris, & tantum non mores ſectamque ejus arguere poterit.

CAP. XXIX. FLORENTEM AMPLISSIMO MAG. Iterum prodit inſcitiam ſuam auctor, in deſcribendo Lentulo, quem temere infra *privatum* noninat. Florebat ille jam tum, cum haec conſiia contra patriam coquebat, *ampliſſimo magiſtratu*, quippe qui Praetor erat; vide Salluſt. Cat. *c.* XLVI. nu. 5. idem ille erat exornatus maxinis populi R. *muneribus*, ſiita, cum melioribus, vocamus Conſulatum, quem geſſerat Lentulus. vide Cat. *c.* LV. extr. Et quamvis verba in diverſam paullo ſententiam torquere poſſis; vix tamen notam ignorantiae & temeritatis in hoc perſonato Latrone elues.

FERRIRETUR AMENS. Conſentiunt vett. noſtrae edd Male aliae, *ferretur*.

VEHE-

tatis refraenarent praecipitem atque incitatum curſum vetuſtae crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate, atque ingenio, vehementia furoris longe immanior, parum a Lentuli ſomnio diſcedere viſus eſt. Verum inſaniam leviſſimae opinionis, modeſtiore loquendi ratione contegere velle videretur: genus eſt idem tamen furoris, eademque ratio concelebratae divinationis. Tales hi ſcelerum artifices, amboque concitati ad evertendam Remp. partim a veſana ſpe vaticinii commemorati, partim a nefaria ſcelerum aſſiduitate Catilinam offenderunt, novis rebus ſtudentem: cujus praeſidio conſilioque cupiditates ſuas ita juvari poſſe facillime crediderunt, ſi viro ſociorum copioſiſſimo ſeſe conjunxiſſent.

XXX. Eſt enim in illo monſtro, ſicuti paulo ante tetigimus, vis eximia facetiarum, & ratio quaedam adumbrata virtutum, facilis ad comprehendendum omnium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus & Lentulus, & ipſi lenociniis ſuis inſignes ad omne genus benevolentiae ſubeundum, deflagrare coeperunt admirabili quadam cupiditate ſeu diripiendae Urbis, ſeu potiendae dominationis. Hae ſunt, Judices, hujus nefarii facinoris abominandae faces, hi ſunt crudeles igniculi, quibus exarſiſſe Catilinae ferocem animum facillime credendum eſt. Talibus initiis conſociati principes nefandae conjurationis, manum exiguam deſperatorum hominum, atque obſcoenae juventutis, pedetentim coegerunt: coactam, quid vellent, edocuerunt: edoctam, pari cupiditate ſceleris inflammaverunt: inflammatam denique pepulerunt, ut in omnium noſtrum facultates, ac vitam facillime conſpirarent.

XXXI. Furias iſtas audiſtis, Judices, commodiſſimas ac paratas, non modo ad vivos commovendos in omne facinus, verum etiam ad mortuos ex ipſo erebo, mediiſque buſtis excitandos. Reperti ſunt tamen atrociſſimi ſceleris patroni, quique immanitatem deteſtandae rei, tum contegere verbis, tum excuſare conati ſunt. L. Hortenſius vir eximia caritate Reip. ſummiſque ornamentis praeditus, & ſcientiae, & moderationis, nequaquam omnia credenda eſſe dicit: jubetque graviſſimis hominibus facilitatem judiciorum diligenter eſſe continendam. Primum affirmat Catilinam in perpetua

VEHEMENTIA FURORIS. De vehementia Cethegi optime Criſpus Cat. *c.* XLIII. nu.3.

CONTEGERE VELLE VIDERETUR. Cujuſvis ingenii eſt, videre, quam male *videretur* in libris haereat, & *videtur* eſſe ſcribendum.

SESE CONJUNXISSENT. Venetae priores, *convinxiſſent*. ut fere numquam *vinctus* & *junctus* propter ductuum ſimilitudinem in libris vett. diſtingui queunt.

CAP. XXX. ADUMBRATA VIRTUTUM. Venetae priores, *virtutem*: ut *adumbrata*, pro imitata, ſcripſiſſe ſit exiſtimandus: quod illi generi hominum, ex quibus Pſeudo-Porcius, haud novum eſt.

CETHEGUS, LENTULUS. Ita Waſſius. Manutius & Gruterus *ac* immittunt. At vett. edd. ut nos ſcripſimus.

POTIUNDAE DOMINATIONIS. *Potiendae* eſt in vett. codd. & permittendum auctori. quod nos in aliis etiam ſcribendi modis religioſe obſervavimus.

COACTAM, QUID VELLENT. Vel ſine admonitione ex ungue hoc Leonem te agniturum eſſe confidebam: ſed addendum erat, auctorem prae oculis habuiſſe Salluſt. Cat. *c.* XVI.

CAP. XXXI. REPERTI SUNT TUM ATROC. SC. P. Non diffiteor, hoc in Venetis etiam libris conſpici: nihil tamen verius, quam cum Manutio, Grutero aliiſque legendum eſſe, quod expreſſimus.

A LA-

tua cuſtodia Senatus extitiſſe: denique nunquam ferme diſceſſiſſe a latere Publii Cepionis nobiliſſimi civis, atque integerrimi viri, ita ut lepide dicat, *diſſeparationi eorum neque ſolem orientem unquam, neque occidentem interveniſſe*.

XXXII. Credo equidem ſapientiſſimum hominem Hortenſium, ut eſt innocentia ſingulari, ſummaque virtute, cuncta ipſa, quae graviſſime ſimul atque ornatiſſime complexus eſt, ita vera eſſe, ſicuti dixerit, exiſtimare: ſed longe graditur a ſententia mea. Quaero igitur de te L. Hortenſi, teque obteſtor, atque obſecro per ipſum jus vetuſtiſſimae noſtrae familiaritatis, ſi L. Catilinam conſtat dies omnes, omnium civium conſcientia, ſive in foro, ſive in turmis agere, nunc ſtipatum catervis exoletorum ſuorum, nunc vero gladiatoriis agminibus per ora vulgi palam obvolitare: ſi manifeſtum eſt noctes omnes aut in luſtris ſcortorum, aut in antris M. Laecae ducere, viri, tuo judicio, non abhorrentis a Reip. caritate: quid eſt quod illum obverſatum dicas in perpetua cuſtodia, atque oculis Senatorum? niſi forte cuſtodiam Senatoriam vocas vel exiguam moram in ipſius curiae conciliis obeundis.

XXXIII. Quod vero pertinet ad ipſius Cepionis familiaritatem aſſiduam, benevolentiamque ſingularem, nihil eſt quod inſimulationi noſtrae derogandum eſſe judicetis. Diximus enim ſuperius ingenii Catilinae miros, atque occultiſſimos eſſe receſſus, nec qui cognoſci, ſeu perluſtrari facillime poſſent. Vigent enim in illa clade res diverſiſſimae pariter, con-

A LATFRE P. CEPIONIS. Omnia, pro more, miſcet declamator. Credo eum haud firma memoria habuiſſe factum Catilinae, qui vitandae ſuſpicionis cauſſa apud M. Lepidum, deinde apud ipſum Ciceronem, poſt apud Q. Metellum praetorem habitare velle profeſſus eſt. qui cum eum non reciperent migravit ad *M. Marcellum*, quem Noſter cum Q. Cepione confundit. auctores ſunt Dio libr. XXXVII. pag. 44. & Cicero I. Cat. *cap.* VIII. Hortenſio talem defenſionem Catilinae tribuit, quod eum alios ex conjuratione patrocinio ſuo texiſſe in Ciceronis pro Sulla oratione, aut alibi legerat.

CAP. XXXII. CREDO EQUIDEM. Imitatur Salluſt. Cat. *cap.* LI. num. 16.

SIVE IN FORO, SIVE IN TURMIS. Non apta ſatis connexio, & ne luteo quidem ſcriptore digna eſt, ſi *turmis* prima illa ſignificatione accipias: neque ſi *manum* quandam & copiam hominum, quae Catilinam comitabatur, intelligas. Reſtat, ut *turmas* interpretemur regiones, vicos, aut, ut vulgo dicunt, pagos. Ita quippe Auguſtinus de cura pro mort. *cap.* XII. *Homo quidam de* turma, *Curina nomine, municipii Tullienſis*, cet. ita alii ejus proximaeque aetatis.

PALAM OBVOLITARE. Ita fere ſupra locutum animadvertimus, ut non audiam aut Venetas priores, *palam obluitare;* aut poſteriores, *oblivitare* obſerentes.

M. LECCAE DUCERE. Omnes Venetae, *M. Laecae inducere*, quod repoſui ob morem ſcriptorum, qui ſunt extra claſſem, quo *incinere*, pro *canere*; item *imponere*, *imprecari*, *inhabitare*, *inſtare*, *involare* & plura alia pro ſimplicibus verbis ponere ſolent.

OBSERVATUM DICAS. Venetae omnes & Gryphius, *obverſatum dicas*: quod revocavi.

CAP. XXXIII. NEC QUI COGNOSCI. H. & qui non cognoſci, cet. ſententiam a Cicerone habet, qui ita de animo humano loquitur.

IN ILLA CLADE. Confirmant noſtri libri. *Cladem* dixit hominem noxium, peſtiferum; uti ſupra aliquoties *peſtem*. Ita Seneca Medea *v.* 183. Medeam *luem* adpellat. Sic Lamprid. Elagab. *c.* XXXIV. *Mirum fortaſſe cuipiam videatur, quod haec* clades, *quam retuli, loco principum fuerit*. Plura talia ad Cat. *c.* XIV. & alibi adnotata ſunt.

AD TOLLENDA BON. CONSORTIA. Ita quidem Venetae: Sed ſenſus & oppoſitio oſtendunt, legendum eſſe cum Grutero & Manutio, ut nos reſcripſimus. Iidem docti viri *perſpexi* dederunt, pro *perſaepe*. in quo diſſentire licebit.

In

continentia, & libido. Nihil illo perſaepe affixius ad colenda bonorum conſortia, nihil ſolertius ad illis inſidiandum; nihil illius munificentia inſignius, nihil avidius rapacitate; nihil acutius conſilio, nihil temeritate contemptibilius. quae cum ita ſint, Cepionem admirabimur in tantis viarum ambagibus erraviſſe? Me me, quem fateor, Judices, vetuſtiſſima quadam familiaritate Catilinae conjunctum, perſaepe deliraviſſe miris perplexionibus illius, neque unquam certi quicquam in illo ingenio comprehendere potuiſſe. Nihil igitur erit miri, ſi virum integerrimum Cepionem verſutiſſimi hominis doli, atque inconſtantiſſimi mores feſellerunt.

XXXIV. Non erit itaque neque prudentiae tuae, neque gravitatis, Hortenſi, candidiſſimam opem humanitatis tuae, ſummamque dicendi copiam ſontibus ipſis polliceri: aut quam beſtiam irretitam judicio tenemus, diſſolutam atque exultantem Reip. immittere. Quod te nunquam commiſſurum fuiſſe arbitrarer, niſi qui me mores, iidem te Catilinae ſine dubio feſellerunt. Satis oſtentatas vobis putamus, Judices, tum rationes periculi noſtri, tum hujus immaniſſimi ſceleris atrocitatem. Nam ſi odio Senatus quam maximo Catilinam arſiſſe demonſtravimus: ſi rationes vitae ſuae veteres, ac novas in exercitatione teterrimarum libidinum collocatas: ſi ſpem perficiendi ſceleris homini proſequentiſſimo inimicitiarum: ſi denique locorum ac temporis opportunitates extitiſſe: praeterea ſi rabiem quandam ambitionis in illo fuiſſe diximus: ſi nullam poteſtatem referendarum libidinum, aut ullum poenitentiae locum: poſtremo, ſi copiam innumerabilem deſperatae juventutis cum illo conjunctam fuiſſe pateſecimus, & eam ſimul oſtendimus ſuopte ingenio furentem incredibili audacia, ſummaque cupiditate prodendae ac vexandae urbis inflammatam: quid erit, Judices, quod dubitetis de liberanda patria, deque ulciſcenda crudeliſſimi ſceleris immanitate? Noviſtis enim facinus inauditum omnium hominum memoria, facinus atrox, ſuperbum, nefarium, pernicioſum, remotiſſi-

IN TANTIS VIARUM AMBAGIBUS. Sic inde a Veneta 1499. ſcripſere edd. Priores habent *viviarum ambagibus.* corrupte. nec ſatis commode faceres inde *vitiorum*; neſcio, an melius *vitarum ambagibus*.

CAP. XXXIV. ODIO SENATUS QUAM MAXIMO. Venetae 1499. & 1500. *odio ſenatus pro maximo.* atque ita etiam priores, niſi quod illae particulam *pro* per notam exhibeant, quae, ut conjectura eſt, cum alia, *quam* deſignante confuſa eſt. Ita *quam maximo*, ut *quam plurimi*, *quam digniſſimum* cet. Haereo nihilo minus in illo *pro maximo*.

REFRAENANDARUM LIBIDINUM. Ita conjiciebat Gryphius, aut quis alius auctor; nam diverſarum edd. margini haec conjectura adſcripta eſt; expreſſit Stephanus eumque ſecutus Waſſius. Ceteri codd. omnes *referendarum* exhibent. quod damnare non potui. Ea enim aetate *referre* & *inferre* ſeu incitare erant oppoſita; & *referre* notabat reprimere, revocare, retinere, quod alio loco docuimus.

PRODENDAE AC VEXANDAE. Perpetuo miſcentur in libris vett. verba *prodere* & *perdere*, quod etiam ad Jug. *c.* XXXI. indicavimus. Id hoc loco etiam factum eſſe exiſtimat vir doctus, qui conjecit *perdendae*.

ULCISCENDI CRUD. SC. IMMANITATE. Itidem alibi docuimus, librarios ſaepe extremitates vocum proximis vocabulis aptaſſe, cum deberent remotioribus. qua de cauſſa non male Manutius & Gruterus, *de ulciſcenda cr. ſc. immanitate*.

HUMANITATE, LEGE, CONSUETUDINE. Venetae noſtrae priores voce auctiores ſunt, habentque, *humanitate, nã, lege, conſuetudine*, quae cum *nam* ab imperitis legeretur, in poſterioribus omiſ-

Digitized by Google

graſſaturum per capita paucorum, ſed tanquam atrociſſima vis veneni per omne corpus Urbis demanaturum. Quod ſcelus, aut quam peſtem ſi vindicandum eſſe cenſebitis, ut reor, & Respub. deſiderat, putate profecto Deos immortales, & in primis Capitolinum Jovem ſempiternum cuſtodem, ac vindicem hujus imperii, pro liberatis eorum templis ac ceremoniis, gratias vobis ampliſſimas eſſe reddituros: putate pariter idem facturam eſſe curiam pro defenſa conſulum vita, ſervataque Senatorii ordinis dignitate: putate matronas Urbis ac liberos noſtros, ob ſervatam pudicitiam, ſupplices ac congratulantes univerſos ad genua veſtra ſeſe obſervaturos fore: putate virgines Veſtales, atque ipſam majeſtatem ampliſſimi numinis ob liberationem ſuam, ſumma vobis laetitia congratulaturam: putate denique cives omnes, ob retentam vitam, ac libertatem ſuam; penates publicos pro conſervatis focis, atque aris, parietes Urbis pro propulſato teterrimo genere vaſtitatis, ferme incredibili gaudio exultaturos: putate tandem hodierno judicio paratum eſſe vobis aut immortale dedecus, aut memoriam nominis ſempiternam.

XXXVII. Multa ſunt equidem in hac vita, quae turpiter, ac calamitoſe neglecta, reſtitutionem tamen quodammodo patiantur: huius vero vindicandi ſceleris ſi praeſentem facultatem neglexeritis, fruſtra poſtea recuperandae copiam quaeretis. Aut hodie vobis propulſanda eſt e viſceribus Reip. peſtifera vis calamitatis, aut ipſi patriae ſine dubio concidendum: utrum eligendum ſit, vos videritis. Quid eſtis, Judices, humanitate tanta, ne ſecordia dicam, ut eorum vitam, ac ſpiritum diutius in Repub. commorari patiamini, qui vitae ſalutique civium crudeliter inſidiati ſunt? Praeponite vobis ante oculos, ac meditatione crebra revolvite diem illum nefarium, quo ſalus omnium civium, quo facultates noſtrae, quo res ipſa publica peritura fuerat: quando ſcilicet aſpexiſſemus beſtias iſtas emiſſas carceribus per urbem omnem, per domos noſtras furialiter exultantes, ipſumque in primis miſerandi facinoris ducem ac principem Catilinam, confirmatum hoc judicio,

CAP. XXXVII. RESTITUTIONEM TAMEN QUANDAM. Poſtrema vox exſulat Venetis prioribus, neque illa ad ſententiam neceſſaria eſt.

FRUSTRA POSTEA RECUPERANDAE. Senſum expreſſit ex oratione Catonis apud Criſp. Cat. *c.* LII. num. 4. & 35.

QUID ESTIS, JUDICES. Veneta 1493. & ſequentes, *qui eſtis*. ſed prima, quam A. 1490. excuſam arbitror *Qui*, quo modo & *quin*, & *quid* notare ſolet.

QUO IPSA RESP. Elegantius omnes Venetae, *quo res ipſa publica*. Nam & pollutiſſimi ſcriptores interdum formulas exquiſitiores inculcare ſolent. vide notam ad Salluſt. Cat. *c.* LII. num. 10.

EMISSAS CARCERIBUS. Veneta 1499. *canteribus*. corrupte, alterum jam ſupra apud Noſtrum legimus, & ſumſit a *carceribus*, qui erant in circo Romano, quibus coercebantur equi, ne inde exirent, antequam magiſtratus juſſiſſet, inquit Varro IV. de L. L. *c.* XXXII. vide Bulenger. de Circo *cap.* X.

CONJUGES NOSTRAE. Haec omnia deſcripſit ex Oratione Caeſaris, quae eſt apud Salluſt. Cat. *c.* LI. n. 9. Et cum ex reliquis hujus Declamationis partibus minus certo conjici queat, cujus nomine Pſeudo-Porcius eam conſcripſerit, ex hoc loco opinari liceret, perſonam Tib. Neronis eum agere voluiſſe. Id certum eſt, neque Ciceronis, neque D. Junii Silani eſſe. huic nimirum denegat *c.* XXXI. ubi Hortenſius refutatur, qui ante Silanum, conſulem deſignatum, ſententiam non dixit; illi autem laudes Ciceronis ipſius & diligentiae prudentiaeque conſularis haud permittunt, ut tribuamus. Reliquum ergo eſt, ut ſit aliquis ex eo numero, qui poſt Silanum & ante Caeſarem ſententias interrogati ſunt. Nec Tib. Neroni tamen ex parte conveniens eſt, cujus judicium mollius fuit, quam quod Latro exprimit: proximum illis, qui cum Silano ſummum ſupplicium de conjuratis ſumendum eſſe cenſuerunt. Et fuere *plures*, qui tali oratione de belli ſaevitia uſi ſunt, quod oſtendit Salluſtius

Digitized by Google

FRAGMENTA HISTORICORUM VETERUM.

N. FABII PICTORIS ANNALIUM LIB. I.

SOlito inſtitutoque egreſſam virginem, in uſum ſacrorum aquam petitum ex eo fonte, qui erat in luco Martis, ſubito imbribus tonitrubusque, quae cum illa erant, disjectis, a Marte compreſſam, conturbatamque, mox recreatam conſolatione Dei, nomen ſuum indicantis, affirmantisque ex ea natos dignos patre evaſuros. *Autor de origine gentis Romanae*. c. xx.

LIB. ... II... III... IV.

Quapropter tum primum ex plebe alter conſul factus eſt, duo & viceſimo anno poſtquam Romam Galli ceperunt. *A. Gellius* v. vi.

INCERTA.

Mortuus eſt anno duo & viceſimo: Rex fuit annos viginti & unum. *Ibidem*.

Lupus femina. *Quinctil.* i. x.

Aeneae ſomnium ejusmodi eſt, ut omnia quae ab Aenea geſta ſunt, quaeque illi acciderunt, ea fuerint, quae ei ſecundum quietem viſa ſunt. *Cicero de Divinatione* i.

Amata inedia ſe interemit. *Servius* in xii. *Aen.*

Cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis *Inſtaurativi* conſtituti ſunt. *Ibidem*.

Cujus Aulus fuerit filius, cujus gentis & nationis. *Arnobius adverſus gentes* vi. p. 194.

Literas Cadmum ex Phoenice in Graeciam, inde in Italiam Evandrum attuliſſe. *Victorinus de Orthographia*.

Κελεύσαντος Αμυλίου τὰ βρέφη λαβόντες ἐν σκάφῃ, κείμενα τῶν ὑπηρετῶν τινες, ἔφερον ἐμβαλοῦντες εἰς τὸν ποταμὸν, ἀπέχοντα τῆς πόλεως ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν εἰκοσισταδίους &c. Dion. Halic. lib. i. p. 65. lin. i.

Ο μὲν οὖν Ρῶμος (ὡς ὁ Φάβιος παραδέδωκε,) δέσμιος εἰς τὴν Αλβαν ἀπήγετο. Idem lib. i. pag. 67. lin. 30. Confer Plutarchum in ejus vita. pag. 21.

Διεῖλε δὲ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, εἰς μοίρας ἓξ καὶ εἴκοσιν, ἃς καὶ αὐτὸς καλεῖ φύλας, καὶ τὰς ἀστικὰς προστιθεὶς αὐταῖς τέτταρας καὶ τριάκοντα φυλὰς ἀμφοτέρων. Idem lib. IV. p.220. lin.8.

Τὸ ῥᾴθυλον αὐτοῦ (Fabii) περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν χρόνων ἐλέγχειν. ἐπὶ γὰρ τὴν Ἀρρύντα τελευτῆς γενόμενος, οὐ καθ' ἓν ἁμαρτάνει μόνον, ὃ καὶ πρότερον ἔφην, ὅτι γέγραφεν υἱὸν εἶναι Ταρκυνίου τὸν Ἀρρύνταν. ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον, ὅτι φησὶν ἀποθανόντα ὑπὸ τῆς μητρὸς Τανακυλίδος τεθάφθαι. Idem lib. IV. p.234. lin.20.

Αὐτὴν (Tarpejam) ἔρως εἰσέρχεται τῶν ψαλίων ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσιν ἐφόρουν, καὶ τῶν δακτύλων. Idem lib. II. p.105. lin.34. deinde p.106. 20. φυλάξαι τὴν κόρην τὰς περὶ τὴν προδοσίαν συνθήκας.

Τοῦτον τὸν ἄνδρα (Tarquinium Collatinum) Φάβιος μὲν υἱὸν φησιν Ηγερίου. Dionyſ. IV. p.261. lin.30.

Φησὶ Ῥωμαίους αἰσθέσθαι τοῦ πλούτου τότε πρῶτον, ὅτε τοῦ ἔθνους τούτου κατέστησαν κύριοι. Strabo lib. v. p. 228.

Φάβιος δέ φησιν ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεὺς. ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι καὶ τὴν Ἀσδρούβα πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἰτίαν γίνεσθαι τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. ἐκεῖνον γὰρ μεγάλην ἀνειληφότα τὴν δυναστείαν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλέσθαι καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων· τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, προειδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτόν· τὸν δ' Ἀσδρούβαν ὑπειδόμενον ἀναχωρήσαντα ἐκ τῆς Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, οὐ προσέχοντα τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων. Ἀννίβαν καὶ κοινωνὸν καὶ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονότα τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, καὶ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν Ἀσδρούβα ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων. διὸ καὶ νῦν τὸν πόλεμον τοῦτον ἐξενηνοχέναι κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν Ῥωμαίοις παρὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην. οὐδένα γὰρ εὐδοκεῖν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι, τοῖς ὑπ' Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι. ταῦτα δὲ εἰπὼν φησὶ, μετὰ τὴν τῆς προειρημένης πόλεως ἅλωσιν παραγενέσθαι τοὺς Ῥωμαίους; οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνειν. Polyb. III. pag. 228.

Πᾶν δὲ γένος ἐνδείας ἀναχόμενοι, πάσης δὲ ἐπιθέσεως καὶ μάχης πεῖραν λαβόντες τέλος. οὐχ ὡς φάβιος φησὶν, ἐξαδυνατοῦντες καὶ περικακοῦντες, ἀλλ' ὡς ἂν ἀπαθεῖς καὶ ἀήττητοί τινες ἄνδρες, ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον. *Idem* lib. I. p.83.

Anno primo octavae olympiadis Romam conditam fuiſſe. *Solinus Polybiſt.* cap. II.

Millia LXXX. primo luſtro civium cenſa: eorum qui ferre arma poſſent, eum numerum fuiſſe. *Livius* I.

Quadraginta ea ſola talenta fuiſſe (ſepoſita in aedificationem Capitolii.) *Ibidem*.

Coriolanum uſque ad ſenectutem vixiſſe. Hanc ſaepe eum exacta aetate uſurpaſſe vocem, *Multo miſerius ſeni exilium eſſe*. Ibidem II.

Ambos Coſſ. in Samnio & ad Luceriam res geſſiſſe: traductumque in Etruriam exercitum: ad Luceriam utrimque multos occiſos, in eaque pugna

pugna Jovis Statoris aedem votam ut Romulus ante voverat. *Idem* x.

Ad Thraſymenum pugna xv. millia Romanorum in acie caeſa ſunt, x. millia ſparſa fuga per omnem Etruriam diverſis itineribus Romam petiere. Mille & quingenti hoſtium in acie, multi poſtea utrimque ex vulneribus periere. *Idem* xxxi.

Cum obſideretur praeſidium Romanum a Liguſtinis, hirundinem a pullis ad ſe allatam ut lino ad pedem ejus alligato nodis ſignificaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet. *Plinius* x. xxiv.

Matronam, quod loculos in quibus erant claves cellae vinariae reſignaviſſet, a ſuis inedia mori coactam. *Idem* xiv. xiii.

Puilia ſaxa eſſe ad portum, qui ſit ſecundum Tiberim. *Feſtus Puilia*.

FABII PICTORIS RERUM GESTARUM LIB. I.

Et ſimul videbant Picum Martium. *Nonius* in *Picumnus*.

PONTIFICII JURIS LIB. I.

Quae verba Pontificem Max. dicere oporteat cum Virginem capit, ea ejusmodi ſunt, SACERDOTEM VESTALEM QUAE SACRA FACIAT, QUAE JOUS SIET, SACERDOTEM VESTALEM FACERE PRO POPULO ROM. QUIRITIBUS, UTI QUOD OPTIMA LEGE FUAT, ITA TE AMATA CAPIO. *A. Gellius* I. XII.

Equo Dialem Flaminem vehi religio eſt, *claſſem procinctam* extra pomerium, id eſt, *exercitum ornatum* videre. Jurare Dialem fas numquam eſt. Annulo uti niſi pervio caſſoque fas non eſt. Ignem e Flaminia, id eſt Flaminis Dialis domo, niſi ſacrum efferri jous non eſt. Vinctum ſi aedes ejus introierit ſolvi neceſſum eſt, & vincula per impluvium in tegulas ſubduci, atque inde foras in viam demitti. Nodum in apice neque in cinctu, neque alia in parte ullum habet. Siquis ad verberandum ducatur, ſi ad pedes ejus ſupplex procubuerit, eo die verberari piaculum eſt. Capillum dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet. Capram & carnem incoctam & ederam & fabam neque tangere Diali mos eſt, neque nominare. Propagines e vitibus altius praetentos, non ſuccidet. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos eſſe oportet: & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas eſt, neque apud ejus lecti fulcrum capſulam eſſe cum ſtrue atque ferto oportet. Unguium Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur. Dialis cotidie feſtatus (*al. teſtatus*, *Steph. fertatus*) eſt. ſine apice ſub Divo eſſe licitum non eſt: ſub tecto uti liceret, non pridem a Pontificibus conſtitutum. *Idem* x. xv.

Exta porriciunto, diis danto in altaria, aramve, focumve, eove quo exta dari debebant. *Macrobius Saturnal.* III. II.

Vitulari. *Ibidem*.

LIB. III.

Pilumno & Picumno. *Nonius* in *Picumnus*.

Digitized by Google

LIB. XVI.

Aquam manibus pedibusque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua. *Idem Polubrum*.

ANNIBALICA.

Ἡ δὲ βυλὴ Κοίντον μὲν φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶν δὲ τῶν ἔργων, ἐς Δελφὺς ἔπεμπε. Appian. vol. 1. p. 569.

INCERTA.

Muries fit ex ſale, quod ſal ſordidum tunſum eſt, & in ollam rudem fictilem adjectum eſt, & poſtea id ſal virgines Veſtales ſerra ferrea ſecant. *Feſtus ſal neutro genere*.

Hos Deos enumerat quos invocat Flamen, *ſacrum cereale* faciens Telluri & Cereri, Veruactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Inſitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarcitorem, Subruminatorem, Meſſorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem. *Servius Georg*. I.

Q. FABII MAXUMI SERVILIANI PONTIFICIS ANNALIUM LIB. I.

Tum Aeneas aegre patiebatur in eum deveniſſe agrum, macerrumum, littorioſiſſimumque. *Idem Aeneid*. I.

PONTIFICII JURIS LIB. XII.

Negat oportere atro die parentare: quia tunc quoque Janum Jovemque praefari neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet. *Macrobius* I. XVI.

INCERTA.

Amitti magis quam apiſci. *Priſcian*. VIII.

L. CINCII ALIMENTI ANNALIUM GRAECORUM LIB. I.

Poſt eum regnavit Tiberinus Silvius, Silvii filius, qui cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter proeliantes depulſus in Albulam flumen deperiit, mutandique nominis exſtitit cauſſa. *Autor de origine gentis Rom*.

LIB. II.

Aſcanius completis in Lavinio triginta annis recordatus novae urbis condendae tempus adveniſſe ex numero porcorum, quos pepererat ſus alba; circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quae in eo condita eſt, Albanus nuncupatur, civitatem communit, eamque ex forma, quod ita in longum porrecta eſt, Longam, ex colore ſuis, Albam cognominavit. *Ibidem*.

INCERTA.

Λεύκιος δὲ Κίγκιος, περὶ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς δωδεκάτης ὀλυμπιάδος. De Romae natali loquitur. *Dionyſ*. I. p. 60. lin. 12.

Volſiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae Etruſcae deae comparere. *Livius* VII.

Captum ſe ab Annibale. *Idem* XXX.

Gallis

Digitized by Google

Gallis Liguribusque additis, cum his LXXX. millia peditum, decem equitum adducta in Italiam: ex ipſo autem audiſſe Annibale, poſtquam Rhodanum tranſierit, XXXVI. millia hominum, ingentemque numerum equorum & aliorum jumentorum amiſiſſe in Taurinis, quae Gallis proxima gens erat in Italiam digreſſo. *Ibidem*.

HISTORIA DE GORGIA LEONTINO.

Qui dum jam ſilicernius finem ſui temporis exſpectaret, etſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultavit. *Fulgentius*.

Numina peregrina, novitate ex ipſa appellata pronunciat. Nam ſolere Romanos religiones urbium ſuperatarum, partim privatim per familias ſpargere, partim publice conſecrare: ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, brevitatis, & compendii cauſa uno pariter nomine cunctos Novenſiles invocari. *Arnob*. III. p. 122.

Dehinc idem Romulus Jovi Feretrio ludos inſtituit in Tarpejo, quos Tarpejos dictos & Capitolinos Piſo tradit. *Tertullian. de Spectaculis* cap. VI.

LIB. DE FASTIS. (ſeu) FASTORUM.

(*Ait*) imperite quoſdam opinari Aprilem menſem antiquos a Venere dixiſſe, cum nullus dies feſtus, nullumque ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem a majoribus inſtitutum ſit: ſed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut caeterorum coeleſtium, laus celebratur. *Cincio etiam Varro conſentit*. Macrob. I. c. XII. p. 170.

Junius *menſis* quod Junionis apud Latinos ante vocitatus, denique apud Aricinos, Praeneſtinosque hac appellatione in Faſtos relatus ſit. *Idem ibidem*.

Menſem nominatum putat a Maja, quam Vulcani dicit uxorem; argumentoque utitur, quod Flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic Deae rem divinam facit. *Macrob. paulo infra*.

Regifugium dies notatur in faſtis VI. kal. Martiis quia eo die rex Tarquinius Roma fugerit, quod falſum eſſe arguit Cincius & Tullius de feriis, qui Saliares virgines & Salios adeſſe dicunt regi ſacrorum, cum facit ſacrificium in Comitio, quo facto ſtatim fugit. *Feſtus* in Regifugium.

LIB. DE COMITIIS.

Patricios *ait* eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocentur. Feſtus in *Patricios*.

LIB. DE CONSULUM POTESTATE.

Praetor ad portam nunc ſalutatur is, qui in provinciam pro praetore aut Procos. exit. Cujus rei morem ait fuiſſe talem. Albanos rerum potitos uſque ad Tullum regem: Alba deinde diruta uſque ad P. Decium Murem Coſ. populos Latinos ad caput Oetentinae, quod eſt ſub monte Albano conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. Itaque quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret juſſu

nominis Latini complures noſtros in Capitolio a ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. Ubi aves addixiſſent, militem illum, qui a communi Latio miſsus eſset, illum, quem aves addixerant, Praetorem ſalutare ſolitum, qui eam provinciam obtineret Praetoris nomine. *Feſtus* in Praetor.

LIB. DE OFFICIO JURISCONSULTI.

Subici aries dicitur, qui agitur ut caedatur, quod fit (ait) exemplo Athenienſium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui ſcelus admiſit, poenae pendendae loco. *Feſtus* in Subici.

LIB. II.

Nuncupata pecunia eſt, nomina certa nominibus propriis pronunciata. CUM NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE, UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA UTI NOMINARIT, LOCUTUSVE ERIT, ITA JUS ESTO. (ex lege XII. Tab.) Feſtus in *Nuncupata*.

Sanates, quaſi *ſanati* appellati. Scriptum eſt in XII. *nexo*, *ſolutoque*, *forti ſanatique*, *idem jus eſto*. Id eſt *bonor* quod & peregrino. qui & inferiorum coloniarum, quae ſunt deductae in Priſcos Latinos, quas Priſcus rex inegerit ſecundum mare ſupra & infra Romam in Civitates Latinorum, eosque *Sanatis*, propterea quod praeter opinionem, eos paraviſset, *ſanaviſſetque*, & cum eis paciſci potuiſset, nominavit, *Feſtus* in Sanates.

MYSTAGOGICON LIB. II.

Trientem tertium pondo id ſignificare ait, duas libras pondo & trientem, qua conſuetudine hodieque utimur cum lignum bes alterum dicimus, id eſt, pedem & beſsem latitudinis habens. Et ſeſtertium, id eſt duos aſses & ſemiſsem tertiam, item ſi tres aſses ſunt, & quartus quadrans. *Feſtus* in trientem.

LIB. DE VERBIS PRISCIS.

Reconductae fecerit, & condere urbem, facere. Aedificare. *Feſtus* in Reconductae.

Rudiarii qui ſaga nova poliunt. *Idem ibid.*

Scenam dolabram pontificiam. *Feſtus* in Scenam.

Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus & is qui ſimili nomine appellatur. *Feſtus* in Gentilis.

Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude non perpolitum. Sic aes infectum ruduſculum apud aedem Apollinis aes conflatum jacuit, id ad rudus appellabant; Feſtus in *Rodus*.

Naccae appellantur vulgo fullones quod nauci non ſint. *Idem* in v.

Natio genus hominum, qui non aliunde venerunt ſed ibi nati ſunt. Et non tantum univerſim de omnibus, ſed etiam de ſingularibus quoque hominibus ſejunctim dici ſolet. *Idem* in v.

Naucum poni pro nugis. Quod in olea nucis quid intus ſit. Vel *ut infra*, quod in oleae nuce intus ſit. *Idem* in v.

Nova-

Novalem agrum eum eſse ubi gleba proſciſsa ad novam ſementem ſit relicta. *Idem* v.

Nuptias, quia flameo Caput nubentis obvolvatur. *Feſtus* in v.

Obſtitum qui Deo Deaeque obſtiterit. *Feſtus* in v.

Proſpera quaedam nomina uſurpabant antiqui, in e declinata, ut *praefiſcine* extrema producta ſyllaba, videlicet ut occurrerent faſcino. *Feſtus* in v.

Refriva faba, dicitur, quae ad ſacrificium referri ſolet donum ex ſegete auſpicii cauſa, quaſi revocent fruges, ut domum *datantes revirtico* ad rem divinam faciendam.

Siniſtrae aves a Deorum ſede cum in meridiem ſpectes (ſunt Varronis verba) ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſse exiſtimentur. Idem fere (ſentit) Cincius. *Feſtus* in v.

Tuditantes, tudentes negotium, tondentes ſignificare ait Cincius id eſt agentis. *Feſt.* in v.

Vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo ſumtae, in jus adlatae erant. *Feſtus* v.

Salias Virgines Cincius ait eſse conductitias, quae ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatae. *Feſtus* in *Salias*.

DE RE MILITARI LIB. III.

Fecialis verba. QVOD. POPVLVS. HERMVNDVLVS. HOMINESQVE. POPVLI. HERMVNDVLI. ADVERSVS. POPVLVM. ROMANVM. BELLVM. FECERE. DELIQVERVNT. QVE. QVOD. POPVLVS. ROMANVS. CVM. POPVLO. HERMVNDVLO. HOMINIBVSQVE. HERMVNDVLIS. BELLVM. JVSSIT. OB. EAM. REM. EGO. POPVLVS. QVE. ROMANVS. POPVLO. HERMVNDVLO. HOMINIBVSQVE. HERMVNDVLIS. BELLVM. INDICO. FACIOQVE. Gellius XVI. IV.

DE RE MILITARI LIB. III.

Quum delectus antiquitus fieret & milites ſcriberentur jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba haec: IN. MAGISTRATV. C. LAELII. C. FILII. CONSVLIS. L. CORNELII. P. FILII. CONSVLIS. IN. EXERCITV. DECEM. QVE. MILIA. PASSVVM. PROPE. FVRTVM. NON. FACIES. DOLO. MALO. SOLVS. NEQVE CVM. PLVRIBVS. PLVRIS. NVMMI. ARGENTEI. IN. DIES. SINGVLOS. EXTRAQVE. HASTAM. HASTILE. LIGNA. NAPVM. PABVLVM. VTREM. FOLLEM. FACVLAM. SI. QVID. IBI. INVENERIS. SVSTVLERIS. VE. QVOD. TVVM. NON. ERIT. QVOD. PLVRIS. NVMMI. ARGENTEI. ERIT. VTI. TV. AD. CAIVM. LAELIVM C. FILIVM. CONSVLEM. L. VE. CORNELIVM. P. FILIVM. CONSVLEM SIVE. QVEM. AD. VTRVM. EORVM. IVS. ERIT. PROFERES. AVT. PROFITEBERE. IN. TRIDVO. PROXIMO. QVIDQVID. INVENERIS. SVSTVLERIS. VE. SINE DOLO. MALO., AVT. DOMINO. SVO. CVIVM. ID. CENSEBIS. ESSE. REDDES. VTI. QVOD. RECTVM. FACTVM. ESSE. VOLES. Agell. XVI. IV.

Miles

Digitized by Google

Miles quum die, qui praedictus eſt, aberat, neque excuſatus erat infrequens dabatur. *Gell. ib.*

LIB. VI.

Alae dictae exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alae in avium corporibus locabantur. In legione ſunt Centuriae ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. *Gell. ib.*

INCERTA.

Hujus Serapis hujus Iſis. *Chariſius* p. 107. lib. I.

P. SCIPIONIS HISTORIA GRAECA. Cicero in Bruto.

C. ACILII ANNALES GRAECI.

Ἀφανῆ γενέσθαι. τοὺς δὲ τῷ Φαύνῳ προσδεξαμένους ἐκδραμεῖν γυμνοὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ὅπως ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος μὴ ἐνοχλοῖντο, καὶ διὰ τοῦτο γυμνοὺς περιτρέχειν τοὺς Λουπέρκους. Plutarch. in Romulo p. 31.

CLAUDII ANNALES ACILIANI LATINI.

Ita nocte ac die bina caſtra hoſtium expugnata ductu L. Martii Ad triginta ſeptem millia hoſtium caeſa, captos ad mille octingentos triginta; praedam ingentem partam, in ea fuiſſe clypeum argenteum pondo. Centum triginta octo, cum imagine Barcini Aſdrubalis. *Livius* xxv. cap. xxxix.

P. Africanum in ea fuiſſe legatione, eumque Epheſi collocutum cum Annibale, & ſermonem etiam unum refert, quo quaerenti Africano, quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet, reſpondiſſe, Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet. *Quaerenti deinde*, quem ſecundum poneret; Pyrrhum, *dixiſſe*. Caſtrametari primum docuiſſe: Ad hoc, neminem elegantius loca cepiſſe, praeſidia diſpoſuiſſe, artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicae gentes regis externi, quam P. Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent. *Exſequenti, quem tertium duceret;* haud, dubie ſemetipſum *dixiſſe*, tum riſum obortum Scipioni, & ſubjeciſſe: Quidnam tu diceres, ſi me viciſſes? tum me vero, *inquit*, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios Imperatores eſſe. *Liu.* xxxv. xiv. idem narrat *Appian.* de *B. Syriacis* p. 91.

C. FANNII ANNALIUM LIB. I.

Cum in vita agenda didicimus multa, quae impraeſentiarum bona videntur, poſt inventa & multo amplius, aliusmodi atque ante viſa eſſent. *Priſcianus* XIII.

LIB. VIII.

Domina ejus, ubi villam venerat, jubebat biber dari. *Chariſius* I. *Biber.*

INCERTA.

Haec adipiſcuntur. *Priſcian.* VIII.

Ταχὺ δὲ τῶν νέων πάντων ἐκράτησεν εὐταξίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ· καὶ τοῦ γε τείχους ἐπέβη τῶν πολεμίων πρῶτος, ὥς φησι Φάννιος, λέγων καὶ αὐτὸς τῷ Τιβερίῳ συνεπιβῆναι καὶ συμμεταςχεῖν ἐκείνης τῆς ἀριστείας. Plutarch. in Gracchis p. 826. a.

Q. Me-

Q. Metelli Oratio contra Tiberium Gracchum expoſita eſt in C. Fannii Annalibus. *Cicero* in *Bruto*.

Εἴρωνα me, ne ſi Africanus quidem fuit, ut ait in Hiſtoria Fannius, exiſtimari velim. *Ibidem*.

VENNONII HISTORIARUM LIBRI.

Solito inſtitutoque egreſſam virginem in uſum ſacrorum aquam petitum, &c. *Autor de orig. gentis Romanae*. Vid. *Fabium P.*

Εις μίαν καὶ τριάκοντα φυλὰς ἀξιοπιστότερος ὢν, οὐχ ὁρίζει τῶν μοιρῶν τὸν ἀριθμόν. Dionyſ. LIB. IV. p. 220. lin. 5.

LIBONIS ANNALES.

Quatuordecim annis poſt Praetor eſt factus Tuditanus quam Conſul Mummius. *Cicero ad Atticum*.

Tum Praetorem P. Popillio, P. Rupilio Coſſ. *Ibidem. ep.* XXXII.

M. PORCII CATONIS ORIGINUM LIB. I.

Clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exſtare oportere. *Cicero pro Plancio*.

P. Scipionem eum qui primus Africanus appellatus ſit dicere ſolitum, nunquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus, nec minus ſolum, quam cum ſolus. *Idem officior.* III.

Agrum quem Volſci habuerunt campeſtris, plerus Aboriginum fuit. *Priſcian.* V.

Antemna veterior eſt quam Roma. *Idem* VI.

Mezentium Rutulis imperaſſe ut ſibi offerrent quas Diis primitias offerebant, & Latinos omnes ſimilis imperii metu ita voviſſe, JUPITER SI TIBI MAGIS CORDI EST NOS EA TIBI DARE POTIUS QUAM MEZENTIO, UTI NOS VICTORES FACIAS. *Macrobius* I. V.

Sed lucus Capenatis. *Priſc.* IV.

Inde eſt ferme mille paſſuum. *Gell.* I. XVI.

Veteres proſapias & multa alia apud multos. *Nonius Proſapies*.

Propter id bellum coepit. Coelius Praetor Albanus oratores miſit Romam, eum. *Feſtus*, *Oratores pro legatis*.

Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. *Nonius*, *Pedato pro repetitu*.

Fana in eo loco compluria fuerunt. ea exauguravit, praequam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. *Feſtus*, *Nequitur*.

Nam de omni Tuſculana civitate ſoli L. Manulei beneficium gratum fuit. *Priſc.* VI.

Vehes ligni. *Cariſius* I.

LIB. II.

Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Lesbius Tuſculanus dedicavit, Dictator Latinus. Hi populi communiter Tuſculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis, Rutulus. *Priſc.* XIV. p. 629.

Marſus hoſtem occidit priusquam Pelignus: propterea Marrucini vocantur, de Marſo detorſum nomen. *Idem* XIX. p. 871.

Si quis mortuus eſt Arpinatis ejus haeredem ſacra non ſequuntur. *Id.* XIV. p. 629.

In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuit idem in montibus ſeruit: ibi hordeum idem iterum meſſuit. *Idem* X. & ſuper XII. *Aen.* p. 1254.

Quescunque Romae regnaviſſent. *Chariſ.* I.

In maximumque decus atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. *Feſtus ſublimavit.*

Ex ſali qui apud Carthaginenſes fit. *Priſc.* V. p. 759.

Si indus naves putidas atque ſentinoſas commeatum ponere volebant. *Nonius putidum.*

Itaque res huber fuit antequam vaſtaſſent legiones. *Priſc.* VI. p. 547.

Qui aquatum ut lignatum videntur ire, ſecurim atque ſolum ferunt, gelum craſſum excidunt, eum loco colligatum auferunt. *Nonius Gelus.*

Ligures omnes fallaces ſunt: ſed ipſi unde oriundi ſunt exacta memoria, illiterati, mendaces: quae ſunt & vera, minus meminere. *Servius* XI.

Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem & argute loqui. *Cariſius* II.

Papaver Gallicanus. *Idem* I.

Neque ſatis habuit, quod eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam proſtituеret. *Gell.* XVII. XIII.

In his duobus bellis alteras ſtipendio agrique parte multari, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & ſecundo. *Cariſius* II.

Qui tantisper nullae rei ſies dum nil agas. *Priſcian.* VI.

LIB. III.

Haud eos eo poſtremum ſcribo quin populi & boni & ſtrenui ſint. *Gellius* XVII. XIII.

Laſerpitium pro pulmentario ſuo habet. *Cariſius* I.

Multo pulmento uſi. *Ibidem.*

Equos reſpondit, Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *Feſtus, Oreae freni.*

Rhegini Taurocini vocantur de fluvio qui praeterfluit. Id oppidum Auranci primo poſſederunt: inde Achaei Troja domum redeuntes. In eorum agro fluvii ſunt ſex, ſeptimus fines Rheginorum atque Taurinorum diſpeſcens. Fluvio nomen eſt Taccolico. Oreſtem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum veniſſe, & non longinqua memoria eſt cum in arbore enſem viderint, quem Oreſtes abiens reliquiſſe dicitur. *Probus in Bucolica Virgilii.*

LIB. IV.

Non lubet ſcribere quod in tabula Pont. Max. eſt, quotiens annona cara, quotiens Lunae aut Solis lumini caligo, aut quid obſtiterit. *Gellius* II. XXVIII.

Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione vindicta proximus cognatus ulciſcitur. *Priſc.* VI.

Ma-

Mapalia vocantur ubi habitabant. Ea quaſi cortes rotundae ſunt. *Feſtus, Mapalia*.

Deinde duodeviceſimo anno poſt dimiſſum bellum quod quatuor & viginti annos fuit, Carthaginienſes ſextum de foedere decedere. *Nonius duodeviceſimo, ita ut duodecimo*.

Cum pluriens eorum milites mercenarii inter ſeſe multi alteri alteros in caſtris occidere, compluriens multi ſimul ad hoſtes transfugere, compluriens in imperatorem impetum fecere. *Gellius* v. xxI.

Igitur dictatorem Carthaginenſium magiſter equitum monuit, Mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolio tibi coena cocta erit. Deinde Dictator jubet poſtridie Magiſtrum equitum arceſſi, Mittam te, ſi vis, inquit, cum equitibus. Sero eſt, inquit, Magiſter equitum: jam reſcivere. *Idem* x. xxiv.

Imperator noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. *Idem* xI. I.

Proelium factum, depugnatumque pro caſtris. *Idem* xI. III.

Exſules duo lege publica exſecrati. *Priſc*. xIx.

L I B. V.

Scio ſolere plerisque hominibus rebus ſecundis, atque prolixis, atque proſperis animum excellere, atque ſuperbiam atque ferocitatem augeſcere, atque creſcere: quod mihi nunc magnae curae eſt, quod haec res tam ſecunde proceſſerit, ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confricet, neve haec licentia nimis luxurioſe eveniat. Advorſae res ſe domant, & docent quid opus ſit facto; ſecundae res laetitia transvorſum trudere ſolent a recte conſulendo atque intelligendo. Quo majore opere dico ſuadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in poteſtatem noſtram redeamus. *Gellius* vII. III.

Atque ego quidem arbitror Rhodienſes noluiſſe nos ita depugnare uti depugnatum eſt, neque regem Perſen viciſſe. Non Rhodienſes id modo noluere, ſed multos populos ac multas nationes idem noluiſſe arbitror. Atque haud ſcio an partim eorum fuerint, qui non noſtrae contumeliae cauſſa id noluerint evenire: ſed enim metuere, ſi nemo eſſet homo quem vereremur, & quicquid luberet faceremus, ne ſub ſolo imperio noſtro in ſervitute noſtra eſſent, libertatis ſuae cauſſa in ea ſententia fuiſſe arbitror. Atque Rhodienſes tamen Perſen publice nunquam adjuvere. Cogitate quanto nos privatim cautius facimus. Nam unusquisque noſtrum, ſi quis adverſus rem ſuam quid fieri arbitratur, ſumma vi contra nititur ne adverſus eam fiat, quod illi tamen perpeſſi.

Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquimus? Quod illos dicimus voluiſſe facere, id nos priores facere occupabimus?

Qui acerrume advorſus eos dicit, ita dicit, hoſtes voluiſſe fieri. Et quis eſt tandem noſtrorum, qui quod ad ſeſe attineat, aequum cenſeat quemquam

Digitized by Google

quam poenas dare ob eam rem quod arguatur maleſacere voluiſſe? nemo opinor. Nam ego quod ad me attinet, nolim.

Quid nunc? & quae tandem lex eſt tam acerba quae dicat, Si quis illud facere voluerit mille nummi dimidium familiae multa eſto, Si quis plus quingenta jugera habere voluerit, tantum damni eſto, Si quis majorem pecudum numerum habere voluerit, tantum damni eſto. Atqui nos omnia plura habere voluimus, & id nobis impune eſt.

Sed ſi honorem non aequum eſt haberi ob eam rem, quod benefacere voluiſſe quis dicit, neque facit, tamen Rhodienſibus tale erit, non quod male fecerunt, ſed quod voluiſſe dicuntur facere.

Rhodienſes ſuperbos eſſe ajunt, id objectantes, quod mihi a liberis meis minime dici velim. Sint ſane ſuperbi, quid id ad nos attinet? idne iraſcimini, ſi quis eſt ſuperbior quam nos? *Ibidem*.

Urbes inſulasque omnes pro agro Illurico eſſe. *Idem* XI. III.

Poſtridie ſignis collatis aequo fronte, peditatu, equitibus, atque aliis, cum hoſtium legionibus pugnavit. *Idem* XV. IX.

Recto fronte. *Ibidem*.

Exercitum ſuum pranſum paratum cohortatum eduxit foras, atque inſtruxit. *Ibidem* XIII.

Illi polliciti ſeſe facturum omnia. *Priſc.* IX.

Quod eorum nemo quiſquam quidquam mihi ignoturus eſt. *Idem* X.

Origine fluvium Naronem magnum, pulcrum, piſculentum. *Nonius*, *Piſculentum*.

Sed protelo trini boves unum aratrum ducent. *Idem Protelare eſt adjugare*.

Lapis candidior quam pilates. *Feſtus*, *pilates lapidis genus*.

LIB. VI.

Itaque ego cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror. *Gellius* XX. V.

LIB. VII.

Qui magiſtratum curulem cepiſſet calceos mulleos, allucinatos, ceteri perones. *Feſtus*, *Mulleos genus calceorum*.

Mulieres opertae auro, purpuraque, ars inhaeret diadema, coronas aureas, ruſſea facie, galbeas, lineas pallas, redimicula. *Idem*, *Ruſſum*.

Fluvium Iberum. Is oritur ex Cantabris magnus atque pulcer, piſculentus. *Nonius*, *Piſculentum*.

Sunt in his regionibus ferrariae argentifodinae pulcerrumae: mons ex ſale mero magnus, quantum demas tantum adcreſcit. Ventus Cercius cum loquare buccam implet, armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit. *Gellius* II. XXII. *Apulejus de mundo*.

Jurum legumque cultores. *Chariſ.* I.

Multa me dehortata ſunt huc prodire, anni, aetas, vox, vires, ſenectus: verum enim vero cum tantam rem publicam agier arbitrarer. *Gellius* XIII. XXIII.

Eum dicit jus pontificium diſcere noluiſſe. Ego me nunc volo jus pontificium optume ſcire. Jam ne ea cauſſa Pontifex capiar? jus volo augurium optume tenere. Ecquis ob eam rem Augurem capiat? *Idem* I. XII.

De

Digitized by Google

De frumento utrobi, bona utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi paces. *Cariſius* I.

Ser. quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos parvulos in concionem deduxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circumtulerat, elapſum eſſe, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. *Quinctilian.* II. XV.

Secordia. *Feſtus*, *Secordia pro ſtultitia*.

INCERTA EX QUIBUS LIBRIS ORIGINUM.

Qui urbem novam condit, tauro & vacca aret, ubi araverit moerum faciat, ubi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat, & portet, & portam vocet. *Servius Aen.* V. *Iſidorus* XV. II.

Eodem nomine complures ex agro acceſſitavere. Eo res eorum auxit. *Gellius* XVIII. XII.

Si ques ſunt populi. Quium. *Serv. Aen.* I.

Mulieres noſtrae capillum flavo cinere ungitabant, ut rutilus eſset crinis. *Idem* IV. *Cariſius* I.

Oratores am terminum. *Macrob.* I. XVI.

Dotes filiabus ſuis non dant. *Priſc.* VII.

Ne praedia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur. *Nonius*, *Tributus*.

Ager Gallicus Romanus vocatur qui viritim cis Ariminum datus eſt ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotfariam in ſingula jugera dena cullea vini fiunt. *Varro de Re ruſt.* I. *Columella* IX. II.

In Saurecte, Fiſcello, caprae ferae ſunt quae ſaliunt e ſaxo pedes plus ſexagenos. *Ibidem*.

Alae ex lupino. *Servius* ad *Georg.* I.

Q. Caedicius Tribunus ad conſulem venit, oſtendit exitium de loci opportunitate & hoſtium conſtantia. Maturum cenſeo, inquit, ſi rem ſervare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eamque uti occupent, imperes. *Gellius* III. VII.

Dii immortales Tribuno militum fortunam ex virtute ejus dedere. Nam ita evenit, cum ſaucius multifariam ibi factus eſset, tum vulnus capiti nullum evenit: eumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque ſpirantem, quod ſanguen defluxerat cognovere. Eum ſuſtulere, iſque convaluit, ſaepeque poſtilla operam reip. fortem atque ſtrenuam perhibuit: illoque facto, quod illos milites ſubduxit, exercitum ceterum ſervavit. Sed idem benefactum loco in quo ponas nimium intereſt. Leonidas Lacedaemonius laudatur, qui ſimile apud Thermopylas fecit. Propter ejus virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclutiſsumae decoravere monumentis, ſignis, ſtatuis, elogiis, hiſtoriis, aliiſque rebus gratiſſimum id ejus factum habuere. At Tribuno militum parva laus pro factis reddita, qui idem fecerat atque rem ſervaverat. *Ibidem*.

Biber Glis. *Chariſius* I.

Suem triginta porculos peperiſse in eo loco ubi nunc eſt Lavinium,

cumque Aeneas ibi urbem condere conſtituiſſet, propterque agri ſterilitatem metueret, per quietem ei viſa Deorum Penatum ſimulacra adhortantium ut perſeveraret in condenda urbe quam coeperat, nam poſt annos totidem, quot fetus illius fuis eſſent, Trojanos in loca fertilia atque uberiorem agrum tranſmigraturos, & urbem clariſſimi nominis in Italia condituros. Igitur Latinum Aboriginum regem cum ei nuntiatum eſſet multitudinem advenarum claſſe advectam occupaviſſe agrum Laurentem, adverſum ſubitos inopinatosque hoſtes incunctanter ſuas copias eduxiſſe. Ac prius quam ſignum dimicandi daret, animadvertiſſe Trojanos militariter inſtructos, cum ſui lapidibus ac ſudibus armati, tum etiam veſte aut pellibus, quae eis integumento erant, ſiniſtris manibus involutis, proceſſiſſent. Itaque ſuſpenſo certamine per colloquium inquiſito qui eſſent, quidve peterent, utpote qui in hoc conſilium auctoritate numinum cogebatur: namque extis ac ſomniis ſaepe admonitus erat, tutiorem ſe adverſos hoſtes fore, ſi copias ſuas cum advenis conjunxiſſet. Cumque cognoviſſet Aeneam & Anchiſen bello patria pulſos cum ſimulacris deorum errantes ſedem quaerere, amicitiam foedere iniſſe, dato invicem jurejurando, ut communes quoque hoſtes amicosve haberent. Itaque coeptum a Trojanis muniri locum, quem Aeneas ex nomine uxoris ſuae Latini regis filiae, quae jam ante deſponſata Turno Herdonio fuerat, Lavinium cognominavit. At vero Amatam Latini regis uxorem cum indigne ferret Lavinium, repudiato Turno conſobrino ſuo, Trojano advenae collocatam, Turnum ad arma concitaviſſe, eamque mox coacto Rutulorum exercitu tetendiſſe in agrum Laurentem, & adverſus eum Latinum pariter cum Aenea progreſſum, inter proeliantes circumventum occiſumque. *Autor de origine gent. Rom.* cap. XIII.

Turnum poſtea ad Mezentium confugiſſe ejusque fretum auxilio bella renovaſſe, quibus Aeneas Turnusque pariter rapti ſunt. Migraſſe poſtea in Aſcanium & Mezentium bella: ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe, & occiſo Mezentio Aſcanium Julum coeptum vocari a prima barbae lanugine, quae ei tempore victoriae naſcebatur. *Servius Aen.* I. & IV.

Accipe quoties id fecerint & quidem ſemper bono publico. Jam a principio regnante Romulo, quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro ſignis collatis dimicaretur, nonne intercurſu matronarum inter acies duas, proelium ſedatum eſt. Quid? Regibus exactis &c. *Liv.* XXXIV. V.

Trojanos a Latino accepiſſe agrum qui eſt inter Laurentium & caſtra Trojana & habuiſſe jugera DCC. *Idem* XI.

Politem ad Italiam veniſſe, & ſegregatum ab Aenea condidiſſe oppidum Politorium a ſuo nomine. *Idem* V.

Civitatem quam primo fecit Aeneas, Trojam dictam. *Idem* VII.

Metabus pulſus a gente Volſcorum, quae Etruſcorum poteſtate regebatur. *Idem* XI.

Primo

Primo Italiam tenuiſſe quoſdam qui appellabantur Aborigines. Hos poſtea adventu Aeneae Phrygibus junctos Latinos uno nomine nuncupatos. *Idem* I.

Aſcanium triginta annis expletis Albam condidiſſe. *Ibidem*.

Romam quadringentis triginta duobus annis poſteriorem bello Iliaco. *Dionyſius* I.

Aboriginum gens Graeca fuit. *Ibidem*.

Capuam ab eisdem Tuſcis conditam, ac ſubinde Nolam: ſtetiſſe autem Capuam antequam a Romanis caperetur annis circiter CCLX. *Vellejus* I. *ubi Catonis errorem notat*.

Faliſca Argis orta. *Plinius* III. V.

Interiiſſe Thebas Lucanas. *Ibidem* XI.

Ameriam ante Perſei bellum conditam, annis DCCCCXII. *Ibid.* XIV.

Interiiſſe Bojas, quorum tribus CXII. fuiſſe. *Ibidem* XI.

Novaria ex vertacomacoris Vocontiorum hodieque pago, non (ut Cato exiſtimat) Ligurum.

Oppidum Orobiorum Barra. Unde Bargomates dictos. *Ibidem*.

Orobiorum ſtirpis eſſe Comum atque Bergomum, & Licini forum, & aliquot circa populos: ſed originem ſe ignorare. *Ibid.*

Venetos Trojana ſtirpe ortos, Cenomannos juxta Maſſiliam habitaſſe. *Ibidem* XIX.

Latini juris Euganeae gentes, quorum oppida XXXIV. Ex iis Triumpilini venalis cum agris ſuis populus. Deinde Camani compluresque ſimiles finitimis attributi municipiis: Lepontii & Salaſi Tauriſcae gentis. *Ibid.* XX.

Ideo Graviſcae dictae ſunt quod gravem aerem ſuſtinent. *Serv.* X.

Alpes muri vice tuebantur Italiam. *Ibidem*.

Larius eſt locus vicinus Alpibus, qui per LX. tenditur millia. *Id. Georg.* II.

A Philocteta condita jam pridem civitate Petilla murum tantum factum. *Idem Aen.* VII.

Haec Drepana civitas Siciliae. *Ibidem*.

A laniis boves immolatos priusquam caederentur, profugiſse in Siciliam. *Idem* X.

Quia is locus montibus praeſtet, Praeneſte oppido nomen dedit. *Id.* VII.

Capenos Vejentum condidiſse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam, cum adoleviſsent, miſerat. *Ibidem*.

Sabinos a Sabo loci daemone trahere originem. Sabinorum etiam mores populum Rom. ſecutum. *Idem* VIII. & *Dionyſius* II.

Qui Piſas tenuerint ante adventum Etruſcorum negat ſibi compertum: ſed inveniri Trachonem Tyrrheno oriundum poſtquam eorundem ſermonem acceperat, Piſas condidiſse: cum ante regionem eandem Teutones quidem Graece loquentes poſsederint. *Servius* X.

Albonem montem Albanum dictum. *Idem* XII.

Clypei Graecorum rotundi. *Idem* IV.

Tiburtum, ut Cato teſtimonium facit a Catillo Arcade praefecto

ćto claſſis Evandri, ſicut Sextius, ab Argiva juventute. *Solinus* IX.

Cato cum imperatorum nomina annalibus deſcriberet, eum (elephantum) qui fortiſſume proeliatus eſſet in Punica acie, Sutrum tradidit vocitatum, altero dente mutilato. *Plin.* VIII. V.

Mos apud majores hic epularum fuit, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. *Cicero in Tuſcul.*

Legiones Romanas in eum ſaepe locum profećtas alacri animo & erećto, unde ſe nunquam redituras arbitrarentur. *Idem Catone.*

Multa auguria, multa auſpicia ne negligentia collegii amiſſa plane & deſerta. *Idem de divinat.*

INCERTA EX QUIBUS ORATIONIBUS AUT LIBRIS.

Tu ſi verum ſupprimis falſarius agnoſcereris, ſi falſa confingis mendax eſſe videris. *Iſidor. Hiſp.* 754.

Quod tibi deerit a te ipſo mutuare. *Seneca* lib. V. de benefic.

Qui nec orientem unquam ſolem viderunt, nec occidentem. *Idem* lib. XXII. *Epiſt.*

Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil. *Feſtus.*

Caduceatori nemo homo nocet. *Idem.*

Τὰς ἱστορίας δὲ συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ, καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως οἴκοθεν ὑπάρχῃ τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι. Plutarch. in Catone pag. 348.

Qua arte natio ſua ſeparata ſeorſum.

Tertiato & quartato verba dicere prae metu. *Cariſius* lib. II.

Jure, lege, libertate, republica communiter uti oportet: gloria atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruxit.

Tetre aetatem. *Cariſius* lib. II.

Malitioſe iſtorum jura. *Ibidem.*

Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxume ſitit. *Feſtus.*

Videor mihi in ſomnis laborare. *Seneca* lib. II. Declamat.

Praeda quae capta eſt, viritim diviſa. *Feſtus.*

Imperabiliter. *Ibidem.*

Aeſtate frigidum, hieme formidum. *Feſtus.*

Quod iter longius arduiuſque erat a curia. *Priſcianus* lib. III.

Speca appoſita, qua aqua de via abiret. *Idem* lib. XV.

Quam molliſſimum eſt adoriuntur. *Servius Aeneid.* IV.

Sub tela volantia. *Servius* XII.

Fenoribus coopertus eſt. *Gellius* lib. II. *c.* XVII.

Conſitoſus Victorioſus.

Mortualia gloſſaria. *Idem* lib. IV.

Et in Italia atras capras lace album habere. *Cariſius* II.

Malum deligatum paraſtatae junctae (al. diſligatum) *Iſidor.* XIX. II.

In Italia Inſubrei terna atque quaterna millia Gallia ſuccidia habere ?

ſus

Digitized by Google

ſus uſque adeo pinguetudine creſcere ſolet, ut ſe ipſa ſtaris ſuſtinere non poſſit, neque progredi uſquam. Itaque eas ſi quis quo trajicere velit, in ploſtrum imponit. *Varro* lib.II. *de re Ruſt.*

Culignam in foeno Graeco ponito, ut bene oleat. *Feſtus*.

Ungulatos ungues. *Idem*.

Cloacale flumen. Veterina beſtia. *Idem*.

Aliorſum. Illiorſum. Audacias. Ferocit. Fivere. Fruniſcor. Frunitum. Futare. Latitaverunt. Meritavere. Mihipte. Moſculis. Recipiem. Verberitate. Uls. Uopte. His jugeris. Raro. Secundo. Ungulatus. Pecuum. Circum circa. *Idem*.

Dicem, Faciem. *Serg. in artem Donati Quinct.* lib.I. c.XII.

Felices arbores, *Cato dicit*, quae fructum ferunt; infelices quae non ferunt. *Idem*.

Ideo propinquos feminis oſculum dare, ut ſcirent an temetum olerent. *Plin.*XIV. *& Plutarch.*

Ad plebem annonam importunius flagitantem hoc uſus eſt exordio. *Χαλεπὸν μέν ἐστιν, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν, ὦτα οὐκ ἔχουσαν.* *Plutarch. in Cat.* 340. b. *Plinius* XIV. c.XIII.

Et in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui. *Servius* in lib. I. *Aeneid.*

Depoſita veſte purpurea, feminas uſas caerulea cum lugerent. *Idem* III.

De tribus partibus politiae, Populi, Optimatium, Regiae poteſtatis, ordinatum fuiſſe Carthaginem. *Idem* IV.

Albonem montem, Albanum dictum. *Idem* XII.

Tribus univerſas jam regnante Tullio triginta fuiſſe. *Dionyſ.* lib.IV.

Larentiam meretricem quaeſtu locupletatam poſt exceſſum ſuum populo Romano agros Turacem, Semurium, Litirum & Salonium reliquiſse: & ideo ſepulcri magnificentia & annuae parentationis honore dignatam. *Macrob.* lib.I. c.X.

Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, vineamque haberet derelictui, non id ſine poena fuit. Si equum haberet gracilentum *impolitiae* notabatur. *Gell.* lib.IV. c.XII.

Moris erat, ut qui magiſtratum petebant, hoc abſque togis in induſio facerent. *Plutarch.* Quaeſt. *Roman.*XVIII.

Αὐτὸς ὁ Κάτων καὶ τὸν πατέρα Μάρκον, ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ, καὶ Κάτωνα τὸν πρόπαππον ἀριστείων πολλάκις τυχεῖν φησὶν, καὶ πέντε πολεμιστὰς ἵππους ἐν μάχαις ἀποβαλόντα, τὴν τιμὴν ἀπολαβεῖν ἐκ τοῦ δήμου δι᾽ ἀνδραγαθίαν. Plutarch. in Catone 336.

Φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν. Idem ibid.

Ἐσθῆτα μὲν γὰρ οὐδέποτε φησὶ φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν. πιεῖν δὲ καὶ στρατηγῶν καὶ ὑπατεύων τὸν αὐτὸν οἶνον τοῖς ἐργάταις. ὄψον δὲ παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς ἀσσαρίων τριάκοντα· καὶ τοῦτο διὰ τὴν πόλιν, ὅπως ἰσχύοι τὸ σῶμα πρὸς τὰς στρατείας, ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον ἐκ

κληρονομίας κτησάμενος, εὐθὺς ἀποδόσθαι. Τῶν δὲ ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην· οὐδένα δὲ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας, ὡς ἂν οὐ τρυφερῶν οὐδ' ὡραίων, ἀλλ' ἐργατικῶν καὶ στερεῶν, οἷον ἱπποκόμων καὶ βοηλατῶν δεόμενος. Καὶ τούτους πρεσβυτέρους γενομένους ᾤετο δεῖν ἀποδίδοσθαι, καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους. ὅλως δὲ μηδὲν εὔωνον εἶναι τῶν περιττῶν, ἀλλ' οὗ τις οὐ δεῖται, κἂν ἀσσαρίου πιπράσκηται, πολλοῦ νομίζειν. κτᾶσθαι δὲ τὰ σπειρόμενα καὶ νεμόμενα, μᾶλλον ἢ τὰ ῥαινόμενα καὶ σαιρόμενα. Idem 338.

Προτρέπων δὲ τὸν υἱὸν ἐπὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἀνδρὸς, ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι, τὸ μειῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων. Idem 349.

Ὥσπερ νεανιευόμενος ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸν ἵππον ᾧ πρὸς τὰς στρατείας ὑπατεύων ἐχρῆτο, φησὶν, ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τῇ πόλει τὸ ναῦλον αὐτοῦ λογίζηται. Idem 339.

Αὐτὸς δέ φησιν πλείονας εἰληφέναι πόλεις, ὧν διήγαγεν ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ. Plutarch. in Cat. 343. a. confer Appian. & Polyb. de B. Hiſp. 466. Plutarch. Idem aliis verbis apud eundem in Apophthegm. p. 199.

Εἰς δὲ αὐτὸν ἐκ τῶν ἁλισκομένων οὐδὲν λέγει, πλὴν ὅσα πέπωκεν ἢ βέβρωκε. Καὶ οὐκ αἰτιῶμαι (φησὶ) τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις, ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἁμιλλᾶσθαι, καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας.

Πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε· καί φησι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους, παραστῆναι, μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον, αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα, πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ' ἂν αὐτὸς, οὔτ' ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις. Plutarch. 344.

Ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργαστηρίαν χώραν ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας. ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα προσῄει πολλὰ, μηδ' ὑπὸ τοῦ Διὸς, (ὥς φησιν αὐτὸς,) βλαβῆναι δυναμένων. Idem 349.

Ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν ᾧ τρόπῳ δυνατὸς ἦν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος, καταλύοντα τὰ ἔθη, καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας. τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων, γηρᾶν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις, καὶ δίκας ἐροῦντας. Idem p. 350.

Ὁ δὲ πρεσβύτερος υἱὸς ἐπλεύτησε στρατηγῶν. καὶ μέμνηται μὲν αὐτοῦ πολλάκις ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ Κάτων, ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γεγονότος. Plutarch. in Cat. 351.

M. PORCII CATONIS DE RE MILITARI LIBER.

Scio ego, quae ſcripta ſunt, ſi palam proferantur, multos fore qui vitilitigent: ſed ii potiſſimum qui verae laudis expertes ſunt: eorum ego orationes ſino praeterfluere. *Plinius in Praefatione*.

Quam gladiator diſciplinoſus. *Nonius diſciplin.*

Quom magiſtratus nihil audet imperare, ne quid conſul auſpicii peremat. *Feſtus peremere*.

Ut populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veneat. *Gellius* lib. VII. c. IV.

Inde

Inde partem equitatus atque ferentarios praedatum miſit. *Nonius Ferentarii.*

Procubitores dicuntur fere velites qui noctu cuſtodiae cauſſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt. *Feſtus Procubitores.*

Ferentarios eos eſſe, qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant. *Idem Velites.*

Sive forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra, uti adoriare. *Idem ſerra proeliari dicitur.*

Tertia e caſtris eductio celeris properaque eſt. *Feſtus Properam pro celeri, ac ſtrenua.*

Una depugnatio eſt fronte longo, quadrato exercitu. *Nonius Frons maſcul.*

Primo pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas. *Jun. Philarg. in* VI. *Georg.*

Satis celeris ſis in tempore. *Priſc.* VII.

Accenſos miniſtratores Cato eſſe ſcribit. *Varro de L. Lat.* IV.

In furto comprehenſis inter commilitones dextras eſſe praeciſas, aut ſi lentius animadvertere voluiſſent, in principiis ſanguinem miſſum. *Frontinus* I. IV. *Strategem.*

M. PORCII CATONIS DE LIBERIS EDUCANDIS LIBER.

Nutrix haec omnia faciebat in verbenis ac tuba, ſine hoſtiis, ut Deli ad Apollinis Genetivi aram. *Macrob.* lib. III. c. V.

M. PORCII CATONIS CARMEN DE MORIBUS.

Avaritiam omnia vitia habere putabant: ſumtuoſus, cupidus, eligans, vitioſus, irritus qui habebatur, is laudabatur. *Gell.* lib. XI. c. II.

Veſtiri in foro honeſte mos erat, domi quod ſatis erat. Equos carius quam coquos emebant, Poeticae artis honos non erat. Si qui in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, is Graſſator vocabatur. *Ibidem.*

Nam vita humana prope uti ferrum eſt. ſi exerceas conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri: ſi nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio. *Ibidem.*

M. PORCII CATONIS PRAECEPTA AD FILIUM.

Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit eorum literas inſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſumum & indocile genus illorum; & hoc puta vatem dixiſſe, quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet: tum etiam magis, ſi medicos ſuos huc mittet. Jurarunt inter ſe Barbaros necare omnes medicina: ſed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides iis ſit, & facile diſperdant. Nos quoque dictitant Barbaros, & ſpurios, noſque magis quam alios Opicos appellatione foedant. Interdixi tibi de Medicis. *Plinius* lib. XXII. cap. I.

Subjicit qua medicina uſus & ſe, & conjugem uſque ad longam ſenectam perduxerit: profiteturque eſſe etiam Commentarium ſibi, quo medeatur filio, ſervis, familiaribus. *Ibidem*.

Rheticam uvam Cato praecipue laudat in libris ad filium. *Servius Georg.* II.

Lepus multum ſomni adfert, qui illum edit. *Diomed.* lib. I.

Ex dolore, ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis, ex cataplaſmatis, ex alvo lavando. *Priſcianus* VII.

Senilem juventam praematurae mortis eſſe ſignum. *Plin.* ib. lib. VII. cap. II.

Ille Imperator; tu illi ac caeteris mediaſtinus. *Nonius*.

Orator eſt, Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. *Seneca* lib. I. *Declamat.*

Vir bonus eſt, Marce fili, colendi peritus: cujus ferramenta ſplendent. *Servius Georg.* I.

M. PORCII CATONIS COMMENTARII JURIS CIVILIS.

Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo, qui ſupra nos eſt. Forma enim ejus eſt, ut ex iis qui intravere cognoſci potuit, adſimilis illi. *Feſtus*.

M. PORCII CATONIS EPISTOLA.

Cato ad Popillium (*Sarisberienſis Pompilium. Forte P. Aemilium*) ſcripſit, ut ſi eum patiatur in exercitu remanere, ſecundo eum obliget militiae ſacramento: quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. *Cicero Offic.* I.

AD M. FILIUM.

Scribit ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe a Conſule, cum in Macedonia bello Perſico miles eſſet. Monet igitur ut caveat ne proelium ineat. Negat enim jus eſſe, qui miles non ſit, cum hoſte pugnare. *Ibidem*.

Καὶ Κάτωνος αὐτοῦ φέρεταί τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν υἱὸν, ὑπερφυῶς ἐπαινοῦντος τῆς περὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίας αὐτοῦ καὶ σπουδῆς. Plutarch. in Catone.

INCERTA EX QUA EPISTOLA.

Quia ſaepe utiles videntur praedonculi. *Feſtus*.

Manſues ad. *Idem*.

M. PORCII CATONIS ORATIONES DIERUM DICTARUM CONSULATU SUO.

Atque quanquam multa nova miracula fecere inimici mei: tamen nequeo deſinere mirari eorum audaciam, atque confidentiam. *Chariſius* lib. II.

Videtote quanto ſecus ego fecerim. *Ibidem*.

Secus aetatem agerem, quam illi egiſſent. *Ibidem*.

Ei rei dant operam, ut mihi falſo maledicatur. *Ibidem*.

Ego mihi monumenta haec ſempiterno poſui, quae cepi. *Ibidem*.

Egoque jampridem cognovi, atque intellexi, atque arbitror, rempublicam curare induſtrie, ſummum periculum eſſe. *Ibidem*.

Omnia ab integro paranda erant. *Servius Eclog.* IV. *Chariſ.* II.

Laudant

Laudant me maxumis laudibus, tantum navium exercitum, tantum commeatum non opinatum eſſe quemquam hominem maturrume comparare potuiſſe.

Tam maturrume comparaviſſe. *Ibidem*.

Deinde poſtquam Maſſiliam praeterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert: mare velis florere videres ultra angulum Gallicum. Ad illum enim atque Ruſcinonem deferimur. Inde noctu aura profecti ſumus.

Mihi atque claſſi obviam fiunt. *Ibidem*.

Ita hos fert ventus ad priorem Pyrenaeum quos projicit in altum. *Gell.* lib. IV. c. XVII.

Eas res non poſſe ſuſtineri, niſi eo praeſidia magna frumentumque mittatur. Nam ita dicunt palam neceſſe eſſe obturata. *Chariſius* lib. II.

Omnia tumultu plena, ſimul hoſtium copiae magnae contra me ſedebant, uſquequaque laceſſebamur. *Ibidem*.

Interea ad ſocios noſtros ſedulo diſpertieram, alio frumentum, alio legatos, alio literas, alio praeſidium uſquequaque. *Ibidem*.

Poſtquam auſpicavi, atque exercitum adduxi pone vorſus caſtra hoſtium Villa eſt patrui hic age eſt ubi ſtas. Pone verſum illac mare eſt. *Ibidem*.

Noſtros pone vorſus, hoſtes eſſe ab dextra parte. *Ibidem*.

Jam apud vallum noſtri ſatis agebant. *Ibidem*.

Id ego primo minus animadvorti, veniunt, iterum atque (etiam) tertium tumultuoſius. *Ibidem*.

Eam ego viam pedetentim tentabam. *Ibidem*.

Ridibundum magiſtratum gerere. pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci. *Feſtus*.

Me ſollicitum atque exercitum habitum eſſe, atque porro fore. pro, longius. *Cariſius* lib. II.

Itaque porro in Turtam proficiſcor, ſervatum illos. *Ibidem.*

Inde pergo porro ire in Turtam. *Ibidem*.

Item uti a Thermopylis atque ex Aſia, maxumos tumultus maturiſſime diſeci, atque confedavi. *Ibidem*.

Recto fronte caeteros ſequi ſi norit, *Feſtus*.

Qui maxumis vocibus, ac viciſſim. *Cariſius* lib. II.

Si cuperent hoſtes fieri, temere fieri non poſſent. *Ibidem*.

Cenſores qui poſthac ſient, formidoloſius, atque ſegnius, atque timidius pro republica nitentur. *Ibidem*.

QUOM IN HISPANIAM PROFICISCERETUR.

NAVITAE.... vinum atque oleum v.... *Feſtus*.

Tres ſervos ſolos ex urbe duxiſſe. Quoniam ad villam publicam venerat, parum viſum qui uteretur, juſſiſſe duos pueros in foro de menſa emi, eos quinque in Hiſpaniam duxiſſe. *Apulejus in Apologia*.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRO SE CONTRA C. CASSIUM.

Atque evenit ita Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per hujuſce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius fidius miſerear Quirites. *Gellius* lib.x. c.xv.

PRO L. TURIO CONTRA CN. GELLIUM.

Propter tenuitatem & plevitatem. *Nonius*.

Atque ego a majoribus memoria ſic accepi, ſi qui quid alter ab altero peteret, ſi ambo pares eſſent, ſive boni ſive mali eſſent, quod duo res geſſiſſent uti teſtes non intereſſent, illi unde petitur ei potius credendum eſſe. Nunc ſi ſponſionem feciſſet Gellius cum Turio, Ni vir melior eſſet Gellius quam Turius, nemo opinor tam inſanus eſſet, qui judicaret meliorem eſſe Gellium, quam Turium. Si melior eſt Gellius Turio, potius oportet credi unde petitur. *Gellius* lib.xiv. c.ix.

PRO LUCIO ANTONIO.

Beneficii poſtridie juſſiſti adeſſe in diem, ex die non auſi recuſare. pro auſus ſum. *Priſc*.xx. p.868.

PRO L. CAESARE AD POPULUM.

Quod ego me ſpero oſtenturum. *Idem* lib. x.

PRO L. CAESETIO.

Audite, ſultis, milites ſi quis veſtrum in bello ſuperfuerit, ſi quis non invenerit pecuniam egebit? *Feſtus*.

IN TIB. SEMPRONIUM LONGUM EXULEM.

Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſet, *Gellius* lib.II. c.xiv.

Si poſſet auctio fieri de artibus tuis, quaſi ſupellectilis ſolet. *Priſcianus* lib.vi. p.724.

IN Q. MINUCIUM THERMUM.

Erga rempublicam multa beneficia ratiſſuma atque gratiſſuma. *Feſtus*.

Sed a benefactis atque ab optumis artibus fugit quam maxuma fugela, perpetuiſſumo curriculo. *Priſcianus* lib.III.

Poſtquam diutius ſitur. *Idem* lib. III.

Mortuus eſt, ſepelitus eſt. *Idem* lib. x.

IN Q. MINUCIUM THERMUM DE QUAESTIONE IN PTOLOMAEUM MINOREM.

De Ptolomaeo rege optumo & beneficentiſſumo. *Idem* III.

Per deos immortales nolite vos ſequeſtro ponere. *Gell.* lib.xx. c.x.

Sed ſi omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae cauſſa fecit, ejusmodi ſcelera nefaria, quae neque inſecendo, neque legendo audivimus, ſupplicium pro factis dare oportet. *Idem* lib.xviii. c.xx.

Quantoque ſuam vitam ſuperiorem, atque ampliorem, atque antiquiorem animum inducent eſſe quam innoxiorem.

IN Q. M. THERMUM DE SUIS VIRTUTIBUS.

Ego jam a principio in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui: agro colundo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerundis. *Feſtus*.

Quid

Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper? *Idem*.

Primanus Tribunus. *Idem*.

M. Fulvio Conſuli Legatus miſſus ſum in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia complures venerant Aetolos pacem velle: de ea re Oratores Romam profectos. *Idem*.

Cum eſſem in provincia Legatus, quamplures ad Praetores & Conſules vinum honorarium dabant: nunquam accepi, nec privatus quidem. *Iſidorus* lib. xx. *Orig.*

Aliud eſt properare, aliud feſtinare. Qui unum quid mature tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat. *Gell.* lib. xvi. c. xiv.

IN Q. MINUCIUM THERMUM, DE DECEM HOMINIBUS.

Tuum nefarium facinus pejore facinore operire poſtulas; ſuccidias humanas facis; decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta cauſſa, injudicatis, indemnatis. *Idem* lib. xiii. c. xxiii.

Nervo, carcere, moletrina. *Nonius*.

Rumorem, famam flocci fecit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus flagitiis. *Feſtus*.

Aderant ne male... ſcelera nefaria fieri.... ſacramento traderetur, lege aeſtimarentur. *Idem*.

IN Q. MINUCIUM THERMUM, DE FALSIS PUGNIS.

Dixit a Decemviris parum ſibi bene cibaria curata eſſe. Juſſit veſtimenta detrahi, atque flagris caedi: Decemviros Brutiani verberavere, videre multi mortales. *Gell.* lib. x. c. iii.

Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc ſervitutem ferre poteſt? Nemo hoc Rex auſus eſt facere, eane fieri bonis, bono genere natis, boni conſulitis? Ubi ſocietas, ubi fides majorum? Inſignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maxumam contumeliam inſpectantibus popularibus ſuis, atque multis mortalibus, te facere auſum eſse? Sed quantum luctum, quantumque gemitum, quid lacrumarum, quantumque fletum factum audivi? Servi injurias nimis aegre ferunt; quid illos bono genere natos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuiſse, atque habituros dum vivent?

IN L. VETURIUM, DE SACRIFICIO COMMISSO.

Qui illius impudentiam norat, & duritudinem. *Nonius in duritudo*.

Quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata, ſollemnia, capite ſancta deſeruiſti. *Feſt.*

Aquam Anienem in ſacrarium inferre oportebat. Non minus quam quindecim millibus Anien abeſt. *Priſcianus* lib. vi.

Graeco ritu fiebantur Saturnalia. *Idem* l. xix.

Domi cum auſpicamus, honorem me dium immortalium velim habuiſse. Servi, ancillae, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem ſervo aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit. *Feſtus*.

Men-

Digitized by Google

Menſe Octobri fecimus, Novembris reliquos erat. *Priſcianus* lib.VI.

Hoſtem num icit? *Idem* l.X.

Objicit hanc rem criminoſius. Equiti corpulentiam. *Gellius* lib. VII. cap. XXII.

IN M. COELIUM SI SE TRIB. PLEB. APPELLAVISSET.

In coloniam mehercules ſcribere nolim, ſi Triumvir ſim, ſpatiatorem, atque feſceninum. *Feſtus*.

Deſcendit de canterio, inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere. *Macrob.* lib. II. *Saturn.*

Praeterea cantat ubi collibuit; interdum graecos verſus agit, jocos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat. *Ibidem*.

Quid ego cum illo diſſertem amplius? quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum. *Feſtus*.

Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam veternoſum bibendi atque dormiundi. quod ſi non conveniant, tum convocari jubet. Ita eſt cupidus orationis, ut conducat qui auſcultet. Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam, nam ejus verba audiuntur, verum ei ſe nemo committat, ſi aeger eſt. *Gellius* lib. I. c. XV.

Fruſto panis conduci poteſt (M. Coelius) vel uti taceat, vel uti loquatur. *Ibidem*.

Et quis illi modi eſſe vult? *Priſcianus* l. VI.

Si em percuſſi, ſaepe incolumis abii. Praeterea pro republica, pro ſcapulis, atque aerario multum reipublicae profuit. *Feſtus pro ſcapulis*. 207.

. . . . a porta Naevia atque ea. *Idem*.

IN M. FULVIUM NOBILIOREM.

Nam principio quis vidit corona donari quemquam, quom oppidum captum non eſſet? aut caſtra hoſtium non incenſa eſſent. *Gellius* lib. V. VI.

Retricibus. *Feſtus*.

Cato Fulvio ut crimen objecit quod Conſul in provinciam poetas duxiſſet. *Cicero Tuſc.* I.

IN LENTULUM APUD CENSORES.

Quod majores ſanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere advorſus cognatos pro cliente teſtatur: teſtimonium advorſum clientem nemo dicit patrem primum, deinde patronum proxumum nomen habere. *Gellius* lib. V. c. XIII.

IN C. PISONEM.

Video hac tempeſtate concucurriſſe omnis adverſarios meos. *Priſcian.* lib. X.

IN L. FURIUM DE MULTA.

De aqua Praetores ſecundum populum vindicias dicunt. *Feſtus*.

O quanti ille agros emit, qua aquam duceret. *Chariſius* lib. II.

Domi meae ſaepe fuit. *Ibidem*.

De

Digitized by Google

De aqua, quod attinet ad ſalinatores aerarios, cui cura vectigalium reſignat. *Servius Aeneid.* IV. *Chariſius* lib. I.

Prorſus quodcunque videbat feciſſe, neque quenquam obſervaviſſe. *Chariſius* lib. I.

Neceſſario faciundum fuit. *Ibidem*.

Die proximi. *Gellius*.

IN L. FURIUM PRO LUSITANIS.

Cato accuſavit Ser. Galbam pro direptis Luſitanis, & L. Furium pro iisdem, pro iniquiſſima aeſtimatione frumenti. *Aſconius in Divinationem. Et Nepos in vita Catonis*.

IN OPPIUM.

Vinum redemiſti, praedia pro vini quadrantalibus ſexaginta in publicum dediſti, vinum non dediſti. *Feſtus*.

CONTRA CORNELIUM APUD POPULUM.

Nec quis incultior, irreligioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. *Idem* p. 441.

IN PANSAM.

Pueri in ludo ſolent paſceolos ſurari. *Nonius*.

IN ANNIUM.

Nemo antea fecit ſuper tali re cum hoc magiſtratu utique rem. *Feſtus*.

IN Q. SULPICIUM.

Quotiens vidi trulleos, naſiternas, pertuſos aquales, matellas ſine anſis. *Idem*.

IN M. ACILIUM.

I. II. III....

Poſtquam navitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis, piſcatores, penatores fiſcellarum dedi. *Idem*.

IN L. QUINTIUM FLAMINIUM.

Catonis & aliae quaedam acerbae orationes exſtant in eos, quos aut ſenatorio loco movit, aut quibus equos ademit. Longe graviſſima in L. Quintium oratio eſt, *&c.* *Livius* lib. XLIX.

IN SER. GALBAM, APUD MILITES.

Hiſtoria de Papyrio praetextato, *&c.* ſed Gellii verbis. *Gellius* lib. I. cap. XXIII.

DE LUSITANIS QUUM GALBAM ACCUSAVIT.

Tamen dicunt deficere voluiſſe. Ego me nunc volo jus pontificum optime ſcire. Jamne ea cauſa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, ecquis me ob eam rem augurem capiat? *Gellius* I. XII.

DE RE FLORIA.

Ibi pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitavit e convivio: cum partim illorum jam ſaepe ad eundem modum erat. *Gellius* I. *c.* XXI.

Sed ſi qui palam corpore pecuniam quaereret, aut ſe lenoni locaviſſet, & ſi famoſus & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum non aequom cenſuere adferri. *Nonius*.

DE AGNA MUSTA PASCENDA.

Citer ager adligatus ad ſacra erit, *Priſcianus* lib. III.

UTI BASILICA AEDIFICETUR.

Antequam is villicare coepit. *Idem* lib. VIII.

DE INDIGITIBUS.

Sinunt.... ut bona rapiant aut..... ſequeſtro dent. *Feſtus*.

DE AUGURIBUS.

Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur, vir qui eam inceſtaviſſet verberibus necaretur; lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio conſumta eſt, ut ait M. Cato in ea oratione quae de auguribus inſcribitur. Adjicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exautoratas..... *Idem*.

DE AEDILIBUS VITIO CREATIS.

Nunc ita ajunt, in ſegetibus & herbis bona frumenta eſſe. Nolite ibi nimiam ſpem habere. Saepe audivi inter os atque offam multa intervenire poſſe. Verum inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum eſt. *Gellius* lib. XIII. *c.* XVI.

Meminisque. *Feſtus*.

AEDILES PLEBIS SACROSANCTOS ESSE.

Sacroſancti ſunt Tribuni plebis, Aedileſque ejusdem ordinis. *Idem*.

DE TRIBUNIS MILITUM.

Expedito pauperem, plebejum, atque proletarium. *Nonius*.

Loca ardua, & cliva depreſſa. *Idem*.

DE MORIBUS CLAUDII NERONIS.

Pecunia mea reipublicae profuit, quam iſti modi uti tu es. *Priſcianus* lib. VI.

Haruſpicem, fulguratorem, ſi quis adducat. *Nonius*.

DE RE ISTRIAE MILITARI.

Pugnariolas. *Feſtus*.

DE TRIUMPHO AD POPULUM.

Aſperrumo atque arduiſſumo aditu. *Priſcianus* lib. III.

DE SIGNIS ET TABULIS.

Honorem emtitavere: malefacta benefactis non redemtitavere. *Feſtus*.

DE SPOLIIS. NE SPOLIA figerentur niſi de hoſtibus capta.

Sed tum ubi ii diviſi ſunt, revortantur reſignatis vectigalibus. *Idem*.

DE PRAEDA MILITIBUS DIVIDUNDA.

Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. *Gellius* lib. XI. *c.* XIII.

Fraudulenter, atque avariter. *Nonius*.

Tu dives ſite. *Idem*.

UTI PRAEDA IN POPLICUM REFERATUR.

Miror audere, atque religionem non tenere; ſtatuas deorum, exempla earum facierum; ſigna domi pro ſuppellectile ſtatuere. *Priſcianus* lib. VII.

DE

Digitized by Google

DE PECUNIA REGIS ANTIOCHI.

M. Cato ſuaſit rogationem Petiliam; exſtat oratio ejus de pecunia regis Antiochi. *Livius* lib. XLIIX.

UTI PLURA AERA EQUESTRIA FIERENT, Suaſio in Senatu.

Nunc ego arbitror oportere reſiſti, quo minus duobus millibus ducentis ſit aerum equeſtrium. *Priſcian.* lib. VII.

De aeribus equeſtribus, de duobus millibus actum. *Ibidem.*

Acceſſit ager, quem privatim habent Gallicus, Samnitis, Appulus, Brutius. *Ibidem.*

DE VESTITU ET VEHICULIS.

Nam perinjurium eſt, quom mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus eſt, tum velle uti eos mutem, atque alii modi ſiem. *Idem* lib. VI.

DE HABITU.

Sanguen demittatur. *Chariſius* lib. I.

DE DOTE.

Vir cum divortium fecit, mulieri Judex pro Cenſore eſt; imperium quod videtur, habet. Si quid pervorſe tetreque factum eſt a muliere, multatur: ſi vinum bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. *Gellius* lib. X. *c.* XXIII.

In adulterio uxorem ſi deprehendiſſes, ſine judicio impune necares. Illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere; neque jus eſt. *Ibidem.*

DE FUNDO OLEARIO.

Pulchralibus, atque dupediis. *Feſtus.*

DE VENERATIONE LEGE JUNIA. Diſſuaſio.

Tertio autem pedato item ex fenore diſcordia excreſcebat. *Nonius.*

Camerini cives noſtri oppidum pulchrum habuere, agrum optumum atque pulcherrumum, rem fortunatiſſumam. Quom Romam veniebant, prorſus divortebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. *Feſt.*

DE ABROGANDIS LEGIBUS.

Bovile. *Chariſius* lib. I.

NE LEX BAEBIA DEROGARETUR. Suaſio.

Hoc potius agam quod hic rogat. *Feſtus.*

Pecuniam inlargibo tibi. *Nonius.*

NE LEGI ORCHIAE DEROGARETUR. Suaſio.

Qui antea ... obſonitavere, poſtea centenis obſonitavere. *Feſtus.*

Percunctatum patris familiae nomen ne quis ſervum mitteret, lege ſancitum fuiſſe. *Idem.*

DE LEGE VOCONIA. Suaſio.

Principio nobis mulier magnam dotem attulit: tum magnam pecuniam recipit, quam in viri poteſtate non committit. Eam pecuniam viro dat mutuam. Poſtea ubi irata facta eſt, ſervom recepticium ſectari atque flagitare virum jubet. *Gellius* lib. XVII. cap. VI.

Claſſicus. Infra claſſem. *Idem* lib. VII. cap. XIII.

Agrum, quem vir habet, tollitur. *Servius Aeneid.* I.

DE LEGE MAEVIA.

Rex Seleucus arma noſtratia facit. *Priſcianus* lib. XII.

DE LEGE OPPIA. Suaſio.

Si in ſua quisque noſtrum matre familias, Quirites, jus & majeſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum univerſis feminis negotii haberemus. Nunc domi victa libertas noſtra impotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia ſingulas ſuſtinere non potuimus, univerſas horremus, &c. *Livius* lib. XLIV.

DE LEGE POPULI. Suaſio.

Quod compluriens uſu venit omni tempore ante ventum eſt; rem publicam reddimus. *Nonius*.

DE LEGE TORIA.

Aſinum aut muſimonem, aut arietem. *Idem*.

DE AMBITU.

Sed ſunt partim, qui duarum rerum alterius utrius cauſſa magiſtratum petunt. *Priſcianus* lib. v. p. 668. p. 639. 40.

NE QUIS ITERUM CONSUL FUAT.

Dicere poſſum, quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maxumo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis poenicis ſtent. *Feſtus*.

Imperator laudem capit, exercitum meliorem & induſtriorem facit. *Priſcianus* lib. II.

NE IMPERIUM SIT VETERI UBI NOVOS VENERIT.

Siticines, & liticines, & tubicines. *Gellius* lib. XX. cap. II.

DE ACHAEIS.

Quomque Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Gellius* lib. cap. IV.

DE MACEDONIA LIBERANDA.

Idque perpetuius atque firmius repſit. *Priſcianus* lib. III.

Tumultu Macedoniae Etruriam, Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe. *Feſtus*.

DE REGE ATTALO, ET VECTIGALIBUS ASIAE, diſſuaſio.

C. Licinio Praetore remiges ſcripti cives Rom. ſub portiſculum, ſub flagrum conſcripti veniere paſſim. *Feſtus*.

DE CONJURATIONE.

Precem. *Idem*.

AD LITIS CENSORIAS.

Scio fortunas ſecundas negligentiam prendere ſolere: quod uti prohibitum irem, quod in me eſſet, meo labori non parſi. *Idem*.

Periculatus ſum. *Idem*.

APUD EQUITES NUMANTIAE.

Accipite, ſi vultis, hoc onus in veſtros collos. Non. in *collum*.

Digitized by Google

DE BELLO CARTHAGINENSI.

Majores ſeorſum atque divorſum pretium paravere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, aliosque honores. *Idem*.

Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis dum vivitis, non abſcedet. Sed ſi quae per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit; nequiter factum illud apud vos ſemper manebit. *Gellius* lib. IV. c. I.

DE BELLO CARTHAGINENSI.

Pueri atque mulieres extrudebantur famii cauſſa. *Idem* l. XX. c. XIV.

Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumpoſuerunt, ita interfecerunt. *Idem* lib. III. c. XIV.

Aures nobis caliſcerunt ad injurias. *Nonius*.

INCERTA EX QUIBUS ORATIONIBUS.

Villas ſuas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem politas fuiſſe dicit, ad annum uſque aetatis ſuae ſeptuageſimum. *Gellius* lib. XIII. cap. XXII.

Neque mihi aedificatio neque vaſum, neque veſtimentum ullum eſt in manu pretioſum; neque pretioſus ſervos, neque ancilla. Si quid eſt, quo utar, utor: ſi non eſt, ego ſum, quos per me uti atque frui licet. *Ibidem*.

Vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis, quia nequeunt egere. *Ibidem*.

Emo non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt; quod non opus eſt, aſſe carum eſt. *Seneca* lib. XCIV. Epiſt. II.

Te C. Caecili diem prodidiſſe militibus legionis tertiae, cum proditionem non haberes. *Plutarch. Catone. Feſtus*.

Tu otioſus ambulas, qui apud regem fuiſti donicum ille tibi interdixit rem capitalem. *Chariſius* lib. II.

Vita deum immortalium. *Feſtus*.

Contumelias mihi dixiſti compluriens. *Idem*.

Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit. *Idem*.

Magnificius. *Idem*.

Mina cogi.... *Idem*.

Munificior. *Idem*.

Paſcalis ovis vetuit. *Idem*.

Pelliculationem per inductionem a pelliciendo, dixit Cato in ea Orat. quam ſcripſit de.... *Idem*.

....lentis nunquam cuiq..... ſupremam advocationem. *Idem*.

Impudentiam praemioſam. *Idem*.

Cedo ſi vos in eo loco eſſetis, quid feciſſetis? *Quinctil.* lib. IX. c. II.

Communem rem agi putatote, ac vos huic rei praepoſitos eſſe. *Ibid.*

Stiricidium. Cato pro C.... *Feſtus* in v.

Dic? hanc. *Quinctil.* cap. IV.

Tuburchinabundus. Lurchinabundus. *Idem* lib. I. *c.* x.

.... nihilominus valuit ſemper .... re praeſenti cognoſcere. *Idem*.

Siremps. *Idem*.

.... ut ſolent .... ivios niſi qui ſempiterni ſunt quos .... cant ne ſpiciunt neque ratos. *Idem*.

Coepiam ſeditioſa verba loqui. *Idem*.

Urbem iſtam, ut Cato in oratione Senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Lybia potiretur, Eliſa mulier exſtruxit, domo Phoenix, & Carthadam dixit, quod Phoenicum ore exprimit civitatem novam: mox ſermone verſo in morem Punicum, & haec Eliſſa, & illa Carthago dicta eſt. *Solinus* cap. XXX.

Fidem in Capitolio vicinam Jovis Opt. Max. majores noſtri eſſe voluerunt. *Cicero* lib. III. *de Officiis*.

Catonis Cenſorii orationes aprinum exprobram callum. *Plin.* l. XIX. c. LI.

Exſtant Catonis in Cenſura vociferationes mulieribus Romanis in provinciis ſtatuas poni. *Idem* lib. XXXIV. cap. VI.

Νόθον, qui non ſit legitimus, Graeci vocant; Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideoque peregrino utimur. *Quinctil.* lib. III. c. VI.

Grave eſſe eum, qui aliis vixiſſet hominibus, apud alios crimina depellere. *Plutarch. in Catonis*.

A. POSTUMII ALBINI ANNALIUM LIB. I.

Ea cauſa ſeſe ſtultum brutumque faciebat, groſſulos ex melle edebat. *Macrobius* XI. XVI.

HISTORIA GRAECA.

Neminem ſuccenſere ſibi convenire, ſi quid in his libris parum compoſite, aut minus eleganter ſcriptum foret. Nam ſum, inquit, homo Romanus, natus in Latio. Graeca oratio a nobis alieniſſima eſt; ideoque veniam gratiamque malae exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulavit. *Gellius* XI. VII.

DE ADVENTU AENEAE LIBER.

Mezentium fugam facere coegerunt, & poſtea per legatos amicitiam ſocietatemque Latinorum impetravit. *Autor de orig. gentis Rom.*

Bajani Euxini comitis Aeneae nutrice, & ab ejus nomine Bajas vocatas. *Servius* IX.

CN. GELLI ANNALIUM. LIB. I.... II.

Deabus ſupplicant. *Chariſius*.

Multitudo puerorum jam erat ex raptabus. *Ibidem*.

LIB. III.

Herſiliam, cum apud T. Tatium verba faceret, pacemque oraret, ita precatam eſſe, NERIA Martis te obſecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis & proſperis uti, quod de tui conjugis conſilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos ſibi & ſuis poſteris patriae pararent. *Gell.* XIII. XII.

Capite cum aliis paucabus conſilium. *Chariſius* I.

LIB.

LIB. IV. V.

Puellabus. *Ibidem*.

LIB. VI. VII.

Pro duabus pudicabus.

LIB. XV.

Anno ab urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Coelio, Poſtumio, collegiſque eorum in Senatu tractatum quid eſſet propter quod totiens inter paucos annos male eſſet afflicta reſpublica, & ex praecepto patrum L. Aquinium aruſpicem in Senatum venire juſſum, religionum requirendarum gratia, dixiſſe, Q. Sulpitium Trib. milit. ad Alliam adverſus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie Idus Quinctilis. Item apud Cremeram, multiſque aliis temporibus & locis, poſt ſacrificium die poſtero celebratum, male ceſſiſſe conflictum. Tunc Patres juſſiſſe, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, Pontificeſque ſtatuiſſe poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos ut hi dies neque proeliares, neque puri neque comitiales eſſent.

LIB. XXX.

Calvariaeque ejus ipſum oſſum expurgaverunt, inauraveruntque. *Chariſius* I. *Priſc*. VII.

LIB. XCVII.

Portabus. Oleabus. *Chariſ*. I.

INCERTA.

Fora navium. *Ibidem*.

Regerum. Lapiderum. Calchae. *Ibidem*.

Poſtquam tempeſtas ſedavit, Atherbal taurum immolavit. *Gellius* XVIII. XII.

Deliquium Solis, & Deliquionem. *Serv*. VIII.

Senatum decreſſe, ut aedes Saturni fieret, eique rei L. Furium Trib. milit. praefuiſſe. *Macrobius* I. XII.

Fannia lex lata eſt anno poſt Romam conditam DXXCIIX. *Idem* II. XIII.

Cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata, &c. *Cicero de divinat*. I.

Quartos ludos ſaeculares poſt annum factos tertium, C. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorin. de die natali*.

Doxius Coeli filius lutei aedificii inventor exemplo ſumto ab hirundinum nidis. *Ibidem*.

Soli Oceani filio medicinae quoque inventionem & mellis aſſignat. *Ibidem*.

Menſuras & pondera Palamedes invenit. *Ibidem*.

Cadmus ex Phoenice in Graeciam, inde Evander in Italiam attulit literas. *Victorin. de Orthograph.*

Sabinos a Sabo Lacedaemonio trahere originem. *Servius* VIII.

Ταῦρα

Digitized by Google

Ταῦτα δὲ γενέσθαι τινὲς μὲν γράφουσι κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς Ρωμύλου ἀρχῆς. Γναῖος δὲ Γέλλιος κατὰ τὸν τέταρτον. Dionyſ. Halicarn. lib.II. pag. 100. lin. 16. de Raptu Sabinorum loquitur.

Παράδειγμα ἔλαβεν παρὰ τῆς Αρδεατῶν πόλεως. De Inſtitutione Saliorum. Dionyſ. Lib.II. pag.131. lin.9.

Numa reliquit Θυγατέρα μόνην, ἐξ ἧς ἐγένετο Αγκος Μάρκιος, ὁ Τρίτος ἀπ' ἐκείνου γενόμενος Ρωμαίων βασιλεύς. Idem Lib.II. p.136. 4.

Παραγίνεται δ' εἰς Ρώμην (Tarquinius Priſcus) Αγκου Μαρκίου βασιλεύοντος, κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας. Idem IV. p.211. lin.41.

Licinius & Gellius οὐδὲν ἐξητακότες, οὔτε τῶν εἰκότων, οὔτε τῶν δυνατῶν, αὐτὸν εἰσάγουσι τὸν βασιλέα Ταρκύνιον ἀγωνιζόμενον ἐφ' ἵππου καὶ τιτρωσκόμενον, ἄνδρα ἐννενήκοντα ἔτεσι προσάγοντα. Idem Lib. VI. p.349. lin.13.

SEX. GELLII ORIGO GENTIS ROMANAE.

Lavinia ab Aenea gravida relicta, metu, veluti inſecuturi ſe Aſcanii in ſylvam profugit ad magiſtrum patrii pecoris Tyrrhum, ibique enixa eſt puerum, qui a loci qualitate Silvius eſt dictus. *Autor de origine gent. Rom.*

AGELLII HISTORIARUM LIB. I.

Et quod bubo in columna aedis Jovis conſpectus eſt. *Nonius Bubo maſcul.*

L. CALPURNII PISONIS FRUGI CENSORI ANNALIUM LIB. I.

Eundem Romulum dicunt ad coenam vocatum ibi non multum bibiſſe; quia poſtridie negotium haberet. Ei dicunt, Romule, ſi iſtuc omnes homines faciant, vinum vilius ſit. Is reſpondit, immo vero rarum, ſi quantum quisque volet bibat. Nam ego bibi quantum volui. *Gellius* II. XIV.

Cujus unius praemio multorum allicuit animos. *Priſcian.* X.

Italia a vitulis. *Varro de re ruſtic.* Lib.I. c.I.

Sabino bello quod fuit Romulo & Tatio, virum fortiſſimum Metium Curtium Sabinum cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, Curtium in locum paluſtrem, qui tum fuit in foro, antequam cloacae ſunt factae, ſeceſſiſſe, atque ſuos in Capitolium recepiſſe. Ab eo lacum inveniſſe nomen. *Id. de L. Lat.* IV.

Janualis porta dicta ab Jano, & ideo ibi poſitum Jani ſignum, & inſtitutum a Numa Pompilio ut ſit clauſa ſemper, niſi cum bellum ſit. *Ibidem.*

Fulmen evocatum a Porſena rege, & ante eum a Numa ſaepius hoc factitatum. *Plin.* II. LIII.

Tullum Hoſtilium regem ex Numae libris eodem quo illum ſacrificio Jovem coelo devocare conatum, quoniam parum rite quaedam feciſſet, fulmine ictum. *Idem* XXVIII. II.

Millia pondo argenti ſepoſita in aedificationem Capitolii. *Livius* I.

Ο' Νουμᾶς ἐτελεύτησεν, οὐ ταχείας οὐδ' αἰφνιδίου γενομένης αὐτῷ τῆς τελευτῆς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαραινόμενος. Plutarch. in Numa pag. 47. B.

Κελεύ-

Κελεύσαντος Ἀμουλίου τὰ βρέφη λαβόντες &c. vid. Fabium P. Dion. Halic. Lib. I. p. 64. lin. penult.

Ταρπείαν καλοῦ πράγματος ἐπιθυμίᾳ γυμνοὺς τῶν σκεπαστηρίων ὅπλων παραδοῦναι τοῖς πολίταις τοὺς πολεμίους. Idem Lib. II. p. 105. lin. 38. de Tarpeja. Confer pag. 106. 12. 37. pag. 107. 8.

Οὐ υἱοὺς εἶναι Ταρκυνίου γράφω τοὺς παῖδας, ἀλλ' υἱωνοὺς, Λευκίῳ Πίσωνι τῷ Φρυγὶ συγκατατιθέμενος. Idem Lib. VI. p. 213. lin. 20.

Ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐνιαυσίων, ἀναγράφει ἱστορίᾳ. Βουλόμενος καὶ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων τὸ πλῆθος εἰδέναι τῶν τε γενομένων καὶ ἀπογινομένων, καὶ τῶν εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένων, ἔταξεν ὅσον ἔδει νομίσματος καταφέρειν ὑπὲρ ἑκάστου τοὺς προσήκοντας, εἰς μὲν τὸν τῆς Εἰλειθυίας θησαυρὸν, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ΗΡΑΝ ΦΩΣΦΟΡΟΝ, ὑπὲρ τῶν γενομένων. εἰς δὲ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένον, ἣν προσαγορεύουσι Λιβιτίνην, ὑπὲρ τῶν ἀπογινομένων. εἰς δὲ τὸν τῆς Νεότητος, ὑπὲρ τῶν εἰς ἄνδρας ἀρχομένων συντελεῖν· ἐξ ὧν ἤμελλε διαγνώσεσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὅσοι τε οἱ σύμπαντες ἦσαν, καὶ τίνες ἐξ αὐτῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν εἶχον. Idem IV. 220. 40.

LIB. II.

Tarquinium collegam ſuum quia Tarquinium nomen eſſet *metuere*, *eumque* orat uti ſua voluntate Roma concedat. *Gellius* XV. XXXIX.

Quodcunque deliquiſſet ignoſciturum affirmabat. *Priſcian.* X.

Cloeliae ſtatuam ab iis poſitam qui una obſides fuerant, redditis a Porſena in honorem ejus. *Plinius* XXXIV. VI.

A. Poſtumus Dictator apud lacum Regillum caſtris Latinorum expugnatis, ei, cujus maxime opera capta eſſent, hanc (auream) coronam ex praeda dedit. *Idem* XXXIII. II.

In Aventinum ſeceſſionem factam eſſe. *Livius* LVIII.

Tum primum tributis comitiis creati tribuni ſunt, numero etiam additi tres, perinde ac duo ante fuerint, Cn. Sicinum, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium. *Ibidem*.

LIB. III.

Cn. Flavius patre libertino natus ſcriptum faciebat, isque in eo tempore Aedili Curuli apparebat, quo tempore Aediles ſubrogantur, eumque primae tribus Aedilem Curulem renuntiaverunt. At Aedilis qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, eum Aedilem fieri. Cn. Flavius Anni filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe: isque Aedilis Curulis factus eſt. Idem Cn. Flavius Anni F. dicitur ad collegam veniſſe viſere aegrotum, & in conclave poſtquam introivit, adoleſcentes ibi complures nobiles ſedebant. Hi contemnentes eum, aſſurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Anni F. id arriſit. Sellam curulem juſſit ſibi adferri. Eam in limine appoſuit, ne quis eorum exire poſſet; utique ii omnes inviti viderent ſeſe in ſella curuli ſedentem. *Gellius* VI. IX. & *Valer. Maximus* II. V. II.

Digitized by Google

LIB. VII.

Roma condita, anno DXVI. ſaeculum accipit his Conſulibus, quis proximi ſunt Conſules M. Aemilius, M. F. Lepidus, C. Popilius II. abſens. *Cenſorinus de die natali.*

INCERTA.

Turnum matruelem Amatae fuiſſe tradit, interfectoque Latino mortem ipſam ſibimet conſciviſſe. *Autor de origin. gent. Rom.*

Creati Coſſ. L. Poſtumius, T. Minucius. Hos Coſſ. Piſo, Q. Fabio & P. Decio ſuggerit, biennio exempto. *Livius* IX.

Eo anno Aediles Curules fuiſſe C. Domitium Cn. F. Calvinum, & Sp. Carvilium Q. F. Maximum. *Idem* X.

Quinque millia hominum cum Mago cedentes noſtros effuſe ſequeretur caeſa ex inſidiis. *Idem* XXXV.

Victoria L. Metelli Pont. anno II. elephanti CXLII. fuere tranſvecti. L. Piſo inductos duntaxat in circum, atque ut contemtus eorum increſceret, ab operariis haſtas praepilatas habentibus, per circum totum actos. *Plinius* XX. VI.

Papirium Maſſonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum. *Idem* XV. XXIX.

Contra Hieronem regem CCXX. naves effectas diebus XLV. *Idem* XVI. XXXIX.

Ab Aquileja ad XII. lapidem deletum oppidum, etiam invito Senatu, a M. Claudio Marcello. *Idem* III. XIX.

M. Aemilio, C. Popilio II. Coſſ. a Cenſoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio ſtatuas circa forum eorum qui magiſtratum geſſerunt, ſublatas omnes, praeter eas quae populi aut Senatus ſententia ſtatutae eſſent. Eam vero quam apud aedem Telluris ſtatuiſſet ſibi Sp. Caſſius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a Cenſoribus. *Idem* XXXIV. VI.

Triclinia aerata, abacosque, & monopedia Cn. Manlium Aſia devicta primum invexiſſe triumpho ſuo, quem duxit urbis anno DLXVII. *Ibid.* III.

Romae in Capitolio in ara Jovis bello Perſei enata palma, victoriam triumphosque portendit. Hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalae C. Caſſii Cenſorum luſtro: a quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis autor prodidit. *Idem* XXVII. XXV.

C. Furius Cretinus e ſervitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albinio Curuli die dicta metuens damnationem, eum in ſuffragium Tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque ut ait Piſo, bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderoſos, boves ſaturos. Poſt ea dixit, veneficia mea Quirites haec ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque, & ſudores. Omnium ſententiis abſolutus eſt. *Idem* XVIII. VI.

Que-

Queritur adoleſcentes peni deditos eſſe. *Cicero Epiſt.* IX. *ad Paetum.*

Quartos ludos ſaeculares poſt annum factos tertium, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorinus de die natali.*

Quartam Sibyllam Cumaeam in Italia nominat. *Lactantius* I. C. VI.

COMMENTARIORUM LIB. I.

In his libris ſcripta erant Philoſophiae Pythagoricae, eosque combuſtos a Q. Petilio Praetore, quia Philoſophiae ſcripta eſſent. Sed libros ſeptem juris Pontificii totidemque Pythagoricos fuiſſe. *Plinius* XIII. XIII. *Liv.* XL. *Lactant.* I. XXII. *Plutarch. in N.*

INCERTA.

Pilumnum dictum quia pellat mala infantiae. *Servius* X.

Uxorem Vulcani Majeſtam, non Majam vocari. *Macrobius* I. XII.

Vitulam Victoriam nominari, cujus rei hoc argumentum profert, quod poſtridie Nonas Julias re bene geſta, cum pridie populus a Tuſcis in fugam verſus ſit. Unde Populiſugia vocantur, poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio. *Idem* III. II.

Novenſiles Deos eſſe novem in Sabinis, apud Trebiam conſtitutos. *Arnobius* III.

LUTATII COMMUNIUM HISTORIARUM.

LIB. I... II...

Recordatum Aeneam quod aliquando ei reponſum eſſet urbi condendae quadrupedem futuram ducem. Tum ſimulacris deorum Penatium proſecutum, atque illum ubi illa procubuit, enixaque eſt porculos triginta, ibidem auſpicatum. *Autor de origine gent. Rom.*

LIB. III.

Latinum pariter cum Aenea progreſſum inter proeliantes circumventum occiſumque. Nec tamen omiſſo ſocero Aeneas Rutilis obſiſtere deſiit. Namque & Turnum interemit hoſtibus fuſis fugatiſque, victor Lavinium ſe cum ſuis recepit, conſenſuque omnium Latinorum Rex declaratus eſt. *Ibidem.*

Poſt eum (Latinum Silvium) regnavit Tiberius Silvius, Silvii filius. Qui cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter proeliantes depulſus in Albulam flumen deperiit, mutandique nominis exſtitit cauſa. *Ibidem.*

LIB. IV.

Cumanos incolas a parentibus digreſsos Parthenopen urbem condidiſse, dictam a Parthenope Sirena, cujus corpus etiam poſtquam ob locorum ubertatem amoenitatemque magis coeptum ſit frequentari, veritos ne Cymaeam desererent, iniſse conſilium Parthenopen diruendi: poſt etiam peſtilentia affectos ex reſponſo oraculi urbem reſtituiſse, ſacraque Parthenopes cum magna religione ſuſcepiſse. Nomen autem Neapoli ob recentem reſtitutionem impoſuiſse. *Philargyrius in* IV. *Georgic. ad v.* 564.

INCERTA.

Non modo Antenorem, ſed etiam ipſum Aeneam proditorem patriae fuiſſe. *Autor de origine gent. Rom.*

Bajani Euxini comitis Aeneae nutrice & ab ejus nomine Bajas vocatas. *Servius* IX.

Eum locum eſſe fulguritum, & ex Sc. ſeptum eſſe, idque factum eſſe a Curtio conſule, cui M. Genutius fuit collega, Curtium appellatum. *Varro de L. Lat.* IV.

Romam conditam olympiadis VII. anno II. *Solinus*.

L. COELII ANTIPATRI ANNALIUM, SIVE, HISTORIARUM.

BELLI PUNICI SECUNDI, ad Aelium Stilonem. LIB. I.

Ne aut trajiciantur aperte, quo melius aut cadat, aut volvatur oratio: quod ſe L. Coelius Antipater in prooemio belli Punici, niſi neceſſario, facturum negat. *Cicero in Oratore*.

Legati quo miſſi ſunt veniunt, delicant mandata. *Nonius delicare*.

Cum jure ſine periculo bellum geri poteratur. *Idem Poteratur*.

Qui cum iis ita foedus icitis. *Priſc.* X.

Neque ipſi eos alii modi eſſe atque Hamilcar dixit oſtendere poſſunt aliter. *Idem* XII.

Antequam Barcha perierat alii rei cauſſa in Africam eſt miſſus. *Ibid.*

Qui intelligunt, qui faciunt, diſſentiuntur. *Idem* VIII.

Quarto Coſſ. *Gellius* X. I.

Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mittit viſere locum ubi exercitum exponat. *Chariſ.* II.

Duodecies C. mil. paſſuum longe. *Ibidem*.

Commodum eſſe ſatis videtur. *Ibidem*.

Saguntinorum. *Idem* I.

Dextimos in dextris ſcuta jubet habere. *Priſcian.* III.

Armis & magno commeatu, & praeda ingenti copiantur. *Nonius Copiantur*.

Domus ſuas quemque ire jubet, & ſua omnia fruniſci. *Idem Fruniſci*.

Arma plerique abjiciunt, atque inermi in latebras ſe illatebrant. *Idem Illatebrare*.

Et Latini ſubnixo animo ex victoria inerti conſilium ineunt. *Idem Subnixum*.

Primum malo publico gratias ſingulatim nomina. *Idem Singulatim.*

LIB. II.

Si vis mihi equitatum dare, & ipſe cum cetero exercitu me ſequi, die quinti Romae in Capitolium curabo tibi cena ſit cocta. *Gellius* X. XXIV. *Macrob.* I. 14.

LIB. III.

Imperator conclamat de medio, ut velites e ſiniſtro cornu removeantur, Galli non dubitatim immitantur. *Nonius Dubitatim*.

LIB.

LIB. IV.

Cuſtodibus diſceſſis multi interficiuntur. *Priſcian.* IX.

LIB. V.

Morboſum factum, ut ea quae oportuerint, facta non ſint. *Idem* VIII.

Nullius alius rei niſi amicitiae eorum cauſſa. *Idem* XIII. p.960.

At aliquam huic bello finem facere. *Nonius Finis feminin.*

LIB. VI.

Conſulto non paucies arceſſitum. *Idem Paucies.*

Omnes ſimul terram cum claſſi accedunt. navibus atque ſcaphis egrediuntur, caſtra metati ſigna ſtatuunt. *Idem Metati.*

Ipſe cum cetera copia pedetentim ſequitur. *Idem Pedetentim.*

LIB. VII.

Reſpublica amiſſa, exfundato pulcerrumo oppido. *Idem Exfundare.*

Duos & ſeptuaginta lictoris domum deportaviſſe faſcis, qui ductoribus hoſtium ante ſoluerint ferri. *Idem Soluerint.*

Ipſe regis eminus equo ferit pectus advorſum, congenuclat percuſſus, dejecit dominum. *Idem Congenuclare.*

Ita uti ſeſe quisque vobis ſtudeat aemulari in ſtatu fortunae reipublicae, eadem re geſta, topper nihilo minore negotio acto, gratia minor eſſet. *Feſtus Topper fortaſſe.*

Conſuetudine uxoris indulgitate libertum. *Servius Georgic.* II.

INCERTA.

Ex ſcriptis eorum qui veri arbitrantur. *Priſcian.* VIII.

Ubi ſenatus intellexit populum depeculari. *Ibidem.*

Nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias, tam brevi ſpatio datas arbitror quam vobis. *Idem.*

Tantum bellum ſuſcitare conari adverſarios contra belloſum genus. *Nonius Belloſum.*

Publicatos quippe faſtos omnes, & libros a Fulvio Nobiliori ſcripta retuliſſe. *Chariſ.* I. p. 112.

Nucerum. Dii, pro diei. *Ibidem.*

Subinde. *Idem* II.

Parricidatum. *Quintil.* I.

Pelia cincinnatus. *Idem* X.

Delinquere frumentum, Sardiniam hoſtes tenere. *Servius Aeneid.* IV.

Mauruſii qui circa Oceanum colunt. *Ibidem.*

Eſt in fano ſignum Apollinis ligneum, altum non minus pedes XV. *Idem* VI.

Calvaria. *Caper de Orthographia.*

Qua tempeſtate Poenus in Italiam venit. *Cicero in Bruto.*

Annibalem cum columnam auream, quae eſſet in Fano Junonis Laciniae, auferre vellet, dubitaretque utrum ea ſolida eſſet an extrinſecus inaurata, perterebraviſſe: cumque ſolidam inveniſſet, ſtatuiſſe eam tollere. Secundum quietem viſam eſſe ei Junonem praedicere ne id faceret, minitarique ſi id feciſſet, ſe curaturum ut eum quoque oculum quo bene

 videret,

Bello Punico primo Atilium Regulum Conſulem in Africa caſtris apud Bagradam flumen poſitis, proelium grande atque acre feciſſe adverſus unum ſerpentem illic ſtabulantem, inuſitatae immanitatis: cumque magna totius exercitus conflictione, balliſtis atque catapultis diu oppugnatum, ejusque interfecti corium longum pedes centum & viginti Romam miſiſſe. *Gellius* VI. III.

Eundem Regulum rediſſe Carthaginem, novisque exemplorum modis excruciatam a Poenis dicit; In atras, inquit, & profundas tenebras eum claudebant, ac diu poſt ubi erat viſus Sol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus ictus Solis oppoſitum continebant, atque intendere in coelum oculos cogebant, palpebras quoque ejus ne connivere poſſet ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. *Ibidem* IV.

DE OFFICIO JUDICIS LIBER.

Praecepta Aelii Tuberonis ſuper officio judicis. *Idem* XIV. II.

AD C. OPPIUM LIB.

Si generalis ſpecies ocecurrit. *Idem* VII. IX.

INCERTA.

Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. *Donatus in Phorm. Terent.*

Nam delinquet aut ſuperet aliquid tibi. *Servius Aeneid.* IV. *Delinquere, Deficere.*

Nullum Senatusconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta: quia in omnibus ſenatusconſultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria. *Gellius* XIV. VII.

Praefectum urbi Latinarum cauſſa relictum Senatum habere poſſe. *Ib.*VIII.

P. RUTILII RUFI HISTORIARUM LIBRI.

INCERTA.

Ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προσκεκρουκὼς, φησὶν ὡς καὶ τῆς ἕκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύριον εἰς τὰς φυλὰς καταβαλὼν πολὺ καὶ πριάμενος, τὸν Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς, Οὐαλέριον δὲ Φλάκκον ὑπηρέτην μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τῆς ὑπατείας λαβεῖν. (ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ) Plutarch. in Mario p 422. A.

Admirationi fuiſſe philoſophorum trium ſui cujusque generis facundiam, violenta & rapida Carneades dicebat, ſcita & tereta Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria. *Idem* VII. XIV. *paulo aliter Macrob.* I. V. *Plin.* VII. XXX. *Pauſan.* CCXVI. *Lact.* XV. XVII. *Gell.* VII XIV.

Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo jure ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die propoſita a ſingulis atque univerſis noſcebantur. *Macrobius* I. XVI.

Scipionem hoc anno (DLXXI.) mortuum. *Livius* LX.

DE VITA SUA. LIB. I.

Pompejus elaboravit uti populum Romanum noſſet, eumque artificioſe ſalutaret. *Chariſ.* II.

LIB.

Digitized by Google

LIB. II.

Animo conſtante. *Idem* I.

LIB. III.

Pro L. familiare veniebam. *Ibidem*.

LIB. IV.

Vectigalium. *Ibidem*.

LIB. V.

Ex orbi terrarum. *Ibidem*.

Ardile. *Ibidem*.

ANNIBALICA.

Ὁ δὲ Ρυτίλιον Ρῦφον, συγγραφέα τῶν δὲ τῶν ἔργων ἐκέλευσε &c. (de bello Annibalico.) Appian. p. 522.

INCERTA.

Quodsi me invitum abire ſiniſſet. *Diomed.*

Uni una oſtentata eſt. *Ibidem*.

DE MODO AEDIFICIORUM ORATIO.

Orationes. Q. Metelli de prole augenda, & Rutilii de modo aedificiorum. *Suetonius in Auguſto*.

PRO L. CAERUCIO AD POPULUM.

Quod ego me ſpero oſtenturum. *Diomed.* I.

P. SEMPRONII ASELLIONIS HISTORIARUM.

LIB. I.

Verum inter eos qui Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas a Romanis perſcribere conati eſſent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoque anno geſtum ſit, id demonſtrabant, id eſt, eorum quaſi qui diarium ſcribunt quam Graeci ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo ſatis eſſe video, quod factum eſſet id pronuntiare, ſed etiam quo conſilio quaque ratione geſta eſſent, demonſtrare. *Gell.* V. XVIII.

Nam neque alacriores ad remp. defendendam, neque ſegniores ad rem perperam faciundum Annales libri commovere quicquam poſſunt.

Scribere autem bellum quo initum Conſule, & quomodo confectum ſit, & quis triumphans introierit, exque eo libro quae in bello geſta ſint iterare, non praedicare autem interea quid Senatus decreverit, aut quae lex rogatione lata ſit, neque quibus conſiliis ea geſta ſunt iterare, id fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere. *Ibidem*.

LIB. III.

Fieri ſolet plerumque, ut in victoria mitior manſuetiorque fiat. *Priſcianus* V.

LIB. IV.

Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere L. Aemilium Paullum, nimis bonum Imperatorem ſignis collatis non decertare, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei occaſio data eſſet. *Gellius* XIII. III.

Ut major invidia Lepido gliſceretur. *Nonius Gliſcitur*.

LIB. V.

Nam Gracchus domo cum proficiſcebatur nunquam minus terna aut quaterna millia hominum ſequebantur. *Gell.* II. XIII.

Orare quidem coepit id ut ſe defenderent, liberosque ſuos, eum quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat produci juſſit, populoque commendavit prope flens. *Ibidem*.

LIB. XI.

Tam pulcrum opus, tamque artificioſe factum, paſſus eſt dirui. *Chariſ.* II.

LIB. XIII.

Facta ſua ſpectare oportere non dicta, ſi minus facundioſa eſſent. *Gellius* XV. IX.

LIB. XIV.

Crepidarium cultellum rogavit a crepidario ſutore. *Idem* XIII. XX.

Ne poſſent aut ſtationes facere hoc ſecus. *Chariſius* II.

INCERTA.

Tritarum quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat. *Servius* XII.

P. Craſſum Mutianum quinque habuiſſe rerum bonarum maxima, & praecipua: quod eſſet ditiſſimus, quod nobiliſſimus, quod eloquentiſſimus, quod juris conſultiſſimus, quod Pontifex Max. Is cum in conſulatu obtineret Aſiam provinciam, & circumſedere oppugnareque Leucas oppidum pararet, opusque eſſet firma ac procera trabe, qui arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret, ſcripſit ad magiſtrum Architectonem molis Athenienſium, ſociorum amicorumque populi Rom. ut ex malis duobus, quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet eum mittendum curaret. Tum magiſter Architecton comperto quamobrem malum deſideraret, non uti juſſus erat majorem, ſed quem eſſe magis idoneum aptioremque faciendo arieti, facilioremque portatu exiſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit, & cum interrogaſſet cur non quem juſſerat, miſiſſet, cauſis rationibusque quas dictitabat ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit, virgisque multum caecidit, corrumpi atque diſſolvi officium omne imperantis ratus, ſi quis ad id quod facere juſſus eſt, non obſequio debito ſed conſilio non deſiderato reſpondeat. *Gellius* I. XIII.

CLODII LICINI RERUM ROMANARUM LIB. III.

Pleminium ludis votivis, quos Romae Africanus iterum Conſul faciebat, conatum per quosdam quos pretio corruperat aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occaſionem patefacto dein ſcelere delegatum in Tullianum S. C. *Livius* XXXIX. & *Valer. Maximus* lib. I. cap. I. §. 21.

C. LICINII MACRI ANNALIUM LIB. I.

Auſpicia pulchra & luculenta commemorat. *Nonius Luculentum*.

Non minimo opere milites quietes volebant eſse. *Priſcian.* VI.

Fauſtuli conjugem Accam Larentiam Romuli & Remi nutricem eſse. Hanc regnante Romulo Tarturio cuidam Tuſco diviti denuptam, auctam-

Digitized by Google

ctamque haereditate viri, quam poſt Romulo, quem educaſſet, reliquit, & ab eo Parentalia diemque feſtum pietatis cauſſa ſtatutum. *Macrob.* I.

Contentionis illius perniciosum exitum fuiſſe. Namque ibidem obſiſtentes Remum & Fauſtulum interfectos. *Autor de origine gent. Rom.*

LIB. II.

Nequaquam ſui lavandi reluant arma lue. *Nonius Lues.*

Perverſam eſſe alii modi poſtulare. *Priſcian.* VI.

LIB. XVI.

Omnium veſtrum neglexerit auctoritatem. *Diomedes* I. *Priſc.* X.

INCERTA.

Quo die Magiſtratum obiit, repente celeri gradu per forum ſe in Capitolium contendit. *Nonius Contendere.*

Pars magna laevis clypea portant. *Idem Clypeus neutro.*

Intercalationis originem Romulo aſſignat. *Macrobius* I.

Annum vertentem ſtatim ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de die natali.*

Et in foedere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetae inventos. *Livius* IV.

Magiſtratum libri, quos linteos in aede repoſitos Monetae citat identidem autores. *Ibidem.*

Eosdem Conſules inſequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum. *Ibidem.*

Comitiorum habendorum cauſſa & ab Licinio Conſule dictum *Dictatorem*, quia collega comitia bello praeferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. *Ibidem* VII.

Eodem anno C. Flavius Cn. F. Scriba patre libertino, humili fortuna ortus, &c. quem antea deſiſſe ſcriptum facere arguit, tribunatu ante geſto triumviratibusque nocturnis altero, altero coloniae deducendae. *Idem* IX.

Tertia etiam clade quae ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam Curiam facit. *Ibidem.*

Cum Q. Fabium Coſ. non petentem omnes dicerent centuriae, ipſum auctorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus. *Id.* X.

Amulium patruum Rheae Sacerdotis amore ejus captum nubilo caelo obſcuroque aere, cum primum illuſicere coepiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum in luco Martis, compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. *Autor de origine gentis Rom.*

Οὐ μετὰ Ῥωμύλου παραγενόμενος, οὐδὲ χάριν ἱερῶν, ἀλλὰ μόνος, ὡς πείσων τοὺς ἀδικηθέντας ἀφεῖναι τοῖς δεδρακόσι τὴν ὀργήν. ἀγανακτήσαντός τε τοῦ πλήθους ἐπὶ τῷ μὴ παραδεδόσθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας, ὥστε Ῥωμύλος ἐδικαίωσε καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἔκρινε βουλή, καὶ τῶν προσηκόντων τοῖς τεθνεῶσι κατὰ πλῆθος ὁρμησάντων ἐπ᾽ αὐτόν, ἀδύνατος ὢν ἔτι διαφυγεῖν τὴν ἐκ χειρὸς δίκην, καταλευσθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν ἀποθνήσκει. de morte Tatii. Dion. Halicarn. Lib. II. p. 115. 30.

Tarquinius Priſcus *παραγίνεται εἰς Ῥώμην Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος κατὰ τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας.* Idem IV. p. 211. lin. 40.

Παρ' Ἀλβανῶν οἴεται τὸν δικτάτωρα Ῥωμαίους εἰληφέναι, τούτους λέγων πρώτους μετὰ τὸν Ἀμουλίου καὶ Νεμίτορος θάνατον, ἐκλειπούσης τῆς βασιλικῆς συγγενείας, ἐνιαυσιαίους ἄρχοντας ἀποδεῖξαι, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσι, καλεῖν δὲ αὐτοὺς Δικτάτωρας. Idem Lib.v. p.337. lin.32.

De Ovationis inventione Menenii tempore. Τότε πρῶτον τοῦτον ἐξευρούσης τὸν θρίαμβον τῆς βουλῆς. Idem lib.v. p.314. lin.4.

Οὐδὲν ἐξηπακότες &c. Idem VI. p.349. lin.14. vide Licinium. Et confer lib. VII. p.14. lin. 38.

PRO THUSCIS.

Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam relliquias averrerunt. *Priſcian.* x. p.900.

EPISTOLA AD SENATUM.

Illi ſuam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitae, novae cicatrici ut locus non ſit. *Non. Contendere.*

LICINII RERUM ROMANARUM LIB. XXI.

Deligare ad patibulos, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur. *Non. Patibulus.*

L. CASSII HEMINAE ANNALIUM LIB. I.

Et cum quo irent neſciebant, ilico manſerunt. *Non. Ilico.*

Prudens perplexim ſcotinos ſcribit. *Idem Perplexim.*

Homerum & Heſiodum ante Romam conditam vixiſſe Silviis Albae regnantibus, annis poſt bellum Trojanum plus centum, atque ſexaginta annis ante Romam conditam. *Gellius* XVII. XXII.

Eo *Evandro* regnante forte Recaranus quidam Graecae originis ingentis corporis & magnarum virium paſtor, quia erat forma & virtute ceteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. Cumque armenta ejus circa flumen Albulam paſcerentur, Cacus Evandri ſervus, nequitiae verſutus & praeter caetera furaciſſimus, Recarani hoſpitis boves ſubripuit, ac ne quod eſſet indicium, adverſas in ſpeluncam traxit. Cumque Recaranus vicinis regionibus peragratis ſcrutatiſque omnibus, ejuſcemodi latebris deſperaſſet inventurum, utcunque aequo animo diſpendium ferens, excedere his finibus conſtituerat. At vero Evander excellentiſſimae juſtitiae vir, poſtquam rem uti acta erat comperit, ſervum noxae dedit, boveſque reſtitui fecit. Tum Recaranus ſub Aventino Inventori patri aram dedicavit, appellavitque Maximam, & apud eam decimam ſui pecoris profanavit. *Autor de orig. gent. Rom.*

LIB. II.

Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerat aequaliter imperio Remum & Romulum, ita ut de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta; cui rei fecerunt fanum Laribus grundilibus. *Diomed.* I.

Ne quis regnum occuparet, ſi plebs noſtra fremere imperia coepiſſet. *Servius Aeneid.* I. ad, *circum clauſtra fremunt.*

Cen-

Cenſuit ſeſe regem Porſenam occidere. *Nonius Cenſere*.

Et in area in Capitolio ſigna quae erant, demoliuntur. *Idem Moliri*.

Tunc Marcus praeco proletarios armavit. *Idem Proletarii*.

Quae nata ſunt ea omnia denaſci ajunt. *Idem Denaſci, Decreſcere*.

Idque admiratum eſſe gaviſi. *Priſc.* IX.

Numa conſtituit, ut piſces qui ſquamoſi non eſſent ni pollucerent, parſimonia commentus ut convivia publica & privata, cenaeque ad polvevinaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum emerent pretio minus parcerent, eaque praemercarentur. *Plinius* XXXII. II.

Numa inſtituit far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam!, niſi toſtum. *Idem* XVIII. II.

Servium Tullium feciſſe nundinas, ut in urbem ex agris convenirent, urbanas ruſticasque res ordinaturi. *Macrob.* I. XVI.

Decemviros qui decem tabulis addiderunt de intercalando populum rogaſſe. *Ibidem* XIII.

Anno ab urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Coelio, Poſtumio collegisque eorum in Senatu tractatum, qui eſſet propter quod, &c. *Ibidem* XVI.

LIB. III.

In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuerunt. *Priſcian.* X.

Hos libros ſi quis noſtratis ſapiens. *Idem* XII.

Nemo vicinus conſedo. *Nonius Conſedo*.

Mulier cantabat tibiis Phrygiis,& altera cymbaliſſabat. *Idem Cymbaliſſare*.

Homo mere literoſus. *Idem Literoſus*.

LIB. IV.

Bellum Poenicum Poſterior. *Priſc.* VII.

Scriba Pontificius, qui cum eabus ſtuprum fecerat. *Ibidem*.

In Hiſpania pugnatum bis, utrasque noſtri loco moti. *Nonius Utrasque. pro, utrimque*.

Ex Tiberi lacte haurire. *Idem Lacte*.

Qua fini omnis res, atque omnes artes humanitasque aguntur. *Idem humanitas*.

Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa, qui Romae regnavit, ſitus fuiſſet. In eadem libros ejus repertos, P. Cornelio L. F. Cethego, M. Baebio Q. F. Pamphilo Coſſ. ad quos a regno Numae colliguntur anni DXXXV. & hos fuiſſe e charta, majore etiamnum miraculo quod tot infoſſi duraverint annis. *Plinius* XIII. XIII.

Mirabantur alii quomodo illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationem reddebat, Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo vorſus. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, propterea arbitrarier eos computruiſſe, & libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarier tineas non tetigiſſe. *Ibidem & Livius*.

videret, amitteret; idque ab homine acuto non eſſe neglectum. Itaque ex eo auro quod exterebratum eſſet buculam curaſſe faciendam, & eam in ſummo columnae collocaviſſe. *Idem de Divinat.* I.

Cum bello Latino ludi Votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis Inſtaurativi conſtituti ſunt, &c. *Ibidem*..

C. vero Gracchus multis dixit, ſibi in ſomnis quaeſturam petenti Tib. fratrem viſum eſſe dicere, quam vellet cunctaretur, tamen eodem ſibi leto quo ipſe interiſſet, eſſe pereundum. Hoc antequam Trib. pleb. Gracchus factus eſſet, & ſe audiſſe, & dixiſſe multis. *Ibid.*

Eo ipſo tempore cum hoc calamitoſum fieret proelium, quo C. Flaminius occiſus eſt, tantos terrae motus in Liguribus Galliae compluribusque inſulis, totaque in Italia factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terraeque deſederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint. *Ibidem*.

Per Cremonis jugum tranſiſſe Annibalem. *Livius* XXI. XXXVIII.

Servati Conſulis P. Scipionis decus ad ſervum natione Ligurem delegat, *Ibidem*.

Magonem cum equitatu & Hiſpanis peditibus flumen extemplo tranſnaſſe: ipſum Annibalem per ſuperiora Padi vada exercitum traduxiſſe, elephantis in ordinem ad ſuſtinendum impetum fluminis oppoſitis. *Ibidem*.

Fabium Dictatorem adverſus Annibalem rem geſſiſſe. Etiam eum primum a populo creatum Dictatorem. *Idem* XXII. XXXI.

Romam euntem ab Ereto divertiſse eo Annibalem tradit, iterque ejus ab Reate, Cutiliisque, & ab Amiterno orditur. Ex Campania in Samnium: inde in Pelignos perveniſſe. praeterque oppidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſse: inde Albenſi agro in Marſos: hinc Amiternum Forulosque vicum veniſse. *Idem* XXVI. II.

Eisdem diebus naves onerarias Poenorum ad LXXX. circa Sardiniam ab C. Octavio, qui provinciae praeerat, captae. Eas frumento miſso ad Annibalem, commeatuque onuſtas tradit. *Idem* XXXVIII.

Quantum militum in Africam tranſportatum ſit *a P. Scipione*, non parvo numero inter autores diſcrepat. Coelius, ut abſtinet numero, ita ad immenſum multitudinis ſpeciem auget, volucres ad terram delapſas clamore militum ait, tantamque multitudinem conſcendiſse naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. *Idem* XXIX.

Praeterquam quod non merſas fluctibus naves, ceteros omnes coeleſtes maritimosque terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſsem ad inſulam Aegimurum inde aegre correctum curſum, & prope obrutis navibus, injuſsu Imperatoris, ſcaphis haud ſecus quam naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu in terram evaſiſse. *Ibidem*.

Captum Hannonem tradit. *Ibidem*.

Vidiſ-

Digitized by Google

Vidiſſe ſe qui navigaſſet ex Hiſpania in Aethiopiam, commercii gratia. *Plinius* II. XVII. *Capella Philolog.* Lib. VI.

Alpes in longitudinem decem millia paſſuum patere a ſupero mari ad inferum. *Idem* III. XIX.

Duos elephantos Antiocho regi in bellicis uſibus celebres etiam cum nominibus fuiſſe, noviſſeque ea. *Idem* VIII. V.

In Averno etiam folia ſubſidere. *Idem* XX. XI. II.

Q. AELII TUBERONIS HISTORIARUM LIB. I.

Si quid a parentibus acceptum protinus antiquae memoriae tradiderunt. *Nonius Protinus*.

Cum Aſcanius ab univerſo populo ad reſtituendam Laviniam cogeretur, juraretque ſe neque interemiſſe, neque ſcire ubi eſſet, Tyrrhum petito ſilentio in illa concionis frequentia profeſſum indicium, ſi ſibi Laviniaeque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur, tumque eum acceptam Laviniam in urbem cum filio reduxiſſe. Poſt haec Aſcanius completis in Lavinio triginta annis, recordatus novae urbis, &c. *Autor de origine gent. Romanae*.

Servium Tullium Regem populi Rom. cum illas quinque claſſes juniorum cenſus faciendi gratia inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptendecim, atque inde ab anno ſeptimo decimo, quod idoneos jam eſſe reipublicae arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eosque ad annum quadrageſimum ſextum Juniores, ſupraque eum annum Seniores appellaſſe. *Gellius* X. XXVIII.

LIB. IV.

Inimiciter iraſcendum non eſt. *Chariſ.* II.

LIB. XIV.

Pars omnis luxuriabat. *Nonius Luxuriabat*.

INCERTA.

Προειδότες οἱ τοῦ Νομίτωρος θύσοντας τὰ Λύκαια τοὺς νεανίσκους τῷ Πανὶ, τὴν Ἀρκαδικὴν, ὡς Εὔανδρος κατεστήσατο, θυσίαν, ἐνήδρευσαν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῆς ἱερουργίας, ἡνίκα ἔχρην τοὺς περὶ τὸ Παλάντιον οἰκοῦντας τῶν νέων ἐκ τοῦ Λυκαίου τεθυκότας περιελθεῖν δρόμῳ τὴν κώμην γυμνοὺς, ὑπεζωσμένους τὴν αἰδῶ τοῖς δοραῖς τῶν νεοθύτων. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ τοὺς ἱεροποιοὺς νεανίσκους οἱ βουλόμενοι, λοχήσαντες κατὰ τὸ στενόπορον τῆς ὁδοῦ, ἐπειδὴ πρῶτον τάγμα τὸ σὺν τῷ Ῥώμῳ κατ᾽ αὐτοὺς ἐγένετο, τῶν ἀμφὶ Ῥωμύλον τε καὶ ἄλλων ὑστεριζόντων· τριχῇ γὰρ ἐνενήμηντο, καὶ ἐκ διαστήματος ἔθεον· οὐ περιμείναντες τοὺς λοιποὺς, ὁρμῶσιν ἐπὶ τοὺς πρώτους ἐμβοήσαντες ἀθρόοι, καὶ περιστάντες ἔβαλλον, οἱ μὲν ἀκοντίοις, οἱ δὲ λίθοις, οἱ δὲ ὡς ἕκαστοι διὰ χειρὸς εἶχον. οἱ δὲ, ἐκπλαγέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ πάθους, καὶ ἀμηχανοῦντες ὅτι δράσειεν πρὸς ὡπλισμένους ἄνοπλοι μαχόμενοι, κατὰ πολλὴν εὐπέτειαν ἐχειρώθησαν. (de Remo ab hoſtibus capto & Albam perducto) Dionyſ. Halic. lib. I. p. 67. lin. X.

M. Manlium & Q. Sulpitium Coſſ. in eum annum edunt. *Livius* IV.

Q. Fabium Coſ. ipſum autorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus, in bellicoſiorem annum. *Idem* X. IX.

Bello

Bello Punico primo Atilium Regulum Conſulem in Africa caſtris apud Bagradam flumen poſitis, proelium grande atque acre feciſſe adverſus unum ſerpentem illic ſtabulantem, inuſitatae immanitatis: eumque magna totius exercitus conflictione, balliſtis atque catapultis diu oppugnatum, ejusque interfecti corium longum pedes centum & viginti Romam miſiſſe. *Gellius* VI. III.

Eundem Regulum rediſſe Carthaginem, novisque exemplorum modis excruciatam a Poenis dicit; In atras, inquit, & profundas tenebras eum claudebant, ac diu poſt ubi erat viſus Sol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus ictus Solis oppoſitum continebant, atque intendere in coelum oculos cogebant, palpebras quoque ejus ne connivere poſſet ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. *Ibidem* IV.

DE OFFICIO JUDICIS LIBER.

Praecepta Aelii Tuberonis ſuper officio judicis. *Idem* XIV. II.

AD C. OPPIUM LIB.

Si generalis ſpecies ocecurrit. *Idem* VII. IX.

INCERTA.

Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. *Donatus in Phorm. Terent.*

Nam delinquet aut ſuperet aliquid tibi. *Servius Aeneid.* IV. *Delinquere, Deficere.*

Nullum Senatusconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta: quia in omnibus ſenatusconſultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria. *Gellius* XIV. VII.

Praefectum urbi Latinarum cauſſa relictum Senatum habere poſſe. *Ib.* VIII.

P. RUTILII RUFI HISTORIARUM LIBRI.

INCERTA.

Ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προσκεκρουκὼς, φησὶν ὡς καὶ τῆς ἕκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύριον εἰς τὰς φυλὰς καταβαλὼν πολὺ καὶ πριάμενος, τὸν Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς, Οὐαλέριον δὲ Φλάκκον ὑπηρέτην μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τῆς ὑπατείας λαβεῖν. (ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ) Plutarch. in Mario p. 422. A.

Admirationi fuiſſe philoſophorum trium ſui cujusque generis facundiam, violenta & rapida Carneades dicebat, ſcita & tereta Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria. *Idem* VII. XIV. *paulo aliter Macrob.* I. V. *Plin.* VII. XXX. *Pauſan.* CCXVI. *Lact.* XV. XVII. *Gell.* VII XIV.

Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo jure ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die propoſita a ſingulis atque univerſis noſcebantur. *Macrobius* I. XVI.

Scipionem hoc anno (DLXXI.) mortuum. *Livius* LX.

DE VITA SUA. LIB. I.

Pompejus elaboravit uti populum Romanum noſſet, eumque artificioſe ſalutaret. *Chariſ.* II.

LIB.

LIB. II.

Animo conſtante. *Idem* I.

LIB. III.

Pro L. familiare veniebam. *Ibidem*.

LIB. IV.

Vectigalium. *Ibidem*.

LIB. V.

Ex orbi terrarum. *Ibidem*.

Ardile. *Ibidem*.

ANNIBALICA.

Ὁ δὲ Ρυτίλιος Ροῦφος, συγγραφεὺς τῶν δὲ τῶν ἔργων ἐκείνων &c. (de bello Annibalico.) Appian. p. 522.

INCERTA.

Quodſi me invitum abire ſiniſſet. *Diomed.*

Uni una oſtentata eſt. *Ibidem*.

DE MODO AEDIFICIORUM ORATIO.

Orationes. Q. Metelli de prole augenda, & Rutilii de modo aedificiorum. *Suetonius in Auguſto*.

PRO L. CAERUCIO AD POPULUM.

Quod ego me ſpero oſtenturum. *Diomed.* I.

P. SEMPRONII ASELLIONIS HISTORIARUM.

LIB. I.

Verum inter eos qui Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas a Romanis perſcribere conati eſſent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoque anno geſtum ſit, id demonſtrabant, id eſt, eorum quaſi qui diarium ſcribunt quam Graeci ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo ſatis eſſe video, quod factum eſſet id pronuntiare, ſed etiam quo conſilio quaque ratione geſta eſſent, demonſtrare. *Gell.* V. XVIII.

Nam neque alacriores ad remp. defendendam, neque ſegniores ad rem perperam faciundum Annales libri commovere quicquam poſſunt.

Scribere autem bellum quo initum Conſule, & quomodo confectum ſit, & quis triumphans introierit, exque eo libro quae in bello geſta ſint iterare, non praedicare autem interea quid Senatus decreverit, aut quae lex rogatione lata ſit, neque quibus conſiliis ea geſta ſunt iterare, id fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere. *Ibidem*.

LIB. III.

Fieri ſolet plerum, ut in victoria mitior manſuetiorque fiat. *Priſcianus* V.

LIB. IV.

Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere L. Aemilium Paullum, nimis bonum Imperatorem ſignis collatis non decertare, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei occaſio data eſſet. *Gellius* XIII. III.

Ut major invidia Lepido gliſceretur. *Nonius Gliſcitur*.

LIB. V.

Nam Gracchus domo cum proficiſcebatur nunquam minus terna aut quaterna millia hominum ſequebantur. *Gell.* II. XIII.

Orare quidem coepit id ut ſe defenderent, liberosque ſuos, eum quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat produci juſſit, populoque commendavit prope flens. *Ibidem*.

LIB. XI.

Tam pulcrum opus, tamque artificioſe factum, paſſus eſt dirui. *Chariſ.* II.

LIB. XIII.

Facta ſua ſpectare oportere non dicta, ſi minus facundioſa eſſent. *Gellius* IV. IX.

LIB. XIV.

Crepidarium cultellum rogavit a crepidario ſutore. *Idem* XIII. XX.

Ne poſſent aut ſtationes facere hoc ſecus. *Chariſius* II.

INCERTA.

Tritarum quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat. *Servius* XII.

P. Craſſum Mutianum quinque habuiſſe rerum bonarum maxima, & praecipua: quod eſſet ditiſſimus, quod nobiliſſimus, quod eloquentiſſimus, quod juris conſultiſſimus, quod Pontifex Max. Is cum in conſulatu obtineret Aſiam provinciam, & circumſedere oppugnareque Leucas oppidum pararet, opusque eſſet firma ac procera trabe, qui arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret, ſcripſit ad magiſtrum Architectonem molis Athenienſium, ſociorum amicorumque populi Rom. ut ex malis duobus, quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet eum mittendum curaret. Tum magiſter Architecton comperto quamobrem malum deſideraret, non uti juſſus erat majorem, ſed quem eſſe magis idoneum aptioremque faciendo arieti, faciliorem que portatu exiſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit, & cum interrogaſſet cur non quem juſſerat, miſiſſet, cauſis rationibusque quas dictitabat ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit, virgisque multum caecidit, corrumpi atque diſſolvi officium omne imperantis ratus, ſi quis ad id quod facere juſſus eſt, non obſequio debito ſed conſilio non deſiderato reſpondeat. *Gellius* I. XIII.

CLODII LICINI RERUM ROMANARUM LIB. III.

Pleminium ludis votivis, quos Romae Africanus iterum Conſul faciebat, conatum per quosdam quos pretio corruperat aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occaſionem patefacto dein ſcelere delegatum in Tullianum S.C. *Livius* XXXIX. & *Valer. Maximus* lib. I. cap. I. §. 21.

C. LICINII MACRI ANNALIUM LIB. I.

Auſpicia pulchra & luculenta commemorat. *Nonius Luculentum*.

Non minimo opere milites quietes volebant eſse. *Priſcian.* VI.

Fauſtuli conjugem Accam Larentiam Romuli & Remi nutricem eſse. Hanc regnante Romulo Tarturio cuidam Tuſco diviti denuptam, auctam-

ctamque haereditate viri, quam poſt Romulo, quem educaſſet, reliquit, & ab eo Parentalia diemque feſtum pietatis cauſſa ſtatutum. *Macrob.* I.

Contentionis illius perniciosum exitum fuiſſe. Namque ibidem obſiſtentes Remum & Fauſtulum interfectos. *Autor de origine gent. Rom.*

LIB. II.

Nequaquam ſui lavandi reluant arma lue. *Nonius Lues.*

Perverſam eſſe alii modi poſtulare. *Priſcian.* VI.

LIB. XVI.

Omnium veſtrum neglexerit auctoritatem. *Diomedes* I. *Priſc.* X.

INCERTA.

Quo die Magiſtratum obiit, repente celeri gradu per forum ſe in Capitolium contendit. *Nonius Contendere.*

Pars magna laevis clypea portant. *Idem Clypeus neutro.*

Intercalationis originem Romulo aſſignat. *Macrobius* I.

Annum vertentem ſtatim ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de die natali.*

Et in foedere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetae inventos. *Livius* IV.

Magiſtratum libri, quos linteos in aede repoſitos Monetae citat identidem autores. *Ibidem.*

Eosdem Conſules inſequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum. *Ibidem.*

Comitiorum habendorum cauſſa & ab Licinio Conſule dictum *Dictatorem*, quia collega comitia bello praeferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. *Ibidem* VII.

Eodem anno C. Flavius Cn. F. Scriba patre libertino, humili fortuna ortus, &c. quem antea deſiſſe ſcriptum facere arguit, tribunatu ante geſto triumviratibusque nocturnis altero, altero coloniae deducendae. *Idem* IX.

Tertia etiam clade quae ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam Curiam facit. *Ibidem.*

Cum Q. Fabium Coſ. non petentem omnes dicerent centuriae, ipſum auctorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus. *Id.* X.

Amulium patruum Rheae Sacerdotis amore ejus captum nubilo caelo obſcuroque aere, cum primum illuſicere coepiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum in luco Martis, compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. *Autor de origine gentis Rom.*

Οὐ μετὰ Ρωμύλου παραγενόμενος, οὐδὲ χάριν ἱερῶν, ἀλλὰ μόνος, ὡς πείσων τοὺς ἀδικηθέντας ἀφεῖναι τοῖς δεδρακόσι τὴν ὀργήν· ἀγανακτήσαντός τε τοῦ πλήθους ἐπὶ τῷ μὴ παραδεδόσθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας, ὥστε Ρωμύλος ἐδικαίωσε καὶ ἡ τῶν Ρωμαίων ἐκέλευε βουλή, καὶ τῶν προσηκόντων τοῖς τεθνεῶσι κατὰ πλῆθος ὁρμησάντων ἐπ' αὐτὸν, ἀδύνατος ὢν ἔτι διαφυγεῖν τὴν ἐκ χειρὸς δίκην, καταλευσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθνήσκει. de morte Tatii. Dion. Halicarn. Lib. II. p. 115. 30.

Tarquinius Priſcus *παραγίνεται εἰς Ρώμην Αγκου Μαρκίου βασιλεύοντος κατὰ τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας.* Idem IV. p. 211. lin. 40.

Παρ' Ἀλβανῶν οἴεται τὸν δικτάτορα Ῥωμαίους εἰληφέναι, τούτους λέγων πρώτους μετὰ τὸν Ἀμυλίου καὶ Νεμίτορος θάνατον, ἐκλειπούσης τῆς βασιλικῆς συγγενείας, ἐνιαυσιαίους ἄρχοντας ἀποδεῖξαι, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσι, καλεῖν δὲ αὐτοὺς Δικτάτορας. Idem Lib.v. p.337. lin.32.

De Ovationis inventione Menenii tempore. Τότε πρῶτον τοῦτον ἐξευρούσης τὸν θρίαμβον τῆς βουλῆς. Idem lib.v. p.314. lin.4.

Οὐδὲν ἐξηπατηκότες &c. Idem vi. p.349. lin.14. vide Licinium. Et confer lib. vii. p.14. lin. 38.

PRO THUSCIS.

Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam relliquias averrerunt. *Priſcian.* x. p.900.

EPISTOLA AD SENATUM.

Illi ſuam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitae, novae cicatrici ut locus non ſit. *Non. Contendere.*

LICINII RERUM ROMANARUM LIB. XXI.

Deligare ad patibulos, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur. *Non. Patibulus.*

L. CASSII HEMINAE ANNALIUM LIB. I.

Et cum quo irent neſciebant, ilico manſerunt. *Non. Ilico.*

Prudens perplexim ſcotinos ſcribit. *Idem Perplexim.*

Homerum & Heſiodum ante Romam conditam vixiſſe Silviis Albae regnantibus, annis poſt bellum Trojanum plus centum, atque ſexaginta annis ante Romam conditam. *Gellius* xvii. xxi.

Eo *Evandro* regnante forte Recaranus quidam Graecae originis ingentis corporis & magnarum virium paſtor, quia erat forma & virtute ceteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. Cumque armenta ejus circa flumen Albulam paſcerentur, Cacus Evandri ſervus, nequitiae verſutus & praeter caetera furaciſſimus, Recarani hoſpitis boves ſubripuit, ac ne quod eſſet indicium, adverſas in ſpeluncam traxit. Cumque Recaranus vicinis regionibus peragratis ſcrutatiſque omnibus, ejuſcemodi latebris deſperaſſet inventurum, utcunque aequo animo diſpendium ferens, excedere his finibus conſtituerat. At vero Evander excellentiſſimae juſtitiae vir, poſtquam rem uti acta erat comperit, ſervum noxae dedit, bovesque reſtitui fecit. Tum Recaranus ſub Aventino Inventori patri aram dedicavit, appellavitque Maximam, & apud eam decimam ſui pecoris profanavit. *Autor de orig. gent. Rom.*

LIB. II.

Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerat aequaliter imperio Remum & Romulum, ita ut de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta; cui rei fecerunt fanum Laribus grundilibus. *Diomed.* i.

Ne quis regnum occuparet, ſi plebs noſtra fremere imperia coepiſſet. *Servius Aeneid.*i. ad, *circum clauſtra fremunt.*

Cen-

Cenſuit ſeſe regem Porſenam occidere. *Nonius Cenſere*.

Et in area in Capitolio ſigna quae erant, demoliuntur. *Idem Moliri*.

Tunc Marcus praeco proletarios armavit. *Idem Proletarii*.

Quae nata ſunt ea omnia denaſci ajunt. *Idem Denaſci, Decreſcere*.

Idque admiratum eſſe gaviſi. *Priſc.* IX.

Numa conſtituit, ut piſces qui ſquamoſi non eſſent ni pollucerent, parſimonia commentus ut convivia publica & privata, cenaeque ad polvevinaria facilius compararentur: ni qui ad pollučtum emerent pretio minus parcerent, eaque praemercarentur. *Plinius* XXXII. II.

Numa inſtituit far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam!, niſi toſtum. *Idem* XVIII. II.

Servium Tullium feciſſe nundinas, ut in urbem ex agris convenirent, urbanas ruſticasque res ordinaturi. *Macrob.* I. XVI.

Decemviros qui decem tabulis addiderunt de intercalando populum rogaſſe. *Ibidem* XIII.

Anno ab urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Coelio, Poſtumio collegisque eorum in Senatu tractatum, qui eſſet propter quod, &c. *Ibidem* XVI.

LIB. III.

In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuerunt. *Priſcian.* X.

Hos libros ſi quis noſtratis ſapiens. *Idem* XII.

Nemo vicinus conſedo. *Nonius Conſedo*.

Mulier cantabat tibiis Phrygiis,& altera cymbaliſſabat. *Idem Cymbaliſſare*.

Homo mere literoſus. *Idem Literoſus*.

LIB. IV.

Bellum Poenicum Poſterior. *Priſc.* VII.

Scriba Pontificius, qui cum eabus ſtuprum fecerat. *Ibidem*.

In Hiſpania pugnatum bis, utrasque noſtri loco moti. *Nonius Utrasque. pro, utrimque*.

Ex Tiberi lacte haurire. *Idem Lacte*.

Qua fini omnis res, atque omnes artes humanitasque aguntur. *Idem humanitas*.

Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa, qui Romae regnavit, ſitus fuiſſet. In eadem libros ejus repertos, P. Cornelio L. F. Cethego, M. Baebio Q. F. Pamphilo Coſſ. ad quos a regno Numae colliguntur anni DXXXV. & hos fuiſſe e charta, majore etiamnum miraculo quod tot infoſſi duraverint annis. *Plinius* XIII. XIII.

Mirabantur alii quomodo illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationem reddebat, Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo vorſus. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, propterea arbitrarier eos computruiſſe, & libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarier tineas non tetigiſſe. *Ibidem & Livius*.

Digitized by Google

INCERTA.

Quicunque propter plevitatem agro publico ejecti ſunt. *Nonius Plevitatem*.

His perſuadet, ut ilico manerent; pars ilico manet. *Idem Ilico*.

Sinvegiae magalia addenda, murumque circum eam. *Servius*. Adulatique erant ab amicis & adhortati. *Priſcian.* VIII.

Tarquinium Superbum cum cloacas populum facere coegiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſiſſe corpora eorum cruci affigi. Tum primum turpe habitum eſt mortem ſibi conſciſcere. *Idem* XII. ad, *Et modum informis Letbi*.

Samothracas Deos, eosdemque Romanorum Penates, proprie dici θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστοὺς, θεοὺς δυνατούς. *Macrob.* III. & IV. *& forte ex eo P. Sabin. ad Aen.* I. Samothracum deos apud nos penateis dici.

Primum e medicis veniſſe Romam Peloponneſo Archagatum, Lyſaniae filium, L. Aemilio, M. Livio Coſſ. anno urbis DXXXV. eique jus Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emtam ob id publice. Vulnerarium eum fuiſſe e re dictum. *Plin.* XXIX. I.

Quartos ludos ſaeculares poſt annum factos, tertium, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorin. De die natali* cap. XVII.

Q. CLAUDII QUADRIGARII ANNALIUM LIB. I.

Cominius qua eſcenderat deſcendit, atque verba Gallis dedit. *Gell.* XVII. II.

Cum his conſermonabatur. *Ibidem*.

Convalles & arboreta magna erant. *Ibidem*.

Putabant eos, qui foris atque qui in arce erant inter ſe commutationes & conſilia facere. *Ibidem*.

Seſe ne id quoque quod tum ſuaderet, facturum eſſe. *Ibidem*.

Nam M. Manlius quem Capitolium ſervaſſe a Gallis ſupra oſtendi, cujusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exſuperabilem reſp. ſenſit: is & genere, & vi, & virtute bellica nemini concedebat. Simul forma, factis, eloquentia, acrimonia, confidentia pariter praecellebat, ut facile intelligeretur magnum viaticum ex ſe atque in ſe ad remp. evertendam habere. *Ibid.*

Poſtquam nuntiatum eſt, ut pugnatum eſſet in Gallos, id civitas graviter tulit. *Ibidem*.

Cum interim Gallus quidam nudus praeter ſcutum & gladios duos, torque atque armillis decoratus proceſſit, qui & viribus, & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulque virtute ceteris antiſtabat. Is maxume proelio commoto, atque utrisque ſummo ſtudio pugnantibus manu ſignificare coepit utrinque quieſcerent pugnae. Facta pauſa eſt extemplo. Silentio facto cum voce maxuma conclamat, ſi quis ſecum depugnare vellet uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem facies. Deinde Gallus irridere, atque linguam exertare. Id ſubito perdolitum eſt cuidam T. Manlio ſummo genere nato, tantum flagitium civitati accedere; e tanto

Digitized by Google

tanto exercitu neminem prodire. Is ut dico proceſſit, neque paſſus eſt virtutem Romanam a Gallo turpiter ſpoliari, ſcuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus contra Gallum conſtitit. Metu magno ea congreſſio in ipſo ponte utroque exercitu inſpectante facta eſt. Ita ut ante dixi conſtiterunt. Gallus ſua diſciplina, ſcuto projecto cantabundus; Manlius animo magis quam arte confiſus, ſcutum ſcuto percutit, atque ſtatum Galli conturbavit. Dum ſe Gallus iterum eodem pacto conſtituere ſtudet, Manlius iterum ſcuto ſcutum percutit, atque de loco hominem iterum dejecit. Eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit. Dein continuo humerum dextrum eodem conceſſu incidit, neque receſſit uſquam donec ſubvertit, ne Gallus impetum icti haberet. Ubi eum evertit, caput praecidit, torquem detraxit, eamque ſanguinolentam ſibi in collum imponit. Quo ex facto ipſe poſterique ejus Torquati ſunt cognominati. *Idem* IX. XIII.

Cajum Pontium Samnitem a Dictatore Romano ſex horarum inducias poſtulaſſe. *Idem* I. XXV.

Ea Lucani ubi reſciverunt, ſibi per fallacias verba data eſſe. *Idem* II. XIX.

Id ubi reſciverunt propinqui obſidum quos Pontio traditos ſupra demonſtravimus eorum parentes cum propinquis capillo paſſo in viam provolarunt. *Ibidem*.

Perſuadent cuidam adoleſcenti Lucano, qui apprime ſummo genere natus erat, ſed luxuria & nequitia pecuniam magnam conſumſerat. VII. XI.

Quum tantus arrabo penes Samnites populi Rom. eſſet. *Idem* XVII. II.

Ea dum fiunt, Latini ſubnixo animo ex victoria inerti, conſilium ineunt.

Arma plerique abjiciunt, atque inermi inlatebrant ſeſe. *Ibidem*.

Domus ſuas quemque ire jubet, & ſua omnia fruniſci. *Ibidem*.

Et Romani multis armis, & magno commeatu, praedaque ingenti copiantur. *Ibidem*.

Sole occaſo. *Ibidem*.

Nos in medium relinquemus. *Ibidem*.

Nihil ſibi divitias opus eſſe. *Ibidem*.

Nam haec maxime verſatur Deorum iniquitas, quod deteriores ſunt incolumiores, neque optimum quemquam inter nos ſinunt diurnare. *Ibidem*.

Et compluriens in laboribus miſerrumas vitas exegerunt. Et hic minus in otiis conſumtus eſt. *Ibidem*.

Tanta ſanctitudo fani eſt, ut nunquam quisquam violare ſit auſus. *Ibidem*.

Apud aras quae vocabantur Neptuniae. *Servius Aeneid.* I.

Cum non poſſetur decerni utrius putaretur victoria. *Non. Poſſetur.*

Prius hiſce auctoribus, inde reticula galearia. *Idem Reticulum*.

LIB.

LIB. II.

His de ſubito utriſque nuntiatur ipſorum copias adeſſe. *Idem De ſubito.*

Comprehenſare, ſuos quiſque ſervare, amplexare. *Priſcian.* VIII.

Et qui erant non ignaviter potando eum diem pro meliore habuerunt. *Idem ignaviter.*

Inde poſtquam aliquantum receſſit, offendit montem, loca munita, res omnes habere quae militibus opus ſunt, ligna, aquam, pabulum. *Idem Offendere.*

Eo Conſules properatim exercitum reducunt. *Idem Properatim.*

Perverſum eſſe alii modi poſtulare Pyrrhum in te atque in ceteris fuiſſe. *Priſc.* XIII.

LIB. III.

Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti. *Macrob.* I.

Illic occiditur mille hominum. *Gellius* I. XVI.

Dum hi conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum. *Idem* I. VII.

Non Caeditio nomen fuiſſe, ſed Valerio. *Idem* III. VII.

Non Timocharem ſed Niciam adiſſe ad Conſulem, neque Legatos a Senatu miſſos, ſed a Conſulibus, & Regem populo Rom. laudes atque gratias ſcripſiſſe, captivoſque omnes quos tum habuerit, reſtituiſſe & reddidiſſe. *Ibidem* VIII.

Conſules Romani ſalutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis injuriis continuo animo ſtrenue commoti inimiciter tecum bellare ſtudemus, ſed communis exempli & fidei ergo viſum eſt, uti te ſalvum velimus, ut eſſet quem armis vincere poſſimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui ſibi pretium a nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet. Id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi expectaret. Et ſimul viſum eſt, ut te certiorem faceremus, ne quid ejuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio civitates putarent factum; & quod nobis non placet pretio, aut praemio, aut dolis pugnare. Tu niſi caveas, jacebis. *Ibidem.*

Item gaudium atque aegritudinem alternatim ſequi. *Non. alternatim.*

Adeo memorari vix poteſtur, ut omnes ſimul ſuum quiſque negotium adorti eſſent. *Idem poteſtur.*

Fabius de nocte coepit hoſtibus caſtra ſimul oppugnare, eum hoſtem delectare, dum collega id caperet, quod captabat. *Idem Delectare.*

LIB. IV.

Et ita rebus praeclariter geſtis Romam reverterunt. *Idem Praeclariter.*

Sed circiter horas duas gravi proelio urſerunt, deinde in fugam ſunt conjecti. *Idem Urgere.*

Pluvia, imbri, lutus erat multus. *Idem Lutus.*

Ut

Digitized by Google

Ut videret ac reſpueret, verminaret literis addivalis, quod verminatione ad cancer pervenerit. *Priſcianus* vi.

Inter venas ſaxi abſtruſum, latentem, & quaſi divinitus abſconditum. *Servius Georg.* i.

LIB. V.

Is ubi Dacium cognovit, & patriae eum recordavit. *Nonius Recordavit.*

Et dicerent caſtra capta eſſe, atque hos cohortarent uti maturarent. *Idem Cohortarent.*

Cladem illam vaſtiſſimam pugnae Cannenſis factam ante diem quartum Nonas Sextil. *Gell.* v. xvii.

LIB. VI.

Actorius Taureae dexterum humerum ſauciat, atque ita reſiliit. *Priſcian.* x.

Deinde facti conſules Sempronius Gracchus iterum, Q. Fabius Maxumus, filius ejus qui priore anno erat Conſul. Ei Conſuli pater Proconſul obviam in equo vehens venit, neque deſcendere voluit, quod pater erat. Et quod inter eos ſciebant maxuma concordia convenire, lictores non auſi ſunt deſcendere jubere. Ubi juxta venit, tum Conſul ait, Deſcendere jube: quod poſteaquam lictor ille qui apparebat, cito intellexit, Maxumum Proconſulem deſcendere juſſit. Fabius imperio paret, & filium collaudavit, cum imperium quod populi eſſet, retineret. *Gellius* ii. ii.

Paene factum eſt quin caſtra relinquerent, atque cederent hoſti. *Idem* xvii. xiii.

Ne nos ad certationem cenſeas haec incepiſſe. *Nonius Cenſere.*

Aliquantiſper pugnato nihil promovet Poenus. *Idem Aliquantiſper.*

LIB. VII.

Animos eorum habentia inflarat. *Idem Habentia.*

LIB. VIII.

In eo loco populus murmurari coepit. *Idem Murmurari.*

Romam venit, vix ſuperat quin triumphus decernatur. *Gellius* xvii. xiii.

Quin prior bellum, quod cum his geſtum erat, meminiſſent. *Priſcian.* vii. pag. 767.

Ubi decreverunt, commemorant Graccho foedus prior Pompejanum non eſſe ſervatum. *Ibidem.*

Flacco oſpicatur. *Diomedes* i.

LIB. XII.

Quinque priſtis, navigium forma a marina bellua dictum eſt. *Nonius Priſtis.*

LIB. XIII.

Concione dimiſſa Metellus in Capitolium venit cum multis mortalibus. Inde cum domum proficiſceretur, tota civitas eum reducit. *Gellius* xiii. xxvii.

LIB. XV.

Grundibat graviter pecus ſuillum. *Diomed.* I. *Nonius Grundire*.

LIB. XVI.

Equi hinnibunde inter ſe ſpargentes terram calcibus. *Nonius Hinnibunde*.

LIB. XVIII.

Si pro tua bonitate & noſtra voluntate tibi valetudo ſuppetit, eſt quod ſperemus Deos bonis benefacturum. *Gellius* I. VII.

LIB. XIX.

Sagittarius cum funditore utrimque ſummo ſtudio ſpargunt fortiſſume: ſed ſagittam atque lapidem deorſum an ſurſum mittas, hoc intereſt. Nam neutrum poteſt deorſum vorſum recte mitti; ſed ſurſum utrumque optume. Quare milites Metelli ſauciabantur multo minus, & quod maxume opus erat, a pinnis hoſtes defendebant facillume funditores. *Idem* IX. I.

Tum Sulla conatus eſt, & tempore magno eduxit copias, ut Archelai turrim unam quam ille interpoſuit ligneam, incenderet. venit, acceſſit, ligna ſubdidit, ſubmovit Graecos, ignem admovit. Satis ſunt diu conati, numquam quiverunt incendere. Ita, Archelaus omnem materiam obleverat alumine. Quod Sulla atque milites mirabantur, & poſtquam non ſuccendit, reduxit copias. *Idem* XV. I.

C. Marium creatum ſeptimo conſulem. *Idem* X. I.

C. Mari ecquando te noſtrum & reipublicae miſerebitur? *Id.* XX. V.

Faciem pro ſtatura dicit. *Idem* XIII. XXIX.

LIB. XXI.

Eum enim cum partim copiis hominum adoleſcentium placentem ſibi. *Idem* X. XIII.

Crudeliter ille, nos miſericorditer, avariter ille, nos largiter. *Nonius Avariter*.

LIB. XXII.

Cum obſideretur Grumentum, & jam ad ſummam deſperationem ventum eſſet, duos ſervos ad hoſtem transfugiſſe & operae pretium feciſſe: deinde urbe capta paſſim diſcurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua ſervierant praecucurriſſe; & dominam ſuam ante ſe egiſſe, & quaerentibus quaenam eſſet, dominam, & quidem crudeliſſimam ad ſupplicium ab ipſis duci profeſſos eſſe. Eductam deinde extra muros ſumma cura celaſſe, donec hoſtilis ira conſideret. Deinde ut ſatiatus miles ad Romanos mores cito rediit, illos quoque ad ſuos rediſſe, & dominam ſibi ipſos dediſſe. Manumiſit utrumque e veſtigio illa. *Seneca de beneficiis* III. XXIII.

LIB. XXIII.

Sed idcirco me feciſſe; quod utrum neglegentia partim magiſtratuum, an avaritia, an calamitate populi Rom. eveniſſe dicam, neſcio. *Gellius* X. XIII.

INCERTA.

Exercitu inſtructo pedetentim milites ducere coepit. *Nonius Pedetentim.*

Ita per ſexennium vagati, Apuliam atque agrum Campanum quod his per militem licebat, exſpoliabantur. *Idem Spolior.*

Agrum Nolanum populare coeperunt. *Idem Populat.*

Facite exempla eorum, ut vos cum illis congermaneſcere ſciatur. *Idem Congermaneſcere.*

Senatus cenſuit referentibus Suffetis. *Feſtus, Suffes, Conſul, lingua Poenorum.*

Pugna acriter commiſſa multis utrimque interitis. *Priſcian.* IX.

Ad CCCL. conjuratis vinctos Romam miſſos, eamque deditionem ab Senatu non acceptam, quod egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum cenſuerint. *Livius* VIII.

Poſthumium in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum: ab Atilio in Etruria res geſtas, eumque triumphaſſe. *Idem* X.

Bis pugnatum in Olympo monte: ad XL. millia hominum caeſa. *Idem* XLVII.

Ad XV. millia Thracum praecedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidae occurrerunt, quadringenti equites fuerant Numidae, &c. *Ibidem.*

In proelio Marcelli contra Inſubres & Comenſes captos aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis in Capitolio Jovi donum in aede poſitum. *Ibidem.*

Gargara flumen vocari in finibus Thurinis. *Servius Georgic.* I.

CLAUDII ORATIO IN QUINTIUM GALLUM.

Quorum jacent muraena, ulla horrea, curiaque & tabulariae publicae. *Nonius. Horrea feminino genere.*

Q. VALERII ANTIATIS ANNALIUM LIB. I.

Amulius regnum obtinuit: quod ut firmiſſime poſſideret, Numitoris fratris ſui filium in venando interimendum curavit: Tum etiam Rheam Silviam ejus ſororem ſacerdotem Veſtae fieri juſſit, ſimulato ſomnio quo ammonitus ab eadem Dea eſſet ut id fieret, cum revera ita faciundum ſibi exiſtimaret, periculoſum ducens ne quis ex ea naſceretur, qui avitas perſequeretur injurias. *Autor de orig. gent. Rom.* cap. XIX.

Pueros ex Rhea Silvia natos Amulium regem Fauſtulo ſervo necandos dediſſe: ſed eum a Numitore exoratum ne pueri necarentur, Accae Larentiae amicae ſuae nutriendos dediſſe, quam mulierem eo quod pretio corpus eſſet vulgare ſolita, Lupam dictam. *Ibidem* cap. XXI.

Digitized by Google

LIB. II.

Mater cum noviſſime aegrotaſſet, inquit, noviſſe fertur. *Chariſ.* II.

Numam Pompilium ſacrorum cauſſa intercalationem inveniſſe. *Macrob.* I. XII.

Agonaliorum repertorem Numam Pompilium. *Ibidem* IV.

Numam illum regem, cum procurandi fulminis ſcientiam non haberet, eſſetque illi cupido noſcendi, Egeriae monitu caſtos duodecim juvenes apud aquam celaſſe cum vinculis, ut cum Faunus & Martius Picus ad id locorum veniſſent hauſtum (nam illis aquandi ſollemne iter huc fuit) invaderent, conſtringerent, colligarent, ſed quo res fieri expeditius poſſet, regem pocula non parvi numeri vino, mulſoque compleſſe, circaque acceſſus fontis inſidioſam venturis oppoſuiſſe fallaciam. Illos more de ſolito bibendi appetitione correptos, ad hoſpitia nota veniſſe. Sed cum liquoribus odoratis offendiſſent fragrantia pocula, vetuſtioribus antepoſuiſse res novas, invaſiſse aviditer dulcedine potionis captos, hauſiſse plus nimio, obdormiviſse, factos graves: tum bis ſenos incubuiſse ſopitis, injeciſse madidatis vincula, expergitosque illos ſtatim perdocuiſſe regem, quibus ad terras modis Jupiter poſset & ſacrificiis elici: & accepta regem ſcientia rem in Aventino feciſse divinam, elexiſse ad terras Jovem, ab eoque quaeſiſse ritum procurationis & morem: Jovem diu cunctatum, expiabis dixe capite ſulgurita, regem reſpondiſse caepicio: Jovem rurſus, humano: retuliſse regem, ſed capillo, Deum contra anima: piſcis ſubjeciſse Pompilium. Tunc ambiguis Jovem propoſitionibus captum extuliſse hanc vocem, decepiſti me Numa; nam ego humanis capitibus procurari conſtitueram ſulgurita, non capillo caepicio: quoniam me tamen tua circumvenit aſtutia, quem voluiſti habeto morem: & his rebus, quas pactus es, procurationem ſemper ſuſcipies ſulguritorum. *Arnobius* V. *circa principium. Et Plutarch. in Numa.*

LIB. VI.

Hoc Senatusconſultum prior factum eſt. *Priſc.* V.

LIB. XII.

Tiberius Gracchus, qui Quaeſtor C. Mancino in Hiſpania fuerat, & ceteri qui pacem ſpeſponderant. *Gellius* VII. IX.

LIB. XXII.

Quod noviſſime nobiſcum foedus feciſsent. *Chariſ.* II.

LIB. XXIV.

Si hae res divinae factae, riteque perlitatae eſsent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſsurum eſse. *Gellius* I. VII.

LIB. XLV.

Denique Licinius Tribunus pleb. perduellionis ei diem dixit, & comitiis diem a Q. Marcio Praetore popoſcit. *Idem* VII. IX.

LIB. LXXIV.

Eo omnes hoſtiae, vituli XXVII. conjecti, & ita omnia aduſta ſunt. *Priſcian.* IX.

LIB.

Digitized by Google

LIB. LXXV.

Deinde funere locato ad ſocum deſcendidit. *Gellius* VII. IX.

INCERTA.

Compluria. *Idem* V. XXI.

Ambracienſis quiſpiam Tymochares, regis Pyrrhi amicus, ad C. Fabricium Conſulem furtim venit ac praemium petivit, & ſi de praemio conveniret, promiſit regem venenis necare. *Idem* III. VIII.

Eam puellam captivam non redditam patri, ſed retentam a Scipione, atque in deliciis amoribusque ab eo uſurpatam. *Idem* VI. VIII.

Poſt Africani mortem interceſſionem iſtam pro Scipione Aſiatico factam eſſe a Tib. Graccho neque multam irrogatam Scipioni, ſed damnatum eum peculatus ob Antiochenam pecuniam, quia praedes non daret, in carcerem duci coeptum atque ita intercedente Graccho exemtum. *Id.* VII. XIX.

Acca Larentia teſtamento Romulum regem bonis ſuis haeredem fecit. *Idem* VI. VII.

Valerio Maximo inter alios honores domus quoque publice aedificata eſt in Palatio, cujus exitus quo magis inſignis eſſet, in publicum verſus declinaretur, hoc eſt, extra privatum aperiretur. *Aſconius Pedian. in Piſonianam*.

Factum id eſſe ludis Romanis quos fecerunt Aediles Curules Atilius Serranus T. Scribonius Libo, id eos feciſſe juſſu Cenſorum Sex. Aelii Paeti, C. Cornelii Cethegi. *Idem in Cornelianam*.

Ita inſtitutum eſſe ut centeſimo quoque anno fierent (ludi ſaeculares) *Cenſor. de die nat.*

Primos ludos ſaeculares exactis Regibus, poſt Romam conditam annis ducentis quadraginta quinque a Valerio Publicola inſtitutos eſſe. *Ibidem.*

Secundos ludos annos poſt Urbem conditam CCCV. *Ibidem*.

Tertii ludi fuerunt P. Claudio Pulchro, Junio Pullo Coſſ. *Ibidem*.

Quartos ludos relatos eſſe L. Martio Cenſorino M. Manilio Coſs. poſt Romam conditam anno DCVIII. *Ibidem*.

L. Martium in Hiſpania interemtis Scipionibus concionantem, & milites ad ultionem exhortantem, arſiſſe ſimili modo. *Plin.* IX. CVII.

Oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege; ex cujus praeda is Capitolium in fine refecerit. *Idem* III. V.

Δώδεκα μὲν εἶναι βίβλυς (Numae ſcilicet) *ἱεροφαντικὰς, δώδεκα δὲ ἄλλας Ἑλλωικὰς φιλοσόφυς εἰς τὴν σορὸν σιωπηθείσας*. Plutarch. in Numa p. 74. E. *Ἁρπασθεῖσαι δέ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, Οὐαλέριος δὲ Ἀντιας, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας*. (de numero Sabinarum) Idem in Romulo. p. 25. E.

Romanos cecidiſſe in Hernico agro Umillia, ac CCC. ex praedatoribus Aequorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Poſthumio Coſſ. duo millia & CCCC. caeſos, ceteram multitudinem praedam agentem, quae inciderit in Quintium, nequaquam pari defunctam eſſe caede. Interfecta inde IV. millia, & exequendo ſubtiliter numerum CC. ait & XXX. *Livius* III.

Digitized by Google

M. Manlium & Q. Sulpitium Conſules in eum annum. *Idem* IV.

Una caſtra Magonis capta: ſeptem millia caeſa hoſtium; altero proelio eruptione pugnatum cum Aſdrubale, decem millia occiſa; quatuor millia trecentos triginta captos. *Idem* XXXV.

Majorum ſcorpionum ſex millia, minorum XIII. capta: Armem praefuiſſe Punico praeſidio deditumque Romanis. *Idem* XXXVI.

Captum Hannonem tradit. *Idem* XXXIX.

Annibalem primo proelio victum eſſe a Scipione, quo duodecim millia armatorum in acie ſunt caeſa, mille & ſeptingenti capti. Legatum cum aliis decem Legatis in caſtra ad Scipionem veniſſe. *Ibidem*.

Intraſſe ſaltum Villium, quia recto itinere nequierit omnibus a rege inſeſſis, inſecutum vallem per quam mediam fertur Aous amnis ponte raptim facta in ripam, in qua erant caſtra regia, tranſgreſſum acie conflixiſſe, fuſum fugatumque regem, caſtris exutum, *&c.* *Idem* XLII.

In proelio Marcelli ſupra quadraginta millia hominum caeſa, & quingenta ſeptem militaria ſigna capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos. *Idem* XLIII.

Quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos, triginta quaterna millia pondo & ducenta, praeſens viginti millia pondo. Attalo abſenti Aeginam inſulam, elephantoſque dono datos, & Rhodiis Stratoniceam Cariae, atque alias urbes quas Philippus tenuiſſet: Athenienſibus inſulas datas Pharan, Imbrum, Delum, Scyron. *Ibidem*.

Supra XL. millia hoſtium caeſa eo die. *Idem* LXIV.

Et in Siciliam navigaſſe delectus cauſſa, C. Flaminium; & ex Sicilia Hiſpaniam petentem tempeſtate in Africam delatum vagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe his duarum provinciarum delectibus tertium in Hiſpania adjeciſſe. *Idem* XLV.

LX. millia militum fuiſſe in regio exercitu (Antiochi) LX. inde millia cecidiſſe; ſupra V. millia capta cum ſignis militaribus CCXXX. *Idem* XLVI.

Ludos ob dedicationem ejus (aedis matris magnae Ideae) factos primos ſcenicos fuiſſe, Megaleſia appellatos. *Ibidem*.

Duodetriginta millia hoſtium caeſa: capta tria millia & quadringentos: ſigna militaria CXXIV. equos mille ducentos triginta: carpenta ducenta quadraginta ſeptem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidiſſe. *Ibidem*.

Rumorem celebrem Romae fuiſſe & pene pro certo habitum, recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſa Coſſ. L. Scipionem & cum eo P. Africanum in colloquium evocatos regis, & ipſos comprehenſos eſſe, & ducibus captis confeſtim ad caſtra Romana exercitum ductum, eaque expugnata, & deletas omnes copias Romanorum fuiſſe: ob haec Aetolos ſuſtuliſſe animos, & abnuiſſe imperata facere, &c. *Idem* LXVII.

Ad quatuor millia captivorum qui belli minas timuerant, ex tota inſula reddita, eamque cauſam Fabio, cum rem nullam aliam geſſiſſet, navalis

valis triumphi ab Senatu impetrandi fuit. *Ibidem*.

Non plus decem millia (in Olympo monte caeſa.) *Idem* LXVIII.

Q. Scipioni Africanoque Q. Petilii diem dixerunt. *Ibidem*.

Placentiae famoſam mulierem, cujus amore deperiret (L. Flaminius) in convivium accerſitam. Ibi jactantem ſe ſcorto inter cetera retuliſſe, quam acriter quaeſtiones exercuiſset & quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſsurus eſset. Tum illam infra eum accubantem, negaſse umquam vidiſse quemquam ſecuri ferientem, & pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem unum ex illis miſeris attrahi juſsum, ſecuri percuſſiſse. *Idem* LXIX.

Q. Naevius Praetor ad duo millia hominum (veneficorum) damnavit. *Ibidem*.

Scipionem mortuum Appio Claudio M. Sempronio Coſs. *Ibid.*

Ocreſiam Virginem a Vulcano ſeu Lare adamatam & inde natum Servium narrant: Οἱ δὲ περὶ Ἀντίαν οὐχ οὕτω λέγουσιν, ἀλλὰ τυχεῖν μὲν τῷ Σερουΐῳ τὴν γυναῖκα Γετανίαν θνήσκουσαν, αὐτὸν δὲ, τῆς μητρὸς μαρούσης, εἰς ὕπνον ἐκ δυσθυμίας καὶ λύπης ἀποκλιθῆναι καὶ καθεύδοντος αὐτοῦ, ταῖς γυναιξὶν ὀφθῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πυρὶ περιλαμπόμενον. ὅπερ ἦν μαρτύριον αὐτῷ († αὐτοῦ) τῆς ἐκ πυρὸς γενέσεως σημεῖον δὲ χρηστὸν ἐπὶ τὴν ἀπροσδόκητον ἡγεμονίαν, ἧς ἔτυχε μετὰ τὴν Ταρκυνίου τελευτὴν, Τανακυλλίδος σπουδασάσης. Plutarch. de fortuna Romanorum. pag. 323. Ed. Francof.

CN. AUFIDII HISTORIA GRAECA.

Cicero Tuſcul. v.

AUFIDII EPITOMAE.

Aremulum Silvium non fulmine ictum ſed terrae motu prolapſum ſimul cum eo regiam in Albanum lacum. Poſt illum regnavit Aventinus Silvius. *Autor de orig. gentis Rom.*

L. CORNELII SISENNAE HISTORIARUM LIB. I.

Si quae celeriter ſolvi poterat in altum remulcat. *Nonius Remulcare.*

Nocte conſumta poſtero die per incertas vias Aeſerniam, inde Romam protinus profugerant. *Idem Protinus*.

LIB. II.

Et Marſi propius ſuccedunt, atque ſcutis projectis tecti, ſaxa certatim lenta manibus conjiciunt in hoſtes. *Macrob.* VI. IV.

Vetus atque ingens erat arbor ilex, quae circum projectis ramis majorem partem loci ſummi tegebat. *Ibidem*.

LIB. III.

Nolitote mirari quam deſperata voluntate ad unam belli faciendi viam. *Non. Nolitote*.

De virtute eorum accuſanda proloqui ſuperſederunt. *Nonius Superſedere*.

Egregias, & longe praeſtantes, ac metuendas adverſariorum opes eſse. *Non. Longe*.

Diſſi-

Diſſipatis imbricum fragminibus ac teſtis tegularum. *Non. Imbric.*

Inermos armati, impeditos expediti ſine ullo ſuorum vulnere cunctos interficiunt. *Nonius Expediti.*

Senatus autoritate ſagaria nunc. *Non. Sagaria.*

Mulierem miſſa fide ac pietate propter amoris nefarii libidinem exſtitiſſe. *Non. Mittere.*

Quod loca paluſtria quae erant, ea alte multifariam confoſſa. *Nonius Multifariam.*

Atque armis de vita certatim dimicare nitebantur. *Non. Certatim.*

Romanos impetu ſuo protelant, projectos perſequuntur. *Non. Protelare.*

Diſpalati ab ſignis, digreſſi omnes ac diſſipati. *Non. Diſpalare.*

Periclitantur tormenta ac tela, multaque genera machinamentorum. *Non. Periculum.*

Signum nactus a Papio quod inter eos tolli convenerat. *Non. Convenire.*

Omnia quae diximus loca ſtatim potitus. *Nonius Nominativus pro ablativo.*

Protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit. *Non. Populat.*

Agilem dari facilemque victoriam, neque foſſas aut vallum remoraturum. *Non. Agilem.*

Convictus tamen ex tempore ſingula conſtituit, & ſicut ſteterant manipulos obverti juſſit. *Non. Manipuli.*

Ac poſt armatos funditores & ſagittarios ponit. *Non. Funditores.*

Sparis ac lanceis eminus peterent hoſtes. *Nonius Sparus.*

Galli materibus, Suevi lanceis configunt. *Nonius Lancea.*

Alii ſaltui ac velocitati certare. *Nonius Dativus pro ablativo.*

Poſtquam ſonu ſignorum proelium magno cum clamore virorum commiſſum eſt. *Nonius Sonus.*

Adoriuntur adverſos, ut apertis lateribus. *Nonius Apertum.*

Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. *Nonius Permittere.*

Quod fortaſſean ex voluntate ſua ſumma cum claritudine celeriter confeciſſet. *Nonius Claritudo.*

Sublatus laetitia nimia, atque impotentia animi commotus. *Nonius Impotentiam.*

Poſt villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit. *Nonius Maceria.*

Occulte tacitique advenientium cohortium praeſtolari occipiunt. *Nonius Praeſtolari.*

Iiſdemque temporibus Aeſernini duplici foſſa valloque circundati, frumento adeſo, quod ex areis in oppidum portatum eſt. *Nonius Adeſum.*

Requieſcendi ſpatium nacti, condenſiores manipulatim reſiſtere hoſtibus inſtituiſſent. *Nonius Manipulatim.*

Poſt

Poſt principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae ſe mandant. *Nonius Mandare*.

Ad binum millium numero ſauciis utrimque factis. *Nonius Binum millium numero*.

Partem cohortium propter mare collocat in littore. *Non. Propter*.

Otacilium Legatum cum ſcaphis ac lembis. *Nonius Lembus*.

Praeter catapultas ſedecim quatuor baliſtas, viginti plauſtra, coriis ac minoribus ſagitsis onuſta. *Nonius Catapultas*.

Longius ſcorpios, catapultas concitat. *Nonius Scorpio*.

Manualis lapides diſpartit, propterea quod is ager omnis ejusmodi telis indigebat. *Nonius Tela*.

Servulum ejus praemio libertatis inductum magno cum tumultu conventum in populum produxit armatum. *Nonius Populum*.

Tum ſubito tacuit, atque metu & ſuſpicione propriam capere non poterat quietem. *Nonius Proprium*.

Baſſus aſſiduitate indulgitate victus. *Nonius Indulgitate*.

L. Calpurnius Piſo ex Senati conſulto duas novas tribus. *Nonius Senatus & Senati*.

LIB. IV.

Quondam Sabini feruntur voviſſe, Si res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. Quo voto damnati, fetum omnem dicuntur ejus anni ſtatim conſecraſſe. *Nonius Ver ſacrum*.

Perfuſe atque abunde ſemper uſi magnum pondus auri & argenti. *Nonius Abunde*.

Utrumne Divi cultu erga ſe mortalium laetiſcant, an ſupernae gentes humana neglegant. *Nonius Laetiſcere*.

Nam clandeſtina celeriter tranſigi, apud notos cogitata dici decet, non explanari.... crebritudine. *Nonius Crebritudinem*.

Ipſi Legati concubia nocte oppido digreſſi, jam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt. *Concubia Nocte*.

Itaque poſtero die Legatos Iguvium redeuntes apiſcitur. *Nonius Apiſci*.

C. Titinnius quidam, cui minus proprietas mentis ab natura tradita videretur, primo ante teſtudinem conſtitit: deinde apud Conſulem cauſſam atque excuſationem praeferre coepit. *Non. Teſtudin.*

Tum poſtquam apud Iguvinos ac Peruſinos ejus facti mentionem projecit. *Nonius Projicere*.

De contrario ſilentium oritur. *Nonius Silentium*.

Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur. *Nonius Amoliri*.

Jumenta, pecuda, locis trepidare compluribus. *Nonius Pecuda*.

Quod hoſtem non dubitatim cum pluteis ac ſcalis iter facere cernebat. *Nonius Dubitatim*.

Formidine oppreſſus, quod humilem caementis inſtructum oppidi murum ſciebat. *Non. Caementa*.

Populabundus agros ad oppidum pervenit. *Gellius* XI. XV.

Armati dextra ducti, magisque in latitudinem diſcedunt. *Nonius Diſcedere.*

Tum in muro virile ac muliebre ſexus, populi multitudine omni collocata. *Nonius Sexus neutri generis.*

Cuſtodiae in muro ſtatuuntur cataphractorum. *Non. Cataphracti.*

Falces injectas comminuunt, pluteos propius collocatis harpagis dejiciunt e turribus. *Nonius Falces.*

De quibus partim malleolos, partim faſces ſarmentorum incenſos ſupra vallum frequentes. *Nonius Malleoli.*

Funes expediunt clauſtra foribus impoſita periclitantur. *Nonius Expedire.*

Multi praemiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. *Nonius Permittere.*

Multi plagis adverſis icti & congenulati, Romanis praecipitatis, ipſi ſupra voluti in caput. *Nonius Congenulare.*

Neque porta, neque ullum foramen erat, quo poſſet eruptio fieri. *Nonius Foramen.*

Cohors una poſt concitata, qua murus erat interruptus, evadit. *Nonius Evadere.*

Submoti, & intra moenia rurſum coacti. *Nonius Cogere.*

Ultro citroque integrant in oppido caedem. *Nonius Integrare.*

Quid in rempublicam ſuam maxume conducere videretur. *Nonius Conducere.*

Denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret. *Nonius Civitas.*

Terrore perturbatam multitudinem ſubigunt. *Nonius Subigere.*

Ab armis te recedere, praeſidia de locis deducere. *Non. Deducere.*

Id me neque metu, neque calamitatis neceſſitudine inductum facere. *Nonius Neceſſitudo.*

Agmen perturbatum pedites inſinuant, ac loco commovent. *Nonius Inſinuari.*

Duae cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant. *Nonius Protelare.*

Exercitum diſpartiunt, ad confligendum ſe componunt. *Non. Componere.*

Jaculis celeriter conſumtis ad gladios certationem revocaverunt. *Nonius Certatio.*

Alii materibus aut lanceis, tamen medium perturbant agmen. *Nonius Lancea.*

(Galli) contra magno cum molimento, ac perpetuo ſono procedunt. *Nonius Molimentum.*

Conglobati, & collecti concrepant armis. *Nonius Crepare.*

Impedimenta collocant omnia, conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt. *Nonius Carra.*

Simul

Simul & tormenta contenduntur. *Nonius Contendere.*

Praetor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxuma pedites conduxit. *Nonius Feſtinatim.*

Denique exinanitis caſtris, Romani qui clauſo loco potuerant expedire. *Nonius Exinanita.*

Pleriſque inermis in caſtra perfugiunt. *Nonius Inermis; pro inermibus.*

Caſtra de planitie convertit in montes, ut crebro ferculis protinus procedundo, poſſet intra fines Aeſculapiorum pervenire. *Nonius Protinus.*

Et partim fera vite, partim lauro & arbuſto, ac multa pino ac myrtetis abundant. *Nonius Fera vite poſitum pro agreſti.*

Victoribus proprie ſpem, victis adverſae fortunae majorem formidinem objecit. *Nonius Proprium.*

Popedius opinione fruſtrata. *Nonius Opinio.*

Quod oppidum tumulo in excelſo loco propter mare parvis moenibus inter duas fluvias intra Veſuvium, collocatum. *Non. Fluvius fem.*

Trangreſſus fluviam, quae ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat. *Nonius Ibidem.*

Et prope mediam ad finem ripae pervenerant. *Nonius finis femin.*

Subito mare ſubhorreſcere, caecosque fluctus in ſe provolvere leniter coepit. *Nonius Coecum.*

Dum priſtinum vitium apud ignem per ſudorem corpore exhauſerunt. *Nonius Apud.*

Innoxios trementibus artubus repente extrahit, ſiſtitque in labro ſummo fluminis, coelo albente. *Nonius Labra, margines vel fines.*

Macerata gravia bellica manipulorum. *Nonius Manipuli.*

Baliſtas quatuor talentarias. *Nonius Baliſtae.*

Prorae Actuariae, trahi grandes, ac faſeli primo. *Nonius Faſelus.*

Navesque triginta biremes ac totidem myoparones. *Nonius Myoparones.*

Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur. *Nonius Centones, &, Cilicia.*

Quibus occiſis actuarias ad viginti, naves item complures onerarias incendunt. *Nonius Onerarias & Actuarias.*

Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis, omnia feciſſe ac dixiſſe ſentio. *Nonius Enixim.*

Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparaverunt. *Nonius Comparare.*

Qui tamen quibus litibus foedera majorum ſuum diſſoluta. *Nonius Accuſativus ſingularis pro genitivo plurali.*

Armis, equis, commeatibus nos magis juvarunt exleges & minus honore dignos putabitis? *Nonius Exleges.*

Tamen Tudertibus Senati conſulto & populi juſſo dat civitatem. *Nonius Juſſo.*

Milites ut lex Calpurnia conceſſerat, virtutis ergo civitate donati. *Nonius Ergo*.

Lucium Memmium, ſocerum Gai Scribonii, Tribunum plebis, quem Marci Livii conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. *Nonius Callet ſignificat ſcit*.

Quoniam neque mea nex, neque interceſſio, poſſe videtur illorum dementem reprimere audaciam. *Nonius Nex*.

Cum complures menſes barba immiſſa & intonſo capillo, lugubri veſtitu, populum vicatim flens una cum liberis circumiret, imperitum ſuſcitat vulgum. *Non. Mittere, & Vicatim*.

Neque aetatis granditatem, neque ea merita, nec ordinis honeſtatem aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi. *Nonius Granditatem*.

Judicium falſe factum. *Cariſius* I.

Ciſtasque quae erant legum ferendarum gratia paratae, dejecerunt. *Nonius Ciſtae*.

Idemque perſeveraverunt, ut lex perveniret ad Quaeſtorem, ac judices quos vellent inſtituerent, praeſeſtinatim & cupide. *Nonius Praeſeſtinatim*.

LIB. VI.

Nos una aeſtate in Aſia & Graeciae geſta iccirco literis continentia mandavimus. Ne vellicatim ac ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. *Gellius* XII. XV. *Nonius Saltuatim*.

Quam maxume celeratim poterat in inſidiis ſuos diſponit. *Gellius Ibidem Nonius celeratim*.

Marius oſtio Liris evehitur, atque Aenutiam ſuos continuatur. *Nonius Continuare*.

Romanos inferendae pernici cauſa veniſſe. *Gell.* IX. XCV. *Nonius Pernici. Et P. Sabin. ex eo ad Virg. Aen.* I. VI. *Munera laetitiamque Dii*.

LIB. VIII.

Caelum caligine ſtat. *Nonius Stat*.

LIB. XII.

Procul ſibilus ſignificare conſuli coepit. *Priſc.* VI.

LIB. IV.

Multi populi, plurimae conciones Dictaturam omnibus animis & ſtudiis ſuffragaverunt. *Nonius Refragabunt*.

INCERTA.

Urbe condita juxtim Numicium flumen obtrucatur. *Nonius Juxtim*.

Tanto plures paſſim diſpalantur. *Nonius Diſpalare*.

Hoſtes loca ſuperiora potiti. *Nonius Potitus loca*.

Simul & Senatui conſultis clariſſumis amplificati. *Nonius Senatui*.

Vitam cum dolore & inſigni cruciatu carnificatus amiſit. *Priſcian.* VIII. pag. 793.

Sic in eam paludem multi piſcium ſaliendorum cauſſa navibus ſemionuſtis commeant. *Idem* X.

Cur-

Curſim. Properatim. *Gell.* XII. XV.

Solum Antenorem prodidiſſe Ilium. *Servius Aeneid.* I.

A Latino agrum conceſſum Trojanis. *Idem* XI.

Cum Sulla in agro Nolano immolaret ante Praetorium, ab infima ara ſubito anguis emergebat, cum quidam C. Poſtumius aruſpex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret. Id cum Sulla feciſſet, tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. *Cicero de divinatione* I.

Caeciliae Q. filiae ſomnio modo Marſico bello templum eſt a Senatu Junoni Soſpitae reſtitutum. Quod quidem ſomnium mirifice ad verbum cum re conveniſſe. *Ibidem.*

Somniis credi non oportere. *Ibidem.*

Initio belli Marſici, & Deorum ſimulacra ſudaviſſe, & diſceſſiſſe caelum, & ex occulto auditas eſſe voces, quae pericula belli nuntiarent, & Lanuvii clypeos, quod aruſpicibus triſtiſſimum viſum eſſet, a muribus eſſe deroſos. *Ibidem.*

Proelio quo ad Janiculum adverſus Cinnam pugnatum eſt, Pompejanus miles fratrem ſuum, dein cognito facinore, ſeipſum interfecit. *Tacitus Hiſtoriar.* III. III.

Arae, id eſt, ſaxa, inter Africam, Siciliam & Sardiniam, & Italiam, a Siſenna Propitiae vocantur. *Servius Aeneid.* I.

L. CORNELII SISENNAE MILESIARUM LIB. I. II.

Non dignus in quem debeam Satyram calente vi adingerere. *Idem.*

LIB. XIII.

Niſi cominus excidiſſet, Quanti dantur, Tanti, inquit, Olympias. Simul haec dicens ſuavium dedit, ut ſcilicet ſubſonaret quanti pretii. *Chariſ.* II.

Proin dato aliquid quod domi habebis, inquit, quod tibi non magno ſtabit. *Ibidem.*

Confeſtim ſecuta eſt. *Ibidem.*

Eamus ad ipſum, atque ipſe commodo de parte ſuperiore deſcendebat. *Ibidem.*

Obviam venit. *Ibidem.*

Te iſtuc heſterno quoque haeſiſſe oportuerat Ariſtaee. *Ibidem.*

Quid nunc os tuum ſcalpis? quid tergiverſaris, nec bene naviter is? *Ibid.*

Nocte venimus. *Ibidem.*

Ut eum penitus utero ſuo recepit. *Ibidem.*

COMMENTARIUS IN PLAUTUM.

IN AMPHITRUONEM.

Examuſſim pro examinato. Amuſſis enim eſt tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia, an rectum opus ſurgat. *Ibid.*

Quaecunque nomina E litera ablativo ſingulari terminantur, I litera finita adverbia fiunt, ut mani, luci.

Tractim pro lente. Tuatim, ut noſtratim. *Ibidem.*

Digitized by Google

His quatuor generibus quintum accedit. *Rufinus de metris.*

De genere verſuum, qui non ſunt uniusmodi. *Ibidem.*

IN AULULARIAM.

Haec ſcaena anapaeſtico metro eſt, ſed conciſa ſunt, ut non intelligas. *Ibidem.*

IN CAPTIVOS.

Hic ornatus, S literam metri cauſſa omiſit. *Ibidem.*

IN POENULUM.

Halonium Poeni dicunt Deum, & producenda ſyllaba metri gratia exigit jambum. *Ibidem.*

IN RUDENTEM.

Fuvit extente prima ſyllaba metri cauſa. *Ibidem.*

Habiliore metro uſus eſt, ut ſolet in mulierem oratione. *Ibidem.*

Latronem producit metri cauſſa. *Ibidem.*

INCERTA SISENNAE.

Aſſentio. *Varro de L. Lat.* VII. *Quinctil.* I.

Mediterrea. *Feſtus. Melius quam Mediterranea dici putat.*

Patres familias. *Chariſius* X. *Varro* VII. *& ex iis P. Sabin. ad* XI. *Aeneid.*

ACCII HISTORIA. *Cicero de Leg.* I.

C. SALLUSTII CRISPI HISTORIARUM LIBRI.

Ὁ δὲ οὔτε νέος ὢν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμετρίαζε διὰ τὴν πενίαν, οὔτε γηράσας, διὰ τὴν ἡλικίαν. ἀλλὰ τοὺς περὶ γάμων καὶ σωφροσύνης εἰσηγεῖτο νόμους τοῖς πολίταις, αὐτὸς ἐρῶν καὶ μοιχεύων, ὥς φησι Σαλλούστιος. (de Sylla) *Nec Juvenis libidines refraenavit ab inopia, nec ab aetate ſenex, verum leges connubiales & ſumtuarias tulit civibus cum ipſe interim amoribus & adulteriis indulgeret, Plutarch. in Sylla* p. 476. *Ed. Francof.* 1620.

(*Jupiter*) *illic nutritus eſſe*, quod ut Salluſtius dicit ideo fingitur, quia primos Cretenſes conſtat inveniſſe religionem. *Serv.* ad Aen. III. v. 104.

S. GELLII INCERTA.

Literas apud Aegyptios a Mercurio repertas. *Plin.* VII. LVI.

CLODII INCERTA.

Κλώδιός τις ἐν ἐλέγχῳ χρόνων (οὕτω γάρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰσχυρίζεται τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς (vetuſta acta) ἐν τοῖς κελτικοῖς πάθεσι τῆς πόλεως (Romae ſcil.) ἠφανίσθαι. τὰς δὲ νῦν φαινομένας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι, δι' ἀνδρῶν χαριζομένων τισὶν, εἰς τὰ πρῶτα γένη καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους οἴκους ἐξ οὐ προσηκόντων εἰσβιαζομένοις. *Plutarch. in Numa.* p. 59. l. 5.

Clodius ſcribit, Commentariorum IV. ſe ex arboribus fomenta exc. *Serv.* ad *Aen.* I. v. *Rapuitque in fomite flammam.*

Aſſulae ambuſrae (ambuſtae) ligna excavata a fungis nomine accepto. *Ibidem.*

Clodeus (Clodius,) ſcriba Commentariorum: *inſinuo ut intro eam penitus.* Servius ad Aen. II. 290.

CAS-

CASSII HEMINAE INCERTA.

Caſſius Hemina tradidit Siculum quendam nomine uxoris ſuae Clitemneſtrae condidiſſe Clitemneſtrum, mox corrupto nomine Cruſtumerium dictum. *Serv. ad. Ardea Cruſtumerique* Aen. VII. p. 1190.

Cumque antea moris eſſet, uti homines decimam fructuum regibus ſuis praeſtarent; aequius ſibi ait videri Deos potius illo honore impartiendos eſſe, quam Reges; inde videlicet tractum, ut Herculi decimam profanari mos eſſet, ſecundum quod Plautus, *In partem* inquit *Herculaneam*, id eſt decimam. Conſecrata igitur ara Maxima, profanataque apud eum decima, Recaranus, eo quod Carmentis invitata, ad id ſacrum non aſfuiſſet; ſanxit, ne cui feminae fas eſſet veſci ex eo, quod eidem arae ſacratum eſſet: atque ab ea re divina feminae in totum remotae. *Auctor de orig. gentis Rom.* cap. VI.

M. TERENTII VARRONIS ANNALIUM.

LIB. I. II. III.

Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio dicunt, is quatuor ſcriptulis major fuit quam nunc eſt. *Chariſius* I.

Ἐν Ῥώμῃ δὲ τὸ παλαιὸν δόρυ φησὶν γεγονέναι τοῦ Ἄρεος τὸ ξόανον. Clemens Alexand. p. 22. Ed. L. Bat. 1616.

FABII PICTORIS INCERTA.

Οὗτος λέγει ἄρχοντι Ῥωμαίων μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ σφετερίσασθαι ἐκ τοῦ δημοσίου ὠνίων. Suidas Φάβιος, ex Polybio, ut putat Valeſius.

Q. HORTENSII ORTALI ANNALES.

Fannium qui ſcripſit hiſtoriam, generum eſſe Laelii. *Cicero ad Atticum* XII.

De virtutibus Minatii Magii. *Vellejus* II.

ORATIO PRO C. RABIRIO.

Cicatricum mearum. *Chariſius* I.

ORATIO PRO C. VERRE. *Quinctil.* X.

POEMATA. *Gell.* XIX. IX.

INCERTA.

Abuſis jam ab omnibus locis. *Priſc.* VIII.

Cervicem. *Quinct.* VIII.

T. POMPONII ATTICI ANNALES.

Quibus Coſſ. Carneades & ea legatio Romam venerit. *Cic. ad Atticum* XII.

Duos Tribunos plebis primum creatos eſſe. *Pedianus in Cornel.*

Antiochi regis filio obſidi domum publice aedificatam, quae poſtea dicitur Lucilii poetae fuiſſe. *Idem in Piſonianam.*

Romam conditam Olympiadis ſextae anno tertio. *Solinus Polyhiſt.*

DE ROMANIS FAMILIIS LIBRI. *Nepos in Vita.*

DE CONSULATU CICERONIS LIBER GRAECUS. *Ibidem.*

L. FENESTELLAE ANNALIUM LIB. I. II.

Et quaedam exta praeſente ſuis, quaedam abſente projeciſſent. *Nonius Praeſente nobis.*

LIB.

LIB. XXII.

Itaque & magiſtratum Tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adoleſcens & audax, ne imparatus ad dicendum, initionibus aſſiduis invidiam & Ptolomaeo, qui jam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo Conſuli paranti jam iter, concitare ſecundo quidem populi rumore coepit. *Nonius Rumor.*

IN ARCHAICIS.

Hic primum venator fuit: cui cum ferinae caedis cruenta vaſtatio & Solitudinum vagabunda errando curſilitas diſpliceret, plusquam etiam videns contheroletas ſuos, miſerandae necis functos interitu, artis priſtinae affectui mittens repudium, agriculturam affectatus eſt, *&c. Fulgent. lib.* III. *c.* IX.

INCERTA.

Faſcem pectoralis reticulus. *Idem. Reticulum maſcul.*

Quidam captum eſſe exiſtimant (Terentium) quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet: quum inter finem ſecundi belli Punici & initium tertii natus ſit & mortuus. Nec ſi a Numidis Gaetulis captus ſit, ad ducem Romanum pervenire potuiſſet, nullo commercio inter Italicos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, coepto. *Suetonius in vita Terentii.* Idem ibidem de Scipione & Laelio.

EPITOMARUM LIB. II.

Quemadmodum Caeſar a piratis captus ſit, utque eos ipſe poſtea ceperit, & decollaverit. *Diomedes* I.

INCERTA.*

Fruſtratus igitur a ſpe, devictus in caſtra ſe recepit. *Priſc.* VIII.

Apud quem vadatus amicitiae nodulo tenebatur. *Fulgent. Vadatus, obſtrictus.*

Aemiliam virginem XV. Kalend. Januar. eſſe damnatam. *Macrob.* I. X.

Sequebantur eum diem Saturnalia. *Ibidem.*

Poſtero autem die, qui fuit XIII. kalend. Januariarum, Liciniam virginem ut cauſſam diceret, juſſam. *Ibidem.*

Defenſus eſt Catilina a M. Cicerone. *Pedianus in Catil. & Antonium. Gellius* XV.

Rutilium Attilium Nudum appellatum, ſocerum Piſonis patris. *Idem in Piſon.*

Ad XIV. kal. Februar. Milonem Lanuvium profectum. *Idem in Milon.* p. 618. *Ed. Gronov.*

Ciceronem ſexto viceſimo aetatis anno pro Sex. Roſcio dixiſſe. *Gellius* XV. XXVIII.

Annum vertente Romae ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de die natali.*

Romae pugnaſſe *Elephantos* primum omnium in circo Claudii Pulcri aedili-

* Vide Polenum ad Frontin. de Aquaed. pag. 30.

Digitized by Google

aedilitate curuli, M. Antonio A. Poſtumio Coſſ. anno urbis DCLV. *Plinius* VIII. VII.

Togas raſas Phrygianasque divi Auguſti noviſſimis temporibus coepiſſe. *Ibidem* XLVIII.

Nomen his *mullis* a colore mulleorum calceamentorum datum. *Idem* IX. XVII.

Oleam omnino non fuiſſe in Italia, Hiſpania, atque Africa Tarquinio Priſco regnante, ab annis populi Romani CLXXIII. *Idem* XV. I.

Calpurnium & Manilium, qui Legatus C. Marii fuerat Jugurthino bello (annulos ferreos habuiſſe.) *Idem* XXX. I.

Repoſitoriis argentum addi ſua memoria coeptum. Sed eo teſtudinea tum in uſu veniſſe. Ante ſe autem paullo lignea rotunda ſolida, nec multo majora quam menſas fuiſſe. Se quidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut citro coepiſse. Mox additum argentum in angulis, lineasque per commiſsuras. Tympana vero ſe juvene appellata ſtateras & lances, quas antiqui magidas appellaverant. *Idem* XXXIII. II.

Sibyllas multas fuiſse, plurimi & maximi auctores tradiderunt Graecorum Ariſto Chius, & Apollodorus Erythraeus, noſtrorum, Varro & Feneſtella. Hi omnes praecipuum & nobilem praeter caeteras Erythraeam fuiſse commemorant *& infra* Feneſtella etiam legatos Erythras a Senatu eſse miſsos refert ut hujus Sibyllae Carmina Romam deportarentur, & ea Coſs. Curio & Octavius in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catulo reſtitutum, ponenda curarent. *Lactant. de ira Dei*. c. XXI. & lib. I. c. VI.

Ἔνιοι δέ φασιν (ὧν καὶ φενεστέλλας ἐστὶν) οὐδὲ αἰσθέσθαι τῆς μάχης τὸν Μάριον, ἀλλ᾽ ἐξ ἀγρυπνιῶν καὶ κόπων, ὑπὸ σκιᾷ τινι, χαμαὶ κατακλινέντα, τοῦ συνθήματος δοθέντος, ἐνδοῦναι πρὸς ὕπνον, εἶτα μόλις ἐξεγείρεσθαι, τῆς φυγῆς γινομένης. (de pugna cum Sylla.) Plutarch. in Sylla. p. 470. B.

Διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς, Συίλλιοι καὶ Βυβολκοὶ καὶ Πόρκιοι ἦσαν, ὡς φαινεστέλλας εἴρηκεν. Idem in Quaeſt. Romanis p. 275.

Τούτων φησὶ τὴν ἑτέραν ἤδη πρεσβῦτιν οὖσαν ὁ φενεστέλλας ἰδεῖν αὐτός, καὶ πολλάκις ἀκοῦσαι μεμνημένης ταῦτα καὶ διεξιούσης προθύμως. (de puellis loquitur quae cum Craſso fuerunt in Spelunca) Plut. in Craſso 545. A.

Alii contra magis & maſculum & feminam dicunt, *de Bytho loquitur*, ne apud ſolos Lunenſes Hermaphroditum exiſtimet Annalium Commentator Feneſtella. *Tertullian. adverſus Valentinianos. cap.* XXXV. *pag.* 262. *Ed. Priorii Pariſ.* 1675.

TANUSII GEMINI ANNALES.

Conjuraſse Caeſarem cum M. Craſso conſulari, item P. Sulla & P. Antonio. *Suetonius Julio c.* IX.

Tanuſius adjicit, Craſsum, poenitentia vel metu, diem caedi deſtinatum

natum

natum non obiiſſe, & icciroo, ne Caeſari quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat dediſſe. *Idem ibid.*

Γανύσιος (ſic enim ſcribitur in Ed. Francofurtenſi 1620.) *δὲ λέγει Κάτωνα, τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ ψηφιζομένης ἑορτὰς καὶ θυσίας, ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις ἀφοσιουμένους τὸ παρασπόνδημα ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὴν ἀρὰν εἰς τὸν αἴτιον τρέποντας.* Plutarch. in Caeſare. pag. 718.

DOMITII LIB. I.

Non orbes farreos, ſed menſarum vice ſumendi cibi gratia apium, cujus maxima erat ibidem copia, fuiſſe ſubſtratum, quod ipſum conſumtis aliis eduliis eos comediſſe. Ac poſt ſubinde intellexiſſe illas eſſe menſas quas illos comeſturos praedictum eſſet. *Autor de origin. gent. Roman.* cap. XII.

Sorte Apollinis Delphici monitum Aeneam ut Italiam peteret, ubi duo maria inveniſſet, prandiumque cum menſis comeſſet, ibi urbem uti conderet. *Ibidem.*

EGNATII LIB. I.

In ea contentione non modo Remum non eſſe occiſum, ſed etiam ulterius a Romulo vixiſſe tradit. *Ibidem* c. XXIII.

Non fulmine ictum, ſed terrae motu prolapſum, *Aremulum Sylvium*, ſimul cum eo regiam in Albanum lacum. *Idem* c. XVIII.

M. OCTAVI LIB. I.

Cum interim immolata ſue in littore ſacrificium perageret, traditur forte advertiſſe Argivam claſſem, in qua Ulyxes erat: cumque vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, itemque rem divinam interrumpere ſummum nefas duceret, caput velamento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe. Inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi. *Idem* c. XII.

Amulium patruum Rheae ſacerdotis amore ejus captum, nubilo coelo obſcuroque aere cum primum illuceſcere coepiſſet in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. Quod cum comperiſſet, celandi facti gratia per ſcelus concepti, necari juſſit ſacerdotem, partum ſibi exhiberi: Tumque Numitorem ſpe futurorum, quod hi, ſi adoleviſſent, injuriarum ſuarum quandoque ultores futuri eſſent, alios pro eis ſubdidiſſe illoſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro dediſſe nutriendos. *Ibidem.*

AS-

Digitized by Google

ASINIUS POLLIO.

Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie caeſos profligatosque adverſarios proſpicientem, haec eum ad verbum dixiſſe referens: Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Caeſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem. *Sueton. in Jul.* XXX.

Pollio Aſinius, parum diligenter (*Commentarios Caeſaris*) parumque integra veritate compoſitos putat: cum Caeſar pleraque & quae per alios erant geſta temere crediderit: & quae per ſe, vel conſulto vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum & correcturum fuiſſe. *Idem* c. LVI.

Φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτοῦ, σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος; Paulo poſt: *Φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας.* Strabo pag.193.

C. DRUSUS.

Infans adhuc, ut ſcriptum apud C. Druſum exſtat, repoſitus in cunas a nutricula, loco plano, poſtera luce non comparuit: & diu quaeſitus tandem in altiſſima turri repertus eſt, jacens contra ſolis exortum. *Sueton. in Auguſto* c. XCIV.

CN. LENTULUS GAETULICUS.

Caligulam Tiburi genitum ſcribit. *Idem* c. VIII.

Q. TUBERO.

Q. Tubero tradit, haeredem ab eo ſcribi ſolitum ex conſulatu ipſius primo, uſque ad initium civilis belli Cn. Pompejum: idque militibus pro concione recitatum. *Idem in Auguſto* c. LXXIX.

JULIUS MARATHUS.

Julius Marathus libertus in memoriam Auguſti quinque pedum & dodrantis fuiſſe ſtaturam ejus tradit. *Idem in Auguſto* c. LXXIX.

Auctor eſt Julius Marathus ante paucos quam naſceretur menſes, prodigium Romae factum publice, quo denunciabatur regem popul. Rom. naturam parturire: Senatum exterritum cenſuiſſe ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui gravidas uxores haberent, quo ad ſe quisque ſpem traheret, curaſse ne ſenatusconſultum ad aerarium deferretur. *Idem* c. LXXIX. *& iterum* c. XCIV.

JUNIUS SATURNINUS.

Junius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta C. Toranii tuto-

ris ſui proſcriptione, M. Lepidus in Senatu excuſaſſet praeterita, & ſpem clementiae in poſterum feciſſet; quoniam ſatis poenarum exactum eſſet, hunc e diverſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, ut omnia ſibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciae poenitentiam, poſtea T. Junium Philopoemenem, quod patronum ſuum proſcriptum celaſſe olim diceretur, equeſtri dignitate decoravit. *Sueton. in Auguſto* cap. XXVII.

M. ACTORIUS NASO.

Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo, auctores ſunt, conſpiraſſe eum *Julium Caeſarem* etiam cum Cn. Piſone adoleſcente, &c. *Sueton. in Julio* cap. IX.

EULOGIUS.

Exſtat Q. Eulogii ad Q. Vitellium divi Auguſti quaeſtorem libellus, quo continetur, Vitellios Fauno, Aboriginum rege, & Vitellia, quae multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperaſſe. *Suetonius in Vitellio* c. I.

T. AMPIUS.

Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius ſcribit: Nihil eſſe rempub. appellationem modo, ſine corpore ac ſpecie. Sullam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum, ac pro legibus habere quae dicat. *Sueton. in Julio* cap. LXXVII.

VAL. MESSALA.

Valerius Meſſala tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem, poſt proditam Sex. Pompei claſsem. *Sueton. in Auguſto* c. 74.

CASSIUS SEVERUS.

Caſſius Severus nec minus alii prodiderunt, eundem & ſutorem veteramentarium: cujus filius ſectionibus & cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari, Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia, equitem Rom. genuerit. *Suetonius in Vitellio* c. II.

PESTANUS VIBONENSIS.

Pedibus equos transmiſimus, *Macrobius* c. IV. lib. VI. *Saturnal.*

HO-

HOSTIUS.

Hunc ſecutus Hoſtius poeta in lib. II. *belli Hiſtrici ait:*

——— Non ſi mihi linguae
Centum atque ora ſient totidem, vocesque liquatae.

Idem lib. VI. *cap.* III. *Saturn.*

IN PRIMO.

Ille gravi ſubito devinctus vulnere habenas
Miſit equi, lapſusque in humum defluxit, & armis
Reddidit aeratis ſonitum. *Macrob. Saturn.* VI. IV.

IN PRIMO ANNALI.

Interea Oceani linquens Aurora cubile.
—— mitemque rigat per pectora ſomnum.

IN SEXTO.

Quod genus hoc hominum Saturno ſancte create?

IN DECIMO.

Rumoresque ferunt varios & multa requirunt.

IN UNDECIMO.

Nomine quemque ciet, dictorum tempus adeſse
Commemorat.

Deinde infra:

Confirmat dictis ſimul atque exſuſcitat acres
Ad bellandum animos reficitque ad proelia mentes.

PESCENNIUS FESTUS.

Carthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſoliti immolare: & cum victi eſsent ab Agathocle rege Siculorum, iratum ſibi deum putarunt: itaque ut diligentius piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios immolarunt. *Lactant. lib.* I. *cap.* XXI. *divinar. inſtitutionum.*

AUGUSTUS CAESAR.

Ipſe Auguſtus nihil amplius quam equeſtri familia ortum *ſe ſcribit*, vetere & locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus fuerit. *Sueton.* c. II.

Impetum ſe cepiſse *ſcribit* frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſsaret: neque tamen perſeveraſse, quia certum haberet, poſse per ambitionem quandoque reſtitui. *Sueton.* c. XLII.

Ipſe ſcribit invitaſse ſe quendam, in cujus villa maneret, qui ſpeculator ſuus olim fuiſset. *Idem* c. LXXIV.

DE VITA SUA LIB. II.

Iis ipſis Ludorum diebus, ſidus crinitum per ſeptem dies in regione coeli, quae ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Caeſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt. *Servius ad* I. *Georg.* Et *Plin.* lib. II. *c.* XXV.

Circa horam octavam ſtella ampliſſima, quaſi lemniſcata corona, orta eſt; quam quidam ad illuſtrandam gloriam Caeſaris juvenis pertinere exiſtimabunt. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit: eique in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem, poſuit; inſcriptum in baſi fuerat, ΚΑΙCΑΡΙ ΗΜΙΘΕΩ. Sed Vulcanus aruſpex in concione dixit cometen eſſe, qui ſignificaret exitum noni ſaeculi & ingreſsum decimi. Sed quod invitis Diis ſecreta rerum pronunciaret, ſtatim ſe eſse moriturum. Et nondum finita oratione, in ipſa concione concidit. *Servius ex Baebio Macro*.

LIB. X.

Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt. Et id ſe obſervaſse etiam D. Auguſtus *libro* X. *de vita ſua ſcribit*. *Ulpian. lib.* XI. *de officio Procuratoris L. de Cadav. Damnatorum.*

C. OPPIUS.

DE VITA ET REBUS AFRICANI.

Mater Africani diu ſterilis exiſtimata eſt. P. quoque Scipio, cum quo nupta erat, liberos deſperavit. Poſtea in cubiculo, atque in lecto mulieris, cum abſente marito cubans ſola obdormiſset, viſus repente juxta eam cubare ingens anguis; iſque iis, qui viderant territis & clamantibus elapſus inveniri non potuit. idipſum P. Scipio ad aruſpices retulit. Ii ſacrificio facto reſponderunt fore, ut liberi gignerentur. Neque mulier diebus, poſteaquam ille anguis in lecto viſus eſt, multis concepit: Concepti foetus ſigna atque ſenſum patitur, exinde menſe decimo peperit, natuſque eſt hic P. Scipio Africanus, qui Annibalem & Carthaginenſes in Africa bello Punico ſecundo vicit. *Agell.* VII. I.

Idem literis mandarunt, Scipionem Africanum ſolitaviſse noctis extremo, priuſquam diluculAret, in capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam Jovis, atque ibi ſolum diu demorari: quaſi conſultantem de re publica cum Jove; Aedituoſque ejus templi ſaepe eſſe demiratos, quod ſolum id temporis in Capitolium ingredientem canes ſemper in alios ſaevientes, neque latrarent eum neque incurrerent.

DE

DE VITA C. MARII.

C. Marium, qui ſepties conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum varices, unum hominum Oppius auctor eſt. *Plinius lib.* XI. *c.* XLV.

IN VITA CASSII.

Vulgu. *Chariſius lib.* I.

MASSURIUS SABINUS.

Libro I. *Memorialium*.

Ea mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amiſit. In illius locum Romulus Accae Larentiae ſeſe filium dedit: ſeque & ceteros ejus filos fratres Arvales appellavit. ex eo tempore collegium manſit fratrum Arvalium numero duodecim: cujus ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona & albae infulae. *Gellus lib.* VI. C. II.

LIB. II.

M. Octavius Herennius prima adoleſcentia tibicen, poſtquam artis diffiſus ſuae eſt, inſtituit mercaturam. Et bene re geſta, decimam Herculi profanavit. Poſtea cum navigans hoc idem ageret, a praedonibus circumventus fortiſſime repugnavit & victor receſſit. Hunc in ſomniis Hercules docuit ſua opera ſervatum. Cui Octavius impetrato a magiſtratibus loco aedem ſacravit & ſignum; VICTOREMQUE literis inciſis appellavit. *Macrob.* III. C. VI.

LIB. VII.

Cenſores P. Scipio Naſica & M. Popilius, quum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt, & cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis, quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius meus. Viſum eſt parum reverens eſſe reſponſum: relatusque in aerarios ut mos eſt. *Gellius lib.* V. C. XX. *& Nonius*, *Strigoſus*.

LIB. XI.

Civica corona tum dari ſolebat, cum is, qui civem ſervaverat, eodem tempore etiam hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat. Aliter jus civicae coronae negat conceſſum. Tiberium tamen Caeſarem conſultum, an civicam coronam capere poſſet, qui civem in proelio ſervaſset & hoſtes ibidem duos interfeciſset, ſed locum, in quo pugnabat, non retinuiſset, eoque loco hoſtes potiti eſsent, reſcripſit, eum quoque civica dignum videri, quod appareret tam iniquo loco ab eo

Digitized by Google

eo ſervatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit. *Gellius lib.*v. *cap.*VI.

Pedibus ingredi ovantes, *dicit*, ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. *Ibidem*.

FASTORUM LIB. II.

Vinaliorum dies Jovi ſacer eſt, non ut quidam putant Veneri.

Liberalium dies a pontificibus Agonium Martiale appellatur.

Eam noctem deincepsque inſequentem diem qui eſt Lucarium. *Macrob.* lib. I. *c.* IV.

JULIUS HIGINUS LIB. VI. DE VITA ET REBUS ILLUSTRIUM VIRORUM.

Legatos *dicit* a Samnitibus ad C. Fabricium imperatorem populi Romani veniſſe; & memoratis multis magnisque rebus quae bene ac benivole, poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet, obtuliſſe dono grandem pecuniam oraſſeque, uti acciperet utereturque, atque id facere Samnites dixiſſe, quod viderent multa ad ſplendorem domus atque victus defieri, neque pro magnitudine dignitateque lautum paratumque eſſe. Tum Fabricius planas manus ab auribus ad oculos & infra deinceps ad nares & ad os & ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxiſſe, & legatis ita reſpondiſſe: Dum illis omnibus membris, quae attigiſſet, obſiſtere atque imperare poſſet, numquam quicquam defuturum: propterea pecuniam, qua nihil ſibi eſſet uſus, ab iis quibus eam ſciret uſui eſſe, non accipere. *Gell.* lib. I. *c.* XIV.

CON-

Digitized by Google

CONSTANTII FELICII DURANTINI

HISTORIA CONJURATIONIS CATILINARIAE, NON PAUCA A SALLUSTIO PRAETERMISSA CONTINENS.

EXCUSATIO IPSIUS AUCTORIS EX EJUS

AD LEONEM X. PAPAM

PRAEFATIONE DECERPTA.

AJunt, me temere & arroganter feciſſe, quod de iis rebus ſcribere auſus ſum, de quibus tam diligenter Saluſtius hiſtoriam ſcripſerit. De quo inquam tete, o Cicero, obteſtor, me quod viderem, res tuas geſtas partim obſcuras & varias, & multis locis ſparſas, partim minus quam oportuit, celebratas, icciřco rerum tuarum commentarios confeciſſe. Audieram ego Saluſtium tuum fuiſſe inimicum: Legeram illius in te inimiciſſimam orationem; videram illum in Catilinario multa de ſilentio tranſiiſſe. Quid enim glorioſius M. Ciceroni contingere potuit, quam ut pater patriae nominaretur? nullum de hoc fit a Saluſtio verbum. Siletur de ſupplicatione, qui honos tunc maximus putabatur. Muta eſt illa S. P. Q. R. praeclara & vera laudatio. Reticetur de illa inaurata ſtatua, qua Cicero a Capuae decurionibus donatus fuit. Atque ut ego quod ſentio, jam apertius dicam: Quoties ego Saluſtium lego, toties rempublicam caſu magis & felicitate, quam virtute conſervatam judico. Cum vero Ciceronem alioſque revolvo, tum exiſtimo, quod bellum nullum majus magiſque periculoſum commemorari poſſit, neque majore conſilio & virtute reſtinctum. Nunquam enim improbi paratiorem ducem habuerunt, neque majus odium unquam in rep. verſatum eſt. Mihique videtur (ut ad Criſpum redeam) illa Saluſtiana conjurationis deſcriptio, lamentatio quaedam & querela temporum ſuorum. Dixit enim multa de magnitudine animi, de liberalitate multa, de juſtitia, de fortitudine, pietate, conſtantia, religione, de ceteris virtutibus multa. De luxuria vero ſuorum temporum, de libidine, de corruptelis, de protervitate, de ſumtibus, de vitiis juventutis, de corruptis civitatis moribus, immenſa fuit oratio. Caetera vero magis Caeſaris & Catonis praeconia videntur, quam Ciceronis laudatio. Quamquam Caeſar, judicio meo cum omnibus fere aliis in rebus ſit laudandus: in Catilinario tamen (ſi id lex hiſtoriae pateretur) ſilentio magis praetereundus eſſet, neque enim caruit ille cum Catilina ſocietatis ſuſpicione. Quod ſi nihil de Cicerone fuiſſet a Saluſtio praetermiſſum, ſi tantum ille laudis M. Tullio dediſſet, quantum ei Senatus & omnes boni conceſſerunt, quantum conſervatori reipublicae impertiendum fuit: profecto nunquam Cicero tanto ſtudio efflagitaſſet a L. Luceio, ut res ſuas perſcriberent. Nunquam ille conſulatus ſui commentarium Graece & Latine edidiſſet: neque res ſuas tot verſibus fuiſſet complexus. Atque utinam illi exſtarent libri. Tua eſſet, o Cicero, major gloria: neque ego duabus aeſtatibus laboraſſem, neque nunc vitio temeri-

 tatis

tatis accuſarer. Sed injuria temporum perierunt illa & multa alia. Quae quidem ſi deplorare vellem, lamentationum & quetelarum finem non invenirem: cum tot & tanta ſcripta perierint, quae omnibus Italiae theſauris redimi non poſſent. Deſinant igitur homines, deſinant me reprehendere, deſiſtant me crimine arrogantiae accuſare. Non enim ſi ſcripſi ea, quae Saluſtius ſcripſit, me cum illo conferre volui. Moriar ego potius, quam ut ſuſpicer aliquem tam amentem fore, qui me cum illo ulla in re conferendum putet. Cum his me conferre decet, qui nunc vivunt: non cum illis quorum ſermo eſt melle dulcior. Sed ut aurum poſitum juxta plumbum magis eniteſcit, ut gemmae nitorem & virtutem ſuam magis oſtendunt, ſi contra aliquid eis fictum aut ſimulatum apponatur: ſic cum liber iſte Saluſtio apponetur, magis ille virtutes ſuas oſtentabit, magis eluceſcet. Quanquam cum jam ad ſummum gloriae cumulum pervenerit, magis ille clarus effici non poteſt, quam quod eum vir acerrimi judicii Fabius Quintilianus Thucydidi comparat: cujus tanta eſt in dicendo brevitas, tanta vis, tanta jucunditas, ita denſus, ita acer, ita in concionibus eminens, ita crebris clariſque ſententiis ſpiſſus, ut non immerito a doctiſſimis viris Criſpus in hiſtoria princeps ſit dictus. Et infra: Itaque ſi paulum nunc jus civile intermitterem, & me ad ſcribendum revocarem, hiſtoriam hanc de conjuratione Catilinae, deque exſilio ac reditu M. Tullii Ciceronis, omnibus dicendi ornamentis & artis coloribus facile ſuperarem. Nam cum multa me hodie adjuvarent, quae tunc mihi praeſto non fuerunt: tum certe aetas prudentiorem in ſcribendo efficeret. Quare peto a vobis, qui juſti, qui docti, qui ab omni invidia & odio remoti eſtis, peto inquam, ut ſi quaedam in hoc libro vitioſa, & docto homine non digna inveneritis, primum cogitetis, quod nemo repente ſit ſummus: nihilque adhuc eſſe inventum, in quo aliquid non deſideraretur. Deinde detis aliquid adoleſcentiae meae, permittatis multa occupationibus, tribuatis plurima anguſtiae temporis. Nam (ut conferam parva magnis) Saluſtium pauciſſima una die ſcribere ſolitum, & maximo cum labore, autor eſt Quintilianus. Quanquam hoc loco vere mihi gloriari licet, me librum hunc ſcripſiſſe ſtylo altiori, quam adoleſcentulo nondum decem & octo annos nato, & valde in jure Civili occupato, par eſſe videbatur. Eſt enim in noſtro libro (ne fallimur) majeſtas quaedam atque lumen optimorum verborum. Narrantur deinde plurimae reconditae, & quae non minus omnibus notae ſunt, hiſtoriae. Interponuntur etiam conciones, valde temporibus atque perſonis accommodatae. His accedit oratio plerumque numeroſe cadens, & explicandarum hiſtoriarum non intricatus ordo.

Quid multa? Ea quae ſcripſimus, non vereor, ne cum recentiſſimorum ſcriptorum induſtria & gloria conferri poſſint.

Hactenus autor ipſe.

CON-

CONSTANTII FELICII DURANTINI J. C.

AD LEONEM X. PONT. MAX.

DE CONJURATIONE L. CATILINAE

LIBER.

LUcius Sergius Catilina, patricio genere ortus, permultas habuit ingentibus vitiis adumbratas virtutes. Fuit in illo ingenium, animus, memoria, literatura. Erat ei conſilium ad facinus aptum: conſilio autem neque lingua, neque manus deerat. Vigebant apud illum ſtudia rei militaris. Laborem, vigiliam, frigus, ſitim, famem, ultra fidem ferre poterat. Illa vero in illo homine mirabilia fuerunt : poſſe cujuscunque generis homines comprehendere amicitia, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habebat : nihil , quod poſſet, cuiquam petenti denegare. Sed has virtutes ingentia vitia ſuperabant: Incredibilis audacia, ſingularis impudentia, mira inconſtantia, ferox animus, impurus, fallax, libidinoſus : nemo illo inſidior aut crudelior unquam fuit. Nec ego unquam fuiſſe hominem in terris ullum puto, tam ex contrariis diverſisque inter ſe repugnantibus naturae ſtudiis cupiditatibusque conflatum. Erat in rapacitate avarus, in largitionibus effuſus : utebatur hominibus improbis multis, & quidem optimis viris ſe deditum eſſe ſimulabat. Erat ei ſummum in bonos odium: ſumma eidem cum ornatiſſimis viris familiaritas. Cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde, cum ſenibus graviter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivebat. Hic a pueritia in omni flagitio verſatus, multa libidinoſe, multa crudeliter in cives Romanos atque ſocios, multa in Deos hominesque nefarie fecit. Nam Syllanas partes ſecutus, Qu. Cecilium, M. Volumnium, L. Tantaſium, adverſae factionis clariſſimos cives, manu ſua occidit: Marcumque Marium Gratidianum, hominem maxime popularem, qui bis Praetor fuerat, cui etiam plebs ob honorem ſtatuas omnibus in vicis poſuerat, cum verberibus per totam urbem laceraſſet, poſt ei a cervicibus, inſpectante P. R. caput abſcidit : idque tum plenum animae & ſpiritus, ad Syllam usque ab Janiculo in aedem Apollinis, manibus ipſe ſuis detulit. Sunt etiam qui dicunt, Catilinam ſe fratricidio contaminaſſe, atque poſtea judicii poenas timentem, L. Syllam obſecraſſe, ut necatus ab eo frater in proſcriptorum numero referretur. Occidit etiam Catulum, ſororis ſuae virum, & equitem R. honeſtiſſimum. Nec caruit Catilina ſuſpicione inceſti cum ſorore admiſſi. Deinde Praetor provinciam Africam ſortitus, eam adeo vexavit atque afflixit, ut legati Afri in ſenatu de eo, jam tum provinciam obtinente, graviter queſti ſint : acerrimae a patribus in ſenatu de eo ſententiae dictae ſunt, cum nonnulli ſenatores illum Africanis oratoribus dandum cenſuiſſent, ſtatimque cum ex Africa rediit, repetundarum reus, accuſante P. Clodio adoleſcente, factus eſt: & praevaricatione abſolutus eſſe creditur. Cicero in toga candida, & Lucretius in orationibus, quas in Catilinam ſcripſit, ei objecit, quod cum ſtupri conſuetudinem habuiſſet cum quadam muliere nobili, ex eodem ſtupro ſuſceptam filiam duxerit uxorem, atque adeo conſtans opinio fuit, eum cum Fabia Terentiae Ciceronis ſorore & virgine Veſtali ſtuprum commiſiſſe, ut ejus nomine accuſatus, vix Catuli gratia nixus evaſerit. Poſtremo Catilina captus amore Aureliae Oreſtillae ob & eximiam (ut praedicabatur) faciem, uxorem ſuam interfecit. Deinde petiit, ut ſibi Aurelia nubat: Illa autem non domum ſuperioris uxoris ſanguine redundantem reformidans, ſed quod privignum adoleſcentem timeret, idcirco ſe ab his nuptiis abhorrere reſpondit. At Catilina ut Aureliam haberet, ſcelus ſceleri cumulavit. nam privigno veneno necato, Aureliam in matrimonium duxit. Nec minus Catilina ſe foedis puerorum quam mulierum amoribus inquinavit. His igitur tot ſceleribus atque flagitiis contaminatus Catilina cupiditate incredibili ſemper flagrabat opprimendae Reipublicae. Nam honores, imperia, provincias, triumphos, nimisque alta omnia cupiebat :

quae quidem quieta Republ. deſperaverat, turbata ſe conſequi poſſe credebat. Itaque novis rebus ſemper ſtudens, diſcordias, civileque bellum exoptabat. Poſtremo magna perditorum hominum copia fretus, conſilium invadendae reipublicae capit. Sed quoniam L. Catilina bis conjuravit contra rempublicam, ſemel Lepido & Vulcatio Coſſ. iterum Cos. Cicerone: utile erit, antequam ad Ciceronis in Conſulatu geſta veniamus, pauca prius de ſuperiore conjuratione referre.

CAP. II. Cum P. Antronius & P. Sylla Coſſ. deſig. L. Tullo, M. Lepido Coſſ. ambitus accuſati, honore & fama ſpoliati fuiſſent: Antronius (ut homo erat, qui in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos conſueverat) non tempori cedere, non fortunae ipſi ſuccumbere: conſulatum, quem judicio amiſerat, per vim recuperare cogitabat: Is igitur conſilium ſuum communicavit cum L. Catilina & L. Varguntejo & Cn. Piſone adoleſcente perdito, audace, & rempublicam perturbare cupiente. Qui cum ſe hanc rem haud facile ſine alicujus viri potentis praeſidio perficere poſſe ſperarent, L. Licinium Craſſum, hominem florentem gratia, opibus, honoribus, ſocium ſibi & adjutorem aſciverunt: tum ei principatum deferendo, tum quod Cn. Pompejo infeſtus inimicusque erat, ejusque opes in republica creſcere moleſte ferebat. Conſpiravere hi circiter Nonas Decembris, ut conflato magno ſervorum & gladiatorum numero, Kalen. Januariis L. Cottam, L. Torquatum Coſſ. interficerent, curiam obſiderent: trucidatisque pleriſque Senatorum Craſſus dictaturam invaderet: Catilina & Antronius correptis faſcibus in campum deſcenderent cum lictoribus, conſtitutaque ad eorum arbitrium republica, Piſo cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mitteretur. At Craſſus cum dies caedis veniſſet, poenitentia adductus, adeſſe noluit. Quare caeteri conjurati ejus abſentia perculſi, quod animo intenderant, perficere non potuerunt. Alii aliter referunt, & optimatum caedem ideo factam non eſſe ſcripſerunt, quod priusquam parati eſſent, conjuratis ſignum dediſſet Catilina. Fuere item in hac conjuratione nominati, C. Caeſar, & P. Sylla, nobiliſſimi cives. Addideruntque ita fuiſſe conſtitutum, ut Caeſar magiſter equitum efficeretur. Sed Caeſarem ejus virtus, ſplendor, magnitudo animi, in hac conjuratione non fuiſſe, tuetur. Syllam Qu. Hortenſius clariſſimus Orator defendit. De hac conjuratione ſignificare voluit Cicero in illa epiſtola, quam ad Cn. Pompejum de ſuis rebus geſtis & de ſumma reip. miſit, ſcribens, furorem incredibilem biennio ante conceptum erupiſſe in ſuo conſulatu. Sed hactenus de ſuperiori conjuratione.

CAP. III. Catilina tametſi ſuperior conjuratio foede evenerat, ſententiam non mutat: conſilium nefarium opprimendae R. P. non abjicit. Sed majore cupiditate incenſus eſt, quod ſuperiorem conjurationem caſu quodam proſpere non eveniſſe putabat: & ſimul, quod Romae multi erant cives, quorum aes alienum libidine contractum, niſi praeſidiis venditis, diſſolvi nullo modo poterat. Sed hi tanto amore ſuas poſſeſſiones complexi tenebant, ut eos quidvis potius auſuros, Catilina falſo non crederet, quam ut ſuſtinerent ſe patrimonio ſpoliari. Incendebat etiam ejus amentiam ſpes conſulatus adipiſcendi: & ſimul quod C. Antonium collegam ſe habere ſperabat, hominem maxima ſibi familiaritate conjunctum. Incitabant praeterea eum ruinae fortunarum ſuarum: & immanis illius importunaque natura, quae non modo ocium, ſed ne bellum quidem, niſi civile, cupiebat. Suberat etiam illa cauſa major, quae Catilinam, hominem ſua ſponte ad perturbandam remp. incitatum, in audacia ſua ſimul ac cupiditate confirmabat. Nam poſteaquam L. Sylla victor armis rempublicam recepiſſet, ejus milites maxima praeda donatos, Feſulis, antiquis expulſis habitatoribus, conſtituit. Hi ex egentibus repente alienis pecuniis facti divites, coepere villas atque domos ſumtuoſius inſolentiusque aedificare, magna convivia, magnosque ſumtus facere. Et dum regio more & apparatu vivunt, cito illa tot & tanta, ex caede civium & ſanguine coacervata, defecerunt bona. Etenim male acquiſita brevi dilabuntur. Et dum poſtea eadem in egeſtate, quae in abundantia, luxuria permanet, incredibile dictu eſt, in quantum aes alienum inciderant. Ob idque ſemper illi tumultum, diſcordias & bellum inteſtinum exoptabant. His accedebat, quod aderat in Hiſpania citeriore cum exercitu Cn. Piſo, de quo ſupra mentionem fecimus, ſumma vi corporis & animi adoleſcens: ſed eisdem, quibus Catilina, imbutus cupiditatibus, inimicus otii, bonorum hoſtis, largitor ſui, alieni appetens, ſignifer ſeditionis, concitator tabernariorum. Deinde obtinebatur provincia Mauritania a P. Siccinio Nucerio, incredibili quodam novarum rerum deſiderio flagrante. ambo hi Catilinae erant amiciſſimi. Magnam enim vim habet ad conjungendas amicitias, morum ac naturae ſimilitudo. Cum iſtis ſaepe antea Catilina conſilium belli faciundi communicaverat: & eorum nunc praeſidio & copiis multum juvari conjurationem poſſe ſperabat. In hanc quoque cupiditatem impetu quodam & furore ferebatur, quod omnia ad Cn. Pompejum & certos homines deferri videbat. Nam cum L. Tullo, M. Lepido conſulibus, de Impera-

ratore deligendo, contra Mithridatem regem, diu in ſenatu eſſet diſputatum: princepsque Catilina, ut illius belli dux eſſet, omni ſtudio, gratia, ambituque pugnaſſet, ab omnibus ſenatoribus vehementer eſt reclamatum, delatumque imperium Cn. Pompejo, praecipue Ciceronis praetoris opera. Ea contumelia tactus ferox Catilina, bonis inimicus, ſenatui iratus, rempublicam perturbare ſtatuit. Volvebat item animo multorum civium neces, plurima nefanda ſtupra & adulteria, & infinita ſcelera; quae in patriam ille, quae in Deos atque homines ediderat, & ſibi carcerem & exitium ob id ſemper ante oculos verſari putabat. Nam poenam ſibi ſemper imminere exiſtimant, qui peccaverunt. Ea etiam Catilinae opportuna viſa ſunt, nullum in Italia eſſe exercitum, ingentem per omnes terras deſperatorum & perditorum hominum copiam eſſe. His igitur tot tantiſque opportunitatibus ſe rempublicam facile opprimere poſſe confiſus Catilina, permultos ex omni genere homines ſibi amicos & obnoxios fecerat. Nemo non modo Romae, ſed ne ullo in angulo totius Italiae veneficus, gladiator, latro: nemo ſicarius, parricida, teſtamentorum ſubjector: nemo ganeo, nepos & adulter fuit, qui non aliqua eſſet cum Catilina familiaritate conjunctus. Quicumque Romae patrimonia ſua profuderant, fortunas abligurierant, hi Catilinae intimi ac familiares erant: & quemcumque audacem cognoverat, hunc in ſuam familiam libentiſſime recipiebat. Minime enim timidos & valde calamitoſos eſſe eos oportere ajebat, qui ad civile bellum vocarentur. Praeterea complures adoleſcentes nobiles, aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum pollicendo, pecunia alios, gratia, labore corporis, ſcelere etiam (ſi opus eſſet) adjuvando: utque eorum diverſa ſtudia perſpexerat, ſic diſſimili ratione in ſuam familiaritatem illexerat. Fortes etiam quoſdam & bonos viros, ſpecie quadam virtutis aſſimulatae tenebat. Habuit enim ille (ſicut diximus) permulta ornamenta, quae utinam ad meliorem mentem & voluntatem fuiſſent converſa.

CAP. IV. Cum igitur Catilina ingentem jam numerum perditorum hominum collegiſſet, circiter Kalen. Junii, L. Julio Caeſare, C. Marcio Figulo Coſſ. primum unumquemque ſeparatim tentare coepit, conjurationis praemia docere: alium cupiditatis ſuae veniſſe tempus monere: ſpem aliis dominationis rapinarum aliis commemorare. Deinde ubi eos ſatis promtos cognoſcit, omnes nobiliores, & ad facinus audaciores, & cum quibus ſibi major erat neceſſitudo, in M. Leccae domum convocat. Hanc domum ſibi Catilina delegerat, quod procul erat a foro, & id conſilium iniri opportunius in ſolitudine arbitratus eſt. Eo igitur convenere ex clariſſima Corneliorum gente, P. Lentulus Sura, vir conſularis, & nepos illius Lentuli, clariſſimi atque optimi viri, qui armatus Gracchum in Aventinum eſt perſecutus. Hic dominandi cupiditate Catilinae par erat: at belli induſtria, ingenio, conſilio, nullo modo comparandus. Erat tamen in Lentulo corporis quaedam dignitas, & dicendi exercitatio non mediocris. Is inductus a vatibus, fatale nomen ſuum ad perniciem Reip. fore credebat. Nam ex libris Sibyllinis, Aruſpicumque reſponſis portendi dicebat dominationem tribus Corneliis: ſe tertium illum eſſe Cornelium, ad quem regnum urbis atque imperium pervenire eſſet neceſſe; Cinnam ante ſe & Syllam fuiſſe. Miſeros homines, qui vatibus credunt! quibus Lentuli poena exemplo eſſe debet, in quot illi diſcrimina & ſcopulos homines impellant. Huic homini nihil inerat ſanguinis aviti, nihil domeſtici ſplendoris: contraque omnia pro avita honeſtate, temperantia, fortitudine, prudentia, turpitudinem habebat, luxuriam, ignaviam, temeritatem. Atque bis ſenator fuit, & bis ad judicum ſubſellia attractus evaſit. Item C. Cethegus, qui temeritate & audacia Catilinam ſuperabat: ſed ſtudio armorum, nobilitate, corporis robore erat prope aequalis. Etenim in bello miles multa egregia facinora ediderat, ſaepe armatum hoſtem fuderat: bene equis, optime armis utebatur. Ac nullum erat negotium tam arduum, nullum tam difficile, quod non huic parvum ac leve videretur: tam erat illius vaſtus & immoderatus animus. Hic Qu. Metello Pio, clariſſimo viro, grave vulnus quondam inflixit. Atque alias contra rempublicam conjuraſſe traditur. Erat etiam in eodem numero P. Cimber Gabinius in ſumma familia natus: improbus, crudelis, rapax, ſuperbus, fallax, imprudens, libidinoſus. Item L. Caſſius Longinus, & P. Autronius: ambo nobiles, ambo diſerti, ambo magnis honoribus functi, ambo diverſis temporibus conſulatus candidati: horum par erat libido, ſimilis crudelitas, eadem impudentia, gemina audacia: quorum alter homines ex poſſeſſionibus vi & armis expulerat, caedem fecerat, delubra Deorum immortalium expilaverat: alter plurima ſtupra & adulteria commiſerat. Longum eſſet mihi, praeſertim ad alia magis neceſſaria properanti, uniuſcujuſque vitam & mores explicare. Itaque aliorum nomina referre, ſat erat. Convenere igitur in hanc domum, praeter iſtos, L. Varguntejus ſenator, P. Servius Sylla, Q. Curius, Q. Annius, P. & M. Lecca, L. Calphurnius Beſtia, M.

Digitized by Google

Fulvius Nobilior, P. Statilius, P. Furius, Manlius Chilo. P.Tongillus. Multi praeterea ex municipiis & coloniis, qui exiſtimatione & nobilitate principes erant, hujus conſilii conſcii fuerunt. Nonnulli item fuere, qui in hunc coetum non veniebant, ſed occulte hujus ſceleris participes erant, Catilinamque clandeſtine juvabant: Inter quos aliqui dixerunt, hujus conjurationis M. Craſſum & C. Caeſarem conſcios, adjutores & impulſores fuiſſe. Craſſum dolore quodam animi dicebant impulſum, quod ejus inimicus Cn. Pompejus, maximis rebus terra marique geſtis, princeps civitatis jam omnium judicio haberetur: & ob id confiſus Craſſus, ſi conjurati viciſſent, facile ſe totius orbis terrarum futurum principem: Caeſarem autem, quod is egregia liberalitate uſus, plus triginta & octingentorum talentorum debitor erat. Alii haec ficta, & omnia ab inimicis profecta dixere: minimeque credendum, clariſſimos viros cum Lentulo, Catilina, Cethego, deſperatis hominibus, foediſſimam ſocietatem feciſſe. Nos quid de utroque compertum habemus, infra ſuo loco dicemus. Sed quum hi quos diximus, illuc conveniſſent, Catilina eos ſeduxit, atque ita locutus eſt.

CAP. V. *Fides veſtra incredibilis, virtuſque tanta, quantam ego in vobis ſenſi eſſe, animum meum erexit, ſpemque attulit, non modo libertatis recuperandae, verum etiam dignitatis priſtinae ampliandae. Nam cum intueor & contemplor unumquemque veſtrum video in hoc numero neminem, qui non facinus aliquod praeclarum ediderit, cui mea ſalus non chara fuerit, cujus non extet in me ſuum, aut meum in ſe meritum, cui non ſim aſtrictus memoria beneficii ſempiterna. Itaque non extimeſco, vobis nunc quid ſentiam aperire: atque ea minime vereor quae dixero, quin unuſquiſque veſtrum pro virili parte adimplere conetur. Vetus enim eſt lex juſtae veraeque amicitiae, quae mihi vobiſcum jam diu eſt, ut idem amici ſemper velint: neque ullum eſt certius amicitiae vinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. Atque eo mecum in hac cauſa voluntas veſtra, quam in ceteris conjunctior eſſe debet, quod haec quae facere ardet animus, vobis aeque ac mihi eſſe bona malaque intelligetis. Saepe mihi cogitanti de noſtris miſeriis, in quibus tot annos verſamur, & (ut video) verſabimur, niſi veſter prudentiſſimus animus aliquando providerit: ſolet in mentem venire, quae vita noſtra futura ſit, ni noſmet ipſi vendicemus in libertatem. Nam poſteaquam quorumdam ſceleratorum immunitate omnis reſpublica paucorum hominum dictioni, judicio poteſtatique permiſſa & condonata eſt: bique ſoli plus poſſe coeperunt, quam univerſus P. R. quam multa & diverſa mala tulimus & perpeſſi ſumus, commemorare non eſt neceſſe, voſmet ipſi recordamini. Nam ut omittam uniuſcujuſque noſtrum caſum recenſere, uno aſpectu intueri poteſtis, nos omnes nobiles, ſtrenuos, fortes: qui & pro republica maxima ſaepe & ingentia ſuſcepimus pericula: amiſſo patrimonio, miſeros atque egentes, moeſtos ſordidatos, reos de capite, de fama, de civitate, de fortunis contendentes. Eos autem, qui omnia divina & humana jura violaverint, vexaverint, perturbaverint, non ſolum divites alacreſque volitare: ſed quacumque velint, ſummo cum imperio judicioque omnium rerum vagari, fortiſſimis atque optimis civibus periculum moliri, de ſe nihil timere, poteſtatem denique regiam habere. Verbum mihi gravius deeſt, cum hanc ego poteſtatem regiam appello: ſed profecto major eſt quaedam. Quod enim regnum fuit unquam, quod plures uno tempore reges haberet? quis autem rex unquam fuit tam inſigniter potens, cui regum conſtituendorum eſſet poteſtas? Hi omnes provincias obeundi, liberos populos agris mulctandi, regnorum vel dandorum vel adimendorum ſummum habent judicium. Semper iſtis omnis orbis terrarum, reges, tetrarchae, exterae nationes, vectigales fuere. Itaque penes iſtos omnis eſt potentia, gratia, divitiae, decus, honores. Quorum profecto cupiditati nimium anguſtus orbis terrarum eſſe videtur. Quodſi potentiam illi, ſi divitias ſolum, ſi honores quaererent, eſſent illi quidem graves: ſed tamen eſſent ferendi. Hoc vero quis ferre poſſit, illos pecore, auro, argento, ebore, veſte, ſupellectili, ceteris rebus abundantes: nobis omnibus rebus egentibus, nobis diu multiſque jactatis injuriis, inſidias quotidie ſtruere: nobis lucis hanc uſuram plenam lacbrymarum atque moeroris eripere conari? Is nos enim minae jactantur, pericula intenduntur, formidines opponuntur, judicia nobis atque repulſae parantur. Quae quouſque tandem patiemini, fortiſſimi viri? Nonne milites perire eſt melius, quam in ſua civitate abjectum, contemptum, deſpectum a ceteris, a te ipſo deſperatum ac relictum, horrentem, trementem, diffidentem rebus tuis, ſine voce, ſine libertate, ſine auctoritate, ſine ulla ſpecie liberi hominis vivere? His vero eſſe ſubjectos, quibus ſi Reſpubl. aliqua eſſet, terrori eſſemus. Expergiſcamur igitur aliquando, fortiſſimi viri, patrium animum virtutemque capiamus. Majores noſtri Tarquinium Superbum regem non tulerunt: nos non unum regem, ſed plures crudeliſſimos tyrannos ferre poſſumus? Equidem non deero, monebo, praedicabo, denunciabo ſemper quid ſentiam, tempuſque nullum dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin de libertate noſtra cogitandum ſit, cogitem, quod agendum ſit, at-*

que

que faciendum: id non modo non recuſem, ſed appetam etiam atque depoſcam. Faciam denique illud, quod eſt dignum Romano homine, ut pro libertate vitam in diſcrimen adducam. Sed teſtor Deos atque homines, victoria nobis certa in manibus eſt, ſi modo viri eſſe volumus. Adſunt omni ſtudio, virtute, concordia Syllani milites: quorum ſubito adventu firmum repente habebimus exercitum. Pari ſtudio & amore recuperandae libertatis conſpiravere nobiſcum, Cn. Piſo, & P. Siccius Nucerinus, fortiſſimi viri: quorum alter in Hiſpania citeriori magnum habet exercitum, alter in Mauritania adeſt cum imperio. Hos in conſiliis capiendis ſocios, in rebus gerendis firmiſſimos adjutores habebimus. Caeteri vero homines, dii immortales, ad recuperandam libertatem, qua frequentia, quo ſtudio, qua virtute conſentiunt? Omitto hic ego eos cives nobiles, qui amiſſo patrimonio, miſeri atque egentes, hanc tantam civitatem, paucorum hominum judicio & poteſtati ſubjectam, vix ferre poſſunt. Etenim quis eſt, fortiſſimi viri, cujus non divitiae, decus, honores, provinciae, ſacerdotia, magiſtratus, imperia, non chara atque jucunda ſint? Quid ego tenuiſſimorum hominum ſtudia commemorem, qui infelices ingenti aere alieno oppreſſi, & infinitis exagitati injuriis, niſi civili bello ſalvi eſſe non poſſunt? Sed quid hoſce homines commemoro, quos ad bellum egeſtas, quos privatae injuriae, quos judiciorum metus & neceſſitas impellit? Civis eſt mehercule nemo, extra iſtam dominationem potentiſſimorum hominum, qui non iſtis crudeliſſimis tyrannis obſtare cupiat. Adſunt pro libertate recuperanda nimium multi: plenum eſt forum iſtorum hominum, plenae ſunt Italiae urbes, excitata eſt Italia cuncta, omnium ordinum homines, denique omnium aetatum, ſentiunt unum atque idem. Ad haec praeſidia accedunt iſtorum apud exteras nationes, inviſae opes, invidioſa potentia, conſularis poteſtas, qua me proximis comitiis (ut ſpero) videbitis ornatum. Dubitatis igitur, me conſule duce, animis militum incitatis, conſpirante Italia tota, libertatem veſtram recuperare?

Hanc occaſionem oblatam tenete per Deos immortales, fortiſſimi viri, & vos Rom. principes eſſe aliquando recordamini. Tempus habemus tale, quale nemo habuit unquam. Nullum erit tempus hoc amiſſo; nimium diu vos hortatus ſum, nihil eſt quod amplius moneam; nemo eſt tam ſtultus, qui non intelligat, nos aliter ſalvos eſſe non poſſe. Quapropter neceſſitas, pericula magis, & belli praemia ampliſſima, vos excitent, quam oratio mea: vel ducem vel comitem, vel utrumque potius habebitis me: neque animus, neque corpus unquam deerit: Quanquam animus mihi quidem nunquam defuit, tempora autem defuerunt: quae ſimul ac primum aliquid lucis oſtendere viſa ſunt, princeps extiti veſtrae libertatis recuperandae. Itaque me conſule principe, vobis auctoribus & ducibus, diis juvantibus, erimus profecto brevi tempore liberi: niſi ſervire malumus, quam ne ſerviamus, animis armiſque decernere.

Haec cum dixiſſet, Catilinam omnes laudibus in coelum extollunt, gratias agunt, approbant conſilium. Pleriſque etiam petentibus, quae conditio belli, quae ea praemia conjurationis futura ſint: Catilina primum pollicetur locupletum caedes, novas tabulas, provincias, magiſtratus, honores: deinde totius belli rationem deſcripſit: poſtremo eos hortatus, ut ſibi in petitione conſulatus maxime ſtuderent; ſe invicem complexis, datiſque dextris, coetum dimiſit.

CAP. VI. Non omitto hoc loco, quod Livius & Salluſtius memoriae prodiderunt, Catilinam, poſt habitam concionem, cum furoris ſui ſocios omni foedere & jurejurando ſibi ad hoc ſcelus adſtringeret, vinum humano ſanguine perfuſum in crateris, cum primum ipſe libaſſet, hoc deinde ſociis deguſtandum dediſſe. His addiderunt quidam alii ſcriptores, id foedus non ſolum humano ſanguine ictum, ſed etiam guſtu carnium cujuſdam viri a Catilina interfecti, ſancitum eſſe. Atque eo conſilio id feciſſe tradunt, quo magis illi inter ſe, propter tanti facinoris atrocitatem fidi eſſent. Ficta haec quibuſdam aliis & incredibilia propter magnitudinem ſceleris videntur. At ego non ſolum, ut hoc factum exiſtimem, facile adducor: verum etiam illum non iccirco hoc feciſſe arbitror, ut illi magis inter ſe eſſent fidi: ſed illum credo, quod conjuratos docere voluit, uſum exemplo ferarum, quibus nullas ajunt eſſe capitaliores, quam quae ſemel carnes humanas deguſtaverint. Sic cum illi ſemel humanum ſanguinem bibiſſent, nullum eſſe poſtea facinus tam acerbum, & ſcelus tam immane, quod illi timere aut horrere deberent. Adducit me in hanc opinionem illud, quod a magno quodam auctore accepi: Catilinam inductum a vatibus, aquilam quandam argenteam, quam C. Marius bello Cimbrico habuiſſe circumferebatur, fatalem ſemper ad perniciem reip. ac funeſtam crediſiſſe: cui legimus erectas ab eo aras, & domi ſuae ſacrarium quoddam fuiſſe conſtitutum: & eam ad facinus obeundum, tanquam numen aliquod venerari ſolitum. O crudelitatem inauditam illorum temporum, repertos eſſe quoſdam in figura hominis, qui immanitatem gererent belluarum.

CAP. VII. Interim cum comitia haberi coepta eſſent, ſeptem comparuere conſulatus compe-

petitores : duo patricii, L. Catilina, P. Galba: plebeii quatuor, ex quibus duo nobiliores, C. Antonius, M. Antonii ingenioſiſſimi atque eloquentiſſimi oratoris filius : L. Caſſius Longinus, qui in ſuperiori nefario hominum coetu interfuerat : Quint. Cornificius, C. Licinius ſacerdos : unus, equeſtri loco natus, M. Tullius Cicero : his generis nobilitate inferior, caeterum ingenio, conſilio, eloquentia, magnitudine animi longe ſuperior. Is cum quaeſtor, aedilis curulis, praetor maximo populi ſtudio & favore factus eſſet : cum ei primum per aetatem licuit, conſulatum homo novus, ſua virtute confiſus, petere coepit. Nam antea illum locum cuncta nobilitas praeſidiis firmatum, omnique ratione obvallatum tenebat. Et longo jam temporum conſul homo novus factus erat nemo. Sed ex his Caſſius, Galba, Cornificius, Licinius, remiſſiores in petendo erant, ac pro re jacebant. Catilina autem magna ſpe inflatus, curſare circum tribus, diviſores appellare omnes & convenire, M. Tullium Ciceronem contemnebat, & ſecum peregrinum negabat aequo judicio poſſe certare : Antonium collegam ſuum numerabat, non competitorem. Coierant enim ambo, ut Ciceronem conſulatu dejicerent, adjutoribus uſi firmiſſimis, M. Craſſo, & C. Caeſare. Ardebat acerrime tunc ambitus. Nam Catilina & Antonius ingentibus largitionibus ad conſulatum incumbebant. Quapropter Cicerone verba de hoc in ſenatu faciente, decrevit ſenatus, ut ferretur nova lex de ambitu, augereturque illius poena. Huic SC. cum interceſſiſſet, Q. Mutius Oreſtinus tribunus plebis, illiuſque interceſſionem Senatus graviter moleſteque ferret, ſurrexit M. Cicero, & graviter Q. Mutium corripuit, ac in L. Catilinam & C. Antonium vehementer eſt invectus, multis ac ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus. O miſer, qui non ſentias illo judicio te non abſolutum, verum ad aliquod ſeverius judicium ac majus ſupplicium reſervatum. At eodem tempore, quo comitia habebant, ſerpſerat rumor in vulgus, inita eſſe a quibuſdam civibus conſilia opprimendae R. P. ſenatus interficiendi. Hujus autem ſermonis fons & caput fuerat Qu. Curius, omnium conſiliorum ſocius ac particeps : Qui libidinis commercium habebat cum Fulvia, muliere non ſolum nobili ſed etiam nota. Is autem ut homo erat ſingulari luxuria, inertia atque vanitate, ut eam ſpe conjurationis magis ſibi obnoxiam redderet, conjuratorum illi conſilia omnia aperuit. Sed ut natura mulierum eſt, quae neque arcana reticere, neque occulta celare poſſunt, flammamque facilius mulier ore in ardenti opprimeret, quam ut ſecreta teneret. Sic Fulvia omnia, quae a Curio audierat, ſuppreſſis conjuratorum nominibus, compluribus narravit. Haec res magno Ciceroni conſulatus adipiſcendi fuit adjumento. Nam omnes qui illam ab R. P. peſtem depellere cupiebant, ad M. Tullium ſe ſtatim contulerunt, veluti ad hominem natura conſtitutum ad amplexandum otium, ſcientia ad bellum gerendum, animo & uſu ad quodvis aliud negotium. Comitiis igitur habitis, Cicero cunctis ſuffragiis tantoque populi conſenſu conſul factus eſt, ut eo modo pauci nobiles conſules facti ſint : novus autem ante illum nemo. Antonius Catilinam paucis centuriis ſuperavit. Is quamquam infamia laboraret : nam & in Syllana victoria parum abſtinens eſt viſus, & Achajam ſpoliaverat, diripuerat : ob idque in judicium vocatus, cauſam dicere recuſavit, grandeque aes alienum conflaverat. Denique probri cauſa a Cenſoribus ſenatu motus fuerat : tamen partim quia ceteri competitores (ut diximus) languebant, partim ei propter egregiam patris memoriam paulo ſpecioſior manus, quam Catilinae eſt ſuffragata. Ludi quoque Antonio ad conſulatum adipiſcendum admodum profuerunt : quos ipſe primus omnium Romanorum argentea ſcena apparatiſſimos ac magnificentiſſimos fecit : quem poſtea imitatus L. Muraena anno ſequenti, uſus etiam ipſe argentea ſcena, ludos maximo ſplendore & elegantia populo edidit. Delectant vehementer populum ludi. Quare Cicero ille vir eruditiſſimus, & a vulgi opinione remotus, qui etiam trinos ludos aedilis fecerat, tamen in petitione conſulatus ſe quoque dicit habuiſſe ſcenam competitricem. At Catilinae furor, & ſi petitio haud proſpere ceſſerat, non minuitur : ſed in dies plura parat, tentat, ſollicitat, per Italiam arma opportunis locis diſtribuit. C. Manlium quendam audaciae ſuae ſatellitem mittit in Etruriam, ad ſollicitandos Syllanos milites & ad exercitum parandum : eumque jubet ante diem VIII. Kalend. Novembrium eſſe in armis. Seſe in proximum annum (quoniam fortuna eſſet ſaepe domina campi) iterum conſulatum petere velle, interea Ciceroni inſidias tendere & optimatum caedem parare. Sed ille paucos poſt menſes factus eſt reus inter ſicarios, a L. Lucullo clariſſimo viro, & ad dicendum paratiſſimo : abſolutuſque eſt magno ſententiarum numero, multis illum ornatiſſimis viris defendentibus. Hic eſt ille vir magnus, L. Lucullus, qui bellum geſſit cum potentiſſimo rege Mithridate. Ex quo bello cum victor rediiſſet, & calumnia inimicorum per triennium jam triumphare eſſet impeditus, egregia Ciceronis conſulis opera, nobiliſſimo

curru

curru triumphans, in Capitolium advectus eſt. Fuitque poſtea, ad extinguendam funeſtam iſtam conjurationis facem, maximo M. Ciceroni adjumento. At M. Tullius poſtea quam Kal. Januar. accepiſſet Remp. plenam ſollicitudinis, plenam timoris, ſuſpicione legis Agrariae, ſenatum & omnes bonos maximo metu liberavit.

CAP. VIII. Nonnulli enim Tribuni plebis legem Agrariam ferre conantes, de decemviris cum imperio creandis promulgaverant: quibus lege permittebatur, per totum orbem terrarum ſummo cum imperio vagari, liberos populos agris mulctare, regna adimere, a quibus vellent, & reges appellare, quos vellent, de omnibus gentibus cognoſcere, ſine conſilio mulctare, ſine provocatione animadvertere, judicare per quinquennium, & de Coſſ. & de Tribunis plebis permittebatur: interea de illis judicare nemo poterat. Eſſe Romae poterant, cum vellent: abeſſe, cum eis commodum eſſet. Deinde agrum Campanum & Stellatem, agros Bithyniae, agros qui in Paphlagonia, qui in Ponto, in Cappadocia, qui in Macedonia, in Alexandria, in Africa, in Hiſpania; publici erant, licebat eis dividere atque vendere. Poterant praeterea colonias deducere novas, renovare veteres: infinitaque poteſtas eis dabatur innumerabilis pecuniae conficiendae. Et verbo quidem decemviri, re autem vera decem domini orbi terrae conſtituebantur. His tum legibus maximus injectus eſt terror patribus, & plebs erat in maximarum largitionum ſpem & novarum rerum adducta. Multumque hae civitatis perturbationes Catilinae erant opportunae, naſcentemque conjurationem maxime juvare potuiſſent, niſi conſulis prudentiſſimus animus huic rei providiſſet. Vocatis namque Cicero illis in ſenatum tribunis, eos ita gravioribus verbis corripuit, ut Rullus homo audaciſſimus pertimuerit, loquaciſſimus obmutuerit. Deinde cum illi ſe apud populum vehementius jactarent, & eos populus in coelum ferret: habita poſtea Cicero graviſſima concione, cum eam legem populus vehementer probaret, ſic mentes hominum permutavit, eam legem adeo plebis utilitati adverſam & alienam docuit, eam adeo diſſuaſit, ut nihil tam populare videretur, quam diſſuaſio legis Agrariae. Tum plebs ſtatim legem improbavit, auctores legis ferendae deſeruit, contempſit, vituperavit. Sic lex Agraria, quae ſemper plebi fuit grata, quae tot ac tantas excitavit tempeſtates, tota Ciceronis conſilio atque eloquentia repudiata atque abjecta eſt. Tanta erat ejus in dicendo jucunditas, tanta vis, tanta copia, ut quod ille vellet, dicendo conſequi poſſet. Eheu conditionem hujus ſeculi. Qui nunc praecepta eloquentiae tradere ſunt conati prope jam ſoli in ſcholis relicti ſunt: omneſque homines ſtudio quodam pecuniae, ad jus civile iter arripuerunt. Ex quo evenit, quod omnes infantes ſumus: & quod mente concepimus, explicare nequimus. Sed jam ad inſtitutum noſtrum revertamur.

CAP. IX. Repudiata lege Agraria, conſul intentus mederi Reip. cum multa turbulenta conſilia contra Reipubl. ſtatum & otium partim iniri, partim ſe conſule deſignato inita eſſe dicerentur: in eo omnes dies nocteſque conſumebat, ut qui eſſent hi qui haec agerent, haec molirentur, ſcire poſſet. Itaque cum illius rumoris fontem diligentiſſime inquirens, Fulviam auctorem inveniſſet, eam occulte ad ſe vocatam, juſſit, ut ea, quae ſciret de conjuratione, indicaret, praemia pollicetur: interdum etiam, niſi ſibi rem aperiret, quaeſtiones & tormenta minatur. Poſteaquam Fulvia id ſe a Curio audiviſſe dixit, confeſtim Curium ad ſe vocari juſſit. Et crebro rogando, ſaepe monendo, ſaepiſſime autem pollicendo, interdum etiam minitando perfecit, ut Q. Curius totam ſibi ſeriem atque conjurationis ordinem aperiret. Tum Cicero Curium hortatus, ut conjurationem vehementer ſimularet, illum a ſe ſpei plenum dimiſit. Sed conſul ut comperit, Catilinam principem conjurationis, timens ne Antonius collega, homo turbulentus, & Catilinae maxime familiaris, cum illo conſentiret ac conſpiraret, (ſenſerat enim jam illum a Catilina tentari, & illum non invitum de conjuratione audire) eum incuſare non deſiſtebat, ut magnam infamiam fugeret, & illum ad curſum verae laudis incitare, hortari, ut cum bonis conſentiret: & ut eam teneret viam, quam a majoribus ſuis tritam accepiſſet. Tandem illum ſapientia atque obſequio ſuo a conjuratorum conſiliis removit, & ad ſuam traduxit voluntatem.

CAP. X. Erat tunc Ciceroni decreta ex ſenatus auctoritate provincia Gallia, ſeges ac materia triumphorum, exercitu & pecunia maxime inſtructa & ornata. Sed ille plus exiſtimavit, ſe Reipublicae profuturum, ſi eam a domeſticis liberaſſet inſidiis, quam ſi illam provinciam Reipubl. ſubjeciſſet. Neque enim major eſt virtus, propagare fines imperii, quam partos tueri. Nec majores ſunt bellicae laudes, quam urbanae. Iſtae enim in conſilio & ſapientia, illae in manibus fortunae ſunt poſitae. Quapropter conſul advocata concione, dixit ſeſe (quoniam ita exiſtimabat tempora reipublicae poſcere) in provinciam profi-

Digitized by Google

proficiſci nolle. Et ne ejus collega ad defendendam Rempublicam ſibi eſſet impedimento, ſua virtute perfecit, ut Antonio provincia decerneretur. Quod ſi eo tempore Cicero Antonium non a Catilinae conſiliis, non ab urbe ſpecie quadam honoris impuliſſet, (dicam id quod ſentio) profecto non ſine multo ſanguine conjuratio fuiſſet reſtincta. Et quoniam a Catilina quotidie ſibi inſidias parari videbat, ſemper ille ſtipatus incedebat amicorum praeſidio, ac delectos quosdam adoleſcentes Reatinos circum ſe frequentes habebat, quibus ad cuſtodiam ſui capitis utebatur. Deinde equites Rom. cum ſenatu conjunxit, quae res, cum omni, tum illo turbulento Reipubl. tempore maxime ſalutaris viſa eſt. Nam antea equeſter ordo, a ſenatu disjunctus, graviſſimas multos annos cum illo ordine exercuerat contentiones ac diſcordias. Neceſſe eſt enim, ubi in aliqua Republica plura inter ſe diſſident corpora, non ſolum ſeditiones oriri, ſed peſtifera etiam bella civilia naſci. Mihique jam minime mirum videtur, ſi Catilina ad perturbandam rempublicam acceſſit: cum illum ad hoc ſua natura incitatum, tot res incitarent, ardentem inflammarent. Accedebat, quod eodem tempore proſcriptorum filii petebant magiſtratus: qui ſi eſſent honores adepti, conjuraturi pro certo cum Catilina videbantur. Quapropter illos conſul ſuis inimicitiis nullo praepoſito praemio, comitiorum ratione privavit. His rebus ſic peractis, nondum conſuli tempus videbatur, de conjuratione ad ſenatum referendi. Itaque ille ſeſe a Catilinae inſidiis non publico conſilio, ſed privata diligentia defendebat: ejus conſiliis quotidie occurrebat, audaciam debilitabat, ſceleri reſiſtebat, nullo tumultu publice concitato. Sed quanto Conſul plura providebat, tanto magis conjuratio indies convaleſcebat.

CAP. XI. Etenim nullus erat jam in urbe vicus, nullus angiportus, in quo Catilina non inſtaret, appellaret, tentaret, ſollicitaret. Et ut ad id quod optabat, perveniret, frigus, ſitim, famem, laborem tolerabat. Sed maxime juventutem excitabat. Eorum alios ipſe amabat, aliorum amoribus ſerviebat: aliis ſcorta, aliis equos parabat, ſtudio armorum nonnullos erudiebat: pecunia multos, blanditiis plures & aſſentationibus tenebat. Et ſi quem robore animi & virtute praeditum videbat, primum eum virtute capiebat, deinde ſtudio & conſuetudine paulatim in omnem cupiditatem praecipitem agebat. Etenim mores hominibus non a natura ipſa (ut aliqui falſo putant) & a ſtirpe generis: ſed ab iis plerumque ſuppeditantur, quibuscum vivimus atque verſamur. Erat ille (ſicut diximus) mira quadam arte praeditus, ad excitandas adoleſcentium cupiditates: quo non modo aetas illa, quae lubrica atque incerta eſt, ſed etiam jam corroborata caperetur. Hac ille tam multiplici natura, numerum quotidie conjuratorum augebat. Compertumque habeo, ea tempeſtate Catilinam non ſolum viros ſibi ad hoc facinus adſciviſſe, ſed etiam mulieres quasdam nobiles: quae petulanter, effuſe, libidinoſe & meretricio more vixerant, hujus conſilii participes feciſſe: per eas ille ſperabat, poſſe ſibi aut earum viros adjungere, aut eos, qui conſentire nollent, interficere. Multa praeterea occulte moliebatur, nocturnos agebat coetus, conſuli ſemper inſidias parabat. Scutorum, gladiorum, frenorum, ſparorum pilorumque magnam multitudinem conflaverat. Neque tamen his tantis rebus Catilina impediebatur, quo minus toto animo conſulatus petitioni ſerviret: ſed alacer atque laetus, ſtipatus choro juventutis, ſaepe ſupplex ambire populum, tribulibusque ſubmittere ſe, polliceri multa, crebro ſupplicare, ultro ſe offerentes rogare, paternos amicos appellare omnes, & convenire, nonnullorum nobilium frequentare domos, viam ſibi his artibus ad conſulatum munire.

CAP. XII. Tum Conſul duplici commotus malo, & quod videbat ſe non amplius privata diligentia rempublicam poſſe tueri: & ſimul cogitans, quam periculoſum eſſet reipublicae, ſi Catilina conſul fieret, conſtituit rem ad ſenatum referre, prorogare comitia, Catilinae conjurationis invidiam conflare, quo ejus petitioni obeſſet. Nam rumores etiam falſi & fabula nonnunquam ficta, perturbat omnia, totamque ſuffragatorum commutat opinionem. Convocato igitur ſenatu, docet, a Catilina & a quibusdam ejusdem ſceleris atque amentiae ſociis initum conſilium opprimendae reipublicae, ſenatus interficiendi, civium trucidandorum. Tum factum eſt SC. ne poſtero die comitia haberentur, ut de his rebus in ſenatu agere poſſent. Poſtridie conſul multa in ſenatu de conjuratione patefecit, & Catilinam interrogavit, ſi quid vellet de his rebus, quae ad ipſum allatae eſſent, dicere. At Catilina, quanquam totus eſſet ex fraude & mendacio factus, quippe ea vitia, quae a natura habebat, ſtudio quoque & artificio augebat: tamen conſcientiae ſtimulis actus, non tam ſe purgavit, quam indicavit & induit. Tum enim dixit duo corpora eſſe R. P. unum debile, infirmo capite: alterum firmum ſine capite: huic cum ita de ſe meritum eſſet, caput ſe vivo nunquam defuturum: corpus debile, infirmo capite appellabat bonorum conſenſum, quem

Digitized by Google

quem ab improbis ſignificare volebat, cum eum tunc ducem haberent, qui facile frangi ſuperarique poſſet. At ſenatus ea tum uſus eſt manſuetudine, vel potius patientia, ut nihil pro his rebus contra Catilinam ſtatuerit: praeſertim cum idem ille paucis diebus ante, Catoni perpetuo improborum hoſti, judicium minitanti, reſpondiſſet: Si quod eſſet incendium in ſuas fortunas excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Sed ideo fortes in decernendo non erant, partim quia nihil timebant, nonnulli quia ſavebant. Audio tamen quod multum nocuit Catilinae petitioni rumor ille per urbem ſparſus, quamvis falſus a pleriſque putaretur. Interim urgentibus conſularibus comitiis, Catilina paratis (ut videbatur) magnis copiis, conſtituerat, ſi conſul fieri non potuiſſet, in campo caedem facere: & ejus competitores, Servium Sulpitium Poſthumium, L. Muraenam, D. Syllanum, ſed maxime M. Tullium Conſulem interficere. Sed Conſul adveniente comitiorum die, deſcendit in campum, magna ſtipatus amicorum caterva, & cum quadam lata fulgentique lorica: non quae illum tegeret (nam Catilina non latus aut ventrem, ſed caput & collum ſolebat petere) verum ut omnes boni animadverterent, & cum in metu & periculo conſulem viderent (id quod poſtea factum eſt) ad opem praeſidiumque concurrerent. Sic Conſul tectus amicorum praeſidio & copiis, Catilinae compreſſit nefarios conatus. Sed conſules facti ſunt, D. Syllanus, & Lucius Muraena: quem poſtea a Servio Sulpitio & M. Catone ambitus accuſatum, Cicero conſul defendit: & ejus extat oratio pulcherrima, quae pro L. Muraena inſcribitur. Catilina poſteaquam ſe conſulem vexare rempublicam non poſſe videt, conſtituit privatus facere bellum. Itaque pecuniam, quantamcumque accumulare poterat, ad Manlium Feſulas exportari curabat: & ad eum ſecures, faſces, cornua, tubas, arma, ſigna militaria: aquilam etiam illam argenteam praemiſit, cui ſacrarium Catilina domi ſuae fecerat. Miſſi ſunt praeterea ab eo, L. Septimius in agrum Picenum, & C. Julius in Apuliam: alius in agrum Camertem, in Gallicum quidam alius, ut eas regiones perturbarent. Has enim oras maxime quaedam quaſi contagio hujus ſceleris pervaſerat. Ipſe Romae multa moliebatur. Poſtremo decreverat magna manu VI. Kal. Novembr. impetum in curiam facere, & trucidato conſule & ſenatorum magna parte interfecta, ad Manlium in caſtra proficiſci. At M. Cicero conſul noctes atque dies vigilans, his rebus cognitis, ſenatum circiter XIII. Kalen. Novemb. frequentem coegit. Incipit alto petito prooemio Catilinae exponere nefaria conſilia: docet, eum operas & manum comparaſse Senatus interficiendi cauſsa: praemiſsum ab eo in Etruriam C. Manlium dicit ad exercitum parandum, eumque ante diem VIII. Kalend. Novemb. fore in armis, & C. Julium in Apuliam ad ſolicitandos paſtores: ſe non Manlium aut Julium timere, ſed eos vereri, quos videret quotidie volitare in foro, quos etiam in ſenatum venire, & ab eis caedes atque incendia & interitum R.P. parari. Monuit deinde diligenter ſenatum, ut ea quae imminerent pericula, circumſpiceret, ut conſuleret patriae, ut R.P. conſervaret: niſi provideret, non legem agrariam, aut aliquam uſitatam ſeditionem parari, aut auditum aliquod aliquando malum P.R. quaeri: ſed inita eſse conſilia urbis inflammandae, civium trucidandorum, nominis Rom. extinguendi. Nullam dicebat eſse nationem, nullum regem, qui Po. Ro. bellum facere poſſet, nullum eſſe externum periculum. Intus eſſe inſidias, intus peſtem incluſam, intus equum Trojanum, a quo nunquam ſe conſule dormientes opprimerentur: hoſtem non eſse ad portas (quod graviſſimum eſset) ſed in urbe, in foro, in curia. Expoſuit poſtea remedia, quibus huic tanto malo poſset mederi. Ad extremum monuit conjuratos, ut deſinerent furere, deſiſterent ſibi inſidiari, caedes atque incendia & rapinas cogitare: in republica conſules eſse vigilantes, egregios magiſtratus: eſſe quoſdam fortes atque amantiſſimos reipublicae viros, qui acrius incumberent ad ſalutem Reipubl. quam illi ad pernitiem: deſiſterent ſe conſule, locupletum caedes ſperare. Nam cum omnium conſulum gravem in cuſtodienda republica curam & diligentiam eſse debere, tamen eorum maxime, qui non ſtatuis & imaginibus atque commendatione majorum, ſed P. R. beneficio Coſs. eſsent facti. Eos nihil agere, nihil moliri, nihil cogitare, quod ipſum lateret: ſcire ſe, quem ad capienda arma in Etruriam miſiſsent, quem in Apuliam, quem in agrum Picenum, quem in Gallicum. Errare eos vehementer, ſi ſuam lenitatem perpetuam ſperarent futuram. Se multa tacuiſse, multa pertuliſse. Severitate modo opus eſse, ad id ſe habere exempla majorum, qui perſaepe privato conſilio pernicioſos cives interemiſsent. Addebat, ſe multum mirari, ſi illi honeſte vivere non poſsent, cur turpiter potius perire vellent? Poſtremo non ſolum homines dixit, ſed etiam Deos omnes univerſos huic tantae immanitati reſtituros.

CAP. XIII. Tum Senatus, quanquam multi erant, qui ea, quae Conſul deferret, propter magnitudinem ſceleris non crederent, multi qui propter ſtultitiam non putarent, multi

Digitized by Google

qui propter improbitatem faverent : tamen de quorundam fortiſſimorum virorum ſententia decrevit , *ut darent operam conſules* , *ne quid P.P. detrimenti caperet* . Hoc ſenatus conſultum nunquam fieri ſolet , niſi in perniciofis legibus , in ſeceſſione populi , in maximis civitatis perturbationibus , & ſeditionum metu. Atque hoc uno verſiculo maxima magiſtratui Ro. permittitur poteſtas , delectum habere , bellum gerere , domi militiaeque jus ſummum habere . Venit dies VI. Kal. Novembr. Catilina , quod animo conceperat , diſpoſitis a conſule circa palatium praeſidiis , adimplere nequivit . Cito aliud facinus ſibi venit in mentem . Preneſte oppidum eſt ab urbe non multum diſtans , ipſa natura ac loco ſatis munitum : id Catilina conſtituit, propter plurimas belli opportunitates, Kal. Novembr. nocturno impetu invadere . Sed conſul hoc animo proſpiciens , illam coloniam armatis hominibus compleverat . Quamobrem Catilina id facinus fruſtra ſuſcepit . Sed antea accidit res (credo id factum benignitate Deorum) quae Catilinae animum aliquantulum perturbavit . Nam Cn. Piſo (de quo ſupra diximus) in quo Catilina ſpem magnam victoriae habebat , a quibuſdam Hiſpanis equitibus , ſive (ut quidam alii dixerunt) ab equitibus Pompejanis occiſus fuit . Utrum attulerit ipſius interitus plus conjuratis doloris , quam bonis & laetitiae & voluptatis , judicare difficile eſſet .

CAP. XIV. Haec dum aguntur , Manlius in Etruria promiſſis ſolicitabat plebem , Syllani temporis calamitate percuſſam, & novarum rerum cupidam . Omnes praeterea latrones , paſtores , & cujuſcumque generis homines , quos bello uſui fore credebat, in eandem ſpem rapinarum impellebat . Exercitum magnum comparabat , confluente colonorum Aretinorum & Feſulanorum multitudine : qui memores Syllanae victoriae , & aſſueti rapere , civile bellum exoptabant . Illi etiam , quos antea Catilina in diverſa loca miſerat , multa machinabantur . Nam cum nocturnos agerent conventus , arma & ferramenta pararent , follicitarent ſervitia , perditos homines ad vim , ad caedem , ad direptionem incitarent , opportuna loca armata manu obſiderent: plus illi terroris hominibus, quam periculi afferebant . His rebus Romae auditis , civitas cuncta permota , plena erat ſollicitudinis plena timoris . Nihil erat mali , nihil adverſi , quod non boni metuerent , improbi expectarent . Catilinae voces, & ejus minae ferebantur , ejus aſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum , metum urbi ſeditionesſque afferebant . Verſabantur ante omnium oculos ſuperiores omnes civiles diſſenſiones , miſerae capitum obtruncationes , bonorum direptio, forum acervis corporum & civium ſanguine redundans, ſolicitam civitatem & ſuſpenſam metu harum rerum memoria faciebat. Augebant populi timorem oſtenta atque prodigia . Relatum enim fuerat M. Herennium , municipem Pompejanum , ſereno die fulmine percuſſum , exſpiraſſe . Viſas eſſe in aere nocturno tempore flammas , mirabilemque coeli ardorem , ſtrepitus armorum , fulminum jactus, terrae motus horribiles cum quibuſdam multis metuendiſque rebus eſſe factos . Nam & defeciſſe lunam, & ſolem plus ſolito flammato ardore fuiſſe : auctor eſt M. Cicero in ſecundo de Conſulatu . Apparuiſſe praeterea cometas , & varias de nocte viſas eſſe terribiles formas , atque praecipiti aſtrorum motu , concurſuque gravi ſtellarum , ſignificatam eſſe iſtam conjurationem , idem in eodem libro ſcribit . Ea etiam magis mentes hominum permovebant aruſpicum reſponſa . Nam cum L. Cotta , L. Torquato Coſſ. complures in Capitolio turres de coelo eſſent tactae , ſtatuae Deorum immortalium , & antiquorum hominum , fulmine diſjectae in terram cecidiſſent : ſignum etiam Romuli cum altrice lupa de coelo eſſet percuſſum , & legum aera liquefacta eſſent: aruſpices incendia, caedes , rapinas, templorum vaſtationes , bellum inteſtinum maxime cruentum, & acerbiſſimum ſervitutis jugum P.R. portendi reſponderunt. Itaque ſtatuam Jovis mira magnitudine fieri, & illam in culmine arcis Capitolinae ad orientem verſus , ut forum & curiam ſpectaret, collocari juſſerunt : quo ſigno collocato, fore ſperabant , ut Jupiter ille omnia circumſpiciens , perditorum hominum conſilia detegeret. Omnes igitur trepidantes, feſtinantes, (ut plerumque in periculo fieri ſolet) orare Deos, numen colere, ſupplices matres familias ad aras confugere, vota facere, lamentari, infantes pueros miſerari, quicquid increpuerit, Catilinam & Manlium timere . Tum factum eſt SC. ut ſi quis conjurationem , quae contra remp. facta eſſet, indicaviſſet: ſi ſervus eſſet , libertatem haberet, & centum ſextertia: ſi liber, impunitatem ejus rei , & ducenta millia ſextertia. Decrevit item ſenatus, ut per urbem praeſidia diſtribuerentur , & per minores magiſtratus haberentur vigiliae. Item Q.Martium Feſulas, Q.Metellum Creticum in Apuliam , praetores Qu. Pompejum Capuam, Q.Metellum Celerem in agrum Picenum & Gallicum mittendos cenſuit. Hiſque permiſſum eſt , ut exercitum compararent , & omnia alia agerent , quae Reip. forent uſui.

CAP. XV. Cum igitur Q. Martius in Hetru-

Hetruriam veniſſet, Manlius ad eum legatos miſit, qui in hanc fere ſententiam locuti ſunt: *Teſtari ſe Deum atque hominum fidem, non ic- circo arma ſumpſiſſe, ut patriae bellum, & ut alicui injuriam facerent; ſed ut praetoris & foeneratorum crudelitatem a corporibus ſuis pro- pulſarent. Quorum tam fera eſt immaniſque natura, ut cum illi pulcherrima praedia, pro- prias ſedes, ac denique omnia bona, & veſti- tum ipſum, quo tecti eramus, nobis ademerint, nec quicquam nobis praeter calamitatem & ege- ſtatem reliquerint: tamen his miſeriis non ex- pleti, in ſempiternis tenebris, perpetuis vincu- lis & carceribus incluſos, vitam nos amittere volunt. Avaritiamque ſuam, quam ingenti- bus pecuniis ſatiare non potuerunt, cupiunt mi- ſeriis civium & ſanguine repleri. Rogare ſeſe & orare, ut ſi omnia ſua, praeter animam, tradiderint: nec quicquam ſibi paternum ne mo- numenti quidem cauſa reſervaverint, ut eis ſpo- liatis, honore, fama, fortunis, liceret uti prae- ſidio legis, quae permittit, ut amiſſo patrimo- nio, liceat a tormentis liberum corpus habere: ſeque ne id ſibi beneficium a praetore eripiatur, S. P. Q. R. obteſtari.* Saepe a majoribus noſtris (dicebant) *aes alienum ex publico diſſolutum eſt: ſaepe viritim ex aerario diſtributum argen- tum: ſaepiſſime plebs, ut honores, divitias & potentiam haberet, a patribus armata ſeceſſit. Nos non divitias, non potentiam volumus, ere- pta non repetimus. Habeant ſibi alii honores, divitias, provincias, imperia, triumphos: prae- dia noſtra, Imperator, foeneratores poſſident, domus noſtrae illis patent, nobis clauſae ſunt, familia noſtra maxima utuntur: nos ſervum nullum habemus, nudi, atque omnium rerum expertes ſumus, ferendum ac patiendum puta- mus. Quid volunt amplius? Quid inſequuntur? Quid oppugnant? Per Deos immortales, quae iſta tanta inhumana crudelitas eſt. Calamito- ſiſſimos homines in luctu & miſeriis perire non ſinunt, vitam eripere volunt, in qua cum ma- ximo cruciatu doloreque retinemur: quam, ſi crudeliſſimi eſſent, ſuſtentando laetitiam, quam adimendo caperent majorem. Oramus, o Impe- rator, ut liceat nobis, amiſſis fortunis, more majorum, liberum corpus habere, ut foenerato- res noſtris bonis contenti ſint, vitam & ſangui- nem ne petant: ut cum ademerint nobis omnia, ne hanc quoque lucem (quae communis eſt) eri- pere velint. Quod ſi hoc, Imperator, non po- tuerimus impetrare, cum multis potius, quam ſoli perire decrevimus.* Q. Martius legatis re- ſpondit: *Temere eos & arroganter feciſſe, quod privato conſilio contra leges moreſque majorum arma ſumpſiſſent: oportuiſſe eos, ſi quid voluiſ- ſent, petere a ſenatu, non ad arma concurrere, S. P. Q. R. ſemper miſericordem fuiſſe. Quodſi nunc etiam aliquid petere vellent, arma prius deponerent, ne aliquid per vim & metum velle videantur. Deinde ad ſenatum ſupplices eant, errati veniam petant: ſeſe ſperare, ut omnia quae a ſenatu peterent, conſequerentur. Quod ea ju- ſtitia ac manſuetudine ſenatus ſemper fuiſſet, ut nemini unquam juſta petenti, ſuum denegaverit auxilium: curiamque ſemper, cum omnium gen- tium, tum maxime miſerorum arcem ac profugi- um fuiſſe.* Legati his habitis reſponſis ad Man- lium redierunt.

CAP. XVI. At ferox Catilina, quanquam urbem cuſtodiis vigiliiſque munitam eſſe vi- det, conſulem multum vigilare, adeſſe, provi- dere, eadem parat & tentat, eadem ſaevus a- nimus agitat. Sed ille nihil agebat, nihil aſ- ſequebatur, nihil moliebatur, quod M. Cicero ignoraret, & non impediret: neque tamen il- le conari & velle deſiſtebat. Tantus jam fu- ror quidam, ſceleris & audaciae comes, illius effrenatum animum, importunamque naturam oppreſſerat, ut eum non metus, non ratio, non periculum, non res omnes adverſae & con- trariae, a cupiditate revocarent. Ubi igitur multa agitanti, nihil procedit, perditiſſimus homo alia via, palam jam & aperto Marte a- gendum putavit: quoniam ea, quae occulte paraverat, foede & aſpere evenerant. Ad Man- lium proficiſci ſtatuit, exercitum augere, pri- uſquam copiae a praetoribus compararentur, atque ad urbem infeſtis ſignis concurrere. Ita- que omnes conjurationis principes nocte in- tempeſta in M. Leccae domum convocat, ut cum illis belli faciendi caperet conſilium. Haec nox omnium temporum acerrima fuit atque acerbiſſima. Tum totius Italiae parti- um diſtributio, tum Catilinae ad exercitum dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum deſcriptio totam per urbem caedis atque incendiorum conſtituta eſt. Sed ea inter ſe hoc modo diviſerant: Catilina ut egrederetur ad exercitum, Antonius ut occuparet Hetru- riam, Apuliam M. Ceparius, C. Marcellus Ca- puam: alius alium denique Italiae locum ha- beret, Lentulus in urbe relinqueretur. Caſ- ſius & Statilius duodecim urbis partes incen- derent, Cethegus & cum eo Gabinius caedis procurationem haberent. Nox autem, qua haec fieri placerent, haec conſtituta eſt, ut cum Catilina ad urbem cum exercitu accede- ret, L. Beſtia concionem haberet, & Cicero- nem in invidiam vocaret, quod Catilinam ad bellum irritaſſet: ac eo ſigno, nocte ea, quae ſequeretur, unuſquiſque ſuum obiret negotium. His rebus ſic conſtitutis ac peractis, Catilinam unum ſibi obſtare dixit, quod Cicero viveret: ac ſe eum cupere, priuſquam ad exercitum proficiſceretur, opprimere: quoniam ejus con-

filiis multum obſtaret. Tum C. Cornelius & L. Varguntejus equites Romani, hanc ſibi provinciam depoſcunt: atque cum prima luce conſulem ſalutatum venirent, intromiſſi ſuo amore & jure amicitiae, eum in lectulo ſe trucidaturos pollicentur. Sed conſul cognita re per Q. Curium, domum ſuam majoribus praeſidiis munivit atque firmavit: janua excluſit eos, qui mane ad ipſum interficiendum venerant. Alii non L. Varguntejum, ſed C. Cethegum conſulis interficiendi curam cum C. Cornelio aſſumſiſſe tradunt. Sed illos, ſicut in multis aliis, ſic in hoc errare auctores ſunt Criſpus Saluſtius & M. Cicero. Cum haec omnia a conjuratis ordinarentur, inſtituerentur, pararentur; verſabantur in conſulis animo multae & graves cogitationes, quae ſibi nullam partem neque diurnae neque nocturnae quietis impertiebant. Primum cogitatio tuendae Reipublicae, quae eo tempore erat difficilis & magna ratio. Cum res ſibi eſſet cum homine tam acri, callido, tam in ſcelere vigilante. Deinde cura perſpiciendarum inſidiarum, quae quotidie ita ſibi comparabantur, ut nullo pacto vitari poſſe viderentur. Etenim tacita magis odia & occulta periculoſa ſunt, quam indicta & aperta. Nam is qui palam eſt inimicus, facile cavendo vitari poteſt: inimicitiae autem occultae plerumque opprimunt, antequam quid ſit, perſpici poſſit. Itaque cum omnes conjurati conſulem appeterent, ſcire autem qui eſſent conjurati, difficile eſſet: eveniebat, ut ne amicis quidem omnibus eſſet credendum. Suberat etiam illa cauſa, quae optimi conſulis mentem maxime commovebat: Catilinam nulla diligentia, nullo praeſidio, nulla ratione permoveri. His igitur tot tantisque difficultatibus conſul uno atque eodem tempore affectus, conſtituit rem ad ſenatum referre: ut quoniam nonnullis ea, quae ipſe deferret, propter magnitudinem ſceleris incredibilia viderentur, ſaepius & plura ad Senatum deferendo, majorem fidem faceret oratio ſua.

CAP. XVII. Itaque poſtridie cum domi ſuae pene interfectus eſt, Senatum in aedem Jovis Statoris vocat, rem omnem ad P. C. refert: quo cum Catilina, ſive vitandae ſuſpicionis; ſive ſui expurgandi cauſſa veniſſet, nemo eum ſalutavit. Quin etiam plurimi ſenatores partem illam ſubſelliorum, ad quam ille acceſſerat, nudam atque inanem reliquerunt. Tum M. Tullius optimum factu judicans, ei oratione (qua plurimum poterat) terrorem incutere, atque eum ex urbe egredi jubere: hoc animo proſpiciens, remoto Catilina, ſi omnes conjurati ſimul exiſſent, eos foris facile opprimi poſſe: aut ſi qui remanſiſſent, illos infirmos ſine Catilina, ac debiles fore. Catilina enim ſolus in urbe timendus erat. Omnia perſcrutabatur, omnia diligentiſſime providebat, praeripere, fallere, inſidiari, ſimulare, tentare ſollicitare, perſuadere, permovere, vigilare, laborare, urgere ad tempus, huc atque illuc torquere & flectere ſciebat. Ex conjuratis unumquemque ad certas res conficiendas delegerat: neque vero cum aliquid mandaverat, confectum putabat, omnia ipſe obibat, occurrebat, providebat. Quodſi illum Conſul non ab urbe depuliſſet, profecto reſpublica magnam accepiſſet calamitatem. Dicet aliquis: Cur igitur illum non comprehendebat, cur illum non interficiebat? Quia utile non putabat. Nam praeter paucos bonos, Ciceronem omnes crudeliter, non egregie feciſſe dixiſſent: atque etiam mortuo illo, intelligebat conjurationem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe: nam invidia oppreſſus, reliquos conjuratos perſequi non potuiſſet. His igitur de cauſis Catilinam ex urbe ejicere cupiens, ſurrexit, & hac pulcherrima in L. Sergium Catilinam oratione invectus eſt.

CAP. XVIII. *Inſeruerat hic Felicius Orationem Ciceronis, quae eſt inter Ejus in Catilinam Prima. Pergit autem his verbis.* Conſul poſteaquam dicendi finem fecit, Catilina ita illius oratione confuſus ac perturbatus eſt, ut non modo ingenium illud & dicendi exercitatio, qua Catilina plurimum ſemper valuit: ſed impudentia, qua ſuperabat omnes, ſubito illum defecerit. Tanta Conſul contentione animi, ingenii, vocis, laterum, & graviſſima corporis actione peroraverat. Ita ardentes quaſdam quaſi verborum faces, in Catilinam conjecerat, ut homo impudentiſſimus, & ad dicendum paratiſſimus, non auderet aperire os, aut verbum ullum pro ſe facere. Sed evolat repente ex Senatu cum quibuſdam fractis inanibuſque minis. Quapropter Cicero in Bruto, ſingularem illam ſuam dicendi facultatem modeſtiſſime laudans, & quaſdam enumerans eloquentiae ſuae praeclaras actiones: inter alia quod Catilinam fregerit, merito gloriatur. *A nobis*, inquit, *homo audaciſſimus Catilina in ſenatu accuſatus, obmutuit.* Alii aliter referunt, & Catilinam conſuli reſpondiſſe narrant. Extatque oratio ſatis pulcherrima, quae Lucii Catilinae nomine ſcripta fertur in vulgus. Quam equidem orationem non tam Catilinae, quam alicujus magni & antiqui declamatoris exiſtimo. Cujus ego orationis exemplar iccirco hoc loco inſerui, ut cum meam & aliorum poſuiſſem ſententiam, hoc aliis poſtea judicandum relinquerem. Catilina igitur (ut illi dixerunt) tametſi conſulis oratione multum perterritus eſt: tamen

quia

Digitized by Google

quia ipſe ad dicendum promtus erat, & ad diſſimulanda omnia paratus, confirmato animo in hunc modum reſpondit conſulis orationi.

CAP. XIX. *Omnes homines, qui in maximis principatibus vitam agunt, aut qui de rebus publicis aut privatis conſultant, decet inprimis animadvertere, ne cuiquam voluptati temere aſſentiant, neve liberum ingenium furore aut iracundia peſſundent. Sed vigilantius enitendum eſt, ut durent invictis animis, ut omnium rationes aeque circumſpiciant, nec in alterutram partem declinent, donec luce clariores, in apertum deductae, & ſatis peroratae videantur. Difficile eſt enim, commotis animis ac concitatis ingeniis, verum cuiquam perſuadere. Tanta fit plerumque vis ac frequentia orationis. Haec ſi fuiſſet nobiſcum P. C. animadverſio, dum perperam de meis moribus conſul tanta acerbitate loquebatur, cum perniciosa & inſolenti facundia in caput meum veſtros concitabat animos, modulabatur orationem: confiderem profecto, ut illius procacitas hodierna die innocentia noſtra deleretur. Sed video jam ſuggeſtione conſulis pectora veſtra rebus incumbere, vix meam perpeti orationem: credere jam illius autoritati, meae pudicitiae diffidere. Quamobrem facile vereor, ne ſera ſit noſtrae ſalutis defenſio. Nam paucorum invidia plerumque innocentes jure aut injuria ſuppeditantur. Quae res profecto neque conſtantiae virorum illuſtrium, neque Romanae diſciplinae, neque ſenatoriae dignitatis officia videntur. Quare per Deos immortales vos P. C. atque humanitatem veſtram appello, ut in tantis rebus non facile judicium excipiatis: demulſos ac devinctos animos facundia Ciceronis priſtinae integritati reſtituite: & ita reſtituite, ut aliquando Romani atque Patricii Catilinae verba intelligatis. Si quid in patriam peccavi, Quirites, neque gratiam neque miſericordiam imploro. Eripite sum ab hac luce animam, trucidate hoc corpus, & membra haec impudica divellite: non eo tendit oratio noſtra, ut Catilinae miſereamini. Summa eſt enim miſericordia in parricidam ſubitum ſupplicium animadvertere. Sed hanc verbis clementiam poſtulo P.C. ne omnino innocentiam deſeratis, ne dum libertatem defenditis, paucorum iniquitate pleroſque innoxios perditum eatis. Oſtendam vobis, atque elucidabo, acerbas in conſule noſtro mecum inimicitias, non pro ſalute reipublicae fuiſſe, ſed exagitandi imperii cauſſa, non manu tenendae libertatis deſiderio initas cunctas. Nam quantae primum in ſuperioribus annis immoderatae in me illum diſcordiae agitaverint, quantiſque atque quam crebris poſtea invicem contumeliis verſati fuimus, non referam: vobis enim omnibus nota ſunt P. C. Sed ea malo dicere, quae proximis comitiis, poſteaquam conſul deſignatus eſt, impudenter & temere tandem evomuit, ſe nihilo magis, quam excidio Catilinae conſulatum petere. Teſtes hic duo viri clariſſimi, C. Antonius conſul, & C. Caeſar: quorum auctoritate interminatio illa, eo tempore veluti parum conſulta, reprobata eſt. Ite nunc P. C. talibus animis imperia tribuite, qui curioſius privatas inimicitias, quam totius reipublicae ſalutem perſequantur. Non cupit Cicero conſulatum, ut opem referat miſeris, aut potentiam improborum arceat, ut civitatem defendat, ut Reipublicae conſulat, ſed ut maxime Catilinam delere & circumſcribere poſſit. Haec ſunt officia viri conſularis? hae glorioſi & ſanctiſſimi civis inſtitutiones? Tales homines in dandis magiſtratibus nobilitati anteponite, quibus tantus & vaſtus eſt animus extinguendi nobilitatem. Nam quod mihi hujus voce viri interminatum eſt, diligentius in vos omnes convertetur. Credite mihi P.C. credite, rara eſt inter tam diſſimiles animos benevolentiae charitatiſque conſenſio. Ille ex municipio Arpinati novus hoſpes huic urbi inſitus, eam velut ingenitam rabiem atque invidiam animo volutat, quam novis & exteris civibus, non tantum mores, ſed veteri conſuetudine natura comparavit. pridem illi in petitione conſulatus patria exprobrata eſt, aliquando novitas generis objecta, aequo animo tantam contumeliam toleraſſe: tum impatientiſſimum hominem exiſtimatis? Incitabatur eo tempore truculento ſpiritu laceſſitum ingenium, & veluti viper. ſerpens inflammato ac venefico pectore ferox ejus & crudelis animus agitabatur. Hic qui ſe patrem patriae nominat, qui dicere ſolitus eſt, hanc rempublicam ſuo ſplendore decoratam, qui virorum omnium illuſtrium ac praeſtantiſſimorum familias non modo aequaſſe, aut aliquando ſuis moribus, veruntamen omnium majorum virtutem ſuperaſſe jactitat: cum objectari ſibi novitatem videret, quo putatis cum ingenio perferre potuiſſe. Infremebat tunc dentibus, atque in vos omnes rabido rictu conceptam latenter iram acuebat, quam neque lenitam adeptione conſulatus inpoſterum putetis: cum non veſtra gratia, ſed ſuis maximis virtutibus, conſequi tantam dignitatem debere arbitretur. Nunc itaque priores illos impetus exequitur, nunc his artibus perturbare civitatem inſtituit: nunc ſe his conſiliis ulciſci, & nobilitatem eo deducere, ut nunquam ſibi novitas objiciatur. Faciet hoc P. Conſcripti, faciet, niſi veſter prudentiſſimus animus aliquando noſtrae omnium ſaluti, & univerſae Reipublicae conſulat. Jam hoc primum initio ab hoc principe ſcelerum, ab hoc flagitiorum artifice, ita civitas noſtra dira & peſtilenti labe conſperſa eſt: ita perniciosum*

ſe-

ſemen diffundit in patriam, ut ſi aliquando conſitum radicibus, paulum altius convaluerit, delebitur quidem haec R. P. pulcherrimum hoc a ſtirpe concidet imperium. Nihil enim eſt tam periculoſum civitatibus, quam cum delecti cives inter ſe diſſident. Inimica namque eſt rerum maximarum diſcordia: ea ſola res fortes diſſipat & demolitur: eam quidem hic nunc inſeruit noſtrae civitati. Hanc inter nos calamitatem ingeſſit: quae ſi non mature provideatur, video jam ſummam fortunae conjunctam hanc rempublicam, video jam arma in manibus veſtris, alterum alteri obſiſtere: hunc proſcribi, alterum vero trucidari. Utinam enim rerum malarum innocens, Catilina, finis eſſet, uti eſt initium: nullum foret mihi grave pro republica periculum ſubire, patriae equidem proſcribi, patriae abdicari, emori paterer. Sed non ſemper cunctis mortalibus idem animus eſt. Erit alter impatientior, qui ulciſci malit, quam improborum perpeti injurias. Tunc neceſſe eſt, ut civili bello res agitetur, periclitabitur tunc patria, & in ancipites caſus, certumque Urbis excidium accidet repente, interitura: tunc ingenti laetitia efferetur, & optatis ſeſe rebus potiri gloriabitur. Cum hanc videbit armis ſplendere patriam, & iſtam admotis ignibus urbem lucere: tunc laudabit ſua conſilia, & extollet invictum animum, & pro ſuis contumeliis ſatis ſe majoreſque ſuos ultum iri exiſtimabit. Nam praedicare aliquando ſolitus eſt, originem ſe generis habuiſſe ex Tullii Hoſtilii familia Volſcorum regis, ea quidem Po. Ro. inimiciſſima: quae ſola prorſus nota eſt occaſio, ut univerſum ſit tibi nomen populi R. odio, ſemperque abhorreat hanc rempublicam cujus ditione obſcurata eſt majorum ſuorum familia: & ſubactum ejus ac demolitum imperium. Quae res quantae curae habentur humanis ingeniis, vos ipſi exiſtimate. Hoc ego tantum de Cicerone exiſtimare poſſum, ut praecedens illa majorum ſuorum invidia, veteres illae inimicitiae impatientis animi ſuum ſemper ingenium agitent, nunquam ab impetu aut a rabie quieſcant. Tanto eſt illius immoderata evertendi hujus imperii libido: videlicet placato enim orbe terrarum, tot profligatis regibus, tot populis, tot gentibus, tot exteris nationibus ſubactis, terras undique & maria imperio noſtro parere, nullum ſuperiorem hoſtem populi Romani, cui noſtra virtus longe probata ſit. Defluxit itaque illi ſpes omnis extrinſecus hujus imperii demoliendi. Tute nobis omnia quieſcunt, omnes ultro obtemperant. Cum vero ſeſe majoreſque ſuos vindicatum iri malit, nec poſſit unquam ab illa opinione durus & crudelis animus quieſcere: ad has confugit perturbationes, quibus privatis inimicitiis mecum primo, poſtremo in univerſam rempublicam conferre putat. Accuſat itaque inimicum ſibi Catilinam & pleroſque alios ejuſdem conſocios conjurationis, velle rempublicam invadere, evertere patriam, urbem deformare, domibus, templis, aris incendia parare: ſtuprare virgines, ſenes, plebem ac patricios jugulare, nuſquam irae aut ferro parcere, donec pulcherrima iſta omnium imperatrix a ſtirpe intereat. Sed per deos immortales, neſcio quorſum tendat vana haec hominum exiſtimatio, ut quiſque mortalium credat, aliquem eſſe tam perditum, aut tam prorſus ignarum rationis, ut cum non quandam intelligat inſitam patriae pietatem, quae ſemper quadam tacita ac vehementiſſima vi naturae, humanis pectoribus infunditur. Quis itaque Romanus animus tantam reip. calamitatem afferre cupiat? Quis enim tam aterrimus P. R. hoſtis, ille etiam Carthaginenſium dux Annibal, majora nobis, aut paria excogitare potuiſſet? Egone rempublicam invadere velim, qui & pro republica ingentia pericula ſuſcepi? Egone ſenatum & urbem deformare, tot ampliſſimis beneficiis noſtrae familiae decoratam auderem? Egone Romanorum templa incendere, quae tot ſigna, tot tabulas majorum noſtrorum oſtendunt? Egone togatus patricios aut ſenatores jugulare, qui inter dignitates modo honore praefectus ſum. Egone candidatus, reliquis ſceleribus deturpare civitatem, qui plerumque ne quis deturparet, ſumma ope propulſavi? Quae ſpes? Quis animus? Quae occaſio me ad tale facinus impellunt? Num cauſa forte, quam paulo ante Cicero diſſeruit, libido dominandi? Nonne quiete dignitatem omnium adeptus ſum? Nonne in ſpe mihi agendi tales reliquiae parantur, quales cuiquam mortalium fas eſt optare? Neque enim patriciatus, neque ſenatoria dignitas defuit: neque impoſterum conſulatus aut dictatura deeſſe poterunt. Quae tantae & tales ſunt, ut non modo in hac praeſtantiſſima urbe, ſed in omni orbe terrarum omnium gentium, omnium nationum, imperia & principatus antecellant. Quid igitur opus erat, ut difficili in bello quaereretur, quod mihi in pace ultro parabatur? Ac forte invidia me concitavit, quod pariter Cicero docebat, grande aes alienum, anguſtia rei familiaris & immoderata potiendarum rerum audacia? ſed de temerario aut veſano homine hoc exiſtimandum eſſet, aut pleriſque qui pro potiundis opibus inconſulte tantam parare poſſet populo Romano ſeditionem: non praeſertim in viro patricio, & in tam opulentiſſima civitate, cui honeſtae ſunt opes, quid dubitas ſibi unquam deeſſe poſſe? Tot ultro ſeſe ſibi quaeſtus offerunt, & ex publico aerario proventus, quod ſi quis paululum labefactare maluerit, neque omnino parere honeſtati, incredibile eſt, quam is facile immenſis opibus affluere poſſit. Ut reliqua praeteream, tu mihi aper-

Digitized by Google

apertum exemplum es Cicero, qui pridie pene hanc urbem ingreſſus, omnium rerum egens: cum te ad magiſtratum contuliſti, tantam conglutinaſti repente divitiarum molem, ut omnes hujus urbis coloniae vix emtoribus tuis ſupereſſe videantur. Temere igitur mihi objicis avaritiam, paupertatem, inſtans onus aeris alieni. Quae cuncta tutiori via ſedare potuiſſem, quam rempublicam inquietare, incerta pro certis capere, parvo commodo ingentia pericula ſubire. Sed neque quibus arguor privatarum inimicitiarum cauſa, tantum facinus initiaſſem. Nemo eſt in hac republica, quem inimicum hic habeam, Cicero tantum mihi moleſtus eſt, quod ejus flagitia, quae in occulto habet, nunquam reticere potui: cujus ineptias ſi tandem a me propulſare maluiſſem, ſine diſcrimine publico multi mihi ad ultionem aditus patebant. Non erat opus ad perniciem reipublicae confugere, neque metus mihi, neque pericula obſtabant: cum, ſi ex hominum vita deleretur, non modo ad vindicandum, ſed nec ad lugendum funus quiſquam ſupereſſet. Sed dii prohibeant, ne hunc animum illius temeritate dehoneſtem. Nullam enim illuſtribus viris in abjectis hominibus ultio laudem afferre poteſt: illam tamen, ſi caſu maluiſſem non eſt putandum, Quirites, ſi eo tempore ſuſceperim, opportunitatis minimum ſibi, mihi vero plurimum adeſſe poterat. Porro ſi quibus armatorum copiis domum meam circumſepſi, ſocios induxi, permiſi vigiles (neque horum enim quicquam inficior) feci Patres Conſcripti, non ut cuiquam facerem injuriam, ſed ut prohiberem conſulis impetum. Verebar, ingenium noveram, ſciebam inimicitias, intellexeram hanc ab illo inſtructam conjurationem. Formidabam itaque, ne illius facundia ſubito momento animi veſtri indignarentur, & contra quaeſtionem meam licentia veſtra deſignatis periculis de me ſupplicium ſumeretur. At ſi ſemel in ejus deſignatus manus concidiſſem, fruſtra meae in poſterum defenſioni locus parabatur. Vitam igitur meam ſumma ope in hunc diem produxi. Et in tanta rerum perturbatione, nunc perſuaſu tuo, ne me omnes reum facerent, pene tranſii. Nunc cum tibi minus opus erat, Cicero, praeter ſpem in ſenatum veni: & quantum mihi ſatis videbatur, minora quaedam ſcelera elucidavi: ex auditu quorum tri in obſcuro maluiſſes, quam ipſis tam enormibus ſceleribus viam dediſſe: nihil tuorum facinorum expavi: non tunc oratio tua, non ultro conjecti motus territaverunt. Quis enim terror in tanta ſenatorum frequentia, in tanto ſplendidorum civium coetu, inſontem cujuſquam animum turbare poteſt? Habeo igitur diem quem maxime cupivi, quem vero minime exiſtimabas. Habeo ſenatum, qui innocentiam meam intelligat, apud quem flagitia tua in aperto habeantur. Optimo igitur periculo meis periculis proſpexi, ſi quando armatorum copia furorem tuum propulſavi: ſi quando intrepidus in republica perſtiti, fugam dum mihi omnium obtentu perſuadebas, inſtare mihi contra fuit animus. Sed o Dii immortales, ubinam ſumus? Quis potentem calumniam non videt? Ad quid aliud niſi ut fugerem, tota tua oratio pertinuit? Sed ſi (ut ais) omnia mea tibi facta illuſtrantur, ſi luce clariora ſunt mea conſilia: quid nunc mihi fugam perſuades? Hic ſum, nullis meis praeſidiis circumventus: adeſt ſenatus, qui tibi vim prohibebit. Oſtende haec facinora: elucida ſeditionem: affer ſupplicium. Non decet in tantis periculis miſericordem videri. Cunctatio quidem omnis obeſſe poteſt, nullum vero praeſidium afferre: ſi habes principem conjurationis, ſi imperatorem hoſtium tenes, quid remoraris? Quid ejicere cupis? Utilius eſt enim ut duce careat exercitus: fient illico ad bellum ſegniores. Sed video (utque fieri ſolet) in mediis malis, tibi malorum cauſa timore animus frigeſcit. Caſum enim, quem mihi aut reipublicae parabas, in te conferri vides. Res praeter opinionem tuam nunc agitur, tui capitis periculo. Dubitas nunc de fortunis tuis non objecturum me tibi? In ſenatum venire exiſtimabas? Ideo cum veni, illico trepidus factus es. Putas minitando nunc mihi terrorem incutere? Ignoras, quam liber, quam vaſtus ſit innocens animus? Vis ut fugiam, Cicero? Utique non fugiam, ſed perſiſtam acrius petulantiam tuam oppugnando. Neceſſe eſt ut omnium conſiliorum tuorum flagitia refellam. Veniant in hunc locum teſtes, quorum tibi tantam copiam ſupereſſe dicis, ut nil tibi meorum operum tectum aut occultum ſit. Quos produces? Qu. Curium hominem quidem ſanae opinionis, integrae vitae: aut vero qui ſuis flagitiis celeberrime hunc ordinem devaſtavit. Propterea probri genere abdicatus eſt? Aut Fulviam produces ejus conſortem libidinis, quae nullius unquam caedis conſcia fuit: nullius ſtupri aut inceſti alumna concubitus: aut vero ita vixit, ut velut quoddam ſceleris exemplum, omnes meretricum artes egregia ſola ipſa ſuperaverit? Hi ſunt homines clariſſimi, quibus nunc inquietudo civitatis ſuſpecta eſt, quorum adverſum me teſtimonia parantur. Sed per deos immortales tute jam Cicero moribus tuis oſtendis, furore tuo paulum non impudentius abutere: non erat ex apertis conjurationibus petenda fides populo Romano, ſi me delere cupiebas. Eos eligere debuiſti, quorum obſcurior vita, & parumper occultiora latrocinia fuiſſent. Multi mortales eadem pecunia utilius ambitioni tuae obtemperaſſent. Illorum autem maledicta nemo bonus civis timere de-

bet. Facile refelli poſſunt, utpote cum fortuna eorum & fides & facta ſatis vulgata ſint: qui mihi ſi favere debeant, adverſarios mallem eſſe injurios, ne vitam meam eorum familiaritas aeque in contemptum deduceret. Nunc itaque, Patres Conſcripti, omnia vobis facta conſulis & cogitata illuſtravi, nunc etiam vobis innocentia mea patere poteſt. Quae res illum impulerit ad Catilinae interitum, ad perturbandam rempublicam videtis. Mecum privatis inimicitiis agitatur. Objectu vero novitatis, univerſam odit nobilitatem, more majorum ſuorum. Nam hanc patriam abhorret, eapropter ſeditiones parat, ſerit diſcordias: nunquam ad perniciem noſtram impatiens ejus animus quieſcit. Facit inprimis reum parricidii me patricium Romanum, ſenatorem: cujus tot res geſtae, tot imperia, tot magiſtratus, tot majorum meorum beneficia ampliſſimo ſplendore Reipublicae luceſcunt. Objicit egeſtatem, quae in opulentiſſima civitate minoribus etiam magiſtratibus nunquam obeſſe potuit. Objectat inimicitias, quae mihi ad perturbandam rempublicam non utique ſatis eſſe viderentur. Teſtes quos producit, videtis: qui tales ſunt, ut omnium ſceleratorum exſuperent ingenia. Quae tentata, poſteaquam ſibi praeter ſpem eventibus non reſpondent, neque in ſenatu ſperat, timore illico ſuppreſſus eſt. Fugam mihi imperat, quando ſi deliquiſſem, ad vindicandum tantum nefas nulla magnitudo ſupplicii ſatis eſſe poſſet. Si ergo P.C. innocentiam meam videtis, ſi illius animi ferocitatem intelligitis, ſi pericula reipublicae ingeniis veſtris aperta ſunt: expergiſcimini igitur aliquando, & imperii Romani vitae miſeremini. Habetis labentem colubrum in viſceribus veſtris, habetis in hoc ordine incluſam reipublicae calamitatem, quae vigilat ad perniciem P. Romani. Vos illum in ſummo honore poſuiſtis. Cavete, ne quando per licentiam ea pars peſtis totum corpus ambiat, ac veluti contagio quaedam in vobis adoleſcat. Expedite ocyus, & evacuate hanc ſentinam ſcelerum: abdicate hunc hominem conſulatu, ne claram & ampliſſimam dignitatem foeda illius flagitia deturpent: eripite hunc ab hac republica, ne quando eum ad excidium noſtrae civitatis anhelantem haec ſanctiſſima intra moenia conſpiciant. Si chara ſunt vobis hujus urbis monumenta: ſi perjucundi liberorum conſpectus: ſi grata eſt veſtrarum virginum pudicitia: ſi templa, potentatus, ſacerdotia, domus, opes, familiae, clientelae, fortunae omnium, & univerſae patriae commoda vobis accepta ſunt: jamjam ab hac republica ſemen hoc malorum omnium eradicate, hunc a conſpectu civium eripite, qui vos & omnia bona veſtra extinguere cogitat, qui imperii claritudinem Romani in ſimultatibus atque diſcordiis perturbare inſtituit. Succurrite his periculis, obviate huic calamitati: tunc omnis ſuſpicio ſedabitur: tunc dolus iſte a cohortibus confeſtim diſſipabitur. In hoc uno homine omnis ſpes eorum ſita eſt. Quis enim alius huic maximo imperio, huic capiti orbis terrarum, paucorum ſceleratorum animos erigere aut concitare potuit? Quis civis in hac republica tam atrox facinus excogitare? Hic hic tantum novus Cicero Arpinas, ex Tulliorum familia, ſtruit clam noſtro capiti inſidias. Catilinae conjurationes inſimulat, quo liberior ſibi ad conſilium opportunitas patere poſſit. Nos pleroſque in quaeſtionem deducit, ut nomine noſtro comparatis copiis facilior ſibi pateat aditus ad invadendum rempublicam. Vos P.C. nonne veſtra pericula videtis? Capeſſite rempublicam miſeram & nutantem; ſubvenite patriae, parentum & ſimul ſaluti omnium miſereamini: meque patricium civem, & populum Ro. a faucibus inimici conſulis eripite. Supplicem atque inſontem priſtinae claritudini, omnium civium gratiae ac benevolentiae reſtituite.

CAP. XX. Vix Catilina dicendi finem fecerat, cum plerique ſenatores obſtrepere coeperunt, eum hoſtem ac parricidam vocare. Tum ille furibundus, *quoniam circumventus ab inimicis, praeceps agor, incendium meum non aqua, ſed ruina veſtra extinguam.* Deinde exſanguis atque aeſtuans, ex curia repente ſe domum proripuit, cum quibusdam magnis immanibusque minis. Ibi multa volvens animo, conſtituit in Manliana caſtra proficiſci: timens, ſi amplius cunctaretur, ne conſulis oratione concitati animi in ſe impetum facerent. Lentulo igitur atque Cethego, & aliis convocatis conjurationis principibus, conſilium ſuum exponit: eos hortatur, uti ſemper parato ac forti eſſent animo, neve labore ac periculo ullo terrerentur, ut quae ſuperiori nocte paraverant, exequi curarent, ac quamplurimos poſſent, ſibi ad bellum adjungerent ſocios. Interea monet eos, ut per urbem voces ſpargerent, eum innocentem Maſſiliam in exilium ire: ut ex ea re aliqua in Ciceronem redundaret invidia: & quo civitatem improviſius aggredi poſſet. Cum haec & alia ejusdem generis dixiſſet, nocte intempeſta cum paucis, vel (ut aliqui dicunt) cum trecentorum ſatellitum comitatu, ex urbe exceſſit: non Flaminia (ut a nonnullis falſo ſcribitur) ſed Aurelia via profectus. Poſtridie quam Catilina ex urbe profugit, M. Cicero orationem habuit ad populum: quae quia in orationibus Ciceronis deſcripta eſt, praetermittam hic, quae tunc a conſule dicta ſunt.

CAP. XXI. At Catilina ex itinere literas pleriſque conſularibus & optimo cuique miſit, qui-

quibus ſe dicebat falſis criminibus circumventum, & a ſenatu alienatum, quoniam conſulis furori reſiſtere non potuiſſet, tempori cedere, in exilium Maſſiliam ire: non quod alicujus ſceleris ſibi conſcius eſſet animus, ſed uti R. P. quieta foret: neve Conſ. nobilitatem extinguere cupiens, Catilinae conjurationes ſimulando, pleroſque bonos ac innoxios perditum iret, malle ſe patria carere, quam ut aliqua belli civilis diſſenſio oriretur propter ſe. Haec res magnam Ciceroni conflavit invidiam. Etenim plures erant qui Catilinam non obſtupefactum ac perterritum Conſulis diligentia, non de ſpe conatuque depulſum, ſed indemnatum, innocentem, in exilium dejectum a Conſule vi & minis eſſe dicebant: nec illum improbum, ſed timidum: Ciceronem non diligentiſſimum conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannum vocabant. At Catilina ubi in agrum Feſulanum cum faſcibus & imperatorio ornatu pervenit, & exercitum accepit a Manlio, ſtatuit non prius bellum gerere, quam exercitum auxiſſet, & quam pauciſſimis diebus milites majorum diſciplina, labori ac militiae aſſuetos reddidiſſet. Catilina igitur vigilando, laborando, ordines inſtituendo, milites appellando, monendo, hortando, magis magisque indies ad militarem diſciplinam ſuos revocabat. Dum his artibus Catilina inſtruit exercitum, Q. Catulus ſummo ſplendore & auctoritate vir, qui quondam Catilinae familiaris fuerat, literas in ſenatu recitavit, quas ſibi a Catilina datas eſſe dicebat. Quarum exemplum infra ſcriptum eſt. (vide Cat. *c.* xxxv.)

CAP. XXII. Sed cum ex multis aliorum literis crebriſque nunciis Romae compertum eſſet, Catilinam exercitui praeeſſe, patriae bellum inferre: permulti erant, qui vehementer inſimulabant conſulem, quod hoſtem, quod tam capitalem R. P. non comprehenderit, quod principem conjurationis emiſerit. Etenim ſic tum ratiocinabantur homines, & inter ſe loquebantur. Ad mortem Catilinam duci juſſu conſulis, & graviſſimo ſupplicio affectum eſſe jam pridem oportebat. In illum conferri peſtem iſtam, quam nunc in nos machinatur. Nam ſi illum conſul (ut meritus erat) morte mulctaſſet, bellum nullum haberemus, caſtra non eſſent in Hetruriae faucibus collocata, reſpublica nunc quieta foret. Non erat opus eo tempore miſericordia, de hoſte acerbiſſimum ſupplicium ſumere, & unius improbi poena univerſam rempublicam conſervare. Exemplum alii uſurpantes Sp. Melium regnum appetentem a P. Servilio Hala, Tiberium Gracchum a P. Scipione interfectos commemorabant: a C. Mario L. Saturninum tribunum plebis, & C. Servilium Glauciam praetorem occiſos eſſe, propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones. Ciceronem vero eum, quem acerbiſſimum hoſtem ſciebat, quem exſpectari ducem & Imperatorem in caſtris hoſtium videbat, ad caſtra proficiſci juſſiſſe, ut patriae bellum inferret. O conditionem miſeram adminiſtrandae reipublicae, in qua diligens moroſus, negligens turpis, ubi ſeverus crudelis & inhumanus, miſericors timidus ac diſſolutus vocatur: ubi erranti nulla venia, recte facienti exigua laus proponitur. Cum antea L. Catilina in exilium profectus diceretur, non ille a Cicerone ſpoliatus armis audaciae, non Ciceronis conſiliis atque laboribus circumcluſus ac debilitatus: non quod ille pertimuerit, ſententiam mutaverit: ſed indemnatus, innocens, in exilium dejectus a conſule verbis & imperio dicebatur. Non ille improbus, ſed timidus: non diligens conſul, ſed crudelis vocabatur. Sed cum eſſent tunc homines, qui haec loquerentur, iidem ſi Catilina interfectus fuiſſet, quid dixiſſent? Nunc vero quod Catilina vivit, quod ſupplicio mactatus non eſt, Ciceronem nullius conſilii, inertem, timidum ac diſſolutum vocant. Nihil eſt profecto inertius vulgo: non delectu aliquo aut ſapientia judicat, ſed conſilia eventis ponderat: & cui bene quid evenerit, illum multum providiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicit. Sed haec omittamus.

CAP. XXIII. Cum igitur Romae compertum eſſet, Catilinam exercitui praeeſſe, patriae bellum inferre, fit S. C. quo Catilina & Manlius hoſtes judicati ſunt. Caeteris ſtatuta dies, qua omnibus praeter rerum capitalium condemnatis, impune liceret ab armis diſcedere. Et ſi quis poſthaec ad Catilinam profectus fuiſſet, ſenatum exiſtimare, eum contra rempublicam & ſalutem omnium feciſſe. Decrevit item ſenatus, uti Coſs. delectum haberent. Et ut C. Antonius cum iis copiis, quas colligere poſſet, Catilinam terra marique perſequeretur, Cicero urbem ab inſidiis defenderet. Neque tamen hoc gravi S. C. perditorum hominum mentes ſanatae ſunt. Non nemo ex tanta conjuratorum manu, niſi aut ſpeculandi cauſa, aut inſidiandi, a Catilina diſceſſerat: contraque permulti ex agris, permulti ex urbe ad illum confluebant. Sed ex his ille ſervos repudiabat, quorum numeroſa ad eum multitudo irruebat: indignum eſſe exiſtimans, cauſam civium cum fugitivis communicare: & ſimul cogitans id, quod profecto eveniſſet, ſi Romae ſocii conata perfeciſſent, ingentem ad eum undique ex Italia perditorum hominum futurum concurſum. Etenim illi non ſolum Catilinam vincere cupiebant, qui erant conjurationis participes: ſed quicunque aere alieno

M 2

no premebantur, quicunque patrimonio naufragus, quicunque antea proſcriptus fuerat: multi etiam honores ſibi & imperia turbata republica expectantes, alii ex tumultu & diſſenſionibus aſſueti conſequi potentiam, bellum exoptabant. Praeterea in magna civitate ſemper multi ſunt improbi, facinoroſi, perditi, audaces, turbulenti, factioſi, egentes: qui nutu ad perturbandum civitatis otium impelluntur. Sed praecipue delicata juventus, illi barbatuli juvenes, aut imberbes Catilinae gregales: qui unguentis obliti, compoſito capillo, velis amicti non togis incedebant, Catilinae conſilia probabant. Et ex his complures ſe ad illa caſtra conferebant. Ex horum numero fuit quidam Fulvius, Auli ſenatoris filius: qui ſi Catilinae amicitiam vitare potuiſſet, nihil a majorum ſtirpe degeneraſſet. Erat literis Graecis & latinis optime inſtitutus, ineratque ingenium ſatis acre: forma praeterea corporis, & ſumma virtutis indoles. Sed is Catilinae amicitia factus ſui diſſimilis, temerario impetu ad illa caſtra irruebat: quem ſeverus parens ex itinere retractum, cum verborum contumeliis laceraſſet, necari poſtea juſſit. Fuit etiam opinio P. Clodium Appium filium, ea mente ex urbe diſceſſiſſe, ut ad Catilinam iret. Deinde commutato conſilio in urbem rediiſſe. Itaque Cicero ei multis in locis objicit, quod fuerit ſocius conjurationis: quod crimen, etſi ab inimico objectum, non falſum crediderim. Nam Clodium nihil non auſurum fuiſſe, ejus vita & mores convincunt. Nonnulli item C. Antonium conſulem, in Catilinae conjuratione eſſe dicebant: confirmabaturque illorum opinio hoc uno argumento, quod Antonius nunquam illam ſuſpicionem cum Catilina ſocietatis, quam de ſe tum homines habebant, aut inficiando tollere, aut diſſimulando ſedare curabat. Neque ſolum urbem iſtius furoris morbus, ſed totam pene Italiam, & obſcure ſerpens multas jam provincias pervaſerat. Quodni fuiſſet in urbe patefacta conjuratio, profecto Catilina brevi tempore infinitum exercitum collegiſſet, & ingentes facti eſſent undique motus: in Apulia, in Brutiis, in Pelignis, Capuae, in agro Piceno, praeſertim Piſauri, & Camerti, in Hetruria, in Gallia citeriore & ulteriore: partim obſcure, partim aperte volitabat armata conjuratorum manus.

CAP. XXIV. Sed motus ingens hujus exſecratae conjurationis a Marcellis patre & filio excitatus, indicante L. Vectio, per Bibulum in Pelignis, per Cicer. in Brutiis ſedatus atque compreſſus eſt: & de utroque per eosdem vindicatum. In Gallia autem transalpina C. Murena legatus, frater Murenae, conſulis deſignati: in agro Piceno Gallicanoque Q. Metellus praetor egregius, omnes conjuratorum impetus & conatus prohibebant. Et ex his complures Metellus in vincula conjecerat. Quanquam librariorum culpa (ut opinor) in Saluſtio mendoſe legatur, hunc C. Murenam citeriori Galliae legatum praefuiſſe. Nam illum hac tempeſtate transalpinae Galliae cum imperio fuiſſe tradit Cicero. Eodem auctore Q. Metellum Celerem ſupra narravimus in agrum Picenum & Gallicanum a ſenatu fuiſſe miſſum. Ad haec Cicero conſul omnes colonias juſſerat ac municipia, ut eorum oppida munirent, in armis haberent praeſidia, atque eorum fines ac urbes a Catilinae excurſione defenderent. Item P. Seſtium quaeſtorem cum exercitu Capuam miſit, quod eam urbem a conjuratis tentari audierat. Is igitur ut Capuam venit, C. Meulanum, hominem perditum, conſulemque Marcellum urbem illam vi occupare conantem, atque ſervile bellum excitantem, & multa ibi nefarie molientem Capua exterminavit, eamque civitatem periculo maximo liberavit. Qua de cauſa Capuae decuriones, propter ſalutem illius urbis conſervatam, inaurata ſtatua M. Tullium decoraverunt, & in patronum ſuum aſciverunt. P. Seſtio publice maximas egerunt gratias.

CAP. XXV. Iisdem temporibus relicti in urbe a Catilina duces, cives atque peregrinos, nobiles, medios, infimos, & cujuscunque generis homines ad bellum incitabant: quos ipſi videbant novarum rerum cupidos & ad bellum utiles fore. Malleolos praeterea ad incendendam urbem parabant, Catilinae arma atque pecuniam clam ſubminiſtrabant. Erant tunc Romae legati Allobrogum, ex civitate male pacata, a ſenatu petentes, ut magno aere alieno eorum liberarent civitatem. Hos igitur Lentulus exiſtimans ad belli ſocietatem facile poſſe impelli, propterea, quod gens Gallica natura pugnaciſſima eſt, & novis rebus ſemper intenta, praeſentemque populi R. ſtatum odio habebat. In hac conjunctione multa inerant commoda: primum, quod Gallia equitatu maxime abundat, cujus ſe videbant conjurati multum indigere. Deinde, quod Allobroges finibus Italiae proximi ſunt, atque tumultu Gallico excitato, neminem arbitrabantur conjurationi poſſe obſiſtere. Itaque Publio Umbreno (quod is Gallis notus erat) negotium dedit, ut Allobroges ad ſocietatem requirat: qua ratione id fieri poſſit, oſtendit. Umbrenus Allobroges accerſivit, & rem diligenter transegit.

CAP. XXVI. Sed M. Cicero ſemper vigilabat, & providebat, ut quid agerent conjurati, quid molirentur, ſentiret ac videret. Et quo me-

melius omnia inveniret, L. Torquati, P. Lentuli Spintheris, Q. Catuli, M. Luculli, P. Servilii, M. Catonis, Q. Sangae, multorumque aliorum clariſſimorum virorum opera & conſilio utebatur. Hi optime de Republica ſentientes, odorabant omnia, & perveſtigabant: & quicquid inveniebant, ſtatim ad conſulem referebant. Voluit igitur fortuna P. R. ut legati de his rebus loquerentur cum Q. Fabio Sanga clariſſimo viro, cujus patrocinio Galli utebantur. Is Ciceronis omnium conſiliorum ſocius, rem conſuli propere nunciat. Tum Conſul, putans oblatam ſibi facultatem, ut quod ſemper optaverat, conjuratos manifeſte convincere poſſet, legatos ad ſe occulte venire juſſit: monet eos, ne ſine cauſa hoſtes Po. R. fieri vellent: neve eorum res florentes cum Catilinae, Lentuli, ceterorumque miſerorum perditis conjungerent: non debere eos incerta pro certis captare, aut parvo commodo ingentia pericula ſubire: omne bellum incipi facile poſſe, non in ejuſdem eſſe poteſtate, eidem imponere finem. Catilinam dicit ejus conſiliis, laboribus multis, firmiſque praeſidiis circumcluſum ac debilitatum fore, ut eum Antonius collega exercitu facile opprimat. In urbe abunde conſulta ac proviſa eſſe omnia, ne quis contra rempublicam ſe commovere poſſit. Quod ſi aliquid eorum non modo factum, ſed incoeptum ullum conatumve contra R. P. eſſet deprehenſum, S. P. Q. R. pro ſua conſuetudine ſevere vindicaturum: proinde ſibi & eorum civitati conſulerent. Quodſi ea facere vellent, quae ipſe oſtenderet, eos habere facultatem, ut omnia quae a P. R. peterent, conſequi poſſent. Legati ad haec benigne reſponderunt: verum eſſe, ſe a P. Lentulo ad bellum ſocios eſſe requiſitos: ſed eos non eſſe tam fortuna miſeros, aut voluntate perditos, ut P. R. multis laboribus collectam amicitiam ſubito effunderent: cupere eos omnia facere, quae ipſe imperaret. Tum conſul eis praecepit, ut ſtudium conjurationis vehementer ſimularent, operam darent, ut a conjuratis literas eorum manu ſcriptas, & uniuſcujuſque ſignum extorquerent, ac eorum conſilia omnia diligenter explorarent. Allobroges operam ſuam polliciti, rem non procraſtinant, per Gabinium (nam ad eum primum Umbrenus Gallos perduxerat) Lentulum, Cethegum, Statilium, item Caſſium conveniunt: ab illis literas & jusjurandum & ſigna poſtulant, ut aliquod indicium ad ſuam gentem perferant: demonſtrant, aliter ad tantum facinus eorum cives non poſſe impelli. Tum illi nihil ſuſpicantes, dant ad ſenatum Allobrogum populumque jusjurandum, & literas eorum ſcriptas. Nihil eſt profecto tam periculoſum, quam quod quis vellet eſſe occultum, literis committere. Ad haec mandant, ut cum equeſtribus copiis quamprimum in Italiam venirent militibus ſeſe abundare dixerunt. At Caſſius, ut facilius barbaros homines ad bellum impelleret, cum ſciret exteras nationes maxime nobilitate moveri, nonnullos nobiles nominavit, & ſecum illos facere dixit.

CAP. XXVII. Lentulus etiam ad incitandos Allobrogum animos dixit, ex libris Sibyllinis aruſpicumque reſponſis, regnum Romae dari tribus Corneliis: Cinnam ante & Syllam regalem habuiſſe poteſtatem, ſe tertium illum fore Cornelium, ad quem ſumma imperii decideret. Idemque dixit, fatalem illum eſſe annum ad occaſum obitumque R. P. Cum eſſet ab incenſo capitolio vigeſimus annus, decimus ab virginum Veſtalium abſolutione. Quem annum fore aruſpices Populo Romano infauſtum infelicemque ſaepe reſpondiſſent. Deinde conjurati totius belli rationem ſeriemque Gallis deſcripſerunt. Sed ea quae Romae facere conſtituerant, ita poſtea compertum eſt inter conjuratos diviſa ac diſtributa fuiſſe, ut cum L. Sergius Catilina in agrum Feſulanum cum exercitu veniſſet, L. Beſtia tribunus plebis concionem haberet, & Ciceronem in invidiam vocaret, quod Catilinam irritando bellum civile excitaſſet. Ac eo ſigno nocte ea quae ſequeretur, L. Caſſius, P. Statilius duodecim urbis partes incenderent. Id autem eo conſilio, ut hoc tumultu excitato, facilior eſſet aditus ad civium internecionem. Quamquam auctor eſt quidam, illos centum delegiſſe viros, totidem urbis loca inflammaturos: quoſdam autem alios diſtribuiſſe, qui aquarum ductuum ſeptos aditus tenerent, intenti eorum jugulationi, qui ad extinguenda incendia occurrerent. Item elegiſſe alios, qui Cn. Pompeii domum obſiderent, & ejus filios vivos caperent, atque obſides ſervarent, ad Cn. Pompeii conjunctionem amicitiamque conciliandam, qui tunc permagnum in Aſia exercitum ducebat: & conſtans jam fama erat, illum plurimis & maximis jam confectis bellis, brevi in Italiam rediturum. Ad haec inſtitutum erat, ut C. Cethegus Ciceronis conſulis domum ferro & facibus oppugnaret, illiuſque trucidandi curam haberet: quo necato, duos alios ſibi viros conſulares, & quatuor praetorios occidendos eſſe. Caeteros cives manus juventutis duce Gabinio interficeret. Atque inter eos etiam partitum erat, qui forum, qui Capitolium, qui hoſtia, qui urbis portas occuparent. Statuiſſe praeterea id (quod in expugnata hoſtium civitate contingere ſolet) urbem diripere, delubra deorum immortalium incendere, matres familias, pueros ingenuos, virgines

Digitized by Google

nes & ſacerdotes etiam deae Veſtae rapere, & omnia luctu, cadaveribus, cruore complere. Atque cum per totam urbem caedes, rapinae atque incendia facta eſſent, Catilina cum exercitu praeſto eſſet, ut fugientes caperet, & ſe cum his urbanis ducibus conjungeret. Miror hoc loco, cum haec Cicero ita diſtributa dixerit, cur Salluſtius ea aliter a conjuratis diviſa narraret. Nam & Gabinium aſſumſiſſe ſibi partes incendii, & Caſſium in Galliam iturum fuiſſe ſcribit: cum contra Gabinius caedi, Caſſius incendiis eſſet praepoſitus. In hoc tamen eo magis Ciceroni, qui conjurationem patefecit, quam Salluſtio, arbitror credendum. Sed jam redeo ad illorum ſermonem.

CAP. XXVIII. Tum dixerunt Galli: Sunt haec omnia Lentule, ſumma cum ratione proviſa. Sed quando erit illa nox optata? quando noſter Beſtia illam expectatam habebit concionem? Modicum (inquit Lentulus) tranſibit tempus, Saturnalibus haec fieri oportet. Tum Cethegus: Quae mihi, Lentule, Saturnalia narras? Quod modicum tempus? Hora nulla eſt interponenda. Minimis momentis fiunt ſaepe maximae rerum perturbationes. Cum in omni re, tum maxime in bello praeſertim civili, celeritate opus eſt. Tarditas autem & procraſtinatio commodum nullum, damnum certe afferre poteſt. Quare vide Lentule, ne iſtud tuum modicum tempus nimium ſit, & pluſquam nimium longum. Tunc cum omnes alii reſpondiſſent, Saturnalibus haec fieri oportere, Cethegus ira inflammatus, ita huc & illuc ferebatur, ut ſine ulla dubitatione inſanire ac furere videretur: frontem percutiebat, loco conſiſtere non poterat, ſaepe manum ad gladium apponens: Quid moror, inquit? Vultus erat ipſi plenus furoris, ſermo arrogantiae, ſpumas agebat in ore, ardebant oculi, ex aſpectu crudelitas eminebat. Tum Caſſius: Cur Cethege noſtra gaudia perturbas? Cur tu (ait ille) noſtra gaudia moraris? Atque jurejurando affirmat, ſeſe, ſi pauci illum ſequantur, cunctantibus aliis, impetum in curiam facturum. Poſthaec ſecutum eſt modicum ſilentium. Tum ita Lentulus Allobroges alloquitur: Quid Cethegum noſtrum exiſtimatis illa nocte facturum? cum ſibi nunc videretur veniſſe ad manus: putatiſne conſulem, ſi exercitum circa ſe haberet, hunc fortiſſimum virum poſſe vitare? Recte (ajunt) narras; fortiorem enim virum nunquam vidimus. Deinde Lentulus ſibi placere dixit, ut Galli eodem itinere, priuſquam ad ſuam gentem pergerent, ad Catilinam irent, ut cum illo foedus ac ſocietatem confirmarent. Atque eis comitem adjungit Titum Vulturcium quendam, qui illos ad Catilinam perducat. Huic autem Vulturcio ipſe dat ad Catilinam literas, ſine nomine ſcriptas: ſed ita: *Qui ſim, ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. Cura, ut vir ſis: & cogita, quem in locum ſis progreſſus: & vide, quid jam tibi ſit neceſſe. Cura, ut omnium tibi auxilium adjungas, etiam infimorum: Vale*. Verbis praeterea mandat, ut cum hoſtis a ſenatu judicatus eſſet, ſervorum auxilio uteretur, & ad urbem ne cunctaretur cum exercitu accedere: in urbe diligenter, quae conſtituiſſent, proviſa ac parata eſſe omnia. Poſtremo cum ſtatuiſſent, ut legati Allobrogum III. Non. Decembris ex urbe proficiſcerentur, unaque Vulturcius, Gallos a ſe dimittunt. Iiſdem fere temporibus M. Craſſus noctu ad Ciceronis domum venit cum literis L. Catilinae, in quibus illum Catilina, veluti conjurationis conſcium, ad confirmandas conjurationis opes hortabatur. Agit Cicero homini gratias, ejuſque erga patriam charitatem benevolentiamque collaudat. Quo autem conſilio Craſſus id fecerit, ſive ne conjurationis ſocius exiſtimaretur, ſi caſu detegeretur conjuratio: ſive quod recte ſentiret, non ſatis exploratum habemus. Cicero tamen in quadam oratione, quam poſt Craſſi mortem ſcriptam edidit, M. Craſſum conjurationis ſocium fuiſſe ſcripſit. At Cethegus ſemper incuſabat ſocios, quod illi Saturnalia expectando, magnam victoriae occaſionem omitterent, ſine ulla mora & confeſtim rem gerendam dicebat: cunctando interim conjurationem poſſe illuſtrari.

CAP. XXIX. Sed M. Cicero cognita nocte, qua legati proficiſci deberent, unaque Vulturcius, L. Flacco & C. Promptinio praetoribus, amiciſſimo animo praecepit, ut cum adveſperaſceret, cum armatis hominibus quam occulte pontem Milvium ab utraque parte obſiderent, atque ad id conficiendum, permittit illis delectos quoſdam adoleſcentes Rheatinos, quibus ipſe crebro ad cuſtodiam ſui capitis utebatur. Rem omnem aperit, & eorum fidei ſalutem urbis commendat. Illi autem rem diligenter (ſicut a conſule praeceptum erat) conficiunt. Ecce plus dimidia nocte exacta, legati Allobrogum, & cum eis Vulturcius magno comitatu ad pontem Milvium perveniunt. Cum ſubito ex una parte pontis L. Flaccus, ex altera C. Promptinius cum gladiis *illos* adoriuntur, manus afferunt. Allobroges primo gladios educunt: deinde cognito conſilio, cito ſeſe praetoribus tradunt. At Vulturcius cum diu ſe ferro defendiſſet, poſtea exſanguis & crebro pro ſalute ſua Promptinium orans, ſeſe illis dedidit. Tunc praetores literas a Gallis & Vulturcio accipiunt, atque celeri nuncio ad conſulem miſſo, cum jam lucere inciperet,

peret, illos captos ad conſulem perducunt.

CAP. XXX. At conſul Gabinium, Lentulum, Cethegum, Statilium, ac M. Ceparium ſtatim ad ſe venire juſſit, non dubitans pro ſalute R. P. tot nobiliſſimorum hominum inimicitias ſuſcipere. Caeteri omnes nihil ſuſpicantes, ſine mora veniunt. Ceparius audita re, ex urbe profugit. Sed is paulo poſt in itinere captus fuit, & C. Terentio in cuſtodiam datus. At Caſſius paulo ante legatos, quaſi brevi rediturus, ex urbe diſceſſerat. Cum vero Allobroges conſuli dixiſſent, Cethegi domum plenam ferramentorum eſse, miſsus eſt ab eo P. Sulpitius praetor, qui ex aedibus Cethegi ingentem attulit armorum numerum. Cum autem conſul quaeſivisſet a Cethego, num in provinciam cum exercitu eſset iturus, quod tantam armorum multitudinem collegiſſet? Minime, inquit, ſed bonorum armorum ſemper fui ſtudioſus. Poſtea autem ſenatu celeriter coacto, conjuratos & indices cum magna equitum Romanorum manu, praeſidii cauſa, venire juſſit. Atque introducto in ſenatum Vulturcio, conſtituit ſenatores C. Coſconium praetorem, M. Meſsalam, P. Nigidium, Appium Claudium: Qui omnium indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent: quos viros non ſolum virtute & fide, ſed quos etiam ſciebat memoria, ſcientia, & celeritate ſcribendi facillime ea quae dicerentur, perſequi poſse. A Vulturcio quaeſivit, quid ſibi eſset cum Gallis? quo pergeret? ad quem? a quo datae eſsent literae illae, quae apud ipſum fuiſsent deprehenſae. Vulturcius primum de itinere atque literis multa fingere ac diſſimulare coepit: poſtea autem ei juſsu ſenatus fide publica a Conſule data, dixit, a P. Lentulo ſe habere mandata ac literas, ſe paucis diebus ante ſocium a Gabinio & Cepario in conjuratione aſcitum eſse, atque ita ſe audiviſse, P. Antronium, Servium Syllam, C. Cornelium, L. Varguntejum, complureſque alios in eadem conjuratione eſse, eoſdemque urbem inflammare, cives trucidare, vaſtare Italiam, delere rempublicam, conſenſiſse. Introducti autem Galli, jusjurandum ſibi, & literas ad ſuam gentem datas eſse dixerunt: atque ita ſe a L. Caſſio audiviſse omnes, quos antea Vulturcius nominaverat, cum illis facere. Eadem fere, quae Vulturcius dixerat, de flamma, de ferro, de caede civium narraverunt. Atque magnam inter Cethegum & alios contentionem fuiſse dixerunt, quod Lentulus & alii Saturnalibus haec facere volebant; Cethegus id bellum celeritatis indigere dicebat. Item omnia quae Lentulus de fatis Sibyllinis aliiſque rebus cum illis locutus fuerat, per quem ad eum, quotienſcunque veniſsent, dixerunt. Tum M. Tullius ſubito proferri literas, & aperiri juſſit. Primum oſtendit Cethego, cognovit manum & ſignum ſuum. Recitatae ſunt literae. Erant in hanc ſententiam ſcriptae: Seſe, quae eorum legatis confirmaſſet, eſse facturum: orare, ut illi facerent, quae ſibi legati eorum recepiſsent. Leguntur Statilii literae, ejuſdem fere exempli. Poſtea conſul Lentulo literas oſtendit, dicens: Cognoſciſne hoc ſignum Lentule? Annuit ille. Eſt haec, inquit conſul, imago avi tui, clariſſimi viri, qui unice amavit patriam & cives ſuos. Quae quidem te a tanto ſcelere etiam muta revocare debuit. Ac illum interrogavit, eſsetne nihil cum Gallis de fatis Sibyllinis locutus? Et repente ille praeter omnium opinionem confeſſus eſt. Deinde ei poteſtatem fecit, ut ſi quid vellet, ad ſui defenſionem, diceret. Sed Lentulus quanquam bonus orator eſset, tamen conſcientia convictus, vecors repente ſine ſuo vultu, ſine colore, ſine voce conſtitit. Quid multa? Rei confeſſi ſunt. Gabinius etiam cum primum vehementer negare coepiſset, ad extremum nihil inficiatus eſt. Sed illos praeter literas, ſigna, manus, & uniuſcujuſque confeſſionem, illa etiam coarguerunt, timor eorum, perturbatio, ſuſpenſus incertuſque vultus, crebra coloris mutatio.

CAP. XXXI. Conſul indiciis expoſitis atque editis, ſenatum conſulit de ſumma ſalute R. P. quid fieri placeret. Tum ſenatus primum ei gratias egit ampliſſimas, quod ejus virtute, conſiliis, laboribus, ejus capitis periculis atque diligentia, ſine tumultu, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, quatuor hominibus comprehenſis, incenſione urbs, internecione cives, vaſtitate Italia, interitu reſpublica eſset liberata. Ac eum ita laudibus ornavit, ut conſtet, neminem ullo unquam tempore tot & tam ſingularibus verbis in ſenatu fuiſse laudatum. Qu. Catulus princeps ejus ordinis, & M. Cato vir fortiſſimus, atque Reipublicae amantiſſimus frequentiſſimo ſenatu patrem patriae appellaverunt. L. Gellius vir ampliſſimus, civicam coronam illi a R. P. deberi dixit. Conſulares denique omnes ac praetorii, ſic eum laudaverunt, ut nemo eſset, qui non illi ut parenti gratias ageret, qui non illi R. P. fortunas, liberos vitamque ſuam referret acceptum. Atque etiam L. Flacco & C. Promptinio laus eſt impartita: quod eorum Coſ. opera forti fidelique uſus eſset.

CAP. XXXII. Deinde dictae ſunt a principibus de conjuratis acerrimae ac fortiſſimae ſententiae. L. Julius Caeſar conſularis, ſumma auctoritate vir, P. Lentulum Juliae ſororis ſuae, foeminae electiſſimae virum, praeſentem & ſe audientem, vita privandum eſse dixit. Sed ſenatus ita cenſuit, ut P. Lentulus ſe prae-

praetura abdicaret, & in cuſtodiam traderetur. Item C. Cethegum, P. Statilium, P. Gabinium, qui omnes praeſentes erant, in cuſtodiam dandos cenſuit. Hoc idem decretum eſt (ſi capti forent) in L. Caſſium, in M. Ceparium, (is enim nondum captus fuerat) in P. Furium, in M. Chilonem, in P. Umbrenum, libertinum hominem: qui primum ad Gabinium Gallos produxerat. Poſtremo ſenatus L. Cotta referente, viro ſummo ingenio, ſummaque prudentia & rebus geſtis, Ciceroni ſupplicationes decrevit. Qui honos & togato habitus eſt ante illum nemini. Supplicationes enim ſemper ob rem adverſus hoſtem proſpere geſtam decretae ſunt. Civili bello ſupplicatio nunquam eſt. Sed illi non ob caedem hoſtium, ſed ob conſervationem civium, novo quodam & inaudito genere decreta eſt. Haec ego a Saluſtio praetermiſſa, valde mirarer, niſi Ciceronis inimicus fuiſſet: qui & multa alia ne eum laudaret, quem non amabat, ſilentio praeteriit.

CAP. XXXIII. At Plinius auctor non contemnendus, triumphum etiam Ciceroni decretum fuiſſe narrat. Quamquam ego vix adduci poſſum, ut triumphum Ciceroni decretum fuiſſe credam. Neque enim Cicero, vir immenſa quadam gloria ſemper flagrans, cum in ſuis libris de ſupplicatione multis in locis mentionem feciſſet, tacitus omiſiſſet triumphum. Atque in civili bello non modo triumphum non decretum, ſed ne poſtulatum quidem unquam legimus. Etenim civile bellum Conſul L. Sylla geſſit, P. Sulpitium oppreſſit, C. Marium ex urbe ejecit: multoſque alios cives, partim expulit, partim occidit. Cum Octavio collega Cinna conſul diſſenſit, utriſque horum ſecunda fortuna, primum Octavio, deinde Cinnae cum Mario victoriam eſt largita. Idem iterum Sylla ultus eſt poſtea Cinnae victoriam: neque tamen a quoquam iſtorum eſt facta mentio triumphi. At Qu. Catulus, clariſſimus ac ſapientiſſimus vir, M. Lepido collega cum omnibus ſuis turbulentiſſimis copiis extincto non modo triumphans, ſed ne minimum quidem gaudium prae ſe ferens, in urbem intravit. Civiles enim victoriae, quamvis praeclarae, maximeque Reipublicae utiles fuiſſent, ſemper tamen lugubres exiſtimatae ſunt, civitatis aliqua parte illacrymante. Satiſque omnibus eo tempore viſum eſt, cum Cicerone actum eſſe honorificentiſſime, quod ejus nomine diis immortalibus (id quod ante illum, ut diximus, contigiſſet nemini) ſupplicatio fuiſſet decreta. Dimiſſo ſenatu, Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis erat, P. Statilius C. Caeſari praetori, C. Cethegus Q. Cornificio, Gabinius M. Craſſo in cuſtodiam dati ſunt. Sed & plebs Romana, quae antea novarum rerum cupida, Catilinae inceptis favebat: incredibile dictu eſt patefacta conjuratione, quanto ſtudio defendendae libertatis ſit accenſa. Cum patribus de amore reipublicae certabat, Ciceronem magnum & excelſum virum exiſtimabat: illum libertatis cuſtodem, illum urbis conſervatorem, illum parentem patriae appellabat. Cujus magnitudinem animi, cujus conſilia, laudibus in coelum extollebat. Poſtero die ſenatus frequens praemia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio, comprobatis eorum indiciis, dedit ampliſſima. Hac tempeſtate fuiſſe multos, Cicero ſcribit, qui nemine eos inſimulante aut redarguente, conſcientiae ſtimulis agitati, ſemetipſos conjuratos indicaverunt. Magna eſt vis conſcientiae: quae homines, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, quamvis id occulte fecerint, plerumque tamen indicare ſeſe ac manifeſtare cogit. Etenim facinoroſos cum conſcientia factorum, tum poena legum, nunquam ſinit non modo ſine cura quieſcere, ſed ne reſpirare quidem ſine metu.

CAP. XXXIV. Eodem autem tempore quidam ex conjuratis L. Tarquinius in ſenatum adductus, ut fide publica ea quae ſciret de conjuratione, indicaret: eadem, quae legati Allobrogum, Tituſque Vulturcius dixiſſent, de urbis incendio, de internecione civium de omnibus illis quae huic affines ſceleri fuiſſent, narravit. Praeterea dixit, conjurationis ſocium ac participem eſſe M. Craſſum, & ab eo habere ſe ad Catilinam mandata, ne, cum hi urbani duces comprehenſi eſſent, animo deficeret: ſed ad urbem quamprimum cum exercitu advolaret, ut conjuratos ex vinculis eriperet, ac omnia alia inter eos conſtituta perficeret. In urbe omnia plena eſſe timoris. Sed ubi Tarquinius Craſſum nominavit, plerique ejus familiares, quorum ille copia maxima abundabat, clamant, indicem eſſe falſum, ac pretio corruptum.

CAP. XXXV. *Omnibus in rebus P.C.* (ſic enim ajebant) *quae graviſſimae atrociſſimaeque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitaverit, non ex hominum vocibus, ſed ex vita & moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum. Etenim P.C. ſi, quia Tarquinius Craſſum inter conjuratos dicit, idcirco M. Craſſus nocens exiſtimandus eſt: quid proderit omnis anteacta integerrime vita? quod diſcrimen inter bonos ac improbos erit? cujus tam innocentiſſimi ac ſanctiſſimi viri ſalus unquam carebit inſidiis, ſi cujuſque ignaviſſimi ac flagitioſiſſimi maledicto credi oportebit? Sin autem ex vita M. Craſſi quaeratur, num quae occultetur libido, num quod lateat facinus, num quae crudelitas, num quae*

audae

audacia; nihil erroris erit in cauſa nec obſcuritatis. Tanta eſt enim hujus maleficii magnitudo, ut niſi turpis adoleſcentia, niſi multa antea commiſſa maleficia, niſi omnibus flagitiis vita inquinata, niſi ſumtus effuſi cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia oſtendatur: neque ſolum audacia, ſed ſummus furor atque amentia, tantum facinus, tam immane, tam acerbum nemo ſit crediturus. Accedat huc oportet libido dominandi, pacis atque bonorum odium, judiciorum metus, amici improbi, aes alienum, anguſtia rei familiaris, tempus idoneum. Quae omnia niſi manifeſta ſint, profecto (ut diximus) res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non poteſt. Quae res? quae ſpes? quis furor? quae libido Craſſum ad tale facinus impellere potuit? num inopia rei familiaris? qui ita dives eſt, ut pauci, vel potius nulli in hac tanta hominum opulentia ſint, qui ampliores habeant copias. Num igitur ambitio? quae multos ſaepe improbos fieri coegit. Nam gloriam, faſces, imperia, provincias, ſacerdotia, triumphos, boni atque facinoroſi aeque exoptant. Sed illi virtute nituntur: hi autem propter ſuam dignitatem diffiſi, malis artibus obrepunt: & honores, quos quietis rebus deſperant, turbatis ſe conſequi poſſe arbitrantur. Nonne igitur Craſſus in pace & otio omnes civitatis ampliſſimos honores ſine repulſa eſt aſſecutus? At forte Craſſum ad hoc impulerunt ejus inhumani mores, fera crudelitas, effrenata audacia. Quis eſt illo comior? quis mitior? quod ejus unquam factum non modo audacius, ſed paulo minus conſideratum vidimus? Mittimus nunc rempublicam, quae ſemper fuit Craſſo chariſſima: nihil dicimus de ſtatu ejus, de genere vitae, de natura, de moribus facillimis, de incredibili amore in bonos, de ſtudio conſervandae ſalutis communis atque ocii. Nec nos haec iccirco omittimus, quod non graviſſima ſint, ſed quia vobis nota ſunt. Credibile eſt igitur in hoc pudore, in hac vita, tanto ſceleri fuiſſe locum? Aſpicite ipſum, contuemini hos, conferte crimen cum vita. Urbem incendere voluit Craſſus, ſenatum confodere, vaſtare Italiam, rempublicam delere, populi Romani nomen extinguere? Non cadit P. C. in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem iſta ſuſpicio. Belvae quaedam fuerunt, qui haec delere conati ſunt, immanes ac tetrae, forma hominum indutae. Quid? quod cum Tarquinius ipſe Antronium, Varguntejum, Leccam, Servium Syllam, Cornelium, multoſque alios nominaret: vos omnes attente audiebatis. Illos enim, etſi nemo nominaſſet, tamen mores ipſorum, ac vita convincebant. Cum vero M. Craſſum nominaret, nonne ab omnibus vehementer eſt reclamatum? Nemo enim arbitrabatur, cujuſquam vitam tam repente potuiſſe mutari, aut naturam converti: ut qui nuper eſſet optimus honeſtiſſimuſque vir, is paulo poſt immanitate beſtias vincere voluiſſet. Circumſpicite P.C. pauliſper mentibus veſtris (jam enim tum intelligetis, quantum abſit Craſſus ab hujus ſceleris ſuſpicione) circumſpicite Catilinam, Antronium, Caſſium, Cethegum, Lentulum, Gabinium, ceteroſque homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Quas vos in his caedes, quae ſtupra, quas rapinas, quot & quanta inaudita & ſingularia facinora ſceleris, audaciae, libidinis, perfidiae, crudelitatis, avaritiae reperietis? Catilinam contra rempublicam conjuraſſe, quis miretur? hominem poſt homines natos ſceleratiſſimum, crudeliſſimum, contaminatiſſimum. Qui tot ingenuas matresfamilias, tot praetextatos liberos ſtupraverit, quem Lucius Sylla ad equites Romanos occidendos praefecerat: in quibus ille Catullum ſororis ſuae virum, & hominem chariſſimum P.R. M. Marium interemit. Qui in Africa multas domos, plurimas urbes, & omnia fana depeculatus eſt: eamque provinciam ita vexavit & perdidit, ut vix per multos annos reſtaurari poſſe videatur. Cujus in vita hora nulla vacua a ſtupro, a caede, ſcelere, crudelitate, flagitio reperietur. Quem poſtea repetundarum, quem inceſti reum vidimus: quem ſemper omnes ad civiles diſcordias excitandas natum putaverunt. Quis cum illo Lentuli ſocietatem miratur? cum eſſet egens, ſumtuoſus, audax, ſuperbus, libidinoſus. Quid nos Cethegi furioſam temeritatem commemoremus? quid vulnus ab illo Qu. Metello Pio illatum? quis illo contumacior? quis acerbior aut crudelior unquam fuit? Jam vero Antronio quid luxurioſius, libidinoſius, perfidioſius, nequius inveniri potuit? quem ambitus damnatum, quem caedem feciſſe, fana ſociorum ſpoliaſſe ſcimus. Infinitum eſſet de omnibus dicere. Sed tamen veſtrum eſt, Patres Conſcripti, ut taciti de omnibus, quos conjuraſſe cognitum eſt, etiamſi a nobis minus dicatur, cogitetis. Intelligetis enim, unumquemque illorum prius a ſua vita, quam noſtra ſuſpicione eſſe damnatum. In hunc tu igitur, Tarquini, gregem, ex hac familiaritatum dignitate, in hunc impiorum ac parricidarum numerum, Craſſum his indiciis transferre credidiſti? Nonne jam aperte P. C. crimina fingi? Nonne quod index de Craſſo dixerit, aut pretio corruptum, aut ſpe aut metu depravatum, aut ab inimicitiis profectum videtis? Quamobrem nolite hanc patere inimicitiis viam, ut quem quiſque odit, eum per indicem aliquem in falſis criminibus appellatum poſſit e medio tollere. Sinite in maximis criminibus uniuſcujuſque vitam eſſe teſtem. Retinete civem egregium, fortiſſimum virum, hujus ordinis amantiſſimum, & ad omnia quae providenda ſunt in republi-

ta animo & conſilio paratum. Poſtremo proſpicite, ne qua acerbitate veſtra vir clariſſimus ac potentiſſimus violatus eſſe videatur.

CAP. XXXVI. Senatus igitur cum hoc aliis incredibile videretur, nonnulli alii, etſi verum exiſtimarent, tamen cum hominem, tantis opibus fortuniſque munitum, tali tempore omni officio magis retinendum, quam exaſperandum cenſerent: decrevit, Tarquinii indicium eſſe falſum, eum in vinculis retinendum, neque amplius illi poteſtatem loquendi eſſe faciendam: niſi ut indicaret, quo impulſore hanc tantam rem eſſet ementitus. Fuere eo tempore, qui exiſtimarent, indicem hunc a P. Antronio fuiſſe ſubornatum, quo Craſſus conjuratos, propter periculi ſocietatem, ſuis opibus juvaret. Fuerunt item, & in his etiam ipſe Craſſus, qui hunc a Cicerone immiſſum crederent: ne Craſſus illorum, qui in cuſtodiis erant, propter iſtam ſuſpicionem patrocinium ſuſcipere poſſet. Quapropter ingens inter Craſſum & Ciceronem eſt odium inſecutum. Quod autem Craſſus Ciceronem palam non inſectaretur, impedimento illi erat P. Craſſus adoleſcens, Ciceronis laudator, imitator, amator. Nos autem cujus conſilio Tarquinius fuerit emiſſus, adhuc compertum non habemus. Illud non credimus, hoc Ciceronem fuiſſe machinatum. Conſtat enim Qu. Catulum & C. Piſonem, Caeſaris inimicos, nulla humana gratia ab illo potuiſſe impetrare, ut C. Caeſar per legatos Allobrogum, vel per aliquem alium indicem, in Catilinae conjuratione nominaretur. Et ego in hoc Ciceronem multum integre caſteque verſatum comperio. Neminem ille, niſi de quo clare compertum habuit hujus ſceleris inſimulavit: neminem ille, de quo clare compertum habuit, aut amicitia occultavit, aut pretio texit.

CAP. XXXVII. Dum haec aguntur, Lentuli omnes, item Cethegi, ſervi ac liberti, circum tabernas concurſabant, pretio ſollicitantes animos egentium atque improborum. Et magna opificum manu comparata, praetorum domos diverſo itinere invadere parabant. At conſul his rebus cognitis, quid de comprehenſis conjuratis faciundum eſſet, multa animo volvebat: ſi in illos animadverteret, conjurationem reſtingui. Sed in omni vita mitis & miſericors, crudelitatis nomen verebatur: & magnum praeterea ſibi ex hac re impendere in futurum invidiae periculum proſpiciebat. Haec dum ſecum mente agitaret, oſtentum hujuſmodi quidam illi factum referunt. Nam cum ejus domi ſacrificium pro populo fieret, in ara, in qua ignis prope extinctus erat, ex cinere & fomentorum reliquiis ſubito longa & pura quaedam flamma emicuit: reſponſumque eſt a conjectoribus, ut Cicero quae mente de Reip. ſumma cogitaret, perficere non dubitaret: quod magnum illi ex hoc, a diis immortalibus ejus nominis lumen atque gloria portenderetur. Haec an vera ſint, affirmare non audeo: propterea quod ſacrificium pro populo non in conſulis, ſed in pontificis maximi domo ſemper fieri ſolitum legimus. Deinde M. Cicero minime his oſtentis atque prodigiis movebatur.

CAP. XXXVIII. Igitur conſul diſpoſitis per urbem praeſidiis, ſenatum frequentem celeriter coegit, & retulit ad eum, quid fieri placeret de his, qui in cuſtodiis tenebantur? Tum D. Junius Syllanus conſul deſignatus, primus ſententiam rogatus, eos qui in cuſtodiis erant, item L. Caſſium, qui ſibi procurationem incendendae urbis popoſcerat, P. Furium, Manlium Chilonem, Qu. Annium, P. Umbrenum, qui ſemper in hac ſollicitatione Allobrogum verſati erant, (ſi comprehenſi forent) ultimo ſupplicio afficiendos cenſuit. Huic aſſenſi reliqui conſulares, & praecipue Qu. Catulus oratione pleniſſima ſeveritatis, conjuratos puncto temporis frui vita, & hujus lucis uſura non oportere dixit. Sed ut ad C. Caeſarem & T. Neronem ventum eſt: contra illi diſputare coeperunt, & eos non eſſe (quoniam id leges prohibebant) vita privandos ajebant: ſed conjuratos, donec Catilina bello deleretur, publicatis bonis, municipatim dividendos, cuſtodiendoſque cenſebant. Et Caeſarem ſuper hac re in hunc modum locutum, tradit Salluſtius.

CAP. XXXIX. (*Oratio C. Caeſaris, ex Salluſtio tranſcripta.*)

CAP. XL. Hac Caeſaris oratione tanta repente voluntatum mutatio facta eſt, tantuſque ſubito calumniae & crudelitatis timor eſt omnibus injectus, ut D. Junium Syllanum maxime poeniteret, ſe illius ſententiae, quae conjuratis mortem decernebat, fuiſſe principem: nec eum piguerit, poſtea ſententiam ſuam (quia mutare turpe erat) interpretatione lenire, atque in Tiberii Neronis ſententiam ſe iturum. Et ut nonnulli alii, qui fortiores in decernendo videri malebant, nihil de ſuis periculis cogitare dicerent: ſed veriti, ne ſatis praeſidii ad ea, quae ſtatuiſſent, conſul haberet. Sed maxime hujus oratione commoti ſunt conſulis neceſſarii ac familiares. Hi quanta in poſterum cogitantes e plebe Romana in Ciceronem invidia emanare poſſet, ſi ſenatus ſublata lege Porcia, nobiliſſimos cives injuſſu populi necaret, in Caeſaris omnes ſententiam inclinabant, utque ſaluti ſuae proſpiceret, conſulem orabant: neque interdum lacrymas tenere poterant: obtinuiſſetque Caeſar, tradu-

traductis adeo ad ſe multis, & in his Q. Cicerone: niſi labentem ordinem prudentiſſima confirmaſſet Conſulis & Catonis Oratio. Erat autem Conſul natura mitis ac miſericors: ſed niſi ſeveritas tunc ſuſciperetur, in maximum videbat rempublicam adduci periculum. Etenim ſi mollius agerent, majores arbitrabatur conjuratis animos ac majores ſpiritus futuros: & aliquos interim in urbe poſſe oriri motus. Sin autem in illos qui capti erant, fuiſſent vehementes, fore proſpiciebat, ut omnes conjuratorum copiae, omnes ſpes, omnes opes, his depulſis urbis periculis, ſubito conciderent. Etſi iſtud magis cum periculo capitis ſui fieri intelligeret, tamen ita ſibi reſpublica chara erat, ut communem ſalutem vitae ſuae anteponeret. Cum igitur ſenatum in Caeſaris ſententiam inclinantem videret, cupiens labentem ordinem fulcire, ſurrexit, & hujuſmodi orationem habuit.

CAP. XLI. (*Quartam in Catilinam tranſſcripſerat Auctor.*) Conſul poſteaquam dicendi finem fecit, vertens ſe ad M. Catonem, quem amantiſſimum patriae, maximi animi, ſummi conſilii, ſingularis conſtantiae cognoverat, rogat, ut ſententiam diceret. Tum Marcus Cato conſurgens in hunc modum diſſeruit.

CAP. XLII. (*Oratio M. Catonis, ex Salluſtio deſumta.*)

CAP. XLIII. Poſteaquam Cato aſſedit, Senatores pene omnes, alii alios timidos vocantes, ſententiam ejus approbant, ejus magnitudinem animi, ejus conſtantiam, fortitudinem, in coelum laudibus efferunt. Denique fit SC. in Catonis ſententiam. Sed Caeſar ne eo quidem rem impedire deſtitit, quoad diutius illi in ſententia perſeveranti, magna equitum Romanorum manus, quae praeſidii cauſa armata circum aedem concordiae ſtabat: ſive quod illum, quia conjuratis mortis poenam removeret, participem conjurationis crederet: ſive commota periculo reipublicae ſtrictis occurreret gladiis. Tum Curio complexu, togaque objecta, eum protexiſſe traditur. Ad haec Cicero quoque illos increpans a Caeſaris nece deterruit. Ferunt cum inter Caeſarem & Catonem de reorum poena eſſet contentio, eveniſſe rem auditu foedam. Servilia namque Catonis ſoror, Caeſaris amore ſaevo ſaucia, quaſdam literas amatorie ſcriptas cuidam parum prudenti ad illum perferendas dedit: huic ad Caeſaris domum venienti, cum janitor Caeſarem in Senatu eſſe dixiſſet, conteſtim ille homo rudis in ſenatum venit, Caeſarique epiſtolam tradidit. Quam cum Cato vidiſſet, clamare coepit, conjuratorum illas eſſe literas, eaſque palam recitari debere contendebat. Tum Caeſar veritus, ne publice legerentur, eas Catoni porrexit. Quas cum Cato legiſſet, in Caeſarem rejecit, & illum natura ſobrium, ebrium in ſenatu vocavit. Habent hoc amores, & hae quae deliciae vocantur, ut virum ſaepe clariſſimum faciant in aliquam turpitudinis incurrere maculam.

CAP. XLIV. Sed paulo poſt accidit res, quae Caeſaris mentem magis perturbavit. Nam apud Novium quaeſtorem a L. Vectio factus eſt reus conjurationis, & magnam illi Qu. Curius conflaverat invidiam, quod illum in ſenatu participem conjurationis nominaſſet. Vectius Catilinae chirographum pollicebatur, Curius id ſe a Catilina comperiſſe dicebat. Caeſar graviter ferens, ſe hac tanta turpitudinis labe aſpergi, ſui expurgandi cauſa in ſenatum venit. Diutius autem ſolito ſedente ſenatu, fit ad curiam ingens infimae plebis concurſus atque impetus. Homines enim turbulenti, qui de Caeſare ſenatum aliquid durius decernere arbitrarentur, incenſi illius amore, & periculo commoti, clamores attollere coeperunt, Caeſaremque ut dimitteret, ſenatum ſeditioſe flagitare. Tum M. Cato, ut Caeſari materiam ſeditionis ſubtraheret, ſenatui perſuaſit, ut magnum plebi Romanae frumenti numerum divideret. Qua quidem largitione perfectum eſt, ut tenuiorum animi mirifice Catoni & univerſo ſenatui reconciliarentur. Odit parcos vulgus, largos liberaleſque diligit: amat munificentiam, ducitur epulis: movetur ludis, flectitur donis: & largitione caecantur mentes hominum. Caeſar deinde concionem habuit, in qua concione docuit, non modo ſe inter conjuratos non fuiſſe, ſed quaedam etiam de conjuratione conſuli indicaſſe. Cumque ad hoc Ciceronis teſtimonium imploraſſet, Cicero eum ab hac ſceleris ſuſpicione purgavit. Conſul hoc ita fecit, ſive quod de Caeſare nihil compertum haberet, ſive quod potius connivendum putabat. Nam in Caeſarem & Craſſum, etſi manifeſte convinci potuiſſent, tamen animadverti non poterat: cum eorum alter ingentibus opibus, alter populari favore munitus eſſet. At poſtea Caeſar vehementer in L. Vectium invectus, cum illum in concione aſperrimis verbis laceraſſet, eum poſtea, direpta ſupellectili, & pignoribus captis, graviter mulctavit: & Novium Quaeſtorem detruſit in carcerem, quod praetorem paſſus eſset apud ſe poſtulari, majori imperio praeditum. Nam magiſtratus ſuperiores non poſſunt per inferiores, aut qui pari imperio ſunt, cogi. Nec his contentus Caeſar, perfecit, ne Curio praemia darentur, quae ei (quoniam primus conjurationem detexerat) decreta erant ampliſſima. Sed eo revertar, unde diſcedere mihi, propter Caeſaris mentionem, neceſſe fuit.

CAP. XLV. Erant tunc Nonae Decembres, jamque adveſperaſcere incipiebat: cum poſt longam conſultationem in ſenatu habitam, tandem ex Catonis ſententia ſenatus, (ut diximus) ſupplicium de reis ſumendum ſtatuiſſet. Conſul igitur optimum factu judicans, noctem, quae inſtabat, antecapere: ne quid dirum aut foedum eo ſpacio ab iis ageretur, qui per vim illos eripere cogitabant: Curia egreditur, comitante ſenatu, equitibus Romanis & juventute nobilium armata. Et inde ad aedes eorum profectus, a quibus rei ſervabantur: primo Lentulum, qui in Lentuli Spintheris cuſtodia erat, ex palatio per viam ſacram, ac per medium forum, ad carcerem duxit, & carnifici tradidit, jubens ut ſtatim ei laqueo gulam frangeret. Sed ne, qua ſeditio oriretur, conſul illos equites Romanos cum ſcutis, eductis gladiis, in clivo Capitolino collocaverat. Hoc idem de Statilio, Cethego, Gabinio ac Cepario factum eſt. Nam ad carcerem per praetores educti, omnes ſtrangulati ſunt. Poſteaquam omnes necati fuerunt, Conſulem ut conatus ac eorum ſpem, qui per noctem aliquid moliri parabant, debilitaret ac praecideret, ad multitudinem converſus, magna voce, ut omnes exaudire poſſent, vixerunt, inquit: hoc leviore verbo illos interiiſſe ſignificans.

CAP. XLVI. Haec cum dixiſſet nox jam aderat. Tum conſul domum verſus iter cepit, mirifico hominum comitatu, ſummaque cum gratulatione P. R. quacumque iter faciebat, per omnes urbis vicos lampades, lychni, taedae atque faces lucebant: e feneſtris, ex oſtiis effuſi viri atque mulieres, Ciceronem urbis conſervatorem, cuſtodem libertatis, patrem patriae appellabant, quod cives eſſent, quod liberi, quod viverent, ejus virtuti acceptum ferentes. Haec frequentia & pompa domum uſque illum celebravit. Omitto hic ego poſtea totius Italiae laetitiam atque gratulationem, honeſtiſſimas praeclariſſimaſque municipiorum & coloniarum laudationes relinquo: gratias praetereo, quae tum M. Tullio, quae L. Flacco & C. Promptinio a bonis viris ſunt actae. Interea Cicero P. Seſtium Capua literis accerſitum, cum illo exercitu, quem tum ſecum habebat, Antonium ſumma celeritate conſequi juſſit. His rebus geſtis civitas, quae omnis antea trepida erat, metu liberata eſt: & valde reliqui conjurationis impetus ſunt retardati. Et eximiam quandam & immortalem togatus Cicero, junctam invidiae, ac multorum inimicitiis implicatam, gloriam eſt conſecutus. Totius enim libidinoſae ac delicatae juventutis, improborumque omnium in ſe odia contraxerat. Qui Ciceronem non ſolum idcirco oderant, quod eorum impetus horribiles, conatuſque neſarios repreſſerat: ſed etiam, quod nihil hujuſmodi eo vivo unquam ſe perficere poſſe ſperarent. Itaque permulti, in quibus etiam C. Caeſar, ſed maxime L. Beſtia, & Qu. Metellus Nepos, Ciceronis res geſtas reprehendere ac vexare coeperunt.

CAP. XLVII. Cum igitur pridie Kal. Jan. Cicero abiens conſulatu, vellet res, quas in magiſtratu geſſerat (ut mos erat) in concione dicere, Qu. Metellus tribunus plebis illi, ne diceret, prohibuit: indignum eſſe, dicens, facinus, ei, qui in alios animadvertiſſet indicta cauſa, ad dicendum ipſi poteſtatem fieri oportere. Quae res tamen Ciceroni longe honorificentior fuit, quam ſi illi concionem habere permiſiſſet. Nam cum Metellus ei tantummodo, ut juraret, permitteret: Cicero juravit, rempublicam atque illam urbem ſua unius opera eſſe ſalvam. Cujus jusjurandum tale atque tantum, univerſus P. R. una voce & conſenſu approbavit, & illum vere juraſſe, juravit.

CAP. XLVIII. Hanc ejus gloriam P. R. alia gloria cumulavit. Nam illo & eodem die populus cum maximo honore, ſumma laetitia atque frequentia, e foro domum reduxit. Kal. vero Janu. ea magnitudine animi de republica locutus eſt, ut omnes intelligerent, ea, quae in conſulatu geſſerat, virtute, non caſu eſſe geſta. Et Qu. Metellum, ſecum de republica diſputantem, fregit in ſenatu oratione pleniſſima gravitatis: oſtenditque ei Cicero, ſibi cum viro fortiſſimo, & ad dicendum paratiſſimo futurum eſſe certamen. Ex hoc ejus adverſarii magis irritati, quod illum in ſenatu principem videbant, ad plebem confugerunt.

Tum Metellus ſocio adjutore C. Caeſare ad populum rogationem tulit, ut Pompejus ad urbem cum exercitu revocaretur, eique R. P. committeretur: ut videret, ne quid detrimenti caperet. Et verbo quidem Pompejus ad urbem vocabatur, ut Catilinam debellaret: re autem vera id agebatur, ut in Pompeii ditionem imperiumque reſpublica decideret: & ut M. Tullii conſularis auctoritas, & ſenatoria illa ex ea re infringeretur potentia, tantique hominis ſucceſſione conſervatae R. P. gloria minueretur.

CAP. XLIX. Hujus nefariae promulgationis cum in ſenatu mentio facta eſſet, ſurrexit M. Cato, petiit a Metello pro ſua fide ac dignitate pluribus verbis, ut ab incoepto deſiſteret: obſecrans illum per ſui patris mortui cinerem, per Numidicum illum Metellum, qui maluit de civitate dimoveri, quam turpiter jurare: per omnes Metellos, praeſtantiſſimos cives, qui ſeditioſis hominibus ſemper reſtiterunt, qui ſenatus auctoritatem, bonorum conſenſum omnibus in rebus ſemper ſecuti fuerunt,

runt. Oſtendebat autem, nihil opus eſſe ut Pompejus ad urbem cum exercitu vocaretur: propterea quod magnum exercitum Cajus Antonius, magnas etiam copias Q. Metellus Celer, illius frater, contra Catilinam comparaſſent, atque oppreſſis domeſticis (a quibus fuerat magis cavendum) ita conjuratio eſſet debilitata, ut nullam calamitatem ab illo importuno gladiatore R. P. accipere poſſet.

Sed cum Metellus neque aequitate orationis, neque auctoritate M. Catonis moveretur: cumque eum caeteri ſenatores neque rogando, neque monendo, de addicta ſententia movere poſſent, ſed omnia ille vi & armis ſe acturum minitaretur, confeſtim Cato mutata oratione, convitium ei mirificum fecit, & illum tanquam reum accuſavit, cum oratione pleniſſima gravitatis, tum laudatione atque approbatione cuncti ſenatus: & ad extremum addit, nunquam ſe vivo paſſurum, ut ad urbem cum exercitu Pompejus reverteretur. Sed adveniente rogationis die, cum Metellus & Caeſar praetor, templum Caſtoris de nocte armatis hominibus occupaſſent, valde diffidere boni coeperunt, ne lex ferretur. Armati enim homines forum & conciones tenebant. Et plebs urbana (quae nova ſemper videre cupit) Metello ad legem promulgandam favebat. Itaque permulti Catonem monebant, ut ſalutis ſuae rationem haberet. Sed ille incredibili quadam atque inaudita magnitudine animi, gravitate, virtute praeditus (qui non ſibi, ſed ſe patriae natum putabat) periculoſe facere maluit, quam praecipitanti Reip. non ſubvenire. Itaque non modo ſine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis mane deſcendit in forum, cunctis adeo de vita ejus viri timentibus, ut nonnulli Catonis familiares lacrymas non tenerent. Cumque illum neque fletus aſſiduus uxoris ſuae, ſordeſque lugubres, neque ſororum lacrymae, & ſuorum omnium moeror & ſqualor incredibilis, domi retinere potuiſſent.

CAP. L. Cato igitur animo fortiſſimo ſolum cum Munatio Thermo collega (nam caeteri ab iis prohibebantur, qui aditus templi tenebant) venit in templum. Sedebat in roſtris Metellus, Metello proximus Caeſar: tum Cato, ut mutuum illorum interrumperet ſermonem, medium ſeſe inter eos conjecit multis plaudentibus, & illius magnitudinem animi admirantibus. Inſignis tum fuit opera Catonis, praeclara Thermi ejus collegae. Nam cum librarius Metelli rogationem a Catone legere prohiberetur, Metellus eam ipſe in manus aſſumens legere coepit. Sed confeſtim Cato legem illi manibus eripuit. Metello deinde verba legis ſine ſcripto referenti, (eam enim memoriter complectebatur) Thermus ad illius os manus opponens, vocem praecluſit. Haec cum Metellus graviter ferret, operae gladiatoreſque illius, ſigno dato, clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt, impetumque facere coeperunt. Eo metu injecto, repente magna querimonia omnis multitudo de foro diſceſſit. Ejectus Cato de roſtris, & pene ſolus in foro relictus, adhuc voce & clamore pugnans, cum a multis ferro & lapidibus appeteretur, ſubſidio L. Murenae conſulis ſervatus eſt. Tum Metellus ſe Catonem viciſſe putans, armatos diſcedere jubet: & iterum ad roſtra reverſus, legem promulgare coepit. Sed hi qui profugerant redeuntes, mutata voluntate, Metellum clamoribus & conviciis, & ſibilis conſectabantur: reverſoque Catoni plaudebant ac favebant. Quapropter Metellus valde perturbatus debilitatuſque, cum ſuis e foro diſceſſit. Cato autem cum populi Romani ſtudium multis verbis laudaſſet, hortatuſque eſſet illum, ut legi reſiſteret, incumbenti ad perniciem Reipublicae, & civile bellum excitanti, mirifica hominum laetitia ſumma cum gloria ſe domum recepit.

CAP. LI. Deinde cum in ſenatu multa verba facta eſſent de hac Metelli armatorum excurſione, de lapidationibus atque fuga bonorum, nonnullique aculei fuiſſent in C. Caeſarem conjecti, nonnullae contumeliae in Metellum: Senatus decrevit, ut Metellus tribunatu, Caeſar autem ſe praetura abdicaret, amboque ſe ab adminiſtratione reipublicae abſtinerent. Nec his poenis contentus ſenatus, cum etiam Metello ignominiae notam inurere vellet, contradixit M. Cato; & ne id faceret, ſenatum diſſuaſit. Valde tum a Populo Romano laudata eſt illius manſuetudo, & conſilium approbatum: quod ea quae faciebat, quaeque gerebat, non odio alicujus, ſed adductus amore reipublicae faciebat. Ita Metellus privatus adminiſtratione reipublicae & a plebe relictus, in Aſiam proficiſci ſtatuit, quaſi haec omnia ad Cajum Pompejum delaturus. Sed prius conciones habuit, in quibus ille ſenatum contumelioſe laedebat: ajebat, ſe regnum Ciceronis, tyrannidem Catonis perferre non poſſe: venturum tempus, quo P.R. vehementer poeniteret, quod Cneium Pompejum clariſſimum virum tot injuriis affeciſſet. Sed poſtea Pompejus Catoni & M. Tullio non modo non ſuccenſuit, ſed utrique gratias egit. Quin imo (ut Cicero in ſecunda Philippica, & libro primo officiorum refert) ut Pompejus primum decedens ex Syria, Ciceronem vidit, illum complexus & gratulans, multis audientibus dixit, fruſtra ſe tertium triumphum reportaturum fuiſſe, niſi Ciceronis in R. P.

 bene-

beneficio, ubi triumpharet, eſſet habiturus. Ac poſtea in concione quadam dixiſſe fertur, rempublicam Romanam juſtiſſimas municipio Arpinati gratias agere debere, quod ex eo duo ſui conſervatores, C. Marius & M. Cicero: quorum alter eam a domeſticis, alter eam ab externis liberaſſet periculis.

CAP. LII. Sed jam ad Caeſarem revertor: qui contemto ſenatus graviſſimo decreto, cum diutius in magiſtratu perſeveraret, ſenatus quibusdam negotium dedit, ut illum per vim prohiberent. Veſtem tum Caeſar mutavit, inſignibusque praetoriis abjectis, moeſtus ſe domi incluſit, tempeſtati ceſſurus. Hac re patefacta biduo poſt, cum ingens multitudo ad Caeſarem conveniſſet, eique in reſtituenda illius dignitate, operam ſuam ſeditioſe polliceretur: Caeſar laudato approbatoque illius ſtudio, plebem valde incitatam in patres, oratione (qua ipſe clarus habebatur) ſedavit. Quae quidem modeſtia ſenatui (cujus judicium ſemper fuit, homines ab improbis conatibus metu vel poena deterrere, ad recte facta praemiis allicere) adeo placuit, ut Caeſari per principes civitatis gratias egerit, illumque in curiam accitum, eique reſtituta praetura, laudibus ampliſſimis affecerit.

CAP. LIII. Plura me dicere parantem, Catilina, a quo jam multum digreſſi ſumus, ad ſe revocat. Qui dum ea Romae gerebantur (ut aliqui dixerunt) circiter jam viginti millia hominum collegerat. Mea autem ſententia majorem ille impiorum manum aggregaverat. Sed ex his omnibus erat pars quarta militaribus armis inſtructa, reliqui vero, non pro militari diſciplina arma: ſed illa fere, quibus homines itinere uti ſolent, portabant. Iis igitur Catilina copiis per montes aſperos iter facere, ſaepe movere caſtra, & eadem vallo foſſaque fortiſſime cingere, modo urbem, modo Galliam petere: hos obſidere montes, paulo poſt ad illos transgredi: nunc equo, nunc pedibus iter facere: item crebras vigilias ponere, eas ipſe cumprimis circumire, in operibus, in agmine multus adeſſe, milites omnes benigne appellare, monere, hortari: ſaepius ipſe humi requieſcere, quo libentius laborem alii tolerarent. Poſtremo nunquam Antonio pugnandi poteſtatem facere, quod exercitum prolatando, copiasque augeret, magna quotidie ad illum confluente multitudine undique ex Italia perditorum hominum latronumque: qui ſpe praedandi, ſtudioque bellandi, agriculturam & quaeſtum quotidianum reliquerant. Et ſimul, quod tutius Catilina eſſe arbitrabatur, expectare tempus, quo ſocii Romae incoepta perfeciſſent, & ad urbem accedere, quam fortunam belli tentare. Jamque patriae ſigna inferre properabat, cum nuncius ad eum pervenit, qui illi Romae patefactam eſſe conjurationem, & de illis (quos ſupra commemoravimus) ſumtum ſupplicium nunciat. Hoc igitur nuncio commotus Catilina, iter urbe (commutato conſilio) ad Galliam transalpinam vertit, ſperans Gallorum gentem nomini Romano infeſtiſſimam, & novis imperiis ſemper ſtudentem, ad belli ſocietatem facile poſſe impelli: cogitavit exteras nationes armatas ad urbem adducere, & exercitus conficere maximos. Augebatur ejus ſpes, quod Allobroges, qui finibus Italiae proximiores ſunt, a quibusdam conjuratis magnis promiſſis ſollicitabantur, & Galli non inviti illos audiebant.

CAP. LIV. Metellus praetor, qui in agro Piceno cum tribus legionibus praeſidebat, de Catilinae itinere ex perfugis certior factus, caſtra celeriter promovit, & ſub infimis montis radicibus, per quem Catilina iter in Galliam facturus erat, caſtra trium legionum fecit, & cum magno equitatu, levique armatura inſidiaturus, locis idoneis conſedit. Quod ubi Catilina, cum jam in agrum Piſtorienſem perveniſſet, cognovit, multis de cauſis non cunctandum amplius exiſtimavit: quin cum Antonio quamprimum pugna decertaret. Quarum cauſa illa fuit juſtiſſima, quod cum videret, a fronte cum tribus legionibus hoſtem Metellum adeſſe, a tergo Antonium cum magno exercitu, qui illum in fuga perſequebatur: a lateribus montes, a quibus fuga ſalus peti prohiberetur, perfacile factu arbitrabatur, poſſe adverſarios, viis commeatu interclufo, ſine ullo vulnere potiri victoria, ſi expectaret, ut duo illi exercitus in medio illum clauderent. Et ſimul veritus, ne cunctando exercitus dilaberetur. Nam multi ab illo poſt nuncium rei Romae male geſtae, perfugerant: plures etiam ad illum ire feſtinantes, retro domum redierant. Accedebat huc, quod indies hoſtium numerus augebatur. Sollicitabatur etiam inopia rei frumentariae, quod viis undique clauſis, commeatus non facile ſupportari poterat. His igitur cauſis Catilina, & cum nullam neque fugae, neque praeſidii niſi in praelio, ſpem videret, fortunam tentare, & extremum auxilium experiri decrevit. Quapropter advocato conſilio, omniumque ordinum ad id conſilium adhibitis militibus, habuit orationem: quae quamvis in Saluſtio inſerta reperiatur, tamen quia illa non tam propria Salluſtii, quam Catilinae eſſe poſſet, iccirco ejus exemplum infra ſcripſi. Nam tradit Juſtinus, quod Pompejus Trogus, magnus hiſtoriarum ſcriptor, Livium & Saluſtium reprehendit, quod multis in locis conciones directas, pro ſuis orationibus, eorum li-

libris interpoſuerint. Itaque illas orationes, quas Saluſtius in Catilinario poſuit, in perſona Caeſaris & Catonis, de conjuratorum poena, invicem inter ſe altercantium (quas nos quoque huic noſtro operi interſeruimus) eas ad verbum fuiſſe Caeſaris & Catonis, auctore etiam Plutarcho, minime dubitandum eſt: qui ſcribit in vita Catonis, M. Ciceronem in ſenatu quosdam adhibuiſſe ſcriptores, qui celeritate ſcribendi facillime ſenatorum ſententias perſequebantur: eoque modo illam Catonis orationem fuiſſe ſervatam. Sed iſta, ſive Saluſtii (quod ego magis credo) ſive Catilinae fuerit, juſtis de cauſis illam hic potius, quam meam ponere volui. Nunc igitur Catilinam ad pugnam milites hortantem, audiamus.

CAP. LV. *ORATIO CATILINAE ad ſuos milites, ex Salluſtio.*

CAP. LVI. Haec cum dixiſſet, ex caſtris copias omnes educit, ac primum ſuum, deinde omnium e conſpectu removit equos: quo milites aequato omnium periculo, firmiori animo in praelium prodirent, & ne qua ſpes in fuga relinqueretur. Deinde aciem hoc modo inſtruxit: conſtituit in fronte cohortes octo, & in his unumquemque ex centurionibus & militibus gregariis electum, & optime armatum diſponit. In media acie Syllanos milites: qui etſi erant pauci, propter virtutem tamen, magnam in eis Catilina ſpem victoriae habebat. Illos vero quibus ad pugnam, aut propter imperitiam rei bellicae, aut propter quod minus commode armati erant, non multum confidebat, in ſubſidio collocat: ut ſpeciem opinionemque pugnantium praebentes, hoſtibus terrori eſſent. Atque in ſiniſtro cornu Feſulano quodam, in dextro C. Manlio praepoſito, ipſe in media acie prope Aquilam aſtitit, quam fatalem R. P. fore putabat. Tali inſtructa acie Catilina paulo longius progreditur a ſuis munitionibus, ut ſi vellet Antonius praelio contendere, ei poteſtas non deeſſet. Quod ubi Antonii exercitus conſpexit, clamant occaſionem negotii bene gerendi omittendam non eſſe, ad certamen deſcendi oportere. At Cajus Antonius, etſi propter multitudinem ſuorum, hoſtiumque paucitatem, & veterem belli gloriam, multis partibus ſe ſuperiorem exiſtimaret: tamen nimium metuens communem Martem, incertosque belli eventus, praelio decertare nolebat. Dubitante igitur Antonio, atque eorum cupiditati reſiſtente, ſibique pugnare non placere clamitante, ſubito illum quaeſtor ſuus, P. Seſtius vir fortis, orare atque obſecrare coepit, ne dubitaret ſignum dare: interdum etiam illum incuſare, quod magnas opportunitates prolatando corrumperet. Victoria (inquit) nobis a diis immortalibus portenditur. Sicut enim ſemper depoſcimus, animo ſunt milites ad dimicandum parati, non facile occaſionem poſtea reperiemus. Quod ſi ſe Catilina in Galliam recipere poterit, non ſine multo ſanguine, & totius Italiae vaſtitate, victoriam adepti erimus. Multa alia ejusdem generis addens, tandem Antonium in eam ſententiam, ut cum Catilina confligeret, traduxit. Quapropter Antonius permiſſo exercitu M. Petrejo, viro praeſtanti animo & virtute, ſummaque apud milites auctoritate, & mirifico in re militari uſu: ipſe quoniam valetudine minus commoda utebatur, in caſtris permanſit. Tunc M. Petrejus ex caſtris producto exercitu, quanquam milites ſtudio pugnae ardentes videret, eos tamen adhortari optimum factu judicans, concionem advocat, & milites his verbis cohortatus eſt.

CAP. LVII. *Etſi minime oportere intelligebam, milites, uti vos in hac cauſa ad laudem adhortarer: propterea quod nemo eſt tam ignarus rerum, aut tam ſtultus, qui non intelligat, ſi hoc tempore (quod dii omnes avertant) Catilina vicerit, non modo crudelem ſuperbamque nobis dominationem, ſed ignominioſam & flagitioſam eſſe ferendam: nec ullius ſupplicii acerbitatem recuſandam. Noſtis Catilinae immanitatem: ſcitis in eo nihil praeter audaciam, ſuperbiam, libidinem, petulantiam, contumaciam. Noſtis amicos, noſtis genus ejus totum, univerſum aleatorum, ebriorum, parricidarum flagitioſorumque omnium. Urbem ille latronibus ſuis diripiendam ſe daturum promiſit, fortunas noſtras, villas atque domos, jam ſibi diffiniunt, & inter ſe diſpertiunt. Neque ſolum illi fortunas noſtras, ſed irati etiam ſanguinem concupiſcunt. Nullus eſt ejus ludus jucundior, quam ſanguinis effuſio, quam cruces, quam verbera, quam ante oculos tormenta civium. Et qui ſanguinem humanum ſolatii cauſa biberunt: cujus nunc ſanguinem eos in tanta ſiti, atque bonorum odio, non haurire cenſetis? Quem igitur hae res tam atroces, immanes non excitarunt, apud hunc cujuſquam perficiet aut valebit oratio? Faciam tamen ego, milites, ut ſummi gubernatores ſolent, qui navem ſecundis ventis celerem curſum tenentem, remis tamen impellunt. Et ut boni aurigae faciunt, qui quanquam equos currentes vident, eos tamen voce & calcaribus urgent. Sic ego vos ardentes, & his rebus vehementer excitatos, ad libertatem defendendam cohortabor, & (ut dicitur) currentes incitabo. Quare percipite quaeſo diligenter quae dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate. Agitur nunc, milites, non quam late, aut quam magnifici*

Po-

Populi R. fines futuri ſint: ſed ut quae multis majorum noſtrorum laboribus, victoriis, multis annis parta ſunt, hodierno die gladiis noſtris retineamus. Non eſtis nunc de gloria, de vectigalibus, aut pro ſociorum injuriis (pro quibus ſemper Populi R. exercitus certare conſuevit) ſed pro veſtra republica dimicaturi, pro deorum immortalium templis, pro fortunis omnium, pro aris atque focis, pro conjugum veſtrarum ac liberorum anima, pro libertate, pro ſalute denique totius orbis terrarum. Eſt nobis certamen cum immani tetraque bellua, quae quoniam in foveam incidit, obruatur. A tergo, a fronte, a lateribus tenetur, premitur, urgetur. Si enim elapſa erit de manibus noſtris, advolabit repente iſta peſtis immanis in agros ſuburbanos: vaſtabuntur tunc agri, diripientur villae, tecta urbis ardebunt, matresfamilias, pueri ingenui arripientur, & militibus tradentur. Verſabitur in curia timor, in foro conjuratio, in campo exercitus: in omni autem ſede ac loco ferrum atque flamma dominabitur. Si unquam R. P. militum virtutem, auxilium, fortitudinem imploravit, hoc, inquam, tempore implorat: quae facibus & telis impiae conjurationis obſeſſa, vobiſcum ſic agit, & quodammodo loquitur: Multa, quae in libera civitate ferenda non eſſent, perpeſſa ſum. Quod enim tempus unquam fuit, qui dies, quae nox, cum non ſit per iſtos ſcelus aliquod contra me admiſſum? Quae caedes per hoſce annos ſine iſtis facta eſt? Quod facinus, quod flagitium non per iſtos? Superiora illa, quanquam intolerabilia fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Nunc vero me totam eſſe in metu, & in maximum diſcrimen adductam propter hunc unum, qui ferre poſſit? Itaque vos nunc, o fortiſſimi milites, rogo atque oro, ne me divino conſilio, & conſulis prudentia, a Lentuli ceterorumque inteſtinorum hoſtium inſidiis ereptam, ab hujus nefario latrocinio opprimi patiamini. Vobis ergo praeterea arcem, & Capitolium, vobis muros, penates, aras, ſepulchra majorum, leges, jura, libertatem commendo. Majores veſtri non ſolum ut liberi eſſent, ſed, ut imperarent, certabant. Vos vero, ut hujus impuri latronis deterrimum crudeliſſimumque dominatum fugiatis, quid tandem facere oportebit? Quapropter, o fortiſſimi milites, quoniam res eſt in diſcrimen adducta, aut libertatem propriam Romani generis & nominis veſtri armis hodierno die retineatis, aut ſervituti mortem anteponatis. Illi enim, illi ſcelerati, quos in victoria cecideritis, etiam apud inferos parricidii poenas dabunt. Veſtrum vero ſi qui extremum ſpiritum in acie effuderint, piorum eritis ſedem & locum conſecuturi. Haec vobiſcum patria. mea nunc attendite. Cum multa & varia, milites, impendeant hominibus genera mortis: gaudendum potius nobis, quam dolendum videretur, ſi id genus, quod eſt pulcherrimum, pro patria vitam profudiſſe, nobis obtigiſſet: atque retenta morte noſtra fuiſſet civitatis libertas. Nam vita brevis eſt, curſus vero gloriae ſempiternus. Cumque omnibus ſit definita mors, optandum eſſet, ut pro patria potiſſimum reddita eſſet. Etenim ſi non ſpiritu, at gloria ſempiterna viveremus. Nunc vero quod morte eſſet repellendum, id nos ſine cujuſque noſtrum ſanguine vitare poſſumus. Quod, quo melius intelligi poſſit, exponam vobis, milites, ex quibus hominum generibus iſtae praeclarae Catilinae copiae comparatae ſunt. Atque eas ex tribus hominum generibus conflatas eſſe audio. Primum genus eorum eſt ex his colonis, quos Feſulis Sylla conſtituit. Hi largius ſuo uſi, novas tabulas a Catilina & locupletum proſcriptiones expectant. Meminerunt enim Syllanis temporibus, ex modicis repente fieri divites. Hoſce ego quanquam fortes viros eſſe audio, eos tamen minime pertimeſcendos puto, quod aut robur illud priſtinum otio & voluptatibus erit ſopitum, aut ſi adhuc permanebit, virtute vobis & numero pares eſſe non poterunt. Secundum genus eſt eorum civium (ſi cives ſunt potius quam pecudes) qui dum bona noſtra ſperant, effuderunt ſua. Hi obruti vino, cibo confecti, debilitati ſtupris, Conſules ſe, aut Praetores, aut Tribunos expectant futuros. In hoc genere ſunt illi, quibus Catilina ſtipatus Romae ſemper incedebat, quos a complexu ſuo nunquam dimittebat. Qui non equitando, non jaculando, aut bene armis utendo, non vigilando, non militarem laborem tolerando, eorum juventutem exercuere: ſed pro his amare atque amari, pſallere, cantare, convivia facere, & alia ludere didicerunt. Quapropter hi valde contemnendi ſunt, propterea quod nobis magis mala precaturi ſunt, quam contra nos arma laturi. Tertium genus eſt varium, & ex multis hominum generibus mixtum. In hoc enim ſunt omnes aleatores, adulteri, gladiatores, paſtores, latrones, parricidae: facinoroſi denique omnes, atque totius Italiae peſtes. Hoſce ego omnes huc conveniſſe arbitror, ut hodie ſcelerum illorum poenas jam a multis annis debitas, luant. Atque ex omni hac copia vix pars quarta eſt militaribus armis inſtructa. Multitudo reliqua non ſcuta, non galeas, non pila, non militaria arma: ſed pro his ſparos, lanceas, aut pracacutas ſudes habet. O praelium magnopere pertimeſcendum, cum inermes homines cum armatis ſint pugnaturi, ſtultiſſimi cum prudentiſſimis, ebrii cum ſobriis, inertes cum fortiſſimis, dormientes cum vigilantibus. Cum denique iniquitas, ſcelus, luxuria, egeſtas, ignavia, temeritas, vitia omnia certaverint cum aequitate, cum probi-

ta-

tate, cum temperantia, cum copia, cum fortitudine, cum prudentia, cum virtutibus omnibus: in hujuſmodi etiam pugna Deos ipſos immortales nobis fauſtos propitioſque ſperare debemus. Quapropter niſi ſervire malumus, victoria nobis certa eſt. Quae cum ita ſint, milites, vos pro reipublicae cauſa, qua nulla res cuiquam potior eſſe debet, moneo, pro mea ſumma & vobis cognita in re militari diligentia hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, ut omnia reipublicae ſubſidia, totum ſtatum civitatis, ſalutem omnium civium & libertatem, in veſtris gladiis, in hoc uno certamine depoſitam eſſe & defixam putetis. Aliae nationes ſervitutem pati poſſunt, Romani ferre non poſſunt. Aut vindicamus igitur oportet, aut nos principes orbis terrarum gentiumque omnium cum gloria potius moriamur, quam cum ignominia ſerviamus.

CAP. LVIII. Hac habita oratione mirum in modum accenſi ſunt militum animi, tantaque alacritas cupiditaſque pugnandi omnibus innata eſt, ut vix ſignum expectarent. Petrejus duplici acie inſtructa, veteranis cohortibus in fronte, poſt eas reliquo exercitu in praeſidiis collocato, atque rebus omnibus diligenter exploratis, expoſcentibus militibus, & ſtudio pugnae ardentibus, tuba ſignum dedit. Signo dato ita acriter utrinque in hoſtes impetum fecerunt, ita repente celeriterque procurrerunt, ut ſpatium pila in hoſtes conjiciendi non daretur; rejectis pilis, cominus gladiis pugnant. Catilinarii in extrema ſpe ſalutis conſtituti, acriter inſtant: Veterani Petreii dictis incenſi, & veteri belli gloria impulſi, hoſtium impetum fortiter excipiunt. Pugnatur diu utrinque fortiſſime & acerrime: vehemens fit clamor, crepituſque gladiorum cum gemitu intermixtus. Indignatio hos & belli gloria, illos neceſſitas & deſperatio impellit.

CAP. LXIX. Catilina interim ſuis laborantibus auxilia mittere, ſauciis ac defatigatis integros recentioribuſque viribus milites ſubminiſtrare: ſaepe ferire hoſtem, ad praelium ſegniores hortari, fugientes revocare, huc atque illuc tranſcurrens, ita omnia diligentiſſime providere: ut judicari difficile eſſet, an ſtrenuus miles potius, an optimus imperator eſſet. Sed uno atque eodem tempore, utriuſque partibus fungebatur. Utinam in L. Catilina mens talis fuiſſet ad gubernandam rempublicam, quale corpus ad bellandum fuit: utinamque ſummam illius vim ingenii non in ſcelere conſumſiſſet: profecto pauci cives melius, quam ille rempublicam adminiſtraſſent. Sed cum illum immoderatus dominandi aeſtus abſorbuiſſet, omnia illa ornamenta, quae in eo maxima fuerunt, hoc ſcelere obſcurata ſunt. Et dum L. Syllae & Cai. Marii ſimilis eſſe cupit, ſuorum majorum inventus eſt diſſimillimus. Fuit enim Catilina (ut patrem & avum omittam) pronepos illius M. Sergii, cujus virtutem tot bellicae laudes teſtantur. Quamquam ego nuper quoſdam legi, qui Catilinam ex Scipionum familia duxiſſe genus dicerent. Quo nihil poteſt dici imperitius. Sed jam ad pugnam dimicationemque revertamur. Catilinae igitur virtute illata ſpe militibus, redintegrato animo, cum vehementius pugnarent, Antonii milites paulum ceſſere. Quod ubi Petrejus animadvertit, ſecundam aciem laborantibus ſubſidio miſit: ita cum recentes atque integri defeſſis ac vulneratis ſucceſſiſſent, ſuſtinere Catilinarii impetum non potuerunt. Tum Feſulanus dum circumeundo militibus ſubvenit, interficitur. Manlius cum magna multitudine hoſtium premeretur, fortiſſime pugnans occiditur, cum maxima parte militum. Catilina ubi rem eſſe in anguſto videt, neque ullum eſſe ſubſidium, quod ſubmitti poſſet, memor ſui generis & ſimul cogitans, quod mors honeſta vitam ſaepe turpem exornat, deſperata ſalute in confertiſſimas hoſtium copias proceſſit: ibi multis interfectis, reliquos a ſe paulum propellit, dum cupidius inſtat, ad hunc ſe poſtea omnis multitudo convertit: illic vero pugnat acrius, cominuſque rem gerit. Tandem cum multitudine hoſtium premeretur, multis gravibuſque vulneribus acceptis, ut vix ſe ſuſtinere poſſet, ingenti circum ſe edita ſtrage ſumma cum laude (ſi ſic pro republica cecidiſſet) occiſus eſt. At ceteri hoſtes in extrema ſpe ſalutis, tantam virtutem praeſtiterunt, ut cum primi eorum cecidiſsent, proximi jacentibus inſiſterent: atque eorum quem quiſque vivus locum obtinuerat, mortuus tegebat: perpauci fuga ſalutem petiere, quos nemo inſecutus, facile evaſerunt.

CAP. LX. Eiſdem temporibus quidam conjurati magnis promiſſis Allobroges ad bellum contra populum R. excitaverant: quod ego a Saluſtio (qui hanc conjurationem ſcripſit) praetermiſsum eſse miror. Ad horum igitur impetus reprimendos, miſsus eſt cum exercitu C. Pontinius is, qui praetor cum L. Flacco conjurationis indicia coepit: a quo ſaepe cum illis proſpere pugnatum eſt. Et cum Allobroges magnis praeliis fregiſset, reſpublica metu liberata quievit, nec ulterius progrediendum exiſtimavit. Nam ſemper Romani imperatores, uſque ad id tempus, Gallos bello refutandos potius quam laceſsendos exiſtimabant: neque ulla alia gens reſtabat, quae bellum Populo Romano facere poſse videretur. Cetera omnia magna ex parte unius Cnei Pompeii

virtute terra marique tuta & pacata erant .

CAP. LXI. At Romae facta ſunt poſtea multa & gravia judicia . Damnatus eſt L. Varguntejus ſenator , P. Antronius , Servius Sylla , Cajus Cornelius , M. Lecca , M. Fulvius Nobilior, complureſque alii : permulti tamen conjurationis participes evaſerunt . Nam cum urbs pene tota & Italia hoc ſcelere infecta eſſet , Senatus paucorum poena reliquorum mentes ſanari poſſe arbitratus eſt . Sed illud ſilentio praetereundum non exiſtimavi, quod quamvis leges in caput Domini ſervos torqueri prohiberent : tamen de hac ſcelerata conjuratione , in Dominos de ſervis quaeſitum eſt , neque injuria. Statuerant enim prudentiſſimi homines , ut qui ſe tanto ſcelere obſtrinxiſſent, omni hominum atque legum auxilio nudos eſſe ac deſtitutos oportere . Sic bellum Catilinarium, poſt hominum memoriam deterrimum & periculoſiſſimum , Cicerone togato, Antonio armato , ducibus atque conſulibus , ſedatum atque reſtinctum eſt.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERUM AC VERBORUM, EORUM MAXIME, QUAE IN ADNOTATIONIBUS EXPLANANTUR.

Cat. notat	Bellum Catilinarium.	pag. 1.
Jug. ——	Bellum Jugurthinum.	p. 343.
Hiſt. ——	Hiſtoriarum Fragmenta.	p. 793.
Lep. ——	Orationem Lepidi I. *Hiſtor.*	p. 796.
Phil. ——	Orationem Philippi I. *Hiſtor.*	p. 803.
Pomp. ——	Epiſtolam Pompeii III. *Hiſtor.*	p. 820.
Macr. ——	Orationem Macri III. *Hiſtor.*	p. 823.
Mithr. ——	Epiſtolam Mithridatis IV. *Hiſtor.*	p. 836.
Cott. ——	Orationem Cottae VI. *Fragment.*	p. 848.
Rep. ——	Epiſtolas de Rep. Ordinanda.	p. 865.
Decl. 1. —	Declamationem Salluſtio adſcriptam.	p. 893.
Decl. 2. —	Declamationem Pſeudo-Ciceronis.	p. 900.
Exſup. —	Julii Exſuperantii libellum.	p. 913.
Latr. ——	Pſeudo-Latronis Declamationem.	p. 922.
Exc. ——	Excurſus in Catil. & Jugurth.	p. 335. & 785.

Numerus primus *caput*, ſecundus *ſectionem*; ſolitarius autem *ſectionem Orationum* ſignificat.

A Paludibus invia. 1. *Hiſt.* pag. 794.
Tarquinio metus. *ibidem*.
vobis multa, *pro* veſtra. *Jug.* 30, 1.
Ab ignavia corruptus. *Jug.* 30, 2.
perfugis corrupta praeda. *Jug.* 76, 5.
Roma aberat. *Cat.* 40, 5.
ſtirpe interiit Carthago. *Cat.* 10, 1.
ſocius Romanorum. *Jug.* 14, 2.
urbe, a Gallia obſtant exercitus. *Cat.* 58, 6.
Abdere praeſidia, removere. *Cat.* 50, 4.
Abdicatus magiſtratu, qui ſe abdicavt i. *Cat.* 47, 3.
Abdita pars aedium. *Cat.* 20, 1.
Abducit in praetorium Jugurtham. *Jug.* 8, 2.
Aberat a flumine mons millia paſſuum XX. *Jug.* 48, 3.
ab Roma. *Cat.* 40, 5.
Abibis haud repulſus. *Jug.* 110, 8.
. abierat praeceps luxuria. *Cat.* 25, 4.
. abiit profugus ex Africa. *Jug.* 35, 1.
Abjuraverat creditum. *Cat.* 25, 4.
Ablativi frequenter a librariis Praepoſitione onerantur. Cat. 6, 6. Jug. 14, 9. &c.
plures juncti. Cat. 45, 1. 59, 1.
abſoluti. Jug. 37, 3.
Ablativi, iis alius Caſus additur. Jug. 63, 1. Cat. 48, 7.
Singul. in e. ſuperiore, majore, Cat. 19, 6. 21, 3.
Adventu meo. 2. *Decl.* 15.
inopia *largiri minus poterat*. Cat. 23, 3.
muneribus *pecuniam debet*. Catilin. 49, 3.
magnitudine reip. *metus inſolitus*. Cat. 31, 2.
Abnuere de nullo negotio audebat, *Jug.* 84, 3.
. abnuentes omnia milites. *Jug.* 68. 3.
Aborigines. Cat. 6, 1.
Abſolvere de re. *Cat.* 4, 3.
paucis verum. *Cat.* 38, 3.

Abſque, *ſine*. 1. Declam. 7.
Abſtractum pro Concreto. Cat. 14. 1.
iniquitas praetoris eripuit legis praeſidium. *Cat.* 35. 5.
Abſtractus in pravum. *Jug.* 29. 2.
Abſumtus morbo. *Jug.* 5. 6.
Abunde mala, praeſidia. *Cat.* 21. 1. *Jug.* 14. 18.
Abuti divitiis. *Cat.* 13. 2.
Ac & At *confuſa*. Cat. 3. 2.
Accedere quo? *Jug.* 14. 15.
ad urbem *Cat.* 48. 4. adde *Jug.* 32. 4. & 62. 1.
loca hoſtiliter. *Jug.* 20. 3.
& accidere *permut.* Jug. 107. 6.
Accendere animum. *Cat.* 20. 5.
pro, contra *quem*. Jug. 6. 3. 64. 4.
vide Incendere.
Acceptus popularibus. *Jug.* 7. 1.
Acciderant de improviſo *homines*. Jug. 107. 6.
. ſi quid ex improviſo accidiſſet. *Jug.* 14. 16.
. ſi quid ei acciderit, eveniſſet. 5. *Hiſt.* pag. 846.
Accipere litteris cognitis volenti animo. *Jug.* 73. 3.
cognoſcere. Cat. 6. 1.
injuriam. *Cat.* 9. 5.
in regnum quem. *Jug.* 10. 1.
clamorem a tergo. *Jug.* 58. 4.
Acciti ibant. *Jug.* 102. 3.
Accuſativus Plur. in is. *civis*, *omnis*. Cat. 43. 1.
Aethiopas. *Jug.* 19. 7.
vide *Enallagen*.
Acer vir. *Jug.* 43. 1.
& bellicoſus. *Jug.* 20. 2.
Acerbum & nimis & grave. *Cat.* 51. 23.
Acta conſiliumque ignorare. *Jug.* 66. 4.
Acta aetas. 6. *Hiſt. Cott.* nu. 2.
- *Livius* 3. Ea *aetate* iiſque honoribus *actis*.
Actio capitis. *Jug.* 35. 8.
Actiones Ciceronis *Cat.* 43. 1. *Jug.* 42. 1.
Actor & auctor *confuſa*. Cat. 3. 2.
Actu facillimum, *MSS. pro* factu. *Cat.* 14. 1.
Ad, *ſecundum*, *pro*. *Jug.* 19. 8.
in, provinciam accedere. *Jug.* 25. 5.
uſque ad, noſtram memoriam. *Jug.* 114. 2.
pro, *ex*, ignaviam mutantes nomina. 3. *Hiſt. Macr.* 13.
arma parare multitudinem. *Cat.* 27. 4.
bellum miſſus conſul. *Jug.* 65. 3.
bellum parare cuncta. *Jug.* 73. 1.
Catabathmon prima Cyrene eſt. *Jug.* 19. 3.
facinora conſuetudo. *Latro.* 8.
hoc tempus, *adhuc*. Jug. 85. 45.
ortum ab occaſu. *Cat.* 36. 4.
vigilias adeſſe. *Jug.* 96. 3.
Ad voluptates peſſumdatus. *Jug.* 1. 4.
Urbem imperatores. *Cat.* 30. 4.
Zamam. *Jug.* 57. 1.
Adaequare gloriam cujus. *Jug.* 4. 6.
Addere dignitatem cui. *Cat.* 54. 2.
in ſententiam. *Cat.* 51. 21. *Leg.* 9. *ad L. Corn. de falſis*: qui *in aurum* vitiiquid addiderit.
multum reipublicae. *Jug.* 42. 1.
animis. *Jug.* 75. 9.
Adeo, id adeo malum. *Cat.* 37. 1.
. adeo non poenitet, ut & *cet.* 1. *Hiſt. Lepid.* 19.
Adepta libertate. *Cat.* 7. 3. Verbum *adipiſcor* apud Salluſtium corrupte legi pro *apiſcor*, teſtatur Giſanius ad Lucret. pag. 307. ſed nobis *apiſcor* in tot libris ſeſe non obtulit.
Adeſſe atque inſtare. *Jug.* 50. 4.
ad vigilias. *Jug.* 96. 3.
cum aliquo. *Jug.* 85. 47.
ferocem. *Cat.* 52. 18. Phaedrus 4. Fab. 21. v. 16. Praedones *adſunt*, rapiunt quod quiſque extulit.
in parte. *Jug.* 74. 3.
in primis. *Jug.* 45. 2.
praeſidio. *Jug.* 85. 4.
Adſectare urbes. *Jug.* 66. 1.
Adflictare ſeſe, in luctu. *Cat.* 31. 3.
Adflicti alveos. 3. *Hiſt.* p. 823.
Adfligere quem, *proſternere*, *ad terram projicere*. Jug. 60. 7.
Adgredi ad rem. *Jug.* 92. 4.
pecunia quem *Jug.* 28. 1.
quem hac via. *Jug.* 16. 4.
Adhibere amicos & ſtatim removere. *Jug.* 113. 3.
Ad hoc *interponit aliam conſtruct.* Jug. 17. 6.
praeterea. *Cat.* 14. 3. 44. 6.
Adjectiva praeciſa, *ut* praeclara tua, magna facere. *Jug.* 13. 7. *v. Ellipſ. Subſtant.*
duo uni Subſtantivo juncta. Catilin. 19. 5.
Subſtantivis poſtpoſita. Cat. 48. 1. quod & Poetis in uſu eſſe docebit *Joſ. Caſtalio* Var. Lect. cap. 47.
Adigere ad jusjurandum. *Cat.* 22. 1.
Adire ad quem. *Cat.* 41. 5. *Jug.* 62. 1.
oppida & caſtella. *Jug.* 89. 1.
Adjungere ſibi alienos. *Jug.* 10. 3.
Adminiſtrare bellum. *Jug.* 29. 1.
Verbum militare. Jug. 92. 9.
Adminiſter conſiliorum. *Jug.* 29. 2.
Admittere facinus. *Jug.* 55. 7.
Adnitente Craſſo, *favente* MS. *Cat.* 19. 1.
Adoleſcentes homines, *etiam virilis aetatis nominati*. Cat. 38. 1.

Ado-

Adoleſcentes fluxi & mobiles. Cat. 14. 5.
Adoleſcentulus. *Cat.* 3. 3.
Adoleſcit reſp. *Cat.* 51. 40.
Adoptare in regno. *Jug.* 22. 2.
Adoptatio *aeque probum*, *ac* adoptio. *Jug.* 11. 6.
Adpellare, *colloqui.* Jug. 22. 5. 53. 8.
quem, ad quem. *Jug.* 14. 7.
Craſſum. *Cat.* 48. 7. adde 4. *Hiſt. Mithr.* 10.
Adpellere Uticam. *Jug.* 25. 5.
Adplico, adplicavi. *Exſup.* cap. 7.
Adpoſitio. Cat. 9. 3. 40. 3. *Jug.* 84. 1. 3. *Hiſt. Macr.* 26.
Adprehenſi intra moenia hoſtes. *Cat.* 52. 25. *alii*, deprehenſi.
Adſciſcere ſocium. *Cat.* 47. 1.
Adſentiebant, *pro* adſentiebantur. *Cat.* 52. 1.
Adſtrictus ſtudio cujus. *Jug.* 60. 6.
Adſurgere cui. 5. *Hiſt.* p. 846.
Adtente agere. *Cat.* 52. 17.
Adterere ſe, vires bello. *Jug.* 79. 4.
pudorem. *Cat.* 16. 2.
Adtinere, adtingere. *Jug.* 16. 5.
Adtonitus. 1. *Hiſt.* p. 811.
Adtribuere pecus agendum. *Jug.* 90. 2.
Advectitium vinum. *Jug.* 44. 5.
Advehitur Uticam. *Jug.* 86. 4.
Adventare Romae. *Jug.* 28. 2.
Adventus lucis. *Jug.* 91. 3.
Adverbii vis in publice privatimque rapere. *Cat.* 11. 6.
plura adverbia juncta. Cat. 13. 4.
intellego cum *ſupra*, quam ego ſum, petere. *Jug.* 24. 5. Excurſ. 3. *vide Enallag.* Adverbii.
Adverſis vulneribus conciderant. *Cat.* 61. 3.
. adverſo colle evadere. *Jug.* 52. 3.
. adverſo corpore vulnera. *Jug.* 85. 29.
Adverſus divitias invictus. *Jug.* 43. 5.
. quos adverſum ierat. *Jug.* 101. 8.
Adulterinae claves, litterae, pecuniae. *Jug.* 12. 3.
Ae, diviſim, non *æ* ſcribendum, ex MSS. probatur. *Cat.* 21. 4. adde Eod. 1. 1.
Aedilis curulis. Cat. 47. 4.
Aeger pedibus. *Cat.* 59. 3.
. animus. *Jug.* 29. 1. 71. 2.
Aegerrime & facile *oppoſita.* Jug. 83. 1.
Aemulus facta. 3. *Hiſt.* p. 833.
Aeneae adventus in Italiam. *Cat.* 6. 1.
Aequa manu diſcedere. *Cat.* 39. 4.
. aequo animo accipere. *Cat.* 3. 2.
tolerare. *Jug.* 31. 11.
. aequum, bonum, *oppon.* juri gentium. *Jug.* 35. 7.
. aequum in locum deducere. *Jug.* 52. 5.
Aequabilis fama. *Jug.* 43. 1.
Aequabilius & conſtantius ſeſe habere. *Cat.* 2. 3.
Aequaliter diſtribuere. *Jug.* 91. 1.
Aeque a tergo veniunt. *Jug.* 101. 3.
Aequitas, *quid?* Cat. 2. 5.
Aes, *pro* aſſe. *Cat.* 33. 2.
. aere parati ſervi. *Jug.* 31. 11.
Aeſtimo, ubi alii dicunt exiſtimo. *Cat.* 8. 2. 31. 7. *Jug.* 110. 5.
quinis modiis libertatem. 3. *Hiſt. Macr.* 19.
Aeſtiva. *Jug.* 44. 3.
Aeſtuare invidia. *Cat.* 23. 6.
Aetas, *pro* flore aetatis, prima aetate. 2. *Declam.* 11.
ferox. *Cat.* 38. 1.
. aetate adulta, *pro* adultus. *Cat.* 15. 2.
Aeterna ſollicitudo. *Jug.* 31. 22.
. *aeternus eſt animus.* Jug. 2. 3.
Aevi brevis & imbecilla *natura hominis.* Jug. 1. 1.
Africae ſitus. Jug. 17. 3. ſqq.
Africum mare. 2. *Hiſt.* p. 814.
Agendi initium. *Cat.* 21. 3.
. *agendo, vigilando proſpera omnia cedunt.* Cat. 52. 29.
Agere atque habere cuncta. *Jug.* 2. 3.
pro vivere. *Jug.* 18. 9.
abundat, & *ſuperius Verbum repetit.* Jug. 85. 3. 3. *Hiſt. Pomp.* 1.
aetatem. *Cat.* 37. 6. 39. 2.
apud primos. *Jug.* 101. 6.
coetus, iter, ſedem. *Latr.* cap. 19.
cum animo. 2. *Rep.* 1. 3.
cum populo. *Cat.* 51. 43.
facinora, ſcelera. *Jug.* 33. 4.
Agere in certamine. 1. *Hiſt.* p. 794.
laetum. laeta agit civitas. *Jug.* 55. 2.
otia. *Cat.* 2. 8. n.
pecus. *Jug.* 99. 2.
praedas. *Jug.* 20. 8.
res, geſtas res, & quomodo actae forent fama divulgavit. *Jug.* 30. 1.
ſe mobilitate tanta. *Jug.* 56. 5.
tempora pleraque in venando. *Jug.* 6. 1.
. id agi, ut condonaretur. *Jug.* 27. 2.
. non id agitur. *Cat.* 52. 9.
. agitur bene nobis cum, ſi. *Latr.* cap. 2. *vide etiam* Agitare.
Aggerem jacere. *Jug.* 37. 4.
Agitare, *pro* eſſe, vivere. *Jug.* 18. 9.
. agitabat varius incertusque. *Jug.* 74. 1.
. agitandi inops. 1. *Hiſt. Lepid.* 11.
. agitatur animus inopia & conſcientia ſcelerum. *Cat.* 5. 7.
agitare animo, mente. *Cat.* 20. 5.
bellum, pacem. *Jug.* 109. 2.

diverſum. *Jug.* 25. 6.
gaudium, laetitiam, moerorem, luctum. *Cat.* 61. 9.
huc, illuc. *Jug.* 60. 4.
imperium. *Cat.* 9. 5.
inducias. *Jug.* 29. 4.
moras. *Jug.* 81. 4.
plebem. *Cat.* 38. 1.
pro caſtris. *Jug.* 59. 1.
rempublicam. *Cat.* 38. 3.
vitam. *Cat.* 2. 1.
Agmen, *quid proprie*. Jug. 45. 2.
Agnoturus. 2. *Hiſt.* pag. 816.
Agreſte genus hominum. *Cat.* 6. 1.
. agreſtis plebes, *ruſtica*. 3. *Hiſt. Macr.* 27.
Agricultura, *ſervile officium*. Cat. 4. 1.
Alae muliebres. *Latr.* cap. 5.
Sp. Albinus. Jug. 35. 2.
Algoris patiens. *Cat.* 5. 3.
Aliena virtus, *pro* aliorum. *Cat.* 7. 2.
mens. *Cat.* 37. 1.
quae dicantur Stoicis. Jug. 1. 5.
a rep. ſententia. *Cat.* 51. 17.
conſilii domus. *Cat.* 40. 5.
Alienata urbs. *Jug.* 48. 1.
mente 2. *Rep.* 12. 6.
. alienatus, *ſubintell.* a conſulatu. *Cat.* 35. 3.
Alimenta carceris. 3. *Hiſt. Macr.* 19.
Alis, *pro* alius. *Cat.* 60. 5. *Jug.* 50. 6.
alio. *Jug.* 12. 2.
Aliter, *alioquin*. *Cat.* 29. 3.
quid accidit. Jug. 10. 7. *v.* Secus.
Alius, *ſemel poſitum*. Cat. 61. 8.
alio more viventes. *Cat.* 6. 2.
. non alius prior. *Jug.* 96. 3.
. non aliud amplius. *Jug.* 2. 4.
. aliud alio ferre. *Cat.* 2. 3.
. alium poſt alium. *Jug.* 63. 5.
Plinius & Livius: alium ſuper alium; *Seneca de Tranqu.* cap. 11. Aliud ex alio iter ſuſcipitur.
. alio atque alio loco quieſcere. *Jug.* 72. 2.
. haud alio animo eventum exſpectant. *Cat.* 37. 9.
. alii --- pars. *Cat.* 2. 1.
. alia ſanctus. 6. *Hiſt.* pag. 857.
hujuſcemodi, *pro* aliaque. *Cat.* 15. 1. *Jug.* 27. 5. 86. 1. *& paſſim*.
talia. *Jug.* 40. 2. 62. 2.
fingere. *Cat.* 47. 1.
. aliarum, atque ſenati partium erant. *Cat.* 37. 10.
. aliis poſt aliis minitari. *Jug.* 55. 8.
Aliquis, aliquid *omiſſa*. Cat. 36. 4. v. Ellipſin.
Allobroges. Cat. 40. 1.
Alit manus quoſdam ſanguine civili. *Cat.* 14. 3.
. Aluntur turba & ſeditionibus. *Cat.* 37. 3.
Alter ille. *Jug.* 13. 1.
alterius. *cet. Cat.* 1. 7. *vide La Cerd. ad Virg. Aen.* 2. 667.
Alterum --- alterum. *Cat.* 1. 2.
Altitudo ingenii. *Jug.* 95. 3. *Cic. pro Milone* cap. 8. Sed homo ſapiens, & *alta*, & divina quadam mente praeditus, multa vidit. *cum nota Graevii*. *Quinctilianus* 6. 5. *contra* animum jacentem, *parum validum adpellat*.
Altus, alitus *promiſcua*. Jug. 63. 2.
Alvei navium. *Jug.* 18. 5.
Amare, *ſcortari*. Cat. 11. 6.
. amat fieri. *Jug.* 34. 1.
Ambire ſingulos. *Jug.* 13. 8.
Ambitio, *ſtudium favoris*. Jug. 45. 1. 86. 3.
poſſidet praemia virtutis. *Cat.* 52. 22.
Ambitioſum dictum, factum. *Jug.* 64. 5.
Ambitus crimen & leges. Cat. 18. 2.
Ambo *pro* ambos. *Jug.* 21. 4.
Amici populi R. qui dicti. Jug. 24. 3.
regis Jugurthae. *Jug.* 74. 1.
praeſidium regni. Jug. 10. 4.
Amicior, *non* amicitior. *Jug.* 10. 5.
Amicitia bona & honeſta. *Jug.* 5. 5.
familiari ſibi conjungere quos. *Jug.* 7. 7.
Amittere locum. *Jug.* 52. 4.
patrem. *Jug.* 10. 1.
Amoena loca. *Cat.* 11. 5.
Amovere ſenatu. *Cat.* 23. 1.
. amotis arbitris procul. *Cat.* 20. 1.
Amphibologia. de caede fratris. *Jug.* 13. 3.
Amplexari quid. *Cat.* 52. 5.
Amplior animus. *Cat.* 40. 6.
Amplius annos triginta. *Cat.* 59. 6. *Jug.* 58. 3.
binas aut amplius domos. *Cat.* 20. 11.
duobus millibus. *Cat.* 56. 2.
hoc cenſeo. *formula Additionis*. Cat. 51. 21.
Amputatae partes. *Exſup.* cap. 7.
An, *omiſſum*. Jug. 46. 8.
primo loco omittitur, *ſequente* an. noſtra, *an* nobiſcum una hoſtium futura. *Cat.* 52. 10. *Jug.* 31. 5. 79. 5. 108. 3.
Anaſtrophe. Si mehercule. *Cat.* 52. 35.
adde. 6. *Hiſt. Cott.* 10.
cauſſa ſpoliandi. *Cat.* 61. 7. *Jug.* 61. 4.
Anceps malum. *Cat.* 29. 1.
Ancillus, a, um. mulier ancilla. *Jug.* 52. 5.
. ancilla *de viro*. 1. *Hiſt. Lepid.* 21.
Ancillari cui. 1. *Declam.* 15.
Angitur & laceratur cupidine. 1. *Hiſt. Phil.* 11.
Anguſtiae loci prohibent. *Cat.* 58. 20.
Anima, *vita*. Cat. 20. 12.
quod alibi animus. *Jug.* 2. 1.

Ani-

Animus, *pro* conſilio. *Cat.* 20. 16.
contemtor. *Jug.* 64. 1.
fallit. *Cat.* 20. 17.
ardet, & quis animo ardet. *Jug.* 39. 5.
imperat. Cat. 1. 2.
. animi, *praeciſe*, *ſine* mei, tui, ſui. *Cat.* 51. 4.
Animi, anxius. *Jug.* 55. 4. 2. *Hiſt.* p. 815.
munificentia. *Jug.* 7. 7.
timor. *Cat.* 58. 2. *Jug.* 35. 4.
virtus. *Cat.* 2. 3.
. animo cariſſime frater. *Jug.* 14. 22.
advertit. *Jug.* 69. 1.
. animum advortit. *Jug.* 35. 8. 93. 2.
bonum habere. *Jug.* 85. 45.
. in animo habere. *regarderen.* Jug. 24. 2.
. animis tantis incedit. 1. *Hiſt. Lepid.* 24.
Q. Annius. Cat. 17. 3.
Annus cruentus ſanguine. *Cat.* 47. 2.
. anni tempus. *Jug.* 50. 1.
totius comitia. *Jug.* 37. 2.
Anquirere, adquirere. *Jug.* 13. 6.
Ante diem VI. Kalendas. *Cat.* 30. 1.
vide Joſ. Caſtalion. Var. Lect. ad leg. 131. *de V. S.*
Antecapere luxu ſitim, frigus. *Cat.* 13. 3.
quae bello uſui. *Cat.* 32. 1.
Anteferre fama commodum. *Jug.* 16. 3.
Anteire quem gloria. *Jug.* 6. 1.
Terent. Phorm. 1. 5. 17. Phaedria, incredibile eſt, quanto herum anteeo ſapientia.
Antevenire. *Jug.* 56. 2.
Antiochus rex. 4. Hiſt. Mithr. 6.
Antiquitas, *amor.* 6. Hiſt. p. 852.
C. *Antonius.* Cat. 21. 3.
Anxius animi. *Jug.* 55. 4.
qua re, ne. *Jug.* 70. 5.
quid facto opus. *Cat.* 46. 2.
adde. Jug. 30. 1.
Aperit, docetque. *Cat.* 47. 1.
. aperire caput. 5. *Hiſt.* pag. 846.
iter ferro. *Cat.* 58. 7.
mare. 6. *Hiſt.* pag. 856.
Apta arma. 3. *Hiſt.* pag. 833.
Apud animum meum ſtatuo. 2. *Rep.* 6. 2.
illos ſunt beneficia. *Jug.* 31. 16.
Numantiam. *Jug.* 20. 1.
quem ſcelus inultum relinquere. *Jug.* 106. 1.
Zamam. *Jug.* 58. 1.
Apulia. Cat. 27. 1.
Aquari, aquatum egredi. *Jug.* 93. 2.
Aquila in exercitu Rom. Cat. 59. 3.
Aras & focos *jungit.* Cat. 52. 3.
Arbiter *quis?* arbitris amotis. *Cat.* 20. 1.
Arbuſta. *Jug.* 48. 4.
Arceſſere, *an* accerſere *ſcribendum?* Cat. 40, 6.
capitis. *Jug.* 73. 5.
pecuniae captae. *Jug.* 32. 1.
. arceſſiri, *pro* arceſſi. *Jug.* 62. 4.
Ardens in cupiditatibus. *Cat.* 5. 4.
Ardet animus, & animo. *Jug.* 39. 5.
bello. 1. *Hiſt.* pag. 812.
. arſere in tempus. 3. *Hiſt. Macr.* 12.
Arduum. *Cat.* 3. 2.
Area conjurationis. *Latr.* cap. 5.
Argentum, *denarius.* Cat. 33. 2.
Aries. arietibus ferire. *Jug.* 76. 6.
Ariſtonicus. 4. Hiſt. Mithr. 8.
Arma, tela, *ſaepe juncta.* Cat. 42. 2. *Jug.* 43. 3.
abjicere. *Jug.* 38. 7.
habere in omnes. 4. *Hiſt. Mithr.* 20.
militaria, *juſta.* Cat. 56. 3.
. armis certare. *Jug.* 48. 1.
. in armis eſſe. *Cat.* 37. 6.
Armare copias, *parare.* Jug. 13. 2.
. armata plebs ſeceſſit. *Cat.* 33. 3.
. armatum ire contra injurias. *Jug.* 31. 6.
. armatus homo. *Cat.* 27. 2.
Armeni, Armenii. Jug. 18. 4.
Arpinum. Jug. 63. 3.
Arretinus ager. vulgo *Reatinus.* Cat. 36. 1.
Arrexit animos certamen. *Cat.* 39. 3.
Arte, *pro* arcte. *Jug.* 52. 6.
Artes, *quid?* Cat. 2. 4.
Artifex ſceleris. *Jug.* 35. 5.
Arvum. *Jug.* 99. 1.
Aſia. Jug. 17. 3.
devicta Romanis perniciosa. Cat. 11. 6.
Aſpera hieme. *Jug.* 37. 3.
. aſperae res. *Cat.* 10. 1. *Jug.* 29. 1.
Aſperitas belli. *Jug.* 29. 1.
Aſpernari. *Cat.* 3. 4.
Aſſiratum. Cat. 22. 1. n.
Aſyndeton propria Criſpo Figura. Cat. 3. 5. Jug. 35. 2. 37. 3. 86. 1. *vide Ellipſin Conjunctionis.*
At enim; at vero. *Cat.* 51. 25.
Atque, *pro* & inde orta. *Jug.* 39. 5.
contraria connectit. *Cat.* 51. 35.
pro Atqui. *Jug.* 4. 3.
etiam. *Cat.* 52. 26. *Jug.* 31. 3.
& aut *permut.* Jug. 82. 2.
& neque. *Cat.* 12. 2.
Attalus Pergamenus. 4. Hiſt. Mithr. 8.
Atterere, Attente, Attinere, Attonitus, Attribuere. *vide* Adterere *cet.*
Avaritiae mala. Cat. 10. 4. ſqq.
Aucta in altitudinem. *Jug.* 93. 4.
Auctor & actor *confuſa.* v. Actor.
cujus auctoritate quid factum. Jug. 30. 2.
promotor. Jug. 86. 3. n.

au-

Digitized by Google

. auctores fiunt patres. 3. *Hiſt. Macr.* 15. 2. *Rep.* 6. 3.
Audacia, *in bonam partem.* Cat. 9. 3.
malarum rerum. *Cat.* 52. 11.
Audaciter, *pro* audacter. 2. *Hiſt.* p. 816.
Audeo facinus incipere. *Cat.* 20. 3.
Audito, comperto. 5. *Hiſt.* p. 846.
Aventinus mons. Jug. 31. 17.
Avertere ab hoſtibus arma. *Cat.* 58. 16.
oppida. *Jug.* 89. 1.
Augere, *praeciſe np.* honore. *Jug.* 86. 3.
Augeſcunt animi. *Jug.* 34. 2.
Avia itinera. *Jug.* 54. 9.
Avibus (*belli gerendi*) Jug. 35. 3.
Aulaea. 2. *Hiſt.* p. 817.
Aureum ſaeculum. Cat. 6. 1.
Aut & atque *permut.* Jug. 82. 2.
P. Autronius. Cat. 17. 3.
Auxiliari. *Jug.* 24. 3.
Auxilio noctis, beneficio *vulgo.* Jug. 53. 3.

B

B & V *permutata.* Cat. 35. 6.
Bacchari, *graſſari.* 2. Declam. 15.
C. *Baebius tribunus pl.* Jug. 33. 2.
Baleares funditores. *Jug.* 105. 2.
Barbulejus. 2. Hiſt. p. 816.
Bellum, *praelium.* Cat. 9. 4.
Hiſpaniae. 3. *Hiſt. Pomp.* 10.
facere. *Cat.* 26. 5. *v.* Verba.
. belli domique. *Jug.* 41. 7. 63. 2.
. belli ſaevitia & *mala.* Cat. 51. 9.
. *in bello ingenium poteſt.* Cat. 2. 2.
. *bellorum omnium cauſſae.* Cat. 33. 4.
Bene dicere. *Cat.* 3. 1.
facere. *ibid.*
polliceri. *Cat.* 41. 5.
Beneficium, *bene & praeclare factum.* Jug. 31. 28.
regnum conceſſum. *Jug.* 14. 8.
plebis, *magiſtratus Rom.* Jug. 31. 16. 85. 3.
L. Beſtia (Pighius perpetuo *Beſtea* ſcribit) tribunus plebis. *Cat.* 17. 3.
L. Beſtia Calpurnius. Jug. 27. 4.
Beſtiis objicere. *Jug.* 14. 15.
Bomilcar. Jug. 35. 4.
Bona, mala. 4. *Hiſt. Mithr.* 1.
omnia in ſpe habere. *Cat.* 31. 7.
. & honeſta amicitia. *Jug.* 5. 5.
. boni fideleſque ſocii. *Jug.* 77. 3.
. boni *qui dicantur.* Cat. 19. 2. 33. 3. Jug. 42. 3.
. bonus malusque, ſtrenuus & imbellis. *Jug.* 67. 2.
bello, militia, pugna. *Jug.* 13. 1.
pecori ager. *Jug.* 17. 5.
vir. *Jug.* 42. 3.
Brevi. *Cat.* 44. 2. *Aelredus Spec. Charit.* 2. cap. 6. ut *brevi* multa complectar.
ſpatio. *Cat.* 56. 2.
tempore. *Jug.* 13. 1.
Brevitas hiſtorica. Cat. 28. 3. Jug. 12. 6. 79. 9.
Bruttius ager. Cat. 42. 1.

C

C & G *permutat.* Jug. 83. 1.
pro QV. ſecuntur. *Jug.* 13. 1.
Cabira, oppidum. 4. *Hiſt. Mithr.* 15.
Cadit res opportuna. *Cat.* 20. 2.
Caecum corpus. *Jug.* 107. 1.
Caedem facere in quem. *Jug.* 31. 13.
Caelata vaſa. *Cat.* 11. 6.
Caeſar L. Julius Coſ. *Cat.* 17. 1.
Caeſar C. Julius. Cat. 50. 4. 54. 1. ſqq.
Calamitoſum incendium. *Cat.* 48. 2.
Calent aures. 2. *Declam.* 3.
Callida facundia. 5. *Hiſt. Cott.* 4.
Callide occultare. *Jug.* 15. 4.
Calpurnius L. Beſtia. Jug. 27. 4.
Calumnia paucorum. *Cat.* 30. 4.
adde 2. *Declam.* n. 4. *ubi* calumniam ferre.
Calvor, *fruſtror.* 3. Hiſt. p. 819.
Camera & Camara. *Cat.* 55. 4.
Camers, *Camerino oriundus.* Cat. 27. 1.
Campus, *np.* Martius. *Cat.* 26. 5.
Canere laudes. *Latr.* cap. 1.
Canibus gaudent juvenes. Cat. 14. 6.
Canina facundia. 6. *Hiſt.* p. 849.
Capere muneribus. *Jug.* 16. 4.
rempublicam. *Cat.* 5. 6.
arma. *Cat.* 33. 1.
. capit metus hominem. *Jug.* 85. 47. 99. 3.
. captus amore. *Cat.* 15. 2.
lubidinibus. *Jug.* 1. 4. 85. 47.
. pedibus. 3. *Hiſt.* p. 834.
. captae pecuniae quem arceſſere. *Jug.* 32. 1.
Capeſſere remp. *Cat.* 52. 5. *Jug.* 85. 47.
Capitolium adibant conſules. Cat. 18. 5.
incenſum. Cat. 47. 2.
Capua. Cat. 30. 2.
Caput aperire. 5. *Hiſt.* p. 846.
maleficiorum. *Latr.* cap. 16.
. capitis arceſſere. *Jug.* 73. 5.
. *capite cenſi.* Jug. 86. 2.
Capſa, oppidum Numidiae. *Jug.* 89. 4.
Carceris alimenta. 3. *Hiſt. Macr.* 19.
. *in Carcere honoratiores necati.* Cat. 55. 2.
. *carceres in Circo.* Latr. cap. 24.
Caro ferina. *Jug.* 89. 7.
Carptim. *Cat.* 4. 2.
Carthago, *an* Karthago *ſcribendum?* Cat. 10. 1.

de

. De Carthagine ſilere melius, quam parum dicere. *Jug.*19. 2.
. Carthaginienſis, *non* Carthaginenſis. *Cat.* 51. 6.
Carus acceptuſque. *Jug.*70. 1.
L. Caſſius Longinus. *Cat.*17. 3.
L. Caſſius, praetor. *Jug.*32. 1.
Caſtellani, *incolae caſtelli*. Jug.92. 7.
Caſtra *quae praeter vulgarem uſum? Jugurth.* 109. 3.
Caſus praeclari facinoris. *Jug.*56. 4.
pro morte. *Jug.*73. 1.
. pro caſu meo. *Cat.*35. 4.
. caſum cujus dolere. *Cat.*40. 2.
Catabathmus. Jug.17. 5.
Cataphracti equites. 4. Hiſt. pag. 843.
Catenae captivorum. *Jug.*64. 5.
Catervae flagitiorum. *Cat.*14. 1.
Catervatim. *Jug.*97. 3.
Cato M. Porcius. Cat.52. 1. 54. 2. ſqq.
Q. Catulus. Cat. 34. 3.
Caute (*ne*) inulti animam amittatis. *Cat.* 58. 21.
. ad cavendum aſtutiae non deſunt. *Cat.* 26. 2.
Cauſſa conſilii, laetitiae. *Cat.*58. 3.
. cauſſam dicere, cognoſcere, diſcere. *Jug.* 69. 4.
. ea cauſſa. *Cat.*52. 7.
Cedere fortunae, conſilio, amori *cet.* *Cat.* 34. 2. *Exc.* pag. 336.
loco. *Cat.*9. 4.
proſpere. *Cat.*26. 5.
Celebrare ſe & remp. *Jug.*85. 36.
. celebratus dies. *Jug.*66. 2.
vide Zinzerling. *Promulſ. Crit.* cap. 11.
. celebratum oppidum. *Jug.*47. 1.
Celeritate vitare inſidias. *Jug.*76. 1.
Cenſeo, *Senatoribus proprium verbum*. Catilin. 51. 43.
Cenſere & velle. *Jug.*21. 4.
. cenſeri ope, capite. *Jug.*86. 2.
Cenſorum officia. Cat. 23. 1.
Centurio, ductor centuriae. *Cat.* 59. 3.
primi pili. Jug.38. 6.
Cera, *pro* imaginibus. *Jug.*4. 5.
Cernere pro patria. *Cat.* 59. 5.
de quo etiam Muretus 4. *Var. Lect.* capit. 7.
Certa peſtis. *Jug.* 106. 3.
. certum, *verum*. Jug. 20. 1.
. pro certo creditur. *Cat.*15. 2.
Certare armis. *Jug.*48. 1.
divitiis cum divite. *Cat.* 54. 6.
Certe, *ſaltem*. Jug.31. 5.
in Cervices ſublatus. 3. *Hiſt. Macr.*21.
Cetera ignarus. *Jug.*19. 7.
. inter ceteram planiciem mons erat. *Jug.* 92. 5.
. ceteros, *pro* ceteroſque. *Cat.*39. 2.
. ceterum exercitum. *Jugurth.* 61. 2. adde 89. 6.
C. Cethegus, manu promtus. *Cat.*17. 3. & 43. 4.
Chiaſmus. Cat.14. 3. Jug.66. 3.
Cibus, *pro* cibo ac potu. *Jug.* 89. 9.
Cicero, homo novus. *Cat.* 23. 5. 6.
Cillo. 2. *Declam.*23. *alii* Cilo.
Cimbrica praeda. 1. Hiſt. Lepid. 17.
. *Cimbricum bellum*. Cat. 59. 3.
Cinna. Cat.47. 2. adde Jul. Exſuperant.
Circa, circum nullus, circa ſaltus *i. circumſiti*. 4. Hiſt. Mithr. 14.
Circum ſe habere. *Cat.*14. 1. 26. 5.
Circumdare moenia vallo. *Jug.* 23. 1.
exercitum moenibus. *Jug.* 25. 9.
Circumire exercitum. *Jug.* 51. 5.
vigilias. *Jug.* 45. 2.
equo cohortes. *Cat.*59. 5. *Iuſtin.*41. 3. 4. hoc denique diſcrimen inter ſervos liberoſque eſt, quod ſervi pedibus, liberi non niſi *equis incedunt*.
Circumvenire ab tergo. *Jug.*50. 6.
Circumvenire moenia. *Jug.* 57. 2.
. Circumventus ab inimicis. *Cat.*31. 9.
neceſſitudinibus. *Cat.* 21. 3.
Cirta. Jug. 21. 2.
Civile imperium. *Jug.*85. 34.
Civitas, *quod vulgo* reſp. populus. *Catilin.* 40. 2.
Civitates, quae defecerunt adſectare. *Jugurt.* 66. 1.
Cl & d *confuſa in MSS*. Cat.26. 4. Jug. 22. 1.
Clades, *homo peſtifer*. Latr. cap. 33.
oppreſſit remp. *Cat.* 39. 4.
Clam, *cum Caſu quarto & ſexto*. 2. Declam. 23. *Auct. B. Hiſp. c.*3. clam praeſidia Cn. Pompeii. *cum nota Davиſii*.
Clamor hoſtilis. *Jug.* 58. 4.
in concurſu exercituum. *Catilin.* 60. 2.
Claritudo ſumma paratur. *Jug.*2. 4.
Clariſſimus vir, *conſul*. Cat.51. 19.
Clarius ut eſſet ſtudium in remp. *Cat.*49. 4.
Clarus magis, quam honeſtus. *Jug.*8. 1.
Claſſes, *pro* equitatibus. *Jug.*79. 4.
Romanorum civium. Jug.86. 2.
Claudit res ignorantia. 3. *Hiſt. Macr.* 25.
Clauſum aliud in pectore. *Cat.* 10. 5.
obſidere. *Jug.*24. 7.
. clauſus monte & hoſtibus. *Cat.*57. 5.
Clemens rumor. *Jug.*22. 1.
Clientes & liberti. *Cat.*50. 1.
Pompeii. *Cat.* 19. 4.
Cluſus, *Clauſus*. Jug.12. 5.

Cneus & *Gnaeus*. Cat.16.5.
Coaluerunt facile populi. *Cat.*6.2.
Coarguere quem. *Cat.*47.2.
Codicariae naves. 4.*Hiſt.* pag.843.
Coaequare montes. *Cat.*20.11.
Coelo terraque penuria aquae. *Jug.*17.5.
. ad coelum ferre; tollere, portare. *Cat.* 53.1.
. coelum nocte atque nubibus obſcuratum. *Jug.*38.5.
Coepit, *abundat*. Cat.7.1.
ſilentium. *Jug.*33.4.
. coepta eſt res agitari. *Jug.*27.1.
Coercere malo, pudore exercitum. *Jugurth.* 100.5.
Cogere exercitum. *Jug.*54.3.
malo, ſupplicio. *Jug.*85.35.
in provinciam. *Jug.*84.2.
Cogere laborare. *Jug.*44.3.
Cognomen, *agnomen*. Jug.5.4.
Nomini praepoſitum. Cat. princ.
Cognoſcere, *de ſingularibus cognoſcendi modis*. Cat.12.3.
de adventu. *Jug.*87.4.
. cognitis litteris. *Jug.*73.3.
. cognito, *praeciſe. vulgo addunt* conſilio. *Cat.*41.5.
Cohortes auxiliariae. Jug.87.1.
. *legionariae*. Jug.51.3.
praetoriae. Cat.60.5.
ſociorum. Jug.58.4.
Colere & obſervare quem. *Jug.*10.8.
amicitiam diligenter. *Jug.*14.12.
arcte quem, aut opulenter. *Jug.* 85.34.
artes. *Jug.*85.43.
mores. *Cat.*9.1.
Collabor. Zufallen. *barbarum*. Latr. c.5.
Colligere ſarcinas, conferre. *Jug.*97.4.
Colo, colones, *clientes*. Cat.59.3.
Coloni Sullani. ibid.
Coloniae & municipia. Cat.17.4.
cur deductae. Jug.19.1.
Sullanae. Cat.28.4.
Comes conſiliorum. *Jug.*29.2.
Comitatus, *plur. num.* Cat. 45.1.
Comitiorum centuriae, dies. Cat. 26.5. Jug. 36.4.
Commeatus. *plures ſimul euntes*. Jug.47.2. Exc.4. pag.789.
. commeatum portare. *Jug.*46.5.
Commendo atque fidei trado. *Jug.*35.6.
Comminuere ſcalas. *Jug.*60.7.
Comminus, *non* cominus. *Cat.*60.3.
Committere, commiſſis partibus. *Exſup.* cap.8.
Commodare ſignatores. *Cat.*16.2.
Commune hoc mihi cum illo. *Cat.*1.2.
. communis omnium hoſtis. *Jug.*81.1.
Communicare conſilium. *Cat.*18.5.
Communire locos ſuos. *Jug.*66.1.
Comparativus, ſine quam. *Cat.*16.3.
pro Poſitivo. Cat.39.4. Jug.59.3.
aequo gravius, dicto citius *cet.* *Cat.* 51.11. *Jug.*85.3.103.3.
Comparatum eſt legibus. *Cat.*51.8.
Comperior. *Jug.*45.1.
. compertum habeo. *Cat.*58.1.
certo cognitum. Jug.17.2.
Competere auribus, lingua. 1.*Hiſt.* 812.
Complere legionem. *Cat.*56.1.
omnia luctu. *Cat.*51.9. *Jug.*92.3.
Complures, *additum Verbo* fuere. *Cat.*39.5.
Componere dicta cum factis. *Jug.*48.1.
. compoſitis paratiſque omnibus. *Jugurt.* 43.5.
. compoſito dolo. *Jug.*111.4.
Comportare, colligere exercitum. *Exſup.* cap.7.
Compoſite & magnifice. *Cat.*51.9.
Con, *ſive* Cum, *qua vi in Verbis compoſitis*. Cat.47.2. Jug.9.3.
Concedere aetati. *Jug.*11.4.
in gentem nomenque imperantium. *Jug.*18.12.
injuriae. *Jug.*14.23.
in jus & ditionem. *Cat.*20.7.
in loca. *Jug.*12.2.
naturae. *mori*. Jug.14.15.
tempus quieti. *Jug.*61.3.
Concionibus hortari. *Jug.*30.3.
Conciſus, Conſciſſus. 1.*Rep.*4.1.
Concordia parvae res creſcunt. *cet.* *Jugurth.* 10.6.
. *Concordiae aedes*. Cat.46.5.
Concubina. *Jug.*5.7.
Concurrere in quos. *Jug.*97.4.
Concurſu primo. *Jug.*74.3.
Concuſſerat populares ea res. *Cat.*24.1.
Conditio, *copia, facultas*. 3.Hiſt. Macr.13. belli. *Cat.*21.1.
. conditionem aequam petere. *Jug.*79.8.
. per conditiones quem tradere. *Jug.*61.5.
. conditionibus bellum ponere. *Jug.*112.1.
Condonare cujus ſcelus cui. *Jug.*27.2.
libidini cujus malefacta. *Catilin.* 52.8.
vitam reip. *Jug.*79.9.
Conſertiſſimi hoſtes. *Cat.*60.7.
Conficere. 3.*Hiſt. Pomp.* 1.
bellum. *Jug.*37.3.
mandata. *Jug.*12.4.
multa. *Jug.*35.4. *inde* Confieri. *Terentius*: hoc *confit*, quod volo. *Cicero*: ut res ſine ſanguine *confieret*. *vide* Jo. Brant. ad Caeſar.7. Gall. c.58.

conſe-

Digitized by Google

. confectus annis. *Jug.* 11. 5.
vulneribus. *Jug.* 60. 7.
Confidere, *fidere*, Mario. *Jug.* 112. 2.
Confinis. *Jug.* 41. 8.
Confirmare animum. *Cat.* 46. 3.
exercitum. *Jug.* 45. 3.
victorias, laborem. *Jug.* 49. 3.
Conflare aes alienum. *Cat.* 14. 2.
Conglobaverat fors quos. *Jug.* 97. 4.
Congreſſu primo fugare hoſtem. *Jug.* 74. 3.
Conjectus mos, veluti tabes, in urbem. 4. *Hiſt.* pag. 835.
Connubia. *Jug.* 18. 7.
Conor, conatus perſequi. *Jug.* 71. 5. *ſaepe eſt tantummodo* decerno, mihi propono. vide *Tan. Fabr. ad Lucret.* 1. in.
Conſcientia, *ſcientia*. Cat. 5. 7.
timida. *Jug.* 32. 5.
Conſcius animus. *Cat.* 14. 3.
alii facinoris. *Cat.* 22. 2.
Conſeneſcere, *debilitari*. Cat. 20. 10.
Conſequitur invidia gloriam. 2. *Declam.* 2.
Conſerere manum. *Jug.* 49. 2.
Conſidere, *de exercitu*. *Cat.* 57. 2. *Jug.* 21. 2. 49. 1. 91. 3.
Conſilium & concilium *confuſa*. Jug. 29. 5.
de conjuratione. Catilin. 17. 5. *Jug.* 66. 4.
eſt conterere. *Cat.* 4. 1.
habere quorum. *Jug.* 62. 4.
. eo conſilio. *Cat.* 57. 1.
. quo conſilio eſt. *Cat.* 29. 1.
. conſilio praeſente. *Jug.* 29. 5.
Conſiſtere agmen. *Jug.* 49. 5.
pro caſtris. *Jug.* 53. 1.
Conſitus arbuſtis. *Jug.* 48. 4.
Conſonat oratio motibus. 2. *Declam.* 1.
Conſpici *in bonam & malam partem*. Jug. 7. 6.
Conſtituere diem, in diem. *Jug.* 66. 2.
majeſtatem. *Jug.* 31. 17.
Conſtruere maria. *Cat.* 13. 1.
Conſuerat, *pro* conſueverat. *Jug.* 84. 5.
Conſuetudo ſtupri. *Cat.* 23. 3.
ad vitia. *Latr.* cap. 8.
. *conſuetudinis vis*. Jug. 31. 15.
Conſulare imperium. *Cat.* 55. 6. *Livius* 3. 7. *extr.* ad eos ſumma rerum & majeſtas *conſularis imperii* venerat. *Id. cap.* 9. maxime in *conſulare imperium* invehebatur.
Conſulares. Cat. 34. 2.
Conſulere famae, irae. *Cat.* 51. 7. *adde* Jug. 95. 3.
Conſulere gravius in quem. *Jug.* 13. 8.
honeſtius de uxore. *Jug.* 95. 3.
ſenatum, *conſulis officium*. Catilin. 48. 6.
ſibi juxta ac reip. *Cat.* 37. 8.
. conſulta non bene. *Jug.* 92. 2.
Conſultor adſum. *Jug.* 85. 47.
. conſultores peſſimi ira & ambit. *Jugurth.* 64. 5.
Conſultum, *conſilium* & *conſulendum*. Catil. 1. 6.
Conſultus, *pro* conſultum. SCTus. *Catilin.* 42. 3.
Conſumere diem. *Jug.* 62. 9.
orationem. *Jug.* 25. 11.
ſupplicium in quem. *Latro* cap. 14.
Contagio, 6. *Caſu pro* contactu. *Cat.* 10. 6.
Contemtor animus. *Jug.* 64. 1.
Conterere bonum otium. *Cat.* 4. 1.
Continere ab lubidine. *Jug.* 15. 5.
magiſtrorum. *Jug.* 41. 2.
Continuare domos. *Cat.* 20. 11.
magiſtratus. *Jug.* 37. 2.
Contra reperias, *i. e.* contrarium. *Jug.* 1. 2.
injurias ire armatum. *Jug.* 31. 6.
Contrahere quid rabie. 1. *Hiſt. Lepid.* 19.
Contrarius, *adverſarius*, *hoſtis*. Exſup. c. 6.
Contubernio cujus militare. *Jug.* 64. 4.
Contuſae opes. *Jug.* 43. extr.
Convenire in unum. *Jug.* 11. 2.
. conveniendae amicitiae. *Iug.* 38. 1.
. convenit pax. *Iug.* 38. extr.
. conveniunt omnia. *Iug.* 83. 2.
. conventa pax. *Iug.* 112. 2.
Conventio, *conventus*. *Cat.* 23. 1.
Conventus Romae. *Iug.* 30. 1.
facere, fiunt. *Cat.* 30. 2.
. conventu primo. *Iug.* 12. 1.
Converſa in quem ora omnium. *Iug.* 85. 5.
. converſus eſt animus. *Iug.* 29. 1.
Convictus confeſſusque. *Iug.* 52. 36.
judiciis. *Cat.* 14. 2.
Convocare in unum. *Cat.* 17. 2.
Coopertus facinoribus. *Cat.* 23. 1.
miſeriis. *Iug.* 14. 11.
Copia ea populo R. numquam fuit. *Cat.* 8. 5.
. ex copia locis idoneis. *Iug.* 76. 2.
. ex omni copia. *Cat.* 56. 1.
. ex copia rerum. *Iug.* 39. 5.
Coquere conſilia. *Latro* c. 4.
Coquus multi pretii. *Iug.* 85. 39.
L. Cornificius. *Cat.* 47. 4.
Cornua in acie. *Iug.* 49. 6.
Corpus ſervit. *Cat.* 1. 2.
. corpore aucto. 2. *Hiſt.* p. 815.
Corrigere delicta. *Iug.* 3. 2.
. correcta forte temeritas. *Iug.* 94. 7.
Corripere faſces. *Cat.* 18. 5.
Corruere, *ſubvertere*. Jug. 85. 25.
Corrumpere igni ſe, domumque. *Iug.* 76. 6.
pecunia. *Iug.* 29. 2.
praedam. *Iug.* 76. 5.

rem familiarem. *Jug.*64.6.
Cotta, conſul.3.*Hiſt. Macr.*8.
L. Cotta & L. Torquatus Coſſ. Cat.18.5.
M. Licinius *Craſſus*. Cat.17.7.
Credere non loco, nec homini. *Jug.*72.2.
. credo, falſa exiſtimans, quae *cet. Cat.*52.13.
Creſcere malo publico. *Cat.*51.32.
. creſcit cupido. *Cat.*10.3.
late fuga, formido. *Jug.*55.7.
Criminibus, *criminationibus*, circumventus. *Cat.*34.2.
Criminoſe de bello loqui. *Jug.*64.5.
Crotonienſis quidam. *Cat.*44.2.
in Crucem agere. *Jugurth.*14.15.
Cruciatus corporis. *Jug.*24.10.
Crudele incendium. *Cat.*48.2.
Cruenta victoria. *Cat.*58.21.
Cujus torpedinis! 3. *Hiſt. Macr.*20.
haec cumque modi vid. *Cat.*52.10.
rei libet. *Cat.*5.4.
Cujuſque generis homines. *Cat.*39.6.
Cultores, *incolae terrae*. *Jug.*17.7.
agrorum. *Jug.*46.5.
pecoris. *Jug.*54.3.
Cultus, *pro* victu cultuque. *Cat.*13.3. *Jug.* 5. extr.
multus pueritiae. *Jug.*25.1.
. ab cultu humano vaſtus. *Jug.*48.3.
Cum, *poſtpon. in* quibuscum. *Jug.*17.1.
pro et. *Jug.*35.2.
animo reputare. cogitare, *Jug.*13.1.
cohortibus miſſus. *Jug.*58.4.
collega ſibi omnia. *Jug.*43.2.
cura dicere. 6. *Hiſt.* pag.858.
reficere. *Jug.*54.1.
eo. Cornelius & cum eo Vargunteius. *Cat.*28.1.
etiam tum. *Jug.*51.2.
moerore vitam exigere. *Jug.*14.15.
Cum occaſu ſolis. *Jug.*68.2.
pretio omnia honeſta. *Jug.*86.3.
ſignis incedere. *Jug.*45.4.
ſpe bona adoleſcens. 2.*Rep.*4.2.
ſtudio ſummo exſequi. *Cat.*51.38.
telo eſſe. *Cat.*27.2.
Cuncta moenia circumvenit. *Jug.*57.2.
ſimul agere. *Cat.*42.2.
Cunctor, quid faciam. *Cat.*52.25.
Cupere domum, agrum. *Cat.*11.4.
Cupidus incepta patrandi. *Jug.*70.5.
. cupidiſſime facere. *Cat.* 40.4. *Livius* 3.4. Aequi ab Ecetranis Volſcis praeſidium petiere, quo *cupide* oblato, bellum ſumma vi parabatur.
Cupienda, expetenda. *Jug.*3.1.
Cupientiſſima plebe conſul factus. *Jug.*84.1.
Curae eſſe diis. *Jugurth.*75.9.
ſunt ſua. *Jug.*86.3.
habere petitionem. *Cat.*21.5.
. cum cura dicere. 6.*Hiſt.* p.858.
. ſine cura aluntur turbis. *Cat.*37.3.
Curare in parte aciei, oppugnatione. *Cat.*59.3. *Jug.*46.7. & 100.2.
injurias. *Jug.*14.19.
remp. vineam, *cet. Cat.*9.3.
Curator negotiorum. *Jug.*71.3.
reip. *Jug.*110.6.
Curia, *aedes Concordiae*. *Cat.*32.1.
Q. Curius proditor conjurationis. *Catilin.*17.3. 23.1. ſqq.
Curſu certare cum aequalibus. *Jug.*6.1.
Cuſtodiae liberae. Cat.47.3.
Cyrene. Jug.19.3.
Cyrus, cupidus imperii. *Cat.*2.2.
Cyzicum, oppidum. 4.*Hiſt. Mithr.*14.

D

D & cl *permutata*. vide *cl*.
Damaſippus. *Cat.*51.32.
Dare ſe, *pro* dedere. *Jug.*75.4.
ſenatum legatis. *Jug.*13.9.
victum, *vincere*. *Jugurth.*75.4.
. data & accepta fide. *Cat.*44.2.
Dativus antiquus. luxu, *pro* luxui. *Jug.*6.1.
illi dicto audiens. *Catilin.*50.1. *Jug.*11.3.
imperio natus. *Jug.*31.11.
*adde Jug.*42.1.2. *Hiſt.* pag.814.
reip. bene facere. *Cat.*3.1.
De, *pro* circa, quod ad. *Jug.*95.3.
caſtris procedere. *Cat.*61.7.
De conjuratione abſolvere, expedire. *Cat.*4.3.
culpa conſcientia. *Cat.*35.2.
ea re. *formula*. Cat.48.5.
multis de cauſſis. *Cat.*37.4.
re diſſimulare, docere. *Cat.*47.1. *Jug.*13.3.
ſalute obteſtari. *Cat.*45.4.
timore, ſupervacaneum eſt. *Cat.*51.19.
Debitum repetere. *Jug.*85.37.
Debitus, deditus *permut. Jug.*14.3.
Decernere cui, cum quo bellum. *Jug.*73.7.
. decerneres haud facile, an, an. *Cat.*25.3. *vulgo.* diſcerneres.
Deceſſit invidia. *Jug.*88.1.
Decet bonis. *Jug.*85.49.
Declarare conſulem. *Cat.*24.1.
Declivis latitudo. *Jug.*17.5.
Decoquere conſilia. *Lect. cap.*4.
Decorare gloria. *Cat.*12.4.
Decretum ne fieret. *Jugurth.*25.2.
Decus. *Jug.*3.3.
regium. *Jug.*33.1.
Dediticius. *Jug.*31.19.
in Deditionem accipere. *Jug.*29.5.
Deducere & ducere *confuſa*. Cat.55.2.
vigilias. *Jug.*44.5.
Defectus, *pro* defeſſus. *Jug.*99.1.

Digitized by Google

Defendere a quo libertatem. 1.*Hiſt.Lepid.*4.
Defenſare. *Jug.* 26.1.
Defenſor calamitatis. *Exſup.* cap. 5.
Deficere. *Jug.* 51.4.
& diffidere. *Jug.* 36.2.
Defluxerunt tempus, vires *cet. Jug.* 1.4.
alii diffluxere.
Deformis, deformatus aerumnis. *Jug.* 14.7.
Degredi monte. *Jug.* 49.4.
Dehinc, *deinde. Cat.* 3.2.*Jug.* 13.4.
Dehoneſtamentum honorum. 1. *Hiſt. Lepid.* 21.
Dehortantur multa a vobis. *Jug.* 31.1.
Delecti. *Cat.* 6.6.
Delectus ſenatus. 2.*Declam.*26.
Delenimenta. 3.*Hiſt. Macr.* 21.
adde Columellam. 9.3.
Delibuta perjuriis uxor. 1.*Declam.*5.
Delicta corrigere. *Jug.* 3.2.
Delubra deorum. *Cat.* 11.6.
Demiſſus in carcerem. *Cat.* 55.5.
in obſcuro vivit. *Cat.* 51.12.
vultus. *Cat.* 31.7.
. demittere in pectus. *Jug.* 102.11.
is Demum. *Cat.* 12.5.
tum Demum. *Cat.* 2.2.
Denique. 1.*Hiſt.Phil.*1.
Depelli de loco edito. *Jug.* 58.3.
Depravati pars gratia. *Jug.* 15.2.
Deprecari cruciatus. *Jug.* 24.10.
Deſcendere equo. 5.*Hiſt.* p. 846.
. deſcendit verbum in pectus. *Jug.* 11.7.
Deſerere libertatem, remp. *Jug.* 30.3.
locum. *Jug.* 38.3.
quid. *non facere.* Jug. 85.8.
. deſerit tempus maturius, quam res. *Jug.* 42.5.
. deſertus ab legatis. *Cat.* 45.4. *Jug.* 30.3.
Deſignatus conſul. Cat. 18.2.
primus ſententiam dicit. Cat. 50.4.
Deſiſtere actione. 2.*Hiſt.*p.815.
oppugnatione. *Jug.* 25.11.
Detinere, *retinere.* Cat. 4.2.
Detractare bonos. *Jug.* 53. extr.
Devia itinera. *Jug.* 54.9.
Devictum bonum publicum. *Jug.* 25.3.
Devorare patrimonium. 2.*Declam.*30.
Devoti. 6.*Hiſt.* p. 855.
Deus, deorum templa, delubra. *Cat.* 12.3.4.
dii curant res hominum. Jug. 14.21.
diis volentibus & virtute veſtra. *Jug.* 14.19.
dis hominibusque infeſtus. *Cat.* 15.4.
per Dextram hanc oro. *Jug.* 10.3.
. adextra rupes aſpera. *Cat.* 59.2.
. in dextris portare libertatem. *Cat.* 58.8.
Dicere *benefacta*, *ſcribere*. Cat. 8.5.
de haruſpice. Jug. 63.1.
& facere. *Cat.* 23.2.
diem locumque. *Jug.* 75.5.
. dicet aliquis, quid i. cenſes. *Jug.* 31.18.
omittitur. Cat. 51.43.
. dicitque, dicebatque *intelliguntur.* Cat. 21.3.
vide Ellipſin Verbi.
. dictae pecuniae. 2.*Hiſt.* p. 815.
Dicta & facta. *Jug.* 64.5.
Dictitare. *Cat.* 22.2. *Exc.* p. 336.
Diducere manum hoſtium. *Jug.* 25.9.
Dies *&* tempus *juncta.* Jug. 51.25. adde *Jug.* 108.2.
. die (*diei*) veſper erat. *Jug.* 52.3.
. diebus paucis moritur. *Jug.* 11.2.
. dies, noctes feſtinare. *Cat.* 27.2.
Difficilis (*aditu*) locus. *Iug.* 87.4.
Diffidere *&* deficere *permut.* Jug. 36.2.
ſibi patriaeque. *Cat.* 31.3.
vitae. *Cat.* 45.4.
Digna timere. *Iug.* 62.8.
poena pro factis. *Cat.* 51.7.
. dignum dono eſt. *Cat.* 54.4.
. dignus moribus exitus vitae. *Cat.* 55.6.
patre filius. *Iug.* 9.2.
Dignitatis ſtatus. *Cat.* 35.3.
Digredi domo. *Iug.* 79.7.
Dii, diis. *vide* Deus.
Dilabuntur milites. *Cat.* 57.1.
Dilectum habere. *Cat.* 36.3.
Diligentes mariti in cuſtod. uxoribus. 2. *Declam.* 24.
Dimittere in loca. *Cat.* 27.1.
Dirimere conſilium. *Cat.* 18.8.
praelium. *Iug.* 60.8.
Diſcedere Africa. *Iug.* 20.1.
ex caſtris. *Cat.* 36.4.
in duas partes. *Iug.* 13.1.
in ſententiam. *Cat.* 55.1.
Diſceptare jure, bello. *Iug.* 21.4.
Diſceſſio terrae. *Iug.* 41.10.
Diſciplina militaris. Cat. 11.4. Iug. 44.3.
Diſcrimen inter bonos & malos. *Cat.* 52.22.
Disjectos circumvenire. *Iug.* 50.6.
Disjungit flumen regna. *Iug.* 92.5.
Diſpoſitis praeſidiis. *Cat.* 50.3. *Livius,* 4.14. *princ.* Poſtero die, *diſpoſitis praeſidiis* cum in forum deſcendiſſet, *cet.*
Diſſenſio regum. *Iug.* 35.1.
Diſſentire a moribus. *Cat.* 3.5.
Differere inſtituta. *Cat.* 5.9.
Diſſolvit mors mala. *Cat.* 51.20.
ſenectus. *Iug.* 17.5.
Diu multumque fatigati. *Iug.* 94.3.
Diu noctuque. *Iug.* 70.1.
Dius fidius. Cat. 35.2.
Diverſus *&* diviſus *permut.* Cat. 2.1.5.8.

agitatur. *Jug.* 25. 6.
alius ab alio. *Jug.* 46. 4.
. diverſa pars. 1. *Hiſt.* p. 794.
mala. *Cat.* 5. 8.
. diverſi, *diverſo modo.* Cat. 2. 1.
diverſa via. Jug. 12. 5.
contrarii. Jug. 31. 24.
Diverſius paullo conciderant. *Cat.* 61. 2.
Diviſa negotia hoc modo. *Cat.* 43. 2.
Divulgare, devulgare. *Jug.* 13. 1.
Docere de caede fratris. *Jug.* 13. 3.
. docta ſaltare, alia. *Cat.* 25. 2.
Documenta habere. *Cat.* 9. 4.
Dolere caſum cujus. *Cat.* 40. 2.
Dolus & aſtutiae. *Cat.* 26. 2.
Domare omnia. *Cat.* 7. 5.
. domata, domita. *Cat.* 36. 4.
Domi, *pro* domum. *Jug.* 84. 4.
nobilis. *Cat.* 17. 4.
ſuae. *Cat.* 27. 2.
militiaque. *Cat.* 53. 2.
foris *quot modis dicatur.* Cat. 52. 20.
. domui, *pro* domi. *Cat.* 27. 2.
. in domum D. Bruti perducit. *Cat.* 40. 5.
Domus Romanorum magnificae. Cat. 12. 3.
Dominatio, *tyrannis.* Cat. 6. 7.
Dominus convivii. 3. *Hiſt.* p. 834.
Dono dignum. *Cat.* 54. 4.
Dormire prius, quam ſomni cupido. *Cat.* 13. 3.
Dubiae res, *i. e. in pejus nutantes.* Cat. 10. 2. Jug. 14. 5.
. dubii hoſtes. *i. minus firmi.* Jug. 51. 5.
. dubiis rebus novandis ſpes oblata. *Cat.* 39. 3.
Dubitans, *poſt* anxius *inſertum.* Cat. 46. 2.
Dubitat acies. 1. *Hiſt.* p. 813.
Dubium habere, ne. 3. *Hiſt. Macr.* 8.
. in dubio eſt libertas. *Cat.* 52. 6.
Ducere, *occulte rapere.* Jug. 41. 5.
Ductare exercitum. *Jug.* 70. 2.
Dum & cum *permixta.* Jug. 62. 8. 101. 5.
parent, *pro* parant. *Jug.* 22. 1.
pro dummodo. *Cat.* 5. 6. 14. 6.
praecedente tantummodo. *Jug.* 53. 3.
Duo, *pro* duos. *Jug.* 28. 1. 98. 3. 102. 2.
Dux hoſtium ſupra caput. *Cat.* 52. 24.
ac imperator *vitae mortalium animus eſt.* Jug. 1. 3.

E

E *extritum in* libralibus, *cet.* 4. *Hiſt.* p. 835.
in reperibant, audibant, lenibant. Cat. 61. 8. *Jug.* 22. 1. 30. 2.
inſertum in plebes, grues, praecipes. *Cat.* 37. 1.
Ea *Numidae irrupere.* Jug. 38. 7.
Ea *particulis* ſupra, contra *additum.* Cat. 3. 2. Jug. 85. 2.
Ecferre ſe, Ecfodere. *Jug.* 14. 11.
Edicere, quae ſcias. *Cat.* 48. 4.
Editus in immenſum. *Jug.* 92. 5.
Edocere. *Cat.* 48. 4. *adde* Jug. 49. 1. 93. 6.
Educere gladium. *Cat.* 51. 36.
Effecit, ut. *Cat.* 26. 2.
Effeminat avaritia. *Cat.* 11. 3.
Efferre pecunia, honore. *Jug.* 49. 4.
Efficere memoriam ſui longam. *Cat.* 1. 3.
Effoeta parentum. *Cat.* 53. 5.
Effringere clauſa. *Jug.* 12. 5.
Effuſus exercitus. *Jug.* 55. 4.
oppido populus. *Jug.* 69. 2.
Egens omnium honeſtarum rerum. *Jug.* 14. 17.
Egeſtas frumenti & aliarum rerum. *Cat.* 58. 6.
Ego haec omitto. *Cat.* 52. 24.
Egredi (*caſtris*) Jug. 91. 2.
fines. 1. *Hiſt.* p. 811.
Romam. *Jug.* 35. 10.
ſcalis. *Jug.* 60. 6.
prope ad ſummum montis. *Jug.* 93. 2.
Egregius in artibus. *Jug.* 82. 2.
Egreſſus atque itinera cujus explorare. *Jug.* 35. 5.
Eheu, heu heu! *Jug.* 14. 9.
Ejicere peſtem. *Jug.* 14. 10.
Elegantius, quam neceſſe eſt probae. *Cat.* 25. 2.
ELLIPSIS
1. *Nominis Subſtantivi.*
penes Adjectiv. cetera, praeclara, egregia (*facta*) magna (*munera*) Cat. 52. 4. Jug. 5. 4. 10. 2. 13. 7. 85. 4.
- in prima (*acie, parte*) verſari. *Cat.* 60. 4. *Jug.* 79. 2.
penes Subſtant. circum (*aedem*) Concordiae. *Cat.* 49. 4. *ita* filius & *multa alia omittuntur.* vide *Vechnerum.*
α. *Nominat.* Legantur (*adoleſcentes*) *Jug.* 21. 4.
fuere (*complures, homines,*) qui. *Cat.* 39. 5. *Jug.* 41. 10.
(*homines*) circumvenire coepere. *Cat.* 51. 40.
β. *Genitivi.* paſſuum, aeris, modium. *Jug.* 75. 2.
γ. *Dativi.* Verba (*viris*) non addunt virtutem; neque dare, neque eripere (*cuiquam*) poteſt. *Cat.* 58. 1. *Jug.* 24. 3. 44. 1. 61. 4. 63. 2.
δ. *Accuſat.* mittit. (*legatos*) Cat. 32. 3. *Jug.* 13. 6.
(*munera*) Jug. 13. 7.

de-

deberi mihi (*beneficia*) quibus. *Jug.* 14. 3.
fecere (*facta*) duxit (*exercitum.*) Cat. 8. 4.
niti, contendere, perducere (*quo*) *Cat.* 11. 2. 46. 5.
Vide trahere, adminiſtrare, petere.
2. *Nominis Adjectivi*.
poſt inſidias (*factas*) Jug. 55. 4.
injuriae (faciendae) licentia. *Cat.* 12. 4. 27. extr. adde *Jug.* 31. 1. 105. 4.
3. *Pronominis*.
α. Subſtant.
vos ſeparatim ſibi quiſque conſulitis. *Cat.* 52. 23. *Jug.* 24. 7.
mihi licet. *Jug.* 85. 24. grata *mihi*. Cat. 35. 1.
tibi commendo. *Cat.* 35. 6. *adde* Jug. 9. 1. 14. extr.
tibi immaturo erepta vita. *Jug.* 14. 22.
ſibi ni obnoxia foret. *Cat.* 23. 3. adſciviſſe *ſibi* dicitur. *Cat.* 24. 3.
me nepotem Maſiniſſae. *Jug.* 14. 2.
me penes Infinitivos. *Cat.* 52. 16. *Jug.* 4. 2. 14. 13.
me dehortatur. *Cat.* 58. 19. *Jug.* 24. 4.
me tenet ſpes victoriae, fallit. *Cat.* 20. extr. 58. 18.
ſe fatigando quaerere quid. *Jug.* 3. 3.
ſe ea familia ortum eſſe. *Cat.* 31. 7. *Jug.* 22. 2. 109. 1.
ſeſe paratum, nunciant. *Jug.* 108. 2.
ſe proditos, credere. *Jug.* 166. 6.
ſemet adfore, pollicetur. *Jug.* 56. 2.
vos in oppoſit. *eos*. Jug. 31. 3.
nos niſi ab incepto traheret. *Cat.* 7. 7.
te, penes Infinitiv. *Jug.* 102. 9.
a vobis auxilium petere. *Jug.* 13. 3.
β. Poſſeſſivi
ipſius & majorum *ſuorum*. Cat. 31. 7. Jug. 14. 3.
originibus *ſuis* decori fuere. *Jug.* 19. 1.
in magnis *meis* periculis. *Cat.* 35. 1. *Jug.* 4. 1. 22. 2.
mei, cum praecedit *me*. Jug. 85. 27.
γ. Demonſtrativi.
quae apud alios iracundia, *ea* in imperio crudelitas vocatur. *Cat.* 51. 14.
illi, quibus praeceptum. *Cat.* 51. 34. 55. 5. *Jug.* 20. 2.
de Africa & incolis *ejus*. Jug. 19. 8.
aut *eorum*, quorum ſimulat. 1. *Hiſt. Phil.* 10.
comprobato *eorum* indicio. *Cat.* 50. 1. *Jug.* 33. 3. 85. 23.
fama atque fortuna *eorum* pares ſunt. *Cat.* 51. 12.
ei carus acceptusque fuerat. *Jug.* 12. 3.
illi feliciſſimo omnium. *Jug.* 95. 3.
igitur colos *ei* exſanguis. *Cat.* 15. 5.
illis, qui. *Cat.* 58. 17.
illis, *in illis* erat. *Cat.* 9. 1.
ne eum *Lentulus ceterique terrerent*. Cat. 48. 4. *Jug.* 71. 2. 85. 2. 88. 2.
eos, quos. *Jug.* 85. 3.
ob *ea*, quae praedicabat. *Jug.* 108. 3.
eos contra remp. feciſſe. *Cat.* 50. 3.
neque ubi *ea* licuiſſet. *Cat.* 39. 4.
illis, quas h. habere licebat abuti. *Cat.* 13. 2.
δ. Indefiniti.
aliquis, *aliquid*. Cat. 36. 4. 51. 33. *Jug.* 22. 2.
cuiquam dare, aut eripere poteſt. *Jug.* 1. 3.
praeterea *alios* viros. *Jug.* 4. 5.
4. *Verbi* Ellipſis.
α. Noti & conſueti.
Ad haec Marcius *reſpondit*. Cat. 34. 1.
dicet aliquis: quid igitur. *Cat.* 51. 23. 3. *Hiſt. Macr.* 14.
Marius in hiberna *proficiſcitur*. Jug. 100. 1.
inſidiae conſuli *factae*. Cat. 32. 1.
nihil ad vos *pertinent*. Jug. 24. 6.
vellem vana *forent*. Jug. 24. 9.
opportunum *fore* credebat. *Cat.* 27. 1. 46. 2. 3. *Hiſt. Macr.* 10.
quem legatum *fuiſſe* memoravimus. *Jug.* 40. 4.
quod Verbum Subſtantivum etiam ſequente alio verbo. Jug. 92. 2. *& quando Dativus praemittitur*, Cat. 20. 12. 23. 2. *& penes omnia verba* Exiſtimandi *exauditur*. Cat. 1. 3. *Jug.* 53. 3. 69. 1. *adde ad* Jug. extr.
Si memoria *remanet*. Jug. 24. 10.
dici. Cat. 43. 2. 57. 11.
ineſſe. Cat. 40. 6.
videtur. Cat. 51. 23. 52. 9. *Jug.* 81. 1. 6. *Hiſt. Cott.* 5.
b. quod ex connexione facile ſuppleri poteſt. quae *Synezeugmenon* aliis, aliis *Syllepſis* figura eſt.
ex negante ſumitur adfirmans: ex nego, ajo; nullus, ullus. *Jug.* 14. 7. *Exc.* 106. 3.
poteſtatem facere *indicandi*. Cat. 48. 6.
quod *ſcriptum* & ſignatum ad c. ferant. *Cat.* 44. 1. adde *Jug.* 67. 1. 79. 10.
ad hoc praemium *decrevere*. *praecedit* decretum Nomen. *Cat.* 30. 6. *adde* *Jug.* 15. 3.

exer-

Digitized by Google

exercitus ſine imperio ac modeſtia habitus. *Jug.* 44. 1.
labores & victorias confirmare. *Jug.* 49. 3.
fame ferroque clauſus. *Jug.* 38. 9.
ferro, aut fuga exſtinxit. *Jug.* 42. 4.
voluptatem & praemia exſpectat. *Jug.* 85. 20.
pecunia, aut honore extulit. *Jug.* 49. 4. *quibus locis plura adnotamus. Haec autem omnia hujuſcemodi ſunt, ut circumſpecte inde formulas ſeparatas h. e. alterius Nominis, ad quod proprie* Commune *verbum non ſpectat, conficiamus.*
pollicetur .... praeterea (*dicit*) eſſe *cet.* Cat. 21. 3. 36. 3. *Jug.* 70. 5. 71. 5. 109. 3.
laetabatur, *intelligens;* anxius erat, *dubitans*, quid *cet.* Cat. 46. 2.
omnia aperit, *docetque* ſe. *Cat.* 47. 1.
adpellat, *dixitque.* Jug. 106. 1.
promiſſis onerat, *impellitque*, uti. *Jug.* 12. 3.
poſuere in parte tertia; alii Europam .. eſſe *ſcripſere.* Jug. 17. 3. adde 38. 9. 82. 3.
litteras mittit, *dicitque.* Jug. 25. 5. 70. 5.
legatos mittit, *qui dicerent.* Jug. 62. 3.
imperat argentum..... quae poſtquam facta, perfugas *jubet adduci.* Jug. 62. 5.
5. *Adverbii* Ellipſis
paucis *poſt* diebus. *Jug.* 13. 6.
non *tam* regnum, ſed aerumnas amiſiſti. *Jug.* 14. 23.
non *tam*.... quam. *Jug.* 100. 4.
magis poſt Comparativum intellig. *Jug.* 16. 5. 89. 3.
tunc, ſequente *nunc*. Jug. 25. 6.
primum ſequente *dein.* Jug. 69. 1.
dignitati *magis*, quam irae. *Cat.* 8. 1. 20. 17. *Jug.* 33. 3. 73. 4.
6. *Praepoſitionis*.
Ab Adherbale miſſus. *Jug.* 21. 3.
Cum magno exercitu ſequi. *Cat.* 57. 3. adde *Jug.* 20. 7. 38. 4. 46. 5. *& quae ſub* Ablativo *notamus.*
in re confidere. *Cat.* 2. 9. *Jug.* 13. 5.
in ſtativis habere. *Jug.* 44. 4.
in periculo eſſe. *Jug.* 57. 6.
in itinere. *Jug.* 88. 3.
in pace, *in* bello. *Cat.* 3. 1.
in Hiſpaniam mittere. *Jug.* 7. 2.
7. *Conjunctionis* Ellipſis.
Et *inter duo Nomina.*
domi, militiae; proximi, familiares. *Jug.* 14. 1. 16. 5.
aſperi, inculti. *Jug.* 18. 1.
huc, illuc. *Jug.* 60. 4.
bonus, ignavus aeque. *Cat.* 11. 2.
item, quando explanat priora. Jug. 2. 3. 35. 5.
poſt duo membra oppoſita. Jug. 68. 4.
quando eventus notatur. januam obſideret, eum*que* vi adgrederetur. *Cat.* 43. 2. *Jug.* 28. 7. 32. 5. 75. 4.
oppon. in urbe, *&* non per tot. Italiam. *Cat.* 52. 14.
Et, nam, quia *& ſimiles.* Jug. 40. 5.
Etſi, tamen, *in expoſitione.* Cat. 17. 6. *Jug.* 41. 6.
Etſi, *ſequente* tamen. *Jug.* 55. 1.
Tamen, *poſt* etſi, quamvis. *Jug.* 35. 9.
Ne, *poſt* metuo. *Jug.* 61. 5.
Sed, *ab initio ante* quia. *Cat.* 18. 8. *Jug.* 5. 5.
poſt non. *Cat.* 52. 6. *Jug.* 10. 4. 33. 4. 59. 3. 103. 5. 110. 6.
Si dimidia pars ſibi permitteretur. *Jug.* 64. 5.
Quidem. res aſpera eſt, ſed non timetis. *Cat.* 52. 28.
Quia, *quod* in ſecundo membro. *Jug.* 5. 1.
Ut *poſt verba* orat, mandat, promiſſis onerat *cet.* Cat. 32. 2. 33. 5. *Jug.* 12. 3. 28. 1. 35. 4.
Quaedam alia quaere ſub ſuis litteris.
Elogium Cenſorium. 2. *Declam.* 25.
Eluere maculas. *ibid.*
Ementiri multa. *Cat.* 49. 4.
Emere, *comparare.* Jug. 8. 2.
Emittere quo cohortes. *Jug.* 77. 4.
tela. *Jug.* 57. 6.
Emori, *mori.* Cat. 20. 9.
En adſum en! 6. *Hiſt. Cott.* 10.
ENALLAGE.
1. *Abſoluta*, ſeu *Senſus*.
α. *Subſtant. Nomen pro Adject.* animus contemtor. *Jug.* 64. 1. n.
collis aditu uno. *Jug.* 92. 5.
praeſidia in armis. *Cat.* 37. 6.
β. *Adject. pro Subſt.* 3. Hiſt. Macr. 16.
Neutrum Subſtantive poſitum. *Jug.* 48. 3. *Cat.* 13. 3.
pro Adverbio. timidi reſiſtunt. *Cat.* 60. 3.
reliqua *ſecreta* tranſigit. *Jug.* 29. 5.
multa quaeſtus. *Cat.* 27. 3. *Jug.* 49. 6.
γ. *Verbi infiniti pro Subſtant.* Jug. 31. 13.
δ. *Adverbii pro Adject. magis* libidinem habet; *tam* curam habet. *Jug.* 31. 16.
Supra aliquid petit, quam ego ſum. *Jug.* 24. 5. *Exc.* 3. p. 786.

Maxime uſui eſſe. *Jug.*14.1.
Ego *tutius* ſum ubivis, quam. *Jug.* 14.11.
Huc, pro *in hanc urbem*. Jug.47.2.
ε. *Generis*. Neutrum plur. pro Femin. *Jugurth.*17.2.
ζ. *Numeri*. cariora *omnia*, quam decus atque pudicitia *fuit*. *Cat.*25.3.
η. *Caſus*.
Nominat. abſolutus pro alio Caſu. *Jug.*33.2. *adde* 30.1.
Genitivus. canum degeneres; effeta parentum. *Cat.* 53.5. *Jug.*48.3.
pro Dativo. bonorum finis eſt. *Jug.*2.3.
pro Accuſat. Numidiae, *in Numidiam*. Jug.33.4.
vide infra Genitivus.
Dativ. pro Genit. Exactionibus nomina; inſidiae *conſuli*. Cat.11.4. 32.1.
amicus & ſocius huic. *Jug.*14.2.
Viris in pectore creſcit. *Jug.*4.6.
Exitum *malis* ſperare. *Cat.*40.2.
pro Ablat. ſibi agendum; mihi decretum. *Jug.*39.5.73.2.107.1.
*Accuſat. pro Nominat.*1.Hiſt.Lepid.20.
Extorrem effecit, ut tutius eſſem. *Jug.*14.11.
pro Dat. arma incumbere, laqueos inhaerere. 3.*Hiſt.*p.832.
pro Ablat. Graeciae morem. *Cat.* 51.39.
Omnem pueritiam. *Jug.*63.3.
in Aſiam, in provinciam. *Cat.* 11.4.19.3.
cetera ignarus. *Jugurth.*19.7.
Ablat. pro Genit. Adherbale dicta. *Jug.* 15.2.
pro Dat. anteferre quo (*cui*) Jug. 16.3.
intentus re. *Cat.*2.9.
pro Accuſ. in vinculis conjicere. *cet.Cat.*42.3. *Jug.*5.4.21.3.
θ. *Generis Verborum*.
praecipitans, *pro* praecipitatus. *Jug.* 14.23.
convertit, mutat *Paſſive*. Cat.6.7. *Jug.*85.9. *Exc.*6.p.791.
ι. *Modi. Indic. pro Conjunct. in oratione indefinita*. Cat.27.4. *Jug.*63.1.
pro Infinit. ſpero, dant. 1. Hiſt. Lepid.2.
Infinit. pro Indic. tentare, agitare, *pro* tentabant. *Cat.*6.4.
pro Conjunct. Conjuravere incendere. *Cat.*52.24.
pro Gerundi verb. Jug.80.3.
Particip. in NDUS pro Gerund. Jug. 27.2. prolatandis conſultationibus.
κ. *Perſonae*. incipias, hortere, invenias *cet. quaſi tertia Perſona, aut Imperſonal.* Cat.1.6. Jug.1.2.
λ. *Temporis*.
Praeſ. pro Praeter. occultans ſeſe. *Jug.* 12.5.
praecepit, ſimulent. *Cat.*41.5. *Jug.* 28.1.
pro Futuro. ſperans invadi. *Jug.*87.4.
hortere nequidquam. *Cat.*58.2.
merito accidit, quidquid evenerit. *Cat.*51.26. *Jug.*9.2. adde *Jug.* 14.1.
Imperf. pro Praeſent. mittit, ut confirmarent. *Cat.*44.3. adde *Jug.* 26.2.32.5.
pro Plusquamp. Cat.39.4.
Perfect. pro Praeſ. comitiis habitis. *Catilin.*24.1.
coercitum, *cujus temporis?* Jug. 91.7.
2. *Enallage ſecunda, quae aliis Hyperbaton, & non tam in ſenſu, quam in aequalitate Orationis quaedam immutat.*
α. in Partibus.
(1.) *Nomen ſimplex & circumſcriptum componuntur*.
egeſtas & conſcius animus. *Cat.* 14.3.
homo nobilis, ſummae audaciae. *Catilin.*18.4. adde *Jug.*70.1.95.3.3. *Hiſt. Macr.*14.
inter *ſiniſtros* montes, & *ab dextera* rupem aſperam. Cat.59.2.
patre Suevus, *a gene trice* Gethes. *Cat.*60.2. *Jug.*54.5.
carus, terrori erat. *Jug.*7.4.
(2) *Nomen & Verbum*.
in bello, ubi pax evenerat. *Cat.* 9.3. adde 16.2. *Jug.*31.13. occidiſſe & quaeſtiones injuſtas.
injuriam prohibere, & ne creſcat. *Jug.*14.7. *Excurſ.*2. p.786.
(3) *Nomen & Gerund.*
labore, parendo. *Jug.*7.4.
(4) *Praepoſitiones diverſae*. ad - in. *Jug.*31.19.
β. in Accident. Partium.
(1) *Numeri diverſi*.
fidem, fortunas. *Cat.*16.2.33.1.
pericula, egeſtatem. *Cat.*20.8.61. extr.
aeſtuabat nobilitas pleraque & *credebant*. *Cat.* 23.6. adde *Jug.* 14.13.

Digitized by Google

14. 13. 85. 38. 1. *Hiſt. Phil.* 18.
Caſus.
receptui ac pro munimento. *Jug.* 50. 3.
docta *litteris*, multa *alia*. Cat. 25. 2.
patriae & fortunis expers. *Cat.* 33. 1. n.
ingenti virtute, diverſi moribus; *pares* natura, *impari* magnitudine. *Cat.* 53. 6. *Jug.* 78. 2.
dolis, per vim. *Jugurth.* 7. 1.
(3) *Generis Verborum*.
Activ. & *Paſſiv. Infinit.* circumvenire fieri; bella geſta-contendiſſe. *Cat.* 51. 40. *Jug.* 12. 5. 97. 4.
(4) *Modi*.
Indicat. & *Conjunct.*
dilapſa erat, ni docuiſſet. *Jug.* 27. 2. 3. *Hiſt. Macr.* 11.
ſi abeſſent, tamen decebat. *Jug.* 85. 48.
exiſtimaretis -- fuit. 3. *Hiſt. Macr.* 1.
adeptus ſum-nequierint. *Jug.* 4. 4.
Indicat. & *Infinit.*
increpat - laudare - admonebat. *Cat.* 21. 4.
mittere-nitebantur. *Jug.* 43. 4. 97. extr.
poſſe-obtruncati ſunt. *Jugurth.* 67. 2.
facere-opperitur. *Jug.* 82. 1.
Infinit. & *Gerund.*
duci jubebat & ſumendum. *Jug.* 33. 3.
Infinit. & *Partic.*
fretus, ſimul videri. *Cat.* 56. 5.
(5) *Perſonae*.
tertia & *prima*.
quieta erit, verſabimur. *Iugurth.* 14. 9.
tertia & *ſecund.*
licuit nobis, potuiſtis. *Cat.* 58. 13. *Jug.* 49. 2.
(6) *Temporis*. vide omnino ad *Cat.* 12. 1.
Praeſens & *Imperf.*
concedit-parabat. *Jug.* 61. 3. 35. 4.
& *Perfect.*
necat-interfecit. *Jug.* 13. 6. 26. 3. 76. 6.
Indic. & *Infinit.*
exſtruit, firmat-tentare, oſtentare. *Jug.* 23. 1.
Imperf. & *Perfect.*
ſi parum exiſtimaretis-docendum fuit. 3. *Hiſt. Macr.* 1.
& *Plusquamp. Conj.*
non quiviſſent-ni facerent. *Jug.* 59. 3.
& *Praeſ.*
ſi vera aperiret, ſin reticeat. *Jug.* 33. 4. *adde* 85. 48.
Perfect. & *Praeſ.*
confecit atque introducit. *Jug.* 12. 4. 34. 2. 58. 6. 71. 4. 80. 2.
Plusquamp. & *Perf.*
poſtquam acceperat, ſtatuit. *Jug.* 29. 3.
Nota: *Sunt & multa alia paſſim adnotata, quae peccant in uſitatam noſtro ſaeculo* compoſitionem: *de qua re multa addere, ſupervacuum eſt. at unicum* Senecam *hic audiamus ex Epiſt.* 114. Ad compoſitionem tranſeamus. quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur? Quidam perfectam & aſperam probant; diſturbant de induſtria, ſi quid placidius effluxit: nolunt ſine ſalebra eſſe juncturam; virilem putant & fortem, quae aurem *inaequalitate* percutiat. Quorumdam non eſt compoſitio: modulatio eſt, adeo blanditur, & molliter labitur.
Eniteſcit virtus. *Cat.* 54. 4.
Eo immanis, (*adeo*) ut. *Exſup.* c. 4.
propter id. *Cat.* 13. 4. 22. 2. Exc. p. 337.
magnitudinis procederent. *Jug.* 1. 5.
Eo ſigno (*dato*) Cat. 43. 1.
Equi, Numidaeque; equi, viri. *Jug.* 49. 5.
. equo circumire. *Cat.* 59. 5.
Equidem ego. *Cat.* 51. 15. *Jug.* 85. 26.
Equitatus, *plur. num.* Jug. 46. 7.
auxiliorum. *Jug.* 49. 6.
Equites Rom. Jug. 42. 1.
Rom. & *auxiliares*. Jug. 46. 7.
Erepta e ſervitute. *Cat.* 48. 1.
Ericius militaris. 3. Hiſt. p. 833.
Erigere ad virtutem. *Jug.* 20. 1.
Eripere ex manibus. *Jug.* 24. 10. 82. 3.
Errant procul. *Jug.* 85. 38.
Erudita pulchritudo. *Latr.* c. 9.
Es habens. 2. *Declam.* 13.
Eſcendere, *quid proprie?* *Cat.* 55. 3.
navim. *Jug.* 25. 5.
Eſſe, *omittitur*. Jug. 14. 18.
ante, poſt. *Catilin.* 53. 3.
aſperius acerbiuſque. *Jug.* 41. 4.
caenatum. *Jug.* 106. 4.
cum telo. *Cat.* 27. 2.
pro fieri, admitti. *Jug.* 90. 7.
in armis. *Cat.* 37. 6.

addc

adde *Jug.*40.1.
in invidia. *Jug.*25.5.
in metu. 1. *Hiſt. Phil.* 13.
praedae. *Cat.*21.4.n.
volenti. *Jug.*84.3.
Et jam tum. *Cat.*2.1.
Etiam, *adhuc*. *Cat.*61.4.
atque etiam. *Jug.* 85.28.
nunc. *Jug.* 31.3. 109.3.
Etruria. *Cat.*27.1.
Evadere adverſo colle. *Jug.*52.3.
oppido. *Jug.*56.5.
. evaſit huccine beneficium? *Jug.*14.9.
Evenere aſpera foedaque. *Cat.*26.5. *Jugurt.*63.1.
. evenit provinciam. *Jug.*43.1.
Eventus praelii. *Jug.*51.2.
Eumenes. 4. Miſt. Mithr.8.
Evocati. Cat.59.3.
Europa. Jug.17.3.
Ex, *propter*. Cat.12.2.*Jug.*7.5.
amicis accepi. *Jug.* 20.1.
amiciſſimos fecit. *Jugurth.* 10.2.
conſcientia. *Jug.*32.5.
fuga regem ſequi. *Jug.*54.4.
invidia in gratiam venit. *Jug.*13.7.
libidine, ex vero. *Cat.*8.1.
merito. *Jug.*85.37.
miſeriis requieſcere. *Cat.*4.1.
nulla conſcientia de culpa. *Cat.* 35.2.
opportunitate loci in ſpem adductus. *Jug.* 48.2.
optima peſſima facta. *Cat.* 5.9.
praecepto Ciceronis. *Cat.*44. 1. *Jug.* 13. 7. 94. 1.
praelio profugit in provinciam. *Jug.*13.4.
quo petere, pati, accipere. *Jug.*102.8.
rapinis reliqui nihil fecit. *Cat.*28.4.
SCto conjicere in vincula. *Cat.*42.3.
ſeſe genuit. *Jug.*5.7.
tanta properantia, *poſt*. Jug.36.3.
tempore parare. *Jug.*70. 2.
Exacta aetas. *Jug.*6. 2.
Exaedificare. *Cat.*12.3.
Exaequare facta dictis. *Catilin.*3.2.
. exaequatum periculum. *Cat.*59.1.
Exagitare plebem. *Catilin.*38.*Jug.*73.5.
. exagitata res ſermonibus. *Cat.*29.1.
in Excelſo aetatem agere. *Cat.*51.12.
Excita mens. *Cat.*15.4.
largitionibus plebs. *Cat.*37.7.
. excitus ſomno. *Jug.*72.2.
Excruciatum necat. *Jug.*26.3.
Exempla mala ex bonis. *Catilin.*51.27.
Exemplum *idem eſſe, quod* inſtitutum, *docet Davifius ad Caeſ.*1. *Gall.c.*8.
. hoc Exemplo. *Cat.*51.36.
. exemplum litterarum. *Cat.*34.3.
Exercere animum, corpus. *Cat.* 2.1.
inimicitias. *Cat.*9.2.49.2.
negotia ingenio. *Jug.*4.1.
plebem imperio. 1. *Hiſt.*p.794.
quaeſtionem, judicium. *Jug.*40.5.
Scorta, convivium. 1.*Rep.*4.4.
victoriam. *Cat.* 38.4.*Jug.* 16.2.
vitam, adoleſcentiam. *Cat.* 5.2.
. exercet homines ambitio. *Cat.*11.1.
. exercito corpore feſſus. *Jug.*71.1.
Exercitatus in audaciam. *Cat.*50.2.
Exigere vitam. *Jug.*14.15.
Exiſtimare, *de judicio Senatus*. Cat.51.43.
ſtatuere, intelligere. Jug.31.19.
gravius quid. *Jug.*24.5. *Exc.*
magni. *Cat.* 2.8.*Jug.*85.13.
Exitium vitae. *Cat.* 55.6.
Exitus vitae. *ibid.*
Exoleverat aetas. 2.*Declam.*20.
Exornare aciem. *Jug.*52.5.
armis vicinitatem. *Cat.* 36.1.
Exornare, iter *ſubintell.* Jug.90.1.
Exoptare & Exſpectare *confuſa*. Cat.16.4.
Expedio initium. *Jug.*5.3.
. expedire ſeſe *Jug.*105.4.
. expeditae cohortes. *Jug.* 50.1.
. expeditus ſequitur Antonius. *Cat.*57.4.
Expergiſci. quin 1. expergiſcimini? *Catilin.*20. 14.
. expergitus, *experrectus*. Jug.71.5.
vide Gellium 6. 10.
Experimentis cognitum. *Jug.*46.3.
Experiri libertatem. *Jug.*31.5.
vim cujus & miſericordiam. *Jug.*32.5.
Expers fortunis & famae. *Cat.*33.1.
Expilare aerarium. *Jug.*31.9.
Explanare de moribus. *Cat.*4.5.
EXPLANATIO.
ſignificatus, per hoc eſt. *Jug.*31. 20.
neque efficere poteſt, uti Atherbalis potiretur. *Jug.*25.10.
non praeterire, quin exponam. *Cat.* 53. extr.
concitus, *quod* fructu laboris, *cet.* Cat.35. 3.n.
incultius vagi agitant. *Jug.*19. 5.
reges, id *nomen imperii*. vide *Pronomen*. *adde* Plena dic. genera.
Explere divitiis, muneribus. *Cat.* 51. 34. *Jug.* 13. 6.
legiones & cohortes. *Jug.*87. 1.
Expugnare Sertorium, *vincere*. Exſup. cap. 8.
villas. *Jug.*44. 5.
Expurgare ſeſe. *Jug.*69.4.
Exquirere ſententias. *Jug.*29.5.
Exſanguis ſpes. *Latr.* cap.8.
et defeſſus. *Cat.*39.4.

Exſecrari conſilia cujus. *Cat*.48.1.
Exſecratio. *Cat*.22.2.
in Exſilium proficiſci. *Cat*.34.2.
 permittere. *Cat*.51.22.
Exſpectare & expectare eventum. *Cat*.37.9.
 alienas opes. *Jug*. 14.7.
 pro timere. *Jug*.14.11.
Exſpectatione intentus. *Cat*.44.3.
. exſpectationem habere. 2.*Declam*.3.
Expoliare fana. *Cat*.51.9.
Exſtincta familia. *Jug*.95.3.
Exſtinctor ſtirpis. *Jug*.14.9.
Exſtruere mare. *Cat*.20.11.
Exſul domo, patria. *Jug*.14.16.
Exſuperat ſcelus *ingenia*. Cat.51.8.
Exſurgere. *Jug*.31.3.
Extendere memoriam, vitam. *Cat*.1.3.
Extenuata acies. *Jug*.49.1.
Extimare, exiſtimare. *Jug*.24.5.*Exc*.p.787.
Extollere. *laudibus*. *Jugurt*.4.2.
Extorris patria, domo. *Jug*.14.11.
Extrema dementia. *Jug*.3.3.
 omnia experiri. *Cat*. 26.5.
. Extremae terrae. *Catilin*.16.5.
. in extremo ſitae fortunae. *Jug*.23.2.
. extremum montis. *Jug*.37.4.
Exuere armis. *Cat*.88.3.
Exurit ſol terram. *Jug*.19.6.

F

Fac cogites. *Cat*.44.5.
Facere, *praecedens Verbum repetit*, *ut*: idem facit hoſtium exercitus. *Cat*.55.2.*Jug*. 85.3.17.
. facit paludem planicies. *Jug*.37.4.
. fecit pollicendo, ut. *Catilin*.26.2.
Facere bellum. *Cat*.26.5.6.*Hiſt*.p.848.
 caedem, incendia. *Cat*.51.9.
 conjurationem. *Cat*.30.6.
 deditionem. *Jug*.46.1.
 exercitum argento. 6.*Hiſt*. p.848.
 facinus. *Cat*.7.6.*Jugurth*.32.2.
 formidinem, tumultum. *Jug*.53.7.
 fugam. *Jug*.53.3.
 gloriam ſuam laborem aliorum. *Jug*.85.34.
 infeſtum. *Cat*.51.10.
 indicium. 1. *Declam*.8.
 parum quid. *Jug*.85.30.
 periculum cui. *Cat*.33.1.
 praedam regnum cujus. *Jug*.14.15.
 pugnam. *Jug*.56.4.
 ſtuprum cum quo. *Cat*.14.1.
 templum. *Cat*.12.3.
 timorem. 1.*Hiſt*.*Lepid*.1.10.
 tumultum. *Jug*.72.2.
 verſus. *Cat*.25.5.
Facetiae. *Cat*.25.5.
Facies vultuſque. *Cat*.15.5.
 locorum. *Jug*.78.3.
 praeclara. *Jug*.2.2.
 urbis immutata. *Cat*.31.1.*Jug*.49.5.
Facile habetur, facile princeps. *Cat*.37.3.*Jug*. 63.4.
Facilis amicitia. *Jug*.95.3.
 janua, cibus, *Jug*.87.4.
Facilitas. *Cat*. 54.3.
Facinus praeclarum, pulchrum.*Cat*.2.9.25.3.
 rei militaris. *Jug*.5.4.
 & flagitium. *Cat*.23.1.
Facta & dicta. *Jug*.64.5.
Factio. *Cat*.54.6.
 oppon. amicitia. *Jug*.31.15.
Factioſus. *Cat*.18.4. *Jug*.15.4.
Factum *pro* factu. *Cat*.32.1.
Facunda oratio. *Jug*.85.26.
Faeſulae. Cat.24.2.
Fallit niſi animus. *Cat*.20.17.
Falſum quem habere. *Jug*.10.1.
. falſus, *i*.*fallens*. Cat.10.5.
Fama de Metello praeclara. *Jug*.55.2.
Familia & Gens *differ*. *Jug*.96.3.
. familiae Gladiatoriae. *Cat*.30.7.
. familiarum filii. *Cat*.43.2.
Familiares opes. *Cat*.13.4.
 res. *Cat*.20.12.
Famoſa largitio atque impudens. *Jug*.15.5.
Fana exſpoliare. *Cat*.51.9.
Fas & jus. *Cat*.15.1.
Faſcibus correptis. *Cat*.18.5.
Fatentur eadem Galli. *Cat*.47.2.
Fatigare, *ſine* ſe. *Jug*.3.3.
. fatigant res ſecundae ſapientes. *Cat*.11.8.
. fatigari dolis. *Jug*.56.1.
Fatum cui eſt. *Cat*.47.2.
Faucibus urgere. *Cat*.52.35.
Favente, adnitente. *Cat*.19.1.
Fecundus arbori. *Jug*.17.5.
Felicitate victi & corrupti. Cat.10.2.
Ferentarii milites. Cat.60.2.
Ferina caro. *Jug*.18.5.
Ferire hoſtem. *Cat*.7.6.60.4.
 leonem, feras. *Jug*.6.2.
Ferox *in bonam partem*. Jug.106.3.
Ferre ad coelum. *Cat*.53.1.
 poenam, praemia. *Lett*.2.26.
. fert animus, voluntas. *Cat*.58.6.*Jug*.54.4.
 bellum atque lubido victorum. *Cat*.21.2.
 Terent. *Adelph*.1. 1.28. quae adoleſcentia *fert*.
. feruntur fama res. *Cat*.8.2.
Ferrum, *telum*. Cat.23.3.
. ferro urguentur obſeſſi. *Jug*.24.3.

item

Digitized by Google

iter aperiundum. *Cat.* 58.7.
Fertilis frugum ager. *Jug.* 17.5.
Feſtinare, *abſolute*. Cat. 6.5.
cum Caſu. vide *Maturare: Trepidare*.
Fides nuncii. *Jug.* 101.7.
penes auctorem. *Jug.* 17. extr.
reſque. *Jug.* 73.6.
. fidei cauſſa. *Jug.* 29.4.
ſpes. *Jug.* 31.23.
. fidem facere verbis. *Jug.* 24.9.
deum atque hominum! *Cat.* 20.10.
. in fidem & fidei tradere. *Cat.* 35.6. *Jug.* 62.3
. per fidem violare. 1. *Hiſt. Phil.* 15.
. per fidem regni obteſtor. *Jug.* 10.3.
. fide ſua, aut amicorum mutuam ſumere pecuniam. *Cat.* 24.2.
. fide publica dicere. *Cat.* 47.1.
Fiduciam tribuit commendationi. *Cat.* 35.1.
Fieri. *vide* Facere.
pro decerni. *Cat.* 51.17.
. fit, ut impetus fiat. *Cat.* 52.23.
Figulus C. Marcius Coſ. *Cat.* 17.1.
Filii, *pro* filiis & filiabus. *Jug.* 75.1.
Fine inguinum. 3. *Hiſt.* pag. 833. *Ovidius* 1. *Pont.* 4. qui vix *Theſſaliae fine* timendus erat. Cl. Bentlej. ad Horat. 2. Od. 18.30.
Finem facere cladis. *Jug.* 31.7.
habere excidio. 4. *Hiſt. Mithr.* 12.
Fines Carthaginienſium. *Jug.* 19.7.
Firma reſp. erat. *Cat.* 52.9.
. firmus contra pericula. *Jug.* 28.4.
oppon. dubio. *Jug.* 51.5.
. firmiora, *certiora*, videbantur. *Jug.* 64.6.
Firmare praeſidiis. *Jug.* 23.1.
Flaccus L. Valerius. Cat. 45.1.
Flagitia & facinora *differ.* Cat. 23.1.
Flagravit ad cupiditatem. *Latr.* c. 6.
Flamma C. Flaminius. Cat. 36.1.
Flamma, *cupiditas*. Jug. 4.5.
Flectere animum. *Jug.* 9.3. 62.8.
Florere, *clarum eſſe*. 2. Decl. 8.
. florentes aetatem agunt. *Cat.* 39.2.
adde 4. Hiſt. Mithr. 4.
Fluctus reip. *Latr.* c. 2.
Fluere, fluxus. *Cat.* 1.4.
ſupra votum. 6. *Hiſt.* p. 854.
Focos & aras. *Cat.* 52.3.
Foeda & indigna. *Cat.* 58.14.
fuga. *Jug.* 38.7.
. Foedi oculi. *Cat.* 15.5:
Foeneratores. Cat. 33.1.
Fore, ut concederet. *Jug.* 61.5.
perventurum. *Latr.* c. 7.
Foris, *apud alios homines*. Cat. 20.13.
Formidoloſus & formidabilis. *Cat.* 7.5.
Formulae.
Darent operam conſules *cet.* Cat. 29.2.
Quid fieri placet? *Cat.* 50.3.
Contra remp. facere. ibid.
Velle, jubere, decernere. *Jug.* 40.3.
Fornicibus lapideis vincta. *Cat.* 55.4.
Forte (*a fors*) regitur. *Jug.* 1.1.
Fortuna nativitatis. *Jug.* 85.14.
dominatur. *Cat.* 8.1.
ſaevit. *Cat.* 10.1.
populi R. & reip. *quomodo differant*. Cat. 41.2.
. fortunam belli tentare. *Cat.* 57.5.
. ſuper fortunam animum gerere. *Jug.* 64.2.
. in fortuna maxima minima licentia. *Cat.* 51.13.
Fortunatus viro, muliere. *Cat.* 24.3.
Forum rerum venalium. *Jug.* 47.1.
Foſſa & vallum *oppugnantium*. Jug. 23.1.
Fragilis. *Cat.* 1.4.
Frangere gulam laqueo. *Cat.* 55.5.
Fratres, *patrueles*. Jug. 33.4.
ſine Fraude. *Cat.* 36.2.
Frequens Numidia. *Jug.* 78.5.
Frequentata loca. *Jug.* 17.2.
Frequentativa Salluſtius amat. Cat. 2.1. *Jug.* 35.10.
Frequentia magna Senatus. *Cat.* 46.6.
Fretum, Fretus. *Jug.* 18.9.
noſtri maris. *Herculeum.* Jug. 17.5.
Frons aciei. *Cat.* 59.2.
Fructus laboris. *Cat.* 35.3.
Frui anima. *Cat.* 2.9.
vita. *Cat.* 1.3.
Frumentari, aquari. *Jug.* 56.3.
Frumentaria lex. 3. Hiſt. Macr. 19.
Frumentum publice militibus datum. Jug. 44.5.
Fruſtra eſſe. *Jug.* 85.6.
Fruſtrari ſpe tenuiſſima. 3. *Hiſt. Macr.* 19.
. fruſtratur ſpes quem. *Jug.* 101.3.
telum. *Jug.* 58.3.
Fuga ſimulata. Jug. 38.1.
Fuga, *pro* ſtatu victorum. *Jug.* 40.4.
exſilium. Jug. 42.4.
atque formido creſcit. *Jug.* 55.7.
. fugam facere. *Jug.* 53.3.
. in fuga ſequi. *Cat.* 57.4. *Plinius* 10.1. Ungulae iis comprehendendis lapidibus utiles, quos *in fuga* contra ſequentes ingerunt pedibus.
Fugare atque fundere. *Jug.* 21.2.
Fugitivus ſervus. *Cat.* 56.5.
Fulvia. Cat. 23.3.
Fulvius Flaccus. Jug. 16.2.
A. Fulvii ſenatoris filius. Cat. 39.5.
Funditores. *Jug.* 46.7.
Furta belli. 1. *Hiſt.* p. 811.
Furtim & per latrocinia niti. *Jug.* 4.7.

Fuſa nobilitas. *Jug.* 65. 6.
Fuſidius. 1. Hiſt. Lepid. 21.
Fuſti necat. 6. *Hiſt.* p. 855.

G

Gaetuli. Jug. 18. 1.
Galli fortes. *Cat.* 53. 3.
Gallia, *pro* Gallia Ciſalpina. *Cat.* 57. 1.
ulterior. Cat. 42. 3.
. Galliae, *pro* Gallicae mulieres. 4. *Hiſt.* pag. 844.
Gallicum bellum, pro *Latino.* Cat. 52. 30.
Ganeae. *Cat.* 13. 3.
Ganeo. *Cat.* 14. 2.
Gaudere imperio. *Jug.* 64. 5.
Gaudia corporis. *Jug.* 2. 3.
. gaudium & laetitiam agitare. *Cat.* 61. 9.
Geminatio
conſpexit viſos; indigens eget. *Cat.* 1. extr. Exc. p. 335.
tempus & dies. *Cat.* 51. 25.
vide etiam Explanat.
Generoſiſſimus eſt, qui fortiſſimus. *Jug.* 85. 15.
Genitivus.
Thereon, Philenon. *Jug.* 19. 3.
Adherbali, *pro* Adherbalis. *Jug.* 22. 5. 1. *Hiſt.* p. 786.
neceſſarium, *pro* neceſſariarum. *Jug.* 23. 2.
ſapientium, civitatium. *Cat.* 11. 8.
Eſt majeſtatis. *Jug.* 14. 7.
ſtultitiae. *Jug.* 83. 1.
Numantiae, *pro* ad Numantiam. *Jug.* 15. 1. *Sic Livius* 26. 39. claſſis viginti ferme navium *Rhegii* ſtabat.
Romae miſſus, *pro* Romam. *Jug.* 21. 3.
Pompeii metus. 1. *Hiſt.* p. 787.
Belli ira, *propter bellum.* 4. Hiſt. Mithr. 9.
Conſervandae libertatis eſt. *Cat.* 6. 7. *Jug.* 88. 4.
Gloriae certamen. *Cat.* 7. 6.
Inſolentiae Curii cauſſa. *Cat.* 23. 4. *Jug.* 30. 3.
Contentionis modus, victoria mundi & *alia de hoc Caſu.* Cat. 38. 4. n.
Inter Genitivos interpoſitum Nomen. Cat. 51. 33.
Hoſtium ſunt futura. *Cat.* 52. 10.
Quinquennii conſulta omnia reſcindere. *Jug.* 11. 5.
Genitivus bis. 6. *Hiſt. Cott.* 3.
Nuſa filius. 4. *Hiſt. Mithr.* 9.
Genus hominum. *Cat.* 6. 1. *Jug.* 2. 1.
novum. *Cat.* 51. 18.
. omnis generis. Jug. 48. 2.
. generis Italici homines. *Jug.* 47. 1.
. genera hominum. *Jug.* 4. 4.
Gerere animo. *Jug.* 72. 1.
animum parem. *Jug.* 54. 1.
praelium. *Exſup.* c. 6.
rem. Jug. 58. 4.
ſe exercitumque more majorum. *Jug.* 55. 1.
Gerundium eſt Participium. *Jug.* 22. 5.
paſſive. ad imperandum. *Jug.* 62. 8.
vindicandum eſt mortem. *Jug.* 15. 3.
Gignentium cuncta. *Jug.* 79. 6.
. gignuntur ex terra. *Jug.* 48. 3.
. ex ſeſe genuit filios. *Jug.* 5. 7.
Gladiatoriae familiae. Cat. 30. 7.
Gloſſa. patratis conſiliis poſtquam omni Numidia potiebatur. *Jug.* 13. 5.
Globus nobilium. *Jug.* 85. 10.
militum. 3. *Hiſt.* p. 819.
Gloria & gratia *confuſa.* Cat. 1. 4.
factum glorioſum. Cat. 3. 2.
decorare. *Cat.* 12. 4.
honor, imperium. *Cat.* 11. 2.
Graccus, *non* Gracchus *ſcribend.* Jug. 16. 2. 31. 7.
Graeci facundi. Cat. 53. 3.
Graecia mendax. Cat. 8. 2.
Graecoſtaſis in foro. Cat. 40. 2.
Graſſari ira & cupidine. *Jug.* 64. 5.
ad Gloriam. *Jug.* 1. 3.
Gratia, *quid.* ſine gratia, ſine auctoritate. *Cat.* 20. 7.
in malam partem. 2. Declam. 13.
. In Gratia habere. *Jug.* 111. 1.
. ea Gratia. *Jug.* 54. 4.
. probri Gratia. *Cat.* 23. 1.
. Gratiam debere, reddere, integram habere. *Jug.* 110. 1. 4.
. Gratiam facere delicti. *Cat.* 52. 8.
Gratificari cui decus & libertatem. *Jug.* 3. 4.
Gratuito malus. *Cat.* 16. 3. *Jug.* 85. 8.
Gratulari, *gratum habere proprie.* Jug. 9. 2.
Grave pretium. 3. *Hiſt.* p. 822.
. gravis, *valens.* 2. Hiſt. p. 818.
. gravior vita morte. *Jug.* 14. 15.
. gravius quid exiſtimare. *Jug.* 24. 5. *Exc.* 3. p. 787.
Grege facto. *Cat.* 50. 3.
Gulam laqueo frangere. *Cat.* 55. 5.
Guluſſa, *fil. Maſiniſſae.* Jug. 5. 6.

H

Habere, *pro habitare*. *Cat.* 6. 1.
pro eſſe, id, quod res habet. *Cat.* 51. 20.
pro exiſtimare. ſic habuere. *Jug.* 114. 2.
adverſos multos mortales. *Cat.* 52. 7.
aetatem, vitam. *Cat.* 4. 1.
animo quid. *Jug.* 11. 8.
conſilium quorum. *Jug.* 62. 4.
conſueta pericula. *Jug.* 85. 7.
cuncta atque agere. *Jug.* 2. 3.
documentum. *Cat.* 9. 4.
eventus malos. *Cat.* 11. 4.
falſum quem. *Jug.* 10. 1.
fidem. 1. *Declam. extr.*
graviter injurias. *Cat.* 51. 11.
honeſte divitias. *Cat.* 13. 2.
imperio levi quem. *Jug.* 89. 4.
in amicis. *Jug.* 7. 6.
bello quem. *Jug.* 79. 3.
gratia. *Jug.* 111. 1.
incerto. *Cat.* 41. 1. *adde* Jug. 5. 3. 85. 28.
ſpe. *Cat.* 31. 7.
intentum ſibi quem. *Jug.* 94. 3.
libidinem dom. cauſſam b. *Cat.* 2. 2.
luxurioſe & liberaliter. *Cat.* 11. 5.
manifeſtos. *Cat.* 41. 5.
metum, aut facere. 1. *Hiſt. Lep.* 10.
modum, modeſtiam. *Cat.* 11. 4.
occultum. *Cat.* 23. 4.
penſi, moderati. *Cat.* 5. 6.
praedae, honori. *Jug.* 31. 10.
remp. quo modo. *Cat.* 5. 9.
ſeſe, *eſſe*. Jug. 54. 4.
ſine imperio & modeſtia. *Jug.* 44. 1.
ſtudium pecuniae. *Cat.* 11. 3.
Habere verba cum quo. *Jug.* 9. 4.
vitam. *Cat.* 51. 12.
. habetur clara virtus. *Cat.* 1. 4.
Cato clarus & magnus. *Cat.* 53. 1.
egeſtas ſine damno. *Cat.* 37. 3.
pro muro audacia. *Cat.* 58. 17.
. habitis comitiis. *Cat.* 24. 1.
Habitus hominis. *Jug.* 28. 4.
Hadrumentum. Jug. 19. 1.
Haec, *δεικτικῶς*. *Cat.* 58. 14.
atque alia hujuſcemodi. *Jug.* 32. 1.
Haeret in animo. *Jug.* 28. 1.
Hannibal. Jug. 5. 4.
Haruſpices reſpondent. *Cat.* 47. 2.
Haſta, in donis militaribus. *Jug.* 85. 29.
Haveto! *Cat.* 35. 6.
Hebes exercitus. *Jug.* 54. 3.
Hebeſcit virtus. *Cat.* 12. 1.
HENDIADYS.
periculo atque negotiis. i. *periculoſis negotiis*. Cat. 2. 2.
quod ita interpretatur Caſaubonus ad Polyb. p. m. 12.
fama atque invidia. *Cat.* 3. extr. 7. 4. *Exc.* 2. p. 336.
Haud raro etiam per aliam Conjunctionem ſimile quid huic Figurae infertur. vide ad *Jug.* 31. 23. & 85. 40.
Heraclea, oppid. 4. *Hiſt. Mithr.* 14.
Hercules Libys. *Jug.* 89. 4.
. *Herculis mors*. Jug. 18. 3.
Heres ſecundus, tertius. *Jug.* 65. 1.
Hiberna & hibernacula. *Jug.* 37. 3.
Hic *ſolitar. ad remotius*. Jug. 18. 9.
talis. *Jug.* 31. 9.
. haec tempora. *Jug.* 31. 20.
. his moribus. *Jug.* 4. 7.
. his tribus annis. *Jug.* 11. 6.
. hii, hiſdem, hiiſdem. *Cat.* 13. 1.
Hic mihi quiſquam memorat. *Cat.* 52. 11.
Hiemalibus aquis. *Jug.* 37. 4.
Hippon, Afric. *Jug.* 19. 1.
Hiſtoriae laudes. Jug. 4. 1.
Hiſtorici veteres. Cat. 8. 5.
Hiſpaniae duae. Cat. 18. 5.
. *Hiſpanias*, *Hiſpaniam*. Jug. 19. 4.
Hiſtriones in conviviis. *Jug.* 85. 39.
Homo, *aliquis*. *Cat.* 33. 1.
ille. Cat. 48. 5.
adoleſcens, hoſtis. *Jug.* 12. 5.
armatus. *Cat.* 27. 2.
artifex. *Jug.* 35. 5.
militaris. *Cat.* 45. 2.
omnium ſceleratiſſimus. *Jug.* 14. 2.
tanti facinoris. *Cat.* 51. 23.
Honeſta atque inhoneſta vendere. *Cat.* 30. 4.
. honeſtae divitiae. *Cat.* 7. 6.
. honeſti, *honorati*. *Jug.* 3. 1.
Honeſtare honore. *Cat.* 35. 3.
Honor, *munera publica* notat. *Jug.* 31.
gloria & imperium. *Cat.* 11. 2.
datur virtuti. *Jug.* 5. 1.
. honori ſunt divitiae. *Cat.* 12. 1.
Honorare gloria. *Jug.* 10. 2.
Hortari *ſine* me. *Cat.* 5. 9. adde *Jug.* 31. 1. pauca. *Jug.* 49. 6.
Hoſtia haruga, *vel* haruiga. *Jug.* 63. 1.
. hoſtiae humanae. 1. *Hiſt. Lepid.* 14.
Hoſtilis, *hoſtium*, metus. *Jug.* 41. 2.
clamor. *Jug.* 58. 4.
. hoſtiles res. *Jug.* 45. 1.

Ho-

Digitized by Google

Hoſtis *vocabulum quid involvat*. Cat. 31. 8.
communis omnium. *Jug.* 81. 1.
. hoſtem judicare. *Cat.* 36. 2.
Huc, *loco Provocabuli*. Jug. 47. 2.
illuc. *Jug.* 60. 4.
Huccine. *Jug.* 14. 19.
Humanae res fluxae. Jug. 38. 9.
Humanarum rerum memor. ibid.
Humi depreſſus. *Cat.* 55. 3.
HYPALLAGE.
manus alit; licentia invidiam accendit; flagitium expellit. *cet.* Cat. 14. 3. 37. 5. *Jug.* 5. 2. 65. 4. *cet.*
annus cruentus ſanguine civili. *Cat.* 47. 2. n. adde 1. *Hiſt. Phil.* 21.
HYPOZEUXIS.
haberi-duci; ſciebam-cognoveram. *Cat.* 12. 1. 35. 3. 53. 3.

I

I, *pro* ii. *Cat.* 1. 2. 39. 6. *Jug.* 30. 3.
Jacere tela. *Jug.* 60. 4.
inter alias res. *dictitare*. Jug. 11. 5.
Jam. 1. *Hiſt. Phil.* 21.
jam frater a. cariſſime. *Jug.* 14. 22.
primum. *Cat.* 15. 1.
Ibi, *in quibus*. Cat. 5. 2.
& ubi; ibique, ubique *confuſa*. Cat. 3. 3. 60. extr. *Jug.* 8. 2. 101. 6.
Id, *abundat. vide* illud.
Id loci. *Cat.* 45. 3. *Jug.* 48. 3.
quod, *quomodo exponend.* Cat. 30. 2.
temporis, *eo tempore*. Latr. c. 1.
Idcirco. *Jug.* 46. 6.
Idem, *pro* item. Hoc idem vobis providendum. *Cat.* 51. 7.
Plinius 9. 8. *Hoc idem* & Naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit.
hoc, eadem haec. *Jug.* 14. 21.
nobis, eadem mihi, *pro* eadem, *quae* mihi. *Cat.* 20. 4.
. imperii vitaeque finis idem. *Jug.* 5. 5.
. idemque propinquus. *Jug.* 14. 11.
Idonea res. *Jug.* 57. 1.
. idonei & digni. *Cat.* 51. 27.
Igitur *omiſſum*. Jug. 26. 3.
Inceptivum & Epanalepſi ſerviens. Cat. 54. 1.
Ignarus *ſine Caſu*. Cat. 51. 27.
Ignavus. *Cat.* 12. 5.
Igni agros vaſtare. *Jug.* 55. 5.
Ignoſcere, *abſolute*. Cat. 9. 5.
Ille *ad propius*, & *in altero membro* res. *Cat.* 52. 3.
ille *geminatum*. Cat. 20. 14.
. illi, *pro* ſibi. *Jug.* 96. 2.
& alii *confuſa*. Cat. 51. 14.
. illud machinatum, quo; id vereor, ne; id feſtinabat-imminuere. *Cat.* 48. 7. *Jug.* 85. 10. 96. 2.
Illuſtria ad cognoſcendum. *Jug.* 5. 3.
Imagines nobilium. Jug. 85. 10.
Imbecillus. *Cat.* 3. 4.
Imbelles & ſtrenui. *Jug.* 67. 2.
Imbutus artibus malis. *Cat.* 13. 4.
venenis. *Cat.* 11. 3.
Imminuere, *tantum non tollere*. *Jug.* 110. 2.
jus libertatis. *Cat.* 37. 9.
Immittere, *ſubornare*. *Cat.* 48. 8.
Immutata & imminuta *permutantur*. *Cat.* 5. 9. *Jug.* 110. 2.
Impar materno genere. *Jug.* 11. 3.
Impedit mala fama. *Jug.* 35. 4.
Impendet periculum conſuli. *Cat.* 28. 2.
Impenſius modo. *Jug.* 75. 1.
Imperare hac re. *Jug.* 79. 2.
frumentum. *Jug.* 47. 2. *Exc.* 4. p. 789.
. imperata facere. *Jug.* 62. 3.
Imperator, *qui dictus*. Cat. 33. 1.
& dux vitae. *Jug.* 1. 3.
. imperatores, *conſules*. Cat. 6. 7.
ac reges. *Cat.* 2. 3.
Imperitus, *ignarus*. *Jug.* 49. 2.
Imperium conſulare. *Cat.* 55. 6.
honor, gloria. *Cat.* 11. 2.
accipere. *Jug.* 97. 4.
. Imperii aemula *Carthago*. Cat. 10. 1.
Imperſonalia per ſecundam perſonam. *Cat.* 2. 3. *Jug.* 1. 2.
ad Impetrandum. *Jug.* 14. 7.
Impiger. *Jug.* 7. 2.
Implicare aciem. *Jug.* 59. 3.
Imponere, *praeponere*. *Iug.* 100. 3. *Cat.* 51. 28.
contumeliam cui. *Cat.* 48. 9.
neceſſitudinem. *Cat.* 33. 5.
in urbibus praeſidia. *Iug.* 61. 1.
invidiam. *Cat.* 43. 1.
Importunitas. *Iug.* 31. 22.
Importunum eſt. *Iug.* 3. 2.
Importuoſus. *Iug.* 17. 5.
Improbus inteſtabiliſque. *Iug.* 67. 3.
. improbum patibulum. 4. *Hiſt.* p. 845.
. improbior. *Iug.* 31. 28.
Impudicus. *Cat.* 14. 1.
Impunitum omittere. *Iug.* 31. 25.
Impurus animus. *Cat.* 15. 2.
In acie bellum gerere. *Iug.* 54. 5.
amicis habere. *Iug.* 16. 3. adde 7. 6.
aperto ſunt omnia. *Iug.* 5. 3.
audaciam exercitatos. *Cat.* 50. 1.

conſcientiam ducere. *Jug.*85. 26.
conſilio novo defenſio. *Cat.*35. 2.
diebus decem, *pro* intra. *Iug.*28. 2.
dies magis magiſque. *Cat.*5. 7. *Iug.*7. 6.
panem emere. *Iug.*44. 5.
familia quod fuit. *Iug.*14. 13.
furibus miſericordes. *Cat.*52.12.
hominibus impiis, *abſolute*. Cat.51.15.
hoſtem pugnare. *Cat.*9.4.
illis fuit ſapientia. *Cat.*51.42. *Iug.*46.8.
imperio veſtro. *Iug.*14.11. adde 74.1. *Cat.* 2. 10. 51.15.
incerto habere. *Iug.*46.8.
Jugurtha erat. *Iug.*46.8.
legationibus, imperiis. *Iug.*40.1.
multitudine, *cum multi eſſent*. *Iug.*41.6.
oculis, ore. *Cat.*20.14.
Pompejo omnes victi. *Cat.*52.17.
primis cadunt. *Cat.*60.6.
memorabile. *Cat.*4.4.
provinciam, *pro* in provincia. *Cat.*19.3.
re ſtudere, deditum eſſe. *Cat.*2.9.
In reliquum, in futurum. *Jug.*42.4.
ſeſe munificentia. *Jug.*103.5.
tali tempore. *Cat.*48.5.
vinculis conjicere. *Cat.*42.3.
vos caedem fecit. *Jug.*31.13.
Inanis homo & regiae ſuperbiae. *Jug.*64.5.
Incedere in hoſtem acrius. *Jug.*101.7.
per ora. *Jug.*31.10.
Incendere quem morando. *Jug.*25.10.
ad facinora. *Cat.*13.4.
. incenſus odio. *Cat.*49.2.
Incendium meum. *Cat.*31.9.
Inceptum ſtudium. *Cat.*4.2.
Incertus, *qui ignoratur*. Jug.49.5.
. incerto lumine. 4. *Hiſt.*p.844.
vultu *pavens*. Jug. 106. 2.
. in incerto habere. *Cat.*41.1.
. incertum praelium. *Jug.*50.4.
Inceſſerat *additum a librar.* *Cat.*31.3.
Inceſſus, index animi. *Cat.*15.5.
Incipere facinus, *Cat.*20.3.
Incitari per pronum. 3. *Hiſt.*p.833.
Incolere, *de negotiatoribus*. Jug.47.1.
Inconſultius paullo. *Jug.*35.6.
Increpare, *movere*. Latr. c.7.
in quem. 2. *Declam.*11.
maledictis. *Cat.*21.4.
Incruenta victoria. *Cat.*61.7.
Incultus, us. *Cat.*55.4.
Incumbere arma. 3. *Hiſt.*p.832.
Incunabula virtutis. 2. *Declam.*12.
Incurrere Mauris. *Jugurth.*101.8.
Indemnatum necare. *Cat.*51.29.
Index falſus. *Cat.*48.5.
Indicare de conjuratione. *Cat.*30.5.
Indicium patefacere. *Jug.*73.1.
profiteri. *Jug.*35.6.
Indocti incultique. *Catilin.*2.8.
Indigetes, populi Hiſpan. 3. *Hiſt. Pomp.*5.
Inducere, *ducere*. Latr. c.32.
in animum. *Cat.*54.4.
Inducias agitare. *Jugurt.*29.4.
. per inducias. *Cat.*51.6.
Iners, imbellis exercitus. *Jug.*44.1.
Ineſt auctoritas ſermoni. *Cat.*40.6.
in facie. *Cat.*15.5.
Infecta humus ſanguine. *Jug.*101.11.
Infectum nihil Metello. *Iug.*76.1.
Infecundus arbori. *Jug.*17.5.
Infenſi atque intenti. *Jug.*57.3.
Inferior pars terrae. *Jug.*18.12.
Inferorum diverſa loca. Cat.52.13.
Infeſtus atque intentus exercitus. *Jug.*46.5.
dis hominibuſque. *Cat.*15.4.
inimicus. *Cat.*19.1.
. infeſtis cum ſignis concurrunt. *Cat.*60.2.
Infimi hominum, *ſervi*. *Cat.*44.5.
Infirmius poſtponitur. Cat.5.5.
Ingenita illis veneratio. 6. *Hiſt.*p.855.
Ingenium augere. 1. *Hiſt. Phil.* 20.
conſilium. Jug.71.4.
loci. 3. *Hiſt.*p.832.
conjunctum cum animo, quid? *Cat.*5.1.
in promtu habere. *Cat.*7.1.
. ingenia omnium exſuperat. *Cat.*51.8.
eruditi ſcriptores. Cat.8.3.
. pro ingenio quiſque. *Jug.*57.4.
Ingenuus civis. *Cat.*61.5.
Ingerere tela, lapides. *Jug.*60.6.
Ingratus labor. *Cat.*37.7.
Ingredi acriter Numidiam. *Iug.*28.7.
eadem. *Jug.*42.1.
Iniquum certamen. *Jug.*54.5.
Initio, in initio. *Cat.*2.1.
Injuria, *paſſive*. Jug.14.23.
mea, ſua. *Cat.*51.11. *Jug.*14.8.
. injuriae licentiam eripere. *Cat.*12.4.
. injuriam vincere. *Jug.*42.3.
. injuriis lacerare. *Exſup.*c.1.
Injuſſu populi. *Iug.*39.3.
Inlectus, *an* illectus? *Iug.*47.4.
Innocentia. *Jug.*46.1.
pro malivolentia duci coepit. *Catilin.* 12.1.
Innoxius, *cui non nocetur*. Cat.39.2.
Inopia mater malorum conſiliorum. Cat.5.7.
Inquies. 1. *Hiſt.* p.794.
Inquilinus civis urbis R. *Cat.*31.7.
Inſidiatores parare. *Jug.*35.4.
Inſidiae, prima *quaſi* inſidia. 3. *Hiſt.* p.832.
occultae. *Iug.*35.4.
Inſiſtere in quo. 3. *Hiſt.* p.832.

Inſolens malarum artium. *Cat.* 3. 4.
Inſomniae. *Cat.*27. 2. 4. *Hiſt. Mithr.*7.
Inſtituere amicitiam. *Jug.*14. 5.
honores cui. *Jug.*79. 10.
legiones. *Cat.*56. 1.
res mutare. *Jug.*18. 9.
Inſtituta majorum. *Cat.*5. 9.
Inſtruere exercitum, aciem. *Cat.* 59. 1. *Livius* 4. 18. Exercitus ita ſtetit *inſtructus*, ut *cet.*
Inſtruere pugnae. 2. *Hiſt.* p. 814.
. inſtructi ordines. *Cat.*59. 1.
Inſtrumenta luxuriae. *Cat.*25. 2.
Inſulae fortunatae. 6. Hiſt. p. 847.
Intactus & integer. *Jug.* 54. 10.
Integra conſulta cum quo habere. *Jug.*108. 2.
. integrum ingenium. *Jug.* 63. 3.
. de integro bellum ſumere. *Jug.*62. 9.
Integritas vitae. *Cat.*54. 2.
Intellegens, *intruſum.* Cat. 46. 2. adde *Jug.* 31. 22.
Intempeſta nox. *Cat.*27. 3.
Intendere animum in quid. *Jug.*20. 1. 43. 2.
arcum. *Jug.*105. 4.
ingenium. *Catilin.*51. 3.
officia. *Jug.*75. 8.
quo ire, iter. *Jug.*107. extr.
Intentus cuncta parare. *Jug.*23. 1.
exſpectatione eventi. *Jug.*44. 3.
negotio aliquo. *Cat.*2. 9.
paratuſque. *Jugurth.*49. 2.
Inter artes bonas. *Jug.*63. 3.
epulas. *Jug.*66. 3.
haec parata. *Cat.*43. 3.
laetitiam plebis & ſuorum fugam. *Jug.* 40. 4.
hoſtes incurrit. *Cat.*60. 7. *Juſtinus* 33. 2. 4. *inter* mucrones ſe hoſtium immerſit.
ſe conjurant. *Jug.* 66. 2.
fidi. *Cat.*22. 2.
haud procul. *Jug.*53. 7.
tractant remp. *Jug.*41. 4.
Interior pars terrae. *Jug.*18. 12.
Interire a beſtiis. *Jug.*17. 6.
Interrogare legibus. *Cat.*18. 2.
ad Internecionem vaſtare. 3. *Hiſt. Pomp.*9.
Interpellare. *Jug.*27. 1.
Interpoſita fide publica. *Jugurt.*32. 1.
Interpretatum nobis eſt, *paſſive*. Jug. 17. 7.
Intervalla manipulorum. *Jug.*49. 6.
Inteſtabilis. *Jug.*67. 3.
Intra Oceanum magis. *Jug.*18. 5.
Introducere initium. 2. *Declam.*2.
Invaſerat in animos. *Jug.*32. 5.
. invaſit, *intranſitive*. *Cat.*3. 5.
Invidet fortuna virtuti. *Cat.*58. 21.
Invicti ab hoſtibus. *Jug.*31. 20.
adverſus divitias. *Jug.*43. 5.
Invidia poſt gloriam. Jug. 55. 3.
differt ab odio. *Cat.*22. 3.
miſerorum eſt. Cat. 37. 2.
opulentiae comes. *Catilin.*6. 3.
. invidiam gloria vincere. *Jug.*10. 2.
Inviſus ipſi Pompejus. *Cat.*17. 7.
Invitare vino. 4. *Hiſt.* p. 844.
Inultus & multus confuſa. *Jug.*31. 2.
moritur. *Cat.*58. 21.
inultis hoſtibus. *Jug.* 70. 4.
Jocum movere. *Cat.*25. 5.
. joca, ſeria cum quo agere. *Jug.*96. 2.
Ipſe & ille *de eadem perſona*. *Cat.* 59. 5.
ego. *Jug.*14. 14.
. ipſa vita. *Cat.*1. 3.
. noſmet ipſi, nobiſmet ipſi. *Cat.*20. 5. *Jug.* 31. 6. 41. 9.
. ipſi modo ſauciabantur. *Jugurth.* 50. 4.
. *pro* ſibi ipſi. *Cat.*58. 4.
. cujus ipſius & majorum. *Cat.*31. 7.
Ira conſiliis adverſa. Cat. 51. 1.
. iram opprimere. *Jug.*72. 1.
Ire accitum. *Jug.*102. 2.
contra injurias armatum. *Jug.*31. 6.
perditum, queſtum. *cet.* Cat. 36. 4. 3. *Hiſt. Macr.* 16. & 20.
Irrumpere in aedes. *Jug.*12. 5.
Iſdem, *pro* iiſdem. *Cat.*39. 6. 42. 1.
Iſta tanta mala. *Cat.*40. 3.
Ita, *per id.* Jug. 53. 3.
id. Jug. 21. 4.
eſt. non ita eſt. *Cat.*51. 11.
uti. *Cat.*2. 3.
abundat. qui *ita* aeſtumarent *cet.* Cat. 14. 6. *Jug.*85. 40.
Epiphonema inchoat. Cat. 55. 6.
Italicus. *Jug.*26. 1.
Item, *repetit ſuperiora*. Cat. 27. 2.
Iter ferro aperire, facere. *Cat.*58. 7.
via, *modus*. Cat. 2. 10.
. itinere diverſo loca habent. *Cat.*52. 13.
. ex itinere litteras miſit. *Cat.*34. 2.
. itineribus magnis. *Cat.*57. 1.
Iterum bellum fecit. *Cat.*52. 33.
Itiner, *iter*. Jug. 92. 7.
Jubere cui provinciam. *Jug.*84. 1.
populi erat. Cat. 29. 3.
Judicium de nece. *Jug.*61. 4.
ſummum habere. *Cat.*29. 3.
Jugis aqua. *Jug.*89. 6.
ſub Jugum mittere. *Jug.*38. 9.
Jumenta. Jug. 75. 3.
Jurgia, diſcordias exercere. *Cat.*9. 2.
. jurgio laceſſitus. *Cat.*31. 5.
Jus & ditio. *Cat.*20. 7.
et fas. *Cat.*15. 1.

et im-

et imperium. *Jug.*14.1.
judiciumque. 1.*Hiſt. Lepid.*24.
injuriaeque omnes. *Jug.*14.16.
bonum. *Cat.*9.1.*Jug.*30.2.
gentium. *Jug.*22.4.35.7.
naturae, *mors*. 6.Hiſt. Cott.5.
libertatis imminutum. *Cat.*37.9.
fuit per fraudem. *Jug.*3.1.
. in jus concedere, in jura. *Cat.*20.7.
. jure dominus. 1.*Hiſt. Lepid.*18.
diſceptare, non bello. *Jug.*21.4.
Juſſit, decrevit, voluit populus. *Jug.*40.3.
Juſta facere. *Jug.*11.2.
Juvo, juvavi. *Jug.*47.2.
Juxta ac ſi. *Jug.*45.2.
aeſtumo. *Cat.*2.8.
mecum omnes. *Cat.*58.5.*Jug.*68.2.

K

Kalendae. *Cat.*30.1.
Karthago, *an* Carthago *ſcribendum*. Cat.10.1.

L

Labor, *pro* labore belli. *Cat.*7.4.
. labore crevit reſp. *Cat.*10.1.
injuriae, *dolore*. Cat.28.4.
. labores militum. *Jug.*44.3.
Laborantibus ſuccurrere. *Cat.*60.4.*Iug.*52.6.
Lac, cibus veterum. *Iug.*89.7.
Lacedaemonii cupidi imperii. *Cat.*2.2.
vincunt Athenienſes. Cat.51.28.
Lacerare bona patria. *Cat.*14.2.
maledictis 3.Hiſt.Macr.21.
. lacerari curis. 1.*Hiſt. Phil.*11.
Laeca M. Porcius, non *Lecca*. Cat.17.3.
Laetari quid. *Cat.*51.29.*Iug.*110.2.
ex perfidia *non diu*. Jug.69.3.
Laetitia & gaudium *differ*. Cat.61.9.
Laetus frugum ager. 2.*Hiſt.*p.815.
Laeva moenium. 2.*Hiſt.*p.814.
Lancea, *Hiſpanicum telum*. Cat.56.3.
Lancinare, lacerare. *Cat.*14.2.
Languentibus aliis. *Cat.*43.3.
Languidus aeſtu, vino. *Jug.*51.3.
Laqueo gulam frangere. *Cat.*55.5.
Lar familiaris, *quomodo differat a* penatibus. *Catilin.*20.11.
Largitio, *oppon.* liberalitati. *Jug.*103.6.
Largitus, *paſſive*. Exſup. c.6.
Largius, laxius ſuo uti. *Cat.*16.4.
Laris oppidum. *Jugurth.*90.2.
Laſcivia & ludus. *Jug.*66.2.
ex licentia. *Jug.*39.5.
Late valet imperium. *Jug.*5.4.
in Latere vectigalium. 1.*Hiſt. Phil.*8.
Latitudo declivis. *Jug.*17.5.
per Latrocinia & furtim niti ad honores. *Jug.* 4.7.
Latrones cujuſque generis. *Cat.*28.4.
inermes, *milites Catilinae*. Cat.59.5.
Lecti milites. *Cat.*59.3.
Lecti in triclinio. 3.Hiſt.p.834.
Legat ſibi homines nobiles. *Jug.*28.4.
Legati in provinciis. Cat.42.3.
in exercitu. Cat.59.6.
Legationis princeps. *Jug.*16.2.
Legibus non magis, quam natura. *Catilin.*9.1.
Legitimum imperium. *Cat.*6.6.
Legiones non Romanorum ſolum. Cat.53.2.
quot cohortes *habuerint*. Cat.56.1.*Jug.*38.6.
Lenire inopiam frumenti. *Jug.*91.1.
invidiam. *Cat.*22.2.
Leniter & ex voluntate. *Jug.*111.3.
Lenius agere. *Jug.*60.4.
P. Lentulus Sura. Cat.17.3.
Lepos inerat multus. *Cat.*25.5.
Levare manu alterum. *Jug.*94.2.
Leve imperium. *Iug.*89.4.
Lex Sempronia de provinciis. Jug.27.3.
Frumentaria. 3.Hiſt.Macr.15.
Porcia. Cat.51.40.
. lege belli, *pro* jure. 2.Rep.4.1.
uti. *Cat.*33.1.
. legibus & natura. *vide ſupra*, leg.
Liberalis pecuniae. *Cat.*7.6.
Liberaliter habere. *Cat.*11.5.
Liberi, *de uno filio*. Jug.10.8.
Liberi atque ſoluti. *Cat.*6.1.
Liberare aere alieno. *Cat.*40.4.
Libertas ingenii. *Iug.*30.3.
paterna. liber natus. *Iug.*31.5.
. *Libertatis bona*. Cat.7.1.
amor. *Cat.*33.4.
pretium ſervo. *Cat.*30.6.
. libertate & liberalitate *confuſa*. Cat.49.3.
Liberti & Libertini. *Cat.*50.1.
Libido, *cupiditas*, invaſit. *Cat.*5.6.
. libidini obnoxius. *Cat.*52.21.
Librarii ex aliis locis deſcribunt, & non ſuo loco exhibent. Cat.39.6.*Iug.*11.3.71.5.
Librarii varias lectiones in contextu repraeſentant. Cat.30.3.Jug.5.extr.23.2.63.1.111.2. *Exc.*4.nu.3. *&c.*
Libys, Libyes. *Iug.*58.1.
Licebit, licebat. *Iug.*85.38.
. Licuit nobis in exſilio vivere. *Cat.*58.13.
Licentia polluta. *Iug.*15.5.
. licentiam injuriae eripere. *Cat.*12.4.
Lictor proximus Jugurthae. *Iug.*12.3.
Ligures in exercitu R. *Iug.*38.6.
Limoſa planicies. *Iug.*37.4.
Lingua promtus. *Iug.*44.1.

LITOTES. Cat.3.1.14.7.
Litterae, *omiſſum*. Cat.34.3.
. litteras mittit, ſe falſis. *cet*.Cat.34. 2.
Lixa. Jug.44. 5.
in Locum adfinium ducere. *Jug*.14.1.
. loco punitum. *Iug*.76.2.
praedae aeſtumare. 1.*Hiſt. Phil*.5.
cedere. *Cat*.9.4.
haud obſcuro natus. *Cat*.23.1.
. in hoc loco res eſt. *Cat*.58.5.*Iug*.79.4.
. ad id locorum. *Iug*.63.6.62.2.
. locos ſuos communire. *Iug*.66.1.
Locuples praedae. *Iug*.84.4.
Longa ſpes 6. *Hiſt*. pag.854.
haud Longe a mari. *Jug*.21.2.
haud Longe inter ſe. *Jug*.55.6.
Longius tueri non poterat. *Cat*.29.1.
Loquentiae ſatis. *Cat*.5.4.
Lubido, *an* Libido *ſcribendum*? *Cat*.7.4.
Luculenta oratio. *Cat*.31.6.
Luctus & moeror *differ*. Cat.61.9.
Ludibrio eſſe potentiae. *Jug*.31.2.
ſunt divitiae. *Cat*.13.2.
Ludificari incerto praelio.*Jug*.50.4.
Ludum &laſciviam dies oſtendit. *Jug*.66.2.
Lumen eſt nobilitas. *Jug*.85.23.
. lumine obſcuro. *Jug*.21.2.
Luxo pede. 6. *Hiſt*.p.858.
Luxurioſe habere. *Cat*.11.5.

M

Machinae bellicae. Jug.21.3.
Mador. 3.*Hiſt*.pag.819.
Magis, *ſed*. Jug.85.49.
magiſque. *Cat*.5.7.
ſecundo loco. Cat.7.1.
pro Adjectivo. Cat. 7.4. 58. 9. Jugurth. 31.2.
omittitur ſeq. quam. *Cat*.8. 1. &c.
. ex aliis rebus magis, quam quod, *cet*. *Cat*.14.7.
. non magis, quam. *Cat*.9.1.
Magiſtratus eſt tribunus pl. *Iug*.37.2.
minores. Cat.30.7.
et provinciae. Cat.39.2.
Magna opportunitas. *Cat*.43.3.
imperia. 3.*Hiſt. Macr*.16.
. magnum mare, *Oceanus*. Jug.18.6.
procelloſum. Jug.78.3.
Magnificus, *jactabundus*. Jug.55.1.
. magnifica pro ſe & illis dolentia. *Jug*.84.1.
Magnifice & compoſite dicere. *Cat*.51.9.
incedere. *Jug*.31.10.
vivere. *Cat*.17.6.
Magnitudo animi. *Cat*.54.1.
imperii R. *Jug*.14.16.
pecuniae. *Jug*.29.2.
Major vis, *quae ſuperat*. *Jug*.56.6.
Male pugnare, experiri *cet*.Jug.54.7.
Maledictis increpare. *Cat*.21.4.
Maleficium, *malum factum*. Jug.31.28.
Maleficum genus animalium. *Jug*.17.6.
Malevolentia. *Cat*.13.1.
Malle ſanguinem, quam omnia. *Iug*.42.2.
pro, & quam. *Cat*.17.6.
Malus, malignus *de inopia*. 3.Hiſt.p.822.
quid cum pravo *junctum*. Cat.5.1.
. male coercere exercitum. *Jug*.100.5.
reip. creſcere. *Cat*.51.32.
. malum, *de malo more*. Cat.37.11.
publicum quos alit. *Cat*.37.7.
C. *Mamilius Trib. pl.* Jug.40.1.
Mancinus Manilius. Jug.73.7.
Mandare conſulatum. *Cat*.23.5.
Mandata, *commiſſa*. Cat.23.3. *Iug*.12.4.
Manifeſtos quos habere. *Cat*.41.5.
rerum capitalium. *Cat*.52.36.
Manipulus. *Jug*.49.2.
Manlius, princeps conjurationis. *Cat*.24.2.
A. Manlius Torquatus. Cat.52.30.
Manus *militum*. Jug.12.3.
. manu, pugnando. *Jug*.39.1.
certare. 6.*Hiſt. Cott*.6.
parva. *Catilin*.7.6.
dando bona lacerare. *Cat*.14.2.
aequa diſcedere. *Cat*.39.4.
capere. *Jug*.5.4.
promtus. *Cat*.43.4.
vi vindicare. *Jug*.31.18.
vindicare. *Jug*.31.22.
. in manu mihi eſt. *Iug*.13.4.
. victoria. *Cat*.20.2.
. manum conſerere. *Jug*.49.2.
. manus ſupplices ad coel. tollere. *Cat*.31.3.
. in manibus praelium facere. *Jug*.57.4.
. per manus vindicare. *Jug*.31.22.
tradere. *Jug*.63.6.
Mapalia. *Jug*.18.8.
Mare magnum. *Jug*.18.6.
noſtrum. *Jugurth*.17.5.
Oceanum. ibid.
patefacere. 6. *Hiſt*. p.856.
. maria monteſque polliceri. *Cat*.23.3.
Maritimum bellum, *piraticum*. *Cat*.39.1.
Maſſilia. *Cat*. 34.2.
Maſiniſſa. Jug.5.4.
Maſtanabal. Jug.5.6.
Materies malorum. *Cat*.10.3.
. materia *domorum*. Jug.18.5.
Matura ſunt omnia. *Jug*.85.48.
Maturare inſidias. *Cat*.32.2.
iter pergere. *Jug*.79.5.
perſequi. *Cat*.26.3.

Mau

Digitized by Google

Maurętania, *per* e. Cat. 21. 3.
Mauri, Medi. *Jug.* 18. 10.
Me dius fidius. *Cat.* 35. 2.
Mederi fraternae invidiae. *Jug.* 39. 5.
Mediocris vir, *haud cupidus*. Jug. 6. 3.
Medius *locus honoratus*. Jug. 11. 3.
. in medio relinquere. *Cat.* 19. 6.
. medios diſjecerat. *Cat.* 61. 2.
. in medios hoſtes inducere. *Cat.* 60. 5.
ſi Me hercule locus eſſet. *Cat.* 52. 35.
Melior bello, conſilio. *Jug.* 13. 1.
Memineris te virum. *Cat.* 44. 5.
Memor priſtinae virtutis. *Cat.* 58. 12.
Memorabile facinus. *Cat.* 4. 4.
Memoria rerum geſtarum. *Jug.* 4. 1.
noſtra. *Cat.* 33. 2.
de homine, cujus adſpectu meminimus. 2. Decl. 35.
. poſt memoriam hominum. 1. *Hiſt. Lepid.* 6.
Menſtrua *ſacra* ſolvere. 4. *Hiſt.* p. 844.
Mercatores. Jug. 18. 9.
Mercede manuum inopiam tolerare. *Cat.* 37. 7.
. mercedem dare ſervitium ſuum. 1. *Hiſt. Lepid.* 2.
Mereri, *anceps*. Jug. 100. 3.
Meritum dignitatis. *Exſup.* c. 4.
. ob merita carus. Jug. 9. 2.
Q. Metellus Celer. Cat. 30. 5.
Creticus. Cat. 30. 3.
Numidicus. Jug. 43. 1.
Metiri pericula ſuo metu. *Cat.* 31. 2.
Meus uſu, procuratione. *Jug.* 14. 1.
Miles & imperator ſimul. Cat. 60. 4.
. *militum dona & praemia*. Jug. 8. 2.
Militaris homo. *Cat.* 45. 2.
Militiam diſcere. *Cat.* 7. 4.
Minae graves nunciantur. *Jug.* 25. 11.
Minimus (*aetate*) Jug. 11. 3.
Miniſter conſiliorum. *Jug.* 29. 2.
. miniſtri regis. *Jug.* 27. 1.
Minitari gladio. *Cat.* 49. 4.
Minor ad defendendum. *Cat.* 52. 15.
M. Minucius Rufus. Jug. 35. 2.
Mirari vaſa caelata. *Cat.* 11. 6.
Miſcere quem ſecum per connubia. *Jug.* 18. 7.
picem ſulphure. *Jug.* 57. 5. *Excurſ.* 5. n. 2.
. miſcentur omnia. *Cat.* 2. 3. 10. 1.
Miſerabilis cultus. *Jug.* 33. 1.
Miſerari caſum ſuum. *Jug.* 23. 2.
Miſeritus, *pro* miſertus. *Cat.* 31. 2.
Miſſio militaris. Jug. 64. 1.
Mithridaticum bellum. Cat. 39. 1. *vide* 4. Hiſt.
Mittere *munera*. Jug. 13. 7.
legatos de injuriis queſtum. *Jug.* 20. 5.
legatos ſubintell. *Cat.* 32. 3.
tela. *Jug.* 58. 3.
Modeſte imperare. *Jug.* 41. 2.
Modeſtia & modus. *Cat.* 11. 4.
in tacendo. *Jug.* 85. 26.
Moderari in quo. *Jug.* 73. 4.
Modicus, modeſtus. *Jug.* 85. 1.
ipſi Modo ſauciabantur. *Jug.* 50. 4. 76. 5.
. quod modo uſui foret. *Cat.* 39. 6.
Modo impenſius. *Jug.* 75. 1.
ſuo. *Hiſt. Macr.* 18.
. modum facere. *Cat.* 24. 3.
. in modum urbium. *Cat.* 12. 3.
Moeror & luctus agitatur. *Cat.* 61. extr.
Mollire animos, *lenire*. Jug. 33. 3.
militum, *effeminare*. Cat. 11. 5.
Mollis, *mobilis*. Cat. 14. 5.
ſermo. *Cat.* 25. 5.
Molliter pati aegritudinem. *Jug.* 82. 2.
Mollitia, mollities. *Cat.* 52. 28.
Monet res. *Jug.* 47. 2.
. monent dii. *Jug.* 102. 5.
. quo vos pauca monerem. *Cat.* 58. 3. ex Thucydid. 4. c. 95. *δι᾽ ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρός γε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται, καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει, ἢ ἐπικέλευσιν,*
Monitor officii. *Jug.* 85. 10.
actionum & auctor. 2. *Decl.* 18.
Mons ſaxeus. *Jug.* 92. 5.
. montes & maria polliceri. *Cat.* 23. 3.
Monumenta urbis. *Latr.* c. 2.
Mora belli. *Jug.* 29. 3.
deditionis. *Jug.* 29. 4.
. moras agitare. *Jug.* 81. 4.
Morbus, *pro* adfectu malo. 1. *Declam.* 1.
reip. *Cat.* 36. 4.
. morbo abſumtus. *Jug.* 5. 6.
Mors communis omnibus. 1. Hiſt. Lepid. 15.
aerumnarum requies. Cat. 51. 20.
. morte gravior vita. *Jug.* 14. 15.
Mortales, *homines*. Cat. 1. 5.
Mos partium popularium. *Jug.* 41. 1.
. morem hoſtium cognoſcere. *Jug.* 7. 4. 88. 2.
. more malo. *Jug.* 44. 3.
praelii. *Jug.* 97. 4.
Romano. *Cat.* 29. 3.
majorum. *Cat.* 52. 36.
. mores & natura *oppoſita*. Cat. 58. 2.
quid proprie? Cat. 6. 3.
. his moribus. *Jug.* 4. 7.
Motus *bellicus*. Cat. 42. 1.
Movere caſtra. *Jug.* 45. 2.
civitatem. *Jug.* 41. 10.
jocum. *Cat.* 25. 5.
omnia. *Jug.* 35. 3.
per vim. *Jug.* 24. 8.

Digitized by Google

Muliebria pati. *Cat.* 13. 3.
Multa queſtus. *Cat.* 27. 3. *Jug.* 49. 6.
. multo maxime miſerabilis. *Cat.* 36. 4.
. multus homo. *Jug.* 84. 1.
. multi vaſtique loci. *Jug.* 78. 5. n.
Multitudo. *Jug.* 20. 4.
Multum, *ſaepe*, *valde*. Jug. 1. 5. 94. 3.
Mulucha fluvius. *Jug.* 92. 5.
Mulvius pons. Cat. 45. 1.
Munditiae urbanae. *Jug.* 63. 3.
Munera de ludis & ſpectaculis. *Cat.* 49. 3.
Munere mittere. *Jug.* 13. 7.
Municipia. Cat. 17. 4.
Munimento eſt frequentia. *Jug.* 47. 2.
. pro munimento habere. *Jug.* 31. 13.
Munire urbem vigiliis. *Cat.* 32. 1.
ſe auctoritate cujus. *Jug.* 28. 4.
. munitum agmen. *Jug.* 46. 6.
Munitio caſtrorum. Jug. 38. 6.
. *munitiones oppugnantium*. Jug. 23. extr.
Murena, non *Muraena*. Cat. 42. 3.
Murus eſt audacia. *Cat.* 58. 17.
Muſſare. 1. *Hiſt. Phil.* 3.
Mutare res inter ſe. *Jug.* 18. 5. 9.
incerta pro certis. *Jug.* 83. 1.
bellum pace. *Cat.* 58. 15.
. mutari qua re. mutabant. *Jug.* 38. 10.
Mutationes periculoſae. Jug. 3. 2.
Mutuam ſumere pecuniam. *Cat.* 24. 2.

N

Nam, *particula declarativa*. Cat. 46. 2.
Parentheſin inchoat. Jug. 63. 6.
Naſciturus. *Latr.* c. 8.
Nationes. *Cat.* 2. 2. 10. 1.
Natum quod eſt, *frumentum*. Jug. 90. 1.
. natus annos viginti. *Jug.* 64. 4.
imperio. *Jug.* 31. 11.
nobili genere. *Cat.* 5. 1.
Natura ferox. *Cat.* 43. 4.
munita. *Cat.* 7. 7. *Jug.* 57. 1.
& habitus hominis. *Jug.* 28. 4.
ferarum. *Jug.* 89. 5.
una communis omnium. *Jug.* 85. 15.
. naturam vincere. *Jug.* 75. 2.
. in naturam ex conſuetudine vertit. *Jug.* 85. 9.
Navi fecerunt omnia imperata. *Jug.* 77. 3.
Ne & que *ſe excipiunt* : ne terrerent-eoque magis properaret. *Cat.* 48. 4. *Jug.* 14. 7. *Exc.*
Ne, an, utrum *omiſſa*. Jug. 14. 9.
Ne, *pro* nae. *Cat.* 52. 27. *Jug.* 14. 21.
nedum. Cat. 11. 8.
dumne. Cat. 52. 12.
ne quidem. Jug. 31. 3. 57. 6.
omiſſum poſt metuo. *Jug.* 61. 5.
quidem & nec quidem. *Jug.* 51. 5.
nunc quidem. *Jug.* 31. 3.
Neceſſe eſt, *omittitur*. Jug. 31. 6.
Neceſſaria *in re familiari*. Cat. 20. 11.
adverſa facta. *Jug.* 14. 16.
Neceſſitas extrema. 1. *Hiſt. Lepid.* 15.
Neceſſitudo, *neceſſitas*. Cat. 17. 5.
pro malo urgente. *Cat.* 17. 1.
3. *Hiſt. Pomp.* 8.
impendet. *Cat.* 58. 11.
. neceſſitudines, *neceſſarii*. Latr. c. 36.
. neceſſitudinibus coactus. *Jug.* 48. 1.
omnibus circumventus. *Cat.* 21. 3.
. neceſſitudinem imponere. *Cat.* 33. 5.
Necis, *pro* nex; *ut* merces, merx. *Jug.* 14. 23.
Necubi, *ne aliquo ubi*. Jug. 55. 3.
Nefarium, *a* fas, *non* farre. *Cat.* 51. 6.
Negationes duae, *pro una*. Jug. 13. 5. 58. 3. 76. 1.
Negitare. *Jug.* 111. 2.
Neglego, *pro* negligo. *Cat.* 10. 4.
. neglegiſſem. *Jug.* 40. 1.
Negotiatores. Cat. 40. 1. & *Jug.* 65. 4.
Negotio eo permotus. *Jug.* 6. 2. 93. 8.
. negotium dare. *Cat.* 40. 1.
Negotioſus. *Cat.* 8. 5.
Neque-&. *Jug.* 74. 1.
nec *ſe excipiunt*. Cat. 31. 2.
& *non*. Cat. 24. 3.
neque tamen. Cat. 24. 1.
Nequidquam, nequiquam. *Cat.* 20. 2.
Nequior, *pejor*. 1. Rep. 1. 5.
Nequitur, *nequit*. Jug. 31. 8.
Tib. Nero. Cat. 50. 4.
Neu & neve. *Cat.* 51. 43.
Neve & ne. *Cat.* 34. 2.
Neutrum Pronomen de tota Oratione. Cat. 5. 6. *Jug.* 4. 4.
. *Neutra Univerſalitatem notant*.
quaecumque poſſent parare. *Jug.* 13. 6.
ex neceſſariis adverſa facta. *Jug.* 14. 16.
Nicomedes. 4. Hiſt. Mithr. 9.
Nihil intentus. *Cat.* 16. 5.
opus eſt. *Jug.* 31. 6.
minus, quam vim expectare. *Jug.* 14. 11.
Nihilo ſegnius. *Jug.* 75. 10.
Nimius animi. 4. *Hiſt.* p. 835.
Niſi frumento, omnibus ſarcinis. *Jug.* 75. 2.
forte. *Cat.* 20. 17. *Jug.* 3. 4.
cum Indicat. Cat. 20. 5. *Jug.* 31. 22.

pro

Digitized by Google

pro Non niſi. *Jug.* 54. 5.
tamen intellego. *Jug.* 24. 5.
Niti, contendere *abſolute*. Cat. 11. 2.
contra. *Cat.* 38. 2.
ſumma ope. *ibid.*
Nobilitas oppon. *Senatui.* Cat. 38. 2.
Nobilitate animi impulſus. *Cat.* 49. 4.
Alii mobilitate. *vide Jug.* 56. 5.
Nobiſcum una. *Cat.* 52. 10.
Noctes, dies. *Jug.* 23. 1.
Nocturna conſilia. *Cat.* 42. 2.
Nomen gloriamque ſibi addere. *Jug.* 18. 12.
& dignitas. 2. *Declam.* 6.
imperii. *Cat.* 2. 1. 6. 6.
inertiae imponere. *Jug.* 4. 3.
ex re inditum. *Jug.* 78. 1.
Latinum. *Cat.* 52. 24. *Jug.* 39. 2.
Romanum, memor nominis R. *Jug.* 58. 3.
. nomine milites adpellare. *Cat.* 59. 5.
ejus redditae litterae. *Cat.* 34. 3.
Numidae. *Jug.* 18. 11.
. hoc nomine, *hac cauſſa.* Cat. 35. 3.
. Nomina, *creditores* & *debitores.* Cat. 35. 3.
. nominibus honeſtis. *Cat.* 38. 3.
Nomen Caſum Verbi retinet. 3. Hiſt. p. 833.
Non-ſed, *pro* Non tam-quam. *Jug.* 14. 23.
Nonne. Jug. 31. 17.
Non modo non. Jug. 33. 4.
mihi crudelis. *Cat.* 51. 17.
agitur de vectigalibus; libertas *est.* Cat. 52. 6.
dignus, idoneus. *Cat.* 35. 3. 51. 27.
ullus. *Cat.* 7. 5.
Noſtra, qui; Veſtra, qui. *Cat.* 33. 1.
& veſtra *confuſa.* Cat. 33. 2.
. noſtri miſereri. *Jug.* 14. 17.
. noſtrum mare. *Jug.* 18. 4.
Notus, *in malam partem.* 2. Decl. 28.
Novae res. *Cat.* 28. 4. & paſſim.
. *Novus homo.* Cat. 23. 6.
. novum conſilium, *de poena conjuratorum.* Cat. 51. 8. *Cicero pro domo cap.* 5. Utrum cauſſa *novi* capiendi *conſilii* non fuit?
Novandis rebus ſpes oblata. *Cat.* 39. 3. n.
Novitas ſceleris. *Cat.* 4. 4.
Nox diremit praelium. *Jug.* 60. 8.
. noctis partes. *Cat.* 27. 3.
Noxius. *Jug.* 42. 1.
Nuda gignentium. *Jug.* 79. 6.
Nulla ſunt. 1. *Hiſt. Lepid.* 9.
. nulli, *nullius.* Cat. 29. 3.
. nullo, *nulli.* Jug. 97. 3.
. nullus pater, nulli majores. 4. *Hiſt. Mithr.* 17.
Numen divinum. 2. *Rep.* 12. 7.
Numquam. *Cat.* 8. 5.
Numerare in gloria. 1. *Hiſt. Lepid.* 19.
NUMERUS.
Cyrus *in Aſia*, *in Graecia* Lacedaemonii, *Cat.* 2. 2. 5. 4. 9. 1. *Jug.* 67. 3. 92. 7.
incerta, certa. *Cat.* 41. 2.
me merito. *Jug.* 4. 4.
que, quae. *Cat.* 3. 5. *Jug.* 85. 47.
antea, *non ſequitur* nunc. *Jug.* 4. 7. *vide* Ellipſ.
In Oppoſitione non totidem verba. Cat. 5. 9.
Deficit in altero membro vocabulum. Cat. 12. 5. 61. 2. *Jug.* 37. 4. 1. *Hiſt. Lepid.* 2.
Numerus rotundus. Jug. 31. 2.
Numero quinque. *Jug.* 93. 8.
. ex eo numero. *Cat.* 42. 3.
. ex ſuo numero. *Cat.* 32. 3.
Numidae, unde dicti. *Jug.* 18. 7.
Nunciare ex Senati decreto. *Jug.* 28. 3.
Nuncius venit in caſtra. *Cat.* 57. 1.
Nuſa, regina. 4. *Hiſt. Mithr.* 9.
Nutu deorum portenditur. *Jug.* 92. 2.

O

O *pro* e. *Cat.* 3. 3. *Jug.* 26. 2.
Ob rem facere. *Jug.* 31. 5.
Obedientia & ſecunda. *Jug.* 14. 19.
ventri. *Cat.* 1. 1.
Obſicere, *obeſſe*, *nocere.* Cat. 27. 4. 51. 2. 58. 1.
Objectare periculis. *Jug.* 7. 1.
Oblitus ſanguine gladius. *Jug.* 101. 6.
Obnoxius ex privatis negotiis. *Cat.* 48. 5.
fidusque. *Cat.* 14. 6.
inimicus. *Jug.* 31. 3.
Obſcuratum coelum nocte ac nubibus. *Jug.* 39. 5.
Obſcuro etiam tum lumine. *Jug.* 21. 2.
Obſequens, *obſcene.* 1. Decl. 5.
Obſervare & colere virum. *Jug.* 10. 8.
imperium. *Jug.* 80. 2.
ſigna, ordines. *Jug.* 51. 1.
Obſidere clauſum. *Jug.* 24. 7.
loca opportuna. *Cat.* 27. 2. *Tacitus* 15. *Ann. cap.* 11. 1. quamvis *obſeſſa* a Paeto itinera hinc peditatu, inde equite accepiſſet.
. obſidunt, *pro* obſident. *Cat.* 45. 2.
Obſidium. 4. *Hiſt. Mithr.* 14.
Obſtinatus animus. *Cat.* 36. 4.
Obſtrepere omnes. *Cat.* 31. 8.
Obtentui ſunt ſecundae res. 1. *Hiſt. Lepid.* 24.

Ob-

Digitized by Google

Obtinere provinciam. *Cat.* 18. 5.
regnum. *Jug.* 16. 2.
. Obtinet fama pleroſque. *Jug.* 17. 7.
pro ſocia nulla. *Jug.* 80. extr.
Obvenit provincia. *Jug.* 27. 4.
Obviam ire. *Jug.* 5. 1. *corruptum eſt in* obviare, *quod eſt deteriori aetati uſitatiſſimum.*
Obvii procedunt. *Jug.* 46. 5.
Occano, occanui. 1. *Hiſt.* p. 812.
Occaſionem pugnandi dare. *Cat.* 56. 4.
Occidit in praelio. *Cat.* 61. 7.
Occultum habere quid. *Cat.* 23. 4.
Occupare praeſidio. *Jug.* 50. 3.
Occurrere auxilio. *Jug.* 101. 10.
Occurſantes, *contra nitentes.* Jug. 85. 3.
Oceanum mare. *Jug.* 17. 5.
Ociſſime accedere. *Jug.* 25. 5.
Odio ſuo onerare aures. 1. *Decl.* 15.
Offenſus ſibi, *proprie.* Jug. 73. 2.
Omiſſa cura regere. 1. *Hiſt. Phil.* 3.
Omittere impunitum facinus. *Jug.* 31. 25.
inceptum, urbem. *Jug.* 93. 1. n.
Omnino non. *Jug.* 31. 17.
Omnis Gallia, Numidia. *Jug.* 13. 2.
mons. *Jug.* 92. 5.
. Omnia haec. *Jug.* 85. 4.
bona in ſpe habere. *Cat.* 31. 7.
. divina & humana Omnia. *Jug.* 5. 2. 31. 9.
. ſacra profanaque omnia. *Cat.* 11. 6.
. terra marique omnia exquirere. *Cat.* 13. 3.
. Omnium primum. *Cat.* 37. 5.
quisquam. *Jug.* 102. 7. *Cat.* 51. 2.
. Omnes homines. *Cat.* 1. 1. 51. 1.
Onerare promiſſis. *Jug.* 12. 3.
Oneri ſunt divitiae, anima. *Cat.* 2. 8. 10. 2.
Operae pretium eſt. *Cat.* 12. 3.
Opes Catilinae. *Cat.* 17. 1.
virium, ingenii. *Cat.* 1. 3.
L. *Opimius.* Jug. 16. 2.
Opinio, *bona & mala fama.* 2. Decl. 6.
. opinione celerius. *Jug.* 85. 3.
Opis quid aut ſpei. *Cat.* 21. 1.
Opperiri, *exſpectare.* Cat. 13. 3. *Jug.* 91. 3.
Opportunitates loci. *Jug.* 47. 2.
Opportunus injuriae. *Jug.* 20. 2.
Opprimere Ciceronem. *Cat.* 27. 4.
iram. *Jug.* 72. 1.
rempublicam. *Cat.* 16. 4.
Optanda aliis. *Cat.* 10. 2.
Optima & opportuna *confuſa.* Cat. 49. 3.
reip. *i. utiliſſima.* Jug. 85. 33.
. optimum factum, *alii*, factu. Cat. 32. 1.
armatum in primam aciem ſubduxit. *Cat.* 59. 3.
Optionem cujus facere. *Jug.* 79. 8.
Opulens civitas. *Jug.* 69. 3.
Opulentus agro viriſque. *Jug.* 16. 5.
armis viriſque. *Jug.* 57. 1.
Opere munita. *Jug.* 57. 1.
. pro opere conſiſtere. *Jug.* 92. 8.
Oratio accendit. *Cat.* 51. 10. Aeſchines in Timarch. p. 197. οὐχ' ὁ λόγος, ἀλλ' ὁ καιρὸς ὑμᾶς ἐξοργιεῖ. vide *Cat.* 20. 15.
Orator, *legatus.* Jug. 108. 1.
Oratum mitto. *Jug.* 24. 2.
Orbes faciunt milites. *Jug.* 97. 3.
Orbis terrarum diviſio. Jug. 17. 3.
Ordine atque recte. *Cat.* 51. 4.
Ordine egredi. *Jug.* 45. 2.
. ordines habere. *Iug.* 80. 2.
. ordinibus commutatis. *Iug.* 49. 6.
Oriens fluvius a meridie. *Iug.* 48. 3.
Origines, urbes matrices. *Iug.* 19. 1.
Ortus ex concubina. *Iug.* 5. 7.
Oſtendit quid facies loci. *Iug.* 49. 5.
Oſtentare formidinem, praemia. *Iug.* 23. 1.
praedam benigne. *Iug.* 68. 4.
Oſtentui, *pro* obtentui, ſimulationi. *Iugurth.* 46. 6.
eſſe ſcelerum. *Iug.* 24. 10.

P

Pabulum humi cibus. *Jug.* 18. 1.
Pacata. *Jug.* 32. 3.
Paciſci vitam ab illo. *Jug.* 26. 1.
Pactione provinciae. *Cat.* 26. 1.
. ſine ulla pactione. *Jug.* 62. 3.
. pactiones. *Jug.* 29. 3.
facere. *Jug.* 40. 1.
Palantes, vagi. *Iug.* 18. 2.
Par cum illo. *Jug.* 14. 9.
ſimiliſque. *Cat.* 14. 4.
. pares periculo. *Jug.* 57. 6.
Parare, *cum vi.* Cat. 32. 2. 6. 5.
auxilia deorum. *Cat.* 52. 29.
differere. *Jug.* 42. 5.
dolum. *Cat.* 28. 2.
pretio. *Jug.* 31. 11.
provincias inter ſe. *Jug.* 43. 1.
vim cui. *Cat.* 35. 5.
. parat proficiſci. *Jug.* 22. 1.
. parata, parta. 1. *Hiſt. Lepid.* 17.
. paratus dare. *Jug.* 46. 5.
intentuſque. *Jug.* 49. 3.
ſuffragiis. *Exſup.* c. 1.
Parcere ſumtui, modeſtiae. *Cat.* 14. 6.
dignitati Lentuli. Cat. 52. 33.
Parci domi Romani. Cat. 9. 2.
Parentes, *cognati.* *Jug.* 33. 4.
& patria. *Cat.* 6. 5.

Parere, parare. *Iug.*10.4.
Parere uſui, libidini. *Cat.*51.2.
Pariter cum occaſu ſolis. *Iug.*68.2.
exſpectant diverſas res. *Jug.*85.20.
Parium, oppidum. 4.*Hiſt. Mithr.*14.
Parricidae, *homicidae*. *Cat.*14.2.
patriae. *Cat.*31.8.
reip. *Cat.*51.25.
Pars, *coetus*, *factio*. 2. Declam.28.
alii. *Cat.* 2.1.61.8.
fructus. 3.*Hiſt. Macr.*18.
. parte magna die reliqua. *Jugurth.*97.3.
omittitur, dextra, tertia. *Jug.* 100.2.
. partes populi & ſenatus. *Jug.*41.1.
Parta amittere. *Jug.*31.17.
Particeps conſilii. *Iug.*71.3.
negotii. *Iug.*29.3.
Participium pro Gerund. vide *Enallag.*
Illius verbi, *cujus non debebat*. praeſidebat, exiſtimans; *pro* praeſidens exiſtimabat. *Cat.*57.2. *Iug.*18.10.
tranſgreſſus, *i. e.* quod tranſgreſſus erat. *Cat.*48.5.
Partim, *pro* partem. *Jug.*55.4.
ſemel poſitum. Cat.50.1. *Jug.*83.3.
Parum habere hoc feciſſe. *Jug.*31.9.
id facio. *Iug.* 88.30.
Paſſim. *Jug.*18.3.
Paſſiva Verba. abdicatus, *qui ſe abdicavit*; occaſus; *qui occidit*. Cat.47.3.
Patefactum claſſibus mare. 6.*Hiſt.* p.856.
Patent terrae, maria cuncta. *Cat.*10.1.36.4.
opportunitates loci. *Jugurth.* 47.2. *Exc.* 4. num.3.
. patens ſatis mons caſtello. *Jug.*92.5.
. patentes campi. *Jug.*101.11.
Paterae in ſacris. *Cat.*22.1.
Pati molliter aegritudinem. *Iug.* 82.2.
nihil languidi. *Jug.* 53.6.
. patiens inediae, navium. *Cat.*5.3.
Patientia. *Jug.*31.1.
Patrare bellum. *Jug.* 21.2.
conſilium. *Jug.*13.5.
facinus. *Cat.* 18.8.
Patres, ſenatores Romani. *Cat.*6.6.
Patria & parentes. *Cat.*6.5.
de Roma & imperantibus. *Jug.* 3.2.
Patria bona. *Cat.*14.2.
poteſtas. *Cat.*39.5.
. patrium regnum. *Jug.*24.6.
Patricius homo. Cat. 31.7.
Patrocinio uti. *Cat.*41.2.
Patroni provinciarum. ibid.
Pauci, pauci potentes. *Cat.* 20.7.
Pavere omnia. *Cat.*31.3.
Paullo, *non* paulo. *Cat.*18.3.
poſt paullo. *Iug.*106.3.
L. *Aemilius Paullus*. Cat.31.4.
Paupertas bonorata. Cat.12.1.
Pax, paces. *Jug.* 31.20.
. in Pace ſegnior virtus. *Cat.*2.5.
in Pectus verbum deſcendit. *Jug.*11.7.
Peculatus aerarii. *Jug.*31.26.
Pecuniae contemtus. Cat.11.3.
liberalis. *Cat.* 7.6.
pro *omnibus facultatibus*. Cat.51.43.
Pedes ipſe. *Cat.* 59.1.
Pedibus in ſententiam ire. *Cat.*50.4.
Pedites equitibus permixti. *Jug.*59.3.
Pellere ſedibus. *Jug.*41.8.
Penates, quomodo diff. a *lare famil.* Cat. 20. 11.
Penes illos ſunt beneficia veſtra. *Jug.*13.16.
Penis, pene bona patria lacerare. *Cat.* 14.2.
Penſi eſt cui. *Cat.* 52.34.
nihil habere. *Cat.* 5.6.
Per fidem violare. 1.*Hiſt. Phil.*15.
idem tempus. *Jug.*63.1.
illa tempora. *Cat.*38.3.
inducias, vigilias. *Cat.*51.6.
Laecam convocat. *Cat.*27.3.
liberos rogare. *Cat.*35.6.
montes iter facere. *Cat.*56.4. *Jug.*55.8.
negotia poſſe. *Jug.*64.3.
occaſionem. *Cat.*51.6.
ora incedere. *Jug.*31.10.
ſcelus, virtutem, libidinem. *Catil.* 12.5. 20.9.
ſe & per alios. *Cat.*39.6. *Cic.*5. *ad Att. ep.*9. Illud tamen memento curare *per te* & *per* omnis *noſtros*.
ſe, *ultro*, *ſponte*. Jug.96.2.
ſe ipſa clara. *Jug.*4.8.89.5.96.2.
ſeſe. *quantum in ſe*. Jug.33.3.
vos liberos; per ego te. *Jug.*14. extr.
Perculſa nobilitas. *Jug.*42.1.
. perculſis omnibus caede & incendio. *Cat.* 43.2.
Percunctari, percontari. *Cat.*40.2.
Percuſſus metu. *Cat.*6.4.
Perducere ad ſtudium ſui. *Jug.*80.3.
in ſenatum, & *praeciſe eodem ſenſu*. Cat.46.5. *Jug.*12.4. & 98.4.
Perfugarum poenae. *Jug.*56.2.
Perfugere & profugere. *Jug.*12.5.
Perfugium eſt mihi in quo. *Cat.*54.3.
Pergere adverſum hoſtes, in ſolitudines. *Jug.* 74.1.
iter maturant. *Jug.*79.5.
Periculum cui facere. *Cat.*33.1.
Perinde habentur, ut *cet.* Jug.4.8.
Perjurare, *pejerare*. 2. Declam.22.
Permanere in ſuis artibus. *Jug.*8.2.
Permaximus. *Latr.* c.21.

Permittere exercitum cui. *Cat.*59.4.
in exſilium cives. *Cat.*51.22.
. permittit, agant. *Cat*.45.1.
Permixti cum militibus. *Jug.*44.5.
Permixtio civilis. *Jug.*41.10.
ad Perniciem dolum quaerere. *Jug.*70.1.
Perpellere. *Jug.*38.2.
. perpulit pactione, ut. *Cat.*26.4.
Perſcribere planiciem caſtelli. *Jug.*93.4.
Perſequi, *dicere*. Jug.95.2.
factum (*poena*) *Cat.*52.4.
injuriam. *Cat.*9. extr. *Jug.* 14.23.
Perſes, rex. 4. Hiſt. Mithr.7.
Perſa *in MSS.* Cat.51.5.
Perſtringere leges. *Latr.* c.19.
Pertinet cura ad quem. *Exſup.* c.7.
eo oratio. *Cat.*51.10.
. pertinens in immenſum. *Jug.*48.3.
Perturbare, turbare. *Cat.*18.4. *Jug.*59.2.
Pes. pedibus aeger. *Cat.*59.4. *vide* Ped.
Peſſum dare. *Jug.*1.4.
Peſtilentia, *mores mali*. Cat.10.6.
Peſtis, *exitium*. Jug.106.3.
homo peſtifer. Jug.14.10.
Petere (*conſulatum*) Jug.64.1.
ad praedam, ad ſocietatem. 4. *Hiſt. Mithr.* 16.
conſulatum an omnibus licitum? Catil. 16.5.
fidem, fortunam cujus. *Iug.*14.5.
hoſtiliter. Jug.24.5. *Exc.* p.790.
poenas contumeliarum. *Jug.*65.3.
praemia. *Cat.* 21.1.
viros. *de muliere*. Cat.25.3.
Petitio (*conſulatus*) Cat.21.5.
Petrejus, legatus Antonii. *Cat.* 59.4.
Phalerae, ornamenta equitum. *Jug.* 85.29.
Philenon arae. Jug. 19.3.
Philippus, rex Maced. 4. *Hiſt. Mithr.* 5.
Phoenices. Jug.19.1.
Picenus ager. Cat.27.1.
Pietate templa decorare. *Cat.* 12.3.
Pignora dare cui. 2. *Declam.*28.
Pila omittunt. *Cat.*60.2.
C. *Piſo Calpurnius*. Cat.49.1.
Cn. Piſo. Cat.18.4. ſq.
Piſtorienſis ager. Cat.57.1.
Placet ſatis. *v.* Satis.
Placidius tractare. *Cat.* 39.2.
Placitum & placidum. *Jug.*81.1.
Plane, *plene*. Jug.49.5.
Plautia lege interrogatus. *Cat.*31.4.
Plebes, *plebs*. Cat.37.1.
agreſtis. 3. *Hiſt. Macr.* extr.
urbana. *Cat.* 37.4.
Plena dicendi genera.
ante praelium *factum*. Jug. 21.3.
concionibus *habitis*. Cat.43.1.
magno exercitu *comparato*. Jug.20.6.
maximis honoribus *uſus*. Catil. 49.2. *Jug.*66.4.
corrupta *tenetur*; victus *diſcedit*. Cat.3.4. *Jug.*110. extr.
comitia - quod *tempus* haud longe aberat. *vide*. Pronomen.
Plenus ſpei bonae. *Jug.* 113.2.
PLEONASMUS.
1. *Nominis*.
leges paratae, quibus *legibus*. Cat.51.40. *aliquoties ita* Porcius Latro adde *Jug.* 66. 2.
2. *Pronominis*.
Plebes, *ea* vero. *Cat.*37.4.
Oppreſſos, facile *eos*. Cat.40.1.
Eos pollicitos. *Cat.*40.6. 51.5.
Pulcherrimam *eam* nos haberemus. *Cat.* 52. 20.
3. *Conjunctionis*.
ſuaeque & liberorum aetatis. *Jug.*6.3.
Plerus, a, um. *Cat.*59.6.
Plerusque, aque, umque. *Jug.*54.9.
Pluralis Num. diſcordiae, quietes. *Cat.*9.2.
Pluris facere. *Cat.* 52.5.
Poenae victorum a victoribus. *Jug.* 76.6.
Poenicus, *Punicus*, Cat.51.6.
Poenitens conſilii. 1. *Hiſt.* p.810.
Pollens, potensque & clarus. *Jug.*1.3.
Polliceri bene, benigne. *Cat.*41.5.
maria monteſque. *Cat.* 23.3.
operam ſuam. *Cat.*28.1. 40.6.
Pollicitando multa. *Jug.*16.3.
Polluere & vaſtare omnia. *Jug.*41.9.
. polluere licentia. *Jug.*15.5.
POLYSYNDETON. ſeque remque p. *Cat.* 9.3.
illaque & domum & ſemet. *Jug.* 76.6. *adde* Pleonaſm. Conjunct.
Q. Pompejus Rufus. Cat. 30.5.
C. Pomptinus. Cat.45.1.
Ponderis (*levioris*) gratia. *Jug.*94.1.
Ponere, *dicere* poſita eſſe. *Jug.*17.3.
bellum conditionibus. *Jug.* 112.1.
imperatorem cui. *Jug.*24.7.
in gloriam. 1. *Declam.*7.
praemia. *Cat.* 20.14.
vigilias crebras. *Jug.*45.2.
Pontifex M. Cat. 49.2.
Popularis, *civis*. Jug.35.9.
ſceleris, *ſocius*. Cat.22.1.
Popularis ambitio. 2. *Declam.*9.
Populi & nationes. *Cat.*10.1.
Porcia lex. Cat.51.22.
Porrectus collis. *Iug.*49.1.
Porro, *continuat diverſa*. Jug.25.7.
autem. *Cat.*46.2.

Digitized by Google

Portae aedium. *Jug.* 12. 3.
Portare auxilia. *Cat.* 6. 5.
ſecum copias. *Jug.* 39. 4.
Portendunt *exta*, *dii*. Jug. 63. 1. 92. 2.
mutationes. *Iug.* 3. 2.
Portenta atque prodigia. *Cat.* 30. 2.
Portuoſus. *Jug.* 16. 5.
Poſſe facere, fieri. *Cat.* 51. 6.
. potuiſtis exſpectare, *exſpectaſtis*. Catilin. 58. 13.
. poſſunt non amplius. 3. *Hiſt. Macr.* 19.
. quam poſſum maximas. *Iug.* 13. 2.
. quam veriſſime potero. *Cat.* 4. 3.
. poſſe *omittitur*. Jug. 87. 4.
ex Poſſeſſionibus ſolvere. *Cat.* 35. 3.
Poſſidet lubido. *Cat.* 51. 3.
vide H. Stephan. 1. Schediaſm. 5.
Poſt inſidias Jugurthae. *Iug.* 55. 4. *Cat.* 5. 6.
magnitudinem nominis R. *Iug.* 5. 6.
dies 40. quam eo venerunt. *Jug.* 76. 5.
eum diem. *Cat.* 48. 3.
paullo *Jug.* 106. 3.
eſſe. *Cat.* 23. 7.
futuri. 1. *Hiſt. Lepid.* 6.
Poſtea, quam acceperat. *Jugurth.* 29. 3.
Poſteriores aliquanto ſe vident. *Jug.* 79. 6.
Poſtquam accipit, eſt, videt. *Cat.* 27. 2. *Iug.* 6. 2. 52. 6.
Poſtremus flagitioſorum. 1. *Hiſt. Phil.* 3.
ſervorum. 4. *Hiſt. Mithr.* 12.
. poſtrema meminere homines. *Cat.* 51. 15.
Potare & amare. *Cat.* 11. 6.
Potens pollenſque. *Iug.* 1. 3.
rerum. 1. *Rep.* 1. 5.
fama atque copiis. *Jug.* 14. 7.
Poteſtas vitae & necis. *Iug.* 14. 23.
magiſtratus. Jug. 63. 5.
tribunicia. *Jug.* 38. 1.
. poteſtatem amplius facere. *Cat.* 48. 6.
Potior uſu, ſpecie. *Jug.* 16. 5.
. potiora omnia fide I. rebatur. *Iug.* 26. 2.
Potiſſimus tentabat. *Jug.* 94. 2.
Potiri Adherbalis, urbis. *Cat.* 47. 2. *Jug.* 25. 10.
Praeacutae ſudes. *Cat.* 56. 3.
Praealta proxima terrae. *Jug.* 78. 2.
Praeceps abiit. *Cat.* 25. 4. *Jug.* 31. 6.
ad explendam animi cupidinem. *Jug.* 6. 3.
Praecepta *vocantur* exempla. *Jug.* 85. 34.
Praecipere, *antecapere*. 1. *Hiſt.* p. 812.
Praecipitans, *praecipitatus*. Jug. 14. 23. 41. 9.
Praeciſum utrimque iter. *Jug.* 92. 7.
Praeclarus bello. *Jug.* 39. 1.
Praeda vaſtare agrum. *Jug.* 55. 5.
. praedae fuerat victoria. *Cat.* 21. 4.
. praedam ſceleris fecit regnum. *Jug.* 14. 11.
Praedator. *Iug.* 44. 1.
Praedicare, *palam dicere*. Cat. 48. 9. *Jug.* 108. 3.
bene. *Jug.* 85. 27.
Praeditus imperio. *Cat.* 51. 12.
Praefectus auxiliorum. *Cat.* 59. 6.
Praeferre, *prae ſe ferre*. Latr. c. 17.
Praelium, *bellum*. Exſup. c. 3.
Praepedire, *impedire*. Jug. 28. 5.
Praepoſitiones diverſae, ad, in; ab, in *cet.* conjunctae. *Cat.* 40. 4. 57. 1. *Jug.* 8. 2. 23. 1. 97. 4.
geminatae, *per* ſe, aut *per* alios. *Cat.* 49. 1. *Jug.* 19. 8.
praeciſe poſitae, ultra, citra. *Cat.* 51. 20.
in Praeſens. *Cat.* 16. 3.
. praeſenti diligentia Coſ. *Cat.* 51. 19.
. praeſentia defendere. 1. *Hiſt.* p. 804.
Praeſidere in agro. *Cat.* 57. 2.
Praeſidio occupare. *Jug.* 50. 3.
. praeſidiis firmare. *Jug.* 23. 1.
. praeſidiis additis referre. *Cat.* 50. 4. *alii*, abditis. *Cic.* 1. *ad Attic. epiſt.* 16. *p.* 102. clamare praeclari Areopagitae, ſe non eſſe venturos, niſi *praeſidio* conſtituto. *pag.* 106. quid vos *praeſidium* a nobis poſtulabatis.
Praeſtabilius. *Jug.* 1. 2.
Praeſtare ceteris. *Cat.* 1. 1.
pacem. 1. *Hiſt. Phil.* 2.
. praeſtat multo. *Jug.* 31. 28.
Praeſens tempus, pro *certo Futuro*. moriens, me habere. *Jug.* 14. 1.
Praeter, *adverb.* Cat. 36. 2.
Praeterea, *de perſonis*. Cat. 37. 1.
an praeteriti temporis? Jug. 19. 5.
multa, multaque praeterea. *Cat.* 22. 3.
Praetor exercitus. Cat. 59. 6.
. *Praetorum in provincia officium*. Cat. 30. 5.
Praetoria cohors. Cat. 60. 5.
Praetorium. Jug. 8. 2.
Praetura & Conſulatus. Jug. 4. 8.
Pravum *quid*, *quando cum* malo *jungitur*. Cat. 5. 1.
Pretium (*operae*) fore ratus. *Iug.* 81. 3.
. pretii pluris coquus. *Iug.* 85. 39.
. pretio impellere. *Cat.* 49. 1.
Primipili centurio. Jug. 38. 6.
Primus & optimus *confuſa*. Jug. 102. 5.
. prima habere, *praecipua*. Cat. 36. 4. *Iug.* 76. 6. 84. 2.
. prima ad Catabathmon Cyrene. *Iug.* 19. 3.
. primo concurſu. *Iug.* 74. 3.
. in primo, *in prima parte cet.* Jug. 68. 4.
. primum omnium. *Jug.* 85. 45.
. primum & plurimum *confuſa*. Cat. 17. 2.
Princeps ſenatus. Jug. 25. 4.
legationis. Jug. 16. 2.

Digitized by Google

belli faciundi. *Cat.* 24. 2.
civitatis. *Cat.*40. 2.
Principia in acie. *Iug.*49.6.
Prior, *qui praeſtat*. Jug. 96.3.
Priores numero. *Jug.* 50.6.
Privatum relinquere. *Iug.*5.7.
Pro, *loco τῶ* proh. *Cat.*20. 10.
Pro bono facere. *Iug.* 22.4.
caſtris. *Iug.* 59. 1.
caſu meo. *Cat.* 35. 4.
certo creditur. *Cat.*15.2.
Pro conſilio imperare. *Iug.* 29.6.
curia. *Cat.*18.8.
magnitudine parum compertum. *Catilin.* 22.4.
imperii. *Jug.* 14. 16.
maximis celebrare. *Cat.*8.3.
milite. 6. *Hiſt.* p.855.
Praetore. Jug.37.3.
tectis aedificiorum. *Jug.*67.1.
tempore. *Jug.* 49.6.
atque periculo. *Cat.*30.5.
victore agere. *Jug.*98.6.
Proba, *caſta*. *Cat.*25.2.
Probri gratia. *Cat.*23.1.
. probro haberi. *Cat.*12.1.
Procax ſermo. *Cat.* 25. 5.
Procedere cum exercitu. *Iug.*46.5.
obvium. *Jug.* 46. 5.
. procedunt benefacta reip. *Jug.*85.5.
vineae. *Jug.* 92.8.
. procedit magis. *Cat.*1.5.
parum. *Jug.* 35. 4.
bellum. *Jug.*61.3.
. proceſſit multum noctis. *Iug.*21.2.
Procul eſſe, abeſſe. *Cat.*19. 2.
urbe. *Jug.*89.7.
Procuratio regni & jus regni. *Jug.*14.1.
Prodere fidem. *Cat.*25.3.
remp. *Jug.*31.18.
. prodita, perdita *confuſa*. ibid.
Prodigia & portenta. *Cat.*30.2.
Producunt *tribuni pl. in concionem*. *Iugurth.* 33.4.
de Profectione fatigantem. *Jug.*73.2.
Profectus, *de initio itineris*. Jug.102.1.
Profiteri, *de candidatis*. *Cat.*18.3.
indicium. *Jug.*35.6.
Profugere ex urbe. *Cat.*46.4.
ex praelio in provinciam. *Jugurth.* 13.4.
Profunda avaritia, gula. *Jug.* 81.1.
Profundere divitias. *Cat.*20.11.
Profuſus. *Cat.*5.4.
Prohibere janua. *Catilin.*28.1.
Projicere ad bellum. 3. *Hiſt. Pomp.*1.
Proinde, perinde. *Cat.*12.5.

Prolatare dies. *Cat.*43.3.
PROLEPSIS *quaedam* in his:
in loca, alius alio conceſſere. *Jugurt.* 12.2.
coepere nobilitas—populus. *Jugurth.* 41.5.
duabus his artibus, audacia-aequitate. *Cat.*9.3.
Promittere ſe factis fortibus. *Exſup.* c. 1.
Promta audacia. *Cat.*32.2.
. promtus manu. *Cat.*43.4.
. promtum in lingua habere. *Cat.* 10.5.
. promtior lingua, quam manu. *Iug.*44.1.
in Promtu habere. *Cat.*7.1.
Promulgat rogationem. *Iug.*40.1.
Prona pecora. *Cat.*1. 1.
Pronomen.
1. *Poſſeſſiv.* Paſſive. incendium meum: injuriae ſuae. *cet.* Cat. 31. extr. 51. 11. *Iug.* 14. 8.
2. *Demonſtrat.* & *Relat.*
ad rem refertur, non ad voces. Jug.17.4.
ſequenti Nomini aptatur. eas divitias exiſtimant; hic labor eſt. *Cat.* 7.6. *Iug.* 19.3. 31.15.
contra morem. Caeſar - ubi ad eum ventum, ita diſſeruit. *Cat.* 50. extr.
ei aliud Nomen illuſtrationis gratia additur.
reges - id *nomen* imperii. *Catil.* 2. 1.
imperium - ea bene *parta*. *Cat.* 51. 42.
latitudinem - quem *locum*. Jugurt. 17.4.
arae - quem *finem*. Jug.19.3.
comitia - quod *tempus*. Jug. 36. 1.
ea modo - quibus *modis*. Jug.11.8.
narravit - ea *res*. Cat. 43. 5. *quod frequentiſſimum*.
declarantur - quod *factum*. Catilin. 24. 1.
obviam itum - quae *contentio*. Jug. 5. 1.
hiemandi gratia - id *tempus*. Jug. 61. 3.
adde 3. Hiſt. Macr. 14.
Eo referas.
tanta cura, quanto *ſtudio*. Jug.1.5.
Nota: *Collegi haec, quod viderem offendiculo quaedam eorum fuiſſe magnis viris. Vulgus eadem miratur in Criſpo brevitatis ſtudioſo; non vero docti. Nihil enim ſuperfluum in talibus formulis. adſtri-* *ctiſ-*

Digitized by Google

tliſſime potius ita effert, quod alii tota oratione explanaſſent.
in Propatulo habere pudicitiam. *Cat.* 13. 3.
Prope diem. *Cat.* 32. 2.
eſt ab. 1. *Hiſt. Phil.* 10.
jam. *Jug.* 93. 3.
Properare quid. *Jug.* 37. 4.
Propinquus fluminis. *Jug.* 48. 4.
Propius virtutem. *Cat.* 11. 1. *Jug.* 49. 1.
Proponere praemia, quae conditio. *Cat.* 21. 1.
Propraetor, *rectius* pro Praetore. *Cat.* 19. 1.
Propter aquilam adſiſtere. *Cat.* 59. 3.
Proripere ſe domum. *Cat.* 32. 1.
Prorſus, *certe*, *in ſumma*. Cat. 25. 5.
Proſapia. *Jug.* 85. 10.
Proſcriptio. Cat. 21. 2.
Proſpectare praelium. *Jug.* 60. 3.
Protelare, *quid?* Cat. 43. 3.
Proveniunt ingenia. *Cat.* 8. 3.
Providere. 1. *Hiſt. Lepid.* 1.
ne accidat. *Cat.* 52. 4.
. proviſa omnia ſuis. *Jug.* 49. 2.
Providentia timida. *Jug.* 7. 5.
Provincia, Africa Carthagin. *Jug.* 13. 4.
Proximus, intervallo longiore. *Jug.* 75. 6.
regis. *Jug.* 80. 3.
. proximi familiaresque. *Cat.* 14. 3.
. proxime Carthaginem. *Jug.* 18. 11.
Prudens, *gnarus*. Jug. 49. 2. 1. *Hiſt.* p. 811.
ſapiens. *Cat.* 8. 5.
Pſallere. *Cat.* 25. 2.
Publicani, equites. *Jug.* 65. 4.
Publicare pecunias. *Cat.* 51. 43.
Publice privatimque rapere. *Cat.* 11. 6.
Pudicitiam in propatulo habere. *Cat.* 13. 3.
Pudor, *moderatio*. Cat. 3. 3.
& pudicitia. *Cat.* 12. 2.
. pudore coercere. *Jug.* 100. 5.
Pugnando capere. *Cat.* 7. 7.
. pugnans cecidit. *Cat.* 60. 6.
Pugnam facere. *Jug.* 56. 4.
Pulchra reſp. *Cat.* 5. 9.
quomodo ſaepius P. Latro.
Pulvinus. Jug. 71. 4.
Pulvis militaris. *Jug.* 85. 41.
index adventantis hoſtis. *Jug.* 53. 1.
Punica fides. *Jug.* 108. 3.
Putare ſecum. *Jug.* 13. 5.
maximum bon. in celeritate. *Cat.* 43. 4.
in eo auxilium. *Jug.* 53. 3.

Q

Qua deſcenſus erat. *Cat.* 57. 2.
nox coegerat, ſedes habebant. *Jug.* 18. 2.
pergebat. *Jug.* 20. 8.
Quacumque. *Jug.* 46. 7.
Quadratum agmen. Jug. 100. 1.
Quaerere, *niti*. Cat. 33. 5.
deſiderare, *indigere*. Jug. 85. 11. 98. 3.
ſtudere. Cat. 51. 6.
quid, *pro* de qua re. *Jug.* 31. 26.
gratiam conviviis. *Jug.* 4. 3.
Quaeſitiſſimae epulae. 2. *Hiſt.* p. 818.
Quaeſitor. Jug. 40. 4.
Quaeſo, quaeſivi. 1. *Hiſt.* p. 803.
Quaeſtiones. Jug. 31. 7.
Quaeſtum corpore facere. *Cat.* 24. 3.
Quam ludibrio fueritis. *Jug.* 31. 2.
quisque peſſime-tam maxime. *Jug.* 31. 14.
veriſſime potero. *Cat.* 4. 3.
copulat eoſdem Caſus. ſe nihil amplius ſcire, quam legatos. *Cat.* 47. 1. *adde* Jug. 87. 4.
negat. omnia potius, quam *cet.* Cat. 14. 7.
. poſt dies-quam eo ventum. *Jug.* 76. 5.
Quam plures, complures. *Cat.* 19. 2.
Quam vis, quam vultis. 3. *Hiſt. Macr.* 20.
Quando, *cum*, *quoniam*. Jug. 102. 9.
Quantum-tanto. *Jug.* 85. 22.
importunitatis habent. *Jug.* 31. 22.
in vobis. 3. *Hiſt. Pomp.* 1.
. in quantum. *Jug.* 85. 22.
Quaſi duum millium intervallo. *Jug.* 50. 3.
Quatenus, *ut*. Latr. *c.* 8.
Que *ante* &, *pro* &. *Jug.* 6. 3.
priori membro addis ſequior aetas. Jug. 62. 9.
Queri multa. *Cat.* 27. 3.
. queror praemia. 1. *Hiſt. Lepid.* 16.
Qui convenit, qui fit. *Cat.* 51. 24.
Qui & quis confuſa. *Cat.* 44. 5.
quia. 1. Hiſt. Lepid. 16.
ut. Cat. 48. 4.
conſcii fuerant. *Cat.* 37. 1. 39. 4. *cet.*
. cujus. *vide* Cujus.
Quia, *in ſecundo membro omiſſum*. Jug. 5. 1.
cum Subjunctivo. Cat. 18. 3.
Quid ea memorem. *Cat.* 13. 1.
opus, quid ſim auctor. *Cat.* 46. 2.
Quid aut qua de cauſſa conſilii habuiſſent. *Cat.* 47. 1. *Exc.* 5.

Quidquam, *omiſſum.* Jug. 22. 2.
Quietes, ebrietates. *Cat.* 15. 4.
Quieta movere. *Cat.* 21. 1.
. quietus, *medius.* 1. Rep. 2. 5.
Quin, *quod non.* Cat. 35. 3.
igitur expergiſcimini. *Cat.* 20. 14.
Quinctus, quintus. *Jug.* 24. 3.
Quirites. *Jug.* 31. 1.
Quis, qua; *aliquis, aliqua.* Jug. 8. 2.
Quis, *quibus, non* queis. *Jug.* 80. 5.
Quispiam. *Jug.* 45. 2.
Quisque, *quisquam.* Cat. 5. 3.
quivis. Cat. 17. 7.
coepere, ſervierunt, forent, *cet.* Cat. 7. 1. 37. 6. *Jug.* 58. 2. 75. 5.
. ſibi quisque petentibus. *Jug.* 18. 3.
Quo, *qua.* Jug. 24. 8.
quoniam. Jug. 32. 5.
cujusque animus fert, eo. *Jug.* 54. 4.
propter quod. Cat. 1. 3.
. non quo, ſed uti. *Cat.* 34. 2.
. opportuna habes, quo facilius, *cet.* Jug. 102. 10.
Quoquo modo. *Jug.* 60. 7.
Quoad, *tamdiu, donec.* Jug. 41. 9.
Quod, *pro* quae. *Cat.* 40. 5.
pro qui. *Cat.* 49. 2.
quia, omiſſum. *Cat.* 9. 5. *Jug.* 5. 1.
& quo *confuſa.* Jug. 22. 3. 31. 17.
ni, quod ſi. *Cat.* 18. 8.
utinam. *Jug.* 14. 21.
Quoque, *& quo.* Cat. 23. 4.
Quotidie, *non* cotidie. *Cat.* 14. 4.

R

Rabies, *furor civilis.* 1. Hiſt. Lepid. 19.
de petulantioribus verbis. 2. Decl. 13.
Radices montium. *Cat.* 57. 3.
Rapere virgines, pueros. *Cat.* 51. 9. *Juſtin.* 21. 2. 10. conjuges principum ad ſtuprum *rapi* jubebat.
. rapit animus ad ſcelus. *Jug.* 25. 7.
Ratio *&* oratio *confuſa.* Jug. 22. 2.
. rationes belli trahere. *Jug.* 97. 2.
. rationes meae poſtulant. *Cat.* 44. 5.
Re, *pro* De, *aut otioſum in Compoſitis*, redeo, refulgeo, *cet.* Jug. 4. 9.
Recipere, *i. accipere* quem accurate. *Jug.* 16. 3
in amicitiam. *Jug.* 5. 4.
remp. armis. *Cat.* 11. 4.
ſeſe in unum. *Jug.* 50. 5.
Recitare litteras in ſenatu. Cat. 34. 3.
Recognoſcere. 2. *Decl.* 3.
Rector humani generis. *Jug.* 2. 3.
Reddere urbem legibus. *Exſup.* c. 5.
Redeo, *pro* venio. *Jug.* 4. 9.
Redimere flagitium. *Cat.* 14. 2.
moram belli. *Jug.* 29. 3.
Redundatio. *Latr.* c. 3.
Referre, *deferre.* Jug. 12. 6.
ad Senatum. *Cat.* 29. 1.
reprimere, retinere. *Latr.* c. 34.
Reficere arma, tela. *Jug.* 66. 1.
ſaucios. *Jug.* 54. 1.
Reges primi in terris imperantes. Cat. 2. 1.
atque populi. *Cat.* 51. 4.
. *Regibus ſuſpecti boni.* Cat. 7. 2.
Regia ſuperbia. *Jug.* 64. 5.
Regiminis, quod vocant, *mutatio.* Huic quia bonae artes deſunt-dolis contendit. *pro* Hic, quia illi *cet.* Cat. 11. 2. *vide* Jug. 31. 22. & 93. 7.
Regio *&* Religio *confuſa.* Latr. c. 5.
Reguli conveniunt in unum. *Jug.* 11. 2.
Religioſiſſimi Romani veteres. Cat. 12. 3.
Relinquo, *Perfect.* relinqui. *Cat.* 5. 9.
privatum. *Jug.* 5. 7.
in Reliquum. *Jug.* 42. 4.
. reliquum nihil facere. *Jug.* 76. 4.
. reliqua pars decima. *Jug.* 97. 3.
. reliqui nihil facere. *Cat.* 11. 6. 28. 4.
Remanere, *omiſſum.* *Jug.* 58. 5.
Remedium miſeriis mortem exſpectare. *Cat.* 40. 3.
Remittere injuriam. 3. *Hiſt. Macr.* 22.
pugnam. *Jug.* 60. 3.
tela. *Jug.* 58. 3.
. remiſſi nihil pati. *Jug.* 53. 6.
Renonibus Galli tecti. 6. *Hiſt.* p. 851.
Renovare bellum. *Jug.* 36. 1.
praelium. *Jug.* 51. 5.
Renunculus. 2. *Hiſt.* p. 818.
Repente gaudium exortum. *Jug.* 53. 8.
Repetere beneficium. *Jug.* 96. 2.
debitum. *Jug.* 85. 37.
res. 3. *Hiſt. Macr.* 17.
ſupra. *Cat.* 5. 9.
Repetundarum reus. *Cat.* 18. 3.
Repudiare ſervos. *Cat.* 44. 6.
Reputare ſecum. *Jug.* 13. 5. 62. 9.
Requieſcere ex miſeriis. *Cat.* 4. 1.
noctu. *Jug.* 72. 2.
Requirere quem. *Cat.* 40. 1.
Res fidesque in manibus. *Jug.* 73. 6.
expediet cetera. *Cat.* 20. 10.
Romana. *Cat.* 6. 3.
& ſpes. *Cat.* 20. 12.
ea, *pro* id, *poſt Neutrum.* Cat. 40. 4.
& Rex *permutata.* *Jug.* 13. 4.
. quod res habet, quod res eſt. *Cat.* 51. 20. *Jug.* 69. 1.

ejus

Digitized by Google

; ejus rei impunitatem promittebant. *Cat.* 30. 6.
. rem gerere. *Jug.* 58. 4.
. in rem fore credens. *Cat.* 20. 1.
. re cognita fides. *Cat.* 35. 1.
. ex re aeſtumare. *Cat.* 10. 5. *Jug.* 85. 12.
nomen. *Jug.* 78. 1.
. rerum honeſtarum o. egens. *Jug.* 14. 17.
humanarum ſpectaculum. *Jug.* 14. 23.
malarum audacia. *Cat.* 52. 11.
Reſcindere decreta. *Jug.* 11. 5.
Reſederunt omnia pace & otio. 2. *Decl.* 15.
Reſpondit, *omiſſum.* Cat. 34. 1.
Reſpondent haruſpices. *Cat.* 47. 2.
Reſp. venalis fuit. *Jug.* 31. 25.
. contra remp. facere. *Cat.* 50. 3. 51. extr.
. rerump. cura. *Jug.* 3. 1.
Reſtare, *reſiſtere.* 1. Hiſt. p. 812.
ac propulſare. *Jug.* 51. 1.
Reſtinguere incendium ruina. *Cat.* 31. 9.
Reſtituere ordines. *Jug.* 51. 3.
Retinere, quae amplexamini. *Cat.* 52. 5.
animam. *Jug.* 31. 10.
in bonis artibus. *Jug.* 41. 2.
morari, tenere euntem. *Jug.* 79. 6.
Retractare, ſeſe retrahere. 1. *Hiſt. Phil.* 3.
Retractus ex itinere. *Cat.* 39. 5. 47. extr.
Revocare beneficium. *Exſup.* c. 7.
ex praelio. *Cat.* 9. 4.
Rex ab Senatu qui adpellatus. *Jug.* 65. 2.
eſt, qui impune quaelibet facit. *Jug.* 31. 26.
cognomen Marciorum. Cat. 30. 3.
Rhegium, urbs Italiae & promontorium. *Jug.* 28. 5.
Rhodiorum civitas. Cat. 51. 5.
Rogare magiſtratus. *Jug.* 29. 7.
ſententiam. *Cat.* 52. 1.
Rogatio. Jug. 32. 5.
Rogitare, *praeciſe.* Cat. 31. 3.
Roma regina, dea. Romani imperatores gentium. *Jug.* 31. 20.
. Romae mittere, *pro* Romam. *Jug.* 21. 3.
Romana verba de aliis gentibus. Jug. 12. 3.
Romanus (*imperator*) Jug. 56. 1.
. Romana urbs. *Cat.* 18. 8. 1. *Rep.* 5. 2.
Romulus, *per Antonomas.* 1. Hiſt. Lepid. 5.
Rudimentum ponere. 2. *Decl.* 3.
Rudis (*bello*) Jug. 49. 2.
Ruina reſtinguam incendium. *Cat.* 31. 9.
Rumor clemens. *Jug.* 22. 2.
Rurſum, rurſus. *Jug.* 69. 1.
Ruſticari. *Latr.* c. 17.
Rutilius, legatus Metelli. *Jug.* 50. 1.

S

S & X *permutata.* Jug. 13. 4.
Sacerdotia Rom. Cat. 21. 2.
Sacra profanaque omnia. *Cat.* 11. 6.
Sacrilegi. *Cat.* 14. 2.
L. Saenius. Cat. 30. 1.
Saepe & ſemper *confuſa.* Cat. 20. 14.
numero. *Cat.* 52. 7.
Saevior poena, ſeverior. *Cat.* 51. 15.
Saevire ventis coepit mare. *Jug.* 78. 3.
. ſaevit fortuna. *Cat.* 10. 1.
Saeviſſimis Numidis. *Jug.* 67. 3.
Saevitia hoſtium. *Jug.* 7. 2.
temporis. *Jug.* 37. 4.
Sagittarii. Jug. 46. 7.
Sal, irritamentum gulae. *Jug.* 89. 7.
Saltare, *quod licitum?* Cat. 25. 2.
Satin ſalve? 6. *Hiſt.* p. 851.
Salutare plebem. *Jug.* 4. 3.
. *Salutantium tempus.* Cat. 28. 1.
Salutem, *formula epiſtolaris.* Cat. 35. 1.
quaerere dedecore. *Jug.* 39. 1.
Samnites, Sannites, Sannates. Cat. 51. 38.
Samothracia ſacra. 4. *Hiſt. Mithr.* 7.
Sanctus vir. *Jug.* 85. 40.
Sane, *plane.* Latr. c. 7.
. ſint ſane. *Cat.* 52. 12.
Sanguis humani corporis. *Cat.* 22. 1.
Sarcinas colligere. *Jug.* 97. 4.
Satellites. 1. *Hiſt. Lepid.* 2.
Satias facta. 3. *Hiſt.* p. 822.
Satietas tenet. *Jug.* 31. 19.
Satis habere. *Jug.* 31. 20.
ſuperque ea eſt. *Jug.* 75. 7.
placet. *Cat.* 2. 2.
pro Adjectivo. Cat. 58. 9. *Jug.* 102. 7.
Satisfactio, *excuſatio.* Cat. 35. 2. *Exc.* 5. p. 336. ſeq.
per Saturam ſententias exquirere. *Jug.* 29. 5.
Saturnalia. *Latr.* c. 17.
Sciens locorum. *Jug.* 85. 45.
Scilicet, *liquido, certo.* Jug. 31. 19.
cum Infinitivo. Jug. 115. 3.
P. Scipio Naſica. Jug. 27. 3.
Scite convivium exornare. *Jug.* 85. 39.
Scito conſilio. *Cat.* 45. 3.
Scorpio, *machina militaris.* 3. Hiſt. p. 834.
Scriba *Cornelius.* 1. Hiſt. Lepid. 17. 3. Hiſt. p. 834.
Scribere heredem ſecundum. *Jug.* 65. 1.
milites. *Jug.* 43. 3.
Scrinium cum litteris. *Cat.* 46. 6.
Se dicebat indicaturum. *Cat.* 48. 3.

Se

Digitized by Google

Se penetrare, propinquare. 4. *Hiſt.* p. 844.
Se praeſtare ſtudent. *Cat.* 1. 1.
pro illum. *Jug.* 102. 14.
Seceſſiones plebis. Cat. 33. 3.
Secius nihil. *Jug.* 75. 10.
Secunda omnia & obedientia. *Jug.* 14. 19.
. ſecundo mari. *Jug.* 19. 3.
Secundum ea. *Jug.* 14. 3.
Secus procedit. *Jug.* 25. 10.
Secus virile. 2. *Hiſt.* p. 817.
Sed, *poſt* non *omiſſum.* Jug. 21. 2. 33. 4.
continuat. Jug. 42. 3. *Cat.* 43. 2.
pro ſed etiam. *Cat.* 18. 7.
tamen. *Cat.* 61. 2.
Sedent tumuli. 6. *Hiſt.* p. 852.
Seditioſi magiſtratus. Jug. 73. 5.
Segnius nihilo. *Jug.* 75. 10.
Seleucia. 4. Hiſt. Mithr. 19.
Sellam juxta ponere. *Jug.* 65. 2.
Senatus & populus R. *Jug.* 9. 2.
. ſenati, *ſenatus.* Cat. 30. 3.
. ſenati conſultus. *Cat.* 42. 3.
Senecto corpore. 4. *Hiſt.* p. 835.
Senes ſapientes. Cat. 6. 6.
Seneſcunt omnia. *Jug.* 35. 3.
Sententiae quo ordine dictae. Cat. 50. 4.
. ex ſententia. *Jug.* 43. 5.
Sicuti in ſentinam confluxit. *Jug.* 37. 5.
Sentire contra remp. *Cat.* 26. 4.
Sequi inertiam. *Cat.* 52. 22.
morem alterius. *Jug.* 32. 2.
naturam corporis. *Jug.* 2. 1.
ſpes honeſtas. *Cat.* 35. 4.
. ſequitur gloria. *Cat.* 3. 2. 12. 1. 54. extr.
Serere bellum. 1. *Hiſt. Phil.* 7.
Servi militum. Jug. 45. 2.
Servilia alimenta. 1. *Hiſt. Lepid.* 11.
officia. *Cat.* 4. 1.
Servire voluptatibus. *Cat.* 52. 23.
Servitia, *ſervi,* & ſervitium. *Cat.* 24. 3. & *Exc.* p. 342.
Servitium, *ſervitus.* Jug. 62. 9.
Jugurthae. *Jug.* 94. 4.
Seſtertia centum, ducenta. *Cat.* 30. 6.
Sextius, quaeſtor Beſtiae. *Jug.* 29. 4.
Si, *de re certa.* Jug. 24. 10.
pro an. *Jug.* 47. 2. *Exc.* 4.
pro etiamſi. *Jug.* 85. 48.
pro ſin. *Cat.* 52. 16. 58. 10.
pro quod, ſi quidem. 2. *Decl.* 16.
poſt in eos. *Jug.* 65. 2.
cum Indicativo. 3. *Hiſt. Macr.* 11. 4. *Hiſt. Mithr.* 2.
Sibi, *pro* ipſi. *Latr.* c. 4.
Sibyllini libri. Cat. 47. 2.
Sicca, oppidum. *Jug.* 56. 3.
Sicilia juncta quondam Italiae. 6. Hiſt. p. 854.
Sicinnius. 3. *Hiſt. Macr.* 8.
Sicuti praeceptum, juſſum erat. *Jug.* 12. 6.
Signa, *ipſi milites.* Cat. 59. 2.
canere jubet. *Cat.* 59. 1.
ſequi. *Jug.* 80. 2.
relinquere. *Cat.* 9. 4.
ſtatuae. Cat. 11. 6.
litteris impreſſa. *Cat.* 47. 3.
Signare jusjurandum. *Cat.* 44. 1.
Signatores falſi. *Cat.* 16. 2.
Signum, teſſera & tuba. *Jug.* 97. 4.
D. Junius Silanus. *Cat.* 50. 4.
M. Jun. Silanus. *Jug.* 43. 1.
Silentio tranſire vitam. *Cat.* 1. 1.
Similis ac par. *Cat.* 14. 4.
Simul, *pro* &. *Jug.* 4. 2.
&. *Jug.* 20. 1. 64. 5.
ſemel poſitum. Jug. 47. 2. *Excurſ.* 4. n. 4.
ſimul; ſimul, &. *Cat.* 19. 2. *Jug.* 70. 5.
una &. *Jug.* 97. 4.
abundat. Cat. 2. 5.
pro ſimul ac. *Cat.* 7. 4.
cum anima. *Cat.* 33. 4.
duodecim loca. *Cat.* 43. 2. *Jug.* 20. 3. 42. 2.
Simulare ac diſſimulare. *Cat.* 5. 4.
Simultas, *quid.* Cat. 9. 4.
Sin, *eadem verba non repetit.* Jug. 1. 4.
Singulatim, *non* ſigillatim. *Cat.* 49. 4.
Siniſtri montes. *Cat.* 59. 2.
P. Sittius Nucerinus. Cat. 21. 3.
Situs, *poſitus.* Jug. 37. 4.
Sive & ſeu *ſeſe excipiunt.* Cat. 31. 6.
Socia, *uxor.* Jug. 80. extr.
ad Societatem belli impellere. *Cat.* 40. 1.
per Societatem periculi tegere. *Cat.* 48. 7.
Socius conſiliorum. *Jug.* 29. 2.
. *Socii nomenque Latinum.* *Jug.* 39. 2.
. *Sociis auxilio ſunt Romani.* Cat. 6. 5.
Sola loca, *deſerta.* *Jug.* 103. 1.
. ſolus, *deſertus, inops.* *Jug.* 14. 17.
Soleo. Soluit, *pro* ſolitus eſt. 2. *Hiſt.* pag. 816.
. quod in atroci negotio ſolet. *Cat.* 29. 2.
Sollemnis, ſollemnia ſacra. *Cat.* 22. 2.
Sollers, *opp.* rudi & ignaro. *Jug.* 96. 1.
Sollicitare. *Cat.* 24. 3.
Solvere ſacra menſtrua. 4. *Hiſt.* p. 844.
injuriam. 1. *Hiſt. Lepid.* 15.
. ſolvit mors. *Jug.* 17. 5.
Somnio veluti beatus. 2. *Decl.* 30.
Somnus aegrum animum capit. *Jug.* 71. 2.
Sparus, genus teli. *Cat.* 56. 3.
Spatio brevi. *Jug.* 87. 3.
millium L. *Jug.* 75. 2.

Digitized by Google

Species & uſus. *Jug.*16. 5.
praetextus. Jug.29.4.
ferrea. 4.*Hiſt.* pag.844.
una agri. *Iug.*79.3.
. ſenati ſpecie, pro ſua magnitudine. *Cat.* 38. 2.
Spectaculum rerum humanarum. *Jug.* 14. 23.
atrox. *Jug.*101. 11.
Spectata virtus. *Cat.*20.2.
Sperare *quid*. Jug.24. 5.*Exc. Cat.*20. 12.
Spes, res. *Cat.* 20.12.
et opes. *Cat.*21. 1.
bona. *Jug.* 44. 2.
et Species *confuſa*. Latr. cap.8.
. contra ſpem nuncius. *Jug.*28.1. 88. 1.
. in ſpem adducere. impellere. *Jug.*37. 3.
. in ſpe habere. *Cat.*31. 7.
. ſpes ſuas corrumpere. *Jug.* 33. 4.
honeſtas ſequi. *Cat.*35. 4.
Spolia ex victis capere. *Jugurth.* 84. 1. *Plautus Bacchid.* 4. 4. 2. Nam duplex hodie facinus feci, duplicibus *ſpoliis* ſum adfectus.
Sponſionem facere. *Iug.*79.4.
Stantes ſententiam dicebant. Cat.31.7.
. ſtetit extrema fortuna. 2. *Declam.* 22.
Statim. *Jug.*58. 4.
Stativa caſtra. *Jug.*44. 4.
Statuere finem. *Cat.*51. 36.
Status dignitatis. *Cat.*35. 3.
Stipatores. *Cat.*14. 1.
Stipendia pendere. *Cat.*20. 7.
. ſtipendii nullius homo. *Jug.*85. 10.
Strenuus vir ac fortis. *Cat.*51. 16.
. ſtrenui bonique. *Cat.*20.7.
Strepere vocibus. *Jug.*98. 6.
Strepitus armorum. *Jug.*60. 2.
in ſenatu. *Cat.*31. 8.
index hoſtium. *Jug.*53. 7.
Student omnia mutari. *Cat.*37. 3.
. ſtudere, odiſſe. *Cat.*51. 13.
Studium, *ſcribendi hiſtoriam*. Jug.4. 3.
inceptum. *Cat.*4.2.
ex aetate flagrat. *Cat.*14. 6.
. ſtudio ad quid ferri. *Cat.*3.3.
. ſtudia civilia. *Iug.* 5. 1.
partium. *Jug.*42. 5.
Stulta laetitia. *Cat.*51. 31.
Stupra facere cum qua. *Cat.*15. 1.
Sua loca, *ſibi opportuna*. Jug.54. 8.
penes ſe. 1. Hiſt. Lepid.23.
Sub imperio cogere. *Jug.*18. 12.
Subducere in primam aciem. *Cat.*59. 3.
Subfodere murum. *Jug.*57. 4.
Subigere nationes. *Cat.*2. 2. 10. 1.
. ſubigit vis. *Cat.*10. 5. 51. 18.*Jug.*24. 2.
Sublato auctore, *ſuppreſſo*. Cat.23. 4.
Submittere auxilia. *Jug.*54. 10.
Subſidium. Cat. 59. 2.
. *ſubſidia triplicia*. Jug. 49. 6.
Subvenire. *Jug.*54. 10.
Subvertere vineas. *Iug.*94. 4.
decretum. *Jug.*30. 1.
Succedere murum, ad murum. *Iug.* 57. 4. 6. *Hiſt.* pag.857.
Sudes praeacutae. *Cat.*56. 3.
Sudor militum. *Iug.* 85. 41.
Suffragatione honeſta illi conſ. petebatur. *Iug.* 65. 6.
Sui, *pro* ſuus; meimet, *pro* meamet. *Iug.* 85. 24.
ſibi, ſe, *vide ſuis locis*.
Sulla, *non* Sylla. *Cat.*5. 6.
Sullae P. & Serv. Cat.17. 3.
Sumere bellum. *Jug.*20. 5. 83. 1.
liberos, *adoptare*. Jug. 10. 8.
Summa mali. *Latr.* cap. 15.
Sunt, qui dicunt. *Catilin.*19. 4.
Suopte ingenio. 6. *Hiſt.* pag. 847.
Super vallum praecipitari. *Jug.*58. 6.
Superare, *abundare*. Jug. 64. 1.
ſupereſſe. Jug.70. 2.
vincere, *refellere*. Jugurth.85. 27. 102. 10.
Superbia, *quid*. Cat. 10. 4. 12. 2.
Superior diſceſſit. *Cat.*39.4.
. ſuperiora loca. *Jug.*51. 3.
Supervacaneum eſt diſſerere. *Cat.*51. 19.
Supervadere aſperitates. *Jug.*75. 2.
Suppetit. *Cat.*16. 3.
Supplementum exercitui ſcribere. *Jug.*39. 2.
Supplicationem decernere. *Jug.* 55. 2.
Supplicium ſummum. *Cat.*51. 39.
. Supplicia deorum. *Cat.*9. 2. *Iug.*66. 2.
. *Supplicia legatorum pacem petentium*. *Jug.* 46. 2.
Supra, quam cuique credibile. *Cat.*5. 3.
Sus lutulentus. 2. *Declam.* 3.
Suſcipere facinus, *admittere*. Jug.31. 9.
laborem. *Jug.* 14. 12.
Suſpiciens, ſuſpectio. *Jug.*70. 1.
Suſpicione falſa alienatus. *Cat.*35. 3.
Suſtentare hoſtem. *Jug.* 97. extr.
milites. *Jug.* 56. 6. 101. 9.
vitia. *Cat.*53. 5.
Suſtinere negotia. *Cat.*53. 2.
Suthul, oppidum. *Jug.*37. 3.
Suus, *opp.* hoſtilis. *Cat.*23. 1.
Epiſtolae titulus. *Cat.*35. 1.
SYLLEPSIS et SYNEZEUGMENON item Figura ἀπὸ κοινοῦ.
1. ſecuti non me, ſed morem ſuum. 4. *Hiſt. Mithr.* 15.
adde Ellipſin Verbi.

t 2. Ca-

2. *Caſus*
ex praeced. univerſos laudat atque agit gratias. *Jug.* 54. 1.
ex ſequent. diverſi quaerere, cum interim *Hiempſal* reperitur. *Jug.* 12. 5.
imitari, quam invidere *bonis* malebant. *Cat.* 51. 38. *Jug.* 1. 5.
3. *Numeri*
ex Plurali Sing. ſin opportunior fugae collis, quam campi *fuerant*. Jug. 50. 6.
Lentulus, Statilius - *traduntur*. Cat. 47. 4.
Exercitus duo alter-alter *obſtant*. Cat. 58. 6.
4. *Generis* corpus animumque *virilem*. Cat. 11. 3.
5. *Numeri & Generis*
ſollicitata plebe, & aliis. *Jug.* 19. 1.
6. *Modi & Temporis*
ex perſcribere, perſcribam. *Jug.* 30. 4.
ex reprehenderis, reprehendiſſe. *Cat.* 3. 2.
ex indicaret, indicandi. *Cat.* 48. 6.
ex facturum, facere, *penes Verbum* poſſe. *Jug.* 3. 2. 64. 3.
ex dixerunt, dicere. *Jug.* 4. 2.
Quaedam talia, propter communem conſuetudinem, ſub Ellipſi *adnotata ſunt*.
SYNTHESIS ſeu SYNESIS; *item Figura* πρὸς τὸ σημαινόμενον.
1. *Generis*.
vis veſtra-*quo*. Jug. 24. 8.
otium, divitiae *optandae*. Cat. 10. 2. *Jug.* 70. 2.
conjuravere-de *qua*. Cat. 18. 1. *Jug.* 83. 12.
decrevit-*ea*. Cat. 29. 3.
earum rerum, *quae*. Jug. 41. 1.
nulli earum rerum; *prima* rerum. *Cat.* 29. 3. *Jug.* 102. 9.
multitudo ſuum *quiſque*. Cat. 43. 1.
carcere, *quod* Tullianum adpell. *Cat.* 55. 3.
2. *Numeri*.
lubido & luxuria *fecerunt*. Cat. 28. 4. *Jug.* 39. 1. 74. 1.
reges, ſocii, civitas *nitebantur*. Jug. 43. 4.
Senatus populusque-ab *eo*. *Cat.* 34. 1.
Lentulus cum ceteris *conſtituerant*. Cat. 43. 1. *Jug.* 35. 2. 101. 5. 113. 5. 3. *Hiſt. Pomp.* 6.
multitudo *exſequerentur*. Cat. 43. 1. *Jug.* 16. 1. 22. 4. 42. 1.
ſervitia repudiabat, *cujus*. Cat. 56. 5.
picem ſulphure & taeda mixtam *ardentia* mittere. *Jug.* 57. 5. *Excurſ.* 5. pag. 790.
3. *Caſus*.
quamquam in illo magna vis, *confirmatus* ab omnibus. *Jug.* 33. 2.
4. *Generis & Numeri*.
pars illa, *qui* anteferebant. *Jug.* 16. 1. 58. 3.
loca, *quae* Numidia adpellatur. *Jug.* 18. 11.
Nox atque praeda *remorata ſunt*. Cat. 5. 7. *Jug.* 38. 8. 1. *Hiſt. Lepid.* 9.
cupido imperii & pecuniae *ea fuere*. *Cat.* 10. 3. 3. *Hiſt. Macr.* 15.
civitas, quos; Thebae, quos, *cet. Cat.* 5. 8. 17. 7. *Jug.* 55. 2.
nobilitas, quorum. *Jug.* 14. 6.
Syphax captus. Jug. 5. 4.
Syrtes in Africa. *Jug.* 78. 1.

T

T & C *confuſa*. Jug. 73. 7.
Tabes veluti. *Cat.* 36. 4.
Tabeſcit regnum. *Jug.* 14. extr.
Tabulae novae. Cat. 21. 2.
Tabulae pictae. *Cat.* 11. 6.
Tacere non poſſe. *Cat.* 23. 2.
Taciti indignabamini. *Jug.* 31. 9.
in Tali tempore. *Cat.* 48. 5.
. talia fecere. *Cat.* 51. 6.
. talia haec. *Jug.* 31. 9.
Tam, *omittitur poſt* non; *ſequente* quam. *Jug.* 100. 4.
Tamen *ab initio*. Cat. 20. 12.
poſt quidem, *aut intellectum*. precario ſtudeo, ſtudeo tamen. *Cat.* 61. 2.
Tamen etſi. *Catil.* 21. 1. *Jug.* 13. 3. 25. 11. 33. 2.
Tandem. quousque tandem. *Cat.* 20. 8.
Tanta cupido gloriae. *Epiphon.* Cat. 7. 3.
tam corrupta civitas. *Cat.* 14. 1.
quantum. *Cat.* 8. 4. *Jug.* 1. 5.
Tantum, *tam exiguum*. Cat. 51. 17.
L. Tarquinius. Cat. 48. 3.
Tautologia eleganter vitata. *Cat.* 40. 3. *Jug.* 31. 3. 17. 70. 5. 6.
praeterea-praeterea. *Cat.* 21. 3.
minus-minus. *Cat.* 23. 3. n.
adde Jug. 46. 5.
Tegere armis. *Cat.* 6. 5.
. arma, amicus tegunt. *Cat.* 58. 10.
Telum, *ignis*. Jug. 60. 6.

omne

omne munimentum. 3. Hiſt. Macr. 12.
Temere munita. *Jug*. 54. 6.
Temperare, *abſolute*. Jug. 85. 9.
victoriae. *Cat*. 11. 8.
Tempeſtas, *tempus*. Jug. 73. 7.
. tempeſtatibus multis cognitus . *Catilin*. 20. 3.
Tempus & dies reprehendet. *Cat*. 51. 25.
locumque. *Iug*. 55. 8.
anni. *Jug*. 50. 1.
opportunitas. Cat. 20. 15.
ad rem. *Jug*. 12. 2.
antecapere. *Iug*. 21. 3.
. in tempore. *Iug*. 56. 3.
. in tempus. 3. *Hiſt. Macr*. 12.
Tendere, *contendere*. Cat. 60. 5.
curſu ad Capſam. *Iug*. 91. 4.
Tenere in cuſtodiis. *Catilin*. 50. 4.
. tenet me ſpes victoriae. *Cat*. 58. 18.
Tentare agros. *Iug*. 18. 7.
animos. *Iug*. 48. 1.
Tentare bello. *Cat*. 6. 4.
bellum. *Iug*. 20. 5.
fortunam belli. *Cat*. 57. 5.
pecunia. *Iug*. 29. 1. 38. 3.
ſi paterent. *Jug*. 47. 2. *Exc*. 4. p. 488.
ſitim, laſſitudinem militum . *Jugurth*. 50. 1.
tela, arma. *Iug*. 105. 4.
urbem. *Iug*. 23. 1.
Tenuiſſima ſpes. 3. *Hiſt. Macr*. 19.
* de Tergo cujus conſulere 1. *Hiſt*. p. 794.
Terminus a quo & ad quem haud expreſſus. Cat. 46. 4. & 5. *Iug*. 14. 10.
ad quem praeponitur. Cat. 36. 4. *Iug*. 21. 3. 50. 4. 85. 7.
Terra, mari omnia exquirere. *Cat*. 13. 3.
. terrae & maria cuncta. *Cat*. 10. 1.
Terracinenſis, non *Tarracinenſis*. Catilin. 46. 3.
Teſſera militaris. Jug. 97. 4.
Teſtor deos homineſque. *Cat*. 33. 1.
Teſtudine acta ſuccedere. *Iug*. 94. 3.
Thala, Numid. oppidum. *Iug*. 75. 1.
Thirmida, oppid. *Jug*. 12. 3.
Thraces equites in exercitu R. Jug. 38. 6.
Timere legem. *Cat*. 51. 24.
libertati. *Cat*. 52. 16. *Jug*. 39. 1.
. *timens* infartum. *Cat*. 52. 14.
Tirocinio aetatis lapſus eſt. 2. *Declam*. 22.
Tiſidium, oppid. Num. *Jug*. 62. 8.
TMESIS
vocabuli compoſiti. Cat. 5. 4. 52. 10.
Adpoſitionis. Jug. 27. 3.
Toga picta. 2. Hiſt. p. 818.
Togatorum multitudo. *Jug*. 21. 2.
Tolerare aſpera. *Cat*. 10. 1.
inopiam. *Cat*. 37. 7.
ſumtus. *Cat*. 24. 3.
Tollere auctorem, reticere. *Cat*. 23. 4.
Toreumata. Cat. 20. 11.
Tormenta. Jug. 57. 6.
Torpeſcere ſinunt animum. *Jug*. 2. 4.
. torpeſcunt manus & animus. *Cat*. 16. 3.
Tot-quotiens. 3. *Hiſt. Pomp*. 1.
Totus, *omnis*. Jug. 13. 2.
Tractare placidius plebem. *Cat*. 39. 2.
remp. *Catilin*. 51. 28.
Tracto Philippo. 4. *Hiſt. Mithr*. 6.
Tractu pari mons fluvio. *Jug*. 48. 3.
Tradere, *pro* reddere. *Jug*. 32. 3.
fidei, *commendare*. Cat. 35. 6.
in cuſtodiam. *Cat*. 50. 3.
ſe Praetori. *Cat*. 45. 3.
Tradere ſe ſecordiae. *Cat*. 52. 29.
Tragula. 2. *Hiſt*. p. 818.
Trahere animo. *Jug*. 84. 4.
cum animo. *Jug*. 93. 1.
et vexare pecuniam. *Cat*. 20. 12.
ad ſupplicium. Cat. 51. 34.
excidere. 4. *Hiſt. Mithr*. 17.
in virtutem. *Jug*. 92. 2.
ſibi, ducere, rapere. *Jugurth*. 41. 5.
bellum. *Jug*. 23. 2.
tempus. *Jugurt*. 27. 1.
Trajectio. Jug. 38. 2.
Tramites. *Jug*. 48. 2.
Tranſductus, traductus. *Jug*. 11. 4.
Tranſenna. 2. *Hiſt*. p. 818.
Tranſferre culpam ad negotia. *Jug*. 1. 4.
metum ad ignaviam. *Jug*. 31. 14.
Tranſgredi, *tranſfretare*. 1. *Hiſt*. p. 812.
Tranſigere vitam. *Cat*. 2. 8.
Tranſire vitam ſilentio. *Cat*. 1. 1.
Tranſpadani. Cat. 49. 2.
Tranſpoſitae ſyllabae in MSS. Cat. 20. 11. 43. 3.
Tranſverſum iter. *Jug*. 49. 1.
quem agere. *Jug*. 14. 20.
Trepida civitate. *Jug*. 40. 4.
. trepidae res. *Jug*. 91. 5.
Trepidare omnibus locis. *Jug*. 38. 5.
ad arcem. *Iug*. 67. 1.
Tribuit fiduciam. *Cat*. 35. 1.
Tribunus deſignatus. *Jug*. 27. 2.
militum. Cat. 59. 6.
Tribunicia poteſtas reſtituta. Cat. 38. 1.
adde 3. *Hiſt. Macr*. 8.
Tribus Romanae. *Iug*. 63. 4.
Triclinium. 3. Hiſt. p. 834.
Triginta Tyranni Athenienſ. Cat. 51. 28.
Trinundinum. Cat. 18. 3.
Triſtis ſimultas. *Latr*. c. 7.
Triumviri capitales. Cat. 55. 1.
coloniis deducendis. Jug. 42. 1.

Tropaea Pompeii. 6. Hiſt. pag. 854.
Tuba ſignum dare. *Cat.* 60. 1.
Tugurium, cella. *Jug.* 12. 5.
Tullianum, carcer. *Cat.* 55. 3.
L. Volcatius Tullus. Cat. 18. 2.
Tumulti cauſſa *conſcripti veterani*. Cat. 59. 5.
. tumultum facere apud quem. *Jug.* 53. 7.
Turma, *pagus*. Latro c. 32.
equeſtris. Jug. 49. 2.
Tuſci. Cat. 51. 38.
Tuta omnia erunt. *Cat.* 58. 9.
. tutus ab injuria. *Cat.* 33. 1.
. tutum *active*. 1. Hiſt. Lepid. 8.
. tutum nihil pati. *Jug.* 88. 2.
Tutari aliquid. 1. *Hiſt. Lepid.* 1.
. tutata & tuta *confuſa*. Jug. 52. 4. 74. 3.

V.

V *pro* i. Cat. 1. 3. 9. 1.
ejectum. pericla, vincla. *Jug.* 7. 1.
Vacca rectius *Vaga*. Jug. 29. 4.
Vacuus animo. *Jug.* 52. 6.
a culpa. *Cat.* 14. 4.
. vacuum eſt. 1. *Hiſt.* pag. 795.
. vacuam facere domum nuptiis. *Cat.* 15. 2.
. in vacuam remp. fit impetus. *Catilin.* 52. 23.
Vagi, palantes. *Jug.* 18. 2.
Valere animo parum. *Jug.* 11. 5.
. valet conjuratio. *Cat.* 17. 7.
fama. *Cat.* 14. 7.
magnum atque late imperium. *Jugurt.* 5. 4.
. valens oppidum. *Jug.* 89. 4.
Vallum & foſſa oppugnantium. *Jug.* 23. 1.
Vanitas. *Cat.* 23. 2.
L. Vargunteius. *Cat.* 17. 3.
Varium bellum. *Jug.* 43. 3.
. varia crudelitas. *Exſup.* c. 4.
facies. *Jug.* 51. 1.
victoria. *Jugurth.* 5. 1.
. varius animus. *Cat.* 5. 4.
Vas, vades dare. *Jug.* 35. 9.
Vas, *vaſa Rom. pretioſa*. Cat. 51. 33.
Vaſtat conſcientia mentem. *Cat.* 15. 4.
Vaſtitas Italiae. *Jug.* 5. 2.
Vaſtus animus. *Cat.* 5. 5.
Ubi, *cum*, *quando*. Cat. 2. 5.
apud quos. Cat. 20. 8.
haec dixit. *Cat.* 40. 4.
. eo, ubi. *Jug.* 1. 5.
Ubique, & *ubi*. Cat. 21. 1. 23. 4. 27. 1.
Vecordia. *Cat.* 15. 5.
Vectigalem eſſe. *Cat.* 20. 7.
Veget, *vegetum eſt*. Cat. 1. extr. *Exc.* pag. 335.
Vehemens homo & violentus. *Cat.* 43. 4.
Vehementer ſimulare. *Cat.* 41. 5.
Velites. Jug. 46. 7.
Velle & cenſere S. P. Q. R. *Jug.* 21. 4.
. vellem vana (*forent*) Jug. 24. 9.
Venalis reſp. Roma. *Jug.* 31. 26. vide *Cat.* 10. 4.
Venari, ſervile officium. *Cat.* 4. 1.
Vendere honeſta atque inhoneſta. *Cat.* 30. 4.
Venena mala. *Catilin.* 11. 3.
Venire *pro* evenire. *Jug.* 103. 2.
. venit huic utilitas. *Jug.* 4. 4. adde 31. 19.
Venter, *voluptas*. Cat. 1. 1. 2. 8. *Jug.* 85. 41.
Venum ire, *venire*, *Jug.* 28. 1.
Verba cum quo habere. *Jug.* 9. 4.
. verbis populi R. nunciare. *Jug.* 21. 4.
. verbis-re. *Jug.* 48. 1.
Verberibus animadvertere. *Cat.* 51. 21.
Verbum a principio. Cat. 40. 6.
Vero. ea vero dementia, tum vero cerneres. *Catilin.* 58. 16. 61. 1.
Verſari in ferro, ſanguine. *Jug.* 14. 9.
Verſus. in Galliam verſus. *Cat.* 56. 4.
Verſus Hexameter apud Salluſt. *Cat.* 19. 4. adde *Jug.* 1. 1.
facere. *Cat.* 25. 5.
Verſutia civitatum. *Latr.* c. 11.
Vertere dignitatem in libidinem. *Jug.* 41. 5.
. vertunt quem res in miſericordiam. 1. *Hiſt. Lepid.* 5.
Verum bonumque. *Jug.* 30. 2.
enim vero. *Cat.* 2. 9.
aequum. Proprie, *cum re* conveniens. *Cat.* 35. 2. 1. *Hiſt. Phil.* 20.
. vero amplior numerus. *Jug.* 105. 3.
Veſcendi cauſſa o. exquirere. *Cat.* 13. 3.
Veſtae ſacerdos. Cat. 15. 1.
Veſtiti montes. *Jug.* 48. 3.
Veterani milites. Cat. 59. 5.
Vetus certamen animos arrexit. *Cat.* 39. 3.
Vetuſtas familiae. *Jug.* 63. 2.
Vexare, trahere pecuniam. *Cat.* 20. 12.
Vexillum, donum militare. *Jug.* 85. 29.
Via, *modus*, *ratio*. *Jug.* 16. 4.
vera niti. *Cat.* 11. 2.
virtutis graſſari. *Jug.* 1. 3.
Vice pecorum. 2. *Hiſt.* pag. 818.
Vicinitas, *vicini*. *Cat.* 36. 1.
Viciſſitudo pugnae. 6. *Hiſt.* pag. 859.
Victi ſemel, facilius iterum vincuntur. Jug. 49. 2.
Victor exercitus, populus. *Jug.* 58. 5.
Victoria plena. *Jug.* 55. 3.
. victoriam exercere. *Jug.* 16. 2.
Victu regio aetatem agere. *Cat.* 37. 6.
Video, *de omni ſenſu*. *Cat.* 40. 3.
Videor mentitum eſſe. 2. *Declam.* 2.
. videtur, videbatur, *additum*. Jug. 81. 1.

vide-

Digitized by Google

. videtur diſſeruiſſe. *Cat.* 52. 3.
. ne vivere contemtus videar. *Jug.* 14. 24.
. ut videbantur, magnis copiis. *Cat.* 43. 1.
. videtur indicium falſum. *Cat.* 48. 6.
Vigilare, feſtinare. *Cat.* 27. 2. & 54. 4. *Ita Livius* 24. 38. dies noctesque *perſtando* ac *pervigilando* in armis. *quamquam* ſtantes *etiam dormire potuiſſe Romanos milites, ex eodem Livio conſtat.*
Vigiles ſigna canunt. Jug. 99. 1.
Vigilias deducere. *Jug.* 44. 5.
habere per urbem. *Cat.* 30. 7.
ponere, circumire. *Jug.* 45. 2.
Villae Romanae. Cat. 12. 3. 52. 6.
Villicus. *Jug.* 85. 39.
Vincere eum beneficiis adgreditur. *Jug.* 9. 3.
divitias. *Cat.* 20. 12.
naturam, fortunam. *Jug.* 75. 2.
dicendo. *Jug.* 85. 27.
. vincit audacia ſtudia. 2. *Declam.* 24.
. vinci regem beneficiis, flagitioſum. *Jug.* 110. 5.
Vincta lapid. fornicibus camera. *Cat.* 55. 4.
Vindicare, *abſolute.* Cat. 10. 6.
in quem. *Jug.* 31. 18. *Cat.* 9. 4.
ſe in libertatem. *Cat.* 20. 6.
Vineae militares. Jug. 21. 3.
Vinum advectitium. *Jug.* 44. 5.
Vir, *maritus.* Cat. 25. 2.
fortis ac ſtrenuus. *Cat.* 51. 16.
. viri & hominis, *pro* ejus. *Jug.* 9. 3.
. ſi viri eſſe vultis. *Cat.* 40. 3. 44. 5.
Virilis audacia. *Cat.* 25. 1.
Viritim, *oppon.* univerſi. *Jug.* 49. 4.
Virtus clara, aeterna. Cat. 1. 4.
memoriae rerum geſtarum. *Jug.* 4. 2.
ſingulari notione. Cat. 3. 3.
. virtuti omnia parent. *Cat.* 2. 7.
Vis major. *Jug.* 56. 6.
magna, tanta. *Jug.* 75. 7.
pro vires. 3. *Hiſt.* p. 819.
ac natura. *Cat.* 1. 2.
animi ac corporis. *Cat.* 5. 1.
tanta morbi. *Cat.* 36. 4.
. vim cui parare. *Cat.* 35. 5.
. vi maxuma certatur. *Cat.* 60. 3.
aut voluntate adjungere ſibi. *Jug.* 13. 2.
quanta juſſerit. *Jug.* 40. 3.
Viſere templa deorum. *Cat.* 12. 3.
qua Viſus erat. *Jug.* 101. 11.
Vita anteacta excuſat delicta. Cat. 52. 32.
. vitae cupiditates. *Latr. c.* 23.
finis. *Jug.* 9. 3.
mortalium dux & imperator. *Jugurth.* 1. 3.
Vitabundus. *Jug.* 101. 9.
Vitare tela. *Jug.* 60. 4.
Vivere obedientem. *Jug.* 31. 26.
Ulciſci, *paſſive.* Jug. 31. 8.
Ultra, *ſc.* mortem. *Cat.* 51. 20.
Ultro. 3. *Hiſt. Pomp.* 9.
Ultus perit. *Cat.* 33. 5.
Una moenia, unae litterae. *Cat.* 6. 2.
Unde, *pro* a quo, minime decuit. *Jug.* 14. 22.
Undique omnes, undique interrogare. *Cat.* 14. 2. *Jug.* 101. 4.
Unicae laudes. 2. *Decl.* 17.
Unus atque alter. *Jug.* 60. 7.
. in unum convocare, convenire. *Cat.* 17. 2. *Jug.* 98. 4.
. *in Unum non omnia conferenda.* Cat. 6. 7.
Vocabula vera amiſimus. *Cat.* 52. 11.
Volant tela utrimque. *Jug.* 60. 2.
Volens, velle factum, cujus cauſſa. *Jug.* 103. 6.
. volenti animo accipere. *Jug.* 73. 3.
plebi res erat. *Jug.* 84. 3.
. volentes pendunt poenas. *Jug.* 76. 6.
Volgus, *pro* vulgus. *Cat.* 29. 1.
Volturcius, *Vulturcius.* Cat. 44. 2.
Volvere ſecum ipſum multa. *Cat.* 32. 1.
Voluntarii in exercitu. Cat. 56. 2.
Voluntates vehementes. *Jug.* 113. 1.
. voluntate ejus. *Cat.* 19. 4.
. ex voluntate aliquo uti. *Cat.* 26. 1.
Voluptaria loca. *Cat.* 11. 5.
Volutari cum quovis. 2. *Declam.* 3. voluptari *alii, alii* velitari.
Votis parare auxilia. *Cat.* 52. 29.
Urbana plebs. *Cat.* 37. 4.
. urbanae munditiae. *Jug.* 63. 3.
Urbs capta. *Cat.* 52. 4. 2. *Rep.* 3. 4.
pro Roma. *Cat.* 52. 14.
Urguere, *urgere.* Jug. 24. 3.
faucibus. *Cat.* 52. 35.
. urguet invidia cum metu. *Jug.* 35. 2.
Uſque, *uſque ad.* Jug. 19. 7.
eo. *Cat.* 49. 4.
omiſſum. Jug. 63. 6.
Uſus & ſpecies. *Jug.* 16. 5.
conſuetudo. Cat. 14. 4.
experientia. Cat. 7. 4. *Exc.* 2. p. 337.
utilitas. uſui parere. *Cat.* 51. 2.
quotidianus. *Cat.* 48. 2.
. uſui eſſe bello. *Jug.* 43. 3. 85. 12.
. uſum belli amittere. *Jug.* 84. 3.
Ut, *pro* quam. *Jug.* 31. 2.
Ut quisque-ita. *Jug.* 31. 14.
Uterque exercebant. *Cat.* 49. 2.
. utrique, *de duobus.* Cat. 30. 4.
. utrique digrediuntur. *Jug.* 22. 5.
Ut initium, ſic finis eſt. *Jug.* 2. 3.
Uti planicies erat. *Cat.* 59. 2.
quisque, ut quaeque. *Jug.* 60. 4.

Uti hoſtibus, pro ſociis. *Jug.*31.23.
victoria. *Jug.*38.8.
pro armis perfidia. *Jug.*61.3.
imperio. *Cat.*12.5.
magis. *Cat.*1.2.
ſuo largius. *Cat.*16.4.
ſermone. *Cat.*25.5.
ex voluntate Antonio. *Cat.*26.1. *Jug.*31.23.46.4.
cum Accuſativo. Jug.12.3.
. uſus maximis honoribus. *Cat.*49.2.
Utica. Jug.25.5.
Utique, & *uti.* Jug.17.7.
Utrimque clamor exortus. *Cat.*45.
Vulgus, vulgum. *Jug.*69.2.
fuimus. *Cat.*20.7.
Vultus & facies. *Cat.*15.5.
& ingenium. *Cat.*10.5.
demiſſus. *Cat.*31.7.
incertus. *Jug.*106.2.
mortui ferociam vivi exprimit. Cat. 61.4.

Z

ZEUGMA.
Nominis. hoſtibus occaſionem non dare; ſperabat ſe habiturum. *Cat.*56.4.*Jug.*92.7.
Verbi medii. perſcribere decet. *Jug.* 30.4. *Cat.*13.3.
Particip. medii. aut dominandi ſtudio *permota*, aut ſuperbia magiſtratuum ſeceſſit. *Cat.*33.3.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google